





THESAURUS
GRÆCARUM
ANTIQUITATUM.

VOLUMEN V.

THESAURUS GRÆCARUM ANTIQUITATUM,

Contextus, & designatus

A B

JACOBO GRONOVIO.

VOLUMEN QUINTUM

Attici Imperii amplitudinem ac mutationes, ut & Lacedæmonis complexum.

Series librorum voluminis præfationem sequitur.



VENETIIS,
Typis BARTHOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC. XXXII.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO EXCELLENTISS. SENATUS.

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ
JACOBUS GRONOVIUS
S. P. D.



SI ad Pythia, Græcum vere & vetuſtiſſimum ludicrum, concinanti hymnum Timoſtheni libuit prooemium ejus congrue decenterque appellare ΑΝΑΚΡΟΥΣΙΝ; equidem mihi quoque in hac non Pythici templi cortina patefacta per ſerpentis necem, ſed univerſæ Græciæ repurgato ab obſcuritate & in lucem repoſito conſpectu fas erit & placebit merito prima illa verba, quibus Theſauri hujus πρωτοφορήματα proſequutus fui, ſimili inſcriptione ſignare. Adeo experior tunc multarum vocum me pepuliſſe exordia, quibus & hæc & multa poſthac agglutinare oportebit. Illa velut initiatio vetuſtarum Græciæ appellationum proceſſit ipſam regionem terraſque deſcribens, ita ut denique Atticam magis diligeret. Hinc extremis paginis adhærens meditatio de illis, qui eidem Atticæ præfuerunt, partim legitimi magiſtratus, alii raptores ſummi honoris, ex lege deſignationis, qua ſparſa hæc membra committi & aptari verum eſt, jubebat alia quædam ad idem caput pertinentia adnecti. Hoc itaque inceptum perſequor, & minime languidus per eandem viciniam circumſpiciens reliquias ab doctrina copioſas & commendabiles, judicavi ad primas velut illecebras inſervire poſſe Guil. Poſtellum, magiſtratus Atticos & quoſcumque præpoſitos ita recenſentem, ut videatur idcirco voluiſſe Græca tractare, quo vel patriæ aperiret vitia, vel grandi amico blandiretur, aut Venetis potiſſimum Turciſque in diſciplinæ civilis adminiſtratione obſervari quædam oſtenderet ab Atticis haud aliena, dum ſimilibus negotiis ac partibus aliquos pari jure præfectos habent. Id quod nemo magis mirabitur, quam ubique degentes homines etiam more hominum vivere. Quod præbet tamen, licet recta anſa accipere.

Sed & luſoria Ant. Thyſii brevitas grata ipſi prout in his Atticis noſtris, ſic & in Romanis rebus contracta declaratio, poterat adeſſe, non tantum ut brevis forma eorum, quæ large deducta ab aliis ipſe quoque didicerat, prout eadem mox ſequutura ſunt: ſed quo etiam ſenſus ejus ac judicia, quibus magnam regiminis partem æſtimare & exigere voluit, ad manum hic forent, etſi magiſtratus ibi annuos quingentos optime feceris ſi nec imiteris nec ſtatuas. Nec erat, cur hinc divellerentur quondam ſimul edita ſpecimina conſtitutionum, quibus eandem ſententiam libertatis Athenarum ac Romæ fuiſſe conſtaret.

His ſe ingerens Piſiſtratus jam in medio magiſtratuum & libertatis curſu propter tot annos Archontibus averſos & interceptos inque ſuum nomen ac flagellum translatos diſci debuit una cum filiis, quum prompta ad hanc rem eſſet opportunitas beneficio Ἀττικωτάτου Joannis Meurſii, qui ſeveriſſimam ſibi, poſteris utiliſſimam, doctrinæ laudatiſſimam indixit & abſolvit operam ad horum annorum, quibus Athenæ ſibi ipſis fuerunt ereptæ, & omnia illa libertatis negotia φροῦδα, tempeſtatem, remotam ſane antiquitatis & obſcuram partem, aliqua claritate corrigendam. Eam ve-

ro typi jam bona ex parte profligaverant, quum acceſſionum noviſſime ab auctore adſcriptarum compotes facti nequivimus illas commode interponere, quas idcirco hic ſubjunctas accipe, & Χρηστομαθῆ Meurſii induſtriam aſſiduam nec ab ætate defatiſcentem, ſed roboratam ſpecta & æmulare.

Col. 1408. verſ. 37. poſt, *Ecloga* VIII. adde: *item* Suidas, in Παμφιλίδας, ac Πυρφόρος: & Livius, lib. XXXIII. Col. 1410. verſ. 44. poſt, *regnavit*, adde: Alexander Aphrodiſeus, in priora Analytica. Καὶ Πεισίστρατος, αἰτήσας (φυλακὴν) παρ᾽ Ἀθηναίων, λαβὼν ἐτυράννησε. *Et Piſiſtratus, cum (cuſtodiam) petiiſſet ab Athenienſibus, ea accepta, tyrannidem inſtituit*. Col. 1413. verſ. 54. poſt, *abnavigavit*, adde: Videndus quoque Nicetas Choniates, in principio ipſo libri, De rebus poſt expugnatam Conſtantinopolim geſtis. Col. 1420. verſ. 21. poſt, *ſtabilivit*, dele quæ ſequuntur, uſque ad verſum Ariſtophanis Acharnenſibus, qui occurrit columna eadem verſ. 45. & reſcribe in hunc modum. Meminit conflictus hujus, ad Minervæ Pallenidis templum facti, etiam Andocides; aitque, ductorem Athenienſium in eo fuiſſe Leogoram, proavum ſuum: & victores ibi Athenienſes memorat, non victos. Verba ejus, in Orat. Περὶ μυστηρίων, ita habent. Οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι, γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ δὲ δῆμος ἔφυγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλληνίῳ, στρατηγοῦντος Λεωγόρου, τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ, καὶ Χαβρίου, οὗ ἐκεῖνος τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερος ἦν πάππος, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τῶν δὲ φυγὴν κατέγνωσαν, τοὺς δὲ, μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες, ἠτίμησαν. *Patres veſtri, in maximis malis verſante urbe, cum tyranni eam occupaſſent, populuſque fugiſſet, ſuperatis prœlio tyrannis ad Palleniæ Minervæ fanum, duce Leogora, proavo meo, Chabriaque, cujus ille filiam uxorem habebat, e qua natus avus meus, reverſi in patriam, quoſdam interfecerunt, quoſdam vero in exilium ejecerunt: quos manere autem in urbe permiſerunt, hos infamia affecerunt*. Et ſane victores fuiſſe, non victos, videtur etiam innuere Ariſtophanes, Acharnenſibus, iſto verſu:

Ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν &c.

Ibid. verſ. 59. poſt, *confligeremus*, adde: Videndus quoque Suidas, in Παλληνικὸν βλέπειν. Minervæ autem Pallenidis fanum, juxta quod commiſſa pugna, ſciendum, in Pallene populo exſtitiſſe: unde & ei nomen datum. Illic vero hunc conflictum accidiſſe, memorat Scholiaſtes Comici, Acharnenſibus, jam citatis. Οἱ Παλληνεῖς, δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς· ἔνθα Πεισιστράτῳ, βουλομένῳ τυραννεῖν Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν, πόλεμος συνέστη. *Pallenenſes, Atticæ populus; ubi Piſiſtrato, tyrannidem affectanti obſiſtentibus Athenienſibus, prælium commiſſum eſt*. Eretriam vero abiiſſe, Eubœæ urbem, eſt & apud Polyænum obſervare, lib. I. ubi dicit, eum ex Eubœa regreſſum ad tyrannidem repetendam. Sed Euſebio quid faciemus? qui diſceſſum hunc Piſiſtrati ab urbe notans, Olympiadis LXV anno III in Italiam abiiſse eum dicit, iſtis verbis. Πεισίστρατος Ἀθηναίων ἐτυράννησε, καὶ εἰς Ἰταλίαν παρῆλθε. Quæ ſic vertit Hieronymus. *Piſiſtratus, Athenienſium tyrannus, in Italiam tranſgreditur*. Nihil habeo, niſi conjectura uti; videturque in errorem codice corrupto inductus: & Echetram, Italiæ urbem, pro Eretria Eubœæ inveniſse. Aliter nodum non expedio. Col. 1422 verſ. 39 poſt, *imitaturus*, adde: Plutarchus, de ſera numinis vindicta. Γέλωνά γε ἴσμεν, καὶ Ἱέρωνα, τοὺς Σικελιώτας, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτους, ὅτι πονηρίᾳ κτησάμενοι τυραννίδας, ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς. *Gelonem novimus, & Hieronem, Siculos, & Hippocratis filium Piſiſtratum, tyrannide male quæſita ad virtutem uſos eſſe*. Col. 1424 verſ. 66 poſt, *indicavit*, adde: Plutarchus,

PRÆFATIO.

Sympos. lib. I. quæst. I. Τὸ τοῦ Πεισιστράτου χρήσιμον. ἐκεῖνος γὰρ, ἐν διαφορᾷ τινὶ πρὸς τοὺς υἱοὺς γενόμενος, ὡς ᾔσθετο τοὺς ἐχθροὺς χαίροντας, ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔφη, βούλεσθαι μὲν αὐτὸς πεῖσαι τοὺς παῖδας, ἐπεὶ δὲ δυσκόλως ἔχουσιν, αὐτὸν ἐκείνοις πείσεσθαι, καὶ ἀκολουθήσειν. *Utile est hoc Pisistrati. Ille enim, cum ei quædam cum filiis discordia exorta esset, sentiretque id gaudere inimicos, advocata concione, dixit: voluisse quidem se liberis suis persuadere, verum, quia difficiles essent, semet illis obsequuturum.* Col. 1428. vers. 55. post, *redirent*, adde: Pollux, lib. VII. cap. XIV. Ἡ δὲ κατωνάκη, ἐξ ἐρίου μὲν ἦν ἐσθὴς παχεῖα. νάκος δὲ αὐτῇ κατὰ τὴν πέζαν προσέῤῥαπτον, ἔν τε Σικυωνίοις, ἐπὶ τῶν τυράννων. καὶ Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν. ὅπως αἰσχύνοιντο εἰς ἄστυ κατιέναι. *Catonace vero, erat vestis crassa, e lana. pellem autem ipsius fimbriæ assuebant, & apud Sicyonios, sub tyrannis; & Athenis, sub Pisistratidis; ut puderet in urbem redire.* Col. 1432. vers. 47. post, *transtulit*, adde: Et observa, in lustratione Deli, non totam eam a Pisistrato lustratam, sed a templo quatenus prospectus ferret. Idem dicit & Thucydides, ubi de Delo illi sermo, lib. III. Ἐκάθηρε μὲν γὰρ καὶ ὁ Πεισίστρατος ὁ τύραννος πρότερον αὐτὴν, οὐχ ἅπασαν, ἀλλ᾽ ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφεωρᾶτο τῆς νήσου. *Nam & Pisistratus tyrannus eam prius lustraverat; non quidem universam, sed quatenus insula a templo conspiciebatur.* Col. 1434. vers. 56. post, *Inde*, adde: Tertullianus, in Apologetico. *Cum studio bibliothecarum Pisistratum, ut opinor, æmularetur.* Athenæus, lib. I. Ἦν δὲ, φησὶ, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων Ἑλληνικῶν τε τοσαύτη, ὡς ὑπερβάλλειν πάντας, τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, καὶ Πεισίστρατον, τὸν Ἀθηναίων τυραννήσαντα. *Possidebat vero ipse, inquit, librorum veterum, Græcorumque, tantam copiam, ut superaret omnes eos, qui in illis colligendis admiratione digni existimati, Polycratem Samium, & Pisistratum, Atheniensium tyrannum.* Col. 1435. vers. 45. post, *libro quinto*, adde: Sed rem omnem, sicut ea gesta fuit, accurate nobis tradit, quod nemo alius, Diomedes Scholasticus, in Commentario nondum in hunc diem edito, in Dionysii Thracis librum de arte Grammatica, istis verbis. Ἀναγκαῖον δὲ, μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς ῥαψῳδίας, μνησθῆναι κἀκείνου, ὅτι ἔν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρησαν, ἢ ὑπὸ πυρὸς, ἢ ὑπὸ σεισμοῦ. καὶ ἄλλην ἄλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων, καὶ φθαρέντων, ὕστερον εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων ἑκατὸν στίχους τυχὸν Ὁμηρικούς· ὁ δὲ, χιλίους· ἄλλος, διακοσίους· ἄλλος, ὅσους ἂν ἔτυχε. καὶ ἔμελλε λήθῃ παραδεδόσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. Ἀλλὰ Πεισίστρατος, Ἀθηναίων στρατηγὸς, θέλων ἑαυτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεῶσαι, τοιοῦτόν τι ἐβουλεύσατο. Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, τὸν ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ᾽ ἕκαστον στίχον. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ἀπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδιαστρόφως τὸν ὁρισθέντα μισθόν. οὐκ ἀπεδίωκε δὲ τὸν φέροντα οὓς ἤδη παρειλήφει στίχους παρ᾽ ἑτέρου, ἀλλὰ κἀκείνῳ τὸν αὐτὸν ἀπεδίδου μισθόν. ἐνίοτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἕνα ἢ δύο στίχους εὗρισκε περιττοὺς, ἐνίοτε δὲ πλείους. ὅθεν τις ἐσθ᾽ ὅτε καὶ ἰδίους παρεισέφερε, τοὺς νῦν ὀβελιζομένους. καὶ, μετὰ τὸ πάντας συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν ἑβδομήκοντα δύο γραμματικοὺς συνθεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου, ἕκαστον κατ᾽ ἰδίαν, ὅπως ἂν δόξῃ τῷ συντεθέντι καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων, ἑκάστῳ δεδωκὼς πάντας τοὺς στίχους κατ᾽ ἰδίαν, ὅσους ἦν συναγαγών. καὶ, μετὰ τὸ ἕκαστον συνθεῖναι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τοὺς προλεχθέντας γραμματικοὺς, ὀφείλοντα ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστος τὴν ἰδίαν σύνθεσιν, παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι οὖν, ἀκροασάμενοι, οὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τῇ τέχνῃ ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ, καὶ ὁμοφρόνως, ἐπικρατῆσαι τὴν σύνθεσιν, καὶ διόρθωσιν, Ἀριστάρχου, καὶ Ζηνοδότου. καὶ πάλιν ἔκριναν, τῶν δύο συνθέσεών τε καὶ διορθώσεων, βελτίονα τὴν Ἀριστάρχου. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους πρὸς τὸν Πεισίστρατον, διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ τοὺς ἰδίους στίχους, ὡς καὶ εἴρηται, σκεψάμενοι προσέθηκαν, καὶ ἤδη ἐν συνηθείᾳ ἐγένοντο τοῖς ἀναγινώσκουσιν, οὐκ ἔλαθε τοῦτο τοὺς κριτὰς, ἀλλὰ διὰ μὲν τὴν συνήθειαν, καὶ πρόληψιν, ἀφῆκαν αὐτοὺς κεῖσθαι. ὀβελίσκους δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ ἀναξίων τοῦ ποιητοῦ, στίχων παρατιθέμενοι, τοῦτο αὐτὸ ἐπεδείξαντο, ὡς ἀνάξιοί εἰσι τοῦ Ὁμήρου. *Necesse vero, post originem rhapsodiæ meminisse etiam ejus, quod corrupta aliquando Homeri poemata fuerint, sive igne, sive etiam terræ motu. Libris vero, quocunque tandem modo, dissipatis, & corruptis, postea inventus quispiam est, qui Ho-*

mericos verſus forte centum haberet; quidam etiam, qui mille: quidam rurſum, qui ducentos: alius, quocunque numero. Ac futurum ſane erat, ut poeſis iſta omnis oblivioni traderetur. Sed Piſiſtratus, Athenienſium imperator, gloriam ſibi parare cupiens & poemata Homeri inſtaurare, tale quiddam excogitavit. Denuntiavit per totam Græciam, ſi Homericorum verſuum quiſpiam haberet quicquam, uti id ad ſe afferret, pro ſingulis mercedem certam accepturus. Itaque, quicunque habebant, afferebant; & mercedem præſtitutam integram accipiebant: neque expellebat eum, qui vel illos quoque verſus, quos jam ante accepiſſet, afferebat, ſed mercedem etiam huic perſolvebat. nam quandoque inter iſtos verſum unum, alterumve, ſupervacuum inveniebat; & interdum plures numero: ſiquidem eſſent aliquando, qui adferrent a ſe factos, nunc expunctos. Cumque omnes contuliſſent, ſeptuaginta duos grammaticos advocavit, &, ſeorſum collocatos, componere, quæ Homeri forent, cuncta juſſit; mercede etiam præſtituta viris doctis, ac poematum judicibus, conveniente: deditque in manus unicuique quotquot collegiſſet verſus. ac, cum quiſque ea, prout viſum ſibi, compoſuiſſet, grammaticos, quos dixi, omnes convenire in unum juſſit: uti in præſentia omnium ſinguli compoſita a ſe oſtenderent. qui, cum ea recitata audiiſſent, non contentione ulla, ſed pro veritate rei, & ut arti conveniret, collatis in commune ſententiis, uno ore pronuntiarunt, compoſitionem, ac correctionem, Ariſtarchi, & Zenodoti, cæteris præſtare: deinde rurſum, ex utraque eam, quæ Ariſtarchi eſſet, prævalere judicarunt. Quia vero quidam illorum, qui Homericos verſus ad Piſiſtratum attulerant, ut mercedis plus acciperent, ſuos quoque, uti dictum eſt, data opera appoſuerant, ac jam ii legi quoque conſueviſſent, non id tamen judices cepit; verum, propter conſuetudinem, ac receptum ante uſum, eos ita reliquerunt: verum, obeliſco appoſito, quotquot improbos, alienos, & poeta indignos eſſe exiſtimarent, indicarunt. Col. 1436. Lemma capitis x, & ipſius quoque capitis magnam partem, uſque ad Thucydidis verba, quæ exhibeo columna proxime ſequenti 1437. verſ. 16. ſic refinge.

C A P. X.

Uxores ejus, tres numero; una, ignota: in cujus nomine oſtenſus error Scholiaſtæ Ariſtophanis. Altera, Timonaſſa Argolica: quam ducturus, filiis intercedentibus, quid reſponderit. Tertia vero, Megaclis filia, Cœſyra dicta. Liberi quoque; Hipparchus, Hippias, Jophon, Theſſalus: filia, ignoti nominis: item nothus, Hegeſiſtratus, Sigei tyrannus.

UXORES autem, tres habuit; duas, uti conjectura eſt, ante tyrannidem: tertiam, poſtquam primum ejectus, ut jam dixi. Ex priore, ut videtur, ſuſtulit Hipparchum, qui Juſtino Diocles dicitur, Hippiamque. Obſervo apud Scholiaſten Ariſtophanis, Equitibus. Πεισιςράτȣ ἡ γυνὴ γέγονεν ἡ Μυῤῥίνη, Ἱππίου, ϗ Ἱππάρχου, μήτηρ. *Piſiſtrati uxor erat Myrrhina, Hippiæ, & Hipparchi, mater.* Sed, quod Myrrhinam eam appellatam putat, errat ſane vehementer: nam hæc Hippiæ uxor erat, uti clare mox oſtendam, cum de illo agendum erit, capite XVII. Secunda, fuit Timonaſſa quædam, Argolica: Jophontis, & Theſſali, mater: quam cum duceret, filiis interrogantibus, an id faceret, quia eſſet, quod in ipſis reprehenderet; Minime vero, reſpondit: ſed, laudare ſe eos maxime, ideo-

que liberos alios, ipſis ſimiles, tollere velle. Plutarchus memorat, in Catone majore. Πραττομένου δὲ τοῦ γάμου, παραλαβὼν τοὺς ἐπιτηδείους ὁ υἱὸς τοῦ Κάτωνος, ἠρώτησε τὸν πατέρα, μή τι μεμφόμενος, ἢ λελυπημένος ὑπ' αὐτοῦ, μητρυιὰν ἐπάγεται; ὁ δὲ Κάτων ἀναβοήσας, εὐφήμησον, εἶπεν, ὦ παῖ· πάντα γὰρ ἀρεστά μοι τὰ παρὰ σοῦ, καὶ μεμπτὸν οὐδέν. Ἐπιθυμῶ δὲ πλείονας ἐμαυτῷ τε παῖδας, καὶ πολίτας τῇ πατρίδι ἀπολιπεῖν. Ταύτην δὲ τὴν γνώμην πρότερον εἰπεῖν φασὶ Πεισίστρατον, τὸν Ἀθηναίων τύραννον, ἐπιγήμαντα τοῖς ἐνηλίκοις παισὶ τὴν Ἀργολίδα Τιμώνασσαν, ἐξ ἧς Ἰοφῶντα, καὶ Θεσσαλὸν, λέγουσιν αὐτῷ γενέσθαι. *Dum vero nuptiæ agitarentur, Catonis filius, adſcitis neceſſariis, patrem interrogat; quid in ipſo reprehendens, quidve triſte ab ipſo paſſus, novercam induceret? at vero exclamans Cato, Bona verba, inquit, fili: omnia tua mihi grata; nec, quod querar, quicquam habeo: verum plures mihi filios, patriæ cives, relinquere cupio. Hanc ſententiam Piſiſtratum ferunt, Athenienſium tyrannum, prius uſurpaſſe, cum filiis ſuperinduceret Timonaſſam Argolicam: ex qua Jophontem, & Theſſalum, natos tradunt.* Ac dicti hujus meminit iterum, in Apophthegmatibus ipſius. Τῶν παίδων, αὐτοῦ γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα μέλλοντος, διαπυνθανομένων, μή τι μεμφόμενος αὐτοὺς εἴη. ἥκιστα, εἶπεν, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος, ἑτέρους μοι παῖδας τοιούτους γενέσθαι. *Filiis, cum alteram uxorem ducturus eſſet, ſciſcitantibus, ecquid in ipſis reprehenderet? Minime, inquit; verum laudo, & alios mihi filios tales naſci cupio.* Poſt hanc, tertiam item duxit, Megaclis filiam, Cœſyram dictam; ſed ex ea nullam tamen prolem habuit, nec habere etiam voluit: uti ſupra memoravi, capite v. Habuit vero ex prioribus duabus filios quatuor. Scholiaſtes Ariſtophanis, Veſpis. τεσσάρων ὄντων κατ' ἐνίους τῶν Πεισιστρατιδῶν, τὸν Ἱππίαν παρέλαβεν. *Cum quatuor eſſent, ut quidam volunt, Piſiſtrati filii, Hippiam aſſumpſit.* Erant autem ii Hipparchus, Hippiaſque, ex priore uxore nati: ex altera Jophon, & Theſſalus. Præter iſtos, filia quoque una fuit; quæ ex utra uxore fuerit, & quo nomine appellata, in incerto eſt. Filiis vero, etiam nothum addas licet, Hegeſiſtratum. De Hipparcho quidem, & Hippia, multa eſt apud Auctores mentio, & mox ipſe ſum dicturus. Iophontis qui meminerit, præter Plutarchum, non inveni: ac videtur admodum juvenis diem ſuum obiiſſe. Neque Theſſali multa mentio: niſi quod Thucydides eam, inter paucos, nobis faciat, lib. I. Καὶ οὐχ ἵσασιν, &c. Col. 1439. verſ. 16. poſt *introduxit*, dele, *Quin*, & adde: Quanquam ſane multum errat, quod ſecundum facit Theſſalum: cum ex prima uxore Hippias, Theſſalus demum ex ſecunda natus fuerit: ut ſuperiori capite ſatis a me declaratum eſt. Sed Hipparchum quod porro attinet, Clidemus, &c. Col. 1446. in lemmate capitis XIII. verſ. 5. poſt, *Somnium ejus*, dele *nocte proxima ante cædem*, & reſcribe: *unum, atque alterum*. Col. 1450. verſ. 48. poſt, *cæſus*, dele *ſed quæ nox præceſſit cædem, ea in ſomnis viſus ſibi videre*. & repone: Paulo autem ante cædem, ſomniaverat Venerem ſibi e phiala quadam ſanguine conſpergere faciem. Plutarchus narrat, lib. De ſera num. vind. Ἵππαρχον δὲ, τὸν Πεισιστράτου, μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς, φασὶ κατὰ τοὺς ὕπνους ὁρᾶν, αἷμα προσβαλοῦσαν αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην ἔκ τινος φιάλης πρὸς τὸ πρόσωπον. *Hipparchum vero, Piſiſtrati filium, paulo ante mortem, ajunt, vidiſſe in ſomno, Venerem ſibi e phiala quadam ſanguinem faciei adſpergere*. Col. 1454. verſ. 21. poſt, *motuus eſt*, adde: Videndus etiam Suidas, in Παρθένιος. Ibid. verſ. 51. poſt, *poſuerunt*, adde: *Hoc actum eſt eodem anno*, (ſunt hæc quoque Plinii verba, ideoque alio etiam charactere exprimenda.) *quo & reges Roma pulſi*. Ubi obſerva item tempus, quo hæ ſtatuæ collocatæ. nempe id obtigit, cum dejiceretur regno Tarquinius Superbus: quod eſt factum Olymp. LXVIII. anno I. cum Iſagoras archon eſset: uti clarum ex Dionyſio Halicarnaſſeo,

lib. v. Itaque, cum Hipparchus fuerit interfectus Olymp. LXIV. anno IV. ut oftendi capite fuperiori, inter cædem, & honorem ftatuarum, anni tredecim interfunt. Col. 1455. verf. 30. poft, *poni*, adde: Ariftophanes, in Concion.

——————— εἰς τὴν ἀγορὰν καταςήσω.
Κἆτα, ςήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ, κληρώσω πάντας.

ubi infigniter hallucinatur eruditus interpres Latinus, qui, παρ' Ἁρμοδίῳ, vertit, *apud congruum:* cum debuiffet, *apud Harmodii ftatuam*. Col. 1459. verf. 26. poft, *amputavit*, adde: Athenæus, lib. XIII. Ἔνδοξος δέ ἐςι καὶ Λέαινα ἡ ἑταίρα, Ἁρμοδίου ἐρωμένη τοῦ τυραννοκτονήσαντος· ἥτις καὶ αἰκιζομένη ὑπὸ τῶν περὶ Ἱππίαν τὸν τύραννον, οὐδὲν ἐξειποῦσα, ἐναπέθανε τοῖς βασάνοις. *Clara eft & Leæna meretrix, Harmodii tyrannicidæ amica: quæ, ab Hippia tyranno cruciata, cum nihil revelaffet, inter tormenta exfpiravit*. Col. 1452. verf. 48. poft, *ferret*, adde: Meminit etiam Demofthenes, Orat. in Mediam. Ἐκεῖνος γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγεται, πρὸς πατρὸς μὲν, Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι· τούτους δέ φασιν, ὑπὲρ τοῦ δήμου ςασιάσαντας ἐκπεσεῖν· καὶ, δανεισαμένους χρήματα ἐκ Δελφῶν, ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν, καὶ τοὺς Πεισιςράτου παῖδας ἐκβαλεῖν. *Nam is paternum quidem genus ab Alcmæonidis ducere fertur: quos ajunt, mota pro libertate populi contra tyrannos feditione, in exilium actos effe; &, pecuniam Delphis mutuatos, liberaffe civitatem, ejectis Pififtrati filiis*. Et Themiftius, Orat. XIII. Καὶ Δελφῶν μὲν, τοῦ ἱεροῦ ἐξ ἀρχῆς Ἀμφικτύονες κτίςαι, καὶ εὑρεταὶ, ἐγένοντο· ποιμένος τινὸς ἐν τῷ Παρνασσῷ ἐκ Καςαλίας τῷ μαντικῷ πνεύματι κατασχομένου. καὶ χρόνῳ ὕςερον ἐξεμισθώσαντο Ἀλκμαιωνίδαι τὸ ἔργον φεύγοντες Ἀθήνηθεν Πεισιςρατίδας. *Ac Delphorum quidem (templi) initio Amphictyones & conditores, & inventores, exftiterunt; cum forte paftor quidam apud Parnaffum ex Caftalia fatidico fpiritu correptus effet: poftea Almæonidæ, Athenis profugi ob Pififtratidas, opus faciendum redemerunt*. Col. 1468. verf. 34. poft, *coriarium*, adde: Hefychius. Βυρσίνης. Μυρσίνης. Ἦν δὲ αὕτη γυνὴ Ἱππίου τυράννου, ἐν τοῖς Ἱππεῦσι. *Byrfinæ. Myrfinæ. Erat vero hæc uxor Hippiæ tyranni, in Equitibus*. Refpexit ad hunc ipfum locum, fine dubio. Col. 1475. in lemmate cap. XIX. verf. 5. poft, *volunt*, adde. Suidæ locus emendatus. Col. 1478 verf. 31. poft, *matrimonio*, dele *liberi omnes nati fuerint*. & refcribe: *natus fuerit*. Ibid. verf. 32. poft, *oportet*, fcribe: *fiquidem ipfe, & frater Hippias, cum fecundis nuptiis duceret Timonaffam Pififtratus pater, interceffferint*. ac dele *cum ex pacto, in tyrannidem reftitutus, Megaclis filiam nuptiis fecundis duceret, interceffferint*. Ibid. verf. 36. poft, *Pififtratus*, dele *jam fecundam uxorem duceret*, & repone: *Megaclis filiam ducturus effet*.

Agnofcere certe oportet hæc auctaria digniffima effe, quæ non ulterius fupprimantur tum ob caput decimum tam neceffaria inftauratione repletum fimulque Pififtrati conjugia & Pififtratidarum nomina revocata, tum ob præclaram liquidioremque, quam huc ufque habuimus, narrationem ejus, quod fub Pififtrato contigit Homericis poematibus. Nec intelligo cur illum Diomedem fcholafticum taceat Meurfius ubi invenerit, aut cujus beneficio tractaverit. Gratulemur felicitati Meurfiani laboris, & hoc duntaxat fragmento publicæ notitiæ reftituto & liberalitati ac gloriæ Pififtrati in recuperando & fervando fæculis omnibus Homero feliciter dicamus. De quo ut univerfa huc fimul collata habeantur; quum poft annum hujus fæculi tertium & vicefimum, qui Pififtrati palingenefian per Meurfium attulit, tempora cucurrerint fane fertiliffima & ingeniis fi unquam concitatis ad augendam publice fcientiam beatiffima; annecti omnino debere judicavi ex-

çerptum ex Diodoro Siculo, inter Peirefciana confpicuum, cum annotatione viri maximi & cujus memoriæ honor quidem femper, dum ftudia erunt; jucunditas vero & amicitiæ fuavitas ex illa Parifina confuetudine privatim mihi, dum vixero, manebit, Henrici Valefii, ut quæ mirabiliter proderit ad idem caput Meurfiani laboris decimum, quod quidem ita, quum antehac fuerit unum ex breviffimis, abhinc vel capaciffimum erit. Et fane vel idcirco huc adferri oportuit, quia integritatem verbis Chronici Arundelliani redditam non Palmerius modo refert velut fibi debitam, fed ne nuper quidem apud Anglos renovata editio tam in redintegratis, ut vocant, Annotationibus pag. 46, quam in hiftoricis Notis pag. 206 quenquam reftitutionis inventorem agnofcit fatis ingrate, quum Valefius fexto anno poft editionem maximi Seldeni, fed in hoc defectu fatigati, id ipfum nomen jam pronunciaviffet. Diodori verba funt. Οτι Θέτταλος ὁ Πεισιςράτȣ υἱὸς σοφὸς ὑπάρχων ἀπείπατο τὴν τυραννίδα, καὶ τὴν ἰσότητα ζηλώσας μεγάλης ἀποδοχῆς ἠξιοῦτο παρὰ τοῖς πολίταις. Οἱ δὲ ἄλλοι Ἱππαρχος καὶ Ἱππίας βίαιοι καὶ χαλεποὶ καθεςῶτες ἐτυράννευν τῆς πόλεως. Πολλὰ δὲ παρανομοῦντες εἰς τοὺς Αθηναίους, καί τινος μειρακίου διαφόρου τὴν ὄψιν Ἱππαρχος ἐρασθεὶς διὰ τοῦτο ἐκινδύνευσεν. *Theffalus Pififtrati filius, vir fapientia præftans, tyrannide fe abdicavit, & æquo cum civibus fuis jure agens, maximam apud omnes laudem eft adeptus. Reliqui vero ejus fratres, Hipparchus atque Hippias, cum fævi ac violenti effent, tyrannidem in populares fuos exercuerunt. Cumque graviffimis injuriis populum Athenienfem afflixiffent, tandem Hipparchus formofi cujufdam pueri amore captus, magnum in difcrimen incidit.* Ad ifta notavit in hunc modum Valefius:

Θετταλός.) Hic e Pififtrati filiis minimus natu erat, ut ait Heraclides in Repub. Athen. qui mortuo patre tyrannidem recufavit, tefte Diodoro. hoc enim eft, ἀπείπατο τὴν τυραννίδα. quamquam fenfus etiam hujufmodi effe poteft, Thefsalum cum aliquandiu tyrannidem cum fratribus exercuifset, tandem tyrannide fe abdicafse. Utrum verius fit, diftincte affirmare non poffumus. quippe omnis Pififtratidarum hiftoria denfis tenebris obducta eft, maxime ob jacturam librorum Diodori. Initium tyrannidis Pififtrati fuit anno IV Olymp. LIV. ut eft in Marmoribus Arundellianis. ἀφ' οὗ Πεισίςρατος Αθήνησιν ἐτυράννευσεν ἔτη ϹϚζ'. Αρχοντος ..... ικ.... υ. fupplenda eft marmoris lacuna fic, Αρχοντος Αθήνησι Κωμίου, ex Plutarcho in Solonis vita, qui Pififtratum regnare cœpiffe dicit Comia Athenis Magiftratu. Regnavit autem Pififtratus annos XXXIII, ut docet Ariftoteles lib. V Polit. & Heraclides in Rep. Athen. & Juftinus lib. II. Deceffit igitur anno IV Olymp. LXII. Regnatum deinde eft ab Hipparcho atque Hippia annos XVIII, ut teftatur Ariftoteles. Proinde Olymp. LXVII anno II pulfi funt ab Athenienfibus & Lacedæmoniis Pififtratidæ, cum annos unum & quinquaginta tyrannidem tenuifsent, ut recte Ariftophanes Grammaticus fcribit. quamquam Eratofthenes 50 tantum annos eis tribuit, Herodotus vero 36, ut notat Scholiaftes Ariftophanis in Vefpis. Sed Herodotus eos duntaxat annos complectitur, quibus Pififtratus principatum tenuit. quippe Pififtratus bis ab Athenienfibus pulfus eft, atque ex annis XXXIII, qui ab initio ejus tyrannidis ad obitum ufque interfunt, annos duntaxat XVII imperavit, ut ait Ariftoteles, tametfi Herodotus XVIII ei tribuere videtur. Porro noftra hæc annorum fupputatio auctoritate Thucydidis nititur. Is lib. VI Hippiam fcribit tyrannide ejectum, ad Darium fugiffe, & vicefimo tandem anno cum Perfis in Atticam irrupifse, & in Marathonia pu-

gna cecidisse. Ea pugna contigit Olymp. LXXII anno II, ut est in Marmore Smyrnæo, qui annus est vicesimus ab eo in quo Hippiæ fugam collocavimus. Accedit quod idem Thucydides lib. VIII ab ejectis tyrannis ad quadringentorum dominationem annos numerat centum. Atqui Olymp. XCII anno I constituti sunt quadringenti, ut satis constat, a quo ad annum II Olymp. LXVII anni centum interjecti sunt, si utrumque terminum incluseris. quod mirifice sententiam nostram confirmat. Et hæc quidem Valesius.

Sed neque sic a me impetro, ut derelinquam Pisistratum, nec id agam, ut vel eximius hic Meursii labor omni parte repleatur condiaturque, vel coner monstrum conficere, quod in Pisistrati historia residuum certe est, & cujus latibulum viri docti in Eusebio deprehenderunt acutius, quam debellarunt, prout videre licet non tantum in Meursiani operis capite quinto, sed etiam in auctario tantum quod præmisso. Quum enim illum tyrannide expulsum scribant auctores in Eubœam fugisse, maxime circa Eretriam, idque sit probabile, Eusebius tamen dicit εἰς Ἰταλίαν παρελθεῖν, & quam firme id Latinis tradiderit Hieronymus, quidque afferat eruditissimus auctor noster, ibi videre licet. Post eum redintegratæ Annotationes ad Chronicon Marmoreum de hac perversitate sic notant pag. 44 (In Eusebiano Chronico ad annum 3 Olympiadis 54 legitur, *Pisistratus Athenienfium tyrannus in Italiam transgreditur*: ad quem in Annotationibus recte mea quidem opinione conjicit Pontacus Italiam errore ex Etruria, E- " truriam autem ex Eretria factam esse; quo Herodotus lib. 1 scribit Pisistra- " tum paulo post usurpatam tyrannidem Athenis ejectum secessisse: Ere- " triam inquam, sive Thessaliæ urbem, ut Pontacus (nescio an ex Herodoto mihi non ad manus) seu potius Eubœæ insulæ celeberrimam ut alioquin ego existimaverim.) Ita scilicet supponi potest nomen gloriosissimum & perfrequens invasisse loca aliarum appellationum regionumque. Sed cur, sodes, non consulitur mollius? Eretria utique Herodoto & Polyæno nominata qui potest in suspicionem cadere? & quod in antiquitate vestigium de Pisistrati transitu in Italiam, nedum in Etruriam nullo vinculo, aut beneficio Pisistratidis conciliatam, atque ideo nullis uspiam priscis auctoribus in hac historiæ parte nominatam? Si illuc exul concessisset aut inde tyrannidem repetisset, ab Etruria aut alio aliquo Italiæ populo suppetias quoque accepisset. Sed qui eum adjuverunt, recensentur civitates antea notæ junctæque, tum Thebæ, tum ex Argis & Naxo, atque omnia inclusa manent terminis Græciæ. Hinc malebam credere vocabulo Ἰταλίαν corruptelam natam ex prima litera, pro more in codicibus MSS. crebro, omissa pro Οἰχαλίαν, quæ literis plane similibus signata jam antiquitus fuit notissima, & postea celebratur κώμη τῆς Ἐρετριακῆς λείψανον τῆς ἀναιρεθείσης πόλεως ὑπὸ Ἡρακλέους, ut inde pateat, cur Eretriæ tribuant allii, quod Eusebius Oechaliæ. Sed quid imperite adspicimus, quod aliter decebat probari? Italia vel simile nomen fuit in Eubœa, & circa hanc ipsam ejus partem. Nobile est testimonium Antigoni Carystii in numero πδʹ. Καὶ ἐν τῇ Εὐβοίᾳ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλικὴν τὴν συνορίζουσαν τῇ Χαλκίδι (vel Καλχίδι, ut editur) δύο ποταμοὶ Κέρων καὶ Νηλεὺς &c. *Et in Eubœa vero circa Italicam confinem Chalcidi duo flumina Ceron & Neleus*. Per quæ verba prorsus evanescit omne illud μορμολυκεῖον, quod sibi imaginabantur eruditissimi homines de regione inter mare Hadriaticum & Tyrrhenum, quum ea sit portio Eubœæ.

Cæ-

PRÆFATIO.

Cæterum hoc legitimi ſtatus turbatore expulſo reverti oportuit ad inſtauratas Athenas, ubi ante omnia vocandus fuit ad partes eruditus ſane Caroli Sigonii labor; quo eaſdem perſcrutari contendens vir clariſſimus, ſumpto indice, quem Ariſtoteles olim occupaviſſe legitur, fragmenta ejuſdem, Pollucem, Ariſtophanis ſcholiaſten, Demoſthenem & porro omnem illam rhetorum cohortem ſic adhibet, quaſi Cononis exemplo manibus eorum reparare prorſus urbem conaretur, Harpocratione interim omnem paginam faciente. Itaque quod obiter notare debeo, hoc illud ærarium eſt, cujus parietes ſuffodiens & eruens ille tagax alienæ doctrinæ ſpectator Latinam ejus Lexici interpretationem furari auſus verba Sigoniana pro Friſicis venditavit. Confer modo, & ubique ipſa Sigoniana cernes, immo & ipſam eorum ſeriem. At vero Sigonius delibato rurſus imperio Regum, formam libertatis, conſiliorum ordines, judicia, magiſtratus cunctoſque alicui operæ præfectos laborioſiſſime adeo exſequitur, ut cupide ſuaviterque ejus amorem erga Athenas comitetur mens Græcis percipiendis dedita. Quid enim dicam? Non partes multæ cognitu dignæ illic continuo nexu deducuntur, ſed univerſa rerum Atticarum prudentia exſtat enarrata; cujus deinde nonnulla quidem variis locis attigit Meurſius & alii, ſed teretiore prorſus & rotundo magis ore per omnia Sigonius; niſi quod in his quidem permagna lux ſit noſſe loca auctorum, unde quæque ſunt petita. Quin etiam Sigonium anteferent illi, qui Græca componi ac doceri ſermone Latino lætabuntur. Sic enim res inſtituta eſt, ut in ſcripto de Græcorum rebus fere caverit aliquid conſpici Græcum. Ex quo ſenſu qui fructus promanaverit, vel columna 1520. declaraverit toties *Dionyſium* venditans pro Baccho, eique *Dionyſio* diſces ludos fieri in *Leno*, qui *Lenus* etiam columna 1532. tanquam populus publicari debuit, ſi verum placet agnoſcere, nunquam Græcis vel Atticis, immo nec Romanis auribus auditus. Ita etiam ex Plutarcho ſcribit columna 1608. *Lycurgus theatrum Dionyſii* Επιςάτης *abſolvit*, ubi animadvertas omitti eum qui dicitur ab Plutarcho nomine honoris (ἐπιςάτης τ͂ δημοσίων ἔργων) uſus, quum paulo ante fiat mentio Themiſtoclis, qui tamen nunc intelligi nequit, ſed Pericles. Scilicet hinc diſcet Latinus columna 1570, quomodo Areopagi ſenatus in *pagum* aſcenderit, aut columna ſequente convenerit in *pagum* cognomine Martium. Hinc identidem citata oratio Demoſthenis de *epitrierchemate*. Super omnia non percipio, quid moverit virum præclarum, ut populorum appellationes ſic amaverit Latine bis proponere coram eis, a quibus ſupponebat Græca ignorari, unde ſcire etiam oportuit nullo eos cum commodo audituros vocabula ipſis barbaricis ingratiora: & in his (quod ſane illum dedecebat) poni Lambram maritimam & Lambram inferiorem ut diverſos populos. Hæc & ſimilia certe oſtendunt, quam neceſſaria & opportuna venerit Meurſiana in populis Atticis ſolertia & quædam nova politiorque ratio, per quam Græca non diſcernerentur ab Latinis. Ad hanc igitur properantes, memorabilia tamen nonnulla Athenarum & Lacedæmonis tempora ab eodem Sigonio contexta interpoſuimus.

Atque ita denique parata erat opportunitas ad collocanda junctim ornamenta quædam expolita ab inſigni noſtro Meurſio; quippe a quo nunquam averti in hac Græciæ luſtratione ſine fraude licet, ſed vel maxime decurrere ad eum ut unicum refectorem debemus. Quorum pompam ducit Fortuna Attica, & convenienter huc citatur, utpote repetens ab al-

tiſſimis initiis declarationem ejus, & inde procedens ad mores omnium deinceps temporum, quorum partem jam audieramus. Nec dubitavi interdum in ima pagina ſignare partes, quæ retinuerant aliquoties & impediverant progreſſus meos. Quale vero ipſe auctor exſtare hoc opus ad poſteros voluerit, ab ipſo accipe, qui ab hac Fortunæ iſtius contemplatione nunquam recedens, hac paulatim enata collatione augeri vel ornari quibuſdam mutandis eam voluit.

Pag. 1 cap. 1 verſ. 3. pro, *Quando*, repone, Quomodo. Col. 1683 verſ. 31 poſt, *Saitarum*, adde: Aegyptiorum. Ibid. verſ. 41 poſt, *ſequuntur*, adde: Julius Africanus, Chronographiæ lib. III apud Euſebium, De Præp. Evang. lib. Ὅτι τε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν Ἀθηναίοις ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν, ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένους, ὥς φασιν ἄλλοι τε, καὶ ἐν τῷ Τρικαρήνῳ Θεόπομπος. Col. 1684 verſ. 1 poſt, *propinquos*, adde: Ubi illud mihi obſerva, contra dictum a Phanodemo, & Calliſthene, Saitas ortos Athenienſibus. Ita quoque Apollonius Tyaneus, in Epiſtola ad Saitas. Ἀθηναίων ἀπόγονοί ἐστε, καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν. Ibid. verſ. 49 poſt, *innuit*, adde: Sedulius Scotus, Commentario in Epiſtolam ad Romanos, cap. VII. *Lex Romanis ex Athenis allata eſt*. Col. 1689 in lemmate cap. III verſ. ult. poſt, *ſplendens*, adde: Anni ratio, & diei. Col. 1696 verſ. ult. poſt, *ingentium*, adde: Poſtquam autem aeris conſtitutionem memoravi, ab hoc loco minime alienum erit, anni quoque rationem, & diei, explicare. Ac de anno, id ſciendum; principium illi hic fuiſſe a ſolſtitio æſtivo. Simplicius, ad Phyſicorum lib. V. Ἡμεῖς ποιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτοῦ περὶ θερινὰς τροπὰς, ὡς Ἀθηναῖοι. Diem vero incipiebant ab exortu uno ſolis, uſque ad alterum. Plinius, lib. II cap. LXXVII. *Diem alii aliter obſervavere: Athenienſes, inter duos ſolis exortus*. Sed contrarium nobis Cenſorinus memorat, ab occaſu uno ad alterum. Verba ejus ita habent, De die natali, cap. XXIII. *Athenienſes autem (diem ſtatuunt) ab occaſu ſolis, ad occaſum*. Longiſſimus autem dies, erat horarum quatuordecim ſemis; & poli altitudo, graduum triginta ſex: ut eſt videre apud Hipparchum, uno atque altero loco, in Phænomena Arati, lib. I. Col. 1697 in lemmate cap. IV verſ. 1. poſt, *multitudo*, adde: Plutarchi locus emendatus. Verſ. 14. poſt, *Lyſimachi*, adde: Suidæ locus emendatus. Col. 1697 verſ. 26 poſt, *concordes*, adde: Inde Ariſtophanes, Veſpis.

Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

Et huc &c. Ibid. verſ. 44 poſt, *reperta ſunt*, adde: Sed ſcribendum eſt, μύριοι, καὶ τετρακισχίλιοι, διακόσιοι, καὶ τεσσαράκοντα. Erant enim quatuordecim millia, quadringenti, quinquaginta. Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Veſpas, e Philochoro. Μήποτε δὲ περὶ τῆς Αἰγύπτου δωρεᾶς ὁ λόγος; ἣν Φιλόχορος Ψαμμήτιχοι πέμψαι τῷ δήμῳ μυριάδας τέσσαρας. Πλὴν τά τοῦ ἀριθμοῦ οὐδαμῶς συμφωνεῖ. Ἑκάστῳ δὲ Ἀθηναίῳ, πέντε με[illegible]ους. Τὰς γὰρ λαβόντας γενέσθαι μυρίους τετρακισχιλίους διακοσίους τεσσαράκοντα. Col. 1696 verſ. 31 poſt, *talentis*, adde: Anonymus, Probl. Rhet. XLIII. Πλούσιος, ἔχων ἐχθρὸν πένητα, καὶ ἐξερχόμενον εἰς πρεσβείαν τῆς πόλεως, ἔγραψε νόμον, ἵνα μὴ ὁ μὴ εὐπορῶν πέντε τάλαντα ἀνέρχηται εἰς κριτήριον. Col. 1701. verſ. 19. poſt, *medimnum*, adde: Farinæ chœnices quatuor, obolo dividebantur. Arrianus, in Homilia Prophetica, apud Stobæum, Serm. XCV. Σωκράτης, Ἀρχελάου μεταπεμπομένου αὐτὸν, ὡς ποιήσοντος πλούσιον, ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ, διότι Ἀθήνησιν τέσσαρές εἰσι χοίνικες τῶν ἀλφίτων ὀβολοῦ ὤνιοι. Ibid. verſ. 40 poſt, *Lyſimacho*, adde: filio Ariſtidis. Ibid. verſ. 42 poſt, *dederunt*, adde: Plutarchus, in Vita Ariſtidis. Λυσιμάχῳ δὲ, τῷ υἱῷ, μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ γῆς τοσαῦτα πλέθρα πεφυτευμένης, ἔδωκεν ὁ δῆμος· ἄλλας δὲ δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστην ἐπέταξεν. Ibid. verſ. 49 poſt, *drachmas*, adde: E-

mendandus Suidas, in πλέθρον. Καὶ Λυσιμάχῳ, τῷ παιδὶ (τοῦ Ἀριστείδου) δ' δραχμὰς τῆς ἡμέρας (ἡ πόλις Ἀθηναίων) ἐδίδου. Male editur: δύο δραχμάς. Col. 1702 in lemmate cap. v verſ. 6 poſt, *principi*, adde: Sitalci, Thraciæ; Evagoræ, Cypri; Dionyſio, Siciliæ regi: ac Sadoco, Sitalcis filio: & Caryſtioni. Col. 1704 verſ. 49 poſt, *feciſtis*, adde: Etiam Sadoco dederunt, Sitalcis ejus, quem jam ſtatim dixi, filio. Thucydides, lib. II. Ἐλθών τε ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Νυμφόδωρος, τήν τε τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐποίησε, καὶ Σάδοκον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Ἀθηναῖον. Et poſtea. Πείθουσι τὸν Σάδοκον, τὸν γενόμενον Ἀθηναῖον, Σιτάλκου υἱόν. Et deſignat Ariſtophanes, in Acharnenſibus.

Ὅτ' ἐνθαδὶ Θέογνις ἠγωνίζετο,
Τοῦτον μετὰ Σιτάλκους ἔπινον τὸν χρόνον.
Ὁ δ' υἱός, ὃν Ἀθηναῖον ἐπεποιήμεθα,
Ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων.

Col. 1705. verſ. 24. poſt, δόξαν, adde: Etiam Caryſtioni. Rem, & cauſam, indicat Scholiaſtes Comici Veſpis. Σάμιοι κατεσκεύασαν μηχανήν τινα κατ' αὐτῶν· ἣν μαθόντες Ἀθηναῖοι ὑπό τινος Καρυστίωνος, ἐφυλάξαντο. Καὶ Σαμίους μὲν κακῶς διέθηκαν· τὸν δὲ Καρυστίωνα, ἐτίμησαν σφόδρα, μετὰ τοῦ γένους· καὶ τῆς αὐτῶν πολιτείας ἠξίωσαν· Col. 1707 in lemmate cap. VI. verſ. 2 poſt, *emendatus*, adde: item Suidas. Col. 1709. verſ. 29 poſt, *Teos*, adde: Eodem mendo laborat Suidas, in Ἰωνία. Ibid. verſ. 41. poſt, *condendam*, adde: Thales, Epiſtola ad Solonem, apud Diogenem Laertium, in ejus Vita, lib. I. Ὑπαποστὰς ἐξ Ἀθηναίων δοκέεις ἄν μοι ἁρμοδιώτατα ἐν Μιλήτῳ οἶκον ποιέεσθαι, παρὰ τοῖς ἀποίκοις ὑμέων. Ibid. verſ. 55. poſt, *Codri*, adde: De Samo, eſt videre apud Lucillum Tarrhæum, in Proverb. Ἀττικὸς πάροικος: & Zenobium, Cent. II. Proverb. XXVIII. Col. 1710. verſ. 16. poſt, *Athenienſis*, adde: Appianus, De bello Mithrid. Φαίνεται γὰρ καὶ Ἀμισὸν, πόλιν Ἀττικοῦ γένους, ἐπὶ δημοκρατίαν, ὡς πάτριον σφισι πολιτείαν ἀγαγών. Ibid. verſ. 47. poſt, *Soloniam*, adde: BYZANTIUM, Ammianus, lib. XXII. *Conſtantinopolis, vetus Byzantium, Atticorum colonia*. Ibid. verſ. 53. poſt, *colonia*, adde: Scholiaſtes Ariſtophanis, Equitibus. Οἱ δὲ Χαλκιδεῖς εἰσι μὲν ἐπὶ τῆς Εὐβοίας ἄποικοι Ἀθηναίων. Ibid. verſ. 63 poſt, *agam*, adde: Hinc Chalcidica dialectus dicta eadem quæ Attica. Iſacius Tzetzes, ad Lycophronem. Τὸ δὲ Πέφρικαν, ἀντὶ τοῦ Πεφρίκασι, καὶ τὰ ὅμοια, Χαλκιδικῆς, ἤτοι Ἀττικῆς, διαλέκτου. Et alibi. Ἐχάζοσαν, Χαλδαϊκὸν, ἤτοι τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου. Ubi recte Χαλκιδικὸν, pro Χαλδαϊκὸν, legendum eſſe, monet V. CL. Janus Rutgerſius, Var. Lect. lib. V cap. VI. Ibid. ver. 67. poſt, *venerant*, adde: CYBELVM. Lucianus, in Jud. Voc. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ· τὸ δέ ἐστι πολίχνιον οὐκ ἀηδὲς, ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων. Col. 1712 verſ. 11 poſt, *abiit* adde: Dux coloniæ, Lampon traditur. Suidas. Ὁ δὲ Λάμπων, θύτης ἦν, χρησμολόγος, καὶ μάντις· ᾧ καὶ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν Ἀθηναίων προσάπτουσιν. Memorat idem Scholiaſtes Ariſtophanis, ad Aves. Ibid. verſ. 16. poſt, *CHERSONESUS*, adde: quam Miltiades deduxit. Ibid. verſ. 22. poſt, *uterentur*, dele *Et quæ ſequuntur*, ac repone: *Thaces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His conſulentibus, nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent.* Et quæ ſequuntur. Marcellinus, in vita Thucydidis. Διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ (τῆς Χερρονήσου) οἰκιστῇ. Col. 1714. in lemmate cap. VII verſ. 7 poſt, *explicatus*, adde: Pauſanias quoque reſtitutus. Col. 1719 verſ. 28 poſt, *diſſidium*, adde: Sed Pauſanias ſupra modo hic exorbitat. Ecce enim verba, in Atticis. Λυκούργῳ δὲ ἐπορίσθη μὲν τάλαντα πεντακοσίοις πλείονα καὶ ἑξακισχιλίοις, ἢ ὅσα Περικλῆς ὁ Ξανθίππου συνήγαγε. Nam, qui, ſodes, talenta ſexies mille & quingenta poſt Periclem addidit, cum tributum univerſum vix mille trecenta repræſentaret? tum ab Alcibiade factum incrementum

cur Lycurgo item aſſignat? Pericles autem, ad ſexcenta talenta auxerat, inde acceſſerant ad ſummum altera ſexcenta quinquaginta. Ergo in numeris neceſſario a librariis eſt peccatum, ſcribendumque. Λυκούργῳ δὲ ἐποιεῖθη μὲν τάλαντα εἰς τὸ δημόσιον πεντήκοντα πλείονα καὶ ἑξακοσίοις, ἢ ὅσα Π. Ibid. verſ. 42. poſt, *urbem*, adde: Univerſum incrementum innuit Julianus, in Encomio Conſtantii. Χρημάτων δὲ ἐπετείους πόρους, οὐκ αὔξων τοὺς φόρους, οὐδὲ τὰς συντάξεις, καθάπερ Ἀθηναῖοι πρόσθεν, εἰς τὸ διπλάσιον, ἢ καὶ ἐπὶ πλέον, καταστήσας. Ariſtophanes, in Veſpis, quas Aminia archonte edidit, Olympiadis LXXXIX. anno II. ait fuiſſe talentorum fere duo millia, iſtis verbis.

Ἀκρόασαί νυν, ὦ παππίδιον, χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον,
Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς,
Τὸν φόρον ἡμῖν ἀπὸ τῶν πόλεων συλλήβδην τὸν προσιόντα.
Κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς, καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοστάς,
Πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημιόπρατα.
Τούτων πλήρωμα, τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίνεται ἡμῖν.

Col. 1722. in lemmate cap. VIII. verſ. 27. poſt, *Imperatore*, adde Profeſſorum numerus. Col. 1723. verſ. 56. poſt, *literis*, adde: Et in Atticis. Γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. Col. 1725. verſ. 46. pro, *Sophoclidis*, repone, *Amphiclidis*. Col. 1727. verſ. 36. poſt, *exiſtimarunt*, dele *Sed non omnibus*, & quæ ſequuntur, uſque ad *Philoſtratum*, & repone: Inſignis eſt in hanc rem locus Luciani, in Eunucho. Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις. Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις ἔτι, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. Ἔδει δὲ, ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων· καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Et mox alius, ibidem. Τοῦ μὲν καὶ σχῆμα, καὶ σώματος συμμετρίαν, πρέπειν φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος· καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτὸν, καὶ τοῖς προσιοῦσι, καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον, καὶ πρέποντα ταῖς μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι. Atque hæc merces Philoſophiæ Profeſſorum: alia vero & Rhetoricis, & Politicis, conſtituta fuiſſe videtur. Ac Politices Profeſſorem talento docuiſſe, ſive ſexies mille drachmis, teſtis Philoſtratus, in Apollonio Athenienſi. & quæ ſequuntur. Col. 1728. verſ. 66. poſt, *erant*, adde: Lucianus, in Eunucho, antea citatis verbis. Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις οὐ φαύλη κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις· Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου, Col. 1729. verſ. 14. poſt, *celebrante*, adde: Apud Lucianum, in Eunucho. Καὶ τὰ ἆθλα, οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ τὸν ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. Et mox iterum. Καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν ὂν, εἰ δοκιμαστέος εὐνοῦχος ἐπὶ φιλοσοφίαν παρελθεῖν, καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι ἀξιῶν. Apud Plutarchum, in Cicerone. Κρατίππῳ δὲ τῷ Περιπατητικῷ διεπράξατο μὲν Ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος, ἄρχοντος ἤδη· διεπράξατο δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι, καὶ δεηθῆναι, μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις. Ibid. verſ. 16. poſt, *tranſierint*, adde: clare Theon, in principio Progymn. Οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ῥητόρων, καὶ μάλιστα οἱ εὐδοκιμηκότες, οὐκ ᾤοντο δεῖν ἐφικέσθαι τρόπον τινὰ τῆς ῥητορικῆς, πρὶν ἀμωσγέπως ἅψασθαι φιλοσοφίας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐμπλησθῆναι μεγαλονοίας. Et eſt colligere &c. Ibid. verſ. 27. poſt, *Philoſophorum*, adde: Marcellinus quoque auctor eſt, ubi Thucydidis ſtudia commemorat, in philoſophicis primo eum audiviſſe Anaxagoram, inde autem in rhetoricis Antiphontem. Ecce verba, in ejus vita. Ἤκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν, ἐν φιλοσόφοις· Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τὴν ῥητορικὴν ἀνδρός. Col. 1730. verſ. 13. poſt, *Diophantus* adde: Lucianus de re eadem verba faciens, in Eunucho. Ἔδει δὲ, ἀποθανόντος αὐτῶν τινὸς, ἄλλον ἀντικαθίστασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. Ibid. verſ. 50. poſt,

rhetorem adde : Verum eſtne iſtud ſcire , quotnam Profeſſores fuerint ? Age, rem inveſtigemus. Qui philoſophiam Peripateticam profiterentur, duo erant . Obſervo apud Libanium , in Eunucho . Καί τινα φασὶν αὐτῶν ἔναγχος ἀποθανεῖν , τῶν Περιπατητικῶν , οἶμαι , τὸν ἕτερον. Totidem fuerint Epicurei , totidem Stoici , & Platonici : totidem Rhetores , & Politici . Sane , Rhetores item fuiſſe duos, manifeſtum ex Eunapio , in Porphyrio . Κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους ϗ τῶν ῥητορικῶν οἱ ἐπ' Ἀθήνησι προεστῶτες , Παῦλός τε ϗ Ἀνδρόμαχος . Ergo illi duodecim univerſim fuerint . Quibus ſi præfectum addas , quem fuiſſe jam oſtendi, erunt tredecim. Et hunc numerum repræſentat nobis Eunapius, in Proæreſio. Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας αὐτῶν τῆς κατὰ τὴν στάσιν , διαστιλλαίνων ἅπαντας, εἰ πλείους , ἔφη , τῶν δεκατεσσάρων ἐτύγχανον οἱ σοφιστεύοντες , τάχ' ἂν ἑτέρας προσεξεῦρον στάσεις , ἵνα διαφόρως ἓν πρόβλημα μελετήσωσι. Col. 1735 in lemmate cap. x verſ. 12 poſt, *error*, adde: Andocides correctus. Col. 1740 verſ. 54 poſt, *numeri*, adde: Ut ſunt certe apud Andocidem, in Orat. De pace cum Lacedæm. Βιασάμενοι δὲ τοὺς ἐναντίους , τὴν ἀρχὴν τῶν Ἑλλήνων κατειργασάμεθα · ϗ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἐν ἑγδοήκοντα ϗ πέντε ἡμῖν ἔτεσιν ἐγένετο . Omnino reſcribendum eſt , ἐν ἑξήκοντα ϗ πέντε ἔτεσιν· Col. 1741 verſ. 62 poſt , *ero* , adde : Is tamen Piræeum muro cinxit , & Athenienſibus epulum præbuit. Suidas, in Ἀλέξανδρος . Οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος , νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους , ϗ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ , ϗ ἑκατόμβην θύσας, πάντας εἱστίασεν Ἀθηναίους. Col. 1744 verſ. 71 poſt , *vicum*, dele *Hinc, civili inter Julium & Pompejum bello orto , pro rep. ſe junxere* ; & repone : Poſtea Pompejus, cum illic ageret, inſtaurandæ urbi, talenta donavit quinquaginta. Plutarchus, in ipſius Vita. Ἐν δὲ Ἀθήναις , τὰ μὲν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὅμοια τῷ Πομπηΐῳ· τῇ πόλει δὲ , εἰς ἐπισκευὴν ἐπιδοὺς πεντήκοντα τάλαντα, λαμπρότατος ἀνθρώπων ἤλπιζεν ἐπιβήσεσθαι τῆς Ἰταλίας. Itaque mox, inter ipſum Juliumque exorto civili bello , ei ſeſe conjunxere, geminamque &c. Col. 1745 verſ. 1 reſcribe: lib. III. cap. IX. Ibid. verſ. 16 poſt , *cap.* XVI. adde : Et Otho Friſingenſis , lib. III. cap. IX. Sed oppreſſa hæc ſeditio, & auctores interfecti. Memorat Euſebius, Hieronymo interprete, ad Olymp. CXCVII annum I iſtis verbis. *Athenienſes, res novas contra Romanos molientes, opprimuntur, auctoribus ſeditionis occiſis* . Oroſius , in citatis verbis , dicit accidiſſe eam extrema ſenectute Auguſti ; & hoc verum eſt. Siquidem Olympiadis CXCVII annus primus erat Imperii Auguſtei quinquageſimus ſecundus, cui ſolum quadriennium ſupervixit. Col. 1751 verſ. 50. poſt, *poteſt* , adde: Alibi vero, in Vita Priſci, barbarorum hanc incurſionem innuens, ita Athenarum meminit, ut immunes eas facere videatur. Ἀλλ' ὅμως ὁ Ἰλάριος τῶν ἀπολαυσάντων ἦν τῆς κοινῆς συμφορᾶς· ἔξω μὲν εὑρεθεὶς τῶν Ἀθηνῶν· πλησίον μὲν γάρ που Κορίνθου διέτριβε· κατακοπεὶς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων ἅμα τοῖς οἰκέταις.

Quæ quidem ſingula & univerſa merebantur ſane liberari ab ſitu , quo obſoleſcebant ignorata. Cæterum ut eſt hoc Syntagma multiplex & varietate notabili amœne conditum ; ita pari oblectatione optimos ſex Atticarum Lectionum libros, illos eruditionis Græcæ undiquaque convectæ ad illuſtrandam Atticam omnino refertiſſimos, & ad fortunam Atticam modo publicam, modo privatam magis cognoſcendam numero uberes inde ſeparandos adeo non putavi , ut continuo adjecerim. Scilicet quum multa per ſingulares libros enucleaſſet Meurſius, aut deſperans aut detrectans ſingula quæ obſervanda judicabat , pari labori committere , multam iſtorum partem cenſuit per capita & minores articulos diſpenſari & in publicum commodum emitti poſſe . Itaque ipſum abundantis Copiæ ſuæ cornu per hæc volumina effudit. Quæ quemadmodum ad has noſtras

Athenas pertineant, quum interim universam Græciam adjuvent ac repurgent, ipse præfatur; sed fidem Musarum! quam diligenter ab studiosis post omnibus lecta, quam omnibus deinde editionibus inserta & ubicunque citata? quominus spero indignabitur aliquis, si & illic viderit signa interdum meæ hæsitationis.

Et sic jam ad Atticarum rerum morumque notitiam huc illuc per urbem agrosque & homines circumductus, & præsertim frequenti citatione vel maris vel locorum ipsam oram attingentium admonitus, desideras opinor litorea, & illum marinæ auræ flatum, adeo indicem serenæ libertatis, ut XXX tyranni tribunal in Pnyce, quum spectaret versus regionem maris, converterint ad mediterranea, existimantes τὴν κατὰ θάλασσαν ἀρχὴν γένεσιν εἶναι δημοκρατίας. In hoc autem ipsius humanitatis horto singulatim quidem exoptas, ut Cephissi delabentis cursum sequens spectes celeberrimi emporii, quod Piræeum vocaverunt, apparatum vel ad deducendas illas centenas triremes vel ad subducendos exterorum commeatuum cataplos, & qua fabricæ mole, quibus institutis inde simul pulcherrimus in mare prospectus, simul imperium processerit, & ab altero rursus latere quibus brachiis fuerit urbi per tot stadia commissus. Ab illis igitur primordiis, quibus mediterranea Atticæ & eminentia quædam loca peragravimus, eum reservatum nunc adire & contemplari tempus est, & quantum expertus sui, satiabit te istud opulentissimum ΔΕΙΓΜΑ felixque & operosa Meursii sedulitas, ut qui sapias, inde illam optimam ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΗΝ in civitatem domumque tuam evoces.

Evenit autem, ut Pisistrato inter hujus voluminis Meursiana pompam ducenti notus fuerit Solon, sed longe alterius sectæ alteriusque προαιρέσεως; & ita æqualis, ut illius tyrannis utique in senectutem Solonis incurreret. Ipse etiam Mersius eo ordine indicat se disposuisse suas lucubrationes, ut Solonem prius absolverit. Nihilominus quum ante Solonem constet Athenis alias leges obtinuisse, non debui cunctari, quin præmittenda esset Themis Attica, præsertim quum ea composita sit per saturam, nullo ordinis cujusquam nexu partes ejus colligante. Itaque in uno capite deprehendes non diversas modo constitutiones, sed alienissimam & nulla vicinia cohærentem materiam complexas, privatis publicisque non satis decenter mixtis, adeo ut Meursius, ille justi & accommodati ordinis tam diligens ac tenax custos in hoc scripto sit plane sibi dissimilis. Id quod tanto magis mirandum, quod nihil certe eum potuerit impedire, quo minus cognatarum rerum leges colligeret in eosdem loculos ipsis negotiis manifeste monstrantibus; & exemplum in collectoribus legum Romanarum haberet ante oculos. Quin etiam quum plures leges Athenis fuerint, nonnullæ quoque in antecedentibus scriptis advocatæ; quæ causa hunc laborem in tantas coegit angustias, ut & alias omittere, & in nonnullis nonnisi simpliciter positis juberet lectorem ad Atticas Lectiones recurrere, ut quæ ibi dicta erant, nunc repeterentur? Inter quæ invitus animadverti, quum locus ille Gellianus de Solone tantopere illi inhæserit, ut & Themidos hujus libro I cap. XII citaret, iterumque adduceret in Solone cap. XV, utrobique sic ab auctore nostro adduci *si ob discordiam dissensionemque seditio atque discordia populi in duas partes fieret*, quasi tanta isti uberrimo lepidissimoque scriptori fuisset verborum egestas, aut non priscæ jam editiones perpulchre exhiberent *atque discessio populi*. Hinc & imperfecta il-

la ſcriptio quem non turbat; quæ occurrit in libri II capite I. *Sed quod dicitur in citatis verbis legis, in principio*, ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς, *ſupra drachmas quinquaginta*, nec additur aliqua apodoſis aut ulterior explicatio, quæ neceſſario requirebatur. Nihilominus multa illic & affatim memorabilia ſaporis Attici guſtare licet, partim in diſciplina, partim in lingua per quidem exquiſita & leni. Cujus utriuſque aliqua peritia jam imbutum exiſtimavi denique converti debere ad unum maximum certe, quem Græcia tulit, virum, & ut ſuo ſæculo admirabilem, ſic omni deinceps tempore honoratum & in perpetui veris urna ſepoſitum Solonem. Ille perſæpe jam in his Meurſianis nominatus & in omni fere columna, quæ loculos hujus Theſauri diſtinguit, illuſtriſſimus procul dubio jam fatigat exſpectationem legentis tanquam nimis diu dilatus. Nec tamen is antea collocari potuit apte ex ſcito, cujus cauſas expoſui. Et oportebat bene præparatum accedere ad ſingula vel domeſtica vel publica in tanto homine bona fide pragmatico & civili ex Græco ritu perſpectanda, Meurſiana ſolertia nihil remittente aut negligente. Sed quæ repentina mutatio & nimis ingrata occurrit repente lectori, vel potius ſtuporem cenciliat? Ille Meurſius qui ubique iſtam Grajæ loquutionis dulcedinem melli ſuo intermiſcet, cœpitne invidere genio legentis & impedire voluit, quo minus eadem & gratiſſime experta ratione procederet? Exturbatis enim & inductis illis jucundiſſimis citationibus, prout auctorum ipſorum calami & manus meditationeſque propoſuerant, & ſic univerſo illo meræ elegantiæ ingenio expulſo, alieno omnia ſermone & plane doctam mentem non demerente contra Meurſiani laboris indolem enarrantur, quum vere Græci, immo Attici viri miracula & eniteſcerent ſplendidius & ab lectore certius perciperentur, ſi popularis lingua iis ſe impenderet. Quid niſi hinc accidiſſe opinabimur, ut capite XXIX edatur quaſi ſcriptum ab optimo viro Solonem dixiſſe *leges aranearum tectis ſimillimas?* Sic nimirum Meurſius novit ἀράχνια! Sed amemus etiam Ἑλληνιστὶ Solonem, prout habere licet, Latinum, non minus quam Romanos ſuo iſtoc Catone contentos fuiſſe teſtatur parœmia. In cujus ſcripti capite XIV quum adeo recte odoratus ſit errorem Theophilo aliunde impactum, quem ſub turpis gloſſematis vituperio etiam expulit deinde Fabrottus, ad pleniorem ejus loci illuſtrationem non omitto promere ejuſdem integram lectionem, prout in codice optimo Mediceo reperit frater meus, longe meliorem vulgata illa, quam concinnavit idem doctiſſimus vir. Ἀλλὰ τὸ μὲν πολιτικὸν νόμιμον ἐκ μιᾶς ἑκάστης πόλεως φροῖον, ἐν ᾗ καὶ κρατεῖ, καὶ ἐξ αὐτῆς δέχεται τὴν ὀνομασίαν. Εἰ γάρ τις ἐθέλει τοὺς τοῦ Σόλωνος ἢ Δράκοντος νόμους ἴους κιβίλε ἀθηναιόρουμ τουτέστι πολιτικὸν νόμιμον τῶν Ἀθηναίων ἀποκαλέσαι, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. Perfectiſſima ſic exiſtit periodus, niſi quod in MS. erat ἴυεις κιβίλε ἀθηναίων.

Sic igitur quum Meurſius ſtudioſe colligat omnia, quibus nomen illud feliciſſimum ΣΟΛΩΝ in literis ſplendet, & is ipſe apud Thalen Mileſium oſtenderit, quam tenero affectu natos ex ipſo proſequerentur, bonum prorſus factum judicavi, ſi Areopagum, etſi non ſubolem & inventum ejus, ut nonnulli tradiderunt, attamen ἄγαλμα vel delicias Solonis, tam urbanas frequenteſque, ut conſtituiſſe videatur, nullo ſpatii interſtitio ad manum & velut in ſinu habeat. Hunc enim ille non quidem exſtructionibus & propylæis, ut Pericles Minervam, ſed viris & honore, ſed cenſoria quadam in civium vitas quæſtuſque auctoritate, ſed caſto in avita ſacra pontificio, ſed legum omnium cuſtodiæ fide ornavit & veluti condidit, nihil

ſegne ſibi relinquente Meurſio, quin ad talem Areopagum his quoque temporibus, quum barbaries omnia ejus veſtigia deleviſſe videtur, monſtrandum & erigendum cum ipſa Solonis ſapientia certet. Adeo undiquaque circumſpicit & congerit, quidquid ad amplitudinis & juſtitiæ Areopagiticæ decus ſpectandum ullo genere faceret. Adeo prudenter conſulteque abigit, quidquid indiligentia aut temeritas quædam illuc affingere ſuſtinuit, nunc Poſtello aut Sigonio, nunc Baronio auferri ſe permittentibus. Quod in eo opere purgatum cupias, erit vel interpretatio Ariſtidæ columnn. 2076. quam recte feceris, ſi ita ſuppleas *ad quæ rem divinam faciunt*, *tum quibuſcunque in Areopago cauſam contigerit obtinuiſſe*, *tum & alii* &c. Item col. 2083. ita alterum Ariſtidæ locum citabis, ἐ τῆς παρὰ τοῖς θεοῖς, ὡς δυνατὸν, ἐγγυτάτω. ᾗ τοσούτῳ τετίμηται &c. Nec columnn. 2118. in Ariſtophanis loco retinebis κληρωτῆρα, quod Græcum non eſt, ſed κληρωτήρια.

Hoc ipſo nomine quum inſignire titulum paucarum obſervationum Cl. Frehero mens tulerit, placuit ſequentes paginas illi dare, præſertim quum in eis ſit judicium de arbitratu Areopagitico, quem citaverat jam Meurſius. Atque ita quum plurimis ex partibus jam eſſet bene percepta & inſpecta Attica, ut priuſquam ad ſacra tranſiretur, ſecurus ac planus exſtaret tranſitus ad alias Græciæ regiones, quorum inprimis multum laudata & cognita eſt Laconica; ne ſaltus foret nimius, & interpoſita ad divertendum invitaret Achaja, quum eam qualicunque modo expoſitam ſciremus, viſum fuit in ea aliquamdiu conſiſtere, duntaxat ut appareat ſtudiorum diverſitas. Quæ nos quidem ita inſtituimus, ut ex Meurſio maxima iis apportentur ſolatia & adjumenta, quæ nulla veniunt ab aliis. Unde feſtinantes ab hac macie, apprehendere rurſus illum optavimus Laconicis proferendis & declarandis occupatum cum laude extrema & utilitate publica. Cujus laboris ordo etſi ab Meurſio ita ſit diſpoſitus, ut egregia iſta Miſcellanea prius elaboraverit ac emiſerit; ipſam tamen antiquitatem cohærente filo junctam cenſuimus primore loco ſtatuendam floridis illis hinc inde excerptis laciniam ejus recte retenturis, ita ut agmen claudat utilis & præclara opera Cragii in deſcribendis eiſdem Laconibus; quos attingens neſcio qui fruor eorundem brevitate, & te, qui legis, quamplurimum inde proficere optans, dimitterem ad iſta omnia rectius percipienda ex vivis documentis exempliſque; niſi hæc ipſa evocarent aliquid largius, velut querentia abeſſe numero ſuo unicum & vere, ut appellat Scaliger, Λακωνίζον decreti ſpecimen ab Boethio in ſcripto de Muſica ſervatum, & inde in oculos animoſque variorum doctiſſimorum hominum admiſſum, ut vel ex ingenio vel prout copia fuit, ex libris MSS. ſinceræ vetuſtati reſtituerent non ſine magna doctrinæ adſperſione. Id ipſum quum in codice Cantabrigienſi reperiens admirarer ita, ut non diſcederem niſi ad literarum ipſas formas bene deſcriptum haberem, non erit plane vanum, ſi nunc hoc loco exhibeam plane ad fidem MSti codicis:

ΕΠΗΥΤΑΗ ΘΙΜΟΘΕΟΡ ΟΜΙΛΗΣΙΟΡ ΠΑΡΓΙΜΕΝΟΡ ΕΤ ΤΑΝΟΜΕΤΕΡΑΝ ΡΟΛΙΝΤΑΜ ΠΑΛΙΑΝ ΜΟΛΗ ΑΤΙΜΑΣΑΣ ΑΕΚΑΙ ΤΑΝ ΔΙΑΤΑΝ ΕΠΤΑ ΧΟΡΔΑΝ ΚΥΘΑΡΙΖΙΝ ΑΠΟΣΤΡΕΦΟΜΕΝΟΣ ΠΟΛΙ ΦΟΝ ΕΙΣΑΤΟΝ ΔΥΜΑΙΝΕΤΑΙ ΤΑΡΑΚΟΑΡ ΤΟΝ ΝΕΟΝ ΔΙΑ ΤΕΑΡΠΟΑΥ ΧΟΡΔΙΑΡ ΚΑΙΤΑΡ ΚΑΝΟΤΑΤΟΡ ΤΟΜΕΛΕΟΡ ΑΤΗΝΗΗ ΚΑΙ ΠΟΙΚΙΤΑΝ ΑΝΠΛΟΑΡ ΚΑΙ ΤΕΤΑΜΕΝΑΡ ΑΜΦΙΕΝΝΥΤΑΙ ΤΑΝ ΜΩΑΝ ΕΠΙΧΡΟ ΜΑΤΟΣΤΙΝΕΙΣ ΤΑΜΕΝΟΡ ΤΑΝΤΟΜΕΛΙΟΡ ΔΙΑΣΚΕΙΝ ΑΗΤΙΤΑΡ ΕΝΑΡΜΟΝΙΩ ΠΟΙΤΑΝ ΑΠΟΣΤΡΟΦΟΗ ΑΜΟΙΕΑΝ ΠΑΡΑΚΛΕΤΕΙΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΝ ΤΟΝΑΤΟΝΑ ΤΑΡΕΛΕΥΣΙΝΙΑΡ ΔΑΜΑΤΡΟΣ ΑΠΡΕΠΕΔΙΕΣ ΚΕΙΣΑΤΟΤΑΝ ΤΩΜΙΤΩ ΔΙΑΣΚΕΙΑΝ ΤΑΝ ΤΑΡ ΣΕΜΕΛΟΡ ΩΛΙΝΑΡ ΟΥΚΕΝΑΙΚΑ-

P R Æ F A T I O.

ΤΟΡ ΝΕΟΡ ΔΙΔΑΚΚΕ ΔΕΔΟΧ ΘΑΙΦΑ ΠΕΡΤΟΥΤΟΙΝ ΤΟΚΒΑΚΙΛΕΑΡ ΚΑΙΤΟΡΕ ΤΕΡΩΡ ΜΕΜ ΨΑΤ-ΤΑΙ ΤΙΜΟΘΗΩΝ ΕΠΑΝΑΚΑΤΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑΝΕΝΔΕΚΑ ΧΟΡΔΙΑΝ ΕΚΤΑΜΟΝ ΤΑΡΠΕΡΙΤΑΡ ΥΠΟΛΙ-ΡΟΜΕΝΟ ΤΑΡΕΠ ΤΑΩΠΟΡ ΣΚΑΣΤΟΡ ΤΟΤΑΡ ΠΟΛΙΟΡ ΒΑΡΟΡ ΟΡΙΟΝ ΕΛΑΘΕΤΑΙ ΕΤΤΑΝΣΙΤΑΡ-ΤΑΝ ΕΠΙΦΕΡΕΝ ΤΙΤΟΝ ΜΗΚΑΛΩΝ ΝΕΤΩΝ ΜΕ ΠΟ ΤΕΤΑ ΡΑΡΕΤΑΡ ΚΛΕΟΡ ΑΤΟΝΩΝ. Hinc patet mirari licere, ab Bullialdo poſt quatuor, (tot enim habuiſſe teſtatur) codices inſpectos etiamnum edi παραγινόμενος, perinde ut Scaliger & Salmaſius, quum jam Leopardus quidem duobus MSS. uſus, παργενόμενον, niſi quod opiner vitioſe ſcripturam ejus exhiberi τιμόθεον ὁ μιλάσιον παργενόμενον, typis non aſſequentibus manum ejus, qui in primo caſu iſta exhibuerat per finem literæ ρ, prout in communi Græcorum lingua is ipſe reddit Τιμόθεος ὁ μιλήσιος παραγενόμενος. Sed MS. παργίμενορ, quod editur etiam in Boethio, nec muto, quum miris modis minuerint, auxerint ſyllabas. Certe ἔγεντο Dores quoque dixerunt pro ἐγένετο. Secundo quum omnes velint ἁμετέραν πόλιν, habeat tamen illa fideliſſima membrana ὁμετέραν, videtur etiam hoc Laconicum, quum Heſychius norit Αμὴ, νῶι· αὐτὴ ἡμᾶς τὰς δύο; ſed & νῶι ſcribat æquipollere ἡμᾶς, ἡμεῖς, ἡμῶν. Lacones Dorica utebantur dialecto; ſed quæ & ſingulare aliquid habuit Laconicum. Tertio recte Scaliger, Salmaſius & Bullialdus τὰν παλαιὰν μῶαν, quum ultimam vocem alii mutent in μολπὰν neſcio quo auctore. Ex MS. noſtro patent quatuor literæ. Quarto quum edatur aut ἀτιμάσας, aut ἀτιμάσδε, & utrumque ſit in MSStis, neſcio cur Salmaſius ἀτιμάσδη aut diphthongum velit Bullialdus ἀτιμάσδει, quaſi apud Theocritum non exſtaret Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριεῦσι. In MS. clare eſt ἀτιμασασδε, unde adfirmativum δὴ colligo, prout Scaliger infra ἀναγκάσαι δή. Quinto conſentiunt omnes in πωλυφωνίαν, quum MS. videatur innuere πολύφωνον. Sexto indigna eſt ratio, qua exceptæ ſunt voces ἀγεννῆ καὶ ποικίλαν, quas primo recte edidit Bullialdus conſentiente codice Cantabrigienſi, Scaligero exhibente ἀγεννῆ καὶ ποιητὰν, Leopardo & Caſaubono aliiſque ἄνεγκε ποικίλαν, Salmaſio ἀγέννεα. Septimo cauſam habuit nullam Scaliger ſolus edendi ἀντὶ καθαρᾶρ, quum illud ἁπλόας ab MS. clare firmetur, & jungat iſta duo contraria Plutarchus in verbis ab Bullialdo citatis τῷ ποικίλῳ τῆς φωνῆς χάειν· μόνα γὰρ τὰ ἁπλούστατα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον. Alibi Plutarchus habet κατεαγυῖαν καὶ ποικίλην, Maximus Tyrius diſſertat. 21. τὴν ὀρθὴν καὶ ἀφελῆ μουσικὴν. Neſcio an Scaliger cogitaverit imitationem aliquam verſuum Eumeli apud Pauſaniam lib. IV. p. 278 Octavo τεπαλμέναρ edunt omnes, quod Bullialdus fatetur ſibi occurriſſe in MS. In Cantabrigienſi plane litera Γ non exſtat: unde aſſentior Bullialdino τεταμμέναρ, quæ opponitur ἀγεννεῖ. Nono quum Scaliger edat δύσκλειαν, Leopardus δίεσιν, (idque placet Salmaſio) etſi MS. norit quoque διασολὴν Caſaubonus διάστασιν, ut vulgo legitur in Boethio, Bullialdus διασκευὰν, vides, ad quam lectionem accedat noſter codex. Certe vocem nunc ignoratam reſtituit διασκεύαν, non magis improbandam, quam σωμασκία ſimili derivatione. Idemque altera vice mox probat. Decimo ita perſpicue legitur in MS. prout Bullialdus in omnibus ſe fatetur legiſſe αντι ταρ εναρμονιω (quod ipſi tamen non placet, quum mutari non debeat) ποτταν. Sed quod habent omnes αντιστροφον, notabili mutatione MS. habet ἀπόστροφον, nec dubito quin idem ſit in aliis MSS. etſi taceant, & ἀντίστροφον quodammodo notet idem quod ἀμοιβαίαν. Sed perſpicue MS. Cantabrigienſis profert ἀπόστροφον ἀμοιβὰν. Itaque quidquid agat Bullialdus de molli enarmonio, poteſt Lacedæmoniis ſuum enarmonion fuiſſe, idque conveniens ſuæ civitati, ut notent in vicem enarmonii ad abhorrentem, averſam & abſurdam mutitationem conceſſiſſe. Undecimo magna varietas eſt in ſequentibus, ubi editur in Boethio

P R Æ F A T I O.

ἄχορ διεφημίσατο, Leopardus & Caſaubonus ἀπρεπέα διασκεδάσατο, Scaliger ἀπρεπέα ἐσκεδάσατο, Salmaſius ἀπρεπέα διαείσατο, Bullialdus ἀπρεπῆ διεσδάσατο· Ex quibus illud ἀπρεπῆ quidem eſt indubitabile, perinde ſcriptum ut ἀγεννῆ ſuperius. Verbum vix recte conſtituero, quum & διεσκεδασατο & alterum διεσδάσατο æque appropinquent. Interim lectio MSti eſt in totidem literis δίησκήσατο vel διεπσδίσατο τὰν τῶ μύθω διασκειαν, non κίδνησιν, ut vulgo, non δύσκλειαν ut Scaliger, non διδαχὴν ut Leopardus, vel διδαχαν ut Caſaubonus, non διασκεδὰν, ut Salmaſius & Bullialdus. Duodecimo cauſa nulla eſt, cur in Eleuſiniis male explicuiſſe fabulam probetur, quia Semeles puerperium impie docuit, atque ideo ſcribi debeat τὰν γὰρ, ut habetur vulgo & retinent Leopardus, Caſaubonus, Bullialdus, quum Scaliger poſuerit τὰν τᾶρ, Salmaſius Τὰρ τᾶρ, quod eſt optimum, Accuſatur enim duo non caſte peregiſſe, fabulam nempe Cereris Eleuſiniæ & deinde Semeles puerperium. Nam τὼρ νέωρ inficite Bullialdus ſibi attribuit, quum habeant Leopardus, Scaliger, Caſaubonus, ac Salmaſius, qui in poſtremis admodum liber nihil habet, quo nos ad imitandum alliciat. Denique miror unum Caſaubonum habere ἐπιφέρεν, reliquis edentibus ἐπιφέρειν, Salmaſio & Bullialdo ἐπιφέρην, quum id ſit tam continuum in Doricis. Omnia igitur ſic reſtituo ad MStam vetuſtatem; Ἐπειδὴ Τιμόθεορ ὁ Μιλήσιορ παργίμενορ ἐτ τὰν ὁμετέραν πόλιν τὰν παλαιὰν μῶαν ἀτιμάσας δὴ, ϗ τὰν διὰ τᾶν ἑπτὰ χορδᾶν κιθάριξιν ἀποστρεφόμενορ, πολύφωνον εἰσάγων λυμαίνεται τὰρ ἀκοὰρ τῶρ νέωρ, διάτε τᾶρ πολυχορδίαρ ϗ τᾶρ καινότατορ τῶ μέλεορ ἀγεννῆ ϗ ποικίλαν ἀντὶ ἁπλόαρ καὶ τεταμέναρ ἀμφιέννυται τὰν μῶαν ἐπὶ χρώματορ συνιστάμενορ τὰν τῶ μέλεορ διασκείαν ἀντὶ τᾶρ ἐναρμονίω ποτ τὰν ἀπόστροφον ἀμοιβάν· παρακληθεὶς δὲ ϗ ἐτ τὸν ἀγῶνα τᾶρ Ἐλευσινίαρ Δάματρορ ἀπρεπῆ διεσπεύσατο τὰν τῶ μύθω διασκείαν, τὰρ τᾶρ Σεμέλαρ ὠδῖναρ οὐκ ἐν δίκῳ τὼρ νέωρ δίδακκε· δέδοκται φᾶν περὶ τούτων τὼρ βασιλέαρ, ϗ τὼρ ἐφόρορ μέμψαϲθαι Τιμόθεον, ἐπαναγκᾶται δὲ ϗ τὰν ἑνδεκαχορδίαν ἐκταμεῖν τὰρ περιττὰρ ὑπολιπόμενορ τὰρ ἑπτά· ὅπωρ ἕκαστορ τὸ τᾶρ πόλιορ βάρορ ὁρῶν εὐλάβηται ἐτ τὰν Σπάρταν ἐπιφέρειν τι τῶν μὴ καλῶν ἠθῶν, μή ποτε ταράττηται κλέορ ἀγώνων·

Habe, & vale.

SERIES
SCRIPTORUM
Quæ in volumine quinto Thesauri Antiquitatum Græcarum inveniuntur.

G. P.

TRACTATUS

DE

REPUBLICA,

SEU


MAGISTRATIBUS ATHENIENSIUM.

IN LIBRUM
DE
MAGISTRATIBUS ATHENIENSIUM
PRÆFATIO.



PRÆCIPUA antiquorum omnium, quicunque de rebus humanis præclare aliquid commentari aut tractare voluerunt, sententia consuetudoque fuit, ut antiquitatem ob oculos sibi tanquam exemplar proponerent: merito sane rati ea ratione majorem diuturnitatem suis adferre operibus. Constat enim nimis crebro experimento, sine magna illa cum hominum tum rerumpublicarum disciplina, institutione & exemplo, ita infeliciter versatos fuisse in suis tractationibus, qui antiquitatis contempsere placita, ut qui in tenebris ea conati sunt opera exequi, quæ lucis potissimum adminiculo absolvuntur. Unde egregii rerum humanarum auctores & instauratores, ut secula semper proficere ostenderent, ea quæ paucis & simplicissime dicta, scripta, factave a majoribus erant, voluerunt aut laudando probandoque extollere, aut addendo amplificare, aut quadam adjuncta diligentia magis illustrare & absolvere. Quum enim una origine olim producti, aut ab illuvionum conflagrationumve periculo servati homines essent: necesse fuit, post justum in primum habitatis locis acceptum incrementum, eam hominum multitudinem illic natam, cui regio illa nataleque solum alendæ impar esset, illam, inquam, multitudinem in varias traduci colonias: idque diu post suæ originis tempora. Sic vero dispersos homines sensim ita adolevisse, ut congressu mutuo, & astutia, (quæ ab ἄστυ, id est, civitate, dicta est) cultioris vitæ usum paulatim reciperent, credi par est: quum jam scilicet illorum vix nomine famave noti majores, conversationis assiduitate vitam induerant docuerantque humaniorem. Conversationem enim & crebrum hominum concursum, omne vel ferocissimum genus reddere mansuetius, nemo facile negaverit, cui recta adsit ratio. Nam quis dubitet, quin eadem ratione loquela, artes, ipsaque comparatu difficillima virtus, demum rerum omnium verisimilitudo, (quum verum ipsum in occulto mortalibus lateat,) summa indagine sensim inter mortales adoleverit, eo modo quo perpetuo sibi constantis naturæ opera solent lentius consurgere? Porro ubi aliquid incrementi in quodam solo acceperit, jam illam transplantari contingit, atque ita ad exteros, vel commercio tantum familiares, rerum assiduo usu ab his passim ad alios transeunte, migrare certum est. Quis enim non credat opus fuisse, ad leges condendas, & virtutem ob oculos revera ponendam, longissimo tempore, quum illam ipsam vitii loco haberi apud multos certum sit, ut contra, vitium illius loco substitui, etiam passim vulgare? quum præcipue videat, insolitorum facinorum authores, artium instrumentorumque inventores, passim celebrari, & mortalium numero eximi, quod scilicet in vita vel artis appendicem reperissent. Inde deorum & falsæ persuasionis orta colluvies. Maxime itaque patet, secula semper proficere, (nisi vis providentiæ nobis contra humanum judicium utilissima, bello, fame, peste, aut insolita ruina antiquitatem totam literis & hominum memoriæ commendatam deleat, & superstites principia quædam humilia agere doceat,) inque dies humanæ cognitioni quicquam addi. Quibus rationibus adductus Plato, emendandarum legum summum remedium scriptum reliquit, si videlicet omnibus seculis (quibus vel præstantissimas mortalium corrumpi, hominumque fraude & versutia inverti est) omnium aut saltem præstantissimarum rerumpublicarum leges moresque in unum conferrentur, ac una virtute duce & arbitra per prudentes viros ex singulis sumeretur quod ad mutuam omnium emendationem faceret, unumque corpus morbo vacans componeretur: id ea sententia judicans, quod probandum susceperam. Res enim eo magis est vegeta, quo altius egit radices. Ut igitur illa imitatione etiam ego aliqua in re prodesse Reipubl. conarer, volui e priscorum monumentis erutam præstantissimam rerumpublicarum imaginem, Atheniensium politiam, in manus hominum dare: cujus etsi exacta comparatio cum nostra propter diversam monarchiæ & democratiæ administrationem fieri non poterit, spero tamen futurum, ut hinc aliquod remedium ad ejus emendationem desumi possit. Atque non tantum leges Atheniensium a Romanis expetitas fuisse me ostensurum spero, sed & divisionis populi, & magistratuum exempla inde sumpta, clarissimis argumentis me demonstraturum confido. Quia vero exemplis res humanæ, ut sentit Plato, aut conservantur, aut instaurantur: non tantum comparatione rerum nostrarum sum usus, verum Romanæ, quandoque Venetæ, non raro Turcicæ, quas ipsis in locis diligentissime perspectas habui, comparationes adducere visum est: alioquin Turcicam diligenter lingua Gallica conscriptam, Francisco Valesio Galliarum regi præstantissimo, & Margaretæ illius sorori, dicavi duobus libris: in quorum primo quæ ad religionis persuasionem & ceremonias attinent, atque jurisdictionem: in secundo, de magistratibus & regio censu ad minima usque tractavi. Romanam & Venetam non pauci scriptam reliquere. Hæc nostra si minus absolute tractata prodierit, nemo æquus alieni laboris æstimator mirabitur, quum ire per extentum hujusmodi funem primus tentaverim, remque deperditam pene ab inferis revocaverim. Adductus porro sum in hanc tractationem, librorum, quos de ea inter cæteras respublicas scripserat Aristoteles, desiderio, quum nil ejus operis præter crebras apud varios authores citationes extare jam ante mille annos comperi. Unde non ex ipso authore, præter pauca, sed ex Demosthene, Æschine, Isocrate, Libanio, Ulpiano, Demosthenis interprete, Polybio, Plutarcho, Harpocratione, & ejus notæ authoribus, visum est Latinis potius male Latine tradere, quam tanta mea diligentia fraudare cui sum natus rempublicam unica minus tersæ dictionis compositæve orationis opinione. Per me igitur præstantissimam reipublicæ speciem, operis præstantissimi instaurationem, accipient literarum Græcarum candidati, quibus ista scribimus; ex qua non parvam lucem accessuram ejus linguæ difficultati spero. Nullum enim antiquitatis monumentum potest exacte cognoscere, qui reip. administrationis partes non cognoverit. Sed de populo dicere aggredior.

INDEX CAPITUM.



G. P.
TRACTATUS DE REPUBLICA, SEU MAGISTRATIBUS ATHENIENSIUM.

CAP. I.
DE POPULI DIVISIONE.



ATHENIENSES, qui & αὐτόχθονες, id est, *indigenæ* nuncupari altius referendæ originis gratia gaudebant, tribus distinctos fuisse nominibus, scriptum non pauci reliquerunt. Inter illos enim erant εὐπατρίδαι, γεωμόροι, δημιουργοί. Primo nobilitas, ut Romæ patricii, appellari volebat. *Geomori* erant rustici, ita dicti, quod illis jam pridem pars aliqua agri Attici ad colendum cessisset. Artifices, qui artes mechanicas & mercimonia in urbe exercebant, tertio vocabulo vocari solebant. Significabat & *Demiurgi* vox, præter sellularios, & eos qui vilioribus artibus victum sibi parabant, etiam id munus quod Romani Publicanum vocant. Iis qui erant aut ætate, aut honoribus majores, inter cæteros dicebantur *Demogerontes*, quasi Senatores, quibus a popularibus præcipue summa deferebatur authoritas. Primum alioquin nomen αὐτοχθόνων non populi fundis aut civitate donati fuit, sed illorum, quorum majores communi omnium consensu tantum Athenis vixisse, nec aliunde originem traxisse assererentur. Ambitionis itaque illius gratia δημοποίητοι vocabantur populi fundi. Qui autem ex tribus unius parte tertia, (quæ quot essent, statim aperiam) ὁμογάλακτοι, id est, (si verbum licebit fingere) *Collectanei* dicti sunt. Suprema literarum memoria illa nomina servavere, donec sibi factionum nomina, unde pestis teterrima & rerumpubl. & popularium oritur, sibi fecere, quo tempore adhuc Ἐφετῶν magistratuum a Dracone primo Athenis legislatore institutorum oligarchia regebantur. Erant vero hæc nomina, πεδίαιοι, διάκριοι, πάραλοι. Illi ut solidiores in reipubl. opibus favebant oligarchiæ, paucorum videlicet potentiæ: *Diacrii* popularem flagitabant administrationem, iniquo animo, potentiores in republica primas partes obtinere, ferentes. *Parali* pro rerum fluctu modo huic, modo alteri factionis parti studentes, sibi & aliis viam ad libertatem impeditam reddebant. Interim omnis injuriæ fluctus in miseros *Hectemorios* redundabat. Erant enim ita appellati tenuiori fortuna homines, quod potentiorum tyrannidi sextam suarum rerum partem quotannis pendere cogerentur. Fiebat itaque (quod

A semper in simili rerum statu evenit) ut summum jus summa esset injuria (ut in parte corporis male affecta solent aut vitiosi aut nimii humores incumbendo dolorem augere) in miserorum civium & favoribus destitutorum caput procumbens. Ut autem cognosci possit, & velut ob oculos poni populus Atheniensis: ut præterea constet, quam vigili cura, quamque acri magistratuum ingenio ad illum in officio retinendum opus fuerit, visum est illius ingenium ex Polybii *libro sexto* depingere. *Fuit*, ait, *populus Atheniensis perpetuo navibus navarcho destitutis similis. Quum enim in ipsis*
B *aut propter hostium terrorem, aut hyemis sævitiam, animi affectus classiariis imperaverit esse animo simul concordi, atque parere navarcho, tunc fit ab ipsis nautis officium diligentissime: sin quadam securitate semel inceperint duces contemnere, ac invicem movere seditiones, (ob id scilicet quod sunt diversa omnes sententia) tunc his adhuc navigare cupientibus, illis portum petere gubernatorem cogentibus, deformis quædam rerum facies intuentibus apparet ob seditionem & litem inter illos obortam, his scilicet rudentes ac vela contrahere, illis e diverso laxare volentibus: sociis vero & navigationis consortibus ingens imminet periculum. Unde non raro*
C *ubi magnas pelagi procellas atque hyemes sævissimas effugere, in ipso portu impingunt, atque adeo prope ipsam terram naufragium faciunt. Quod sane jam sæpius reipubl. Atheniensium contigit. Superatis enim maximis gravissimisque periculis, quum propter populi, tum propter magistratuum ducumque virtutem, in facillimis, nullique adversæ fortunæ rebus obnoxiis temere est periclitata. Quamobrem de hac amplius dicere non licet, in qua, turba rerum summam habet quodam irrationabili impetu, illo animi libidine conducto & instructo, ardore & vehementia impulso*. Hactenus ille. Qui res illorum aliquando perspexerit, appositam admodum com-
D parationem *Polybium* scripsisse videbit. Verum ad motus factiosorum reprimendos est redeundum. Illi certe ob tam diversas partes & sententias non poterant aliter quam monarchia, aut uno capite, quod tam disparia regeret membra, componi. Omnium ergo consensu, & præcipue popularium, ob vitæ insignem integritatem, quodque gravationi populari nunquam consensisset, Solon est ad hoc munus delectus: quam provinciam, periculi plenam, ancipitisque exitus, homo integerrimus suscipere his verbis renuit. *Dum tyrannidem in patriam exercere refugio, dum vim mortalium nemini infero, quum, lædere quod mihi aut mi-*

nuere possit honorem, nil admisit, sic videor mihi facile omnibus absque tyrannide superior. Hæc Plutarchus, in *Eo*. Quum vero rideretur a multis quod illam renuisset dignitatem, quam plerique favore, precibus, atque amplissimis muneribus ambirent, subjunxit:

Οὐκ ἔφυ Σόλων βαθύφρων οὐδὲ βουλήεις ἀνήρ.
Ἐσθλὰ γὰρ θεοῦ διδόντος, αὐτὸς οὐκ ἐδέξατο.
Περιβαλὼν δὲ ἄγραν ἀγασθεὶς, οὐκ ἐπέσπασε μέγα δίκτυον,
Θυμοῦ δ᾽ ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.

Non est Solon magna prudentia aut consilio homo. bona enim Deus quum dedisset, is non accepit: intuensque, & prædam miratus, non traxit ampla præda refertum rete, animi & mentis inops. Quanvis tamen monarchiam recusarit, noluit desperatæ pleneque deploratæ reipub. deesse: verum, qua arte valebat plurimum, consilio prudentiaque illam levavit, primumque σεισάχθειαν, id est, *oneris, quo tenuiores potentioribus premebantur*, excussionem excogitavit. vox illa ἐκ τοῦ σείειν τὸ ἄχθος, id est, *ab excutiendo onere* dicta est. Per eam æs alienum a pauperibus ad oppignerata usque servituti corpora factum, dissolutum est. Sanxit vero ne liceret ulli ob usuras jus in corpus habere. Multi credunt, illam σεισάχθειαν fuisse *debitorum omnium recisionem*. unde illi, quibuscum legem illam antequam promulgaretur communicasset, dicti sunt χρεωκοπίδαι id est, *æris alieni recisores*, quod maximum fecerant a quo de lege sancienda audiverant. Habuere vero id nominis, quod nulli amplius fecissent, quodque in legis & creditorum fraudem. Volunt alii, ut tenuiori fortuna homines possent ære alieno liberari, auxisse per Sisachthiam pecuniæ percussæ precium: ut quod ante septuaginta drachmis mutabatur, idem centum minis postea æstimaretur: & secundum vetustam rationem persolverent. At neutra ratione videtur per se sine altera tolerabilis. fuisset enim χρεωκοπή, id est, *alieni æris recisio*, creditoribus tam ingrata, quam grata & optanda pauperibus: unde illud non extinguere sed alere incendium fuisset. Incrementum vero minarum adjectarum non potuisset satis esse tenuioribus ad persolvendum. unde utrumque una instituisse credi par est, ut divitibus cresceret, quod a pauperibus recuperare per legem non poterant. Ipse vero primum ut legem a se incipere cæteris legislatoribus ostenderet, de suo sex talenta auri, quæ quadraginta quinque millia aureorum nostratium proxime reddunt, remisit. Sub ipso autem rerum innovandarum tempore (solet enim omnis mutatio vel utilissima ægre admitti) lex lata non statim placuit: (divites enim secum inique actum contendebant: pauperes Attici agri more Laconico expectabant:) tempore tamen procedente, & perspecta pace ex sanctione comparata, usque adeo omnium est judicio probata, ut sacra instituerent Sisachthiæ nomine. Paulatim ergo compositis rebus, cavendum more medici optimi statuit, ne rursus in eandem calamitatem inciderent, compositis singulis pro cujusque dignitate membris. Primum itaque populi censum æstimandum duxit, ut quisque pro suarum facultatum modo (si adesset vitæ innocentia) dignitatem in Repub. assequi posset, nulla habita plebeii aut patricii ratione: id tamen præcavendo, ne ulli potentiorum, qui tunc in magistratu essent, invito se abdicare liceret. Facile itaque hoc temperamento summos imis conjunxit, & e diverso. nec enim antea licebat plebejo magistratum administrare. Quatuor ergo, ex censûs ratione, populi partes fecit, πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς vel τριακοσιομεδίμνους, ζευγίτας, & θῆτας. Modiis quingentis censebantur primæ dignitatis. Modium vero de solo in quo possis modium serere, dici, *Varro* his verbis ait: *Jugerum, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus, qui & latus est pedes* 120. *longus totidem: is modius & mina Latine dicitur*. Medimna *Cicero* vocare solet, quorum in quolibet seri, ut mensura Parisiorum, sex modii solent. Is erat primus census, hi erant post senatorii ordinis viros primo in honore. Patricii autem solebant in ἐφετῶν ὀλιγαρχίαν eligi, antequam Ariopagiticus Senatus a Solone institueretur. Munus *Pentacosiomedimnorum* erat, quum urgebat necessitas, aliquid reipublicæ conferre pro rerum usu: quos statim sequebantur eodem in munere secundi, trecentis censi modiis, dicti ἱππεῖς, quod & equos domi per facultates alere possent, & tempore belli ἱππάδα persolvere, id est, *quantum homini & equo in annum alendo sat esset*. Bini idem ζευγῖται, quasi dicas *mutuo juncti*, quia per facultates unus non poterat, præstare solebant. unus itaque illorum censebatur circiter CL. medimnis. Aristoteles in *Solonis institutis*, quæ in *Politicorum libris* describit, horum non meminit. Opificum, cerdonum, proletariorumque loco erant θῆται, nec aliud reip. pendebant quam numulum, qui ab illis θητικὸν vocabatur. Fuisse vero Proletariorum, vocis arguit ratio. Nam θήσω prisci pro ποιήσω, id est, *faciam*, *edam*, dicebant: unde παιδοποιῆται, id est, *prolis procreatores* sunt dicti. θητῶν alioqui significatio, *mercenariorum* nomen est. Nullum jus illis assequendi magistratus erat: quandiu census tenuitas eos in infimo contineret ordine. Hoc itaque pacto Solon, constitutis veluti in certamine ad quos singuli contenderent finibus, morbo laborantem rempub. reddidit sanam. Ut enim natura sapientissima magistra, quum videt, aliquid a se compositum ita vehementer omnes intendere nervos, ut loco felicitatis & boni, ad quod omnia tendunt, sibi infelicitatem suopte ingenio comparet, aut illud idem partium simul agentium inæqualitate sese conficere: sapientissima inquam traducit aut rem aut rei partem vitio intentam ad aliquod institutum, ubi relicta prisca contentione adolescat finem consequendo propositum; sic sapienti legum instauratori est faciendum, qua potissimum industria usus est Solon. Ut vero probandarum legum fieret major potestas, imponens & patriciis & plebeiis illis, dum pollicetur tabularum stabilitatem, his Attici agri ex æquo, ut dixi, divisionem, omnium consensu, antequam rogaretur lex, probatam, utrisque imposuit; quod suo maximo bono esse cum omnes cognovissent, usque adeo gratam habuere, ut sacrorum memoria illam consecrarent immortalitati. Quibus compositis, ubi omnia ex animi sententia evenisse vidit, protulit hæc carmina:

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσσον ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ᾽ ἀφελὼν, οὔτ᾽ ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ᾽ εἶχον δύναμιν καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Αὐτὸν δ᾽ ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι
Νικᾷν δ᾽ οὐκ εἴασ᾽ οὐδετέρους ἀδίκως.

Nunc populo quantum satis est, permissa potestas,
Detractus nulli est, estve negatus honos.
Viribus atque opibus qui nomina clara ferebant,
Hos vetui & tenues quæ minus æqua pati.
Me objiciens scuti in morem, quod servet utrosque,
Neutra permisi vincere parte nefas.

CAP. II.

De Tribubus, & aliis populi partibus.

RESTITUTA populo pace, nobis de Tribubus dicendum altius repetita origine videtur. Solent fere omnes populi, nationes, urbesque, ut

A inquit Livius, suas consecrare origines, a claris scilicet hominibus, aut ab illis quos rudis & rerum ignara vetustas, mundique adolescentia, in deorum reposuit numerum, nomina sibi imponentes. ita alii Jovem, (cujus vocabulum ex Veteris Testamenti vocabulo יהוה factum ab Ethnicis est) Martem alii, Mercurium, Pallada, Vulcanum, & hujusmodi portentosa deorum vitio nobilium monstra, ad majorem virtutis & antiquitatis opinionem, suarum urbium aut gentis authores, instauratores vendicant. Athenienses ergo quum non viderentur sibi satis una Ἀθηνᾶ, id est, *Pallade*, nobiles, variis etiam sui populi partibus, quas
B tribus dicunt, nomina ab eponymis dedere. Erant vero ἐπώνυμοι, heroes, primi scilicet illi quos suprema hominum memoria noverat, qui virtutis ergo statuas Athenis habebant, habuerantve, in eo Athenarum loco qui non longe a buleuterio quingentorum virorum erat: ut illis statuis tam virtutis per memoriam præmium illis referri cognosceretur, quam incitarentur omnes his exemplis ad virtutem. Primum itaque fuere quatuor tribus. Una a Cecrope prisco (nam, si *Pausaniæ* credimus, fuere duo) dicta Cecropis est: altera αὐτόχθων, id est, *Indigena*, peculiari gentis vocabulo. Tertiam
C Actæus ἀκταίαν dixit. Quartæ a maris vicinia nomen fuit παραλία. quibus vocibus antiquatis, Cranaus quatuor diversas indidit, Cranain a se, Atthida, Diacrin & Mesogæan. Altera vocabulo gentis, *Diacris* a summo loco urbis, (sunt enim Athenæ in colle sitæ) *Mesogæa* a media parte vocata est. Ut autem mater adulterium tegeret, Jovem patrem habuisse creditus est Erichthonius: qui ut patri falso credito gratiam referre simularet, abrogatis his, a diis vocabula imposuit quatuor. Διάδα itaque primam a Jove dixit, alteram Ἀθηναΐδα a Minerva, sequentem Ἡφαιστιάδα a Vulcano illic summopere coli solito nominavit: quartæ a Neptuno Ποσειδωνιὰς nomen fuit. Inde unaquaque harum in tres partes (quas ita a tribus, non
D a tribuendo, ut putant, dictas novimus) divisa, numerus ad XII. pervenit. Nomen Græcum est, etymi argumento. τριττὺς enim vocant ἀπὸ τῶν τριῶν, id est, a *tribus*, ut Latini primum etiam a ternaria populi partitione, in Tatiensem, Lucerem, & Rhamnensem facta. Hæ duodecim partes tertiæ duravere ad tempora usque Alcmæonis DCLX. annis, aut circiter. Iste oraculi Apollinis responso X. tribus a principibus, qui ante illum regnaverant majori fama, nominavit. Cecropis a
E Cecrope, Erechtheis ab Erechtheo dicta, Ægeis, Pandionis, Acamanthis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, Antiochis, Æantis: quibus adjectæ sunt Antigonias & Demetrias, ut XII. numerum complerent: quæ ipsæ singulæ (ut pridem quatuor) in tres partes divisæ reddebant sex & triginta tribuum numerum: quas Romani una minus sunt imitati. Unde patet, non tantum legum, sed & divisionis populi Attici exemplo usos fuisse. Ista quam magni sint momenti, in rebus Reip Atticæ perpendendis postea videbitur. A quibus porro principibus, tribus nomina sumpsissent, illi XII. Eponymi dicebantur, quos nescio an vo-
F cet duodecim Atheniensium deos Herod. in *Erato*, quoniam idem author, quum aliquot nomina illorum ibidem adscripsisset, in *Euterpe* ait, XII. deos primum in Ægypto cultos, indeque in Italiam portatos, habuisse Pisis aram communem, quæ δώδεκα θεῶν βωμὸς, id est, XII. *deorum ara* vocabatur. Reges vero deos vocari, quod aut regnarent quadam æquitate, aut aliquando regnavissent, mihi præter copiosam amplissimamque tam Græcæ quam barbaræ historiæ fidem author est *primo Politicorum* Aristoteles. Unde & deos & reges potuisse vocari constat, & illos XXIIII. deos, fuisse XII. Ægyptios advectos, totidemque Atticæ reges. Pausanias in *Atticis*, ubi de Eponymis dicit se adferre sententiam *Herodoti* de illis, tamen longe diversis nominibus & summa ab illo id facit. Pauciores enim XII. adfert, iisque Attalum, Ptolomæum, atque Hadrianum, cujus tempore scribebat, addit. usque adeo gloriæ ardor, & popularium blandimenta valebant, valentque, ubi in aliquam opinionis partem procubuit ambitio. Sed de Eponymo magistratu, suo loco. Cognito populo, illiusque partibus explicatis, nunc ad magistratuum narrationem est veniendum.

CAP. III.

Quomodo eligerentur magistratus Athenis.

TRIPLEX fuit eligendorum magistratuum ratio: sors, populare suffragium, stemmatum claritas. Primam rationem Græci κλῆρον, alteram χειροτονίαν, id est, *manuum extensionem*, (quæ in sublime a populo, dum aliquem probaret, fieri solebat) tertiam αἵρεσιν, vocant, id est, *electionem*. Sorte sortitove deligebantur in eo loco quem Græci eam ob rem κληρωτήριον dicunt, quicunque judicandi fungerentur officio: quo modo dux & singuli fere magistratus Venetorum eligi solent. Illam vero rationem amplissime suo loco tradam. Senatus ille qui Athenis ita eligebatur, ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων id est, *consilium D. Virorum* dici solebat. Populari suffragio duces, tribuni militum, rei bellicæ & maritimæ præfecti suo munere fungebantur. Quibus suum munus concedebat propter opes & nobilitatem electio, illi erant χορηγοὶ, id est, *Choragi in ludis sacris & sacrificiis*: quo in munere liberalitatem summam exercebant, impensas proprio ære & facultatibus suppeditantes. Hi erant numero X. quo in honore se fuisse Demosthenes *in Oratione* adversus Mediam ostendit. His tribus generibus omnia reipubl. vincula constare abunde patet. Ab injuriis enim domesticis, vicinorum, exterorumque, jus dicendo judices defendunt, fines conservat & auget miles, religio expiat animos. Nunc quo se ordine singulæ dignitates offerent eas describam, ab Ariopagitis exordium ducendo.

CAP. IV.

De Ariopagitarum Senatu.

ET literarum omnium memoria, & sua æquitate severitateque longe celeberrimus est habitus senatus Ariopagiticus, quem Graii τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν βουλὴν appellant. Ut maximo honore erat, ita numero civium non parvo quanvis incerto constabat. Incertus numerus inde procedebat, quod ex novem Thesmothetis, de quibus suo loco, solerent in eum ordinem annuo magistratu statim defuncti, reddita totius anteactæ vitæ apud Logistas ratione, quidam cooptari. Accessuri Logistæ, qui a publicis rationibus magistratus erat, nomen præconi edebant, proclamareque his verbis jubebant: Quis vult talem tali & tali functum magistratu de anteactæ vitæ accusare facinoribus? Qua proclamatione quivis, modo probando esset, accusator admittebatur. Verum ista in Logistis melius. Illa severa quidem certe admodum ratio paucos reperiebat usque adeo omni nota carentes, ut innocentia freti augerent eum ordinem. Qui vel sordium (quæ res alioqui plerisque satis familiaris videtur, cum, si ad victus rationem munerum illa receptio pertineat, judicibus lege sit permissa) vel favoris vel admissi criminis notam inustam semel habuisse probabatur, is nunquam in tam inviolabile consortium admittebatur. Et ne ullus fraudi locus

relinqueretur, ſub dio, palam præſenteque populi totius corona, illa ratio coram ſenatu putabatur. Quotannis itaque illa ipſa ex Theſmothetis plures eximens, & numerum relinquebat incertum, & deteriora in hac mortalitate longe melioribus ſuperiora eſſe oſtendebat. Lectus ille ordo ac inſtitutus a Solone antiquata Εφετῶν ſeveritate legitur. Erant enim ante Solonis inſtituta LI. Ephetæ, id eſt, præfecti, qui de capitalibus cauſis ac furtis ſententiam (quod ante illos regis fuerat officium) ferebant. Iſtorum ergo nomine Solon præſentem ſenatum conſtituit ſummæ in Rep. authoritatis: qui non ſolum de capitalibus cauſis jus dicebat, verum de quibuslibet gravioribus: non ſecus quam olim judicum decuriæ ſortito & ſubſortito a prætore apud Romanos delectæ: & hodie in Gallia primum de criminalibus ſupprætores, ſecundo de vi illata: ac ſupremus in ſummis curiis ſenatus tam primum quam ex provocatione cognoſcit. Quum vero cauſæ poſtulabat gravitas, Ariopagitis addebantur ex cæteris magiſtratibus non pauci veluti ſubadjuvæ, quemadmodum in delegatis a ſupremo ſenatu cauſis hodie fieri eſt in uſu. Si magiſtratus novi eligerentur aut inſtituerentur, ſi reip. gratia aliquid quod ad omnes æque pertineret, in deliberationem proponeretur, ſi lis ſæpius ob ambiguitatem dilata ſe offerret, cogebatur illa judicum multitudo, ex qua quæri non liceret: vocabulo vero Attico cœtus ille ἡ σύγκλητος βυλὴ, aut κατεκκλησία, id eſt, *Congregatio univerſorum* dicebatur. Porro Ariopagitarum magiſtratum dicere Græci conſueverant *διηνεκῆ* & *ἀδιάδοχον*, id eſt, *perennem, & viciſſitudinis expertem*, ad cæterarum ſcilicet dignitatum diſcrimen, quod illæ certis temporis periodis exui & deponi ſolerent, is nunquam. Quanvis autem ſine ullo diſcrimine omnia nefaria publice vindicarent, tamen peculiaris erat illorum cognitio, de veneficiis, incendio, cæde, & vulneribus conſulto atque extra primum animi motum illatis, deque inſidiarum aut proditionis in patriam molitione, (quæ res in populari ſtatu, par eſt læſæ majeſtati in monarchia) & plurimis aliis. Mos vero judicandi illorum, quantum litterarum monimentis eſt proditum, talis fuit. Statuto reo, aut accuſato pro reo, poſt primam quæſtionem teſtibus & conjecturis atque probationibus adornatam (nam alioqui accuſare non licebat niſi talionis pœna) ſtatim ſententia ferebatur, nec in multum tempus differri ſolebat: ut fere ſolet Venetiis fieri apud Decem-Viros: ubi tamen prius ab advocatoribus & Quadraginta-Viris criminalibus accuſationes ſunt prolatæ. Nolo multorum judicum criminalium negligentiam hic ſæpius expertam attingere, quum ipſa ſe ſatis aperiat. Non licebat Ariopagitis ad miſericordiam flecti. In hoc enim cum ſeveritate Εφετῶν conveniebant, quod pari pœna par delictum mulctabatur. Id vero ſacroſanctum veluti ac ſummum in ipſis laudat Ariſtoteles *principio Rhetorices*, dum ait, *ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν οἴονται δεῖν οὕτω τοὺς νόμους ἀγορεύειν, οἱ δὲ καὶ χρῶνται καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Αρείῳ πάγῳ ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες*. quorum verborum ſententiam paucis admodum & elegantiſſime Quintilianus VI. *Inſtitut. orat.* appendit. *Athenis*, inquit, (quo nomine Ariopagum intelligebat) *affectus movere, etiam per præconem probibebatur orator*. Hoc etiam illis fuit cum Decem-Viris Venetis commune: nunc etiam incipit & in noſtris ſummis Curiis eſſe familiare. Noverunt enim ſenatores clariſſimi longo rerum uſu edocti, nil eſſe quod rhetorum & cauſſidicorum eloquentia verſutiave non poſſit everti, inque diverſum trahi, ita ut ex ſumma æquitate ſummam injuriam, & e diverſo, procreare videantur, ſi ſemel auditorum aut judicum animos in ſuam ſententiam traduxerint. qua peſte etſi hodie careant Curiæ noſtræ, tamen longe crudelius monſtrum domi alebant cauſſidici quidam, opiniones doctorum opinionibus addendo, diverſaſque Juris ſcripti in æqui bonique everſionem allegando, &, ſi nihil aliud, Curiam ipſam occupando ne adverſarii cauſſam intelligant: donec tu, Poyete Cancellarie æquiſſime, illis nebulonibus præſcribendum regia ſanctione curaſti: ne quid adferrent allegationis in ſimplici rerum narratione, pariter in quæſtionibus & probationibus, vetuiſti. Verum ad inſtitutum redeo. Tanta erat Ariopagitis in judicando fides & integritas, ut, ſi quis etiam ſceleſtus admodum creditus, poſt cauſſam apud illos dictam evaderet impune, nulla eum vis, nulla authoritas poſſet de ea cauſſa appellare. Nulla illic erroris propoſitio, nulla ſecunda ſenatus occupatio locum habebat. Forma judicii talis fuit. Conjecto in vincula reo (finge de cæde agi) per præcones & apparitores vocabantur interfecti hominis neceſſarii, domeſtici, parentes, amici: quorum arbitrio (quod hodie judicii æquitate fit) de pœna ſtatuebatur, ferebaturque ſententia ſecundum accepti rationem: qui mos modie, quia eſt Turcis in uſu, a me referri amplius poteſt. Cadhi, quod nomen apud Arabes judicem ſignificat, comprehenſo reo homicida, curat ſtatim ſiſti parentes perempti; &, ſi illi deſint, neceſſarios, aut illos ad quos ex illius vita utilitas pervenire poterat. Alioqui ſi deſint illi, nomine principis & legum, more procuratoris aut advocati regii, Juris ſcripti & talionis pœna punit. Rogat præſentes utrum malint hominem talione an mulcta puniri, ferturque pro illorum voto, ſi tamen modum non excedat, ſententia. Æſtimant hominem ſolidum ſexaginta aſprorum millibus: quæ ſumma ad noſtram pecuniam æſtimata mille & ducentos aureos nummos reddit. Nam aſprum genus argenteæ monetæ eſt noſtro Caroleo nummo pene par. Id æris compenſat mortis damnum. Dimidium, hominis dimidii loco adjudicatur. Dimidius homo eſt, cui pes, manus, oculus, aut præcipuæ partis corporis uſus deeſt. Paris proportionis ratio in corporibus aut inutilioribus partibus obſervatur. Verum iſta compenſatio ideo rarius fit, quod non ſtatim, flagrantique ut ajunt delicto, poſſunt una ſiſti reus & affines. Pupillis, mutis, linguaque impedita hominibus ſuccurrit prætor in rebus pro conditione æſtimandis. morte itaque aut mulcta reum illorum nomine mulctat. Ariopagitarum ut erat maxima in judicando diligentia & ſedulitas, ita rarius id muneris infrequentiuſque ſubibant. Singulis enim menſibus tribus tantum diebus judicabant, quinto, quarto, tertio Kal. cujuslibet: qui dies ita Græce dicti ſunt, *τετάρτη φθίνοντος, τρίτη φθίνοντος, δευτέρα φθίνοντος*, id eſt, *quarta, tertia, ſecunda decreſcentis & jam finientis menſis*. nam Græcos Kalendis carere vel parœmia docet. Præterea non coibant, niſi ob rerum neceſſitatem fieret ἡ σύγκλητος βυλὴ, id eſt, *indictivum conſilium*: cujus conditio, quod ad magnum numerum attinet, non eſt abſimilis magnis Venetorum comitiis, ſingulis octonis diebus ſemel ad magiſtratus deligendos tantum cogi ſolitis. De hoc ſenatu, multiſque aliis, cum Romanis & Gallis, tum Atticis, ſcripſit utriuſque linguæ inſtauratæ lumen G. Budæus in *annot. primis* in *Pandect. l. ultima de ſenat.* cujus ſententiam, etſi ex ipſis unde illam deſumpſit authoribus poſſem adſcribere, ne quid prætermiſiſſe videar, paucis adferam. Ait itaque ex *Luciani* verbis, judicia noctu & ſilentio in Ariopago tractari ſolita: primum ne dicentis rationem ullam apud ſe haberent, qui rem nudam ſineque prooemio & perſonarum ratione audire vellent: alterum, ne interruptionibus inter diſputandum fieri

inter disputandum fieri solitis se interpellarent, atque sententia dimoverent. Inde nata est paroemia, ἀρειοπαγίτυ στεγανώτερος, *Ariopagita subticentior*, dici solita de prudentibus & taciturnis viris. Nec vero una tantum fuit taciturnitatis ratio, nam & reum praeterea attentius respondentem audiebant, & judiciorum secreta nunquam evulgare solebant: tabellaresque edebant sententias, ne ex majoris authoritatis, aetatis aut eruditionis viri, qui prior sententiam dixisset, praejudicio ab opinione sua discederent, aut (quod multi solent hodie) idem ad idem responderent. Cum illis in tabellari sententia convenit fere omnibus Venetis magistratibus, ea de caussa quam supra attuli: cum X-Viris autem capitalibus, ne prodeant in vulgum aut sententiae, aut secreta judiciorum: utriusque optimo jure sane. Illorum authoritas enim nunquam potest imminui, dum arcta illorum nunquam rescindi aut calumniari, contemnive ab caeteris magistratibus, aut etiam a plebeiis possunt; qua re quae in rep. pestis oriri deterior possit, non video: omnia enim pessum eunt, quum semel aut negligi legum & magistratuum vis coeperit, sensimque jugum infringi coeptum excutitur. Itaque meo judicio non deberent illi magistratus a quibus non est provocatio, tam temere evulgare sententias, ne arbitrio vitilitigatorum illic antinomiae pleraque reperiantur. Post Graecorum sententias videndum quid Latini de Ariopagitis scripserint. Valerius Maximus de illis ita scriptum reliquit, lib. II. *cap.* VI. *ex.* IV. *Ejusdem urbis* (de Atheniensibus proximo capite egerat) *& sacrosanctissimum consilium Ariopagus, quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quaestu sustentaretur, diligentissime inquirere solebat: ut homine honestatem, memores vitae rationem reddendam esse, sequerentur. Eadem bonos cives corona decorandi primo consuetudinem introduxit. nam & virtuti (uberrimum alimentum est honos*, &c. Quum illud ita habere, sit scriptoribus compertum, credendum est, quo tempore non judicabant, id perquirere solitos. Utut sit, certum est, insigni quadam prudentia & pene divina fuisse, quod Cicero de *Nat. Deor.* lib. II. cap. XXIX. acerrimi judicii homo illum senatum cum mundi rectore Deo potius comparatum voluerit, quam Romanum. Ait enim: *Negare hunc mundum providentia regi, idem est ac si quis dicat Athenas sine Ariopagitis regi consilio*. Quod ait Plinius *lib.* VII. *Naturalis Historiae*, primum capitis judicium actum in Ariopago, mihi non videtur rationi consentaneum. Ex omnibus enim Graecis authoribus liquet, Solonem hunc magistratum instituisse (quod jam docui) quasi ad severitatis Ephetων moderationem. Atqui Draconem, qui hos instituerat, longe Solonem praecessisse constat, tamque severas leges in improbos statuisse, ut poena capitali vel quodlibet holusculi furtum plecteretur: unde dici vulgo solebat, Draconem non atramento sed sanguine humano leges scripsisse. At quis credat fieri posse sub tali legum severitate, tanto tempore tot improbis in repub. perpetuo agentibus, ut omnibus seculis sit verum dictum poetae, τὰ χείρονα νικᾷ, *deteriora vincunt*, neminem improbitatis dedisse poenas? Fieri sane non potest. Quod si quis contendat, *Plinium* intelligere, in Ariopago, id est, Athenis, aut, suprema litterarum memoria: primum quidem esse verum vix poterit, quum ante ullum Graecorum imperium, jam florentissimae res Persarum, Assyriorum, Indorum, Aegyptiorum, Syrorumque ipsa vetustate collapsae fuissent, quae sine facinorosorum poena regnare tandiu non potuissent. Alterum non arguit verum fuisse, etsi scripserit nemo, cujus saltem extent

A scripta. Quanvis enim literae ipsae praeclarorum facinorum juxta hominum memoriam sint conservatrices, tamen non statim est credendum, si quid aut nulla hominum memoria, aut nullis literarum monumentis est celebratum, id protinus non fuisse: nec si quid ignoras, id propterea minus in rerum est natura: nec, ut inquit Lyricus Horatius *lib.* IV. *Ode* IX.

—— Sola comptos arsit adulteri
Crines Helena. ——

Et *paulo post*,

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi.

B Paulloque *mox*,

Paullum sepultae distat inertiae
Celata virtus.

Itaque nulla in parte vero consentanea dixisse videtur *Plinius*: quod etsi illi in hoc loco inque multis aliis contigerit, non est mirandum, quum vir senatoriae dignitatis, inque Reip. muneribus occupatus, succisivis horis vix posset quot excerpsit describere. Hanc vero sententiam lectori excutiendam relinquens, ad alia transeo. De hujus senatus dignitate sunt omnia apud authores plena: verum una oratio Demosthenis in *Aristocratem* hunc satis aperiet: quae quia amplissime quae
C jam tradidi explicat, ad illam lectorem remitto; quum alioqui nil sit a me in illo describendo praetermissum.

CAP. V.

DE NOMOTHETIS.

ΝΟΜΟΘΕΤΩΝ nomine plura Graeci dignitatum genera intelligunt: quae mihi prius aperienda videntur, quam ad rem de qua sum dicturus, veniam. Tres olim Nomothetas a-
D pud Athenienses fuisse authore *Suida* reperio: Draconem, Solonem, Aeschylon, non quidem illum poesi celebrem, sed quendam alium Athenis natum, non usque adeo apud authores celebratum. Secundo νομοθέται legislatores quicunque sunt. Verum ut ad rem facit vocabulum, praecipue intelligebant Athenienses unum ad mille selectos cives, quibus legum antiquandarum fiebat potestas quum non viderentur amplius ex Reip. usu, ac praeterea illarum examinandarum, quae aut emendandae, aut immutandae, aut demum sanciendae viderentur. Est enim legibus humano consilio natis, quemadmodum & rebus naturalibus, etsi paullo
E obscurior, nostraeque mortalitati minus cognita, vetustas: quam ubi sensere, usus consuetudine aut desuetudine aut abrogandae aut emendandae sunt: quod ipsum (nisi ubi Jure scripto, ut vocant, id est, Caesareo sive Civili utuntur) in civili Romanorum patet. Nam bona pars de servitutibus, de servis, noxa, jure personarum, haereditatis varia distributione, & infinitis aliis tractationibus agit, quae in Gallia (ubi praecipue Jus Civile, quod consuetudines vocant, atque regia & curiarum placita locum habent) ut parum est in usu,
F nisi ut a simili judicando, ita partim explodendam censerem, ut tempus illud quod studiosi Juris in illam insumunt, daretur Juri Civili, postquam quae nobis sunt in praecipuo usu, diligenter didicerint. Nobis propositi Nomothetae jus tantum habebant referendi coram populo toto, probarentne an improbarent leges, plebiscitaque, nec enim poterat ulla rogatio probari, rataque haberi, quin universi magistratus Nomothetis subscripsissent. Hi etiam judicandis gravioribus caussis solebant interesse, eorumque sententiae si

non pareret aut actor aut reus, tribus drachmis præſente Archonte mulctabatur. Hæc eſt *Pollucis* ſententia. Verum *Budæus ex Demoſthene* paullo aliter latiuſque explicat quomodo illæ leges ſolerent proponi. ejus ideo verba adſcribam. *Solonem commemorat Demoſthenes inter alia cum legibus ſuis hoc quoque inſtituiſſe: quum lex aliqua ad populum ferretur, ut a legislatore primum recitaretur, deinde in loco maxime celebri totius urbis maximeque conſpicuo proſcriberetur, ad tertiam concionem uſque, (non aliter atque leges Romæ trinundino die promulgari ſolitas Macrobio referente novimus) inde ſcribæ ut daretur palam pro concione legenda: ut ſi cuiquam quid non placuiſſet, in medium id proferret: & ſi ea tum quoque populo placuiſſet, ita demum Nomothetæ daretur poſtremum probanda: qui uti eam probaſſet, improbaſſetve, ita ferretur, antiquareturve. Ipſi autem Nomothetæ ex judicum numero deligebantur, ut eam operam populo jurati ipſi navarent.* Hæc *Budæus*: cujus comparatio ut planior fiat, locum Macrobii adfero, *lib.* I. Saturn. *cap.* XVI. *Rutilius*, ait, *ſcribit, Romanos inſtituiſſe nundinas: ut octo quidem diebus ruſtici opus facerent, nono autem die intermiſſo rure, ad mercatum legeſque Romam accipiendas venirent, ut & ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die propoſita a ſingulis atque univerſis facile noſcebantur: unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur.* Hactenus *Macrobius*.

CAP. VI.

DE LEGUM CONSERVATORIBUS,

QUOS GRÆCI *νομοφύλακας* DICUNT.

DIFFEREBANT a Nomothetis *νομοφύλακες*, quibus a *Legibus* ſervandis ut nomen ita & officium erat. Fruſtra enim fuiſſent a Nomothetis leges exploratæ probatæque, niſi præſcripti illarum ſit uſus, ſecundumque eas judicaretur: quod Nomophylaces ut fieret curabant. Cicero *libro* de Legibus III. *cap.* XX. illorum officium diligenter explicat. *Græci hoc diligentius*, ait, *apud quos νομοφύλακες creantur: nec ii ſolum literas (nam id quidem etiam apud majores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſervabant, ad legeſque revocabant.* Hæc *Cic.* Secundo dignitatis gradu erant Athenis *νομοφύλακες*, ut qui *προέδροις* (quorum nomen a *primis ſedibus* quas illi ante cæteros habebant, deductum eſt) aſſiderent, ſtrophio quodam lineo (quali honoris gratia dux Venetiarum hodie ornatur) capite redimiti. tantus erat honos priſcis incolumitatis Reipubl. conſervatoribus, tantum legum ſtudium. Idem enim eſt, nullas habere leges, & multas quidem ſcriptas habere, nullis vero uti. Cæterum is ordo legi ſolebat ex ipſis Ariopagitis: illorumque præſtantiſſimi etiam hanc curam legum habebant ſanciendarum, tuendarumque: quod erat ſacroſanctum munus. Nil enim vetat, homines in uno conſtitutos ordine, dum aut ab officio quandoque reſpirando ſuperſedent, aut quum cauſſa vehementior urget, vario tempore variis aliis muneribus in Repub. fungi, quod in ſupremis Galliæ curiis maxime patet. Illarum enim partes quædam, quæ ad capitales cauſſas ab inferioribus, aliæ quæ ad rerum actionem ſunt conſtituta, perpendentes, approbant, vel reprobant: itaque rata habetur ſententia: pars indictiva concilia, alii peculiarem quandam cauſſarum cognitionem (commiſſiones vulgo, & relationes litium vocant) ſtatutis temporibus, alii rationes rerum fiſcalium, & alia ſexcenta officia ſubeunt, quum tamen unum ſint corpus, & curiæ Præſides Conſiliariique dicantur. Antiqui vero, non uſque adeo rerum longo uſu edocti, nec adeo periti quomodo unus idemque magiſtratus multis variiſque rebus præeſſe poſſet, varios deligebant ordines ad ſingula, quæ ab uno hodie fiunt ſenatu. Non ſunt his abſimiles Quadraginta-Viri cauſſarum capitalium apud Venetos. Nam de criminibus & cauſſa integra & ex provocatione cognoſcunt, legumque majeſtati cum VI-Viris ſex regionum urbis (vocant vulgo ſextariam) præfectis præſunt, præſenteque ac arbitro ſententiarum Duce de illis ſtatuunt. In hoc vero differunt, quod ſunt illorum in rebus capitalibus ſententiæ Decemviris ex provocatione obnoxiæ. Præterea ſi quid in Ducem, Rempublicam, religionem, inque naturæ perniciem (cujuſmodi eſt cinædica fœditas) admiſſum eſt, ſtatim id vindicant Decemviri. Legibus conſervandis, pariter & idoneis judicibus in ſingulas provincias & loca deligendis, præſunt apud Turcas duo magna corona doctorum & bonorum virorum ſepti, (*Cadileſcher* vocant) primæ authoritatis, prudentiæ & ſcientiæ viri, quibus judices coguntur rationes reddere, inque ſententia parere quum quicquam male judicaverint. Provocationes enim apud illos & fiunt, & ab ipſa ſuprema curia quam *Divam* appellant, remittuntur. Quum vero caſus ratio poſtulat, tunc uterque ſenatus de illo cognoſcit & judicat, præſide uno quatuor Baſſadum, præſentibus vero omnibus primæ authoritatis viris. Hi ordines id officii explent quod apud nos Cancellarius, qui revera ſolus *νομοφύλαξ*, id eſt, legum vindex dici poteſt. Cogit enim, veluti in corpore animus, omnes judices & magiſtratus ſecundum leges æquique & boni præſcriptum judicare: & ſi quis contra fecerit, aut pœnam ipſe decernit, aut cum ſummo Galliæ conſilio re agitata, præmiis digna refert quicunque legum majeſtatem imminuerit. E diverſo tui in Remp. animi beneficio, Poyete, quotquot ipſa virtus ad magiſtratus poteſt evehere dignitatem, non favoribus, non ſordibus, non demum ſecundum ambitionem, (quæ res non pauca ante tua tempora præclara ingenia dejecit) ſed infracto animo evehis promoveſque: quod etſi illorum qui ante te in illo fuerunt officio, munus: tamen re ipſa apparet, te plura virtuti biennio nondum exacto dediſſe, quam tota patrum memoria ullus Cancellarius fecerit. De dignitate vero Cancellaria, & cæteris Galliæ magiſtratibus alias. Unum vero addam, quod Cancellario & Nomothetis atque *νομοφύλαξι* convenit, ob vitæ integritatem eſſe in perpetua dignitate, quoad vita & æquitas comes fuerit.

CAP VII.

DE QUINGENTUM-VIRIS.

OI *πεντακόσιοι*, *Quingentum-Viri*, nomine ordinis numerum aperientes, tam dignitate, fama, quam officio, ſecundum poſt Ariopagitas locum obtinuere: quorum apud Græcos authores ita frequens eſt mentio, ut nulla plane cauſſa, nulla oratio illos non celebret. Hi enim civilia munera, rerumque actiones, de quibus quotidie popularibus lis oboritur, judicare ſolebant. Tempore functionis ab Ariopagitis ita differebant, quod hi erant *διάδοχοι*, *permutatorii*, id eſt, quotannis ſorte eligi ſoliti: illi erant *διηνεκεῖς καὶ ἀδιάδοχοι*, ut jam ante dixi. Erant hi quo tempore judicabant, quo in munere ſunt prætores & ſuppræfecti, quos *Baillivos* aut locum tenentes civilem dicimus. Annuo vero ſpatio tantum eam dignitatem habebant, ne (quod nimis crebro in locis non paucis experimento videtur) ſordes, atque cæteræ quæ inter judicandum poſſunt evenire cor-

ruptelæ, beneficio prorogatæ dignitatis tegerentur alerenturque. Magnus vero numerus faciebat (quod ea de re servatur in curiis quas parlamenteas vocant) ne facile quid vitii in consortium irreperet. Verum quia tanta multitudo una & in uno posita loco vix potuisset sua exequi munera, in decem partes dividi solebant secundum tribuum numerum: quibus singulis quinquaginta viri ex eo numero obtingebant, suoque loco triginta & quinque dierum spatio jus dicere consueverant. Is vero dierum numerus decies repetitus annum lunarem trecentis & quinquaginta diebus constantem, qualem Athenis observare solebant, reddit. Noster vero solaris illum diebus quindecim & quadrante superat. Propter item copiosam multitudinem ex illis quinquaginta x. eligebant, quos προέδρους, id est, *præsides* (ut dixi) nominabant: ex quibus ipsis tantum septem, per singulos scilicet dies hebdomadis, sortito eligebantur. Quo die qui rebus præerat, arcis conservabat claves, dicebaturque *ὁ ἐπιστάτης*, *præses*, & *τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως πιστευθεὶς*, *cui arcis claves credebantur*. Verum de his paullo post. Quum quinquagenarius numerus suo officio fungeretur, vocabatur jam mutato nomine prytania, aut *οἱ πρυτανεῖς*, tanquam a frequentiori cura τοῦ ταμιεύειν τὸν πυρὸν, *recondendi & servandi frumenti in publicam necessitatem*. Non desunt qui dictos ἀπὸ τῶν πρυτανείων velint: τὰ πρυτανεῖα vero pecunias publicas esse, quas actor & reus etiam post jusjurandum de calumnia (in quo fidei bonæ anchoram ut præscripto legum ponimus, ita omnino parum fidei esse videbant) in ærarium publicum deponere cogebantur: ut qui caussa caderet, disceret, re jam oppignerata atque deposita, nec temere judicis aures occupare, nec litem injuste incipere, aut alterum injuria in jus rapere. Licebat enim cuilibet adversarium, advocato teste, qui assereret in jus vocatum venire noluisse, in jus rapere atque trahere nolentem, non modo Athenis, sed & Romæ. Athenis vero pecunia deposita, loco testis erat apud Romanos vocari soliti. Proculdubio, mea quidem sententia, si præter jusjurandum de calumnia, multa quædam pro litis ratione deponeretur, ab actore præcipue, & ex illo ærario satisfieret judicibus justis in caussis versantibus, ad hæc inde desumeretur nomine tenuiorum, qui potius perderent suum contra potentiores jus, quam summam deponere possent lite dignam, ut temeritas debilitati consuleret, tolleretur maximum fomentum litium. Quis enim credat ut vel pili faciat sacramentum, qui proximi vitæ, fortunis, famæ demum moliri insidias non erubescit? Verum parum viderer consulere multis sanguisugis, litiumque alumnis. Redeo itaque ad meos Prytanes, quos ἀπὸ τοῦ πρυτανείου, id est, *a sportula* dictos ostendi. Illa pecunia depositis cumulata, judicibus persolvendis, & illis quibus meriti in rempublicam & virtutis ergo victus dabatur, alendis serviebat. Τὸ πρυτανεῖον crebro minabantur fœneratores debitoribus se in ærarium deposituros, ubi plus tempore non poterant amplius petere, ut scilicet miseri debitores ære alieno obruti, cum non possent statim esse solvendo, cogerentur augere fœnus. Hujus rei fidem facit Aristophanes in *Nubibus*, his verbis:

Θήσω πρυτανεῖα, ἢ μηκέτι ζῴην ἐγώ.

Moriar ni te in jus depositis prytaniis voco. verba sunt fœneratoris ad obæratum. Singulari autem voce tantum τὸ πρυτανεῖον locus erat in quo judiciorum causa coibant Prytanes; unde nomen. Præterea ubi de Rep. bene meriti diligenter & colebantur & alebantur. Maximum hunc honorem in Rep. fuisse, Cic. *primo* de Oratore c. LIV. testis est locupletissimus, ubi de Socrate agit his verbis. *Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio. ea sententia quum judicibus daretur, interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit, se meruisse ut amplissimis honoribus & præmiis decoraretur, & ut ei victus quotidianus in prytaneo publice præberetur; qui honos apud Græcos maximus haberetur*. Hæc *Cicero*. Hic ordo solebat edicta, decreta, psephismata (ut Græca voce *Cicero* dicit) plebisquescita omnia explorare, ac de legibus perperam latis sententiam ferre. alioqui enim sine illa providentia facile imperitæ plebi fuisset impositum. plebs enim non raro ea rogat, & probata cupit, quæ manifesto in ejus ruant perniciem, nisi consilio & prudentia coerceatur. Primum itaque populares pro rerum suarum usu edicta proponebant, quæ statim ab L-Viris perpensa Thesmothetis dabantur, ut jam docui: qui si probassent, incumbebat opus Nomophylacibus ut proclamari & servari curarent. Erat in illum gravissima actio, qui ex populari consensu solum probatam legem ratam asseruisset, & in loco probatarum adscripsisset, dicebaturque *παρανόμων Γραφή*, id est, *perperam latæ legis actio*, ille qui accusabatur, *ὁ παράνομον ψήφισμα γράψας*, *qui iniquum & præter morem decretum scripserit*, qualiter fecisse Androtionem & Aristocratem, eloquentissimis orationibus monstrat *Demosthenes*. Verum de hac re scripsi jam in tit. *de actionibus*. Ab hoc civili & quotannis mutari solito magistratu, fasti dies, bellorum tempora, fœdera, legationes, rogationes, edicta promulgata, & in summa ad privata usque, quæcunque rationem temporis habebant adnexam, supputari & scribi solebant, veluti apud Romanos a Consulibus, hac forma, *Ἐπὶ ἄρχοντος Πολυκλέους, μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος, Δημοσθένης Παιανιεὺς ἔγραψε ψήφισμα*. *Principe Polycle, mensis Julii decimasexta, tribu Pandionide judices Reip. exhibente, Demosthenes Pæaneus decretum tulit*. Qui hic nominatur, erat ἄρχων, de quo suo loco: quæ tribus adfertur, illa est cujus L-Viri ex quingentis sumpti Remp. tunc moderabantur. Cæteri Græci ab Olympiadibus, Mosolami a Muhamede, nos a Christo, Judæi a mundi exordio, & quæque gens fere a capite persuasionis rationes init temporum. Ad alia nunc transirem, nisi horum judicum officium me admoneret quadraginta civilium caussarum judicum apud Venetos: qui ut magis innotescant, paucis Reip. præstantissimæ morem judiciorum exponere visum est. Ter quadraginta viri, non ita tamen magnæ authoritatis nobiles, eliguntur ita, ut XXIV. mensibus tam capitalibus quam civilibus præsint, hoc modo. Primi quadraginta novi caussis exterorum & peregrinorum, quorum ingens Venetiis multitudo agit, octonis illis mensibus præsunt veluti loco tyrocinii; post quod tempus urbanis de rebus, substitutis in locum aliis, judicant. In primo vero loco, ordo ille consilium novum, in secundo vetus, aut, ut vulgo, quadraginta civiles, dici solet. Jam exactis in duobus illis sedecim mensibus, veluti probati, committuntur capitalibus caussis judicandis, loco civilium XL-Viri criminales dicti. Eam vero dignitatem tunc assequuntur, quanvis sint ut plurimum juniores, ut in senatum admittantur, jusque suffragii etiam habeant in caussis gravioribus. Ad hæc Triumviri ex illis in binos menses eliguntur sortito, qui præterquam quod jus suffragii habent, etiam Duci, qui magnus est honos, sua quisque vicissitudine assidere possunt: parique cum ipso authoritate de rebus ipsis tam ad senatum quam ad magnum consilium possunt referre. Forma vero judicandi & in civilibus & in capitalibus caussis ferme una est. Suffragiis enim fit, quod

olim Romanis in usu fuit. Veneti enim caussa ultro citroque agitata, habent tres diverso colore urnulas, in quarum unam condemnationis, in alteram absolutionis, in tertiam dilationis, amplioris discussionis gratia, globuli linei demittuntur, ita ut nemo possit ex præjudicio alterius favori dare locum, nec etiam ex suffragii decidentis in urnam sono. Extracta suffragia imponunt caussis finem. Romani non calculis aut fabis globulisve, sed duabus literis condemnabant aut absolvebant: duabus non liquere significabant. A. ut notavit *Asconius Pædianus*, salutaris erat litera, absolvique reum petebat. C. tristis, condemnabat. N. L. non liquere notabat. In capitalibus caussis a Græcorum usu Θ literam, qua Θάνατον, id est, *mortem* significant, accepisse etiam Romanos, nigrumque theta appellasse, literarum monumentis reperio. Verum ad mea me recipio.

CAP. VIII.

DE ARBITRIS.

QUIA caussarum civilium major numerus quotidie oboriebatur, quam quibus terminandis, & novis audiendis satis essent quinquaginta-Viri tribuum, ut hic succurreretur, quadraginta quatuor *διαιτηταὶ*, id est, *arbitri*, eligebantur, partim sorte, partim electione. Nam sexagesimum annum excessisse illos oportebat, & non infimæ esse notæ, sed insigni probitate viros: quamobrem eligi solebant, inque locum constitutum bona pars constituebantur, ubi a litigatoribus possent statim conveniri. Sic vero adibantur. Actor & reus ex composito quosvis deligebant ex eo numero, ea lege, ut si lis apud illos contestata inceptaque esset, necesse esset, ut & apud Romanos, illic terminari: alioqui mulctabatur qui sententiæ illorum non paruisset. Succurrebatur vero læso, duplici remedio. Nam & illi judicii caussam reddebant, & ex appellatione poterat adiri *δικαστὴς*, *judex civilis*, caussæque succurrere. Hæc Demosthenis ex *oratione κατὰ Μειδίου*, sententia est. *Budæus* paullo latius explicat ex *Polluce* quot arbitrorum essent genera. Οἱ *καθ' αἵρεσιν* electi, erant quos litigatores sibi deligere poterant, quibus controversiæ rationes explicatas crederent, *κατ' ἐπιτροπὴν τῆς αἰτίας*, *per caussæ permissionem*. Alii vero κληρωτοὶ, id est, *sortito electi* ex magistratuum decuriis, non veniebant pro litigantium arbitrio, sed sortito privatis caussis deligebantur ex judicum decuriis, non secus quam olim apud Romanos ex judicum decuriis prætor ordinabat, hodieque in curiis Galliæ viris consularibus fit, non quidem ut judicent, sed ut exacte perpensa lite, & ejus appendicibus, senatui judicaturo referant. Hæc sententia facile confirmari potest ex loco *orationis* Demosthenis *in* Aphobum, quem expilatæ hæreditatis accusat. Locus ita habet. *Ad arbitrum igitur sorte datum quum venisset Aphobus, objectaque diluere non posset, damnatus est ab arbitro. Judices porro ad quos provocaverat, quum caussam cognovissent, eadem ipsi cum arbitris compromissariis etiam illius amicis, cumque ipso sorte dato arbitro pronunciantes, litem homini decem talentis æstimarunt*. Compromissarios arbitros Jus civile vocat, ob pecuniam ab actore deponi veluti communi periculo & consensu solitam, quam qui caussa cadebat, solvere cogebatur. Antequam a sorte digredior, quia deest hodie in Gallia exemplum suffragiorum & sortis, (nisi quod quidam doctores nos in sortibus exempla in suis bianchis, ut ajunt, docent) volo paucis præstantissimæ nostris temporibus pro sua magnitudine Reip. modum sortium exponere. Ea Veneta est, aristocratia & monarchia ita temperata, ut nec magistratus summi sine Ducis præsentia sententiaque, nec vicissim ille quicquam propria ausit potentia statuere, adeo ut ne progredi quidem tuto tempore belli in medium possit sine capitis periculo, nisi sex viros regionum ut minimum comites habeat. Nostræ Galliæ administrationi, quæ etsi lumine literarum diu caruit, tamen longe dignitate, scientia, prudentia demum summa, cæterisque rebus quæ ad magnitudinem faciunt Reipublicæ, est omnibus facile superior, quicquam detractum nolo: quin ipsam olim, nisi me aliquis prævertet, illustratam memoriæ posteritatis commendare decrevi. Sed ad fabas, calculos, sortesque venio. Octavo quoque die comitia adire tota nobilitas annum ætatis vicesimum prætergressa solet, nec tamen omnes sine discrimine ante XXV. annos (nisi qui sortis, quam quotannis apud senatum a XX. anno in XXV. tentant, beneficio id assequuntur) adire possunt. Qui vero debeant eligi ante XXV. ætatis annum, asserta prius præsente utroque parente aut affine proximo cum testibus idoneis sua ab utroque parente nobilitate, die XIV. Decembris conveniunt, eorumque nomina in urnam conjiciuntur: demum altera urna pari numero habet tot pilulas, quot adsunt juvenes. Sunt vero globuli argentei omnes præter quintam partem, quæ aurea est. Dum itaque educitur a principe nomen quodcunque, educitur & sors. si argentea, rejicitur in proximum annum. si aurea, probatur, consortioque consilii magni aggregatur. Consilium ergo illud in patentissima aula coactum, omnia suffragiis tacitis magistratuum & dignitatum genera deligit. Ubi tota convenit nobilitas, audita statim hora solita clauduntur fores, nec licet ulli ante comitiorum finem, qui occasu solis fit, exire. Occlusis autem foribus, scriba major e suggestu, ut omnes audire possint, significat qui illo die magistratus sint eligendi. Sedent omnes in decem sedibus longissimis, nisi qui sunt aut comitiorum præsides, aut qui Duci in suggestu, si adsit sedenti, dignitatis ergo assidere solent. Locantur demum urnæ tres ante Ducis tribunal: una in dextra parte, altera in sinistra, tertia paullo sublimius in medio duarum: quibus ipsis consiliarii tres assident, quibus veluti censoribus extracti globuli aurei qui ex urnis educuntur, ostendi solent, ne scilicet quisquam posset per ambitionem afferre domo. Præterea singulis comitiis solet signum in ipsis mutari sortibus, veluti militaris tessera: ne si idem semper maneret signum, posset confingi ab ambitioso cive. In duabus primis urnis sunt tanta copia argenteæ pilulæ, ut possint numero civium satis esse. in singulis triginta tantum aureæ. in illa quæ media est, sexaginta tantum sunt, quarum aureæ sunt triginta & sex tantum. Vocatis secundum sortem ad sortes subselliis quatuor classibus distinctis, veniunt singillatim ad urnas: in quas quemque demissa manu inde globulum extrahere moris est, qui autem argenteum tulerit, redit in sedem frustratus: qui aureum, ostendens assidenti urnæ consiliario; transit ad mediam: ex qua si argenteum educat, spe luditur. qui utramque sphærulam auream habet, is ex electoribus est: qui singulis ex quatuor classibus noveni eliguntur: electi vero conscendunt suggestum, illicque a scriba nominantur, ac in conclave (prius tamen in Reip. verba jurati, se sine ambitione, fraude aut favore electuros viros bonos magistratibusque idoneos) statim concedunt, electuri & nominaturi, suffragiis inter se etiam agitatis, viros in singulos magistratus. Idem faciunt & alii novem, tertii item & quarti, ad triginta sex usque: tamen ea lege, ne sint usquam plures duobus ex eadem gentilitate electores. Itaque ubi primus electorum nume-

rus est selectus, omnes ejusdem gentis affines exire coguntur, & ita secundi, tertii & quarti, quoad electio electorum sit absoluta. Singuli itaque novem singulis nominatis magistratibus aut præfecturis singulos deligunt, ita ut in majoribus dignitatibus sint semper quatuor competitores, in minimis duo. quibus expletis, produnt nomina, ut in suffragia eatur, & qui plura tulerit, eligatur. Nolo interim omittere, quod præclarum illic est, electorem unumquemque, ejus quem nominaverit, si eligatur beneficio suffragiorum, fidejussorem esse, & si quid pecuniæ publicæ averterit, præstare debere. Nominatis competitoribus, statim omnes parentes illius cujus nomine primo in suffragia itur, excedere aula coguntur, quoad suffragia sint lata. tum revocatis illis alii vicissim exeunt sequentis affines, & sic ad ultimum usque. Præterea observant ex suggestu, unde prospici in totam aulam possit, ne quis, qui parentem jam forte electum intellexerit, captet ullum aut signis, aut colloquio: quod qui admiserit, ambitus notatus, expellitur, honoreque suffragandi eo die caret. nec enim licet ulli a quo lecti electores sunt, nisi exire generis causa jussus sit, se loco semel accepto movere. Id quidem aliquando, non tamen sine magno tædio, novi, quum adhiberer illic a patriciis viris, qui me & honoris & discendi eos mores gratia illuc crebro ducebant, ab hora fere prima pomeridiana, qua comitia occluduntur, ad occasum usque solis retineri illic tandiu, moleste ferens. Interea dum electores sunt in conclavi, viatores lineorum suffragiorum cuique nobilium, quantum potest pugillo capere, dant, inque magnum, moreque illorum brachiale amplum factum, demittunt. Pueri vero statim adsunt cum urnulis bina concavitate; anteriori alba probandi, posteriore viridi reprobandi; ita tectis, ut per foramen immissa in illas manu suffragium in utramvis demittas, inscio etiam qui te diligenter observet, edito sæpius illius cujus suffragia petunt nomine, quibusque in magistratibus fuerit, si aliquos gessit: statimque omnia suffragia a tota corona accepta in duo vasa demittunt, quorum unum *De si*, pro albo scilicet urnulæ ventre, alterum *De non*, vulgo dicunt, id est, probandi & improbandi, ex quibus illico supputantur mira arte & facili. Habet enim scriba tabulam certo foraminum numero semiperforatam, super quam globulorum vis effusa statim spargitur, ductaque manu in superficie, quot sunt extra numerum, ablegat. Itaque fere pari celeritate ingens numerus atque ipsa unitas supputatur: dum numerant consiliarii candida a dextris, viridia a sinistris, interim pueri redeunt aliorum competitorum nomine, donec quatuor expleantur: quorum qui plura tulerit, modo dimidia excedant, (nam si pares sint, differuntur comitia) is in magistratu est. Pariter in cæteris fit quandiu durat dies. nam nox adveniens usque adeo comitia solvit, ut ne lucernam quidem usquam accendere liceat. Hæ suffragiorum leges, hi ritus. Græcis fabæ albæ & nigræ erant in usu magistratuum eligendorum, loco pilularum auri & argenti. Ni vero fraus subesset, habebant & legumina suas tesseras. Verum de sortibus satis me dixisse, ut rem illam literis elucidarem, credo. Parum admodum a Diætetis nostris differebant ζητηταὶ (*inquisitores vocabuli & officii ratione* non male Latine dixeris) quorum *Julius Pollux* ait fuisse officium, ut res & caussas, quarum natura status nondum constaret, explorarent, adque senatum verum ipsum referrent: quo in officio quotidie leguntur apud nos commissarii, ut vocant: suntque ordinarii in caussis facinorosis apud judices tam capitales quam rerum civilium. Habemus & nostros inquisitores in singulis provinciis, qui testes audire possunt ubi jus habent, litesque præparare judicibus offerendas: etiam, si non provocent partes. sententiam ut pedanei judices de minimis dicere possunt. Verum monuit me *Pollux* ne suam de arbitris sententiam prætermitterem. διαιτηταὶ, inquit, *arbitri supra annos sexaginta nati sorte eligebantur, quibus etiam sortito αἱ δίαιται,* id est, *arbitria committebantur*, Admissorum vero ad hanc dignitatem si quis suo munere aliquid indignum commisisset, ille aut gravi pro delicti æstimatione mulcta plectebatur, aut summo cum dedecore de illo cœtu ejici solebat, exiliarique: ut nil sit mirum, illos tanta æquitate ac constantia fuisse, quos si non virtus cohibere, vitii pœna terrere posset. Omnia itaque judicia de rebus sacris apud illos veluti sanctissimos tractabantur. Primam vero de diis rationem perpetuo, seu in vera, seu in falsa religione, habitam fuisse omnibus gentibus, constat. In rebus porro civilibus caussam eos non potuisse dicere ultra æstimationem drachmarum decem, scribit etiam Pollux *alio in loco*; quam vere, ipse viderit. *Quumque ab se caussas ad alios judices transferrent, conjectis in urnam pro sententia calculis, acta proferenda tam actoris quam rei, apud illos designabant: accepta tamen in litis principio ab actore drachma; quam caussa inferior solvebat. Ea drachma* διάστασις, *id est, dissidium dicebatur, inque rationem ærarii publici referebatur: post quam alteram, qui caussa cadebat, dare cogebatur*. Hæc *Pollux*. Verum Latini quoque varia significatione Græcæ dictionis diætæ utuntur: primumque ea rationem quamdam tenuioris victus, aut a medicis, aut ipsa conditione valetudinis ægrotis præscriptam significat: quod Cic. ad *Atticum* docet. *Sed ego*, ait, *diæta curari incipio: chirurgiæ tædet.* Diæta alias locum significat in domo, in quo versari solemus frequentius; aut in horto, in quo expatiari moris est, atque æstate cœnare. locus domesticus ille alioqui non male Latine cœnatio appellabitur. Diætarius servus inde dictus est, quod illic mensas ornare, & ministrare mensis soleret. Ulpianus *Tit.* de fundo instructo, L. Quæsitum, *versus finem*, meminit. *Ostiarii autem*, ait, *topiarii, diætarii, domi tantum deservientes, continebuntur*. Quam egregie explicet topiarios *Accursius*, videant qui illi in omnibus applaudunt. *Topiarii*, inquit, *sunt qui vepribus & spinis agrum purgant, & faciunt* fossas. Pro iis, qui locorum varietatem exprimendo (nam ἀπὸ τοῦ τόπου, id est, *a loco* dicti sunt) imagines rerum omnium ex arbustis, fruticibus, & herbis effingebant, statim somniavit novum officii genus. Nolo omittere diætarium furem, qui ex diætis aliquid surripuisset: cujus idem Jurisconsultus *Tit.* de effractor. L. munerum, meminit his verbis. *Simili modo saccularii, diætarii, erant puniendi, item & effractores*. Vetera exempla habebant detrectarios, dignum in quo somniaret vocabulo *Accursius*. Adeo fuit olim crebrum illud furum genus, ut tenuioris fortunæ homines cogerentur apud plerosque divites indumenta pro foribus relinquere, si vellent admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristophanes in *Pluto*;

Ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔγωγε εἰσέρχομαι.
Nonne furaturus huc venio?

Nunc autem a diætariis ad naucleros eo,

CAP. IX.
DE TRIERARCHIS.

NON pro celebriori dignitate, sed pro majori numero nunc τριήραρχοι, id est, *triremium praefecti* mihi sunt tractandi, eo potissimum nomine, quod spem salutis non raro in re navali Athenienses posuerint. Numerum authores non praefiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur. Unum id tradunt, communiter duodenos id muneris una obire solitos: quibus pacis tempore sartum tectum navale praestare incumbebat, belli vero etiam parere ducibus, & aliis praefectis: qua in re Veneti etiam imperatorem creant absolutae, & veluti Tribunitiae potestatis, quibus in locis classis conducta fuerit. In civitate enim eo jure utitur. Trierarchorum, seu navarchorum, aut nauclerorum (nam pro eodem usurpare has tres voces Graeci solent, quamvis prima ab imperio triremium, altera navium, tertia a sorte navium dicatur) erat praeterea munus, ut propriis opibus & impensis in Rempubl. collatis, naves triremesque curarent, & refici, & construi. Ad haec praemonebant principes senatores urbis, si quid in re nautica esset, unde Respub. in discrimen posset adduci, si per illorum curam suppleri non poterat. Revera is ordo non magistratus (quamvis quidam Graeci id tradant) sed coactus ad contributiones civium numerus videtur: qui etiam hodie a Venetis legi ex mercatorum, & sellulariorum, atque viliorum numero ingruente necessitate solet, non ut ministrent aliquid, sed una ars, aut duae, unius triremis impensas persolvant: unde maxima auri vis cogitur. Aerarium vero populare non modicum est in multis locis, quas scholas vocant, ubi sub Johanne, & Paulo, Antonio, Diva Virgine, religiosi civium, & plebejorum coetus fiunt. Hoc officii genus sensim labefactatum emendavit Demosthenes, lege in illos lata qui eligerentur ad hoc munus: quod cum alibi, tum potissimum patet in *oratione* contra Aeschinem. *Videte*, inquit, *viri Athenienses, in Republ. administranda quot vobis commoda attulerim. quum viderem navale vestrum labefactatum, atque divites collato modico aere a tributis immunes, eos vero qui mediocres, aut fere nullas haberent possessiones, rem familiarem in eo absumere, indeque vestram Remp. longe deteriori conditione fieri: legem tuli per quam divites quidem pro census aestimatione conferre coegi quae jure debeant, pauperes vero ab injuria vindicavi*. Et paullo post clarius multo aperit. *Prima legum constitutione sedecim una triremis unius impensis satisfacere solebant, ipsis quidem divitibus nil aut parum insumentibus, egenos vero cives opprimentibus: Lege vero mea statutum est, unumquemque pro ratione facultatum numerare: tumque visus est qui primum decimam partem impensarum triremis unius suppeditabat, posse duabus in solidum satisfacere. Unde antea non trierarchos se vocari volebant, sed contributores*. Oratio ejusdem authoris *in* Androtionem fere tota est in hoc negocio declarando. Verum praeter illa, quae jam scripsi, nil est diversi, nisi quod solerent Prytanes corona aurea donari bene administrata re navali: qua negligentius curata, etiam si diligentissime caeteras officii partes absolvissent, privabantur. Latini etiam Graeca voce appellant Trierarchos. Cic. *act.* III. in Verrem, ubi de testimoniis contra illum agit: *Qua de re*, ait, *Charidemum Chium testimonium propiore actione dicere audivistis, sese, quum esset Trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem*, &c Item ad *senatusconsf. Trebellianum*, l. Sejus. *Sejus Saturninus archigubernius ex classe Britannica, testamento reliquit fiduciarium haeredem Va-*

A *lerium Maximum Trierarchum, a quo petiit ut filius*, &c. Facile vincuntur Athenienses a Venetis. Verum praeter Novem-Viros, qui armis, funibus, & navali praesunt, nil mihi scribendum reliquit *Gaspar Contarenus* Cardinalis patricius Venetus; ita ample, & eleganter illius partes descripsit, ut vinci arte nequeat. De Turcarum autem apparatu maritimo copiose egi in nostra *Turcica Historia*. quare ad caetera veniendum.

CAP. X.
DE UNDECIM VIRIS.

B UNDECIM-VIROS Graeco vocabulo τοὺς ἕνδεκα dici solitos, quos etiam νομοφύλακας, atque ἐπάρχους, id est, *praesides*, nuncupabant, ex *Polluce* constat. *Decem-viri*, inquit, *singuli a singulis tribubus eligi solebant, quorum numerum augebat γραμματεὺς, hoc est, scriba. Horum erat officium, fures convincere, atque carcere jam detentos judicare: praeterea plagiarios, quos ἀνδραποδιστὰς dicunt & item grassatores, indumentorumque suppilatores, qui Graece λωποδύται dicuntur, convictos poena afficere. Quod si apud illos deprehensi crimen diffiterentur, eos ad aliorum judicum subsellia sistebant: apud quos si tormentis, aut testibus faterentur victi, de poena statuebant*. Erant itaque veluti poenae aestimatores. quales sunt hodie in Gallia ii, qui praepositi Mareschalorum vulgo dici solent: quibus non absimiles mihi visi sunt quos Turcae *Vaivod*, & *Vaivodlar*, numero multitudinis appellant. Possunt enim omne nebulonum genus comprehendere, & judicibus proximis reddere: de poena vero statuere non possunt. Tales sunt vigilum praefecti in tota Gallia, & ditione Venetorum, &, ut facile mihi persuadeo, ubivis gentium. Locus ubi hi undecim Nomophylaces judicabant, νομοφυλάκιον dicebatur: in cujus posteriori parte ostium nomine χαρώνιον erat. quo ad extremum supplicium educi solebant sontes, non secus atque in castris decumana porta a tergo erat, qua desertores, & facinorosi milites, ad poenam educebantur. Demosth. κατὰ Ἀριστογείτονος illorum meminit. ὅτε γὰρ, ἔφη, τὸ δεσμωτήριον διορύξας ἀπέδρα, τότε πρὸς γυναῖκά τινα ἔρχεται ὀνόματι Ζωβίαν, ᾗ ἐτύγχανεν, ὡς ἔοικε, κεχρημένος ποτέ. καὶ κρύπτει καὶ διασώζει τὰς πρώτας αὐτὸν ἡμέρας, ἃς ἐζήτουν καὶ ἐκήρυττον οἱ ἕνδεκα. *Quum enim effractis carceribus aufugit, ad mulierem quamdam Zobiam nomine divertit, qua aliquando usus fuerat: ea vero abscondit, & servat primis diebus quibus undecim-Viri perquirebant hominem* (Aristogitonem) *atque per praecones sibi reddi satagebant*. Ex quo loco patet, statim admisso crimine illos perquirere, & comprehendere solitos: quare merito notavit *Suidas*, hos νομοφύλακας a primis differre, quod illi judices, hi populares cogerent secundum legum praescriptum vivere, facinorososque coercerent. Adferam item alium locum ex *oratione* ejusdem Demosth. *in* Timocratem. Ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεως ἡλωκὼς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένων αὐτῷ τῶν νόμων εἴργεσθαι, εἰσιὼν ὅποι μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἕνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιαίαν, κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστι. *Si quis vero denuntietur convictus injuriae parentibus illatae, aut non obitae militiae, aut qui in ea loca in, quae legibus non licet, se receperit, illum comprehensum ligent undecim-Viri, sistantque in heliaea*: (nomen est comitii, de quo suo loco) *ubi ex his quibus lege licet, qui volet accusato*. Nolo hic omittere, qua arte Veneti, quum illorum Capitales magistratus non sufficerent, magna proscriptorum nebulonum furumque turba regionem sibi subjectam liberarint. Sub finem belli quo ad Ticinum pugnatum est, multa improborum ma-

nus, tam ob libertatem, quam ob impunitatem scelerum, undique exercituum colluviem contrahendo Venetias ibant. Admissis itaque illic multis sceleribus quum aliquis ad pœnam perquireretur, sciens se criminis reum ab advocatoribus, ut vocant, ad Quadraginta-Viros criminales delatum, fugiensque, lite peracta proscribebatur; ut undique Venetiæ illis pestibus veluti obsiderentur. Propositum est itaque præmium proscripto, quum præsentibus testibus ademptum caput alterius proscripti offerret Reip. si tamen ille jugulasset. quo fiebat, ut quum illorum bona pars sibi mutuo esset nota, se ipsam conficeret: pauci jus civitatis repeterent, hique munere eo donati, probos in posterum cives agerent. Si illa lege in illos nebulones, qui post bella insurgunt, & furtis, stupris, cædibusque Rempubl. totam labefactant, animadverteretur, aut rusticis, sua tuendo, illos cædendi fieret potestas, quoties improborum audacia vim legum superat, ex usu esset Reipublicæ.

CAP. XI.

DE DECEM-VIRIS PRÆSIDIBUS, QUI GRÆCE πρόεδροι VOCANTUR.

QUANVIS hi præsides in Quingentum-Viris, a quibus lecti erant, debebant tradi veluti una tractatione, tamen quia primum sum majorem numerum in magistratibus secutus, quodque hi sint longe celeberrimi, illis particularem tractationem servare visum est. Ex Quingentum ergo Viris, singulis x. tribuum, quinquaginta sorte eligebantur, & item ex illis sortito nostri Decemviri, penes quos singillatim erat Reipubl. summa committenda. Verum rogaret aliquis, quomodo sorte possit pro dignitate eligi, quem ipsa commendat virtus? Facile, ut visum est in Venetis, constitutis primum sorte electoribus, qui nominarent, demum nomina in urnas conjecta cum suffragiis extraherent pro sorte tribuum, in juvenibus ἐν τῷ ληξιαρχικῷ, id est, *in diario Reipub. ob nobilitatem adscribendis*. Jam dixi, electis L. ex ipsis item deligi decem, suffragiis tacitis, & fabis. quæ res quum videatur maxime sortem habere, nullum virtuti aufert præmium, imo maxime secundum eam judicat. Ex ipsis item decem selectis, septem tantum officium præsidis assequi poterant. Itaque inter illos Decemviros omnium suffragiis electos sors ducebatur, ne ulli fieret injuria, dum tres relinquerentur. At quia is qui erat in magistratu, dicebatur ἐπιστάτης, atque πρόεδρος, *præfectus* & *præses*, omnes eo honoris vocabulo gaudebant. Id vero summopere cavebatur, ne secundo ulli liceret in anno eodem ad hanc adspirare dignitatem. Quum esset in imperio, arcis ærarii publici claves, & Reipub. sigillum servabat: itaque jungebat duo officia, quæ diversa sunt in Gallia, Cancellarii, & Majoris viri, ut vocant, in quibus urbibus est libertas, aut si desit Major, Prætoris. Quoties autem Prytanes senatum convocabant, ille novem πρόεδρους a novem tribubus deligebat. ab illa enim quæ πρυτανεύουσα dicebatur, cujus erat caput, nullus assumi alius solebat. Præterea ex illis novem sortito deligebat successorem, cui Reipubl. habenas permitteret. In ipso porro consessu curabat ne quid in caussis omitteretur quod ad judicum instructionem faceret, ubi caussas prius illis commisisset: quale facit aut præses quum remittit caussas ordinario, aut delegato tradit. *Harpocration* de Epistatis hæc tradit, sententiam Isæi adversus Elpagoram adferens. *Duo*, inquit, *sunt constituti Athenis Epistatæ: unus quidem ex Prytanibus sorte delectus, alter vero ex Proedris*. quorum quod sit officium, declarat Aristoteles in *Atheniensium politia*. vulgari vero vocis usu ἐπιστάτης dicitur cuicunque negotio præfectus, ut notat *Hyperides*. Librorum Aristotelis, quos de *hac Republ.* scripserat, jactura me incitavit, ut dixi in principio, ad hoc instaurandum argumentum. Verum ab Epistatis ad Proedros redeo. Πρόεδρος unitatis vocabulo, tanquam totius politiæ Dux & Princeps erat: multitudinis autem, is ordo qui cæteris præsideret magistratibus, præscribendo. quorum dignitas προεδρία dicebatur. Demosthenes in *oratione* κατὰ Τιμοκράτης maximam lucem adfert huic ordini, unde sententiam ejus adferre visum est Verba legis quam adfert, ita incipiunt, ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας, καὶ τὰ λοιπά. quæ verba appendenda curabo. *Undecima primi mensis die; postquam apud populum vota præco fecerit, in suffragium ad leges comprobandas eatur, primum scilicet illas, quæ ad senatum pertinent, secundo quæ ad plebem, postremo loco ad perpendendas, quæ a Novemviris latæ sunt. Prima autem in suffragia coitio, sit eorum, quibus videntur probandæ quæ ad consilium, senatumve faciunt. Altera illorum, quibus improbandæ videbuntur. Hoc vero suffragium secundum legum præscriptum esto. Quod si continget quasdam ex his, quæ antea latæ sunt, abrogari, Prytanes qui tunc sunt in officio, Senatum de ea re postrema comitiorum die habento. Proedri vero ejus prytaniæ de illis etiam sententiam dicunto. Primo quidem de his quæ ad Religionem, postea de Nomothetis, quo ordine pro dignitate sedeant, demum undenam possit ipsis Nomothetis pecunia ad Reipubl. munia suppeditari, sanciunto. Hos autem Nomothetas ex eorum ordine qui in heliæa juraverint, sumunto.* (de heliæa postea dicam.) *Quod si Prytanes secundum legum præscriptum senatum non habuerint, pariter si proedri non retulerint secundum jus & æquum, singuli Prytanes mille drachmis mulctantor; quæ in ærarium Palladis consecrantor. Si Proedrωn aliquis, idem quadraginta drachmas deæ dato. illorum autem accusatio apud Thesmothetas fiat. Pariter si æri publico obnoxius in magistratu sit, cognoscunto. Hi vero Thesmothetæ sibi eo nomine delatos, criminisque convictos in carcerem concludunto. Quod si id facere neglexerint, infamiæ notam subeunto, consortioque Ariopagitico arcentor, veluti legum gubernationem negligentes. Antequam vero de suffragiis ferendis senatus habeatur, quicunque legem rogaturus est, illam pro Eponymorum statuis proscribito, adscriptis omnibus quas latas cupit, ut pro legum propositarum numero, populus ipsis Nomothetis tempus decernat ad leges examinandas. Qui vero novam legem rogat, is non tantum semel, sed quotidie pro Eponymorum statuis eam exponat, donec habeatur senatus. Populus vero quinque viros ex omni Atheniensium numero eligat, qui legum patrocinium suscipiunto.* Hactenus de lege: nunc ex eodem Authore atque *eadem oratione* jusjurandum τῶν ἡλιαστῶν est adscribendum; in quo etiam Græca ob tædium repetendi omittenda censui. *Sententiam feram secundum legum, ac populi Atheniensis plebiscitorum, atque senatus quingentorum virorum præscriptum. Meo favore, aut suffragio, nec tyrannis, nec oligarchia in Rempubl. recipietur. Nec si quis corrupto Atheniensium populo, aut statuat, aut velit contrarium, usquam in illius sententiam pedibus ibo. Tabulas novas, alienive æris recisionem, agri Attici, domorumve divisionem, nunquam fieri permittam. Nullos exules revocabo, uti nec proscriptos: Ut e diverso neminem qui civitatis jure utatur, contra leges, & Atheniensis populi decreta, senatusque quingentorum authoritatem, usquam urbe ejici patiar, nec quemvis alium injuria id facere permittam. Magistra-*

tum nullum constituam, ut possit ille qui rationes anteacti magistratus non reddiderit, fungi alio magistratu, sive ex Novemviris, sive qui sacris publicis functus sit, vel ex illis, qui cum novem principibus Proedris fabis eliguntur, legatisve, aut assessoribus fuerit. (*erant primariæ dignitatis hi omnes.*) *Nec permittam bis in anno quemquam eundem magistratum gerere, nec duos in eodem anno. Nulla munera recipiam, sordesve judicii caussa sectabor, nec ipse, nec alius me conscio. Sum natus annos non minus triginta. Audiam accusatorem & defensorem ex æquo, sine affectibus, & personarum ratione: illumque condemnabo quem merito caussa cadere cognovero. Adjuro Jovem ipsum, Neptunum, Cererem, ut perniciem in me ipsum, meamque familiam immittant, si quid horum transgrediar.* Hæc *Demosthenes*: in quibus maximum fuisse etiam Ethnicis æquitatis studium monstrat. Postquam satis dignitas Decem-Virorum, pariter & officii ratio est etiam ab eodem tradita, de comitiis ἡλιαςῶν nunc sum dicturus.

CAP. XII.

DE SUBDIALIBUS COMITIIS, QUÆ GRÆCI ἡλιαίαν DICUNT.

HAIAIAI καὶ ἡλίασις, *maximum Athenis tribunal erat*, (inquit *Harpocration*) *in quo publica judicia, ultro citroque caussis agitatis, tractabantur a mille, aut mille quingentis primæ notæ civibus. quingenti vero solebant uno in loco esse, mille & quingenti in tribus. ἡλιάζεσθαι autem erat jus in eo loco dicere: ἡλίασις vero ipsa in judiciis diversatio: Lysias ἡλιᾷν καὶ ἡλιάζεσθαι pro eodem est usus.* Hactenus *Harpocrat.* Interpres vero *orationis* κατὰ Τιμοκράτους ita de hac re tradit. ἡλιαία, inquit, *locus magni senatus, & judicum multitudo ibidem jus dicentium dicitur. ἡλιαία autem vocatus est locus παρὰ τὸ [illegible] ἀλίζεσθαι καὶ συναθροίζεσθαι τὸ πλῆθος τῶν δικαςῶν, quod illic judicum multitudo congregari sit solita; α in η mutato, ut crebro fit.* Alii volunt (quæ melior esse sententia videtur) inde dictum locum, quod sit sub dio. ἥλιον enim, id est, *solem*, in eum radios immittere. *Pollux* ita tradit: ἡλιαία erat quidem uno consessu quingentorum judicum, duobus, si mille: tribus, si mille quingenti. Calculos vero quibus in suffragiis utebantur, habebant duorum generum, condemnandi, & absolvendi: probandive, aut improbandi: solidum unum, perforatum alterum. Vas porro habebant quod κάδον Græci vocant, infundibulo simile, per quod demittebantur suffragia in duas urnas, quarum altera lignea, ænea altera erat, probandi, & improbandi: de quibus cætera dicam ubi de judiciorum aut fori locis agam. Interpres vero orationis κατὰ Τιμοκράτους diversum habet, loco calculorum fabis uti nigris & albis solitos, ut differrent: quemadmodum calculorum unus erat solidus, alter perforatus. unde, qui κύαμοι, *fabæ*, dicantur, κυαμεύεσθαι, *fabis sortiri*, & magistratum deligere, significat. inde etiam Pythagoram ajunt per fabarum abstinentiam, non leguminis (ut volunt) flatuosi, & cujus hilum pudenda effingat, usum prohibuisse, sed ei, qui velit in pace degere, atque fortunæ ictibus non subjici, ambitiose magistratus & dignitates non esse appetendas, significavisse.

CAP. XIII.

DE QUÆSTORIBUS, GRAIA VOCE ἀποδέκταις VOCARI SOLITIS.

SINGULI a singulis tribubus, decem videlicet numero, erant ἀποδέκται, *coactores*, *quæstoresve*, quos nostrum vulgus collectores taleæ in indictionibus, receptores dominii & auxiliorum in canonibus & oblationibus vocare solet. Alioqui peculiari vocabulo Græci & Latini πραντας & *indictionales coactores* vocant, quos patrio vocabulo collectores taleæ dicimus, sed Græcæ linguæ copia præterea συλλογέας, & ἀγυρτάς, idem significantibus vocibus appellat. Ἀποδεκτῶν munus erat acceptis a Rep. libellis (ut solent apud nos Electi, quum Provincialibus, & locorum singulorum quæstoribus summam a rege ob ingruentia negocia significant expetendam) cogere eos qui aliquid Rep. deberent, id ut solverent, ac pro facultatum ratione in Reip. discrimine numerarent. Præsens aderat dum reciperent, antigrapharius, quem vulgo *Contrarotulatorem* dicunt: quumque quicquam numeraretur, in diario accepti & impensi rationes omnes transcribebat: de quo postea latius. Apud Logistas vero rationes rerum omnium reddebantur, nedum pecuniæ. Verum paucis absolvens meos quæstores, statim illos Logistas subnectam. Si quid ergo reddita & exposita ratione reliquatum esset, statim, quandiu pro re sua possent, id persolvebant, atque delata summa diario publico inscripta, absolvebantur. Quod si (ut non raro contingit) aliquid majoris momenti oboriretur unde lis posset nasci, ipsam ad Novem-Viros contestandam deferebant, atque judicatum solvi satagebant. Ἀποδεκτῆρες in hoc tantum ab illis differebant, quod hi tantum recipere, non item cogere poterant. mitius itaque hoc vocabulum est: quod patet in eo libro qui Aristoteli sub titulo *de mundo* adscribitur: *χωρὶς δὲ τούτων ἄλλοι καθεστήκεσαν προσόδων ταμίαι, καὶ στρατηγοὶ πολέμων καὶ κυνηγεσίων, δώρων δὲ ἀποδεκτῆρες, τῶν τε λοιπῶν ἔργων ἕκαστοι κατὰ τὰς χρείας ἐπιμεληταί. Præter eos vero constituti erant quæstores ærarii, bellorum Duces, ac venationi præfecti, præterea donorum susceptores, aliorumque operum pro necessitate curatores.* Latini illos voce paullo moderatiore *susceptores* dixere. C. de defen. civit. L. Jubemus. *Jubemus, cura ac solertia defensorum minime possessores majoribus mensuris & ponderibus a susceptoribus prægravari, sed eos deprehensos,* &c. Hæc *Budæus*. Puto sane, Jurisconsultum intelligere per susceptores, illos quos receptores auxiliorum dicimus, qui aliquando cogunt res fisci majori mensura aut pondere nomine regio persolvi, non quidem ut regi, reive publicæ prosint, sed ut sub regii nominis terrore rem maxime augeant.

CAP. XIV.

DE LOGISTIS, QUOS RATIONUM MAGISTROS DICIMUS.

ΛΟΓΙΣΤΑΙ, inquit Harpocration, *sunt etiam Decem-Viri singuli a singulis tribubus electi, quibus omnes magistratu functos, intra triginta dies quam magistratu decessissent, oportebat rerum omnium administrationis rationem reddere. quod Graii λογίζειν, & λογίζεσθαι dicunt.* Aristoteles in *Athenienſium politia* scripserat, ut idem author scribit, illos ἀπὸ τῶν εὐθυνῶν, ab *euthynis*, qui aliud genus rationis audiunt, differre. Assidebant εὔθυνοι novem principibus, repetendarumque agebant jam magistratu functos, qui æris aliquid publici avertissent. *Duo*, inquit Pollux, *erant Athenis Logistæ, unus in senatu, alter in rebus extra senatum administrandis: qui ambo a senatu eligebantur ut rerum omnium in Rep. administratarum rationes audirent.* Duos credo *Pollucem* scripsisse pro duobus generibus, quum & cæteri authores plures scribant & fieri non potuerit ut duo soli tot rationibus audiendis satis essent. Verum duos veluti præsides possumus in eo intelligere. Id muneris in Gallia habemus præstantissimum, quod ad fisci res attinet, in eo loco Parisiis, quem *Cameram Computorum* vulgo dicunt: ubi qui sunt summa dignitate, præsides: qui secunda, auditores: qui tertio loco, clerici computorum dici so-

solent. Oblatos a quæstoribus libellos hi recipiunt, recitantque audientibus & supputantibus auditoribus: hi recitant primis judicantibus. Nec tantum rem pecuniariam in rationem deducunt, sed & quicquid olim regio censui accessit, aut decessit, notant, inque locos communes secundum annorum multitudinem collocant, ut, quum opus est aut litis caussa, aut aliter de publici æris rebus agere, statim diarium promant, quod fidem faciat. Triumviri calculatores Venetiis sunt a publicis rationibus. Nec Turcæ eo carent magistratu. habent enim suum *Barat Emin*, impensis præfectum, qui cum quatuor viris rationes fisci audit. Verum non ociosum fuerit, *ex oratione* Æschinis *contra* Demosthenem & Ctesiphontem officium Logistarum amplius aperire. *Primum quidem*, ait, *lex jubet sanctissimum Ariopagitarum senatum apud Logistas inscribi, rationibusque reddendis esse obnoxium. Illicque vult, o Athenienses, secundum vestræ sanctionis præscriptum, venerandi illius senatus dominum fieri Logistam. Præterea quingentos viros vult rationes magistratus sui reddere. Ita vehementer diffidit Respubl. his qui rerum rationem non reddidere, ut sub ipsum statim legum exordium dicat, magistratum rationi reddendæ obnoxium* (nam ὑπεύθυνος, quod ait, & active, & passive capitur, nempe tam pro illo qui rationem exigit, quam pro eo qui illam reddit) *non debere peregre proficisci, non habere suarum rerum potestatem, non posse divis quicquam consecrare, non manumittere, non posse in summa de suis rebus quicquam statuere: sed omnes illorum facultates qui Reipub. rationes non reddiderint, oppigneratas Reip. vult legislator. At dicet aliquis: Quidam fuit in aliquo ordine, qui nil usquam nomine publico accepit, aut expendit. Etiam hunc vult rationem reddere oportere. Verum qui poterit, qui nil habuit? Jubet lex isthuc ipsum inscribere: Nil usquam publico nomine accepi, aut expendi. Immune quidem certe rationis reddendæ in civitate nil debet esse*. Subjungit paullo post: *Oportebat te, o Demosthenes, secundum patriam consuetudinem permittere, ut Logistarum præco proclamaret*. Τίς βούλεται κατηγορεῖν? Hæc *Æschines*. Cætera jam ante tradideram. Proculdubio si hæc lex tantam apud nos vim haberet, reprimerentur coactorum furta, electorum technæ, quæstorum fraudes, judicum sordes, favores, oppressiones, si semel testes omnes admitterentur, proposita tamen falsis testibus, & accusatoribus, capitis pœna. Quot enim putas misere laceratos, enecatos, spoliatos, de suo jure deturbatos, ea una de re mutire non audere, sed altum corde dolorem ægre premere, quod non est libere sine forma accusandi locus? unde innumeræ injuriæ. At quis custodiet ipsos custodes? Ad te, æquissime Cancellarie, tanquam juris asylum, nisi recurrant miseri, actum de re illorum est. Logistas & vocabulo suo noverant Latini, reique publicæ curatores appellabant. l. *Curator. C. de modo multar. Curator Reip.* (inquit Imperator) *qui Græco vocabulo Logista nuncupatur, mulctandi jus non habet*,

CAP. XV.

DE CUSTODIBUS, QUOS GRÆCI ἀντιγραφεῖς VOCANT.

Quos Græci ἀντιγραφέας dixere, Latini *custodes* aut Græca voce *antigraphario*s appellarunt. Aderant hi observatores his de quibus proximo capite egi, rationesque omnes in diario scribebant: quod nostri facere non solent in omni administratione publica, pecuniarum præcipue. Æschines κατὰ Κτησιφῶντος. Πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, &c. *Primum quidem, o Athenienses, suffragiis eligebatur antigrapharius urbi, qui in singulis Prytaniis proventuum rationes populo recitaret*. Ulpianus *Tit*.

A *de admi. tut. l. Si plures. Dati sunt*, inquit, *quasi observatores actus ejus, & custodes*. Suidas ait, τὸν γραμματέα καὶ ἀντιγραφέα eadem significatione esse, fortasse jam degenerem linguam suo seculo secutus. vocant enim vulgari voce τὸ γραμματικὸν, *scribam*, & *antigrapheum*, Græci omnes. Subjungit autem, primum acta senatus recitare solitum, alterum transscribere. Statim vero sui immemor, palinodiam cantat, sed in melius meo judicio mutata sententia. Alterum enim ait fuisse in senatu, alterum in publica administratione observanda: quod & rationi, & hodierno rerum usui apud nos est consentaneum. In curiis enim omnibus est scriba qui calamo celerrime a judicibus prolata excipit, quem γραμματέα nominare possumus. Alter est qui singulis accepti &
B impensi publici rationibus adest custos, aut antigrapheus. Verum & de Scribis dicere ex occasione operæ precium videtur. Γραμματεῖς *erant Scribæ tres numero*, ait Suidas, *quos Romani a secretis dicunt, qui acta senatus sanctiora transcribebant, servabantque*. Cæteri tamen Græci volunt a singulis tribubus singulos fuisse: quod vero similius est. Nam qui fieri potuisset ut tam ingens Reipublicæ moles, populusque seditioni natus, tantum tres Scribas haberet, quum tot essent judicia, judicumque ordines, quibus ipsis necessario aderant singuli? Æschines κατὰ Κτησιφ. etiam addit, *Scribas solitos illorum nomi-*
C *na excipere, & servare, qui administratæ Reipubl. essent rationem reddituri: & quoad reddidissent, in publicis diariis conservare*. qua in re fere illis convenit cum nostris. Nulla Respubl. mihi videtur illis carere potuisse. itaque nullam comparationem addere visum est.

CAP. XVI.

DE QUÆSTORIBUS ILLIS QUOS GRÆCI DEMARCHOS VOCANT.

Quos Græci δημάρχους nominant, an recte *Quæstores* vocare debeam, an ex vi verbi Tri-
D bunos pl. quum apud nos tale exactorum genus insolitatum sit, nescio. Videbitur ex officio vis nominis, & propria appellatio. Scribunt multi, fuisse decem numero, veluti Tribunos pl. aut singularum tribuum Duces: de qua significatione hic non ago. *Julius Pollux* ait, illos in locum ναυκράρων, ναυκλάρων, ac ναυκάρων (nam hoc nomen ita diversum pro re eadem apud varios authores est) successisse: fuisse vero in singulis tribubus XII. partes, quæ singulæ ναυκραρίαι dicebantur, quibus ipsis singulis præerant Demarchi, ναυκραρίαι autem singulæ tempore belli duos equites, & navem unam suis sumptibus dare & ornare, illisque ad finem belli sumptum facere nomine Reip. debebant. Erant ergo ναυκρα-
E ρίαι CXX. demarchi totidem, naves totidem, equites CCXL. quum belli ingrueret necessitas, sine illis quæ ab ærario publico petebantur. Curabant primo quæ ad jus naucrariæ pertinerent conservari, sarta tectaque omnia haberi: unde quum crebro exigerent, erant pauperibus molestissimi, quum pro ratione soli, ædium, mercium, aut artis, solvere cogerentur. nisi enim solverent, ἐνεχυράζοντο, id est, *pignora capere*, auctioneque distrahere ad summæ usque rationem poterant. Ad illas molestias popularium alludit Aristophanes in *Nebulis* v. 37. his
F verbis,

Δάκνει με δήμαρχός τις ἐκ τῶν στρωμάτων.
Aliquis Demarchus me mordet ex lecto.

Indicat autem illa allusio κόριν, id est, *cimicem*, ut ait Interpres, quod tenuioris fortunæ homines soleant continuis affici molestiis a coactoribus, non secus atque cimicibus noctu somnum excutientibus. Locus ille alioqui non caret ardua difficultate, quomodo Demarchus unus possit ex culcitra

ad mordendum prodire. Ut autem Demarchi, minori popularium injuria corraderent, deſcribebant in ſingulis regionibus (nec enim Athenæ tantum Athenæ fuere) atque agri Attici Provinciis quantum agri fertilis ſterilisve eſſet, demum quantum quiſque poſſideret: (ut in illis indictionibus quas regales taleas vocant, in Gallia Narbonenſi fieri ſolet) demum pro poſſeſſionis ratione merciumque uſu exigebant: quod an ſit olim factum in tota Gallia, neſcio: id unum ſcio, ſi fieret, electorum ars eludi poſſet, qui a publicanis aut ditioribus accepta pecunia traducunt ſummas in alios pagos, aut impotentiores, aut æque afflictos: coercerentur præterea (niſi jam excogitaſſet contra illorum fraudes ſanctionem Poyetus Cancellarius) illi nobiles qui tenuiorum terras obnoxias regio cenſui, ſuis adjungunt, immuneſque reddunt. Præterea non pauci aut compendii, aut favoris gratia, villas, & cenſuum omnia genera conducunt, illaque nundinatione, pecuniæ publicæ non parum avertunt. Etiam negligentia illa tranſcribendi ſoli contingit, ut qui inter ipſos parœcos ſunt tenuiſſimi, fere omnia perſolvant: divites, qui alternis annis publicani ſolent eligi, ut ſummam nondum præceptam repræſentent, ſibi mutuo parcunt atque, ſecundum proverbium, manu manum fricant: quapropter aut res fiſci ad certam pecuniam æſtimari, aut coactores omnium judicio æquiſſimi delecti deberent perpetuo in officio eſſe, ne locus talionis in eos eſſet: aut communi popularium ſuffragio ſumma conſtitui illis deberet; tum enim non facile fierent ſolitæ injuriæ. Verum longe amplius in *ſecundo* Reipub. Turcicæ *volumine* iſta jam tradidi, quo remitto lectorem. Poſt curatam illam pecuniam quæ erat imperata, ſecundo officio Demarchi eos juvenes, quibus per ætatem liceret τῇ λήξει ἄρχειν, *ſucceſſionem hæreditatemve adminiſtrare*, ἐν τῷ ληξιαρχικῷ, in *diario* videlicet *hæreditario*, adſcribebant: quæ res magnam adferebat utilitatem. Nam junioribus, & rerum imperitis, non licebat rem domeſticam, dum fingunt ſe velle ſeorſum agere, decoquere, & paternas, atque adeo fraternas & avitas opes abſumere, unde innumeræ lites apud nos ſcaturiunt, non raro & cædes: ſummaque inopia multos per ſcelerum licentiam, quam in re paterna diſſipanda didicere, ad laqueum adigi certum eſt. Deinde quoties ſuper ætate oriebatur contentio, (quod quum alibi frequenter, tum maxime in magiſtratibus dandis & accipiendis erat ſolitum contingere) diarium, ubi ſtatim nati ſcribi ſolebant, fidem faciebat veri. In qua etiam maxime Poyeti prudentiam admirari licet, qui regiis ſanctionibus curavit ut parœci curiones, ſeu vicarii, ſingulos ad ſacram intinctionem oblatos infantes in parœciæ diario abſcriberent. Tertia utilitas inde manans, erat tironum ad rem militarem opportuna electio: ex qua obſervatione hodie Turcæ, gens alioqui non uſque adeo rerum perita, perpetuo milite abundant, ultraque trecenta hominum millia delecta ſemper ex juventute Græciæ habent, qua præclariſſimæ orbis parti imperando, noſtro capiti imminent. Sed de his alibi commodius. Convocare præterea ναυκαρίας ſuas ſinguli Demarchi in urbem ad leges accipiendas ſolebant. Crediderim ſane, eam appellationem eſſe depravatiſſimam, quum vix, ut jam dixi, inter duos authores in eo nomine conveniat: quamobrem variorum authorum ſententiam adferendam de ea duxi, eamque lectori excutiendam relinquere. Demoſthenes κατὰ Τιμοκράτους vocat ναυκρατικά. Μή ποτε, inquit, τὰ ναυκρατικὰ βέλτιον φέρηται ἐπὶ τοῖς ἀττικιανοῖς. *Ne forte naucratica*, id eſt, *res tribuum*, *melius in Atticianos procederent*. Ariſtophanis *interpres* ναυκλάρους Demarchos appellat. *Demarchi*, inquit, *ſcribebant in diariis eorum nomina qui Reipub. debebant quippiam. Ad hæc libellos lexiarchicos apud ſe ſervare ſolebant, congregabantque populum ad leges quum opus eſſet accipiendas, quibus ipſis popularibus eaſdem offerre ſolebant. Ariſtoteles autem de Cliſthene ait*, (ſcribit idem *Interpres* cum *Harpocratione*) *quod quum eſſet in ſumma Reipub. authoritate, fecerit eodem eſſe inſtituto Demarchos cum naucratis, ſeu nauclaris; qui a Solone creduntur primum inſtituti. Hi pompam in Panathenaicis ornare ſolebant*. Paullo mox ſubdit idem *Interpres*: *Eſt autem Demarchus idem qui &* ἐπώνυμος. *diverſum a cæteris authoribus ſcribendo. verum ex vocis ratione parum errant. Verum Aſclepiades Alexandrinus* τοὺς κατὰ τὸν δῆμον ἄρχοντας δημάρχους *vocat. ut vero ſcribit Demetrius Phalereus, Solon maxima diligentia curavit conſtitui Demarchos, qui inter populares principes eſſent, ſimulque quod æquum & juſtum Reipubl. erat, exigerent, darentve*. Hæc *Interpres*, omnia in dubium relinquens: ex quo loco illius ingenii curioſam oſtentationem, magis quam acutum judicium, licet deprehendere. *Harpocration* ait: *Erat* ναυκρᾶτις *Ægypti emporium. Si vero legamus* ναυκραρικά, *ſunt res Principum. Nam olim* τοὺς ἄρχοντας, *id eſt, Principes*, ναυκράρους *appellare ſoliti erant, teſte Herodoto in decimoquinto hiſtoriarum*. Verba ſunt *Harpocrationis*, quæ indicant, etſi Muſas habemus *Herodoti*, tamen alia eum ſcripſiſſe, quæ temporum injuria periere.

CAP. XVII.

DE QUÆSTORIBUS REPETUNDARUM, QUOS GRÆCI εὐθύνους DICUNT.

DECEM erant εὔθυνοι, alias χρεωσταὶ, *debitorum exactores*: κυβερνῆται, *rectores*: διορθωταὶ, *emendatores*: εὐθυντῆρες, *directores*: δικαστικοὶ, *judiciales*, aut λογισταὶ, *rationum magiſtri* vocari ſoliti: quos quia rationes reddere cogebant, atque repetundarum reos agebant, non poſſum alio vocabulo, quam *coactorum*, aut *quæſtorum repetundarum* nominare. Hi a novem Principibus viris in maximis maximeque urgentibus Reipub. calamitatibus delecti, tributa popularibus augebant, debitaque omnia exigebant, unde χρεῶσται dicti, non quod *deberent*, ut vox communiter notat, ſed quod *exigerent*. Vox enim χρεώστης & εὔθυνος licet frequenter paſſive capiatur, hic tamen activa eſt, ut & in Græco vulgari ſermone utraque voce utuntur. Illis erat numerandum Reipub. pro ratione accepti, reddita apud Logiſtas ratione. Magiſtratuum alioqui pedaneorum rationes audiebant, repetundarumque agebant, ſi quis a popularibus præter æquitatem ſalarii quicquam accepiſſet. Cauſſa perperam obitæ legationis, quam Græci παραπρεσβείας dicunt, ſolebat apud eos dici: unde διορθωταὶ ſunt vocati. Εὐθύνεσθαι porro dicebatur illi a *quibus rationes ab his expoſcerentur*: præterea εὐθύνας διδόναι, *dare rationem*, *vel pœnam ſuſcipere*. inde illorum magiſtratus dici ſolitus εὐθύνη, quum alioqui *rationem* & *pœnam* ſignificet ea vox. Adeſſe illis ſolebat ἐπιγραφεὺς, *ſcriba*, de quo egi: qui viritim omnium popularium nomina ederet, cenſuſque omnium rationem promeret. Quum autem lis de re fiſci apud illos oriretur, tunc ſiſtebant reos ad majorum judicum ſubſellia, pariter & eos qui non eſſent ſolvendo: cujus rei Iſocrates *contra Paſionem* in Trapezitico dat argumentum, verſus finem. ἔτι δὲ παρ᾽ ὧν ἐχρυσώνησα ὑπ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον πλείους ἢ χιλίους στατῆρας. καὶ τὰ λοιπά. *Inſuper* (eos, ſubaudi, in teſtimonium vocabo) *a quibus ultra mille ſtateres precario accepi. ad hæc, indictione nobis imperata, inſcriptionibus variis factis, plus ego & mei numeravimus, quam peregrini: mihique*

maximam collationem persolvendam duxi. Pro Pasione vero erat mihi opus inscriptoribus, quod dicerent illum etiam meis uti pecuniis. Hactenus *Isocrates*. Describebat vero is Scriba cum magistratu in σιτοδοσίας, id est, *frumenti contributionibus*, suum cuique modum, ut in publicum horreum inferretur. quam *annonam qui dispensabant*, σιτομέτραι dicebantur: qui *servabant*, σιτοφύλακες, *annonæ, seu frumenti custodes*. locus ubi servabatur, γαζοφυλάκιον. Qui undique convehendum in urbem curarent, σιτῶναι, *frumentatores, aut annonæ præfecti*, ἐκ τοῦ τὸν σῖτον ὠνεῖσθαι, *ab emendo frumento*, dici consueverant. Magistratus hi nobis passim Reipubl. contemptu neglecti, admodum sunt necessarii. Eos habent summa in cura Venetiæ. Curam enim convehendi undique frumenti habent illi, quos a providendo vulgo *Providadorios* vocant: recondendi, servandi, & distribuendi, Duumviri, quos *Farinarios* ea de re appellant, quod popularibus semper viliori precio juxta eum urbis locum qui *Rivus altus* dicitur, distrahant, quam mercatores soleant: ut nebulonum, Remp. labefactantium, fameque enecantium, avaritia coerceatur. quæ non raro apud nos mediis in urbibus, proh pudor, usque adeo invaluit, ut nonnunquam frumentum (quo in cumulum putrefacto, quæ pestis possit esse tetrior, non facile dixerim) ob auri sitim diutius conservatum, & tandem putrefactum, aut defodi, aut in medium flumen conjici videas, quod centies centena hominum millia alere posset: & non tantum eximi ab usu, quod per providentiam erat a natura donatum, sed & elementa inde labefactata videmus. Habent iidem & Duumviratum annonæ præfectum, qui curet opsonia convehenda. At ne quis caussetur, Venetiis tantum esse hos magistratus propter circumfusum mare, sunt nobis exemplo apud Turcas, quos barbariores, rerumque imperitos falso credimus, ædiles, urbive præfecti, quos patria lingua *Ssar Emin*, id est, *urbis præfectos* nominant, qui ut popularibus sit copia oryzæ, & frumenti, perpetuo curant, utque viliori precio distrahatur, neve ullum sit illarum rerum monopolium. Idem in exercitu curat *Arpac Emin*, hordeo quo illic equi aluntur, præfectus, ut abunde pabulum militibus adsit ad equos alendos. Tanto olim studio Romani coluere rem frumentariam, ut sine qua nulla Respub. incolumis est, ut alveos a singulis regionibus Ægypti ære publico in Nilum ducendos curaverint, quibus frumenti ingens vis Alexandriam, ac demum Romam conveheretur: incredibilique sumptu eos alveos servari curaverint, ea lege, ut, si quis aggeres Nili qui erant alveorum ripæ, rupisset, capite plecteretur. Ager Bizacenus in Africa, Campania, Sicilia, & quæcunque olim regio frumenti ferax, tantæ fuit illis, curæ, ut Provinciæ nomen inde habuerint. Sed ad σιτῶνας redeo, quo vocabulo usus est Jurisconsultus *Dig. de mun. & honor. l. Munerum. Nam harum*, inquit, *specierum curatores, quas sitonas, & elæemporos Græci appellant, creari moris est*. Antequam *Budæus* nostræ Galliæ suo seculo primum ornamentum, Græca illic reposuisset, alba ibi papyrus erat: & interim satis habent nostri Accursiani. si bonas contemnant literas, si non esse de pane lucrando, ut ajunt, adferant. quid illic potuissent pro σιτῶναι, & ἐλαιέμποροι, comminisci? At dicent, Etsi Græce scriptum esset, non legeretur. *Instit.* enim *de publ. judiciis*, ubi de sicariis agitur, Accursius, aut alius dignum patella operculum Accursianus, scripsit pro commento, *Hoc totum quod sequitur, omittas*. & alibi, *Græcum est, legi non potest*. Verum quomodo sciret Græce, qui vix Latina intelligat? qui ait bina esse quatuor: balucam, quæ vox aurum χρύσαμμον significat, bajulans lucem: bastagarios laniones, aut ut vocat becharios: topiarios esse

A fossores, & alia sexcenta. At ejus patet late impudentia in *Dig. de orig. juris*. Ulpianus voce σιτωνίας Græce usus est *tit. de vacatio. & excusatio. munerum, lege secunda*; Sextumdecimum annum ætatis agentem ad sitoniæ munus admitti non licet. quod vocabulum statim in quandam urbem vertit audaculus Accursianus. Non ita admodum differebant ab illis Scribis, quorum in sitoniis mentionem feci, qui vocabantur λογόγραφοι, quasi *rationum scriptores*. nam & loco ἐπιγραφέων ponebantur, quum alioqui vox illa *oratorem versutum*, & quod Græce magis exprimitur, λογοδαίδαλον significet, quo convitio se mutuo impetunt Æschines, & Demosthenes.

B Verum ad alia veniendum est.

CAP. XVIII.

DE LEXIARCHICIS, PERIPOLIS, ET EPHEBIS.

QUONIAM jam ante in Demarchorum muneribus mentionem de juvenibus feci, qui in diario, quod λεύκωμα, id est, *album*, & ληξιαρχικὸν vocant, inscribi solebant: de illis nunc

C sermo est absolvendus. Antequam τῶν λήξεων ἦρχον, id est, *rei hæreditariæ potestatem haberent*, biennium solebant circumire regiones limitaneas, veluti tirocinia armorum meditando: tuncque a decimo octavo ætatis anno, quo ex ephebis excedere mos erat, ad vigesimum, vocabantur περίπολοι, id est, *circumitores*, & ἔφηβοι ob *ætatem*, ἔφοδοι ob *viam & peregrinationem in qua versabantur*: etiam τῆς χώρας ἐπίσκοποι, *regionis inspectores*, non veluti magistratus, sed ut quum ingrueret necessitas, essent regionum, viarum, & locorum periti. Exacto demum biennio, veluti in præmium laborum dicebantur ληξιαρχικοί, qua jam dixi ratione. λῆξιν enim

D Græci ἐκ τοῦ λήγειν, id est, a *desinendo*, *hæreditatem* dixere, quod scilicet statim ab uno in alterum desinat. Alioqui (ut ex Isæo notavit *Harpocration*) λῆξις unitatis numero τὸ ἔγκλημα, id est, *accusationem*, significat. Facta illis facultatum potestate, jusjurandum istud, quum inscriberentur, in Agraulo, loco subdiali præstare solebant. Juramentum Lexiarchicorum: Armorum nunquam me pudebit. Ducem cui semel addictus fuero, nunquam relinquam. Pro aris, & focis solus, aut cum pluribus decertabo. Patriam deteriorem non reddam. Adversus quancunque regionem decernar, navigabo. Assentiar æternis judiciis æquitatis, sacrisque jam receptis pare-

E bo. assentiar his etiam summa pace quæ plebs sancte sanxerit. Quod si quis legibus non paruerit, easque evertere volet, non permittam. vindex vero seu solus, seu cum multis ero. Sacram patriam semper colam. Hos hodie Demarchos seu ἐν τῷ λευκώματι τοὺς νέους ἐγγράφοντας duplici in officio Turcæ habent, nomine videlicet Principis, & militum. Nomine quidem Principis tertio, quarto, aut quinto quoque anno: pro bellorum usu singulis in vicis & urbibus colliguntur ab eis juvenes ex toto loci unius grege una composito, ut facilior sit in turba electio, pro virium corporis, & formæ ratione, qui

F delecti ea lege ne una domus duos fratres exhibeat ad id munus, conductique Constantinopolim, ubi nunc regia est, in tres classes rediguntur. Quos forma naturæque indoles præstantior ornat, (quod in primis physiognomiæ periti in eam rem delecti curant etiam in primo delectu) hos Princeps seorsum adhibitis doctis præceptoribus formandos in re literaria ad persuasionis usque notionem, & re militari, curat, donec nati sint ut minimum xx. annos: (nam quum eliguntur primo, ex ephebis excessisse non licet, si in hunc

numerum sunt adscribendi:) tum satis exercitati nobilitate donantur, equitesque trium generum fiunt, *Spachi, Seliċtari, Uluphegi*. Secundi ordinis, Principis hortos, quorum non tantum ipse, sed & tota Turcia est studiosissima, colunt, biremesque quibus Princeps vectari in mari solet, agere Constantinopoli, quum Princeps adest, solent. Tertius ordo, infelicium plane, datur divitibus, Principibusque viris, qui illos non raro totos octo annos durissimis exercent laboribus, interim ægre naturæ illorum tenuissimeque satisfacientes, donec quadam virtute Principibus ducibusque belli innotescant, militumque numero adscribi soleant. qua arte effectum est. ut perpetuo milite abundet Turca. Nec vero tantum ad hæc munia deliguntur quos parit Græcia, sed & bello capti, emptitii, quacunque arte comparati, modo non sit inepta ætas, solent eum augere numerum, sensimque crescendo, qui non statim munus equestre consequuntur, fiunt *Imgbitzeri*, inde *Solachi*, custodiæ Principis invigilantes: postremo aut equites, aut majoris muneris, donec rude donentur. Delectus Principis ita habet. Ut vero tam ingenti perpetui militis numero parata sit pecunia, habent & suum delectum, quos jam bene gestæ rei fama evexit. Nam ut præsens est apud Turcas pœna socordibus, alas ad virtutem facere solita, ita præclarum aliquod facinus aggresso statim præmium adest: quæ ipsa sunt duo maxima virtutis excitandæ fundamenta. Præter decimas, quibus olim ecclesia Græca dotari potissimum solebat, etiam militibus, hisque quos Princeps evectos cupit, militiæque paratos, masculæ ætatis, in universis Provinciis, quemque tamen suo jure, jus inquirendi est permissum, ut quotquot ex ephebis excedunt, & ut proprie magis Græce efferam, ἀπερματίζωσι, quotannis xxv. aspra persolvant: qui uxorem duxere, xxx. quæ industria facile trecenta hominum millia quotannis alit. Indictio sola venit ad Principis ærarium. Cætera, quomodo scilicet possit dignosci qui ad nubilem accessit ætatem, acceptique & impensi rationes omnes, tractavi in secundo *rerum Turcicarum* libro. Sed nimis sum digressus ab incepto τῆ ληξιαρχικῶν. Hoc nomen fuit sexviratus, cui potestas erat quoties magna cogerentur, eligendi xxx. viros subadjuvas, qui omnes funiculo cinnabari tincto populares in audiendis legibus senatuque adeundo socordes impeterent, notarentque: qua nota per negligentiam accepta mulctabantur: unde parœmia de illis efferri solita qui pœnæ timore, non amore virtutis in officio essent σχοινίον φεύγουσι μεμιλτωμένον, id est, *Funiculum fugiunt minio rubricave tinctum*, aut ut *Erasmus* vertit,

Vitant sinopi collitam restim rubra.

Tale genus hominum frequens in urbibus est, quos nisi vis legum, magistratusque diligentia coerceat, in officio nunquam contineas. Aristophan. ἐν Ἀχαρνεῦσι, vers. 21. 22.

Οἱ δὲ ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κἄνω καὶ κάτω
Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

Id est,

Illi in foro nugantur, ac modo huc, modo illuc
Funiculum fugiunt cinnabari tinctum.

Ab hac dictione σχοινίον quoniam multa verba scitu non indigna, a nemine (quod equidem viderim) explicata, veniunt, visum est ea addere, explicareque. Σχοινίζειν itaque est *circumscribere, finire, dividere, solum dimetiri*, veluti in locorum, finium, hæreditatisve designatione agrimensores solent: qui etiam loquendi modus Hebræis atque Chaldæis (a quibus ut disciplinarum linguarumque primis authoribus Græci multa accepere) est familiaris: ut, חבלים נפלו לי בנעמים. *Chabelim naphlu li banehimim*, id est, *Funiculi acciderunt mihi pro votis*. aut ut Vulg. ita habet Editio, *Funes ceciderunt mihi in præclaris*. quæ vox Prophetæ regii est, adferentis, nil sibi non futurum gratissimum, quod Deus præscripserit. Verum de illis locutionibus ample scripseram, antequam nostræ tractationes *de linguarum varietate*, ac noster *de originibus* liber ederetur: quæ quum extorquerentur illa magis quam prodirent, visum est servare in alium locum. Περισχοινίζω item *circumscribere* significat, *inque unum ducere*. Pollux: Τὸ δὲ δικαστήριον (τὸ ἐν ἡλιαίᾳ) περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν βασιλέως προσαγγείλαντος, τῶν δὲ θεσμοθετῶν πληρούντων, καὶ τὰ λοιπά. *Tribunal vero Hæliæum circumscribebatur, rege quidem id jubente, thesmothetis autem implentibus. Quinquaginta pedes illa circumscriptio distat a judicum loco, ut ministri subsistentes observarent ne quis adesset qui jusjurandum non præstitisset. Valvæ porro judicii vocabantur* κιγκλίδες, *non absimiles illis quas* καγκελλάτας *dicunt.* Demosthenes κατ' Ἀριστογείτονος· ἓν ἢ δύο ἐρῶ παραδείγματος ἕνεκα τὰ γνωριμώτατα. τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἀπὸ τῆς ἀσθενοῦς ταυτησὶ κιγκλίδος τῶν ἀπορρήτων κυρίαν εἶναι, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας εἰσιέναι· τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίσηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ὑποχωρεῖν. *Quorum*, inquit, de ordinum majestate agens, *unum atque alterum dicam exempli caussa, eaque notissima. Primum, quod quingentorum virorum senatus ab istarum tenuium valvarum limite tantum secretiora tractandi jus habet, nec privato cuiquam licet tum illuc introire. Alterum, quod Ariopagiticus senatus quum in regia porticu consederit*, (locus erat Athenis) *congregatusque omnino fuerit, alto silentio illic esse, atque omnes secedere necesse est*. Ἀποσχοινίζειν contrariæ est significationis. nam *expellere proscribereque* significat: quod idem orator in *eadem*, adversus Aristogitonem *oratione* aperit, vocans Ἀριστογείτονα πᾶσι τοῖς ἐπὶ τῇ πόλει δικαίοις ἀπεσχοινισμένον, *cui omni civitatis jure est interdictum*. Verum quia Budæus de ejus significationis varietate in *commentariis linguæ Græcæ* egit, de illo dicere amplius supersedeo. Περὶ ἐξηγητῶν, id est, de *aruspicibus de cœlo servantibus*, deque *magistratibus res sacras, ludos, mysteriaque administrantibus*, hic egeram, sed quia erant parum apta illa hoc in loco, visum est ea in opus aliud differre.

CAP. XIX.

DE NOVEM-VIRIS UNA, QUOS ἄρχοντας GRÆCI, id est, PRINCIPES DICUNT.

CELEBERRIMI Athenis erant οἱ ἐννέα ἄρχοντες, *novem Principes*, qui eligi in eam functionem non poterant nisi præstito hoc jurejurando, Esse tam a patre quam a matre genere Athenienses, talesque jam ab avis, abavisque, atque atavis agnosci. Rogabantur præterea an αὐτόχθονες essent, id est, *indigenæ*, an a quibusdam aliis populis olim traxissent originem: quod & Veneti in agnoscendis nobilitatis liberis factitant. De religione, si esset ipsis Ζεὺς ἕρκειος, *Juppiter penetralis, tutelarisve*, Ἀπόλλων πατρῷος, *Apollo avitus authorve*. De vita anteacta, si in parentes beneficia contulissent, si pro patria, aris, focis, arma fuissent ab illis sumpta, si publicis honoribus, meriti in Rempubl. collati ergo, donati aliquando fuissent. quas notas consequuti admitti poterant, non aliter. Hæc illos interrogabant Ariopagitæ in regia porticu, quæ paullo ante tradita est. Exhibito primo jurejurando, hoc secundum addebant, Se perpetuo servaturos leges, auream statuam nunquam pro quantumvis in Remp. magno beneficio postulaturos: non δωροδοκήσειν, id est, *sordes & quæstum judicii caussa sectaturos*. qua data fide, in Acropolin Atheniensium arcem a senatu, ubi ibidem jusjurandum repeti moris erat, deducebantur. Non absimile a senatu Ve-

[A] neto solitum est ei fieri qui classis electus est imperator, quem *Providadorium* vulgo dici, expositum a me est prius, diverso tamen longe sacramento. Is enim prospecturus rebus bellicis, annonæ, ac classi est: illi legum vim administrare solebant. Ubi in arcem excepti erant, quanvis omnes ἄρχοντες dicerentur, tamen θεσμοθέται, unus ἄρχων ἐπώνυμος, de quo dixi, alter βασιλεὺς, id est, *Rex*, tertius πολέμαρχος, *magister militum* dici solebat: de quibus ipsis singillatim sum modo dicturus.

CAP. XX.

DE EPONYMO.

[B] Ab Eponymo τὰ διονύσια, id est, *Bacchanalia*, & θαργηλιῶν, id est, *Apollini & Dianæ sacra*, unde θαργηλιὼν *mensis Aprilis* dictus est, administrari consueverant. Lites τῆς κακώσεως (qua voce primo *lites quæ inter virum & uxorem acciderent*, secundo *mutuæ inter parentes actiones aut liberorum ingratorum erga progenitores*, & item plura, quæ in tractatu de actionum vocabulis tradere decrevi, significantur) audit, atque judicat: pœnam τῆς παροινίας, id est, *injuriæ per temulentiam illatæ* statuebat. [C] Illius curæ committebantur orphani, ad quos defendendos tuendosque, ἐπιτρόπους, *tutores viros*, singulari integritate, deligere solebat, qui jus etiam inter legitimum & institutum hæredem dicere ex officii ratione solebant. Hos Græcia τῶν ὀρφάνων ἐπιτρόπους, id est, *orphanorum tutores*, ut ab his apposita dictione differrent, qui χηρῶν ἐπίτροποι, *viduarum defensores* dici consueverant, vocare solebat. Postremi viduas quæ post mariti mortem gravidæ remanserant, diligentius conservabant; atque posthumis prospicere soliti, curabant viduas pupillosque diario indictionum eximi, publicisque contributionibus liberari. Qua in re quam simus negligentes, id satis monstrat, quod nullus ad id munus [D] magistratus peculiaris deligi solet: & præclaris interim verbis pietatem intonamus, in qua exercenda facile non tantum a Muhamedicis, sed & ab Ethnicis vincimur. Επίτροπον alioqui si sine adjecta alia voce acceperis, *cuivis negocio præfectum* notabit. Jam supra docui, fastorum seriem, rerumque gestarum memoriam, ab hoc eponymo magistratu notari scriptis publicis privatisque solitam: quod verum semper erat, nisi quod in ἀρχιαιρεσίας, id est, *magistratuum electione*, sub anni principio fieri ad aliquot dies solita, ita supputabant, ἐπὶ πρώτης πρυ- [E] τανείας τῇ δεκάτῃ ἢ ἑνδεκάτῃ, *primæ prytaniæ decima, aut undecima*. Cicero morem Græcorum exprimere *libro* de Fato voluit. *Morietur*, inquit, *Epicurus, quum duos & sexaginta annos natus vixerit Archonte Pythorato*. Voluit & genitivum Græcorum in ablativum Latinorum transferre Græco vocabulo. Proprie itaque dicebatur ἄρχων ὁ ἐπώνυμος, id est, *Princeps, unde res gestæ rationem temporis, nomenque, acciperent*. De eponymis statuis jam ante scripsi. Αρχὴ ἐπώνυμος nomen erat magistratus illius. Unum nolo omittere, quod hi jus civibus tantum dicerent, in iisdem vero caussis πολέμαρχος inquilinis.

[F]

CAP. XXI.

DE REGE.

ΒΑΣΙΛΕΑ, *regem sacrificulum* interpretatur *Livius*: unde possumus confirmare, (quod sæpius exposui) Romanos non tantum legum exemplum a Græcis expetivisse, sed & Reipubl. imaginem hinc sumpsisse. Quemadmodum enim [A] hi rege sacrificulo sacra fere omnia administrare solebant, ita nomine sacrorum primus erat Athenis authoritate *Rex*. Prima enim muneris dignitas illi erat, quod τὰ ἐλευσίνια καὶ λῃναῖα, *Cereri & Baccho sacra* a ludorum curatoribus fieri pro moris usu curaret. In singulis enim ludis Athenienses suos χορηγοὺς, id est, *choragos*, seu *adjutores*, habere solebant, qui non tantum (ut jam a me est notatum) præerant ludis, sed & liberalitate pro opum ratione in Reip. impensas utentes, de suo non parum insumebant, eo solum nomine, quod illorum essent præfecti, quemadmodum in certaminibus ἀθλοθέται, *munerarii*, athletis partim ex [B] suo, partim ex publico ære præmia proponebant. In choragorum munere & privilegiis aperiendis tota Demosthenis *in* Mediam *oratio* versatur. si quis itaque copiosius de illis legere cupiat, illum legere poterit. Horum exemplum in mysteriis (ita tragœdias, comœdiasque vulgares, quæ vitas heroum pro Christo passorum personatis hominibus plebeiis exponunt, vulgo dicunt) frequens usque adeo est, ut multi inde rem familiarem, dum lucello inhiant, decoquant amplissimam. Athlothetarum exempla crebra sunt in singulis urbibus, quæ aut jactu balistæ, ignei tormenti, arcus, aut [C] etiam palæstræ, exercitatione militem exercent. Curabat præterea noster sacrificulus sacra τὰ ἐπὶ λαμπάδι, *quæ* videlicet *ad lampadem fierent*. Quæ vero ea essent, quave ratione obiri solita, ita scriptum reperio. Tria, ubi semper lampadis usus erat, festa Athenienses habuere, ἀθηναῖα ἡφαιστιαῖα, προμηθεῖα, *Minervæ, Vulcano, Prometheo*, Suidas ait, *Istrum scriptum reliquisse, quod quum Athenienses sacra Vulcano facerent, lampadem excogitassent: ob cujus rei memoriam perpetuos illi ludos consecrarunt, in quibus usus semper esset lampadis*. Ut vero gratiam referrent etiam prudentissimæ artium inventrici Palladi, itemque Prometheo primo suprema literarum memoria artium [D] variarum inter homines propagatori; sanxere ut pariter in illorum sacris eadem lampade posteri uterentur. Quæ quum altius contemplor, ut non possum satis admirari, quam nullam fere ob rem, aut vilioris, & quam facile rideas artis excogitationem, leviter, temereque, ne dicam impie, credula nimis antiquitas multa hominum monstra in deorum numerum reposuit, ut ostenderet, religiones illas opinione, non veritate nixas: ita vehemens mihi subit illorum e diverso admiratio, qui semper persuasum habuere, nil boni in hac vita [E] sine lumine atque adminiculo cœlesti se posse consequi: quod vehementer illorum refellit amentiam, qui sine providentiæ munere res istas bene geri posse credunt. Peractis sacris, etiam controversias quæ illorum caussa inter gennetas oboriebantur, dirimebat. Qui essent γεννηταὶ, ex *Harpocratione* subdo. Γεννηταὶ, inquit, *sunt ejusdem generis, familiæve participes. Quum enim Atheniensium populus esset in certas partes divisus, maximæ, ut diximus*, φυλαὶ, *id est, tribus vocabantur. quarum singulæ trifariam partitæ* τριττῦς *credebant. quæ etiam* φρατρίαι *dici solebant*, ἀπὸ τοῦ φρέατος, *a puteo* videlicet, cujus erat in eadem vicinia commu- [F] nis usus. (dixi jam in *Demarchis*, etiam quamlibet tribum propter nautica munia in duodecim partes seu ναυκαρίας partiri.) *quælibet vero* φρατρία (persequitur *Harpocrat.*) *sacrorum gratia in triginta partes divisa creabat* γένος, *nongentesimam populi Atheniensis partem: cujus singuli patresfamilias* γεννηταὶ *vocari solebant: inter quos jus de sacrorum administratione dicebat*. Subdit *idem* author, *Isæum in oratione pro Apollodori hæreditate* συγγενεῖς, *&* γεννητὰς, *vocabulo abutendo, eosdem dixisse: Philochorum præterea* γεννητὰς *interpretatum*

ὁμογαλάκτας, *quasi collactaneos dicas*. De cæde caussas, quas ex præcognitione, aut ex occasione rei obvii, præoccupare poterat, in senatum Ariopagiticum introducere solebat: ubi vero reos ante tribunal stitisset, deposita corona ipsis Ariopagitis assidebat, sententiam pro ratione criminis primus dicturus. Ad hæc rerum inanimatarum caussas, verbi gratia, de damno ab obice in via publica dato, de ruina ex tigno communi, maceriis, ædibus ruinam minantibus, & hujusmodi, audire solebat, quisque teneretur earum nomine, judicio declarare. Qui ille erat sacrorum Princeps. De vocabulo quo illum honoris ergo Athenæ donarent, deque cæteris sacrarum rerum curatoribus, pariter de ludis, festis, & hujusmodi, plura hoc in loco scripseram, quæ etiam ipsa commodius in suum ordinem operi peculiari servare visum est.

CAP. XXII.

DE POLEMARCHO TRIBUNO MILITUM.

ΤΩΝ δ' ἀρχόντων τρίτος ἦν ὁ πολέμαρχος. *Principum tertius erat Polemarchus*: qui quo vocabulo melius Latine dici possit, etiam officii explicatio planum faciet. Præerat primum Dianæ & Martis Enyalii sacris, ob eam rem, quod hi potissimum rebus bellicis præire crederentur: quod *Homerus* epithetis appositissimis expositum reliquit, dum illam ἰοχέαιραν, hoc est, *telis gaudentem*, hunc ἀλλοπρόσαλλον, μιαιφόνον, τειχεσιπλῆτην, id est, *inconstantem*, *homicidam*, *murorum*, *urbiumque everforem* vocat. Certamina etiam ἐπιταφικὰ ornari & disponi curabat Polemarchus. Erat olim præclarus Atheniensibus mos, ut, quotquot in bello pro patria fortiter occubuissent, eos in diario adscriptos, nominum & rerum ab illis præclare gestarum crebra recitatione, celebratione, & gloria, præsente universorum civium corona, post tam felicem mortem, ludis & celebritate publica celebrarent, certaminaque a juventute fierent, quæ dicerentur ἐπιταφικὰ, id est, *sepulchralia*, in quibus ipsi juvenes gloriæ cupiditate ad rem bellicam, mortis contemptum in se memoria inflammarentur. Quamvis enim virtutis præmium vir bonus in conscientia, minus perfectus in gloria ponit, tamen verum est & illud Silii,

Nec reperire licet multis e millibus unum,
Virtutem precium qui putet esse suum.

Qui itaque gloriam e rebus humanis tollit, is virtuti alas præcipuas adimere videtur. Tribus enim illa rebus potissimum alitur: unica gloria in magnis viris, cui præmium accedit: in tenuioribus, & quos non usque adeo incitat, formido, & præsens pœna, illam in improbis inserit: qui non raro inde habitum facultatemque ad duo prima sibi comparant, ut jam scilicet non inepti, præmio digni sint: quo evecti, in gloriæ cupiditatem, quæ illos in virtute retinet, transeunt. Præscribi præterea a Polemarcho solebant cantilenæ & versus quidam, in laudem defunctorum, & virtutis: qui ipsis juvenibus decantandi in ludis publicis dabantur. Qui ordinem in bello reliquissent, qui imminente periculo fugissent, (quæ crimina λειποταξίου & ἀποστασίου vocant) eos ad senatum Ariopagiticum deferebat condemnandos. Singulis tribubus manubiarum partes dare: inquilinos qui sine census persolutione aut vade Athenis agerent, multare: jus inquilinis, & ἰσοτελέσι, id est, *populis, fundis civitateque donatis*, dicere: legatis prospicere: in summa, rei militaris & inquilinorum omnia tractare terminareque consueverant. Scribunt non pauci authores, & urbis claves ad eum deferri noctu solitas, portarumque custodiam tradi. quod munus in liberis Galliæ civitatibus illorum est quos vulgo *Majores* vocant. Verum quia is rei militaris summam habuit, volo hoc in loco cæteros belli Duces attingere.

CAP. XXIII.

DE MILITARIBUS OFFICIIS.

SUBERANT πολεμάρχῳ duo ἵππαρχοι, *equitum magistri*, ut refert *Harpocration* Aristotelem in *Atheniensium politia* scriptum reliquisse: quibus non tantum equestris ordo, sed universus quo in loco erant pareret exercitus necesse erat: alioquin animadvertere in facinorosos imperiumque detrectantes statim licebat. Curabant præterea, ne quis ab Ordine aut a Duce semel delecto recedere, indicta caussa urgente, sine illorum permissu, pœna capitis, auderet: ut modum in victu & cultu servaret: ne se sarcinis graviorem victumque redderet, ne injuriam popularibus inferret: & cætera hujusmodi militibus præscribi solita, quibus in observandis mirum quam simus socordes. Sobrietate, continentia, obedientia olim Galli non tantum Europam totam subegere, sed & Asiam totam incurrendo terruere: nunc venus, ingluvies, ebrietas, pervicacia, Ordinis & Ducis contemptus, furta, cædes, rapinæ propriorum civium & popularium, nos deliciis involventes, in contemptum vertunt. si interim a Duce viro probo expetatur pœna de ejus milite, audet turbas & factionem excitare; se abducturum ad alium plures, comminari: & hæc patimur: unde inulta scelera illos furcis quotidie reservant. Verum frustra queror; capita non infrequenter sunt membris deteriora. Hoc tam difficile, tamque laboriosum munus per ταξιάρχους, id est, *ordinum præfectos*, obire solebant. Hi enim ordinum duces, centuriones, decuriones, leviorisque armaturæ milites, in ordinem cogere solebant, quod Græci παρατάττειν dicunt. Erant Athenis & decem φύλαρχοι, id est, *Tribuni*, *tribuumve præfecti*, quos quidam scribunt (quibus non facile assentior) hipparchis præfuisse. Diversum vero me sentire Demosthenes facit *Philippica* I. οὐκ ἐχειροτονεῖτε δὲ ἐξ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχους, καὶ στρατηγοὺς, καὶ φυλάρχους, καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν οὗτοι ποιοῦσι; *Nonne elegistis ex vobis decem ordinum præfectos, ac duces, tribuumque præfectos, & magistros equitum duos? hi igitur quid faciunt?* Voces diversæ, muneris diversitatem significant, & ex ordine dicendi, functionis seriem monstrant. Ἱππεῖς porro, id est, *equites* illi, quibus ἵππαρχοι præerant, quotannis ἱππάδα, id est, *sacra equestria* persolvere soliti erant. Voce φυλάρχου Græca usus est Cicero in *Epistolis familiaribus*. Verum ab hac tractatione, mihi parum cognita de experientia, recedo, ne idem mihi contingat quod olim sapientiæ professori in Græcia Phormioni apud Hannibalem contigit. quum præclare enim, ut literæ humaniores nullius rei quantumvis abstrusæ expertes illum docuerant, de re militari ex arte disceptasset, Pœnus subjunxit, multos se quidem deliros senes sæpe vidisse, sed illo uno qui magis deliraret, vidisse neminem.

CAP. XXIV.

DE SEX THESMOTHETIS.

VELUTI summa capita in judiciis sex Thesmothetæ cum tribus jam scriptis, tribuum duces, equites, equitumque magistros, eligere solebant; alioqui horum præcipuum munus erat, in judices, legum præscripto non utentes in judiciis, veluti custodum totius Reip. & observatorum, severissime animadvertere. ita loco illorum sane nos regios procuratores & advocatos habemus, sed apud quos non raro ἡ χεὶρ τὴν χεῖρα νίπτει. Seorsum porro Senatum extra præscriptum jure aut consuetudine tempus cogere poterant: quod quanti esset muneris, quantæque authoritatis, ut hodie satis patet, ita Romani magno docuere argumento. Licebat enim apud eos tantum dictatori, consuli, prætori, & in summa rerum difficulate Tribunis tam militaribus, quam plebeiis, id efficere. Habito senatu, illius acta significari popularibus curabant. Item intendere præterea solebant in eos magistratus qui nondum omnium suffragio examinatam legem promulgassent, quam actionem παρανόμων γραφὴν vocari jam supra in *Nomophylacibus* notavi. Erant enim singulares legum vindices. Populis, fundis præterea, qui Atheniensium jure uterentur, jus præscribere, in falsos testes pœnam statuere, talionis pœna falsum accusatorem plectere, judicibus singulis cum Proedris sedes honoris loco designare. illorum fuit muneris. Hoc munus in constituendis judicibus probe observari a Quatuor-Viris præsidibus apud Parisios videmus, aut, si alii non sint, ab uno, qui curiæ præsideat. Sunt enim apud nos, præcipue Parisiis, (quum alioqui in Gallia sit conventus Rhotomagensis, Burdegalensis, Tolosanus, Gratianopolitanus, & Divionensis) plures ut vocant cameræ, quæ subsellia non male vocari credo, a quibus varios judices quotannis dari certum est. Alibi enim caussæ civiles, capitalia alibi crimina, alibi quæstio rerum fiscalium tractatur. Jura Principum alii, multas alii exigunt. quæ prosequi, esset aliud opus, si pro materia dicatur. Verum hæc me admonent ut subselliorum Atheniensium loca nunc attingam.

CAP. XXV.

DE TRIBUNALIBUS, SUBSELIISVE, IN QUIBUS ATHENIS JUS DICEBATUR.

UT clarius singula appareant, Demosthenis omnium doctrinarum Principis ex *oratione* κατ᾽ Ἀριστοκράτους sententia mihi primum in medium adferenda videtur. Illa enim lucem sequentibus maximam adferet. Ubi ergo in memoriam ipsis Atheniensibus illa publica commoda retulit, quibus illi fruerentur quotidie, qui civitatis jure utebantur, quorumque Charidemus, (in quem partim ea oratio scripta est) si secundum Aristocratis decretum, ipsum Athenienses recepissent, particeps esse poterat, ait: *Varia quidem certe sunt apud vos o Athenienses commoda, qualia non temere alibi reperiatis: inter quæ unum illud præcipuum est, non minus celebre, quam venerandum, Ariopagiticum tribunal: de cujus dignitate si quisquam orationis copia dicere conabitur, (tam varia, magnaque de illo tum ab antiquis tradita, tum nostra memoria cognita sunt) tanta se dicendorum moles offerat, ut de nulla alia re major. quorum tamen ipsorum exempli gratia unum atque alterum adferam in medium: utque primo ab antiquis est traditum, referam. Dii ipsi senserunt, illic potissimum cædis judicia peragi debere, (ita fama est) ibique potissimum judices fuere. Neptunus pro Halirrothio filio adversus Martem id testatur. Duodecim dii judices inter Orestem & Furias illic sententias dixere. At ista antiquiora videntur. Veniamus ergo ad recentiora. Tanta huic senatui reverentia, tanta est semper habita fides, ut nec tyrannis, nec oligarchia,* (quæ paucorum potentiorum imperium est) *nec etiam quæ universarum administrationis specierum vim superat Democratia, ausa usquam fuerit cædis judicia ab eo loco transferre. ita omnes in universum semper sua consilia debiliora putavere, quam quæ possent tam exacte verum ipsum atque æquitatem in caussis tam feliciter assequi. Ad hæc etiam (quod ipsum maximum est) nemo unquam aut reus convictus, aut accusator non convincens repertus est, qui merito ab eorum sententia posset provocare. Nunquam enim quicquam quod reprehendi merito posset, in eo collegio decretum est.* Hæc *Demosthenes*. cujus verba appendere ob dignitatem paullo prolixius visum est. Pausanias in *Atticis* ita tradit: *Prima quidem*, ait, *in dextra τοῦ κεραμικοῦ parte est στοὰ βασίλειος, regia porticus, in qua annuo magistratu solet Rex sedere: cujus magistratus ἡ βασίλειος ἀρχὴ dici solet*. Harpocration ex *prima* Demosth. in Aristogitonem *oratione, tres esse στοὰς βασιλείους, porticus regias, invicem e regione collocatas*, ait. *Primam Διὸς ἐλευθερίου, Jovis liberatoris: alteram regiam vulgarem, usitatamque: tertiam variis figuris ornatam, quam ideo ποικίλην dixere Græci*. Sed verba *Pausaniæ* prosequor. Ἄρειος πάγος, inquit, *id est, Martius vicus dictus inde est, quod* Ἄρης, *id est, Mars, condemnatus illic est eo quod* Ἀλιρρόθιον *occidisset. ubi & Orestes ob matrem interfectam judicatus est. Qui sententiæ pœnam effugeret, aram Palladi instituit, quam ἀρείας Ἀθηνᾶς βωμὸν, id est, Martiæ Palladis aram vocavit*. Et paullo mox: *Sunt etiam Athenis alia tribunalia non usque adeo ut primum celebria: ut est τρίγωνον, a figura triangulari ita dictum: & παράβυστον, ita nuncupatum, quod in obscuriori urbis loco* (erant Athenæ in declivi loco sitæ, Libonotoque objectæ) *esset, atque a paucis frequentaretur. Maximum vero omnium, & in quo plures convenirent, erat ἡλιαία de quo jam dictum est. In quo autem homicidæ, venefici, sicarii, & maxime caussæ capitales judicarentur, illud vocabant παλλάδιον. Ἐν Δελφινίῳ jus dici illis solebat, qui cædem quidem commisissent, jure vero naturæ tuendæ se fecisse assererent. In prytanio de rebus civilibus, ut supra a me est notatum, transigebatur. τοῦ πειραιῶς (qui locus ad portum non longe ab arce erat) judicia Φρεαττόος erant, ubi videlicet illorum audiebantur qui jam judicium extra Arium pagum effugissent: qui veluti profugi caussam ex navibus dicere consueverant*. Hæc *Pausanias* paucis explicat: a quo ad lucernam Demosthenis rediens, volo majorem lucem adferre. Postquam de Ariopagitis supra egit, in *eadem oratione* statim subjungit. *Alter autem judiciorum locus ἐν παλλαδίῳ erat, ubi de cæde præter voluntatem, vimque repellendo illata, quærebatur. Illic enim quamvis manifesti criminis reum defuncti necessarii agerent, non tamen pœnæ arbitrium habere poterant, sed ab ipso senatu cognita caussa alio ille concedere jubebatur, quoad parentum animi desinerent in eum esse infensi*. Solebant vero pœnam æstimare apud Antiquos læsi aut interempti affines, præterea in jus præsentibus rapere testibus quemlibet adversarium. qua de re pauca quidem addere visum est. Demosthenes in *Mediam* πῶς ἂν ἔσαι τοῦτο, ἐὰν πολλὰς ὁδοὺς δῶ διὰ τῶν νόμων. καὶ τὰ λοιπά. *Quomodo*, inquit, *habebit istud, si plures modos lege permissos dedero, quibus adversus injuriam inferentes utamur? Verbi gratia, furti vin' aliquem accusare? vales viribus? factum tibi certo constat? Rape in jus ad undecim-Viros. est enim mille drachmarum periculum in multa, si fa-*

A *ctum tibi certo constat? Rape in jus ad undecim-Viros. est enim mille drachmarum periculum in multa, si factum non probes. Es tu debilior, ut qui in jus non possit facile rapere? Agito illum furti apud novem ἄρχοντας. Quod si apud illos deferre times, accusa apud sex Thesmothetas. De tua fortuna conquereris, quodque sis pauper? non potes esse mille drachmis solvendis si non probas? Furti apud arbitrum accusare potes, nil tibi erit inde periculi. Sexcenta sunt hujusmodi adminicula ad jus consequendum.* Satis ex *verbis* Demosthenis apparet quod dicebam, cuique in jus sine viatore, aut apparitore, (quos *servientes* vulgo in Gallia vocant) adversarium rapiendi potestatem fuisse. Quod vero idem exemplum Romam sit tralatum, quum ex multis aliis locis, tum maxime ex titulo Digestorum, B Si quis illum qui in jus vocatus est, vi eximat, satis patet: & Lyricus *Satyra nona* libri primi aperit, *versib. ult.*

> —— *Casu venit obvius illi*
> *Adversarius: &, Quo tu turpissime? magna*
> *Exclamat voce: &, licet attestari? ego vero*
> *Oppono auriculam, rapit in jus*, &c.

Quo ex loco notandum venit præterea, si quis vellet attestari rogatus, eum, ut meminisset, ab actore defricari memoriæ gratia circa auriculam solitum: quod & nostra æstate video servari eadem ratione, C proverbiique loco esse apud multos, Post auriculas te ea de re defricabo, scalpamve. quod a vetustissima Romanorum consuetudine ad nos transiisse certum est. Verum redeo ad subsellia. Παλλάδιον, ait *Pollux, eversa Troja a Græcis Athenas fuisse delatum: habitatores vero Phaleri, qui portus juxta Piræum Athenis conjunctus est, illos esse hostes arbitrati, in mare præcipites dedere. Acamas etiam dixit Græcos fuisse homines qui Palladis simulacrum attulerint: occisos itaque oraculum vocavit ἀγνῶτας, quod quum essent amici, conterraneique, ut ignoti periere: quo in loco ob rei memoriam Palladium sacrum, & tribunal constructum est, ubi de cæde involuntaria jus diceretur,* D *quoniam illos Phalerei non nocendi, sed opitulandi patriæ desiderio imprudenter veluti hostes occidissent.* Subdit *Demosthenes: Tertium porro tribunal fuit ἐν δελφινίῳ, ubi jus illis dici solebat, qui cædem quidem commisisse se non negarent, jure vero eam fecisse contenderent. Esse enim aliquam juste illatam cædem non negabit, quicunque deos ipsos, qui æquissimi putantur, illic Orestem, qui matrem tamen, sed juste, occiderat, post dictam caussam noverit absolvisse.* Ab Ægeo id constructum narrat *Pollux: Unde Apollo Delphinius, Bellona Delphinia dicta est: primumque ibi judicium recepisse Thesea, quum prædonum spolia dicaret deo, non quidem negando, Pallantidiorum cædem* E *se commisisse, sed sancte id fecisse contendendo, ne illi aut ei, aut Reipub. nocere pergerent. Quartum* (ait *Demosthenes*) *erat, ἐν τῷ ἐπὶ πρυτανείῳ, ubi solebant hujusmodi caussæ tractari: si quis in via transiens, ab obice illato, lapide scilicet, ferro, ruina, aut alia quavis re inanimata, aut etiam ab ignoto percussore fuisset læsus, conjecturis argumentabantur, siqua arte possent in illius qui damnum dedisset, aut dati cassa fuisset, cognitionem venire: qui inde probationibus victus, condemnabatur pro rei ratione.* In illius tribunalis judiciis, quibus Rex, de quo egi, præerat, assidebant φιλοβασιλεῖς, reges assessores, amatoresve, qui reum post perquisitas conjecturas, si non constaret de authore, corrumpi, & in flumen mareve projici, in pœnæ signum curarent. Πέμπτον βῆμα τὸ ἐν φρέατι, F *quintum tribunal in loco quem φρέαρ id est, puteum vocabant: alioqui τὸ ἐν πειραιεῖ dici solebat: ubi si quis post cædem contra voluntatem admissam, aliam voluntariam commisisset, cogebatur dare facti rationem, idque ex navi (veluti solo proscriptus) quæ nec anchora, nec rudentibus ocularibus retineretur. Ibi primum ἐφέτας jus dixisse fama est.* Persequerer ex *Demosthene* τῇ ἡλιαίᾳ, nisi jam sæpius esset a me scriptus ille confessus. Ἐν Λύκῳ *in Lyco* conveniebant arbitri, & illi judices qui caussis terminandis adjungerentur. Μέτοικον addidit *Pollux*, nomine tantum, verum quid illic tractaretur, non docet, nec apud alium legi. Nolo hic immorari in judiciorum verbis aut formis explicandis, quæ multa huc congesseram, ne operi, ad res ipsas declarandas nato, videar & Grammatica inserere: quod alibi fiet commodius: sed tamen absolvere curiarum & judiciorum vocabula, ut sunt mihi promiscue observata, nunc commodius judico. Ἡλιαστὴς & κριτὴς, idem significant, *judicem ordinarium*, ut ajunt. Ἐκκριτὴς καὶ ἀπόλεκτος, a Cicerone *lectus judex* dici solet. Γερουσία, omnium senatuum & judiciorum generale nomen est, a *senili ætate* (qua par est, aut certe moribus, esse judices) dictum; peculiari tamen vocabulo ita vocari quinquaginta ἐφόρων consilium apud Lacones, scriptum reliquit *Aristoteles*. Hoc enim ἐφόρου nomen quamvis generale est *præfecturæ cujusvis* nomen, tamen & *magistratum eum* significat, ut & ista, ἐπιστάτης, προστάτης, ἐπίτροπος, ἄρχων, ταμίας, ἐπίσκοπος. Omnia enim præterquam quod sunt dignitatum vocabula, communia etiam sunt. Nomine γερουσίας præterea decem κόσμους apud Cretenses etiam notavit *Aristoteles*. Illam vocem ex Græco in *Cicerone Senatum* vertit *Gaza*. Ἡγεμονίαν etiam τοῦ δικαστηρίου vocari, ex oratione Æschinis in *Ctesiphontem* notavi, judicium quodlibet, quoties in eo judices jus dicerent. Consessum præterea judicum συνεδρίαν, ipsosque judices συνέδρους quod communi sede uterentur, reperio dici, id est, *Assessores*: qua voce Hebræi, ut LXX. sapientum consessum exprimerent, sunt usi, סנהדרין *sanhedrin* vocando.

CAP. XIX.

DE ASSESSORIBUS, QUOS GRÆCI πάρεδρους VOCANT.

Judiciis solemnioribus sex πάρεδροι, a singulis trium ἀρχόντων bini delecti, solebant adesse: quos ex Aristotelis *Atheniensium politia* recitat *Suidas* tantum fuisse quatuor: de quo numero non contendo, quum ad rem parum faciat. Hos oportebat esse vitæ inculpatissimæ, de qua, antequam judicibus possent assidere, apud quingentos viros Prytanes primum, secundo inter Ariopagitas, quovis volente per præconem, (ut jam a me est notatum) ad accusandum admisso, rationem reddidisse oportebat. Caussa tam severæ perquisitionis erat, quod res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent: nempe judicum sententias, quas unum verbum omissum, mutatum, alio translatum, aut scriba celerrime excipiente additum, poterat evertere, inque contrarium trahere, aut saltem partem a judicis mente multum abducere. Erant itaque veluti Scribæ observatores, dispunctoresque eorum quæ transcripsisset dictante judice. Non possum hic non admirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curiis sexcentos nebulones fescuncialibus literis libellos ita augentes lucri gratia, ut quod decem aut duodecim versus vix impleat, in integrum quaternionem transeat, & extendatur: tamen quum videam, leges contra illos latas a nemine magistratum habente curari ut observentur, vereor ut stipendium, quod alioqui consularium virorum advocatorum & procuratorum servis daretur, inde sarciri facile omnes velint, patianturque. itaque alio progredior.

CAP. XXVII.

DE APPARITORIBUS, ET ILLIS QUOS GRÆCI εἰσαγωγεῖς DICUNT.

Nisi major dignitas, & magistratuum numerus, me ordinem institutum servare coegisset, & quod non litium ordine, sed locorum & observationis ratione scribere ab initio visum est, erant hi magistratus, aut munera potius, in ipso operis exordio adscribenda, ut quorum alter in jus vocante adversario venire recusantem compelleret, εἰσαγωγεῖς vero singulis mensibus libellos, & nomina litigantium in diario adscripta, senatui offerret, nomenque ederet. qua in re mihi videtur non esse absimile munus illorum quos *ostiarios*, & *audientiarios*, vulgo dicimus. Primi officii homines, *servientes* vulgo dictos, plures quam par sit habemus, tamen sine illorum significatione in Gallia neminem in jus vocare licet, nisi citatione sacris initiatum. unde κλητεύειν Græci in *jus vocare*, dicunt, ducta ἀπὸ τῶ κλητήρων, id est, *ab apparitoribus* voce, ut item hi ἐκ τῶ καλεῖν, *a vocando* scilicet, dicti sunt. Verbum κλητεύειν præterea significat, *testes adversum me audio*: quod Aristophanes in *Nebulis* significat.

> Τῶν ἐμαυτῶ γ' ἕνεκα νυνὶ χρημάτων
> Ελκω σε κλητεύσοντα.
> *Mearum certe pecuniarum gratia traham te in jus, testes adversum te auditurum.*

CAP. XXVIII.

Περὶ κληρέχων, QUOS COLONIIS DUCENDIS PRÆFECTOS DICERE POSSUMUS.

Ratio (ut sum proxime præfatus) dignitatis magistratuum, aut, si illa deesset, major numerus, me coegit eum servare ordinem qui in operis discursu visus est: verum promiscue ut plura dicere sum eam ob rem coactus, ita nunc ad finem usque, ut se offerent, sum singula prosequuturus. Solebant itaque κληρῦχοι colonos in urbes, aut priscæ Atheniensium possessionis, aut nuper conquisitas, non satis habitatas, inscribere, destinareque delectos, atque agrum regionum, & juris ipsarum urbium, dividere, veluti pro sorte cujusque. unde vox κληρέχων, id est, *sortes habentium*, ducta est. Qui mox ut latius pateat, Libanii sophistæ sententiam ex *argumento orationis* Demosthenis περὶ τῶ ἐν Χερρονήσῳ, adducere visum est. *Erat*, inquit, *ea peninsula quæ Thraciæ adhæret, Atheniensium antiqua possessio, in quam Philippi regis tempore ad continendam possessionem suos* κληρέχες *miserant. Mos enim ipsis erat, ut qui domi facultatibus essent destituti* (*quod per Ariopagitarum diligentiam a Valerio scriptam atque superius adductam statim resciri poterat*) *accepto illi cum armis viatico a Republ. in exteras, aut nudas, cultoribusque vacantes, aut recens conquisitas urbes mitterentur*. Hæc ille. Quibus ipsis exemplis docemur, quonam hodie sit utendum remedio, ut tantæ populi multitudini, aut per vim, calumniamve, aut per agnatorum multitudinem, aut quodam progenitorum scelere, facultatibus omnibus destitutæ, egregie prospiciatur. Eam enim frequentiam populi, etiam illorum quorum majores virtutis ergo erant laudem nobilitatis consequuti, videmus eousque crevisse, ut una hæreditas (si Caletensium, Aquitanorumque morem, quorum primigenii male fratribus consulunt, excipias) jam ad unicolas redacta, vix possit singulis fratribus vel

A hæredis nomen relinquere, & ante paucos annos nisi ingens vetuerit clades, sit nudos relictura nepotes, atque in desperationem adductura. Præterea rerum omnium venalium conductitiarumque precia in immensum aucta, extremaque omnia quæ æquitatis lancem superavere, nos admonent, multitudinis & contentionis ergo in deteriorem partem abire omnia. Quapropter quum æmulationis & contentionis vitium nunquam possit, & nescio si debeat, e medio hominum tolli, non imprudenter Principes, & penes quos est legum authoritas, meo judicio fecerint, si dato ad iter, & aliquot inde annos stipendio, & viatico, totam rebus de-
B stitutam, & perdere volentem multitudinem in terras novas cultoribus destitutas mittant. Inde enim diviso inter illos agro novo, aut ex æquo, aut pro dignitate, fiscus facile ad Principem ex vectigalibus redibit, miseris vero amplissime prospicietur, malis, & proscriptis hominibus, quibus ex rerum defectu peccandi consuetudo est in habitum versa, purgabitur culta regio, nec erit ubi, etiamsi maxime velint, furandi in tenues exerceant consuetudinem. Hac arte olim Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, Romanos, Gallos usos legimus. De his aliquando locum mihi dicendi apud Prin-
C cipem cupiebam vehementius, antequam tua prudentia, Poyete, apud eundem impetratum intellexi quod summopere suadere conabar. O felicem Franciscum Regem tali Cancellario, o feliciorem Cancellarium tali rege: verum utrum, præter dignitatem, magis beatum existimem, ægre sane judico. Ille literatos literasque excitat præmiis, benevolentia: hic illos perquirit, evehit ad præmium. Ille justissime imperando, omnium demeretur animos: is æquitatem summam observando, nulli non satisfacit. Tutatur omnes Franciscus, per eum Poyetus omnibus prospectum curat. Ille virtutis & literarum omnium absolutam quandam possessionem haberi curavit: is etiam ipsi posses-
D sioni suum adsignari locum summopere contendit. Et ut semel finiam, Augustum ille, is ab inferis Mecœnatem revocavit. Verum quum hac eloquendi tenuitate utriusque laudes imminuam potius, quam augeam, ad cætera progredior.

CAP. XXIX.

DE ÆRARII CUSTODIBUS, QUOS ταμίας GRÆCI DICUNT.

E Decem numero erant ærarii publici dispensatores, qui præsentibus viris senatoribus ex ipso ærario in Palladio, de quo egi, adservari solito, quantum ipsæ publici usus necessitates exigerent, desumere solebant, præcipueque in rem nauticam sartam tectamque conservandam, ex qua frequenter non tantum Athenarum, sed totius Græciæ salus pendere visa. Duas vero potissimum naves insigni magnitudine nomine publico curabant, quarum una παράλιος, altera ἄμμων dicebatur; quanvis non desunt authores qui cum παραλίῳ ταλαμινέαν jungant. Præter ærarii dispensatio-
F nem, Palladis auream imaginem, victoriarum monumenta a ducibus data, reliquorumque sacrorum ornatum, in publicis supplicationibus obviam senatui euntes deferebant: quod factitari solitum lego ab his quos Græci κολακρέτας, ἐφόρες, φύλακας, ταμιέχες, διοικητὰς vocant. Adserit vero *Harpocration*, *esse ejusdem dignitatis vocabula, inde dicta, quod conderent, servarent, promerent, dispensarent.* Interpres *orationis* Demosthenis κτ̀ Τιμοκράτες, ait, *locum fuisse in postica arcis parte, quam ἀκρόπολιν nominant, hincque dictum* ὀπισθόδομον, & ταμεῖον,

A *quod omnes omnium fanorum pecuniæ eo congererentur: ubi, ait, contigiſſe aliquando ut a fœneratoribus averſæ per Tamias pecuniæ deſiderarentur, factumque inde, ut qui tunc ταμίαι eſſent, ærarium incenderent, ne illorum apparerent furta, & negligentiæ.* Demoſthenes *Philippica tertia* hos ταμίας δημοσίυς, *publicos adſervatores*, quos vulgus noſtrum *theſaurarios parſimoniæ*, aut ſimpliciter vocat. quod vero & pecunias ſuppeditent, *prima Philippica* ποεισὰς ταμίας dixit.

CAP. XXX.

Περὶ ἑλλωνοταμίων, QUOS LATINE GRÆCIÆ QUÆSTORES DICERE POSSIS.

B TAMIAI me admonuere ἑλλωνοταμιῶν. Quorum munus erat eas pecunias excipere, & adminiſtrare, quæ ex parte Græciæ Athenienſibus parente colligebantur, ut idem illi in ſacris, quod iſti in indictionalibus agerent. *Pollux* ait, *& inſularum proventum exigere & excipere ſolitos*. Hanc vero tradunt Græci authores nominis rationem. Poſt navali pugna ſuperatum Perſarum regem ab Athenienſibus, illi in retinendo imperio diligentiſſimi, quia caput poſt calamitatem cladem-que acceptam ſtatim apud omnes Græcos erexiſſent; C cæteris tributa imperavere, ad perſolvendas belli navalis impenſas, quo communis patriæ hoſtis eſſet profligatus, quia major impenſæ pars fuiſſet ante ab illis expoſita: itaque illos Quæſtores vocarunt ἑλλωνοταμίας, id eſt, *Græciæ Quæſtores*. Latius explicat originem vocis hujus Herodotus in *Urania*, adfertque de Themiſtocle hiſtoriam; ad quem lectorem remitto, ne ſim tædioſior.

CAP. XXXI.

DE HELLANODICIS.

D QUOD eadem in ſacris totius regionis, Athenienſibus ſubjectæ, iſti curarent, ac præcedentes proxime, in ærario conſervando, volui illos ſubjunctos. Pecunias ergo rerum ſacrarum nomine debitas exigebant, ipſiſque choragis, de quibus egi, in impendium ſacrorum dabant: quod ipſum a civibus Athenarumque habitatoribus τειτύαρχοι, qui & φράτορες, exigentes, in urbanis ſacris & ludis facere conſueverant. Sed de his & conventu ἀμφικτυόνων amplius dicam in *alio opere*. Lubet vero nunc quæ deſideramus ſubnectere.

CAP. XXXII.

DE GYNÆCONOMIS, QUI MATRONARUM CULTUI, NE MODUM EXCEDERET, PRÆERANT.

E ΓΥΝΑΙΚΟΝΟΜΟΙ, aut γυναικόκοσμοι, de matronarum primum, poſtea de omnium mulierum ornatu ſtatuebant, ne ulla ipſarum quicquam ſe indignum ferret, utque ſingulæ pro ratione cenſus & facultatum induerentur, indicta multa ei quæ ſecus feciſſet, qua ſtatim plecti ſolebat quæ edicto aut legibus de ea re latis non paruiſſet. Erat etiam de inceſſu lex a Philippide quodam lata, ut quæ inhoneſte incederet, ſtatim mille drachmis multaretur. Hos fuiſſe viginti numero ſcribit *Pollux*. F Veneti quum proxime actis annis viderent, eum in mundo muliebri ſumptum intolerabilem, indeque rei familiaris in immenſum diſpendium creſcere, ſanxere ne ulla patricii ſanguinis mulier, aut puella, in publicum veſte ſerica induta prodiret, niſi nuptiarum die, & quibus nuptiis, conviviiſve ſolennibus, adeſſe moris eſt: quum alioqui multæ etiam humili loco natæ cum reginis pompa certare poſſent. Statuere præterea, ne aureum, gemmiſve ornatum torquem, monileve, aut cingulum, una ferret, gemmaſve in annulis geſtaret. alterum enim horum tantum eligere neceſſe eſt, aliis carere. Creati ad hanc rem magiſtratus eas cogunt multando legis obſervare præſcriptum. Non dico quam iſta lex ſit nobis neceſſaria, quum illis, qui prædia tam ſua, quam aliena, domos, dignitates, & quicquid undique per fas aut nefas corradere poſſunt, in humeros & ornamentum uxorum & adoleſcentularum exponere vano more coguntur, ſit ſatis perſuaſum. Unum id adſeverare conſtanter non dubito, fruſtra leges condi, & inſtaurari, niſi funditus evulſa peccandi origine. quæ quanta in his præcipue ſit, qui in foro ſunt atque verſantur, tantum non ad oſſa medullaſque exeſi miſeri litigatores, docent: viri boni, qui hæc ex uſu perferre coguntur, deflent. nec enim videre poſſunt quid tantopere proſit uxori gratiſſimæ marito ille ornatus, niſi ut amatoribus placeat magis. pudicis enim & probis nil præter moleſtias adferre poteſt. Athenæus *ſexto* Dipnoſophiſtarum *libro* γυναικονόμων officium latius patuiſſe ſcribit, ubi de paraſito ait. *Narrabat* Χαιρεφῶν, *aliquando paraſitum non vocatum veniſſe ad convivium; quumque recumberet in ultimo menſæ loco, ipſis Gynæconomis* (quos Sympoſiarchas alio verbo Græco Latinis magis uſitato dicere hic poſſum) *numerantibus, ut moris erat, convivas invitatos, illum paraſitum, ut qui numerum excederet tricenarium præfinitum, diſcedere jubentibus, Numerate, inquit, ſecundo, a me incipientes. Quod vero mos eſſet Gynæconomos convivia inſpicere, invocatorumque numerum diſquirere, ſi legis ſervaretur præſcriptio*, Timocles *in* φιλοδικαστῇ *ita ſcriptum reliquit. Reſerate, ait, portas, ut in luce ſimus conſpicui magis: ut pertranſiens, ſi volet Gynæconomus, numerum capiat convivarum, ſecundum ſcilicet legem novam: quod fieri eſt ſolitum, ſtatimque ſubdit: Philochorus in ſeptimo Attidos ait; Gynæconomi cum Areopagitis congreſſus hominum in ſingulis domibus obſervabant, atque in nuptiis, & ſacrificiis: quoniam illic ſolebant dapibus affatim uti, atque adeo tantum non obrui*. Hæc *Athenæus*. Non convenit in convivarum numero cum *Platone*. Is enim in nuptiis ultra decem convivas eſſe non vult, quinque viros ſcilicet, & totidem fœminas. Verum ille rem geſtam, hic imaginariam, qualis eſt tota illius Reſpubl. ſcribit. quapropter & magiſtratus illos, quos Politia exponit, nolui attingere; ne quis ignorantia, aut negligentia, id a me factum credat.

CAP. XXXIII.

Περὶ οἰνοπτῶν, QUOS BIBENDI ARBITROS DICERE POSSUMUS.

QUOS cæteri authores οἰνόπτας dixere, id eſt, *vini obſervatores*, illos Plato in *effictæ ſuæ Reipubl. libris* μνάμονας vocavit, quod *legis* credo *admonerent*. nam ſicut Gynæconomi, ut paullo ante ſcripſi, modum in mundo muliebri, convivarum numero, epularum modo, obſervare cogebant: ita hi itidem in vini uſu præſcribebant, ut ſi quis bibendi modum eſſet ſupergreſſus, multa præſente cogeretur parcius alias vino uti. Quis vero antiquis eſſet poculorum numerus, non refert, quum naturæ, non numeri ſit habenda ratio. Morem in ea re apud varias gentes obſervari ſolitum ſi quis ſcire deſiderat, *decimum* atque *undecimum* δειπνοσοφιστῶν Athenæi *libros* legat, in quibus fere nil aliud tractatur. Magiſtratus, inquit ille *libro* X. *οἰνόπται erant apud Athenienſes, teſte Eupoli poeta* ἐν πόλεσιν: *quos nun-*

quam adhuc vidimus inter milites adſcribi, ne ipſos οἰνόπτας quidem. O civitas, civitas, quam tu es delicatior, quam melior, ac prudentior! Hæc ad verbum *Athenæus*. Ex illa Eupolis ſententia apparet, antiquitatem militem uſque adeo ſobrium deligere ſolitam, atque vini uſu carentem, ut ne ipſos quidem vini obſervatores voluerit eum augere numerum. Quantum vero juvet vini uſu in exercitu carere, ſatis re ipſa oſtendit Turca, qui magna quidem illa multitudine, ſobria tamen, vinique uſu pœna capitis in exercitu deſtituta, Græcos tam egregios potores, ut proverbium pergræcandi hinc ſit natum, Macedones, Thraces, Dacos, Myſios, Pannones, Jugros, Dalmatas, Gepidas, atque adeo ipſos Germanos etiam, vino armorum peritiam jungentes, noſtroſque Gallos, docet, rem bellicam infelicius, inter pocula fœminaſque tractari atque delicias, quam in tenui mediocritate, vitaque abſtemia. Noſtri Thraſones inter pocula, Venerem, ruſticos, ſinguli decem illius viros unico congreſſu, ne dicam nictu, conficiunt verbis, & interim ille ſerio, reque ipſa de nobis, aris, focis, liberis, conjugibuſque triumphat. Sed ad *Athenæum* redeo. *Hi vero οἰνόπται*, ait, *obſervabant, quæ in conviviis ſolerent fieri: ſi æqualiter biberent convivæ. Erat vero vulgaris magiſtratus, & tenuis, ut ait Philinus rhetor in Crocanidarum diſciplina, triumque virorum numero, qui inde ὀφθαλμοὶ ſunt vocati, oculi, quod non raro quos oculos mentis ipſi convivæ vino victi perderent, hi reſtituerent monitionibus*. Sympoſiarchæ ab his mihi tantum nomine differre videntur. Huic οἰνοφλύγων, vini helluonum peſti, ſanctione proſpexerat ante duodecim annos Carolus Imperator Quintus, ſtatueratque in temulentos pœnam: verum ex ejus lege evenit quod ex divina ait *Paulus*, ut per legem, quæ ſemper eſt peccati filia, peccati fieret augmentum, (ut natura in vetitum nitimur, cupimuſque negata) atque a quo eſſet genita, idem redderet genitum. Niſi enim ſint acerrimi legum latarum vindices, illæ ad oſtenſionem, peccatique revelationem videntur latæ, non ad coercitionem. Leges enim ſi ſemel hominum mentibus, vel opinione ſola ſint imbibitæ, plus poterunt quam ipſiſſima veritas. Suaſit lex Chaldæorum contemnere mortem: homines in toto fere orbe ſacrificare: quod & hodie apud Barbaros nuper noſtro orbi revelatos viget, locol ipſorum animalia divis occiſa ſacrificare. atque adeo plus valuit falſa perſuaſio Phariſæorum, & Scribarum leges, etiam divinæ refragantes, ſub adventum Chriſti, & ſuorum, quam ipſa ab ipſiſſima veritate enunciata veritas. Quare ſi lex aliqua eſt ferenda, eſt & alenda, conſuetudineque aut vi in uſum trahenda: alioqui fruſtra fertur. Flandri itaque, & quotquot ſunt illic Germani, videntur non tantum neglexiſſe, ſed legis Caroli vim auxiſſe. Veneti vero, quia adoleſcentes patricios videbant rem familiarem, cui eſſent ſucceſſuri, abſumere: mercaturam (cui tota Italiæ nobilitas ſtudere merito mavult, quam aliena diripiendo, vanum nudumque nobilitatis nomen prætexere) neglectam relinquere, & præterea rei familiaris diſpendium decoctionibus, in ſpem & rei familiaris, & ampliſſimæ dotis, ingens facere, indeque ſcelera ex conſortio nebulonum (qui facillime in liberrimam totiuſque orbis feliciſſime ſitam civitatem irrepunt) contrahere, non infrequenter inde ad laqueum trahi: ſanxere una & dotis & epularum in conviviis privatis modum, ne privatis apulis pœna multæ ultra unum aut alterum capum non impetrata venia apponerent, cum bubula, & vervecina: neve quantumvis dives patricius ultra ſex millia Ducatorum aureorum dotis nomine filiæ auſit dare, quum antea a tenujoribus ad ſexaginta, quadraginta, quinquagintaque M. darentur. Ad hæc ne ullus patricius auſit filio ante ætatem juſtam dare qua in in leges peccare ſumptu liceat: Unde factum eſt, quum ſint exacti apud illos Nomophylaces, ut luxus coerceretur, res, ſi non fieret amplior, nullum acciperet detrimentum. Prudens hic ſilentio ſepultam volo quam gloriam multæ nationes ex vini ingluvie ambiunt, quum videam laudi dari, quod homo cum homine, & ipſius equo, certando certamen ineat bibendi, vincatque, atque una die horaque abſumat quod denis juſte faciat ſatis. Video enim hæc monſtra frequenter eſſe in deliciis, tantum abeſt ut pœna ſit flagitiis illis conſtituta.

CAP. XXXIV.

DE FORI CURATORIBUS, QUOS ἐπιμελητὰς τοῦ ἐμπορίου DICUNT.

FORI *Curatores* decem Athenis fuere, qui pro tempeſtatis annonæque ratione de rerum precio ſtatuebant, ut non vendentium arbitrio, ſed juſto tantum precio diſtraherentur: ad hæc ne vitioſas loco legitimarum merces exponerent: præterea ne quis civium plus frumenti vinique quæſtus cauſſa apud ſe reponeret, quam rerum illius uſus expoſcere videretur. (uſque adeo privatus illis cenſus erat brevis, commune magnum.) quæ vero in urbem quotidie ſupra uſum inferrentur, in horrea publica nomine publico reponi curabant, unde juſto precio etiam iniquiſſima temporum ratione egentibus civibus depromerent. Nos interim non pudet, Chriſtum, ipſiuſque dogmata, verbiſque ampliſſimis pietatem, charitatem, quæ mater & fons eſt omnium rerum bene geſtarum, profitentes, nullis horreis publicis pauperibus, quos ex ſuo cœlo frequenter ejecimus, proſpicere: verbis ipſum profiteri Evangelium, negligentia autem virtutem ejus abnegare. Quomodo proſpiciant ſuis Veneti, dixi ſupra. Quamvis omnino deſtitutis (a foro enim in quo nil poſſunt, digredior) cœptum ſit in non paucis Galliæ civitatibus proſpici, tamen indies emergenti pauperum turbæ in ſingulis facile perſpici poſſet, ſi, quæ inutiliter multi hominum conventus ditiſſimorum abſumunt, in eam rem conferrentur, ſi, quæ multi Monachi occupavere, redderentur, ſi ex ære publico quæſtus re frumentaria & vinaria fieret. proculdubio ſatis eſſet unde languenti & ſemimortuæ pauperum vitæ pararetur, quod ſupplementum laborum ipſorum abſolveret. nec enim cenſerem, omnibus dandum, ſed validos occupandos in publicis privatiſve operibus, ſumptum ubi facerent ſuum. morbo vero laborantes, atque aliqua præcipua adque opus utili parte affectos, e publico ærario alendos judicarem. Munera piorum, donationes ex teſtamentis, multæ, & varia alia, poſſent in uſum illum comparari. Verum iſta ex affectu cogor dicere.

CAP. XXXV.

DE EPISCOPIS.

EPISCOPI erant ad quos delectus, Provinciarumque negocia, ut *Ciceronis* verbis utar, referebantur. In ſingulis enim Provinciis hi velut rerum arbitri conſtituti perquirebant de his quæ ad jurisdictionem, publicas injurias, liteſque ſpectabant, ſi quis illos adire vellet: ac ſententiam ferebant, cui non ſecus ac ſi a principe magiſtratu lata fuiſſet, parebatur. Vocabantur etiam ἁρμοσταὶ *aptatores*, & φύλακες, id eſt, *cuſtodes*, atque ἔφοροι, *præfecti*, ἐφορᾷν enim & ἐπισκοπεῖν eſt *ſpeculari, diſponere*.

Nomine Ephori usus est Cicero *Quæst. Tuscul.* I. cap. XLII. *Quum Lacedæmonius quidam*, ait, *cujus ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, ut quum ad eam duceretur damnatus ab Ephoris, & esset vultu hilari atque læto, dixissetque ei quidam inimicus, contemnisne leges*, &c. Voce autem Episcopi in *Pandectis* usus est Jurisconf. *tit. de mun. & bon. l. munerum. Episcopi*, inquit, *qui præsunt pani & cæteris venalibus*, &c. Cicero etiam *Epistolarum ad Atticum* septimo, Ep. II. *Ego*, ait, *præsum negocio non turbulento. vult enim me Pompejus esse, quem tota Campania & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negocii summa referatur*. A diligenti rerum speculatione nostris Christianis Episcopis nomen est inditum.

Habes, æquissime Cancellarie, meas de *Magistratibus Athenienfium* observationes: quas si abs te probari sensero, me, præterquam quod magnum precium operæ fecisse videbor, magnamque consequutus felicitatem, ad majora incitabis. Fiet enim tui judicii censura, ne ullus possit tam facile carpere ac calumniari quod semel probaveris. Si vero quisquam rem ipsam ut minus absolutam culpare volet, erit laborum & sudoris mei admodum iniquus æstimator. Verum sat erit si nostra carpendo, norit nil esse ab omni parte beatum. Sed hactenus.

FINIS.



ANTONII THYSII JC.

DE

REPUBLICA ATHENIENSIUM

DISCURSUS POLITICUS.

UT ET

COLLATIO ATTICARUM

ET

ROMANARUM LEGUM.

ANTONII THYSII JC.

DE

REPUBLICA ATHENIENSIUM

DISCURSUS POLITICUS.



NOBILISSIMA celeberrimaque Atheniensium Respublic. A sapientiæ illud civilis Prytaneum, eruditionis Oceanus, omniumque scientiarum vasta vorago, originem suam Ægyptiis debet, & Cecropem autorem habet. Prima potestas penes reges fuit, sed limitibus suis clausa. Neque enim imperium libidini regis serviebat, sed populo obnoxium fuit. Nam ex vetustissimis judiciis etiam regum causas, B a Populo diremptas apparet. Quod utique summæ potestatis insigne fuit. cæteras quippe omnes Græciæ regiones, quam late patent, Atheniensium populus & animi magnitudine, & immensa gloriæ cupiditate, & libertatis æstu semper quam longissimo intervallo superavit. Ita tandem vertentibus annis penes solum populum omnis constitit autoritas. Hactenus tamen regia autoritas apud omnes in summo precio atque honore fuerat. Quam multum Theseus Athenarum rex decimus imminuit: primus enim dispersos per Atticæ regionis vicos ad novam Athenarum urbem, quæ incolis destituta, libertatis præmio allexit. Ita circumfusa plebs ex agricolis opificumque grege mi- C rum in modum civitatem auxit. Cui & jus creandorum magistratuum concessisse ex *Isocrate*, *Pausania*, *Plutarcho* colligi posse videtur. Electio enim magistratuum trium generum fuit, per sortem illi qui Judiciis præerant electi, populare suffragium Tribunos militum, Imperatores militiæ evehebat. Choragi qui ludis sacris sacrificiisque omnibus præerant, opum potentia creabantur. Ita maxima æqualitas in Rep. constituta est. Per sortem etiam indignissimi præstantibus viris æquabantur. Ne autem soli illi, quos indignos esse constabat, ad judicandum admitterentur, propter multitudi- D nem Judicum, qui numero Quingenti erant, fieri non poterat. Ex tanta enim copia, nonnullos judicio prudentiaque civili virtute denique præstantes esse oportuit. Penes quos tota judiciorum consistebat autoritas: cæteri eo contenti, quod non neglecti viderentur. Utique hoc inter Politicos constat, a paucis atque præstantibus melius gubernari Remp. modo cæteri non contempti videantur, atque imaginem suffragii habeant, quam si omnium virtus judiciumque æquale esset. Non semel discordiarum segetem æmulatio virtutis accendit. Difficile cedit, qui se parem existimat, sed potius ex invidia optimis sæpe aliorum consiliis resistit. E Ne autem populus paulatim conculcaretur a potentioribus, repagulum maximum fuit quod ipse militiæ supremus imperator ex illorum voto eligeretur. In cujus potestate præsidia militiæ sunt, facile etiam superiorem spernit. Nimia tamen hæc populi potentia in effrenem licentiam erupit. Non secus enim atque ignis ubi tabulatis adhæsit, maximo postea furore etiam ipsa tecta præcipitat, nihil denique sibi intactum relinquit, ita vaga populi libertas nullo rationis vinculo constringitur, sed legitimam omnem potestatem prosternit & sibi sumit. Quin & illud Atheniensium institutum fuit, quod illi, quorum divitiæ conspicuæ erant, sacrificiis præessent. Ita illi quoque, quorum omne decus & gloria non in virtute, sed in opum fulgore consistebat, etiam sua dignitate non privabantur. Neque a sacrificiis Deorum immortalium cultu magnum Reip. periculum imminebat. Hunc in modum singulos cives æqualitas fovebat, æqualitatem concordia, concordiam Reip. salus sequebatur. Sed paulatim uti dixi cuncta populus ad se traxit. Abolita enim regia potestate, Perpetui primo Archontes, dein Decennales, hinc & Annui numero novem constituti sunt. Nullæ antea leges scriptæ erant, sed arbitrium magistratus, inter quos sanctissimi Areopagitæ, ut mox videbimus, pro lege observabatur. Cum itaque jura paucorum libidini essent obnoxia, leges primo severissimæ a Dracone, dein a Solone sapientum uno latæ sunt. Draco quidem propter nimiam asperitatem sanguine leges conscripsisse dicitur. verum Solon summus legislator maxima æquitate Jura Atheniensibus dictavit. Uti autem popularem favorem sibi acquireret, de æris alieni remissione, quam σεισάχθειαν Græce appellant, legem constituit. Nimia enim fœneratorum licentia plebem conculcabat, & tam bona, quam etiam, quod ultimum esse miseris mortalibus solet, ipsa corpora in servitutem debiti loco compingebantur. Paupertas a viro cordato utcunque tolerari potest, sed ii, quorum pectora generosus spiritus inflavit, facilius vitam quam libertatem amittunt. Vidit hoc prudentissimus Solon, atque auræ populari velificatus est, primusque septem talenta quæ sibi jure patrimonii debebantur remisit, corporumque deditionem in totum prohibuit. Indignum hoc majestate & gravitate Atheniensium fuit, ob inopiam in servitutem redigi illorum corpora, quorum excelsus divinusque animus vix intra ipsum corporis carcerem se continebat. Deinde ex illo metuendum erat, ne opulentiorum potentia paulatim frangeret opprimeretque populum universum. Itaque opulentissimi sumptus trierarchicos exhibere cogebantur, ut autor est *Demosthenes* aliique. Quippe difficile ii, quorum inopia ad æris alieni necessitatem redacta est, iterum emergunt, sed quotidie magis magisque usque ad desperationem ultimam debitis veluti suffocantur. Ea lex multum autoritatis legislatori exhibuit ad cæteras leges sanciendas, constituendamque ipsam Remp. Enimvero ipsa multitudo facile obtemperabat, potentiores autem ipsa æquitas naturalis in officio continebat. Deinde ut nobilitatem quoque sibi addictam haberet, lege cautum, id totum arbitrio senatus relin-

qui, an negocia sibi delata populo referre an supprimere vellet. Ipsa denique plebs a magistratibus Annuis arcebatur. Quamvis postea ad illud jus promota, sicuti ab *Aristotele* & *Plutarcho* gravissimis autoribus proditum est. Porro antiquissimum sanctissimumque Areopagitarum collegium fuit: quod a Solone quidem institutum *Cicero* asseruit, sed antiquius fuisse & in meliorem ordinem redactum a Solone Aristoteles maximus Rerump. indagator in *Politicis suis* asseruit. Ex Novemvirum collegio sanctissimi quique omnisque expertes suspicionis in hunc senatum eligebantur. Illi in id omnes nervos intendebant, ne quid detrimenti Resp. caperet, mores majorum avitique ritus conservarentur, homicidia consulto patrata vindicarentur, in mores civium suorum animadverteretur. Publicum itaque virtutis seminarium, sceleratorum flagellum certissimum, bonorum tutissimum refugium fuisse, *Isocrates* inaffectatæ eloquentiæ autor nobis tradidit. Tanta ejusdem senatus gravitas, ut in caupona sedisse satis grave crimen fuerit, ut collegio illo quis excluderetur. *Quintilianus* itidem tradidit, puerum condemnatum ab Areopagitis, quod coturnicibus oculos eruisset. Perversæ enim atque crudelis indolis signum hoc existimarunt religiosissimi judices. Hunc magistratum Perpetuum fuisse ex Antiquis constat. Uti enim præstantissimi quique, quorum dignitas, sanctimonia, incorruptum judicium omnium oculis patebant, ad hoc munus eligebantur, ita conducebat Reip. talem magistratum perpetuum esse, cujus tamen autoritas a populo dependebat, multum itidem Principis senatus vim quingentumviri eludebant. Illi autem de summa Reip. ut plurimum definiebant. Areopagitæ publici erant inspectores, & malis consiliis se interponebant. Profecto illud exploratum est, quo major est potestas, eo periculosius magistratum Perpetuum esse. Maxima quidem Areopagitarum sanctimonia atque autoritas fuit, non itidem potestas. Perpetuum itaque eorum erat munus. Annui erant magistratus quingenti, ne continuum illorum imperium in Oligarchiam abiret. His præficiebantur Prytanes, atque eorum Princeps Epistates, cui annulus omnis secreti commissus erat, & senatui cuncta per eum proponebantur. Illum autem propter summam potentiam unius diei magistratum habuisse Veteribus proditum est. Neque bis Epistatam esse licitum fuit. Quingentis nulla aut admodum exigua honorum solvebantur præmia. Virtus sibi præmium censebatur optimum, atque omnia in se bona continere. Nulliusque adeo rei nisi gloriæ avari erant. Unde oleaginæ coronæ merces omnibus muneribus præponebatur. Sed hæc florente Rep. contigere. Labentem ventosa ambitio, ærugo pecuniæ pessundedere. Et si vera velimus fateri, nimia eos fortunæ prosperitas perdidit. Ego certe ut in Atheniensium Rep. ita in aliis plerisque nimiam felicitatem interitui occasionem dedisse video. Sicuti enim etiam optimus sanguis in mortalium corporibus si nimius sit putredinem magnasque febres alit, ita nimis secunda fortunæ faventis aura vitiorum veluti exercitum secum adducit. Tam inania sunt mortalium vota, ut illud ipsum quod appetunt, sæpe exitii iis causa sit. Porro videbat sapientissimus Atheniensium populus non facile figendas esse refigendasque leges. Nam & ipsæ leges perniciosæ, si altius subditorum animis inhæserint: utilius est tolerare, quam evertere. Ne autem leges oblivioni traderentur, vel etiam ut perspicerent, an mutatio quædam necessaria esset, constitutum est, ut singulis annis omnes leges populo prælegerentur, atque de iis consilium instituerent. Delecti in eam rem Nomothetæ, qui tabulis publice affigebant, si lex abro-

A ganda, mutanda, vel nova ferenda esset. Nomine populi syndici sive oratores, quorum integritas, judicium, facundia explorata, ea de re magno molimine atque contentione agebant. Hinc tanta olim oratorum apud Athenienses auctoritas, quia veluti voce populi loquebantur. Ita facile quid utile, nec ne, Reip. esset consultabatur. Nam recte alibi Arist. in *Politicis* dixit, conjunctam multitudinem sapere, separatam non item. Constat ex Veterum monumentis, observantissimos semper legum suarum Athenienses fuisse. In quam rem Nomophylaces, id est, *legum custodes*, prudenter constitutos fuisse Cicero in *lib. de LL.* tradidit. Quorum officium erat prospicere ne quid adversus leges ritusve
B majorum fieret, eos qui iis non obtemperabant pœna multare. Tanta legum observantia in causa fuit, quod cum Resp. Atheniensium admodum tandem popularis facta esset, tamdiu inconcussa steterit, ut recte a *Thucydide* monitum est. Alioquin mere popularis status turbidus, inquietus esse solet, & non secus atque mare huc atque illuc agitari. Novo autem & admirando modo nonnunquam Athenienses viros præstantissimos, quorum virtus & gloria in excelso posita erat, urbe ejiciebant, ne illorum potentia atque autoritas libertati populi noceret. Ostracismum illam speciem exilii Veteres vocarunt, quod populus testæ suffragium
C suum inscriberet. Neque vero illa ratio puniendi admittebatur, nisi sex mille concionem ad minimum constituerent, & qui suffragium ferrent sexaginta annos haberent: ne nimirum temerarium judicium institueretur. Ita Aristides, qui justi cognomen habuit, ita Themistocles urbe ejecti. Exilium hoc decennale erat, neque ulla infamiæ nota eo inurebatur. Quippe sine ulla causa propter eminentem virtutem, ut plurimum hæc relegatio infligebatur. Nimirum politice prudenterque admodum existimarunt, omnem plerumque eximiam potentiam libertati noxiam, atque exactissima quæque ingenia ut plurimum res novas moliri. Sicuti enim hederæ sequaces primo quidem virgultis suis parie-
D tes ædificiaque lambunt, paulatimque suprema tectorum petunt atque investiunt, tandem vero etiam lasciva folia ipso cœlo viam affectant, ita generosissimi maximique spiritus paulatim ut plurimum ad potentiam sibi viam sternunt, donec tandem viribus suffulti eo ascendant, ut nullus amplius gradus honorum supersit quam ipsum imperium. Atque hinc quoque a Politicis annotatum est, mediocria ingenia exquisitissimis aptiora Reip. gubernandæ. Videre hoc Athenienses, quorum judicium in civilibus exactissimum fuit, & in tempore providerunt, ne nimia alicujus autoritas Reip. noceret. Difficilius enim & periculosius potentia
E jam confirmata exscinditur, quam nova tollitur. Porro illud egregie ab Atheniensibus quoque institutum, quod omnes, cum magistratum finirent, rationem actorum Logistis exhibere soliti fuerint. Quam legem Plato *lib.* XII. de Leg. & ex eodem M. *Tullius Cicero* prolixe laudarunt. Plurimos enim impunitatis spes ad crimina invitat. Cum vero reddenda ratio est, cuncti quam maxime sibi cavere solent, ne ullam infamiam sibi suisque contrahant. Logistæ itaque & Euthyni singulis annis Athenis creabantur, qui inquisitione instituta damnabant absolvebantque eos, qui magi-
F stratu functi, vel in eo constituti adhuc erant, quales erant Areopagitæ, quorum perpetuum imperium fuisse diximus. Denique omnes publica præconis voce admittebantur ex populo, qui accusationem instituere vellent. Tandem vero ab Heliastis judicibus re perspecta absolvebantur vel damnabantur. Neque ulla Logistarum sententiæ, si iniqua videretur, ratio habebatur. Alioquin calumniis

Logiſtarum etiam optimi præſtantiſſimique obnoxii fuiſſent. Porro nullum inertem atque otioſum eſſe permiſſum fuit. Ita tamen ne duas ſimul artes exercerent, vel quia intentionis acies pluribus rebus obtunditur, vel ne cives ſibi invicem obeſſent. Quin lege cautum, ut Areopagitæ ignavos corriperent, pœniſque & ignominia multarent. Credebant quippe cordatiſſimi mortales, & recte, vitam in actione conſiſtere. Ocium enim ingenii vim debilitat, ſpiritus obtundit, & veluti longa rubigine lædit, malas denique artes docet. Aquæ quæ non moventur putreſcunt. Etiam animum remiſſio deteriorem reddit. Recte Catullus, *Ocium reges prius & beatas perdidit urbes*. Hanc itaque peſtem civitatis recte eliminavit prudentiſſimus populus, & lege quoque parentes conſtrinxit, ut artem aliquam liberi addiſcerent. Sin ſecus factum fuerit, filium patri, ſi neceſſitas poſtularet, nulla alimenta debere. Qui enim vitæ liberorum non proſpexit, indignus quem rebus anguſtis reſpiciat filius. contra qui parentibus ſuis ex merito dignos non exhibuiſſet honores, magiſtratu indignum exiſtimabant. Præterea voluit Lex ſingulos cives in totum Reip. ſtudioſiſſimos eſſe. Itaque ſi publica eſſent ſeditionum incendia, & factionibus concuteretur civitas, expreſſe cautum, ut alicui parti ſe addicerent. Melius de illa mereri videntur, qui quocunque modo Reip. conſulunt. Verum illi, qui publicæ ſalutis ſecuri ſunt, & privatis tantum rebus ſe ſollicitant, indigni videntur, quibus aliquis locus vel dignitas in Rep. conſtituatur. Unde & honoribus movebantur. Quod incendit inflammavitque eorum animos, ne deeſſe quiſque ſuo officio videretur. Dixi ſuperius, quo pacto Reſp Athenienſium, cum popularis ſtatus omnia perverteret, tandiu inconcuſſa ſteterit, atque oſtendi, potiſſimam cauſam in curioſa legum obſervantia poſitam fuiſſe, honorum quoque inſolentiam per Oſtraciſmum prudenter e medio ſublatam. Munerum autem blandientem violentiam ita non admiſit, ut cordatiſſimi mortales, & bonorum & vitæ non ſemel periculum inde acceperint. Ut Timotheum, Epicratem, alios præſtantiſſimos viros prætercam, quanto in periculo Callias fuit Hipponici filius, qui cum glorioſiſſimam Athenienſibus pacem cum Artaxerxe rege Perſarum iniiſſet, atque a Rege munera accepiſſe crederetur, vix capitis pœnam evaſit. Quin etiam ne coronam quidem inſcio populo ab exteris civitatibus accipere licitum fuiſſe teſtis mihi Æſchines *contra Cteſiph.* Et revera ſæpe munera magis labefactant invictum populum, quam fortiſſimæ militum phalanges. Et qui accipit, quaſi donanti ſe dedit. Facile frangit etiam robuſta pectora fatale & debile lutum. Omnis itaque corruptio, quin etiam quælibet ab hoſte accepta munera, apud Athenienſes pœna capitis multabantur, ſicut ex Demoſthene *contra Midiam* apparet. Scribit quoque Dinarchus *contra Demoſthenem*, Imperatoribus exercituum, & Oratoribus, qui vice populi de rebus graviſſimis conſultabant, prolem ſuppetere debuiſſe, atque in Attica regione proprium fundum habere, ſi ad ullas dignitates aſpirare vellent. Difficilius enim illi corrumpuntur, dum de liberis & immobilibus facultatibus ſibi metuunt. Quippe privata ſalus eos ad publicam ſalutem cohortatur, imo cogit. Fortiſſimum Reip. vinculum privatas facultates cum publicis conjunctas habere. Cæteri contra, quibus neque liberi, neque res ſuppetunt, ſecuri ſunt publicarum rerum, dummodo facillime vitam tolerent, & facile mutant dominum, qui meliorem fortunam ſperant. Ubi incendii vis proprias ædes proſternit, ubi hoſtium manum tui agri vaſtantur, incitatur ſingulis ardor ad hoſtem propulſandum, & dum ſibi, etiam ſimul publico conſulunt. Præterea longe quoque alacriores civium animos ad militandum publica liberalitas & veræ virtutis encomium reddiderunt. Si enim in bello morte aliqui occumberent, quorum fortuna tenuior erat, liberi ex publico alebantur, donec limitem pubertatis attigiſſent. Liberorum plerunque amor adurit præcordia, cunctæque curæ præ illis liqueſcunt. Quæ ubi publica autoritate ſublatæ, ſinguli, quorum pectora fervidus & militaris ſanguis implet, magis vitæ ſuæ prodigi ſunt, & ſecuritatem publicam ſuæ præponunt. Accedebat quod per publicas laudes funebres virtus illorum cineri repoſta non maneret, ſed per mortem æternitatem quandam gloriæ adipiſceretur. Recte *alibi* Poeta dixit, Græcos nullius rei præter laudis avaros fuiſſe. Et revera ita magnis rebus pares fuere. Nam honeſta gloriæ cupido in generoſis corporibus fortiſſime agit. Humiles ſpiritus nulli egregio facinori idonei. Verum recte qu's illos cum *Ariſtot.* ad ſervitutem natos dixerit. Neque honores funebres tantum adhibiti, verum etiam ex publico ſumptu veteri inſtituto terræ committebantur. Magnum utique robur bene conſtitutæ Reip. in militia adverſus ingruentem hoſtium vim. Præmia itaque conſtituta iis, qui Remp. ſua virtute juviſſent, ſuperius dictum eſt. Cuncti quidem Athenienſes anno decimo & octavo, quo tempore flos vernantis ætatis robur atque nervos intendit, uſque ad quadrageſimum annum, cum ſtrata ætas conſiliorum maturitatem ſuggerebat, ſeſe ad militiam accingebant. Ulpianus hoc tradidit *ad Olynthiacam tertiam*. Viceſimo anno patriæ ſuæ juramentum exhibebant, ut ex *Stobæo*, *Polluce*, aliiſque liquet. Qui militiam detrectabat, publicis arcebatur conventibus, Deorum immortalium templa ingredi vetabatur. Quin & ipſam ignaviam punitam princeps Atticæ eloquentiæ Demoſthenes *contra Timocratem* tradidit. an recte? quis enim fortitudinem in manu habet? Cur timiditas, ſi nullus dolus adſit, punitur? an æquum naturæ leges ponere? Fortitudinem & ignaviam ab erectiore vel remiſſiore ſanguinis ſpiritu fieri. Itaque non magis fortes laudandi quam ignavi puniendi. Utique tamen multi hac lege ad virtutem ſtimulabantur, urgebantur, quibus ulla honeſti ſpecie imbutum pectus erat. Verecundia, ut *alibi* Vegetius, dum prohibet fugere, efficit victorem. Atque *Æſchines* tradidit hanc ignaviam punitam, quo cives magis metuentes pœnas legibus conſtitutas, quam hoſtem, pro patria fortius pugnare vel etiam glorioſe occumbere non detrectarent. Illud tamen non probamus quod de Alcibiade tradiderunt Veterum monumenta. Eam enim propter res præclare geſtas virtutis apud Athenienſes acceperat opinionem, ut ſi alea belli non ſuccederet, accuſaretur, quaſi victoriam adipiſci recuſaſſet. Ita refert *Plutarchus*, accuſatum quod Andron inſulam non occupaſſet, cum deviciſſet inſulanos. Ita Cimon, quod Macedoniam non tranſiiſſet, Miltiades, quod Paron inſulam non occupaſſet, publice accuſati ſunt. Incerta, vaga eſt fortuna, neque uno in loco ſemper conſiſtit. Deſultoria ſunt belli momenta: ſæpe audacia pro fortitudine, timiditas pro lucro eſt, nonnunquam ipſa prudentia pro vitio. Itaque Marti legem ponere, qui nullas leges habet, & ſemper fluctuat, hominis inconſulti eſſe arbitror. Porro & illis qui in militia capti poſtliminio redierant, quos Græci δευτεροπότμους appellabant, hanc inuſtam ignominiam tradidit *Heſychius*, ut ad Eumenidum ſacra accedere prohiberentur. cur ita? ut infixum illud pectori tenerent, aut vincere, aut emori. Atque hinc Plato *lib.* v. *de LL.* ne quidem redimendos captivos voluit. Neque multum iis tribuendum putavit gentium domi-

domina Roma. Cum Populus Romanus poſt Cannenſem pugnam ſervorum deſideraret auxilia, captivorum contempſit, & credidit eos magis tueri poſſe libertatem qui nunquam habuiſſent quam qui perdidiſſent, inquit *Seneca*. Itaque omni modo Athenienſium populus cives ſuos non tantum ad ingenii cultum ſed ad Martiam quoque virtutem impellebat. Neque minor artium liberalium apud eos cura fuit. Magnis ingeniis honores ſuos luculentos tribuit Athenienſis Reſpub. In Panathenæis majoribus rhapſodi Homeri Principis Poetarum carmina, e cujus fonte perenni omnis admodum antiqua ſapientia profluxit, quem omnis eruditionis Oceanum, dictatoremque perpetuum appellare liceat, recitabant. Memoriæ hoc reliquit, præter Lycurgum *contra Leocratem*, Ælianus *Variæ Hiſtoriæ* lib. VIII. cap. II. Æſchylo, Sophocli, Euripidi ſtatuæ poſitæ, prohibitumque ne tantorum ingeniorum monimenta lingua hiſtrionum macularentur, ſed ut ſcribæ publice Athenienſium populo prælegerent. Uti ex Plutarcho in *Lycurgi vita* dicimus. Illud tamen admirandum eſt, in ea civitate, quæ omnis eruditionis Princeps fuit, aliquando lege cautum ne Philoſophia doceretur. Quam legem Critiam tuliſſe refert *Xenophon*. Præterea illud quoque magiſtratus egregie in officio continuit, quod ſi quid peccaſſent, ſtatim de iis exemplum ſumeretur. Tardiora plebis erant ſupplicia. Nimirum magiſtratus veluti ſpeculum eſt, in quod totus populus oculos dirigit. Sicuti autem ex infectis ſpeculis etiam ipſi oculi contagionem quandam contrahunt, ita moribus magiſtratuum infectis facillime ad alios vitiorum illa ſcabies ſerpit. Deinde ſuppliciorum tarditas in iis qui Reip. gubernandæ præſunt, etiam poſtea occaſionem puniendi tollit. Quod maximas dein Reip. difficultates parere ſolet. Sed hic quæritur an non utilius ſit Reip. Geometricam aliquam proportionem, ut JCti loquuntur, in pœnis obſervari. Rectius quidem jus civile pro qualitate perſonæ vel delicti ſeverius vel clementius in vulgaribus delictis punire ſolet. Si tamen tale crimen ſit quod Reip. egregium detrimentum adfert, etiam pœnæ recte augentur. Optime dixit *Atticæ Eloquentiæ Princeps*, idem delictum minus eſſe ſi a vulgo nautarum committatur, quam ſi a gubernatore, a quo maximum periculum imminet, ne in vada navis compingat, & nudum remigio veloque latus ferocienti procellæ objiciat. Hinc etiam jure civili Valentinianus & Theodoſius *l. un. c. de conduct. lib.* II. graviorem inquiunt pœnam conſtituendam in hos, qui noſtri juris ſunt, ut noſtra diſcant cuſtodire præcepta. Et *alibi*, multo majore pœna eos eſſe dignos, quibus plurimum honoris delatum a ſe, Theodoſius reſcripſit. Et quidem apud Athenienſes eo ſeveritas legum in puniendis magiſtratibus proceſſit, ut Principem ebrium morte multandum cenſuerint. Raro arcana Reip. latent, ubi vinum dominatur. Sed tum maxime ſubſequitur, ut cum poeta loquar, cæcus amor ſui, & tollens vacuum plus nimio gloria verticem, arcanique fides prodiga perlucidior vitro. Matrimonia quod attinet, lege Solonis cautum tradidit *Plutarchus*, ut ſponſa in thalamum deducta malum cydonium guſtaret, *αἰνιτόμενος*, inquit *Plutarchus*, *ὅτι δεῖ ἀπὸ ςόματος καὶ φωνῆς χάριν εὐάρμοςον εἶναι πρώτην καὶ ἡδεῖαν*. Nonnullæ leges turpitudinis merito arguuntur. Inter quas præcipua, quod legitima Athenis habita ſint cum ſororibus connubia. Quod tamen cum temperamento intelligendum. *Philo* enim *Judæus* accuratus autor recte docuit, Solonem nuptias fratris cum ſorore conſanguinea, non cum uterina vel germana, permiſiſſe. Atque ea de cauſa Athenienſes Cimonem urbe expuliſſe Andocides in *Orat.* contra Alcibia-

A dem commemorat. Attamen etiam cum conſanguinea ſorore illicitus nefariuſque coitus eſt. Interea tamen hoc notandum eſt, tales nuptias proprie jure gentium non eſſe inceſtuoſas. Recte enim reſpondet JC. Paulus in *l. ult. ff. de Ritu nupt.* Jure gentium inceſtum committit qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit. Utique tamen juri naturæ adverſari videtur. Quamvis contrarium ſenſerit *Hugo Grotius*. Quid enim? tam propinqua ſanguinis neceſſitudo, & veluti animæ quædam communio, nunquid non cunctos mortales inſtinctu veluti naturæ abſterret? Nunquid non fœdum, turpe, in proprium quodammodo

B ſanguinem irruere? Lex itaque illa Solonis merito exſibilatur ab iis, quorum mentem honeſti niveus candor imbuit. Porro illud quoque ſingulare in Rep. Athenienſium fuit, quod cogeretur proximus agnatus pupillam in uxorem ducere. Quæ lex plurimas lites & querelas plerunque peperit. Si enim pupilla opibus polleret, non raro inter agnatos contentiones maximæ oriebantur, quas Archontes dirimebant. unde & pupillæ, de quibus certabatur in judicio, *ἐπίκληροι* appellabantur. Si autem eadem puella inopia vel vultu invenuſto atque il-

C liberali prædita eſſet, ad nuptias lege agnati cogebantur. Hinc mutua benevolentia, quæ coagulum eſt unicum matrimonii, ut plurimum deſiderabatur, jurgia domeſtica pullulabant. In eo quidem recte Solon ſenſit, favore publico & auxilio pupillas fovendas eſſe, ſed utique idem neſcire non debuit, matrimonia eſſe debere libera. Nam uti variæ ſunt mortalium mentes, ita non eadem omnibus placent. Præcipue in nuptiis unuſquiſque ingenio ſuo utitur. Illud vero recte a Solone conſtitutum, deficientibus agnatis, ſi pupilla inopia laboraret, atque ita difficillime ad matrimonium ſe appellere poſſet, ut publica pecunia pro ratione dignitatis iis conſtitueretur. Et paupertas nulli opprobrio ignominiæque erat, ſi virtutis opes eam

D illuſtrarent. Quare neque pauperi contumeliis inſultare licitum fuit. Ea enim quæ vaga illa inſtabiliſque fortuna moderatur, noſtra dicenda non ſunt. nam & divitiæ indignis ſæpe conferuntur, atque iis quorum animi ſordes nullum lixivium purgare poſſit. Quis Midæ infames divitias honeſta Ariſtidis paupertate potiores exiſtimet? quamvis hunc ne ſepulturæ quidem ſumptus reliquiſſe *Plutarchus* graviſſimus autor memoriæ tradiderit. Illud quoque idem *Plutarchus* recte reprehendit, quod licitum fuerit uxori, alium ex propinquis ad concu-

E bitum admittere, ſi maritus gignendis liberis non eſſet idoneus. Neque tamen vinculum matrimonii rumpebatur. Rectius jus civile, quod noſtri mores ſequuntur, legitimum eo caſu divortium introduxit. Illud quoque moris apud Athenienſes fuit, maritum, ſi ad communem locum abiret, teſtamento alteri uxorem tradere. Sicuti Demoſthenem Archippam uxorem ſuam teſtamento Phormioni ſervo ſuo cum libertate reliquiſſe Veteres teſtantur. Summa enim mariti in uxore ſemper poteſtas fuit, atque ejus voluntas, niſi maleficium ſecum traheret, pro lege obſervabatur. Quin & ipſe So-

F lon in hæreditatibus adeundis potiſſimam maſculorum rationem habuit, fœminis ex liberalitate dotis ut plurimum exigua ſumma perſolvebatur. Id ex *Demoſthene* Oratorum principe liquet. Splendor nimirum familiarum in maſculis conſiſtit. Fœminæ aliorum generi per connubia ſe inſerunt. Iniquum tamen, eos, quos Natura ex iiſdem parentibus ex eodem ſanguine genuit, non habere itidem jus æqualitatis. Sexus Naturam non diſtinguit. Quin & imbecillitas imperfectioque mulierum magis commiſeratione quam pœna indiget. Facilius viri concumulare opes poſſunt quam fœminæ.

A Illud quoque singulare apud Athenienses fuit, quod non fuerit licitum frumentum urbe exportare. Ideo Athenis cæsum virgis Athenagoram Cynicum Cicero tradidit. Idque prohibitum, ne si exportatione res frumentaria in arctum redigeretur, seditio plebis civitatem concuteret. Recte *alibi* inquit Seneca, *nec rationem patitur, nec æquitate mitigatur, nec ulla prece flectitur populus esuriens. Ibi simultatibus cuncta agitantur, ubi necessaria deficiunt*. Atque hinc etiam antiqui in monopolia frumentariorum quam severissime animadverterunt. Nihil gravius acerbiusque iis qui veluti publicam famem negotiantur, atque ex aliorum calamitati-
B bus sibi messem faciunt. Unde apud Athenienses Aliterii & Sycophantæ, qui frumenti ficuumque rationem habebant. Itaque qui monopoliis annonam flagellant, non tantum vetiti, sed prohibitum quoque plus frumenti quinquaginta phormis coemere. Quam legem non observare capitale erat, ut Lysias κατὰ σιτοπωλῶν nos docet, eidemque curæ Sitophylaces præpositos monet, qui si munus juxta leges non administrarent, capite pœnas luebant. Etiam illud sapientissime cautum, ne peregrini civium ad se commoda traherent. Artium enim omnium exercitia iis prohibita, interdicta quoque omnis in foro venditio. Quam legem lau-
C dat Demosthenes ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην Ἐφέσει. Ne autem peregrini & cives confunderentur, summa semper cura adhibita. Si enim peregrinus civis alicujus Atheniensis se nuptiis inseruisset, bona hastæ subjiciebantur, ipse in servitutem redigebatur. Testis mihi Demosthenes *contra Neæram*. Modestia quoque morum, præcipue in fœminis, ne luxu diffluerent, lege imperata est. Veste tincta vel purpurea Panathenæorum pompam ludosque spectare vetitum Lucianus in *Nigrino* tradidit. Fœminas bigis ad Eleusinia sacra ferri prohibitum. Autor Plutarchus in *Lycurgo*. Tria tan-
D tum vestimenta cum vasis aliquot exigui pretii ad sponsum sponsæ deferre licitum Plutarchus in *Solone* commemorat. Sumptuosius quoque sepulchrum, quam triduo decem artifices perficere possent, lege vetitum, neque id opere tectorio exornari, neque hermas, quos vocabant, licebat imponi, ut M. Tullius Cicero *lib.* II. *cap.* XXVI. de Legibus inquit. Addit idem de Demetrio Phalereo, *sed ait rursus idem Demetrius, increbuisse eam funerum sepulchrorumque magnificentiam quæ nunc fere Romæ est: quam consuetudinem lege minuit ipse. Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus cubitis non altiorem, aut men-*
E *sam, aut labellum, & huic procurationis certum magistratum præfecerat*. Tribus quoque tantum vestibus seu riciniis cadavera condi Solonem edixisse *Plutarchus* affirmat. Quantæ illud quoque continentiæ, quod a Solone lege cautum Athenæus *lib.* IV. tradidit, quod iis, qui in Prytaneo convivabantur, maza, diebus vero festis panis apponeretur? Quem tamen honorem maximum fuisse totius Græciæ, ut alicui quotidianus victus in Prytaneo exhiberetur, Cic. *lib.* I. de Oratore refert. Quantæ illud sanctimoniæ, janthinis vestibus meretricem ab honesta discriminare matrona, adulteræ in publicum prodeuntis vestes lacerare,
F muliebrem mundum eripere, pulsare, adulteram in adulterio deprehensam occidere licitum, eum qui fœminam ad illicitos concubitus producit morte multari, ut Æschines *contra Timarchum* prodidit? Quantus rigor in delictis puniendis, eum qui licet innocenter alicui vitam eripuisset annuo multari exilio, donec manes defuncti placandis consanguineis expiaverit, uti Demosthenes *contra Aristocratem* testatur? Si quis aliquem dedita opera læserit, exilio & publicatione bonorum, si rederit, etiam morte puniri, ut ex *Lysia* constat? Quantæ religionis, homicidam occisi in solo puniri, ut ferali aspectu manes defuncti expiarentur? inanimata, quorum casu cædes facta, finibus Atticis ejici, ut Pausanias *lib.* II. *Eliac.* memoriæ reliquit? Manifestis crumenarum sectoribus, vel qui in balneo, gymnasio, portu, furtum, exigui licet pretii, commiserint, olim etiam, ut ex *Festo* constat, quod tamen postea mutatum, ficuum surreptoribus mortem indictam fuisse? Quam civilis vero illud clementiæ, vinculis astringere Atheniensem civem, illicitum, si tres vades dederit, nisi fuerit publicanus, sponsor, proditor, vel qui ad evertendum popularem statum animum accinxerit? Quantæ illud libertatis popularis, neminem armis instructum intra urbem prodire potuisse? Quod præter alios *Thucydides* antiquissimus autor retulit. Quantæ denique illud benignitatis quod Athenis execrationibus publicis sancitum est, erranti viam demonstrare? Hæc quidem præcipua, quæ illustria in Republ. Atheniensium fuere. Atheniensis autem populus, libertatis quidem amantissimus, primas suas vires, roborisque lacertos, sub Philippo, Alexandro Magno, Antipatro, qui urbem ad extrema redegit, plurimum imminuit. Et revera si ipsam Rempubl. penitus inspiciamus, Athenienses omnis eruditionis Principes, ingeniique admirandi fuisse, nemo est qui dubitat. Illud itidem vere a gravissimo sapientissimoque autore *T. Livio* traditum est, eos verbis tantum literisque, non armis contra Philippum regem sagacissimum pugnasse. Neque vero eorum res tantæ fuissent, nisi decora ingenia invenissent. Ventosa semper in universum Græcorum natio, neque ullos jactantiæ limites ponit. Utique nimia, ut ita loquar, literarum intemperantia molliebat eorum animos. Quæ si non temperetur austeris bellicis artibus, hosti ludibrium debet. Quod uti raro contigit, ita in Republ. Romana singulare fuit. Nam civilibus bellicisque artibus totum tandem terrarum orbem suo subdidit imperio, ita ut tandem propria mole laboraret. Armorum itaque virtus Atheniensibus defuit, sive quod cæli clementia debilius animos excitaret, sive quod dicendo intenti rebus agendis impares essent. Quare aliquoties mutationem subiere, primo sub Macedonibus, deinde sub Rom. a Sylla imperatore cladem cruentam accepere. Urbe nimirum obsessa ita eos fame fatigavit, ut ne quidem humanis carnibus abstinuerint. Neque ventris furor satis gravis calamitas, nisi postea direpta urbs a ferocissimo milite in sanguine suorum civium natasset. Plurimi ne in hostium manus inciderent, sibi vim intulerunt. Urbs in urbe quærebatur, Piræum nobilissimum opus dirutum, vastatum, mœnia solo versa, quæ demum sub Valeriano restituta *Zonaras* tradidit. Tamdiu certe Athenarum autoritas adhuc stetit, quamdiu imperio Orientis aliquis honos reliquus. Donec lacerato imperio, primo Acciajolo Florentino urbs dedita, quæ familia usque ad Nerium imperavit, post cujus mortem per matrimonium viduæ Palmerio Veneto, dein Turcarum violentæ potentiæ cessit. Ex quo tempore Athenienses servitutem non tantum corporis, verum etiam animi quandam æruginem contraxere. Horrida nimirum barbaries, atque ignorantiæ immensus stupor illis locis incumbit, unde ipsa civilitas nata est. Inculta Turcarum illuvies ignem ingenii in universum obtudit. Fortuna ut plurimum adversa mentis alacritatem adimit, & qui servitute oppressi difficile ad humaniora studia animum accingunt. Musis libertas innata est. Vide de hodiernis Athenis *Epistolas Græcorum* ad Crucium.

ANTONII THYSII
COLLATIO
LEGUM ATHENIENSIUM
ET
ROMANARUM.

A Draconis Lex apud *Porphyrium*.

Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ατθίδα νεμομένοις, κύριος, τὸν ἅπαντα χρόνον θεὰς τιμᾶν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ ἑπομένοις νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν πελάνοις ἐπετείοις. Id est, *Lex est Atticam habitantibus perpetua & sempiterna, Deos colendos, atque heroas indigenas publice secundum patrias leges, privatim bonis verbis, primitiis frugum annuisque libis.*

Lex duodecim Tabularum.

Separatim nemo habessit Deos, neve novos, sed ne B *advenas nisi publice adscitos privatim colunto.*

Item:

Divos, & eos, qui cœlestes semper habiti, colunto, & ollos quos in cœlum merita vocaverunt; Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollucem, Quirinum: ast olla propter quæ datur homini ascensus in cœlum, mentem, virtutem, pietatem, fidem, earumque laudum, delubra sunto. Nec una vitiorum sacra solennia obeunto.

Item.

C *Feriis jurgia amovento, easque in famulis, operibus patratis habento, itaque ut ita cadat in annuis anfractibus, descriptum esto, certasque fruges certasque baccas sacerdotes publice libanto, hoc certis sacrificiis & diebus. Itemque alios addes, ubertatem lactis fœtusque servanto. Idque ne committi possit, ad eam rem & rationem cursus annuos sacerdotes finiunto.*

Ex *Hesychio Grammatico*.

Τὸν ἁλόντα θακεύοντα ἐν τῷ τεμένει τοῦ Απόλλωνος, ἑαυτὸν αἰτιάσασθαι καὶ θνήσκειν. Id est, *Si quis in fano Apollinis ventrem solverit, seipsum accuset, & mortis reus esto.*

Idem a Romanis observatum fere Persius ostendit D *Satyr.* I.

—— Heic, inquis, veto quisquam faxit oletum.

Pinge duos angues. pueri, sacer est locus. extra

Mejite.

Ex Demosthene *contra Neæram*.

Τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις ἐλθεῖν, ἐξεῖναι εἰς τὰ ἱερὰ δημοτελῆ, καὶ θεασαμένους καὶ ἱκετεύοντας εἰσιέναι. Id est, *Peregrinis & servis licitum esto ingredi sacra publica, vel videndi vel supplicandi causa.*

Item:

Τοὺς ἱκέτας εἶναι ἀσφαλεῖς.
Supplices inviolabiles sunto.

Justinianus *Institutionibus tit. de his qui sui vel alieni juris sunt.*

Sed & major asperitas dominorum ejusdem Principis constitutione coercetur: nam Antoninus consultus a quibusdam Præsidibus Provinciarum de his servis, qui ad ædem sacram vel ad statuam Principum confugiunt, præcepit, ut si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogant servos suos bonis conditionibus vendere.

Ulpianus *lib.* VIII. *de offic. Proconf. sive lege* II. *D. de his qui sunt sui vel alieni jur.*

Si Dominus in servos sævierit, vel ad impudicitiam turpemque violationem compellat: quæ sint partes Præsidis, ex rescripto Divi Pii ad Aelium Marcianum Proconsulem Beticæ manifestabitur. cujus rescripti verba hæc sunt: Dominorum quidem potestatem in suos servos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur his, qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt, & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami injuria affectos cognoveris, venire jube: ita ut in potestatem domini non revertantur. Vide & l. 3. 12. 13. 15. 19. 22. C. *de Sacrosf. Eccles.*

Corn. Tacitus *lib.* I. Annal. *c.* XXXIX.

Neque aliud Munatio Planco periclitanti subsidium quam castra primæ legionis. illic signa & aquilam amplexus religione se tutabatur: ac ni Aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi Romani, Romanis in castris, sanguine suo altaria Divum commaculavisset.

Ex Demosthene *contra Midiam*.

Μηδενὸς τοῖς μυστηρίοις ἐπιλαμβάνεσθαι. Id est, *Nemini mysteriorum diebus manum injicito.*

Imperatores Valentinianus, Theodosius & Arcadius *in l.* VII. *C. de Feriis.*

In quindecim autem Paschalibus diebus compulsio annonariæ functionis, & omnium publicorum & privatorum debitorum differatur exactio.

Constantinus Imp. *l.* I. *C. Thed. eod.*

Imperator Constantinus Augustus Helpidio. Sicut indignissimum videbatur diem solis venerationis suæ celebrem altercantibus, jurgiis & noxiis partium contentionibus occupari, &c. Vide Sozomenum *Historiæ Eccles.* lib. I. cap. VIII.

Et in *l.* X. *C. eod.*

Impp. Leo & Anthemius AA. Armasio Præf. Præt. Dominicum itaque diem semper honorabilem decernimus & venerandum, ut a cunctis executionibus excusetur: nulla quemque urgeat admonitio, nulla fide-

jussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit ille dies a cognitionibus alienus, præconis horrida vox silescat, respirent a controversiis litigantes, & habeant fœderis intervallum, ad sese simul veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur.

A

Idem Judæis indultum *l.* III. *C. Theodosiani eod.*

Die Sabbathi, ac reliquis, sub tempore quo Judæi cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid aut ulla ex parte conveniri debere præcipimus, cum fiscalibus commodis & litigiis privatorum constet reliquos dies sufficere.

B

Ulpianus *lib.* LXXVII. *ad Edictum, seu leg.* VI. *ff. de Feriis.*

Si feriatis diebus fuerit judicatum: lege cautum est, ne his diebus judicium fit, nisi ex voluntate partium. & quod aliter adversus ea judicatum erit, ne quis judicatum facere, neve solvere debeat: neve quis, ad quem de ea re in jus aditum erit, judicatum facere cogat.

C

Ulpianus *lib.* VII. *de offic. Proconsulis, sive lege* IX. *eod.*

Divus Trajanus Minucio Natali rescripsit, ferias a forensibus tantum negotiis dare vacationem: ea autem quæ ad disciplinam militarem pertinent etiam feriatis diebus peragenda: inter quæ custodiarum quoque cognitionem esse.

Ex Marcellino *in Hermogenem.*

Ἐν τοῖς θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. Id est, *Thesmophoriis* (sicut aliis nonnullis festis) *nexi vinculis solvuntor.*

D

Lex VIII. *Cod. Theodosiani de* Indulgentiis criminum.

Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodosius AAA. ad Neotherium PP. Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostræ perennitatis expectet: exequantur judices, quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies Paschalis extiterit, nullum teneat carcere inclusum, omnium vincula solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia lætitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? Quis non raptorem in summa quiete & gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit: patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulteratorque monetæ: homicida quod fecit, semper expectet: reus etiam majestatis de domino adversum quem falsa molitus est, veniam sperare non debet. * Vide quoque *leg.* III. IV. VI. VII. C. eod. & *leg.* III. C. de Episcop. Audient. Idem Judæis observatum *Matth.* XXVII. *vers.* 15. *Joh.* XVIII. *vers.* 39. *Num.* cap. XXXIX. Athenæus *lib.* XVI. Δειπνοσ. *cap.* XVII. apud Thessalos festo die, quem Peloro consecraverant, idem in usu fuisse tradidit.

E

F

Papinianus *leg.* VIII. *D.* ad *SCtum Turpilianum.*

Abolitio aut publice fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem. vel etiam ad placandum numen divinum. Livius *Decad.* I. lib. V.

Macer *lib.* I. *Publicorum.*

Vel ob rem prospere gestam. * quin etiam quoties lectisternia indicebantur, vinctis vincula adimebantur.

Ex Platonis *Phædone.*

Δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. Id est, *Neminem occidendum dum in Delum navigatur, antequam navigium redierit.* Constitutum hoc in honorem Apollinis Delii, quem tota Græcia summis semper coluit honoribus.

Livius lib. II. cap. XXXVI.

Mane servum quidam paterfamiliæ nondum commisso spectaculo sub furca cæsum medio egerat circo. Cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuisset; haud ita multo post T. Latinio de plebe homini somnium fuit. Visus Jupiter dicere, sibi ludis præsultatorem displicuisse: ni magnifice instaurarentur hi ludi, periculum urbi fore: iret, ea consulibus nunciaret. Vid. l. VII. de *offic. Procons.*

Ex Plutarcho in *Solone.*

Τῷ ἐν ἱεροῖς ἀγῶσιν νικήσαντι γέρας διδόναι. Id est, *Victori in sacris certaminibus præmium exhibetor.*

L. unica C. *de Athletis.*

Impp. Diocletianus & Maximinianus AA. & CC. Hermeti. Athletis ita demum, si per omnem ætatem certasse, coronis quoque non minus tribus certaminis sacri (in quibus vel semel Romæ, seu antiquæ Græciæ) merito coronati, non æmulis corruptis ac redemptis, probentur, civilium munerum tribui solet vacatio.

Modestinus *in L.* VI. *§.* XIII. *D. de Excusat.*

Athletæ habent a tutela excusationem, sed qui sacris certaminibus coronati sunt. Vide quoque *l.* IV. *D. de his qui notantur infamia.* Cæteroquin Scenici apud Romanos erant infames præter eos qui Atellanas docebant.

Ulpianus *in l.* II. *D. de his qui notantur infamia.*

Ait prætor, qui in scenam prodierit, infamis est. Scena est, ut Labeo definit, quæ ludorum faciendorum causa quolibet loco, ubi quis consistit moveaturque spectaculum sui præbiturus, posita sit in publico, privatove, vel in vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittantur: eos enim qui quæstus causa in certamina descendunt, & omnes propter præmium in scenam prodentes, famosos esse Pegasus & Nerva responderunt.

Excipiebantur Atellanarum actores.

Valerius Max. *lib.* II. *c.* I.

Atellani autem ab Oscis acciti sunt: quod genus delectationis Italica severitate temperatum, ideoque vacuum nota est: nam neque tribu movetur, neque a militaribus stipendiis repellitur.

Ex Demosthene *contra Midiam.*

Εὐκοσμίαν ἔχειν ἐν τοῖς θεάτροις. ἢ μὴ πείθοντα ἐξείργειν, ἢ ἐπιβολὴν ἐπιβάλλειν. Id est, *Modestiam in theatris servanto. qui secus faxit ejiciatur, vel multator pro ratione delicti.*

Leg. XXVIII. *§.* III. *D. de Pœnis.*

Solent quidam qui vulgo se juvenes appellant in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare. Quod si nihil amplius admiserint, nec ante sint a Præside admoniti: fustibus cæsi dimittuntur, aut etiam spectaculis eis interdicitur. Quod si ita correcti in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt. Nonnunquam capite plectendi, scilicet cum sæpius seditiose & turbalente se gesserunt, & aliquotiens adprehensi, tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseveraverint.

Ex Platonis *lib.* III. *de Leg.*

Περὶ τὴν μουσικὴν εὐτάκτως ἔχειν. Id est, *In Musica decorus ordo servator.*

Lex XII. *Tabularum.*

Ludis publicis, quod sine curriculo & sine corporum certatione fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus & tibiis moderanto, eamque cum divum honore jungunto.

Ex Polluce *lib.* VI. *cap.* VII.

Τοὺς παρασίτους ἐπὶ τὴν τοῦ ἱεροῦ σίτου ἐκλογὴν αἱρεῖσθαι. Id est, *Epulones ad sacri frumenti collectionem eliguntor. Nota.* Arva quædam diis consecrabantur, ex quorum fructibus oblationes faciebant. Vide Pausaniam in *Atticis*. Similis fuit apud Romanos septemviratus Epulonum, quod genus erat sacerdotii, additum Pontificibus, qui epularum rationem, atque viscerationem in honorem Deorum immortalium procurabant. Cujus mentionem fecere M. Tullius Cicero *oratione Philippica duodecima*, & lib. XV. *Epist.* ad Attic. Ep. XIX. item Gellius *lib.* I. *cap.* XII. Plin. *lib.* II. *Ep.* XI. aliique. Huc pertinet quoque Lex. XX. *§.* I. ff. de *Annuis Leg.*

Attia fideicommissum his verbis reliquit: quisquis mihi hæres erit, fidei ejus committo, uti det ex reditu cœnaculi mei & horrei post obitum sacerdoti & hierophylaco & libertis qui in illo templo erunt, denaria decem die nundinarum, quas ibi posui.

Ex Andocide *de Mysteriis.*

Οὐκ ἐξεῖναι θεῖναι ἐπ' ἀνδρὶ νόμον, ἐὰν μὴ ἑξακισχιλίοις δόξῃ. Id est. *Legem de singulari aliquo ne rogato, nisi sex millibus ita visum.*

Lex duodecim Tabul.

Privilegia ne deroganto nisi magno comitiatu. * Ad quem locum Cicero *lib.* III. de Leg. *cap.* XIX. *In privatos homines leges ferri noluerunt: id enim est privilegium. quo quid est injustius? cum legis hæc vis sit. Scitum est jussum in omnes. Ferri de singulis nisi comitiis centuriatis noluerunt. Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus.* Vide tamen l. V. de *Captivis*, & l. ult. *de Legat.* Notanda autem hic comitiorum distinctio ex Aulo Gellio *lib.* XV. *cap.* XXVII. *Cum enim*, inquit, *ex generibus omnium suffragium feratur, curiata comitia esse: cum ex censu & ætate centuriata, tum ex regionibus & locis tributa.*

Ex Plutarcho in *Solone.*

Τοὺς θῆτας μὴ ἄρχειν οὐδεμίαν ἀρχήν. Id est, *Plebeii nullam magistratum gerunto.* * Notandum autem pro ratione census apud Athenienses quatuor hominum ordines fuisse, Pentecostomedimnos, Equites, Zygitas, & Proletarios. Proletarios tamen in concione sua tulisse suffragia, *Plutarchus* testatur.

A

Idem *Plutarchus.*

Τοὺς εὐπατρίδας γινώσκειν τὰ θεῖα, καὶ παρέχειν ἄρχοντας, καὶ νόμων διδασκάλους εἶναι, καὶ ὁσίων καὶ ἱερῶν ἐξηγητάς. Id est, *Patricii sacra & magistratus obeunto, eorumdemque interpretes sunto.*

Romuli Lex *ex* Dionysio Halicarnasseo *lib.* II.

Patricii sacra faciunto, magistratum gerunto, juditia exercento. * Primo magistratus tribunitius sive plebejus anno CCLX. creatus, qui tandem quotidianis contra Patricios machinationibus eo abiit

B

potentiæ, ut cunctos magistratus ad se traheret, uti natura fere ita comparatum est, ut inferiora, si vim accipiant, superiora ex suo detrudant fastigio, atque illi imperent, quibus parere tantum concessum erat. Ipsum hoc docet humanum corpus. Ubi affectus rationi imperare cœpit, paulatim ipsam animam divinæ particulam auræ ex arce sua præcipitat, & infectissimo suo cæno contaminat.

Ex Platone *lib.* XI. de Leg.

Ἐξεῖναι τοῖς γονεῦσιν, υἱὸν ἀποκηρύττειν δι' ἁμαρτημάτων. Id est, *Licitum est parentibus propter pecca-*

C

ta filium abdicare.

Improbarunt quidem hanc legem Impp. Diocletianus & Maximianus *in leg.* VI. C. de patria potestate.

Alienatio quæ Græco more ad alienandos liberos usurpabatur, & ἀποκήρυξις dicitur, Romanis legibus improbatur. * Ablegationis tamen exempla *Valerius Maximus* tradidit, atque exhæredatio similitudinem quandam cum abdicatione habuit, cum abdicatus neque generis neque bonorum patriorum esset

D

particeps.

Ex Plutarcho in *Solone.*

Οὐκ ἐξεῖναι θυγατέρας ἢ ἀδελφὰς πωλεῖν, ἐὰν μὴ διὰ πορνείας. Id est, *Non licet filiam vel sororem vendere, nisi ob scortationem.*

Lex X. *C. de* patria potest.

Imperator Constantinus Aug. ad Maximum P. V. Libertati a majoribus tantum impensum est, ut patribus, quibus jus vitæ in liberos necisque potestas olim erat permissa, libertatem eripere non liceret. * Excipiebatur nimia parentum paupertas.

E

Imperator Constantinus *leg.* II. *C. de* Patribus qui filios distrax.

Si quis propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa filium filiamve sanguinolentos vendiderit, venditione in hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi ejus servitii habeat facultatem. Liceat autem ipsi qui vendidit vel alienatus est aut cuilibet alii ad ingenuitatem eum propriam repetere, modo si aut pretium afferat quod potest valere, aut mancipium pro ejusmodi præstet.

F

Ex Diogene Laertio in *Solone.*

Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. Id est, *Si quis parentes non aluerit, ignominia notator.*

L. V. *§.* XIII. *D. de* agnosc. & alendis liber.

Iniquissimum est patrem egere, cum filius sit in facultatibus.

Lex. I. *C. de* alend. liber.

Imperator Antoninus Pius Augustus Basso. Parentum necessitatibus liberos succurere justum.

Lex. II. *C. eod.*

Divi fratres & AA. Celeri. Competens judex a filio te ali jubebit, si in ea facultate est ut tibi alimenta præstare possit.

Ex Harpocratione *in vocabulo* προςάτης,

Αναγκαῖον ἦν ἑκάςῳ τῶν μετοίκων πολίτην τινὰ Ἀθηναῖον νέμειν προςάτην. Id est, *Necessarium est singulis inquilinis civem aliquem Atheniensem patronum eligere.*

Dionysius Halicarnasseus *lib.* II. *in Romulo.*

Παρακαταθήκας δὲ ἔδωκε τοῖς πατρικίοις τοὺς δημοτικοὺς, ἐπιτρέψας ἑκάςῳ τῶν ἐκ τοῦ πλήθους ὃν αὐτὸς ἐβούλετο νέμειν προςάτην. Id est, *Constituit vero singulis patriciis suos clientes, jubens ut unusquisque ex multitudine aliquem sibi eligeret patronum.*

Servius *ad* VI. *Aen.* hanc legem Romuli citat.

Patronus si clienti fraudem faxit sacer esto.

Ἀπελευθερωθέντας ἐὰν μὴ ποιῶσιν ἃ κελεύονται οἱ νόμοι, δούλους εἶναι. Id est, *Si liberti non præstiterint patronis quæ leges jubent, in servitutem rediguntor.*

Tacitus *lib.* XIII. Annalium *cap.* XXVI. ubi coram senatu actum refert, an eadem pœna ingratis libertis infligenda esset, ita inquit.

Quibusdam coalitam libertate irreverentiam eo prorupisse frementibus, vi an æquo cum patronis jure agerent, sententiam eorum consultarent, an verberibus manus ultro intenderent, impellerentve pœnam suam dissuadentes. Quid enim aliud læso patrono concessum, quam ut vicesimum ultra lapidem in oram Campaniæ libertum releget? Cæteras actiones promiscuas & pares esse. Tribuendum aliquod telum quod sperni nequeat.

Lex V. *D. de* Jure Patronatus.

Divus Claudius libertum, qui probatus fuerit patrono delatores summisisse, qui de statu ejus facerent ei quæstionem, servum patroni jussit esse eum libertum. Vide & *leg.* I. *eod.*

Lex VI. *§.* I. *ff. de* agnosc. liber.

Imperatoris Commodi constitutio talis profertur: cum probatum sit, contumeliis patronos a libertis esse violatos, vel illata manu atroci esse pulsatos, aut etiam paupertate vel corporis valetudine laborantes relictos: primum eos in potestatem patronorum redigi, & ministerium dominis præbere cogi: sin autem nec hoc modo admoneantur: vel a præside emtori addicentur, & pretium patronis tribuetur.

* Quin & Libertorum liberi servituti addicebantur. unde dixit Imp. Constantinus in *leg.* II. *C.* de libertis & eorum liberis, filiis etiam qui post retractum in servitutem patrem nati fuerint serviturис.

Τυραννοκτόνῳ διδόναι τὴν δωρεάν. Id est, *Tyrannicidæ præmium decernitor.*

Herodes Atticus *apud* Gellium *lib.* IX. *cap.* VI.

Majores autem mei Athenienses nomina juvenum fortissimorum Harmodii & Aristogitonis, qui libertatis recuperandæ gratia Hippiam tyrannum interficere adorti erant, ne umquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt. Quoniam nefas duxerant, nomina patriæ libertati devota servili contagio pollui. Vide *tit.* de crim. Majest. in Jure Romano.

Ex Ulpiano *ad Midianam.*

A Ο μὲν τοῖς Ἄρχουσι τῆς πόλεως ἀπειλῶν ἢ λοιδορούμενος, ἐφ' οἷς θάνατος ὥρισαι. Id est, *Qui magistratu urbis minatur, vel in eundem convitia effundit, iis pœna mortis constituta est.*

* Idem jure Civili, si convitia dedita opera facta fuerint, observatum est: nisi quod Imperatores Theodosius, Arcadius & Honorius ita Rufino rescripserint in *leg. unica C. Si quis Imperatori maledixerit: maledictum si ex levitate processerit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ab injuria, remittendum.*

Ex Demosthene *in Leptinem.*

B Δεύτερον συνδικῆσαι κωλύεται τις Id est, *Bis civitatis syndicum agere in rebus vetitis habetur.*

Lex XVI. *§.* III. *D.* de muner. & honor.

Defensionem Reip. amplius quam semel suscipere nemo cogitur.

Ex Terentio qui *in Phormione* Apollodori fabulam expressit.

In jus vocare aliquem manum injectione licitum est.

C * Hinc illa lex Decemviralis. *Si in jus vocat, nei it, antistator, igitur im capito si calvitor, pedemve struit, manum endo jacito.* nisi quod de domo in jus rapi nemo possit.

Lex XVIII. *D.* de in jus vocando.

Plerique putaverunt nullum de domo sua in jus vocari licere: quia domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit: eumque qui inde in jus vocaret, vim inferre videri.

Ex Ulpiano *in Midianam.*

D Τὴν δίκην καταφεύγοντας, καὶ μὴ ἀπαντῶντας εἰς τὴν κυρίαν, ἐρήμην ἀλίσκεσθαι. Id est, *Qui in judicium vocatus non venerit, eremodicii damnator.*

Lex XII. *D.* Si quis in jus vocatus non ierit.

Ex quacunque causa ad Prætorem vel alios qui jurisdictioni præsunt in jus vocatus venire debet, ut hoc ipsum sciatur an jurisdictio ejus sit. addit tamen *Lex* VII. *§.* XII. *D.* de minorib. XXV. annis.

Constat, omnis ætatis hominibus restaurationem eremodicii præstari, si se doceant ex justa causa abfuisse.

Ex Polluce *lib.* VIII. *cap.* VI.

E Προωμοσία γενέσθω, καὶ ἀντωμοσία. Id est, *Actor & reus ante litem contestatam juranto.*

Justinianus in *l.* II. *D.* de Jurejur. propter calumniam dando.

*Sancimus, non aliter neque actorem neque fugientem in primordio litis exercere certamina, nisi post narrationem & responsionem, antequam utriusque partis advocati sacramentum legitimum præstent, & ipsæ principales personæ subeant jusjurandum. Et actor quidem juret, non calumniandi animo litem se movisse, sed existimando bonam causam habere. Reus autem non aliter suis allegationibus utatur, nisi prius & ipse jura*F *verit, quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit.*

Ex Stobæo *sermone* I.

Τὴν ἐσχάτην ὥραν εἶναι τὸν ἥλιον. Id est, *Cum sol occidit, suprema tempestas esto.*

Lex XII. *Tabularum*.

Ante meridiem causam conscito, cum perorant, ambo præsentes: post meridiem præsenti litem addicito: si ambo præsentes, sol occasus suprema tempestas esto.

Ex Demosthene *κατὰ Στεφάνε*.

Τὸν συνήγορον ἐδεῖ λαμβάνειν χρήματα ἐπὶ ταῖς δίκαις. id est *Advocatus pecuniam non accipiat litis causa.* * Idem vetuit Lex Cincia, ut constat ex *lib.* XI. Ann. Taciti. Dein hæc Lex lata.

Lex II. *§*. X. *&* XII. *D.* de extraord. cognit.

In honorariis Advocatorum ita versari debere judicem rescripto Imperatoris nostri & patris ejus continetur, ut pro modo litis, proque Advocati facundia, & fori consuetudine, & judicii in quo erat acturus, æstimationem adhibeat: dummodo licitum honorarium quantitas non egrediatur. Licita autem quantitas intelligitur pro singulis causis centum aureos. * Contra infidæ advocationes puniuntur *Leg.* XVI. de Pœnis.

Ex Aristot. *lib.* I. Rhet. *cap.* XXVI.

Μὴ συντίθεται παρὰ τὸν νόμον. Id est, *nullus contractus ineatur contra Leges.*

Lex VII. *§*. VII. *D.* de Pact.

Pacta conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus leges, plebescita, senatusconsulta, edicta Principum, neque quo fraus cui eorum fiat facta, servabo.

Ex Demosthene *in Midiana*.

Ἐξέσω πᾶσιν αἱρεῖσθαι ὃν ἂν βέλωνται διαιτητὴν, καὶ μενέτωσαν ἐν τῷ κριθέντι. Id est, *Licet omnibus eligere arbitrum quem velint, sententiaque rata esto.*

Ulpianus *in leg.* VII. *D.* de Recept. Arbitr.

Pedius libro nono & Pomponius libro trigesimo tertio scribunt, parvi referre, ingenuus quis an libertinus sit, integræ famæ quis sit arbiter, an ignominiosus. In servum Labeo compromitti non posse libro undecimo scribit. & est verum.

Lex XXVII. *§*. II *D.* de Recept. arbitr.

Quare stari debet sententiæ arbitri, quam de re dixerit: sive æqua sive iniqua est: & sibi imputet qui compromisit. Nam & Divi Pii rescripto adjicitur: vel minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet.

Ex Demosthene *πρὸς Τιμόθεον*.

Τὰς δέλες ἐκ ἔχειν μαρτυρίαν. Id est *Servis testimonii dictio non esto.* * Quod & Terentius in *Phormione* Appollodori *comœdia* expressit, *servum hominem causam orare leges non sinunt, neque testimonii dictio est.*

Lex VI. *D.* De Testibus.

Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest ut testes fiant. Vide tamen *l.* VII. de Reg. Jur. & *l.* VII. *D.* de Probat.

Ex Demosthene *πρὸς Ἄφοβον*.

Ψευδομαρτυρῶντες, περὶ χρημάτων καὶ περὶ ἀτιμίας κινδυνεύουσι. Id est, *Qui falsum dixerint testimonium, de bonis & honore periclitantur.*

Gellius *lib.* XX. *cap.* I.

An putas, Phavorine, si non illa etiam ex XII. *tabulis de testimoniis falsis pœna abolevisset, & si nunc quoque ut antea qui falsum testimonium dixisse convictus esset, e Saxo Tarpejo dejiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos quam videmus?*

Lib. V. sententiarum Pauli *tit.* XXV. *ad l.* Cornel. Testam.

Qui ob falsum testimonium perhibendum, vel verum non perhibendum, pecuniam acceperit, dederit, judicemve ut sententiam ferat, vel non ferat corruperit, corrumpendumve curaverit, humiliores capite puniuntur, honestiores publicatis bonis cum ipso judice in insulam deportantur. Vide quoque *l.* XIV. de testibus, & *leg.* XIV. C. eod. & *Leg.* XXXIII. D. de Re Jud.

Ex Plutarcho in *Solone*.

Ἐάν τις φρέαρ παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ὀργυιὰν ἀπολείπειν. Ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα διὰ βάθος παρ᾽ ἑαυτοῖς μὴ εὕρωσιν ὕδωρ, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντες. Ἐάν τις τάφον ἢ βόθρον παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος αὐτοῦ ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν. Ἐάν τις αἱμασίαν παρ᾽ ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. Ἐὰν δὲ τείχιον, πόδα ἀπολιπεῖν, ἐὰν δ᾽ οἴκημα, δύο πόδας. Ἐλαίαν δὲ καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας. ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν, τὰ δὲ ἄλλα δένδρα πέντε πόδας. Id est, *Si quis puteum prope alterius agrum fodiat, orgyiæ medium interlinquito spatium. Si quis fodiens puteum decem orgyias profundum aquam non invenerit, jus illi sit accipere a vicino urnam hexachoum singulis diebus. Si quis fossam aut sepulchrum juxta vicini agrum fodiat, tantum spatii relinquat, quanta fuerit ejus profunditas. Si quis sepem prope alterius prædium construat, limite ne excedito; si murum quidem, spatium pedis, si tugurium, duorum pedum intervallum relinquito. oleam & ficum ab alterius prædio novem pedum interstitio serito: reliquas arbores, quinque.*

Gajus *lib.* IV. *ad leg.* XII. *Tabular. sive Lex* XIII. *D.* finium regund.

Sciendum est, in Actione finium regundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quam Athenis Solon dicitur tulisse. Nam illis ita est, &c.

Ex Lysia *κατὰ σιτοπωλῶν*.

Μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει πλείω σῖτον πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι, εἰ μὴ θάνατος ἔσω ἡ ζημία. Id est, *Nemo incolarum Atheniensium plus frumenti quam quinquaginta phormas* (ignotum hoc mensuræ genus) *coemito, sin secus faxit, morte multator.*

Ulpianus in *l.* VI. *ff.* de extraordinariis criminibus.

Annonam attemptare & vexare vel maxime Dardanarii solent, quorum avaritiæ obviam itum est tam mandatis, quam constitutionibus. Mandatis denique ita cavetur: præterea debebis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sint, ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut a locupletioribus, qui fructus suos æquis pretiis vendere nollent, dum minus uberes proventus expectant, ne annona oneretur. Pœna autem in hos varia statuitur. nam plerumque si negociantes sint, negotiatione iis tantum interdicitur, interdum & relegari solent, humiliores ad opus publicum dari.

Quin & omnia Monopolia prohibuit Imp. Zeno in *l.* VII. *C.* de Monop.

Probibemus, ne quis cujuscunque vestis, vel piscis, vel pectinum forte, aut echini, vel cujuslibet alterius ad victum vel ad quemcumque usum pertinentis speciei, vel cujuslibet materiæ, pro sua autoritate, vel sacro jam elicito aut in posterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione vel sacra nostræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: neve quis illicitis babitis conventionibus conjuret aut paciscatur, ut species diversorum corporum negociationis non minoris quam inter se statuerint, venundentur, &c. Et mox: *si quis autem monopolium ausus fuerit exercere, bonis propriis exspoliatus perpetuitate damnetur exilii.*

Lex Solonis.

Εταιρίαν ἔχειν ἔξεστι, εἰ μὴ ἀπογορεύσῃ δημόσια γράμματα. Id est, *sodalitium babere licitum, nisi contra publicas leges peccetur.*

Gajus *lib.* IV. *ad LL.* 12. *Tabb. sive in l.* 4. *ff.* de colleg. & corpor.

Sodales sunt qui ejusdem collegii sunt, quam Græci ἑταιρίαν *vocant. His autem potestatem facit Lex, pactionem, quam velint, sibi ferre: dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed bæc lex videtur ex Lege Solonis translata esse. Nam illic ita est:* ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἱερῶν ὀργίων, ἢ ναῦται, ἢ σύσσιτοι, ἢ ὁμόταφοι, ἢ θιασῶται, ἢ ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, ἢ εἰς ἐμπορίαν, ὅ, τι ἂν τούτων διαθῶνται πρὸς ἀλλήλους, κύριον εἶναι, ἐὰν μὴ ἀπαγορεύσῃ δημόσια γράμματα. Id est, *si autem plebs, vel fratres, vel sacrorum sacramentales, vel nautæ, vel confrumentales, vel qui in eodem sepulcbro sepeliuntur, aut tbiasotæ, quippe simul ad negotiandum proficiscuntur, quicquid bi disponent, id firmum sit, nisi boc publicæ leges probibuerint.*

Lex 1. *§.* 1. Quod cujusc. univers.

Quibus autem permissum est corpus babere collegii, societatis, sive cujusque alterius eorum nomine: proprium est ad exemplum Reipubl. babere res communes, arcam communem, & actorem sive syndicum, per quem tanquam in Republica quod communiter agi fierique oporteat, agatur fiat. * Arcæ communi Eranos sive stipes sodalium respondet apud Athenienses.

Ex Laertio in *Solonis vita*, lib. I. cap. LVI.

Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν. Id est, *tutor pupilli matrem in uxorem non ducito.*

Simile quid *in l.* XV. de sponsalibus.

Tutor factam pupillam suam, nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonium adjungere potest.

L. VII. *ad l.* Juliam de Adulter.

Qui pupillam suam duxit uxorem contra Senatusconsultum, nec matrimonium est boc, & potest adulterii accusari qui tutor vel curator fuit, & infra vicesimum sextum annum duxit uxorem, non a patre desponsam vel destinatam, vel testamento denominatam.

Ex Lysia *pro Eratostbene.*

Εάν τις μοιχὸν λάβῃ, ὅτι ἂν βούληται, χρῆσθαι. Id est, *Si quis adulterum deprebenderit* (in ipso opere,) *de eo statuat quod ipsi lubitum est.*

Nicostratus.

Καὶ φοβείσθω τὸ ὄνομα τῆς μοιχείας, εἴγε ταύτῃ μέλλει ζῆν καὶ μὴ ἀποφάττεσθαι. Id est, *Et metuat crimen adulterii, si vitam diligat, neque occidi velit.*

Lex XII. Tabb.

Adulterii convictam vir & cognati uti velint necanto.

Papinianus *leg.* 20. *D. ad l. Jul.* de Adulter. coercendis.

Patri datur jus occidendi adulterum cum filia quam in potestate babet.

Constantinus *in l.* 30. *§. fin.* ad L. Juliam.

Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.

Fuisse autem modo capitalem, modo non capitalem adulterii pœnam apud Athenienses & Romanos, ex antiquis monumentis constat. nam apud Demosthenem *oratione* in Neæram alterius quam capitalis pœnæ fit mentio. Ita enim loquitur. Επειδὰν δὲ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ· ἐὰν δὲ εἰσίῃ, νηποινεὶ πασχέτω ὅτι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. Id est, *Si quis autem mulierem in adulterio deprebenderit, eam sibi in matrimonio retinere licitum non est, nisi ignominiæ notam incurrere velit. Mulieri autem adulteræ non liceat sacra publica adire, sin secus faxit, excepta morte, impune quævis illi pœna irrogator.*

Ex Antiph. περὶ τοῦ Ηρώδου φόνου.

Τὸν ἐκ τῆς προνοίας ἀποκτείναντα, θανάτῳ ζημιοῦσθαι. Id est, *Si quis bominem consulto occiderit, capite puniatur.*

Lex Numæ.

Si quis bominem liberum sciens dolo neci duit, parricida isto.

Martianus *l.* 3. *§. legis Corneliæ, D. ad l. Corn.* de Sicar.

Legis Corneliæ de sicariis & veneficis pœna, insulæ deportatio est, & omnium bonorum ademptio. Sed solent bodie capite puniri: nisi bonestiore loco positi fuerint. vide tot. tit. ad l. Corneliam *de Sicar.*

Ex Demosthene in *Aristocratem.*

Εάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, τούτου ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα. Id est, *Si quis aliquem consulto in certaminibus occiderit, vel in itinere prostraverit, vel in bello imprudens interfecerit, ob illam cædem fugere quis non tenetur.*

Ulpianus *l.* 7. *§.* Siquis in coll. *D. ad leg. Aquil.*

Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles, dum inter se exercentur, alius alium occiderit:

rit: si quidem in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia. Quia gloriæ causa & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum.

Idem *l.* 9. *§. finali d. tit.*

Si per lusum jaculantibus, servus fuerit occisus, Aquiliæ locus est. Sed si, quum alii in campo jacularentur, servus per eum locum transierit, Aquilia cessat. Quia non debuit per campum jaculatorum iter intempestive facere. Qui tamen data opera in eum jaculatus est, utique Aquilia tenebitur.

Alphenus, *l.* 32. *§. fin. D.* ad legem Aquiliam.

Quum pila complures luderent, quidam ex his servulum, quum pilam percipere conaretur, impulit: servus cecidit, & crus fregit. Quærebatur an dominus servuli lege Aquilia, cum eo cujus impulsu ceciderat, agere potest. Respondi, non posse: quum casu magis quam culpa videretur factum.

Item *Instit. §.* Ac ne is quidem. *De lege Aquilia.*

Ac ne is quidem lege Aquilia tenetur qui casu occidit: si modo culpa ejus nulla inveniatur. Nam alioqui non minus ex dolo quam ex culpa quisque hac lege tenetur. Itaque si quis dum jaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecerit: distinguitur. Nam si id a milite in eo campo ubi solitus est exercitari, admissum est, nulla culpa ejus intelligitur: si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit. Item, si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occiderit: si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit ut casus evitari posset, culpæ reus est: sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator: Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsum a via forte vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo jus erat versandi.

Ex Demosthene.

Δικάζειν δὲ τὴν βελὴν τὴν ἐν Αρείῳ πάγῳ φόνε καὶ τραύματος ἐκ προνοίας. καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τὶς ἀποκτείνῃ δὲς. Id est, *Senatus Areopagiticus judicet de cæde & vulnere ex consulto facto, de incendio, venenis, quibus propinatis hominem aliquem occiderit.*

Marcianus, *L.* 1. *D. Ad legem Corn.* de Sicariis.

Lege Cornelia de sicariis & veneficis tenetur qui hominem occiderit: cujusve dolo malo incendium factum erit: quive hominis occidendi furtive faciendi causa cum telo ambulaverit: quive, quum magistratus esset, publicove judicio præesset operam dederit quo quis falsum judicium profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur. Præterea tenetur qui hominis necandi causa venenum confecerit, dederit: quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur.

Idem Mart. *l.* 3. *tit. eodem.*

Ejusdem legis Corneliæ de sicariis & veneficis capite quinto, qui venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. Ejusdem legis pœna afficitur, qui in publicum male medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit.

Tom. V.

Martianus, *l.* 1. *§.* Divus Hadrianus, *D. ad leg. Corn.* de Sicariis.

Divus Hadrianus rescripsit, eum qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse: &, qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occidat, pro homicida damnandum. Et ex re constituendum hoc. Nam si gladium strinxerit, & in eo percusserit, indubitate occidendi animo id eum admisisse: sed si clavi percussit aut cucuma, in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo: leniendam pœnam ejus qui in rixa casu magis quam voluntate homicidium admisit.

Lex Draconis.

Εάν τις ἀποκτείνῃ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἢ ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ. τέτε ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα. Id est, *Siquis occiderit deprehensum super uxore, vel super sorore, vel super filia, vel super concubina, aut ea quam ad suscipiendos ingenuos liberos habeat: ob hac qui cædem fecerit, ne exulato.*

Ulpianus, *l.* 23. *D. ad legem Juliam* de adulteriis coercendis.

Quod ait lex, In filia adulterium deprehenderit, non otiosum videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam cum adultero deprehendat. Labeo quoque ita probat. Et Pomponius ita scripsit, in ipsis rebus venereis deprehensum occidi. Et hoc est quod Solo & Draco dicunt ἐν ἔργῳ. Sufficit patri si eo tempore habeat in potestate, quo ocidit, non quo in matrimonio collocavit. Finge enim, postea redactam in potestatem. Quare non ubicumque deprehenderit pater, permittitur ei occidere, sed domi suæ generive tantum. Illa ratio redditur, quod majorem injuriam putavit legislator, quod in domum patris aut mariti ausa fuerit filia alterum inducere.

L. ead. §. Quod ait.

Quod ait lex, In Continenti filiam occidas, sic erit accipiendum, ne, occiso hodie adultero, reservet, & post diem filiam occidat: vel contra. Debet enim prope uno ictu & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta. Quod si non affectavit, sed, dum adulterum occidit, profugit filia: & interpositis horis apprehensa est a patre qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse.

Macer *l.* 24. *tit. eod.*

Marito quoque adulterum uxoris suæ occidere permittitur: sed non quemlibet, ut patri.

Papinianus, *l.* 38. *D.* Ad *legem Jul. de* adult.

Imperatores Marcus Antoninus & Commodus filius rescripserunt, Si maritus uxorem in adulterio deprehensam, impetu tractus doloris, interfecerit: non utique legis Corneliæ de Sicariis pœnam excipiet. Nam & divus Pius in hæc verba rescripsit Apollonio, Et qui uxorem suam in adulterio deprehensam occidisse se non negat, ultimum supplicium remitti potest: quum sit difficile, justum dolorem temperare,

Draconis Lex.

Εἀν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως, εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νηποινεὶ τεθνάτω. Id est, *Siqui*

dem violentas & injurias manus inferentem, in continenti causa defensionis occiderit, impune occisus esto.

Ex Legib. Tab. XII.

Si nox furtum faxit, & im aliquis occisit, jure cæsus esto.

Ulpianus, *l.* 4. *D.* ad legem Aquiliam.

Si servum tuum, latronem, insidiantem mihi, occidero, securus ero. Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere.

Quibus subjungit.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit: ut tamen idipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat: ut tamen æque cum clamore testificetur.

Idem, *l.* 5. *tit. eod.*

Sed & si quemcumque alium ferro se petentem quis occiderit, non videbitur injuria occidisse: &, si metu, quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem, quum posset apprehendere, maluit occidere: magis est ut injuria fecisse videatur. ergo & Cornelia tenebitur.

Impp. Valent. Theodos. & Arcad. *l.* 1. *C.* quando liceat unic. se sine judice vindicare.

Liberam resistendi cuncti tribuimus facultatem: ut quicunque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit aut itinera frequentata insidiis aggressionis obsederit, permissa cuicunque licentia, digno ilico supplicio subjugetur; ac mortem quam minabatur excipiat, & id quod intendebat incurrat.

Gordianus, *l.* 2. *C. ad legem Corn.* de Sic.

Si quis aggressorem vel quemcunque alium in dubio vitæ discrimine constitutus occiderit, nullam ob id factum calumniam metuere debet.

Idem *l.* 3. *tit. eod.*

Si quis percussorem ad se venientem, gladio repulerit, non ut homicida tenetur, quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur.

Gallienus, *l.* 4. *tit. eod.*

Si (ut allegas) latrocinantem peremisti, dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, jure cæsum videri.

Ex Pausania Historico.

Τοὺς πρὸς τὸν βωμὸν ἐλέου καταφεύγοντας ἀσυλίαν ἔχειν. Id est, *Qui ad aram misericordiæ fugiunt, jus asyli habento.*

Impp. Arcad. & Honorius in *l.* III. *C.* de iis qui confugiunt ad Ecclesias.

Ἀνεῴχθησαν τοῖς αἰδέουσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ. οὐ γὰρ μόνα τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸ εὐκτήριον ναὸν τὸν τεττάρων τῶν τειχῶν περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ' εἴτι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἐλέου βωμὸν τοῖς προσφεύγουσιν εἶναι προστάττομεν. ὥς τε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσδιώτας πρόσφυγας, καθ' ὁμοιότητα τοῦ ναοῦ, φυλάττειν, καὶ μηδένα τοῖς ἱεροσύλοις ἐπιβάλλειν χεῖρας. Id est, (juxta vulgarem interpretationem.) *Pateant summi Dei templa timentibus. Non enim sola altaria & oratorium templi circumjectum, qui ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita: sed usque ad extremas fores ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse præcipimus: ut, inter templum, quod parietum descripsimus cinctu, & post loca publica, & januas primas ecclesiæ quicquid fuerit interjacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur: nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere,* &c.

Sed & *l.* 2. *tit. eod.* Impp. Honor. & Theod.

Fideli devotaque præceptione sancimus; nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere: sub hac videlicet definitione, ut, si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se majestatis crimine esse retinendum.

In præcedente autem *lege* Impp. Arcadii & Honorii, *quæ* prima est, Judæos hoc confugiendi more abuti solitos esse dicitur: & adversus hunc abusum ita cavetur.

Judæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati, simulant se Christianæ legi velle conjungi, ut ad ecclesias confugientes evitare possint crimina, vel pondera debitorum: arceantur, nec ante suscipiantur quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati.

Ex Plutarcho in *Solone*.

Κύνα δακόντα παραδοῦναι κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. Id est, *Canem, qui momorderit, catena quatuor cubitorum vinctum noxæ exhibeto.*

Hinc apparet Solonem quoque proculdubio de quadrupede pauperiem faciente cavisse.

Instituit. *Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.*

Animalium nomine quæ ratione carent, si qua lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim Tabularum prodita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim Tabularum scripta est: ut puta,

Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit.

Hæc autem actio in iis quæ contra naturam moventur, locum habet: cæterum si genitalis sit feritas, cessat actio. Denique si ursus fugerit a domino, & sic nocuerit: non potest quondam dominus conveniri: quia desiit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

A

Quin & de inanimatis lex lata a Dracone, ut constat ex Demosth. *Orat.* in Aristocratem.

Εαν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤτι τοιῦτον, ἐμπεσὸν πετάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δὲ εἰδῇ καὶ ἔχῃ τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον, τέτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. Id est, *Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam, delapsum, percusserit: atque aliquis a quo id conjectum sit ignoret, ipsum vero norit & habeat telum quo cædes facta est: bis rebus in hoc loco judicium dictatur.*

B

Ex Diogene Laertio in *Solone*, lib. I. c. LVII.

Εὰν μὲν ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχοντος ἐκκόψῃ τις ἀντικόπτειν τὰς δύο. Id est, *Si quis unoculo oculum ejecerit, duos amittat.* Jus talionis in genere hic tangit.

Lex Decemviralis.

Si membrum ruperit, ni cum eo pacit, talio esto.

C

Honorius & Theodosius *Aug.* in *l.* XVII. *c.* de Accusat.

Non est impunita mentiendi libido, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii. Habuit tamen jus talionis suas difficultates, unde egregie.

Gellius *lib.* XX. *cap.* I.

Nonnulla autem in istis legibus nec consistere quidem (sicuti dixi) visa sunt. Velut illa lex talionis, cujus verba (nisi memoria me fallit) hæc sunt: Si membrum rupit meum, e pacto talio esto. D *Præter enim ulciscendi acerbitatem, ne procedere quoque executio juxta talionem potest. Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit: quæro an efficere possit, rumpendi pariter membri æquilibrium: In qua re primum ea difficultas est inexplicabilis. Quid si membrum, inquit, alter imprudens ruperit? Quod enim per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus & consultus, non cadunt sub ejusdem talionis similitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterat imitari, qui in exequenda talione non licentiæ jus habet, sed imprudentiæ?* E *Sed & si prudens ruperit, nequaquam patietur, aut altius se lædi, aut latius: quod cujusmodi libra, atque mensura caveri possit, non reperio. Quinetiam si quid plus erit, aliterve commissum, res fiet ridiculæ atrocitatis: ut contraria actio mutuæ talionis oriatur, & adolescat infinita quædam reciprocatio talionum.*

Et mox *eod. cap.* I.

Quibusdam autem injuriis talionem quoque apposuerunt. Quam quidem tu talionem, vir optime, iniquius paulo insectatus es: ac ne consistere quidem dixisti, lepida quadam solertia verborum: quoniam F *talioni par non sit talio: neque rumpi membrum facile possit. ad alterius rupturæ (ut ais tu) æquilibrium. Verum est, mi Phavorine talionem rarissimam fieri difficillime. Sed Decemviri minuere, atque extinguere volentes hujuscemodi violentiam pulsandi, atque lædendi talionem, eo quoque metu coercendos esse homines putaverunt. Neque ejus, qui membrum alteri rupisset, & pacisci tamen de talione redimenda nollet, tantam esse habendam rationem arbitrati sunt, ut an prudens, imprudensve rupisset, spectandum putarent, aut talionem in eo vel ad amussim æquipararent, vel in librili perpenderent: sed potius eundem animum, eumdemque impetum in eadem parte corporis rumpendi, non eundem quoque casum exigi voluerunt: quoniam modus voluntatis præstari posset, casus ictus non posset. Quod si ita est, ut dico, & ut ipse æquitatis habitus demonstrat, taliones illæ tuæ reciprocæ, arguriores profecto, quam veriores fuerunt. Sed quoniam acerbum quoque esse hoc genus pœnæ putas; (obsecro te) ista acerbitas est, si idem fiat in te, quod tute in alio feceris? præsertim cum habeas facultatem paciscendi, & non necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris. Quod edictum autem prætorium de æstimandis injuriis, probabilius esse bis potest? Nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem judicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui depacisci noluerat, judici talionem imperanti non parebat: æstimata lite, judex hominem pecuniæ damnabat: atque ita si reo & pactio gravis, & acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniæ mulctam redibat.*

Ex Aeschine ἐν τῷ κατὰ Κτισιφῶντος.

Εάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα τὴν τῦτο πράξασαν ἀποκόπτειν, καὶ χωρὶς τῦ σώματος θάπτειν. Id est, *Qui sibi violentas manus intulit, manus quæ id perpetravit, præciditor, neque eodem cum corpore tumulo sepelitor.*

Ulpianus *in l.* III. de Bonis eor. §. VI.

Merito qui sine causa sibi manus violentas intulit puniendus est, qui enim sibi non pepercit, neque aliis parcet. Vide tot. tit. *de Bon. Eor.*

JC. in l. VI. *§. ff.* de Re milit.

Qui se vulneravit, vel alias mortem sibi conscivit, Imperator Hadrianus rescripsit, ut modus ejus rei statutus sit: ut si impatientia doloris, vel tædio vitæ, aut morbo, aut furore aut pudore mori maluit: non animadvertatur in eum, sed ignominia mittatur, si nihil prætendat capite puniatur. Per vinum aut lasciviam lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ mutatio irroganda.

Ex Lysia ἐν τῷ κατὰ φίλωνος δοκιμασίας,

Εάν τις φρέριόν τι πρόδωκεν, ἢ ναῦν, ἢ στρατόπεδον θανάτῳ ζημιῦσθαι. Id est, *Si qui munimentum prodiderit, aut navem, aut exercitum, morte punitor.*

Ex Ulpiano ad *Timocrateam*.

Τὺς αὐτομολῦντας θανάτῳ ζημιῦσθαι. Id est, *Transfugæ morte puniuntor.*

Tarruntenus Paternus *lib.* II. de Re milit. *sive leg.* VII. *ff.* de Re milit.

Proditores, transfugæ plerunque capite puniuntur, & exauctorati torquentur: nam pro hoste non pro milite habentur.

Lex III. *§.* X. *D.* de Re milit.

Is qui ad hostem confugit & rediit torquebitur, ad bestiasque vel in furcam damnabitur: quamvis milites nihil illorum patiantur.

Lex III. Ad l. Juliam majestatis.

Lex duodecim Tabularum jubet eum qui hostem concitaverit, quive civem hosti tradiderit capite puniri. Lex autem Julia majestatis præcipit eum qui majestatem publicam læserit teneri. Qualis est ille qui bellis cesserit, aut arcem non tenuerit, aut castra concesserit, &c.

Lex IV. *eod.*

Cujusque dolo malo jurejurando quis adactus est, quo adversus Remp. faciat. Cujusve dolo malo exercitus Populi Romani in insidias deductus hostibusve proditus erit, factumve dolo malo cujus dicitur, quo minus hostes in potestatem Populi Romani veniant, cujusve opera dolo malo hostes Populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliave qua re adjuti erunt, utve ex amicis hostes Populi Romani fiant, cujusve dolo malo factum erit, quo Rex exteræ nationis Populo Romano minus obtemperet, cujusve opera dolo malo factum erit, quo magis obsides, pecunia, jumenta, hostibus populi Romani dentur adversus Rempublicam.

Ex Interpretibus antiquis ad Aristophanis *Plutum.*

Μὴ τιθέναι ὅπλα ἐνέχυρα. Id est, *Nemo arma oppignorato.*

Paulus *in l.* XIV. *D.* de Re milit.

Arma alienasse grave crimen est, & ea culpa desertioni exæquatur, utique si tota alienavit: sed & si partem eorum, nisi quod interest: nam si tibiale vel humerale alienavit, castigari verberibus debet: si vero loricam, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Timori in hoc crimine facilius parcetur: armorumque custodi plerumque ea culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore.

Modestinus *in leg.* III. *§.* XIII. *D. eod.*

Miles qui in bello arma amisit, vel alienavit, capite punitur, humana militiam mutat.

Ex Andocidis *Oratione* de Mysteriis.

Μήτε μνησικακεῖν, μήτε ἄδικον, μήτε δίκαιον λέγειν. Id est, *Discordiarum sit sempiterna oblivio, neque fas vel nefas alicui exprobrato.*

Simile quid Cicero in usum deduxit, ut testatur *Philippica* I. *c.* I.

In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis: Atheniensiumque renovavi vetus exemplum: Græcum etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis erat usa civitas illa: atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.

Ex Solonis *lege.*

Εάν τις ἁρπάσῃ ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάζηται, ζημίαν δέκα δραχμὰς τάξασθαι. Id est, *Si quis ingenuam mulierem rapiat, vimque ei inferat, drachmis decem mulctator.* Severius Romani puniverunt.

Martianus, *l.* V. *§. fin. Ad legem Jul.* de vi publica.

Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur. Et, si pater injuriam suam precibus exoratus remiserit, tamen extraneus sine quiquennii præscriptione reum postulare poterit: quum raptus crimen legis Juliæ de adulteriis potestatem excedat.

Justinian. *l. unica Cod.* De raptu virg. seu vid.

Raptores virginum honestarum, vel ingenuarum, sive jam desponsatæ fuerint, sive non, vel quarumlibet viduarum fœminarum, licet libertinæ vel servæ alienæ sint, pessima criminum peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus.

Paucis interjectis.

Et merito mortis damnantur supplicio, quum nec ab homicidii crimine hujusmodi raptores sint vacui. Ne igitur sine vindicta talis crescat insania, sancimus per hanc generalem constitutionem, ut ii qui hujusmodi crimen commiserint, & qui eis auxilium invasionis tempore præbuerint: ubi inventi fuerint, in ipsa rapina & adhuc flagranti crimine comprehensi, & a parentibus virginum, vel ingenuarum viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum consanguineis, aut a tutoribus vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti, interficiantur.

Draconis lex.

Πάντες οἱ κλέψαντές τι, κἂν πάνυ σμικρὸν ᾖ, θανατέσθωσαν. Id est, *Omnes qui furati quidpiam fuerint, etiamsi valde exigua res sit, morte puniantur.*

Solonis lex.

Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι. εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο. Τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ, ἐγγυητὰς καταστήσαντι, ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. Id est, *Si quis interdiu supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Undecimviros: sin vero quis noctu quidpiam surripuerit, eum & occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad Undecimviros, si cui lubet, abducere fas esto. Convicto autem eorum facinorum propter quæ in vincula licet abripi, non liceat datis vadibus satisfacere pro furtis: sed mors pœna esto.*

Cavebat Solon in sequentibus de certis quibusdam furtis, hoc modo.

Καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ακαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλό τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς. καὶ τούτοις θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν, Id est, *Ac si quis e Lyceo, aut Academia, aut Cynosarge, vestem, aut laguncula, aut quicquam aliud minimi pretii, aut aliquod vasculum e gymnasiis aut portubus surripuerit, supra decem drachmas: huic quoque mors pœna esto.*

Sequebatur hæc sanctio.

Εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθὲν, προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας· ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. Id est, *Si quis vero privato judicio furti convictus fuerit, ei licere duplum solvere æstimatæ litis: penes vero judices esse, furem, præter pecuniarum mulctam, ad quinque dierum totidemque noctium vincula damnare: ut omnes eum vinctum esse videant.*

Ex legibus *Platonis*.

Νύκτωρ φῶρα εἰσιόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τὶς, καθαρὸς ἔςω. Id est, *Si quis furem noctu ingressum ad surripiendas pecunias deprehendat atque interficiat, sceleris purus esto.*

Ex leg. Tab. XII.

Si nox furtum faxit, & im aliquit occisit, jure cæsus esto.

Si luci furtum faxit, & in eo deprehensus telo se defenderit, jure cæsus esto. At, qui telo se non defenderit, si liber, verberatus, ei cui furtum fecerit, addicitor: si servus, verberibus afficitor, atque e saxo præcipitator.

Ulpianus, *l.* IV. *D.* ad legem Aquiliam.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehensum occidere permittit: ut tamen idipsum cum clamore testificetur. Interdiu autem deprehensum ita permittit occidere, si is se telo defendat: ut tamen æque cum clamore testificetur.

Ulpianus, *l.* IX. *ad legem Corn.* de Sicariis.

Furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit.

Justinianus *in Auth.* CXXXIV. *cap.* XIII.

Pro furto nolumus omnino quodcunque membrum abscindi, aut mori: sed aliter eum castigari.

Idem *in titulo* Institut. De obligat. quæ ex delicto nasc. §. III.

Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi quam ex liberi persona: nec manifesti dupli.

Ex Dione Chrysostomo *orat*, XV.

Κατηγορίας δίδωσιν ὁ νόμος γράψασθαι τούτῳ, ὃς ἂν βλασφημῇ τίνα, οὐκ ἔχων ἀποδεῖξαι, περὶ ὧν λέγει σαφὲς οὐδέν. Id est, *Accusationem Lex tribuit contra eum qui aliquod probrum alicui objecerit, quod aperte demonstrare nequeat.*

Arnob. *ex* Cicerone, *lib.* IV. de Republ.

Si quis occentaverit, actitaverit, sive carmen condiderit quod infamiam flagitiumve alteri precetur, intestabilis esto.

Sic & Ulpian. l. v. *ff. Si quis lib. D.* de injuriis & famosis libellis.

Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ediderit, vel sine nomine: uti de ea re agere liceat; &, si condemnatus sit qui id fecit, intestabilis ex lege esse jubetur.

Ex Cicerone *lib.* II. *de LL. c.* XXVI.

De sepulchris autem nihil est apud Solonem amplius, quam ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque est, si quis bustum, (nam id puto appellari tymbon) *aut monumentum aut columnam violaverit, dejecerit, fregerit.*

Paulus *in l. ult. ff.* de sepulchr. violat.

Rei sepulchrorum, si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint, humilioris quidem fortunæ summo supplicio afficiuntur: honestiores, in insulam deportantur: alias autem relegantur, aut in metallum damnantur.

Imperator Julianus Augustus ad Populum *in l.* v. *c. eod.*

Pergit audacia ad busta defunctorum & aggeres consecratos, cum & lapidem hinc movere, & terram evertere, & cespitem evellere proximum sacrilegio majores nostri semper habuerint, sed & ornamenta quædam tricliniis aut porticibus auferre de sepulchris. Quibus primo consulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri probibemus pœna sacrilegii cohibentes.

Ex Plutarcho in *Solone*.

Πᾶσιν ἔξεστι διατίθεσθαι ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσου, ἢ δεσμῶν ἕνεκεν, ἢ πειθόμενος τῇ γυναικί. Id est, *Omnibus jus testandi competit, prout placuerit, nisi liberos masculos legitimos superstites habeat, vel furiosus sit, vel præ senectute mente attonitus, vel morbo, aut veneficio correptus, aut vinculis constrictus, aut mulieris blanditiis victus.*

Labeo in *l.* II. *ff.* Qui testam. fac. possunt.

In eo qui testatur, ejus temporis, quo testamentum facit, integritas mentis, non corporis sanitas exigenda est.

Impp. Diocletianus & Maximianus *in l.* III. *c. eod.*

Senium quidem ætatis vel ægritudinem corporis,

ſincerisatem menti tenentibus teſtamenti factionem certum eſt non auferre. A

Ex Demoſthene ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον.

Περὶ ὧν καθυφῆκε τὶς, αὐτὸν ὁμοίως ὀφλισκάνειν ὥσπερ ἂν αὐτὸς ἔχῃ. *Qui alterius bona mala fide adminiſtraverit vel prævaricatus fuerit, adminiſtratione ſua tenetur, tanquam ſi ipſe baberet.*

Lex XXXVII. *ſſ. D.* de Negot. geſt.

Si pecuniæ quis negotium gerat, uſuras quoque præſtare cogitur, & periculum eorum nominum quæ ipſe contraxit: niſi fortuitis caſibus debitores ita ſuas fortunas amiſerunt, ut tempore litis ex ea actione conteſtate ſolvendo non eſſent.

* Caſum tamen fortuitum non præſtat, ut apparet *ex* LXXII. eod.

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
PISISTRATUS
SIVE
DE
EJUS VITA,
ET
TYRANNIDE,
LIBER SINGULARIS.

VIRO GENEROSO,

OLIGERO ROSÆCRANTSIO,

SEREN. DANIÆ REGI A SANCTIORIBUS CONSILIIS, REGNIQUE SENATORI PRÆCIPUO; PRÆFECTO IN ODENSEE, ET DALENCLOOSTER; DOMINO IN ROSENHOLM, SCAFFBII, &c.

JOANNES MEURSIUS

DEDICO CONSECROQUE.

VIR GENEROSE,



UAM sit nihil in humanis rebus certi, ab omni ævo exploratum est; & abunde unæ Athenæ id testantur. Hæ, sub Regibus primum positæ, his in ordinem redactis, cum Archontes accepissent, a Pisistrato occupatæ, libertatem amiserunt; cum quo varie luctatæ, filiorum ejus altero interfecto, altero pulso, rursum sese vindicarunt. Hinc subjectæ Quadringentis; mox Spartanis, qui Triginta seu præfectos, seu tyrannos, imposuerunt. Hos cum tandem excussissent, Macedonibus, olim sibi tributariis, quod indignius, paruerunt. Inde subditæ Romanis, Scythis, Gothis; tum & Montisferratensi Marchioni Bonifacio, Delui Arragoni, atque Bajazethi Turcæ. Post hunc eas Catalani invasere; quibus cum Rainerius quidam Acciajolus Florentinus eripuisset, ille Venetis reliquit: & his, iterum Acciajoli extorserunt; istis, Mahometes Turca: cujus posteri semper deinceps tenuerunt. Ecce vices! Certe regnum nullum dabis, aut Rempublicam, ubi sic Fortuna luserit. Exposui nuper singillatim, Opere peculiari; nunc describere illud tempus mihi visum, quo Pisistratus, filiique, dominati. Inscripsi autem tuo nomini; quod ut facerem, impulit me humanitas tua, longe maxima: tum affectus benignissimus, quem & coram, cum Bataviæ videndæ ante annum excurrisses, & per literas item absens, manifestum mihi facere voluisti. Adde tot præclaras animi tui dotes; ut Virtuti, an Fortunæ, plus acceptum ferre debeas, plane ignorent, qui te norunt. Genus tibi est, quo non aliud tota Dania vetustate, aut splendore, eminentius. Ad hoc ipse ornamenta illustrissima attulisti; præter pietatem in Deum singularem, animumque paci Christianæ addictum, Theologiæ, Philosophiæ, & Antiquitatis quoque universæ, cognitionem exquisitam. Linguas etiam Latinam, Græcam, Hebræam, exacte tenes; ut mirentur, qui in illis addiscendis multum operæ posuerunt. Inde tibi comparata est Bibliotheca, libris omnibus instructissima; qualem etiam neque Principes quidam habent: tum armarium, plenum antiquis numismatibus, aliisque monumentis rarioribus. Et obstupui animum illum, tam amantem Antiquitatis, cum hic Paludano nostro, pro ejusmodi supellectile, quam is copiosam possidet, quinquaginta duo millia florenorum obtulisti. Ad hanc studiorum gloriam accedit dignitas, valde excellens; qua admotus consiliis Regis interioribus, in negotiis Regni cunctis, ita semper occuparis, ut mirari jure liceat, Musis te vacare aliquando posse. Quid legationes dicam, quas duodecim hoc sexennio, ad Reges, Principes, & Respublicas, obiisti? quibus certe demandatis ut judicium de te suum Rex ostendit, ita tibi honorificentius aliquid evenire nunquam potuit. In his omnibus ut Fortunæ multum debes; ita multo amplius tibi. Verum quidem est, valde obstringi illam natalibus; &, familia ista nasci, summi meriti instar esse: sed, virtutes nisi afferas, quæ respondeant, illa inefficax non te digne promovere unquam possit. Eo nomine gratulor tibi; etiam isto, quod heredem ut Fortunæ, sic virtutum, filium sis habiturus, Gondæum tuum; quem promittere tibi ausim, si sic pergat per vestigia tua incedere, ad eandem aliquando magnitudinem perventurum: cum ingenti tuo gaudio, sua laude, Regni honore. Ita voveo, ita spero; & Pisistratum, filiosque, olim Athenarum dominos, nunc clientes non ingratos tibi fore. Quod si impetro, meam in te observantiam, cujus illud monumentum in Musarum æde dedico, confirmabis. Vale. Lugduni Batavorum, ad diem XV. *Januarii* CIↃIↃCXXIII.

INDEX

INDEX
CAPITUM.

CAP. I. Pisistrati plures; inter quos clarissimus noster: cui genus, a rege Codro; populus, Philaidæ: & hic Plato emendatus. Pater, Hippocrates, cui quid portenti acciderit, & quid Chilo Lacedæmonius item suaserit. Galeni locus illustratus. Mater, incerta; & prostratæ pudicitiæ. Nomen, datum a Nestoris filio, qui a Codro, auctore generis, quartus erat. Epitheton, Bacis. Facies, qualis in Bacchi templo spectabatur; similis Pericli: qui & ipse Pisistratus Novus appellatus, ut amici item ejus Pisistratidæ Novi.

II. Ante tyrannidem, orator erat; doctrina, & eloquentia, excellens: ac quo modo tunc se gesserit. Alius ab eo; & de illo Polybii locus apud Suidam indicatus, ac correctus.

III. Rempublicam invadit, tripliciter divisam: in Paralios, Pediæos, Diacrios, sive Hyperacrios; eaque in re dissidium Aristotelis, & Polyæni, indicatum. Dolo vulnerat se ipse; & stipatores primum obtinet; de quorum numero dissidentes inter se auctores conciliati. Arcem invadit; &, ut plene in potestate rempublicam teneret, altero dolo populum exarmat: idque quo archonte fecerit, quove Romanorum rege; quaque Olympiade, & anno. Solon, reprimere conatus, frustra laborat.

IV. Ejectus semel, iterumque. Epigrammatarii error Ejecti bona publicata; quæ tamen, excepto Callia, nemo emit. Cum Megacle paciscitur, filiam ejus, Cœsyram nomine, se ducturum: ejusque opera mox reducitur. Phya mulier, armis Palladis induta, tanquam dea introducta, populum Atheniensem, deam esse existimantem, circumvenit. Scholiastæ Aristophanis ignorantia indicata. Phya illa qualis fuerit; Hipparcho in uxorem data: Socratis filia. Postea quoque, ejecto iterum Pisistrato, majestatis rea facta. Quantum temporis ab ejectione prima ad reductionem istam interfuerit, inquisitum, & ostensum.

V. Restitutus, ut promiserat, Megaclis filiam uxorem ducit; qua abutens, ægre id ferente Megacle, iterum ejectus, Eretriam abit: ac quo tempore istud factum. Ulpiani ignorantia. Herodoti malignitas, a Plutarcho reprehensa. Eusebii error. Inde anno undecimo post ad recuperandam tyrannidem proficiscens, ab Amphilyto vate confirmatur. Clemens emendatus. Mox tyrannidem recuperat, & varie munit, ut deinceps semper tenuerit. Quando id factum. Eusebii locus explicatus. Quam diu deinceps tenuerit. Denique extrema senectute diem obit, post annorum trium & triginta tyrannidem.

VI. Ingenium ejus, & virtutes. Sapientibus accensetur. Mysonis omnia ei tributa a quibusdam. Solonem observat, & ab eo latas leges etiam retinet. Accusatus homicidii, sistit se Areopagitis. Summa animi moderatione utitur, in amicos desciscentes, filiosque dissidentes, adolescentem, matris amasium; Thrasybulum, filiam publice osculantem; commessatores, in uxorem injuriosos; senem, decimam exprobantem; & Thrasippum, atrociter convitiantem. Egenis subvenit. Prædia, & hortos, sine custode ullo habet; sic ut quilibet frueretur.

VII. In rep. quid mutarit. Populum ex Urbe rursum in agros mittit; &, ut maneant, gerere vestem vilem jubet. Κατωνάκη; sive Κατωνάκης. Aristophanes emendatus. Nihil exigit, nisi decimam e proventibus agrorum, olim regibus solvi solitam. Leges quoque novas condit; de in bello mutilatis, otiosis, ostracismo. Hipparchum in exilium agit. Alcmæonidarum domos, ac sepulcra, evertit.

VIII. Gesta ejus. Expeditio in Megarenses, & strategema. Nisæa capta, & Sigeum; item Naxus. Delus lustrata, Salamisque vindicata.

IX. Apollinis Pythii templum struit; & cacantes in eo per ludibrium pœna coercet. Jovis olympii novi templi fundamenta jacit. Gymnasium in Lyceo exstruit. Callirhoen fontem exornat. Simulacrum Amori dedicat. Bibliothecam instituit. Homerum restituit. Catachenen arce ejicit.

X. Uxores ejus, duæ numero; una ignota: in cujus nomine ostensus error Scholiastæ Aristophanis: altera autem, Megaclis filia; quam ducturus, filiis intercedentibus quid responderit. Liberi quoque; Hipparchus, Thessalus, Hippias, filia: item nothus, Hegestratus, Sigei tyrannus.

XI. Hippias ne, an Hipparchus, natu major. De Hipparcho, Platonis sententia confirmata; de Hippia vero, Thucydidis error indicatus, & rationes refutatæ. Tyranni communiter appellati, simul quoque remp. rexerunt; ita tamen, ut potestas penes Hipparchum summa esset. Vicesimam tantum exegerunt. Templum Jovis Olympii struere, & Callirhoen exornare, uti pater inchoaverat, perrexerunt. Comessationes quoque, epulasque, invenerunt. Apollinis Pythii templum Delphis incenderunt; & Cimonem occiderunt. Denique eorum stipatores; quonam nomine, qua de causa, appellati.

XII. Hipparchi virtutes. Sapientiæ studet, & doctrinæ. Homeri rhapsodiam instituit. Simonidem summo in pretio habet. Anacreontem ad se vocat. Onomacritum magnifacit; sed, offensus, mox expellit. Academiam muro cingit. Statuas Mercuriales, civibus erudiendis, passim ponit, cum inscriptione gemina.

XIII. Hipparchus a Patroclide amatus, qui Mercurium tricipitem dedicat; Harmodium amat: a quo rejectus, cum repulsam in sorore vindicasset, interficitur, myrto occultatis gladiis. Dissensus Auctorum indicatus. Suidæ locus emendatus. Somnium ejus, nocte proxima ante cædem. Quoto principatus sui anno cæsus; & quo Romanorum rege: quota item Olympiade. Error Eusebii, & Auctoris Chronici Alexandrini. Quidam Hippiam cum Hipparcho cæsum dicunt; alii, eum pro Hipparcho isthic memorant. Error hic Joannis Tzetzæ, Chronici Alexandrini: item Suidæ, & Scholiastæ Aristophanis.

XIV. Cædes Hipparchi varie laudata. Scolia Carcini, & Callistrati: quæ cantata in symposiis. Suidæ locus emendatus. Interfectoribus datum præmium, ut eorum in Panathenæis nomina cantarentur: tum, ne ea servis quisquam deinceps daret. Quin & positæ statuæ æneæ, idque in foro; a Praxitele partim factæ, partim a Critia, & Antenore: quæ a Xerxe mox abductæ, ab Alexandro, aut Antiocho, Seleucove, restitutæ. Demosthenis locus correctus. Parentatum quoque his a polemarcho. Posteris eorum autem, data immunitas; tum consessus item prior, & in Prytaneo victus. Diophanti columna, & inscriptio. Cononi idem honos habitus. Apsinis locus restitutus.

XV. Hippias, benignus hactenus, mox tyrannus esse incipit. Ejus sævitia cum in omnes, tum in Aristogitonem; qui, ipsius amicis omnibus, dum torquetur, nominatis, se egregie vindicavit: qua in re & Senecæ locus explicatus, & Justini error ostensus. Etiam in Leænam quandam, meretricem; cui statua in arce posita, sub imagine animalis. Polyænus emendatur; Lactantii error indicatur. Legem fert de ostracismo; ac tributa varie auget. A Charmo amatur, qui Amoris item aram dedicavit. Athenæi, & Joannis Salesberiensis, error indicatus.

XVI. Quam diu tyrannidem tenuerit; ac quo modo demum ejectus. Pythia persuasa ab Alcmæonidis, in quibus Clisthenes præcipuus, Lacedæmoniis, ut Athenas liberarent, inculcat. Aristophanes explicatus. Lipsydrii munitio & expugnatio. Alcmæonidarum strages; & in eam carmen scolium. Eustathii locus emendatus, & Hesychii. Λυκόποδες, Alcmæonidæ. Herodotus a Plutarcho reprehensus. Lacedæmoniorum conatus unus frustra, in quo cæsus Anchemolius; alter felix, quo Athenæ in libertatem vindicatæ, Thessalique profligati. Liberi Pisistratidarum casu intercepti. Atheniensium in eos decretum; odiumque diuturnum, & implacabile.

XVII. Uxor Hippiæ, Myrrhine, Calliæ filiæ. Aristophanes illustratus, & Scholiastæ ejus error indicatus. Alia uxor, Charmi filia. Liberi ejus, numero quinque; in quibus Pisistratus, avi nomine appellatus; qui, archontis munere functus, aram dedicat in foro diis duodecim; & Apollinis Pythii alteram, in ejus templo: tum Archedice item filia, nupta Æantidæ, Hippocli, Lampsacenorum tyranni, filio.

XVIII. Hippias, ejectus Urbe, mox Sigeum se recepit; idque etiam qua de causa. Inde, accitus a Spartanis, ceu restituendus denuo, tamen frustra est; & Sigeum iterum abit. Herodotus malignitatis a Plutarcho accusatus.

XIX. Sigeo Hippias Lampsacum abit; inde in Persiam, ad Darium: hinc cum Persis contra Græciam proficiscitur. Somnium ejus, sternutatio, & ad Marathonem interitus: aut in Lemno, ut alii volunt: denique, quot annos vixerit inquisitum.

XX. Quod tyrannidis universæ tempus fuerit, inquisitum. Aristotelis error ostensus. Scholiastes Aristophanis, & Isocrates, emendati.

JOANNIS MEURSII
PISISTRATUS.
SIVE
DE EJUS VITA,
LIBERIS, TYRANNIDE
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Pisistrati plures; inter quos clarissimus noster: cui genus, a rege Codro; populus, Philaidæ, & hic Plato emendatus. Pater, Hippocrates, cui quid portenti acciderit, & quid Chilo Lacedæmonius item suaserit. Galeni locus illustratus. Mater, incerta; & prostratæ pudicitiæ. Nomen, datum a Nestoris filio; qui a Codro, auctore generis, quartus erat. Epitheton, Bacis. Facies, qualis in Bacchi templo spectabatur; similis Pericli: qui & ipse Pisistratus Novus *appellatus, ut amici item ejus* Pisistratidæ Novi.



HISTORIÆ Atticæ pars est multo nobilissima, Tyrannis Pisistrati; &, qui accepere ab ipso, filiorum; annis sexaginta octo usurpata: quam seorsim explicare mihi visum. Fuerunt autem eo nomine plures numero; quos in limite memorabo, ut ad nostrum hunc perveniam. Antiquissimus, quem invenio, Nestoris filius, ex uxore Anaxibia. Apollodorus, *lib.* I. Ἐσώθη δὲ Νέστωρ μόνος, ἐπειδὴ παρὰ Γερηνίοις ἐτρέφετο. ὃς, γήμας Ἀναξιβίαν, τὴν Κρατιέως, θυγατέρας μὲν, Πεισιδίκην, καὶ Πολυκάστην, ἐγέννησε. παῖδας δὲ, Περσέα, Στρατιχον, Ἀρητον, Ἐχέφρονα, Πεισίστρατον, Ἀντίλοχον, Θρασυμήδην. *Servatus autem fuit solus Nestor, qui apud Gerenios alebatur; isque, ducta Anaxibia, Cratiei filia, natas sustulit, Pisidicen, & Polycasten; natos autem, Perseum, Stratichum, Aretum, Echephronem, Pisistratum, Antilochum. Thrasymedem.* Meminit ejus Homerus, *Odyss.* γ'. *vers.* 36. &c.

> Πρῶτος Νεστορίδης Πεισίστρατος, ἐγγύθεν ἐλθὼν,
> Ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρα, καὶ ἵδρυσε παρὰ δαιτὶ,
> Κώεσιν ἐν μαλακοῖσιν, ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσι,
> Πάρ τε κασιγνήτῳ Θρασυμήδει, καὶ πατέρι ᾧ,

> *Primus Nestoris filius Pisistratus, prope accedens,*
> *Utriusque manum prehendit, & collocavit ad epulum,*
> *Pellibus in mollibus, ad arenas marinas,*
> *Juxta & fratrem Thrasymedem, & patrem suum.*

Nominatque rursum postea, ut & Strabo, semel,

A atque iterum, *lib.* VIII. Athenæus, *lib.* V. Pausanias, in *Messenicis*, Herodotus, *lib.* V. & Eustathius, ad *Odyss. lib.* III. Et ab eo denominatus noster fuit, ut mox dicam. Huic vero eodem nomine filius fuit. Observo apud Pausaniam, in *Corinthiacis*. Ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας, τοὺς Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Πεισιστράτου. *Ex Messenia, Nestoris posteros, Alcmæonem, Silli filium, Thrasymedis nepotem, & Pisistratum, Pisistrati filium.* Alius fuit Lacedæmonius, Norici conditor. Eustathius, in *Dionysium*. Καὶ Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος κατὰ χρησμὸν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος πόλιν κτίσας, Νωρικον
B προσηγόρευσεν. *Et Pisistratus Lacedæmonius, cum forte urbem condidisset, oraculi jussu, Noricum eam appellavit.* Alius ab hoc, Orchomenius; quem discerptum a senatu ob studium in plebem, tradit Plutarchus, in *Parallelis*. Ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, Πεισίστρατος Ὀρχομένιος τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἐμίσει, τοὺς δὲ εὐτελεῖς ἐφίλει. ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἐν τῇ βουλῇ φονεῦσαι, καὶ διακόψαντες αὐτὸν εἰς τοὺς κόλπους ἔλαβον, καὶ τὴν γῆν ἔξυσαν. *Bello Peloponnesiaco, Pisistratus Orchomenius nobilitatem odio habebat, tenuioribus favebat. Itaque senatus per insidias eum occidit, ac discerptum in sinubus sumpsit, terramque erasit.* Alius etiam, cujus mentio apud
C Polybium: de quo dicam *cap.* II. Invenitur & inter Scriptores unus, Ephesius; alter autem, Liparæus. Ephesii meminit Diogenes Laertius, in *Vita Æschinis*, lib. II. cap. LX. Καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε, μὴ εἶναι Αἰσχίνου. *Et Pisistratus Ephesius dicebat, non esse Æschinis.* Liparæum citat Interpres Apollonii, *libro* IV. Πλαγκταὶ πέτραι ἐν τῷ πορθμῷ εἰσὶν, ὡς Τίμαιος, καὶ Πεισίστρατος ὁ Λιπαραῖος. *Planctæ petræ sunt in freto, ut Timæus refert, & Pisistratus Liparæus.* Præter hos, Athenienses tres fuere; prior, archon Olymp. XXVII. anno IV. cujus meminit Pausanias in Co-
D *rinthiacis*, & Anonymus in *Descript. Olymp.* alter, qui rempublicam invasit; tertius, hujus ex Hippia filio nepos fuit. Verum omnes, fere obscuros, dignitate, & fama nominis, noster iste superavit, de quo nobis præsens Opus institutum. Erat autem nobilissimo genere natus; & ad Codrum, regum ultimum, stemma suum referebat. Ipse ait, in Epistola *ad* Solonem, apud Diogenem Laertium, *libro* I. *cap.* LIII. Οὔτε μόνος Ἑλλήνων τυραννίδι ἐπιθέμην, οὔτε ὡς οὐ προσῆκόν μοι, γένους ὄντι τῶν Κοδριδῶν. ἀνέλαβον γὰρ ἐγὼ, ἃ ὀμόσαντες Ἀθηναῖοι παρέξειν Κόδρῳ τε, καὶ τῷ ἐκείνου γένει, ἀφείλοντο. *Nec solus Græcorum tyrannidem affectavi, nec alienum a me erat, qui e Codridarum genere sum prognatus. Re-*

petii enim, quæ jurati Athenienses Codro se, ejusque posteris, præbituros, eripuerunt. Est hoc ipsum observare etiam in Herodoti verbis, ubi de ejectis Pisistratidis agit, *lib.* v. *cap.* LXV. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ, ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ᾽ ἔτεα ἓξ καὶ τριήκοντα. ἐόντες δὲ καὶ οὗτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεῖδαι, ἐκ τῶν αὐτέων γεγονότες, καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον. *Moxque, excesserunt in Sigeum, ad Scamandrum situm, cum sex & triginta annos principatum Atheniensium tenuissent; etiam ipsi origine Pylii, & Nelidæ: ex iisdem oriundi, quibus Codrus, & Melanthus.* Quem *Herodoti* locum respexit Eustathius, ad *Odyss.* γ'. Ἀνέκαθεν, καθ᾽ Ἡρόδοτον, Πύλιοι, καὶ Νηλεῖδαι, ἦσαν οἱ Πεισιστρατίδαι. *Pisistratidæ, secundum Herodotum, origine erant Pylii, & Nelidæ.* Erat autem e Philaidarum populo. Plutarchus, in *Vita Solonis.* Φιλαῖος, καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς· καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν, ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ, ἐν Μελίτῃ· καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τῶν φιλαϊδῶν ἔχουσιν, ὅθεν ἦν Πεισίστρατος. *Philæus, & Eurysaces, Ajacis filii, Athenis jure civitatis accepto, insulam ipsis tradiderunt: & habitarunt; ille quidem, in Braurone Atticæ; iste, in Melita: habentque populum Philaidas, de Philæi nomine dictum, e quo oriundus Pisistratus.* Corruptus est Platonis locus, in *Hipparcho.* Πολίτῃ μὲν ἐμῷ τε καὶ τῷ σῷ, Πεισιστράτου δὲ υἱεῖ, τοῦ ἐκ Φιλαίδωνος, Ἱππάρχῳ. *Civi quidem meo, ac tuo, Pisistrati vero filio, qui e Philædone oriundus, Hipparcho.* Restituo, τοῦ ἐκ Φιλαϊδῶν, Ἱππάρχῳ. *Qui e Philaidis oriundus, H.* Pater illi Hippocrates erat. Herodotus, *lib.* I. *cap.* LIX. Τουτέων δὲ ὦν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν, κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου, τοῦ Ἱπποκράτεος. *Ex his gentibus Atticam quidem, Crœsus audiebat obtineri, oppressamque esse a Pisistrato, Hippocratis filio.* Iterum, *lib.* v. *cap.* LXV. Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τωὐτὸ οὔνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱπποκράτης τῷ παιδὶ θέσθαι τὸν Πεισίστρατον. *Hac de causa animum induxit Hippocrates, ut filio nomen Pisistrati daret.* Et *lib.* VI. *cap.* CIII. Τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα, τὸν Στησαγόρεω, κατέλαβε φυγεῖν ἐξ Ἀθηναίων Πεισίστρατον, τὸν Ἱπποκράτεος. *Horum decimus erat Miltiades; cujus patrem Cimonem, Stesagoræ filium, contigerat fugere Athenis Pisistratum, Hippocratis filium.* Et in Solonis ad Pisistratum ipsum verbis apud Plutarchum, in *ejus Vita.* Προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων, καὶ παραστὰς, Οὐ καλῶς, εἶπεν, ὦ παῖ Ἱπποκράτους, ὑποκρίνῃ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. *Propius accedens Solon, & adsistens; Non recte, inquit, o fili Hippocratis, Homericum Ulyssem agis.* De hoc Hippocrate, nihil aliud legere memini, quam quod ab Herodoto traditur, *lib.* I. *cap.* LIX. Cum nimirum, privatus existens, Olympia spectaret; hostiamque immolaret, hoc portenti simile accidit; ut ahena, carne plena, & aqua, sine igne efferbuerint, ita ut aqua redundaret: quod cum Chilon Lacedæmonius, qui tunc aderat, videret, suasit ei, ne fæcundam uxorem duceret; aut, si jam duxisset forte, a se dimitteret; filiumque, ex ea natum, abdicaret: ipsum vero, morem minime gessisse, ac Pisistratum deinde istum sustulisse. Verba *Herodoti* ita habent. Ἱπποκράτεϊ, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ Ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἐπεστεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον. Χείλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρατυχὼν, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευεν Ἱπποκράτεϊ, πρῶτα μὲν, γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία. εἰ δὲ τυγχάνοι ἔχων, δεύτερα τὴν γυναῖκα ἐκπέμπειν. καὶ εἴ τις οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπείπασθαι· οὔκων ταῦτα παραινέσαντος Χείλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱπποκράτεα· γενέσθαι τε οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον. *Hippocrati, cum privatus esset, & Olympia spectaret, prodigium ingens evenit. nam, cum sacra ipse faceret, quæ adstabant ahena, plena carne, & aqua, sine igne efferbuerunt, & redundarunt. Quod cum Chilo Lacedæmonius, forte præsens, conspicaretur, suasit Hippocrati; primum, ne fæcundam uxorem ducere vellet: alterum si jam duxisset, ut dimitteret: ac si filium genuisset, abdicaret. Sed Hippocrates, spretis Chilonis monitis, postea Pisistratum sustulit.* Narrat rem eandem breviter Diogenes Laertius, ex Herodoto, in *Chilone*, libro I. capite LXVIII. Οὗτος, (ὁ Χείλων,) ὥς φησιν Ἡρόδοτος, Ἱπποκράτει, θεωμένῳ, ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῶν λεβήτων αὐτομάτων ζεσάντων, συνεβούλευσεν, ἢ μὴ γῆμαι, ἢ, εἰ ἔχοι γυναῖκα, ἐκπέμψαι, καὶ παῖδας ἀπείπασθαι. *Hic, (Chilon,) ut Herodotus refert, Hippocrati, in Olympia spectanti, cum ahena sua sponte efferbuissent, auctor fuit, ut aut uxorem minime duceret, aut, si jam duxisset aliquam, ut dimitteret, liberosque abdicaret.* Ac respexit huc Galenus, sive quisquis demum auctor est *libelli.* cui titulus, Εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός. Οὔπω Περικλῆς ἐγένετο Ὀλύμπιος, καὶ πᾶσιν ἤδη φοβερὸς τοῖς Ἕλλησι διὰ τὸ ἐνύπνιον ἦν. οὔπω Πεισίστρατος, καὶ τύραννος ἦν. *Nondum natus erat Pericles Olympius, & jam formidabilis erat Græcis omnibus, propter somnium. Nondum Pisistratus, & tyrannus erat.* De matre, plane nihil scimus; neque nomen, neque genus, tantum illud, deperiisse adolescentem, corporisque ei copiam facere solitam, & hoc nomine ad Pisistratum delatam. Memorat Plutarchus, in *Apophthegmatis*, ubi de Pisistrato loquitur. Διαβληθείσης δὲ τῆς μητρὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐρᾷ τινος νεανίσκου, καὶ κρύφα συνέστι φοβουμένῳ, καὶ παραιτουμένῳ τὰ πολλὰ, καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸν νεανίσκον, ἠρώτησε δειπνήσαντα, πῶς γέγονεν. ἡδέως δὲ, φήσαντος, ταῦτά σοι, ἔφη, καθ᾽ ἡμέραν ἔσται, ἐὰν τῇ μητρί μου ἀρέσκῃς. *Quum delata ad ipsum mater esset, quod amaret adolescentem quendam, & cum eo clam coiret, metuente, ac recusante sæpenumero, vocatum ad cœnam adolescentem, cum cœnasset, percunctatur, quomodo habitus fuisset: & suaviter, respondenti; atqui, inquit, hoc quotidie tibi erit, si placueris matri meæ.* Dictus autem Pisistratus fuit, de nomine Pisistrati, Nestoris filii. Herodotus, *libro* v. *capite* LXV. Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τωὐτὸ οὔνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱπποκράτης τῷ παιδὶ θέσθαι τὸν Πεισίστρατον, ἐπὶ τοῦ Νέστορος Πεισιστράτου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην. *Hac de causa animum induxit Hippocrates, ut filio nomen Pisistrati daret: de Pisistrato, Nestoris filio, eum nuncupans*, Eustathius, ad *Odyss.* γ' Ἰστέον δὲ, ὅτι καὶ τῷ ὕστερον τυράννῳ Πεισιστράτῳ ἐκ τοῦ τοιούτου Νεστορίδου Πεισιστράτου δόξοι ἂν ἴσως ἀπομνημονευθῆναι ἡ κλῆσις. *Sciendum autem, etiam Pisistrato, qui tyrannus postea fuit, forsitan videri posse nomen datum in memoriam hujus Nestoridæ Pisistrati.* Erat autem is Pisistratus a Codro, ad quem genus noster iste referebat, stirpe quartus; quippe Codri filius, Neleus; hujus, Nestor; hujus, Pisistratus: uti liquido ex Apollodoro constat, *libro* I. Porro epitheto dictus, Bacis. *Suidas.* Βάκις, ἐπίθετον Πεισιστράτου. *Bacis, epitheton Pisistrati.* Scholiastes Aristophanis, ad *Pacem.* Βάκις, χρησμολόγος. ἔστι δὲ καὶ ἐπίθετον Πεισιστράτου. *Bacis, vates. Est vero etiam epitheton Pisistrati.* Facie vero tali fuit, qualis illa, quæ in Bacchi templo erat. & effigies ad ipsius putabatur. Observo apud Athenæum, *l.* XII. Ὁ δὲ Πεισίστρατος καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο· ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινές φασιν εἶναι εἰκόνα.

Pisistratus vero etiam in multis gravis fuit : & nonnulli quoque faciem , quæ in Bacchi Athenis visitur , ejus esse effigiem dicunt . Et repræsentasse postea Pericles fertur . Plutarchus , in *ejus Vita*. Ὁ δὲ Περικλῆς , νέος μὲν ὤν , σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο . καὶ γὰρ ἐδόκει Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ τὸ εἶδος ἐμφερὴς εἶναι . *Pericles autem , cum juvenis quidem esset , valde populum metuebat ; nam Pisistratum tyrannum facie referre videbatur* . Atque ut faciem , sic facundiam habebat . Plutarchus en subjungit *illis*. Τήν τε φωνὴν , ἡδεῖαν οὖσαν , αὐτοῦ , καὶ τὴν γλῶσσαν εὔτροχον ἐν τῷ διαλέγεσθαι , καὶ ταχεῖαν , οἱ σφόδρα γέροντες ἐξεπλήττοντο , πρὸς τὴν ὁμοιότητα. *Vocemque ejus , suavem admodum , & linguam in dicendo volubilem , celeremque , horrebant viri senio graves , ob similitudinem* . Huc pertinent , quæ Valerius Max. narrat , *lib.* VIII. *cap.* IX. *Fertur quidam , cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentuli interesset , idem Juvenis Pisistratum , jam decrepitum , concionantem audisset , non temperasse sibi , quo minus exclamaret ; Caveri illum civem oportere , quod Pisistrati orationi simillima ejus esset oratio* . Sane Pericles , ob hæc ipsa , & potentiam , quæ Pisistrateæ etiam plane similis , *Novus Pisistratus* , & amici item ejus , *Novi Pisistratidæ* dicti . Plutarchus alterum , clare dicit ; alterum , innuit : ita enim alibi ait , in *ejus Vita* . Καίτοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ , σαφῶς μὲν ὁ Θουκυδίδης διηγεῖται · κακοήθως δὲ παρεμφαίνουσιν οἱ Κωμικοὶ , Πεισιστρατίδας μὲν νέους τοὺς περὶ αὐτὸν ἑταίρους καλοῦντες . *Et potentiam quidem ejus , Thucydides diserte narrat ; & maligne obiter ostendunt Comici , cum familiares ejus novos Pisistratidas vocant* .

C A P. II.

Ante tyrannidem , orator erat ; doctrina , & eloquentia , excellens : ac quo modo tunc se gesserit . Alius ab eo ; & de illo Polybii locus apud Suidam indicatus , ac correctus .

ANTE tyrannidem occupatam , orator erat , & demagogus . Dion Chrysostomus , *Orat.* XXII. Καθάπερ , οἶμαι , Περικλῆς , καὶ Θουκυδίδης , Ἀθήνησι · καὶ Θεμιστοκλῆς ἔτι πρότερον , καὶ Κλεισθένης · καὶ Πεισίστρατος , ἕως ἔτι ῥήτωρ , καὶ δημαγωγὸς , ὑπείχετο καλούμενος . *Quemadmodum , opinor , Pericles , & Thucydides , Athenis ; & Themistocles adhuc antea , Clisthenesque : ac Pisistratus , quam diu quidem orator , & demagogus , vocari sustinuit* . Et doctrina , ac facundia excellebat . Cicero , De *Orat.* lib. III. c. XXXIV. *Quis doctior iisdem illis temporibus , aut cujus eloquentia litteris instructior fuisse traditur , quam Pisistrati ? qui primus Homeri libros , confusos antea , sic disposuisse dicitur , ut nunc habemus . Non fuit ille quidem civibus suis utilis , sed ita eloquentia floruit , ut litteris , doctrinaque , præstaret* . Iterum , in *Bruto* , c. VII. *Quanquam opinio est , & eum , qui multis annis ante hoc fuerit , Pisistratum , & paullo seniorem etiam Solonem , posteaque Clisthenem , multum , ut temporibus illis , valuisse dicendo* . Et *postea* : *Sed studium ejus generis , majorque vis , agnoscitur in Pisistrato* . Ita autem per hoc tempus sese gessit , ut , republica varie afflicta , ejectisque civum optimis , ceu propensis in paucorum dominatum , viam ad tyrannidem strueret ; quam & denique , eloquentiæ adminuculo , occupavit . Isocrates , in *Panathenaica* . Μέχρι τῆς Σόλωνος μὲν ἡλικίας , Πεισιστράτου δὲ δυναστείας · ὃς , δημαγωγὸς γενόμενος , καὶ πολλὰ τὴν πόλιν λυμηνάμενος , καὶ τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν , ὡς ὀλιγαρχικοὺς ὄντας , ἐκβαλὼν , τελευτῶν , τόντε δῆμον κατέλυσε , καὶ τύραννον ἑαυτὸν κατέστησε . *Usque ad Solonis quidem ætatem , sed Pisistrati principatum ; qui , cum demagogus esset , ac damnis multis civitatem affecisset , præstantissimosque civium , ut oligarchicos , ejecisset , tandem statum popularem abrogavit , ac tyrannum se constituit* . Aristoteles , *Politic.* lib. V. cap. X. Παναίτιος δὲ ἐν Λεοντίνοις , καὶ Κύψελος ἐν Κορίνθῳ , καὶ Πεισίστρατος Ἀθήνησι , καὶ Διονύσιος ἐν Συρακούσαις , καὶ ἕτεροι , τὸν αὐτὸν τρόπον (τύραννοι κατέστησαν) ἐκ δημαγωγίας . *Panætius vero in Leontinis , Cypselus Corinthi , Pisistratus Athenis , Dionysius Syracusis , aliique , eodem modo (tyranni facti sunt) e demagogia* , Valerius Maximus , *lib.* VIII *cap.* IX. *Pisistratus dicendo tantum valuisse traditur , ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent* . Polybius , in *Fragmento* quodam apud Suidam , *in* Διάληψις , delectum dicit , quia ad res gerendas promptus pariter , & audax esset . Οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων , οὐκ ἐκ τῶν κατὰ λόγον , ἀλλ' ἐκ τῶν συμβαινόντων , ἀγαθοὶ ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις , τὰς τοῦ νοὸς ὁρμάς . ἄρτι γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο προκεχειρισμένον τὸν Πεισίστρατον , διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ , καὶ τόλμαν , παραχρῆμα μετέπιπτον ἐς τἀναντία ταῖς γνώμαις , διὰ τὴν περιπέτειαν . *Multi enim inter homines , non ex iis , quæ rationi consentanea , sed ex iis , quæ eveniunt opinionem fere aliquam animo capiunt . Etenim ob illud ipsum , cum Pisistratum delegissent , quod ad faciendum quidpiam promptus esset , atque audax , ob mutationem rerum repentinam , statim animis in contraria reciderunt* . Ubi ejicienda illa , τὰς τοῦ νοὸς ὁρμάς : quæ a *Suida* sunt adjecta , ceu glossema verbi ejus præcedentis , διαλήψεις . Porro ut , quod sentio , dicam , errare ego viros doctos hic existimo , qui tyrannum illum nostrum Atheniensem esse putant ; agit enim de alio quodam , cujus mentionem facit *Legationum* Ecloga VIII.

C A P. III.

Rempublicam invadit , tripliciter divisam : in Paralios , Pediæos , Diacrios , sive Hyperacrios ; eaque in re dissidium Aristotelis , & Polyæni , indicatum . Dolo vulnerat se ipse ; & stipatores primum obtinet ; de quorum numero dissidentes inter se auctores conciliati . Arcem invadit ; & , ut plene in potestate rempublicam teneret , altero dolo populum exarmat : idque quo archonte fecerit , quove Romanorum rege ; quaque Olympiade , & anno . Solon , reprimere conatus , frustra laborat .

NUNC , tyrannidem quonam modo occupaverit , videamus . Respublica trifariam divisa erat ; & Διάκριοι pars vocati , pars Πάραλοι , pars Πεδιαῖοι : & Paraliorum caput Megacles erat ; Pediæorum Lycurgus , Diacriorum autem Pisistratus . Plutarchus , in *Solonis Vita* . Προειστήκει τῶν μὲν Πεδιαίων Λυκοῦργος , τῶν δὲ Παραλίων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος , Πεισίστρατος δὲ τῶν Διακρίων . *Præerat Pediæis quidem Lycurgus , Paraliis Megacles Alcmæonis , Diacriis vero Pisistratus* . Scholiastes Aristophanis *Vespis* . Κατὰ γὰρ τοὺς Σόλωνος νόμους , τρεῖς ἦσαν αἱ τάξεις . μία μὲν τῶν Παραλίων , ὧν προειστήκει Μεγακλῆς . ἑτέρα δὲ τῶν Πεδιαίων , ὧν προειστήκει Λυκοῦργος . τρίτη δὲ τῶν Διακρίων , ὧν προειστήκει Πεισίστρατος . *Secundum Solonis leges , tres erant ordines ; unus quidem Paraliorum , quibus præerat Megacles ; alter Pediæorum , quibus Lycurgus : tertius Diacriorum , quibus Pisistratus* . Videndus quoque Herodotus *lib.* I. Ulpianus , in *Midianam* , non Pisistratum hic memorat , sed Hippocratem , ejus patrem ; & Lycur-

gum, qui dux Pediæis erat, prætermittit. Ὁ δὲ Μεγακλῆς, τῆς μιᾶς στάσεως· ὁ δὲ Ἱπποκράτης, ὁ Πεισιστράτου πατὴρ, τῆς ἑτέρας ἦν στρατηγός. *Megacles vero, unius factionis; Hippocrates, Pisistrati pater, alterius dux erat.* In Diacriis, quibus præerat Pisistratus, erant homines capite censi, egestate infensi divitibus, & ad facinus quodvis prompti. Plutarchus *loco citato*. Πεισίστρατος δὲ (προειστήκει) τῶν Διακρίων, ἐν οἷς ἦν ὁ θητικὸς ὄχλος, καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀχθόμενος. *Diacriis (præerat) Pisistratus; in quibus erant capite censi, divitibus summopere infesti.* His cum subvenire se Pisistratus velle, ac propugnare contra opulentiores, simularet; eorum opera, oppressis cæteris, remp. invasit, istoc modo. Cum seipsum, ac mulos suos, vulnerasset, acto in forum vehiculo, tanquam ex hostibus elapsus, quem rus proficiscentem illi interficere voluissent, oravit populum, corporis custodes aliquot ut concederet. Erat in magna existimatione; & Megarensi expeditione, aliisque rebus gestis, clarus valde. Itaque permotus populus gloria viri, & injuria, ut putabat, dat custodes, clavis, non hastis, armatos. His munitus, arcem capit, & rempublicam; Herodotus, *lib.* I. Στασιαζόντων τῶν Παραλίων, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προεστῶτος Μεγακλέος τοῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τοῦ πεδίου Λυκούργου Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας (ὁ Πεισίστρατος) τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρίτην στάσιν. συλλέξας δὲ στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν Ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶται τοιάδε. τρωματίσας ἑωυτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τοὺς ἐχθροὺς, οἵ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀπολῆσαι δῆθεν· ἐδέετο δὲ τοῦ δήμου φυλακῆς τινὸς πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι. πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων, ἐξαπατηθεὶς, ἔδωκέν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἱ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτου, κορυνηφόροι δέ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες, εἵποντό οἱ ὄπισθεν. συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. *Cum seditio orta esset inter Paralios, & Pediæos; atque illis præesset Megacles, Alcmæonis filius: his Lycurgus, Aristolaidis; tyrannidem animo agitans, (Pisistratus,) tertiam ipse factionem excitavit. collectisque, qui a partibus suis starent, cum se Hyperacriis velle opitulari præseferret, rem hujusmodi machinatur; Vulneratis se, mulisque, & in forum acto curru, ceu ex hostibus evasisset, qui rus ipsum proficiscentem interimere voluissent, rogat populum, ut custodiam aliquam darent. Pridem gloriam reportaverat, capta in Megarensi expeditione Nisæa, aliisque claris facinoribus editis. Ergo Atheniensis populus, fraude inductus, dat delectos cives aliquot; qui armati clavis ligneis, & non hastis, pone ipsum sequerentur. atque isti, cum Pisistrato concitati, arcem occupant.* Ubi illud observandum; Hyperacrios ab *Herodoto* appellari, quos Diacrios alii vocant. Quod seditionem attinet, cum solis eum Pediæis contendisse, ait Aristoteles, *Politic.* lib. v. cap. v. Ἡ δὲ πίστις, ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τοὺς πλουσίους· οἷον Ἀθήνησι Πεισίστρατος, στασιάσας πρὸς τοὺς Πεδιαίους. *Fides vero erat, inimicitia adversum divites; sicut Athenis Pisistratus, mota contra Pediæos seditione.* Polyænus memorat Paralios, quibus Megacles præfectus, *lib.* I. *cap.* XXI. §. III. Πεισίστρατος Μεγακλεῖ διεπολιτεύετο. καὶ ἦν ὁ Μεγακλῆς, ὑπὲρ τῶν πλουσίων τεταγμένος· ὁ δὲ Πεισίστρατος, ὑπὲρ τῶν Πενήτων. *Pisistratus Megacli in Republica adversabatur; & Megacles, divitibus præpositus erat; Pisistratus, egenis.* De dolo Pisistrati, ita etiam Plutarchus; in *Solone*. Κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος, ἧκεν εἰς ἀγορὰν ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος. καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον, ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος. *Cum se ipse convulnerasset Pisistratus, in forum venit, curru vectus; populumque concitavit, tanquam reipublicæ causa ab inimicis insidiis petitus esset.* Solon, in *Epistola ad* Epimenidem. Ἑαυτῷ τραύματα ποιήσας, παρελθὼν ἐπ' Ἡλιαίαν, ἐβόα· φάμενος πεπονθέναι ταῦτα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. *Inflictis sibi vulneribus, accedens ad Heliæam, vociferabatur: dicens, sese his affectum ab inimicis.* Polyænus, *libro* I. *loco citato*. Κατατρώσας ἑαυτὸν οὐ καιρίοις τραύμασι, τῆς ὑστεραίας προῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, δεικνύων τοῖς Ἀθηναίοις ταῦτα. *Cum se ipse vulneribus minime lethalibus affecisset, postridie in forum processit, Atheniensibus ista ostendens.* Diodorus Siculus, *libro* XIII. Λέγεται δὲ τοῦτο πρᾶξαι τὸν Διονύσιον, ὑπομιμούμενον Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναῖον. καὶ γὰρ ἐκεῖνον φασὶν ἑαυτὸν κατατραυματίσαντα προελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ἐπιβεβουλευμένον. καὶ διὰ τοῦτο φυλακὴν λαβεῖν παρὰ τῶν πολιτῶν, ᾗ χρησάμενον, τὴν τυραννίδα περιπεποιῆσθαι. *Fertur hoc Dionysius fecisse, Pisistrati Atheniensis exemplo. etenim illum ajunt, cum se ipse vulnerasset, processisse in concionem, ceu insidiis appetitum; & a civibus ea propter stipatores accepisse, quorum opera tyrannidem arripuerit.* Aristoteles, *Rhetor.* libro I. cap. II. Καὶ ὁ Πεισίστρατος, πρότερον ἐπιβουλεύσας, ᾔτει φυλακήν. καὶ λαβὼν, ἐτυράννησε. *Etenim Pisistratus, prius insidiatus, custodiam petiit; qua accepta tyrannidem arripuit.* Justinus, *libro* II. *capite* VIII. *Pisistratus, quasi sibi, non patriæ vicisset, tyrannidem per dolum occupat: quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratoque corpore in publicum progreditur: advocata concione, vulnera populo ostendit; de crudelitate principum, a quibus hæc se passum simulabat queritur: adduntur vocibus lacrimæ, & invidiosa oratione multitudo credula accenditur: amore plebis, invisum se Senatui affirmat; obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium; per quos occupata tyrannide, per annos triginta tres regnavit.* Simul autem stipatores obtinuisset, Megacles ex Urbe profugit, & cum eo cæteri quoque Alcmæonidæ. Plutarchus, ubi de hac re loquitur, in *Solone*. Γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῆς πόλεως συνταραχθείσης, ὁ μὲν Μεγακλῆς εὐθὺς ἔφυγε μετὰ τῶν ἄλλων Ἀλκμαιωνιδῶν. *Eo facto, & turbata civitate, illico profugit Megacles, aliique Alcmæonidæ.* Verum revocatus postea a Pisistrato, ea lege, ut victorem certamine Olympico ipsum renuntiari permitteret. Scholiastes Aristophanis, *Nubibus*. Ἐσεμνύνετο δὲ τὸ γύναιον θείῳ Μεγακλεῖ, τρίτον νικήσαντι Ὀλύμπια, καὶ δι' ἱπποτροφίαν κατελθόντι ἐκ τῆς φυγῆς. Ἐδίωξε γὰρ αὐτὸν ὁ Πεισίστρατος, καὶ μετεπέμψατο, παραχωρήσαντα τὸ τῆς νίκης κήρυγμα. *Gloriabatur mulier avunculo Megacle, ter Olympico certamine victore; & quod equos aleret, ab exilio reduce. ejecerat enim eum Pisistratus, ac revocaverat, concesso prius victoriæ præconio.* Porro quod stipatores attinet, variari in eorum numero video; ac *Plutarchus* nobis auctor, quinquaginta hos fuisse, e decreto Aristonis. Ἐκ τούτου τὸ μὲν πλῆθος ἦν ἕτοιμον ὑπερμαχεῖν τοῦ Πεισιστράτου, καὶ συνῆλθεν εἰς ἐκκλησίαν ὁ δῆμος. Ἀρίστωνος δὲ γράψαντος, ὅπως δοθῶσι πεντήκοντα κορυνηφόροι τῷ Πεισιστράτῳ, φυλακὴ τοῦ σώματος, ἀντεῖπεν ὁ Σόλων. *Quamobrem parata quidem plebs fuit ad Pisistratum defendendum, venitque in concionem*

populus; sed, cum scivisset Ariston, ut clavigeri quinquaginta Pisistrato in custodiam darentur, contradixit Solon. Polyænus, trecentos dicit, *l.* I. *loc. cit.* Ὁ δὲ δῆμος, ὑπερηγανάκτησεν, ὡς ὁ κηδόμενος αὐτῶν δι' αὐτοὺς ταῦτα εἴη παθών· καὶ ἐς φυλακὴν τοῦ σώματος, ἔδωκεν αὐτῷ τριακοσίους φύλακας. *Ac populus, supra modum est indignatus, quod, qui ipsius curam gereret, propter ipsum hæc passus esset; deditque, in custodiam corporis, stipatores trecentos*. Ipse Solon, eos quadringentos memorat, in *Epistola* ad Epimenidem. Καὶ φύλακας ἠξίου παρασχεῖν οἱ τετρακοσίους τοὺς νεωτάτους· οἱ δὲ, ἀνηκούσαντές μου, παρεῖχον τοὺς ἄνδρας. *Postulabat dari sibi custodes e selecta juventute quadringentos; illi vero, mihi non auscultantes, concessere viros*. Sed dissidium compono. Initio quinquaginta tantum hi fuerunt; sed mox aucti, pro Pisistrati libidine. Indicat clare *Plutarchus*. Τὸ δὲ ψήφισμα κυρώσας ὁ δῆμος οὐδὲ τοῦ πλήθους ἔτι τῶν κορυνηφόρων διεμικρολογεῖτο πρὸς τὸν Πεισίστρατον. ἀλλ', ὅσους ἐβούλετο, τρέφοντα, καὶ συνάγοντα φανερῶς, περιεώρα. *Cum decretum populus confirmasset, non anxie deinceps de clavigerorum numero cum Pisistrato disceptavit: sed alentem, quotquot vellet, & aperte colligentem, insuper habuit*. In hunc modum cum satellites impetrasset, arcem postea occupavit. Ecce tibi, in *citatis* Herodoti *verbis*. Συνεπαναστάντες δὲ οὗτοι (οἱ κορυνηφόροι) ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. *Atque isti, (clavigeri,) cum Pisistrato concitati, arcem occupant*. Plutarchus, *loco citato*. Ὅσους ἐβούλετο (κορυνηφόρους) τρέφοντα, καὶ συνάγοντα φανερῶς, παρεώρα, μέχρι τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε. *Quotquot vellet (clavigeros) alentem, & aperte colligentem, insuper habuit, donec arcem occuparet*. Sed non illud ei satis; uti plene reipublicæ potens esset, exarmandus erat populus. Hic, commentus novum dolum, eum in Dioscurorum templo cum armis adesse jubet; quo & ipse, verba facturus, processit; ac, cum voce exili diceret, quæque exaudiri haud posset, iique juberent in vestibulum procedere, ut commodius audirent; isque faceret, ac submisse nihilominus loqui pergeret, dum hoc illi unum agunt, ut audire verba facientem possent, neque dolum animadvertunt, prodeuntes qui a partibus ejus stabant, arma clanculum subducunt, atque in Aglauri deferunt. quod mox ubi cognovissent, sero tandem insidias libertati structas perceperunt. Audiamus Polyænum, *libro* I. *capite* XXI. §. II. Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὰ ὅπλα βουλόμενος παρελέσθαι, παρήγγειλεν ἥκειν ἅπαντας εἰς τὸ Ἀνάκειον, μετὰ τῶν ὅπλων. οἱ μὲν ἧκον· ὁ δὲ προῆλθε δημηγορῆσαι βουλόμενος, καὶ σμικρᾷ τῇ φωνῇ λέγειν ἤρχετο. οἱ δὲ ἐξακούειν μὴ δυνάμενοι, προελθεῖν αὐτὸν ἠξίωσαν εἰς τὸ προπύλαιον, ἵνα πάντες ἀκούσειαν· ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἡσυχῇ διελέγετο. οἱ δὲ ἐντείνοντες τὰς ἀκοὰς προσεῖχον, οἱ ἐπίκουροι προελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγλαύρου. Ἀθηναῖοι δὲ γυμνοὶ καταλειφθέντες, τότε ἄρα ᾔσθοντο τῆς Πεισιστράτου βραχυφωνίας, ὅτι ἄρα ἦν τέχνασμα, κατὰ τῶν ὅπλων. *Pisistratus, cum adimere Atheniensibus arma vellet, venire omnes in Anaceum jussit, una cum armis. Et illi quidem convenerunt; ac processit ipse etiam, verba ad eos facere cupiens, & submissa adeo voce dicere incepit. cumque intelligere ipsum minus possent, prodire in vestibulum jusserunt, uti rectius intelligerent. sed cum ille nihilominus pergeret submisse loqui, illique attente aures adhiberent, procedentes, qui favebant ejus partibus, clanculum subducta arma in Agrauli detulerunt. Postea Athenienses, cum relicti essent nudi, senserunt, hanc exilitatem vocis a Pisistrato dolo esse institutam, ut subducere arma ipsis sua possent*. Breviter tangit Maximus Tyrius, *Dissert.* XIII. Πότε δοῦλοι, (Ἀθηναῖοι;) ὅτε Πεισιστρατίδαι τὸν δῆμον ἐξοπλίσαντες, γεωργεῖν ἠνάγκαζον. *Quando servi fuerunt (Athenienses?) cum Pisistratidæ populum, armis ademptis, agrum colere coegerunt*. Sic, Republica tandem in potestatem redacta, tyrannidem incepit; idque Comia Archonte. Plutarchus, in *Vita Solonis*. Ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος. *Etenim sub archonte Comia tyrannidem Pisistratus incepit*. Ac regnante Romæ Servio Tullo. Observare est apud Ciceronem, in *Bruto* capite X. *Ante Solonis ætatem, & Pisistrati, de nullo, ut diserto, memoriæ proditum est. At hi quidem Servio Tullo regnante viguerunt*. Aulus Gellius *libro* XVII. *capite* XXI. *Servio autem Tullo regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit*. Apud Græcos numerabatur Olympiadis quinquagesimæ annus primus. Anonymus, in *Descriptione Olympiadis* in eo tempore. Οἱ Πεισιστρατίδαι τῶν Ἀθηναίων ἐτυράννουν. *Pisistratidæ Atheniensium tyrannidem occuparunt*. Clemens Alexandrinus, de Onomacrito agens, *Strom.* I. Ναὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, οὗ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, εὑρίσκεται. *Quin etiam Onomacritus Atheniensis, cujus dicuntur esse poemata, quæ attribuuntur Orpheo, tempore principatus Pisistratidarum, circa quinquagesimam Olympiadem, invenitur*. Et Tatianus, *contra Græcos*. Ὀρφεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονε. ἄλλως τε καὶ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Orpheus eodem, quo Hercules, tempore fuit; &, quæ ipsi adscribuntur, ab Onomacrito Atheniensi composita esse dicuntur; qui fuit sub principatu Pisistratidarum, circa Olympiadem quinquagesimam*. Varie quidem obnixus Solon, libertatem Reipublicæ tuebatur; sed conatus, prævalente jam Pisistrato, frustra fuit: ac initio per blanditias privatim ipsum compellatum dimovere de proposito animum induxit. Plutarchus, in *ejus Vita*. Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας, αἰδῶ μὲν εἶχε καὶ τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ κοινῷ λέγειν, καὶ πράσσειν ὁμοίως, οὐκ ἔτ' ἦν δυνατὸς, οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως. ἀλλ' ἐντυγχάνων ἰδίᾳ τοῖς προεστῶσι τῶν στάσεων ἀνδράσιν, ἐπειρᾶτο διαλύειν, καὶ συναρμόττειν, μάλιστα τοῦ Πεισιστράτου προσέχειν δοκοῦντος αὐτῷ. *Cum se ita res haberent, reversus Athenas Solon, erat quidem apud omnes in honore, & reverentia, cæterum, ad dicendum in publico, aut faciendum, neque vires amplius aderant, neque alacritas, senio præpediente: capita vero factionum seorsim compellans, dirimere ea, & reducere in concordiam, conabatur; Pisistrato maxime, ut videbatur, ausculante*. Et mox: Ὁ δὲ Σόλων, ταχὺ τὸ ἦθος ἐφώρασεν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν πρῶτος ἐγκατεῖδεν. οὐ μὴν ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐπειρᾶτο πραΰνειν, καὶ νουθετεῖν. καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε, καὶ πρὸς ἑτέρους, ὡς, εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰάσαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲ βελτίων πολίτης. *At ingenium ejus cito deprehendit Solon, ac insidias subesse primus vidit; nec proptera odio tamen eum habuit, sed conatus demulcere est, & ad mentem saniorem revocare: quin & ipsi, aliisque affirmabat, quod si quis primatus studium ipsius animo eximeret, ac libidini dominandi mederetur, nullum alium ad virtutem magis & natura factum, neque meliorem civem*. Sed privatim per blanditias postquam nihil profecisset, etiam publice se opposuit. Audi Plu-

tarchum *loco citato* narrantem. Ἐπεὶ δὲ κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος, ἧκεν εἰς ἀγορὰν, ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος, καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον, ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος, καὶ πολλοὺς εἶχεν ἀγανακτοῦντας, καὶ βοῶντας, προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων, καὶ παραστὰς, Οὐ καλῶς, εἶπεν, ὦ παῖ Ἱπποκράτους, ὑποκρίνῃ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. ταυτὰ γὰρ ποιεῖς τοὺς πολίτας παρακρουόμενος, οἷς ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους ἐξηπάτησεν, αἰκισάμενος ἑαυτόν. *Postquam vero, inflictis sibi vulneribus, in forum Pisistratus venit, curru vectus, populumque concitavit, tanquam reip. causa insidiis ab inimicis appetitus, multosque haberet indignantes, & clamantes, proprius accedens Solon, adsistensque, Non recte, inquit, fili Hippocratis, imitaris Ulyssem Homericum; nunc siquidem eadem ipse facis ad decipiendos cives, quibus ille, cum se flagris concidisset, hosti imposuit.* Inde, lorica armatus, clypeoque, pro concione adhortari populum ausus est, ne desereret libertatem; se suppetias laturum. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. c XLIX. ἧξας (ὁ Σόλων) εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ θώρακος, καὶ ἀσπίδος, προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τοῦ Πεισιστράτου. καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἕτοιμος εἶναι. *Cum venisset (Solon) in concionem quandam cum lorica, & scuto, prædixit illi Pisistrati insidias; neque id solum, sed & se paratum esse opem ferre.* Hoc est, quod Valerius Maximus dicit, *lib.* V. *cap.* III. *Pisistrati tyrannidem primus (Solon) vidit orientem; & solus, armis opprimi debere, palam dictitare ausus est.* Cum vero neque sic proficeret, positis ante curiam armis, Ego, inquit, quantum potui, patriæ, & legibus, opem tuli. Plutarchus, *loc. cit.* Οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ, διὰ τὸν φόβον, ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸν στενωπὸν, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὡς δυνατὸν ἦν, βεβοήθηται τῇ πατρίδι, καὶ τοῖς νόμοις. *At cum nemo, propter metum, auscultaret, domum abiit; sumptisque armis, & in vico ante fores collocatis; Ego quidem, quantum potui, patriæ, inquit, legibusque, opem tuli.* Diogenes Laertius, *loco citato* Ἡ δὴ δὲ αὐτοῦ κρατοῦντος, οὐ πείθων, ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ στρατηγίου· καὶ εἰπών· ὦ πατρὶς, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον. *Jam potito rerum ipso, cum nequaquam persuaderet, posuit arma ante curiam; ac, cum dixisset, Equidem, o patria, verbo, & opere, te adjuvi, in Ægyptum abnavigavit.* Factum ipsum, eodem modo, verba aliter narrat ipse Solon, in *Epistola, jam citata, ad* Epimenidem. Ἐγὼ δὲ, θέμενος πρὸ τοῦ στρατηγίου τὰ ὅπλα, εἶπον, τῶν μὲν μὴ αἰσθανομένων Πεισίστρατον τυραννησείοντα εἶναι ξυνετώτερος, τῶν δὲ ὀκνούντων ἀμύνασθαι ἀλκιμώτερος. *Ego vero, positis ante curiam armis, iis me, qui Pisistratum ad tyrannidem contendere nullo modo animadvertebant, prudentiorem esse dicebam; iis autem, qui defendere non auderent, fortiorem.* Meminitque Plutarchus, in *ejus Vita*. Ὁρῶν δὲ, τοὺς μὲν πένητας ὁρμωμένους χαρίζεσθαι Πεισιστράτῳ, καὶ θορυβοῦντας, τοὺς δὲ πλουσίους ἀποδιδράσκοντας, καὶ ἀποδειλιῶντας, ἀπῆλθεν, εἰπών· ὅτι τῶν μέν ἐστι σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερος· σοφώτερος μὲν, τῶν μὴ συνιέντων τὸ πραττόμενον· ἀνδρειότερος δὲ, τῶν συνιέντων μὲν, ἐναντιοῦσθαι δὲ τῇ τυραννίδι φοβουμένων. *Cum videret, pauperes quidem gratificari Pisistrato cupientes, ac tumultuantes, divites vero fugientes, timentesque; abiit dicens: Ego quidem his prudentior, illis fortior existo: ac prudentior quidem istis, qui non capiunt, quid agatur; fortior autem his, qui capiunt isthoc quidem, sed tyrannidi obviam ire reformidant.* Post hæc, quanquam facto nil prodesse posset, verbis tamen non abstinuit; quæ, in isto rerum statu; dementis potius, quam prudentis, viderentur, qua de re interrogatus, Senio fretum se, respondit. Plutarchus, in *Solone*. Ἐπὶ τούτοις δὲ, πολλῶν νουθετούντων αὐτὸν, ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πυνθανομένων, τίνι πιστεύων οὕτως ἀπονοεῖται, τῷ γήρᾳ, εἶπεν. *Super his autem, cum multi ipsum admonerent, a tyranno cæsum iri; quærerentque, qua re fretus hunc in modum dementiret, Senio, inquit.* Cicero non amicis ipsum admonentibus, sed Pisistrato, ita respondisse dicit, *libro* De Senect. *capite* XX. *Hoc est illud, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est: cum illi quærenti, Qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute.* Et Plutarchus quoque ipse, *libro* An seni sit gerenda respublica. Ὁ δὲ Σόλων, τῆς Πεισιστράτου δημαγωγίας, ὅτι τυραννίδος ἦν μηχάνημα, φανερᾶς γενομένης, μηδενὸς ἀμύνεσθαι μηδὲ κωλύειν τολμῶντος, αὐτὸς ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα. καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ἠξίου βοηθεῖν τοὺς πολίτας· πέμψαντος δὲ τοῦ Πεισιστράτου πρὸς αὐτὸν, καὶ πυνθανομένου, τίνι πεποιθὼς ταῦτα πράττει, Τῷ γήρᾳ, εἶπεν. *Solon vero, cum Pisistratus in demagogia sua tyrannidem moliri manifestus esset, nec se opponere quisquam auderet, aut prohibere; ipse, arma efferens, ac pro ædibus ea statuens, uti cives adjuvarent, cupiebat; cum autem mitteret ad eum Pisistratus, quæreretque, qua re fretus isthæc faceret; Senectute, respondit.*

CAP. IV.

Ejectus semel, iterumque. Epigrammatarii error. Ejecti bona publicata; quæ tamen, excepto Callia, nemo emit. Cum Megacle pacificitur, filiam ejus, Cæsyram nomine, se ducturum: ejusque opera mox reducitur. Phya mulier, armis Palladis induta, tanquam deam introducta, populum Atheniensem, deam esse existimantem, circumvenit. Scholiastæ Aristophanis ignorantia indicata. Phya illa qualis fuerit; Hipparcho in uxorem data: Socratis filia. Postea quoque, ejecto iterum Pisistrato, majestatis rea facta. Quantum temporis ab ejectione prima ad reductionem istam interfuerit, inquisitum, & ostensum.

ERGO Athenas sic Pisistratus subegit; sed non semper eas tenuit: bis ejectus, tertium cum subjecisset, ita demum porro in potestate habuit. Ac bis ejectum, Aristoteles nobis memorat, *Polit.* libro V. capite XII. Τρίτη δ' ἡ τῶν Πεισιστρατιδῶν (τυραννὶς) Ἀθήνησιν. οὐκ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν· ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα τούτων ἐτυράννευσεν. *Tertia est Pisistratidarum (tyrannis) Athenis; sed continua hæc non fuit, siquidem bis ejectus Pisistratus, postquam tyrannidem est nactus: ita ut ex annis triginta tribus septendecim tantum tyrannidem tenuerit.* Eunapius, in *Proæresio*. Ὁ δὲ καὶ πρὸς τὴν φυγὴν μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς, ὥσπερ ὁ Πεισίστρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον. *Hic vero etiam ad exilium cum vehementi paupertate, ut Pisistratus, postquam ejectus, secundum rediit.* Errat *Epigrammatarius Græcus*, qui, ter occupata tyrannide, ter ejectum, & reductum, eum dicit. Habes enim *Anthologiæ* libro IV. capite IV. Epigramma, cum inscriptione ista. Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου. *In Pisistrati*

ſtatuam. Ipſius vero *Epigrammatis* primum diſtichon, hoc exiſtit.

> Τρίς με τυραννήσαντα, τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
> Δῆμος Ερεχθειδῶν, καὶ τρὶς ἐπηγάγετο.
>
> *Ter me tyrannidem adeptum, toties ejecit.*
> *Populus Erechthidarum, & ter introduxit.*

Ac primum quidem, tyrannidem amiſit, cum non diu tenuiſſet; conſpirantibus inter ſeſe Megacle & Lycurgo, quique partes utriuſque ſequebantur. Herodotus, *lib.* I. *cap.* LX. *init.* Μετὰ δὲ ὀ πολλὸν χρόνον τὠυτὸ φρονήσαντες οἵ τε τοῦ Μεγακλέους στασιῶται, καὶ οἱ τοῦ Λυκούργου, ἐξελαύνουσί μιν. οὕτω μὲν Πεισίστρατος ἔσχε τὸ πρῶτον Ἀθήνας· καὶ τὴν τυραννίδα, οὔκω κάρτα ἐῤῥιζωμένην ἔχων, ἀπέβαλεν. *Non multo poſt conſentientes, qui Megaclem ac Lycurgum ſequebantur, ejiciunt ipſum. atque ita quidem Piſiſtratus primum habuit Athenas; & tyrannidem, nondum valide firmatam, amiſit.* Ejecti bona, publicata; verum ea, præter Calliam, nemo emit. Herodotus, *lib.* VI. *cap.* CXXI. Καλλίης τε γὰρ, μοῦνος Ἀθηναίων ἁπάντων, ἐτόλμα, ὅκως Πεισίστρατος ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηνέων, τὰ χρήματα αὐτοῦ, κηρυσσόμενα ὑπὸ τοῦ δημοσίου, ὠνέεσθαι. *Etenim Callias, ſolus Athenienſium, cum Piſiſtratus Athenis ejectus eſſet, bona ejus, ſub haſtam miſſa, emere eſt auſus.* Verum Megacle, & Lycurgo, denuo inter ſe diſſidentibus, cum oblatam a Megacle filiam ducturum ſe promiſiſſet, mox tyrannidem recepit. Herodotus, *lib.* I. *cap.* LX. Οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον, αὖτις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐστασίασαν· περιελαυνόμενος δὲ τῇ στάσει Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βούλοιτό οἱ θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένου δὲ τὸν λόγον, καὶ ὁμολογήσαντος ἐπὶ τούτοισι, Πεισιστράτου, μηχανῶνται δὴ ἐπὶ τῇ καθόδῳ πρῆγμα εὐηθέστατον. *Qui vero Piſiſtratum ejecerunt, iterum ſeditionem inter ſeſe concitarunt; qua cum Megacles vexaretur, Piſiſtrato nuntiat, ſi uxorem filiam ſuam ducere vellet, ſe tyrannidem redditurum. cumque hic conditionem illam acciperet, & annueret, rem de reditu valde ſtultam machinati ſunt.* Filiæ nomen ab *Herodoto* non exprimitur; ego tamen alibi invenio, Cœſyram appellatam fuiſſe. *Suidas.* Εγκεκοισυρωμένην. ἀντὶ τοῦ, περιττῶς κεκοσμημένην. τὰ Κοισύρας φρονοῦσαν· ἔστι δὲ Ερετριακὸν τὸ ὄνομα. οὗτοι δὲ εἰς τρυφὴν διαβάλλονται. αὕτη δὲ ἐγαμήθη Πεισιστράτῳ, ἐπιχειρήσαντι τυραννεῖν. *Incæſyratam; pro, ſuperflue ornatam. Cœſyræ ſpiritus gerentem. Eſt autem vocabulum Eretriacum. hi vero ob luxum male audiunt. Hæc autem Piſiſtrato nupſit, tyrannidem affectanti.* Quæ iiſdem plane verbis occurrunt apud Scholiaſten Ariſtophanis *Nubibus.* Reſtitutio autem ipſa, in hunc modum ſeſe habuit. Erat mulier, Phya nomine, e Pæanienſi populo; magnitudine quatuor fere cubitorum, cæteroqui ſat formoſa. Hanc armatam, & in curru collocatam, eo habitu, quo quam venuſtiſſima eſſe videretur, in urbem agunt, præmiſſis præconibus, qui præcurrerent; quique, in urbem cum veniſſent, imperata prædicarent, hunc in modum. *Athenienſes, excipite bona mente Piſiſtratum, quem Minerva quoque ipſa, inter homines maximo dignata honore, in arcem ſuam nunc reducit.* Quæ cum illi, tranſeuntes paſſim Urbem, exequerentur: ac per populos rumor ſtatim percrebeſceret, Piſiſtratum a Minerva reduci: qui in Urbe habitabant, hanc mulierem eſſe ipſam deam rati, ſimul adorarunt eam,

A & Piſiſtratum receperunt. Herodot. *ibid.* Μηχανῶνται τοιάδε. ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνὴ, τῇ οὔνομα ἦν Φύη. μέγεθος ἀπὸ πηχέων τεσσάρων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους, καὶ ἄλλως εὐειδής. ταύτην τὴν γυναῖκα σκευάσαντες, καὶ προσδέξαντες σχῆμα οἷόν τι ἔμελλεν εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχουσα, ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ, προδρόμους κήρυκας προπέμψαντες, οἳ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες τοιάδε· Ω Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη, τιμήσασα ἀνθρώπων μάλιστα, κατάγει ἐς τὴν ἑωϋτῆς ἀκρόπολιν. οἱ μὲν δὴ, ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον. αὐτίκα δὲ ἐς τοὺς δήμους φάτις ἀπίκετο, ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει. καὶ ἐν τῷ ἄστεϊ πειθόμενοι τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν B τὴν θεὸν, προσεύχοντό τε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐδέκοντο τὸν Πεισίστρατον. *Machinati ſunt talia. Erat in populo Pæanienſi mulier, nomine Phya; quæ ſtatura cubitos quatuor, minus digitis tribus, æquaret, alioqui formoſa. Hanc tota armatura induentes, & in currum imponentes, quo habitu decora maxime videri poſſet, in Urbem agunt; præmiſſis, qui præcurrerent, præconibus, &; in Urbem cum veniſſent, quæ mandata nuntiarent; iſtis verbis: O Athenienſes, accipite bona mente Piſiſtratum, quem ipſa Minerva, ſummo eum inter homines honore afficiens, in arcem ſuam reducit. Et hi quidem paſſim hæc, quacunque tranſirent, dictitabant;* C *ac confeſtim fama populos pervagata eſt, ac ſi Minerva Piſiſtratum reduceret.. & in Urbe perſuaſi cives, hanc mulierem eſſe deam, & adorarunt eam, & Piſiſtratum receperunt.* Narrat factum etiam Polyænus, *lib.* I. *cap.* XXI. Ο δὲ ἅρματος ἐπιβὰς, παραστησάμενος γυναῖκα μεγάλην, καλὴν, ὄνομα Φύην, Παλλαδικοῖς ὅπλοις κεκοσμημένην, δόξαν ἐνδοὺς, ὡς Ἀθηνᾶ κατάγει Πεισίστρατον, ἀδεῶς εἰσήλασε καὶ τῆς τυραννίδος τῶν Ἀθηναίων ἐκράτησεν. *Hic vero, conſcenſo curru, & fæmina juxta collocata magna, pulchra, Phya nomine, armis Palladis exornata, ſparſa fama, ceu Minerva Piſiſtratum reduceret, intrepide in-* D *greſſus eſt, & tyrannidem Athenienſium occupavit.* Valerius Maximus, *libro* I. *capite* II. *Piſiſtratus in recuperanda tyrannide, quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcem Minervæ eſt uſus: cum per oſtentationem ignotæ mulieris, quæ Phya vocabatur, formatæ ad habitum deæ, Athenienſes deciperet.* Scholiaſtes *Hermogenis.* Πεισίστρατος, διωχθεὶς παρὰ τῶν Ἀθηναίων, εὗρε γυναῖκα μεγάλην· ἣν καὶ ἀναβιβάσας εἰς ἵππον, ἤγαγεν εἰς Ἀθήνας, λέγων· ὡς ἡ Ἀθηνᾶ ἐστι, καὶ κομίζει με αὖθις εἰς Ἀθήνας. *Piſiſtratus, ejectus ab Athenienſibus, invenit mulierem ma-* E *gnam; quam, equo impoſitam, in Urbem introduxit, dicens: Minerva hæc eſt, meque Athenas reducit.* Imperite Scholiaſtes Ariſtophanis Myrrhinen hic nominat, quæ Phya erat; & Piſiſtrati uxorem dicit, quam nos Hippiæ fuiſſe, infra dicemus; itaque dupliciter errat. Verba ejus ecce iſta, ad *Equites.* Πεισιστράτου γυνὴ γέγονεν ἡ Μυῤῥίνη, Ιππίου, καὶ Ιππάρχου μήτηρ. ταύτην ὁ Πεισίστρατος, ὁπότε κατήγαγεν εἰς Ἀθήνας, ἔφασκεν Ἀθηνᾶν εἶναι, βουλόμενος τυραννεῖν. *Piſiſtrati uxor fuit Myrrhine, Hippiæ, & Hippar-* F *chi, mater. Hanc Piſiſtratus, cum Athenas duceret, Minervam eſſe dicebat, tyrannidem affectans.* Erat autem Phya iſta tenuis fortunæ mulier, quæque vendendis coronis victum quæreret; ac Piſiſtratus, ut ſe gratum exhiberet, hanc uxorem filio Hipparcho dedit. Athenæus, *libro* XIII. Καὶ τὴν κατάγουσαν δὲ Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα, ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδος ἤχουσαν, καλὴν φησι (Φύλαρχος) γεγονέναι, ἥτις καὶ τῇ θεῷ εἴκαστο τὴν μορφήν. στεφανόπωλις δὲ ἦν, καὶ αὐτὴν ἐξέδωκε πρὸς γάμου κοινωνίαν

νωνίας ὁ Πεισίςρατος Ιππάρχῳ τῷ υἱῷ. *Et quæ Pisistratum in tyrannidem reduxit, tanquam quæ specie Palladem referret, formosam fuisse (Phylarchus) dicit; quæ & Deæ facie similis esset. Coronas autem venditabat; ac Pisistratus filio Hipparcho ipsam uxorem dedit.* Clidemus apud eundem, Νόςων *lib.* VIII. Εξέδωκε δὲ (Πεισίςρατος) Ιππάρχῳ τῷ υἱεῖ τὴν παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύην, τὴν Σωκράτους θυγατέρα. *Elocavit vero (Pisistratus) Hipparcho filio mulierem, quæ curru vecta cum ipso fuerat, Phyam nomine, Socratis filiam.* Ubi illud amplius observare licet, patrem illi Socratem quendam fuisse. Et hæc ipsa, ob id factum, ejecto iterum Pisistrato, læsæ majestatis accusata est. Hermogenes, De *Invent.* lib. I. cap. III. Η Φύη, μετὰ τὴν κατάλυσιν τοῦ Πεισιςράτου, κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. λέγομεν γάρ, ἠδυνάμην μὲν οὖν καὶ ἀσεβείας αὐτὴν γραψάμενος εἰς ὑμᾶς ἀγαγεῖν, ὅτι τὸ σχῆμα τῆς Αθηνᾶς ἀσεβῶς ὑπεκρίνατο. *Phya, post Pisistratum ejectum, accusatur læsæ majestatis. dicimus enim; possem equidem illam apud vos accusare impietatis, quæ Minervæ habitum impie simulavit.* Sed a prima ejectione, usque ad reductionem, estne scire, quantum temporis interfuerit? inquiramus, ut hoc quoque teneamus. Fuit Pisistrati tyrannis universim annorum triginta trium; atque ex his septendecim tantum urbem in potestate habuit, sedecim in exilio egit. Aristoteles clare dicit, in *citatis antea verbis.* Εν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα τούτων (ὁ Πεισίςρατος) ἐτυράννευσεν. *Ex annis triginta tribus, septendecim tantum tyrannidem Pisistratus tenuit.* Atque e sedecim exilii annis, undecim acti a secunda ejectione ad recuperationem ultimam. Observo apud Herodotum, ubi de secunda restitutione verba facit, *loc. cit.* Εξ Ερετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος ἀπίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Αττικῆς ἴσχουσι Μαραθῶνα. *Eretria autem profecti, anno undecimo, sunt reversi; & primum in Attica Marathonem occuparunt.* Inde certa conjectura est, in priore hoc exilio annos quinque actos esse.

CAP. V.

Restitutus, ut promiserat, Megaclis filiam uxorem ducit; qua abutens, ægre id ferente Megacle, iterum ejectus, Eretriam abit: ac quo tempore istud factum. Ulpiani ignorantia. Herodoti malignitas, a Plutarcho reprehensa. Eusebii error. Inde anno undecimo post ad recuperandam tyrannidem proficiscens, ab Amphilyto vate confirmatur. Clemens emendatus. Mox tyrannidem recuperat, & varie munit, ut deinceps semper tenuerit. Quando id factum. Eusebii locus explicatus. Quam diu deinceps tenuerit. Denique extrema senectute diem obit, post annorum trium & triginta tyrannidem.

IN hunc modum cum tyrannidem recepisset, quod ex pacto tenebatur, Megaclis filiam uxorem accipit; verum, cum & filios ipse ætate florentes haberet, & piaculo teneri Alcmæonidæ dicerentur, liberos ex ea nolens, contra leges matrimonii illa est usus: quod cum ipsa aliquamdiu occultasset, tandem matri factum indicat, ista viro. Ille, iniquo animo ferens contumeliam, conciliatis inimicis, de ejiciendo eo iterum consilia capit. quod cum ipse animadverteret, sponte Attica decedit, Olymp. LIV. anno III. ut mox dicam. Herodotus, *lib.* I. *cap.* LXI. Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ὁ Πεισίςρατος, κατὰ τὴν ὁμολογίην, τὴν πρὸς Μεγα-

A κλέα γενομένην, γαμέει τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων νεηνιέων, καὶ λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Αλκμαιωνιδέων, οὐ βουλόμενός οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ οὐ κατὰ τὸν νόμον. τὰ μὲν νῦν πρῶτα, ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή. μετὰ δέ, εἴτε ἱςορεῦση, εἴτε καὶ οὔ, φράζει τῇ ἑωυτῆς μητρί· ἡ δὲ, τῷ ἀνδρί. τῷ δὲ, δεινόν τι ἔσχεν, ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιςράτου. ὀργῇ δὲ, ὡς εἶχε, καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι ςασιώτῃσι. μαθὼν δὲ ὁ Πεισίςρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωϋτῷ, ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης τὸ παράπαν. *Pisistratus, quo dixi modo, cum tyrannidem recepisset, sicut Megacli promiserat, filiam ejus uxorem du-* B *cit. Sed, cum filii ipsi essent, ætate florentes, & piaculo obnoxii Alcmæonidæ dicerentur, liberos e nova conjuge tollere nolens, illicite cum ea congrediebatur. Et initio, occultabat ista mulier; deinde, an enuntiaret, an celaret etiam porro, cum matre consultat: hæc vero, marito indicat. illum autem, ægre habebat, contumelia a Pisistrato affici: atque, ut erat ira percitus, posita inimicitia, cum adversæ factionis studiosis se conciliat. at Pisistratus, cum intelligeret, quæ in ipsum agitarentur, regione prorsus decedit.* Historiam hanc, quia non recte tenuit, male narrat Ulpianus, in *Mi-* C *dianam.* Ετέρας προφάσεως οὔσης, δι' ἣν ἐςασίασαν, ἄλλην εἶπεν ὁ ῥήτωρ. Ο δὲ Μεγακλῆς, τῆς μιᾶς ςάσεως. ὁ δὲ Ιπποκράτης, ὁ Πεισιςράτου πατὴρ, τῆς ἑτέρας ἦν ςρατηγός. ἐπήραντο δὲ οἱ ςασιάζοντες οἵτε Παράλιοι, καὶ οἱ Παράκριοι. νικησάντων δὲ τῶν Ιπποκράτους, καὶ Πεισιςράτου, καὶ τυράννου καταςάντος τοῦ Πεισιςράτου, φοβηθεὶς ὁ Μεγακλῆς, συνῆψε τὴν θυγατέρα τῷ Πεισιςράτῳ. χρωμένου δὲ αὐτῇ παρὰ φύσιν ἐκείνου, προέμενος ὁ Μεγακλῆς, τὴν θυγατέρα ἀφέλκυσε, καὶ ᾤχετο αὐτὸς ἐς Δελφούς. *Cum alia causa fuerit, cur tumultuarentur, aliam narrat Orator. Megacles, unius factionis dux fuit; alterius Hippocrates, Pisistrati Pater. Concitati* D *quoque ad seditionem Paralii, & Paracrii. Cum autem vicissent Hippocrates, & Pisistratus; ac Pisistratus tyrannidem occupasset; perterritus Megacles, filiam Pisistrato in matrimonium collocavit. qui cum ea contra naturam uteretur, Megacles, re intellecta, filiam abstraxit, & Delphos abiit.* Accusat Herodotum malignitatis Plutarchus, ob hanc historiam, libro proprio, de *Malign.* Herod. Μετὰ ταῦτα τοὺς Αλκμαιωνίδας, ἄνδρας γενομένους, καὶ τὴν πατρίδα τῆς τυραννίδος ἐλευθερώσαντας, εἰς αἰτίαν ἐμβαλὼν προδοσίας, δέξασθαί φησι τὸν Πεισίςρατον ἐκ τῆς φυγῆς, καὶ συγκαταγαγεῖν ἐπὶ τῷ γάμῳ τῆς Μεγακλέους θυγατρός. τὴν δὲ παῖδα πρὸς τὴν E μητέρα φράσαι τὴν ἑαυτῆς, ὅτι ὦ μαμμίδιον, ὁρᾷς, οὐ μίγνυταί μοι κατὰ νόμον Πεισίςρατος. ἐπὶ τούτῳ δὲ τοὺς Αλκμαιωνίδας τῷ παρανομήματι σχετλιάσαντας, ἐξελάσαι τὸν τύραννον. *Post hæc Alcmæonidas, qui se viros præstiterant, patriamque a tyrannide liberaverant, proditionis insimulans, ait recepisse Pisistratum ab exilio, & una reduxisse, pactis Megaclis filiæ nuptiis. puellam autem narasse, non coire secum Pisistratum ex legis præscripto; atque hoc facinus ægre ferentes Alcmæonidas, ejecisse tyrannum.* Sic ejectus, Eretriam petiit; ubi, habito cum filiis consilio, Hippiæ sententiam secutus, repetendam tyrannidem statuit. Et præsto F fuere urbes aliquot, pecuniisque adjuvere; maxime omnium Thebani: deinde Argivi, & Naxius Lygdamis. Inde Eretria profectus, anno undecimo postquam illuc advenisset, Marathonem occupavit; ubi multi passim ex populis, & ex ipsa quoque urbe, accedebant. Hinc cum copias contra Urbem porro duceret positis armis ad Minervæ Pallenidis fanum, ab Amphilyto illic vate confirmatus, porro tendit Urbem, ac tyrannidem recipit, stabilitque. Hero-

dotus *lib.* I. *cap.* LXI. Απικόμενος δὲ ἐς Ερέτριαν, ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισίν. Ιππίεω δὲ γνώμη νικήσαντος, ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνθαῦτα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τῶν πολίων, αἵτινές σφι προαιδέατό κού τι. πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλοντο τῇ δόσει τῶν χρημάτων. μετὰ δὲ, οὐ πολλῷ λόγῳ εἰπεῖν, χρόνος διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο ἐς τὴν κάτοδον. καὶ γὰρ Αργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ Πελοποννήσου. καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπιγμένος ἐθελοντὴς, τῷ οὔνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίην πλείστην παρείχετο, κομίσας καὶ χρήματα, καὶ ἄνδρας. ἐξ Ερετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἑνδεκάτου ἔτεος, ἀπίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Αττικῆς ἴσχουσι Μαραθῶνα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χώρῳ σφι στρατοπεδευομένοισιν, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστεος στασιῶται απίκοντο, ἄλλοι τε ἐκ τῶν δήμων προσέρρεον, οἷσιν ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπαστότερον. οὗτοι μὲν δὴ συνηλίζοντο. Αθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος, ἕως μὲν Πεισίστρατος τὰ χρήματα ἤγειρε, καὶ μεταῦτις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον οὐδένα εἶχον. ἐπεί τε δὲ ἐπύθοιτο, ἐκ τοῦ Μαραθῶνος αὐτὸν στρατεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ, οὕτω δὴ βοηθέουσιν ἐπ' αὐτόν. καὶ οὗτοί τε πανστρατιῇ ἤισαν ἐπὶ τοὺς κατιόντας. καὶ οἱ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶνος ἤισαν ἐπὶ τὸ ἄστυ, ἐς τὠυτὸ συνιόντες, ἀπικνέονται ἐπὶ Παλληνίδος Αθηναίης ἱρὸν, καὶ ἀντία ἔθεντο τὰ ὅπλα. ἐνθαῦτα, θείῃ πομπῇ χρεώμενος, παρίσταται Πεισιστράτῳ Αμφίλυτος ὁ Ακαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, τάδε λέγων.

> Ερριπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασαι.
>
> Θύννοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.

ὁ μὲν δὴ οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε. Πεισίστρατος δὲ, συλλαβὼν τὸ χρηστήριον, καὶ φὰς δέκεσθαι τὸ χρησθὲν, ἐπῆγε τὴν στρατιήν. Αθηναῖοι δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστεος πρὸς ἄριστον τετραμμένοι ἦσαν δὴ τηνικαῦτα. καὶ μετὰ τὸ ἄριστον μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν πρὸς κύβους, οἱ δὲ πρὸς ὕπνον. οἱ δὲ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἐσπεσόντες τοὺς Αθηναίους τρέπουσι. φευγόντων δὲ τούτων, βουλὴν ἐνθαῦτα σοφωτάτην Πεισίστρατος ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἁλισθεῖεν ἔτι οἱ Αθηναῖοι, διεσκεδασμένοι τε εἶεν. ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, προέπεμπεν. οἱ δὲ, καταλαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας, ἔλεγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες, καὶ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. πειθομένων δὲ τῶν Αθηναίων, οὕτω δὲ Πεισίστρατος τοτρίτον σχὼν Αθήνας, ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα. *Cum Eretriam venisset, una cum filiis deliberat. Cum autem sententia Hippiæ prævaluisset, de tyrannide recuperanda, munera collegerunt ex urbibus antea sibi utcunque cognitis. Et cum aliæ complures pecuniæ multum contulerunt, tum vero Thebani plurimum. Postea vero, ut paucis dicam, tempus exstitit, omniaque ad reditum ipsis parata fuerunt. Nam & ex Peloponneso Argivi aderant, mercede conducti; & Naxius quidam, nomine Lygdamis, ultro adveniens, pecuniis copiisque adductis, multum alacritatis addidit. Eretria autem profecti, anno undecimo redierunt, & in Attica Marathonem primum occuparunt. Hic cum castra metati essent, multi ex urbe factionis suæ socii conveniebant, aliique passim e populis confluebant; quibus tyrannis libertate potior erat: atque sic congregabantur. Cæterum Pisistratus quam diu pecunias colligebat, posteaque Marathonem occupabat, Athenienses, qui in urbe degebant, nihili plane faciebant; sed, ubi acceperunt, eum Marathone versus Urbem copias ducere, demum, ad se defendendos, obviam tendunt. Isti igitur omnibus cum copiis in redeuntes contendebant. Ac Pisistratus cum suis, Marathone digressus, cum in Urbem iter caperet, in eundem locum convenit, perrexitque ad Minervæ Pallenidis fanum, armaque ex adverso posuit. Hic pompam deæ celebrans Amphilytus Acarnan, ariolus, Pisistrato adfuit; eumque accedens, hexametro carmine vaticinatus est, ita inquiens:*

> *Verriculum jactum est expansaque retia; nocte*
>
> *Mox aderunt thynni, claro sub sidere lunæ.*

Et hic quidem, divinitus afflatus, hæc vaticinatus est. Pisistratus vero, percepto oraculo, hoc se accipere affirmavit, copiasque in Athenienses duxit. Illi vero, tunc ad prandium conversi erant; & ab eo hi, ad aleas; isti, ad somnum. Pisistratus autem, eos in fugam vertit; consiliumque, cum sic fugeret, prudentissimum excogitavit, ut nec amplius caperentur Athenienses, & dispersi tamen essent. Filios, equis impositos, præmisit; qui fugientes assecuti, ut jussi erant, dicerent ipsis, vellent bono animo esse, & ad sua quisque abirent. Cumque dictis Athenienses auscultarent, tertium potitus Athenis, tyrannidem stabilivit. Et Eretriam abiisse, Eubœæ urbem, est & apud Polyænum observare, *lib.* I. ubi dicit, ex Eubœa regressum eum, ad tyrannidem repetendam. Sed *Eusebio* quid faciemus, qui discessum hunc Pisistrati ab Urbe notans, Olymp. LIV. anno III. in Italiam abiisse eum dicit, istis verbis. Πεισίστρατος Αθηναίων ἐτυράννησε, καὶ εἰς Ιταλίαν παρῆλθε. Quæ sic vertit Hieronymus. *Pisistratus, Atheniensium tyrannus, in Italiam transgreditur.* Nihil habeo, nisi conjectura uti; videturque in errorem codice corrupto inductus, & Echetram, Italiæ urbem, pro Eretria invenisse. Aliter nodum non expedio. De Minervæ Pallenidis fano, juxta quod pugnatum dicit, sciendum est, in Pallene populo id fuisse; unde & ei nomen datum. In eo autem populo hunc conflictum contigisse, memorat Scoliastes Comici *Acharn.* Οἱ Παλληνεῖς, δῆμός ἐστι τῆς Αττικῆς· ἔνθα Πεισιστράτῳ, βουλομένῳ τυραννεῖν, Αθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν, πόλεμος συνέστη. *Pallenenses, Atticæ populus; ubi Pisistrato, tyrannidem cupienti, & defensantibus Atheniensibus, prælium commissum est.* Huc respiciens Comicus, in *Acharnensibus*, *Act.* I. *Sc.* V. *vers.* 61. dicit Παλληνάδε βλέπειν, *Pallenicum tueri.*

> Αλλὰ δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ βλέπειν Παλλήναδε.
>
> *Sed oportet quærere virum, & tueri Pallenicum.*

Quæ sic *Scholiastes* explicat. Δέον εἰπεῖν ζητεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ βλέπειν Παλληνικὸν, τουτέστι γενναῖον, εἶπε, Παλλήναδε. ὃ δὲ εἰπεῖν βούλεται, τοῦτό ἐστιν. ὁμοίως διακεῖσθαι, καὶ τραχέως ἔχειν, πρὸς τὸν σπεισάμενον Λακεδαιμονίοις, ὡς πάλαι πρὸς Πεισίστρατον τὸν τύραννον, ἡνίκα συνεστήσαμεν ἐν Παλλήνῃ τὴν μάχην. *Cum oporteret dicere, Quærere virum, & tueri Pallenicum, id est generosum, dixit, Pallenen versus. Vult autem dicere; Ita animatum esse, & exasperatum, adversus eum qui fœdus cum Lacedæmoniis fecit, ut olim adversus tyrannum Pisistratum, cum in Pallene confligeremus.* Ac de Amphilyti vatis alloquio, est Clementis quoque locus *Strom.* I. Τῇ δὲ τοῦ Αθηναίου Αμφιλύτου συμβουλῇ, καὶ Πεισίστρατος ἐκράτυνε τὴν τυραννίδα, τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως δηλώσαντος. *Amphilyti autem Atheniensis consilio, tyrannidem quoque Pisistratus tenuit, cum ei invadendi tempus significasset.* Ita enim ibi rescribo; pro, Αμφιλήτου, *Amphileti*. Certe Amphilytum nominat etiam Plato, *Theage*. ΣΩΚΡ. Ιππίαν δὲ, τὸν Πεισιστράτου, ἐν τῇδε τῇ πόλει ἄρξαντα,, τίνων οἴει ἄρξαι; οὐ τούτων; ΘΕΑΓ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩΚΡ. Εἴποις ἂν οὖν μοι, τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βάκις τε καὶ Σίβυλλα, καὶ ὁ ἡμεδαπὸς Αμφίλυτος; ΘΕΑΓ. Τίνα γὰρ ἄλλην, ὦ Σώκρατες, πλήν γε χρησμῳδοί;

SOCR. *Hippiam vero, Pisistrati filium, qui in hac urbe imperavit, quibus imperassé censes? nonne his?* THEAG. *Quid ni?* SOCR. *Dic mihi, sodes, ecquo cognomine Bacis, & Sibylla, & Amphilitus nostras, sint dicendi.* THEAG. *Quonam alio, Socrates, quam vates?* Aristides, *Orat. Sic.* I. Καὶ οὐδ' ἐκ τῶν Βάκιδος χρησμῶν, οὐδ' Ἀμφιλύτου, μαθεῖν δεῖ με. ἀλλ' αὐτὸς, εὖ εἰδὼς, ὑμῖν προλέγω. *Neque hoc ex Bacidis, vel Amphilyti, oraculis discere me oportet; verum ipse, bene illud cognitum habens, vobis prædico.* Themistius, *Orat.* XIV. Τρανώτερον, καὶ ἀριδηλότερον τὰ γράμματα ἐξηγούμενος Βάκιδός τε, καὶ Ἀμφιλύτου. *Disertius, & clarius, explicans literas, quam aut Bacis, aut Amphilytus.* Ita enim ibi quoque recte emendant viri docti. Quod autem in fine strategema *Herodotus* narrat, de impositis in equos filiis; & mandatis, quæ fugientibus ipsi dicerent: aliter *Polyænus* refert. Nempe, cum primos profligasset, mandasse suis, uti, sertis coronati, desisterent occidere obvios; dicerentque, fœdus ictum cum prioribus: atque illos, cum sic factum esse crederent, Urbem ei tradidisse. Verba ejus ita habent, *lib.* I. *cap.* XXI. Πεισίστρατος ἀπ' Εὐβοίας ἐστράτευσεν εἰς Ἀττικὴν ἐπὶ Παλληνίδος· καὶ τοῖς πρώτοις τῶν πολεμίων προσπεσὼν, ἔκτεινε πάντας. προελθὼν ἄλλοις ἀπήντετο πλείοσι, παράγγελμα ἔδωκε, θαλλῷ στεφανοῦσθαι, καὶ μὴ κτείνειν τοὺς ἀπαντῶντας. φράζειν δὲ, ἐσπείσαντο τοῖς πρώτοις. οἱ δὲ, πιστεύσαντες ἄρα, σπένδονται, καὶ Πεισιστράτῳ τὸ ἄστυ ἐπέτρεψαν. *Pisistratus ab Eubœa copias in Atticam duxit, ad Pallenidis Minervæ fanum; primosque hostium, in quos incidisset, omnes cecidit: in progressu aliis pluribus obviam factus, mandat suis, ut se sertis coronarent, & ab obviis occidendis abstinerent; verum dicerent, fœdus sese cum prioribus iniisse. qui cum fidem his haberent, ipsi quoque fœdus faciunt, ac Pisistrato urbem tradunt.* Factum istud Olymp. LVIII. anno I. annotat *Eusebius*, ad illud tempus. Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὸ δεύτερον ἐβασίλευσε. Quæ sic reddit Hieronymus. *Pisistratus secunda vice Athenis regnat.* Sed vult dicere *Eusebius*, tyrannidem, secundum amissam, secundum eum recuperasse; cæteroquin non erroris excusare sese poterit, cum tunc tertium regnaverit. Urbe vero tertium sic subjugata, ne & tertium amitteret, tyrannidem munire instituit; itaque socios sibi parat, reditusque: & obsides capit, filios eorum, qui mansissent. Herodotus, *lib.* I. *cap.* LXIV. Οὕτω δὲ Πεισίστρατος τοτρίτον σχὼν Ἀθήνας, ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα, ἐπικούροισί τε πολλοῖσι, καὶ χρημάτων συνόδοισι. τῶν μὲν, αὐτόθεν, τῶν δὲ, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων. ὁμήρους τε τῶν παραμεινάντων Ἀθηναίων, καὶ μὴ αὐτίκα φυγόντων, παῖδας λαβὼν, καὶ καταστήσας εἰς Νάξον. *Hunc in modum Athenis tertium potitus Pisistratus, firmavit tyrannidem, sociis multis, & pecuniarum proventibus, partim indidem, partim a Strymone flumine comparatis; tum obsidibus item captis liberis Atheniensium, qui permanserant, neque statim fuga sibi consuluerant, & in Naxum transportatis.* Sed non diu postea tenuit, uti certa conjectura est. Nam, ut dixi, cum postrema hæc vindicatio anno primo Olympiadis quinquagesimæ octavæ fuerit, qui a prima occupatione erat tricesimus secundus; mortuusque sit Pisistratus anno tyrannidis universæ trigesimo tertio; certum est, non multo amplius anno uno supervixisse. Triginta autem & tres annos illi actos in tyrannide, testes nobis sunt complures. Heraclides, de *Rebusp.* Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. *Pisistratus, post tricesimum tertium tyrannidis annum, jam senex obiit.* Justinus de eo, *lib.* II. *cap.* VIII. *Occupata tyrannide, per annos triginta tres regnavit.* Idem Aristoteles dicit, *Politic.* lib. v. cap. XII. cujus verba supra mihi sunt citata. Sed ex his septendecim tantum urbem in potestate habuit; ut *extremo quarto capite* a me dictum. Decessit autem in summa senectute; contra quam ajebat ille, qui, tyrannum videre senem, difficile censebat. Thucydides, *lib.* VI. Πεισιστράτου γὰρ γηραιοῦ τελευτήσαντος, οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλ' Ἱππίας, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Pisistrato jam sene defuncto, non Hipparchus, uti multi quidem putant, verum Hippias, natu maximus, principatum tenuit.* Valerius Maximus, *lib.* VIII. *cap.* IX. *Fertur quidam, cum admodum senex primæ concioni Periclis adolescentuli interesset, idemque juvenis* PISISTRATUM JAM DECREPITUM *concionantem audisset, non temperasse sibi, quo minus exclamaret, Caveri civem illum oportere, quod Pisistrati orationi simillima ejus esset oratio.*

CAP. VI.

Ingenium ejus, & virtutes. Sapientibus accensetur. Mysonis omnia ei tributa a quibusdam. Solonem observat, & ab eo latas leges etiam retinet. Accusatus homicidii, sistit se Areopagitis. Summa animi moderatione utitur, in amicos desciscentes, filiosque dissidentes; adolescentem, matris amasium; Thrasybulum, filiam publice osculantem; commessatores, in uxorem injuriosos; senem, decimam exprobrantem; & Thrasippum, atrociter convitiantem, Egenis subvenit. Prædia, & hortos, sine custode ullo habet; sic ut quilibet frueretur.

INGENIUM in viro erat, & virtutes, quas laudares. Quin Remp. quanta iniquitate oppressit, tanta æquitate rexit contra atque Agrigenti Phalaris fecit. Inde Cicero ad Atticum, de Julio Cæsare, *lib.* VII. *epist.* XX. *Ad fugam hortatur amicitia Pompeii, causa bonorum, turpitudo conjungendi cum tyranno: qui quidem incertum est, Phalarimne, an Pisistratum, sit imitaturus.* Immo unum tantum illud reprehendere jure posses, quod Remp. invasisset. Ipse Solon prædicabat, præter studium tyrannidis, non fuisse alium magis a natura ad virtutem comparatum, neque meliorem civem. Plutarchus narrat, in *ejus Vita*. Καὶ πρὸς αὐτὸν (ὁ Σόλων) ἔλεγε, καὶ πρὸς ἑτέρους, ὡς, εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰάσαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲ βελτίων πολίτης. *Et ipsi, aliisque, (Solon) affirmabat. quod si quis primatus studium ipsius animo eximeret, ac cupidini dominandi mederetur, nullum alium a natura magis ad virtutem factum, neque meliorem civem.* Et in Epistola ad eum ipsum, apud Diogenem Laertium, in *ejus Vita*, lib. I. cap. LXVII. Καί σε φημὶ πάντων τυράννων εἶναι βέλτιστον. *Et te omnium tyrannorum optimum esse dico.* Erat blandus, ac suavis in sermone, pauperibus subveniens, in inimicitiis æquus, & moderatus; & virtutes, quas natura non dedisset, summo studio, & industria, affectabat. Plutarchus, in *Solone* Αἱμύλον τι, καὶ προσφιλὲς, (ὁ Πεισίστρατος) εἶχεν ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ βοηθητικὸς ἦν τοῖς πένησι, καὶ πρὸς τὰς ἔχθρας ἐπιεικὴς, καὶ μέτριος. ἃ δὲ φύσει μὴ προσῆν αὐτῷ, καὶ ταῦτα μιμούμενος, ἐπιστεύετο μᾶλλον τῶν ἐχόντων, ὡς εὐλαβὴς, καὶ κόσμιος ἀνὴρ, καὶ μάλιστα δὴ τὸ ἴσον ἀγαπῶν. καὶ δυσχεραίνων, εἴτις τὰ παρόντα κινοῖ, ἢ νεωτέρων. ὀρέγοιτο. *Blandum quiddam, &*

amabile, habebat (*Pisistratus*) *in sermone, pauperibus subvenire promptus, in simultatibus aequus, ac moderatus. si quae vero a natura non haberet, ea imitanti ipsi magis etiam credebatur, quam illis, qui his praediti essent, ceu prudenti sane viro, & modesto, qui aequalitatem maxime adamaret, ac indignaretur adeo, si praesentem rerum statum quis moveret, aut res novas affectaret.* Et adscriptus a quibusdam eorum numero, quos veteres Graeci, ob virtutem excellentem, Sapientes appellarunt. Diogenes Laertius, in *Pherecyde*, l. I. cap. CXXII. Καὶ οὗτοι μὲν, οἱ κληθέντες Σοφοί, οἷς τινὲς καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον προσκαταλέγουσι. *Atque hi quidem sunt, qui Sapientes dicti fuerunt; quibus addunt nonnulli etiam Pisistratum tyrannum.* Quamquam fuerint, qui Mysonis ipsi cuncta, quod obscurus ille esset, attribuerint. Idem Diogenes, *libro eodem*, in Mysone, *cap.* CVIII. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος, ὅτι ἐνθένδε καὶ ἄδοξος ἦν, ὅτι μηδὲ πόλεως, ἀλλὰ κώμης, καὶ ταύτης ἀφανοῦς. ὅθεν, διὰ τὴν ἀδοξίαν αὐτοῦ, καὶ τὰ αὐτοῦ τινὰς Πεισιστράτῳ περιθεῖναι τῷ τυράννῳ. *Refert vero Aristoxenus, quod, quia ignobilis esset, neque ex urbe, verum vico, eoque obscuro, oriundus, cuncta ejus a quibusdam Pisistrato tyranno sint tributa.* Sed particulatim magis inspiciamus.

Nemo erat, quem odisse plus debebat, quam Solonem; quippe, qui conatibus ejus unus maxime obstitisset, ut ostendi *capite tertio*: atqui, quod virtutis maximae manifestum argumentum, plurimum eum observavit; & Remp. juxta ejus quoque leges administravit, ipse iis morem gerens, & amicos, uti idem facerent, cogens: quin & ad se invitavit, ut deinceps in rep. regenda consilio adjuvare vellet. Plutarchus in *Solonis Vita*. Ὁ Πεισίστρατος, ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν πραγμάτων, οὕτως ἐξεθεράπευε τὸν Σόλωνα, τιμῶν, καὶ φιλοφρονούμενος, καὶ μεταπεμπόμενος, ὥστε καὶ σύμβουλον εἶναι, καὶ ἐπαινεῖν. καὶ γὰρ ἐφύλαττε τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς, καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων. *Pisistratus, potitus rerum, ita Solonem observavit, honore eum, & benevolentia, complectens, & ad se accersens, ut consilio adjuvaret, laudaretque. Etenim plurimas Solonis leges & retinuit, & immansit ipsis primus, & amicos idem facere coegit.* Et exstat apud Diog. Laertium *Epistola* Pisistrati *ad* Solonem, in *l.* I. *cap.* LIII. in qua ista verba ocurrunt. Ἁμαρτάνω οὐδὲν ἢ περὶ θεοὺς, ἢ περὶ ἀνθρώπους. ἀλλὰ, καθότι σὺ διέθηκας τοὺς θεσμοὺς Ἀθηναίοις, ἐπιτροπῶ πολιτεύειν. καὶ ἄμεινόν γε πολιτεύουσιν, ἢ κατὰ δημοκρατίαν. ἐῶ γὰρ οὐδένα ὑβρίζειν· καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ, οὐ πλεῖόν τι φέρομαι τοῦ ἀξιώματος, καὶ τῆς τιμῆς· ὁποῖα δὲ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν ῥητὰ γέρα. ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην, οὐκ ἐμοὶ, ἀλλ' ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας δημοτελεῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν κοινῶν, καὶ ἢν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ· σοὶ δ' ἐγὼ οὔ τι μέμφομαι, μηνύσαντι τὴν ἐμὴν διάνοιαν· εὐνοίᾳ γὰρ τῆς πόλεως μᾶλλον, ἢ κατὰ τὸ ἐμὸν ἔχθος, ἐμήνυες. ἔτι τε ἀμαθίᾳ τῆς ἀρχῆς, ὁποίαν τινὰ ἐγὼ καταστήσομαι. ἐπεὶ μαθὼν, τάχα ἂν ἠνέσχου καθισταμένου, οὐδὲ ἔφυγες. ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πιστεύων μοι καὶ ἀνωμότῳ, ἄχαρι μηδὲν πείσεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιστράτου. ἴσθι γὰρ, μηδὲ ἄλλον τινὰ πεπονθέναι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν. ἢν δὲ ἀξιώσῃς τῶν ἐμῶν φίλων εἷς εἶναι, ἔσῃ ἀνὰ πρώτους. οὐ γάρ τι ἐν σοὶ ἐνορῶ δολερὸν, ἢ ἄπιστον. εἴτε ἄλλως Ἀθήνησιν οἰκεῖν, ἐπιτετράψεται. ἡμῶν δὲ εἵνεκα μὴ ἐστέρησο τῆς πατρίδος. *Neque in deos, neque in homines, pecco; sed leges, quemadmodum tu constituisti Atheniensibus, observari jubeo: neque enim quenquam injuria affici sino. Ac tyrannus ego nihil amplius fero, quam dignitatem, & honorem; praemiumque nullum accipio, quam cujusmodi priscis regibus constitutum. Denique tribuit unusquisque Atheniensium decimam e proventibus praedii sui, non in meum quidem usum, sed ut publicis sacrificiis, ac communibus rebus aliis, & si bellum forte ingruat, sumptus suppetat. Te vero nihil incuso, quod detexeris mentem meam; cum id potius studio in rempublicam, quam mei odio, feceris: dein quod ignorares etiam, qualem ego in principatu me exhibiturus essem: quandoquidem, si cognovisses, forte me sustinuisses, neque abiisses in exilium. Itaque domum revertere; & injurato mihi crede, Solonem mali a Pisistrato nil passurum: quin nec inimicum quenquam passum scito. Quod si vero inter amicos esse voles, primus eris; siquidem nil in te fraudis, aut perfidiae, perspicio: sive alias habitare Athenis cupies, id licebit: ne autem nostri causa patria privatus esto.* Herod. *lib.* I. *cap.* LIX. Ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας, ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσιν ἔνεμε, τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε καὶ εὖ. *Ubi vero principatum Atheniensium consecutus est Pisistratus, nec turbatis magistratibus, neque legibus mutatis, iis, quae statuta erant, inhaerebat, bene urbem, & honeste, administrans.*

Memoravi, legibus etiam obsecutum ipsum esse; & exemplum in eo habes, quod modeste, homicidii accusatus apud Areopagitas, ad dicendam causam stetit, nec judicium subterfugit. Plutarchus, in *Solone*. Καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον, ἤδη τυραννῶν, ἀπήντησε κοσμίως, ἀπολογησόμενος. *Et caedis apud Areopagum accusatus, jam tyrannide potitus, modeste adfuit, causam dicturus.* Aristoteles, *Politic.* lib. V. cap. XII. Φασὶ δὲ καὶ Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον. *Ajunt vero & Pisistratum, in judicium vocatum apud Areopagitas, sustinuisse.* Ac modestiae quidem istius singularis, & aequitatis, plura exempla memorantur; quae referri hic, locus postulat.

Cum ab eo amici quidam descivissent, atque Phylam occupassent, accessit eos, cum veste stragula; ac, quid vellet, percunctantibus: sic respondit, Aut, ut vos in urbem mecum redeatis, persuadere; aut, si istud non obtineo, una vobiscum hic manere: eamque in rem instructus adsum. Plutarchus, in *Apophthegm*. Πεισίστρατος, ὁ Ἀθηναίων τύραννος, ἐπεί τῶν φίλων τινὲς, ἀποστάντες αὐτοῦ, Φυλὴν κατέλαβον, ἦλθε πρὸς αὐτοὺς, στρωματόδεσμον αὐτὸς κομίζων. πυνθανομένων δὲ ἐκείνων, τί βούλεται; Πείσας ὑμᾶς, εἶπεν, ἀπαγαγεῖν. ἢ, μὴ πείσας, μένειν μεθ' ὑμῶν. καὶ διὰ τοῦτο ἀφῖγμαι συνεσκευασμένος. *Pisistratus, Atheniensium tyrannus, cum amici quidam ejus, qui ab ipso descivissent, Phylam occupassent, accessit ad eos, vestem stragulam, fascia colligatam, secum ferens; ac quaerentibus, quid vellet; Aut, respondit, uti mecum redeatis, persuadere; aut, si minus id persuasero, manere vobiscum: ideoque instructus veni.*

Ad dissidium amicorum, alterum filiorum addam. Illi assentiri ipsi in re aliqua noluerant; quod cum rescivisset civitas, & speraret inde quidpiam, ne occasionem daret rebus novis, ipse filiis acquievit, idque civibus convocatis, ut conceptas spes abjicerent, indicavit. Macrobius, *Saturn.* lib. VII. cap. I. *Pisistratus, Athenarum tyrannus, cum filiis suis rectum dando consilium non obtinuisset assensum, atque ideo esset in simultate cum liberis, ubi hoc aemulis causam fuisse gaudii comperit, ex illa discordia sperantibus, in domo regnantis nasci posse novitatem; universitate civium convocata,*

ait, succensuisse quidem se filiis, non acquiescentibus patriæ voluntati; sed hoc sibi postea visum paternæ aptius esse pietati, ut in sententiam liberorum ipse concederet: sciret igitur civitas, subolem regis cum patre concordem.

Delata ad ipsum mater erat, quod amaret adolescentem, & cum eo clam consuesceret, metuente, ac detrectante. Hunc ad cœnam advocavit, ac finita deinde ea, percunctatus, quomodo fuisset habitus, cum is, suaviter, responderet; Atqui, inquit, hoc quotidie tibi fiet, si placueris matri meæ. Plutarchus, *ibidem* Διαβληθείσης δὲ τῆς μητρὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐρᾷ τινος νεανίσκου, καὶ κρύφα σύνεσι, φοβουμένῳ, καὶ παραιτουμένῳ τὰ πολλὰ, καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸν νεανίσκον, ἠρώτησε δειπνήσαντα, πῶς γέγονεν. ἡδέως δὲ φήσαντος, Ταῦτά σοι, ἔφη, καθ' ἡμέραν ἔσαι, ἐὰν τῇ μητρί μου ἀρέσκῃς. *Cum delata ad eum mater esset, quod adolescentem adamaret, & cum eo clam coiret, metuente, ac recusante sæpenumero, vocatum ad cœnam, cum cœnasset, percunctatur, quomodo habitus fuisset: &, Suaviter, respondenti; Atqui, ait, hoc quotidie tibi erit, matri meæ si placueris.*

Amabat filiam Thrasybulus, sive Thrasymedes erat; & obviam factus, osculum dederat: id gravissime uxor ferens, cum ad pœnam incitaret; Si amantes, inquit, odimus, quid inimicis faciemus? filiamque in matrimonium ipsi dedit. Plutarchus, *ibidem*. Ἐπεὶ δὲ Θρασύβουλος, ἐρῶν αὐτοῦ τῆς θυγατρὸς, ἐφίλησεν ἀπαντήσας, παροξυνόμενος ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ τῆς γυναικὸς, Ἂν τοὺς φιλοῦντας, εἶπε, μισῶμεν, τί ποιήσομεν τοὺς μισοῦντας; καὶ ἔδωκε γυναῖκα τῷ Θρασυβούλῳ τὴν παρθένον. *Cum Thrasybulus, qui amabat filiam ejus, obviam factus, osculatus eam esset, uxorque in illum concitaret; Si amantes, inquit, odimus, quid illis faciemus, qui oderunt? virginemque Thrasybulo nuptum dedit.* Valerius Maximus, *lib.* v. *cap.* I. *Non tam robusti generis humanitas. Sed & ipsa tamen memoria prosequenda Pisistrati, Atheniensium tyranni, narrabitur. Qui, cum adolescens quidam, amore filiæ ejus virginis accensus, in publico obviam sibi factam osculatus esset; hortante uxore, ut ab eo capitale supplicium sumeret, respondit: Si eos, qui nos amant, interficimus; quid his faciemus, quibus odio sumus.* Fusius narrat Polyæn. *libro* v. capite XIV. Θρασυμήδης Φιλομήλου, τῆς Πεισιστράτου θυγατρὸς ἐρασθεὶς, πομπευούσαν αὐτὸν, προσδραμὼν, ἐφίλησε. τῶν δὲ ἀδελφῶν τῆς παρθένου βαρέως φερόντων, καὶ δεινὴν ὕβριν ἡγουμένων ὁ Πεισίστρατος, Εἰ τοὺς φιλοῦντας, ἔφη, κολάσωμεν, τοὺς μισοῦντας τί ποιήσωμεν; Θρασυμήδης, ἐπὶ μεῖζον αἰρομένου τοῦ ἔρωτος, ἡλικιώτας παραλαβὼν συμμάχους, τὴν κόρην; ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ θυσίαν τελοῦσαν παρεφύλαξεν· οἱ μὲν δὲ, σπασάμενοι τὰ ξίφη, τὸν ὄχλον σκεδάσαντες, εἰς σκάφος ἐμβάλλοντες, ἐπ' Αἰγίνης ἀνήγοντο. Ἱππίας δὲ, ὁ πρεσβύτης τῶν Πεισιστράτου παίδων, τὰ λῃστικὰ τῆς θαλάσσης ἀναιρῶν, καὶ τοῦτο τὸ σκάφος, διὰ τὴν σπουδὴν τῆς εἰρεσίας, νομίσας εἶναι τῶν λῃστῶν, αὐτήν τε ἀνεσώσατο, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας, συλλαβὼν, ἐπανήγαγε. Θρασυμήδης, καὶ οἱ φίλοι, τῷ τυράννῳ παραστάντες, οὐχ ἱκέτευσαν οὐκ, ἀλλὰ μάλα ἀνδρείως χρῆσθαι αὐτοῖς, ὁποίῳ βούλοιτο τρόπῳ, παρεκαλέσαντο· φήσαντες, ἔκτοτε θανάτου καταφρονῆσαι, ὁπότε τὴν ἁρπαγὴν ἐβουλεύσαντο. Πεισίστρατος, καταπλαγεὶς τὴν γενναιότητα τῶν νεανίσκων, πρὸς γάμον ἐξέδωκε τῷ νεανίσκῳ τῷ Θρασυμήδει τὴν θυγατέρα. τοῦτο ποιήσας, εὔνοιαν, καὶ φιλίαν ἐκτήσατο παρ' αὐτῶν, ὡς οὐκ ἔτι τύραννος, ἀλλὰ χρηστὸς πατὴρ, καὶ δημοτικὸς πολίτης. *Thrasymedes, Philomeli filius, Pisistrati filiæ amore captus, eam in pompa incedentem, accurrens, osculabatur. cumque illud fratres virginis ægre ferrent, & atrocem contumeliam existimarent, Pisistratus inquit, Si amantes puniemus, quid his, qui nos oderunt, faciemus? Thrasymedes, crescente indies amore, assumptis in societatem æqualibus, puellam, ad mare sacrificantem, observavit; & hi quidem, strictis gladiis, ac submota turba, in navigium imponentes, in Æginam recesserunt. Hippias vero, filiorum Pisistrati natu maximus, mare latrociniis purgans, hoc navigium, quia remigio festinaret, latronum esse arbitratus, & sororem recuperavit, & raptores comprehensos reduxit. Trasymedes, atque amici, coram tyranno adstantes, nullo modo supplices se præbuerunt: verum admodum viriliter, faceret ipsis, quicquid sane videretur, sunt hortati: inquientes, mortem se ex eo tempore contempsisse, quo de raptu consultassent. Pisistratus, hanc in adolescentibus animi celsitudinem admiratus, filiam suam Trasymedi adolescenti in matrimonium collocavit; eoque facto, benevolentiam, & amicitiam, apud ipsos conciliavit; non jam aplius tyrannus, sed bonus pater, item popularis civis.*

Comessatores etiam quidam, postquam in uxorem ejus incidissent, verbis ipsam petulantibus valde incesserant; cujus facti cum postridie veniam illi a Pisistrato lacrymantes postularent, Vos deinceps, inquit, magis operam modestiæ date; mea uxor heri nusquam omnino prodiit. Plutarchus, in *citatis statim* Apophthegm. Κωμαστῶν δέ τινων περιτυχόντων τῇ αὐτοῦ γυναικὶ, καὶ πολλὰ πραξάντων ἀσελγῆ, καὶ εἰπόντων, μεθ' ἡμέραν δὲ τοῦ Πεισιστράτου δεομένων, καὶ δακρυόντων. Ὑμεῖς μὲν, ἔφη, πειρᾶσθε σωφρονεῖν τὸ λοιπόν. ἡ δ' ἐμὴ γυνὴ τὸ παράπαν ἐχθὲς οὐδαμῆ προῆλθε. *Comessatores quidam, cum in uxorem ejus incidissent, multaque proterve, & fecissent, & dixissent; postero die cum lacrymis veniam postulantibus, Vos in posterum, inquit, operam continentiæ date; mea vero uxor heri nequaquam in publicum processit.*

Exigebat ipse decimam eorum fructuum, qui ex agris provenissent; aliquando autem egressus, cum videret laborantem in petricoso loco senem, accessit, quærens, quosnam hinc referret fructus: illo autem respondente, Dolores, & sphacelos; & eorum decimam a Pisistrato exigi: miratus viri libertatem, decimæ immunitatem dedit. Lucillius Tarrhæus, in *Proverbiis*. Πεισίστρατος ὁ τύραννος δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους. παριὼν δέ ποτε, καὶ ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον, καὶ τόπους λιθώδεις, ἤρετο τὸν πρεσβύτην, τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο. ὀδύνας, καὶ σφακέλους. καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει. θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παρρησίαν αὐτοῦ, τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε. *Pisistratus tyrannus decimam eorum, quæ ex agris provenirent, ab Atheniensibus exigebat. Aliquando vero præteriens, cum videret senem quendam, in rupibus laborantem, & locis saxosis, interrogavit, quosnam inde fructus ferret? ille autem respondebat, Dolores, & sphacelos, & horum decimam Pisistratus aufert. Miratus libertatem ejus Pisistratus, immunitatem a decima dedit.* Hoc ipsum refert etiam *Suidas*, Zenobius, *Cent.* IV. *Proverb.* LXXVI. & Apostolius, *Cent.* X. *Proverb.* LXXX.

Denique Thrasippus quidam, ex amicis, in convivio multa in ipsum convitia dicebat; ille tamen, abeuntem familiarius invitabat, ne convivio se subtraheret: iste, tanquam irritata beneficio protervia, etiam porro convitiari, & in os conspuere eum. Non ferebant tam indignam contumeliam astantes filii, & ulcisci cupiebant; fe-

cissentque, nisi ipse repressisset. Postero die Thrasippus, cum edormivisset crapulam, & ad mentem rediisset, facti pœnitens, &, quam meritus, pœnam metuens, morte culpam voluntaria luere voluit: id Pisistratus cum audiret, accedit eum, &, ut vitam conservaret, eundem ipsi in amicitia sua locum deinceps fore, pollicetur. Valer. Maxim. *lib.* V. *cap.* I. *A Thrasippo amico inter cœnam sine fine convitio laceratus, (Pisistratus,) ita & animum, & vocem, ab ira cobibuit, ut putares satellitem a tyranno male audire. Abeuntem quoque, veritus, ne propter metum maturius se convivio subtraheret, invitatione familiari cœpit retinere. Thrasippus, concitatæ temulentiæ impetu evectus, os ejus sputo respersit: nec tamen in vindictam sui accendere potuit. Ille vero, etiam filios suos, violatæ patris majestati subvenire cupientes, retraxit. Postero quoque die, Thrasippo supplicium a se voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide, in eodem gradu amicitiæ mansurum, ab incepto revocavit.* Hoc ipsum est, quod brevius, & Thrasippi omisso nomine, narrat Seneca, De *Ira*, lib. III. cap. XI. *Pisistratum certe, Atheniensium tyrannum, memoriæ proditur, cum multa in crudelitatem ejus ebrius convivia dixisset, nec deessent, qui vellent manus ei commodare; &, alius hinc, alius illinc, faces subderent; placido animo tulisse, & hoc irritantibus respondisse: Non magis illi se succensere, quam si quis obligatis oculis in se incurrisset.*

Vides varias offensas, in se ipso, matre, uxore, filiaque; a filiis, amicis, aliis: & in his ferendis omnibus admirandam moderationem animi. Plutarchus porro, in *citatis ante verbis*, ubi virtutes ejus refert, ait etiam fuisse, *βοηθητικὸν τοῖς πένησι, promptum subvenire egenis*. Et hoc verum est.

Si quos otiosos cerneret, in foro obambulantes, ad se vocatos, interrogabat, cur sic otiosi essent; si jumentum forte, aut semen, non haberent, a se acciperent. Ælian. *Var. Histor.* lib. IX. c. XXV. *Πεισίστρατος, ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δή ποτε εἴη τὸ αἴτιον τοῦ ἀλύειν αὐτούς; καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζου. εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω. Pisistratus, cum principatu potitus esset, accersi ad se eos jubebat, qui in foro otiosi obambularent; ac rogabat, Qua de causa ita mœsti oberrarent? Insuper ajebat, Si jumentum tibi mortuum est, a me sumens, abi, & labora: sive semina non habes, a me tibi ea erunt.*

Immo, in publicum si prodiret, comitabantur ipsum pueri duo, tresve, qui minutos nummos ferrent, in sepulturam, mortuorum nempe pauperum, erogandos. Eustathius, ad *Iliad.* ω. Ἡ δὲ *ἱστορία ἐπαινεῖ τὸν Πεισίστρατον, ἐπειδὴ περιήγετο ἀεὶ νεανίσκους δύο, ἢ τρεῖς, ἔχοντας κέρματα, ἐξ ὧν διδοὺς εἰσέφερέ τι καὶ εἰς ταφήν. Laudat Pisistratum historia, quod in comitatu haberet adolescentes duos, aut tres, qui minutos nummos haberent; e quibus largiens, inferebat etiam aliquid in sepulturam.*

Præterea nec custodes hortis, prædiisve, imponebat; sed introitum cunctis liberum, item fructum, permittebat. Athenæus, *l.* XII. Πεισίστρα*τος μετρίως ἐχρῆτο ταῖς ἡδοναῖς. ὥστ' οὐδ' ἐν τοῖς χωρίοις, οὐδ' ἐν τοῖς κήποις, φύλακας ἐφίστατο, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ. ἀλλ' εἴα τὸν βουλόμενον εἰσιόντα ἀπολαύειν, καὶ λαμβάνειν ὧν δεηθείη. Pisistratus moderate habebat voluptates; ita ut hortis, prædiisve, custodes nullos imponeret: ut refert Theopompus, lib.* XXII. *sed permittebat, quisquis ingredi vellet, iis frui, & accipere, si quibus ipsi opus esset.*

CAP. VII.

In repub. quid mutarit. Populum ex Urbe rursum in agros mittit; &, ut maneant, gerere vestem vilem jubet. Κατωνάκη; *sive*, Κατωνάκης. *Aristophanes emendatus. Nihil exigit, nisi decimam e proventibus agrorum, olim regibus solvi solitam. Leges quoque novas condit; de in bello mutilatis, otiosis, ostracismo. Hipparchum in exilium agit. Alcmæonidarum domos, ac sepulcra, evertit.*

Ut muniret principatum, Urbem infrequentiorem, agrum cultiorem reddere, animum induxit; itaque cives, ne in otio urbano consilia contra ipsum caperent, ad rem rusticam applicare sese jussit: contra atque olim Theseus, qui, potentiam ut conciliaret populo, rure in Urbem commigrare eum jusserat. Dion Chrysostomus, *Orat.* VII. Ἀλλὰ τοὺς τοιούτους ἅπαντας τί δράσομεν; *ἢ διασπείραντες ἐν τῇ χώρᾳ κατοικιοῦμεν, καθάπερ Ἀθηναίους νέμεσθαι καθ' ὅλην Ἀττικὴν τὸ παλαιόν, καὶ πάλιν ὕστερον, τυραννήσαντος Πεισιστράτου. At quid talibus omnibus faciemus? an dispersos per regionem habitare faciemus, quemadmodum olim Athenienses tota Attica habitabant; & postea iterum, cum Pisistratus tyrannidem occupasset?* Breviter attingit Maximus Tyrius, *Dissert.* XIII. Πό*τε δοῦλοι (οἱ Ἀθηναῖοι;) ὅτε Πεισιστρατίδαι τὸν δῆμον, ἐξοπλίσαντες, γεωργεῖν ἠνάγκαζον. Quando servi fuerunt (Athenienses?) cum Pisistratidæ populum, armis ademptis, agrum colere coegerunt.* Et nec commeare in Urbem illis licitum; sed, cum Attica arboribus destituta esset, oleas plantare, quæque alia jussa facere, tenebantur. Idem Dion, *Orat.* XXV. Οἶδα γὰρ δήπου, *ὅτι, Πεισιστράτου προστάττοντος, καὶ ἄρχοντος, εἰς μὲν τὴν πόλιν οὐ κατῄεσαν ὁ δῆμος, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ διατρίβοντες, γεωργοὶ ἐγίγνοντο· καὶ τὴν Ἀττικήν, πρότερον ψιλήν, καὶ ἄδενδρον, οὖσαν, ἐλαίαις κατεφύτευσαν. Nosti sane, quod, Pisistrato principatum obtinente, ejus jussu, populus in Urbem non redierit; sed, cum prius Attica tota nuda esset, atque arboribus destituta, oleis eam consereret.* Et, ne redire etiam vellent, eos veste vili incedere jussit, quæ inferius pellem ovinam assutam haberet; unde etiam, Κατωνάκη, sive Κατωνάκης, dicebatur. *Hesychius*. Κατωνάκη, *ἱμάτιον, ἔχον ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος προσερραμμένον, ὅ ἐστι μηλωτή. δοκοῦσι δὲ τοῦτο ἀμφιέσασθαι Ἀθηναῖοι, τῶν περὶ Πεισίστρατον τυράννων ἐπαναγκασάντων, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς τὸ ἄστυ οἱ πολῖται. Catonace, vestis, habens e partibus inferioribus assutam ovinam pellem. Videntur autem Athenienses hanc induisse, cogente Pisistrato tyranno; ne cives, propter vilitatem, in Urbem redirent.* Erat autem vestis ea brevior, & ad genua tantum pertingebat. *Suidas*. Κατωνάκαι. *ἱμάτιόν ἐστιν, ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος, τουτέστι διφθέραν, περιερραμμένον. δοκοῦσι δὲ ἀμφιέσασθαι τοῦτο, τῶν τυράννων ἐπαναγκασάντων τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ οἱ πολῖται· μέχρι γὰρ τῶν γονάτων ἦν δῆκον. Catonacæ. vestis est, ex inferioribus partibus pellem ovillam, vel diphtheram, assutam habens. Videntur autem induisse Athenienses, cogentibus tyrannis, ne ob vilitatem ejus cives in Urbem redirent; nam ad genua usque pertingebat.* Ac gestare istam, ut a patre institutum, etiam jusserunt filii, Hipparchus, & Hippias; donec, illo interfecto, isto ope Lacedæmoniorum ejecto, & libertate restituta, lænam pristinam

receperunt. Aristophanis in hanc rem insignis locus est, in *Lysistrata*, fere ult.

Ὑμᾶς δ' ἀφήσειν τοὺς Ἀθηναίους οἴει.
Οὐκ οἶσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ
Κατωνάκας φοροῦντας, ἐλθόντες δορὶ,
Πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν,
Πολλοὺς δ' ἑτέρους ἱππίους, καὶ ξυμμάχους,
Ξυνεκμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι,
Κἀλευθέρωσαν, κἀντὶ τῆς κατωνάκης
Τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἤμπισχον πάλιν.

Nec culpa abesse Athenienses dixerim.
Nescis ut olim vos quoque in catonacis,
Servili amictu, adjuverint Laconici,
Armis corusci, plurimisque Thessalis
Occisione perditis, sociis, equis,
Deprælliantes fortiter, soli die
Vos, inquam, in illa liberarunt, pallio
Plebem induentes pro schema vilis preti.

Sed corruptus quintus versus; & in partem emendavit, vir insignis, *Florens Christianus*; legendo ἑταίρους, pro ἑτέρους: verum porro, pro ἱππίους, scribe Ἱππίου.

Πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου, καὶ ξυμμάθους.

Multos vero socios Hippiæ, & auxiliatores.

Nec gestabant viri tantum, sed & fœminæ. Observare est apud eundem Aristophanem, in *Concion.* med.

Καὶ τάς γε δούλας οὐχὶ δεῖ κοσμουμένας
Τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑφαρπάζειν Κύπριν;
Ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον,
Κατωνάκῃ τὸν χοῖρον ἀποτετιλμένας.

Et servas non oportet ornatas
Liberarum surripere Venerem;
Sed apud servos dormire solum,
Catonacæ porcum evellentes.

Quin Pisistratus, ut præcedenti capite a me dictum, ostendendæ in egenos bonitati, qui in foro otiosi oberrarent, ad se vocatos; inquisita otii causa, si jumentum non habere, aut semen, dicerent, de suo capere jubebat. Ælianus, *Var. Hist.* lib. IX. c. XXV. *Πεισίστρατος, ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δή ποτε εἴη τὸ αἴτιον τοῦ ἀλύειν αὐτούς; καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν, ἄπιθι, καὶ ἐργάζου. εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω· δεδιώς, μὴ ἡ σχολὴ τούτων ἐπιβουλὴν τέκῃ.* *Pisistratus, cum principatu potitus esset, accersi ad se hos jubebat, qui in foro otiosi ambularent; ac rogabat, Qua de causa ita mœsti oberrarent; Insuper ajebat, Si jumentum tibi mortuum est, de me sumens, abi, & labora; sive semina non habes, de me tibi ea suppetent: veritus, ne otium horum insidias pareret.* Nec aliam ob causam legem de otiosis tulit. Plutarchus, in *Solonis Vita*. *Ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστόρηκε, καὶ τὸν τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος, ᾧ τήν τε χώραν ἐνεργεστέραν, καὶ τὴν πόλιν ἠρεμαιοτέραν ἐποίησεν.* *Ut vero Theophrasti memorat, legem de otio non Solon tulit, sed Pisistratus; qua agrum cultiorem reddidit, urbem autem infrequentiorem.* Porro in agrum sic redactis non tributa ulla imposuit, præter decimam e proventibus agrorum, ante regibus usitatam. Ipse memorat, in *Epistola* ad Solonem. *Καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ οὐ πλεῖόν τι φέρομαι τἀξιώματος, καὶ τῆς τιμῆς. ὁποῖα δὲ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν τὰ ῥητὰ γέρα. ἀπάγει δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην, οὐκ ἐμοὶ, ἀλλ' ὁπόθεν ἔσται ἀναλοῦν εἴς τε θυσίας δημοτελεῖς, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν κοινῶν, καὶ ἢν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ.* *Ac tyrannus ego, nihil amplius fero, quam dignitatem, & honorem; quæque olim regibus data: & Atheniensium quisque e reditibus prædii sui decimam pendit, non in meum quidem usum, sed, ut publicis sacrificiis, ac communibus rebus aliis, & si forte bellum ingruat, sumptus suppetat.* De decima, auctor & Zenobius, *Cent.* IV. *Proverb.* LXXVI. *Πεισίστρατος, ὥς φασιν, ὁ τύραννος δεκάτην τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους.* *Pisistratus tyrannus, uti ajunt, ab Atheniensibus exigebat decimas eorum, quæ in agris provenissent.* Videndi cæteri Parœmiographi, in *Proverbio*, *καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν*; & Appendix Vaticana Schotti, *in* *ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι.* Non recte *δωδεκάτην* est, pro *δεκάτην*, apud Apostolium, *Cent.* X. *Proverb.* LXXX. quod & *Schottus* observavit, vir doctrina, & humanitate, insignis. Præterea & leges novas condidit; quarum quæ de otiosis, paullo ante mihi est commemorata: altera erat, ut in bello mutilati ex ærario alerentur. Plutarchus, in *Solonis Vita*. *Καὶ νόμους αὐτὸς (ὁ Πεισίστρατος) ἑτέρους ἔγραψεν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων.* *Et leges etiam ipse (Pisistratus) alias scripsit; inter quas & ista erat, quæ jubebat, ut in bello mutilati publice alerentur.* Ac de ostracismo quoque sunt qui hunc scivisse tradunt; & Hipparchum, Charmi filium, affinitate junctum, suspicione quadam inductum, eo primum affecisse. Harpocration, *in* *Ἵππαρχος. Ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος, ὁ Χάρμου, ὥς φησι Λυκοῦργος, ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. περὶ δὲ τούτου, Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν. ὅτι συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος, διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν περὶ Πεισίστρατον, ὅτι δημαγωγὸς ὢν, καὶ στρατηγὸς, ἐτυράννησε.* *Alius vero est Hipparchus, Charmi filius, ut Lycurgus ait, in Oratione adversus Leocratem. De hoc, refert Androtion, libro secundo: cognatum eum fuisse Pisistrati tyranni, & ostracismo ejectum, juxta legem, tunc de eo primum latam, propter suspicionem Pisistrati, quo tempore, cum demagogus esset, & dux copiarum, tyrannidem occupavit.* Et, ejectum quidem Hipparchum, *Suidas* quoque nobis refert. *Ἄλλος δὲ Ἵππαρχος, ὁ Χάρμου· ὃς συγγενὴς ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου· καὶ πρῶτος ὑπέστη τὸν ὀστρακισμὸν, διὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ Πεισιστράτου.* *Alius vero est Hipparchus, Charmi filius: qui consanguineus erat Pisistrati tyranni, primusque ostracismum subiit, ob suspicionem Pisistrati.* Ac talis quidem in cives fuit; sed in adversarios suos Alcmæonidas forte asperior: eorumque ædes diruit, ac sepulcra. Isocrates auctor est, in *Oratione* *περὶ ζεύγους*, ubi de Pisistratidis agit. *Οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν (τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν) ἔσκαπτον (οἱ τύραννοι,) ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον.* *Non solum ædes ipsorum (Alcmæonidarum) everterunt (tyranni,) sed sepulcra etiam effoderunt.* Quanquam sane hæc non clare de Pisistrato dicuntur; &, sub filiorum tyrannide accidisse, videri possunt. Certe ipse, in *Epistola* ad Solonem, neque ex inimicis quenquam gravius quicquam passum esse, clare dicit. *Ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πιστεύων μοι καὶ ἀνωμότῳ, ἄχαρι μηδὲν πείσεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιστράτου. ἴσθι γὰρ, μηδὲ ἄλλον τινὰ πεπονθέναι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν.* *Itaque domum revertere; & injurato mihi crede, Solonem mali a Pisistrato nil passurum: quin & neque quenquam e meis inimicis passum scito.* Quanquam fateor, hæc ab eo scripta esse, cum primum Remp. occupasset; fierique po-

tuiſſe, ut, reverſus poſt ejectionem primam, graviora perpetraverit. At profecto principatum, etſi per vim occupatum, ita laudabiliter egit, ut pro rege præſtantiſſimo, non tyranno, ſeſe geſſerit; unde etiam non tyrannum, verum regem, appellarunt. Ita Eupolis, teſte *Suida*; cujus iſta verba alibi. Καὶ Εὔπολις Πεισίστρατον βασιλέα καλεῖ. *Et Eupolis Piſiſtratum appellat regem*. Scio equidem, tyrannos etiam reges aliis dici, idque *Suidæ* adnotatur: ſed hic factum, non id puto: cum Piſiſtrati principatus, ſi invaſionem excipias Reipublicæ, regnum, non tyrannis, fuerit.

CAP. VIII.

Geſta ejus. Expeditio in Megarenſes, & ſtrategema. Niſæa capta, & Sigeum; item Naxus. Delus luſtrata, Salamiſque vindicata.

Et militiæ clarus fuit, ante tyrannidem; præter alia, expeditione illa in Megarenſes; & Niſæa expugnata. Herodotus notat, cum, tyrannidem primum affectans, ipſe ſeſe vulneraſſet, motum iſto caſu populum; partim quoque, viri gloria; quam præclaris iſtiuſmodi facinoribus reportaverat. Verba ejus iſta exſtant, *lib.* I. *cap.* LIX. Ἐδέετό τε τοῦ δήμου, φυλακῆς τινος πρὸς αὐτοῦ κυρῆσαι· πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλών, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. *Rogabat populum, ut cuſtodiam aliquam daret; clarus pridem expeditione Megarenſi, capta Niſæa, aliiſque magnis facinoribus editis*. Et hic ſtrategema adhibuit; quod prolixe Æneas refert, in *Poliorcetico*, cap. IV. Πεισιστράτῳ, Ἀθηναίων στρατηγοῦντι, ἐξηγγέλθη, ὅτι οἱ ἐκ τῶν Μεγάρων οἱ ἐπιχειροῖεν, ἀφικόμενοι πλοίοις, ἐπιθέσθαι νυκτὸς ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶ, Θεσμοφόρια ἀγούσαις ἐν Ἐλευσῖνι· ὁ δὲ Πεισίστρατος, ἀκούσας, προενήδρευσεν· ἐπεὶ δὲ οἱ ἐκ τῶν Μεγάρων, ὡς λεληθότες, ἀπέβησαν, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐγένοντο, ἐξαναστὰς ὁ Πεισίστρατος, τῶν ἐνεδρευσάντων τε ἀνδρῶν ἐκράτησε, καὶ διέφθειρε τοὺς πλείστους, καὶ τῶν πλοίων, οἷς ἀφίκοντο, ἐγκρατὴς ἐγένετο· ἔπειτα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις πληρώσας τὰ πλοῖα, ἔλαβε τῶν γυναικῶν τὰς ἐπιτηδειοτάτας συμπλεῦσαι, καὶ κατήγαγε εἰς τὰ Μέγαρα ὀψὲ, ἀπωτέρω τῆς πόλεως. κατιδόντες οὖν τὰ πλοῖα προσπλέοντα, ἀπήντων πολλοὶ τῶν Μεγαρέων, αἵ τε συναρχίαι, καὶ οἱ ἄλλοι, θεώμενοι, ὡς εἰκὸς, αἰχμαλώτους ἀγομένας ὡς πλείστας. οἱ μὲν ἐγχειρίδια ἔχοντες, τοὺς μὲν, καταβαλεῖν· ὅσους δ' ἂν δύναιντο τῶν ἐπιφανεστάτων, συναρπάζειν εἰς τὰ πλοῖα· καὶ οὕτως ἐπράχθη. *Piſiſtrato, Athenienſium Imperatori, nuntiatum eſt, decreviſſe Megarenſes, ubi ad littus Atticum appuliſſent, conjugibus Athenienſium, Theſmophoria Eleuſine celebrantibus, noctu inſidias parare. eo cognito, Piſiſtratus prævertit, & Megarenſibus dolum ſtruit. qui ut egreſſi in littus ſunt, quaſi nemo eos animadvertiſſet, & a mari aliquanto longius proceſſerunt; exurgens Piſiſtratus, inſidiatoribus ſuperior exſtitit, plurimoſque adeo illorum occidit, & naves, quibus fuerant delati, cepit. deinde, navigiis e veſtigio milite completis, mulieres Atticas, quæ commodiſſime navigare ſimul poterant, ſecum aſſumpſit; & Megara ſub veſperam, paullo ab urbe longius, naves appulit. Multi igitur Megarenſium, ut vident naves adventare, prodeunt obviam; tum omnes ſimul magiſtratus, tum cæteri; quo videlicet captivarum mulierum quam plurimarum ſpectaculo fruerentur. Athenienſes, exſcenſione facta, partim conficere Megarenſes jubentur; partim, ut quam poſſent plurimos ex illuſtriſſimis civium in naves corriperent. & ita factum eſt*. Juſtinus, *lib.* II. *cap.* VIII. *Megarenſes, memores illati Athenienſibus belli, & deſerti, ne fruſtra arma moviſſe viderentur, matronas Athenienſium in ſacris Eleuſinis noctu oppreſſuri, naves conſcendunt. Qua re cognita, dux Athenienſium Piſiſtratus, juventutem in inſidiis locat, juſſis matronis ſolito clamore, ac ſtrepitu, etiam in acceſſu hoſtium, ne intellectos ſe ſentiant, ſacra celebrare: egreſſoſque navibus Megarenſes inopinantes, delevit: ac protinus claſſe captiva intermixtis mulieribus, ut ſpeciem captarum matronarum præberent, Megaram contendit. Illi, cum & navium formam, & petitam prædam, cognoſcerent, obvii ad portum procedunt: quibus cæſis, Piſiſtratus paulum a capienda urbe abfuit. Ita Megarenſes ſuis dolis hoſti victoriam dedere*. Frontinus, *lib.* IV. *cap.* XLIV. *Piſiſtratus Athenienſis, cum excepiſſet Megarenſium claſſem, qua illi ad Eleuſin noctu applicuerant, ut operatas Cereris ſacro fœminas Athenienſium raperent, magnaque edita cæde eorum ultus eſſet ſuos, eadem, quæ ceperat, navigia Athenienſi milite complevit, quibuſdam matronis habitu captivarum in conſpectu locatis. qua facie decepti Megarenſes, tanquam ſuis, & cum ſucceſſu renavigantibus, effuſi obvii, inermeſque, rurſus oppreſſi ſunt*. Quin Sigeum item cepit. Herodotus, *lib.* V. *cap.* XCIV. Ἱππίῃ δὲ, ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντας ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα. ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ, Ἰωλκόν· ὁ δὲ, τουτέων μὲν οὐδέτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον, τὸ εἷλε Πεισίστρατος, αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. *Hippiæ, illinc profecto, Amyntas quidem, rex Macedoniæ, Anthemuntem offerebat; Theſſali vero, Iolcum: ille vero, neutrum ex his accepit; ſed Sigeum retro abiit, quod armis Piſiſtratus Mitylenæis eripuerat*. Expugnavit & Naxum inſulam, & Delum luſtravit. Herodotus *lib.* I. *cap.* LXIV. Καὶ γὰρ νῆσον (τὴν Νάξον) ὁ Πεισίστρατος κατεστρέψατο πολέμῳ, καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμει. πρός γε ἔτι τούτοισι, τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας ἐκ τῶν λογίων. καθῆρε δὲ ὧδε. ἐπ' ὅσον ἔποψις τοῦ ἱροῦ εἶχεν. ἐκ τούτου τοῦ χώρου παντὸς ἐξορύξας τοὺς νεκροὺς, μετεφόρεεν ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Δήλου. *Hanc enim (Naxum) bello ſubegerat Piſiſtratus, ac Lygdamidi commiſerat; cum antehac etiam Delum inſulam ex oraculis luſtraſſet; idque hoc modo. quatenus a templo proſpectus ferebatur, ex eo loco univerſo effoſſa cadavera, in alium Deli locum traſtulit*. Salamina quoque, ut quidem volunt, Athenienſibus vindicavit; prolato e Bœotia Homeri, quem inſeruerat ipſe, verſu. Strabo, *lib.* IX. Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμὸς, ὁ νῦν Βωκαλίας καλούμενος. καὶ νῦν μὲν, ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον· τὸ δὲ παλαιὸν, πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς. καί φασιν οἱ μὲν, Πεισίστρατον, παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ, μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

> Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας· ἑξῆς τοῦτο,
>
> Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τοῦ, τὴν νῆσον ἐξαρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. *Bocarus vero eſt Salaminis fluvius, nunc Bocalias appellatus. Ac nunc quidem, Athenienſes inſulam poſſident; olim vero, cum Megarenſibus de ea contenderunt: & Piſiſtratum dicunt quidam, poſt verſum hunc in Catalogo navium,*

> *Ajax vero e Salamine adducebat duodecim naves, inſerto iſto,*
>
> *Statuitque ipſas, ubi ſtabant Athenienſium phalanges;*

usum esse Poeta teste, ut probaret, Atheniensium ab initio eam insulam fuisse.

CAP. IX.

Appollinis Pythii templum struit; & cacantes in eo per ludibrium pœna coercet. Jovis Olympii novi templi fundamenta jacit. Gymnasium in Lyceo exstruit. Callirhoen fontem exornat. Simulacrum Amori dicat. Bibliothecam instituit. Homerum restituit. Catachenen arce ejicit.

MULTA quoque Urbi exornandæ fecit: in his Apollinis Pythii templum. *Suidas*. Πύθιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν, ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός. *Pythium Apollinis templum Athenis, a Pisistrato structum*. Hoc cum strueret, Athenienses, odio acti, quia decimam persolvebant, tum contemptu, adcacabant, & admingebant: itaque edicit, ne quis facere hoc auderet; nam, si quis deprensus foret, habiturum, quod sibi ipse imputare post deberet: sed, cum neque sic omitterent, quin riderent etiam magis, custode apposito, comprehensum inquilinum, flagris cecidit: & præconem proclamare item jussit, Quisquis edictum migrasset, eum morte puniendum: unde & proverbium natum, Κρεῖττον ἦν ἐν Πυθίῳ ἀποπατῆσαι; cum quis ob delictum aliquod pœnas daret. Vaticana Proverbiorum Appendix, ab *Andrea Schotto* publicata, *Centur.* I. *Proverb.* LXXXII. Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τῷ Πυθίῳ ναόν· τῶν δὲ Ἀθηναίων παριόντων, καὶ μισούντων αὐτὸν, ἐπὶ τῇ τῆς δεκάτης εἰσφορᾷ, (εἰσέφερον γὰρ ἅπαντες δεκάτην τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων,) οὐδὲν ἐχόντων ποιεῖν, ἐνίους προσουρεῖν, καὶ πλησίον ἀφοδεύειν τοῦ περιφράγματος, ὥστε διοχλεῖσθαι τοὺς ἐργαζομένους. ἔγραψεν οὖν Πεισίστρατος, ὡς, ἐάν τις ἁλῷ θακεύων ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται. τῶν δὲ οὐ παυομένων, ἀλλὰ καταγελώντων τοῦ πράγματος, καὶ πλειόνων τοῦτο ποιούντων, φύλακας κατέστησε. ληφθέντος δέ τινος οὐ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ τῶν μετοίκων, ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν μαστιγοῦν. κηρύσσοντας, Ἀποθανεῖται, ὃς κατηγορεῖ τοῦ γράμματος. τοῖς γοῦν κακοπαθοῦσι διά τινα πλημμέλειαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι, Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ Πυθίῳ ἀποπατῆσαι. *Pisistratus Pythio Apollini templum ædificabat. Athenienses prætereuntes, cum haberent eum odio, propter decimæ tributum, (decimam enim universi eorum, quæ ex agris provenirent, persolvebant,) neque facere quicquam possent, quidam, ut operas turbarent, admingebant, & adcacabant, ad sepimentum. Itaque edictum fecit Pisistratus, si cacasse quis in templo Pythii deprehensus foret, habiturum, cur se ipse accusaret. At, cum neque sic desisterent, & rem etiam riderent, quin & plures isthoc facerent, custodes apposuit. Cumque non e civibus quidam, sed ex inquilinis, captus esset, vinctum flagris cædere jussit: insuper denuntiare, si edictum quis migrasset, eum mortem puniendum. Inde, si qui ob delictum pœnam aliquam paterentur, inquiebant Athenienses; In Pythio cacare ipsis præstitisset*. Breviter Apostolius, *Cent.* VIII. *Proverb.* XXV. Ἐν Πυθίῳ χέσαι. Οἷον, κινδυνεῦσαι. Πεισίστρατος γὰρ ὁ τύραννος, ποιῶν νεὼν, δρῶν τινα ἀποπατοῦντα μέτοικον, ἀπήγαγε. προέγραψε γὰρ, μηδένα ἀποπατῆσαι. *In Pythio cacare. hoc est, periclitari. Pisistratus enim tyrannus, cum templum exstrueret, & cacantem inquilinum invenisset, abduxit; prius enim edicto caverat, ne cacaret ibi quisquam*. Videndus quoque Hesychius, *in* ἐν Πυθίῳ χέσαι. Et hoc quidem templum absolvit; Jovis Olympii, tantum fundamenta jecit; operam navantibus architectis, Antistate, Callæschro, Antimachide, & Porino. Vitruvius, in *Præf.* lib. VII. *Athenis Antistates, & Callæschros, & Antimachides, & Porinus, architecti, Pisistrato ædem Jovi Olympio facienti, fundamenta constituerunt. Post mortem autem ejus, propter interpellationem reipublicæ, incepta relinquerunt*. Imperfectum id reliquisse, notat & Strabo, *lib.* IX. Καὶ αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. *Et ipsum Jovis Olympii templum, semiperfectum reliquit moriens rex, qui dedicaverat*. Et continuarunt filii, ut ex Aristotele constat, *Politic.* lib. V. cap. XI. Παράδειγμα δὲ τούτου αἵ τε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον, καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ Πεισιστρατιδῶν. *Hujus rei exemplum præbent pyramides, quæ in Ægypto; & donaria Cypselidarum; tum Olympii ædificatio Pisistratidarum*. Quanquam neque ipsi quidem perfecerunt; ut ostendo in *Athenis Atticis* nostris, *lib.* II. *cap.* X. Gymnasium quoque in Lyceo a quibusdam structum ab ipso dicebatur. *Suidas*. Λύκειον, ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων, ὃ Θεόπομπος μὲν, Πεισίστρατον ποιῆσαι φησί. *Lyceum, unum e gymnasiis Atheniensium; quod Theopompus quidem, a Pisistrato structum dicit*. Idem Harpocration refert, *in* Λύκειον. Fontem autem Callirhoen novem tubulis exornavit, unde & Ἐννεάκρουνος postea dici cœpit. Pausanias, in *Atticis*. Πλησίον δέ ἐστι κρήνη· καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον, οὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου. *Prope fons est; quem appellant Enneacrunum, a Pisistrato sic ornatum*. Et, ut in Olympii templo, filii quoque in ornando laborarunt; unde id alii his adscribunt. Aphthonius, in *Descriptione arcis Alexandrinæ*. Δύο δὲ ὀβελοὶ ἀνεστήκασι λίθινοι. καὶ κρήνη, τῆς τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀμείνων ἐχόντων. *Duæ pyramides stant lapideæ; & fons, melior, quam Pisistratidarum erat*. Ubi *Scholiastes*. Τὸ πρῶτον μὲν, Καλλιρόη ὠνομάζετο. ὕστερον δὲ Ἐννεάκρουνος, τῶν τυράννων οὕτω καλεσάντων. *Initio quidem, Callirhoe dicebatur; postea vero, Enneacrunus; cum tyranni sic vocassent*. Plura dico in *Ceramico* nostro, *cap.* XIV. Amoris etiam simulacrum, cum amaret ipse Charmum, dedicavit. Plutarchus, in *Solonis Vita*. Λέγεται δὲ Πεισίστρατος ἐραστὴς Χάρμου γενέσθαι, καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος καθιερῶσαι· ὅπου τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν, οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες. *Fertur Pisistratus etiam Charmum adamasse, & Amoris simulacrum dedicasse; ubi ignem accendunt, qui cum sacra lampade currentes certant*. Item Bibliothecam instituit. Aulus Gellius, *lib.* VI. *cap.* XVII. *Libros Athenis disciplinarum liberalium, publice ad legendum præbendos, primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus*. Isidorus, *Orig.* lib. VIII. cap. III. *Apud Græcos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus*. Inde Hieronymus, de Pamphilo martyre, in *Epistola* ad Marcellam CXLI. *Cum Demetrium Phalereum, & Pisistratum, in sacræ bibliothecæ studio, vellet æquare*. Etiam Homeri libros, sparsos antea, ac confusos, disposuit. Cicero, *de Oratore*, lib. III. cap. XXXIV. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cujus eloquentia literis instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus*. Ælianus, *Var. Histor.* libro XIII. capit. XIV. Ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν, ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. *Postea vero Pisistratus, cum collegisset, Iliada, & Odysseam, exhibuit*. Suidas, *in* Ὅμηρος. Ἔγραψε δὲ τὴν Ἰλιάδα οὐχ ἅμα, οὐδὲ κατὰ τὸ συνεχὲς, καθάπερ σύγκειται, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἑκάστην ῥαψῳδίαν γράψας, καὶ ἐπιδείξας, τῷ περινοστεῖν τὰς πόλεις, τροφῆς ἕνεκεν, ἀπέλιπεν. ὕστερον δὲ συνε-

τέθη, καὶ συνετάχθη, ὑπὸ πολλῶν· καὶ μάλιστα A ὑπὸ Πεισιστράτου, τοῦ τῶν Ἀθηναίων τυράννου. *Scripsit autem Iliadem non simul, neque continua serie, quemadmodum nunc est composita; sed cum ipse singulos libros scripsisset, & ostendisset, quia per urbes oberraret, victus quaeritandi causa, reliquit. Postea vero compositi, & ordinati, fuerunt a multis; inprimis vero a Pisistrato, Atheniensium tyranno.* Epigrammatarius incertus, Antholog. *lib.* IV. *cap.* IV. in Epigrammate, quod inscriptum est, Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου. *In statuam Pisistrati.*

Τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
Ἤθροισα, σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.
B *Magnum consilio Pisistratum; qui Homerum*
Collegi, antea sparsim cani solitum.

Eustathius, in *Commentario* ad Iliad. *lib.* I. Ἓν μέν τι σῶμα συνεχὲς δι' ὅλου, καὶ εὐάρμοστον, ἡ τῆς Ἰλιάδος ποίησις. οἱ δὲ συνθέμενοι ταύτην, κατ' ἐπιταγὴν, ὥς φασι, Πεισιστράτου, τοῦ τῶν Ἀθηναίων τυράννου, γραμματικοί, καὶ διορθωσάμενοι, κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρεστόν. ὧν κορυφαῖος ὁ Ἀρίσταρχος· καὶ μετ' ἐκεῖνον, Ζηνόδοτος. *Unum quoddam corpus omnino continuum, & compositum, Iliadis poesis est; qui vero ipsam composuerunt,* D *Pisistrati, ut ajunt, jussu, sunt Grammatici; correxeruntque, pro arbitrio: inter quos primi, Aristarchus; ac, post illum, Zenodotus.* Pausanias, in *Achaicis*. Πεισίστρατον δὲ, ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε, καὶ ἀλλαχῆ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τῶν τινα ἑταίρων, μεταποιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. *Pisistratum vero, cum dissipata Homeri carmina, & per alia litterarum monumenta passim sparsa, colligeret, vel ipsum, vel ex adjutoribus aliquem, mutasse nomen ignorantia.* Inde est, quod Libanius ait, *Declam.* XXIX. Καὶ Πεισίστρατος μὲν, ὁ μάλιστα σπουδάσας περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, οὐδένα τῶν πώποτε ἀπέκτεινε λαβὼν, ἐπ' οὐ ἐπιλαμβανόμενον. C *Pisistratus quidem, qui multum studii in poesin Homeri impendit, neminem unquam comprehensum trucidavit, ob versum reprehensum.* Diogenes Laertius, in *Solone*, lib. I. cap. LVII. Μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. ὥς φησι Διευχίδας, ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. *Magis ergo Solon Homerum illustravit, quam Pisistratus; ut auctor est Dieuchidas, Megaricorum libro quinto.* Huc pertinet, quod in *Teseo* narrat Plutarchus, eum in Necyiam inseruisse, in Atheniensium gratiam, illum versum,

Θησέα, Πειρίθοόν τε, Θεῶν ἀριδείκετα τέκνα; E

quemadmodum quoque ex *Hesiodo* hunc sustulerat,

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Verba *Plutarchi* ita habent. Ἀπολειφθῆναι δὲ, (τὴν Ἀριάδνην,) τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας.

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

τοῦτο γὰρ τὸ ἔπος ἐκ τῶν Ἡσιόδου Πεισίστρατον ἐξελεῖν φησὶν Ἡρέας ὁ Μεγαρεύς· ὥσπερ αὖ πάλιν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου Νεκυίαν τὸ,

Θησέα, Πειρίθοόν τε, Θεῶν ἀριδείκετα τέκνα,

χαριζόμενον Ἀθηναίοις. *Relictam autem (Ariadnen) a Theseo, quod aliam amaret:*

F *Dirus enim vexabat amor Panopeidos Æglæ.*

Nam hunc versum ex Hesiodo subduxisse, Hereas Megarensis ait; sicut contra in Homeri Necyiam hunc,

Thesea, Pirithoumque, illustria pignora divum,

in gratiam Atheniensium inseruisse. Eodem modo in Bœotiam inseruisse eum tradunt quidam Auctores istum versum,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

Strabo *lib.* IX. Καί φασιν οἱ μὲν, Πεισίστρατον, παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ, μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας,

ἑξῆς τοῦτο,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες,

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τοῦ τὴν νῆσον ἐξ ἀρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. *Ferunt nonnulli, Pisistratum, post versum hunc in Catalogo navium,*

A Salamine aderat cum bis sex navibus Ajax.

inserto isto,

Quas statuit, ubi Athenarum stabat cita classis;

usum esse poeta teste, ut probaret, insulam ab initio Atheniensium fuisse. Certe animus Pisistrato quam in studia pronus fuerit, inde satis elucescit, quod & Bibliothecam in Urbe instituerit, & Homerum restituerit, ut jam dixi; quibus adde, quod Orpheum Crotoniatem, poetam Epicum, Argonauticorum auctorem, in familiaritatem suam asciverit. Memorat *Suidas*. Ὀρφεὺς, Κροτωνιάτης ἐποποιός, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης φησὶν, ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν. *Orpheus, Crotoniates, poeta Epicus; quem Pisistrato tyranno familiarem fuisse, ait Asclepiades, libro sexto de Grammaticis.* Denique catachenen quoque, animalculum, locustæ simile, arce ejecit. *Hesychius*. Καταχήνη, ὑπὸ Πεισιστράτου χαλαμαία ἐμφερὲς ζῷον ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως προβεβλημένον. *Catachene, animal, locustæ simile, a Pisistrato ex arce projectum.*

CAP. X.

Uxores ejus, duæ numero; una, ignota: in cujus nomine ostensus error Scholiastæ Aristophanis: altera autem, Megaclis filia; quam ducturus, filiis intercedentibus quid responderit. Liberi quoque, Hipparchus, Thessalus, Hippias, filia: item nothus, Hegestratus, Sigei tyrannus.

UXORES autem duas habuit; unam quidem, ante tyrannidem: alteram, postquam primum ejectus, ut jam dixi. Ex priore, ut videtur, Hipparchum, qui *Justino* Diocles, Hippiamque, & cæteros liberorum sustulit. Observo apud Scoliasten Aristophanis, ad *Equites*. Πεισιστράτου ἡ γυνὴ γέγονεν ἡ Μυῤῥίνη, Ἱππίου, καὶ Ἱππάρχου, μήτηρ. *Pisistrati uxor erat Myrrhine, Hippiæ, & Hipparchi, mater.* Sed, quod Myrrhinam eam appellatam putat, errat fane vehementer; nam hæc Hippiæ uxor erat, uti clare mox ostendam, cum de illo agendum erit. De secunda, Megaclis fuisse filiam; ac quo modo, quaque conditione duxerit, supra dixi, *capite quinto*. Et nimirum hæc illa fuerit, quam cum duceret, filiis interrogantibus, an id faceret, quia esset, quod in ipsis reprehenderet: Minime vero, respondit; sed, laudare se eos maxime, ideoque liberos alios, ipsis similes, tollere velle. Plutarchus memorat, in *Apophthegmatis* illius. Τῶν παίδων, αὐτοῦ γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα μέλλοντος,

A πυνθανομένων, μή τι μεμφόμενος αὐτοὺς εἴη· ἥκιστα, εἶπεν, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος ἑτέρους μοι παῖδας τοιούτους γενέσθαι. *Filiis, cum alteram uxorem ducturus esset, sciscitantibus, ecquid in ipsis reprehenderet; Minime, inquit; verum laudo, & alios mihi filios tales nasci cupio.* Sed ex ea nullam tamen prolem habuit; nec habere etiam voluit: uti retuli, *cap.* v. Habuit vero ex priore liberos quatuor. Scholiastes Aristophanis, *Vespis*. Τεσσάρων ὄντων κατ' ἐνίους τῶν Πεισιστρατιδῶν, τὸν Ἱππίαν παρέλαβεν. *Cum quatuor essent, ut quidam volunt, Pisistrati liberi, Hippiam assumpsit.* Erant autem ii Hipparchus, Thessalus, Hippias, & incerto nomine filia, Thrasybulo, ut dixi, nupta: quibus quintum addas licet, illum nothum,
B Hegesistratum. De Hipparcho quidem, & Hippia, multa est apud Auctores mentio; & *mox* ipse sum dicturus: Thessali, non magnum nomen. Meminit ejus Thucydides, *lib.* I. Καὶ οὐκ ἴσασιν, ὅτι Ἱππίας μὲν, πρεσβύτατος ὢν, ἦρχε τῶν τοῦ Πεισιστράτου υἱέων· Ἵππαρχος δὲ, καὶ Θεσσαλὸς, ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτοῦ. *Et ignorant, Hippiam quidem, filiorum Pisistrati maximum, principatum tenuisse; Hipparchum vero, Thessalumque, fratres ejus fuisse.* Et *lib.* VI. Θεσσαλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται· Ἱππίου δὲ, πέντε. *Thessali quidem, aut Hipparchi, nullus filius est scriptus; at Hippiæ, quinque.* Huic accidit, ut olea, amissis foliis, fru-
C ctum ferret. Narrat Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. II. cap. IV. Καὶ ἄμπελος, ἄνευ φύλλων ὢν, καρπὸν ἤνεγκεν· ἐλαία δὲ, τὰ μὲν φύλλα ἀπέβαλε, τὸν δὲ καρπὸν ἐξήνεγκεν. ὃ καὶ Θετταλῷ, τῷ Πεισιστράτου, γενέσθαι λέγεται. *Et vitis, cum sine foliis: quod & Thessalo evenit, Pisistrati filio.* Supervixisse eum Hipparcho, Heraclides Ponticus refert, in *Excerptis* de Rebusp. Θεσσαλὸς δὲ, νεώτερος (υἱὸς Πεισιστράτου,) καὶ θρασύς. τοῦτον τυραννεύοντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. *Thessalus vero, junior (Pisistrati filius,) & audax. Hunc, tyrannidem exercentem, cum non possent interficere, Hipparchum occiderunt, ejus fratrem.* Et verisimile est, cum Hip-
D pia quoque, ejusque liberis, anno quarto post Hipparchum interfectum, ejectum fuisse. De filia, nihil aliud legi; quam, amatam eam Thrasybulo, aut Thrasymedi; & nuptam fuisse: uti supra a me dictum, *capite sexto*. Hegesistratum autem, nothum, susceptumque ex Argiva muliere, ac Sigei principatui a Pisistrato patre impositum, Herodotus memorat; atque Hippiam, principatu suo dejectum, ad hunc ipsum confugisse. Ecce verba, *lib.* V. *cap.* XCIV. Ἱππίῃ δὲ, ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντης, ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα. ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ, Ἰωλκόν· ὁ δὲ,
E τούτων μὲν οὐδέτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον, τὸ εἷλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. κρατήσας δὲ αὐτοῦ, κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωϋτοῦ νόθον Ἡγησίστρατον, γεγονότα ἐξ Ἀργείης γυναικός. *Hippiæ vero, hinc discedenti, obtulit Amyntas quidem, rex Macedonum, Anthemuntem; Thessali vero, Jolcum. Ille vero, neutrum accepit; sed Sigeum retro abiit, quod Pisistratus manu armata a Mitylenæis ceperat: potitus vero, filium nothum, ex Argiva muliere, Hegesistratum, principem illic constituerat.*

CAP. XI.

Hippias ne, an Hipparchus, natu major. De Hipparcho, Platonis sententia confirmata; de Hippia vero, Thucydidis error indicatus, & rationes refutatæ. Tyranni communiter appellati, simul quoque remp. rexerunt; ita tamen, ut potestas penes Hipparchum summa esset. Vicesimam tantum exegerunt. Templum Jovis Olympii struere, & Callirhoen exornare, uti pater incboaverat, perrexerunt. Comessationes quoque, epulasque, invenerunt. Apollinis Pythii templum Delphis incenderunt; & Cimonem occiderunt. Denique eorum stipatores; quonam nomine, qua de causa, appellati.

SED de Hippia, & Hipparcho, uter horum natu major, magnum sane inter maximos Auctores est dissidium. Et Hippiam quidem Thucydides dicit, *lib.* I. Καὶ οὐκ ἴσασιν, ὅτι Ἱππίας μὲν πρεσβύτατος ὢν, ἦρχε τῶν Πεισιστράτου υἱέων. *Et ignorant, quod Hippias, cum Pisistrati filiorum maximus esset, imperaverit.* Iterum postea, *lib.* VI. Πεισιστράτου δὲ γηραιοῦ τελευτήσαντος ἐν τῇ τυραννίδι, οὐχ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ' Ἱππίας, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Cum Pisistratus enim senex in tyrannide decessisset, non Hipparchus, uti multi opinantur, verum Hippias, ceu qui natu maximus esset, principatum tenuit.* Ac constare id sibi liquido, *mox* affirmat. Ὅτι δὲ, πρεσβύτατος ὢν, Ἱππίας ἦρξεν, εἰδὼς μὲν, καὶ ἀκοῇ, ἀκριβέστερον ἄλλων, ἰσχυρίζομαι. *Hippiam autem, natu maximum, imperium tenuisse, partim certius aliis sciens, partim auditu, assevero.* Ex Thucydide Scholiastes Comici, *Vespis*. Εἰκότως δὲ, τεσσάρων ὄντων κατ' ἐνίους τῶν Πεισιστρατιδῶν, τὸν Ἱππίαν παρέλαβεν. πρεσβύτατος γὰρ ἦν αὐτὸς, καὶ τὴν τυραννίδα εἶχε, καθὰ καὶ Θουκυδίδης φησί. *Convenienter vero, cum quatuor sint Pisistrati liberi, ut quidam volunt, Hippiam assumpsit; nam is natu maximus erat, & tyrannidem tenebat, uti auctor est Thucydides.* Polyænus, qui idem dicit, sine dubio eundem sequitur, *lib.* V. *cap.* XIV. Ἱππίας δὲ, ὁ πρεσβύτης τῶν Πεισιστράτου παίδων, τὰ λῃστικὰ τῆς θαλάσσης ἀναιρῶν. *Hippias vero, inter filios Pisistrati natu maximus, latrociniis mare purgans.* Videtur idem velle Libanius, qui Hippiam post Pisistratum nominat, ante Hipparchum, *Declam.* XXIX. Ἐπῄνεσεν ἂν Πεισίστρατον, ἐθαύμασεν ἂν Ἱππίαν, ἠγάσθη τὸν Ἵππαρχον. *Laudasset Pisistratum, Hippiam admiratus esset, Hipparchum suspexisset.* Contra Plato Hipparchum statuit, in *Dialogo* ejus nominis. Ἱππάρχῳ, ὃς τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν πρεσβύτατος, καὶ σοφώτατος. *Hipparcho, qui Pisistrati filiorum maximus erat, & sapientissimus.* Et hunc secutus Ælianus, *Variar. Histor.* lib. VIII. cap. II. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων. *Hipparchus, Pisistrati filius, cum existeret natu maximus inter liberos Pisistrati, etiam Athenienses sapientia superabat.* En sententiæ utriusque Auctores summos; sed *Platoni* ego accedam, & *Thucydidis* rationes *paullo post* examinatas refutabo. Ut *Platonem* isthic tuear, facit Heraclides Ponticus; qui in *Opere*, quod *De Rebuspublicis* dedit, cujus etiamnum fragmenta conservantur, in catalogo tyrannorum, post Pisistratum parentem primo loco Hipparchum

ponit, secundo Thessalum, tertioque demum Hippiam. Ecce verba. Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. Ἵππαρχος ὁ υἱὸς Πεισιστράτου, παιδιώδης ἦν, καὶ ἐρωτικὸς, καὶ φιλόμουσος. Θετταλὸς δὲ, νεώτερος, καὶ θρασύς· τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἵππαρχον ἀπέκτειναν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο. *Pisistratus, cum annos triginta tres regnasset, senex obiit. Hipparchus, filius Pisistrati, ludicrisque oblectamentis, & amoribus, studiisque, pariter deditus. Thessalus autem, junior, & audax erat: quem, tyrannidem exercentem, cum non possent interficere, fratrem Hipparchum occiderunt. Hippias vero, acerbius tyrannum agebat, & de ostracismo legem introduxit.* Quin Clidemus, sive ille est Clitodemus, antiquissimus rerum Atticarum Scriptor, uti discimus ex *Pausania*, eum a Pisistrato patre tenuisse principatum clare dicit; quod certissimum testimonium, natu maximum fuisse. Verba ejus, ex *octavo* Νόστων *libro*, repræsentat Athenæus, *libr.* XIII. Ἐξέδωκε δὲ (ὁ Πεισίστρατος) Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ τὴν παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύην, τὴν Σωκράτους θυγατέρα, τῷ μετ' αὐτὸν τυραννεύσαντι. *Elocavit vero (Pisistratus) Hipparcho filio, qui successit in tyrannide, mulierem, quæ curru vecta cum ipso fuerat, Phyam nomine, Socratis filiam.* Deinde illud mihi nota; quod, ab Hippia quæ commemorantur gesta in tyrannide, ea post Hipparchi cædem accidisse, certo constet. Ac sic ego quidem censeo. Nunc Thucydidem, & rationes item ejus, audiamus; *libr.* VI. Γνοίη δ' ἄν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ. παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι· ὡς ὅ, τε βωμὸς σημαίνει, καὶ ἡ στήλη, περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα. ἐν ᾗ Θετταλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται· Ἱππίου δὲ, πέντε· οἳ αὐτῷ ἐκ Μυρρίνης, τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπεροχίδου θυγατρὸς, ἐγένοντο. εἰκὸς γὰρ ἦν, τὸν πρεσβύτατον πρῶτον γῆμαι, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ πρῶτος γέγραπται μετὰ τὸν πατέρα· οὐδὲ τοῦτο ἀπεοικότως, διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τυραννεῦσαι. οὐ μὴν οὐδ' ἂν κατασχεῖν μοι δοκεῖ ποτε Ἱππίας τὸ παραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἵππαρχος μὲν, ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν, ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθημερὸν καθίστατο. ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πρότερον ξύνηθες, τοῖς μὲν πολίταις φοβερὸν, ἐς δὲ τοὺς ἐπικούρους ἀκριβὲς, πολλῷ τῷ περιόντι τοῦ ἀσφαλοῦς, κατεκράτησε. καὶ οὐχ, ὡς ἀδελφὸς νεώτερος ὢν, ἠπόρησεν, ἐν ᾧ οὐ πρότερον ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα, καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν. *Verum etiam ex hoc ipso quis cognoscat. Nam huic soli inter fratres legitimos fuisse liberos apparet; ut & ara istud indicat, & columna, quæ in arce Atheniensi de injuria tyrannorum constituta est: in qua liberi nulli Thessali, aut Hipparchi, sunt inscripti; at quinque Hippiæ, e Myrrhina nati, Calliæ Hyperochidis filia. nam conveniens istud erat, ut, qui natu maximus esset, primus quoque uxorem duceret. Deinde in columna prima prior ille est perscriptus, post parentem; neque etiam abs re istud: quippe qui & primus ab eo exstitisset, & tyrannidem tenuisset. Quin nec Hippias videtur ita facile e vestigio tyrannidem retenturus fuisse, si Hipparchus, in imperio constitutus, decessisset; & eodem ipse die principatum vindicare debuisset. Sed, cum jam timere cives consuevissent, ac satelli-*

A *tum certa omnino fides esset, restarentque etiam multa, quibus se tueri posset, vindicavit; non cunctatus, neu quid ageret incertus, quod, ceu minor natu frater, non continuo ante id tempus principatui assuevisset. Hipparcho vero hoc evenit, uti, cædis infortunio nomen clarum consecutus, postea quoque principatum tenuisse sit putatus.* Verum, age, inspiciamus. Παῖδες γὰρ (inquis) αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι. *Nam huic soli inter fratres legitimos liberos fuisse constat.* Et *mox*. Εἰκὸς γὰρ ἦν, τὸν πρεσβύτατον γῆμαι. *Nam conveniens istud erat, ut, qui natu maximus esset, primus quoque uxorem duceret.* Primæ certe rationes sunt invalidæ. B Neque enim, quia liberos solus habuit, ideo ille & duxisse uxorem primus, & fuisse primogenitus, est dicendus; tum, uxorem ut primus duxerit, neque sic valere argumentum potest: nam, quam sæpe usu venit, ut aut, cælibe primogenito, nuptias secundus contrahat; aut secundus, ineundo matrimonio, primogenitum antevertat. Hic, *Thucydides*, nil te juvo; & judicium requiro. Neque mihi istud argumentum placet, quod in prima hunc columna, post Pisistratum parentem, primum scriptum fuisse dicis. Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ πρῶτος γέγραπται, μετὰ τὸν πατέρα. οὐδὲ τοῦτο ἀπεοικότως, διὰ τὸ πρεσβεύειν τε C ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τυραννεῦσαι. *Deinde in columna prima prior ille est perscriptus, post parentem; neque etiam abs re istud: quippe qui & primus ab eo extitisset, & tyrannidem tenuisset.* Etenim columnas istas Athenienses, ceu injustæ tyrannorum dominationis quoddam monumentum posuerunt. Ita ipse nobis dicis, in *citatis statim verbis*. Καὶ ἡ στήλη, περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα. *Et columna, quæ in arce Atheniensi de injuria tyrannorum constituta est.* Ea propter merito Hippiam primo loco posuerunt; quod is eos post parentem quam sævissime habuisset; non, quod primogenitus esset: D nam Hipparchi principatus, sine culpa ulla fuit, & invidia, si Harmodii contumeliam unam excipias. Ita etiam illud ipse memoras. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἵππαρχος ὡς, αὖθις πειράσας, οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸν Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἐν τόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ, ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ, παρεσκευάζετο προπηλακιῶν αὐτόν. οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο. *Interea vero Hipparchus, cum Harmodium iterum sollicitasset, neque magis profecisset, nihil quidem violenti intentare destinabat, sed in loco quodam obscuro, veluti non hac de causa, contumeliam parabat. quippe neque cætero suo principatu gravis erat multitudini, seque citra in-* E *vidiam gesserat.* Ergo illud est, quod dixi; hic tyrannidis potius ordinem, quam ætatis, Athenienses expresserunt. Inde dicis; si Hipparchus in tyrannide decessisset, Hippiæ difficile futurum fuisse, eodem die principatum vindicare. Οὐ μὴν οὐδ' ἂν κατασχεῖν μοι δοκεῖ ποτε Ἱππίας τὸ παραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἵππαρχος μὲν, ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν, ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθημερὸν καθίστατο. *Quin nec Hippias videtur ita facile e vestigio tyrannidem retenturus fuisse, si Hipparchus, in imperio constitutus, decessisset, & eodem ipse die principatum vindicare debuisset.* Verum neque hoc momenti quicquam habet; si quidem ille, quod tu negas, summa animi magnitudine, & F solertia, etsi in discrimine maximo constitutus, tamen fecit. Nam, cum nuntium de Hipparcho interfecto accepisset, fortiter sane, & prudenter, facinus dissimulavit; & ad eos, qui armati pompam ducerent, se recepit: tum & ponere arma jussit, & seorsim in locum quendam, ceu factu-

rus verba illic, evocavit: quo cum illi secessissent, clam submissis stipatoribus, & ablatis armis omnibus, comprehendit, si quos ipse insimularet, aut cum pugione etiam inveniret; quando solum scutum, & hastam, pompæ deducendæ causa, habere liceret: atque ita principatum sibi asseruit. Ipse narras, *statim postea*. Ἀγγελθέντος δὲ Ἱππίᾳ ἐς τὸν Κεραμικὸν, οὐκ ἐπὶ τὸ γενόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς πομπέας τοὺς ὁπλίτας, πρότερον ἢ αἰσθέσθαι αὐτοὺς, ἄπωθεν ὄντας, ἐχώρησε· καὶ ἀδήλως τῇ ὄψει πλασάμενος πρὸς τὴν ξυμφορὰν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς, δείξας τι χωρίον, ἀπελθεῖν ἐς αὐτὸ ἄνευ τῶν ὅπλων. καὶ οἱ μὲν, ἀνεχώρησαν, οἰόμενοί τι ἐρεῖν αὐτόν· ὁ δὲ τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν, ἐξελέγετο εὐθὺς, οὓς ἐπῃτιᾶτο· καὶ, εἴ τις εὑρέθη ἐγχειρίδιον ἔχων. μετὰ γὰρ ἀσπίδος, καὶ δόρατος, εἰώθεσαν τὰς πομπὰς ποιεῖν. *Cum ad Hippiam in Ceramicum nuntius allatus esset, non ad facinus, sed ductores pompæ armatos, priusquam illi id rescirent, longiuscule absentes, se convertit; ac, composito ad dissimulandam hanc calamitatem suam vultu, locum ostendit, & in illum sine armis abscedere jussit. quo cum ii, aliquid dicturum rati, secessissent; ipse, jussis arma subducere stipatoribus, e vestigio comprehendit, quos insimularet criminis, aut cum pugione offenderet; nam cum scuto tantum & hasta, pompam prosequi moris erat*. Post hæc ais; nil cunctatum, neque anxium hæsisse, tanquam imperandi rudem, & insolitum: quod necesse, si fuisset natu minor; &, Hipparcho demum cæso, principatum accepisset. Καὶ οὐχ, ὡς ἀδελφὸς νεώτερος ὤν, ἠπόρησεν, ἐν ᾧ οὐ πρότερον ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. *Neque, ut frater natu minor, consilii inops, animique anxius hæsit, quod non semper ante id tempus principatui assuevisset*. Atqui hoc sciendum tibi hic, *Thucydides*; etsi dignitas principatus summa esset penes Hipparchum, natu maximum, tamen omnes Pisistrati filios communiter tyrannos dictos; & rem publicam, a parente occupatam quam acceperant, consiliis semper inter se communicatis administrasse; ita ut hic novum nihil, aut inusitatum antea, quamlibet natu minori, Hippiæ acciderit. Ac tyrannos communi nomine appellatos, tradit Scholiastes Comici, ad *Vespas* ejus. Κοινῶς δὲ πάντες οἱ Πεισιστρατίδαι τύραννοι ἐλέγοντο. *Communiter vero omnes Pisistratidæ tyranni dicebantur*. Communiter autem principatum tenuisse, ipse expressis verbis dicis, in narratione eadem; & commemoras, pace, pariter ac bello, optime administrasse: tum vicesimam etiam tantum exegisse, cum nimirum Pisistratus pater decimam instituisset: deinde, sacra ritu prisco accurasse, legibusque porro patriæ usos esse. Verba tua ita habent. Καὶ ἐπετήδευσαν ἐπιπλεῖστον δὴ τύραννοι οὗτοι, (de Hipparco, & Hippia, loqueris) ἀρετὴν, καὶ ξύνεσιν· καὶ Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων, τήν τε πόλιν αὐτῶν καλῶς διεκόσμησαν, καὶ τοὺς πολέμους διέφερον, καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον. τὰ δὲ ἄλλα αὐτὴ ἡ πόλις τοῖς πρὶν κειμένοις νόμοις ἐχρῆτο. *Ac profecto hi tyranni cum virtutem, tum prudentiam, diutissime coluerunt; &, vicesimam duntaxat e proventibus exigentes ab Atheniensibus, urbem recte ordinarunt, bella etiam gesserunt, atque in templis immolarunt: de cætero, civitas legibus priscis utebatur*. Hinc de iis simul quædam referuntur. Et exempla, ecce, in promptu. Pisistratus pater Jovis Olympii templum struere inchoaverat, uti supra memoravi; ipsi opus persecuti. Aristoteles, *Politic* libr. v. capit. XII. Παράδειγμα δὲ τούτου αἵ τε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον· καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν· καὶ τοῦ Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ Πεισιστρατιδῶν. *Hujus rei exemplum præbent pyramides, quæ in Ægypto; & donaria Cypselidarum; tum Olympii ædificatio, instituta a Pisistratidis*. Sic Callirhoen quoque fontem, itidem a patre cœptum, simul porro exornarunt. Indicat Aphthonius, in *Descriptione arcis Alexandrinæ*. Δύο δὲ ὀβελοὶ ἀνεστήκασι λίθινοι· καὶ κρήνη, τῆς τῶν Πεισιστρατιδῶν ἄμεινον ἔχουσα. *Duæ pyramides stant lapideæ; & fons, melior, quam Pisistratidarum erat*. Et, ut tu virtutes statim utriusque, in communi principatu, retulisti; ita luxum Athenæus, *lib.* XII. Ἰδομενεὺς δέ φησι, καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, Ἱππίαν, καὶ Ἵππαρχον, εὑρεῖν θαλίας, καὶ κώμους. *Idomeneus vero ait, Pisistrati filios, Hippiam, & Hipparchum, epulas, & comessationes, invenisse*. Incensum item ab his templum Apollinis Pythii Delphis narrat a Philochoro Scholiastes Pindari, *Pythionic.* Od. VII. Λέγεται, ὅτι τὸν Πυθικὸν ναὸν, πρησθέντα, ὥς φασιν, ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν, οἱ Ἀλκμαιωνίδαι, φυγαδευθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὑπέσχοντο ἀνοικοδομῆσαι. *Feruntur Alcmæonidæ a Pisistratidis in exilium acti, templum Pythii Apollinis, quod illi incenderant, se instauraturos promisisse*. Et Cimonem ab ipsis cæsum, refert Herod. *lib.* VI. *capit.* CIII. Καί μιν (τὸν Κίμωνα) ἀνελόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλην Ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκ ἔτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. *Et ipsum, (Cimonem,) cum aliam Olympiadem iisdem equis vicisset, contigit occidi a Pisistrati filiis, ipso Pisistrato jam defuncto*. Ergo etiam hic evici, quam non constet tibi ratio. Ultimum restat, idque minime excusandum. Non contentus primogenituram eripere, etiam vis persuadere, ceu tyrannidem nunquam tenuisset, fortuito factum esse, ut tenuisse existimetur. Ita enim tandem dicis. Ἱππάρχου δὲ ξυνέβη, τοῦ πάθους τῇ δυστυχίᾳ ὀνομασθέντα, καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν. *Hipparcho vero hoc evenit, uti, cædis infortunio nomen clarum consecutus, postea quoque principatum tenuisse sit putatus*. Immo & diserte negas; & erroris quoque accusas, qui tyrrannum eum fuisse existimarent, *lib.* I. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, τύραννον ὄντα, ἀποθανεῖν. *Nam Atheniensium vulgus Hipparchum putat, in tyrannide constitutum, ab Harmodio, & Aristogitone, cæsum*. Verum hic te rursum ego tibi oppono. Nam, tyrannidem si non tenuit, cur tyrannidis & insigne, & munimentum, stipatores sibi habuit? Ipse dicis, ubi cædem ejus narras, *lib.* VI. Καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόρειον καλούμενον, εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες. καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον, καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους τὸ αὐτίκα διαφεύγει ὁ Ἀριστογείτων, ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ ὕστερον ληφθεὶς, οὐ ῥᾳδίως διετέθη· Ἁρμόδιος δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται. *Ac Hipparchum nacti sunt in Ceramico appellato, protinus ex improviso irruentes; & ira accensi, quam huic amor, illi contumelia dabat, feriunt ipsum, occiduntque. Et Aristogiton quidem, per satellites e vestigio fuga evasit; sed mox, concurrente turba, comprehensus, inclementer habitus fuit: at Harmodius, ipso in loco statim occisus est*. Et testaris manifeste, in *citatis supra verbis*. Οὐδὲ, γὰρ (ὁ Ἵππαρχος) τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο. *Quippe neque cætero suo principatu (Hipparchus) gravis erat multitudini, seque citra invidiam*

gesserat. Nihil certe poteras clarius. Ac nunc quidem rationes omnes tuas satis liquido refutavimus, & Hipparchum natu maximum fuisse, tum tyrannidem tenuisse, quam verissime affirmavimus. Sed in *fine hujus capitis*, quando stipatorum mentio paullo ante nobis facta, etiam eorum nomen obiter dicendum erit. Id Λυκόποδες fuisse, docet *Suidas*; quia pellibus lupinis crura semper tecta haberent, & in clypeis lupi insigne. Λυκόποδες. οὕτως ἐκάλουν τοὺς τυράννων (τῶν Πεισιστρατιδῶν) δορυφόρους. τοὺς γὰρ ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαβον. λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο, ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι κεκαλυμμένους. ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον. *Lycopodes. ita vocabant tyrannorum (Pisistratidarum) satellites. nam e domesticis ætate florentes ad custodiam corporis sui adhibebant. Lycopodes vero vocabantur; quia semper pellibus lupinis crura tecta habebant; vel, quia in clypeis lupi insigne gestabant.*

CAP. XII.

Hipparchi virtutes. Sapientiæ studet, & doctrinæ. Homeri rhapsodiam instituit. Simonidem summo in pretio habet. Anacreontem ad se vocat. Onomacritum magni facit; sed, offensus, mox expellit. Academiam muro cingit. Statuas Mercuriales, civibus erudiendis, passim ponit, cum inscriptione gemina.

NUNC Hipparcho postquam primogenituram, & principatum, contra Historicorum principem asseruimus, gesta ab eo exponamus. Totus ejus principatus universim laudabiliter exactus, ita ut nulli gravis esset, neque invidia laboraret, usque ad contumeliam illam in Harmodii sororem. Thucydides, ut supra ostendi, *lib.* VI. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἄλλην ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν (ὁ Ἵππαρχος) ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο. *Quippe neque cætero suo principatu gravis erat multitudini (Hipparchus,) seque citra invidiam gesserat*. Immo aureum quasi quoddam seculum erat, quale olim sub Saturno memoratur. Plato de eo, in *Hipparcho*. Καὶ ἀποθανόντος (τοῦ Ἱππάρχου) τρία ἔτη ἐτυραννεύθησαν Ἀθηναῖοι, ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἱππίου. καὶ πάντων ἂν τῶν παλαιῶν ἤκουσας, ὅτι ταῦτα μόνα τὰ ἔτη τυραννὶς ἐγένετο ἐν Ἀθήναις· τὸν δ' ἄλλον χρόνον, ἐγγύς τι ἔζων Ἀθηναῖοι, ὥσπερ ἐπὶ Κρόνου βασιλεύοντος. *Et, cæso (Hipparcho,) annos tres tyrannidem passi sunt Athenienses, sub fratre Hippia. Et ex senibus sane omnibus audivisti, tantum Athenis per hos annos tyrannidem fuisse; reliquo autem tempore, vivebant Athenienses, velut sub Saturno rege*. Fuit autem sapientiæ, & doctrinæ, supra modum studiosus; itaque instituit, ut poemata Homeri deinceps quinto quoque anno, in majorum Panathenæorum festo, a rhapsodis canerentur. Simonidem etiam, secum degentem, magna mercede, & muneribus, ut maneret, sibi obstrinxit; tum Anacreontem quoque accersivit, missa ad eum quinquaginta remorum nave. Plato memorat, in *Hipparcho*. Τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν (ὁ Ἵππαρχος) πρεσβύτατος, καὶ σοφώτατος. ὃς ἄλλά τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτος ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί. καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον πεντηκόντερον στείλας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον, περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς, καὶ δώροις, πείθων. *Pisistrati filiorum erat (Hipparchus) natu maximus, & sapientissimus; qui cum alia multa, & pulchra, sapientiæ opera edidit, tum Homeri carmina primus in hanc regionem attulit; & rhapsodos ea coegit Panathenæis recitare, ita ut alius alium exciperet; sicuti etiamnum faciunt. tum Anacreontem Tejum, missa quinquaginta remorum nave, in urbem accivit. Simonidem vero Cejum apud se habuit semper, magna mercede, & muneribus, persuadens*. Ælianus, *Var. Histor.* libro VIII. capit. II. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατος ἦν τῶν Ἀθηναίων. οὗτος καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήϊον πεντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα αὐτὸς πορεύσῃ εἰς αὐτόν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ αὐτὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκὸς, πείθων. *Hipparchus, Pisistrati filius, cum natu maximus inter filios Pisistrati esset, etiam sapientissimus erat Atheniensium. Hic Homeri carmina primus Athenas attulit, coegitque ea rhapsodos in Panathenæis canere. Et Anacreontem Tejum, missa nave quinquaginta remorum, ad se vocavit; Simonidemque Cejum, impense æstimans, ut apud se remaneret, magnis donis, ut est quidem verisimile, delinivit*. Ac de Homeri quidem poematis, est Lycurgi quoque locus, *Orat.* in Leocratem; ubi etsi non nominet Hipparchum, designat tamen. Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. *Cupio equidem vobis & Homerum laudans exhibere. adeo enim præstantem hunc poetam esse majores vestri existimarunt, ut legem tulerint, de recitandis quinto quoque Panathenaorum anno per rhapsodos ejus poematis, solius ex poetis aliis*. Ut Simonidem, & Anacreontem Tejum, æstimavit, ita quoque Onomacritum; quem ejecit tamen postea, Musæi oracula adulterare deprehensum. Herodotus, *lib.* VII. *capit.* VI. Ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνῳ ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐκ τῆς θαλάσσης. διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ Ἵππαρχος, πρότερον χρεώμενος τὰ μάλιστα. *Ejectus enim Athenis fuerat Onomacritus ab Hipparcho, Pisistrati filio, quod a Laso Hermionensi in ipso facto deprehensus esset, cum oraculis Musæi insereret illud, fore, ut insulæ, Lemno adjacentes, mari submergerentur. Hac de causa ejecerat ipsum Hipparchus, ante id tempus familiarissime eo usus*. Ab eodem in doctos studio factum est, ut Academiam muro cingeret. *Suidas*. Ἵππαρχος, ὁ Πεισιστράτου, τὸ περὶ τὴν Ἀκαδημίαν τεῖχος ᾠκοδόμησε, πολλὰ ἀναγκάσας ἀναλῶσαι τοὺς Ἀθηναίους. *Hipparchus, Pisistrati filius, murum qui Academiam ambit, ædificavit; coactis multa in hanc rem conferre Atheniensibus*. Videnda quoque Appendix Proverbiorum Vaticana, ab *Andrea Schotto* vulgata, *Cent.* II. *Proverb.* XVII. Præterea, cum erudiisset cives, ut idem faceret iis qui

rus habitabant, ſtatuas Mercuriales paſſim in urbe per vias ejus, populoſque, collocabat; & præcepta ſapientiæ in his ipſis inſcribebat, verſibus elegiacis. Plato, *loco citato*. Ἐπειδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄστυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσαν, καὶ ἐθαύμαζον αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὖ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεῦσαι, ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος, καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. κἄπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὑτοῦ, ἥν τ' ἔμαθε, καὶ αὐτὸς ἐξεῦρε, ἐκλεξάμενος ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήματα, καὶ ἐπιδείγματα, τῆς σοφίας, ἐπέγραψεν· ἵνα πρῶτον μὲν τὰ ἐν Δελφοῖς γράμματα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὐτοῦ, τό, τε Γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. ἀλλὰ τὰ Ἱππάρχου ῥήματα μᾶλλον σοφὰ ἡγοῖντο. ἔπειτα παριόντες ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἀναγιγνώσκοντες, καί γεῦμα λαμβάνοντες αὐτοῦ τῆς σοφίας, φοιτῷεν ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ παιδευθησόμενοι. *Cum cives urbanos erudiiſſet, iique ipſum ob ſapientiam admirarentur, animo agitans etiam illos erudire, qui in agris habitabant, ſtatuas Mercuriales ipſis poſuit per vias omnes, in media Urbe, & ſingulis populis. Deinde e ſapientia ſua, quam & didiciſſet ipſe, & inveniſſet, cum elegiſſet quæ pleniſſima ſapientiæ exiſtimaret, elegis includens poemata ſua, & ſpecimina ſapientiæ, his inſcripſit; primum, ut ne ſapientia ſcripta Delphis*, NOSCE TEIPSUM, & NE QUID NIMIS, *aliaque iſtiuſmodi, cives ſui mirarentur; ſed Hipparchi dicta multo ſapientiora ducerent: deinde, ut ſurſum, ac deorſum, prætereuntes, & legentes, ſapientiæque guſtum capientes, rure porro imbuendi advenirent*. Meminit harum ſtatuarum *Harpocration*. Ἐκαλοῦντό τινες καὶ Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ, ἀπὸ Ἱππάρχου, τοῦ Πεισιστράτου. *Vocabantur quidem etiam Hipparchii Mercurii, ab Hipparcho, Piſiſtrati filio*. Quæ totidem verbis tranſcripſit Suidas, *in* Ἑρμαῖ. *Heſychius*. Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ, ἃς ἀνέστησεν Ἵππαρχος στήλας, ἐγγράψας εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, ἐξ ὧν ἔμελλον βελτίους εἶναι οἱ ἀναγινώσκοντες. *Hipparchii Mercurii; ſtatuæ, quas Hipparchus poſuit, & inſcripſit Elegias, quibus meliores fierent, qui eas legerent*. Duas vero inſcriptiones unaquæque hæc ſtatua habebat; unam, in ſiniſtro latere, quæ exponeret, cur in medio Urbis ſtaret, populive: alteram, quæ præceptum aliquod contineret. Ecce tibi apud Platonem, in *citato jam Hipparcho*, Ἐστὸν δὲ δύο τὠπιγράμματε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριστερᾷ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάστου, ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος, ἢ τοῦ δήμου, ἕστηκεν. ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιᾷ,

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, στεῖχε δίκαια φρονῶν.

Erant vero inſcriptiones duæ; in ſiniſtra quidem parte Mercurii cujuſque, inſcriptus erat Mercurius, dicens, qua de cauſa in medio Urbis, populive, poſitus eſſet: in dextra autem,

Præceptum Hipparchi eſt, Juſtitiam colito.

Ejuſdem erat alter Mercurius iſtiuſmodi, in Striaca via poſitus. Plato, *ibidem*. Ἐστι δὲ τῶν ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ, καὶ καλὰ, ἐπιγεγραμμένα. ἔστι δὲ δὴ καὶ τοῦτο, ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει,

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, Μὴ φίλον ἐξαπάτα.

A *Sunt & poemata alia in aliis Mercuriis inſcripta multa, & præclara; & exſtat ſane iſtud, in via Stiriaca, in quo dicit:*

Præceptum Hipparchi eſt, Ne fallas amicum.

CAP. XIII.

Hipparchus a Patroclide amatus, qui Mercurium tricipitem dedicat; Harmodium amat: a quo rejectus, cum repulſam in ſorore vindicaſſet, interficitur, myrto occultatis gladiis. Diſſenſus
B *Auctorum indicatus. Suidæ locus emendatus. Somnium ejus, nocte proxima ante cædem. Quoto principatus ſui anno cæſus; & quo Romanorum rege: quota item Olympiade. Error Euſebii, & Auctoris Chronici Alexandrini. Quidam, Hippiam cum Hipparcho cæſum dicunt; alii, eum pro Hipparcho iſthic memorant. Error hic Joannis Tzetzæ, Chronici Alexandrini; item Suidæ, & Scoliaſtæ Ariſtophanis.*

INTER iſta, Patroclidi maximopere eſt amatus;
C qui tricipitis Mercurii quoque ſtatuam dedicavit. *Suidas*. Ἐστὶ δὲ ὁ ἀναθεὶς τρικέφαλον Ἑρμῆν, ὡς φιλόχορός φησι, Πατροκλείδης, Ἱππάρχου ἐραστής. *Eſt autem, qui Mercurium tricipitem dedicavit, Patroclides, Hipparchi amator*. Meminitque Etymologici Auctor, *in* Τρικέφαλος ὁ Ἑρμῆς; & Apoſtolius, *Cent*. XIX *Proverb*. LI. Ipſe vero Harmodium amavit; a quo, & rivali Ariſtogitone, ad Leocorium eſt occiſus. De amore in Harmodium, eſt Thucydidis iſte locus, *lib*. VI. Γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπροῦ, Ἀριστογείτων, ἀνὴρ τῶν ἀστῶν, μέσος πολίτης, ἐραστὴς ὢν, εἶχεν αὐτόν. πειραθεὶς δὲ ὁ Ἁρμόδιος ὑπὸ Ἱππάρχου, τοῦ Πει-
D σιστράτου, καὶ οὐ πεισθεὶς, καταγορεύει τῷ Ἀριστογείτονι· ὁ δὲ ἐρωτικῶς περιαλγήσας, καὶ φοβηθεὶς τὴν Ἱππάρχου δύναμιν, μὴ βίᾳ προσαγάγηται αὐτὸν, ἐπιβουλεύει εὐθὺς, ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούσης ἀξιώσεως, κατάλυσιν τῇ τυραννίδι. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἵππαρχος, ὡς, αὖθις πειράσας, οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸν Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾷν, ἐν τόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ, ὡς οὐ διὰ τοῦτο δὴ, παρεσκευάσατο προπηλακιῶν αὐτόν. *Cum autem Harmodius ætatis flore inſignis eſſet, Ariſtogiton, quidam e civibus, mediæ conditionis, amabat ipſum, ac potiebatur. Compellatus vero de ſtupro Harmodius ab Hipparcho, Piſiſtrati fi-*
E *lio, neque morem gerere cupiens, Ariſtogitoni indicat. Is, ut ſolent amatores, cum doleret ſupra modum, & potentiam Hipparchi extimeſceret, ne per vim abduceret illum, e veſtigio per inſidias, quantum poſſet, evertere tyrannidem ſtatuit. Inter iſta vero Hipparchus, cum, oblato iterum ſtupro, nihilo magis perſuadere Harmodio potuiſſet, nihil quidem violenti agitabat; ſed in loco quodam obſcuro, tanquam non ob iſtam cauſam, contumelia quadam ipſum afficere parabat*. Mentionem breviter facit Ariſtoteles, *Rhet*. lib. II. cap. XXIV. Οἷον, εἴ τις λέγοι, ταῖς πόλεσι συμφέρουσιν οἱ ἐρῶντες· ὁ γὰρ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἔρως κα-
F τέλυσε τὸν τύραννον Ἵππαρχον. *Quemadmodum, ſi quis dicat, conducere urbibus amatores; ſiquidem amor Harmodii, & Ariſtogitonis, tyrannum Hipparchum evertit*. Et rejectus, contumeliam meditabatur; quam & fecit. Atque hæc iſta. Feſto Panathenæorum accitam Harmodii ſororem, ceu caniſtrum geſtaturam, cum veniſſet, ut indignam hoc honore, abire jubet, addens, nec vocatam eſſe. Thucydides, *citato libro*, mox

ſubjungit. Τὸν δ' οὖν Ἁρμόδιον, ἀπαρνηθέντα τὴν πείρασιν, ὥσπερ διενοεῖτο, προὐπηλάκισεν, ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν, κανοῦν οἴσουσαν ἐν πομπῇ τινι, ἀπήλασαν· λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι. *Harmodium igitur, qui ſtuprum oblatum recuſaſſet, ut in animo habebat, contumelia affecit. Nam ſororem ejus virginem cum ad geſtandum in pompa quadam caniſtrum venire juſſiſſent, abegerunt; nec venire etiam juſſam, quod indigna ipſa eſſet, dictitantes.* Hinc accenſus ira Harmodius, & Ariſtogiton quoque, ejus cauſa, de tyrannis ejiciendis conjurarunt Maximus Tyrius, *Diſſert.* VIII. Μειρακίῳ Ἀττικῷ δύο ἤστην ἐρασταὶ, ἰδιώτης, καὶ τύραννος· ὁ μὲν, δίκαιος ἦν, διὰ ἰσοτιμίαν. ὁ δὲ, ἄδικος, δι' ἐξουσίαν. ἀλλὰ τό γε μειράκιον ὄντως ἦν καλὸν, καὶ ἐρᾶσθαι ἄξιον, ὥστε, ὑπεριδὼν τοῦ τυράννου, τὸν ἰδιώτην ἠσπάζετο. ὁ δὲ ὑπ' ὀργῆς, ἄλλα τε ἀμφοτέρους προὐπηλάκισε, καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου, Παναθηναίοις ἥκουσαν ἐπὶ τὴν πομπὴν κανηφοροῦσαν, ἐξήλασεν ἐπ' ἀτιμίᾳ. διδόασι δίκην ἐν τούτῳ Πεισιστρατίδαι, καὶ ἦρξεν ἐλευθερίας Ἀθηναίοις ὕβρεις τυράννου. *Adoleſcenti Attico erant amatores duo, privatus quidam, & tyrannus; ille, juſtus, ob æqualem conditionem; hic, injuſtus, ob potentiam. Sed revera pulcher erat adoleſcens, & qui amaretur, dignus: itaque, tyranno ſpreto, privatum amavit. Ille vero, ira percitus, cum utrunque in aliis rebus contumelia affecit, tum ſororem quoque Harmodii, poſtquam ipſa Panathenæorum feſto, ceu caniſtrum in pompa illa portatura, acceſſiſſet, ignominioſe abegit. Eam ob cauſam pœna affecti Piſiſtratidæ, & initium libertatis Athenienſibus fuit contumelia tyranni.* Meminit ſtrictim Ariſtoteles *Politic.* lib. V. cap. X. Τῶν δ' ἐπιθέσεων αἱ μὲν, ἐπὶ τὸ σῶμα γίγνονται τῶν ἀρχόντων· αἱ δ' ἐπὶ τὴν ἀρχήν. αἱ μὲν οὖν δι' ὕβριν, ἐπὶ τὸ σῶμα. τῆς δ' ὕβρεως οὔσης πολυμεροῦς, ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον γίγνεται τῆς ὀργῆς. τῶν δ' ὀργιζομένων σχεδὸν οἱ πλεῖστοι τιμωρίας χάριν ἐπιτίθενται, ἀλλ' οὐχ ὑπεροχῆς. οἷον, ἡ μὲν τῶν Πεισιστρατιδῶν, διὰ τὸ προπηλακίσαι μὲν τὴν Ἁρμοδίου ἀδελφὴν, ἐπηρεάσαι δ' Ἁρμόδιον. ὁ μὲν γὰρ Ἁρμόδιος, διὰ τὴν ἀδελφήν. ὁ δὲ Ἀριστογείτων, διὰ τὸν Ἁρμόδιον. *Conjurationum vero aliæ, fiunt in corpus principum; aliæ, in principatum: quæ ob contumeliam acceptam, in corpus fiunt. Contumelia autem cum ſit multiplex, unaquæque iræ cauſa eſt. Eorum vero, qui irati, maxima fere pars conjurat, ut ſe vindicet, non ut principatum teneat. Qualis iſta in Piſiſtratidas conjuratio; quia hi ſororem Harmodii contumelia, ipſum autem Harmodium damno, affeciſſent. Quippe ob ſororem Harmodius, ob Harmodium Ariſtogiton, conjurarunt.* Iterum poſtea: Μάλιστα δὲ συμβαίνει τοῖς θυμοῖς ἀκολουθεῖν διὰ τὴν ὕβριν· δι' ἣν αἰτίαν, ἥ τε τῶν Πεισιστρατιδῶν κατελύθη τυραννὶς, καὶ πολλαὶ τῶν ἄλλων. *Maxime vero uſu venit, ut quis animo obſequatur ob illatam contumeliam; qua de cauſa & Piſiſtratidarum tyrannis everſa fuit, & multæ aliæ.* Ælianus *Var. Hiſtor.* libro XI. capit. VIII. Ἵππαρχος ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος· ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναίοις κομίσαι κανοῦν τῇ Θεῷ, κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, οὐκ εἴασε τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἁρμοδίου, καὶ ἴσως ἀξίαν οὖσαν. *Hipparchus interfectus eſt ab Harmodio, & Ariſtogitone; quia caniſtrum deæ ferre in Panathenæis lege patriæ non permiſerat ſorori Harmodii, cum fortaſſe digna eſſet.* Plato ait, a quibuſdam aliam fuiſſe cauſam prædicatam. Verba ejus ita habent, in *Hipparcho*. Λέγεται δὲ ὑπὸ τῶν χαριεστέρων ἀνθρώπων καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ (τοῦ Ἱππάρχου) γενέσθαι οὐ δι' ἃ οἱ πολλοὶ ᾠήθησαν· οὐ διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς ἀτιμίαν τῆς κανηφορίας, ἐπεὶ τοῦτό γε εὔηθες· ἀλλὰ τὸν μὲν Ἁρμόδιον γεγονέναι παιδικὰ τοῦ Ἀριστογείτονος, καὶ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου. μέγα δ' ἐφρόνει ἄρα καὶ ὁ Ἀριστογείτων ἐπὶ τῷ παιδεῦσαι ἄνθρωπον, καὶ ἀνταγωνιστὴν ἡγεῖτο εἶναι τὸν Ἵππαρχον. ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ χρόνῳ αὐτὸν τὸν Ἁρμόδιον τυγχάνειν ἐρῶντά τινος τῶν νέων τε καὶ γενναίων, καὶ καλῶν, τῶν τότε. καὶ λέγουσι τοὔνομα αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ οὐ μέμνημαι. τὸν οὖν νεανίσκον τοῦτον τέως μὲν θαυμάζειν τόν τε Ἁρμόδιον, καὶ τὸν Ἀριστογείτονα, ὡς σοφούς. ἔπειτα συγγενόμενον τῷ Ἱππάρχῳ, καταφρονῆσαι ἐκείνων. καὶ τοὺς μὲν περιαλγήσαντας ταύτῃ τῇ ἀτιμίᾳ, οὕτως ἀποκτεῖναι τὸν Ἵππαρχον. *Ajunt vero quidam politiores, non fuiſſe mortis ejus (Hipparchi) cauſam, quæ vulgo putatur, contumeliam ſororis in geſtatione caniſtri; illud enim ſtultum eſſe: ſed, amatum ab Ariſtogitone Harmodium, & eruditum. ac Ariſtogitonem quidem valde ſibi placuiſſe, quod erudiiſſet ipſum; & Hipparchum adverſari ſibi putaſſe. eo ipſo vero tempore ab Harmodio adamatum adoleſcentem, ex eorum numero, qui ingenui tunc, & pulchri, cenſebantur. quin & nomen ejus dicunt, ſed in præſens non occurrit. & adoleſcentem quidem hactenus Harmodium, atque Ariſtogitonem, ut ſapientes, admiratum; deinde, poſtquam cum Hipparcho converſari incepiſſet, deſpexiſſe: illos autem, contumeliam indignatos, mox Hipparchum occidiſſe.* Juſtinus, in hac ipſa hiſtoria, variat magis; pro Hipparcho Dioclem ponens, & ſtupratam virginem dicens, non rejectam a caniſtri ferendi honore. Ecce verba, *lib.* II. *cap.* IX. *Poſt ejus (Piſiſtrati) mortem, Diocles, alter ex filiis, per vim ſtuprata virgine, a fratre puellæ interficitur.* Itaque, contumelia iſta conjurandi cauſa fuit; idque hunc in modum geſtum. Imminebant majora Panathenæa; per quæ, deducendæ pompæ, cum in armis citra ſuſpicionem ullam eſſe liceret, viſum opportunum fuit, invadere tyrannos. ac, cum feſtum adveniſſet, Hippiaſque in Ceramico extra urbem pompam inſtrueret, cum pugionibus progreſſi, adoriri conſtituerant; feciſſentque, ni conſilium caſus quidam perturbaſſet. Conſpexere quendam, conjurationis ſocium, cum Hippia familiariter colloquentem; unde proditos ſe rati, & comprehendendos ſtatim, impetu in Urbem facto, ita ut armati erant, Hipparchum, nacti ad Leocorium, interficiunt. quo patrato, Harmodius quidem, a ſatellitibus e veſtigio trucidatur; Ariſtogiton, cum ſatellites effugiſſet, concurrente multitudine, mox prehenſus, inclementer habitus fuit. Thucydides, *loco citato*. Χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντος τοῦ Ἁρμοδίου, πολλῷ δὴ μᾶλλον δι' ἐκεῖνον καὶ Ἀριστογείτων παρωξύνετο. καὶ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρὸς τοὺς ξυνεπιθησομένους τῷ ἔργῳ ἐπέπρακτο, περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐχ ὕποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι. καὶ ἔδει ἄρξαι μὲν αὐτοὺς, ξυνεπαμύνειν δὲ εὐθὺς τὰ πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐκείνους. ἦσαν δὲ οὐ πολλοὶ οἱ ξυνομωμοκότες, ἀσφαλείας ἕνεκα. ἤλπιζον γὰρ καὶ τοὺς μὴ προειδότας, εἰ καὶ ὁποσοιοῦν τολμήσειαν, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἔχοντάς γε ὅπλα, ἐθελήσειν σφᾶς αὐτοὺς ξυνελευθερῶν. καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ, Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι. ὁ δὲ Ἁρμόδιος, καὶ ὁ

Αρ

A Ἀριςογείτων, ἔχοντες ἤδη τὰ ἐγχειρίδια, ἐς τὸ ἔργον προΐεσαν. καὶ, ὡς εἶδόν τινα τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι, διαλεγόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ, (ἦν δὲ πᾶσιν εὐπρόσοδος ὁ Ἱππίας,) ἔδεισαν, καὶ ἐνόμισαν μεμηνῦσθαί τε, καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ξυλληφθήσεσθαι. τὸν λυπήσαντα οὖν σφᾶς, καὶ δι' οὗπερ πάντα ἐκινδύνευον, ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναιντο, προτιμωρήσασθαι· καὶ, ὥσπερ εἶχον, ὥρμησαν εἴσω τῶν πυλῶν· καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ, παρὰ τὸ Λεωκόρειον καλούμενον εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες. καὶ, ὡς ἂν μάλιςα δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον, καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους τὸ αὐτίκα διαφεύγει ὁ Ἀριςογείτων· ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ ὕςερον ληφθεὶς, οὐ ῥᾳδίως διετέθη· Ἁρμόδιος δὲ, αὐτοῦ παραχρῆμα B ἀπόλλυται. *Ægre id ferente Harmodio, magis quoque ipsius causa Aristogiton irritatus est. Quam ob rem constituerunt cætera omnia cum iis, qui una aggressuri essent; sed Panathenæa magna exspectabant, quo solum die minime suspectum erat, ut frequentes in armis essent ii cives, quibus deducenda pompa. Et ipsos quidem inceptare facinus primum oportebat, cæteros vero conjuratos contra satellites opem ferre. ac; qui conjurassent quidem, pauci erant, ut res tutius gereretur. nam sperabant, si, quocumque tandem modo, ausi essent, etiam antea ignaros, cum & arma ipsi haberent, pariter se in libertatem promptis animis asserturos.* C *Itaque, ut advenit festum, Hippias quidem extra urbem, in Ceramico appellato, apparabat, quæ ad pompam pertinerent; Harmodius vero, & cum eo Aristogiton, jam instructi pugionibus, ad patrandam rem processerant; &, ut quemdam e conjuratis cum Hippia familiariter colloquentem conspexere, ut is facilis omnibus erat, extimuerunt; proditosque se putantes, & tantum non e vestigio comprehendendos; eum, a quo læsi essent, cujus gratia etiam discrimen omne subiissent, ulcisci prius, si liceret, cupiebant. atque, ut erant, impetu ingressi portam, & Hipparchum ad Leocorium, quod vocatur, consecuti,* D *improviso adoriuntur: iratique, ille quidem ex amore, iste autem contumelia, ipsum feriunt, occiduntque. Et Aristogiton quidem, cum per satellites effugisset, mox a turba concurrente comprehensus, parum leniter habitus fuit; sed Harmodius e vestigio illo ipso in loco cæsus.* Brevius multo, & summatim, idem narraverat *libro primo*. Ὑποτοπήσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ καὶ παραχρῆμα Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριςογείτων, ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν, Ἱππίᾳ μεμηνῦσθαι, τοῦ μὲν ἀπέσχοντο, ὡς προειδότος, βουλόμενοι δὲ, πρὶν ξυλληφθῆναι, δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι, τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. E *Suspicati Aristogiton, & Harmodius, aliquid illico eo die a quodam e conjuratis Hippiæ indicatum esse; ab hoc quidem, tanquam præscio, abstinuere: sed, cum vellent, antequam prehenderetur, facinore aliquo patrato periculum adire, nacti Hipparchum ad Leocorium, quod vocatur, pompæ instruendæ intentum, occiderunt.* Valde hic variat Hyginus; &, pro Pisistratidis nostris, primo Phalarim commemorat: inde, neque cæsum Harmodium, neque Aristogitonem comprehensum: dein, Harmodio ascribit, quod Leænæ alii omnes: porro, quod indictum cæteris, illud addit, quonam modo is Aristogitonis fidem exploraverit. Verba ejus ecce ista. *Fab. ducentesima quinquagesima septima. In Sicilia eundem Phalarim Harmodius cum interficere vellet, simulatio*F*nis causa, scropham, porcellos habentem, occidit; & venit ad Aristogitonem, amicum suum, ense sanguinolento: dicitque, matrem se interfecisse; rogatque eum, ut se celaret. qui cum ab eo celaretur, rogavit Aristogitonem, ut progrederetur, rumoresque, qui essent de matre, sibi renuntiaret.* * * * *nullos esse rumores. qui vespere ita litem contraxerunt, ut alius alio potiora ingererent: nec ideo Aristogiton voluit objicere, eum matrem interfecisse. Cui Harmodius patefecit, se scrofam, porcellos habentem, interfecisse; & ideo matrem dixisse. cui indicat, se regem velle interficere, rogatque eum, ut sibi adjutorio esset. qui, cum ad regem interficiendum venissent, deprehensi sunt a satellitibus armati; &, cum perducerentur ad tyrannum, Aristogiton a satellitibus effugit; Harmodius autem solus cum perductus esset ad regem, quærerentque ab eo, quis ei fuisset comes; ille, ne amicum proderet, linguam dentibus sibi præcidit, eamque regis in faciem inspuit.* Habebant autem gladios myrti frondibus involutos. Est in Scolio carmine, apud Athenæum, *libro decimo quinto*.

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,

Ὥσπερ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριςογείτων,

Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,

Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.

In myrti ramo gladium gestabo,

Quemadmodum Harmodius, & Aristogiton,

Cum tyrannum occiderunt,

Athenasque legibus æqualibus utentes fecerunt.

Quorum versuum priorem explicans aiibi *Suidas*. Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριςογείτων, ἐν μύρτοις κρύψαντες τὸ ξίφος, Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀπέκτειναν. *Harmodius, & Aristogiton, cum myrtis gladium occultassent, Hipparchum tyrannum occiderunt.* Ita enim legendum puto; non, ἐν μύρτοις ῥίψαντες τὸ ξίφος. *Cum gladios myrtis injecissent.* Aristophanes, *Lysistrata*, vers. 633. &c.

Ἀλλὰ ταῦθ' ὕφηναν ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ τυραννίδι.

Ἀλλ' ἐμοῦ μὲν οὐ τυραννεύσουσιν, ἐπεὶ φυλάξομαι.

Καὶ φορήσω τὸ ξίφος τολοιπὸν ἐν μύρτου κλαδὶ,

Ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἑξῆς Ἀριςογείτονι.

Ista sed struxere nobis, qui viri tyrannidi

Imminent; sed non ego bis obnoxius, cavens magis

Postidhac, ensemque clausum fronde myrtea geram,

In forumque armatus ibo, post Aristogitona.

Videndus quoque Apostolius, *Cent.* VIII. *Proverb.* XXXV. Atque sic Hipparchus cæsus. Sed quæ nox præcessit cædem, ea in somniis visus sibi videre hominem procerum, & decora item forma, hisce versibus alloquentem;

Τλῆθι λέων, ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ.

Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

Experrectus, conjectores adire voluit; sed, neglecta visione, pompam instruxit, in qua etiam

est cæsus. Herodotus, *libro quinto. capite quinquagesimo quinto*. Ἐπεὶ Ἵππαρχον, τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν, ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίου, τῷ ἑωϋτοῦ πάθει ἐναργεστάτην, κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος, γένος ἐόντες τὰ ἀνέκαθεν Γεφυραῖοι, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσαρα, οὐδὲν ἧσσον, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ. ἡ μέν νυν ὄψις τοῦ Ἱππάρχου ἐνυπνίου ἦν ἥδε. ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεε ὁ Ἵππαρχος ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν, καὶ εὐειδέα, αἰνίσσεσθαι τάδε τὰ ἔπεα.

> Τλῆθι λέων, ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ.
>
> Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν οὐκ ἀποτίσει.

ταῦτα δὲ, ὡς ἡμέρη ἐγένετο, τάχιστα φανερὸς ἦν ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι. μετὰ δὲ, ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν, ἔπεμπε τὴν πομπὴν, ἐν τῇ δὴ τελευτᾷ. *Postquam Hipparchum, Pisistrati filium, Hippiæ tyranni fratrem, qui in somniis visionem cladis suæ evidentissimam vidisset, occiderunt Aristogiton, & Harmodius, prisco genere Gephyræi, nihilominus Athenienses ab eo tempore, immo magis quoque quam antea, tyrannide divexabantur. Visio autem insomnii Hipparchi isthæc erat. Videbatur sibi Hipparchus pridie Panathenæorum videre virum sibi assistentem magnum, & pulchrum; qui his versibus, tanquam ænigmate, compellaret:*

> *Intoleranda leo tolera, tolerans animo æquo;*
>
> *Injustus nemo est, quem non sua pœna sequetur.*

Hæc vero, ubi illuxit dies, videbatur ad somniorum interpretes referre velle; sed mox, spreta visione, pompam instruxit: qua in re dum occupatur, interficitur. Interfectus autem Hipparchus anno principatus sui tricesimo secundo. Nemo id expresse dicit; verum certa conjectura est. Nam, ut *postea* ostendam, post Pisistrati patris mortem, filii annos triginta quinque principatum tenuerunt. Atqui Hippias, cum triennium post Hipparchi fratris cædem in tyrannide permansisset, quarto anno est ejectus. Ergo palam est, anno, ut dixi, tricesimo secundo cæsum Hipparchum. Factum vero, cum Tarquinius Superbus apud Romanos regnaret. Ita recte observatum ab A. Gellio, *libro decimo septimo*, capite vigesimo primo. *Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit, iisdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio, & Aristogitone, Hipparchus, Pisistrati filius, Hippiæ tyranni frater*. Apud Græcos, numerabatur Olympiadis sexagesimæ quintæ annus primus. Eusebius, in *Chronico Canone*, in eo tempore. Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, ἀνεῖλον Ἵππαρχον. Quæ, sic leguntur apud interpretem Hieronymum. *Harmodius, & Aristogiton, Hipparchum tyrannum interfecerunt*. Sed triennio toto errat; nam, si Hippias, ut mox dicam ultimo capite, ejectus fuit Olymp. LXVI. anno quarto, idque post Hipparchi cædem quadriennio, necessario ea accidit Olympiadis præcedentis anno quarto, & non primo. Multo gravius errat Auctor *Chronici Alexandrini*, qui patratam cædem istam Olympiade sexagesima tertia memorat. Sunt qui dicant, Hippiam una cum Hipparcho interfectum; sed eorum adeo manifestus error, ut non egeat refutari. Est in his Joannes Tzetzes, *Chil. I. cap. sexto*.

> Ἀλκμαίων ἦν τῶν εὐγενῶν, καὶ τῶν ὑπερπλουτούντων.
>
> Οὗπερ οἱ παῖδες ἔκτειναν τοὺς Πεισιστράτου παῖδας,
>
> Τυράννους ὄντας Ἀθηνῶν, Ἵππαρχον, καὶ Ἱππίαν·
>
> Τὴν πόλιν δ' ἠλευθέρωσαν.
>
> *Alcmæon erat, e nobilibus, & prædivitibus;*
>
> *Cujus filii occiderunt Pisistrati filios,*
>
> *Tyrannos Atheniensium, Hipparchum, & Hippiam;*
>
> *Urbem vero liberarunt.* ——

Et Auctor *Chronici Alexandrini*, in Olymp. LXIII. Ἁρμόδιος, Ἀριστογείτων. Ἵππαρχον, καὶ Ἱππίαν, Ἀθηναίων τυράννους: ἀνεῖλον. *Harmodius, & Aristogiton, Hipparchum, & Hippiam, Atheniensium tyrannos, occiderunt*. Neque minus *Suidas* errat; Hippiam nobis, non Hipparchum, cæsum dicens. Ecce verba, in Ἁρμόδιοι· Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, ἐπέθεντο τοῖς τυράννοις· καὶ τὸν Ἱππίαν ἔκτειναν Ἀθηναῖοι. *Harmodius, & Aristogiton, tyrannos invaserunt; Hippiamque Athenienses occiderunt*. Et Scholiastes Aristophanis, ad *Equites*. Εἰς Ἁρμόδιον δὲ, καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ γένος ἀνήνεγκεν αὐτοῦ. ἐπεὶ καὶ οὗτοι πολλῆς εὐνοίας ἀπηνέγκαντο δόξαν, ἐπιθέμενοι τοῖς τυράννοις, καὶ τὸν Ἱππίαν διαχειρισάμενοι. *Ad Harmodium, & Aristogitonem, genus suum retulit; siquidem illi gloriam magnæ benevolentiæ reportarunt, postquam in tyrannos conspirassent, Hippiamque occidissent*.

CAP. XIV.

Cædes Hipparchi varie laudata. Scolia Carcini, & Callistrati: quæ cantata in symposiis. Suidæ locus emendatus. Interfectoribus datum præmium, ut eorum in Panathæneis nomina cantarentur; tum, ne ea servis quisquam deinceps daret. Quin & positæ statuæ æneæ, idque in foro; a Praxitele partim factæ, partim a Critia, & Antenore: quæ a Xerxe mox abductæ, ab Alexandro, aut Antiocho, Seleucove, restitutæ. Demosthenis locus correctus. Parentatum quoque his a polemarcho. Posteris eorum autem, data immunitas; tum consessus item prior, & in Prytaneo victus. Diophanti columna, & inscriptio. Cononi idem honos habitus. Apsinis locus restitutus.

ITA, occiso tantum Hipparcho, salvo Hippia, imperfecta cædes fuit. Inde Seneca, de *Benef.* libro septimo, capite decimo quarto. *At mehercle Athenienses Harmodium, & Aristogitonem, tyrannicidas vocant. Et Mucii manus, in hostili ara relicta, instar occisi Porsenæ fuit: & semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propositi operis enituit*. Et de *Ira*, libro secundo, capite vigesimo tertio. *Tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit*. Atque Hipparchi quidem cædes, mox ejecto quoque Hippia, varie laudata fuit. Et Simonides, etsi magno in honore ab eo habitus, uti dixi, *Epigramma* istud fecit.

> Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστογείτων Ἵππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμόδιος.

Refert Hephæſtion, in *Enchiridio*, capite Περὶ ἀποθέσεως μέτρων. Πᾶν μέτρον. εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπίληπτά ἐςι τὰ τοιαῦτα Σιμωνίδου, ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων.

Η μέγ' Αθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Αρισογείτων Ιππαρχον κτεῖνε, ϗ Αρμόδιος.

Omne metrum perfecta dictione finitur; itaque reprehenſione digna ſunt talia Simonidis, ex Epigrammatibus:

Sane magna Athenienſibus lux exorta fuit, cum Ariſtogiton Hipparchum occidit, & Harmodius.

Æſchines, *Orat.* in Timarchum. Τοιγάρ τοι τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας, ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερενηνοχότας, Αρμόδιον, ϗ Αρισογείτονα, ὁ σώφρων, ϗ ἔννομος, εἴτε ἔρωτα, εἴτε τρόπον αὐτὸν χρὴ προσειπεῖν, τοιούτους ἐπαίδευσεν, ὥςε τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεεςέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἐγκωμίοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. *Proinde viros bene de republica meritos, & virtute præſtantiſſimos, Harmodium, atque Ariſtogitonem, modeſtus ille, ac legitimus, ſive amor, ſive mos eſt appellandus, ſic erudiit, ut, qui eorum faſta celebrant, laudes rerum ab illis geſtarum præconiis ſuis aſſequi non poſſe videantur.* Sane hos Athenienſes ſupra cæteros honorarunt. Dion Chryſoſtomus, *Orat.* XI. Αρμόδιον δὲ, ϗ Αρισογείτονα, πάντων μάλιςα Αθηναῖοι τιμῶσιν, ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, ϗ ἀνελόντας τὸν τύραννον. *Harmodium, & Ariſtogitonem, præ omnibus maxime honorant Athenienſes, ut qui civitatem in libertatem aſſeruerint, & tyrannum interfecerint.* Et varia item Scolia leguntur apud Athenæum, *libro decimo quinto.* Inter hæc, *Carcini* iſtud;

Εν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,

Ωσπερ Αρμόδιος, ϗ Αρισογείτων,

Οτε τὸν τύραννον κτανέτην,

Ισονόμους τ' Αθήνας ἐποιησάτην.

In myrti ramo gladium geſtabo,

Quemadmodum Harmodius, & Ariſtogiton,

Cum tyrannum occiderunt,

Athenaſque legibus æqualibus utentes fecerunt.

Item aliud, *Auctoris incerti*;

Φίλταθ' Αρμόδιε, οὔπω τέθνηκας·

Νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι,

Ιναπερ ποδώκης Αχιλλεὺς,

Τυδείδην τέ φασι τὸν ἐσθλὸν Διομήδεα.

Εν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,

Ωσπερ Αρμόδιος, ϗ Αρισογείτων,

Οτ' Αθηναίης ἐν θυσίαις

Ανδρα τύραννον Ιππαρχον ἐκταινέτην.

Αεὶ σφῶν κλέος ἔσσεται κατ' αἶαν,

Φίλταθ' Αρμόδιε, ϗ Αρισογείτων,

Οτε τὸν τύραννον κτανέτην,

Ισονόμους τ' Αθήνας ἐποιησάτην.

Chariſſime Harmodie, nondum mortuus es;

In inſulis fortunatorum te eſſe ajunt:

Ubi pernix eſt Achilles,

Et Tydides fortis Diomedes.

In myrti ramo gladium geſtabo,

Quemadmodum Harmodius, & Ariſtogiton,

Cum Minervæ in ſacrificiis

Virum tyrannum Hipparchum occiderunt.

Semper honos veſter erit in terra,

Chariſſime Harmodie, & Ariſtogiton;

Quod, tyranno interfecto,

Æquis legibus utentes Athenæ ſint factæ.

Et hoc fortaſſe eſt, quod Calliſtratum feciſſe dicit *Heſychius.* Αρμοδίου μέλος. τὸ ἐπὶ Αρμοδίῳ ποιηθὲν σκολιὸν ὑπὸ Καλλιςράτου. *Harmodii carmen. Scolium, in Harmodium factum, a Calliſtrato.* Suidas. Αρμοδίου μέλος. ἐπὶ τῶν δυσκόλων. τὰ γὰρ εἰς Αρμόδιον μέλη τοιαῦτά ἐςιν. *Harmodii carmen. De difficilibus dicitur. Nam talia erant carmina, quæ in Harmodium facta.* Sed corrupta verba puto, legendumque; Επὶ τῶν σκολιῶν. *De Scoliis dicitur.* Ac canebantur hæc in conviviis, & ſympoſiis. Ariſtophanes, *Acharnenſibus*, Act. IV. Scen II. verſ. 68.

Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Αρμόδιον ᾄσεται,

Συγκατακλινεὶς, ὅτι παροίνιος ἀνὴρ ἔφυ·

Neque apud me unquam Harmodium canet,

Una diſcumbens, quia vir eſt temulentus.

Ad quem locum *Scholiaſtes.* Εν ταῖς τῶν πότων συνόδοις ᾖδόν τι μέλος, Αρμοδίου καλούμενον· οὗ ἡ ἀρχὴ,

Φίλταθ' Αρμόδιε, οὔτι πω τέθνηκας.

In compotationibus canebant carmen quoddam, Harmodii dictum; cujus initium,

Chariſſime Harmodie, nondum mortuus es.

Et Urbs ipſa hunc honorem illis habuit, ut in celeberrimo illo Panathenæorum feſto nomina eorum cantarentur. Philoſtratus, de *Vita Apollonii*, libro ſeptimo, capite ſecundo. Διῄει δὲ αὐτοῖς ϗ τὰ Παναθήναια τὰ Αττικὰ, ἐφ' οἷς Αρμόδιός τε, ϗ Αρισογείτων ᾄδονται. *Narrabat vero etiam ipſis Panathenæa Athenienſium, in quibus Harmodius, & Ariſtogiton decantantur.* Quin, ne ſervis deinceps ea imponerentur, cavit edicto. Libanius, *Declam.* XXIX. Ωςε τῶν ὀνομάτων Αρμοδίου, ϗ Αρισογείτονος, ἔδοξεν ἡμῖν, μηδένα δοῦλον τοῖς τύραννον καθελοῦσι ποιεῖν ὁμώνυμον. *Quemadmodum*

item de nominibus Harmodii, & Aristogitonis, visum nobis fuit, ne quis servus diceretur eodem nomine, quo tyranni interfectores appellati. Herodes Atticus apud A. Gellium: *libro nono, capite secundo. Majores autem mei, Athenienses, nomina fortissimorum juvenum, Harmodii, & Aristogitonis, qui, libertatis recuperandæ gratia, Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne unquam servis indere liceret, decreto publico sanxerunt: quoniam nefas ducerent, nomina, libertati patriæ devota, servili contagio pollui.* Præter ista, statuis illos honoravit. Pausanias, in *Atticis*, in descriptione Ceramici. Οὐ πόῤῥω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, οἱ κτείναντες Ἵππαρχον. *Non longe inde statuæ sunt Harmodii, & Aristogitonis, qui Hipparchum occiderunt.* Plinius, *lib.* XXXIV. *cap.* IV. *Athenienses, nescio an primi omnium, Harmodio, & Aristogitoni, tyrannicidis, statuas posuerunt.* Et quidem, honoris ergo, cum lapideas cæteris darent, his ex ære posuerunt. Theodoretus, *Therap.* VIII. Τιμητέον δὲ ἄρα καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, ὑπὸ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἐνδίκως ἀναιρεθέντας. ἀλλὰ τοὐναντίον ἔδρασαν οἱ Ἀθηναῖοι. τοὺς γὰρ ἀνελόντας, χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν· καὶ τῷ γένει τούτων ἀτέλειαν ἐδωρήσαντο. *Quocirca honorandi quoque erunt Pisistradidæ, ab Harmodio, & Aristogitone, jure interfecti. atqui contra ab Atheniensibus factum; siquidem interfectores statuis æneis honorarunt, & immunitatem posteris concesserunt.* inde est istud apud Plutarchum, in *Antiphonte*, lib. de x. Rhet. Γενομένης δὲ παρὰ πότον ζητήσεως, τίς ἄριστός ἐστι χαλκὸς, καὶ τῶν πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν· ἄριστον εἶναι, ἐξ οὗ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, πεποίηνται. *Cum inter pocula quæreretur, quodnam æs optimum esset, ac multorum diversa esset sententia, dixisse ipsum; illud optimum videri, e quo Harmodii, & Aristogitonis, statuæ factæ essent.* Et quidem in foro. Lucianus, in *Parasito*. Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων, δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. οὗτος τοίνυν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο. καὶ νῦν ἕστηκε χαλκὸς ἐν τῇ ἀγορᾷ, μετὰ τῶν παιδικῶν. *Quid vero, an non & Aristogiton, qui popularis, & egenus, ut Thucydides commemorat, parasitus erat Harmodii? nunquid etiam amator? siquidem conveniens plane est, ut hos parasiti ament, a quibus aluntur: attamen parasitus ille Atheniensium urbem, tyrannide oppressam, in libertatem vindicavit; estque nunc in foro statua ænea ejus, atque amasii.* Et ante eum Aristoteles, *Rhet.* lib. I. cap. IX. Καὶ εἰς ὃν πρῶτον ἐγκώμιον ἐποιήθη, οἷον, εἰς Ἱππόλοχον, καὶ Ἁρμόδιον, καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι. *Et in quem primum encomium factum est; ut, in Hippolochum, & Harmodium, atque Aristogitonem, in foro poni.* Factæ autem æneæ etiam a Praxitele. Plinius, *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *Praxiteles quoque marmore felicior, ideo & clarior fuit. Fecit tamen & ex ære pulcherrima opera, Harmodium, & Aristogitonem, tyrannicidas.* Aliæ quoque erant, a Critia factæ; antiquissimæ, ab Antenore. Pausanias, *loco citato*; ubi de statuis istis loquitur. Τῶν ἀνδριάντων οἱ μὲν, εἰσὶ Κριτίου τέχνη· τοὺς δὲ ἀρχαίους, ἐποίησεν Ἀντήνωρ. *Ex statuis istis illæ quidem, sunt a Critia; veteres, Antenor fecit.* Veteres autem, quas Antenoris opus diximus, eæ fuerint, quæ a Xerxe, postquam urbem is cepisset, mox abductæ; & remissæ, post Darium debellatum, ab Alexandro. Arrianus, de *Expedit. Alex.* lib. III. Πολλὰ δὲ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε. τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, χαλκαῖ εἰκόνες. καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος. *Multa præterea alia ibi capta sunt, quæcunque Xerxes e Græcia abduxerat; inter quæ Harmodii, & Aristogitonis, statuæ: quas Atheniensibus postea remisit Alexander.* Memoratque iterum, *lib.* VIII. Alii, ab Antiocho factum; alii, a Seleuco, tradunt. Dico in *Ceramico* nostro, *cap.* X. Ac mansere illæ statuæ in multum tempus; ita ut Bruto quoque, & Cassio, qui interfecissent Cæsarem, suas juxta collocaverint, anno fere quingentesimo, postquam istæ constitutæ. Dion Cassius, ubi de utroque agit, *lib.* XLVII. Καὶ αὐτοὺς οἱ Ἀθηναῖοι λαμπρῶς ἐδέξαντο. καὶ εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρά τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου, καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος, ὡς καὶ ζηλωταῖς αὐτῶν γενομένοις, ἐψηφίσαντο. *Ipsosque Athenienses splendide exceperunt; statuasque, propter Harmodii, atque Aristogitonis, quos fuissent æmulati, decreverunt.* Videndus quoque Xiphilinus, *in Augusto*; & Zonaras, *Annal.* II. Sed an primis honos iste habitus fuit, uti æneas acciperent, cum e lapide alias fierent? Demosthenes dicit, *Orat.* in Leptinem. Οὐ μόνον αὐτῷ (τῷ Κόνωνι) τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα, ὥσπερ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, ἔστησαν πρώτου. *Non solum illi, (Cononi) immunitatem dederunt, qui tunc erant; sed & statuam ex ære: quemadmodum Harmodio, & Aristogitoni, statuerant primo.* Verum antea Solon habuit; ut ostendo ex hoc ipso Oratore, *Æliano*, aliisque, *Ceramici* cap. XVI. Ergo mendum est; & scribendum, ἔστησαν πρότερον. *Statuerunt antea.* Denique parentari illis etiam solitum a polemarcho. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* IV. Ὁ δὲ πολέμαρχος, θύει μὲν Ἀρτέμιδι Ἀγροτέρᾳ, καὶ Ἐνυαλίῳ· διατίθησί τε τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα, τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων. καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει. *Polemarchus vero, sacra facit Dianæ Venatrici, & Enyalio; tum certamen funebre ordinat, eorum qui in bello cæsi: & Harmodio, atque Aristogitoni, parentat.* Nec contenti Athenienses ipsos tantum honorare; sed, ut tanti beneficii magnitudinem se agnoscere testarentur, in posteritate sua item obstricti, etiam posteros voluerunt: itaque dedere his immunitatem, primum in consessu locum, & in Prytaneo victum. Isæus. Περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους υἱὸς καλεῖσθαι, ἢ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος. ὑπεριδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ τῶν προεδριῶν, καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόσι δέδοται. *Et maluisti Dicæogenis filius dici, quam Harmodii, aut Aristogitonis; despiciens victum in Prytaneo, priores consessus, & immunitates, quæ eorum posteris datæ sunt.* De victu in Prytaneo, est Dinarchi quoque locus, *Oratione* in Demosthenem. Καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, ἀπογόνοις. *Et victum in Prytaneo consecutum communem cum Harmodii, & Aristogitonis, posteris.* Immunitatis meminit pluries Demosthenes, *Orat.* in Leptinem; & Theodoretus, in *citatis ante verbis*. Denique, statum popularem ut deinceps tuerentur, adversus tyrannidem quovis modo affectaturos, in columna Diophanti jusjurandum inscripserunt, quo promitterent, si quis aliquid in rep. asserenda passus aliquando foret, illa ipsa huic se daturos præmia, quæ Harmodio, & Aristogitoni, dedissent. Demosthenes, *Orat.* in Leptinem. Ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῶν καιρῶν, παρ' ὧν, εὖ πεπονθότες, εὖ πεποιήκατε τοὺς εὑρομένους. καὶ τῆς Διοφάντου στήλης, περὶ ἧς εἶπε Φορμίων· ἐν ᾗ γέγραπται, καὶ ὀμώμοσαι· ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς, ἅσπερ Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογεί-

τονι. καταψηφίσασθε τοῦ νόμου. *Sed, recordati eorum temporum, quibus, affecti beneficiis, gratiam iis retulistis, qui bene fecisse inventi essent; & columnæ Diophanti, de qua Phormio dixit; in qua scriptum, & jurejurando confirmatum est, si cui evenerit quicquam pro republica propugnanti, eadem vos illi præmia daturos esse, quæ Harmodio, & Aristogitoni; condemnate legem istam.* Inde est, quod Alcibiades ait, tyrannidis affectatæ accusatus apud Sopatrum, in *Divis. Quæst.* Ἀλλ' ἔστω, καὶ βούλεσθέ με τυραννεῖν. ἆρ' ἂν εἴασαν αἱ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, δωρεαί. *Verum esto, & velitis me tyrannidem affectare; an hoc siverint præmia Harmodii, & Aristogitonis?* Et Cononi eadem omnia tribuerunt; quod, devictis Lacedæmoniis, a tyrannide Athenienses liberasset. Demosthenes, in *citata jam oratione* in Leptinem. Οὐ μόνον αὐτῷ (τῷ Κόνωνι) τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε· ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα. ὥσπερ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν πρώτου. (ita enim ibi legendum, jam admonui) ἡγοῦντο γὰρ, οὐ μικρὰν τυραννίδα καὶ τοῦτον, τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν καταλύσαντα, πεπαυκέναι. *Non tantum illi (Cononi) immunitatem dederunt, qui tunc erant; sed & statuam ex ære: quemadmodum antea Harmodio, & Aristogitoni. Putabant enim, eum, qui Lacedæmoniorum imperium evertisset, non parvam tyrannidem destruxisse.* Apsines, de *Arte Rhet.* capite περὶ διηγήσεως. Γράφει τὶς Κόνωνα, μετὰ τὴν τειχῶν ἀνάστασιν, τῶν αὐτῶν τιμῶν Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι, τυγχάνειν. Ita scribo; non, Ἁρμοδίωνι, καὶ A. *Decernit aliquis, ut Cononi, post murorum instaurationem, iidem honores concedantur, qui Harmodio, & Aristogitoni, dati.*

CAP. XV.

Hippias, benignus hactenus, mox tyrannus esse incipit. Ejus sævitia cum in omnes, tum in Aristogitonem; qui, ipsius amicis omnibus, dum torquetur, nominatis, se egregie vindicavit: qua in re & Senecæ locus explicatus, & Justini error ostensus. Etiam in Leænam quandam, meretricem; cui statua in arce posita, sub imagine animalis. Polyænus emendatur: Lactantii error indicatur. Legem fert de ostracismo; ac tributa varie auget. A Charmo amatur, qui Amoris item aram dedicavit. Athenæi, & Joannis Salesberiensis, error indicatus.

POST Hipparchum interfectum, Hippias principatum tenuit: qui, accensus cæde fratris, cum benignum sese valde ad id tempus præbuisset, vere tunc tyrannidem exercere cœpit. Herodotus breviter indicat, *libro quinto, capite sexagesimo secundo.* Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι, διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον. *Hippia tyrannidem exercente, & exacerbato in Athenienses, ob Hipparchi mortem. Et libro sexto, capite centesimo vigesimo tertio.* Τὰς Ἀθήνας οὗτοι ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῷ μᾶλλον, ἤπερ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω· οἱ μὲν γὰρ, ἐξηγρίωσαν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Πεισιστρατιδέων, Ἵππαρχον κτείναντες. *Athenas illi quidem multo magis liberaverunt, quam Harmodius, & Aristogiton; quippe hi, acerbos magis Pisistratidarum reliquos effecere, cum Hipparchum occidissent.* Thucydides, *liber sextus.* Τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπωτέρα μετὰ τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη. καὶ ὁ Ἱππίας, διὰ φόβου ἤδη μᾶλλον ὢν, τῶν πολιτῶν πολλοὺς ἔκτεινε. *Post hæc tyrannis Atheniensibus asperior fuit; Hippiasque, magis sibi jam formidans, cives multos interfecit.* Certe hactenus optime potestatem suam exercuisse, & rempublicam laudabiliter administrasse, testis nobis est Pausanias, in *Atticis.* Πεισίστρατος, καὶ ὁ παῖς Ἱππίας, φιλάνθρωποι μᾶλλον. καὶ σοφώτεροι, τά τε πολεμικὰ ἦσαν, καὶ ὅσα ἧκεν ἐς κόσμον τῶν πολιτῶν. ἐς ὃ, διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον, Ἱππίας ἄλλα τε ἐχρήσατο θυμῷ, καὶ ἐς γυναῖκα, ὄνομα Λέαιναν. *Pisistratus, filiusque Hippias, humaniores multo, & sapientiores, omni etiam bellica, ac civili, laude superiores fuerunt; donec Hippias, cæso Hipparcho, cum in alios iram exercuit, tum in fæminam, cui Leæna nomen erat.* Et Thucydides, *libro sexto.* Καὶ ἐπετήδευσαν ἐπιπλεῖστον δὴ τύραννοι οὗτοι ἀρετὴν, καὶ ξύνεσιν. *Ac profecto hi tyranni virtutem, & prudentiam, diutissime coluerunt.* Itaque Hippias, hac de causa, ab hoc tempore, sævus esse demum cœpit. Inter primos, Aristogitonem valde excruciavit. Meminit Thucydides, *libro sexto.* Καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους τοαυτίκα διαφεύγει ὁ Ἀριστογείτων. ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ ὕστερον ληφθεὶς, οὐ ῥᾳδίως διετέθη. *Et Aristogiton quidem, cum per satellites effugisset, mox a turba concurrente comprehensus, parum leniter habitus fuit.* Verum ille egregie sane se est ultus, accusatis inter tormenta omnibus ejus amicis. Polyænus, *libro primo, capite vigesimo secundo.* Ἀριστογείτων, ὑπὸ τῶν δορυφόρων στρεβλούμενος, περὶ τῶν συνειδότων, τῶν μὲν συνειδότων ὡμολόγησεν οὐδένα. πάντας δὲ τοὺς Ἱππίου φίλους κοινωνῆσαι τῆς ἐπιθέσεως. ὁπότε δὲ τούτους Ἱππίας ἀπέκτεινεν, ὁ Ἀριστογείτων ὠνείδισεν αὐτῷ τὸ κατὰ τῶν φίλων στρατήγημα. *Aristogiton, a stipatoribus cruciatus, uti conscios indicaret, de consciorum quidem nullo est confessus, sed amicos Hippiæ omnes, ceu participes insidiarum, accusavit, quos, cum Hippias occidisset, strategema Aristogiton exprobravit.* Hunc Aristogitonem intelligit, non Zenonem Eleatem, ut vir magnus arbitratur, Seneca, *de Ira*, libro secundo, capite vigesimo tertio. *Notus est ille tyrannicida, qui, imperfecto opere, comprehensus, & ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram salutem ejus sciebat. Et, cum ille singulos, ut nominati erant, occidi jussisset, interrogavit; Ecquis superesset: Tu, inquit, solus; neminem enim alium, cui carus esses, reliqui. Effecit ira, ut tyrannus tyrannicidæ manus commodaret, & præsidia sua gladio suo cæderet.* Narrant quidam, accusatis omnibus tyranni amicis, occisisque, adjecisse, esse etiam, quæ in aurem dicere vellet: cumque is eam adhiberet, ceu arcanum auditurus, ipsum arripuisse mordicus, nec prius, quam demordisset, dimisisse. Diogenes Laertius, in *Zenone Eleate*, libro nono, capite vigesimo sexto. Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον, τὸν τύραννον. οἱ δὲ, Διομέδοντα συνελήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης, ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ. ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνειδότας, καὶ περὶ τῶν ὅπλων, ὧν ἦγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἔφη αὐτοῦ τοὺς φίλους αὐτὰ ταῦτα συνειδέναι. βουλόμενος αὐτὸν ἔρημον καταστῆσαι. εἶτα περί τινων εἰπὼν ἔχειν τινὰ εἰπεῖν αὐτὸ πρὸς τὸ οὖς, καὶ δακὼν, οὐκ ἀνῆκεν, ἕως ἂν ἀπεκεντήθη. ταυτὸν Ἀριστογείτονι τῷ τυραννοκτόνῳ παθών. *Cum vero tyrannum Nearchum, quem Diomedontem quidam dictum volunt, interficere voluisset, comprehensus est, uti auctor est Heraclides, in Satyri Epitome. Quo tempore cum de consciis, atque armis, quæ in Liparam intulisset, inquireretur, omnes illius amicos, destitutum ab ipsis cupiens, nominavit; deinde addens, esse insuper nonnulla, quæ in aurem dicere vellet, eam, mordicus*

arreptam, non dimisit, antequam amputaret; plane atque olim tyrannicida Aristogiton. Errat graviter Justinus, qui hæc tanquam de Harmodio nobis tradit, *libro secundo, capite nono. Diocles, (is est, quem Hipparchum alii omnes nominant) alter ex (Pisistrati) filiis, per vim stuprata virgine, a fratre puellæ interficitur. Alter, Hippias nomine, cum paternum imperium teneret, interfectorem fratris comprehendi jubet. qui, cum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit: quibus interfectis, quærenti tyranno, an adhuc aliqui conscii essent; neminem ait superesse, quem amplius mori gestiat, quam ipsum tyrannum. qua voce, ejusdem se tyranni victorem, post vindictam pudicitiæ sororis, ostendit.* Non is quidem Harmodium nominat, verum indicat; cum sororis pudicitiæ vindicem fuisse dicit: nam, quæ contumeliam passa, Harmodii soror, non Aristogitonis, erat. Eadem sævitia in Leænam meretricem usus traditur; quæ, ne quemquam nominare cogeretur, linguam sibi ipsa demordit. Eusebius, in *Chron. Aan.* Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, ἀνεῖλον Ἵππαρχον τύραννον. καθ' ἃς Λέαινα ἡ ἑταίρα, ὑπ' αὐτῶν ἐταζομένη κατειπεῖν τοὺς συνωμότας, τὴν ἑαυτῆς ἀπέτρησε γλῶσσαν. Quæ sic vertit Hieronymus. *Harmodius, & Aristogiton, Hipparchum tyrannum interfecerunt: & Leæna meretrix, amica eorum, quum tormentis cogeretur, ut socios proderet, linguam suam mordicus amputavit.* Cujus rei ergo statua ipsi, sine lingua, in vestibulo arcis posita, imagine leænæ animalis. Polyænus, *libro octavo, capite quadragesimo quinto.* Ἀριστογείτων, καὶ Ἁρμόδιος, πῶς ἐπέθεντο τοῖς τυράννοις, οὐδεὶς Ἑλλήνων ἀγνοεῖ. ἦν γοῦν Ἀριστογείτονι ἑταῖρα ὄνομα Λέαινα· Ἱππίας, τὴν Λέαιναν συλλαβὼν, ἐβασάνισεν· ἐφ' ᾧ τε ἐξειπεῖν τοὺς κοινωνήσαντας τῆς ἐπιθέσεως· ἡ δὲ, πλεῖστον ὅσον ἀντεῖχεν. ἐκνικωμένη δὲ ὑπὸ τῶν βασάνων, ἵνα μὴ ἐξείποι, αὐτὴ τὴν αὑτῆς γλῶτταν ἀπέδακεν. Ἀθηναῖοι, τὴν ἑταίραν τιμῆσαι θέλοντες, αὐτὴν μὲν οὐκ ἔστησαν ἐν ἀκροπόλει. τὸ δὲ ζῶον τὴν λέαιναν χαλκῆν δημιουργήσαντες, ἀνέθηκαν. εἴ τις ἀνῆλθεν εἰς ἀκρόπολιν, ἑώρακεν ἐν τῷ προπυλαίῳ τὴν λέαιναν χαλκῆν, γλῶσσαν οὐκ ἔχουσαν, ὑπόμνημα τοῦ διηγήματος. *Aristogiton, & Harmodius, quomodo tyrannos invaserint, nemo Græcorum ignorat. Erat scortum Aristogitoni, nomine Leæna. Illam Hippias comprehensam quæstioni mox subjecit, ut complices conjurationis diceret. Et ipsa quidem, quantum potuit, restitit plurimum; verum, per cruciatus victa, ne quem proderet, linguam sibi ipsa demordit. Athenienses, meretricem honorare cupientes, ipsam quidem non in arce collocarunt, sed, leæna animali ex ære facta, hanc pro ea posuerunt. Si quis arcem est ingressus, is leænam æneam vidit in vestibulo, sine lingua, rei ejus, quæ narratur, monumentum.* Sed legendum est, τὴν αὑτῆς γλῶτταν ἀπέδακεν. *Linguam sibi ipsa demordit*, ut jam verti. Nimis longe a recepta lectione *Vir magnus* abit, qui ἀπέκοψεν, vel ἀπέπτυσεν, reponendum esse censet. Meminit Lactantius, *libro primo, capite vigesimo. Exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt; apud quos meretrix quædam, nomine Leæna, cum tyrannum occidisset, quia nefas erat, simulacrum constitui meretricis in templo, animalis effigiem posuerunt, cujus nomen gerebat.* Sed in eo errat, quod tyrannum a Leæna cæsum dicat; cum id Aristogitoni, & Harmodio, patratum. Vide plura hac de re *Cecropiæ* nostræ *capite* nono. Præter ista, post Hipparchi quoque cædem factum existimo, ut de ostracismo legem, quod nonnulli volunt, ferret. Heraclides refert, in *Excerptis* de Rebuspublicis. Ἱππίας δὲ, πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο. *Hippias vero, acerbius tyrannidem exercuit; & de ostracismo legem introduxit.* Tributa quoque in immensum varie auxit; cum antea, ut supra dictum, vicesimam duntaxat penderent. Tabulata, quæ in summis ædibus erant, in vias publicas prominentia; quique ante ædes gradus, per quos in tabulata illa ascendebant; & præsepimenta ædium, januasque, quæ, cum aperiendæ essent, foras propulsari debebant, redimere jussit. Aristoteles, *Oeconom.* libro secundo. Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰ ὑπερέχοντα τῶν ὑπερῴων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ τὰς θύρας, τὰς ἀνοιγομένας ἔξω, ἐπώλησεν· ὠνοῦντο οὖν, ὧν ἦν τὰ κτήματα. *Hippias Atheniensis summa ædium tabulata, quæ in vias publicas prominerent; item gradus, etiam præsepimenta, januasque, quæ exterius aperirentur, vendidit; emebantque, qui possidebant.* Nummum quoque, quo tam diu usi essent, improbum pronuntiavit; pretioque constituto, ad se eum afferre jussit: cumque ad monetam aliam feriendam convenissent, idem argentum ipsis dedit. tum qui trierarchiæ munus, tribuumve præfecturæ, sustinere tenerentur, aut choragicos sumptus facere, pretium statuit, quod persolverent, qui immunes esse vellent. insuper, Minervæ quoque sacerdoti, quæ in arce, ut chœnicem hordei ferrent, ac frumenti item alterum, obolumque, cum denatus aliquis foret; & tantundem, si cui puer natus esset. Aristoteles *ibidem* de eodem. Τό τε νόμισμα, τὸ ὂν Ἀθηναίοις, ἀδόκιμον ἐποίησε· τάξας δὲ τιμὴν, ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἀνακομίζειν. συνελθόντων δὲ ἐπὶ τῷ κόψαι ἕτερον χαρακτῆρα, ἐξέδωκε τὸ αὐτὸ ἀργύριον. ὅσοι τε τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἤ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον, ἐκέλευσε τὸν βουλόμενον, ἀποτίσαντα τοῦτο, ἐγγράφεσθαι εἰς τοὺς λελειτουργηκότας. τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς, τῆς ἐν ἀκροπόλει, ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν. καὶ ὅτῳ ἂν παιδάριον γένηται, τὸ αὐτὸ τοῦτο. *Nummum, quo Athenienses utebantur, improbum fecit: pretioque constituto, jussit ut ad se deferrent: cumque ad signum aliud feriendum convenissent, idem bis argentum dabat. quotquot etiam ad triremium, tribuumve, præfecturam, aut impensam quoque in ludos, aliudve aliquod munus istiusmodi tenerentur, posito mediocri pretio, qui persolvere illud vellent; ii mox inter defunctos referrentur. ac Minervæ sacerdoti, quæ in arce, pro denato hordei chœnicem pendere, & frumenti item alterum, obolumque: & tantundem, si cui puer natus esset.* Amasse eum, adhuc amabilem, nec tyrannum ob cædem fratris, immo Juvenem, Charmus fertur; ipse Pisistrato patri amatus, uti supra indicavi, *capite nono.* quin & juxta Academiam, pariter atque ille fecerat, simulacrum quoque Amoris dedicasse. Athenæus, *libro decimo quarto.* Συνέβη δὲ, ὥς φησι, τὸν Χάρμον ἐραστὴν τοῦ Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον. *Accidit vero, uti ait, ut Hippiam amaret Charmus, & Amorem primus juxta Academiam dedicaret.* Sed *Athenæum* ego lapsum hic existimo; nam aram Amori Charmus posuit, juxta simulacrum illud, quod Pisistratus dedicaverat. Pausanias, in *Atticis.* Πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν, ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος. ἔχων ἐπίγραμμα, ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη. *Ante introitum in Academiam, est ara Amoris; quæ inscriptionem habet, tanquam primus A.*

thenienſium Charmus eam dedicaſſet. Sane aræ hujus meminit Apulejus, *libro* de Dogm. Plat. *Somnium etiam Socratis circumferunt; nam vidiſſe ſibi viſum eſſe cycni pullum, ex altari, quod in Academia Cupidini conſecratum eſt, volaſſe, & in ejus gremio reſediſſe*. Meminit quoque Joannes Salesberienſis, *Polycratici* libro quinto, capite decimo ſexto. ſed memoriæ in eo falſus, quod hanc Veneris potius dicit, quam Amoris, ut oſtendo in *Ceramico*, capite vigeſimo quinto.

CAP. XVI.

B *Quam diu tyrannidem tenuerit; ac quo modo demum ejectus. Pythia, perſuaſa ab Alcmæonidis, in quibus Cliſthenes præcipuus, Lacedæmoniis, ut Athenas liberarent, inculcat. Ariſtophanes explicatus. Lipſydrii munitio, & expugnatio. Alcmæonidarum ſtrages; & in eam carmen ſcolium. Euſtathii locus emendatus; & Heſychii. Λυκόποδες, Alcmæonidæ. Herodotus a Plutarcho reprehenſus. Lacedæmoniorum conatus unus fruſtra, in quo cæſus Anchemolius; alter felix, quo Athenæ in libertatem vindicatæ, Theſſalique profligati. Liberi Piſiſtratidarum caſu intercepti. Athenienſium in eos decretum: odiumque diuturnum,* C *& implacabile.*

SED, ut nullum violentum diuturnum, ita neque Hippiæ tyrannis iſta; nam, triennio ſolo potens, anno quarto ejectus fuit. Herodotus quadriennium tribuit, *libro quinto, capite quinquageſimo quinto*. Ἐπεὶ Ἵππαρχον, τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν, κτείνουσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσαρα. *Poſtquam Hipparchum, Piſiſtrati filium, Hippiæ vero tyranni fratrem, Ariſtogiton & Harmodius occiderunt, quatuor deinde an-* D *nos Athenienſes ſub tyrannide exegerunt*. At non toti quatuor erant; quarto enim, uti dixi, inchoato, non completo, ejectus fuit. Thucydides, *libro ſexto*. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν. *Cum triennium tyrannidem deinceps Hippias tenuiſſet, & quarto anno a Lacedæmoniis, Alcmæonidisque, ejectus eſſet*. Plato, in *Hipparcho*. Καὶ, ἀποθανόντος (τοῦ Ἱππάρχου) τρία ἔτη ἐτυραννεύθησαν Ἀθηναῖοι ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἱππίου. *Et, cæſo Hipparcho, Athenienſes per triennium vixere ſub tyrannide Hippiæ, ejus* E *fratris*. Verum, quonam modo ejectus, enarrabo. Alcmæonidæ, patria ob tyrannidem profugi, ſe Lipſydrium contulerunt, idque etiam munierunt; inde, adverſus Piſiſtratidas nihil non comminiſcentes, poſtquam tandem templum Delphis ædificandum conduxiſſent, homines admodum opulenti, valde id præclare efficiunt. Itaque, ſedentes Delphis, Pythiæ, ut ferebatur, perſuaſere, quoties illuc Lacedæmonii advenirent, publico, aut privato nomine, ut Athenas eſſe liberandas diceret. Herodotus, *lib.* v. *cap.* LXII. Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι, διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον, Ἀλκμαιωνίδαι, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, καὶ φεύγοντες Πεισιστρατίδας, ἐπεί τέ σφιν, ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Ἀθηναίων φυγάσι, πειρωμένοισι κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, οὐ προεχώρεε κάτοδος, ἀλλὰ προσέπταιον με- F γάλως, πειρώμενοι κατιέναι τε καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, Λειψύδριον, τὸ ὑπὲρ Παιονίης, τειχίσαντες, ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι, παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν

A μισθοῦνται, τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ οὔκω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι. οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον, τά τε ἄλλα, καὶ, συγκειμένου σφι Πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, οὗτοι οἱ ἄνδρες, ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι, ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες, εἴτε ἰδίῳ στόλῳ, εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, προφέρειν σφι, τὰς Ἀθήνας ἐλευθεροῦν. *Cum tyrannidem Hippias teneret, &, ob interfectum Hipparchum, Athenienſibus admodum infenſus eſſet, Alcmæonidæ, genere Athenienſes, &, ob Piſiſtratidas, profugi, poſtquam cum exulibus cæteris varie reditum pro virili & tentaſſent,* B *& conatu excidiſſent, neque Athenas liberare potuiſſent, Lipſydrium, ſupra Pæoniam, munierunt. Hic adverſus Piſiſtratidas quidvis etiam machinati, templum Delphis, quod nunc illic, ſed tunc plane non exſtabat, ab Amphictyonibus item exſtruendum redemerunt. Atque, ut erant opulenti, & ſpectati, inde uſque a majoribus, templum ſupra exemplum ſtruunt, tum in aliis, tum in eo, quod, cum e Porino lapide templum ſtruere tenerentur, partem ejus anteriorem e Pario fecerint. Hac de cauſa, ut Athenienſes ajunt, illi, Delphis commorantes, cum pecunia Apollinis Pythii ſacerdotem corrupiſſent, perſuaſerunt, quoties iſthic Lacedæmo-* C *nii advenirent publice miſſi, aut negotii ſui cauſa, de Athenis liberandis ut ſermonem ipſis ferret*. Inter Alcmæonidas vero, Pythiam qui corrupiſſe ferebantur, Cliſthenes tunc eminebat. Herodotus poſtea, *eodem libro capite ſexageſimo ſexto*. Ἀθῆναι, ἐοῦσαι πρὶν μεγάλαι, τότε, ἀπαλλαχθεῖσαι τυράννων, ἐγένοντο μέζονες. ἐν δὲ αὐτοῖσι δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε, ἀνὴρ Ἀλκμαιωνίδης, ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι. καὶ Ἰσαγόρης, ὁ Τισάνδρου. *Athenæ, antea quidem magnæ, tunc, tyrannis liberatæ, majores erant. In illis vero duo viri poteſtate excellebant, Cliſthenes, vir Alcmæonides, qui Pythiæ perſuaſiſſe dicitur; &* D *Iſagoras, Tiſandri filius*. Hinc intelligendus Comicus, in *Lyſiſtrata*, verſiculo ſexcenteſimo vigeſimo primo &c.

Καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος.
Καὶ πάνυ δέδοικα, μὴ
Τῶν Λακώνων τινὲς,
Δεῦρο συνεληλυθότες.
Ἄνδρες ἐκ Κλεισθένους,
Τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας ἐξεπαίρωσιν δόλῳ.

Maxime hæc olent mihi nunc Hippiæ tyrannidem,
Quin metuo prorſus, ne
Laconum quidam,
Huc ſimul venientes,
E *Viri a Cliſthene miſſi,*
F *Inviſas diis mulieres incitent dolo.*

Falluntur viri docti, qui hæc capiunt de eo Clisthene, quem perstringit alias passim, in *Nebulis*, *Ranis*, *Acharnensibus*, *Vespis*. Sed Lipsydrium postea a Pisistratidis expugnatum est, & ex Alcmæonidis multi interfecti; in quos etiam scolium cantari cœptum refert *Suidas*; qui supra Parnethem ponit, non Pæoniam. Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. χωρίον ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος, ὃ ἐτείχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων, ὧν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προεστήκεσαν. ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τῶν περὶ Πεισίστρατον, σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾔδετο. Αἶ αἶ Λειψύδριον προδοσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μάχεσθαι τ' ἀγαθοὺς, καὶ εὐπατρίδας, οἳ τότ' ἔδειξαν, οἵων πατέρων ἦσαν. *In Lipsydrio pugna. Locus supra Parnethem, quem munierant, qui ob tyrannos urbe profugerant, inter quos præcipui erant Alcmæonidæ. Sed cum ibi a Pisistratidis expugnati essent, scolium cani in ipsos cœptum est. Heu, heu, Lipsydrium, socios prodens, quales viros perdidisti, manu promptos, nobilique genere natos; cum ostenderent, quibus majoribus orti essent.* Videndus idem, in Λυκόποδες; & Etymologici Auctor, in ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. Eustathius quoque, ad *Iliad.* δ'. ubi corrupte hodie editur; Ἦν δὲ Λειψύδριον, φασι, χωρίον ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, ὃ ἐτείχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων. *Erat vero Lipsydrium, ut ajunt, locus supra Spartam, quem munierant, qui ob tyrannos exulabant*, Restitue, ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος, *supra Parnethem*. Etiam *Hesychius* meminit, sed corruptis itidem verbis. Λειψύδριον, χωρίον τι, ὑπὲρ Πάρνηθος, ὃ ἐτείχισαν Ἀλκμαίων. Rescribe, ὃ ἐτείχισαν Ἀλκμαιωνίδαι. Aristophanes, in *Lysistrata*, vers. 668. &c.

Ἀλλ' ἄγετε λυκόποδες,

Οἵπερ διὰ Λειψύδριον

Ἤλθομεν, ὅτ' ἦμεν ἔτι.

Verum agite Lupipedes,

Qui simul in Lipsydrium

Venimus alacriter.

Ubi Λυκόποδες appellantur Alcmæonidæ. *Hesychius*. Λυκόποδες, οἱ Ἀλκμαιωνίδαι. ὡς μέν τινες, διὰ τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα, ἦσαν γὰρ ἀεὶ ὑποδεδεμένοι. *Lupipedes, Alcmæonidæ; ut quidam ajunt, quod albis essent pedibus, utpote semper calceati. Suidas*. Ἀριστοφάνης, ἐν Λυσιστράτῃ, τοὺς Ἀλκμαιωνίδας (λυκόποδας) φησιν. οὗτοι γὰρ, πόλεμον ἀράμενοι πρὸς Ἱππίαν τὸν τύραννον, καὶ τοὺς Πεισιστράτου υἱεῖς, ἐτείχισαν Λειψύδριον, τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος. εἰς ὅπερ συνῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης, ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *Aristophanes, in Lysistrata, Alcmæonidas lupipedes appellat. Illi enim, cum bellum suscepissent adversus Hippiam tyrannum, & Pisistratidas, Lipsydrium communierunt, supra Parnethem; in quod quidam e civibus convenerant: ut auctor est Aristoteles, in Republica Atheniensium*. Carmen Scolium, quod, Lipsydrio expugnato, cani cœptum. memoratur inter alia etiam apud Athenæum, *libro decimo quinto*. De corrupta Apollinis Pythii sacerdote, id *Plutarchus* mendacium dicit, & malignitatem Herodoti, *libro proprio*, istis verbis. Ἐν δὲ τῇ πέμπτῃ, τῶν ἀρίστων Ἀθήνησι καὶ πρώτων ἀνδρῶν Κλεισθένη μὲν ἀναπεῖσαί φησι τὴν Πυθίαν ψευδόμαντιν γενέσθαι, προφέρουσαν ἀεὶ Λακεδαιμονίοις, ἐλευθεροῦν ἀπὸ τῶν τυράννων τὰς Ἀθήνας· καλλίστῳ μὲν ἔργῳ, καὶ δικαιοτάτῳ, προσάπτων ἀσεβήματος διαβολὴν τηλικούτου, καὶ ῥᾳδιουργήματος, ἀφαιρούμενος δὲ τοῦ Θεοῦ μαντείαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν, καὶ τῆς λεγομένης συμπροφητεύειν Θέμιδος ἀξίαν. *Et libro quinto de præstantissimis Atheniensium, ac primoribus, Clisthenem ait persuasisse Pythiæ, ut falsa esse vates vellet, semper oggerens Lacedæmoniis, de Athenis a tyrannide liberandis; facto pulcherrimo, ac justissimo, tanti sceleris calumniam, & imposturæ, annectens; adimens deo vaticinium honestum, ac bonum, & dignum Themide, quæ cum ipso oracula dare memoratur*. Lacedæmonii autem, ut oraculo, idem semper inculcanti, morem gererent, Anchemolium tandem mittunt, classe instructum; isque copias, cum Phalerum appulisset, mox educit. Gnari illud Pisistratidæ, advocatis e Thessalia auxiliis, & acceptis mille equitibus, cum eorum rege Cinea, agrum totum Phalerensem, uti equitari posset, planum faciunt; inde illac equitatu in hostem misso, Anchemolium occidunt, cæterasque ejus copias partim delent, partim in naves repellunt. Herodotus, *loco citato*. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὥς σφι αἰεὶ τὠυτὸ πρόφαντον ἐγένετο, πέμπουσι Ἀγχιμόλιον, τὸν Ἀστέρος, ἐόντα τῶν ἀστῶν ἄνδρα δόκιμον, σὺν στρατῷ, ἐξελῶντα Πεισιστρατίδας ἐξ Ἀθηναίων, ὅμως καὶ ξεινίους σφι ἐόντας τὰ μάλιστα. τὰ γὰρ τοῦ θεοῦ πρεσβύτερα ἐποιεῦντο, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. πέμπουσι δὲ τούτους κατὰ θάλασσαν πλοίοισι. ὁ μὲν δὴ, προσσχὼν ἐς Φάληρον τὴν στρατιὴν, ἀπέβησε. οἱ δὲ Πεισιστρατίδαι, προπυνθανόμενοι ταῦτα, ἐπεκαλέοντο ἐκ Θεσσαλίης, ἐπικουρίην· ἐπεποίητο γάρ σφι συμμαχίη πρὸς αὐτούς. Θεσσαλοὶ δέ σφι δεομένοισι ἀπέπεμψαν, κοινῇ γνώμῃ χρεώμενοι, χιλίην τε ἵππον, καὶ τὸν βασιλῆα τὸν σφέτερον Κινέην, ἄνδρα Κονιαῖον. τοὺς ἐπεί τε ἔσχον συμμάχους οἱ Πεισιστρατίδαι, ἐμηχανέατο τοιάδε. κείραντες τῶν Φαληρέων τὸ πεδίον, καὶ ἱππάσιμον ποιήσαντες τοῦτον τὸν χῶρον, ἐπῆκαν τῷ στρατοπέδῳ τὴν ἵππον. ἐμπεσοῦσα δὲ, διέφθειρε ἄλλους τε πολλοὺς τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ δὴ καὶ τὸν Ἀγχιμόλιον. τοὺς δὲ περιγενομένους αὐτέων ἐς τὰς νέας κατέρξαν· ὁ μὲν δὴ πρῶτος στόλος ἐκ Λακεδαίμονος οὕτω ἀπήλλαξε. *Lacedæmonii autem, cum idem semper ipsis diceretur, mittunt Anchimolium, Asteris filium, virum inter cives spectatum, cum exercitu, expulsurum Pisistratidas Athenis, quamquam admodum amicos. sed divina illi humanis potiora habuere. Mittunt vero eos mari cum navigiis; quibus postquam ad Phalerum Anchimolius appulisset, statim exscendit. Quod cum antea rescivissent Pisistratidæ, copias auxiliares e Thessalia, cum qua fœdus ipsis erat, advocarunt; Thessalique postulantibus, communi decreto, mille equites, Cineamque Coniæum, regem suum, submisere. quibus acceptis, Pisistratidæ id commenti sunt. agrum totum Phalerensem, uti equis commodus esset, complanarunt; inde in hostem equitatum immiserunt: isque, facto statim impetu, cum ingentem Spartanorum stragem edidit, tum occidit Anchimolium; cæteros, qui superfuere, ad naves suas repulerunt. Atque hic exitus primæ Lacedæmoniorum expeditionis fuit.* Sed, accensis clade animis, iterum fortunam belli experiri visum fuit; itaque, Cleomene duce, novas copias terra mittunt: quæ, in ipso Atticæ limite, cum Thessalico equitatu acriter manum conferentes, profligatum ita omnino dissiparunt, ut, quibusdam quadraginta interfectis, reliqui fugam recta in Thessaliam caperent. Inde ad urbem motis castris, Pisistratidas Cleomenes intra murum Pelasgicum compellit. Sed, cum neque obsidere Lacedæmoniis animus esset, & de cibo Pisistratidæ, ac potu etiam, satis sibi prospexissent, moxque Spartam retro abirent, casus incidit, qui evertit Pisistradidas. Liberos, a se amotos, extra Atticam ad confœderatos alios amandarant. qui

cum

A cum intercepti essent, ut redimere eos possent, non conditio ulla data est, quam ut Attica intra diem quintum excederent. Atque sic Athenæ demum a tyrannide liberatæ. Herodotus, *ibidem*. Μετὰ δὲ, Λακεδαιμόνιοι, μέζω στόλον στείλαντες, ἀπέπεμψαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, στρατηγὸν τῆς στρατιῆς ἀποδέξαντες βασιλῆα Κλεομένεα, τὸν Ἀναξανδρίδεω· οὐκέτι κατὰ θάλασσαν στείλαντες, ἀλλὰ κατ' ἤπειρον. τοῖσι δὲ ἐσβαλοῦσι ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην, ἡ τῶν Θεσσαλέων ἵππος πρώτη προσέμιξε, ϗ οὐ μετὰ πολὺ ἐτράπετο. καί σφεων ἔπεσον ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἄνδρες· οἱ δὲ περιγενόμενοι, ἀπαλλάσσοντο, ὡς εἶχον, ἰθὺς ἐπὶ Θεσσαλίης. Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ, **B** ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐπολιόρκεε τοὺς τυράννους, ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχει. ϗ οὐδέν τι πάντως ἂν ἐξεῖλον τοὺς Πεισιστρατίδας οἱ Λακεδαιμόνιοι. οὔτε γὰρ ἐπέδρην ἐπενόεον ποιήσασθαι, οἵτε Πεισιστρατίδαι σιτίοισι ϗ ποτοῖσιν εὖ παρεσκευάδατο· πολιορκήσαντές τε ἂν ἡμέρας ὀλίγας, ἀπαλλάσσοντο ἐς τὴν Σπάρτην. νῦν δὲ συντυχίη τοῖσι μὲν κακὴ ἐπεγένετο, τοῖσι δὲ, ἡ αὐτὴ αὕτη σύμμαχος. ὑπεκτιθέμενοι δὲ ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες τῶν Πεισιστρατιδέων ἥλωσαν. τοῦτο δὲ ὡς ἐγένετο, πάντα αὐτέων τὰ πρήγματα συνετετάρακτο. παρέστησαν δὲ ἐπὶ μισθῷ τοῖσι τέκνοισιν, ἐπ' οἷσι ἐβούλοντο οἱ Ἀθηναῖοι· ὥστε ἐν πέντε ἡμέρῃσιν, ἐκχωρῆσαι ἐκ **C** τῆς Ἀττικῆς. *Postea autem, Lacedæmonii majores copias contra Athenas emiserunt, Cleomene rege, Anaxandridis filio, duce; terra, non mari. qui cum Atticam invasisset, objecit, non multo post in fugam versus; & ex eo cecidere viri supra quadraginta, cæteri, qua quisque potuit, Thessaliam recta petiere. Cleomenes, ad urbem accedens, una cum iis Atheniensibus, qui cupiebant esse liberi, redactos intra murum Pelasgicum tyrannos obsidebat. Neque sane ulla omnino ratione Pisistratidas Lacedæmonii ejecissent; quando neque de obsidione illi cogitarant, & de potu certe, ac cibo, optime sibi* **D** *Pisistratidæ prospexerant: itaque, cum paucos dies obsedissent, Spartam inde recessere. Sed evenit casus quidam, illis bonus, his infaustus. nam sepositi extra Atticam Pisistratidarum liberi, intercepti; & hoc facto, res eorum plane perturbatæ fuerunt. ac, ut liberos redimerent, pro Atheniensium libitu transegerunt, ut ex Attica intra dies quinque excederent*. Quod ad Thessalorum cladem, Aristophanes respexit, in *Lysistrata*, fere ult.

Ὑμᾶς δ' ἀφήσειν τοὺς Ἀθηναίους οἴει.

Οὐκ οἶσθ', ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ,

E Κατωνάκας φοροῦντας, ἐλθόντες δορὶ,

Πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλοὺς ἀπώλεσαν,

Πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου, ϗ ξυμμάχους,

Ξυνεκμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι,

Κἀλευθέρωσαν....

F *Nec culpa abesse Athenienses dixerim.*

Nescis ut olim vos quoque in catonacis,

Servili amictu, adjuverint Laconici,

Armis corusci, plurimisque Thessalis,

Sociisque cæsis Hippiæ quamplurimis,

Deprœliantes fortiter, soli die

Vos, inquam, in illa liberarunt....

De liberatis ope Cleomenis Athenis, est Pausaniæ quoque locus, in *Laconicis*. Ἐστράτευσε δὲ ϗ (ὁ Κλεομένης) ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, τὸ μὲν πρότερον Ἀθηναίοις τε ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, ϗ αὑτῷ, ϗ Λακεδαιμονίοις, δόξαν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθὴν κτώμενος. *Duxit vero etiam exercitum (Cleomenes) contra Athenas; cum antea quidem libertatem Atheniensibus a Pisistrati filiis, sibi vero, & Lacedæmoniis, insignem apud Græcos gloriam comparasset*. Et *postea* iterum. Δημάρατον δὲ βασιλεύοντα, ϗ τά τε ἄλλα εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρτῃ, ϗ ἀπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν Κλεομένει συνελευθερώσαντα Ἀθηναίους, ἥ τε Ἀρίστωνος ἀγνωμοσύνη, ϗ τὸ ἔχθος τὸ Κλεομένους, ἐποίησεν ἰδιώτην. *Demaratum vero regem, & alias spectatum Spartæ, & Cleomenis in Athenis a Pisistratidarum tyrannide liberandis adjutorem, Aristonis inconsiderata oratio, & Cleomenis in ipsum odium, intra privati fortunam redegit*. Meminit etiam Suidas, *in* Δημάρατος. Et ejectus quidem Hippias anno tyrannidis tricesimo sexto. Herodotus, *loco citato*. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πεισιστρατίδαι) ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ. ἄρξαντες μὲν τῶν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ ϗ τριήκοντα. *Postea vero, excessere (Pisistratidæ) in Sigeum, ad Scamandrum situm; cum principatum Atheniensium annos sex & triginta tenuissent*. Ac decretum in eum factum, Pisistratidasque omnes, longe asperrimum; cujus mentio est in illo adversus Philippum, quod exstat apud Livium, *lib.* XXXI. *cap.* XLIV. *Postremo inclusum; ut omnia, quæ adversus Pisistratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo servarentur*. Ac tam pertinaci odio eos deinde habuerunt, ut ne quidem, accepta in Sicilia clade, in discrimen summum adducti, post annos nonaginta duos, cum exulibus quibuscunque reditum darent, instaurandæ reipublicæ, hos recipere voluerint. Marcellinus, in *Vita Thucydidis*. Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Ζώπυρον ἱστορεῖν. τοὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν, μετὰ τὴν ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. *Didymus vero, ab exilio reversum, Athenis violentam mortem obiisse dicit; Zopyrumque istud tradere: quippe Athenienses, post acceptam in Sicilia cladem, exulibus omnibus, præterquam Pisistratidis, redeundi potestatem permisisse*. Quin tam exosa memoria fuit, ut viros quosque præstantissimos, cum excellere potestate in Reip. incepissent, solo hoc duntaxat nomine amoverent. Ita de Miltiade dicit Æmylius Probus, in *ejus Vita*, *cap.* VIII. *Etsi crimine Pario est accusatus, tamen alia fuit causa damnationis; namque Athenienses, propter Pisistrati tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, omnium suorum civium potentiam extimescebant*. De Themistocle, & Cimone, Aristides in *Orat.* pro Quatuorviris. Δοκοῦσι γάρ μοι (οἱ Ἀθηναῖοι) τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι, τὰς ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν γενομένας ἑαυτοῖς, μηδένα βούλεσθαι μεῖζον ἐᾶν τῶν πολλῶν φρονεῖν, ἀλλ' ἐξ ἴσου εἰς δύναμιν εἶναι. δίκαια ἄρα ἐποίουν, ἐλαύνοντες Κίμωνα, ϗ Θεμιστοκλέα. *Videntur enim mibi (Athe-*

nienses ,) *cum calamitates eas , quas sub Pisistratidis perpessi erant , cogitarent , neminem præferri cæteris voluisse , sed æquali omnes potestate esse . Recte itaque Cimonem , & Themistoclem , ejecerunt* . De Albiciade , Thucydides , *lib.* VI. Ἐπιστάμενος γὰρ ὁ δῆμος ἀκοῇ τὴν Πεισιστράτου, καὶ τῶν παίδων τυραννίδα, χαλεπὴν τελευτῶσαν γενομένην, ἐφοβεῖτο ἀεὶ, καὶ πάντα ὑπόπτως ἐλάμβανε. *Populus enim , qui fama acceperat , tyrannidem Pisistrati , ac filiorum , extremis temporibus gravem fuisse , semper in metu versabatur , & suspecta omnia habebat .*

CAP. XVII.

Uxor Hippiæ , Myrrhine , Calliæ filia . Aristophanes illustratus , & Scholiastæ ejus error indicatus . Alia uxor , Charmi filia . Liberi ejus , numero quinque ; in quibus Pisistratus , avi nomine appellatus ; qui , archontis munere functus , aram dedicat in foro diis duodecim ; & Apollinis Pythii alteram , in ejus templo : tum Archedice item filia , nupta Æantidæ , Hippocli , Lampsacenorum tyranni , filio .

SIC ejectus urbe Hippias , cum uxore , liberisque ; de quibus nunc est dicendum . Uxor quidem , Myrrhine erat , Calliæ Hyperochidis filia . Thucydides , *lib.* VII. Σημαίνει καὶ ἡ στήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας, ἐν ᾗ τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα. ἐν ᾗ Θεσσαλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται, Ἱππίου δὲ πέντε, οἳ αὐτῷ ἐκ Μυῤῥίνης, τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπεροχίδου θυγατρὸς, ἐγένοντο. *Indicat etiam columna , de injuria tyrannorum , quæ in arce Atheniensium collocata est ; in qua neque Thessali ulli , nec Hipparchi , scripti liberi : at Hippiæ quinque , ex Myrrhine nati , Calliæ Hyperochidis filia* . Aristophanes , salse exagitans Cleonem , quem & Hippiam appellat , quod tyrannidem , instar Hippiæ , in rep. usurparet , uxorem ejus , de hujus nomine , Myrrhinen , itidem indigetat : sed , ut risum auditoribus excitaret , quia Cleon coriariam exercebat , mutato leviter vocabulo , Βυρσίνην dicit . Locus exstat in *Equitibus* , Act. I. Sc. III. v. 211. &c.

ΑΛ. Τὸν πάππον εἶναί φημί σου

Τῶν δορυφόρων. ΚΛ. ποίων; φράσον.

ΑΛ. Τῶν Βυρσίνης, τῆς Ἱππίου.

AL. *Avum tuum esse ajo*

Ex stipatoribus . CL. *quorum? cedo .*

AL. *Byrsinæ , uxori Hippiæ .*

Ubi error manifestus est partim *Latini Interpretis* , qui Byrsinen Hippiæ filiam arbitratur ; partim item ipsius Græci , qui matrem ejus , & Pisistrati uxorem , nobis refert , istis verbis . Πεισιστράτου γυνὴ γέγονεν ἡ Μυῤῥίνη, Ἱππίου, καὶ Ἱππάρχου μήτηρ. Βυρσίνην οὖν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Μυῤῥίνην· ὡς βυρσοπώλην πάλιν κωμῳδεῖ Κλέωνα. *Pisistrati uxor fuit Myrrhine ; Hippiæ , & Hipparchi , mater : Byrsinen dicit , pro Myrrhine : ac rursum Cleonem perstringit , ut coriarium* . Aliam quoque Hippiæ uxorem invenio, incerto nomine, Charmi filiam. Clidemus, Νόστων *libro octavo* , apud Athenæum , lib. XIII. Καὶ Χάρμου, τοῦ πολεμαρχήσαντος, θυγατέρα ἔλαβεν Ἱππίας, περικαλλεστάτην οὖσαν. *Et Charmi , qui polemarchi munere functus erat , filiam Hippias uxorem cepit , pulchritudine excellentem* . Liberi autem , quinque erant . Clarum ex Thucydidis *verbis , jam citatis* . Θεσσαλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται· Ἱππίου δὲ, πέντε. *Thessali quidem , & Hipparchi , nulli liberi perscripti ; Hippiæ vero , quinque* . Inter hos Pisistratus erat , avi nomine appellatus ; qui & archon aliquando , & aram posuit in foro duodecim deorum , aliamque Apollini Pythio , in ejus templo . Thucydides , *eodem libro* . Καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχὴν, καὶ Πεισίστρατος, ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱὸς, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα. ὃς τῶν δώδεκα Θεῶν βωμὸν, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄρχων ἀνέθηκε· καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν Πυθίου. *Et alii ipsorum annuum apud Athenienses magistratum tenuerunt , & Pisistratus , Hippiæ ejus , qui tyrannus fuit , filius , avi nomine nuncupatus ; qui in foro , cum archon esset , aram posuit duodecim deorum ; & Apollinis , in Pythii templo* . Ac prioris inscriptionem postea Athenienses , cum majorem eam facerent , delevere ; alterius , etiam Thucydidis ævo , literis evanidis pæne , ista exstabat .

ΜΝΗΜΑ ΤΟ ΔΉΣ ΑΡΧΗΣ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑ-

ΤΟΣ, ΙΠΠΙΟΥ ΥΙΟΣ,

ΘΗΚΕΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΥΘΙΟΥ ΕΝ ΤΕ-

ΜΕΝΕΙ.

Thucydides narrat , *ibidem* . Καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ (βωμῷ) προσοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ, ἠφάνισε τοὐπίγραμμα. τοῦ δ' ἐν Πυθίου, ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν, ἀμυδροῖς γράμμασι, λέγον τάδε.

ΜΝΗΜΑ ΤΟΔ' ΗΣ ΑΡΧΗ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ,

ΙΠΠΙΟΥ ΥΙΟΣ,

ΘΗΚΕΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΥΘΙΟΥ ΕΝ ΤΕ-

ΜΕΝΕΙ.

Et illa quidem , quæ in foro , cum Atheniensis populus ampliorem exstruxisset , inscriptionem abolevit ; at illius , quæ in Pythii templo erat , etiamnum tota exstat , literis evanidis pæne , istis verbis :

MONVMENTVM HOC MAGISTRATVS SVI PISISTRATVS, HIPPIAE FILIVS,

POSVIT APOLLINIS PYTHII IN TEMPLO.

Et filia erat , Archedice dicta ; Æantidæ , Hippocli , Lampsacenorum tyranni , filio , post Hipparchum interfectum , elocata . Idem Thucydides , *eodem libro* . Τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπωτέρα μετὰ τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη. καὶ ὁ Ἱππίας, διὰ φόβου ἤδη μᾶλλον ὢν, τῶν τε πολιτῶν πολλοὺς ἔκτεινε, καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἅμα διεσκοπεῖτο, εἴ ποθεν ἀσφάλειάν τινα ὁρῴη, μεταβολῆς γενομένης, ὑπάρχουσάν οἱ. Ἱπποκλοῦ γοῦν, τοῦ Λαμψακηνῶν τυράννου, Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτοῦ Ἀρχεδίκην, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ, ἔδωκεν, αἰσθανόμενος αὐτοὺς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι. *Post hæc tyrannis Atheniensibus asperior fuit ; Hippiasque , in majore metu versans , civium multos in-*

terficere: tum externa quoque auxilia circumspicere, per quæ, si mutatio incideret, tutus ipse esse posset. Itaque Archedicen filiam Æantidæ, Hippocli, Lampsacenorum tyranni, filio, Atheniensis Lampsaceno, quia multum eos posse apud Darium intelligeret, nuptum dedit. Ac sepulchrum ejus Lampsaci spectabatur, cum inscriptione tali.

ΑΝΔΡΟΣ ΑΡΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΕΛΛΑΔΙ
ΤΩΝ ΕΦ' ΕΑΥΤΟΥ
ΙΠΠΙΟΥ ΑΡΧΕΔΙΚΗΝ ΗΔΕ ΚΕΚΕΥΘΕ
ΚΟΝΙΣ.
Η ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ, ΚΑΙ ΑΝΔΡΟΣ ΑΔΕΛΦΩΝ
Τ' ΟΥΣΑ ΤΥΡΑΝΝΩΝ,
ΠΑΙΔΩΝ Τ', ΟΥΚ ΗΡΘΗ ΝΟΥΝ ΕΣ
αΤΑΣΤΑΛΙΗΝ.

Thucydides subdit. *Καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐστιν, ἐπίγραμμα ἔχον τόδε.*

ΑΝΔΡΟΣ ΑΡΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΕΛΛΑΔΙ
ΤΩΝ ΕΦ' ΕΑΥΤΟΥ
ΙΠΠΙΟΥ ΑΡΧΕΔΙΚΗΝ ΗΔΕ ΚΕΚΕΥΘΕ
ΚΟΝΙΣ.
Η ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ, ΚΑΙ ΑΝΔΡΟΣ, ΑΔΕΛΦΩΝ Τ' ΟΥΣΑ ΤΥΡΑΝΝΩΝ,
ΠΑΙΔΩΝ Τ', ΟΥΚ ΗΡΘΗ ΝΟΥΝ ΕΣ
ΑΤΑΣΘΑΛΙΗΝ.

Et ipsius monumentum exstat Lampsaci, cum inscriptione ista;

VIRI IN GRAECIA SVO TEMPORE
PRAESTANTISSIMI,
HIPPIAE FILIAM ARCHEDICEN
HAEC TERRA TEGIT;
QVAE CVM PATREM, MARITVM, ET
FRATRES HABVERIT TYRANNOS,
LIBEROSQVE, NON ELATA ANIMO
FVIT IN PROTERVIAM.

CAP. XVIII.

Hippias, ejectus Urbe, mox Sigeum se recepit; idque etiam qua de causa. Inde, accitus a Spartanis, ceu restituendus denuo, tamen frustra est; & Sigeum iterum abit. Herodotus malignitatis a Plutarcho accusatus.

HIPPIAS autem, cum, ut dixi, Urbe excedendum esset, primo in Sigeum abiit, anno tyrrannidis tricesimo sexto. Herodotus, *lib.* v. *cap.* LXV. *Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ, ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριήκοντα. Posthæc, urbe excesserunt* (de Hippia agit, ejusque familia) *in Sigeum, ad Scamandrum; cum sex & triginta annos principatum Atheniensium tenissent.* Thucydides, *lib.* VI. *Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ, ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, τῶν φευγόντων, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἐς Σίγειον. Hippias vero, cum deinde per triennium principatum tenuisset, quarto anno, a Lacedæmoniis, profugisque Alcmæonidis, dejectus, fide accepta, in Sigeum se recepit.* Et in promptu causam video, cur Sigeum se conferret; nam id temporis ejus urbis dominus erat Hegesistratus, frater nothus, a Pisistrato patre impositus: uti supra a me dictum, *cap.* x. Postea Lacedæmonii, intellecto Alcmæonidarum dolo, quæque in ipsos partim, & in Pisistratidas, Pythia egisset; tum quod tanti beneficii nulla apud Athenienses gratia esset; discerentque ex oraculis, multa sibi periniqua toleranda ab iis fore: denique, infirmos antea sub tyrannis, mox, potentia multum aucta, pares factos, neque legem accipere promptos, facti pœnitentia moti, Hippiam, Sigeo accitum, restituere voluerunt. Herodotus, *lib. citato* *Πυθόμενοι Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐκ τῶν Ἀλκμαιωνιδέων ἐς τὴν Πυθίην μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τῆς Πυθίης ἐπὶ σφέας τε καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας, ἐξεληλάκεσαν ἐκ τῆς ἐκείνων, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάρις οὐδεμία ἐφαίνετο πρὸς τῶν Ἀθηναίων. ἔτι τε πρὸς τούτοισιν ἐνῆγόν σφεας οἱ χρησμοί, λέγοντες, πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτοῖσιν ἐξ Ἀθηναίων, τῶν πρότερον μὲν ἔσαν ἀδαέες, τότε δὲ, Κλεομένεος κομίσαντος ἐς Σπάρτην, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλιος τοὺς χρησμοὺς, τοὺς ἔκτηντο πρότερον μὲν οἱ Πεισιστρατίδαι, ἐξελαυνόμενοι δὲ, ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντας δὲ, ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. τότε δὲ, ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρησμοὺς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ οὐδαμῶς ἑτοίμους ἐόντας πείθεσθαί σφι, νόῳ λαβόντες, ὡς, ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν ἰσόρροπον τῷ ἑωυτῶν ἂν γένοιτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀσθενὲς, καὶ πειθαρχέεσθαι ἑτοῖμον· μαθόντες τουτέων ἕκαστα, μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τοῦ Ἑλλησπόντου, ἐς ὃ καταφεύγουσιν οἱ Πεισιστρατίδαι.* *Lacedæmonii, audito commento Alcmæonidarum erga Pythiam, & quæ egisset Pythia in ipsos, atque Pisistratidas, duplicem se jacturam fecisse animadvertebant; quod & hospites suos patria ejecissent, & nulla sibi ex hoc facto gratia apud Athenienses haberetur. Præterea oraculis urgebantur, denuntiantibus, multa ipsis, eaque atrocia, ab Atheniensibus futura; quorum antea quidem ignari erant, tunc vero didicerant, cum Cleomenes Spartam illa adduxisset. Nam oracula ante id tempus Pisistratidis possessa, arce potitus Cleomenes, cum in templo reliquissent, ipse accepit. Itaque Lacedæmonii, cum oracula per id tempus nacti essent, viderentque, jam crevisse*

A *Athenienses, nec parere ullo modo promptos esse; considerantes, gentem Atticam in libertate sibi parem, sub tyrannide invalidam, Hippiam, Pisistrati filium, a Sigeo Hellesponti, quo confugerant Pisistratidæ, arcesserunt.* Sed non placuit propositum illud sociis, ac potissimum Corinthiis, quorum nomine Sosicles contra verba fecit, ut ibidem Herodotus narrat; quem Plutarchus, ut in aliis item pluribus, hanc ob rem malignitatis reum agit, in libro de *Malign. Herodoti.* Ἀφελέσθαι τοίνυν Λακεδαμονίους μὴ δυνάμενος τὴν Ἀθηναίων ἐλευθέρωσιν ἀπὸ τῶν B τυράννων, αἰχίστῳ πάθει κάλλιστον ἔργον οἷός τ' ἐστιν ἀφανίζειν, καὶ καταισχύνειν. ταχὺ γὰρ μετανοῆσαί φησιν αὐτοὺς, ὡς οὐ ποιήσαντας ὀρθῶς, ὅτι, κιβδήλοισι μαντηΐοισι ἐπαρθέντες, ἄνδρας ξείνους ὄντας αὐτοῖσι, καὶ ὑποχομένους ὑποχειρίας παρέξειν τὰς Ἀθήνας, ἐξήλασαν ἐκ τῆς πατρίδος τοὺς τυράννους, καὶ δήμῳ ἀχαρίστῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν. εἶτα μεταπεμψαμένους Ἱππίαν ἀπὸ Σιγείου, κατάγειν εἰς τὰς Ἀθήνας. ἀντιστῆναι δὲ Κορινθίους αὐτοῖς, καὶ ἀποστρέψαι, Σωσικλέους διελθόντος, ὅσα Κύψελος, καὶ Περίανδρος, κατὰ τὴν C Κορινθίων πόλιν εἰργάσαντο τυραννοῦντες. *Sed, cum Atheniensium a tyrannis liberationem adimere Lacedæmoniis non posset, audet turpissimo affectu pulcherrimum facinus conspurcare. Mox enim ait, Spartanos correptos fuisse pœnitentia, quod, adulterinis moti oraculis, tyrannos, viros sibi hospitio junctos, ac promittentes, Athenas ipsis in potestatem tradituros, patria sua expulissent, & ingrato populo urbem restituissent. Voluisse deinde eos Hippiam, a Sigeo revocatum, Athenas deducere; sed Corinthios obstitisse, narrante Sosicle, qualia Cypselus, & Periander, Corinthi tyrannidem exercentes, perpetrassent.* Itaque de spe dejectus nova Hippias, cum Amyntas, rex Macedonum, Anthemuntem, Thessali Jolcum offerrent, neutra oblatione usus, in Sigeum, unde venerat, se recepit. Herodotus, *citato libro.* Οὕτω μὲν ταῦτα ἐπαύθη. Ἱππίῃ δὲ ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντης, ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα· ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ Ἰωλκόν. ὁ δὲ τουτέων μὲν οὐδέτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον. *Ita ab hac re cessatum est. Hippiæ vero, hinc discedenti, obtulit Amyntas quidem, rex Macedonum, Anthemuntem; Thessali vero, Jolcum. Ille autem, neutrum accepit; sed Sigeum retro abiit.*

CAP. XIX.

Sigeo Hippias Lampsacum abit; inde in Persiam, ad Darium: hinc cum Persis contra Græciam proficiscitur. Somnium ejus, sternutatio, & ad Marathonem interitus; aut in Lemno, ut alii volunt: denique, quot annos vixerit, inquisitum.

CUM Sigei aliquamdiu substitisset, inde Lampsacum, ad Æantidem generum, abiit: hinc, ad Persas: & cum his, ætate gravis, anno exilii vicesimo, Marathonem est profectus. Thucydides, *lib.* VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν τῶν φευγόντων, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἔς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν δὲ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero, cum deinde per triennium principatum tenuisset, quarto anno dejectus a Lacedæmoniis, & exulibus Alcmæonidis, fide accepta, in Sigeum se recepit; inde Lampsacum, ad Æantidem: illinc, ad Darium regem. unde postea Marathonem profectus, anno vicesimo, jam senex, cum Medis militavit.* De hoc Hippiæ facto Aristides, in *Oratione* Pro Quatuorviris. Καίτοι παρῆν αὐτῷ, μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον ὁρῶντι, ἀλλὰ ταυτὰ τοῖς τυράννοις διώκοντι, εἰ μὲν ἐβούλετο, μετὰ Ἱππίου, καὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν, συνεπιστρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. *Atqui licebat ei, si non tam, quod optimum erat, respexisset, quam hæc ipsa, quæ tyranni, secutus esset, si quidem hoc voluisset, cum Hippia, & Pisistratidis, in Græciam exercitum ducere.* Cum ad Marathonem esset, somniavit, se cum matre sua concumbere; quo erectus, spem tyrannidis recuperandæ magnam cepit. Herodotus, *lib.* VI. *capit.* CVII. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης, ὁ Πεισιστράτου, ἐς τὸν Μαραθῶνα, τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι. συνεβάλλετο ὦν ἐκ τοῦ ὀνείρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. *Barbaros in Marathonem ducebat Hippias, Pisistrati filius, cui superiore nocte tale in somno visum fuit. Videbatur sibi cum matre concumbere; e quo somnio conjectabat fore, ut, reversus Athenas, & recepto principatu, in patria senex diem obiret.* Nempe sic ejusmodi somnium Veteres sunt interpretati. Artemidorus, *Onirocrit.* lib. I. cap. LXXXII. Ἀγαθὸν δὲ (τῇ μητρὶ συνεῖναι) καὶ παντὶ δημαγωγῷ, καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. ὥσπερ οὖν ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνιούσης, πειθομένης, καὶ ἑκούσης, οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προστήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων· καὶ, εἰ ἐχθρὸς ὢν τῇ μητρὶ, εἰς φιλίαν καταστήσεται, διὰ τὴν μίξιν. *Bonum vero (cum matre concumbere) etiam cuilibet demagogo, ac rempub. administranti; siquidem patriam mater significat. Sicut igitur, qui secundum legem Veneris coit, corpus ejus, cum qua coit, obediente, ac volente, sua in potestate habet; sic, qui somnium isthoc vidit, omnibus negotiis urbis præficietur: &, si forte matri inimicus fuerit, in gratiam restituetur, propter coitum.* Astrampsychus.

Μητρὶ πλακῆναι, καλὸν εἰς ὄναρ τόδε.

Matrem amplecti, hoc in somnio bonum est.

Et *Nicephorus.*

Μητρὶ πλακεὶς, κάλλιστον εἰς ὄναρ νόει.

Matrem amplexus, optimum in somnio putes.

Nec in Julio Cæsare fefellit; de quo narrat Suetonius, in *ejus Vita*, cap. VII. *Etiam confusum eum somnio proximæ noctis, nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse, conjectores ad amplissimam spem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes. quando mater, quam subjectam sibi vidisset, non alia esset, quam terra, quæ omnium parens haberetur.* Ac sic Græci conjectores exponebant; verum Hippiæ inter Persas commoranti, & cum iis patriam suam oppugnanti, ex eorum disciplina, apud quos infaustum plane censebatur, explicandum illud erat. Quomodo autem Persæ interpretati fuerint, ex Achmete licet scire, *Onirocrit.* cap. CXXVII. cujus ista est inscriptio. Ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων, (τοῦ λόγου,) περὶ γυναικῶν. *Ex Persarum, & Ægyptiorum, (disciplina) de mulieribus.* In *eo capite* ista verba. Ἐάν τις ἴδῃ, ὅτι συνουσίασε τῇ μητρὶ, ἢ ἀδελφῇ, ἀνάξιον ἀγαθοποιήσει, ψεγόμενος, καὶ μεταγινώσκων. *Si quis visus sibi fuerit, cum matre coire, aut sorore; is indigno bene faciet, eoque nomine male audiet, & ducetur pœnitentia.* Itaque Hippias, male explicato somnio, frustra lætus, spe concepta miser excidit. Et infaustum quidem somnium illud signum subsecutum est, æque triste; sed quod rectius intellexit. Dum Eretriensem prædam, quam in insula Styreensium Ægilea deposuerat, reportat; & ad Marathonem naves, quæ appulerant, collocat in stationibus; Barbarosque, qui exscenderent, ordinare animum inducit, sternutatione oborta, & ingenti item tussi, dens excussus, ac delapsus in arenam, etsi sedulo quæsitus, reperiri nullo tamen modo potuit: qua re spem, conceptam somnio, mox abjecit. Herodotus, *lib.* VI. *cap.* CVII. Τότε δὲ κατηγεόμενος, τοῦτο μὲν, τὰ ἀνδράποδα τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀπέβησε ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ, Αἰγίλειαν. τοῦτο δὲ, καταγομένας ἐς τὸν Μαραθῶνα τὰς νέας ὅρμιζεν οὗτος. ἐκβάντας δὲ ἐς τὴν γῆν τοὺς βαρβάρους διέτασσε· καί οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι, μεζόνως ἢ ὡς ἐώθεε· οἷα δὲ πρεσβυτέρῳ ἐόντι, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο. τουτέων ὦν ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει, ὑπὸ βίης βήξας. ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὴν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ ὀδοὺς, ἀναστενάξας, εἶπε πρὸς τοὺς παρεστεῶτας· Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστὶ, οὐδέ μιν δυνησόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι. ὁκόσον δέ τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδοὺς μετέχει. *Itaque tunc, dux existens, cum mancipia, Eretria abducta, in Styreensium insula deponeret, Ægilea appellata; item naves, quæ appulerant Marathonem, in statione collocaret; Barbarosque, in terram egressos, ordinaret; ei, hæc administranti, accidit, ut sternutaret, tussiretque, quam solebat, vehementius. cumque, ætate grandiori, dentes plurimi concuterentur, unus ex his violenta tussi excussus est. qui, prolapsus in arenam, cum, quæsitus summo studio, reperiri minime posset, cum suspirio ad astantes versus, dixit; Terra ista non est nostra, nec in potestatem etiam hanc redigere poterimus; nam*

A *quæ ad me portio ejus pertinebat, dens nunc habet*. Meminit hujus rei Eustathius, ad *Odyss. ρ'*. Ἱππίας, ὁ Πεισιστράτου, ἔπταρε, καὶ ἔβηξε, μεῖζον τοῦ συνήθους. καὶ, ὡς πρεσβύτῃ, σεισθέντων τῶν ὀδόντων, εἷς ἔπεσε. *Hippias, Pisistrati filius, sternutavit, tussivitque, solito vehementius; & , ut seni, tum concussi dentes essent, unus excidit*. Suidas. Ἰὼν μὲν οὖν Ἱππίας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα σὺν τοῖς Πέρσαις, καὶ ἐκπλήττων τοὺς Βαρβάρους, μέγα ἔπταρε· καὶ, ἅτε γέρων ἤδη, εἶχε τοὺς ὀδόντας κραδαινομένους· ἐκ τοίνυν τῆς βιαίας κινήσεως τοῦ πταρμοῦ εἷς ὀδοὺς ἐξεκρούσθη, καὶ κατώλισθεν εἰς τὴν ψάμμον, καὶ B εὑρεθῆναι ἀδύνατος ἦν. *Hippias igitur, contra patriam suam cum Persis profectus, & Barbaros percellens, vehementer sternutavit; cumque, ut senex, dentes vacillantes haberet, violento sternutationis motu excussus unus est, deciditque in arenam, neque reperiri potuit*. Moxque, in pugna omnibus seculis nobilissima interfectus, diem obiit. Non *Herodotus*, nec *Thucydides*, cæterorum satis alias curiosi, istud dicunt, quod mireris non immerito; verum ex Auctoribus aliis manifestum, quorum fidem nemo temere in dubium vocet. In his C Cicero, ad *Atticum*, lib. IX. epist. X. *Nefarius Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens*. Tertullianus, *Adversus Gentes*. *Hippias, dum civitati insidias disponit, occiditur*. Justinus, *lib.* II. *cap.* IX. *Ducenta millia Persæ eo prælio, sive naufragio, amisere. Cecidit & Hippias, tyrannus Atheniensis, auctor, & concitor, ejus belli; diis, patriæ ultoribus, pœnas repetentibus*. *Suidas*, nescio quo Auctore, tradit, ex hac pugna elapsum, fuga in Lemnum D pervenisse; & ibidem, oculis captum, effluente per illos sanguine, acerba morte periisse. Verba ejus ita habent. Ἐπεὶ δὲ ἡττήθησαν οἱ βάρβαροι, φεύγων αὖθις, (ὁ Ἱππίας,) εἰς Λῆμνον ἀφικνεῖται, καὶ κάμνει νόσῳ, καὶ τὴν ὄψιν τυφλοῦται, αἵματος ἐπιῤῥέοντος διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀλγεινῶς ἀπέθανε· δίκας ταύτας δοὺς τῇ πατρίδι, ἐπεὶ τοὺς βαρβάρους ἦγεν ἐπὶ καταδουλώσει αὐτῆς. *Victis Barbaris, fugam denuo capessens, (Hippias,) in Lemnum pervenit, & morbo laborat; oculisque capitur, sanguine per hos defluente; & acerba morte obiit, patriæ dans istas pœnas, postquam Barbaros ad subactionem ejus adduxisset*. Rursum, *in* Οζειν, lapidibus eum obrutum dicit a Lacedæmoniis. Τοῦτον δὲ (τὸν Ἱππίαν) κατέλευσαν Λακεδαιμόνιοι. *Hunc vero (Hippiam) lapidibus obruerunt Lacedæmonii*. Sed corrupta sine ullo dubio verba, scribendumque, κατέλυσαν, *Everterunt*: non, κατέλευσαν. Itaque Hippias, sive in Lemno, sive in pugna ad Marathonem, vita excessit; gravis ætate, ut *Herodotus*, *Thucydides*, & *Suidas*, indicant: & res ipsa satis loquitur, seculum totum, si non etiam superaverit, implevisse. Inde conjecturam facio; quod Pisistrato, ante Remp. occupatam, e priore matrimonio liberi omnes nati fuerint. Et hoc verum esse oportet; siquidem ipsi, cum ex pacto, in tyrannidem restitutus, Megaclis filiam nuptiis secundis duceret, intercesserint; ut commemoro ex Plutarcho, *cap.* X. Et *Herodotus* clare dicit, cum Pisistratus jam secundam uxorem duceret, tum adultos eum filios habuisse, uti refero *cap.* V. Ergo natus Hippias iste, uti fratres, annis aliquot, antequam tyrannidem pater occupasset: a quo tempore, ad mortem Hippiæ, anni octoginta octo numerantur. Unde satis illud liquet, quod jam dixi, Hippiam centesimum ætatis annum implevisse, aut superasse.

CAP. XX.

Quod tyrannidis universæ tempus fuerit, inquisitum. Aristotelis error ostensus. Scoliastes Aristophanis, & Isocrates, emendati.

ATHENIENSES, etsi annos jam viginti a tyrannide liberati, metu tamen tenebantur, ne reperet forte Hippias. quod Pisistratus semel, iterumque, fecerat. Itaque, cum dubiam hactenus, neque totam, libertatem habuissent; eo mortuo, certam demum, integramque, acceperunt. Verum de tyrannidis tempore, quot annorum illa fuerit, nunc dicendum est. Feci nuper, *Fortunæ Atticæ* cap. x. & hic reponam, paullo magis accurate pertractatum. Ac Pisistratus, per tres & triginta annos, varia fortuna, tenuit; ejus filii, quos Auctores Pisistratidas appellant, triginta quinque. De Pisistrato, Heraclides, in *Rebusp.* Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. *Pisistratus, cum triginta ac tres annos tyrannidem tenuisset, senex obiit.* Vide quæ notavi supra, *cap.* v. De Pisistratidis, est Herodoti iste locus, *lib.* v. *cap.* LXV. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πεισιστρατίδαι) ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ· ἄρξαντες μὲν τῶν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριήκοντα. *Postea vero, excessere (Pisistratidæ) in Sigeum, ad Scamandrum situm; cum principatum in Athenienses tenuissent annum jam tricesimum sextum.* Quæ sunt ita accipienda; ut, trigesimo quinto impleto, sextus inchoatus fuisse existimetur. Idem erit de Pisistrato tenendum; anno exacto tricesimo secundo, tertio eum inchoato decessisse. Ita ut tyrannidis tempus universum inveniatur, anni sexaginta septem; ejectusque Hippias fuerit jam vertente sexagesimo octavo. Valde errat Aristoteles, qui octodecim tantum annos Pisistratidis ascribit, *Politic.* lib. v. cap. XII. Τρίτη δὲ (τυραννὶς,) ἡ τῶν Πεισιστρατιδῶν Ἀθήνησιν· οὐκ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν. ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ, οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. *Tertia (tyrannis) Pisistratidarum Athenis; quæ continua non fuit. nam Pisistratus, dum tyrannidem exercet, bis est in exilium actus: ita ut, de tribus & triginta annis, decem & septem sit tyrannide potitus; filii ejus, octo & decem. ita ut anni universim quinque & triginta fuerint.* Nam quod ille universum tempus statuit, illud tantum Pisistratidarum fuit, uti clare ex *Herodoto* indicavi; cujus verba, si quid judico, minus bene intellecta, maximum philosophorum in errorem induxerunt: quippe, si de universa hæc tyrannide explicari debuissent, certe, cum Pisistrati anni decem & septem numerentur, consectaneum omnino erat, decem & octo, qui restabant de triginta quinque illis, Pisistratidarum esse. Jam tyrannidem annos sexaginta octo tenuisse, alia quoque ratione manifestum faciemus. Thucydides ait, Hippiam, ejectum Urbe, anno post ejectionem hanc vicesimo, una cum Medis ad Marathonem militasse. Verba ejus in rem istam ita habent, *lib.* VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἔς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν δὲ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero, cum deinde per triennium principatum tenuisset, quarto anno dejectus a Lacedæmoniis, & exulibus Alcmæonidis, fide accepta, in Sigeum se recepit; inde Lampsacum, ad Æantidem; illinc, ad Darium regem. unde postea Marathonem profectus, anno vicesimo, jam senex, cum Medis militavit.* Ergo computemus tempus. Tyrannidem incepit Pisistratus, uti dixi *capite tertio*, Olymp. L. anno I. ac pugnatum ad Marathonem Olymp. LXXII. anno I. Habes, ecce, annos octoginta octo; quibus si viginti demas, inter pugnam Marathoniam, & ejectionem, medios, restant sexaginta octo. Ergo inciderit ejus finis in Olymp. LXVI. annum IV. & *Anonymus* toto quadriennio erat, qui in quartum Olympiadis sexagesimæ quintæ rejicit. Itam enim *illic* dicit. Οἱ Πεισιστρατίδαι Ἀθηνῶν ἐξεώθησαν. *Pisistratidæ Athenis sunt ejecti.* Apud Auctorem, quem secutus ipse erravit, sine dubio numerus corruptus fuit: & scripserat supinus librarius ξε', pro ξϛ'. qui proclivis certe lapsus. Porro huc alludit etiam, quod Thucydides a tyrannis Urbe ejectis, usque ad Quadringentorum dominatum, qui in annum primum incidit Olymp. XCII. ubi annorum centum unius intervallum est, annos circiter centum dicit. *lib.* VIII. Χαλεπὸν γὰρ ἦν, τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα, ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι. *Difficile enim erat, populum Atheniensem, centesimo potissimum anno, postquam liber a tyrannis factus esset, libertate sua exuere.* Quod si vero annos tantum computemus, quibus rerum sunt potiti Pisistratidæ, demptis sedecim, quos Pisistratus in exilio duplici egit, de his sexaginta octo saltem quinquaginta duo relinquentur: sive integri quinquaginta unus tantum; quando ultimum inchoarint, non compleverint. Illos dixerat *Aristophanes*: ut ad *Vespas* Scholiastes ejus tradit, sed corruptis hodie verbis. Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς (τῶν Πεισιστρατιδῶν) καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν'. τοῦ ἀκριβοῦς διαμαρτάνων· Ἀριστοφάνους μὲν, μα'. φήσαντος. Ἡροδότου δὲ λϛ'. *Videtur autem tyrannis (Pisistratidarum) durasse, ut ait Eratosthenes, annis quinquaginta, non exacte rem tenens; cum Aristophanes quidem dicat, de quadraginta & uno: Herodotus vero, triginta sex.* Ubi quod *Herodotum* attinet, non est sane mentem ejus assecutus; siquidem hic, ut jam dixi, de Pisistrati filiorum tempore loquitur: de cætero, emendandum omnino; Ἀριστοφάνους μὲν, να'. φήσαντος. *Cum Aristophanes quidem dicat, de quinquaginta & uno.* Confusi numeri μ', & ν', ut fieri in his talibus amat. Reprehendi Eratosthenem, qui minus exacte, uno omisso, quinquaginta annos dixerat; quomodo etiam Isocrates, verum itidem corruptus, in *Orat.* περὶ ζεύγους. Τὴν δὲ εὔνοιαν, ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο. συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιστράτου, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι, μάλιστ' αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐκ ἠξίωσαν μετασχεῖν τυραννίδος· ἀλλ' ἡγήσαντο κρεῖττον εἶναι, φυγεῖν τὴν πατρίδα μᾶλλον, ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας. τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων, τοσούτων ὄντων, ἐμισήθησαν, ὥσθ', ὁπότε τἀκείνων κρατήσαιεν, οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον. *Benevolentiam autem, qua affecti erga populum fuerunt, tyrannicis temporibus ostenderunt. Nam,*

cum conſanguinei eſſent Piſiſtrati , & eodem , antequam ad principatum perveniret , maxime e civibus uterentur , tyrannidis tamen participes eſſe noluerunt : ſed e patria exulare , quam cives ſervitute oppreſſos intueri , maluerunt . & , cum annos quadraginta hæc ſeditio duraſſet , tot tyrannis adeo fuere inviſi , ut , cum rerum potirentur , non diruerent tantum ædes eorum , verum & ſepulcha effo- A *derent* . Etiam hic reſtituendum , πεντήκοντα δ' ἔτη τῆς ςάσεως γενομένης. *Cum annos quinquaginta hæc ſeditio duraſſet*. Nam librarii injuria ν' in μ' corruptum fuit . Et hæc quidem de tyrannide celeberrima hactenus mihi apud Auctores obſervata ; quæ , ut in hac etiam parte Hiſtoriam Atticam illuſtrarem , communicare cum ſtudioſis ejus volui .

F I N I S.



CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA
ATHENIENSIUM
LIBRI IIII.

CAROLI SIGONII
IN LIBROS
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM
PRÆFATIO.
AD REVERENDISSIMUM
VIRUM
PET. DONATUM CÆSIUM
EPISC. NARNIENSIUM.



VETERIS memoriæ, priſcarumque litterarum cognitio quantum hominibus uſum, quantamque utilitatem afferat, nec tu PET. DONATE CÆSI, vir ſapientiſſime, ignoras, & res ipſa, ſi diligenter attendimus, per ſe ſatis oſtendit. Ut enim liberalem, atque omnium jampridem vocibus, ac litteris celebratam animi remiſſionem illam omittam, quæ ex rebus, quæ ante quam nos in hanc lucem prodiremus, geſtæ ſunt, cognoſcendis, & hominum, qui ſupra nos vixerunt, moribus, ſtudiiſque perſpiciendis incredibilis proficiſcitur, quibus nemo tam agreſtibus inſtitutis vivit, quin ſine ulla alterius fructus expectatione mirifice capiatur: innumerabilia certe virtutis, atque prudentiæ monumenta, quibus apud antiquos rerum auctores obſervandis, atque ad noſtram tum privatam, tum communem vitam accommodandis probe nos, noſtramque remp. gubernemus, merito noſtrum unumquenque ad ſuperioris memoriæ ſtudium, & veterum notitiam exemplorum debent impellere. Ac me quidem cum hæc ratio vehementer honeſta jampridem hujus cupiditate ſcientiæ inflammavit, tum illa præterea, ut huic me totum ſtudio traderem, incitavit: quod videbam me pulcherrima Græcorum, Latinorumque ingenii monumenta, quæ ſola relicta nobis eſſent ad ipſam aut eloquentiæ, aut etiam prudentiæ ſpeciem intuendam exempla, vetere illorum incognita & privata, & publica diſciplina, haudquaquam conſequi poſſe. poſtremo autem plurimum etiam apud me tacitus pietatis ſenſus quidam valuit, ut a quibus hominibus humanitatem, litteras, & doctrinæ, quæcunque eſſet, rationem omnem accepiſſem, eorum jam prope obſoleſcenti memoriæ pro virili parte conſulerem, & præclaram illorum ad omnem vitam inſtituta ex tenebris vetuſtatis extracta ab oblivione hominum, & ſilentio vindicarem. Itaque quantum ſuperioribus annis in rebus Romanis explicandis induſtriæ, atque operæ collocarim, ſatis complures a me editi eo de genere Commentarii, ut opinor, oſtendunt. Nunc vero Athenienſium Remp. ut omnium quondam prædicatione, ſcriptiſque clariſſimam, ſic præſentium vitio temporum, noſtrorumque ignavia hominum hoc tempore obſcuriſſimam cum meis, qualiacunque ſint, conſignare monumentis inſtituiſſem, æſtimari vix poteſt, quantum in hoc opere deſudarim, ac quantum vigilarum, curarumque conſumpſerim; neque enim illud tantum contendi, ne Græcum ſcriptorem ullum prætermitterem, quem non diligenter ad conquirendam vetuſtatem, eliciendamque pervolutarem, verum duo illa etiam quacunque ratione providi, & ut ſelectis rebus iis, quæ mihi illuſtriores ad memoriam viderentur,

eas non casu, sed consilio, quam possem, optimo dispensarem, & Græcorum jura, ac instituta, quanquam a consuetudine sæpe, moreque Romanorum, aliena, Latinis tamen quam maxime ad rem aptis possem, dicendi formis exprimerem; ut disputationi cum sua natura subtili, tum crebra testimoniorum prolatione impeditæ non sua solum dignitas, sed etiam suavitas quædam minime auribus legentium injucunda accederet. Neque enim eorum ego institutum hominum satis probo, qui, nobis pueris, Græcorum verborum significationibus Grammaticorum more anxie persequendis laudem restitutæ Atheniensium reip. quæsiverunt. cum & multa memoratu dignissima præterierint, & trita, leviaque nonnulla auribus nostris magno sæpe cum fastidio inculcarint, ac demum ita perturbate, atque inculte omnia tradiderint, ut uni confusioni, asperitatique orationis studuisse, de ordine, & lenitate disputationis haud multum laborasse videantur. multoque minus eorum laudare consilium possum, qui magistratus Atheniensium litteris se prodituros magna quadam pollicitatione professi, uno, ut apparet, Pollucis commentariolo lecto duabus pagellis tanto se muneri satisfacturos esse sunt arbitrati. Quod non idcirco dico, ut aliquid de illorum auctoritate diripiam, quam tum quidem maximis regibus, nunc vero doctis etiam hominibus multis curæ esse intelligo, sed ut meum in his libris conficiendis consilium non solum utile, sed etiam necessarium esse demonstrem, qui in magnis adhuc rerum Atticarum tenebris, & in summis veterum monumentorum, unde idonea testimonia peterentur, angustiis, de Rep. Atheniensium ita scribere sum ingressus, ut in maxima præceptorum copia non tam rei veritatem certissimis semper antiquorum vestigiis, quam illi sæpe ne in sua quidem, ut ita dicam, paupertate sunt assequuti, sim persequutus, quam ordinem in disputando, & ornatum in scribendo quendam, quæ illi prorsus neglexisse viderentur, magno studio consectatus sim. Quod si propositum, ut quidem opto, tenuero, non dubito, quin hujus ætatis hominibus aliquid & ad dicendum, & ad intelligendum, & ad vivendum opis, atque præsidii compararo. quippe cum ex omni antiquitate clara, atque illustria ad omnem & eloquentiæ, & doctrinæ, & vitæ præceptionem Atheniensium fuerint instituta. Cujus tu mihi rei unus omnium optimus esse testis PET. DONATE potes; qui ea non ex veteribus modo litteris, quarum peritissimus es, didicisti, sed etiam in nobilissima hac civitate, cui a PIO IIII. PONT. MAX. præfectus es, gubernanda usque adeo expressisti, ut quam multos illa quondam civitas justitiæ, bonitatis, & solertiæ gloria excellentes diversis temporibus viros tulerit, tam multos tu hoc quadriennio nobis in hac nostra divina quadam virtutis indole administranda rettuleris. Vere enim dicam: nunquam accidit, ut hæc scribens aut in Aristidis, aut Niciæ, aut Periclis mentionem inciderim; quorum alios Athenis quondam opinione justitiæ floruisse, alios popularibus commodis mirifice studuisse, alios nobilissimis urbem operibus instruxisse prisca ipsorum monumenta loquuntur, quin tuæ statim assiduæ cogitationes, curæque quotidianæ mihi occurrerint, quas unas tu huic urbi præfectus ad talium æmulationem, contentionemque contulisse laudum videris: cum tantam in jure dicundo æquabilitatem, tam inauditam in annonæ levanda caritate sedulitatem, tam incredibilem in publicis operibus extruendis diligentiam adhibueris, ut te merito ad præcipuum hujus civitatis commodum, salutem, & ornamentum omnes natum esse existiment, PIUMQUE ipsum cum aliis multis prudentiæ, ac sapientiæ in cœlum laudibus efferant, tum maxime, quod in te uno ex omnibus, quem tantis rebus præ-

ficeret, eligendo minime opinione, atque judicio lapſus ſit. Itaque in communibus laudum, virtutumque tuarum præconiis alii quidem æquitatis, alii prudentiæ, alii moderationis, alii benignitatis tuæ magnitudinem prædicant, alii, ut cujuſque animus, atque judicium eſt, publica opera per te prope infinita curata magna conſenſione concelebrant, nempe fluvios coercitos, aquas inductas, vias directas, fora conſtructa, ſcholas inſtauratas, regiam multis & magnis in partibus perpolitam, & reliqua ejuſmodi memorantes, quæ tu unus tanta, ac tam multa hoc quadriennio perfeciſti, quanta, & quam multa ne omnes quidem, qui huic urbi præfuerunt, omnibus ante ſæculis cogitatione ſua taciti deſignarunt. Ego vero cum hæc omnia cum ceteris eximia, atque omni laude, & commemoratione digniſſima judico, tum perpetuam iſtam curam, quam tu in hac reſtituenda, atque ornanda omnium antiquiſſima Academia poſuiſti, omnibus tuis æternæ gloriæ monumentis, ac laudibus antepono. admiror autem non ipſam ſolum in ſtudioſa juventute undique in hanc urbem allicienda induſtriam, ſed etiam in eadem retinenda, fovenda, & ſalutaribus ad virtutem capeſſendam legibus aſtringenda prudentiam. nam quid de magnifico ipſo, ac prope divino ſcholarum opere dicam? quo celeritate incredibili, diligentia ſingulari ad exitum faſtigiumque magna cum omnium admiratione perducto cum omnem antiquorum in ſimili genere gloriam ſuperaſti, tum poſteris vix ullam poſt annos mille laudis ejuſmodi ſpem reliquiſti. & nos denique omnes, quos privatis humanitatis promereri officiis nunquam deſiſtis, publico hoc etiam parato commodo tibi in perpetuum devinxiſti. Quæ cauſſa fecit, ut ego eo ſtudioſius hoc gratiſſimæ meæ in te voluntatis argumentum litteris, memoriæque prodiderim, ut quod primum induſtriæ meæ munus Bononiæ peperiſſem, id ipſum in tuo multo ampliſſimo, atque ornatiſſimo nomine divulgarem; ſcilicet, ut cujus potiſſimum auctoritate me præſtantiſſimus Bononienſium ſenatus hæc in iſta Academia ſtudia tractare non obſcuro loco juſſiſſet, ei ſtudiorum eorum fructum, ut arbitror, non leviſſimum, tanquam ocii auctori, & fautori induſtriæ, ac denique patrono optime merito conſecrarem. Verum de tuis laudibus meiſque partibus uberior fortaſſe alius dabitur dicendi locus. nunc quod inſtat, de vetere Athenienſium Reip. ſtatu, quæ dicenda videntur, exponere aggrediamur.

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

INDEX CAPITUM.

CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA
ATHENIENSIUM
LIBER PRIMUS.
QUI DE FORMA REIPUBLICÆ INSCRIBITUR.

CAP. I.

De Regno Atheniensium. Regum Athen. tempora: eorumdem nomina. A quo, & quomodo regnum conditum? XII. *Oppida Atticæ. Urbs Athenarum. Una Atticorum Respublica Athenis collocata. Regnum Atticum quale? Illud virtutis opinione delatum. Hereditarium fuit. Quandonam defecerit? Regum potestas in bello. Ipsorum jura imminuta, cum Archontes nominari cœpti.*



OPULUS ATHENIENSIS, cujus antiqua jura, remque publicam universam his mandare Commentariis instituimus, non uno, neque eo perpetuo reipublicæ genere usus est, sed pro rerum conditione, & temporum varietate diverso. si quidem ab initio regium, deinde popularem, aliquando tyrannorum, sæpe etiam paucorum dominatum, atque imperium pertulit. Hæc autem quando instituta, per quos, & quibus legibus in civitatem sint inducta, maximeque quæ regalem, popularemque statum attingere videantur, nos, quoniam res est præclara, & multis de caussis cognitione dignissima, quam planissime in tanta monumentorum, & sæculorum vetustate possumus, exponamus, atque e tetra prope temporum caligine educta in lucem, conspectumque hominum proferamus. Primum igitur Athenis imperium fuit regium, jam inde a Cecrope eo, qui urbem condidit, institutum, ac posteris deinceps usque ad annum octingentesimum sexagesimum sextum, quasi per manus traditum. quorum decem & septem Regum nomen tulerunt, viginti vero Archontum. constitutum est autem annos ante, quam a Græcis in Asia Ilium caperetur, trecentos septuaginta quinque, quam Olympiades in Græcia inirentur, septingentos septuaginta duos, quam urbs Roma a Romulo in Latio conderetur, septingentos nonaginta sex. ut merito Athenienses inter alias sapientiæ, fortitudinis, eruditionis, & eloquentiæ laudes, quibus longe Græcis cæteris præstiterunt, antiquitate etiam imperii, & gentis vetustate gloriari posse videantur. Fundatum autem una cum urbe, clarissimo futuro summi imperii domicilio a Cecrope regnum hi reges, Eusebio, & Apollodoro testibus, deinceps exceperunt, & quoad potuerunt, industria, atque virtute auxerunt, Cranaus, Amphictyon, Erichtonius, Pandion, Erechteus, Cecrops minor, Pandio minor, Aegeus, Theseus, Menestheus, Demophoon, Oxynta, Aphidas, Thymœta, Melanthus, & Codrus. Condendo vero imperio hæc caussam occasio attulit. Tenebat Actam in Græcia, regionem, quæ post Atti-

A ca nominata est, cum ditione, & imperio Actæus, quem alii Actæona nuncuparunt, cum eo ex Aegypto vir haudquaquam contemnendus, Cecrops accessit. Ubi cum præclara multa prudentiæ exempla, & fortitudinis edidisset, dignus Actæo visus est, cui filiam in matrimonio collocaret. Prudentiæ vero ejus illud maximo fuit argumento, quod primus in Acta virum feminæ matrimonio legitimo junxit, cum antea vulgo ita liberi nascerentur, ut solas matres agnoscerent. Quo factum est, ut biformem eum Attici appellarint, & vulgatæ fabulæ locum dederint, hominem eum fuisse, atque leonem. quod ad prudentiam
B nimirum, & fortitudinem ejus referentes finxisse sapientes homines non sine caussa videntur. Hoc tempore cum Bœoti a terra, Cares a mari Actam crebris latrociniis, & excursionibus, prout illis ferebatur temporibus, divexarent, auctor fuisse omnibus ejus incolis Cecrops dicitur, qui tum in agris dispersi habitabant, ut universi in duodecim oppida commigrarent, seque in his adversus quotidianos hostium impetus communirent. quorum nomina fuerunt, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleusis, Aphydna, Thoricus, Brauro, Cytherus, Sphettus, Cephesia, & Phalerus. Quo facto, ipse Cecropiæ,
C quam a suo nomine appellavit, regem se haud modicis nimirum soceri sui opibus declarandum curavit. quemadmodum Strabo *lib.* IX. Pausanias in *Atticis*, & Trogus *lib.* II. optimi auctores in primis, memoriæ prodiderunt. Quam vero Cecrops a se Cecropiam nominavit, ea haud ita multo post a Minerva nomen est Athenarum adepta. Narrat enim Apollodorus in iis libris, quos *de deorum origine* scripsit, cum hoc tempore diis placuisset, urbes eas, in quibus privatos quisque habituri essent honores, occupare, Neptunum, ac Minervam se in Actam contulisse, atque illum percusso tridente solo fretum, hanc terra oleam produxisse. orta vero inter eos de regionis appellandæ jure controversia, duodecim deos a Jove judices datos sua sententia caussam Minervæ, Cecrope rege testimonium dicente, adjudicasse. Regio autem,
D quæ ab Actæo, ut ajunt, Actica dicebatur, post ab Atthide Cranai regis filio Atthis, atque Attica nuncupari est cœpta, si Strab. & Pausaniæ testimonio auctoritatem tribuimus. nam mihi multo ad veritatem propensior eorum videtur opinio, qui, ut narrat Stephanus, & Harpocration, existimarunt, cum ante Cecropem hæc regio Acta diceretur, quod tota fere *acta* esset, id est, litus (si quidem duabus ex partibus mari alluitur) inde communem loquendi usum, ut ἀκτικὴν χώραν, id est, *terram Acticam* dicerent, deduxisse quod dum brevius dicere vellent, primum Acticam, post meliore aliquanto vocis so-
E no Atticam appellasse. Atque hoc quidem modo Cecrops omnibus ferme Atticæ incolis in duodecim oppida congregatis, unum totius At-

ticæ regnum, unamque omnium horum oppidorum remp. collocavit Athenis.

Post autem, temporibus aliquot interjectis, Theseo regi, magni animi, summique consilii viro, in mentem venit, magnam urbem unam ex omnibus, qui Atticæ oppida, populos, agrosque dispersi tenerent, efficere, atque dilatatis Athenarum muris eo Atticos omnes compellere, sedesque eis ad habitandum dare. id quod facillime, qua erat eloquentia, atque industria præditus, persuasit primum, deinde etiam diligentissime obiit. Cujus rei si Veterum testimonia quærimus, certissima Thucydidis, Strabonis, Diodori, & Plutarchi habemus. Thucydides enim Cecropis, & primorum regum ætate Atticam usque ad Theseum κατὰ πόλεις, id est, *oppidatim* fuisse habitatam, Atticosque ex oppidis, & ex agris extractos, in una urbe ab eo collocatos, prodit. Strabo Theseum duodecim oppida in unum contulisse, Diodorus eundem populos Atticæ numero plurimos, magnitudine modicos in urbem unam redegisse scribit. Plutarchus omnes Atticæ incolas in urbem unam contraxisse, & unius oppidi populum unum, qui ad eam usque diem dissipatus fuerat, atque ægre ad communia tractanda commoda convocari potuerat, & sæpe etiam inter se armis, belloque contenderat, effecisse, idque per singulos populos, gentesque persuasisse. Murorum autem ambitum ita propagavit Theseus, ut antiquum Cecropiæ oppidum pro summa arce reliquerit, novam urbem, quam ille *astu* vocavit, civibus habitandam concesserit. Id quod video a Thucydide eodem etiam in loco memoriæ proditum. *Ante Theseum*, inquit, *arx fuit oppidum, simulque pars ea, quæ sub arcem ad austrum potissimum vergit. argumento est, quod sacella in ipsa arce & aliorum deorum sunt, & quæ extra eam sunt, ad hanc partem oppidi magis erecta sunt, ut Jovis Olympii, & Pythium. & Dionysii in Limnis, & alia. Itaque ab Atheniensibus*, inquit, *propter antiquam habitationem ad hodiernum usque diem arx oppidum appellatur.* Ut autem Athenæ in media Græcia, sic arx in media urbe, & ut arx in edito sita loco, sic urbs in imo, & plano constructa est. quod ab Aristide in *Panathenaico*, Strabone in *sexto*, Thucydide in *secundo* traditum est. Quoniam autem urbs non longe quidem a mari, sed tamen non ad mare posita fuit, ut e Xenophontis libro *de Vectigalibus* intelligitur, propterea multis portubus cum ad civitatis quotidianos usus, tum ad bellicarum rerum opportunitates indiguit. primus autem Phalerus extructus est, & quidem antequam Theseus ad regnum evocaretur. si quidem scriptum est apud Pausaniam, Theseum in Cretam ad pœnas ob Androgei necem regi Minoi dandas profecturum, & Menestheum regem cum aliquot navibus ad Trojam iturum, ambos Phalero portu solvisse. Post Phalerum autem Munichia communita est. verum id quidem, ut etiam Piræus. republica jam dominatu regio liberata.

Qui autem oppidum condiderunt, aut auxerunt, iidem reip. genus instituerunt, Cecrops quidem regium, Theseus autem populare. quod tamen non est, nisi post multa sæcula, observatum. Quæ autem Attici regni jura fuerint (nam multa regnorum genera fuisse tradit Aristoteles) difficile est, ex tanta annalium, & temporum vetustate eruere. si tamen Isocrati rethori Atheniensi, omnia ad laudem patriæ in *Panathenaica oratione* trahenti, atque poetico more in majus ornanti credimus, optimum, ac præstantissimum fuisse regnum existimabimus. sic enim ille disputat, caussam, cur Atheniensium civitas primis temporibus inter alias præcipue floruerit, merito ejus esse regibus tribuen-

A dam, qui multitudinem ad virtutem, justitiam, & temperantiam instituissent, atque actionibus suis docuissent, reip. moderationem animam esse civitatis, tantam vim habentem, quantam in corpore obtinet prudentia; ipsam enim esse, quæ de rebus omnibus statuat, & bona tueatur, calamitates devitet, civitatis commoda paret. hujus autem non esse oblitum populum, sed vehementius ad hanc rem, quam ad alias, animum adjunxisse, ut duces eos adipisceretur, qui popularem statum diligerent, iis vero moribus essent præditi, quibus fuissent, qui sibi ante præfuissent. Quod si ita est, sa-
B ne non improbarem, Atheniensium regnum ejus generis extitisse, cujus fuerunt, quæ Aristoteles heroicis celebrata temporibus inquit. Quæ primum qualia fuerint, verbis ipsis ejus prolatis, ostendemus; deinde ut ad ejus descriptionem Atheniensium regum jura, actaque dirigi, atque accommodari possint, considerabimus. sic igitur ille in quarto *de Rep. Primi*, inquit, *voluntate populorum, quos artibus, aut bello demeruissent, aut dispersos in unum congregassent, aut agris, sedibusque ad habitandum donassent, reges fiebant, eaque regna posteris jure hereditario prodebantur. & res imperii*
C *summam, dum bellum gererent, habebant, præerantque sacrificiis: quæcunque ad sacerdotes non pertinebant, & caussas judicabant quidam injurati, alii jurejurando devincti. erat autem jusjurandum erectio sceptri. reges igitur antiquitus tum in civitatem, & populos, tum extra fines continenter imperium tenebant. postea vero quædam remittentibus regibus ipsis, alia populis auferentibus, sola sacrificia regibus relicta sunt in aliis civitatibus. ubi vero regnum merito vocari posset, imperium duntaxat externorum bellorum obtinebant.* Quæ verba si diligentius attendamus, sane intelligemus, omnia, aut certe pleraque in reges Atheniensium convenire.
D primum enim videmus, Cecropem, quod Atticos in duodecim oppida coegisset, eosque ab impetu externorum hostium, & populationibus assiduis tutos præstitisset, quodque leges tum incognitas matrimonii ostendisset, ac virtutes, justitiam, ac temperantiam docuisset, voluntate eorum ad regnum esse evectum, eodemque modo post aliquot sæcula Melanthum, cum hostem populi Atheniensis bellum gravissimum inferentem singulari prœlio prostravisset, regalem potestatem summo omnium studio assequutum. Regnum autem fuisse hereditarium non est dubium. nam præter Amphictyonem, qui socero suo Cranao pulso, & Erichtho-
E nium, qui Amphictyone exacto regnum occuparunt, reliqui ita regnarunt, ut duæ solæ familiæ Athenis fuerint per tot sæcula dominatæ, una Erechthidarum, altera Melanthidarum. Ac Erechthidæ quidem ab Erechtheo rege nomen, sed ab Erichthonio genus traxerunt, qui Pandionis pater, Erechthei avus fuit. ex quo deinceps Cecrops minor minoris Pandionis pater est natus, unde Ægeus, & ex Ægeo Theseus, ut Pausanias prodidit. Nam Menestheo mortuo, qui incitato per seditionem in absentem Theseum populo, regem se
F declarandum curaverat, Demophoon Thesei filius paternum, avitumque regnum, teste Plutarcho, recuperavit; cui, ut versibus Tzetzes mandavit, Oxyntes frater, Oxyntæ vero filius Aphidas est subrogatus. quem cum minor frater ex concubina ortus Thymœtes interfecisset, regalem sibi potestatem abscivit, quemadmodum nos a Pausania, & ab Athenæo accepimus. Melanthidarum autem, quorum princeps, & auctor fuit Melanthus, usque ad extremum familia integra, incolumisque permansit. Melanthus autem is fuit, qui reversis in Peloponnesum Heraclidis, Messene patria amissa, cum se in Atticam contulisset, atque Xanthum

Bœotorum ducem, bellum cum Athenienfibus gerentem, fecum fingulari certamine congreffum interemiffet, propterea ab Athenienfibus regno, Thymœte fe ultro abdicante, donatus eft. quod fcriptum Paufaniæ, & Strabonis in *Commentariis* reperitur. Atque hic quidem moriens Codrum filium regem reliquit, qui cum in bello contra Dores fe pro patria devoviffet, Medonti filio regnum tradidit, qui primus Archontis nomen, atque imperium Athenis obtinuit. ex quo hæc familia modo Codridarum, modo Medontidarum nomine appellata eft, atque ufque ad Erycem longo Archontum ordine ad annos quingentos octoginta fex eft deducta, quorum nomina fuerunt, Medon, Agaftus, Archippus, Therfippus, Phorbas, Mecades, Diogenetus, Pheredus, Ariphro, Thefpieus, Agameneftor, Æfchylus, Alcmæo, Charops, Æfimedes, Clidicus, Hippomenes, Leocrates, Abfander, & Eryx. id quod Eufebius, quo in primis auctore hæc tempora digeffimus, in *Chronicis* notatum, & defcriptum reliquit. Quanquam autem Archontum, non Regum Medontidæ nomen tulerunt, non eft tamen illud tempus populari ftatui affignandum, fed regio. eorumque auctoritate, ac teftimonio ftandum, a quibus hæc ad noftram notitiam dimanarunt, qui omnes principatum Archontum pro regno acceperunt, quanquam magna ex parte jam fracto, ac debilitato. Nam & Eufebius, qui profitetur, fe nomina regum omnium, qui Athenis imperium habuerint, expofiturum, non in Thefeo, qui popularem ftatum defcripfit, neque in Codro, qui ultimus regale nomen ufurpavit, fed in Eryce, qui poftremus Archontis decennalis imperium geffit, regnum notat Athenienfium defeciffe. & Paufanias teftatur, ipfum etiam regnaffe Thefeum, & poft Meneftheí mortem regnum ad quartum ufque pofteritatis gradum in illius familia permanfiffe. &, *fi de gentilitate fibi fit hiftoria inftituta, omnes fe, qui a Melantho ad Clidicum Æfimedæ filium, & qui poft eos deinceps regnarint, facile enumeraturum*. Nam quid aut Ælianum in *Varia Hiftoria* proferam, qui Athenienfes fcribit regnum fub Cecrope, & Erechtheo, & Thefeo, & Codridis inferioribus paffos? aut Heraclidem in libro *de rebus publicis*, qui poft Codridas neminem regem effe narrat creatum, quod viderentur molles nimis, ac delicati? Hippomenem vero unum ex Codridis inuftam hanc familiæ maculam delere cupientem, adulterum cum filia Limona deprehenfum exquifito fupplicii genere interfeciffe? Quod fi ita eft, profecto apparet, regnum Athenienfium fuiffe, ut probandum fufceperamus, hereditarium.

Erat alia heroici regni ab Ariftotele defcripti conditio, quod reges ii fummam militiæ poteftatem haberent, qua reges item Athenienfium præditos fuiffe invenio. id quod ex bellis, quæ ab his gefta funt, facile declaratur, quanquam tenuis admodum eorum ad nos memoria pervafit. Erechtheum tamen bellum cum Eumolpo Thrace, & cum Eleufiniis gerere, & pacem, quibus placet, conditionibus componere, videmus apud Paufaniam. parique ratione Thefeum contra Amazones, Codrum contra Dores in acie ducem cum fummo imperio ftare. Eofdem etiam jus dixiffe, quæftiones exercuiffe, & facris præfuiffe, poft apertius apparebit. Nam quod inquit Ariftoteles, alia jura a regibus remiffa, alia a multitudine effe extorta, eorum primum ad Thefeum referendum videtur, qui ultro rempubl. popularem inftituit, feque non regem, fed belli ducem, & legum cuftodem futurum, reliqua vero populo permiffurum pollicitus eft; alterum vero ad Medontem, qui poft Codri mortem primus Archon perpetuus, & ad Charopem, qui primus Archon decennalis creatus eft, vetere & imperio, & imperandi tempore imminuto. Quod Paufanias in *Atticarum rerum* commentarios rettulit, his verbis: *Athenienfium civitas Melanthi pofteros, qui Medontidæ dicti funt, magna parte poteftatis fpoliavit, & ex regno redegit ad imperium referendis rationibus obnoxium. deinde cavit, ne ultra decem annos id ipfum continuarent*. Et Paterculus libro primo, cum fcripfit: *Codri filius Medon primus Archon fuit. ab hoc pofteri apud Atticos dicti Medontidæ. fed hi infequentes Archontes ufque ad Charopem, dum viverent, honorem ufurparunt, inde perpetui Archontes effe defierunt, cum fuiffet ultimus Alcmæon, cœperuntque in denos annos creari. quæ confuetudo in annos feptuaginta manfit, ac deinde annuis commiffa eft magiftratibus refp. Ex iis, qui denis annis præfuerunt, primus fuit Charops, ultimus Eryx: ex annuis primus Creon*. Atque hoc idem *Chronicis* quoque fuis mandavit Eufebius. Ex quibus intelligi poteft, quid fit id, quod reges populo Athenienfi remiferint, & quo ab eo quodammodo fpoliati fint, quam heroico quoque regno conditionem affinxit Ariftoteles. Atque de jure quidem, & poteftate regia hactenus.

CAP. II.

De confiliis. Civium divifiones a quibus inftitutæ? Tribus quot & quales? Qui ab initio & deinceps vocitatæ? Quomodo diftributæ? Curiæ quid? Gentes. Populi: quorum nomina recenfentur. Pediæi, Paralii, Diacrii, quinam? Patricii, Ruftici, Opifices, quales? Atticorum Refpublica duplex. Senatus, Concio, quid?

NUNC quam partem reip. cives Athenienfes regibus dominantibus obtinuerint, & quod jus in civitate habuerint, exquiramus. Multæ autem civium divifiones, communicandæ omnibus reip. gratia prudenter, ut video, funt a regibus inftitutæ. quarum quæ prima, atque antiquiffima fuit, in φυλὰς, id eft, *tribus* diftributa eft. tribus autem quattuor Cecrops major intulit, *Cecropidem*, quam a fe; *Autochthonem*, quam ab Atticis, qui fe αὐτόχθονας, id eft, *indigenas* effe gloriabantur; *Actæam*, quam ab Atticis ad littus habitantibus; & *Paraliam*, quam ab iifdem ad mare (duobus enim Attica, quemadmodum dixi, lateribus mare attingit) incolentibus appellavit, ut fcribit Pollux, & Stephanus. Harum autem numerum fervarunt pofteri illi quidem, fed nomina immutarunt. fi quidem Cranaus unam a fe *Cranaidem*, alteram a filia fua *Atthidem*, tertiam *Mefogæam* a campeftribus Atticæ incolis, & quartam a montanis *Diacridem* nominavit. Cranai vero exemplum imitatus Erichthonius eafdem *Diadem*, *Athenaidem*, *Pofidoniadem*, & *Hephæftiadem*, nimirum ductis a Jove, Minerva, Neptuno, & Vulcano nominibus nuncupavit. & Erichthonii veftigiis infiftens Erechtheus, eafdem ab Jonis filiis, a quo ipfe in bello Eleufinio adjutus fuerat, appellavit ὁπλίτας, ἐργάδας, γεωργοὺς, & αἰγείκορας, id eft, *armatos*, *opifices*, *agricolas*, & *caprarios*. quæ omnia in Pollucis *commentario* funt *octavo*. Plutarchus tamen in *Solone* fcribit, fuiffe, qui putarint, has non ab Jonis filiis, ut Herodotus prodidit, fed a vitæ generibus vocitatas, bello, opificio, agricultura, & paftura. Atque hic numerus, & hæc appellatio ufque ad Clifthenis dominatum, de quo poftea dicemus, incolumis permanavit. Factum eft autem, ut unaquæque tribus in tres item partes divideretur, quas illi ternis item idem valentibus nominibus fingulas appellarunt τρίττυας, ἔθνη, & φρατρίας. quas

quas nos uno Latino curias nominabimus. singulas vero curias in partes tricenas descripserunt, quas γένη, id est, *gentes*, dixerunt. qua in re naturam ipsam, conditionemque anni acute, industrieque admodum expresserunt, qui quattuor tempora ita est complexus, ut eorum unumquodque tres menses, singulos tricenis diebus praeditos assequutum sit. Quare ut anni tempora quattuor, menses duodecim, dies CCCLXV. in toto anno solari fuerunt, sic tribus quattuor, curiae duodecim, gentes CCCLXV. in toto tum Atheniensi populo numeratae sunt. erant autem *gentiles*, quos illi γεννήτας dixerunt, non qui genere, ac sanguine inter se conjuncti essent, sed qui ex gentibus essent iis, quae in curias erant conjectae, societatem inter se quandam, ut etiam *curiales*, quos φράτορας nominarunt, lege, & instituto colentes. itemque qui ex primo genere triginta gentium fuerunt, quos etiam primis temporibus ὁμογάλακτας, id est, *collactaneos*, dictos fuisse, teste Harpocratione, & Suida, scribit Philochorus. Hanc vero divisionem etiam ante Theseum factitatam, indicat Plutarchus, cum scribit, Theseum per singulas gentes Attico populo demigrationem ex agris persuasisse.

Fuit etiam altera civium descriptio in populos, & quidem ante constitutam a Theseo remp. usurpata. quod ex iisdem Plutarchi verbis elicitur, cum inquit, Theseum eam demigrationem per gentes populosque persuasisse. *Populos* autem jampridem appello, quos illi δήμυς vocarunt. quos, si rei rationem attendamus, vicos appellare non incommode fortasse possimus. siquidem Aristoteles in *Poeticis* scribit, quas alii κώμας, id est, *vicos*, dicerent, eos δήμυς ab Atticis nominatos. fuerunt autem oppidula, vicique quibus universa est terra Attica frequentata usque ad Theseum, qui eos ex agris in unam Athenarum urbem convocavit. Neque tamen, cogente Atticos in urbem Theseo, deserti propterea agri, populique sive vici Atticae sunt, sed semper frequentissime culti, ac civium multitudine celebrati. Quod ostendit Thucydides, cum initio Peloponnesii belli, Periclis consilio, jussuque, omnes Atticos in urbem ex agris, quibus mirifice populus ille delectatus sit semper, scribit esse compulsos. atque hoc idem post etiam imminente Atticae terrae Macedonum rege Philippo paullo ante, quam ad Chaeroneam pugnaretur, repetitum esse, Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte* posuit. Ut ergo civis nemo fuit, quin aliquam tribum ex quattuor, sic nemo, qui non aliquem ex populis Atticis obtinuerit, sive ibi, sive in urbe domicilium habuerit. Nomina vero eorum magna a nobis diligentia conquisita, huic mandare commentario placuit, ut iis demum cognitis, totius Atticae, quam quaerimus, civitatis partes, & quasi membra nota, ac perspicua omnibus sint. fuerunt autem Aexone, Athmon, Agraule, Anagyrus, Angele, Araphen, Acharnae, Agnus, Halimus, Aphydna, sive Aphidnae, Aethalidae, Azenia, Amaxantea, Anacaea, Alieus, sive Elaeus, Acherdus, Aegelia, Alopecae, Anaphlystus, Amphitrope, Achradus, Brauron, Butea, Bate, Bessa, Cedi, Cephesia, Cytherus, Cydathenaeum, Cydantidae, Conthyle, Colyttus, Ceramis, Cephale, Cholargus, Cetti, Crepia, Chollidae, Ceriadae, Corydalus, Crioa, sive Criona, Cothocidae, Colonus, Coele, Dedalidae, Diomea, Dirades, Decelia, Echelidae, Epiecidae, Euonimi, Erechthia, Ericea, Erchia, Epicephesia, Ermus, Euripidae, Ecale, Eroeadae, Eleusis, Echelidae, Gargettus, Hippotamadae, Hephestia, Hyba, Icaria, Ionidae, Iresidae, Leuconaeum, Lacia, Lusia, Lambra maritima, Lambra inferior, Lenus, Melite, Myrrhinus, Marathon, Melenes, Oa, sive Oee, Oeum Ceramicum, Oeum Decelicum, Oenoe ad Eleutheras, Oenoe ad Marathonem, Otrynae, Phyla, Pambotadae, Pergase, Phegus, Pitthis, Prasia, sive Prasiae, Probalinthus, Paeania superior, Paeania inferior, Philaida, Phegaea, Plothia, Phlya, Ptelea, Perithoede, Prospalta, Porus, Potamus, Paeonidae, Pelex, Phrearri, Pallene, Phalerus, Pentele, Perrhidae, Phegees, Psaphis, Piraeus, Persidae, Rhamnus, Sypalettus, Sybridae, Stiria, Sphettus, Sunium, Scambonidae, Sphendale, Trinemes, Themacus, Tithras, Tyrmidae, Thria, Thoricus, Thymoetadae, Thorae, Titacidae, Thyrgonidae, & Tricorythus. Atque hos quidem ex Strabonis, Pausaniae, Harpocrationis, Stephani, Suidae, & Hesychii commentariis hausimus. Fuerunt alii quoque qui numerum explerent centum, ut inquit Strabo, septuaginta, quorum nomina temporum injuria exciderunt.

Possumus etiam tertiam divisionem adjungere, qua populus Atticus in *campestres*, *maritimos*, & *montanos*, quos illi πεδιαίυς, παραλίυς, & διακρίυς vocarunt, est dispertitus, quae a Cranao, qui hinc tribuum nomina duxit, ut videtur, illata, usque ad Pisistrati tempora tristis semper discordiarum, & seditionum intestinarum fuit materia. Nam cum montani popularem statum amarent, campestres autem paucorum, maritimi mediam, atque ex his utrisque confusam remp. sectarentur, diu civitatis ocium perturbarunt. quod Herodotus, & Plutarchus in *Solone* memoriae prodiderunt.

His adjici quarta etiam divisio potest, *patriciorum*, *rusticorum*, & *opificum*, quos hujus distributionis auctor Theseus εὐπατρίδας, γεωμορὺς, & δημιυργὺς nominavit, ac primos dignitate, secundos usu, tertios multitudine praestare in civitate, eodem teste Plutarcho, voluit. Hic autem populus quomodocunque divisus duas jam tum tenentibus omnia regibus patrias est adeptus, unam loci, alteram juris. Itaque cum & domi propriam haberet rempublicam & Athenis communem, ad utriusque, cum erat opus, administrationem adhibebatur. princeps tamen, quae Athenis erat collocata, & aliarum quasi domina putabatur, cui regem Atheniensem summo praefuisse cum imperio diximus. Haec autem ita esse, non dubio Veterum testimonio confirmanda mihi videntur. Thucydides libro primo: *Cecropis*, inquit, *& primorum regum aetate Attica perpetuo usque ad Theseum oppidatim est habitata, & prytaneis, & magistratibus usa. neque vero nisi duris temporibus conveniebant ad regem de rebus communibus deliberaturi. sed per se quisque civitatem gubernabat, ac consilium capiebat. quin etiam nonnulli eorum aliquando bellum cum regibus susceperunt, ut Eleusinii adjuncto Eumolpo cum Erechtheo. postea vero quam Theseus regnum obtinuit, vir non tam prudentia, quam opibus clarus, cum aliis in rebus regionem constituit, tum vero aliorum oppidorum curiis, quae illi buleuteria nominarunt, & magistratibus dissolutis in eam, quae nunc est, urbem una curia, & uno prytaneo constructo, omnes ad incolendum contraxit, & tractantes res suas quenque, ut antea, uno uti oppido coegit. quod omnibus demum ad id conferentibus auctum, ac posteris a Theseo traditum est.* Neque vero Plutarchus aliter censuit, cum seditionem adversus absentem Theseum a Menestheo concitatam exponens, potentes in civitate homines a Theseo alienatos fuisse inquit, quod cernerent, imperium, & regnum singulis populorum patriciis, cum

in unam urbem conclusi sunt, esse ademptum; plebejos autem vehementer commotos, quod patriis, & sacris suis spoliati essent ad id, ut pro multis, & bonis, & legitimis regibus in unum dominum advenam, & peregrinum intuerentur. neque enim Theseus ab omnibus pro Ægei regis filio habebatur. Quin etiam idem communem Atticis omnibus fuisse remp. ante Theseum innuit, cum difficiles eos fuisse inquit, quippe in agris dispersos, qui ad publica de communibus commodis consilia convenirent, additque prytaneis, & curiis, & magistratibus apud quosque eversis, unum omnibus prytaneum, unamque curiam ibi, ubi sua etiam ætate visebantur, ædificasse. Quibus ex verbis illud elici mihi videtur posse, quod a verisimilitudine non abhorret, si singuli Atticæ populi ante constitutam a Theseo civitatem sua prytanea, & suas curias ad jus dicendum, & consilium de summa rep. ineundum habuerunt, multo verisimilius Athenis post descriptam ab eo remp. & prytaneum, & curiam aliquam extitisse. Ac de prytaneo quidem non dubito, quod urbis penetrale fuit, ubi quibus is honos datus esset, publice vescerentur; quoque magistratus juris dicundi caussa convenisse traduntur. Senatus autem, ad quem de summa rep. referrent, qualis regibus fuerit, haud sane mihi certum est. At cum populo eos egisse, ejusque suffragiis multa sanxisse, facile adducor, ut opiner. hoc enim ostendit, si attendimus, aperte satis Thucydides, cum Atticos ait non nisi dubiis in rebus ad regem Atheniensium convenisse, & Plutarchus, cum ægre eos Athenas convocari inquit potuisse. Habeo etiam auctorem Demosthenem in oratione, quam scripsit *adversus Neæram*, Athenienses post institutam a Theseo remp. nihilo minus regem ex iis, qui virtute in populo viderentur excellere, porrigendis manibus designasse; Lycurgum autem in oratione *contra Leocratem*, civitatem Atheniensium post Codri interitum Cleomanti Delpho, posterisque ejus perpetuum in Prytaneo victum publicum decrevisse, quod occultum sibi oraculum, unde victoriam illam de Doribus pepererant, indicasset. At quemadmodum aut reges, aut mortuis regibus interreges populum advocarint, aut eum de rebus publicis consuluerint, aut in suffragia miserint, inter alia nimia vetustate incomperta hoc quoque referendum est.

CAP. III.

De Judiciis. Quot & qualia fuerint apud Athenienses? Areopagus a quo institutus? Prytaneum quando conditum? Delphinium quid, & quibus consecratum: Palladium quo tempore fundatum? Ejus origo qualis? Phreattium quid, & quando excitatum? Heliæa, Trigonum, Parabystum, Metychium, qualia fora, & a quibus constituta? Lyci decas *quid? Judices quales fuerint?*

NEQUE vero reges, & hujus reip. fundatores judicia neglexisse, ac reliquisse intracta videntur. si quidem fora judiciorum, ab illis *dicasteria* nominata, quæ postea magna in laude fuerunt, a regibus sunt omnia constituta, quod de multis affirmare, de nonnullis etiam facile suspicari licet. quorum autem certa ad nos pervenit notitia, omnia de cæde fuerunt, Areopagus, Prytaneum, Palladium, Delphinium, & Phreattium quorum origo fuisse fertur ejusmodi.

Areopagum Cecrops major instituit. Eusebio enim ita scribenti potius assentior, quam iis, quos scribit Plutarchus existimasse, eum a Solone primum esse descriptum; ut autem ei assentiar, me & gravissimorum virorum auctoritas, & antiqua vulgatæ fabulæ fama adducit. quid autem gravius est Aristotele? at ille in secundo *de Rep.* Solonem scribit Areopagitarum consilium, cum esset antea, evertere noluisse. Apollodorus autem, Dædalum, qui Ægeo regnante floruit, de cæde in Areopago condemnatum narrat, & Pausanias in *Messenicis* Messenios tradit, cum in offensionem Lacedæmoniorum primum incidissent, unde postea gravia inter eos bella multa sunt consequuta, Æsimede decennali Archonte rempub. moderante, caussam ad Areopagitarum consilium deferre voluisse, quod judicium antiquitus Athenis de cæde erat constitutum; in *Achaicis* vero, Spartanos Codri regis tempore ab Atheniensibus in urbe violatos, ad aras dearum, quæ Severæ dicuntur, in Areopagum se recepisse. Fabula autem ea est, cujus cum Pausanias in *Atticis*, tum Demosthenes in oratione *adversus Aristocratem* meminerunt, cum scripsere, deos in hoc foro voluisse, tum dare de cæde pœnas, & expetere, tum vero judices esse iis, qui inter se judicio decertarent; expetisse Neptunum de Halirrhotii filii nece a Marte, judices se Eumenidibus, & Oresti deos duodecim præbuisse. Qui vero caussas hujus nominis indagarunt, duas in primis attulerunt, unam, quod ibi judicium de cæde sit constitutum, quæ nomine Martis exprimitur; alteram, quod ibi Mars, cum a Neptuno in judicium est adductus, hastam defixerit. id quod Suidas in *collectanea* rettulit. Addit etiam Pausanias, spectatam ibi esse ætate adhuc sua Minervæ Areæ aram, quam Orestes quondam absolutus dicarit, in proximo autem ædem dearum, quæ Severæ dicerentur, fuisse; eodemque in loco Plutonis, Mercurii, & Telluris signa extitisse, ad quæ rem divinam facerent quicunque capitis periculo emersissent. Deas autem Eumenides propterea consecratas, inquit Ulpianus *ad Medianam*, quod, cum de cæde in Areopago cognosceretur, si quid eos lateret, ad id coarguendum, & in lucem proferendum deas vicinas opem laturas existimarint. In hoc ergo loco de cæde consulto facta ab iis judicibus, qui inde Areopagitæ nominabantur, est judicatum.

Post Areopagum sequutum est Prytaneum, Erechtheo regnante conditum. in quo de ferro, aliisque rebus inanimatis, unde mors esset consequuta, quæstio habita est. scribit enim Pausanias, regnante Athenis Erechtheo Buphonum ad Poliei Jovis aram bovem mactasse, statimque relicta bipenne ex finibus excessisse, bipennem autem judicio absolutam. Demosthenes autem in eadem, quam modo commemoravi, *oratione* inquit, si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam illapsum percussisset, atque aliquis, a quo id confectum esset, nesciret, sed telum, quo cædes facta esset, nosset, ac teneret, ei fuisse in Prytaneo judicium intentatum.

Successit inde Delphinium ab Ægeo rege Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ, teste Polluce, consecratum. in quo caussam dicebant, qui cædem se fecisse faterentur, sed jure fecisse defenderent. Itaque Theseum narrat Pausanias, cum Pallanta, ejusque filios res novas adversus se molientes interemisset, ibi esse absolutum, cum ante Theseum interfector exilii caussa solum verteret, aut talionis pœnam subiret. Demosthenes tamen ita de eo loquitur, ut post Orestis judicium, quo matrem se necasse confessus, jure tamen se ulciscendi patris caussa occidisse contendit, hoc fo-

rum institutum videatur innuere. Orestem autem caussam arbitror regnante Demophoonte dixisse. si quidem anno primo Demophoontis regis Ilium ab Agamemnone dicitur esse excisum.

Palladii certe regnante Demophoonte fundamenta jacta omnes consentiunt. at in exponenda tantæ rei origine prorsus discrepant. Narrat enim Harpocratio, Agamemnone, & Argivis cum Palladio ab Ilio Athenas appulsis, Demophoontem Palladium rapuisse, & plerosque eorum, qui vim propulsabant, interfecisse, forumque in quo quinquaginta Athenienses, & totidem Argivi de cæde inconsulta, & insidiis judicarent, constituisse. Pausanias autem Demophoontem refert in hoc foro primum caussam dixisse, neminem ambigere; at cujus is criminis reus fuerit, non inter omnes convenire. *Diomedem quidem*, inquit, *tradunt, cum in patriam reveberetur, per noctem viæ errore ad Phalerum appulsum esse, & Argivis, qui cum eo erant, in agrum, tanquam in hostilem, prædandi gratia excurrentibus, ut qui aliam esse, quam Atticam terram, eam inter tenebras crederent, Demophoontem regem & ipsum nescientem, Argivorum eam classem esse, ad propulsandas populationes excitum; ubi cum aliquot interfectis Palladio erepto domum rediret, ab ejus equo Atheniensem hominem subversum interiisse. Ita Demophoontem alii ab ejus, qui interfectus fuerat, propinquis: alii vero ab Argivis reum factum prodiderunt.*

Quintum forum Phreattium eodem Demophoonte rege arbitror excitatum, reverso a bello Trojano in Salaminem patriam Teucro. Hunc enim primum omnium in hoc foro caussam dixisse narrat Pausanias, cum se apud Telamonem patrem nullam Ajacis fratris necis culpam sustinere defenderet. Phreattium autem a Phreatto antiquo heroe quodam nomen duxisse, prodidit, teste Harpocratione, in libris *de Legibus* Theophrastus. Meminerunt hujus fori Demosthenes, & Pausanias, atque ambo quidem eodem modo. Demosthenis autem verba tantum, quia illustrissima sunt, huc ex oratione *contra Aristocratem* afferam. *In Phreatto*, inquit, *caussam dicere, lege jubetur, si quis ob cædem non cogitatam in exilium profectus, nondum iis, qui illum exegerant, ei conciliatis, alterius voluntariæ cædis insimuletur. neque enim quia ille huc venire non potest, eum neglexit, qui hæc singula descripsit. neque propterea, quod prius tale quid patrarit, simile crimen satis in eo probatum censuit. sed rationem iniit, qua & pietati consuleret, & illum nec defensione, nec judicio spoliaret. deduxit ergo judices eo, quo huic accedere licebat, demonstrato regionis maritimo quodam loco, qui in Phreatto nominatur. deinde ille navi accedens, terra non contacta verba facit. illi vero audiunt, & judicant in terra. quod si convincitur, pœnas luit cædi voluntariæ constitutas. sin evadit, eo crimine liberatur, & exilium ob priorem cædem indictum sustinet.* Locum autem hunc ad Phalerum fuisse Pausanias, reum sine retinaculo, ac sine anchora ex navi caussam dixisse, Pollux adjecit. Hæc sunt fora quinque, in quibus de rebus capitalibus, quas illi φονικὰς dixerunt, est disceptatum. quorum quattuor video mentionem fecisse etiam Aristotelem in *Politicis*, cum de judiciis constituendis in civitate præciperet. *Caussarum*, inquit, *capitalium genera sunt, sive inter eosdem judices, sive inter alios res agatur, & quæ de industria, & quæ inconsulto patrantur, & quæ conceduntur illa quidem, sed jure facta defenduntur. & quarto loco quæcunque iis, qui de cæde exulant, in reditu objiciuntur. quale Athenis dicitur forum, quod ad Phreattum vocatur.* Quem in locum interpretes omnes mirifica prope portenta quædam loquuntur.

Neque vero hæc sola a regibus fora esse arbitror constituta. cujus enim justitiæ, aut prudentiæ foret, capitalibus caussis tam diligenter consuluisse, reliquis vero, quæ prope infinitæ sunt, & publicis, & privatis judicium nullum comparare? Itaque & Heliæam, & Trigonum, & Parabystum, & Metychium, quæ nomina judicialibus foris fuerunt, a regibus fuisse descripta omnia puto. Heliæam quidem maximum inter omnia fora fuisse testatur Pausanias; Ulpianus autem ita dictum affirmat, aut quod eo maxima hominum multitudo convocaretur, aut quod a sole locus illustraretur. Trigonum autem a loci forma; Parabystum ab obscuro, in quo situm esset, loco; Metychium a Metycho architecto nomen adeptum, Pausanias, Pollux, Harpocratio, & Hesychius memoriæ prodiderunt. quanquam ex eorum verbis non apparet, regia ne in rep. an tantum in populari fuerint celebrata; a Solone certe, qui illam remp. legibus postea temperavit, non videntur inducta.

Narrat porro Harpocratio, Eratosthenem scriptum reliquisse, Lycum heroem ante fora Atheniensium lupi imagine præditum constitutum fuisse, ad quem qui donis judicia corrumpebant, in decem divisi convenerint, unde *Lyci decas* manarit: Aristotelem autem in Atheniensium rep. Anytum corrumpendorum judiciorum auctorem prodidisse.

Quod autem ad judicium, eorumque qui judiciis præessent, rationem, & veterem eorum judiciorum consuetudinem pertinet, nihil sane mihi legisse videor, nisi quod scribit Harpocratio, in Areopago Areopagitas, in Palladio Ephetas judicasse: Ephetas autem centum Athenienses, centumque Argivos illos fuisse, qui inconsultæ cædis caussis cognoscendi præfecti sunt. His autem judiciis omnibus aut regem, aut regis amicos præfuisse, easque quæstiones, & lites cognovisse, facile mihi persuaserim: primum quia ex Aristotelis auctoritate supra statuimus, reges judicia exercuisse; deinde quia magistratus ii, qui in horum locum, remotis a rep. regibus, successerunt, his maxime judiciorum muneribus occupati fuerunt. Regem enim capitales caussas in Areopagum introduxisse, eundemque de rebus inanimatis quæstiones exercuisse, uno in loco notat Pollux, in alio vero suos ipsum amicos, qui Græce φιλοβασιλεῖς dicebantur, ei judicio præfecisse, eosque delapsum telum inanimatum e finibus ejecisse. ex quo intelligi potest, aut regem hæc judicia exercuisse, aut, si regi non vacaret, amicos eis suos præposuisse.

CAP. IV.

De Magistratibus. Pauci ii fuerunt. Polemarchus, Quæstor, Colacretæ, Naucrari, Phylarchi quinam? Sacra Minervæ unde originem trahant? Neptuni itidem: ut & Jovis, Cereris, Apollinis, Dionysii. Sacra alia varia: Metœcia, sive Synœcia, Araturia, Thargelia, &c. His omnibus quales Sacerdotes præfecti?

JAM vero de magistratibus, quibus reges aliquid publici muneris tractandum permiserint, multo obscurior historia est. Paucos tamen in regno fuisse magistratus, libet suspicari, vel quia res omnino tum parvæ fuerunt, vel quia penes regem omnia erant, iidemque per amicos fortasse suos pleraque procurabant. Polemarchum tamen, id est, *belli præfectum*, regibus affuisse, Pausanias indicat, cum scribit, Erechtheum regem

Jone Xuthi filio in bello Eleusinio polemarcho usum esse. nam de Quæstoribus Pollux, & *Vesparum* Interpres testes satis idonei sunt, qui antiquos publicarum sacrarumque pecuniarum custodes, Colacretas dictos prodiderunt: itemque in *Parallelis* Plutarchus, qui Pyrandrum in Eleusinio bello quæstorem fuisse narrat. Reliqui vero fere Naucrari exiterunt in singulis tribubus duodeni, in singulis curiis quaterni, qui præter cetera munera, tributa populis Atticis imposita, eorumque impensas suffragiis subjecisse feruntur. nam unamquamque Naucrariam equites duos, & navem unam præbuisse, auctor est Pollux: itemque Phylarchi quattuor, qui, teste Herodoto, singulis tribubus singuli præfuerunt.

Jam vero religionem a regibus constitutam in primis, multa indicio sunt, sed maxime sacrorum multitudo, quæ in ea civitate curata sunt. quorum magna ex parte auctores, conditoresque reges fuere. Inter ceteros autem deos Minervam antiqua religione, & cærimonia coluerunt, quippe cui urbem, agrumque jam inde ab initio consecrassent, ac se, fortunasque suas dicassent. Hinc Athenæa sacra Erichthonius intulit, eaque ut quotannis solemnia permanerent, instituit. nam Panathenæa quinto quoque anno agi, quæ Magna dicerentur, postea sanxit Theseus, quod Harpocratio, & Libanius, & Pausanias in *Arcadicis* prodidit. Narrat etiam idem in *Atticis*, cum urbem, tum agrum Atticæ universum Minervæ sacrum fuisse, & populos cum suos quenque deos privatim coluisse, tum Minervæ communiter rem divinam fecisse, signumque ejus omnium sanctissimum de communi omnium populorum consilio dedicatum in arce, tum cum ea oppidi nomine appellaretur. Hinc etiam virgines emanarunt, quæ *κανήφοροι* dictæ sunt, quod in pompis cistas ad deam ferrent, in quibus essent, quæ ad sacrificium pertinerent. quas dignitate præcellentes ab Erichthonio rege lectas ex Philochori sententia prodit Harpocratio.

Eadem etiam ratione summos Neptuno honores habuerunt, sacris scilicet Posidoniis, & mense Posideone, & communi ei cum Minerva sacerdote dicatis. Narrat enim Apollodorus, mortuo Pandione, Erechtheo regnum, sacerdotium vero Minervæ, & Neptuni Buti fratri ejus esse delatum. Hic est autem Butes, a quo qui profecti sunt, Butadæ, & Eteobutadæ fuerunt, ex quibus lectam esse sacerdotem Harpocratio scribit, quæ sacra Poliadis Minervæ obivit.

Jam vero Jovi quantum cultum tribuerint, declarant diversa ejus numina, quæ sunt variis inditis cognominibus eleganter expressa. Si quidem Jovem venerati sunt *πολιοῦχον*, sive *πολιέα*, *βουλαῖον*, *φράτριον*, *φίλιον*, *ἕρκειον*, *κτήσιον* & *μειλίχιον*. eique dies festos, Pandia, Diasia, & Diipolia consecrarunt. Quid de Cerere, & Proserpina dicam? quas illi sanctissima quadam religione videntur observasse, nimirum beneficii memores, quo a Cerere Proserpinam filiam quærente affecti sunt, cum ab ea serendi frumenti incognitam ante rationem didicerunt. Itaque Thesmophoria, quæ & Mysteria, & Initia dicta sunt, ab Erechtheo rege, ut in Eleusine fierent, sancta sunt. quorum originem Arnobius libro *adversus Gentes* quinto diligenter est persequutus. atque hæc quidem Magna dicta. parva vero, quæ postea Theseus, ut scribit Plutarchus, instituit, ut iis Herculem, tum forte hospitem suum, initiaret. ac parva quidem mense Antestherione, magna vero Boedromione confecta ex ejusdem Demetrio, & Phocione didicimus. Hinc in mysteriis peragendis Eumolpidæ, hierophantæ, daduchi, ceryces, mystæ, & epoptæ nobilitati. Eumolpidæ autem sacerdotes fuerunt, ab Eumolpo, qui Cereris initia in Eleusine primus fecit, genus ducentes, eorumque sacrorum custodes, de quibus Interpres *Oedipi Colonei* in hunc fere modum: *Quæritur, cur Eumolpidæ initiis præsint, cum sint peregrini. respondetur, placere Istro, Eumolpum Triptolemi ex Deiope filia nepotem, non Thracem, Eleusinia mysteria instituisse; Acesidorum vero censere, quintum a primo Eumolpo fuisse, qui initia demonstrarit; ex Eumolpo enim Cerycem natum, ex quo Eumolpum, ex quo Antiphemum, ex quo Musæum poetam, ex quo Eumolpum, qui mysteria docuit, quæ quotannis Cereri, & Proserpinæ fiunt. Ceryces autem, qui ejus sacri ministri fuerunt, a Ceryce natu minimo Eumolpi filio originem duxerunt.* Alii tamen Cerycem non Eumolpo, sed Aglauro Cecropis filia, & Mercurio natum, ut in *Atticis* exponit Pausanias, prodidere.

Quin etiam magnum honorem Apollini, & Dianæ adhibuerunt. argumento est, quod communiter Apollinem patrium, ex Jonis Xuthi filii instituto, coluere, qui Erechtheo regi, ut diximus, opem in bello Eleusinio tulit, eaque de caussa, ut scribit Harpocratio, sacra Boedromia instituere, & quod, eodem teste, Metagitnia Apollini dedicarunt, a vicinitate populorum inter se contracta. quod in libro *de exilio* ostendit Plutarchus, inquiens: *An vero peregrini, & expertes civitatis sunt Athen. illi, qui ex Melita in Diomidem commigrarunt, ubi etiam mensem Metagitnionem, & sacra commigrationis Metagitnia peragunt, mutuam cum alteris vicinitatem hilari, & læto animo excipientes?*

Nam de Dionysio neminem puto expectare dum dicam, cui Dionysia bina dicata, satis constat. in Demosthenis enim *Mediana*, & Æschinis *Timarchiana* scriptum est, Dionysia in urbe, & in agris confecta. Quem morem declarare *Acharnensium* videtur Interpres, cum scribit, ludos Dionysio bis in anno actos; primum vere in urbe, cum tributa a sociis pendebantur; iterum in agris in Leno, cum peregrini propter hiemis difficultatem interesse non poterant. cujus rei mentio in Stephani quoque commentario *de Urbibus* reperitur. Quin etiam ille idem eodem in loco ex Apollodori sententia prodit, Anthesteria communi nomine festos dies, qui Dionysio agerentur, vocari, partes vero Pitœgiam, Choas, & Chytram. Choas autem octavo Pyanepsionis, aut, ut aliis placet, decimo Anthesterionis concelebrari. Non est consilium, hoc loco sacra omnia Atheniensium persequi, sed tamen Metœcia, sive Synœcia tacitus præterire non possum, quæ scribit cum Plutarcho Thucydides in honorem deæ instituta a Theseo, tum cum Atticos ex agris in urbem compulit, & eos in unam quasi domum convocavit: neque Apaturia, quæ Melanthus, qui postea rex fuit, victo per fraudem singulari certamine hoste Xantho, suscepit. quorum quattuor dies fuerunt; primus *δόρπεια*, in quo curiales inter se convenientes epulabantur; secundus *ἀνάρρυσις*, in quo Jovi Curiali, & Minervæ rem divinam faciebant; tertius *κουρεῶτις*, quo pueros, & puellas inter curiales referebant. addunt etiam quartum quidam, ut inquit Suidas, *ἐπίβοδην*. Jam vero summæ etiam antiquitatis sacra fuerunt Thargelia, Plynteria, Hephestia, Promethea, & Chalcea, quæ vetere instituto, & more majorum Athenis sunt observata. His autem sacris operam dedisse reges, & reginas, ad ea, quæ supra ex Aristotele attulimus, Demosthenis etiam non obscura accedit auctoritas, qui in actione *contra Neæram* ita loquitur: *Quondam erat dynastia in civitate, & regnum erat eorum, qui in omni ætate excellerent, quia indigenæ essent. Sacrificia vero omnia rex faciebat, & quæ arcana erant, uxor ejus curabat, cum esset regina.*

posteaquam vero Theseus eos in unum compulit, regem nihilominus populus creabat. uxorem autem ejus civem lege statuit esse, & quæ nulli antea viro nupsisset, ut arcana sacra pro civitate more patrio faceret. Neque vero solum reges, sed etiam amici regis operati sacris sunt, in Regia porticu confidentes prope Bucoleum, ut notat Pollux. Multos autem sacerdotes propterea a regibus institutos, cum conjectura probabile est, tum quibusdam etiam vestigiis indicatur. Aristides enim in *Panathenaica* refert, Erechtheum, cum in bello Eleusinio filiam devovisset, referendæ gratiæ caussa ab Atheniensibus deorum, qui in arce essent, assessorem esse creatum. Erechtheo vero ipsi post mortem consecrato sacerdotem destinatum Cicero innuit in tertio *de natura deorum*. *Sed si sunt hi dii*, inquit, *certe est Erechtheus, cujus Athenis & delubrum vidimus, & sacerdotem*. Præterea Leonis civis Atheniensis filiabus, quæ civitate pestilentia oppressa devotæ pro salute publica erant, sacra, templumque nomine Leocorium institutum esse, ibid. Aristides demonstravit. postremo multa Theseo, multa Herculi fana dicata, in Plutarchi, & Pausaniæ monumentis animadvertimus. ex quibus intelligi potest, in tot deorum, heroum que tantis honoribus magna etiam sacerdotum multitudine religiosæ præsertim, & præter ceteras cultui divino deditæ civitati opus fuisse.

CAP. V.

De populari Rep. Atheniensium. Democratiæ tempora. Eadem quotuplex, & a quibus instituta? Thesei Respublica: ut & illa Draconis. Archontes quinam, & quot fuerint? Ipsis commissa Respubl. Eorum jura. Solonis Resp. præ ceteris celebrata. Clisthenis, Aristidis ac Periclis Resp. Qui deinceps administrata? Civis duplex statuitur.

EXPRESSA, vel potius, quoquo modo in tanta temporum prope caligine potuit, adumbrata Atheniensium regni forma, sequitur, ut popularis reip. statum litteris, quoad consequi possumus, persequamur. complectemur autem totum tempus illud, quod est a tertio XXIIII. Olympiadis anno usque ad secundum centesimæ decimæ octavæ, quod est spatium annorum trecentorum viginti quinque. illo enim demum anno, Archontibus decennalibus abrogatis, fundamenta primum popularis reip. sunt instituta; hoc vero paucorum, qui nuper invaserat, dominatu everso, sunt restituta. qua historia nihil esse judico aut ad dignitatem magnificentius, aut ad utilitatem fructuosius, aut ad lectionis voluptatem certe jucundius. siquidem hoc temporum intervallo extiterunt, quæcunque Athenienses unquam memoratu digna aut cum barbaris, aut cum Græcis bella gessere, omnes insignes seditiones, omnes illustres populi motus hoc tempore emerserunt. qui aut bellica laude, aut senatoria, aut doctrinæ, aut eloquentiæ gloria Athenis unquam floruere, quos innumerabiles fuisse accepimus, omnes hoc sæculo viguerunt. post olympiadem autem CXVIII. satis Athenienses habuere, si recuperatam beneficio Demetrii, Antigoni Macedonum regis filii, antiquam libertatis, & reip. possessionem retinere inter tot potentissimorum regum, & florentissimorum populorum arma potuerunt. Etenim post mortem Alexandri Magni adeo multi, magnique in Asia, & in Europa reges sunt exorti, & Romanorum vires in Italia ita creverunt, ut Romani cum Græcis populis regibusque facile armis jam contendere, reges autem Græcorum populorum opes, si bello de-

A principatu decernendum esset, nullo etiam negocio evertere, ac labefactare possent.

Hanc autem remp. cum complector animo, duplicem fuisse invenio; unam, quæ in ditiorum civium imperio fuit, alteram, quæ in omnium liberorum. Prior a Theseo rege instituta, post a Dracone: & a Solone legibus, & magistratibus est instructa. posteriorem Clisthenes, Aristides, & Pericles, aliique, qui popularem gratiam aucupati sunt, induxerunt. Hæc autem per quadringentos primum, deinde per triginta Tyrannos, post per Cassandrum Antipatri Macedoniæ regis filium
B labefactata, rursus per Theramenem, Thrasybulum, & Demetrium Antigoni filium restituta est. Draco autem primus popularem remp. jam tum a Theseo descriptam legibus, ut significat etiam in *Politicis* Aristoteles, temperavit. Quæ cum haud ita multo post civili seditione, atque partium discordia ad paucorum dominatum recidisset, melioribus a Solone legibus, & magistratibus est astricta. At vero cum paucis post annis Solonis remp. tyrannide in civitatem illata, Pisistratidæ delevissent, Clisthenes Alcmæonis filius, vir & civis egregius, exactis tyrannis, eam non solum,
C ut inquit Herodotus, restituit, sed etiam, ut censuit Aristoteles, auxit. Sequutæ inde res sunt Medicæ, quo tempore virtus Atheniensium maxime in propugnanda libertate Græciæ adversus incitatos Darii, Xerxisque armorum impetus admirationi omnibus fuit. tum vero Aristides, qui plurimum ex iis bellis auctoritatis erat adeptus, & post eum vir manu, & lingua promptus, Pericles popularem hunc reipublicæ statum amplificarunt, cum omnia plebi, & imperitæ multitudini tradiderunt, quibus Solonis legibus ei fuerat interdictum. Quoad clade omnium maxima in Sicilia accepta, cum exercitum, ducesque omnes, & præclarum in primis civem, & imperatorem
D Niciam misere amisissent, statum reipublicæ quadringentis viris commiserunt, atque ex populari paucorum dominatum reddiderunt. Quibus paulo post, cum se impotenter, superbe, & crudeliter in civitatem gererent, duce Theramene, viro fortissimo, a reipublicæ dominatione semotis, & abrogatis, vetus popularis respublica est revocata. Quam cum per septem annos tenuissent, rursus amiserunt, cum obsessi a Lysandro Lacedæmonio, fameque afflicti, populari statu cedere, & rempublicam triginta viris permittere jussi sunt. Qui eadem, qua quadringenti ante, via ingressi eundem
E exitum ductu Thrasybuli exulis Atheniensis, a quo recepta rep. & reducto a Phyla in urbem populo, armis exacti sunt, facile invenere. Postremo autem cum bello Lamiaco Antipatrum Macedoniæ regem jam Alexandro mortuo lacessissent, neque postea impetum ejus in se, & diuturnam sustinere obsidionem possent, ei ita se tradiderunt, ut populari rep. dimissa, paucorum divitum dominatum acciperent. quem cum per annos decem & septem, Demetrio Phalereo cive suo, quem Cassander imposuerat, omnia pro arbitrio gerente, per-
F tulissent, tandem a Demetrio Antigoni filio, atque adeo ab ipso Antigono liberati antiqua instituta, itaque omnia beneficio illorum singulari recuperarunt; in iisque post per multa secula permanserunt.

Nos autem popularem utranque remp. descripturi, ordiamur primum a priore. Hæc Thesei resp. dici potest, quia ad exemplum ejus, quam quondam descripserat Theseus, est instituta. quin etiam respublica potest Draconis vocari, quod ei Draco primus leges dederit. Neque vero quorum consilio, & qua occasione vetere abrogato Archontum imperio popularis potissimum respublica placuerit, in Veterum commentariis ullis reperio. Il-

lud tantum invenio scriptum apud Isocratem oratorem in *Panathenaica*, Theseum civitatem populo administrandam permisisse, Athenienses vero summe laudandos esse, qui institutam a Theseo remp. receperunt, quod cum rerum publicarum ignari, & rudes essent, non errarint in ea deligenda, quæ omnium confessione non solum communissima, & justissima, sed etiam utilissima, ac jucundissima esset. instituisse enim popularem reip. statum; non eum, qui præcipiti animi impetu gubernatur, & qui libertatem in intemperantia, beatitudinem in quidlibet faciendi licentia poneret; sed qui hæc ejusmodi omnia improbaret. Ego autem sic existimo, populum Atheniensem Codridarum, sive Medontidarum diuturni imperii tandem esse pertæsum, quippe qui nimia, ut supra dixi, libidine, luxuriaque deffluerent, ac Thesei, & disciplinæ ab eo quondam traditæ recordatum, ut est suavis libertatis sensus, & rerum novarum dulcis aspectus, ad eam remp. quæ de libertate una cogitat, nimirum popularem animo inclinasse. Hanc tamen non statim illi legibus fundarunt, credo, quod nemo dum ita sapientia excellere in civitate putaretur, ut leges tum paucis cognitas, institutæ reip. consentaneas posset excogitare. anno vero postquam populus præesse reip. cœpit, sexagesimo quarto, trigesimæ nonæ olympiadis anno quarto, ut Eusebius, & Clemens memoriæ prodiderunt, Draconi resp. legibus constringenda commissa est. Hunc narrat Gellius civem fuisse Atheniensem, virum probum, & multa prudentia præditum, jurisque divini, & humani peritum, primumque omnium leges scripsisse, quibus Athenienses uterentur: verum, ut inquit Plutarchus, usque adeo graves, & acerbas, ut noxis omnibus pœnam capitalem adscripserit; quippe qui in eos, quos ignavos fuisse, atque olera, pomave surripuisse comperisset, æque atque in sacrilegos, & homicidas animadverti voluerit. Unde illustris vox illa Demadis dimanavit, *Draconis leges sanguine fuisse, non atramento descriptas*. Cujus rei cum caussam ab eo quidam quæsisset, respondisse fertur, parvas quidem se culpas ea pœna dignas existimasse, magnis vero quam majorem constitueret, nullam habuisse. Usi sunt autem iis per annos XXVII. usque ad olympiadis quadragesimæ sextæ annum tertium. quo anno Solo remp. intestinis afflictam discordiis, novis legibus, & institutis erexit. Popularis autem resp. ea primum placuit, ut populo quidem universo concio, & judicia, at magistratus, & sacerdotia solis patriciis paterent: Hoc autem Thesei institutum fuerat. de quo Plutarchus, *Cum civitatem*, inquit, *magis augere vellet, omnes ad æqualem reip. partem vocavit. unde illud, ut narrant, emanavit, quod edictum esse Thesei existimatur. Huc adeste omnes populus. neque tamen democratiam inordinatam, & confusam propter indiscretam multitudinem in civitatem influentem est passus, sed primus populum in patricios, & rusticos, & opifices distinxit. atque patricios res divinas cognoscere, & magistratus gerere, & leges, ac sacra interpretari voluit. æquavit autem eos cum aliis civibus, cum dignitate patricii, usu rustici, multitudini opifices anteirent*. Hæc Plutarchus fere. Hoc autem post a Dracone quoque in instituendis legibus esse retentum docet idem, cum ait, Solonem pauperes jure magistratuum spoliasse, idque ut ante fuerat, divitibus, & patriciis reliquisse. Illud autem maxime populare visum est, quod pro uno reip. præfecto, quem in decennium archontem creabant, novem instituerunt, qui tantum magistratum in annum gererent. Significat autem hoc non obscure Eusebius, cum inquit, expleto archontis Erycis decennio Athenienses remp novem principibus mandasse ex cuncta civitatis nobilitate selectis; & Vellejus, cum scribit, consuetudinem archontum in decem annos creandorum in annos LXX. mansisse, ac deinde annuis commissam magistratibus remp. esse; ex iis, qui denis annis præfuerunt, primum fuisse Charopen, ult. Erycem; ex annuis primum Creontem. Neque vero dubitandum videtur, quin novem principes fuerint, qui Græce novem archontes dicuntur, nempe, Rex, Archon, Polemarchus & Thesmothetæ sex. quibus jus omne, quod primum regum, deinde archontum fuerat, ita est divisum, ut in eorum manu, & potestate tota esset resp. Cur autem his signati nominibus sint, nemo tradidit. Mihi vero in eorum potestatem, & nomen attentius intuenti, illud sequuti Athenienses videntur, ut quoniam regum, & archontum imperio diu obtemperarant, ne illa omnino vocabula jam prope populo sancta oblitterarent, aliquem etiam regem, & archontem, sed minore multo, eaque breviore cum potestate in populari rep. esse voluerint, & quia reges in bello Polemarchum adhibuerant, hunc quoque militiæ retinuerint. ne vero civitatis legibus carentis administratio in unius, ut ante, voluntate consisteret, sex thesmothetas, quasi juris totius custodes, crearint. De communi autem novem archontum ante Solonis legislationem imperio admonet nos *lib. primo* Thucydides, cum in Cylonia seditione exponenda, quæ ante, quam Solo leges daret, est excitata, inquit, arce a Cylone occupata statim ex agris omnes accurrisse, & Cylonem obsidione cinxisse; quæ cum in longum duceretur, Athenienses fessos plerosque recessisse, custodia novem archontibus commissa, & potestate summa rei, ut eis optime videretur, gerendæ concessa, tum enim plerasque res civiles novem archontes administrasse. Confirmat idem Plutarchus in *Solone*, qui ait, Megaclem archontem, & collegas Cylonios socios ex arce degressos contra datam fidem ad aras deorum obtruncasse. Hos autem eosdem prytanes naucrarorum vocavit Herodotus, cum de eadem re loquens scripsit, Cylonios socios ab aris deorum a prytanibus naucrarorum, qui tunc Athenas gubernabant, esse abstractos. erant autem naucrari magistratus in singulis, ut supra dixi, tribubus duodeni, qui, ut ante regibus, sic postea novem archontibus videntur fuisse subjecti. Quin etiam, quæ scribit Suidas, huc referenda sunt. scribit autem, novem archontibus una judicare ante Solonis legislationem non licuisse, sed regem sedisse ad Bucoleum, qui locus erat prope Prytaneum, archontem ad Eponymos, thesmothetas ad Thesmothesium, jusque tum absoluti judicii habuisse. Quibus ex rebus intelligi potest, multo majore, antequam Solo ad remp. legibus vinciendam accederet, novem archontes fuisse in rep. auctoritate, quam postquam ille eam legibus temperavit. Quæret quispiam, qua re potissimum? non possum de singulis ejus partibus in tanto scriptorum silentio affirmare. sed eos tamen populi concioni, judiciis, sacris, reique bellicæ præfuisse, facile ducor ad opinandum, cum eos in regum, archontumve, penes quos hæc omnia jura erant, locum successisse considero. Quemadmodum tamen illi aut concionem habuerint, aut cum populo egerint, haud sane extat. eademque ratione qua quisque eorum judicia hoc tempore exercuerit, nemo narrat. illud tantum est apud Pollucem, cum rex quæstionem de iis exerceret, qui inviti cædem fecissent, Draconem a rege ad Ephetas provocationem instituisse. Quin etiam verba tabulæ tertiæ decimæ legum Solonis satis declarant, reges ante Solonem judiciis aliquot

præfuisse, quæ sunt apud Plutarchum; *Quicunque infamia notati erant, antequam Solo magistratum iniret, ea eximantur, præter eos, qui ab Areopago, aut a Prytaneo condemnati a regibus ob cædem, aut ob vulnera, aut ob tyrannidem in exilium pulsi erant, tum cum hæc lex ferebatur.* Archonti vero cum aliarum rerum cognitionem permissam esse, suspicari licet, tum certe honos ille habitus est, ut ab eo tempora, atque anni nominarentur, quemadmodum ante receptam etiam libertatem observabatur, unde ille Eponymus dictus est. Nam Polemarchum ad belli procurationem ex regia rep. esse retentum, non est dubium. Thesmothetæ vero, si nominis rationem spectemus, inducti primum videntur, quod in civitate, quæ more potius majorum, aut regum arbitrio, quam scriptis legibus regeretur, opus esse annuis legislatoribus putarint. satis enim inter veteres scriptores constat, Thesmothetas inde appellatos, quod institutorum curam haberent, quæ Græce θεσμοὶ dicuntur. Quare, ut ad id redeam, quod tractare ab initio cœpi, universam, quæ in archontum potestate fuerat, remp. recuperata ex omni parte libertate, novem his archontibus dico esse commissam. Magistratus autem hos populi suffragiis ante Solonis legislationem creatos, documento sunt primum Eusebii verba, qui scribit, novem hos principes ex cuncta nobilitate fuisse delectos; & Plutarchus, qui Solonem archontem, & pacificatorem, & legislatorem declaratum a civibus ait, deinde Solonis lex, qua cum cavit, ut sorte eligerentur, aperte aliter ante se observatum fuisse ostendit. Atque hæc quidem, quæ de Draconis rep. scriberem, vix inveni. est enim horum temporum memoria tantis vetustatis tenebris involuta, ut neque per quos hæc resp. instituta, nec quibus magistratibus, nec quo illorum jure munita sit, scire possis. nam Herodotus, qui hæc tempora attigit, alia omnia, quam civilia jura, descripsit, & Draconis leges omnes, præter paucas, quæ de cæde latæ erant, Solo postea sustulit. Quoniam vero populus Atheniensis prima sua quasi vitæ incunabula, ac reip. initia Soloni accepta referre ita solitus est, ut veteribus prope omnibus institutis oblitteratis, unius Solonis remp. & in quotidianis sermonibus celebrarit, & in concionibus ad populum usurparit, ne nos quidem superiora tempora nimia temporum obscuritate obducta magni admodum faciamus, sed Atheniensum democratiam a Solone potissimum descriptam consideremus, atque inde quasi a novo orsi principio, singulas ejus partes investigemus.

Annus agebatur urbis a Cecrope conditæ nongentesimus quinquagesimus tertius, qui in annum primum incidit olympiadis quadragesimæ sextæ, cum Athenas pestilentiæ morbo jamdudum propter Cylonios ad aras deorum obtruncatos oppressas Epimenides Cres, vir sapientissimus, solemni facto sacrificio liberavit, populumque Cylonia primum seditione, post morbo gravissimo jactatum ad spem melioris vitæ revocavit, ut Diogenes, & Plutarchus litterarum monumentis, uterque in *Solone* mandavit. Quo Athenis profecto alia rursus civitatem pestis invasit, acerba nempe seditio, quam civium impar conditio excitavit, cum alii divitiis parum necessariis abundarent, alii victus etiam quotidiani inopia laborarent. cui malo occurri vix videbatur posse, nisi tyranno resp. mandaretur. nam plebs universa magno ære alieno contracto se divitibus obstrinxerat, quippe cum aut agros ita colerent, ut sextam fructuum partem eis penderent, qui inde hectemorii, thetesque, id est, mercenarii, dicebantur, aut ære alieno super corpus obruti nexos se fœneratoribus præberent, atque alii alibi venum irent; multi etiam filios suos vendere, nulla præsertim lege vetante, atque propter fœneratorum acerbitatem urbem deserere cogerentur. maxima vero pars, quæ opibus præpollebat, inter se conjurarant, ne rem pro nihilo haberent, sed præfecto uno homine fideli delecto, omnes, qui ad diem non satisfecissent, spoliarent, agrumque eorum divenderent, & reip. formam immutarent. In hoc rerum statu, qui prudentia ceteros anteibant, de rep. uni viro præter ceteros sapienti, ac probo committenda cogitarunt: cumque unum Solonem esse animadverterent, cum sapientem, si quidem unus fuit e septem, tum neque divitum injuriæ participem, neque cum pauperibus angustiis rei familiaris oppressum, rogarunt eum, ut communi suscepta caussa popularem seditionem sedare, & remp. novis legibus constituere vellet, eumque archontem, & discordiarum arbitrum, & legumlatorem, recusantem primum, deinde se in civium potestate futurum pollicentem crearunt. Ille vero rem difficillimam, atque omnium in ea civitate maxime illustrem aggressus, cum popularem motum novis tabulis, quam ille σεισαχθείαν appellavit, inductis compescuit, tum patriam democratiam sublato paucorum dominatu restituit, ac stabilivit. primum enim civium census quattuor excogitavit, ita ut qui ex siccis, humidisque modios explerent quingentos, in prima classe collocarit; qui quadringentos, in secunda; qui trecentos, in tertia; reliquos inde omnes in quarta. ac primos quidem quinquemodiales vocavit, alteros equites, tertios zeugitas, quartos thetas. atque iis quidem tantum, qui copiis abundarent, magistratus mandari, quemadmodum etiam ante se observatum fuerat, voluit. qui autem parvis præditi facultatibus essent, eos a magistratibus repulsos conciones inire, & judicia exercere tantum concessit. Areopagi vero auctoritatem in rep. non modo non imminuit, sed etiam vehementius auxit. quæ omnia non Plutarchus solum in *Solone*, sed Aristoteles etiam in secundo *de Rep.* tradidit. *Solonem quidam*, inquit, *probum legumlatorem fuisse putant, qui paucorum imperio intemperanter abutentium dominatum sustulerit, & servientem populum in libertatem vindicaverit, & patriam democratiam recte temperata rep. constituerit. Nam consilium Areopagi ad paucorum potentiam pertinere tradunt, quod autem suffragio magistratus mandentur, ad optimatum imperium; judiciorum autem rationem popularem esse. Solo autem, ut videtur, illa, quæ prius erant, non sustulit, consilium dico, & magistratuum lectionem, populum autem judicibus ex omnibus ad judicia asciscendis constituit. quare non defuere, qui factum Solonis accusarent, quod alteram reip. partem sustulisset, rebus cunctis ad judicum, qui sorte legebantur, arbitrium revocatis.* Et paulo post: *Solon, ut videtur, potestatem populo maxime necessariam mandandi, & corrigendi magistratus tribuit. quæ potestas si populo denegetur, servum eum esse necesse est, & hostili odio dissidere. magistratus vero cunctos nobilibus, & locupletibus mandari voluit, ex iis videlicet, quorum census esset quingentorum modiorum, & ex zeugitis, & item ex censu tertio equestri nominato. quartus autem census erat theticus, cui nullus magistratus communicabatur.* Atque hæc quidem Thesei, Draconis, Solonisque resp. fuit. quæ vero post a Clisthene, & ab Aristide, & Pericle inducta, & postremo a Demosthene, atque æqualibus ejus administrata est, ea fuit ejusmodi. Clisthenes enim tribuum numerum auxit, in easque servos, & peregrinos descripsit, & ostracismum adversus eos, qui virtute excellentes in civitate populari obesse libertati possent, induxit. Aristides infimæ etiam plebi magistratus communicavit. Pericles populum mercede plebi ad judicandum, & ad locos in thea-

tris ludorum caussa emendos assignata insolentiorem, atque arrogantiorem effecit, & per Ephialtem summam illam Areopagi potentiam labefecit. Quod Aristoteles *eodem* etiam in *loco* tradidit. *Postquam*, inquit, *populi vires judiciorum communicatione prævaluerunt, populo quasi tyranno gratificantes remp. in statum popularem, quo nunc est, induxerunt. Areopagi consilium Ephialtes, & Pericles imminuit, ejusque auctoritatem afflixit. judicibus mercedem Pericles idem constituit. Ita assentatores populares populi potentiam augentes, remp. in hunc popularem dominatum deduxerunt. Id tamen non Solonis voluntate, sed casu factum videtur. nam cum navalis victoriæ auctor Medorum bello fuisset, magnos spiritus, & arrogantiam sumpsit, habuitque pravos duces auræ popularis captatores, bonis civibus contranitentibus.* Quamobrem, si quis roget, quæ popularis Atheniensium resp. fuerit, haud absurde responderi poterit, quæ præcipue in Solonis legibus, Clisthenis, Aristidisque contineretur. quorum ille divites, hi pauperes extulerunt. Nam si quis diligenter consideret, facile intelliget, ex hoc principio omnes, quæ postea inter cives de rep. dissensiones sunt consequutæ, tanquam ex uberrimo quodam fonte fluxisse, nempe quod de eadem rep. non idem sentirent omnes, sed alii locupletum, alii tenuiorum partes, caussamque suscipientes, immoderatas opes, & parum liberæ civitati tolerandas sibi quærerent. sic enim Themistocles cum Aristide, Cimo cum Pericle, & cum eodem Thucydides, & Nicias cum Cleone contendit, ut eorum quisque non suam, sed illi divitum, hi pauperum caussam tueri se simulantes eum ad propriam amplitudinem, & potentiam sibi aditum compararent. Quod malum ne latius serpens remp. funditus aliquando dissiparet, jam tum Clisthenes ostracismo in civitatem inducendo providit. Solo autem omnes civilis administrationis partes diuturna consultatione complexus, eas ita legibus astrinxerat, ut in perpetuum, si iis obtemperaretur, ea ratio disciplinæ constaret. cumque leges suas satis multas fore ad omnia consilia domi, forisque expedienda, ancipitesque rerum eventus omnes providendos putasset, propterea legum ferendarum exiguam aliis copiam fecerat. Neque tamen, si quando id fieret, id casu, aut temere, sed summo consilio, & magna adhibita diligentia curari voluerat. Ex quo factum est, ut post Solonis legislationem leges a paucis, decreta vero quotidie prope ab innumerabilibus scripta sint. inter quæ illud interfuit, quod leges in universum latæ sunt, & summam reip. attigerunt, ita ut nec senatus, nec populus, nec judices, nec magistratus, nec si qua alia in civitate consilia fuerint, quidquam, nisi ex præscripto legum, decernere potuerint; decreta vero uni plerunque & de quotidianis rerum eventis scripta sint, ita tamen ut neque latis legibus repugnarent, & ex receptarum legum præscripto ad senatum, populumque ferrentur. Ac leges quidem dictæ sunt, quas Solo, & ex Solonis instituto postea ad Nomothetarum consilium præstantes aliquot cives tulerunt: decreta vero, quæ senatore, aut cive aliquo scribente, aut senatus, aut populus accepisset. quæ ut omnem ab legibus Solonis vim, & auctoritatem obtinuerunt; sic iis etiam multo minus firmitatis, & virium habuerunt. hæ vero leges in tabulas descriptæ partim ἄξονες, partim κύρβεις sunt appellatæ. quanquam sunt, qui scribant, κύρβεις præcipue fuisse, in quas leges de sacris; ἄξονας vero, in quas reliquæ incisæ essent. Ac primum quidem in arce collocatæ, deinde, ut omnibus paterent, per Ephialtem in Prytaneum, & forum delatæ sunt. unde legis inferioris usurpatio dimanavit, ejus ratione, quæ in summa arce observabatur. quod scriptum Plutarchus in *Solone*, & Pausanias in *Atticis* reliquerunt. Quas autem leges in Metroo servatas esse Harpocratio tradidit, eas fere non tam Solonis, quam eorum, qui post Solonem novis legibus remp. instruxerunt, leges fuisse crediderim. Quamobrem in populari rep. describenda legum tantum, quibus ea continebatur, mentionem faciemus, decreta vero, ut ab instituto nostro aliena omnino ne attingemus quidem.

Quoniam autem omnis reip. fundamentum est civis; popularis autem Atheniensium resp. fuit duplex, duplicem etiam ejus civem faciamus necesse est. Nam si civem eum esse Atheniensem definiemus, qui consiliorum, & judiciorum, & magistratuum in civitate potestatem habuerit, haud sane huic quæstioni cumulate satisfaciemus. neque enim omnes in Solonis rep. jus magistratuum habuerunt. Sin autem magistratus e jure civium detrahamus, civem ab Aristide constitutum, qui particeps etiam honorum fuit, non complectemur. nos autem omnem disputationem ad posteriorem remp. dirigentes, & ejus regula civem, quem quærimus, metientes, civem Atheniensem esse defendimus, qui publicorum consiliorum, judiciorum, magistratuumque jure præditus fuit. popularem autem remp. Atheniensium vocamus, in qua consilia, judicia, & magistratus æque omnibus civibus patuerunt. atque hanc quidem disputationem a Solone reip. quodam modo conditore usque ad Demetrium Antigoni filium, per quem est restituta, perducimus. Quo temporum intervallo civitas Atheniensium plurimum rei militaris gloria, & inter Græcos auctoritate, atque opibus floruit. Etenim pulsis iterum, profligatisque terra, marique Medis, murisque urbis, quos illi barbara usi importunitate dejecerant, celeriter, vel adversa Lacædemoniorum justis jampridem vicinæ civitatis laudibus æmulantium voluntate refectis, portuque Piræeo ad classem amplissimam recipiendam extructo, vix æstimari potest, quem aditum ad imperii principatum, in quem toto animo jam inde post exactos tyrannos incumbere cœperat, ibi pararit. Quæ res quo maturior esset, scelerata Pausaniæ Spartani ducis de prodenda Xerxi Græciæ libertate consilia effecerunt. Quibus socii alienatis prorsus ab imperio Lacædemoniorum animis totos se in Athenienses cum spectata Themistoclis virtute bello proximos claros, tum singulari Aristidis æquitate jam etiam in pace longe inter omnes illustres converterunt; atque ut ejus consilio libenter commune adversus barbaros ærarium in Delo constituerunt, sic ejusdem etiam studio facile totius rei maritimæ imperium ad Athenienses a Lacedæmoniis transtulerunt. Huic enim arti se potissimum civitas ab Aeginetico bello, Themistocle monitore, dediderat. Quare Piræeum ille portum rei nauticæ commoditatem contemplatus construxerat, totamque civitatem ad mare transtulerat, contrario usus consilio, ac reges ab initio fuerant; qui cives a maritimo studio semper avocarant, eosque in agris colendis occupatos habuerant. Itaque urbem portui, & terram mari adjunxerat, atque ea re populi opes adversus optimates, translata ad remiges, navalemque turbam potentia, mirum in modum amplificarat, & inquilinos, ac artifices omnes ad turbam nauticam in urbem alliciendam immunitate donarat. Unde Xenophon in lib. *de rep. Atheniensium* æquum esse statuit, ut tenuiores in omnium rerum partem vocarentur, quia plus afferrent ad opes civitatis, quam nobiles, cum rem navalem omnem continerent. Pericles autem florentibus jam reip. rebus urbem ædificiis plurimis instruxit. in primis autem propylæa arcis, & longos muros, quibus Piræeum cum urbem conjunxit, ædi-

ædificavit.ex quo potissimum tempore Piræeus pro civitatis parte haberi est cœptus. siquidem narrat Thucydides, cum more majorum in agris habitarent, imminente bello Peloponnesio, omnes in urbem se conjecisse, atque vacua omnia loca ejus inædificasse, ut etiam in longis muris, & Piræeo domos extruxerint,

A & Pelasgicum, locum arci subjectum, quod nefas incoli habebatur, ædificiis occuparint. Verum de magnitudine,& potentia civitatis non est nobis hoc loco consilium scribere,cum vix ad reip. jura, disciplinamque veterem explicandam, quod unum instituimus hoc tempore, valeamus. Nunc ad reliqua pergamus.

CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM
LIBER SECUNDUS,
QUI INSCRIBITUR DE CONSILIIS.

CAP. I.

De generibus Consiliorum. Quid fuerunt apud Athen. Judicia quibus de rebus agebant? Multa Consilia Athenis fuere, quæ recensentur.



EXPOSITA superiore libro popularis Atheniensium reip. forma, civeque Atheniensi, quantum perfici diligentia potuit, circumscripto, sane relinqui videtur, ut, quoniam & reip. & civis a nobis descripti jura omnia in consiliis, & judiciis, & magistratibus collocata sunt, C deinceps de his singulis breviter, quid invenerimus, explicemus. Ac consilia quidem, atque judicia usque adeo popularis ejus, quem quærimus, propria status fuerunt, ut ne Solo quidem, qui angustiorem populi dominatum instituit, ea plebi, cum magistratus adimeret, eripienda duxerit. probe vero in primis, atque prudenter. Etenim, ut scribit in *Politicis* Aristoteles, quanquam liberis, & pauperibus hominibus magistratus recte non committuntur, quia injustitia, & imprudentia facile modo ad injuriam, modo in errorem impelli possunt, tamen nihil eis tribuere, nihil communicare, res admodum est plena periculi; quia si multi, iique D egentes, honorum expertes sint, urbem hostibus plenam esse necesse sit. ex quo fit, ut iis saltem consilia, & judicia impertienda sint; Soloque recte fecerit, qui magistratus legendi, corrigendique jus tribuit, ut autem separatim per se magistratum gererent, non permisit. Ac consilia quidem fuerunt, (sic autem appello, quæ illi συνέδρια nominarunt) in quibus fere de rebus iis, quæ statum reip. continent, & commodum civitatis conservant, consultarunt, ut de civibus, de legibus, de sacris, de magistratibus, de bello, pace, fœderibus, de pecuniis publicis, & de præmiis bene de E repubI. meritorum. Judicia vero, in quibus de rebus iis disceptarunt, quæ fere justitiam, æquitatemque attingunt. Neque vero sine caussa his duabus præcipue rebus utilibus nimirum, & justis, est in omni civitate consultum. siquidem civitas nihil aliud est, quam quædam boni, justique communio, ad quam quidem quantopere natura propensi homines sint, facile ex ipso sermonis officio declaratur, qui nobis nulla alia de caussa a natura tributus est, quam ut inter nos, quæ utilia, justaque sunt, quorum ipsi soli inter cetera animantia sensum habemus, exprimeremus, cum belluis vox tantummodo data sit ad voluptatem, & molestiam, F quibus solis afficiuntur, inter se indicandas. Quoniam autem consilia Athenis multa, nempe tribuum, curiarum, gentium, populorum, senatus, concionis, & Areopagi fuerunt, res postulare videtur, ut

B primum de primis agentes, deinceps, qua tribus, curiæ, gentes, populique auctoritate, jureque fuerint, ostendamus.

CAP. II.

Tribus IV. ab initio fuere: Clisthenes ex IV. decem fecit. Eponymi qui? Tribuum X. nomina: earumdem partes. Gentium nomina. Quos Deos præcipue habuere? Populi a quo in Tribus descripti? Eorum nomina. Tribuum, Curiarum, Gentium, Populorumque jura. Cives novi in Tribus relati. Professio puerorum apud curiales, & populares. Tabulæ variæ. Cives excutiuntur a popularibus. Magistratus a Tribubus & Curiis editi. Tribuum & Curiarum Respublica separata. Tribuum ad multas res usus.

POPULUM igitur in partes quattuor primus divisit urbis, ut dixi, conditor Cecrops; quibus autem præcipuis unamquanque nominibus & ille, & reliqui deinceps reges ornarint, ante cognitum est. Ac Solo quidem in constituendo populo, ut numerum earum, sic nomina etiam ab Erechtheo rege demum imposita conservavit, nempe Armatorum, Opificum, Agricolarum, & Pastorum. Clisthenes vero, qui pulsis Pisistratidis cum Isagora cive potentissimo de principatu certavit, & popularem remp. jam funditus tyrannide Pisistratidarum eversam, traducto ad suas partes populo, excitavit, cum alia multa, tum veterum tribuum numerum, & nomina, ut scribit Herodotus, immutavit. nam ex quattuor decem fecit, & eas a decem heroibus nominavit, qui postea Eponymi sunt appellati, quod ab iis universus esset populus Atticæ nominatus. fuerunt autem reges quattuor, Cecrops, Erechtheus, Pandion, Ægeus, & duo regum filii, Oeneus Pandionis, & Acamas Thesei, & civis Atheniensis, Leo, qui filias pro salute publica quondam devoverat. reliqui diis, heroibusque prognati, Hippothoon Neptuno, & Antiochus Hercule satus: decimum autem peregrinum, hospitem quondam, atque amicum civitatis Ajacem Telamonis Salaminium ascivit. Unde tribus appellatæ, Cecropis, Erechtheis, Pandionis, Ægeis, Oeneis, Acamantis, Leonis, Hippothoontis, Antiochis, & Ajacis, quemadmodum scriptum in *veteribus* Pausaniæ, & Pollucis *commentariis* reperitur. Quod idem sensisse videtur etiam Demosthenes, cum in *funebri Atheniensium laudatione* de his ita disseruit, ut priscam earum originem cum laude civium, qui in eas erant descripti, conjunxerit. *Quæ tributim*, inquit, *singulos ad fortitudinis studium accenderunt, exponam meminerant Erechthidæ, eum, a quo appellantur, Erechtheum pro patrii regni incolumitate filias suas, quas Hyantidas vocant, ad manifestum exitium dedidisse; Ægidæ vero, Theseum Ægei filium par, æquumque jus in civitate instituisse; Pandionidæ autem quam acriter Procne, ac Philomela illatam sibi a Tereo contumeliam essent ultæ; Leonidæ ve-*

ro, Leonis filias a poetis celebratas, quod se victimas civibus pro patria devovissent. Acamantidis porro Homerici versus veniebant in mentem, quibus poeta propter matrem Phædram Acamantem ad Trojam esse profectum affirmavit; Oenidis autem, Cadmo natam Semelem, hujus vero eum esse filium, quem in hoc funere nominari dedecet, eoque prognatum Oeneum, qui princeps ipsorum vocaretur; Cecropidis vero, principem suum partim draconem, partim hominem celebratum, quod prudentia hominem, robore draconem æquipararet. Hippothoontidis autem nuptiæ Alopes occurrebant, ex quibus ortus esset Hippothoon; Ajacidis, Ajacem erepto præmio sibi vivendum non esse existimasse; ut Antiochidis, Antiochum Herculis filium extitisse. Quo factum est, ut omnes aut pro dignitate acceptæ a majoribus gloriæ vivendum, aut honesta morte sibi occumbendum putarint.

His igitur nominibus cum denas tribus Clisthenes affecisset, in his eandem divisionis rationem servavit, quæ ab aliis ante in quaternis fuerat instituta, ut tribuum unamquamque in aliquot curias, singulas autem curias in aliquot gentes diffuderit. at quo numero curias, quo gentes esse voluerit, nihil, quod pro certo tradi possit, accepi. Gentium certe nomina multa celebrantur, ut Alcmæonidæ, Brytiadæ, Eteobutadæ, Chœronidæ, Chonnidæ, Ceryces, Eunidæ, Phytalidæ, Praxiergidæ, Phylidæ, Cynidæ, quæ apud Harpocrationem, Hesychium, & Suidam inveniuntur. Brytiadarum autem meminit etiam Demosthenes in oratione *contra Neæram*, Phytalidarum Plutarchus in *Theseo*, Praxiergidarum in *Alcibiade*, Cerycum vero, & Eteobutadarum in *Andocide*, & *Lycurgo*. Hæ vero gentes cum sacra quædam inter se patria obiverunt, tum præcipue Jovem Herceum, & Apollinem patrium, quem colerent, habuerunt.

Quod autem ad populos attinet, sane constat, omnes, teste Herodoto, in singulas denas tribus ab eodem Clisthene esse descriptos, in Cecropidem quidem Æxonam, Athmonem, Dedalidas, Epiecidas, Melitam, Pitthim, Phlyam, Sypalettum, Trinemes, & Xypetem; in Erechtheidem vero Agrœlem, Anagyrunta, Cephesiam, Euonimos, Lambram maritimam, Lambram inferiorem, Pambotadas, Pergasen, Phegunta, Sybridas, & Themacos; in Pandionidem autem Angelem, Cytherum, Cydathenæum, Cydantidas, Conthylem, Myrrhinunta, Oam, Pratias, Probalinthum, Pæaniam superiorem, Pæaniam inferiorem, Phegæas, & Stiriam; in Ægeidem vero Araphena, Buten, Colyttum, Diomeam, Erechthiam, Ericeam, Erchiam, Gargettum, Icariam, Jonidas, Philaida, Phegæam, Plothiam, & Tithranta; in Oeneidem autem Acharnas, Baten, Epicephesiam, Hippotamadas, Laciam, Lusiam, Phylam, Pteleam, Perithœdas, Tyrmidas, & Thriam; in Acamantidem vero Agnuntem, Cerames, Cephalem, Cholargum, Iresidas, Ermum, Iteam, Hephestiam, Prospaltam, Porum, Sphettum, Thoricum, & Thymœtadas; in Leonidem vero Halimunta, Aphidnam, Æthalidas, Cettos, Crepiam, Chollidas, Diradas, Euripidas, Ecalem, Hybam, Leuconæum, Marathonem, Oeum Ceramicum, Potamum, Pæonidas, Peleces, Phrearros, Scambonidas, & Sunium; in Hippothoontidem autem Azeniam, Amaxanteam, Anacæam, Achardunta, Ceriadas, Chorydallum, Deceliam, Eroœadas Eleusim, Elæunta, Oenoem ad Eleutheras, Oeum Decelicum, Piræeum, & Sphendalem; in Anthiochidem vero Ægeliam, Alopecas, Anaphlystum, Amphitropem, Bessam, Crionam, Melenes, Pallenem, Phalerum, Penthelem, Perrhidas, Thoras, & Titacidas; & in Ajacidem demum Rhamnunta, Tricorithum, Oenoem ad Marathonem, Phegeas, & Phalares. Quæ omnia in Pausaniæ, Stephani, Harpocrationis, Suidæ, & Interpretum Aristophanis *commentariis* scripta extant. Reliqui vero populi, ut Cothocidæ, unde fuit orator Æschines, & Colonus, unde poeta Sophocles, & Otrynes, qui apud Demosthenem in oratione *adversus Leocharem*, & Achradus, & Cynosarges, & Lenus, qui a Stephano memorantur, in quibus tribubus fuerint, adhuc expiscari non potui. An vero Clisthenis hæc utique descriptio fuerit, merito dubitare aliquis possit. præsertim vero cum aliquando ex una tribu in alteram populos motos constet, ut Aphidnæos, Persidas, Titacidas, B & Thyrgonidas, quos ex Ajacide translatos narrat ex Nicandri sententia Harpocratio, & Aphidnam, ac Marathonem, quos in Ajacidem in primo *Symposiacorum* refert Darii in bello Plutarchus; in Leonidem vero, posteriorem, ut opinor, consuetudinem respiciens conjicit Stephanus.

Jam vero singulis his partibus præfectos quosdam esse constitutos, tribubus quidem curatores tribuum, curiis vero φρατειάρχους, & populis δημάρχους, (quos ipsos, nisi Græcum nomen mallemus, curiarum, & populorum præfectos Latine appellare possemus) atque hos omnes tribuum, curiarum, & populorum concilium, cum opus fuit, C advocasse, ad eaque de rebus publicis retulisse, post apparebit. Horum autem conciliorum summa, ut video, jura duo fuerunt, unum, ut de civibus cognoscerent; alterum, ut curationes quasdam, & sacerdotia publica ex suo corpore proderent. Civium autem cognitio multiplex fuit. Nam & peregrini, quos populus civitate donarat, non ante se pro civibus gerere potuerunt, quam in tribus, populosque conjecti sunt, & pueri indigenæ civium munera obire nulla potuerunt, qui non certa ætate apud curiales, popularesque professi D sunt; & omnino nulla civium, & civitatis excussio, nisi inter tribules, curiales, gentiles, popularesque suscepta est.

Ac primum quidem, quod dixi, peregrinos, cum asciscebantur in civitatem, eosdem in tribus, populosque fuisse descriptos, facile confirmari Clisthenis instituto antiquissimo potest, qui cum, Pisistratidis exactis, civium augere numerum vellet, peregrinos, servosque in civitatem, ita ut omnes in tribus referret, accepit, quemadmodum scriptum est apud Aristotelem libro *de Rep.* tertio; & præterea Platæensium, qui Bœotiæ populus fuit, recentiore confirmari exemplo licet; qui eversa, teste Diodoro, a Thebanis, Archonte Socratide, patria, Athenas cum profugissent, in civitatem E ita ascripti sunt, ut in tribus, populosque conjecti sint. sic enim est in decreto de civitate Platæensibus data apud Demosthenem in oratione *contra Neæram*: *Hippocrates censuit, Platæenses cives esse ab hoc die Athenienses, eosdemque in populos, & tribus distribui.* Unde illa sunt etiam in oratione Lysiæ *contra Pancleonem*: *Cum dixisset, se Platæensem esse, quæsivi, ex quonam populo? respondit, ex Decelia.*

Neque vero indigenarum civium filii se pro civibus gerere potuerunt, nisi plane pueri nomina primum apud curiales, deinde apud populares professi essent. quam professionem δοκιμασίαν vo- F carunt. Annus autem prioris professionis legitimus, annus ætatis decimus quintus fuit, ut scriptum est apud Interpretem *Vesparum* Aristophanis ex auctoritate Aristotelis. cujus cum haud satis certum sumere argumentum possent ii, qui ei probationi præfecti erant, quos illi δοκιμάζοντας nominabant, pudenda ipsa puerorum studiosius inspi-

A ciebant. Dies autem huic præcipue professioni dicata est, quæ fuit Apaturiorum tertia, quæ propterea *κυρεῶτις* est appellata. Facta vero est per parentes jurejurando obstrictos, liberos eos suos esse, quos profiterentur, & quidem ex conjuge sua cive Attica natos. Posterioris autem professionis annus fuit decimus octavus, quod postea demonstrabitur, quo anno ex pueris in ephebos, atque adeo in viros adscribebantur. Atque horum quidem institutorum multa, eaque illustria in primis Demosthenes nobis monumenta reliquit in oratione *contra Bœotum*. sic enim Mantitheus quidam apud eum loquitur: *Cum pater meus Bœo-* B *tum, fratremque ejus ex Mangone susceptos agnovisset, eos ad curiales adducere necesse habuit. adduxit, adoptavit, profitetur Apaturiis nomen hujus Bœotum apud curiales, illius vero Pamphilum. ego vero Mantitheus adscriptus sum. cum autem pater ante e vita decessisset, quam apud populares professio fieret, hic populares adiens, se pro Bœoto Mantitheum inscripsit.* Et paullo post: *Prius me apud populares professus est pater, quam hunc apud curiales.* Et in oratione *contra Eubulidem; Parentes me puerum adduxerunt ad curiales: & in Apollinis patrii ædem, & in alia fana, & pater jura-* C *tus legitimum jusjurandum professus est, me civem ex cive uxore sua esse natum, scire.* Et Isæus *de hereditate Apollodori: Ubi Thargelia venerunt, adduxit me ad aras, & gentiles, & curiales ex lege, quæ est, si quis aut naturalem, aut adoptivum filium profitetur, sacris tactis affirmare, se ex cive Attica natum profiteri.* Iterum idem ille *contra Neæram: Testatur Timostratus Cephalensis, se & Phrastorem Ægiliensem ex numero gentilium esse, qui dicantur Brytiadæ, & volente Phrastore in numerum gentilium filium suum profiteri, quod scirent, eum ex Neæræ filia esse susceptum.* Item: *Adduxit ad curiales, & Brytiadas, quorum ipse est gentilis.* & Andocides in ea, quam *de mysteriis: Puerum jam gran-* D *dem adducit ad Ceryces, affirmans filium suum esse. Ceryces autem decreverunt ex lege, quæ est, patrem ipsum juratum adducere, se vere filium suum adducere.* Adde etiam, moris fuisse, ut, cum pueros profiterentur, iis nomina & patris, & populi adscribenda curarent. quod item ex eadem *contra Bœotum* elicitur: *Quo lege ista appellatio instituetur, ut a matre nominatio fiat, aut aliud addatur, quam pater, & populus?* Et post: *Si quis de te quærat, quod nomen professus es? Bœotum dices. hoc enim inscriptus es.* Et paullo post legem fuisse adjicit, quæ patribus potestatem nominis filiis imponendi, atque pro arbitrio adimendi daret. Erant porro tabulæ aliæ apud E curiales, & gentiles, aliæ apud populares; illæ communes, ut scribit Harpocratio, hæ Lexiarchicæ dictæ. quarum in eas referebantur, qui apud curiales profitebantur; in has qui apud populares. quod ex Isæi oratione *de Apollodori hereditate* cognoscitur. Quas autem communes tabulas Isæus, easdem modo communes, modo curiales vocat Demosthenes in orationibus *adversus Eubulidem*, & *Leocharem*. Lexiarchicæ vero dictæ sunt, quasi hereditati potentes. *λῆξιν* enim antiquitus hereditatem nuncuparunt, quam quia earum demum tabularum auctoritate pro arbitratu tractare jam adulta ætate F pueri potuerunt, propterea Lexiarchicæ dictæ sunt. Quod Harpocratio nobili, credo, Æschinis adductus testimonio tradidit; qui Timarchum inquit, posteaquam in Lexiarchicas tabulas relatus patrimonii compos fuit factus, patruum suum senem, in cujus tutela fuerat, despexisse. Neque vero patrimonii solum, sed etiam totius reip. compotes earum auctoritate tabularum fiebant. scriptum est enim apud Suidam, omnium civium Atheniensium, qui ætate essent ad magistratus capiendos idonea, nomina, adjunctis etiam populorum nominibus, in iis tabulis esse inscripta, & ex iis tabulis eos magistratuum potestates esse sortitos. Itaque Æschines in *superiore oratione* dixit, cives postquam in tabulas Lexiarchicas essent relati, legibus de impudicitia fuisse obstrictos. Quin etiam in iisdem index concionalis fuit, quem illi *πίνακα ἐκκλησιαστικὸν* appellarunt, cujus auctoritate & concionem obire, & communia participare iis licuit. quod elicitur ex oratione *adversus Leocharem: Primum progressus tentavit in Otrynensium indicem concionalem semetipsum inscribere, cum esset Eleusinius. deinde antequam inscriberetur in tabulas Lexiarchicas Otrynensium, communium rerum partem adipisci. cui rei cum nos resisteremus, ille convocatis paucis quibusdam Otrynensium, & Demarcho suadet, ut, cum apertæ tabulæ fuerint, semetipsum in Archiadæ nomen inscribant. post autem Panathenæis magnis sub distributionem ad theoricam pecuniam venit, & cum populares alii cepissent, petiit sibi etiam dari, & in tabulis in nomen Archiadæ inscribi.* Tantam autem vim ad civitatem habuit hæc apud curiales, popularesque professio, ut non solum curialium, & gentilium ea de re testimonium, sed hanc etiam apud curiales, popularesque professionem pro argumento civitatis communicatæ firmissimo Eubulidi apud Demosthenem Euxius opposuerit. merito. ut enim donatæ civitatis fundamentum est tribus, & populus; sic tribus, & populi communicati ipsa apud curiales, popularesque professio. unde illa manarunt in Bœotum. *Age vero, si quis de te quærat Bœote, cur nunc es in Acamantide tribu, & populo Thoricius, & Manthiæ filius? nihil aliud respondeas, nisi, quod te, dum viveret, Manthias adoptavit. si quis roget, quo argumento hoc probes? sane, quia apud curiales me professus est, dices.* Quo argumento, quasi a quodam veritatis impulsus impetu Euxius dixit, omnibus populis pellere, nihil aliud esse, quam civitatem adimere. Ac de solemni quidem civium per curiales, popularesque probatione hactenus disputatum sit.

Excussio vero, quam illi *ἀνάκρισιν* appellarunt, fuit, cum eos, qui se pro cive gerebant, aut ut legitimos probarunt, aut ut adulterinos repudiarunt. Solo enim ab initio scivit, ut tam nothi, quam legitimi filii cives a patribus scriberentur. nothos autem vocavit eos etiam, qui e matre peregrina, non cive Attica essent suscepti. unde Themistocles, quia matrem habuit Thracem, pro notho, teste Plutarcho, habitus est. Post annos autem aliquot Pericles, cum propter magnam auctoritatem, ac potentiam in rep. dominari videretur, legem, ut idem testis est, tulit, ut soli cives Athenienses essent, qui ex duobus civibus Atheniensibus orti essent. quam legem intelligit Libanius in argumento orationis *contra Eubulidem*, cum legem extitisse Demosthenis memoria scribit, ut cives omnes, qui in tabulis civium essent scripti, excuterentur, an veri essent, nec ne; & qui ex cive patre, matreque nati non essent, expungerentur, populares autem de iis sententiam ferrent. quod si a popularibus peregrini essent judicati, ad judices provocare possent; qui si eos retinuissent, cives essent, sin minus, venum irent. Itaque Plutarchus, hac lege lata, cum quæstiones acerbe in eos, qui se pro cive ferrent, essent habitæ, paullo minus quinque millibus damnatos tradit, quattuordecim autem millia, & quadraginta esse retenta. Addit idem, Periclem ipsum postea, cum a populo vix impetrasset, ut filium, quem unum, legitimis omnibus amissis, nothum habebat, lege sua solutus in civium

tabulas referret, eum inter curiales retulisse, ac Periclis nomine affecisse. Populares porro de his sententiam, ut scriptum est in lege, tulisse, satis aperte commemorata Euxii provocatio indicat. in qua ille: *Sub noctem populares ætate graviores, qui in urbem suffragii causa venerant, rus remigrarunt. nam populus quinque, & triginta stadia ab urbe aberat, & maxima pars eorum ibi habitabant. qui vero remanserunt, ab Eubulide inducti, cum non essent plures triginta, suffragia de me plura, quam sexaginta, tulerunt.* Non est illud quoque silentio prætereundum, quod ex *eadem oratione* cognoscitur, cum ejusmodi civium excussio fieret, observatum esse, ut quæreretur de singulis, quos patres, quos curiales, quos Apollinis patrii, & Jovis Hercei gentiles, popularesque haberent. Suffragia vero, quod scribit Pollux, frondibus, in quibus veros, falsosque cives inscripsissent, tulerunt, unde ἐκφυλλοφορῆσαι fuit, frondium suffragio civitate movere. judicia vero populorum talia διαψηφίσεις vocata sunt. unde dixit Æschines *in Timarchum*: *Fiebant διαψηφίσεις in populis, & quisque nostrum suffragium tulit de corpore, qui Atheniensis vere esset, & qui secus.* Ac de civitatis quidem cognitione hæc dicta sint.

Quod autem ad publicas constituendas curationes pertinuit, id eam quidem vim, atque sententiam habuit, ut cum magistratus alii universi populi suffragiis, alii sorte, alii editione deligerentur, editio ipsa proprie tribubus, & curiis, & gentibus, & populis mandaretur; cujus rei uno exemplo contentus ero. Cum muros Athenarum multis in partibus ruinosos reparare, ac reficere populo placuisset, decretum latum inquit Æschines, ut tribuum consilium, quam ille ἀγορὰν vocat, haberetur, imperatumque ut singulæ tribus operum publicorum curatores, & quæstores ex suo quæque corpore daret. Quare cum Pandionis Demosthenem edidisset, vehemens illa post ei cum Æschine contentio in caussa Ctesiphontis exarsit. Ex quo perspicitur, tribus ipsas quandam quasi separatam remp. habuisse, cum non solum magistratus suos quosdam, ut ostendi, ediderint, sed etiam de quibusdam rebus separatim consultarint, atque decreverint, & quædam judicia exercuerint, &, quod mirabilius videri potest, ærarium etiam Eponymo quæque suo sacratum habuerint. Quæ omnia cum ex iis, quæ diximus, tum maxime ex oratione Demosthenis *adversus Theocrinem* intelliguntur. *Cum lex*, inquit, *jubeat* ἔνδειξιν (publicæ genus id actionis est) *esse adversus eos, qui ærario debent, & si quis Minervæ, aut aliorum deorum, aut Eponymorum alicui debeat, iste apparebit debere, neque unquam pependisse, septingentas drachmas, quibus mulctatus est in rationibus referendis, Eponymo tribus suæ.* Idem: *Præsentes tribules suos non est reveritus, cum ita eorum rem communem administrasset, ut eum peculatus damnarint.* Item: *Ipsum autem Theocrinem confiteri, eam manere mulctam, eumque pro se, ac pro fratre spopondisse tribulibus, nec servata religione, ac sine infamia* ἔνδειξιν *hanc posse repudiari, recita decretum, quod in Scirrbonidæ sententiam factum est inter tribules.*

Jam vero ut tribus eædem & senatus, & concionis, & judicum, & omnium magistratuum, & rei demum bellicæ, ac militaris seminarium quoddam uberrimum fuerint, quoniam res est ab hoc sermone aliena, post suo loco commodius demonstrabitur. nunc, quod sequitur, de senatu dicamus.

CAP. III.

De Senatu Quingentumvirum. Senatus duplex a Solone institutus. Unus Quingentumvirum, alter Areopagitarum. Prioris usus. Ejusdem lectio. Præfectorum Senatus lectio: qui Prytanes vocati. Senatorum probatio, jusjurandum. Novi Senatus ingressus. Officia Præfectorum Senatus. Sententiæ Senatorum. Decreti scriptio. Suffragia Senatorum. De quibus Senatus consuli solitus? Ejusdem præmium.

Qui ante Solonem senatus Athenis fuerit, parum, ut supra dixi, compertum est. Plutarchus certe ita loquitur, ut Solonem ejusmodi auctorem, institutoremque consilii prodere videatur, cum senatum ab eo geminum institutum inquit, unum Quingentumvirum, alterum Areopagitarum: nimirum ut his duabus quasi anchoris populi concio fluctuans regeretur. Dicam igitur primum de priore, quem illi τὴν τῶν πεντακοσίων βουλὴν nominarunt. hunc enim præcedere ordine Solo voluit, ut illum alterum dignitate. Hic igitur ob eam potissimum rem a sapientissimo legislatore est institutus, ut esset, quemadmodum scribit Plutarchus, qui concionis rudis, & imperitæ, penes quam resp. erat universa, deliberationes, & consilia gubernaret. neque enim cum magnam cuicunque decretorum ad populum ferendorum potestatem permitteret, ea ipsa ferri, nisi ἐκ τοῦ προβουλεύματος, id est, nisi ex senatus præconsulto, voluit, qui prudentia, & moderatione ceteris antecelleret. Cum enim, ut notat *ad Androtianam* Libanius, magna populi multitudo esset, eaque facile, quod occultam decretorum fraudem non sentiret, in errorem induci posset, propterea ante ad senatum ea mitti Solo instituit, ut vitiis demum, si qua hærerent, excussis, perferrentur ad populum. Quare lex, quam profert *adversus Androtionem* Demosthenes, ne decretum aliquod ad populum, nisi ex senatus præconsulto, feratur, lex mihi hæc esse Solonis videtur, quam postremis ille temporibus vetustate jam aliqua ex parte obsolevisse significat. Itaque decretum, quod ad populum Androtio sine senatus præconsulto pertulerat, ut vetus senatus ob remp. bene gestam corona donaretur, ab accusatoribus eo nomine est reprehensum, quod ante senatus cognitioni non esset commissum. ille vero hoc prætermiserat, veritus, ne si ad novum senatum decretum de veteris senatus honore misisset, quæ est hominum improbitas alienæ laudi semper, & eorum maxime, qui ante se remp. gesserint, invidentium, ab eo fortasse repudiaretur. Hinc factum est, quod narrat Plutarchus, ut Lysias Syracusanus, cum Thrasybulo decretum scribente in civitatem esset ascitus, haud ita multo post, ab Archimo decreto Thrasybuli accusato, quod sine senatus præconsulto latum ad populum esset, eadem ipsa civitate sit spolitatus. Unde illa sunt etiam in *Timocratea*: *Accessit ad senatum, præconsultum scriptum est, advocata concione populus decrevit.* Et in ea, quæ *de ementita legatione* dicta est: *In tyrannorum, & paucorum dominatu omnia ex edicto propere procurantur, apud vos autem primum rebus de omnibus senatum audire, & præconsulere oportet, deinde concionem advocare.* Neque vero hanc solam potestatem senatui largitus esse legislator videtur, ut quæ decreta ad populum ferenda essent, ipse ante perpenderet, sed etiam ut nullo populi scito accedente statuere posset. scribit enim Harpocratio, cum senatus decretum populo esset propositum, populum consuevisse statuere, an ea de re sibi sci-

ſcendum eſſet, an ſatis ſenatus præconſultum valeret, eamque προχειροτονίαν eſſe appellatam. In quo illud attendendum eſt, quod in *Ariſtocratea* ejuſdem extat, quanquam ea ſenatus auctoritas erat, ut de rebus civitatis omnibus conſuli poſſet, ejus tamen decreta ad populum non perlata in annum tantummodo valuiſſe: quod ſi a populo eſſent confirmata, populum in perpetuum obſtrinxiſſe. Ex quo mirabile quoddam ſenatus cum populo vinculum eſt initum, ut neque populi ſcita legitima, & rata haberentur, quæ ſenatus auctoritas ante non approbaſſet, nec rurſus diuturna decreta ſenatus eſſent, niſi populi ad ea ſuffragatio acceſſiſſet. hæc igitur, ut hunc locum concludam, Solonem hominem ſapientiſſimum ratio impulit, ut ſenatum hunc in hanc remp. introduxerit.

Quod vero ad ejus lectionem pertinet, mirifice mihi in eo fuiſſe cautus ille, ac diligens videtur. neque enim cum eam ſorti permitterent, niſi certo numero ſenatores legi, eoſque ſpectata ætate, probataque vita eſſe voluit. Inſtituit autem eum, teſte Plutarcho, ex quadringentis, nimirum centenis ex ſingulis tribubus, quæ tum erant quattuor, ſumptis. quem numerum poſtea Cliſthenes aucto numero tribuum aliquanto amplificavit, atque ad quingentos perduxit. Sorte autem quotannis lectum, & Libanius *in Androtianam* tradit, & præter alios graviſſimus auctor Thucydides *libro octavo* oſtendit, cum eum τὴν βȣλὴν ἀπὸ κυάμȣ, & τȣ̀ς βȣλευτὰς ἀπὸ κυάμȣ, id eſt, *ſenatum*, & *ſenatores a faba* vocat. & Andocides in oratione *de myſteriis*, cum τὴν βȣλὴν τȣ̀ς πεντακοσίȣς λάχοντας τῷ κυάμῳ, id eſt, *ſenatum quingentorum ſorte fabæ lectum*, in quodam vetere decreto recitando appellat. Fabas enim ad ſortem adhibuerunt ita, ut cui alba obtigiſſet, is honoris beneficium a ſorte acciperet, cui nigra, repulſam. quemadmodum perſpicue Plutarchus in *Pericle* demonſtrat. unde idem quoque magiſtratum ſortito lectum ἀρχὴν κυαμευτὴν appellavit. Fuit autem hæc, quantum ego intelligere poſſum, ſortiendi ratio talis. Singularum tribuum curatores nomina omnium tribulium ſuorum, qui per ætatem ſenatores eſſe poſſent, eamque dignitatem ambirent, æneis tabellis ſigillatim inſcripta, quæ πινάκια, ut inquit Harpocratio, dicebantur, in hydriam unam conjiciebant, in alteram vero fabas totidem, ex quibus quinquaginta albæ erant, reliquæ vero nigræ, tam multæ numero, quam multi erant, qui ſupra quinquaginta petebant. Ita cum eodem tempore tribulis unius nomen ex hydria una, & faba ex altera duceretur, fiebat, ut, qui albæ ſortem nactus eſſet, is ſenator eſſet. atque hoc pacto ductis ex ſingulis tribubus civibus quinquagenis, numerus erat ſenatorum quingenorum expletus. Hoc facto inde eos, qui ſenatui præeſſent, quos illi prytanes vocarunt, ſortiebantur, ita ſcilicet, ut nominibus decem tribuum in hydriam unam dejectis, in alteram vero faba alba una, & novem nigris, quæ fabam albam prima tribus tulerat, ea ſenatui in prima prytanea præeſſet, quæ ſecunda, in ſecunda, atque ita deinceps. Erat autem prytanea ſpatium dierum triginta quinque: hæc enim decima pars erat anni apud Athenienſes, quem illi ad lunæ curſum dirigentes dierum CCCLIIII. numerarunt. Sed quoniam ſi decies triginta quinque multiplicaveris, numerum dierum tantum CCCL. conficies, propterea quattuor illos, qui ex CCCLIIII. ſupererant dies primis quattuor prytaneis addebant, ut illæ dierum eſſent triginta ſex, reliquæ vero triginta quinque. Ita fere Harpocratio. Nam Libanius hos dies quattuor magiſtratibus creandis eſſe dicatos inquit, perque eos dies Atticam ſine magiſtratibus fuiſſe. Lectis autem prytanibus, tum deinceps proedros, & epiſtatam legebant. ex quibus autem eos legerint, haud plane convenit inter antiquos. Libanius enim proedros decem ex ipſorum prytanum numero, ut ſenatui præſiderent, lectos ſcribit, eoſque per ſeptem dies præfuiſſe, ita ut ſinguli ſingulorum dierum imperium obtinerent, tribus tantum exceptis, qui ad imperium diei pervenire nequirent, eos vero epiſtatas eſſe appellatos, qui per diem in magiſtratu eſſent. Atque hoc idem confirmare videtur Ulpianus *in Medianam*, cum proedros nuncupatos ſcribit, qui a tribu prytaneatum gerente ad ſenatum, & rurſus a ſenatu ad populum, ut ibi præſiderent, miſſi eſſent. Harpocratio vero, quem libentius ſequor, proedros novem non ex tribu prytaneatum gerente, ſed ex reliquis reliquarum novem tribuum ſenatoribus, ex ſingulis ſingulos lectos, ex Ariſtotelis ſententia prodit: huic autem lectioni præfuiſſe epiſtatam prytaneum, eum, qui in ſingulos dies imperium obtineret. Quod idem etiam intellexiſſe videtur Pollux, cum ſcripſit, ubi prytanes coegerunt ſenatum, aut populum, epiſtatam proedros ſortitum ex unaquaque tribu unum, præterquam ex ea, quæ prytaneatum gereret. Eorum autem meminerunt etiam Demoſthenes, Æſchineſque: ille quidem *contra Androtionem*: *Primum qui ſenatui præſidebant, & qui hæc ſuffragiis ſubjiciebat, epiſtata, rogarunt*. hic vero *contra Timarchum*: *Et cum eſſet in ſenatu illius diei proedrus, adeſſe patruo opem imploranti noluit*. hic enim proedrum pro epiſtata uſurpavit, ut etiam in *Timocratea* Demoſthenis. His rebus expeditis, deinceps, ſi erant, qui id peterent, ſecunda ſortitione alios ſenatores, alios prytanas, alios proedros, aliumque eodem modo epiſtatam ſublegebant; non ut illi extemplo inirent, ſed ut, ſi primi forte aut mortui, aut rejecti eſſent, ipſi extemplo in eorum locum ſuffici poſſent. Declarat hoc Harpocratio: *Æſchines*, inquit, *Demoſthenem neque* λάχοντα, *neque* ἐπιλάχοντα, id eſt, *neque ſortitione, neque ſubſortitione ſenatorem lectum propterea dixit, quia qui ſenatores, aut magiſtratus eſſe cupiebant, in ſortem conjiciebantur, deinde unicuique ſorte ducto alterum ſubſortiebantur, ut, ſi prior, quem ſors tulerat, aut rejectus, aut mortuus eſſet, qui in ejus locum aut ſenator, aut magiſtratus ſubſortito ſufficeretur, non deeſſet*.

His rebus omnibus rite adminiſtratis, tum judicium conſtituebatur, quod illi δοκιμασίαν vocabant, in quo ſenatorum, qui lecti erant, vita diligenter exquirebatur. qualis eſt cauſſa, quæ *adverſus Phylonem* a Lyſia ſcripta legitur. Solo enim legem tulit, quam commemorat *adverſus Timarchum* Æſchines, qua cum aliis probris notatos, tum maxime impudicos eſſe in ſenatu prohibuit. quod ſi parum integra illi vita judicati fuiſſent, in eorum locum, qui ſubſortitione lecti erant, ſubſtituebantur: ſin autem probati erant, ſolemne jusjurandum quoddam jurare jubebantur. quod innuit Demoſthenes in oratione *contra Neæram*, cum dixit: *Sortitur ſenatum Apollodorus, probatuſque jurejurando legitimo ſe obſtringit*. Jurabant autem, primum ſe in ea littera, cujus ſortem nacti eſſent, aſſeſſuros (etenim, quod in *Pluti* commentario ex Philochori *annalibus* proditum eſt, Glaucippo archonte inſtitutum fuerat, ut ſinguli ſenatores ſingula curiæ ſubſellia, quæ ſingulis litteris erant ſignata, in ſortem conjicerent) deinde, ut eſt in ipſo, de quo dixi, Apollodori jurejurando, ſe populo præcipue conſulturos; tum ſe neminem unquam Athenienſium in vincula conjecturos, niſi aut prodendæ civitatis, aut populi evertendi conſilia iniviſſet, aut vectigalium emptor, aut ſponſor, aut collector, reip. non ſa-

tisfecisset. Quæ verba in eos esse scripta Demosthenes in *Timocratea* interpretatur, non de quibus judicium factum esset, sed qui nondum caussam dixissent; nimirum ne vinculis impediti aut incommodius agerent, aut omnino imparati ad eam dicendam accederent.

Primo autem anni die mense Ecatombeone, in senatum venientes una solemne quoddam sacrificium faciebant, quod εἰσιτήρια nominarunt, votaque pro rep. suscipiebant. Sacrificii meminit Demosthenes in oratione *de ementita legatione*. *Senatus*, inquit, *εἰσιτήρια sacrificavit, convivium celebravit, una libarunt prætores, & prope dicam, omnes magistratus*. Et *contra Mediam*: *Et tamen tanto flagitio mihi objecto, me εἰσιτήρια facere, & sacrificare, & victimas ferire pro vobis, totaque rep. permisit*. Hoc autem factum esse adjicit Ulpianus, cum senatus in curiam ingrederetur, ut ex sententia deliberationes procederent. Vota vero suscepta a senatu esse ad Jovis Bulæi, & Minervæ Bulææ sacella, quæ erant in curia, docet aperte Antiphon in oratione *de choreuta*, cum inquit: *In curia Jovis Bulæi, & Minervæ Bulææ sacellum est, ad quæ ingredientes senatores vota faciunt, ex quibus ego etiam tum senator unus fui, qui hæc feci, & una cum senatu in alia sacella ingressus sum, & sacrum, votumque suscepi pro hac civitate, & ad hæc prytaneatum gessi in prima prytanea tota duobus diebus exceptis, & rem divinam pro democratia feci*.

Principes ergo, ut dixi, senatus quodammodo prytanes quinquaginta fuerunt, ita ut & senatum cogendi, & eos, qui res novas nunciarent, audiendi, & qui senatum poscerent, producendi, & omnino de rebus omnibus, de quibus consuli oporteret, ad senatum referendi potestatem haberent. Ut autem his muneribus commodius inservirent, institutum erat, ut in Tholo, qui locus prope curiam fuit, quotidie versarentur. Itaque in eo loco prytanas una sacrum fecisse, epulatos esse, ac libasse, Demosthenes in oratione *de ementita legatione*, & Pausanias in *Atticis* prodiderunt. Unde illa demum in oratione *de mysteriis* apud Andocidem emanarunt: *Edixerunt ut Athenienses, qui in urbe habitarent, in forum armati irent, qui in Longis muris, in Thesei ædem, qui in Piræeo, in forum Hippodamium, equites in Anaceum, senatum in arce futurum, ibique pernoctaturum, prytanes autem in Tholo*.

Ac quotidie quidem prytanas senatum, nisi si vacatio aliqua esset, advocare solitos, narrat Pollux. res autem novas ad eos delatas, eosque in repentina re senatum coegisse, Demosthenes in caussa Ctesiphontis demonstrat: *Advesperascebat tum, cum nuncius allatus est ad prytanes, captam esse Elatiam. tum vero eorum alii medio convivio surgentes omnes, qui in tabernis erant, & in foro versabantur, ejiciunt, & vela incedunt, alii prætores accersunt, tubicines evocant, in urbe plena tumultus erant omnia. postridie autem prima luce prytanes senatum in curiam vocant*. Qui vero Aristophanis *Pacem* exponit, scribit, prytanas in curiam, qui senatum poscerent, produxisse, atque illud officium quæstui habuisse. Fuit autem moris, quod scribit Pollux, ut antequam senatus haberetur, in tabella quadam, quibus de rebus agendum esset, proscriberetur. id quod Demosthenes in oratione *de ementita legatione* significat, cum inquit: *Oportet, senatum audire, & præconsulere, ubi præconibus, & legationibus senatum dari proscriptum fuerit*. Et *contra Evergum*: *Jussit senatus, ut eum deferrem, & prytanes ei judicium intra biduum proscriberent*. Quod etsi ita fiebat, tamen prytanes etiam ad frequentem senatum de rebus omnibu referebant. Ac nescio, an præcipuum illud epistatæ officium fuerit. neque enim quo alio in senatu munere functus sit epistata, dispicere satis possum, nisi totius collegii nomine, quæ essent in senatu discutienda, proposuerit; summæ tamen eum in senatu auctoritatis ostendit Æschines, cum Timarcho objecit, quod cum diei ejus proedrus esset, quo de patrui sui re in senatu agebatur, pro eo ne verbum quidem fecerit. Sed sive epistata omnium collegarum nomine, sive singuli prytanes separatim de singulis rebus, vel volentibus, vel invitis collegis, rettulerint, omnino fixum, ratumque illud est, universam relationem ad prytanas attinuisse.

Relatione autem facta, sententiæ a singulis, & quidem surgentibus senatoribus dictæ sunt. Quod ostendit Andocides in oratione *de mysteriis*: *Postquam senatus frequens convenit, surgens Callias dixit*. Et Lysias in oratione *contra frumentarios*: *Ubi ad senatum prytanes de frumentariis rettulerunt, adeo illis succensuerunt, ut oratores quidam dixerint, eos indemnatos XI-Viris esse tradendos. ego vero cum acerbum esse putarem, si talia senatus facere assuesceret, surgens dixi, lege mihi videri cum frumentariis esse agendum*.

Dictis sententiis, decretum scribebatur. scriptum autem invenio non solum a prytanibus, sed etiam a quibuslibet senatoribus. a prytanibus, ut quod scripsisse se affirmat Demosthenes in orat. *pro Ctesiphonte*, tribu Pandionide prytaneatum gerente: fuit enim Demosthenes e Pandionide tribu. & quod in *eadem* scripsit Aristonicus Phrearrius, tribu Leonide prytaneatum gerente: fuerunt enim Phrearrii populares e Leonide tribu. a quibuslibet senatoribus, ut in oratione *contra Neæram*: *Apollodorus decretum scribit in senatu, cum esset senator, & senatus præconsultum defert ad populum*. & quale illud est, quod Ctesiphon Anaphlystius *de coronando Demosthene* scripsit, tribu Oeneide prytaneatum gerente. neque enim Ctesiphon tum prytanis esse potuit, cum Anaphlystii Antiochidem obtinuerint, non Oeneidem, quæ tum in prytaneatu fuisse fertur. & quale illud, quod in oratione *de ementita legatione* a Timarcho senatore scriptum est, ne quis ad Philippum arma deferret.

Decreto vero recitato prytanum aliquis de eo suffragium senatoribus permittebat, quod illi dicebant ἐπιψηφίζειν. Atque hoc cum tradit Ulpianus aperte *in Medianam*, tum significat non obscure Demosthenes in *eadem oratione*, cum inquit: *Prytane ad suffragia danda inducto*. & Antiphon superiore loco: *Et ego prytaneatum gerens in prima prytanea suffragium dedi, & sententiam dixi de rebus maximis*. Suffragia vero fabas albas, nigrasque fuisse; illas ad jubendum, has ad vetandum, Ulpianus notatum reliquit. Id autem si senatorum major pars scivisset, pro rato habebatur, eique nomen & ejus, qui scripserat, & tribus, quæ tum prytaneatum gerebat, affigebatur, ut, *Tribu Oeneide prytaneatum gerente, Ctesiphon Leosthenis Anaphlystius dixit*. Item: *Hippothoontide tribu prytaneatum gerente, Demosthenes Demosthenis Pæaniensis scripsit*; & reliqua ejus generis infinita.

Quæret hoc loco aliquis, quibus de rebus præcipue senatus hic sit consuli solitus. difficile est singula persequi: summam aperit Xenophon in libro *de rep. Atheniensium*, cum ait, eum de bello faciendo, & de parandis pecuniis statuisse, præterea tributa accepisse, ac rei navalis, & sacrorum curam gessisse, &, quod latissime patet, de quotidianis negociis omnibus cognovisse. Quod autem de tributis scribit Xenophon, id ipsum lege etiam, cujus meminit *adversus Timocratem* Demo-

ſthenes, confirmatur. *Eſt*, inquit, *apud vox lex præclara in primis, qui poſſident ſacras, publicaſque pecunias, eos in curia ſolvere, ſin minus, ſenatum ab iis, leges telonicas adhibentem, exigere*. Omnino autem quæcunque ad populum lata, eadem fere in ſenatu tractata ſunt. Quæ vero hæc fuerint, commodius dicemus, cum de concionis poteſtate dicemus. Illa vero propria ſenatus jura fuerunt, primum, ut eos exquireret, qui propter imbecillitatem, & paupertatem a ſe ſtipem vitæ tuendæ cauſſa petebant. Hi ſunt, qui ἀδύνατοι appellati ſunt. ſtips autem, teſte Harpocratione, duo oboli, vel, ut placuit Ariſtoteli, obolus fuit. ejuſmodi vero hominum diſquiſitionem, δοκιμασίαν dictam, ſenatus quoque cognitioni commiſſam oſtendit Æſchines *contra Timarchum*: *Arignotum, patruum ſuum, inter imbecillos ſtipem petentem deſpexit, & ſeni in probatione, quæ imbecillis proponitur, ſuperato, & ſenatus opem imploranti, cum ſenator, & illius diei proedrus eſſet, adeſſe noluit*. & Lyſias item in oratione, quæ inſcribitur, *Ne ſtips imbecillo detur*. in qua in ſenatu de imbecilli hominis obolum petentis probatione accurate diſſeritur. Alterum fuit, ut de æſtimationibus eorum cognoſceret, quorum nomina ad ſe eſſent delata, quam actionem illi εἰσαγγελίαν dixerunt. Ea vero a Polluce expoſita eſt: *Si quis*, inquit, *in iis rebus, de quibus nullæ extant leges, deliquerit, aut magiſtratus, aut orator, apud ſenatum εἰσαγγελία adverſus eum conceditur: qui ſi leviter peccaſſe videatur, a ſenatu ipſo mulctatur; ſi vehementius, æſtimata mulcta, quam ei ſolvere aut pati oportet, tradit eum judicibus*: Scribit etiam Harpocratio, εἰσαγγελίαν publicorum fuiſſe delictorum, quæ propter magnitudinem procraſtinationem non paterentur, & de quibus neque magiſtratus, neque leges magiſtratibus latæ eſſent, quibus adduci in judicium poſſent, ſed ad ſenatum, aut populum primum deferrentur. apud quos ſi reus convictus eſſet, graviſſima pœna mulctaretur, accuſator vero, etiamſi non damnaret, nullo detrimento afficeretur, niſi, ſi quintam partem ſuffragiorum non ferret, mulcta mille drachmarum; cum antiquitus pœna acerbiore afficeretur. Ut autem in ceteris rebus, ſic in ejuſmodi delationibus judicandis omnia per prytanes & acta, & confecta ſunt, quod ex verbis Demoſthenis ex oratione *contra Evergum* aperte perſpicitur. *Cum ego*, inquit, *& pignoribus ſpoliatus a Theophemo, & præterea verberibus affectus eſſem, veniens in ſenatum & verbera oſtendi, & quomodo mulctatus eſſem, exigendis reip. armamentis, expoſui. ea re offenſus ſenatus, quod non me, ſed ſe ipſum, & populum, qui legem de exigendis armamentis juſſiſſet, læſum putaret, juſſit, ut ego eum deferrem, & prytanes ei, ut homini injurioſo, & navalem expeditionem impedienti, intra biduum judicium proſcriberent eo nomine, quod armamenta non reddidiſſet, & pignora eripuiſſet, & me, qui exigebam, & reip. inſerviebam, male affeciſſet. facto igitur de Theophemo judicio in ſenatu ex delatione, quam ego detuleram, & facta utrique dicendi copia, & ſuffragiis occultis a ſenatoribus latis, damnatus eſt in ſenatu, & injuſte feciſſe viſus eſt. & cum jam in eo ſenatus eſſet, ut decerneret, utrum judicibus traderet, an drachmis quingentis mulctaret, quot a legibus mulctandi jus habebat, orantibus iſtis omnibus, & ſupplicantibus, & quem non allegantibus, & deſcriptionem armamentorum ſtatim in ſenatu reddentibus, & ſe arbitro rem permiſſuros, cui ego voluiſſem Athenienſium, dicentibus, conceſſi, ut Theophemo lis quinque, & viginti drachmis æſtimaretur*. Quibus ex verbis aperte, ut opinor, declarantur, quæ ab Harpocratione, & Polluce de delatione dicuntur. Illud autem memorabile, has delationes ſenatum recepiſſe in ſummis tantum ærarii anguſtiis conſtitutum, quod ſcribit in oratione *contra Nicomachum* Lyſias: *Non ignorabat, ſenatum, cum ſatis pecuniarum ad res gerendas habet, nihil delinquere; cum vero in anguſtias eſt deductus, cogi delationes recipere, & civium oratorumque bona publicare*.

Pertinuit illud etiam ad judicium, cognitionemque ſenatus, ut ſenatores, qui parum ſancte ſe gererent, e ſenatu dimoveret. id quod, quia frondibus nomina ſenatorum inſcriptis adminiſtratum eſt, propterea, teſte Polluce, ἐκφυλλοφορῆσαι dixerunt, ut Æſchines de Timarcho ſenatore diſſerens: *Si ſenatus, ubi hunc improbe feciſſe ſtatuerit, & frondibus ejecerit, etiam judicio tradiderit, donate illum*. Item: *Poſt hæc ſenatus in curiam ingreſſus eum frondibus expulit, ſuffragio vero retinuit. quod autem judicio non tradiderit, id vero iniquo animo fero*.

Atque hæc quidem hujus ſenatus jura extiterunt. Præmium vero ei non obſcurum fuit, corona, quam, ſi ſe egregie geſſiſſet, & in primis ſi triremes novas aliquot feciſſet, a populo petere, atque accipere per legem potuit. quam legem affert *adverſus Androtionem* orator, cum ille de ſenatu corona donando, etiam non conſtructis triremibus decretum ad populum pertuliſſet. Merces autem quædam pecuniæ ſumma fuit, quæ non ſenatui ſolum, ſed etiam concioni, & judicibus numerata eſt. Quod uno inſigni maxime *adverſus Timocratem* loco oſtenditur, in quo ita orator: *Lex eſt vobis ſi qua alia, præclara, ut qui ſacras, publicaſque pecunias poſſident, in curia pendant; ſin minus, ut ſenatus ab eis, legibus uſus telonicis, exigat. hac igitur lege res communes adminiſtrantur. ſi quidem quæ in conciones, & ſacrificia, & ſenatum, & equites, & alias res, pecuniæ impenduntur, hujus beneficio legis abunde ſuppetunt. cum enim vectigalia non ſufficiunt, quæ adpenſiones dicuntur, metu legis hujus penduntur. quomodo igitur non omnes reip. partes diſſolventur, cum vectigalium penſiones non fuerint ſatis, neque hæc niſi in exitu anni capere liceat; ſenatus autem, & judices, eos qui adpenſiones non ſolvant, vinciendi poteſtatem non habeant? quid agemus? non conveniemus, nec deliberabimus, ſi opus erit? & amplius popularem ſtatum retinebimus? non judicabunt fora & privata, & publica? non inibit ſenatus, & tractabit ea, quæ legibus continentur; at gratis ſcilicet hæc faciemus. quid vero iniquius eſt, quam ſi ex lege, quam tu mercede corruptus tuliſti, populus, & ſenatus, & judices mercede ſua priventur?* Hæc ille. Hanc ergo, opinor, conſuetudinem Athenienſium intuens Ariſtoteles, qui ſuos *de Rep.* commentarios diligenti omnium rerum publicarum obſervatione, & maxime, ſi quis attendat, Athenienſis, confeciſſe videtur, ſcripſit, populare maxime eſſe, mercedem omnibus dare, concionibus, ſenatui, judiciis, & magiſtratibus, & ex concionibus maxime ordinariis, & ex magiſtratibus in primis iis, qui una eſſe, & inter ſe veſci quotidie cogerentur.

CAP. IV.

De Concione. Ejus uſus. Quid fuerit? Ipſius Præfecti. Conciones ordinariæ, & extraordinariæ. Earumdem dies: locus. Quomodo Concio proſcribebatur? Qui in eam venirent, aut cogerentur? Quomodo in ea Præfecti ſederent? Ipſius ſacra. Quinam ad ipſam ferrent? Qui in ea ſententias dicerent? Ipſius ſuffragia. Quomodo dimitteretur? Decreti ſcribendi ratio. Quibus de rebus Concio ſtatuerit? De Legibus: De Sacris: De Magiſtratibus: De bello & pace: De præmiis benemeritorum: De civitate: De immunitate: De coronis: De Proedriis. De ſtatuis & victu in Prytaneo. Concionis judicia. Oſtraciſmus quid? Qua ætate debebant eſſe Judices?

His expoſitis tranſeamus ad concionem, quam illi ἐκκλησίαν dixerunt, in qua populus tantas

opes habuit, ut ab ea una popularis resp. nomen invenerit. nam concionis arbitrio universum a Solone populare permissum erat imperium. quod & intellexit Demosthenes, cum in oratione *contra Neæram* populum Atheniensem, omnium rerum, quæ sint in civitate, dominum esse, eundemque pro arbitratu de iis statuere posse scripsit, & res ipsa nemine etiam loquente testatur. scilicet, quia ad senatum, & ad judicia nisi forte pervenire nemo potuit: at concio omnibus, postea quam per ætatem in popularium concionales relati tabulas essent, sine ullo sortis beneficio patuit. idque potissimum ex instituto Solonis, qui, ut inquit Plutarchus, cum magistratus solis divitibus tribuisset, concionem æque omnibus impertivit. Est autem concio populi conventus legitime advocatus rei alicujus publicæ caussa suffragio suo aut jubendæ, aut vetandæ. Quod autem dixi legitime, id habet hanc vim, ut & a magistratu legitimo advocata, & die locoque legitimo habita, & reliqua, quæ continentur in lege de habenda concione, servata sint. quæ ipsa nos, quoad poterimus, ex infinitis prope vetustatis tenebris, dabimus operam, ut eruamus.

Ac magistratus quidem, qui populi concionem regebant, erant prytanes, proedri, & epistata. Prytanes erant iidem, atque ii, qui in senatu prytaneatum gerebant. Proedri vero novem erant, singuli ex singulis novenis tribubus iis, quæ in prytaneatu non erant, sorte in singulis concionibus lecti. quod & Harpocratio tradit, & Æschines in oratione *de ementita legatione* confirmat. *Lectis*, inquit, *legatis ad jusjurandum a Philippo de pace accipiendum concio habita est, in qua Demosthenes senator sorte lectus est proedrus*. & lex, quam recitat in *Timocratea* Demosthenes: *Proedri, quibus sorte obtigerit, ut in ea concione præsideant*. Epistata vero alius fuit ab eo, de quo supra cognovimus. ille enim prytanum princeps fuit, hic proedrorum; ille senatui præfuit, hic concioni; ille in diem magistratum obtinuit, hic in eas tantum horas, per quas concio habita est. Duos autem hos fuisse epistatas, unum, qui lectus sit ex prytanibus, alterum, qui ex proedris, atque illum quidem hujus sortitioni præfuisse, hunc vero ab illo imperium accepisse, Harpocratio ex Aristotelis sententia aperte scriptum reliquit. postremis autem temporibus, quod scribit *contra Timarchum* Æschines, lex nova lata est, ut tribus unius sors duceretur, eaque in tribunali præsideret. Ac prytanes quidem ut senatum, sic etiam concionem advocandi jus habuere. quod scriptum est apud Ulpianum *in Timocrateam*, & Pollucem *libro* VIII. Proedri vero qui ante prytanas in concione sederunt, res, de quibus agendum erat, proponebant. quod in eodem *commentario* præcipit Ulpianus, cum inquit, satis constare, prytanes coegisse concionem, proedros vero subjecisse, qua de re convenissent, & Demosthenes in *Mediana*, cum legem jubere inquit, ut postquam proedri rettulerint de rebus ab archonte administratis, referant etiam de injuriis in pompa alicui factis. & Æschines in *Timarchiana*, cum ait: *Quomodo jubet lex proedros referre? ubi solemnis expiatio, & precatio facta fuerit, jubet proedros* προχειροτονεῖν *de sacris patriis*. Epistata vero in eum usum institutus videtur, ut cum prytanes concionem coegissent, proedri rettulissent, ipse populo suffragium daret. Quod declarat Æschines in *accusatione Ctesiphontis*: *Jubet lex, prytanes concionem cogere, nomothetis inscriptis, epistatam autem proedrorum suffragiorum potestatem permittere populo*. & Demosthenes, in *Androtionis*: *Qui præsidebant senatui, & qui hæc suffragiis committebat, epistata rogarunt, & populo suffragandi potestatem dederunt, cui dignus esse senatus præmio videretur, & cui secus*. Tribus autem, quæ præsidebat, opem, ut inquit Æschines, legibus, & populari statui adversus improbos oratores afferebat. Cum ergo horum quasi imperio Atheniensis concio teneretur, hinc Demosthenes oratorio more *in Aristogitonem* decreta contra leges scribentem invectus dixit, eum non a prytane, non a præcone, non ab epistata, non a præsidente tribu, quæ decima pars esset civitatis, coerceri potuisse. Præconis autem mentionem fecit, quia per præconem subjiciente scriba omnia prytanum, proedrorum, & epistatæ edicta pronunciabantur. Ac per quos quidem conciones haberentur, & regerentur, expositum sit.

Conciones autem aut ordinariæ fuerunt, aut extraordinariæ. Illæ statis cujusque prytaneæ diebus habitæ sunt; hæ, ut res, & occasio tulit; illæ de rebus certis, hæ de incertis; illæ ab uno magistratu semper, nimirum a prytanibus, hæ & a prytanibus, & a prætoribus; illæ proprio nomine ἐκκλησίαι, hæ κατεκκλησίαι, & σύγκλητοι ἐκκλησίαι dictæ sunt. Ordinariæ porro quattuor in quaque prytanea, auctore Polluce, habitæ sunt: prima, quæ κορία dicta est, in qua magistratus rogarunt, an bene haberent, aut abrogarunt, & qui voluerunt, εἰσαγγελίας detulerunt, & bonorum publicatorum tabulas recitarunt ii, quibus hoc negocium datum erat; in secunda permissum est, ut quicunque vellet, de rebus privatis, & publicis libere diceret; tertia præconibus & legatis data est, si modo ante prytanibus litteras reddidissent; quarta sacris est attributa. Quod autem scribit Pollux, illud totum ex libro *de repub. Atheniensium* Aristotelis est mutuatus. ex quo hæc recitat Harpocratio. *Quæ sint*, inquit, κυρίαι ἐκκλησίαι, *docet in Atheniensium repub. Aristoteles, cum scribit, prytanes coegisse senatum, & populum, & senatum quidem quotidie, nisi si vacatio aliqua esset, populum vero quater in singulis prytaneis. proscribunt autem*, inquit, *etiam* κυρίαν ἐκκλησίαν, *in qua magistratus abrogant, qui male gerere magistratum videantur, & de agri custodia agunt, &* εἰσαγγελίας, *qui volunt, deferunt*. Ulpianus autem legem quandam antiquam exponens, singulis, inquit, mensibus ternas conciones rerum civilium caussa fuisse habitas, nisi forte aliqua belli necessitas coegisset, ut aliæ quoque præter has vocarentur; primam fuisse undecimo die mensis, secundam circa vicesimum, tertiam circa tricesimum. Lex autem hæc in *Timocratea* extat oratione. *Prima prytanea, undecimo die in populo, votis a præcone nuncupatis, legum* ἐπιχειροτονία *fiat, primum senatoriarum, deinde communium, tum earum, quæ latæ sunt novem archontibus, postea aliis magistratibus. disquisitio autem prior sit, cui videantur leges senatoriæ sufficere; posterior vero, cui non videantur; deinde de communibus eodem modo. disquisitio vero legum fiat ex legibus, quæ extant. quod si quæ leges receptæ improbatæ sint, prytanes, quorum in magistratu disquisitio fiet, de improbatis ultimam ex tribus habeant concionem.* Quod si populo ordinariis concionibus omnibus perfuncto grave aliquid, quod ad ejus arbitrium pertineret, incideret, tum senatus summam decernendi potestatem habebat, ut ostendit in oratione *de ementita legatione* Demosthenes: *Postquam*, inquit, *concio nulla restabat, legati vero nondum abierant, ego decretum scribo, cum senator essem, quod senatui populus auctoritatem permiserat, ut primo quoque tempore legati proficiscantur.* Atque ordinariæ quidem erant ejusmodi, quemadmodum Ulpianus *ad orationem de ementita legatione* scriptum reliquit, ut ad eas ultro a nemine vocatus populus conveniret. extraordinariæ vero, ut circumeuntibus, & convocantibus quibusdam repente ha-

haberentur. unde in oratione *de falsa legatione* dixit Demosthenes: *Incerto adhuc rerum futurarum eventu cœtus, & sermones in foro multi habiti sunt; timebant videlicet, ne repente σύγκλητος concio advocaretur.* Et Æschines de eadem: *Philippo ex Macedonia egresso, plures conciones συγκλήτως cum timore, & tumultu coacti estis inire, quam legibus constitutas.* Hæ vero quia plerumque de bello cogebantur, propterea a prætoribus habebantur, aut, si senatus mandasset, etiam a prytanibus. De prætoribus multa testimonio sunt, maxime autem decretum, quod est in oratione *pro Ctesiphonte*: *Mnesiphilo Archonte συγκλήτῳ concione a prætoribus habita, & ex prytanum, senatusque sententia decima die Mæmacterionis abeuntis Callippus dixit.* Hinc illud est apud Diodorum *libro* XVI. *Cum Philippus in Atticam irrupisset, eo nuncio accepto populus in theatrum convenit summo mane a nullo magistratu, ut mos erat, vocatus. ut prætores venerunt, & eum, qui nuncium pertulerat, produxerunt, & ille dixit, silentium, & stupor incredibilis consequutus est, ut nemo loqui auderet.* de prytanibus vero Æschines auctor est, qui in oratione *contra Ctesiphontem* Demostheni objecit, quod decretum in senatu scripserit, ut prytanes concionem haberent octavo die mensis ineuntis Elaphebolionis, cum Æsculapio res divina fieret. & in oratione *de ementita legatione*, quod decretum scripserit, ut prytanes post Dionysia urbana, & in theatro Dionysii duas proscriberent conciones, unam octavo decimo, alteram nono decimo die.

Locus porro concionum fuit diversus. siquidem & in foro, & in Pnyce, & in theatro habitæ sunt. De foro testis est Harpocratio, ubi de voce πάνδημος differit, qui priscis temporibus concionem in foro habitam esse narrat, eaque de caussa tum concionem ἀγορὰν esse appellatam. de Pnyce, & theatro Pollux, qui scribit concionem olim habitam esse in Pnyce, deinde in theatro Dionysiaco. Pnycis autem mentio est etiam in lege Solonis, ut est in oratione *contra Ctesiphontem*: *Legislator jubet in populo, in Pnyce concione renunciari, qui a populo coronetur, alibi vero nequaquam.* Pnyx vero aut a consultorum, aut a subselliorum densitate, quæ πυκνότης dicitur, nomen, teste Harpocratione, invenit. Hinc Thucydides *libro octavo*: *Athenienses, inquit, concionem advocarunt; unam extemplo in Pnyca, ubi alias etiam soliti erant; in qua cum Quadringentos abrogassent, quinque millibus rempubl. tradendam esse decreverunt. habitæ sunt aliæ quoque pycnæ conciones, in quibus & nomothetas, & alia in rempubl. reduxerunt.* Fuit autem, ut scribit Pollux, locus antiqua simplicitate non in theatri magnificentiam fabricatus. in quo fuit suggestum, ex quo ad populum agebatur, & quidem ad mare versum, quod maritimam turbam fundamentum esse popularis imperii, ut narrat in *Themistocle* Plutarchus, arbitrarentur. De theatro vero Dionysii elicitur etiam ex lege, quam recitat Demosthenes *adversus Mediam*: *Prytanes concionem cogunto in theatro Dionysii, postridie in Pandione.* Et ex decreto ejusdem in oratione *de ementita legatione*: *Placuit, ut post Dionysia urbana, & in Dionysii theatro conciones duas prytanes proscriberent.* Atque hæc quidem duo loca concioni habendæ fuere solemnia; extra ordinem vero & in Piræeo, & in Colono, & in Munichia habitas esse Demosthenes in ea, quam modo dixi, *oratione*, Thucydides *libro octavo*, & Lysias in oratione *contra Agoratum* demonstrarunt.

Moris præterea fuit, ut antequam concio cogeretur, προγράμμα præferretur, id est, res qua de agendum esset, proscriberetur, ut omnibus in concionem venientibus, quo de consulendi essent, pateret. quod Ulpianus *ad primam contra Philippum*, & ad eam, quæ est *de ementita legatione*, notatum reliquit; & voluisse Demosthenes videtur, cum in *eadem oratione* dixit: *Proscriptum autem erat, prætoribus, & legatis*; & in *Timocratea*: *Cum de legibus agendum est, proscribendum est, Nomothetis*; & Andocides in oratione *de Mysteriis*: *Erat concio prætoribus, qui in Siciliam mittebantur.*

Ut autem nemo concionem inire poterat, qui non in tabulis concionalibus scriptus esset, sic si quis ex iis eo non veniret, aut ægre veniret multis rationibus cogebatur. ut apud Interpretem *Acharnensium* scriptum est, his verbis: *Nam & vela, inquit, laxarunt, & vias, quæ in forum non ferebant, obstruxerunt, & venalia ex foro removerunt, ne circa ea tempus terrent, & tincto fune circumscribentes eos in concionem compulerunt.* Quod autem vela ille laxata scribit, ab Harpocratione exponitur. *Omne integumentum*, inquit, *sive ex pelle, sive ex alia materia γέῤῥον dicebatur.* Demosthenes autem in oratione *pro Ctesiphonte* ait, *accepto nuncio de Elacia capta prytanas ex medio convivio surgentes, eos, qui in tentoriis, quæ in foro sunt, versabantur, exegisse, & γέῤῥα, id est, vela, incendisse, ne in foro circa venalia convenirent, neque alia de re moram traherent.* In oratione vero *contra Neæram* inquit, *in donanda civitate jubere legem, prytanas ponere urnas, & suffragium dare ingredienti populo, antequam peregrini introeant, & vela tollere*, quod aut idem est cum loco orationis *pro Ctesiphonte*, *aut aliquid ejusmodi suspicandum est, prytanas civibus in concione sedentibus suffragium dedisse ante peregrinorum ingressum, & antequam tollerentur obices, id est, priusquam in concionem laxarentur cuilibet dicere cupienti.* Hæc Harpocratio. ex quibus apparet, ne illum quidem, quæ γέῤῥα essent, satis secum constitutum habuisse. Quod autem Interpres dixit, fune tincto populum in concionem esse compulsum, id ipsum ab eodem alio loco ita declaratur. *Quoniam*, inquit, *Athenienses ægre conveniebant in conciones, soliti erant duo ministri funem coccino tinctum per forum extendentes turbam in concionem cogere; qui vero tincti erant, mulctam pendebant*; & a Polluce, cum scribit, qui in concionem non venissent, eos a Lexiarchis mulctatos, & fune tincto per sagittarios in concionem esse compulsos.

In sedendo autem prytanes, proedri, epistatæque prima tribunalis sedilia occupabant, eaque proedria dicebatur, ut ostendit Dinarchus *contra Aristogitonem*: *Nonne hic ærario debere convictus in proedria prytanum assedit?* Et Æschines *contra Ctesiphontem*: *Cum per annum senator fuisset Demosthenes, nullos unquam legatos in proedriam vocavit, sed tum primum legatos apposito pulvino, circumstrataque veste punicea in proedria collocavit.* Hinc in *Acharnensibus* veteris expressor moris, ac disciplinæ facetissimus Comicus ita scripsit: *Nunc cum esset concio κυρία, summo mane deserta erat ipsa Pnyx. qui vero in foro versantur, nugantur, atque in inferiore, & superiore parte funem tinctum fugiunt. neque prytanes veniunt, nisi intempestive; deinde dum veniunt, urgent se inter se ob primum sedile, quia una confluunt.* Populo autem convocato concionis initium ab expiatione concionis, & votorum susceptione, & detestatione ca-

piebatur. Ac de expiatione quidem proditum eſt in commentario *Acharnenſium* in hunc modum: *Moris fuit Athenienſibus mactare porculum, & ſubſellia ſanguine illius imbuere in honorem Cereris, quia fruges ejus lædit.* Item: *Qui in concione erant, expiabantur mactato porculo, unde Æſchines dixit; poſteaquam piaculum circumlatum erit, & præco patria vota fecerit, tum jubet lex ad populum agi. immolatus vero ad expianda loca porculus κάθαρμα dicebatur, & qui expiabat, καθαρτὴς; Aeſchines vero contra Timarchum καθάρσιον vocat.* Et in expoſitione *Concionantum*: *Periſtarchus præerat expiationibus. dicebatur vero περίςαρχος, quia expiationes dicebantur περίςια.* Item Pollux, qui periſtarchos expiaſſe porculis minutulis concionem ait. De votorum autem nuncupatione cognoſcitur ex lege, cujus meminit Demoſthenes *contra Timocratem*, in qua hæc ſunt: *Prytanea prima, die undecimo, in populo, votis a præcone nuncupatis, diſquiſitio fiat legum.* Lex autem, ut inquit ſuperiore *oratione* Dinarchus, præconem cum bona ominatione precari jubet, ut populo de rebus a diis conſilium traderetur. Cum votis porro execratio quoque conjuncta fuit, ut ex oratione Demoſthenis *de ementita legatione* colligitur. *Recita execrationem*, inquit, *ex lege.* Execratio. *hæc pro vobis, Athenienſes, in ſingulis concionibus præco precatur, quæ conſtituta lege ſunt.* Videtur autem execratio hujus ſententiæ fuiſſe, quantum ex iis, quæ apud eum ſequuntur, verbis elicitur, ut qui contra rempublicam ſenſiſſet, dixiſſetve, ipſe cum gente, domoque ſua a diis everteretur. Unde Dinarchus eadem in cauſſa dixit, in unaquaque concione deteſtationes adverſus improbos homines factas, Si quis donis acceptis diceret, ac decerneret de republica, eum peſti devotum eſſe.

His rebus rite pactis, proedri, qua de re conſuleretur populus, proponebant. de qua ſi quod ſenatus præconſultum extaret, illud primum populo recitabant, deinde, an ſatis id eſſet, an ſuffragatio adjungenda eſſet, rogabant. quorum illud declaratur ab Æſchine in oratione *de ementita legatione*, cum ait: *Aleximarchus dat legendum proedris decretum.* hoc vero a Demoſthene *contra Timocratem*, cum inquit: *Indicavit, acceſſit ad ſenatum, præconſultum ſcriptum eſt, poſt hæc habita concione populus προυχειροτόνησεν*; & iterum ab Æſchine *contra Timarchum*: *Poſtquam expiatio circumlata fuerit, & præco patria vota fecerit, lex jubet, proedros προχειροτονεῖν de ſacris patriis.* Erat autem, ut ſupra dixi, *προχειροτονία*, cum ſenatus præconſulto ad populum delato, ante a populo ſtatuebatur, an opus eſſet de rebus propoſitis populum conſuli, an ſenatus præconſultum ſatis valeret.

Quod ſi ſe de propoſita re conſuli populo placuiſſet, tum præco proedrorum juſſu cives omnes ad dicendam de republica ſententiam invitabat, clara voce rogans, num quis ſententiam dicere vellet ex iis, qui ſupra quinquaginta annos nati eſſent. Oſtendit Demoſthenes *pro Cteſiphonte*: *Poſtridie, ſummo mane prytanes ſenatum vocant in curiam, vos vero in concionem veniſtis, & antequam ille ageret, & præconſuleret, totus populus in ſuperiore parte ſedebat. poſt hæc autem ut ſenatus ingreſſus eſt, & prytanes, quæ ad ſe delata erant, expoſuerunt, & eum, qui venerat, produxerunt, & ille loquutus eſt, præco interrogavit, quis loqui vult? nemo vero proceſſit. ſæpe vero præcone rogante, nemo tamen ſurgebat neque oratorum, neque prætorum, cum communis patriæ vox citaret, qui de ſalute diceret, quam enim præco ex legibus vocem mittit, hanc communem patriæ exiſtimare oportet.* Et Aeſchines *contra Cteſiphontem*: *Conticuit pulcherrimum illud edictum in civitate: quis loqui vult eorum, qui ſupra quinquaginta annos nati ſunt, & deinde ex aliis civibus?* Item: *Cuperem ego & ſenatum quingentumvirum, & conciones a præfectis ipſarum recte gubernari, & leges, quas tulit Solo de oratorum modeſtia, vigere, ut liceret primum maximo natu civium, ita ut legibus ſancitum eſt, modeſte ſuggeſtum aſcendenti ſine tumultu optimum civitati conſilium dare, deinde & ex aliis civibus, qui vellent, ſervato ætatis gradu ſeparatim de quaque re ſententiam ſuam exponere.* Juſſu vero proedrorum hoc factum dixi, quod idem in oratione *de ementita legatione* negat, ſe in poſteriore *de pace* concione dicere potuiſſe, proedris dicendi copiam adimentibus.

Quamquam autem cives omnes invitabantur; non omnibus tamen ſententiam in concione dicere licuiſſe, ex lege liquet, qua Solo impudicos, militiæ deſertores, impioſque a ſuggeſto removit, ut idem in *eadem actione* docet, cum inquit: *Legislator aperte oſtendit, quos oporteret in concione dicere, & quos non. neque a ſuggeſto rejicit, ſi quis non ex majoribus prætoriis natus ſit, nec ſi quis opificium aliquod victus neceſſarii cauſſa exerceat, ſed eos maxime amplexatur, & propterea ſæpe rogat; quis loqui vult? quos vero non putavit dicere oportere? qui parentes percuſſerint, aut non aluerint, aut tecto non exceperint, qui turpem vitam egerint, qui ſtipendia imperata non fecerint, qui ſcutum abjecerint, qui muliebria paſſi ſint, qui patrimonium dilapidarint.* Quin etiam in prima *adverſus Ariſtogitonem*, qui ærario deberent, eos dicendæ ſententiæ jure vacuos fuiſſe, Demoſthenes inquit. Suggeſtum autem nominavi, quia qui dicturi erant, ii ſuggeſtum aſcendebant, ut ex ſuperiore loco agentes commodius audirentur. unde Aeſchines *contra Cteſiphontem* objicit Demoſtheni, quod occupaverit ſuggeſtum, & nemini locum ad dicendum reliquerit, & ille alter *pro Cteſiphonte* reſpondet: *Si qui ſalvam rempublicam volebant, procedere oportebat, vos omnes, & reliqui Athenienſes ſurgentes in ſuggeſtum aſcendiſſetis.* Atque hæc eadem omnia de præconſulto, & concione, & dicendarum ſententiarum more, uno etiam *Medianæ orationis* loco planiſſime demonſtrantur: *Poſtquam milites Tamynis circumſederi nunciatum eſt, & ſenatus præconſultum fecit, ut omnes equites, e quibus hic erat Medias, exirent, hic hanc veritus militiam in poſteram veniens concionem, antequam proedri ſederent, triremem pollicitus eſt. ut autem in concione, verbis factis, equitibus opus non eſſe intellectum eſt, triremem ipſe non conſcendit, ſed alterum præfecit.*

Dictis ſententiis, deinceps decretum ſcribebatur, atque ſuffragiis populi committebatur. ſcriptum oſtendit Plutarchus, cum inquit, reclamante, & vincente Alcibiade, Demoſtratum oratorem ſcripſiſſe, oportere prætoribus ſummum imperium apparatus, & totius belli concedere. Suffragiis autem permittebat epiſtata, ita ut per præconem populum, quid ei videretur, rogaret, cumque ad decretum ſuo ſuffragio aut ſciſcendum, aut antiquandum invitaret. quod illi ἐπιψηφίζειν τὸ ψήφισμα, & διδόναι διαχειροτονίαν τῷ δήμῳ dicebant. Atque hoc, ut ſupra dixi, in *Androtiana* oſtendit Demoſthenes, cum inquit: *Qui ſenatui præſidebant, & qui hæc ſuffragiis permittebat, epiſtata, interrogarunt. & jubendi facultatem dederunt.* Item: *Hæc interrogavit epiſtata, juſſit populus, placuit. non eſt hic opus, inquit, præconſulto ſenatus.* Et Aeſchines in *Cteſiphon-*

A
tea: Jubet lex, prytanes cogere concionem, proscriptis nomothetis, epistatam vero proedrorum jubendi facultatem populo dare. Jussu tamen, aut voluntate proedrorum in hoc epistatam munere esse versatum, Ulpianus videtur innuere, cum in *Medianæ commentario* scribit, proedrorum officium fuisse, interrogare populum, an de re proposita ei statuere placeret; item proedros rogasse populum per præconem, vellet ne se ea de re consuli; atque omnino sine proedris populum nulla de re statuisse. pariterque Æschines in *eadem*, cum ait: *Nunc vero scribunt facile quidam sententias contra leges, atque decreta, nonnulli alii suffragiis committunt, qui non juste, sed coitione proedratum adepti sunt*. Et *de falsa legatione*:
B
Aleximachus decretum proedris legendum præbet, quo lecto ex proedris surgens Demosthenes negat, se decretum populi suffragiis commissurum. Et Plutarchus, cum Aristidem narrat sæpe suscepta sententia destitisse, cum interrogaturo populum proedro, ex verbis factis decreti sui vitium cognovisset.

Suffragium vero fuit manuum porrectio, quam illi χειροτονίαν dixerunt, & ad leges jubendas, & magistratus quosdam creandos, & decreta sciscenda de repub. adhibuerunt. Quare scripsit Ulpianus *in Medianam*, proedros rogasse populum, an ei
C
placeret, illum vero manus sustulisse. & Xenophon *rerum Græcarum* libro primo, *concio*, inquit, *dimissa est, quia advesperascebat, nec manus dispicere potuissent*. & Andocides in oratione *de Pace*: *Nos legati vos omnes legatos facimus, o Athenienses. quicunque manum sustulerit, ille legatus erit suæ voluntatis, pacem ne, an bellum malit*. & Cicero *pro Flacco*: *Sic sunt expressa ista præclara, quæ recitantur, psephismata, non sententiis, neque auctoritatibus declarata, nec jurejurando constricta, sed porrigenda manu, profundendoque clamore multitudinis concitatæ*. & post: *Porrexerunt manus, psephisma natum est*. Ex quo apparet, quod plurium
D
manibus esset acceptum, id a populo jussum, sancitumque fuisse. An vero alius fuerit suffragii ferendi modus, post dicemus. Ubi vero populus suffragia tulerat, tum proedrorum aliquis ea populo renunciabat. quod aperte ex orationis exordio *contra Ctesiphontem* intelligitur: *Si quis aliorum senatorum rite proedrus factus sit, & vestras χειροτονίας renunciarit, huic judicium comminantur*.

Illud autem prætereundum silentio non videtur, si interea, dum populus in concione sedebat, signi aliquid e cœlo apparuisset, concionem dimitti, & in alium diem indici a prytanibus solitam.
E
cum enim apud Aristophanem in *Acharnensibus* Dicæopolis dixisset; *Veto, ne concio habeatur Thracibus, quia signum a Jove editum est, & gutta me tetigit*, ac præco subjecisset: *Thracas abire dico, adesse vero in ultimum diem, quia prytanes solvunt concionem*: notavit Interpres, observasse Athenienses Jovis dies, & conciones signo a Jove facto diremisse. fuisse autem Jovis signum, quam illi διοσημείαν vocarunt, intempestivam tempestatem; dissoluta autem concione rursus convocatos esse, cum iisdem de rebus sciscere cuperent.

Decreti porro scribendi ratio ea fuit, ut oratoris potissimum, aut senatoris, qui censeret, & tribus, quæ in prytaneatu esset, ei nomen affigerent.
F
unde *contra Timarchum* scriptum est: *Talibus oratoribus in populi sententias inscriptis*. & pro *Ctesiphonte*: *Archonte Mnesiphilo, Ecatombæonis ultimo, & novo, Pandionide tribu prytaneatum gerente, Demosthenes Pæaniensis censuit*. & apud Plutarchum in *Lycurgo*: *Anaxicrate Archonte, in prytanea Antiochidis Stratocles Euthydidæ filius censuit*. & alia ejusmodi multa.

Ut autem senatus scita, antequam ad populum perferrentur, præconsulta, sic postquam a populo accepta fuerant, decreta, vel, ut ludens in Græcos Cicero dixit, psephismata nominata sunt. in quibus scribendis illud summo studio providendum fuit, ne quid afferrent, quod aut receptis Solonis legibus adversaretur, aut in iis ferendis legum præcepta violaret, quæ ab eodem describendorum decretorum ratione fuerant datæ.

His expositis, nunc quæ potissimum res populi arbitrio, judicioque permissæ sint, exponamus, neque enim actum est eodem modo de omnibus. Atque ut a legibus, quæ præcipua populi cognitio fuit, exordiamur, satis constat, legibus veteribus, sive quæ senatoribus, sive quæ magistratibus essent latæ, recognoscendis, primam, ut ante diximus, concionem esse dicatam. abrogandis autem, & novis in earum locum jubendis aliam. verum legum veterum abrogandarum, novarumque instituendarum jus non universæ concioni, sed meliori populi parti communicatum est, qui νομοθέται sunt appellati. Sunt autem hoc loco Nomothetæ, non qui novas leges reipubl. scripserunt, quomodo Draconem, Solonem, Clisthenem, & Periclem nomothetas vocarunt, sed præcipuum prudentum consilium, qui in concione leges ad se perlatas suo judicio aut probarunt aut repudiarunt. Solon enim cum rempub. satis multis legibus stabilisset, eas tamen, si usus postularet, corrigi, & abrogari posse voluit, si pro iis novæ aliæ meliores, commodioresque essent illatæ. instituitque ut ex universo populo homines, certo præditi numero, sorte, ut scribit *ad Leptinianam* Ulpianus, legerentur, qui jurejurando Heliastico, de quo postea dicemus, obstricti, & mercede affecti huic cognitioni in concione operam darent. Atque hoc potissimum leges ipsæ Solonis, quæ in Demosthenis, & Æschinis *orationibus* recitantur, ostendunt. quarum una in *Timocratea*, ejusmodi est: *Prima prytanea, die undecimo, in populo, votis a præcone nuncupatis, legum ἐπιχειροτονεία fiat, primum senatoriarum, deinde communium, tum earum, quæ novem Archontibus latæ sunt, tum aliis magistratibus. disquisitio vero prior fit, cui sufficere leges senatoriæ videantur; posterior vero, cui non videantur. deinde de communibus eodem modo. disquisitio vero fiat ex legibus, quæ extant. quod si quæ leges receptæ improbatæ sint, prytanes, quorum in magistratu disquisitio fiet, de improbatis, ultimam ex tribus concionem habeant. proedri vero, qui sorte in ea concione præsederint, necessario referant, primum post sacra de nomothetis, quomodo consideant, & inde nomothetis stips suppetet. nomothetæ vero sint ex iis, qui jusjurandum Heliasticum jurarint. Quod si prytanes, prout scriptum est, concionem non habuerint, aut proedri, prout scriptum est, non rettulerint, prytanum quisque mille drachmas Minervæ dare damnas esto. & indicatio eorum sit apud Thesmothetas, non aliter, atque cum quis magistratum gerit, cum ærario debet. Thesmothetæ vero indicatos introducunto in forum ex lege, alioquin ne ascendant in Areopagum, ut qui legum emendationem perverterint. ante concionem vero Atheniensis, qui legem ferre velit, proponat ante Eponymos scriptas leges, quas ferat; ut pro multitudine propositarum legum de tempore decernat populus nomothetis. qui vero novam legem fert, describens in album, proponat ante Eponymos quotidie, donec concio habeatur. legantur autem ex populis, qui leges suasuri sunt, quæ inter nomothetas abrogentur, quinqueviri ex Atheniensibus omnibus, die undecimo Ecatombæonis mensis*. Atque hanc quidem legem laudibus efferens Demosthenes in hæc postea capita redegit. *Lex primum*, inquit, *vobis disquisitionem concedit, utrum lex nova*

sit inferenda, an quæ sunt, sufficere videantur. post ubi decreveritis inferre, non subito ferre jubet, sed tertiam concionem assignat. neque vero in ea ferre concedit, sed considerare, quomodo nomothetæ considеant. interea vero jussit, ut qui inferre leges vellent, ante Eponymos proponerent, ut, qui vellent, possent & considerare, & quod vobis inutile perspicerent, enunciare, & per ocium contradicere. Huic autem legi paullo post alteram multo breviorem, atque apertiorem adjungit ejusmodi. *Legum, quæ sunt, nullam tollere jus sit, nisi inter nomothetas: tum vero Atheniensi, qui velit, tollere liceat, cum alteram aliquam ferat pro ea, quam tollat. proedri vero manuum suffragia de his legibus permittant, primum de ea, quæ extat, an videatur commoda populo Atheniensi, an non; deinde de ea, quæ rogatur. utram vero acceperint porrigendis manibus nomothetæ, ea rata esto. contrariam vero legem ne jus sit ferre legum, quæ extant, ulli. quod si quis tollens aliquam legum, quæ extant, alteram pro ea reposuerit populo Atheniensium parum commodam, aut iis, quæ extant, contrariam, accusatio ejus esto ex lege, quæ est, si quis parum commodam legem tulerit.* Atque hæc eadem etiam in *actione Leptiniana* sunt, ubi orator aperte has leges omnes Solonis esse ostendit. His adjungitur etiam Æschinis in *accusatione Ctesiphontis* auctoritas: *Tulit Solo, ut Thesmothetæ quotannis emendarent in publico leges, diligenter examinantes, an altera alteri contraria, an inter ratas irrita aliqua esset, an plures leges una de eadem re scriptæ essent. & si quid tale invenissent, describentes in tabulas, jussit ante Eponymos proponere: prytanes autem concionem, proscripto* NOMOTHETIS, *habere: epistatam autem proedrorum manuum suffragia populo concedere, & alias tollere, alias relinquere, ut una lex esset de actione una, non plures.* Hæc autem legum inter nomothetas ferendarum consuetudo cum usque ad Quadringentorum dominatum incolumis permansisset; prorsus cum Solonis rep. & extincta, & eorum imperio abrogato, una cum eadem pariter est revocata. quod cum Thucydides gravissimus auctor *libro octavo* mandavit, tum ex decreto etiam Tisameni intelligitur, quod post annis septem, remotis a rep. triginta tyrannis, scriptum est in hæc verba, ut invenio in oratione *de Mysteriis* apud Andocidem: *Placuit populo, Tisamenus censuit, remp. gerere Athenienses patriis institutis, legibus autem uti Solonis, & Draconis, quibus antea utebantur; quibus autem opus fuerit, eas lecti a senatu nomothetæ describant in tabulas, & proponant ante Eponymos iis, qui velint, considerandas, & tradant magistratibus in hoc mense. traditas autem leges probet prius senatus, & nomothetæ quingenti a populis editi, ubi jurarint. liceat autem privato curiam ineunti de commodo legum agere. postquam latæ fuerint leges, det operam senatus Areopagi, ut latis legibus magistratus utantur. confirmatas vero leges describant in parietem, ubi prius descriptæ erant, considerare volenti. Leges hoc decreto probatæ, & confirmatæ in porticu sunt descriptæ. Tum lata lex est, ne non scripta lex ad rem aliquam, sed suprascriptæ leges adhiberentur. decretum autem nullum neque senatus, neque populi firmius lege esset, neque in unum legem ferre liceret, nisi eadem in omnes Athenienses ferretur, & ut legibus, quæ essent post Euclidem Archontem, uterentur.* Atque hoc quidem modo cum vetere Solonis republ. prisca etiam legum ferendarum consuetudo est renovata. Quam Demosthenes, ut video, retinens, cum post aliquot annos novam de trierarchis legem inferre vellet, veterem Solonis ante ea de re legem sustulit. quemadmodum ipse in oratione *pro Ctesiphonte* scriptum reliquit. Timocrates autem legem rogaturus tulit, ut Prytanes Pandionidis Nomothetas in sedibus collocarent, Nomothetæ vero essent

A mille, & unus ex juratis. Ac de legum quidem cognitione hæc dicta sint. Sacra vero ex Solonis illa, de qua dixi, lege in tertia concione tractata sunt, aut, ut scribit Pollux, in quarta.

Ut autem magistratus quosdam, prætores, hipparchos, phylarchos, & taxiarchos crearint, & creatos, an egregie se gererent, explorarint, & abrogarint, postea demonstrabimus.

Nam legatos a senatu, populoque decretos, & lectos, ostendit Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte*, cum ait, placuisse populo, ut legati ad Philippum de navibus recuperandis legerentur, iisque mandata darentur. & in ea, quæ est *de ementita legatione*, cum inquit, Æschinem neque senatus, neque populi suffragio lectum, legatum ad Philippum esse profectum. Legatos item exterarum gentium ad populum productos, & in concione tertia audiros, tum apud Pollucem, ut diximus, cum in historiis sæpe, ut apud Thucydidem, legimus.

B

De bello item, pace, & fœderibus cum populo actum esse perspicum est. Videmus enim bellum cum Lacedæmoniis Atheniensem populum decernere auctore Pericle apud Thucydidem; pacem autem

C jubere apud Demosthenem in ea, quam modo commemoravi, *oratione*. si quidem inquit: *Nam præter cetera, quæ attulit in priore concione, in qua de pace statuebatis, pacem dissuasit: in posteriore vero, in qua pacem confirmare oportebat, Philocrati se adjunxit.*

Jam vero populi præmia fuerunt, civitatis, immunitatisque largitio; præterea coronæ, proedriæ, statuæ, & victus in Prytaneo. quos honores ut primis temporibus raros, ac tenues, populus detulit, sic postremis prope infinitos, atque effusos bene de se meritis exquisivit. cujus rei documento potest esse Miltiades, cui hoste acerrimo a cervicibus patriæ, Græciæque repulso ea, teste Probo, gratia est relata, ut in porticu, quæ Pœcile vocabatur, cum pugna depingeretur Marathonia, in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, præliumque committeret. Quapropter jure queri videtur in or. *de syntaxi* Demosthenes, prætoribus vulgo statuas collocari, quas majores sui neque Miltiadi, neque Themistocli statuissent, qui maximis remp. periculis liberassent, atque externis hominibus temere civitatem concedi, cum majores Menoni Pharsalio, & Perdicæ Macedonum regi, quorum singularia fidei, & benivolentiæ erga remp. officia extitissent, non civitatem, sed immunitatem tantum tribuissent; nimirum, quod civitatis Atheniensis communicationem nimis amplum, atque omni beneficio majus præmium esse statuerent. in quam sententiam illa etiam in *accusatione Neæræ* scripta reliquit: *Populus Atheniensis, cum sit omnium rerum, quæ sunt in civitate, dominus, cumque possit facere, quod lubet, adeo magnificum munus esse, Atheniensem facere existimavit, ut leges condiderit, quomodo cives efficere oporteat. Lex autem est populo: nemini fieri Atheniensem licere, qui non de populo Atheniensi bene meritus dignus civitate videatur: etenim ubi persuasus erit populus, & donum dederit, adoptionem ratam esse non sinit, nisi suffragio occulto postero die supra sex millia Athenienses decreverint. Prytanas autem jubet lex urnas ponere, & suffragium ingredienti populo dare, antequam peregrini introeant, & vela tollere, ut, cum sui quisque sit dominus, eum, quem civem est facturus, intueatur, an dignus sit, qui dono civitatis afficiatur.*

D

E

F

Immunitates autem cum a populo donatas dicimus, liturgiarum maxime vacationes intelligimus, qua de ratione post uberius disputabimus.

Jam coronas a populo virtutis, & benevolentiæ

ergo, quam erga populum Athenienſem haberent, eſſe conceſſas, locupletes teſtes ſunt duæ inter ſe contrariæ *de Cteſiphonte* orationes.

Proedriæ vero cum alii, tum in *Equitibus* Ariſtophanes meminit. quem in locum Interpres ſcribit, qui ejuſmodi genus conſequuti honoris eſſent, eos & in curia, & in concione, & in theatro, & in aliis ejuſmodi conventibus omnibus, qui loca occupaſſent, dimovendi, atque ibi aſſidendi habuiſſe. Unde Plutarchus Democharem Demoſtheni donum a populo narrat petiiſſe, æneam ſtatuam in foro, & victum in Prytaneo, & proedriam ipſi ac poſterorum ejus natu maximo.

De ſtatuis autem, & victu publico in Prytaneo auctoritas extat Demoſthenis in oratione *de falſa legatione*: *Alicui ne legatorum, quos miſit Philippus, æneam ſtatuam in foro collocabitis? quid? dabitis ne in Prytaneo victum, aut aliud aliquod donum, quo bene meritos excolitis? non opinor.* Et *ad Polyclem*: *His auditis populus me collaudavit, & ad prandium in Prytaneum vocavit.* Itaque in decreto de honoribus Lycurgi apud Plutarchum hæc ſunt: *Placuit populo, ut bene meritis gratia referatur, laudare Lycurgum Lycophronis filium Butadem, virtutis, & juſtitiæ ergo, & populum ſtatuam ei æneam in foro collocare, præterquam ubi lex erigi prohibet, victum vero præbere in Prytaneo in perpetuum poſterorum Lycurgi natu maximo.* Et apud Iſæum *de hereditate Dicæogenis*: Harmodii poſteris victum publicum, proedrias, & immunitates eſſe conceſſas. Præter hæc vero judicia etiam quædam a populo facta eſſe comperio, ut earum cauſſarum, quæ *εἰσαγγελίας*, & earum, quæ *προβολαὶ* dictæ ſunt. Ac *εἰσαγγελίαι* quidem quorum criminum fuerint, ſupra diximus Hæ vero tum ad ſenatum, tum ad populum, & quidem in prima concione, teſte Polluce, delatæ ſunt. Itaque cum Alcibiades de myſteriis enunciatis ad populi judicium eſt adductus, eo genere accuſationis, ut ſcribit Plutarchus, eſt oppugnatus, quod *εἰσαγγελία* vocatur. In hoc autem genere accuſationis populus fabis albis, nigriſque ſententiam ſuam declaravit, illis quidem ad abſolvendum, his vero ad condemnandum. unde apud eundem Alcibiadis illud admodum ſcitum eſt, qui, cum judicium declinaſſet, quærente de eo quodam, *non credis patriæ ipſum de te judicium o Alcibiades? In ceteris*, inquit, *credam, de capite vero meo ne matri quidem, ne forte imprudens nigrum pro albo calculum ferat.* Jam vero de actione ea, quæ *προβολὴ* dicta eſt, recitat legem *adverſus Mediam* ille noſter: *Prytanes concionem habento in Dionyſi, poſtridie in Pandione, in ea vero agunto primum de ſacris, deinde προβολὰς tradunto pompæ cauſſa factas, ut ludorum Dionyſiacorum, quæ tranſactæ non ſint.* Eſt autem *προβολὴ* actio, quæ præcipue in eum intendebatur, qui in feſtis, ludiſque alteri contumeliam aut injuriam intuliſſet. Quo judicio Mediam Demoſthenes inſectatus eſt.

Imperii autem abrogationem non manibus palam tollendis, ſed ſuffragiis occulte ferendis adhibitam, idoneus eſſe Plutarchus teſtis poteſt, qui ſcribit, Periclem incitati populi iracundiam non ante placaſſe, quam ille ſumptis in manus calculis eum prætura ſpoliarit, pecuniiſque mulctarit. Atque hæc quidem ex ordine.

Extra ordinem vero judicium conſtitutum eſt in prætores, qui in Sicilia civium cadavera e mari non collegiſſent. de quibus & in ſenatu, & ad populum actum, eumque & manuum porrectione, & occulto ſuffragio ſententiam ſuam declaraſſe tradit *Græcarum rerum* libro primo Xenophon, cujus verba ipſa, quia mire ad veterem hanc ſenatus, populique in decernendo conſuetudinem illuſtrandam valent, proponam. *Poſt hæc*, inquit, *expoſuerunt*

A *in ſenatu prætores de navali pugna, & magnitudine tempeſtatis. Timocrate autem cenſente alios etiam vinctos populo eſſe tradendos, ſenatus eos in vincula tradidit. deinde concio fuit, in qua cum alii, tum Theramenes in primis prætores accuſavit, cum æquum eſſe diceret, eos rationem reddere, cur cadavera e mari non collegiſſent, & miſerunt prætores ad ſenatum, populumque, nihil aliud, quam tempeſtatem, incuſantes. poſt hæc prætores pauca pro ſe quiſque dixit (neque enim cauſſa ex lege acta eſt) & populum perſuaſerunt. Volebant autem privatorum plerique ſurgentes ſpondere. at placuit rem in alteram concionem differre (tum enim ſerum erat diei, neque manus*
B *diſpicere potuiſſent) ſenatum autem præconſultum facere, quonam modo de viris judicare oporteret: deinde concionem habuerunt, ad quam ſenatus ſententiam ſuam detulit, Callixeno eam pronunciante, ut Athenienſibus omnibus per tribus hydriæ duæ apponerentur, & in unaquaque tribu præco pronunciaret, cui peccaſſe prætores viderentur, in priorem ferret, cui ſecus, in poſteriorem. quod ſi peccaſſe viſi eſſent, capite mulctarentur, & XI-Viris traderentur, & bona publicarentur, decima vero Deæ eſſet. tum proceſſit in concionem quidam, qui Callixenum contra leges ſcripſiſſe aſſeruit. vulgus autem clamabat, indignum eſſe, po-*
C *pulo, ut pro arbitrio ageret, non concedi. & ſuper his dicente Lyciſco, eos eodem ſuffragio judicandos eſſe, quo prætores, niſi populo concionem permitterent, rurſus vulgus obſtrepuit, & coacti ſunt citationes recipere. prytanibus autem negantibus ſe ſuffragationem contra leges daturos, rurſus Callixenus aſcendens eos his de rebus accuſavit. illi vero clamabant, ut eos, qui negarent, citarent. Quo metu perculſi prytanes omnes aſſenſerunt, præter Socratem Sophroniſci filium. ille vero negavit, ſe niſi ex lege facturum quidquam. Euryptolemus autem ſententiam ſcripſit ſecundum Canoni decretum, ut de ſingulis ſeparatim judicaretur, atque ita primum de ſententia Euryptolemi judicium tulerunt, deinde de ſenatus, & poſt hæc prætores octo*
D *capite condemnarunt.*

Inter cetera vero populi judicia refertur etiam oſtraciſmus. Hunc Heraclides ab Hippia tyranno, Piſiſtrati filio, adverſus eos, qui tyrannidem appeterent, inſtitutum ſcribit; Ælianus vero a Cliſthene, atque hoc quidem ad veritatem mihi videtur eſſe propenſius. fuit enim Cliſthenes tyrannorum inimicus acerrimus, & libertatem Atticam adverſus immoderatam civium potentiam præclaris multis aliis inſtitutis ſepſit, atque munivit. oſtraciſmus vero ad intolerandas civium liberæ civitati opes abjiciendas, & ſuperbos eorum, qui ſe excellentius in rep. gerere viderentur, frangendos ſpiritus decem annorum ex-
E terminatio fuit. Aſſentitur tamen Heraclidi Harpocratio, qui ſcribit reperiri in monumentis Androtionis, Hipparchum quendam, Piſiſtrati propinquum in exilium pulſum eſſe ea lege, quæ tum primum de oſtraciſmo lata erat. Ælianus autem, Cliſthenem primum ſua lege damnatum prodit. Eſt autem oſtraciſmus dictus a teſtula, quam nomen ejus, quem pellere urbe cupiebant, inſcriptam pro ſuffragio ferebant. Etenim, ut Plutarchus in *Ariſtide*, & Pollux *lib.* VIII. iiſdem prope uterque verbis declarant, cum populo placuiſſet oſtraciſmi judicium conſtituere, forum cancellis ſepiebatur, ita ut decem tantum aditus relinquerentur, per quos populus in tri-
F bus diviſus ingrederetur. tum archontes, & ſenatus, qui judicio præerant, univerſam, quæ convenerat, multitudinem numerabant. nam ſi minus ſex millibus eſſent, qui judicaturi eſſent, judicium pro irrito habebatur. ſuffragium autem erat teſtula, in qua quiſque nomen potentis civis alicujus inſcripſerat, cujus ipſe præſentis, & remp. tractantis magnitudine offenderetur. Qui autem a majore convocati populi parte notatus erat, is urbe extemplo ce-

dere, & per decennium abesse, integris tamen bonis, incolumibusque fortunis, cogebatur. hoc enim inter ostracismum, & exilium interesse voluerunt, quod exules bonis mulctabantur, nec tempore, aut loco circumscribebantur; qui vero testulis erant damnati, ii & bona retinebant sua, & certo tempore, & certo loco definiebantur; & exilium quidem flagitii pœna fuit, ostracismus vero quædam nimiæ potentiæ diminutio. nam quos virtutis opinione, & populi favore, & clientelis, aut aliqua civili facultate excellere inter ceteros intellexerunt, eos urbe exigere hoc judicii genere soliti sunt, ut Aristidem, Cimonem, Themistoclem, & Thucydidem, quos omnes nimiæ suspicione potentiæ, & virtutis ejecerunt. præclarum enim illud, & ad memoriam posteritatis insigne, cum comitia ostracismo essent indicta, agrestis quidam homo, & rudis plane, ac litterarum ignarus in forum properans, in Aristidem, Justus, ut erat, ita appellabatur, incidit, eumque testula oblata, ut Aristidis nomen inscriberet, rogavit. miratus Aristides, cum quæsisset, num quid ab Aristide mali accepisset, minime vero, inquit ille, immo hominem ne novi quidem, sed vulgatum istud Justi cognomen æquo animo ferre non possum. Pulsus est ergo Aristides, quod Justi cognomen offenderet, pulsus Damon Periclis magister, quod prudentiæ opinionem haberet. Postremo cum ignobiles, & flagitiosos homines exterminare cœpissent, quod nobilis pristina consuetudo sordesceret, prorsus ostracismus extabuit. cum enim Alcibiades, & Nicias inter se seditiose contenderent, populusque inductis ostracismo comitiis, alterum eorum sine dubio expulsurus videretur, illi facta inter se coitione Hyperbolum, hominem non virtutis, sed improbitatis magnitudine intolerabilem ejiciendum curarunt. quam rem adeo iniquo animo tulit populus, ut ostracismi judicium posthac nullum exercuerit. Andocides autem cum in oratione *contra Alcibiadem* de ostracismo disputaret, eo dicendo provectus est, ut qui primus ostracismi legem tulerit, eum contraria solemni populi, senatusque sacramento tulisse, dixerit, quo se populus, ac senatus obstringunt, civem neminem indicta caussa aut exacturos, aut capite mulctaturos. in ostracismo enim neque accusatos, neque defensos, neque occulto suffragio pulsos dulci civitatis aspectu, fructuque in certum temporis spatium spoliari. Ut autem populi jus fuit, urbe exigere, sic in urbem ante diem lege constitutam restituere. Itaque Aristidem legimus apud Plutarchum Themistoclis decreto, & Cimonem Periclis, restitutos.

Illud etiam in *Pluti commentariis* Græcis invenio, neminem in concione judicasse, nisi sexaginta annos natum; qui vero integra erant ætate, venisse quidem in concionem, verum non judicasse; minores autem natu concionem ne ingressos quidem esse, qui vero judicarunt, iis mercedis loco tres obolos Cleonem lege constituisse. quæ merces, ut omnibus concionibus, maxime ordinariis, proposita fuerit, satis supra, cum de senatu diximus, demonstratum est. nunc sententiam tantum Aristotelis in quarto *Politicorum* expressam referamus. *Senatus*, inquit, *res est popularis, præconsultor paucorum imperii. aliquos enim tales esse necesse est, quibus curæ sit, populo præconsulere, ne populus ab ocio avocetur. dissolvitur autem jus senatus in iis democratiis, in quibus ipse populus conveniens de omnibus rebus statuit. quod accidere solet, cum opes abunde suppetunt, aut merces proposita sit iis, qui concionem frequentant. nam ocio suppetente sæpe conveniunt, ac ipsi omnia decernunt*. Sed de concione quidem hactenus.

CAP. V.

De Senatu Areopagi. Ipsius usus. Areopagitarum lectio. Eorum cognitio.

SEQUITUR Areopagus, id est, senatus ille, quem tanquam alteram, ut dixi, anchoram populari adhærescere concioni Solo voluit. Huic autem duo ille præcipue officiorum munera impertivit, & quidem, ut apparet, ambo gravissima; unum, ut omnes reip. partes quasi ex alta quadam specula intueretur; alterum, ut de caussis capitalibus gravioribus quæreret. nos autem de priore potestate hoc loco agemus; nam de posteriore, tum cum de judiciis differemus, commodiore, & magis proprio esse acturi videmur. Hunc igitur senatum ex iis, qui novem archontum imperium gesserant, Solo constituit. novem autem archontes fuerunt, qui decennalibus, ut jam diximus, archontibus abrogatis rempubl. susceperunt, Rex, Archon, Polemarchus, & Thesmothetæ, quos Solo in sua, ut supra dixi, republ. haud pari quidem, sed tamen maximo cum imperio conservavit. Hos igitur certissimum Areopagi seminarium fuisse, perspicuum est. ostendit Plutarchus, qui scribit, Solonem novem archontes, ubi magistratu annuo abiissent, ad Areopagum ascendere voluisse, ipsumque quia archon fuerat, Areopagitam fuisse; Periclem autem Areopagitarum honore caruisse, quia neque rex, neque archon, neque polemarchus, neque thesmotheta fuerit, quod ii magistratus antiquitus sortito mandarentur, ac inde in Areopagum asciscerentur. atque hoc idem etiam confirmat Pollux. quanquam Libanius *ad Androtianam* rem in dubium aliqua ex parte videtur revocare, qui scribit, placuisse aliis, novem archontes in Areopagitas quotannis esse ascriptos, aliis vero ipsos solum thesmothetas. Ac de thesmothetis quidem nulla controversia est. scriptum est enim in vetere lege apud Demosthenem in *Timocratea*: *Thesmothetæ eos, qui accusati fuerint, introducunto in forum, ut lex jubet, alioquin in Areopagum ne ascendant*. Sed & Archontem in Areopagitarum numerum esse relatum, ex ea Lysiæ *oratione* cognoscitur, in qua Evandrum defendit περὶ δοκιμασίας. in qua nihil aliud agitur, nisi, ut Evander archontatu gesto, postquam vitæ rationem reddiderit, ad Areopagum ascendat. Quare quod de archonte certum est, idem de rege, & polemarcho etiam suspicari licet. Neque tamen omnes his honoribus functi eo aspirare potuerunt. Significat hoc non obscure Demosthenes in prima *contra Aristogitonem*, cum inquit: *Quibuscunque ex thesmothetis non licet in Areopagum ascendere, ii omissa vi, decreto judicum acquiescunt*. Cur ita? nempe, quia necesse erat, ut annuo magistratu gesto rationem vitæ suæ iterum eo judicio redderent, quod δοκιμασία vocabatur. in quo periculum adibant, ne a judicibus rejecti ab eo consilio excluderentur. quod & *ad Leptinianam* Ulpianus, & Plutarchus in *Pericle* memoriæ prodiderunt. Quare in Areopagitica Isocrates, cum de laudibus Areopagi differeret, dixit, nemini licuisse in Areopagitarum numerum ascribi, nisi qui bene nati essent, & virtutis ac moderationis documenta permulta dedissent. tantum autem primos illos Areopagitas monumentum virtutis, & continentiæ suæ in illo loco posteritati reliquisse, ut etiam suo tempore, quo mores antiqui degeneraverant, observatum sit, qui moribus intolerandis fuisse antea videbantur, si quovis modo forte in senatum eum obrepsissent, subito eos commutasse, atque ex instituto potius senatus, quam ex suo vitam egisse. Hi vero, ut Ulpianus

adjunxit, per totam vitam in eo senatu fuerunt, nisi forte inde crimine aliquo objecto ejecti sunt, & propterea numero etiam incerto fuerunt. Itaque Libanius *ad eandem*, cum senatum hunc vellet a senatu Quingentumvirum separare, tres differentias attulit; unam, quod illi certo numero includerentur, hi incerto; alteram quod illi per annum in eo honore essent, hi usque ad mortem; tertiam quod iidem illi res publicas plerumque tractarent, hi præcipue capitales, & si qua urgeret necessitas, etiam publicas. Capitalium autem rerum cognitionem qui solam huic senatui tribuunt, ii regalis potius reip. instituta, quam popularis, videntur spectare. Qui enim a regibus ad capitales quæstiones exercendas est institutus, idem a Solone ad totius prope reip. custodiam, non adempta tamen rerum capitalium cognitione, est collocatus. Quod innuit non obscure Plutarchus, cum Areopagitas rerum omnium speculatores, & legum custodes a Solone constitutos scripsit. intellexit autem Cicero disputans *de Officiis*, cum consilium Solonis, quo primum constituit Areopagitas, non minus præclarum, quam illud Themistoclis fuisse dixit, quo Salaminia victoria parta est; illud enim semel, hoc semper profuisse civitati, hoc consilio leges Atheniensium, hoc majorum instituta servata; & Themistoclem quidem nihil dixisse, in quo ipse Areopagum adjuverit, at Solonem potuisse dicere vere, a se adjutum Themistoclem. esse enim bellum gestum consilio senatus ejus, qui a Solone erat constitutus. Quibus verbis factum illud præcipue etiam attingere Areopagi videtur, cum, ut scribit in *Politicis* Aristoteles, Medicis temporibus, exhausto ærario, octonas drachmas singulis militibus numeravit, & victoria nobili parta multum propterea spiritus sumpsit, eamque reip. partem severiorem effecit. Præterea vero eundem moribus civium præfuisse, satis constat. hoc enim optimus in primis auctor in *Areopagitica* declarat Isocrates. *Apud majores nostros*, inquit, *pueri ne in viros quidem adscripti, quod lubebat, agere poterant; sed multo plures in corroborata, quam in tenera ætate curatores habebant. Etenim usque adeo majores nostri modestiæ studuerunt, ut moribus instituendis senatum ipsum Areopagi præfecerint. cum autem omnium civium, tum præcipue adolescentum curam susceperunt, ut quos rerum domesticarum difficultate oppressos cognoscerent, ad agriculturæ studium, & mercaturæ converterent; quos divitiis affluentes, in equestri disci-*

A *plina, & gymnasiis, & venationibus, & studio philosophiæ retinerent. Quamobrem urbe quidem in vicos, agro vero in populos distributo vitam cujusque inspiciebant, & parum modestis moribus præditos ad senatum adducebant, ut eos ille aut admonitionibus, aut increpatione, aut, si res posceret, supplicio coerceret*. Ex quo scite in *Axiocho* Socrates: *Ubi vero in ephebos aliquis*, inquit, *inscriptus sit, omne tempus sophronistis, & Areopagi juvenum censuræ tribuitur*. Hoc autem a Solonis, ut cetera, prudentia profectum videtur, cujus consilio institutum scribit Plutarchus, ut Areopagi senatus, quid quisque Atheniensium ageret, & quo se quæstu sustentaret, inquireret, & ignavos, inertesque pœna afficeret. Itaque Athenæus *libro* XIII. ex Hyperidis sententia
B prodidit, si quem in caupona cœnasse comperisset, eum in Areopagum ascendere prohibuisse. & Quintilianus scripsit, puerum damnasse, qui cothurnicum oculos eruebat, quod judicarit, signum id esse perniciosissimæ mentis, multisque malo, si adolevisset, futuræ. Eundem porro, quæ ad pietatem, & sacerdotia pertinerent, procurasse, ex oratione *contra Neæram* apparet. in qua scriptum est, mulctasse eum Theogenem regem, quoad jus habuit, quod uxorem, quæ civis non erat, haberet, eamque ut reginam, sacra pro patria facere passus esset.
C Narrat etiam Plutarchus in *Hyperide*, cum contentio cum Deliis orta esset, utri sacro præessent, Æschine patrono lecto, Areopagum Hyperidem χειροτονῆσαι, in *Phocione* autem, cum turbatores civitatis, & rerum novarum cupidi Charidemum in tribunal traxissent, eumque seditiose prætorem deposcerent, optimates metu perculsos Areopagi senatum, quem in populo habebant, lacrymis, & precibus induxisse, ut Phocioni rempub. commendaret. Ex quo apparet, Areopagitas cum difficilibus, & turbulentis reip. temporibus subvenisse, tum in consiliis capiendis porrectione manuum, perinde
D ac populum, sententiam suam declarasse. Ut autem prytanes ad senatum Quingentumvirum, proedri ad populum, sic novem Archontes ad Areopagi senatum retulisse, verisimile est. siquidem in oratione *contra Neæram* scriptum est, novem archontes statis diebus in Areopagum ascendisse; & Lysias in *Areopagitica*: *Atqui si ais*, inquit, *non oportuisse moriam cædere, novem archontes adduxisses, aut alios ex Areopago*. Ac de consiliis quidem Atheniensium hæc invenimus.

CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM
LIBER TERTIUS,
QUI INSCRIBITUR DE JUDICIIS.

CAP. I.

De generibus Judiciorum. Controversiarum genera. Γραφὴ quid? Φάσις. Απαγωγή. Εφήγησις. Ανδρολήψιον. Εἰσαγγελία. Hæ publicæ Actiones fuerunt. Privatæ multo plures: quæ recensentur. Harum & illarum differentiæ. Æstimationes quid?

DEINCEPS sequitur, ut de vetere Judiciorum ratione dicendum esse videatur. in quibus Solo maximam ferme reip. a se constitutæ partem collocasse visus est, cum ut concionem, sic judicia civibus omnibus impertivit. credo, quod jam tum sapientissimus legislator animadverterit,

E nihil, ut inquit Aristoteles, esse tam populare, quam omnes ex omnibus, & de omnibus, aut certe de plurimis, aut de maximis judicare. Difficilis autem hæc in primis, & plena obscuritatis est disputatio. Quare danda opera est, ut, si non aliud, at ordinis saltem lumen ad eam tractandam aliquod afferamus. Primum ergo ut in consiliis de rebus iis præcipue, quæ ad commoda civitatis pertinent, consultatur, sic in foris judicialibus, quæ illi δικαστήρια nominarunt, de iis, quæ justitiæ sunt, disceptatur, cum cives a legum
F præscripto discedentes, aut reipub. aut privato alicui injuriam attulerunt. Ex quo duo actionum, quas illi δίκας appellarunt, genera dimanarunt, publicarum unum, alterum privatarum. Ac pu-

blicæ quidem præcipuo nomine *κατηγορίαι* dictæ ſunt, privatæ vero communi *δίκαι*. Quam differentiam Iſocratem aperte docuiſſe video in oratione *de Jugo*, cum dixit, *δίκας* quidem de privatis criminibus intendi, *κατηγορίας* vero de rebus civitatis inſtitui. Inter has autem illud interfuit, quod in publicis actio cuique civi conceſſa eſt, in privatis vero ei tantum, qui ſe læſum eſſe aſſereret. quod & ſcripſit in *Solone* Plutarchus, & indicavit idem *contra Lochitam* Iſocrates, cum dixit: *In aliis criminibus is ſolus, qui injuriam paſſus eſt, eum qui fecit, in judicium adducere poteſt: in contumelia vero, quaſi communis res agatur, licet cui placet*. Unde merito in prima adverſus Stephanum *de falſo teſtimonio* dixit Demoſthenes, ſe dicam privatam non potuiſſe intendere, quia bello dicæ ſublatæ erant, ſed *ὕβρεως γραφὴν γράφεσθαι*. probe. Fuerunt enim *κατηγοριῶν* genera multa, *γραφὴ*, *φάσις*, *ἔνδειξις*, *ἀπαγωγὴ*, *ἀφήγησις*, *ἀνδροληψία*, & *εἰσαγγελία*. Id ita eſſe, non ſolum Pollux, qui hæc ipſa *libro* eſt *octavo* de induſtria perſequutus, ſed Demoſthenes quoque declarat, qui in *Androtiana*: *Multis*, inquit, *modis Solo harum legum lator permiſit, ut accepta injuria jus veſtrum perſequeremini, & pœnas repeteretis ab iis, qui injurioſi fuiſſent. veluti in furto, valeſne viribus? ἄπαγε. imbecillior es? magiſtratibus ἐφηγοῦ. vererisne mille drachmas? δικάζου furti apud arbitrum, neque periculum adibis. neutrum horum vis, γράφε. times & hoc? ἐφηγοῦ. horum nullum eſt idem. eadem ratione in impietate ἀπάγειν, γράφεσθαι, δικάζεσθαι apud Eumolpidas, φράζειν apud regem licet*. Et in oratione *adverſus Bœotum*: *Si quid horum*, inquit, *in poſterum facere tentaverit, quales ſunt γραφαὶ, φάσεις, ἐνδείξεις, ἀπαγωγαί*. Et *contra Theocrinem*: *Si quis ſcitum faceret, licere infamibus γράφεσθαι, φαίνειν, ἐνδεικνῦναι*. Agamus ergo de his ſingulis, quidque ea ſint, ex Veterum, quoad poſſumus, ſententia aperientes, quam multa, & varia Athenis judicia conſtituta ſint, demonſtremus.

Γραφὴ dictum eſt publici cujuſdam judicii genus, cum aut publice, aut perinde ac in publicis, alius alium judicio eſt perſequutus. Crimina vero, de quibus *γραφὴ* ſcribi per leges potuit, hæc fuerunt: *φόνος, τραῦμα ἐκ προνοίας, πυρκαΐα, φάρμακον. βούλευσις, ἱεροσυλία, ἀσέβεια, προδοσία, ἑταίρησις, φθορὰ, μοιχία, ἀγάμιον, ἀστρατεία, λειποστράτιον, λειποτάξιον, δειλία, λειποναύτιον, ἀναυμάχιον, τὸ ῥίψαι τὴν ἀσπίδα. ψευδεγγραφὴ, συκοφαντία, ψευδοκλητεία, δῶρα, δεκασμὸς, ξενία, δωροξενία, ὕβρις, ἀγράφιον, ἄγραφον μέταλλον, ἀλόγιον, παρανόμων, δοκιμασία, εὐθύνη, προβολὴ, ἀπογραφὴ, ἀπόφασις*. Id eſt, *cædes, vulnus de induſtria, incendium, venenum, inſidiæ, ſacrilegium, impietas, proditio, impudicitia, corruptela, adulterium, neglectæ nuptiæ, neglecta militia, deſerta militia, deſertus ordo, timiditas, deſerta navis, neglecta pugna navalis, abjectum ſcutum, falſa relatio, calumniatio, ementita citatio, dona, munera, peregrinitas, peregrinitas dono tentata, contumelia, deletum nomen, improfeſſum metallum, non redditæ rationes, violatæ leges, probatio, repetundæ, probola, apographe, & apophaſis*. Ex quibus alia ſatis, quid ipſa ſint, nomine ipſo declarant; cui officio videtur faciendum eſſe, ut ſerviamus. Ac primum quidem de cæde leges ejuſmodi fuerunt, ut quod ſcriptum eſt in *Mediana*, qui mortem alteri de induſtria attuliſſent, eos morte, & bonorum publicatione mulctarent, qui vero inviti, venia, atque humanitate multa dignos exiſtimarent. *Βουλεύσεως* autem nomen duobus, ut inquit Harpocratio, in criminibus valuit; uno, quando alter alteri per inſidias necem paravit, ſive conſequuta mors eſſet, ſive non eſſet; altero, quando aliquis, ut ærarii debitor inſcriptus litem inferret alteri, quod ſe contra jus inſcripſiſſet. prioris teſtis eſt Iſæus in oratione *ad Euclidem*, qui inquit, de eo cognitum eſſe in Palladio; & Dinarchus *contra Piſtium*, qui in Areopago; Ariſtoteles autem aſſentitur Iſæo; poſterioris Demoſthenes in prima *contra Ariſtogitonem*, & Hyperides in prima *contra Athenogenem*. Προδοσία fuit, ſi quis capta ab hoſtibus pecunia aut reipublicæ nocuit, aut certe nocendi conſilium habuit. De proditione vero, & ſacrilegio legem recitat Xenophon in primo *rerum Græcarum*: *Si quis civitatem prodiderit, aut ſacra ſurripuerit, adverſus eum judicium in foro conſtituatur; & ſi damnatus fuerit, in Attica ne ſepeliatur, ſed bona ejus publicentur*. Εταίρισις, quam *impudicitiam* vertimus, quæ fuerit, ſatis notum eſt. De ea vero lex extat Solonis apud Æſchinem in actione *contra Timarchum*: *Si quis Athenienſium impudicus fuerit, ne ex novem archontibus ſit, neve ſacerdotium obeat, nec populo patrocinetur, neque magiſtratum aliquem gerat, neque præco, neque legatus eat, neque legatione functos judicet, neque mercede ſycophantam agat, nec ſententiam dicat, neque in populo, neque in ſenatu*. *Quod ſi quis*, addit orator, *adverſus hæc fecerit, γραφὰς impudicitiæ Solo inſtituit, & maxima ſupplicia ſtatuit*. *φθορὰ* præcipue inſidiæ dictæ ſunt liberis pueris libidinis cauſſa paratæ. quod indicavit Æſchines *contra Timarchum*: *Cum Miſgolas*, inquit, *& Phædrus Timarchum adoleſcentulum cum peregrinis quibuſdam in caupona cœnantem offendiſſent, ac peregrinos ſe in carcerem ſequi juſſiſſent, quod adoleſcentulum liberum corrupiſſent, peregrini timore perculſi in fugam ſe conjecerunt*. Quo factum eſt, ut qui Socrati nocere voluerunt, duorum eum criminum rerum fecerint, & quod deos novos induceret, & quod juventutem corrumperet. quorum illud eſt *τῆς ἀσεβείας*, hoc *τῆς φθορᾶς*. *Αστρατείαν* oſtendit in or. *de ordine deſerto* Lyſias fuiſſe, quoties quis miles conſcriptus cum ceteris in caſtra non veniſſet. *Λειποτάξιον* vero, non ſolum ſi prœlio receſſiſſet, ſed etiam ſi pedeſtrem militiam neglexiſſet, & equeſtrem optaſſet. Ut autem inquit *adverſus Cteſiphontem* Æſchines, Solon iiſdem pœnis teneri ſtatuit eum, qui militiam neglexiſſet, & qui ordinem deſeruiſſet, & qui timidus eſſet. voluit autem naturam etiam inſimulari, ut unuſquiſque civium de pœnis, quæ legibus conſtitutæ ſunt, magis, quam de hoſtibus ſolicitus, melior patriæ propugnator evaderet. igitur eum, qui militiam neglexiſſet, & qui ordinem deſeruiſſet, & qui timidus eſſet, a foro arcuit, nec corona donari, neque ad ſacra publica admitti permiſit. *Ψευδεγγραφὴ*, Polluce teſte, fuit, non ſi quis alterum falſo debitorem ad ærarium retuliſſet, quod Harpocratio cenſuit, ſed ſi falſo debitorem magiſtratui aliquem indicaſſet. *Ψευδοκλητεία* Polluci fuit, ſi quis ſe alterum in jus citaſſe ementiretur. Harpocrationi vero, ſi quis falſo alterum, ut debitorem, in jus vocaſſet. *Δῶρα*, & *Δωροδοκία*, ſi quis ex iis, qui in rep. verſarentur, donis ſe corrumpi paſſus eſſet, ut *Δεκασμὸς*, ſi muneribus judicia corrupiſſet. Qua de re lex eſt in oratione ſecunda *contra Stephanum*; *Si quis*, inquit, *coierit, aut Hæliæam, aut aliquod forum eorum, quæ ſunt Athenis, aut ſenatum, præbitis ad corruptelam pecuniis, aut acceptis, aut manum fecerit ad popularis ſtatus everſionem, aut, advocatus cum eſſet, pecunias ceperit in privatis cauſſis, aut publicis, harum rerum γραφαὶ ſunt apud Theſmothetas*. *Ξενία*, *ſi quis natus ex ambobus parentibus peregrinis ſe pro cive geſſiſſet*. Unde Ulpian. *ad Timocrateam*: *Si quem*, inquit, *conſtabat, ſibi vindicaſſe jus civitatis, cum Athenien. non eſſet, & eadem tamen, quæ cives faceret, hic ante judicium in carcere habitabat, poſt victus judicio venum ibat*. *Δωροξενία*, ſi de peregrinitate poſtulatus, ju-

dicium pecunia ſubvertiſſet. Ὕβρεως, quoties quis liberum, tanquam ſervum, aut vinxiſſet, aut verberaſſet. Unde dixit orator *adverſus Nicoſtratum*: *Puerum in hortum vicinum immiſerunt, ut roſarium evelleret, eo conſilio, ut, ſi eum ego deprehenſum aut vinculis conſtrinxiſſem, aut verberibus affeciſſem, ut ſervum, γραφὴν mihi intenderent contumeliæ*. Ἀγραφίου, ſi ærarii debitor, antequam ſatisfeciſſet, nomen ſuum de publicis tabulis deleviſſet. Unde illud eſt *contra Theocrinem*: *Lex non adverſus eos: qui debent: & non inſcripti ſunt, γραφὰς ἀγραφίου conſtituit, ſed quorum nomina non ſoluto civitati debito e tabulis ſint expuncta*. Ἀγράφου μετάλλου dica, teſte Suida, fuit hujuſmodi. Qui metalla argentea exercebant, ubi novum aggredi opus cupiebant, rem indicabant iis, quos populus præpoſuerat, ut novi metalli vigeſimam quartam penſitarent. quod ſi quis metallum, quod non profeſſus eſſet, exercuiſſet, jus erat cuilibet, eum γράφεσθαι, Ἀλογίου vero, ſi rationes rerum, quas tractaſſet, non retuliſſet. Παρανόμων, ſi decretum ſcripſiſſet ita, ut leges, quæ de ferendis decretis erant, tranſgreſſus eſſet. quo de genere multa *in Cteſiphontem* Æſchines, & *in Androtionem* Demoſthenes. Δοκιμασίᾳ excutiebant, ut inquit Harpocratio, ſenatores, & magiſtratus omnes, an idonei eſſent ad imperandum, oratores, an impudici eſſent, an patrimonium effudiſſent, an parentes male habuiſſent, & equites, an ſatis culti eſſent. Quin etiam Æſchines omnium, qui ad rempublicam ſe contuliſſent, quamquam nullum magiſtratum geſſiſſent, vitam hoc genere judicii Solonis lege inquit eſſe a quolibet exquiſitam. atque eo nomine ipſe Timarcho judicium intentavit. Εὐθύνη actio fuit adverſus eos, qui magiſtratibus, aut legationibus functi eſſent, de pecuniis, & delictis intra certum tempus, quo tranſacto agere non licuit. Cui quæſtioni minimam etiam quamque curationem fuiſſe ſubjectam, idem *adverſus Cteſiphontem* contendit. quæ vero actio legatis eſt intentata, ea proprium nomen παραπρεσβείας obtinuit. quo judicio Demoſthenes ea, quæ extat, oratione Æſchinem oppugnavit. Ἀπογραφὴ, inquit Pollux, adverſus eos fuit, qui male erga populum affecti eſſent, qui ſycophantæ eſſent, qui in feſtis contumeliam, aut injuriam alteri intuliſſent, ac denique, ut ſcribit Xenophon libro primo *rerum Græcarum*, qui populum decepiſſent. Ἀπογραφὴ erat, quoties quis publici quidquam alterum retinere arguebat, quique urgebat, ἀπογραφὴν inſtituebat, oſtendens, unde pecunias haberet, & quam multas haberet. Quod ſi ille ſe habere negaret, judicium, Harpocratione teſte, fiebat, quaſi non juſte facta eſſet ἀπογραφὴ, quæ cauſſa in oratione *contra Nicoſtratum* a Demoſthene pertractatur. fuiſſe autem publicum judicium, ex eo cognoſcitur, quod idem ſcribit, ei judicio mille drachmarum periculum propoſitum fuiſſe, & ne quem poſtea poſſet ſuo nomine γράφεσθαι. quæ conditiones ambæ in publica judicia convenerunt. Ἀπόφασις autem erat, cum alter alterius bona aperiebat, & eo facto eum ad fortunarum, & publici muneris permutationem incitabat, quod Harpocratio ex Demoſthenis *ad Phænippum* oratione collegit.

Φάσις fuit detectio eorum, qui in metallis, aut emporiis exercendis deliquiſſent, aut qui vectigalia publica avertiſſent, & uno verbo omnes occultorum delictorum patefactiones φάσεις appellatæ ſunt. quin etiam Libanius ex oratione *adverſus Theocrinem* elicit, legem fuiſſe, qua dabatur φάσις adverſus mercatores, & navicularios, qui frumentum alio, quam Athenas, deportaſſent. Lyſias autem in oratione *contra Philonem* oſtendit, φάσιν eorum fuiſſe, qui parum idonei præeſſent reipublicæ, cum inquit: *Ego vero juratus in judicium veni, me optima reipublicæ conſulturum, illud autem eſt in jurejurando, ſi quis ſenatorem ſorte lectum parum idoneum cognovit, eum φαίνειν*. Ἔνδειξις actio fuit de delicto confeſſo, quod non judicium, ſed pœnam deſideraret. Item actio in eos, qui legibus ab aliquo ſive loco, ſive actione repellerentur, quali Ariſtogitonem Demoſthenes perculit, qui cum lege a republica removeretur, quia nomen ejus in tabulis publicis, ut debitoris, extaret, rempublicam tamen capeſſebat. de quo eodem ita Dinarchus: *Non ne hic ἐνδειχθεὶς a Lycurgo, & publico debere convictus, cum ei ſententiam dicere non liceret; & Undecim-Viris ex legibus traditus, ante fora judiciaria ambulavit, & in proedria prytanum aſſedit?* Itaque Demoſthenes idem in oratione *contra Theocrinem*, ἔνδειξιν inquit eſſe adverſus ærarii debitores, quorum nomina in tabulis nulla extent. recitatque de hac re legem in *Timocratea*: *Si quis ſupplicet in ſenatu, aut in populo pro iis, quos aut judices, aut ſenatus, aut populus condemnavit, ſi ipſe debitor ſupplicet, antequam pendat, adverſus eum eſto ἔνδειξις, non aliter ac ſi quis ærarii debitor judicet in Heliæa*.

Ἀπαγωγὴ actio fuit adverſus facinoroſos homines, nempe quoties quis, quem abſentem ἐνδεικνῦναι liceret, eum præſentem in ipſo furto deprehenſum abduceret, ac ſe periculo mille drachmarum objiceret. Unde illud eſt Andocidis *adverſus Alcibiadem*: *Vobis maleficos homines in carcerem abducere haud ſatis commodum eſt. ne ſi quis quintam ſuffragiorum partem non tulerit, mille, quæ conſtitutæ ſunt, drachmas perſolvat*. Fuiſſe autem actionem adverſus fures, & graſſatores, oſtendit Demoſthenes *contra Androtionem*: *in furto, vales ne viribus? ἄπαγε*. Et Lyſias in oratione *contra Agoratum*: *Phænipidem graſſatorem abduxit, & vos eum in judicio morte mulctaſtis*. Et iterum Demoſthenes in ſecunda *adverſus Stephanum*: *At qui ſi te furem abduxiſſem in ipſo furto deprehenſum*. Et *contra Cononem*: *Cum dicerent, eum obnoxium eſſe*, & τῇ λωποδυτῶν ἀπαγωγῇ, καὶ ταῖς τῆς ὕβρεως γραφαῖς.

Ἐφήγησις fuit, quoties quis, quem propter imbecillitatem non audebat abducere, ad ædes ejus, in quibus deliteſcebat, magiſtratum ducebat. Unde trita jam illa fluxerunt: *In furto, vales ne viribus? ἄπαγε. imbecilliores? τοῖς ἄρχουσιν ἐφηγοῦ*. Quam vocem quoniam Ulpianus interpretatur ὑπόδειξον, ſane ſequitur, ἐφήγησιν eſſe ſontis deliteſcentis ſubmonſtrationem.

Ἀνδρολήψιον adverſus eos fuit, qui confugientes ad ſe homicidas dedituros recuſaſſent; ex quibus uſque ad tres viros comprehendere licuit. pignoribus autem coercebant civitatem, quæ homicidas ſervaret, nec ſibi ad ſupplicium traderet, cujus rei lex hæc eſt in *Ariſtocratea*: *Si quis violenta morte pereat, pro hoc propinquis ἀνδρολήψιαι ſunto, donec aut pœnas cædis dent, aut interfectores dedant. comprehenſio vero eſto uſque ad tres viros, non amplius*.

Εἰσαγγελία quæ fuerit, ſuperiore libro demonſtravimus. nunc ad eam legem, quæ eſt apud Demoſthenem in oratione *ad Timotheum*, adjungamus, per quam adverſus eum εἰσαγγελίαν concedi ſcribit, qui populo promiſſum non præſtiterit; & alteram, quam idem in oratione *de iis, qui ſunt in Cherroneſo*, innuit, cum inquit: *Si intoleranda facit Diophetes, & naves deducit, parva tabella hæc omnia prohibere potuerit. jubent enim leges, eos, qui hæc deliquerint, εἰσαγγέλλεσθαι*. & quod ſcribit Pollux, adverſus impudicos tribus actionum generibus iri potuiſſe, γραφῇ, δοκιμασίᾳ, εἰσαγγελίᾳ. Nam adverſus ſycophantas, id eſt, qui falſum judicium intuliſſent, multo pluribus itum eſt, nimirum γραφῇ, προβολῇ, εἰσαγγελίᾳ, ἐνδείξει, & ἀπαγωγῇ. quod tradit Iſocrates in oratione *de antidoſi*, cum inquit: *Majores noſtri de ſy-*

A *cophantis acerbiores leges, quum de aliis maleficiis, tu-
lerunt. siquidem de maximis injuriis uno tantum in
foro judicia statuerunt, adversus vero sycophantas
γραφὰς apud thesmothetas, εἰσαγγελίας apud sena-
tum, προβολὰς apud populum proposuerunt*. Et De-
mosthenes in oratione *contra Theocrinem*: *Si quis
sycophantarum contra mercatores fecisset, eorum ἔν-
δειξιν, & ἀπαγωγὴν esse legislator voluit*. Caput
autem εἰσαγγελίας fuit, ut, si qui delati essent,
levius peccasse a senatu judicati fuissent, ii mulcta-
rentur a senatu; si gravius, judicibus dederentur,
mulcta, quæ eis subeunda esset, æstimata.

Atque hæ quidem fere publicæ actiones fuerunt,
B quarum ea, ut scribit Pollux, vis, atque conditio
fuit, ut iis civi cuivis uti licuerit; cum eo tamen,
ut si quintam suffragiorum partem non ferret, dra-
chmas mille penderet. cujus rei legem recitat *con-
tra Theocrinem* Demosthenes. *Lex*, inquit, *insti-
tuentibus aut γράφεσθαι γραφὰς, aut φαίνειν, aut
quidpiam aliud eorum facere, quæ in lege scripta sunt,
diserte denuntiat, quibus conditionibus horum quid-
que suscipiendum sit: quæ sunt, si quis actionem per-
sequutus quintam suffragiorum partem non tulerit, ut
mille drachmas pendat: si non persequatur, alteras
mille. ut neque sycophantam agat quisquam, neque
impunitate proposita prævaricetur, aut quæ sunt ci-
C vitatis, largiatur*. Quin etiam adjicit idem in se-
cunda *adversus Aristogitonem*, si quis alterum judi-
cio persequutus quintam partem suffragiorum non
tulerit, ei in posterum neque γράφεσθαι, neque ἀ-
πάγειν, neque ἐφηγεῖσθαι licuisse. Illud autem pro-
prii habuit εἰσαγγελία, quod actor non damnato
reo mulctæ expers fuit. quod cum Hyperides, te-
ste Polluce, tradidit, tum etiam Isæus, cum di-
xit: *Atqui mulcta εἰσαγγελίαις apud Archontem
nulla est proposita, ne si delatores quidem nullum suf-
fragium tulerint*. Theophrastus autem addit, cum
homines facile ad εἰσαγγελίας instituendas addu-
D cerentur, legi postremo adscriptum esse, ut qui re-
um non damnasset, mille drachmas persolveret.
Ac de publicis quidem controversiis hactenus.

Privatæ autem fuerunt, κακηγορία, αἰκία, βία,
παροινία, βλάβη, κάκωσις, ἀποπομπή, κλοπή, πα-
ρακαταθήκη, χρέος, συμβόλαια, συνθῆκαι, εἰς δαιτη-
τῶν αἵρεσιν, μίσθωσις οἴκου, ἐνοίκιον, σιτός, καρπός,
ἐξούλη, οὐσία, φορὰ ἀφανής, μεθημερινή, βεβαίωσις,
εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν, ἐξαίρεσις, ἀποστάσιον, ἀπρο-
στάσιον, ἐπιτροπή, κλῆρος, ψευδομαρτυρία, & λει-
πομαρτύριον. Id est, *convicium, verberatio, vis, e-
brietas, damnum, mala tractatio, repudium, fur-
tum, depositum, debitum, commercia, pacta, di-
E visorum electio, vindicatio, domus locatio, inhabita-
tio, victus, fructus, dejectio, exportatio occulta,
diurna, præstita venditio, manifestatio, vindicatio,
violatum patrocinium, neglectum patrocinium, tu-
tela, hereditas, falsum, & desertum testimonium*.
Quarum quæ obscuriores videntur ordine, ut insti-
tuimus, explanemus. Κακηγορίας meminit Isocra-
tes in oratione *contra Locbitam*, cum dixit, leges
jubere, ut, si quis in alterum non dicenda dixis-
set, quingentas drachmas deberet; Αἰκίας vero De-
mosthenes in oratione *contra Evergum*, ubi aper-
te αἰκίαν fuisse ostendit, cum quis prior manus in-
juriosas alteri intulisset. & Isocrates in *eadem*, cum
F dixit: *Me a Locbita manus injuriosas prius inferente
verberatum, testes omnes. vos autem invenietis, qui
leges nobis tulerunt, eos in primis de corporibus laboras-
se. primum enim de hac sola injuria & δίκας, & γρα-
φὰς suscipi nulla deposita pecunia statuerunt, ut, pro-
ut nostrum quisque aut vellet, aut posset, ita de inju-
riosis hominibus pœnas sumeret*. Quod autem inquit,
de injuria corpori illata γραφὰς, & δίκας fuisse, eo
referendum est, quod ὕβρεως γραφὴ fuit; αἰκίας vero,
& κακηγορίας δίκη. unde dixit *adversus Mediam* De-
mosthenes: *Si quis quemcumque privatum contumelia
affecerit, aut maledicto incesserit, γραφὴν ὕβρεως, καὶ
δίκην κακηγορίας φεύξεται*. Et *contra Cononem*. *Insti-
tutæ sunt δίκαι κακηγορίας, ne conviciis vexati ad in-
ferenda verbera delabantur; sunt etiam αἰκίας, ne quis,
ubi inferior sit, lapide, aut telo alio quempiam ulcisca-
tur; sunt γραφαὶ τραύματος, ne vulneratis quibusdam
cædes aliqua consequatur*. Atque huic quidem crimi-
ni pœnam nullam a legibus constitutam, sed accusa-
torum arbitrio, & judicum cognitioni permissam scri-
bit Harpocratio. Βιαίων, teste eodem, lis fuit adversus
eos, qui non solum virgines violassent, sed etiam
quodcunque per vim fecissent. Βλάβης δίκης meminit
Demosthenes *contra Mediam*, cum inquit: Atqui ve-
stibus, & aureis coronis corruptis potui privatam βλά-
βης dicam intendere. additque, si quis volens nocuis-
set, duplum, si invitus, simplum legibus pependisse.
Κάκωσις permissa fuit puellis heredibus adversus ma-
ritos, & parentibus adversus filios, & pupillis adver-
sus tutores, cum male ab iis habiti essent, ut Demo-
sthenes ostendit in oratione *contra Timocratem*, &
Lysias *de hereditate Hegesandri*. Hujus autem cri-
minis non solum δίκην fuisse, sed etiam γραφὴν, &
εἰσαγγελίαν, prodit Harpocratio. Κλοπὴ quæ fuerit;
ex lege apparet, quam profert Demosthenes *contra
Timocratem*: *Si quis interdiu supra quinquaginta dra-
chmas furatus fuerit, adduci liceat ad XI-Viros; si
quis vero noctu quodcumque surripuerit, eum & occide-
re, & inter persequendum vulnerare, & ad XI-Viros
cuilibet adducere liceat, convicto autem eorum facino-
rum, propter quæ ἀπαγωγαὶ sunt, non liceat datis
vadibus satisfacere pro furtis, sed mors pœna sit. & si
quis e Lyceo, aut ex Academia, aut Cynosarge vestem,
aut lagunculam, aut quidquam aliud minimi pretii,
aut aliquod vasculum e gymnasiis, aut portubus surri-
puerit supra decem drachmas, & eos morte mulctandos
censuerunt. Si quis vero privato judicio furti convictus
fuerit, ei licere duplum æstimationis persolvere. penes
vero judices esse, furem præter argentum ad quinque
dierum, totidemque noctium vincula damnare, ut o-
mnes eum in vinculis videant. censuit enim flagitiosum
hominem non tantum, quod rapuit, restituto, esse li-
beratum, sed eum duplum oportere solvere, tum in vin-
culis habitum supra mulctam hanc, quod vitæ reliquum
fuerit, ignominiose traducere*. Συμβόλαια pacta fue-
runt, cum inter privatos de ratione pecuniarum, tum
inter civitates de dando, & accipiendo jure inter pri-
vatos, ut inter mercatores. de quibus loquitur Demo-
sthenes in oratione *pro Phormione*: *Lex jubet, merca-
torias dicas τῶν συμβολαίων esse Athenis, & ad Atheni-
ensium emporium*. Et post: *Leges jubent τῶν Ἀθήνησι
συμβολαίων dicas esse apud Thesmothetas*. Hæ vero
fuerunt mercatoriæ dicæ. quarum meminit in oratio-
ne *contra Lacritum*. *Conatur vobis*, inquit, *suadere,
ut statuatis, mercatoriam hanc dicam introduci non
posse, cum nobis dicas mercatorias judicetis*. Et *ad A-
paturium*: *Leges jubent, ut dicæ sint naviculariis, &
mercatoribus, quæ Athenas, & quæ Athenis, de qui-
bus syngraphæ extent*. Item: *Lites adversus mercatores
menstruæ sunt a Boedromione usque ad Munichionem,
ut subito jus suum consequuti solvere portu possint*. Un-
de Pollux, & Harpocratio tradiderunt, ἐμμήνους δίκας,
id est, *menstruas lites* esse ἐρανικὰς, & ἐμπορικὰς, id est,
de collecta, & *mercatoribus*. Est autem ἐρανιστής, ut
scribit Harpocratio, qui collectæ particeps est, & sym-
bolum confert, quod in singulis conferre mensibus o-
portebat. De pactis autem inter civitates pluribus De-
mosthenes disseruit in oratione *de Haloneso*. maxime
autem, cum inquit: Περί συμβολαίων *Philippus se
missurum ad vos inquit, qui ea paciscantur. ea vero tum
demum rata fore, non ubi in judicio apud vos confirmata
fuerint, ut jubet lex, sed ubi ad se relata fuerint*. Et pa-
ullo post: *Jam vero non esse symbola inter Athenienses,
& Macedones necessaria, præteritum tempus argumen-*

to sit. neque enim Amyntas, neque alii reges nostra cum civitate symbola contraxerunt, cum tamen tum frequentius inter se miscerentur, quam nunc. in nostra enim potestate erat Macedonia, & tributa nobis dabat, & emporiis tunc magis, quam nunc, & nos eorum, & illi nostris utebantur. & mercatoriæ dicæ non, ut nunc, severe fiebant, quæ efficiunt singulis mensibus, ut non egeant symbolis, qui tantis inter se terrarum disjuncti spatiis sunt. Hæc autem σύμβολα Thucydides in *primo* συμβολαίας πρὸς τὺς συμμάχυς δίκας vocavit. Συνθῆκαι pacta fuerunt inter privatos vel de locatione, & mutuo, vel de judicii ratione. de locatione, ut *pro Phormione: Hæ sunt* συνθῆκαι, *juxta quas Pasion mensam huic locavit.* Et *ad Pantenætum: Proposuimus* συνθήκας, *in quibus locatio scripta erat.* De mutuo, in prima *contra Aristogitonem: Si quis alterum pecunias debere criminaretur, ille vero negaret, cum* συνθῆκαι *apparerent, per quas mutuo dedisset, eum impudentem judicaretis.* De re arbitro permittenda, ut *ad Apaturium: Cum instarent dicæ, ad rem arbitris permittendam descendimus, & cum* συνθήκας *scripsimus, pacti sumus, si inter tres arbitros convenisset, nos eorum decreto staturos; sin minus, duorum; &* συνθήκας *apud eorum unum deposuimus.* Item alias sæpe. Εἰς δατητῶν αἵρεσιν, quoties ex iis, qui societatem coiissent, qui communem rem dividere volebant, litem intendebant iis, qui recusabant. ut Lysias docuit in oratione *ad Alexidemum*, & Aristoteles, teste Harpocratione, in *rep. Atheniensium*. Σῖτος victus erat, qui a maritis debebatur uxoribus, postquam ab iis discessissent, aut dimissæ essent, nec dotem recepissent. etenim dimissæ, & dotem, & victum repetere poterant, eaque σίτυ δίκη vocabatur. de qua lex est apud Demosthenem in oratione *contra Neæram: Si quis dimiserit uxorem, reddat dotem; sin minus, novem obolos usuræ nomine pendat, & tutori mulieris pro ea de victu ad Odeum actio detur.* Itaque Andocides in oratione *pro Nicostrato* dixit: *Dicat quæso, apud quem archontem promissa uxor virum repudiavit, aut domum ejus; deinde a quo recepit dotem, mortuo illo, cui dicit promisisse; quam litem victus intenderit aut dotis pro muliere desponsa ei, qui Pyrrhi hereditatem possidet.* Καρπῦ & ἐνοικίου meminit, Harpocratione teste, Lysias. *Si quid objicis*, inquit, *huic puero, & tuarum rerum aliquam possidet, dicam intende ex legibus, si de agro litigas,* καρπῦ; *si de domo,* ἐνοικίυ; *quemadmodum iste nunc tibi tutelæ dicam intendit.* Item Demosthenes *contra Olympiodorum: Cur nunquam*, inquit, *litem mihi* ἐνοικίυ *intendisti de domo, quam mihi ut tuam locasse dicebas?* Prima vero lis, si de domo contendebatur, erat ἐνοικίου, si de agro, καρποῦ; secunda τῆς οὐσίας, tertia, ἐξύλης. Quod si in controversia ἐνοικίυ, καρπῦ, & ὀσίας victi essent, tamen in possessione permanebant; sin autem etiam ἐξύλης essent damnati, tum eos victoribus cedere possessione necesse erat. quemadmodum Harpocratio tradidit. Ceterum ἐξύλης δίκην, eodem teste, intendebant ii, qui se a rebus suis arceri dicerent, iis, a quibus arcerentur. dicta vero est ἀπὸ τῦ ἐξέλλειν quod est *dejicere*; auctore autem Polluce, quoties quis eum, qui publice emisset, rebus emptis frui non pateretur, aut victorem quæ vicisset; sed aut possidentem dejiceret, aut possidere prohiberet, aut ipse, qui deberet, aut alius pro eo. Itaque si ille, ut emptor, de possessione litigaret, hic vero ut hypothecam habens, judicium erat ἐξύλης. Quin etiam dicam ἐξύλης intenderunt, qui ad diem dictam mulctas non exegissent, culpa eorum, qui mulctati ad id tempus non satisfecissent. Itaque Ulpianus *Midianam* exponens dixit, ἐξύλης dicam fuisse, cum periculum erat, ne quis ex possessione aliqua, aut loco, aut domo dejiceretur, quia mulctam præstituto tempore non solvisset. Qui vero ἐξύλης convicti essent, eos convictori res ablatas re-

A stituisse, & ærario, quæ æstimati erant, pependisse, Harpocratio ex Isæi, & Lysiæ auctoritate adjungit. concluditque tale nomen in omnes convenire, qui e suis bonis ejiciuntur, non, quemadmodum censet Cæcilius, in eos, qui ex judicato debeant, solos. Βεβαίωσις lis erat, quam intendebat emptor venditori, si altero litigante rem venditam non præstaret. aliquando etiam arrabone solo dato, & venditore litigante, litem βεβαιώσεως intendebat is, qui dederat ei, qui acceperat. quod ostendit Lysias. Ita fere Harpocratio. Pollux autem litem fuisse scribit, quoties aliquis empta domo, aut agro eum, qui litem inferret, ad venditorem adduceret, ut emptionem præstaret. qui si non præstitisset, B obnoxius fieret ei liti, quæ βεβαίωσις dicitur. quod si qui ad venditorem adducebat, caussa cecidisset, id de quo lis erat, victoris fiebat: victus autem ab eo, qui calumniatus fuerat, æstimationem accipiebat. Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν lis erat, quæ ob id intendebatur, ut ea, de quibus esset controversia, in apertum produceretur. cujus meminit Demosthenes *adversus Nicostratum*. Ἐξαιρέσεως δίκη fuit, quam is, qui in servitutem aliquem duxerat, intendebat alteri, qui eundem in libertatem vindicabat. quod, teste Harpocratione, ostendit Isæus. itemque ex oratione Lysiæ *contra Pancleonem* apparet. Ἀποστάσιον concedebatur manumissoribus C adversus manumissos, si a se defecissent, & alium patronum adoptassent; nec quæ legibus continentur, observassent; convictique in servitutem revocabantur. unde *contra Aristogitonem* in prima Demosthenes: *Et matrem ejus*, inquit, ἀποστασίου *damnatam vendidistis*. Ἀπροστάσιον lis erat adversus inquilinos, qui patronos cives Athenienses non adoptassent. moris enim fuit, ut civem aliquem, a quo in rebus suis & privatis, & communibus defenderetur, sibi quisque inquilinorum adoptaret. quod Hyperides in secunda *adversus Aristogitonem* ἀπροστασίου indicavit. De hereditate autem quæ est actio instituta, ea D ἐπιδικασία, & διαδικασία est appellata, quod ostendit Isæus in oratione *de Pyrrhi hereditate*, qui sine discrimine utrumque nomen pro lite hereditatis usurpat. Unde ἐπιδικάζεσθαι est litem de hereditate intendere, præclare. Si quidem ea bona, ut inquit Suidas, dicebantur ἐπίδικα, de quibus aliquis, ut ad se propter generis propinquitatem pertinentibus, contendebat, quod nec filios, nec omnino alios ullos mortuus heredes testamento instituisset. Hujus vero actionis partes fuerunt duæ, ἀμφισβήτησις, & παρακαταβολή; quarum inter se differentiam explicans Harpocratio, inquit, ἀμφισβητεῖν, & παρακαταβάλλειν dictos, qui de hereditate litem facerent, cum illi hereditatem E controversam esse assererent, quia filius extaret mortuo vel genitus, vel adoptatus: hi vero contra, nullis extantibus liberis, justius se, quam qui occupasset, hereditatem tenere vel propinquitate, vel testamento, contenderent. Unde dixit Demosthenes in oratione *de hereditate Hagniæ: Et præcone clamante, an aliquis vellet* ἀμφισβητεῖν, *aut* παρακαταβάλλειν *de hereditate Hagniæ aut secundum genus, aut secundum testamentum, nemo ausus est* παρακαταβάλλειν. Pollux autem addit, παρακαταβολὴν dictam, quia qui ita agebant, decimam bonorum partem F deponebant, amissuri, si litem non obtinuissent. hanc autem eandem dici quoque ἀντιγραφὴν colligo ex verbis Harpocrationis. cum scribit, ἀντιγραφὴν proprie in hereditatum litibus usurpari, quoties aliquis nullis superstitibus mortuo liberis hereditatem ad se pertinere ex generis successione contendit. Jam vero cum lite de hereditate conjunctæ fuerunt etiam controver-

siæ τ͂ ἐπικλήρων, ἐπιπροίκων, & ἐπιδίκων. Ἐπίκληρος fuit puella pupilla fratris expers, patrimonii heres. Lex autem fuit, auctore Suida, ut si legitima filia fratribus legitimis careret, ipsa, non nothus filius, hereditatem adiret, nothis autem usque ad quinque minas relinqui tantummodo liceret. Ἐπίπροικος fuit puella, quæ fratribus prædita hereditatis partem loco dotis est assequuta. Ἐπίδικος puella heres, de qua controversia esset, cui esset in matrimonio collocanda. Legis autem de testamento, unde omnes hæ controversiæ sunt profectæ, meminit Isæus in oratione *de hæreditate Pyrrhi*: *Lex*, inquit, *diserte præcipit, licere testari, ut cuique lubet, de rebus suis, si filios mares legitimos non reliquerit; quod si feminas reliquerit, in earum beneficium. Igitur*, subjicit orator, *filiabus non licet*. Atque hanc eandem legem commemorat quoque Demosthenes in secunda *adversus Stephanum*: *Liceat*, inquit, *cuilibet pro arbitrio de rebus suis testari, nisi filii mares legitimi adsint, modo ne aut furore, aut senio, aut veneno, aut morbo, aut mulieris suasu, aut necessitate, aut vinculo oppressus teneatur*. Item; *Quodcunque filiis legitimis superstitibus pater testatus erit, ratum sit, si filii mortui sint, antequam pubertatem excedant*. Ultima autem omnium judiciorum actio fuit ψευδομαρτυριῶν, quæ adversus eos intentata est, (quod illi ἐπισκήπτεσθαι dixerunt) qui in judicio aut falsum testem produxissent, aut falsum testimonium dixissent, aut alio falsi genere judicem circumvenissent. Quod ex prima Demosthenis *contra Stephanum* liquet; *Vos jurastis, judicaturos non de iis, de quibus vult reus, sed de quibus fuerit actio. hanc vero necesse est patefieri actoris intentione, quam ego huic ψευδομαρτυριῶν intentavi*. Et ex *secunda*, in qua recitat hanc legem: *Esto obnoxius falso testimonio, qui testimonium dixit ob id, quia contra legem dixit, & qui producit illum eodem modo*. Additque legem vetare, ipsum sibi testimonium dicere ἐν γραφαῖς, ἐν δίκαις, ἐν εὐθύναις. Cum hac autem actione etiam κακοτεχνιῶν δίκη conjuncta fuit, cujus meminit Harpocratio, & Demosthenes in oratione *contra Evergum*, cum inquit: *Præclaræ mihi leges illæ videntur, quæ post judicia falsi testimonii dicas concedunt, ut si quis productis testibus, qui falsa dicant, aut conditionibus, quas non tulit, aut testimoniis, quæ contra leges dicta sint, judices deceperit, nihil ea re proficiat, sed ut qui injuriam accepit, testimoniis ἐπισκηψάμενος, & ad vos ingressus, ostenderit, testes de re falsum dixisse, tum ab eis pœnas repetat, & illius, a quo producti sunt, κακοτεχνίας ulciscatur. propterea que minorem actori, si victus erit, mulctam statuerunt, ne qui læsus est, pœnæ magnitudine a persequendis testibus avocetur. reo autem pœnas magnas proposuerunt, si convictus fuerit, & vobis falsum testimonium dixisse videatur. idque merito. vos enim testes intuiti, & eorum testimoniis freti, sententiam fertis. ne igitur & vos decipiamini, & qui ad vos ingrediuntur, injuriis afficiantur, propterea eos obnoxios reddidit legislator*. Quin etiam tantam in hoc toto dicendi testimonii genere diligentiam posuerunt, ut si quis de re, cui gerendæ affuisset, se testimonium dicturum professus, fidem fefelisset, ei quoque, Polluce teste λειπομαρτυρίου litem intendi posse statuerint.

Atque hæ quidem publicæ, privatæque caussæ, litesque fuerunt, longe inter se non solum ipsorum, quæ diximus, criminum genere, sed etiam propositarum æstimationum varietate, & judicum, qui eas cognoscerent, dissimilitudine, & tota demum actionis, ac judicii ratione dispares, atque diversæ. Æstimationes autem, quas illi τιμήματα vocarunt, fere fuerunt, ζημία, φυγὴ, ἀτιμία, δεσμὸς, στήλη, & θάνατος, id est, *mulcta, exilium, infamia, vincula, pila, & nex*. Ex quibus ζημία pecuniarum mulctationem attulit, φυγὴ urbe exegit, & bona publicavit, ἀτιμία, quam nescio an satis apte *infamiam* dicamus, jure civium, & maxime honorum potestate spoliavit. Unde in tertia *contra Philippum* Demosthenes ἄτιμον definivit eum, qui rerum communium partem non haberet; & *contra Androtionem*, cui neque dicere, neque scribere, id est, neutiquam remp. attingere liceret. δεσμὸν intellexerunt carcerem, quem inde δεσμωτήριον appellarunt, & vinculorum genera ἐν ποδοκάκῃ, sive ἐν ξύλῳ, quod vocabulum passim in legibus Solonis invenitur. στηλίτας autem dixit in *tertia Philippica* Demosthenes, quos in pila ad perpetuam memoriam ut impios, aut ingratos descripserunt. *Majores*, inquit, *nostri in ænea pila, in arce, litteras has inciderunt: Arthmius Pyctonactis filius Zelita sit hostis populi Atheniensium, & sociorum, & ipse, & genus, quia aurum ex Medis in Peloponnesum attulit, non Athenas*. θάνατον autem omnia necis genera quocunque modo illata, nominarunt, gladio, laqueo, tympano, & veneno. τύμπανον, unde ἀποτυμπανίσαι fluxit, ligna erant, quibus nocentes homines cædebantur, ut *Pluti* Interpres prodit. Plato autem Socrati, & Xenophon Therameni, capitis damnatis cicutam (veneni id genus est) ex legibus præbitam esse a custodibus carceris scribunt. Quæ cum ita more, institutoque majorum observarentur, inde formula illa judicandi manavit, cujus cum alias, tum in *Tim.* Demosthenes meminit, ut quibus criminibus æstimatio nulla a legibus indicta esset, judices æstimarent, ὅ, τι χρὴ παθῶν, ἢ ἀποτίσαι, id est, quid reum aut pati, aut pendere oporteret. quibus verbis hæc omnia, quæ dixi, æstimationum genera comprehenderunt. Quoniam autem, quemadmodum aut singulæ caussæ cognitæ, aut judicia earum facta sint, nisi singulis judicum generibus expositis, elucere non potest, videtur faciendum esse, ut deinceps de singulis judicum foris, Areopagitarum, Ephetarum, Heliastarum, ceterorumque dicamus, atque una propositis quæstionibus satisfaciamus.

CAP. II.

De judicio Areopagi. Causæ capitales ad ipsum. Ordo agendi apud eundem. Ejusdem ἀπόφασις quid? Quibus diebus convenerit, & quo in loco? Ipsius laudes.

AGAMUS autem primum de Areopagitis; inter omnes enim judices auctoritate, & gloria præstiterunt, qui ex consilio fuerunt Areopagi. quem senatum non solum de rebus communibus consultasse, sed etiam de caussis capitalibus judicasse, satis constat. atque hanc quidem cognitionem eum jam inde a regibus adeptum esse, antea cognovimus. quam non modo Solo non imminuit, sed etiam aliqua ex parte adauxit. si quidem legem tulit, quemadmodum est in *Aristocratea* Demosthenis, ut Areopagi senatus judicaret de cæde, & vulnere de industria, & incendio, & veneno, si quis eo dato necem attulisset. quæ eadem, adjuncto etiam parricidio, Lucianus in *Anacharside* repetit. Excepit tamen eos, qui adulterum cum uxore deprehensum interfecissent, ut ex *oratione* Lysiæ cognoscitur: *Auditis ne*, inquit, *quemadmodum senatui Areopagi, cui patrium est, caussas de cæde cognoscere, diserte mandatum est, ne eum condemnet de cæde, qui adulterum cum uxore deprehensum necarit?* Excepit item eos, qui homicidam extra fines Atticos interemissent. de iis enim cognosci voluit ab Ephetis. Jam de vulnere Areopagum cognovisse, multi testes sunt, ut Æschines *contra Ctesiphontem*,

cum objicit Demostheni, quod Demomeli consobrino A suo de vulnere apud Areopagum diem dixerit; & Demosthenes *contra Bœotum*, apud quem Mantitheus ita loquitur: *Iste autem cum Menecle omnium harum rerum architecto insidiis mihi paratis, & in jurgio manibus illatis, capite suo cæso, de vulnere apud Areopagum me, ut urbe exterminaturus, reum fecit*. Et *contra Cononem*: *Brauroniæ sacerdotis patrem, qui interfectum non attigerat, sed ad cædendum cohortatus interfectorem fuerat, in exilium ejecit senatus Areopagi*. De insidiis demum necandi caussa factis, quam illi *βούλευσιν* dixerunt, judicasse Areopagum, tradidit in *Atheniensium rep.* Harpo- B cratione teste, Aristoteles.

Jam vero ordo apud Areopagum agendi is fuit, ut actionem accusator apud regem, qui unus fuit e novem, intenderet, is deinde receptam litem ad Areopagum introduceret, atque una cum eo, corona, ut inquit Pollux, deposita, judicaret. Antequam autem actionis initium fieret, accusator, & reus gravissimo se jurejurando obstringere jubebantur. inde bis utrique caussam orare, reo vero post primam dictionem solum etiam vertere permittebatur. Judices autem sedentibus iis in duobus scabellis argenteis, quorum, teste Pausania, unum *Contumeliæ*, alterum *Impudentiæ* nominabant, noctu, C & sub dio caussas audiebant, & quidem summo silentio, adempta oratoribus conciliandorum, & commovendorum animorum omni per præconem facultate, quorum illud in exordio, hoc in peroratione facere soliti erant. Quæ quoniam neque apud unum scriptorem, neque uno in loco reperiuntur, ex quibus ea fontibus hauserimus, indicandum est. Quod ergo dixi, quæstionem harum caussarum ad regem pertinuisse, id ex multis orationis Antiphontis *de choreutæ morte* locis perspicitur. maxime autem, cum inquit: *Rex & leges eis recitavit, & tempus ostendit, quo dicam scribere non liceret, & citationes citare, quas oportebat*. Et paullo post: D *Quod regi objiciunt, quod mea caussa dicam scribi noluerit, id a veritate longe remotum est. oportebat enim regem, ubi tres quæstiones scripsisset, eas in tribus mensibus exercere. dicam vero quarto mense, ut nunc, introducere. duo vero magistratus sui restabant menses Thargelio, & Scirrhophorio. neque in suo magistratu introducere poterat. neque cædis cognitionem alteri tradere licet, neque ab ullo unquam rege tradita est. neque scribi volebat contra leges*. De jurejurando autem testis est Demosthenes in *Aristocratea*: *Primum*, inquit, *jusjurandum dare, & si calumnietur, sibi, ac genti, familiæque suæ pestem exoptare in Areopago cogitur is, qui aliquem de cæde* E *insimulat: deinde jurejurando sanctissimo se obligat. & quod nemo in ulla alia re jurat, in visceribus capri, & arietis, & tauri, qui, & per quos, & quibus diebus oporteat, sint mactati. post autem ei, qui se tali religione obstringit, nondum tamen habetur fides, sed si mendacii convictus est, nihil aliud consequitur, nisi ut liberos suos, & omnem familiam perjurio obstringat: si autem jure accusasse videatur, & reum cædis damnarit, ne ita quidem damnatum in sua potestate habet, sed sumendi supplicii jus penes leges est, & eos, quibus hæc commissa sunt; hinc vero damnatum inspectare pœnas ex lege dantem licet; nec* F *præter id quidquam amplius. reus autem calumniæ jusjurandum eodem modo præstat, conceditur que, ut priore caussa dicta solum vertat, neque accusator, neque judices, neque hominum aliquis eum retinere potest*. Itemque Lysias, cum in oratione *contra Thomnestum* prima actorem jurasse ait, quod interfecit; reum vero, quod non interfecit, quod ille *διομνύσθαι* vocat. & Antiphon, cum in oratione *de cæde Herodis* inquit; *Tum vero, cum oporteret te jurare jusjurandum maximum, & gravissimum, exitium tibi ipsi, & generi, & familiæ tuæ imprecantem, nempe te nihil aliud mihi objecturum, quam cædem me fecisse, injuratus me accusas*. postremo Dinarchus, qui Demosthenem inquit omnibus diris, quæ in civitate suscipiuntur, esse devotum, quod Severas deas in Areopago pejeraverit, aliosque deos, quos jurare leges jubent. Jam vero testes eodem etiam se obligasse jurejurando, ostendit Antiphon: *Et cum testes*, inquit, *oporteat eodem se obligare jurejurando, atque tu, qui accusas, & victimis tactis contra me testimonium dicere, tamen injurati sunt*. Hinc idem ille cum *pro choreuta* diceret, intulit, sacramenta, & prædictiones, & cetera, quæ fiunt propter controversias de cæde, multum inter se differre. & in eadem: *Ex his intelligi licet, utri sanctiora, & veriora jurarint, istine, an ego. illi enim jurarunt me insidiis factis necem attulisse Diodoto: ego neque interfecisse, neque manum inferentem, neque insidias comparantem*. Jam cetera, quæ de ratione dicendæ caussæ proposuimus, earundem etiam orationum auctoritate firmantur, in quibus & illud est: *Quod si quid eorum mentiri videbor, licet accusatori in secunda oratione, quodcunque voluerit, reprehendere, defensori vero priore dicta oratione licet abire*. Sed multo apertius a Luciano hæc omnia tractantur in *Hermotimo*. & *Anacharside*. apud quem ita Solo loquens inducitur: *Noli abs re longe aberrare, sed imitare senatum Areopagi, qui nobis caussas de cæde judicat. cujus hic mos est patrius, ut ubi in pagum ascenderit, de cæde, aut vulnere ex industria, aut incendio judicaturus, potestatem dicendi faciat utrique litigatori. ita separatim dicunt accusator, & reus, aut ipsi, aut patronos adducunt. æquo animo, & cum silentio audit senatus. quod si quis exordio colligendæ benevolentiæ caussa utatur, aut misericordiam, aut indignationem alicunde commoveat, qualia multa oratores adversus judices compararunt, statim per præconem silere jubentur, non permittentem eos audiente senatu nugari, & rem verbis involvere, ut facta nuda Areopagitæ inspiciant*. Atque hoc idem etiam multis ante hunc sæculis Aristoteles, ut ceteros omittam, in principio *artis rhetoricæ* litteris prodidit. Cur autem sub dio judicium exercuerint, caussam reddit in oratione *de Herodis cæde* Antiphon. nempe ne judices in eundem locum convenirent, atque ii, qui manibus essent impuris, &, ne qui de cæde accusabat, sub eodem tecto esset, atque ille ipse, qui cædem patrarat. silentii vero eorum summi argumento sit proverbium celebre, quo dicebatur, *Areopagita taciturniorem esse*. nam vere tacitos eos judicasse, Macrobius etiam libro *Saturnaliorum* septimo prodidit. Atque hæc quidem jura ferme omnibus nota, atque illustria sunt.

Illud vero vulgare minus, ac tritum, quod idem Areopagus partim sponte sua, partim populi scito de aliis gravibus etiam criminibus, ut de proditione, quæsivit, & præjudicio facto ea judicibus Heliææ detexit, ac novo ab iis retractanda judicio tradidit. hanc autem quæstionem, atque detectionem *ζήτησιν* illi, atque *ἀπόφασιν* dixerunt. Quæ omnia ex Dinarchi oratione *contra Demosthenem* cognoscuntur: *Primum*, inquit, *Areopagus necessario duobus modis ἀποφάσεις instituit, sponte, populique decreto*. Item: *Putatis ne senatum Areopagi, cum de Demosthene, Demade, & Ctesiphonte per sex menses quæsiverit, injuste apud vos ἀποφάσεις instituisse*. Item: *Neque vero, ut eum absolveretis, de eo quærendum Areopagi senatum commisistis; sed ut, si ille detexisset, vos meritas pœnas sumeretis*. Et paullo post. *Cum tu decretum scripsisti, ut senatus Areopagi quæreret de iis, qui pecuniam ab Harpalo accepissent, ut ipsi patrium est, quæsivit, & judicibus detexit*. Item: *An vero majores vires veritate calumniatio hujus habebit, qua dicturus est, multos, quos senatus Areo-*

pagi populum læsisse detexerat, in hoc ingressos forum evasisse, aut senatum in nonnullis ne quintam quidem suffragiorum partem tulisse? boc autem quo modo fiat, facile cognoscetis. senatus quærit, quæ sunt mandata a vobis, & quæ sunt apud se crimina, non quo modo vos aliquando judicare soletis, sententiæ plus, quam justo tribuentes, sed omnino, qui obnoxius est iis, quæ quæruntur, & quicunque patria violarit; existimans, qui in parvis assuescit injuste se gerere, hunc magnas injurias facilius etiam illaturum. cum mulctasset eum, qui apud se naulo portitorem fraudarat, vobis detexit, eumque vos absolvistis, non quod Areopagi senatum mentiri judicaretis, sed quod sententiam magis, quam justum spectaretis. Non necesse est plura proferre. satis est locum indicasse. plenæ enim hujus sunt rationis, atque doctrinæ ambæ Dinarchi *in Demosthenem*, & *Aristogitonem* actiones. Hic ergo senatus severissima, ut dicere cœperam, judicia fecit. quippe qui, ut scribit *in Timarchum* Æschines, non tam ex verbis oratorum, & testibus, quam ex sua ipsius, quam de facto præceperat, conscientia judicaret. sententias vero occultis suffragiis tulit, id est, calculis aut perforatis, aut solidis, & quidem ab ara, ut scribit *in Ctesiphontem* Ulpianus, acceptis, & tacite in sitellam immissis.

Ceterum, ut narrat Pollux, ter tantum in mense legitimis diebus, quarto, tertio, & secundo abeuntis convenit, & quidem in pagum cognomine Martium: extra ordinem autem in Regia etiam porticu est coactus, quod ostendit in prima *adversus Aristogitonem* Demosthenes, cum inquit, legum vi effici, ut sedens in Regia porticu Areopagus, quanquam funiculo tantum obtento, ipse quiete res suas agat, & omnes statim inde recedant.

Atque hæc quidem de hoc senatu, foroque quæ diceremus, habuimus. cujus tanta apud Veteres laudum præconia prædicantur, ut nulla virtus sit, qua egregius senator, & sanctus judex aliquis affici possit, quæ non ei summa tribuatur, usque adeo, ut *Areopagitam* pro constanti senatore, & severissimo judice M. Tullius, homo omnis antiquitatis peritissimus, *ad Atticum* scribens usurparit. & Aristides cum in *Panathenaica* priscam Atheniensium disciplinam laudibus celebraret, Areopagum omnem superasse laudis excellentiam dixerit, neque aliam vim in eo loco insitam ad justitiam cognoscendam fuisse, atque in iis, unde oracula fundebantur ad futurarum rerum prædictionem; tantæ vero auctoritatis eum fuisse, ut magistratus omnes, & consilia cum alia, tum maxime populus, & privati cuncti ad ejus judicia venerint. Quibus de rebus tanta ei ab omnibus civibus habita reverentia est, ut in conspectu ejus ridere nefas existimarint. *Cum enim producto*, inquit Æschines, *in concionem ex Timarchi decreto Areopago magnus risus populum nescio qua de caussa esset complexus, tum Pyrrhander increpans populum, quæsivit, cur non risum Areopago præsente continerent. illi vero responderunt: Non ignoramus, o Pyrrhander, non oportere in horum præsentia ridere, verum tantæ sunt veritatis vires, ut omnes hominum superent rationes.* Hic est demum ille senatus, cujus nimia potentia factum est, ut in rep. Atheniensium species aliqua paucorum imperii eluxerit. Itaque Pericles excellens auctoritate, atque potentia civis cum populi partibus se adversus divites adjunxisset, Ephialtem, egregium item civem induxit, ut multis judiciis ereptis ejus opes decreto ad populum lato labefactaret. quod Aristoteles *Politicorum* secundo, & Plutarchus in *Pericle* memoriæ prodiderunt. Hinc Æschines *in Timarchum*, Areopagum, ut cetera imperia, reddendis rationibus fuisse obnoxium, & Demosthenes *adversus Neæram*, Areopagum non potuisse pro arbitrio in civem Atheniensem animadvertere dixit. Memorabile autem illud in primis,

A quod idem in *Aristocratea* scriptum reliquit, Areopagum neque a tyrannis, neque a paucis dominantibus ullis unquam e repub. fuisse remotum, & quod in *Panathenaica* minor multo natu tradidit Aristides, locum eum nulla perturbatione, quibus multis res conflictantur humanæ, unquam esse affectum.

CAP. III.

De judiciis Ephetarum, &c. Quinam hi fuerint? Eorundem numerus, lectio, cognitio. In quatuor foris de sanguine judicabant; in Prytaneo scil. Palladio, Delphinio, & Phreattio.

B POST Areopagitas sequuntur Ephetæ. hi vero Demophoonte, ut ante dixi, rege instituti, quinquaginta ex Atheniensibus, totidemque ex Argivis, ut in Palladio foro de inconsulta cæde cognoscerent, majore deinde auctoritate, jureque ampliore a Dracone instructi sunt. sic enim instituit, ut unus, & quinquaginta ex optimis eligerentur, qui, ut prodit Pollux, in foris capitalibus judicarent. ex quo existimari potest, Athenienses solos ad judicandum ab eo retentos, Argivos autem esse repudiatos, ephetasque ab uno Palladio ad reliqua de cæde fora esse traductos. Itaque in Harpocrationis, C & Suidæ *commentariis* reperitur, ephetas in quatuor, de quibus supra diximus, foris Prytaneo, Palladio, Delphinio, & Phreattio de sanguine judicasse, eaque ephetarum fora vocata esse. Quod si ita est, sane perspicitur, certum ephetas forum obtinuisse, & lectione ad judicandi jus pervenisse. Lectio vero eam habuit vim, ut neminem nisi ætate, & vita spectata admitteret. (si quidem Suidas nisi quinquaginta annos natos, & moribus probatissimis legi negat potuisse) & præterea sortitionem adjunctam haberet. quod ex verbis quibusdam, quæ apud *Pluti* extant Interpretem mihi facile persuaserim, cum inquit, ex singulis tribubus viros quinque illustriores sumptos, atque ex iis unum sorte ad D judicandum positum esse. neque enim lectio cum sortitione conjuncta in alios potest judices convenire, quam in ephetas. Solonem autem, quanquam Areopagitas Ephetis, ut inquit Pollux, ad eorum deprimendam auctoritatem opposuit, tamen hæc omnia comprobasse, leges ejus quædam indicant a Demosthene recitatæ. quarum una est in oratione *contra Macartatum; Si quis necaverit, decreverint autem quinquaginta & unus ephetæ, invitum necasse.* altera *contra Aristocratem: Si quis homicidas necarit, aut cædis ejus caussam attulerit, cum abstineret a mercatibus, qui in finibus sunt, & ludis, & sacris* E *Amphyctionicis, iisdem teneatur, ac si Atheniensem interfecisset, cognoscant autem ephetæ.* Quin etiam eosdem de insidiis necis caussa factis in Palladio cognovisse, ex Isæi auctoritate prodidit Harpocratio, in Prytaneo vero de rebus inanimatis, significat Æschines in *caussa Ctesiphontis*, inquiens: *Indignum sit, si lignum, & lapides, & saxa, & ferrum, res mutas, & sensu carentes, cum quempiam ruina opprimunt, & necant, exterminamus, Demostheni vero, qui & ultimam expeditionem decrevit, & milites prodidit, honorem habebitis.* Regem porro in hæc item fora caussas introduxisse, argumento est, quod scribit Pollux, Regem de rerum inanimatarum F caussis quæsisse, quas in Prytaneo judicatas, supra cognovimus. Quod si Rex cædis caussas in Prytaneum introduxit, profecto etiam in Palladium, cujus meminit Demosthenes in oratione *contra Evergum. Apud Regem*, inquit, *ne intendas. neque enim id tibi lege licet, cum e tua familia non fuerit illa mulier, neque ancilla. leges autem cognatis, & dominis actionem dant. proinde si apud Palladium juraris, & ipse, & uxor, & tum vos, tum fa-*

miliam devoveritis, multis deterior videberis. Item *contra Neæram: Impegit falsum crimen, eum debuisse ærario ab annis quinque & viginti, profectumque aliquando Aphidnas ad fugitivum ibi quærendum, percussisse mulierem, quo ictu illa perierit. & advocatis, & subornatis hominibus servis, qui se Cyrenæos esse dicerent, ei diem apud Palladium dixit.* Illustre autem ad memoriam illud, quod est apud eundem in oratione *adversus Pantænetum: Si quis inconsultæ cædis reum fecisset, eumque nocentem esse aperte ostendisset, post autem ei ignovisset, atque remisisset, non amplius ejiciendi ejus potestatem retinebat. neque enim si qui passus erat, ei, qui fecerat, ante obitum cædem remiserat, reliquorum cognatorum ulli jus actionis habebant. sed quos ejici, & exulare, si convincerentur, & morte affici leges juberent, hi si semel sibi ignotum esset, omnibus periculis exolvebantur.* Neque vero minus memorabile illud alterum, quod narrat Æschines in oratione *de ementita legatione*, a patribus traditum sua etiam ætate observatum esse, ut qui rei capitalis rei suffragiis in Palladio præstitissent, cæsis victimis jurarent, judices, qui sententiam secundum se tulissent, vere, & juste statuisse, & nihil falsi dixisse; sin minus, ipsum sibi, & familiæ suæ pestem precari, judicibus autem ut multa, eaque bona evenirent, optare.

CAP. IV.

De judiciis Heliææ, &c. Quale forum fuerit? Parabystum, Trigonum, Metychium quænam fora, & unde nomen acceperint? Heliææ magnitudo. Ordo agendi apud Heliastas, & alios Judices. Citatio rei: Accusatio: Vocatio in jus. Excussio actoris. Sortitio Judicum. Eorundem sacramentum. Introductio causarum. Depulsio judicii. Dilatio ejusdem. Recriminatio. Mutua litis intentio. Jusjurandum actoris & rei. Sportulæ. Oblata conditio. Testimoniorum ratio. Tabularum obsignatio. Hora ad dicendum clepsydra notata. Sententiæ ferendæ ratio. Ipsius executio.

JAM vero præter quinque capitalia, quæ numeravimus, fora, fuerunt etiam alia multa, & quidem pleraque de controversiis non levissimis constituta. Interpres Aristophanis *commentario Pluti* quinque ea fuisse prodidit; verum quæ, aut qualia fuerint, nobis, quod omnium minime vellem, quærendum, atque indagandum reliquit. quamobrem demus operam, ut locum difficilem in primis, & impeditum, quam firmissimis possumus nixi conjecturis expediamus. Ego igitur, quantum ex verbis scriptorum elicere veterum possum, inter hæc fora Heliæam principatum obtinuisse, huic vero bina Parabysta, & Trigonum, & Metychium adhæsisse opinor. hæc enim fororum nomina præcipue in priscis Atticarum rerum monumentis inveniuntur. Heliæam autem cum aliis foris duobus conjunctam, sed iis ipsis sublimiorem fuisse, multis rationibus ducor ad suspicandum, maxime autem quia Demosthenes *adversus Aristogitonem* in prima apud Heliastas judices ita dicit: *Nolite putare, majores hæc vobis fora ædificasse, ut ejusmodi hominum genus in eis tanquam vitulos, saginaretis.* Et quia Harpocratio exponens, quid esset ὁ κάτωθεν νόμος, ac de Heliæa verba faciens, scripsit, fora alia supra, alia infra collocata fuisse; tertio loco, quod Antiphon in oratione *de choreuta* inquit, Philocratem judicii caussa in Heliæam ascendisse. nam nisi altior locus fuisset, haudquaquam illo opus ascensu fuisset. ne illud dicam, quod Heliæa dicta fuisse traditur a sole, cujus splendore late ex omni parte, credo propter altitudinem ipsam, illustraretur. Quibus si argumentis stare volumus, certe reliqua Heliææ subjecta fora duo Parabysta fuisse dicemus, quorum unum majus, medium alterum nominat Pollux. Parabystum enim ab obscuritate loci appellatum cum prodit Pausanias, idem tacite Heliææ oppositum fuisse, docere videtur, quæ ut dixi, a solis splendore nomen invenit. Nam Trigoni, & Metychii illius a figura, hujus ab architecto nomen adepti Pausaniam, ut diximus, Harpocrationem, Hesychium, & Pollucem auctores habemus. Sed hæc omnia præter Heliæam ut auctoritatis minoris, sic famæ etiam obscurioris fuerunt. ita ut ad nos vix tenuis nominum ipsorum memoria permanarit. Heliæa vero maximum omnium fuisse forum dicitur. quippe quo judices quingenti, & si gravior res incideret, mille, ac mille & quingenti, quasi e duobus, ut inquit Pollux, tribusque foris convenire soliti sint. Itaque cum Demosthenes in *Timocratea* dixisset, duo fora, ad unum & mille, tulisse sententiam, notavit Ulpianus, in caussis gravioribus e duobus foris convenisse, ut mille & unus inæquali suffragiorum numero judicarent. Quo factum est, ut in caussa Demosthenis, cum a Dinarcho de pecuniis Harpali postulatus esset, atque post Areopagi præjudicium res apud judices tractaretur, mille & quingenti judices judicium fecerint. quod ille declarat, cum inquit: *Et cum mille, ac quingenti sitis, omnem totius civitatis salutem in manibus habetis.* In reliquis vero foris quo numero judices judicarint, nihil accepimus.

Ut autem quinque capitalia fora proprias, quas cognoverunt, caussas habuerunt, sic Heliæa, Parabystum, & reliqua suis etiam instructa fuerunt. eademque ratione, ut illorum quodammodo princeps, gubernatorque Rex fuit, qui in ea, ut dixi, fora certas controversias introduxit, sic his foris alii magistratus præfuerunt, atque in his judicia exercuerunt, ut in Heliæa thesmothetæ, undecim Viri in Parabysto, in aliis alii, iique suas quisque caussas in hæc singula introduxerunt.

Totius vero actionis, quam illi δίωξιν nominarunt, hæc ferme ratio fuit. Omnino qui alterum judicio persequutus est, aut publico illum est aggressus, aut privato. Utrocunque autem modo ageret, ad magistratum utique, cui ejusmodi erat permissa cognitio, venire necesse habuit. ac primum quidem adversarium suum apud eum per citatorem in jus vocavit. quod illi προσκαλεῖσθαι, & vocationem πρόσκλησιν, & citatorem ipsum κλητῆρα dixerunt, deinde verbis quibusdam conceptis actionem ei intentavit. eamque intentionem in tabella descriptam magistratus ipsius, aut paredro, aut scribæ dedit. Hujus autem consuetudinis in publicis quidem actionibus testis est Ulpianus. qui, cum Demosthenes dixisset, Mediam Stratonem damnandum curasse contra omnes leges, neque citatore, neque accusatore inscripto, notat, accusationem his verbis institui solitam: κατηγορῶ τούτου, καὶ προσκαλοῦμαι τὸν δεῖνα διὰ τὸν δεῖνα, id est, *accuso hunc, & voco in jus hunc per illum.* ex quo apparet, nomen actoris, & rei, & citatoris, & criminis, quo de actio intenderetur, in tabula scribi fuisse solitum. item Demosthenes *contra Theocrinem*, cum ait: *Vocato in jus Polyeucto* γραφὴν *adversus eum infert malæ tractationis apud archontem, & dat intentionem Mnesarchidi paredro.* & Phavorinus, qui, teste Laertio, actionem impietatis Socrati his verbis intentatam scribit: Hæc ἐγράψατο Melitus Meliti filius Pittheus Socrati Sophronisci filio ab Alopecis: Peccat Socrates diis, quos colit civitas, non colendis, & novis aliis dæmonibus inducendis. peccat etiam juvenibus corrumpendis, æstimatio mors. Atque hoc eodem modo εἰσαγγελίαν etiam esse delatam, Demosthenes in oratione *de iis, qui sunt in Chersoneso*, declarat, cum inquit: *Si intoleranda facit Dio-*

phetes, & naves deducit, parva tabella hæc omnia prohibere potuerit. jubent enim leges, eos qui hæc deliquerint, εἰσαγγέλλεσθαι. & Plutarchus, qui litis formulam, qua Alcibiades de violatis mysteriis postulatus est, hoc modo scriptam prodidit: *Thessalus Cimonis filius Laciades Alcibiadem Cliniæ filium Scambonidem detulit, deliquisse in deas Cererem, & filiam, imitantem mysteria, & indicantem sodalibus suis in tectis suis, veste indutum, qua hierophanta indutus sacra indicat, & semetipsum hierophantem nominantem, Polytionem vero daduchum, cerycem vero Theodorum Phegeensem, sodales vero alios mystas, & epoptas appellantem contra leges latas ab Eumolpidis, & cerycibus, & sacerdotibus ex Eleusine.* Neque vero solum εἰσαγγελίαν, sed etiam φάσιν eodem institutam significat Demosthenes in oratione *contra Theocrinem*, cum ait; *Vocato in jus Micone hanc* φάσιν *dedit, accepitque eam Euthyphemus scriba curatorum emporii.* In privatis autem actionibus idem observatum ostendit in oratione *contra Evergum*, cum inquit: *Vocavi eum in jus, & dicam verberum ei intendi.* & in oratione *contra Macartatum*: *Vocavit in jus Macartatum de hereditate, & litem intendit apud archontem.* & cum legem hanc profert: *Si quis de adita hereditate, aut pupilla herede controversetur, vocet in jus eum, qui hereditatem adiit, apud archontem, quemadmodum fit in aliis dicis: sin autem sine vocatione petierit, irrita erit petitio hereditatis.* Ut autem minister ipse vocationis κλητὴρ, sic officium ejus κλητεύειν est appellatum. Unde illa sunt *contra Evergum: Me illum vocasse in jus οἱ κλήτορες testantur οἱ κλητεύσαντες.* Et *contra Nicostratum: Veni ad* κλητῆρα, *qui affirmabat, se* κεκλητευκέναι. Item: Κλητῆρα *adversus me fratrem suum Arethusium inscribit.* Unde ψευδοκλητείας actio adversus eos est instituta, qui aut non citassent, cum se citasse dicerent, aut citassent illi quidem, sed non legitime. ut ex eadem oratione perspicitur. Pollux autem prodit, πρόσκλησιν proprie in iis esse, qui de hereditate, aut pupilla herede litigarent. qui enim controversiam, inquit, movet, vocat in jus eum, unde petitur, apud archontem: quem si non vocaret, irrita dica esset, quæ ἀπρόσκλητος dicitur. Quo verbo usus est orator *contra Nicostratum*. Adde, quod ut in publicis criminibus qui judicium inferebat, κατηγορεῖν, sic in privatis λαγχάνειν δίκην dicebatur. veluti *contra Apaturium*: Νῦν δ' εἴληχε μὲν ἐμοῦ, κατηγορεῖ δ' ἐκείνου. Unde λῆξις ipsa est privatæ litis intentio, ut in *eadem*: Αἱ δὲ λήξεις τῶν δικῶν τοῖς ἐμπόροις ἔμμηνοι εἰσίν. Intendebatur autem ita, ut litis genus, & summa scripto comprehenderetur. quod ostendit Demosthenes in oratione *contra Stephanum* prima, inquiens: *Vos jurastis judicaturos, non de quibus vult reus, sed de quibus est* ἡ δίωξις, *quam oportet ex actoris* λήξεως *elucere.* Atque hoc idem etiam ἔγκλημα nominabant. ut *contra Aphobum* de falso testimonio: *Principium* τοῦ ἐγκλήματος *est, hæc* ἐγκαλεῖ *Demosthenes Aphobo, retinet Aphobus pecuniam meam, quam a tutela possidet.* Et pro *Phormione*; *Hic cum multis civibus lites intenderet, pecunias multas exegit, cum scriberet* εἰς τὰ ἐγκλήματα: *injuriam mihi fecit ille non reddito mihi argento, quod reliquit pater*: & in prima *contra Aristogitonem*: *Sororem abducendam vendidit, ut inquit* τὸ ἔγκλημα τῆς δίκης. Ego autem λαγχάνειν δίκην *litem intendere* verto, quippe cum scribat Suidas λαγχάνειν δίκην esse καταγγεῖλαι κρίσιν. Nam quod Cicero de Siciliæ more loquens dixit, Verrem prætorem sortitum dicas, id longe ab hoc, quo de agimus, λαγχάνειν δίκην, est alienum. quod viri in hoc litterarum genere exercitati non viderunt. illud enim est prætoris judicia sortientis, hoc litigatoris judicium intentantis.

Lite autem intenta magistratus, antequam eam
A in forum judiciarium introduceret, actorem ipsum diligenter excutiebat, cum ita quæreret: Vis ne accusare, aut testes habes ad accusandum paratos? ajente autem illo, tum actionem recipiebat, eamque in forum introducebat. ea vero excussio ἀνάκρισις dicta est. quam Ulpianus *in Medianam* descripsit, cum qui litem intendit, interrogatur ante forum a magistratu, sit ne actionem persequuturus, testes ne habeat, egeat ne alicujus præsentia, ut rebus omnibus paratis accederet ad forum. Hac de caussa Demosthenes *contra Olympiodorum* dixit: *Post hæc archon nos omnes litigatores excussit, & excussos in forum introduxit.* Et *contra Nicostratum*: *Cum ego adversus eum de falsæ citationis accusatione ex-
B cussus, & jam in forum ingressurus essem.* Et *contra Theocrinem*: *Hanc* φάσιν *vocato in jus Micone dedit, accepitque eam scriba curatorum emporii. jacuit autem diu ante consilium, donec iste accepta pecunia eam condonavit, magistratibus describentibus, atque ipsum ad excussionem vocantibus.* Et Isæus *de hereditate Philoctemonis*: *Cum excussiones fierent apud archontem, interrogati a vobis, quænam esset eorum mater, & cujus filia, dicere non potuerunt, jubente archonte, ut responderent.*

Quod si magistratus excussione adhibita actionem recepisset, eamque in forum introducere decrevisset, tum vero ei foro, & omnibus, quæ po-
C stularentur, aliis ex omnibus Atheniensibus judices sorte attribuebant. Hæc autem sortitio ante indicta, quam facta est. ac indicta quidem eo modo, quo Lucianus ostendit in eo libro, qui inscribitur *Dicasteria*. in quo Mercurium præconis loco judicum sortitionem indicentem facit his verbis: *Audite populus: Quod faustum, felixque sit, hodie concilium de litibus habebimus septimo ineuntis Elaphebolionis. quicunque* γραφὰς *intenderunt, veniant in Areopagum, ubi Dice sortietur forum, & ipsa aderit judicibus. judices autem ex omnibus Atheniensibus erunt. merces cujusque judicis tres oboli. judicum numerus pro ratione criminis.* Hæc enim quanquam ab illo joci, ludique caussa scri-
D buntur; tamen ex consuetudine Atticorum judiciorum dicuntur. sic enim sortitionem judiciorum Athenis præco indixit, sic sortitioni novem archontes una cum scriba decimo præfuerunt. sic judicatus mercedem singuli judices ternos obolos retulerunt. Facta autem est sortitio in hunc modum, ut est apud *Pluti* Interpretes. Fora quina singulis primis litteris ii, quos nominavi, præfecti designarunt, ac duas hydrias Atheniensibus omnibus, qui judicatum peterent, apposuerunt; unam, in quam competitorum nomina dejecerunt, alteram, in quam tabellas totidem, quarum aliæ aliis, quas dixi, litteris essent notatæ. Ita fiebat, ut prout quis-
E que hanc, aut illam litteram sortiretur, ita huic, aut illi foro judex traderetur. Sortitione autem perfecta, deinceps subsortitio inibatur. quemadmodum etiam significat Demosthenes in prima *contra Aristogitonem*, cum inquit: *Quid est, cur vos ipsi omnibus paullo ante in sortem conjectis Atheniensibus, & omnibus in hoc forum pervenire cupientibus, soli nobis judicium redditis? nempe quia sorte lecti, deinde sublecti estis. sic enim jubent leges.* Ut autem quisque litteræ sortem nactus erat, ita præconi fori ejus ostendebat. præco vero tabellam ei dabat, in qua nomen ipsius, & patris, & populi, & fori inscri-
F ptum, simulque symboli loco virgam, in qua fori nomen, eodem, quo forum, colore signatum erat. quibus acceptis judicandi potestatem ille erat adeptus, nec sine iis aut judicare, aut mercedem udicationis poscere poterat. Aristoteles tamen in commentario *de rep. Atheniensium* scripsit, fora singula vario colore in vestibulo distincta fuisse; illum vero sumpta virga in forum se contulisse eodem,

dem, quo virga, colore præditum, & eadem, qua virga, littera signatum. ubi vero ingressus erat, symbolum publicum a magistratu accepisse. Unde Demosthenes *pro Ctesiphonte* dixit: *In communibus caussis ad majorum dignitatem respicere debetis Athenienses, simulque existimare, vestrum unumquemque una cum virga, & symbolo spiritum civitatis suscipere*. Excludebantur autem a judicatu præcipue Heliææ, qui aut triginta annos nati non essent, aut integram famam non retinerent, aut ærario deberent. quarum conditionum omnium meminit Pollux. de tertia vero scriptum est etiam in lege Solonis in *Timocratea*: *Si quis debitor supplicet, antequam solvat, jus esto eum ἐνδεικνῦναι, non aliter, ac si debens ærario in Heliæa judicet*. Itaque Heliastæ antequam ad judicandum considerent, solemni jurejurando adigebantur, & quidem, teste *eodem* in *loco* Demosthene, in hæc verba: *Sententiam feram, ut jubent leges, & decreta populi Atheniensis, & senatus quingentumvirum. neque tyrannorum, neque paucorum dominatum constituam. nec si quis evertat popularem statum Atheniensium, aut dicat, aut suffragetur adversus hæc, patiar. neque novas tabulas, neque capite damnatos reducam. neque eos, qui incolumes sunt, expellam contra leges, quæ extant, & decreta populi Atheniensis, & senatus, neque ipse, neque alium quenquam concedam. neque magistratum creabo, ut imperet, rationibus alterius magistratibus non relatis, sive sit ex novem archontibus, sive hieromnemon, sive quicunque cum novem archontibus eodem die sorte leguntur, & præco, & legatus, & synedri. neque bis eundem magistratum eundem virum, neque duos magistratus eundem gerere sinam eodem anno, nec accipiam munera propter Heliææ judicatum, aut ego aut alius quisquam mihi, aut alii me conscio, neque fraude, neque machinatione ulla. & natus sum annos non minus triginta. & audiam accusatorem, & defensorem æquo animo ambos. & sententiam feram de quo est actio. adjuro Jovem, Neptunum, Cererem. & ipse mihi exitium imprecor, & familiæ meæ, si quid horum transgrediar. sin bona fide præstitero, præclara mihi multa, eaque bona eveniant*. Ejusdem autem etiam jurisjurandi meminit Aeschines in exordio orationis *contra Ctesiphontem*, cum inquit, legislatorem hoc primum in jurejurando judicum posuisse: *Feram sententiam ex legibus*. Pollux autem judices jurasse inquit in Ardetto (qui locus fuit prope Ilissum amnem ultra stadium Panathenaicum.) Apollinem patrium, & Cererem, & Jovem regem, se de iis, quorum leges extent, ut jubent leges, sententias laturos, quorum non extent, optima mente. Quod nescio an de Heliastis sit accipiendum, an potius de populis judicantibus, in quorum jurejurando Demosthenes in oratione *contra Eubulidem* posita hæc verba fuisse significat: *Feram sententiam justissima mente, neque odii caussa, neque gratiæ*.

His rebus rite administratis, tum judices in suum se quisque forum conferebant eo die, quem illis ad judicandum præscripserat magistratus. neque enim, ut scriptum est in *Timocratea*, eodem die judicium constitui, & concio haberi poterat. Ubi vero convenissent, magistratus actiones in forum introducebant, atque ipsi ei judicio præsidebant, & judicibus judicandi potestatem dabant. Quod tradit Harpocratio, cum quid sit ἡγεμονία δικαστηρίων exponit: *Aliæ*, inquit, *apud alios magistratus dicæ intendebantur, intentas autem magistratus, ut cuique lex præcipiebat, introducebat in forum, ei præsidens, atque præpositus*. Et Lysias *contra Alcibiadem* de neglecta militia: *Grave esset, si thesmothetæ, qui judicium dederunt, & suffragium permiserunt, ne quos condemnaretis, juberent*. Quod autem dixi, magistratus lites in forum introduxisse, illud expressi, quod illi dixerunt εἰσάγειν δίκας εἰς τὸ δικαστήριον. quod est aliud nihil, quam accusatori, aut litigatori judicium dare. Quare qui hoc officio fungebantur, εἰσαγωγεῖς, id est, *introductores* dicebantur. & δίκη εἰσαγώγιμος dicta est lis, quæ per leges a magistratu introduci, nec ab eo repudiari potuit. Sed de hoc toto genere introductorio, & quæ apud quemque magistratum lites intenderentur, & quæ a quoque in singula fora introducerentur, tum dicam, cum de jure magistratuum disputabo. nunc quæ hujus sunt loci præcipue, persequamur. Introducta vero in forum actione, subsidia multa reo erant legibus comparata, quibus aut judicium a se depelleret, aut in aliud tempus differret, aut eodem judicii laqueo adversarium suum impeditum, & constrictum teneret. primum autem præsidium fuit παραγραφή, quam nos *exceptionem* vocamus, quæ, teste Polluce, & Ulpiano, erat, quoties aliquis negabat, actionem eam introduci posse, aut quia damnatus ante; aut quia absolutus fuisset; aut quia tempus abiisset, quo judicari oportuisset; aut quia non publica actio intendenda fuisset, sed privata; neque apud Areopagum, sed apud Palladium; neque apud arbitrum, sed apud archontem, aut thesmothetas; aut alios, aut non eo tempore, sed alio. Extant autem multæ ejusmodi apud Demosthenem caussæ, ex quarum diligenti observatione aperte perspicitur, παραγραφὴν nihil aliud esse, nisi cum docentur judices, δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι, quod præcipue ex paragraphe pro Phormione cognoscitur: unde in prima *contra Stephanum* illud est, *Litem, in qua hæc testata sunt, παρεγράψατο μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι Phormio, quia ei crimina condonassem*. Ut autem reus παραγραφὴν attulit, sic accusator διαμαρτυρίαν, nempe cum testem produxit, qui assereret, litem εἰσαγώγιμον εἶναι. deque ea judicium constitutum est adversus ipsum contestantem, quem illi διαμαρτυρήσαντα vocarunt. Quin etiam actore nullum testem producente, reum produxisse, & litem μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι probasse, invenio apud Isocratem in oratione *ad Callimachum*, cum inquit: *Intendit mihi litem decem millium drachmarum, cum ego testes proferrem δίκην μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι*. Qui autem alterum falsi testimonii arguebat, is dicebatur ἐπισκήπτεσθαι. Quæ omnia ex una oratione *de hereditate Pyrrhi* apud Isæum perspiciuntur: *Matre*, inquit, *nostra, sorore autem Pyrrhi litem de hereditate movente, tutor mulieris, quæ hereditatem adierat, ausus est διαμαρτυρῆσαι, matri nostræ fraternam hereditatem non esse ἐπίδικον, quia legitima filia extaret Pyrrho, cujus ab initio hereditas fuerat. nos autem ἐπισκηψάμενοι, & ad vos adducentes eum, qui ausus erat διαμαρτυρῆσαι de iis, arguentesque quod aperte falsa testatus esset, eum apud vos falsi testimonii condemnavimus*. Item in oratione *ad Leocharem*: *Iste διαμεμαρτύρηκεν, Archiadæ hereditatem non esse ἐπίδικον, quod ei extarent legitimi filii*.

Alterum vero subsidium dictum est, ὑπωμοσία, quam definit Harpocratio, quoties differretur actio per caussam peregrinationis, aut morbi, aut aliqua re ejusmodi, interposito jurejurando. idque apparere inquit ex oratione *contra Olympiodorum*, in qua ita orator: *Postquam archon omnes litigatores in forum accivit ex lege, ὑπωμόσαμεν, id est, subjuravimus nos, hunc Olympiodorum abesse in exercitu. cum autem & hic subjurasset, & adversarii contra subjurarunt, Olympiodorum hunc criminantes*. Hinc Ulpian. *in Medianam* ὑπωμοσίαν dixit esse jusjurandum, quo judicium prorogaretur, si quis aut morbum. aut amici mortem, aut fortunæ iniquitatem excusaret. Horum autem duorum

subsidiorum meminit etiam *contra Evergum* Demosthenes, cum inquit, eo testimonio priorem adversarium ingressum forum, se neque παραγραφομένυ, neque ὑπομνυομένυ.

Tertium fuit ἀντιγραφή, quoties, ut inquit Pollux, qui accusabatur, contra accusabat. qui si caussa cecidisset, summam pecuniæ quandam debuit, quam vocarunt ἐπωβελίαν. unde illa apud Demosthenem in oratione *ad Phænippum*: Me ἀντεγράψατο Phænippus, non juste bonorum detectionem instituisse. & *ad Leocharem*: Et nos ἀντεγράψατο, se Otrynensem esse.

Quartum ἀντίληξις, quando absens aliquis foro, per præconem citatus, neque audiens, judicium deseruisset, atque intra duos menses, (neque enim ultra licuit) mutuam actori litem intentasset. quod si litem non obtinuisset, inscriptam mulctam debuit, & infamia notatus est. Desertum autem, quod ego dixi, judicium, illi δίκην ἐρήμην vocarunt. unde διδόναι ἐρήμην fuit, litem secundum præsentem adversus eum, qui judicium deseruisset, dare, & ἐρήμην καταγινώσκειν, aut ἑλεῖν, alterum deserti judicii nomine condemnare, & ἐρήμην ὀφλισκάνειν deserti judicii nomine condemnari. quæ dicendi genera passim apud oratores inveniuntur.

Quod si nullum horum remediorum reus tentasset, sed recta via judicio occurrisset, quod illi εὐθυδικίαν, & εὐθυδικεῖν, vocabant, quemadmodum ex oratione *ad Phormionem*, & ex prima *contra Stephanum* liquet, tum vero multa administrari sunt solita, quæ homines a judiciis temere inferendis facile deterrerent. Si quidem actor, & reus jusjurandum quoddam suscipere, & pecuniam quandam deponere a magistratu coacti sunt, quo caussam syncerius agitarent. Jusjurandum autem fuit duplex, idque duobus nominibus a Græcis, ut sunt in fingendis, jungendisque verbis felices, designatum est, προωμοσία, & ἀντωμοσία. Προωμοσία, teste Polluce, fuit jusjurandum, quo primum adigebatur ille, qui litem intendebat, vera se crimina objecturum. Ἀντωμοσία, quo reus, se non injuriose acturum. Hinc Demosthenes *ad Aphobum* dixit: *Me vero* προομόσαντος, *hominem liberum esse, si contraria juraris, tibi ignosco*. Et *ad Macartatum*: *Aliquem ei esse genere propinquum nemo tentavit* ἀντωμόσαι. Isocrates autem in oratione *de Jugo* usus est ἀντωμόσαι etiam, cum loqueretur de actore: *Plus temporis*, inquit, *in criminando parente meo ponunt, quam in iis, de quibus* ἀντώμοσαν, *edocendis*, Quin etiam pro utrisque sæpe etiam διομνύσθαι, & διομοσίαν adhibuerunt quod ex superioribus auctoritatibus colligi potest. In publicis autem judiciis accusator præcipuo se sacramento obstrinxit, contestans deos, se pecunia accusationem non dimissurum, neque ullo modo prævaricaturum. unde *adversus Timarchum* Æschines dixit: *Et cum accusationi in foro insistens sacris in manus sumptis jurasset, se munera neque accepisse, neque accepturum esse, & cum deos jurisjurandi arbitros adjurasset, & sibi ipsi pestem optasset, tamen pecuniam accepisse convictus est*,

Pecuniarum item, quæ deponerentur, multa genera fuerunt, πρυτανεία, παράστασις, παρακαταβολή, ἐπωβελία. Prytanea Pollux cum Harpocratione consentit, pecuniam fuisse, quam ante judicium actorem, & reum deponere oportuit: qui vero judicio facto victus esset, pro utroque judicibus persolvit. morisque fuisse addit, ut qui de summa centum drachmarum usque ad mille contenderent, tres drachmas deponerent, qui de mille usque ad decem millia, triginta; alios autem existimasse, prytanea æstimatæ litis partem decimam fuisse, eamque pro sportulis judicum ab actoribus esse depositam. Parastasis vero drachma fuit deposita ab iis, qui privatis inter se de controversiis disceptarent. quo pacto accepit Andocides in oratione *de Mysteriis*, cum inquit: *His cognitis extemplo ego parastasim deposui, & litem Leagro priori de hereditate intendi*. Aristoteles tamen, ut narrat Harpocratio, in quæstionibus etiam, quas thesmothetæ exercuerunt, parastasim depositam esse, memoriæ prodidit. Qui vero de bonis publicis cum Rep. aut de puellarum hereditate cum privatis contenderunt, ii παρακαταβολὴν deposuerunt; illi quidem quintam partem bonorum, quæ in controversiam vocarentur, hi vero decimam. quod & Polluci, & Harpocrationi multorum hoc oratorum auctoritate, maxime autem Demosthenis in orat. *adversus Pantænetum*, comprobanti videtur. Quæ autem pecunia exigebatur ab iis, qui quem accusassent, non condemnassent, ea ἐπωβελία nominata est. nimirum, quod pro singulis drachmis obolus deponeretur, qui erat sexta pars drachmæ. Atque hoc est, quod dixit Demosthenes *contra Evergum*: *Postquam solvi multis præsentibus testibus mille, & centum tres drachmas, & duos obolos* ἐπωβελίαν. Et Isocrates *ad Callimachum*: *Intendit mihi litem decem millium drachmarum, me vero testes producente, quemadmodum lis non esset* εἰσαγώγιμος, *arbitrio facto, illud ille persequutus non est, quod sciret, se si quintam suffragiorum partem non tulisset*, ἐπωβελίαν *debiturum. inducto autem magistratu, rursus eandem dicam scripsit, tanquam in prytaneis solis periculum contracturus*. Non in omnibus tamen actionum generibus hæ depositæ pecuniæ sunt. ostendit hoc Isocrates *contra Lochitam*, cum inquit, de sola contumelia & dicas, & γραφὰς constitutas esse sine paracatabola. Et Isæus in orat. *de hereditate Pyrrhi*, cum ait: *Tu non detulisses ad archontem male tractari puellam heredem ab adoptivo tanta contumelia affectam, & paternis bonis spoliatam; cum præsertim solæ hæ caussæ actoribus nihil afferant periculi, & liceat cuilibet opem ferre puellis. neque enim mulcta delationibus ad archontem proposita est, ne si nullum quidem suffragium tulerint, nec prytanea, nec parastasis ulla in delationibus deponitur, sed actores deferre sine periculo possunt, damnati vero extremis suppliciis afficiuntur*.

Sæpe etiam incidit, ut ante judicium ad finiendam litem litigatorum alter alteri conditionem aliquam ferret, quod illi προκαλεῖσθαι, & πρόκλησιν appellarunt. declarat hoc Demosthenes *contra Pantænetum*: *Ferunt*, inquit, *nobis conditionem, quasi non accepturis, ut aut omnes ab eis pecunias auferremus, atque abiremus, aut ipsis eam pecuniam solveremus, quam petebant*. Et *contra Stephanum*: *Tulit conditionem Phormio Apollodoro, si negaret, exemplum testamenti eas esse tabulas, quas Phormio in echinum immiserat, ut aperiret testamentum Pasionis*. Maxime autem se inter se conditionibus lacessere soliti sunt, famulos, famulasque ad quæstionem, aut ad testimonium poscentes. ut *contra Pantænetum*: *Recitat mihi* πρόκλησιν *sane longam, postulans, ut servus, quem dicit harum rerum esse conscium, in quæstionem detur*. Et *contra Nicostratum*: *Volo*, inquit, *dicere de conditione, quam mihi tulerunt, quando prima recitatio est facta, dicentes, se paratos esse tradere mihi servos in quæstionem, cum vellent, hoc sibi aliquid testimonii esse*. Et *contra Evergum*: *Atqui oportebat, foris in sortem conjectis, producta muliere, & sumpto præcone quærere de me, an vellem quæstionem habere, & ingredientes judices testes adhibere, se paratum esse tradere*. Hinc etiam ἀντιπροκαλεῖσθαι dixerunt, mutua adversarium conditione lacessere, io provocare. quo verbo usus est Demosthenes

A *contra Pantænetum*: *Recita* πρόκλησιν, inquit, *per quam ego coactus sum eum* ἀντιπροκαλεῖσθαι, *&* *servum tradere*. In oratione autem *pro Ctesiphonte* diserte aperit, quarum rerum πρόκλησις instituta sit, & quarum non sit, cum inquit: *Neminem vestrum ignorare arbitror, earum rerum* προκλήσεις *inventas esse, quæ in vestrum conspectum proferri gestæ non possunt. exempli caussa, torqueri præsentibus vobis non licet. ejus rei* πρόκλησις *sit, necesse est. factum est aliquid extra regionem. ejus item* πρόκλησιν *esse necesse est. ubi vero res in vestrum proferri conspectum possunt, quid simplicius est, quam in medium eas adducere?*

B Quoniam autem qui litigabant, in primis rem testimoniis confirmabant, hinc multa sunt etjam de citandis testibus, & dicendis testimoniis prodita monumenta. quorum ratio nequaquam nobis videtur esse in hoc doctrinæ commentario negligenda. sunt autem duæ voces in primis in hoc genere factitatæ, μαρτυρία, & ἐκμαρτυρία. quarum illa fuit, quoties qui vidit, testimonium dixit, hæc vero, quoties qui audivit. Quod si qui viderat, testimonium dicere renuebat, tum per præconem citatus cogebatur aut testimonium
C dicere, aut ἐξομνύσθαι, id est, *abjurare*, se non affuisse, aut certe mille drachmas pendere. Qui vero ad dicendum testimonium citabatur, is dicebatur κλητεύεσθαι, per quem citabatur, κλητὴρ, qui mille drachmarum terrore testimonium dicere cogebatur, ἐκκλητεύεσθαι. Atque hæc quidem cum a Polluce, & Harpocratione traduntur, tum etiam priscorum oratorum auctoritate, ac testimonio comprobantur. quorum verba censeo proferenda. Isæus *de hereditate Pyrrhi*: *In* μαρτυρίαις *eos, qui affuerint, qualescunque sint, adhibeamus necesse est, ubi vero ab imbecillis, aut peregrinaturis* ἐκμαρτυρίαν *elicimus, optimum quenque civem, & nobis notissimum omnes advocamus, neque cum uno, aut duobus, sed quam plurimis possumus*
D ἐκμαρτυρίας *facimus*. Æschines *in Timarchum*; *Quare si Misgolas huc accedens verum* μαρτυρεῖν *voluerit, juste faciet, sin autem* ἐκκλητευθῆναι *maluerit, quam vera* μαρτυρεῖν, *vos rei summam cognovistis. si enim qui egit, erubescit, & mille drachmas pendere ærario mavult, quam os suum vobis ostendere; qui vero passus est, concionem habebit; sapienter fecit legislator, qui hos tam flagitiosos homines a suggesto removit. sin autem obtemperaverit ille quidem, sed ad impudentissimam rationem illam se converterit* ἐξομνύσθαι, *dum Timarcho rem gratam faciat, adversus se pejerabit*. Demo-
E sthenes *contra Neæram*: *Hipparchum cogam* μαρτυρεῖν, *aut* ἐξομνύσθαι; *aut* ἐκκλητεύσω *illum*. Et in prima *contra Stephanum*: *Primum vobis ex iis, qui eis adsunt, testimonium dicent ii, qui viderunt. neque enim puto fore, ut velit eos* ἐξομνύσθαι, Quid plura? recitat idem in secunda leges, quibus hæc tota, quam dixi, consuetudo sancitur: *Jubent*, inquit, *leges, quæ quis vidit, & quibus gerendis interfuit, ea in tabulis scripta* μαρτυρεῖν, *ut neque demere liceat quidquam, neque addere scriptis. rem vero a vivente auditam pro testimonio di-*
F *cere non sinunt, sed a mortuo. imbecillium autem, & peregrinantium* ἐκμαρτυρίαν *scribi in tabulis*. Adde etiam, moris fuisse, ut qui testimonium dixissent, ad aras progressi, se vera dixisse jurarent. cujus rei documento est vir integerrimus, sanctissimusque Xenocrates, qui cum testimonio dicto jurandi caussa ad aras accederet, una voce omnes judices, ne is juraret, reclamarunt. unde celebris vox illa Periclis manavit. qui rogatus ab amico; ut pro se falsum dejeraret, probe respondit, *amicum se illi tantum usque ad aras futurum*.

Hæc igitur omnia, ceteraque quæ ad judicium, litemque pertinebant, ante judicium in tabulas litterasque, Harpocratione teste, referebantur, pacta, sacramenta, in jus vocationes, testimonia, & si qua erant ejusmodi alia, eorumque exempla, quæ ἀντίγραφα dicebantur, in capsulam, quam illi ἐχῖνον vocabant, includebantur, ac ne qua fraus admitti posset, diligenter obsignabantur, quemadmodum ex multis Demosthenis locis colligitur, ut *adversus Bœotum* de nomine: *Et nisi jam obsignatis echinis hæc accidissent, testes ad vos produxissem*. Et *contra Stephanum*: *Phormio Apollodoro conditionem tulit, si negaret* ἀντίγραφα *testamenti eas esse tabulas, quas Phormio in echinum intulisset, ut testamentum aperiret Pasionis*. Item: *Testimonium, quo me revincturum putabam, in echino non inveni*. Et *contra Olympiodorum*: *Ego huic conditionem tuli, meque sequi ad Andocidem, apud quem pacta sunt, jussi, ut communi consensu pactis descriptis, iterum signarentur,* ἀντίγραφα *vero in echinum immitterentur, ne qua suscipio oriretur*. Ea vero obsignata in judicium deferebantur, ut præsto litigatoribus ipsis essent, ubi ea judicibus per scribam recitari jussissent.

His autem peractis utrique litigatori hora ex lege ad dicendum statuebatur, eaque clepsydra notabatur, propterea que spatium illud διαμεμετρημένην ἡμέραν appellarunt. Erat autem, ut inquit Harpocratio, modus quidam aquæ ad dimensum diei spatium fluens, quæ mense Posideone mensurata, in quo maxima, & maximis de rebus judicia exercebantur. in tres porro partes distribuebatur; unam, quæ actori dabatur; alteram, quæ reo; tertiam, quæ judicibus. quem morem cum ex Commentariis Aristotelis *de Rep. Atheniensium* prodidit, tum ex oratione Æschinis *in Ctesiphontem*, in qua hæc verba sunt: *In tres partes dividitur dies, cum* γραφὴ παρανόμων *in forum introducitur. prima enim aqua accusatoribus, & legibus, & democratiæ infunditur; secunda vero reo, & patronis. ubi vero primis sententiis absolutus non sit, qui transgressus esse leges arguitur, tum tertia aqua infunditur æstimationi, & magnitudini iræ vestræ*. Clepsydra vero, de qua dixi, vas fuit perforatum, in quo, ut *Vesparum* scribit Interpres, aquam infundebant, eamque fluere sinebant usque ad foramen, atque ita oratori silentium imponebant; ne fortasse dicendo diem eximeret, atque alios, ne dicerent, impediret. Hujus autem rei tam multa extant apud oratores testimonia, ut ea commemorare, prorsus putidum esse videatur. Demosthenes *contra Nicostratum*: *Non multis*, inquit, *post diebus in forum ingressus est ad diem dimensam*. Item *ad Aphobum* de falso: *Quod tunc in parva quadam parte aquæ totius cum aliis objecimus, nunc ad totam aquam ipsum per se probaturi eramus*. Et *ad Polyclem*: *Si quis potest ostendere, me mentiri, surgens, in mea aqua redarguat*. Et *contra Neæram*: *Procedente oratione, si volueritis audire, & mihi aquæ copia suppetat, demonstrabo*. Et Isæus *de hereditate Pyrrhi*: *Recita, tu vero infunde aquam*. Videtur autem orator id mandare archonti. quia Demosthenes in ejusmodi de hereditate judicio infundendæ aquæ negocium archonti assignat. *Postquam*, inquit, *archon eos in forum duxit, & caussam agere oportuit, cum alia omnia sibi paraverunt ad judicium, tum aquæ, ad quam decertandum erat, quadruplo plus nobis sumpserunt. necesse enim habebat archon amphoram utrique litigatori infundere, & tres choas posteriori orationi*. Pollux autem ministrum affuisse quendam scribit, qui diceretur Ἐφύδωρ, qui clepsydræ æqualitatem asservarit. Videndum tamen etiam atque etiam admonet Harpocratio, quid sit,

quod Isæus *contra Elpagoram* dicat, aliquando ad dimensam diem sine aqua judicium fieri, aliquando cum aqua.

Perorata vero tandem utrinque caussa, cum nihil addendum reo videretur, petebat, ut judices suffragia de se ferrent. quod significare Xenophon in *Symposio* videtur, cum inquit: *Atqui nihil habeo amplius, quod opponam. quare ferant suffragia, ut statim videam, quid me pati, aut solvere oportet, modo occulte ferant.* Tum vero magistratus, qui judicio præsidebat, suffragium judicibus dabat, quo reum aut absolverent, aut damnarent. unde illud est, de quo diximus, Lysiæ: *Grave esset, si qui judicium dederunt, & suffragium permiserunt, ne quos judices ipsi condemnarent, juberent.* Præco vero, qui actori aderat, rogabat judices, ut cui reus videretur culpæ affinis esse, condemnatorium ferret calculum; qui secus, absolutorium. verum hæc non in omnibus judiciis eodem modo. nam quibus criminibus pœna legibus erat constituta, qui ἀγὼν ἀτίμητος teste Harpocratione, appellabatur, una sententia satis erat, qua pœna illa reum aut mulctabant, aut liberabant. quibus vero nulla a legislatore certa proposita pœna, sed ea aut magistratus, aut accusatoris arbitrio erat permissa, qui ἀγὼν τιμητὸς vocabatur, jubebat judicibus is, qui judicium exercebat, primum condemnandus reus, an absolvendus esset, statuere; inde quid ei patiendum, aut solvendum esset, æstimare. Itaque si quis quidpiam vel minimi quoque, ut ante cognovimus, pretii surripuisset, capite plecti lex jubebat; si vidua mariti mortui domum compilasset, aut si quis liberum hominem contumelia affecisset, primum damnandus ne, an absolvendus esset, statui; deinde damnato, sive a magistratu, sive ab accusatore pœna esset inscripta, statim quid ei pati, aut solvere oporteret, æstimari. atque hoc idem in crimine etiam impietatis, cujus reus fuit Socrates, usurpatum esse animadvertimus. de quo sic Cicero (libentius enim hujus, quam Diogenis verba recito:) *Socrates damnatus est, neque solum primis sententiis, quibus tantum statuebant judices, damnarent, an absolverent; sed etiam illis, quas iterum legibus ferre debebant. erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio.* Neque vero solum in fraude impietatis, sed etiam violatarum legum hoc juris est usurpatum. quod ostendit Æschines, cum inquit: *Ubi vero primis sententiis reus absolutus non sit, tum tertia aqua infunditur æstimationi, & magnitudini iræ vestræ.* Suffragia vero, ut inquit Pollux, primum marinæ conchæ fuerunt, quas postea ex ære confectas σπονδύλους dixerunt. deinde, teste Ulpiano in *expositione Timocrateæ*, fabæ albæ, nigræque aut solidæ, & perforatæ a judicibus occulte in urnas quasdam conjectæ sunt; atque albæ quidem, solidæque ad absolvendum, nigræ vero, perforatæve ad condemnandum. De albis, nigrisque scribit item Aristophanis Interpres *in Ranas*; de solidis vero, & perforatis *in Vespas*. De præcone autem judices sententiam, ut paullo ante dixi, rogante, Aeschines *contra Timarchum* loquutus est: *Si de studiis*, inquit, *hujus dandum esset suffragium, Timarchus ne peccasset, an non, res autem ageretur apud judices, ad vos autem, ut nunc, adductus esset, neque liceret ex lege, aut decreto aut mihi accusare, aut huic defendere; præco autem, qui mihi nunc apparet, vos rogaret legitima rogatione calculum perforatum, cui videtur Timarchus impudicus esse; plenum vero, cui non, quid statueretis?* Urnas autem judicibus, in quas suffragia dejicerent, duas præcones porrigebant, quæ κάδοι, καδίσκοι dicebantur, unam absolutoriam, condemnatoriam alteram. quod cum Interprete *Vesparum* tradit Harpocratio ex auctoritate Menandri, qui dixit: *Accipe suffragium. cadiscus vero tibi absolutorius hic, condemnatorius vero hic.* Pollux autem duas amphoras vocat, in quas judices suffragia mitterent, condemnandi unam æneam, quam vocabant χύριον; absolvendi alteram ligneam, quam dicebant ἄκυρον. quod idem etiam in *Vesparum commentario* proditur. Unde Lycurgus *adversus Leocratem* dixit: *Vestrum unumquemque existimare oportet, duobus cadiscis positis, altero proditionis, altero salutis caussa, si Leocratem absolveritis, prodere civitatem.* In privatis autem judiciis quaternos cadiscos appositos invenio, singulis litigatoribus binos. quod declarat in oratione *contra Macartatum* Demosthenes, cum inquit: *Quattuor cadiscis ex lege appositis, judices decreverunt, & suffragia fuerunt pauciora tribus, aut quattuor in Theopompi cadisco, quam in mulieris.* Lata autem a judicibus suffragia a magistratu dinumerabantur. quod Isæus significat, cum loquitur *de hereditate Dicæogenis*: *Permisimus*, inquit, *archonti ut suffragia non numeraret, sed confunderet.* Notat porro Ulpianus *in Medianam*, non solum plura suffragia, sed etiam paria vim ad absolvendum habuisse. unde dixit Aeschines *contra Ctesiphontem: Paria ei suffragia fuerunt. quod si uno solum excidisset, aut exulasset, aut periisset.*

His autem pronunciatis, si capite damnatus reus esset, undecim-Viris, ut summum de eo supplicium sumerent, tradebatur. si pecunia mulctatus, apud prætores, aut quæstores deæ inscribebatur. de quibus postea cognoscemus. Quod si inscriptam reip. solvere mulctam rei familiaris impeditus angustiis nequivisset, in vinculis habitus, atque infamia notatus cum ipse a rep. tractanda removebatur, tum eandem filiis conditionem moriens relinquebat. Quod Miltiadi accidisse accepimus. qui accusatus proditionis, caussa cognita, capitis absolutus, pecunia tamen mulctatus est, lite quinquaginta talenta æstimata. quam pecuniam cum solvere non posset, in vincula conjectus ibi diem suum obiit. Cimo vero filius ejus non ante remp. attigit, quam sumpta a Callia sororis suæ viro pecunia æs paternum dissolvit, ac reip. satisfecit. Itaque huc respiciens Demosthenes illud præter cetera objecit Androtioni, quod cum pater ejus debitor ærarii e carcere profugisset, ipse tamen, qui paternæ infamiæ hereditatem crevisset, remp. administrare auderet.

CAP. V.

De judiciis Arbitrorum. Ii qui, quales, & quot fuerint? Eorum duo genera. Agendi ordo apud ipsos. Εἰσαγογεῖς quinam Magistratus? Quo mense Arbitri potestate abirent?

HACTENUS sit disputatum de judicibus. deinceps sequitur, ut de arbitris, qui διαιτηταὶ dicti sunt, disseramus, quorum jura, ut etiam judicum, obscurissima, & multis difficultatibus involuta sunt, neque adhuc satis cuiquam, ut mihi quidem videtur, illustrata. Hi, quemadmodum Ulpianus *in Medianam* scribit, quadraginta quattuor ex unaquaque tribu, & quidem, ut Polluci placet, supra sexagesimum, ut Suidæ, supra quinquagesimum annum nati, & ex Lexiarchicis tabulis quotannis sorte educti sunt. ex quo intelligi potest, ducentos viginti arbitros in singulos annos alios aliis tribubus arbitrium reddidisse. unde Demosthenes in oratione *contra Euergum* dixit: *Arbitrium fiebat in Heliæa.* nam ibi sedent, qui Erechtheidi, & Oeneidi arbitrium reddunt. Hi vero in duo genera longe inter se diversa divisi sunt. nam

alii ex hoc numero ad privatam caussam dijudicandam nova sorte lecti, alii a litigatoribus ita inter se paciscentibus sumpti sunt. quod significavit Demosthenes in oratione *ad Aphobum*, cum dixit: *Et cum mihi persuasisset, ut Archinæo, & Dracontidi, & Phanestrato de falso testimonio rem permitterem, ubi ab eis accepit, si jurati arbitrium fecissent, compromissum damnaturos, eos reliquit, & cum ad arbitrum sorte lectum se contulisset, nec crimina refellere potuisset, arbitrii damnatus est.* Utrumque autem genus complexus mihi videtur Aristoteles, quanquam obscure, cum in *rep. Atheniensium* hæc verba posuit, quæ ab Harpocratione produntur: *Arbitri a judicibus diversi fuerunt. nam judices in assignatis foris judicarunt, litesque ab arbitris ad se translatas discreverunt. arbitri vero ante sorte lecti, quam ii, quorum de re ageretur, se eis permitterent, arbitrium reddiderunt, &, si litigatoribus placuisset, finem liti imposuerunt; sin minus, crimina, & citationes, & testimonia, & leges, & alias utriusque probationes in echinum conjectas, atque obsignatas, litium introductoribus tradiderunt.* Dicamus ergo nos deinceps de ambobus. Qui igitur arbitria sortitione adepti erant, ii operam eis dare cogebantur, ea tamen conditione, ut injurati essent, & ad eos sine periculo mille drachmarum adiretur, & ab eis ad judices provocatio concederetur. Coactos esse arbitria reddere, ostendit Pollux, cum scribit: *Arbitri sorte legebantur ex iis, qui supra sexaginta annos nati erant, ejusque subsortitione arbitria tradebantur: eratque eis infamia proposita, qui arbitrium, quod sorte obtigerat, recusarent.* Injuratos judicasse, locus Demosthenis paullo ante ex Aphobi oratione recitatus docet. nam de periculo mille drachmarum idem in *Androtiana* significat, cum ait: *Vereris ne mille drachmas? dicam intende apud arbitrum, nec periculum adibis.* De provocatione vero, quam ἔφεσιν appellarunt, apparet ex eodem *contra Aphobum* loco: *Cum arbitris compromissariis relictis ab arbitrum sorte datum se contulisset, arbitrii damnatus est. judices autem, ad quos provocavit, caussa cognita eadem cum amicis ejus, & cum arbitro statuerunt, eique litem æstimarunt.* Jam vero qui provocarunt, eos tabulas omnes, quæ ad litem pertinerent, in echinum inclusas, & obsignatas ad judicium detulisse, & Aristoteles, & Pollux eisdem locis tradiderunt. Compromissarii vero arbitri appellati sunt, quos ex compacto ipsi litigatores ex toto arbitrorum numero legerunt, & quibus se juratis permiserunt, nec ab eorum sententia recedere jus fuit. de his autem lex est in *Mediana*: *Si qui de commerciis privatis inter se contendant, & velint arbitrum quemlibet eligere, liceat eis legere, quem velint, arbitrum; ubi ex compacto voluerint, stent iis, quæ ab eo decreta fuerint, neque amplius transferant ab hoc ad alterum forum eadem crimina, sed quæ judicata sunt ab arbitro, rata sint.* Atque ejusmodi quidem arbitros intellexit Demosthenes in oratione *contra Neæram*; *Cum Phrynioni*, inquit, *litem intendisset, quod a se hanc mulierem in libertatem abripuisset, persuaserunt eis propinqui, ut compromissum facerent, & pro Phrynione arbiter sedit Satyrus, pro Stephano Sabrias, communem vero adlegunt Diogitonem, qui in fano convocati, re audita, sententiam tulerunt, mulierem liberam esse, eaque illi steterunt.* Et Isæus in oratione *de hereditate Dicæogenis*: *Cum lis esset inituram mense Mæmacterione, petiit Leochares a Dicæogene, ut prorogato judicio, rem arbitro permitteremus. id quod nos, qui leviter læsi eramus, concessimus, remque arbitris quattuor permisimus. quorum nos duos adduximus, illi duos. & in conspectu eorum pacti sumus, staturos iis, quæ ipsi decrevissent, & juravimus. & arbitri dixerunt, se, si possent injurati nos in gratiam reducere, facturos; sin minus, pronunciaturos, quæ* A *ipsi justa censuissent.* Et Demosthenes in oratione *ad Callipum*: *Cum hanc mihi litem intendisset, invitassetque, ut Lysithidæ rem permitterem, respondi, me secundum leges permissurum, & ad magistratum rem detuli. iste vero arbitro secundum leges dato persuasit, ut injuratus arbitrium redderet; me denunciante, ut secundum leges juratus arbitrium redderet, ille injuratus pronunciavit.*

In his porro arbitriis exercendis eandem rationem inter litigatores esse observatam differendi, transferendique arbitrii, & pecuniæ deponendæ, atque in judiciis diximus, Demosthenes in oratione *contra Mediam* maxime indicat, cum ait: *Strato nobis arbitrium reddens, ut venit ἡ κυρία, & omnia effluxerunt,* B *quæ legibus continentur, ὑπωμοσίαι, καὶ παραγραφαί, nihilque restabat amplius, primum me rogavit, ut continerem arbitrium, deinde ut in posterum differrem. tandem ubi neque ego concessi, neque ille prodiit, serum autem diei erat, arbitrium in eum tulit.* Hinc narrat Pollux: *Quoties quis apud arbitros, translato, aut dilato morbi, aut peregrinationis caussa arbitrio non occurrens εἰς τὴν κυρίαν, deserti arbitrii damnabatur, licebat ei intra decem dies τὴν μὴ οὖσαν ἀντιγράφειν, & desertum arbitrium tollebatur, ut a principio veniret ad arbitrium. si autem τὴν μὴ οὖσαν non tolleret, juratus se invitum deseruisse arbitrium, pro rata arbitri sententia ducebatur.* Hinc in oratione C *de nomine* dixit Demosthenes: *Cum ego litem hanc Bœoto Mantiæ filio Thoricio intendissem, a principio occurrit judicio, & ejuravit, quasi esset Bœotus. tandem ut fraudi locus non fuit, desertum arbitrium adversus se judicari passus ἀντιλαγχάνει μοὶ τὴν μὴ οὖσαν.* Est autem ἀντιλαγχάνει τὴν μὴ οὖσαν litem revocare de judicio irrito. Atque hæc, & ejusmodi vocabula alia ad hanc rationem spectantia loco *Medianæ* commemorato inveniuntur.

Magistratus autem, qui lites ad arbitros introduxerunt, εἰσαγωγεῖς, id est, *introductores* dicti sunt, de quibus ita Pollux: Εἰσαγωγεῖς nomen magistratus sorte lecti, qui dicas ad arbitros introducebat. D Atque hoc, credo, intellexit etiam Aristoteles, cum dixit, qui provocarunt ab arbitris, eos tabulas omnes litis in echinum inclusas tradidisse τοῖς εἰσαγωγεῦσι τῶν δίκων. Quos etiam eosdem esse opinor cum iis, quos vocat in *Mediana* Demosthenes ἄρχοντας, cum inquit, Stratonem arbitrium judicasse adversus Mediam in ædibus archontum; *Et cum jam*, inquit, *contenebrasset, offendit Medias archontes exire domo, unaque Stratonem, qui deserti arbitrii eum damnarat. aususque est petere ab eo, ut sententiam adversus se latam mutaret, & ab archontibus, ut transcriberent.* Ex quo apparet, eos illius judicii prope dominos, E ac principes fuisse. duos autem ei arbitrio præfuisse, post apparebit.

Quin etiam pecunia apud arbitros quædam deponebatur. de qua Pollux ita scribit; *Arbitri drachmam unam ab actore ceperunt, quæ dicebatur διάστασις, cum ipse in tabulis & crimen, & æstimationem inscripsisset, alteram vero pro ἀντωμοσία.* Demetrius autem Phalereus, teste Harpocratione in libris de legum latione, tradit, arbitros cepisse drachmas duas, unam, quam vocabant παράστασιν, alteram κατὰ ὑπωμοσίαν ἑκάστην.

Hos autem arbitros in exitu anni, qui Scirrhophorione F mense complebatur, potestate abiisse, elicitur ex *Mediana*, ubi ita agit orator: *Medias expectata ultima arbitrorum die, qui est Thargelione, aut Scirrophorione, ad quem hic quidem arbiter venit, ille vero non venit, eo, qui prytaneatum gerebat, ad suffragia danda inducto, contra omnes leges Stratonem arbitrum ne accusatum quidem ejicit, & infamia notat.* Quem locum ita declarat Ulpianus: moris fuisse, ut qui remp. attigissent, rerum actarum rationes redderent, arbitros autem quendam in locum cer-

tis diebus convocatos, ut si quis eos accusare vellet, quod aut gratiæ, aut odii caussa, aut pecuniæ judicassent, parati ad defensionem essent; abeunte vero anno ab arbitris initium sumptum, quia levior eorum procuratio fuerat; Stratonem autem, cum extremo die mensis venire neglexisset, Mediæ esse potentia condemnatum. Ac de prisca quidem Atticorum judiciorum consuetudine hactenus disputatum sit.

CAROLI SIGONII
DE REPUBLICA ATHENIENSIUM
LIBER QUARTUS,
QUI INSCRIBITUR DE MAGISTRATIBUS.

CAP. I.

De generibus Magistratuum. Hi quinam fuerint? Eorum jus quale? Ipsorum genera multa. Disquisitio. Probatio. Insignia. Provocatio. Cur plerique Magistratus deni? Quo anno ætatis operam suam Reipubl. præstabant?



TERTIUM locum obtinet quæstio obscura de Magistratibus. Magistratus autem voco, quas illi ἀρχὰς appellarunt. quod ipsum cum dixerunt, nihil aliud quam jus quoddam a privati hominis jure separatum intellexerunt. habet enim qui in magistratu est, non id juris solum, quod privati cives reliqui, nimirum quod ex communicatione civitatis adeptus est, sed aliud quoque amplius, quod capiendo magistratu est consequutus. Verum quod præcipue jus hoc nomine magistratus significetur, magnam habet dubitationem. Aristoteles enim in quarto *de Rep.* haud facile exprimi posse asserit, quid magistratus nomine designetur. *Nam cum præfectos*, inquit, *multos civilis societas desideret, certe non omnes, qui leguntur, aut sorte ducuntur, magistratus statuere oportet. cujusmodi sunt primum sacerdotes, qui in alium numerum, quam civilium magistratuum, referendi sunt; deinde choragi, & præcones, & legati. curationes autem aliæ civiles sunt aut omnium civium ad aliquod officium, ut prætores militum; aut partis, ut gynæconomus, & pædonomus; aliæ vero domesticæ, ut cum sitometras legunt; aliæ vero ministræ, & ad quas, si opes suppetant, servos adhibeant. in primis autem magistratus vocandi, quibus tributum est, ut quibusdam de rebus consultent, & judicent, & imperent: præcipue autem ut imperent. est enim maxime proprium magistratus imperare.* Ex quibus apparet, eum duo genera magistratuum constituere, αἱρετὰς. & κληρωτὰς, id est, *qui leguntur*, & *qui sorte ducuntur*, neque tamen sacerdotes, aut choragos. aut præcones, aut legatos, quamquam leguntur, aut sorte ducuntur, magistratus vocare: pari ratione eundem curationes omnes, quas illi ἐπιμελείας vocant, magistratus nomine spoliare, curationes autem appellare, quæ alicui officio, atque operi efficiendo sunt destinatæ. quarum aliæ civiles sint, aliæ domesticæ, aliæ illarum ministræ; atque illud demum concludere, magistratus solos nominandos esse, qui jus habeant consultandi, judicandi, & imperandi. Aeschines autem contra Ctesiphontem disputans, acute admodum ex verbis legis Solonis tria genera magistratuum esse contendit: unum eorum, qui populi suffragio creati sint: alterum, qui sortis beneficio: tertium, qui editione, quos Solo χειροτονητὰς, κληρωτὰς, & αἱρετὰς vocet. Sic autem agit: *Si quis excipiat magistratus eos, qui sorte, & qui suffragio populi sint creati, relinquitur, quos tribus, aut curiæ, aut populi ex se ipsis ad tractandas pecunias publicas prodant, eos magistratus edititios esse.* hoc autem fit, quando mandatur aliquid tribubus, exempli caussa, ut fossas ducant, aut triremes constituant. Ex quibus verbis intelligi potest, quos Aristoteles uno nomine αἱρετὰς appellavit, eorum duo genera a Solone institui, unum qui χειροτονητοὶ dicantur, alterum qui αἱρετοὶ, id est, unum, qui totius populi suffragio creati, alterum qui a parte populi proditi sint: præterea curationes, quas Aristoteles magistratus esse negavit, a Solone in magistratuum nomen includi. quid ita? nempe, quia ut Aristoteles proprium jus magistratus esse voluit, consultare, judicare, & imperare, sic Solo mulctam irrogare, & judiciorum principatum habere quæ illi τὰς ἐπιβολὰς ἐπιβάλλειν, & τὴν τῶν δικαστηρίων ἡγεμονίαν ἔχειν dixerunt. Quod ex eadem Aeschinis oratione cognoscitur; *Hunc igitur*, inquit, *& magistratum* τειχοποιῶν *gessisse, & publicas pecunias tractasse, ut alii magistratus, & judiciorum principatum obtinuisse, testibus planum faciam.* Et ex oratione Lysiæ *contra Nicomachum*: *Ille vero Archontibus mulctam irrogantibus, & in forum introducentibus ne obtemperare quidem voluit.* Ἐπιβολὴ vero legitima quædam pecuniæ summa fuit, qua propria magistratus auctoritate mulctandi jus habuit. ultra quam si progredi, & τίμημα ἐπιγράφεσθαι, id est, *æstimationem inscribere* voluit, eam in forum introducere, & judicum cognitioni permittere debuit. id quod præter cetera lex ostendit, quæ a Demosthene profertur in oratione *adversus Macartatum*: *Archon non sinat viduas aliquid contra leges facere, & pro magistratus auctoritate irrogandæ mulctæ jus habeat. quod si majore pœna digna videatur, ubi ad quinque dies in jus vocarit, & æstimationem, quæ sibi videatur, inscripserit, introducat in Heliæam. Heliæa vero æstimet, quid ei patiendum sit, aut solvendum.* Quibus principiis positis, sequitur, curationes & omnino quascunque præfecturas magistratus nomine afficiendas esse. Nos autem, quoniam Solonis remp. describendam suscepimus, interpretem legis ejus Aeschinem sequuti latiore significatione omnes potestates, quæ mulctæ irrogandæ jus, aut judiciorum, aut etiam consiliorum principatum habuerint, nomine magistratus afficiemus. Ut autem judiciorum principatus est, ut in fora judicium introducere, sic consiliorum, ut ad consessus referre publicos possint.

Hac definitione constituta, sequitur, ut magistratuum genera perquiramus, quæ multa ex multiplici eorum divisione reperiuntur. Primum enim, quod est in lege, alii χειροτονητοὶ fuerunt,

alii κληρωτοὶ, alii αἱρετοί. Χειροτονητὰς dixerunt, quos populus universus legitime convocatus suffragio declaravit. legitime autem convocabatur, cum a Thesmothetis, ut inquit Pollux, solemni die concio ἀρχαιρεσίαις, id est, creandis magistratibus habebatur. Ibi vero qui propositus erat, de eo suffragium ferebatur, ut Aeschines *de ementita legatione: Cum legati decem creandi essent, ego propositus sum a Nausicle, Demosthenes autem a Philocrate.* Quo factum est, ut multis absentibus, atque adeo etiam recusantibus honores sæpe virtutis opinione, & populi favore delati sint. Suffragium vero fuit χειροτονία, id est, porrectio manuum, nimirum, ut in quem plures manum sustulissent, quemque ejusmodi voluntatis judiciique sui significatione probassent, is magistratum adeptus diceretur. eo vero modo prætores, hipparchos, & qui cum his conjuncti erant, designarunt, & omnino, ut inquit in *Politicis* Aristoteles, omnes, in quibus rerum usus, & exercitatio aliqua quærebatur. Κληρωτοὶ dicebantur, quorum nomina in singulis tabellis scripta in sortem conjiciebantur. Quo respiciens dixit *contra Neæram* orator, duabus tabellis præfecturam sortiri, esse fraudem reip. facere. Ut autem illi in comitiis per Thesmothetas creati, sic hi in fano Thesei per eosdem sorte ducti sunt. quod ostendit Aeschines *contra Ctesiphontem: Magistratus*, inquit, *esse dicent eos, quos thesmothetæ sortiuntur in æde Thesei, & eos, quos populus solet porrectione manuum declarare in comitiis, prætores, hipparchos, & qui cum his conjucti sunt.* Αἱρετοὶ vero dicti sunt, quos extra ordinem ex senatus populique decreto tribus, aut populi ex suo quisque corpore prodiderunt, ut omnes operibus publicis perficiendis præfecti, quales murorum curatores, viarumque stratores. quod ex *eodem* apud Aeschinem *loco* perspicitur.

Quanquam autem ex omni, ut diximus, censu magistratus creari lege Aristidis licuit, tamen, ut Xenophon in libro *de Rep. Atheniensium* scribit, plebes infima jure tantum honorum contenta nunquam eos magistratus petiit, qui salutem, aut periculum totius populi continerent, sed eos tantum, unde fructum utilitatemque perciperet, reliquos vero divitibus reliquit.

Quacunque vero ratione, & quocunque ex censu lecti fuissent, omnes oportebat vitæ, morumque suorum, antequam magistratum inirent, rationem in foro apud judices reddere. quæ judicii forma dicebatur δοκιμασία, & postquam magistratu abiissent, rationem magistratus apud Logistas referre, quæ dicebatur εὔθυνη. Quod cum multis aliis testibus, tum maxime Aeschine confirmatur in oratione *de ementita legatione. Jubet lex*, inquit, *magistratus omnes, quos populus creat, & publicorum operum præfectos, & omnes, qui tractant aliquid civitatis ultra triginta dies, & qui judiciorum principatus obtinent, (operum vero præfecti omnes judiciorum principatum obtinent) & qui sorte lecti sunt, hos, inquam, omnes lex jubet præesse, probatos in foro, & rationem, atque* εὐθύνας *apud scribam, & logistas deponere, ita ut nemo vel minimo magistratu gesto, nisi rationem, &* εὐθύνας *reddiderit, a populo corona donari possit.* Forensis autem hæc probatio propterea necessaria fuit, quia Solo, ut idem inquit *contra Timarchum*, lege prohibuerat, ne quis magistratum ullum aut intra Atticæ populos, aut extra, aut suffragio, aut sorte delatum gerere posset, qui impudicitiæ, aut alio turpitudinis genere notatus fuisset. Ut autem qui in probatione rejiciebatur, magistratum non inibat, quemadmodum ex Lysiæ oratione *de Evandri probatione* cognoscitur, sic qui in referendis rationibus convinceretur, pœnas ex lege dabat. quod ex *eodem* Æschinis *loco* apparet.

Neque vero hoc contenti fuerunt. quin etiam in prima prytaneæ concione magistratus omnes in disquisitionem vocarunt, eosque si parum probe se gererent, ut supra diximus, abrogarunt. Unde *adversus Theocrinem* dixit Demosthenes: *Frater hujus propter ejusdem improbitatem in disquisitionibus magistratu spoliatus, in eandem omnes collegas calamitatem traxit. nostis enim, ut Lycisco archonte, thesmothetæ omnes in populo abrogati sint, ac deinde coronas a vobis receperint.* Coronas autem receptas cum inquit, insigne magistratus intelligit, quo alii coronæ, alii strophii fuerunt ornati. De corona testimonium extat Demosthenis, qui in secunda *adversus Aristogitonem* inquit: *Cum abrogati sunt aliqui eorum, qui versantur in magistratibus, extemplo abdicant se magistratu, & coronas deponunt.* De strophio meminit Pollux, qui nemophylaces, non corona, sed strophio albo usos scribit.

Illud præterea prodit Plutarchus, magistratus omnes a Solone cum provocatione, quam ἔφεσιν vocarunt, fuisse creatos, provocationem autem a magistratibus ad judicia fuisse permissam.

Quod autem plerique magistratus deni quotannis lecti sunt, id ipsum ex Clisthenis instituto profectum est, qui cum decem tribus instituisset, ex singulis legi singulos statuit, ut æqualitatis rationem, qua una civitatis maxime concordia continetur, in rep. custodiret.

An vero certus annus singulis capiendis magistratibus fuerit, parum cognitum est. Illud quidem accepimus, neminem nisi certa ætate operam suam reip. præstitisse. is autem annus fuit decimus octavus. quo anno apud curiales probabantur, & ex pueris excedentes in ephebos, atque adeo in viros adscribebantur, & ex lexiarchicarum tabularum, in quas referebantur, auctoritate jus bonorum suorum adipiscebantur. quod supra probatum novo nunc etiam Aeschinis testimonio confirmandum videtur. qui in oratione *de falsa legatione* inquit, se ex pueris egressum peribolum regionis fuisse biennium, ejusque rei synephebos testes daturum; & Ulpiani, qui *in Medianam* scribit, cum in ephebos adscribebantur, & in viros profitebantur, jus suorum bonorum adeptos, e tutela exisse. Huc accedit exemplum Demosthenis, qui si Callimacho archonte anno trrigesimo secundo Mediam, Timocrate vero archonte, e tutela egressus tutores suos judicio, quod Dionysius, & Plutarchus scriptum reliquit, est persequutus, profecto anno ipso decimo octavo ætatis e tutorum potestate, atque e pueris abiit, ac in ephebos, & in tabulas lexiarchicas est relatus. Ab hoc ergo anno aut fortunis aut corpore servire reip. cœperunt, ita ut aut περίπολοι, aut λειτουργοὶ fuerint, atque ab iis initiis ad altiores honorum gradus ascenderint. quod ex sequenti disputatione planissime cognoscetur. nunc, quod instat, singulorum, ut proposuimus, jura magistratuum persequamur.

CAP. II.

De Præfectis consiliorum. Phylarchi qui? Curatores Tribuum. Gentium curatores. Demarchi. Prytanes. Proedri. Epistatæ. Prætores. Thesmothetæ quinam fuerint?

IN magistratibus autem exponendis, quoniam consilia præposuimus judiciis, ob eam rem ante qui consilia, quam qui judicia, rexerint, edocebimus: & quia consilia supra commemorata sunt, tribus, curiæ, gentes, populi, senatus, concio, & Areopagus, propterea qui his consiliis magistratus præfuerint, indagabimus.

Tribubus igitur præpositi fuerunt antiquitus, ut opinor, φύλαρχοι, qui deni a Clisthene, quod scribit Herodotus, ut a populo crearentur, instituti sunt. post autem cum ad rei bellicæ, ut post dicemus, administrationem essent traducti, omnem tribuum curam susceperunt ii, qui ἐπιμεληταὶ φυλῶν, id est, *tribuum curatores* sunt appellati. Hi vero a tribubus proditi, tribus ipsas, cum usus postulavit, convocarunt, & earum negocia, atque ærarium procurarunt. Quod indicat Antiphon in oratione *de choreuta: Volui*, inquit, *viros duos, unum curare Erechtheidem, quem ipsi tribules decreverant convocare tribum, ejusque perpetuam curam habere; alterum vero Cecropidem, qui perpetuo solitus erat hanc tribum convocare*. Et Demosthenes, cum ait, Theocrinem curatorem a tribulibus declaratum, rem communem administrasse, atque in judicio repetundarum de peculatu damnatum esse. Adde, quod idem, cum *adversus Mediam* inquit, Pandionide tribu jam tertium annum choragum non edente, ea de re archontem, & tribus curatores inter se contendisse, atque jurgasse: sane ad curatores tribus honorem, laudemque ipsius tribus pertinuisse significat, eorumque munus fuisse, ut darent operam, ne tribui anno suo choragi deessent.

Quod autem in tribubus phylarchi, aut tribuum curatores, juris obtinuerunt, idem prope in curiis φρατρίαρχοι, sive *curiarum præfecti* videntur exercuisse. quorum meminit Pollux, & Harpocratio, & præcipue Demosthenes in oratione *adversus Eubulidem: Recita curialium testimonium, qui me phratriarchum legerunt*.

Quo posito, illud etiam verisimile conjectura videtur, cum gentium consilium quoddam fuerit, eodem modo & quosdam singularum gentium curatores extitisse, qui curiarum præfectis responderint, atque gentium negocia administrarint. præsertim vero cum tabulæ quædam fuerint, ut supra ostendimus, communes, & curiales vocatæ, in quas puerorum nomina referrentur. quas observasse, qui curiis præfuerunt, haud sane alienum videtur.

Populis autem certe δήμαρχοι sunt præpositi, cum a Clisthene essent eo, qui populos in tribus distribuit, instituti, eademque auctoritate, qua qui regum tempore Naucrari dicebantur, ornati. Munus autem eorum fuit, descriptiones fundorum, qui in singulis populis essent, conficere, tabulas lexiarchicas custodire, populos, re postulante, convocare, & suffragium eis dare. quæ omnia ex Aristotelis auctoritate prodidit Harpocratio. Adjicit Pollux, eosdem collationes, & impensas, quæ a populis fierent, suffragio subjecisse. Quo eodem pertinet illud in oratione *contra Eubulidem*; in qua ait Euxius, multorum a se voluntates alienasse, quod in demarchia a multis, quæ ex nemorum redempturis debebant, acerbe exegerit; & Harpocrationis illud, cum eos pignora abstulisse ex Aristophanis sententia inquit. Quin etiam eosdem popularium recensum fecisse, & nautas edidisse, Demosthenes *adversus Polyclem* ostendit. His auditis, inquit, decrevistis, trierarchos naves ad Choma deducere, & senatores, ac demarchos recensiones popularium facere, & nautas edere. Et *adversus Macartatum*, eosdem, si quis in populo perisset, neque sepulturæ mandatus esset, sepulturam ejus ex lege curasse. cujus legis verba hæc sunt: *Qui pereunt in populis, quos nemo sustulerit, eos demarchus propinquis denunciet, ut tollant, atque sepeliant, & populum expient eodemmet die, quo singuli eorum perierint. de servis autem denunciet domino, de liberis vero iis, qui pecunias possident. quod si nullæ mortui pecuniæ sint, denunciet propinquis mortui. quod si, denunciante demarcho, propinqui non sustulerunt, demarchus locet tollendum, & sepeliendum, & expiandum eo die populum, quam minimo poterit. quod si non locaverit, mille drachmas ærario dare damnas esto. quidquid autem impenderit, duplum a debitoribus exigat. si non exigat, ipse popularibus dare damnas esto*. Quod autem lexiarchicas tabulas apud demarchos asservatas scribit ex Aristotelis sententia Harpocratio, idem etiam Demosthenis testimonio confirmatur. apud quem Euxius *adversus Eubulidem* dolet, tabulas, in quibus pater suus professus erat, Antiphilo Eubulidis patre demarcho interiisse, & Leochari Aristodemi filius objicit, quod paucis quibusdam Otrynensium convocatis, & demarcho persuaserit, ut apertis tabulis semetipsum inscriberet.

Jam vero senatui Quingentumvirum, & concioni prytanes, & proedri, & epistatæ præfuerunt. Atque hi quidem omnes, ex quibus, & quo modo legerentur, & quam multis diebus, & quo jure præessent, satis supra ostensum est, cum de senatu, & concione, quorum jura ab his disjungi vix possunt, est disputatum. Fuerunt autem prytanes quinquaginta, proedri novem, epistatæ duo, unus senatus, alter populi, in sortem omnes conjecti, qui senatum, & concionem indixerunt, convocarunt; dimiserunt, privatos, legatosque audierunt, & in senatum, concionemque produxerunt, ad ea consilia rettulerunt, & si quid aliud fuit, quod cum senatu, populoque agendum esset, id ipsi pro sua auctoritate eo, quo demonstravimus, modo egerunt. Memorabile vero illud, quod narrat Pollux, epistatam senatus bis eundem legi non licuisse, clavesque ærarii, quod in arce erat, cum publico annulo apud se habuisse, & propterea nisi diem unum in imperio esse per leges non potuisse. Quæ ipsa ita sancita esse scribit *in Androtianam* Libanius, sive quicunque is sit, qui ejus argumentum orationis conscripsit, ne ille diuturnitate imperii abusus tyrannidem occuparet. Prætores autem extra ordinem cum concione egerunt, ut supra diximus.

Quin etiam thesmothetas cum concione aliquando egisse reperimus. Etenim, teste Polluce, & comitiis magistratuum præfuerunt, & delationes ad populum detulerunt. nam, ut iidem ad Areopagi senatum rettulerint, ante cognovimus.

CAP. III.

De Præfectis judiciorum. Novem Archontes. Rex. Thesmothetæ. Archontis munia, Polemarchus. Paredri. Prætores Urbani. Curatores navalium. Apostolei. Quadraginta-Viri. Agoranomi. Metronomi. Sitophylaces. Curatores emporii. Nautodicæ. Epagogei. Pecuniæ publicæ genera. Quinam eam tractarunt? Venditores quot? Epigraphei. Apodectæ. Antigraphei. Hellenotamiæ. Quæstores Deæ. Practores. Inquisitores. Syndici. Pecuniæ publicæ varius usus. Quæstor Populi. Antigrapheus ejusdem. Quæstores militarium. Theoricæ pecuniæ quæ? Earum Quæstores. Sitonæ quinam? Astynomi. Murorum Curatores. Præfecti aquarum: Operum publicorum. Nomophylaces. Sophronistæ. Gynæcocosmi. Oenoptæ. Gynæconomi. Logistæ. Eutyni. Undecim-Viri quænam munia obierint?

JUDICIORUM autem foris reliqui ferme omnes magistratus præfuerunt. verum principatum quodammodo eorum novem archontes tulerunt, Rex, Archon, Polemarchus, & Thesmothetæ sex. quibus magistratibus tantum honoris tribuit Solo, ut, quod scriptum est in oratione *contra Neæ-*

Neæram, quos populus civitate donaret, eis tamen hanc dignitatem lege adimeret, sed posteris eorum tantum communicaret. Hi vero non suffragio, ut ante, sed sorte ut legerentur, instituit; ita tamen, ut postquam lecti essent, in senatu quidem excuterentur, in judicio vero probarentur. quorum illud ἀνακρίνεσθαι, hoc δοκιμάζεσθαι appellarunt. Ac excussos quidem ostendit Demosthenes in oratione *adversus Eubulidem*: *Vos quidem novem archontes excutitis, an de parentibus bene mereantur. ego vero a parentibus orbus relictus sum*. Et paullo post: *Quemadmodum vos excutitis Thesmothetas, sic ego me ipsum vobis excutio. heus tu, quis tibi fuit pater, qui propinqui, qui curiales, qui Apollinis, & Jovis Hercei gentiles, qui tribules?* Quem locum explicans, ut video, Pollux, inquit, thesmothetarum excussionem factam esse, interrogante senatu, an utrinque essent Athenienses tertio gradu, & ex quo populo, an haberent Apollinem patrium, & Jovem Herceum? an de parentibus bene mererentur? an stipendia pro patria fecissent, an censum haberent? Hoc tamen pacto excussos omnes, qui reip. partem aliquam tractaturi essent, narrat Dinarchus in oratione *contra Aristogitonem*. Illud autem in novem archontibus fuit præcipui, quod in Regia porticu jurejurando adacti sunt, se leges servaturos, neque donum accepturos, alioquin auream Delphis statuam repensuros. deinde, quod in arcem ascendentes, eadem jurarunt, & myrto coronati sunt. Unde Socrates in *Phædro* dixit: *Atqui ego tibi, ut novem archontes, polliceor auream Delphis statuam soluturum*. Probatos autem a judicibus, ex Demosthenis verbis elicitur, cum *contra Leptinem* inquit, Solonem voluisse, thesmothetas sorte lectos bis probatos imperare. uno enim probationis vocabulo excussionem etiam videtur esse complexus. merito caverat enim Solon, ut supra dixi, ne quis impudicus ex novem archontibus esset. Corona vero eos usos esse, & tradit Pollux, & in oratione *contra Timarchum* confirmat Æschines, & *adversus Mediam* Demosthenes: *Si quis*, inquit, *thesmothetam contumelia, aut maledicto affecerit, infamis est omnino; quia leges, & coronam vestram, & nomen civitatis conculcavit. pariterque si archontem coronatum percusserit, aut maledicto incesserit*. Jura vero singulis his diversa Solo concessit. quorum alia ad sacra, alia ad consilia, plurima vero eaque summa ad judicia pertinuerunt. Ac sacra quidem patria Rex, Archon, & Polemarchus procurarunt, ut dicemus, cum de sacrorum præfectis agemus. ad concionem autem, & Areopagum ut quibusdam de rebus rettulerint, supra ostendimus. Nunc autem, ut graviora judicia exercuerint, quæ maxima eorum fuit procuratio, exponamus.

Primum autem novem archontes & judicum numerum, & sua cuique judici fora sortiti sunt, & quo quæque fora die judicare deberent, ut ante diximus, proscripserunt. deinde majorem litium partem apud se intentam audierunt, &, si libuit, in ipsa fora introduxerunt, publicas quidem ferme rex, & thesmothetæ, privatas autem archon, & polemarchus. Quod intellexit Socrates apud Platonem, cum ab Eutyphrone in Regia porticu rogatus, cur ibi esset, quod non ei, ut sibi, apud regem δίκη esset, reprehendit eum, quod apud regem δίκην appellasset, quam Athenienses γραφὴν nominarent. Quæ vero apud quenque actiones intentæ, & ab iis in forum introductæ sint, quod supra omisimus, cum de judicibus agebamus, in præsentia subjungamus.

De Rege igitur, qui in porticu Regia jus dixit, ita scriptum est apud Pollucem: *Apud Regem lites intenduntur impietatis, sacerdotii controversi. & gentibus, ac sacerdotibus omnibus ipse jus dicit. & caussas de cæde in Areopagum introducit, & deposita corona cum iis judicat. quin etiam lites de rebus inanimatis cognoscit*. Hoc autem idem prodit etiam Harpocratio, dum, quid sit ἡγεμονία δικαστηρίων, exponit. Ac de cæde quidem ut rex cognoverit, satis supra demonstratum opinor. de impietate autem eum quæsisse, ostendit Plato etiam in *Eutyphrone*, ubi Socrates in Regia porticu apud Regem a Melito de impietate accusatus, Eutyphron autem patri suo judicium de cæde intentaturus narratur. & Demosthenes in oratione *adversus Lacritum*: *Litem intende apud Regem; non sumus*, *inquit*, *gymnasiarchæ, neque impietatis accusamus quemquam*: Scribit tamen idem in *Androtiana*, si quis alterum argueret impietatis, id & apud thesmothetas, & apud regem facere potuisse, sed apud thesmothetas γράφεσθαι, apud Regem φαίνειν.

Jam vero apud thesmothetas actiones intentæ sunt de peregrinitate, de peregrinitate corrupta, de donis, de calumnia, de falsa citatione, de falsa relatione, de contumelia, de nomine deleto, & de adulterio. Quod non solum Pollucis, & Harpocrationis, sed etiam veterum legum auctoritate testatum est. De peregrinitate enim lex extat apud Demosthenem in oratione *contra Neæram*: *Si quis desponderit mulierem peregrinam, ut propinquam suam, homini Atheniensi, infamis esto; & bona ejus publicentur, & convictoris pars tertia esto. γραφέσθω autem apud thesmothetas, cui licet, quemadmodum etiam de peregrinitate*. Item altera: *Si peregrinus civem Atticam in matrimonio habuerit arte, aut fraude aliqua, γραφέσθω apud thesmothetas quilibet Atheniensis, cui jus est; si convincatur, veneat & ipse, & bona ejus, & tertia pars convictoris esto. eodem modo & qui uxorem habet peregrinam, damnatus debeat ærario mille drachmas*. De donis autem lex est in oratione *contra Stephanum* secunda: *Si quis coierit, aut corruperit aut Heliæam, aut aliquod forum ex iis, quæ sunt Athenis, aut senatum, præbitis ad corruptelam pecuniis, aut manum fecerit ad popularis status eversionem, aut advocatus cum esset, pecunias ceperit in privatis caussis, aut publicis, harum rerum γραφαὶ sunto apud thesmothetas*. De calumniatoribus, quos illi sycophantas dixerunt, sic scribit in oratione *de antidosi* Isocrates: *Majores nostri acerbiores de sycophantis, quam de aliis maleficiis, leges tulerunt. quia maximis delictis in uno tantum foro judicia compararunt, de sycophantis autem γραφὰς apud thesmothetas, εἰσαγγελίας in senatu, προβολὰς in populo statuerunt*. De contumelia porro legem profert Æschines *in Timarchum*: *Si quis Atheniensem puerum liberum contumelia affecerit, γραφέσθω ille, in cujus potestate est puer, apud thesmothetas, æstimatione inscripta, qua si a judicibus damnetur, Undecim-Viris traditus, eodem die moriatur*. Item alteram Demosthenes *in Mediam*: *Si quis alicui contumeliam intulerit, vel convicium dixerit, γραφὴν contumeliæ, δίκην convicii subeat. si vero thesmothetæ, infamis esto. omnibus autem omnino pro eo, qui male habitus est, pœnas repetere jus sit*. Item alteram: *Si quis contumelia affecerit quenquam aut puerum, aut mulierem, aut virum liberum, aut servum, aut aliquid adversus hos contra leges commiserit, γραφέσθω apud thesmothetas quilibet Atheniensium, cui jus est: thesmothetæ vero introducant in Heliæam triginta post γραφὴν diebus, nisi si quid publici impedimento sit; sin minus, ut primum licuerit. ubi vero damnatus sit, illi Heliæa statim æstimet, quid pati, aut solvere debeat. qui vero γραφὰς privatas γράφονται ex lege, si quis non persequutus erit, aut persequutus quintam suffragiorum partem non tulerit, pendat mille drachmas ærario. si vero de contumelia pecunia mulctatus sit, si liberum contumelia affecerit, in vinculis esto, donec pendat*. Quibus legibus adductus, ut video, Isocrates in

oratione *contra Lochitam* ita scriptum reliquit: *In aliis criminibus licet ei soli, qui injuriam passus est, ei, qui fecit, judicium intentare, de contumelia vero, quasi res communis agatur, licet cuilibet Atheniensium* γραψαμένῳ *apud thesmothetas, ad vos accedere*. præclare. Hoc est enim, quod Solo voluit, cum interrogatus, ut prodit Plutarchus, quæ probe civitas regeretur, respondit, in qua cuicunque non minus læsi alterius injuriam judicio persequi licet, atque ei ipsi, qui injuriam passus est. De nomine deleto ita scriptum extat in oratione *adversus Theocrinem: Lex diserte præcipit, si quis eorum, qui ærario debent, ære non persoluto, ex tabulis expunctus fuerit, adversus eum de nomine deleto apud thesmothetas* γραφὰς *esse, non autem adversus eum, qui, cum debeat, non sit in tabulas relatus. in hunc enim* ἔνδειξιν, *& alias pœnas esse*. De adulterio ita *contra Neæram*: *Si quis alterum, ut adulterum injuste vinxerit*, γραφέσθω *apud thesmothetas, se injuste vinctum, & si vinctorem convicerit, & videatur ab eo injuste insidiis appetitus, ipse indemnis esto, & sponsores sponsione liberentur. sin autem adulter esse videatur, jubet lex, ut sponsores eum convictori tradant, in foro vero sine pugione pro arbitratu eum tractet, ut adulterum*. Jam vero actionem τῶν παρανόμων apud archontem intentam thesmothetas introduxisse, significat Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte: Æschines*, inquit, intendit γραφὴν Ctesiphonti apud archontem τῶν παρανόμων, archon inde ad thesmothetas. Et Ulpianus *ad Leptinianam* perspicue tradit: quo cum discrepare Pollux haud videtur. siquidem scribit, thesmothetas τῶν παρανόμων γραφὰς εἰσάγειν, & si quis parum idoneam legem scripserit. Eodem vero referre δοκιμασίας etiam, & προβολὰς possumus, quas a thesmothetis introductas a Polluce accepimus. nam de δοκιμασίᾳ confirmat Lysias in oratione *contra Alcibiadem* de militia neglecta: *Valde nimirum succenseretis, si Thesmothetæ vestræ probationi obviam euntes vos ad condemnationem rogarent, quod grave esse existimaretis, si qui judicium dederunt, & suffragium permiserunt, ne quos condemnaretis, juberent*. Eadem etiam ratione nonnullæ ἀπαγωγαὶ factæ sunt ad thesmothetas. ut de quibus lex est in *Aristocratea*: *Homicidam jus esto necare in nostrate agro, & abducere, ut jubet lex in tabula*. Quæ verba exponens orator ita subjicit: *Concedit lex adducere. an ad se? minime vero. at quo modo? ut jubet lex in tabula. quid est hoc? thesmothetæ reos ob cædem possunt capite mulctare. ad hos igitur vult abduci*. Et Lycurgus *contra Leocratem*, decretum recitans de iis, qui in bello Deceliam fecesserunt: *Si quis*, inquit, *reversus capiatur, jus esto cuilibet Atheniensium abducere ad thesmothetas*. Quin etiam eosdem de pactis, & injuriis mercatoriis cognovisse, ostendit Demosthenes in oratione *ad Phormionem* de mutuo: *Gravissimum*, inquit, *esset, si leges juberent, de pactis dicas esse apud thesmothetas, vos vero dicam recusaretis jurati*. Et *contra Apaturium*: *Mercatoribus & navicularíis jubet lex dicas esse apud thesmothetas, si injuriam accipiant in emporio, aut hinc aliquo navigantes, aut aliunde huc, & nocentibus pœnam vincula constituit, donec pœnam, qua mulctati sunt, solvant*. Ex quo intelligi potest, aliquot etiam lites privatas apud thesmothetas esse intentas.

Deinceps sequitur Archon, apud quem lites, ut inquit Pollux, intendebantur de mala tractatione, ebrietate, divisorum electione, tutela pupillorum, tutorum constitutionibus, de hereditatibus, & puellis heredibus. quin etiam idem curator erat mulierum, quæ post mariti mortem prægnantes esse viderentur, & domos pupillorum exhaurirent. Quæ vero scribit Pollux, eadem veterum etiam oratorum auctoritatem nacta sunt. Nam de mala uxorum tractatione Lysias in oratione *contra Alcibiadem. Tantam vero dotem*, inquit, *adeptus, quantam nemo Græcorum, adeo contumeliose se gessit, inductis in domum meretricibus, & servabus, & liberis, ut uxorem coegerit, quanquam modestissimam, a se discedere, ad archontem, ut lex præcipit, venientem*. De mala vero tractatione parentum testis est Demosthenes in oratione *adversus Lacritum*, cum inquit, archontem de pupillis, & parentibus cognovisse. De reliquis legem affert idem in oratione *contra Macartatum*: *Archon curam habeat pupillorum, & pupillarum heredum, & solitudinis domorum, & mulierum, quæ remanent in mortuorum maritorum ædibus, se uterum ferre dicentes; neque patiatur, eas contumeliose, aut contra leges aliquid facere, & potestatem habeat pro auctoritate magistratus irrogandæ mulctæ: quod si majore pœna digna videatur, vocata in jus ad quinque dies, & mulcta, quæ sibi placuerit, inscripta, in Heliæa introducat. quod si convicta fuerit, æstimet Heliæa, quid ei patiendum sit, aut solvendum*. Item alteram: *Si quis de adita hereditate, aut pupilla herede controversetur, vocet in jus eum, qui hereditatem adiit, apud archontem; quemadmodum fit in aliis dicis*. Jam vero de manifestatione quoque cognovisse archontem & Harpocratio tradidit, & Isæus in oratione *de hereditate Philoctemonis* ostendit: *Euctemon*, inquit, *repetiit a Pythodoro tabulas, & vocavit in jus de manifestatione. eo vero in conspectu archontis constituto, dixit, se velle testamentum rescindere*. Item de victu, Demosthenes in oratione *contra Neæram*: *Mulierem prægnantem domo ejicit, nec dotem reddit. cum autem Stephanus ei litem de victu apud Odeum de dote intendisset ex lege, quæ jubet, si dimittat uxorem, reddere dotem; sin minus, ad novem obolos usuræ nomine solvere, & de victu apud Odeum jus esse tutori pro muliere litigare*. Odeum autem locus fuit in theatri similitudinem a Pericle constructus, ita dictus, quod ibi musici artifices inter se cantibus decertarent, ut Plutarchus scriptum reliquit. Quo eodem in loco cum farinæ dimetirentur, ut in oratione *ad Phormionem* scribit Demosthenes, factum est, ut archon ibi forum habuerit, in quo caussas de victu cognovit. quemadmodum Suidas, & Pollux memoriæ prodiderunt. Postremo cognovisse etiam de repudio innuit *contra Onetorem* in prima Demosthenes, cum inquit: *Repudium vero isti apud archontem scripserunt*. Neque vero solum privatas lites, sed etiam publicas quasdam archon exercuit, ut εἰσαγγελίας, ἐνδείξεις, φάσεις, & ἐφηγήσεις. Εἰσαγγελίαι in mala tractatione, & in hereditate puellarum sunt factitatæ. Quod planum facit Isæus in oratione *de hereditate Pyrrhi: Licet cuilibet puellas heredes sublevare, quia pœna* εἰσαγγελίας *apud archontem non est proposita*. Item: *Tu nunquam detulisses apud Archontem puellam heredem male tractatam ab ascititio filio, contumelia affectam, & toto patrimonio spoliatam*. Et Demosthenes, qui in oratione *contra Medontem*, teste Polluce, εἰσαγγελίας esse concessas inquit adversus eos, qui alieni, non propinqui puellas heredes duxissent. quas delationes Solo a mille judicibus, Phalereus a mille, & quingentis judicari voluit. De reliquis testis est item Pollux, qui scribit in hunc modum: Φάσιν *instituebant apud archontem, cum in tabula nomen & suum & rei adscriberent, & æstimationem inscriberent. archon autem tradebat controversiam foro, & æstimatio evadebat eorum, qui accepissent injuriam, si alius pro eis* φάσιν *institueret. qui vero quintam partem suffragiorum non ferebat*, τὴν ἐπωβελίαν *debebat*. Ἔνδειξις item facta est apud archontem. qua qui usus est, eam archonti scriptam tradidit, ut se falsæ ἐνδείξεως pœna obstringeret. Quod idem in ἐφηγήσει observatum esse superiore libro demonstravimus.

Ut autem Archon inter cives jus dixit, sic Pole-

marchus inter cives, & peregrinos. Neque enim prætereundum illud est, magnam peregrinorum turbam Athenis esse versatam, qui aut ibi negociarentur, aut operam suam civibus Athenienfibus quoquo modo præstarent. Eorum vero genera duo fuerunt, μέτοικοι, & ἰσοτελεῖς. Ac μέτοικοι quidem, quos *inquilinos* vertimus, dicti, qui cum ex sua civitate Athenas commigrassent, atque ibi rerum suarum sedem, ac domicilium collocassent, cum eadem, ac cives, veste uterentur, ut inquit in *Atheniensium Rep.* Xenophon, lege tamen Solonis opus in foro facere prohibebantur, quod scriptum est in oratione *contra Neæram*, & tributum quoddam, quod μετοίκιον dicebatur, pendere jubebantur. Ἰσοτελεῖς autem ex inquilinis erant ii, quibus id honoris tribuebatur, ut tributo, & aliis quibusdam oneribus, quæ inquilinis erant imposita, solverentur. atque, ut inquit Ammonius, omnium rerum, quarum cives, præterquam magistratus, participes essent. Quorum hominum sæpissime Demosthenes in *Leptiniana* mentionem usurpat. Huic ergo hominum generi qui jus diceret, Polemarchus est constitutus. Hic enim, ut scribit Pollux, μετοίκοις, & ἰσοτελέσι δικάζει, & quod ex Aristotelis *commentariis* Harpocratio tradidit, caussas violati, & neglecti patrocinii, & hereditatum inter inquilinos introducit. Verba vero ipsa Aristotelis apud *Vesparum* Interpretem extant: *Polemarchus*, inquit, *non civibus jus dicit, sed peregrinis. eorum enim lites introducit. quique auxilii indigent, ad Polemarchum confugiunt, ille vero introducit caussas violati, & neglecti patrocinii, & hereditatum, & pupillarum heredum inquilinis. Et omnino quodcunque archon civibus, id totum præstat inquilinis Polemarchus.* Quod vero scribit Aristoteles, id ipsum lege confirmatur, quam profert Demosthenes *contra Stephanum* in secunda: *Recita*, inquit, *legem, quæ jubet, litem esse de puellis heredibus omnibus & peregrinis, & urbanis; ac de civibus quidem archontem, de inquilinis vero polemarchum curare.* Et addit: *Ergo de puella herede lis erat inferenda, si tanquam pro cive, apud archontem; si tanquam pro peregrino, apud polemarchum.* Omnino autem peregrinos in jus apud polemarchum vocatos ostendit Lysias in oratione *contra Pancleonem*: *Veni*, inquit, *in officinam, in qua Pancleon opus faciebat. vocavi eum in jus apud polemarchum, quod eum inquilinum esse arbitrarer.* Item Demosthenes in oratione *ad Zenothemidem*. Quoniam autem inquilini judiciorum haud participes suo nomine litem intendere nequibant, propterea patronum civem Atheniensem adhibere, qui pro se ageret, cogebantur. quod Aristoteles libro tertio *Politicorum* mandavit. unde lis ἀποστασίου in eos, qui patronum nullum haberent, dimanavit. Neque vero inquilinos solum, sed etiam reliquos peregrinos in jus ad polemarchum venisse opinor: præsertim vero cum Athenienses omnibus sociis suis jus Athenis dixerint, eosque privatarum litium caussa venire Athenas coegerint. quod factum cum ob sportularum fructum, quo pauperes judices alebantur, tum propter sumptum in classem ad socias civitates mittendam evitandum, Xenophon in commentario *de Rep. Atheniensium* interpretatus est.

Regi autem, & Archonti, & Polemarcho Paredri bini singulis in consilio assuerunt. hi vero neque sortis, neque populi, sed eorum, quibus assederunt, beneficio lecti jus eis suggesserunt, ut Pollux, & Harpocratio tradidere. Itaque cum Demosthenes in *Mediana* dixisset, patrem archonti filio paredrum fuisse, notavit Ulpianus, paredros junioribus datos, qui propter ætatem imperiti erant judiciorum, ut simul cum iis caus-

A sas examinarent. quin etiam paredriam aliquando emptam esse ostendit idem ille *adversus Neæram*; cum Stephanum a Theogene rege, homine nobili, sed paupere suppeditata pecunia paredriam emisse inquit. Eos tamen non nisi in senatu quingentorum, & in judicio probatos magistratum gessisse, & magistratu peracto rationes rettulisse, iidem, quos supra dixi, memoriæ prodiderunt. Meminit porro eorum Isæus in oratione *de hereditate Philoctemonis*: *Confessus Euctemon coram archonte, & paredris, & testibus multis adhibitis, se non habere testamentum, abiit.* Et Demosthenes *contra Theocrinem*: *Vocato in jus Polyeucto profert* γραφὴν *adversus eum*
B *de mala tractatione, & intentionem dat Mnesarchidi paredro.* Ac de novem quidem Archontum jure hæc dicta sint.

Fuisse autem præter hos alios etiam magistratus, qui judicia exercuerint, non eorum solum, quos supra commemoravimus, sed novo etiam Suidæ testimonio comprobatur. quid autem inquit Suidas? quid aliud, nisi non esse omnibus magistratibus permissum, omnes lites introducere, sed alias regi, alias thesmothetis, alias archonti, alias polemarcho, alias prætoribus, alias logistis, alias undecim-Viris. Quod cum ita sit, ergo deinceps, qui reliquas jurisdictio-
C nis, quæstionisve partes magistratus obiverint, explicemus; &, quod nemo adhuc ne tentavit quidem, aperiamus.

Prætores igitur, qui urbanam jurisdictionem adepti sunt, (nam alii, ut post dicam, rem castrensem, militaremque tractarunt) quæstiones multas, & quidem omnes ad rem bellicam attinentes domi exercuerunt, ut ἀντιδόσεις, τριηραρχίας, ἀποφάσεις, & ἀστρατείας. declarat autem hoc Suidas, cum eodem in loco prætores controversias de antidosi, & trierarchia introduxisse scribit. ostendit Demosthenes,
D cum in oratione *de antidosi* narrat, secundo die Metagitnionis instantis prætores proposuisse antidoses trecentis. & cum *ad Lacritum* inquit: *De mercatoriis controversiis apud quem magistratum agetur? an apud prætores? at isti trierarchos constituunt, introducentes in forum.* Et iterum *de antidosi*: *In prætorium dedi* ἀπόφασιν. Item: *Apud prætores* ἀπεγραψάμην ταύτην τὴν ἀπογραφήν. Confirmat postremo Lysias *contra Alcibiadem* de neglecta militia, cum petit a judicibus, ut juste statuant; a prætoribus autem, qui judicium constituerint, & suffragium dederint, ut in desertæ militiæ caus-
E sa æquos se actori, & reo præbeant. Quid sit autem ἀπόφασις, & ἀστρατεία, supra planum factum est. nam ἀντίδοσις, & τριηραρχία, ex iis, quæ infra dicentur, dilucidius apparebunt.

Prætoriis autem quæstionibus vicinæ propter rei bellicæ conjunctionem fuerunt eæ, quibus οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων, & οἱ ἀποστολεῖς præfuerunt. Curatores vero navalium, ut scribit *ad Androtianam* Ulpianus, locos, per quos deducerentur triremes, purgarunt, & triremium ipsarum publica
F cujusque armamenta curarunt. unde dixit Demosthenes *contra Evergum*, curatores navalium debitores nauticorum armamentorum trierarchis exeuntibus tradidisse.

Ἀποστολεῖς vero curam classis emittendæ habuerunt. quam illi ἀπόστολον vocarunt. quod in Pollucis, & Harpocrationis *Commentariis* invenitur, ambos autem de nauticis controversiis cognovisse, ex eadem, quam dixi, oratione apparet: *Vocavi*, inquit ille, *in jus eum apud apostoleos, & curatores navalium. hi enim lites de nauticis*

inſtrumentis in forum introducebant. Et pro Cteſiphonte; *Omni belli tempore, cum naves ex mea lege emiſſæ ſint, nemo trierarchus ſupplicavit, nemo ad vos, nemo ad Munychiam confugit, nemo ab apoſtoleis in vincula conjectus eſt.*

Longe autem ab his diverſi, remotique quadraginta-Viri fuerunt, quos Demoſthenes de verberibus, & vi quæſiſſe affirmat in oratione *ad Pantænetum*: *Multa mihi*, inquit, *gravia objicit. Si quidem & verberationem, & contumeliam, & vim, & puellarum heredum injuriam. harum vero rerum cujuſque ſeparatim actiones ſunt, neque apud eundem magiſtratum, neque eadem pœna, ſed verbera, & jus apud quadraginta-Viros intenduntur, contumelia vero apud theſmothetas.* Ex quibus apparet, ut theſmothetæ magiſtratus erat, qui lites introducebat, ſic etiam quadraginta-Viros fuiſſe, eoſque de verberibus, & vi quæſtiones exercuiſſe. Hi vero primum triginta, deinde quadraginta *δικαςαὶ κατὰ δήμως* fuerunt, ut narrat Pollux, &, teſte Harpocratione, Ariſtoteles, eo jure præditi, ut ſingulos populos obeuntes de pecuniæ ſumma uſque ad decem drachmas judicarent. quæ vero ſuperarent, ea arbitrorum judicio poſt triginta tyrannorum dominatum committerent. Meminit autem eorum etiam in *Ariſtocratea* Demoſthenes: *Si quis agoranomus, aut aſtynomus, aut judex in populis de peculatu, & repetundis damnatus ſit.* Quem locum exponens Ulpianus ſcribit, e ſingulis populis, ut e Pæanienſi, judices lectos eſſe. Hos tamen judicum quidem nomen tuliſſe, ſed jus magiſtratus obtinuiſſe arbitror, ſi quidem a Demoſthene una cum agoranomo, & aſtynomo, qui magiſtratus fuerunt, numerantur.

Jam vero qui negotiationi, & nundinationi præfuerunt, multi pariter extiterunt, & quidem diverſo omnes inter ſe jure ſejuncti. de quo genere toto ſic in *Politicis* Ariſtoteles: *Prima ex neceſſariis curationibus eſt, quæ in foro verſatur, cum magiſtratum aliquem, qui commercia, & moderationem diſpiciat, præficere oportet. Nam fere omnibus civitatibus quædam emere, alia vendere ad mutuos rerum neceſſariarum uſus neceſſe eſt.* Quibus verbis diſerte ille *ἀγορανόμως* expreſſit, qui, teſte Harpocratione, magiſtratus a ſorte fuerunt, quinque in Piræeo, & quinque in urbe, iidemque in foro venalia inſpectarunt. Meminit autem eorum Demoſthenes *contra Timocratem*, ubi Ulpianus ſcribit, agoranomum inſpectorem fuiſſe venalium fori. meminit item Lyſias *adverſus frumentarios*, inquiens, aliis quidem rebus venalibus agoranomos cuſtodes conſtitui, frumentariæ vero rationi ſoli Sitophylaças. Theophraſtus autem in libris de legibus ſcribit, agoranomos duarum rerum curam habuiſſe ex lege, modeſtiæ in foro, & ne mendacium dicerent, non ſolum qui venderent, ſed etiam qui emerent. Quod illi *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν*, dixerunt. cujus legis meminit *contra Leptinem* Demoſthenes, & teſte Harpocratione, *contra Athenogenem* Hyperides.

Vicini autem Agoranomis erant *μετρονόμοι* quindecim, quorum, ut ex Ariſtotelis ſententia ſcribit Harpocratio, decem in Piræeo, quinque in urbe curarunt ut menſuræ vendentium juſtæ eſſent. probe vero, ſi quidem ſcriptum eſt in oratione Demoſthenis *adverſus Phormionem*, cives, qui urbem incolebant, farinas in Odeo aliquando dimenſos eſſe, qui Piræeum, in navali panes obolo diſtribuiſſe, & in Longa porticu farinas ad ſemiſextarium menſuraſſe. Longa autem porticu mercandi cauſſa utebantur, qui in Piræeo ad mare habitabant, teſte Pauſania, ut qui procul a mari, foro Hippodamio.

Cum his autem conjuncti erant *σιτοφύλακες*, qui teſte, ut ait Harpocratio, Ariſtotele, curabant, ut frumentum, farinæ, & panes juſto pretio venderentur. eorumque decem in urbe jus dicebant, quinque in Piræeo. quod confirmat Lyſias, cum dicit, aliis rebus venalibus agoranomos cuſtodes conſtitutos, ſoli frumentariæ rationi ſitophylaças ſorte eſſe præfectos. meminit autem eorum etiam Demoſthenes *contra Leptinem*: *A rege Boſphori quotannis frumenti ad millia quadraginta medimnum. id quod ex tabulis ſitophylacum quivis perſpicere poteſt.* Ut autem hi foro & annonæ præfuerunt, ſic alii quidam emporio. hi vero decem *ἐμπορίυ ἐπιμεληταὶ* fuerunt. Quibus ſorte lectis id negocii datum eſt, ut emporii curam haberent, & frumenti, quod in Atticum emporium adveheretur, duas partes in urbem mercatores deferre cogerent. Quod ex Ariſtotelis auctoritate prodit Harpocratio. Quas autem iſti lites cognoverint, & introduxerint, declarat Demoſthenes in oratione *ad Lacritum*, cum legem profert: *Argentum nemini Athenienſium, atque inquilinorum, qui Athenis incolant, in navim dare liceat, quæ frumentum Athenas allatura non ſit. ſi autem dederit, eodem modo φάσις, & ἀπογραφὴ argenti ſit apud curatores, atque de navi, & de frumento neque lis ei ſit de ipſo argento, quod dederit alio, quam Athenas. neque magiſtratus hac de re introducat ullus.* Et *contra Theocrinem*, cum inquit, Theocrinem *φάσει* apud curatores emporii Miconem aggreſſum eſſe, quod alio, quam Athenas navim frumento onuſtam devexiſſet, & eam *φάσιν* a ſcriba curatorum eſſe acceptam, & curatores ipſum ad excuſſionem vocaſſe.

Finitimi vero emporii curatoribus fuerunt *οἱ ναυτοδίκαι*, & *οἱ εἰσαγωγεῖς*. Nautodicas Lyſias in oratione *de injuriis publicis* oſtendit magiſtratum fuiſſe ſorte lectum, qui lites naucleorum, & mercatorum introduxerit. Eoſdem autem de peregrinitate quoque cognoviſſe, Pollux, & Harpocratio atteſtantur; ac Pollux quidem his verbis: *Nautodicæ erant, qui peregrinitatis dicas introducebant; vocabantur autem ὑβρισοδίκαι, ſi Cratero credendum eſt ei, qui decreta collegit, ii qui dicas introducere nolebant.* Harpocratio autem his: *Nautodicæ magiſtratus fuit Athenis. Craterus in quarto decretorum ſcribit, ſi quis ex ambobus peregrinis natus in curialium numerum irrepſiſſet, jus fuiſſe cuilibet Athenienſium perſequi, lite ultimo menſis die apud Nautodicas intenta.*

At vero dicas menſtruas, quæ de collectis, & mercatorum negociis cum eſſent, temporis procraſtinationem non patiebantur, introduxerunt, teſte Polluce, illi, qui *Ἐπαγωγεῖς* nominati ſunt.

His expoſitis, ſequitur, ut qui rem civitatis adminiſtrarint, exponam: dico autem rem civitatis pecuniam publicam, frumentum publicum, & ſi qua ſunt ejuſdem generis alia. Qui vero pecuniam publicam tractarunt, ii in multa genera diſtracti ſunt, cum pro diverſitate pecuniæ, quam tractarunt, tum pro muneris diſſimilitudine, quod in ea exercenda obiverunt. Pecuniarum autem, quæ publico nomine exactæ ſunt, quattuor ferme fuere genera, *τέλη*, *φόροι*, *εἰσφοραὶ*, & *τιμήματα*. *Τέλη* vectigalia civitatis fuerunt, quæcunque ex publicis poſſeſſionibus, ut metallorum fodinis, & nemoribus aliquot percipiebantur. Item quæ a ſociis, civibus, & inquilinis, portorii, artis, lucrive nomine exigebantur. De publicis Atticæ argenti fodinis, unde, ut ſupra diximus, vigeſima quarta capiebatur, ſcribit copioſius Xenophon in libro *de Vectigalibus*, De nemoribus publicis elicitur ex oratione Demoſthenis *contra Eubulidem*, in qua Euxius queritur, multorum

se animos offendisse, quod cum esset demarchus, acerbe a multis, quæ debebantur ex nemorum redempturis exegerit. Portorii autem nomine modo decima, modo quinquagesima exigebatur. ostendit hoc Pollux, cum inquit: Τέλη *fuerunt, quæ quinquagesimarum collectores, & portitores exegerunt.* aliquando etiam δεκατήλια instituerunt, fuitque decima τέλος. Quin etiam Harpocratio decimam, ac quinquagesimam vectigalia quædam esse prodidit, & Demosthenes idem, si probe attendimus, aliquot in locis demonstravit. maxime autem in oratione *ad Leptinem*, cum inquit: *Archebius, & Hermoclides Byzantio Thrasybulo tradito vos Hellespont domiros effecerunt, ita ut decima vendita, & pecunia contracta ad pacem Lacedæmonios compuleritis.* Ubi Ulpianus decimam fuisse, quæ ex oneribus mercatorum Hellesponti caperetur, exponit; & cum *contra Mediam* idem teloniam cum quinquagesima junxit. quia ut ipse in oratione *ad Lacritum* significat, quinquagesimæ de mercibus in portubus exigebantur, eas vero telonæ, id est, publicani, redimebant, & suo periculo reip. repræsentabant. Ab inquilinis præterea præcipuum exigebatur vectigal, quod teste Harpocratione, μετοίκιον vocabatur; a viris quidem duodecim drachmæ, a mulieribus sex, ita tamen, ut filio pensitante mater immunis esset. Unde cum Phocion Xenocratem μετοίκιον pendentem animadvertisset, eundem, teste Plutarcho, civem decreto facere voluit. Atque hoc etiam vectigal pendebant servi, ubi a dominis erant manumissi: item a meretricibus exigebatur vectigal, quod ab Æschine in oratione *contra Timarchum* πορνικὸν τέλος vocatur. Φόροι autem erant tributa sociis civitatibus indicta. Hæc autem Athenienses gravissimo, quod cum Xerxe gesserunt, bello perfuncti, cum imperium ad se Græciæ transtulissent, Aristide in primis auctore, atque ministro, instituerunt, per caussam belli, si quando alias a Persis inferretur, a Græciæ finibus avertendi. ejus autem pecuniæ ærarium in Delo constitutum, haud ita multis post annis offensione inter se, & Lacedæmonios excitata, Athenas transtulerunt. Hoc deinde tributum, præcipuo nomine φόρου appellatum, auxit Pericles, & Alcibiades, ita ut a quadringentis sexaginta talentis, quæ Aristides indixerat, ad mille amplius, quæ quotannis exigerentur, perventum sit. Quod Thucydides *libro primo*, Plutarchus, ac Probus in *Aristide*, Andocides in oratione *contra Alcibiadem* litteris prodidere. Εἰσφοραὶ autem collationes tributorum fuerunt, quæ belli caussa extra ordinem civibus, & inquilinis, senatus, populique decreto indictæ sunt. Atque hoc quidem ex Thucydide declaratur, qui bello Peloponnesiaco, exhausto demum ærario, cum Mitylenæ ab Atheniensibus obsiderentur, civibus εἰσφορὰς esse scribit indictas. itemque ex Demosthene, qui in oratione *de epitrierchemate* scribit, cum multa undique hostilia incommoda essent ad senatum allata, tributi in bellum collationem esse decretam. Quin etiam idem in *Philippicis* sæpe tributi conferendi necessitatem sequuturam denunciat, nisi pecuniæ publicæ, quæ in ludos effundebantur, ad belli munera redigantur. Ea vero tributa pro ratione census conferebantur, diligenter fortunis cujusque ac patrimoniis æstimatis, ita tamen, ut argentea opera, quod scriptum est in oratione *ad Phænippum*, essent immunia. Τιμήματα vero erant pecuniæ, quæ a civibus, aut a ceteris judicialis mulctæ nomine exigebantur, quarum decima erat Minervæ sacra, quinquagesima vero aliis diis, atque Eponymis.

Quocirca quam multis opus fuerit magistratibus, qui has omnes pecunias exercuerint, atque

A curarint, quanquam nemo non videt, tamen nemo adhuc ostendit.

In primis autem Πωλῆται decem fuerunt, qui, ut ex Aristotelis sententia scribit Harpocratio, omnia, quæ a civitate vendebantur, administrarunt, ut vectigalia, metalla, redempturas, & quæ publicabantur. cum Harpocratione vero non discrepat Pollux, qui inquit: Πωλῆται *vectigalia vendunt cum Theoricarum præfectis, & eorum bona, qui ab Areopago post secundam orationem in exilium pulsi sunt, & quæ publicata sunt. princeps autem ex iis est is, qui venditionem præstat. abducunturque ad eos inquilini, qui* μετοίκιον *non penderunt. quin etiam servi, qui a dominis manumissi id non solverunt, ad hos abducti, si*
B *convicti sunt, venum ierunt.* Quod confirmat Demosthenes in prima *contra Aristogitonem. Mulierem,* inquit, *manu sua captam ad* πωλητήριον τῦ μετοικίυ *abduxit, & nisi* μετοίκιον *ab ea solutum patuisset, vendita fuisset. voca ad me primum mulieris patronum, deinde Poletas, ad quos eam adduxit.* Quemadmodum autem vectigalia, auctione in foro constituta, acceptis prædibus locupletibus, venderentur, exponit Plutarchus in *Alcibiade.* nam Æschines *contra Timarchum*, vectigal meretricium quotannis a senatu venditum inquit. Qui vero ea emebant, in universum Τελῶναι, qui exigebant, ac colligebant, Ἐκλογεῖς dicebantur. Unde eodem
C in loco pergit Æschines, Demosthenem Timarchi defensorem ridicule quæsisse, quinam esset telones ille, qui a Timarcho vectigal meretricium collegisset. Hinc etiam leges telonicæ celebratæ, quæ telonis ipsis latæ sunt. Quarum meminit in *Timocratea* Demosthenes, cum inquit, jubere legem, ut residuas pecunias exigat senatus legibus telonicis usus, & cum inquit, senatum jurare, se neminem Atheniensem in vincula traditurum, qui prædes tres dederit, nisi si quis vectigalium redemptor, aut præs, aut collector non satisfacerit. Erat enim, teste Ulpiano, lex, ut, si telonæ nona prytanea debitam pecuniam non solvissent, duplum aut
D ii, aut qui pro iis spoponderant, numerarent. quod si facere neglexissent, in vincula traderentur. Adjicit etiam Suidas, Poletas eorum bona vendidisse, qui ad constitutam diem publico non solvissent, & qui de peregrinitate, & qui de neglecto, & violato patrocinio damnati essent.

Post venditores autem fuerunt Ἐπιγραφεῖς, qui ad φόρυς sociis, & εἰσφορὰς civibus inscribendas creati sunt, nempe ut æstimatis cujusque bonis, quantum cuique tributi nomine pendendum esset, inscriberent. quod a Polluce, & Harpocratione traditum video etiam ab Isocrate confirmatum in *Trapezitica: Tributo,* inquit, *vobis imperato, aliis*
E *inscriptionibus institutis, ego ex peregrinis plurimum contuli, & ipse, & mei, & mihi ipsi tributum maximum inscripsi; pro Pasione vero rogavi Synepigrapheos, cum eum meis uti pecuniis dicerem.* Quod si Alcibiades hoc magistratu ornatus Græciæ tributa inscripsit, & auxit, profecto epigraphei decem fuerunt, cum ille decimus eo munere functus ab Andocide referatur.

Jam vero qui has pecunias exegerunt, Apodectæ, Antigraphei, Hellenotamiæ, Deæ, deorumque Quæstores, & Practores appellati sunt.

Ἀποδέκται decem a Clisthene pro Colacretis sunt inducti. Eorum vero, cum sortito legerentur, ne-
F gocium fuit, vectigalia, collationes, ceterasque quæ publico deberentur, pecunias in senatu senatoribus inspectantibus recipere, easque in tabulas publicas referre, ac deletis debitorum nominibus ærario tabulas tradere. præterea lites his de rebus contractas judicare, & si quid controversiæ existeret, in forum introducere. quæ omnia

jura partim in Pollucis, partim in Harpocrationis, partim in Suidæ *collectaneis* extant. Eorum autem meminit Æſchines *contra Cteſiphontem*, & Demoſthenes *contra Timocratem*. in qua oratione etiam de pecuniis, quæ in ſenatu repræſentarentur ex lege, præcipitur.

Ut autem Apodectæ in ſenatu, ſic Ἀντιγραφεὺς in populo tabulas confecerunt. Quod indicat Æſchines *adverſus Cteſiphontem*, cum inquit: *Antigrapheus fuit, qui in quaque prytanea rationes publicorum redditunm populo ſubducebat*. Et Ulpianus *in Androtianam*, cum antigrapheum pro ſenatu ad populum, in quibus opus eſſet, contra ſcripſiſſe tradit. Harpocratio vero antigrapheum conſtitutum iis ſcribit, qui civitati pecunias ſolverent, ut eas contra ſcriberet, duoſque ex Ariſtotelis ſententia fuiſſe, unum τῆς διοικήσεως, alterum ſenatus, inquit. Ex quo intelligi poteſt, accepti tabulas binas fuiſſe, unas, quas confecerint apodectæ in ſenatu; alteras, quas antigraphi pro ſenatu in populo. ut cum duobus in locis pecuniarum publicarum ratio pateret, minus obnoxia fraudi, ac malitiæ hominum eſſet. Quem vero ego antigrapheum τῆς διοικήσεως eſſe opiner, poſt declarabo.

Ut autem apodectæ vectigalia, & civium tributa receperunt, ſic ἑλληνοταμίαι ſociorum. Sunt autem inſtituti, auctore Thucydide, eo anno, quo primum Ariſtides ſociis tributa indixit, & ærarium in Delo conſtituit. quod etiam Andocides in oratione *de Pace* ſignificavit. Narrat autem Interpres *Acharnenſium*, Vere primo, cum Dionyſia agebantur, tributa a ſociis Athenas fuiſſe perlata.

Quæſtores autem deæ, deorumque Græce οἱ ταμίαι τῆς Θεοῦ, καὶ τῶν Θεῶν nominati, ut ſcribit Pollux, decem ſorte lecti ſunt ex iis, qui Quinquemodiales appellabantur. Hi vero pecunias, quæ mulctæ nomine pendebantur, accipiebant præſente ſenatu, juſque habebant mulctæ delendæ, ſi injuſte eſſet a magiſtratibus irrogata. Harpocratio vero ex Ariſtotelis *Commentariis* ſcribit, eoſdem Minervæ ſignum, & victorias, & alia ornamenta, & pecunias in conſpectu ſenatus recepiſſe. Horum autem meminit Demoſthenes in *Timocratea*: *Quin etiam quæſtores, quorum in magiſtratu opiſthodomus eſt incenſus, & qui ſunt ex quæſtoribus deæ, & qui ſunt aliorum deorum, in iis ædibus erant*. Quem locum exponens Ulpianus inquit, pecuniam quandam cum aliis diis, tum Minervæ ſacram repoſitam fuiſſe in conclavi, quod erat poſt arcem, qui propterea opiſthodomus vocabatur. & Æſchines *contra Timarchum*: *Cum eſſet*, inquit, *ſenator Timarchus, quæſtor erat pecuniarum deæ Hegeſander, furati autem ſunt civitatis communiter mille drachmas*. Hos autem eoſdem Andocides in oratione *de Myſteriis* quæſtores ſacrarum pecuniarum appellat. Ceterum pecuniæ ſacræ habitæ ſunt, quæ Minervæ, & reliquis diis erant conſecratæ. erat autem Minervæ quidem decima bonorum, quibus cives mulctarentur. quod Xenophon in primo *rerum Græcarum* prodidit, & ex aliquot legibus Solonis elicitur. aliis autem diis, & ſingulis Eponymis quinquageſima. Quod Demoſthenes oſtendit *contra Timocratem*, cum inquit: *Negare non poterit, quin iſti fures ſint, & ſacrilegi, cum ſacras pecunias decimas deæ, & quinquageſimas aliorum deorum ſuppilarint, publicas vero, quæ veſtræ erant, furati ſint*; & cum pollicetur, ſe oſtenſurum, Timocratem multas pecunias habere deæ, & aliorum deorum, & eponymorum, & civitatis. Quod idem confirmatur ex lege, quam recitat *adverſus Theocrinem*: *Sint* ἐνδείξεις *adverſus eos, qui publico debent, & qui Minervæ, aut aliorum deorum, aut Eponymorum alicui*. Quod autem ſcribit Pollux, quæſtores deæ mulctam ſuſtuliſſe a magiſtratibus irrogatam, idem aperte Lyſiæ teſtimonio confirmatur in oratione *pro Milite*: *Archon*, inquit, *mulctam irrogavit, ſed exigere non eſt auſus. peracto autem magiſtratu me relatum in album quæſtoribus tradidit, iique mulctam deleverunt*. Hos etiam eoſdem arbitror appellatos ταμίας ἐν ἀκροπόλει a Demoſthene *contra Timocratem*, cum dixit: *Quæſtor cum eſſet in arce, ornamenta civitatis, quæ ceperat ex barbaris, ſuſtulit ex arce, & ſellam argenteis pedibus præditam, & acinacem Mardonii, qui trecentos daricos valuit*. Me vero in hanc opinionem ducit, quod decima quoque hoſtilium ſpoliorum Minervæ, teſte Harpocratione, conſecrata, & propterea quæſtoribus ejus cuſtodienda in arce commiſſa fuit.

Ut autem mulctæ, quæ Minervæ dicata erat, apud quæſtores deæ inſcribebatur, ſic quæ civitati, apud πράκτορας. quod ex lege declaratur, quæ eſt in oratione *ad Macartatum*: *Si quis oleam Athenis effoderit, debeat centum drachmas ærario pro unaquaque olea, decima vero ejus ſit deæ. quod autem damnabitur, inſcribant magiſtratus ii, apud quos erit lis, quod publico quidem debetur, apud practores, quod vero ſacrum ſit, apud quæſtores pecuniarum deæ*. Itaque cum in principio orationis primæ *contra Ariſtogitonem* inquit: *Noſtis ipſum debere ærario, & inſcriptum in arce*, ſine dubio inſcriptum in practorum tabulis, aut quæſtorum deæ intelligere debemus. Siquidem inquit idem *alio loco*: *Pacta quidem eorum quæ debet civitati Ariſtogiton, ſunt leges, ex quibus inſcribuntur omnes, qui debent, terminus autem eſt tabula apud deam poſita. ſi hæc ſublata ſunt, deletum eſt nomen, & nos inania loquimur*. Ut autem eas tabulas ἐγγραφάς, ſic qui in eas relati erant, ἐγγεγραμμένους vocarunt. Nam omnino relatos oſtendit in oratione *contra Theocrinem*: *Neque vero æquum eſt*, inquit, *ſuſpicari, eos debitores eſſe: quorum nemo nomina practoribus tradidit*. Item: *Neque vero, ſi Cteſicles conceſſit huic, ne traderentur practoribus quæ ex lege debentur, propterea civitatem irrogatis ſpoliari mulctis oportet, ſed litigatores de rebus privatis pro arbitrio tranſigere opus eſt, de publicis vero, ut ſanciunt leges*.

Quod ſi per apodectas, aut quæſtores deæ, ſacræ, publicæque pecuniæ omnes non eſſent exactæ, tum ſenatus ex lege, cujus jam ſæpe meminimus, ſevere, atque acerbe eas exigendas curabat ab iis, qui eas retinerent. Quocirca ex ſenatuſconſulto ſæpe legi in eam rem οἱ ζητηταὶ ſoliti ſunt. Quod docet in *Timocratea* Demoſthenes, inquiens: *Decretum fecit Ariſtophon, ut* ζητηταὶ *eligerentur, ut ſi quis aliquem noſſet, qui ſacrarum, aut publicarum pecuniarum civitatis aliquid retineret, his indicaret. Euctemon indicavit Archebium, & Lyſithidem, qui trierarchi fuerunt, pecunias tenere Naucrateticas*. Quem in locum Ulpianus ζητητὰς magiſtratum fuiſſe ſcribit, eos, qui pecuniam aut civitati, aut ſacris deberent, indagantem. quod idem Lyſias in oratione *de muneribus acceptis* affirmat. Itaque hunc eundem magiſtratum intelligi puto a Demoſthene oratione *contra Evergum*: *Decretis veſtris & ſenatus, & populi, & lege imperante ab hoc debitore trierarchica armamenta exegi*. Item *contra Timocratem*, & *Androtionem*. quibus in locis ſignificat, Androtionem ex ſenatus, populique decreto reſiduas ex veteribus tributis pecunias acerbe exegiſſe, ſed quo præditum magiſtratu, non exprimit. Significat autem magiſtratum eum in ſortem conjici ſolitum, ſed tum Androtioni extra ordinem collegis additis novem a populo per gratiam eſſe mandatum; &, cum poſt Nauſinicum archontem trecenta millia talentum tributi nomine deberentur, ac quattuordecim ei ſummæ deeſſent, ſeptem ex iis diligentia Androtionis exacta. Harpocratio vero jus hujus magiſtratus

latius aliquanto producens, eos ad tempus creatos inquit, ſi quando conquirendi eſſent, qui publice injurioſi fuiſſent.

Eodem autem referendi etiam videntur *οἱ συνδίκοι*, qui, eodem teſte, poſt reditum populi e Piræeo, id eſt, poſt triginta tyrannorum dominatum everſum, creari cœpti ſunt, ut de bonis civium publicatis cognoſcerent. ita ut Lyſias, cum de bonis publicatis Niciæ ageret, in extrema oratione, ſe apud ſyndicos judicii ejus præfectos agere, demonſtrarit, cum dixit: *Obteſtor autem ſyndicos, ut nobis benevoli ſint*. Et in oratione *Mantithei: Nemo oſtendere poterit, me neque delatum a phylarchis, neque traditum ſyndicis, neque æs equeſtre adeptum. Itaque apud hos ἀπογραφαὶ ſunt inſtitutæ*. quod ex Lycurgi, quam profert Harpocration, oratione cognoſcitur: *Apud theſmothetas*, inquit, *γραφὰς γραφόμενος, apud ſyndicos ἀποχραφὰς ἀπογραφόμενος*. Ἀπογραφὴ vero, ut dixi, lis fuit, quam intendit is, qui publici quidpiam alterum retinere contendit.

Ex his autem pecuniis, quæ ex vectigalibus, tributis mulctiſque redactæ in publicum erant, aliæ aliis reip. uſibus attributæ erant. unde diverſa etiam pecuniarum nomina, ut *τῆς διοικήσεως, τὰ ϛρατωτικὰ, τὰ θεωρικά*: & diverſi, qui eas erogarent, curatores, ut *ταμίαι τῆς διοικήσεως, τῶν ϛρατιωτικῶν*, & *τῶν θεωρικῶν* extiterunt.

In primis autem ille gloriæ, atque auctoritatis magnitudine floruit, qui *ταμίας τῆς διοικήσεως* eſt appellatus, quem etiam *ταμίαν*, ſive *ἐπιμελητὴν τῶν κοινῶν προσόδων* dixerunt. Hic enim a populo in quinquennium creari, atque iterum, & tertium cum infinita prope congerendæ, & diſtribuendæ pecuniæ publicæ poteſtate refici ſolitus eſt. Id quod his Veterum auctoritatibus facile demonſtratur. Apud Plutarchum in decreto de honoribus Lycurgi: *Factus communium redituum civitati quæſtor, in quinquennium curat, & diſtributis ex communibus redditibus decem, & octo millibus, & nongentis talentis, multis vero ſupra fidem a privatis mutuo ſumptis, & in reipub. populique tempora ex penſis, quod recte hæc adminiſtraſſe viſus ſit, ſæpe coronatus eſt a civitate. iterum autem lectus a populo magnam pecuniarum vim in arcem intulit, & confecto deæ ornatu, & victoriis, & pompalibus aureis, ac argenteis, & ornatu aureo in centum ciſtiferas*. Et de Ariſtide: *Publicorum redituum lectus curator non ſolum ſuæ ætatis, ſed etiam ſuperioris magiſtratus oſtendit multa ſuppilaſſe, & in primis Themiſtoclem. quare ab eo in referendis rationibus oppugnatus, ſtudiis tamen bonorum evaſit. iterum autem τῇ διοικήσει præpoſitus, cum ſe mollius gereret, iis ſe probavit, qui communem rem depeculabantur, quod neque eos redargueret, neque ſevere rationes eorum conficeret, uſque adeo ut repleti bonis publicis eum commendarent, & pro eo populum præſentarent, ut ei tertium magiſtratum continuaret. cum autem creatus eſſet, objurgavit eos, & furta patefecit*. Et in *Politicis: Demades cum in poteſtate redditus civitatis haberet, ac populus claſſis adverſus Alexandrum emittendæ cupidus ab eos ſibi pecuniam in claſſem attribui poſtularet, pecuniæ, inquit, non deſunt, at eas ego vobis in proximos Choas diſtribuere cogitaram*. Quin etiam hunc eundem *ταμίαν τῆς διοικήσεως* appellavit, cum Lycurgum eundem in tria quinquennia quæſtorem ſcripſit pecuniarum *διοίκησιν* habuiſſe. & Æſchines in oratione *de ementita legatione*, cum ait: *Iſte curavit veſtros redditus, quando illum legiſtis ad communem διοίκησιν*; & Pollux, cum eum *ἐφεϛηκότα ἐπὶ τῆς διοικήσεως τῶν προσιόντων, καὶ ἀναλισκομένων* appellavit, id eſt, præfectum procurationi accedentium, & abeuntium pecuniarum, & earum præcipue, quæ concioni, A & judicibus mercedis loco erogarentur. Unde apud Laertium in decreto de Zenone ſcriptum eſt: *Sumptum autem, qui fit in pilas, curet ὁ ἐπὶ τῆς διοικήσεως*. in decreto autem de Lycurgo apud Plutarchum populi quæſtor nominatur. ſiquidem ſcriptum eſt: *Decretum eſt, ut Lycurgi pſephiſmata omnia in pilas lapideas inciderentur; in deſcriptionem vero pilarum quæſtor populi quingentas drachmas impenderet ex iis, quæ in pſephiſmata attribuuntur a populo*. Quod autem Pollux ſcribit, curaſſe eum pecuniam, quæ concioni, & judicibus mercedis loco numerabatur, confirmatur item ex lege, quam ex *Timocratea* jam ſæpe attulimus, in qua ſcriptum eſt, ex pe- B cuniis, quæ ſunt *διοικήσεως*, pretium concioni, judiciis, ſenatui, & equitibus perſolutum.

Fuiſſe autem etiam *ἀντιγραφέα τῆς διοικήσεως*, qui hos omnes ſumptus in alias tabulas tranſſcripſerit, ut duobus in locis earum pecuniarum ratio extaret, mihi in primis in ipſam vocis ejus rationem intuenti probatur.

Æra vero militaria, quæ illi dixerunt *ϛρατιωτικὰ*, fuerunt non ſolum, quæ in uſus militiæ ex publica adminiſtratione converſa ſunt, ut ſignificat Demoſthenes in oratione *contra Neæram*, cum in- C quit, decretum ſcriptum, ut pecuniæ *διοικήσεως* utique fierent militares; ſed etiam quæ ex tributis belli nomine collatis redacta ſunt. quod intellexit in oratione *adverſus Polyclem*, cum dixit: *Ego primus collationes, contuli, quamvis trierarchus eſſem. cujus rei teſtes ſunt, qui tunc militares pecunias exegerunt*. Qui vero ejuſmodi pecunias curarunt, ii *ταμίαι τῶν ϛρατιωτικῶν* dicti ſunt. Unde Plutarchus in *Lycurgo* dixit, Calæum quendam quæſtorem militarium archonte Charonda fuiſſe.

Theoricæ autem pecuniæ ſunt dictæ, quæ in ludos, & ſpectacula ſunt conſumptæ. Has Ulpianus in *Olynthiacarum commentario* ſcribit a Pericle primum, cum divites loca in theatro ſibi pretio compararent, pauperes autem, ne id facerent, æris D inopia impedirentur, eſſe inductas, lege lata, ut pecuniæ ex publicis redditibus confectæ theoricæ fierent. Atque hoc idem confirmat etiam Plutarchus, cum ſcribit, populum a Pericle primum ad theoricas pecunias, & ſtipendia accipienda illectum. item Periclem theoricis, & judicialibus pecuniis populum corrupiſſe. Deinde legibus aliis ſancitum eſt, ut bello exiſtente reſiduæ pecuniæ *τῆς διοικήσεως* fierent militares, poſtremo Apollodorus decretum ſcripſit, ut pecuniæ *τῆς διοικήσεως* utique fierent militares. atque hæc docet Demo- E ſthenes in oratione *contra Neæram: Apollodorus*, inquit, *fit ſenator, & decretum ſcribit in ſenatu, fertque ad populum nemine adverſante, placeat ne pecunias τῆς διοικήσεως militares eſſe, an theatrales. cum leges juberent, ut bello exiſtente reſiduæ pecuniæ τῆς διοικήσεως militares eſſent*. Ulpianus autem ſcribit, cum Apollodorus conatus eſſet, theoricas pecunias reddere militares, Eubulum popularem gratiam aucupantem ſcripſiſſe legem, adjuncta capitali pœna, ne quis theoricas pecunias efficeret militares. Libanius autem *in Olynthiacas* notat, cum antiquitus theatrum lapideum nullum F eſſet, ſed ligneum, & omnes locum in theatro feſtinanter occupare ſtuderent, verberationes ſæpe, & vulnera conſequuta. cui malo ut occurrerent Athenienſium principes, venales locos feciſſe, ſtatuiſſeque uti ſpectandi cauſſa ſinguli duos penderent obolos, ne vero tenuiores propter ſumptum ſpectaculi voluptate ſpoliarentur, eos ex ærario obolos ſumere voluiſſe. Harpocratio vero, qui aliquanto ſecus hanc ex Philochoro refert hiſtoriam, non obolos, ſed drachmam nominat, eamque abſentem, aut peregre euntem neminem capere potuiſſe Hyperidis auctoritate demonſtrat. Hujus autem pecu-

A niæ petendæ jus ex tabulis Lexiarchicis partum esse, ex or. Demosthenis *adversus Leocharem* apparet: *Primum progressus tentavit in Otrynensium indicem concionalem semet ipsum referre, cum esset Eleusinius. deinde, antequam referretur in tabulas Lexiarchicas Otrynensium, communium rerum partem adipisci. cui rei cum nos resisteremus, ille convocatis paucis quibusdam Otrynensium, & Demarcho suadet, ut, cum apertæ tabulæ essent, semper ipsum in Archiadæ nomen inscribant. post autem Panathenæis magnis sub distributionem ad theoricam pecuniam venit, & cum populares alii cepissent, petiit sibi etiam dari, & in tabulis in nomen Archiadæ inscribi.* Qui
B his ergo pecuniis præfuerunt, ii sunt οἱ ἐπὶ τῷ θεωρικῷ nominati. quorum meminit Æschines *adversus Ctesiphontem*: *Recita mihi*, inquit, *quo archonte Demosthenes creatus sit præfectus Theoricarum*. Et post: *Propter fidem vestram erga Eubulum præfecti Theoricarum, antequam lex Hegemonis ferretur, gerebant magistratum antigraphei, & apodectarum, & navalia, & armamentarium construebant, erantque curatores viarum, & fere omnem procurationem civitatis gerebant*.

Quoniam autem Athenienses, ut in *Leptiniana* scribit Demosthenes, frumento invecto maxime
C usi sunt (neque enim Attica propter soli sterilitatem satis suppeditare annonæ, atque alimenti omnibus potuit) eo factum est, ut præfecti quidam etiam sint constituti, qui externum frumentum reip. nomine mercati sint, idemque recondiderint. ejusmodi vero munus dicta est σιτωνία, ipsique σιτῶναι sunt appellati. Itaque Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte* ait, cum populus Sitonem crearet, se reliquis omnibus esse prælatum, & Plutarchus decretum recitat, in quo scriptum est, Demosthenem in Sitonia talentum in cellam frumentariam præbuisse.

Jam vero quia opera etiam publica plurimum
D cum ad dignitatem, tum etiam ad salutem sæpe reip. pertinuerunt, ne eorum quidem curam abjecerunt, qui hanc legibus remp. instruxerunt. quo de genere probe Aristoteles in *Politicis*: *Altera curatio est*, inquit, *operum in urbe tum publicorum, tum privatorum, ut cum decoro ornatu ædificia, & viæ conserventur, & collapsa reficiantur, & limites communes sine controversia teneantur, & cetera, quæ similia sunt. hunc autem magistratum plerique ἀστυνομίαν vocant. habetque partes plures, quarum alii alii in magnis civitatibus præficiuntur, ut murorum constructores, & fontium curatores, & portuum custodes*. Plato autem in sexto *de Legibus* ἀστυνόμους curare vias
E jubet, quæ sint in urbe; & vias militares populi, quæ ferant ex agro in urbem; & ædificia, ut fiant ex legibus; & aquas, ut in fontes abunde, & pure euntes ornent una, & juvent civitatem. Ejusmodi vero Ἀστυνόμους decem Athenis fuisse, prodit ex Aristotelis auctoritate Harpocratio, quinque in Piræeo, & quinque in urbe. quorum cum mentionem fecisset in *Timocratea* Demosthenes, Ulpianus adscripsit, iis curæ fuisse, ut munda urbs esset.

Quos vero vocat Aristoteles τειχοποιοὺς, ii non ordinarii magistratus fuerunt, sed pro re nata a tribubus ad muros veteres reficiendos una cum quæstoribus aliquot editi sunt quem magistratum gessit Demosthenes a Pandionide tribu sua editus. Un-
F de Æschines *de ementita legatione* dixit, decreto mandatum esse singulis tribubus, ut proderent curatores operum ad muros, & quæstores. Plutarchus autem propterea Demosthenem etiam murorum curatorem vocavit.

Eundem autem in numerum adscribendi videntur οἱ ἐπιστάται τῶν ὑδάτων, qui aquas in urbem perducendas curarunt. quo munere functum esse Themistoclem prodit Plutarchus. item οἱ ὁδοποιοὶ, qui vias straverunt, & qui fontium curam habuerunt, quos κρηνοφύλακας appellat Pollux. atque omnino omnes ἐπιστάται τῶν δημοσίων ἔργων. quo nomine honoris usum significat Plutarchus tum cum Propylæa, & reliqua illa illustria urbis ædificia construxit. quorum ne rationem redderet, bellum fertur cum Lacedæmoniis gravissimum excitasse. itemque qui ad belli apparatum creati dicuntur, ut Lycurgus, de quo idem: *Electus ad apparatum belli multa civitatis emendavit, & triremes paravit populo quadringentas, & Lyceum gymnasium construxit, & palæstram ædificavit, & theatrum Dionysii ἐπιστάτης absolvit*.

Neque vero, cum operum publicorum, quibus fere urbs ornabatur, tam diligentem rationem haberent, legum ipsarum, morumque & magistratuum, quibus reip. incolumitas continebatur, sibi contemnendam putarunt. verum legibus servandis νομοφύλακας præposuerunt, moribus vero nonnullos alios. Nomophylaces autem eo honore affecti sunt, ut & strophio albo insignirentur, & ludis in sellis adversus Archontes considerent. ceterum eo jure essent, ut magistratus legibus uti cogerent, & in concionibus sedentes cum proedris prohiberent, ne quid adversus leges, & contra reip. commodum suffragiis populi scisceretur. quemadmodum apud Pollucem, & Harpocrationem invenimus. Nam Cicero in tertio *de Legibus* scripsit, eas non solum litteras, sed facta etiam hominum observasse, ad legesque revocasse.

Moribus autem juvenum præfecti fuerunt σωφρονισταὶ decem, quorum mentio fit in *Axiocho* a Socrate: *Ubi vero in ephebos*, inquit, *inscriptus sit, omne adolescentuli tempus Sophronistis, & Areopagi censuræ tribuitur*. Quin etiam Ulpianus, cum Demosthenes *adversus Mediam* thesmothetæ cujusdam noctu per petulantiam violati meminisset, notatum reliquit, thesmothetas moderationis custodes, vindicesque fuisse, & noctu urbem obeuntes, ne quid per petulantiam fieret, providisse.

Mulieribus autem præfecti fuerunt γυναικοκόσμοι viginti, qui, teste Polluce, in mulieres parum modestas animadverterunt, & mulctas earum inscribentes exposuerunt in platano in Ceramico.

Virorum autem cœtus, & convivia, sumptusque inspectarunt, qui οἰνόπται dicti sunt. de quibus Athenæus *lib decimo*: *Oenoptæ erat magistratus Athenis, qui inspiciebat prandia; an æqualiter biberent, qui convenerant. & erat magistratus tenuis. tres erant, qui præbebant prandentibus lychnos, & funalia*. Atque hoc idem etiam munus videtur tribuere iis, qui γυναικόσμοι dicti sunt, cum scribit *libro sexto*, moris fuisse, ut γυναικόνομοι convivia inspicerent, & numerum vocatorum, an esset secundum legem, inquirerent; Philochorum autem scribere, Gynæconomos cum Areopagitis cœtus inspectasse in ædibus, & nuptiis, & sacrificiis.

Qui vero magistratus, atque curationes omnes reposcendis rationibus in officio manere coegerunt ii λογισταὶ, & εὔθυνοι nominati sunt. Quos quidem magistratus inter se diversos fuisse Harpocratio ex Aristotelis sententia prodit, verum quonam modo, quod optandum erat in primis, non adscribit. Mihi vero in nomina ipsa intuenti probabile illud occurrit, εὐθύνους quæsisse de edictis a magistratibus injuste interpositis, λογιστὰς vero de pecuniis injuste ablatis. siquidem hac de re loquens Æschines *contra Ctesiphontem* has duas voces nunquam disjungit, διδόναι λόγον, & εὐθύνας, εἰσγράφεσθαι λόγον, & εὐθύνας. De utrisque autem Harpocratio in hæc verba: *Εὔθυνοι decem erant, apud quos qui legatione functi erant, aut magistratum gesserant, aut aliquid rerum publicarum attigerant, εὐθύνας dabant.* λογισταὶ

vero decem erant, qui εὐθύνας *eorum, qui administrassent, subducebant intra triginta dies, quando magistratu abire vellent*. Quibus ex verbis ægre, quid inter eos intersit, intelligas. Ac Logistarum quidem nomen sæpissime video usurpari, ut apud Æschinem *contra Ctesiphontem*, ubi docet, legibus sanctum esse, ut senatus Areopagi, omnesque qui aliquid reipub. attigissent, apud logistas rationes referrent, etiamsi nihil pecuniæ publicæ tractassent; logistæ vero eos in fora introducerent, & per præconem cives ad eos accusandos invitarent. Unde addit: *Non ne oportebat, te, o Demosthenes, pati, logistarum præconem pronunciare edictum hoc patrium, & legitimum? Quis vult accusare?* Et *contra Timarchum*: *Logista cum esset, plurimum nocuit civitati, donis acceptis ab iis, qui improbe magistratum gessissent; & calumnia iis oblata, qui innocentes essent*. Et apud Demosthenem *de Corona*: *Quando me introduxerunt logistæ, cur non me accusasti, cum præsens esses?* Et *de ementita legatione*: *Ego cum vellem bis rationes referre de legatione, accedens Æschines ad logistas vetuit, ne me in judicium vocarent*. De Euthynis vero mentio rarior. in decreto tamen quodam post Quadringentorum dominatum eversum apud Andocidem in oratione *de Mysteriis* scripto ita est: *Placet etiam eorum famam restitui, quorum* εὔθυναι *condemnatæ sunt in logisteriis ab euthynis, aut paredris, aut nondum in forum introductæ* γραφαὶ περὶ εὐθυνῶν.

Jam quid dicam, ut magistratum etiam esse voluerint, qui nocentes homines aut ante judicium custodiret, aut post judicium supplicio ex lege afficeret? Hi vero Undecimviri fuerunt, qui a Themistocle, & ab Aristide sunt instituti, singuli quidem ex singulis tribubus, & scriba undecimus cum eis adnumeratus, ut Heraclides, & Pollux memoriæ prodiderunt. Neque vero id nos perturbet, quod ante Themistoclis ætatem in legibus Solonis, ut est in *Timarchiana*, & *Timocratea* Undecimviri nominentur. nam ad eas leges multa ex posteriore rep. sunt adjecta, & hic a Solone numerus induci non potuit, qui quattuor tantum tribus probavit. Horum vero curæ carcerem commissum, mandatumque ut de damnatis lege supplicium sumerent, cum Pollux, & alii uno omnes consensu scripsere, tum ostendit etiam Plato in *Apologia*, cum dicentem Socratem fecit: *Quid me in carcere vivere oportet, Undecimviris perpetuo servientem?* Et in *Phædone*: *Janitor admonuit, ne carcerem ingrederemur. solvunt enim*, inquit, *Undecimviri Socratem, atque ei hodie mortem denuntiant*. Item: *Undecimviri minister venit, nuncians Socrati, ut cicutam bibat*. Et Xenophon in secundo *de rebus Græcorum*: *Trigintavirum præco Undecimviros in Theramenem ire jussit, quibus cum ministris congressis, dixit Critias unus e triginta: Tradimus vobis Theramenem hunc lege judicatum, ut eum capientes, & abducentes, quo oportet, quæ his consequentia sunt, peragatis*. Quod si quis e carcere quoquo modo evasisset, erat eorum muneris hominem conquirere, atque in carcerem redigere. quod apparet ex prima *in Aristogitonem*, in qua: *Cum effracto*, inquit, *carcere profugisset, ad mulierem quandam venit, quæ illum occultavit primis diebus, quibus Undecimviri perquirebant hominem, & per præconem sibi reddi jubebant*. Pollux autem fures, plagiarios, & grassatores ab Undecimviris ait abductos, ut, si confiterentur, capite mulctarent; sin minus, in fora introducerent, &, si damnati essent, ultimo supplicio afficerent. Ego vero invenio fures, & grassatores ad Undecimviros potius, quam ab Undecimviris abductos, atque hanc esse eam, de qua superiore libro dixi, ἀπαγωγὴν, quam ad Undecimviros factam esse apparet ex lege, quam profert Demosthenes *in Timocratem*: *Si quis interdiu supra quinginta drachmas furatus fuerit, adduci jus sit ad Undecimviros, si vero noctu, quodcunque surripuerit, eum & occidendi, & inter persequendum vulnerandi, & ad Undecimviros, si libeat, abducendi jus sit*. quod idem colligitur ex orationibus Lysiæ *contra Theomnestum*. Ut autem apud Undecimviros actio contra fures, & grassatores intenta est, sic iidem etiam eam in forum introduxerunt. ut aperte scriptum est in oratione *ad Lacritum*: *Apud quem magistratum de pactis mercatoriis est agendum? apud Undecimviros? at ipsi murorum perfossores, & fures, & alios facinorosos homines, qui morti destinati sunt, introducunt*. Introduxisse vero in Parabystum, inde conjici licet, quod Undecimviros in Parabysto jus dixisse, omnium fere, qui Parabysti meminerunt, testimonio constat. Adjicit etiam *Vesparum* Interpres, Undecimviros ἐνδείξεις adversus eos, qui publica vendidissent, introduxisse. quod probabile conjectura est. siquidem Undecimviri aliarum etiam actionum introductores fuerunt, ut ex lege, quam recitat *in Timocratem* Demosthenes, intelligitur: *Si quis abductus fuerit, qui arguatur vel malæ tractationis parentum, vel desertæ militiæ, vel quod contra legum interdictum eo fuerit ingressus, quo nefas est ingredi, Undecimviri eum vinciunto, & in Heliæam introducunto. accuset autem ex iis, quibus jus est, qui volet. convictus autem si sit, æstimet Heliæa, quid eum pati, aut solvere oporteat*. Narrat etiam Demosthenes, Androtionem decretum scripsisse, ut exigendorum caussa tributorum Undecimviri se sequerentur, eosque ad singulas civium ædes adduxisse. Ex quibus locis, quæ & quam multa Undecimvirum jura fuerint, facile jam quivis intelligere potest.

CAP. IV.

De Præbitoribus publicis. Liturgi qui? Choragi. Gymnasiarchi. Epulones. Trierarchi. Collatores. Immunitates. Symmoriæ. Earumdem principes, & curatores. In Trierarchiis variata consuetudo. Hæc munera necessaria. Voluntaria quænam fuerint?

MAGISTRATIBUS, qui consiliis, judiciisque præpositi remp. rexerint, explicatis, reliquum est, ut publicas eorum curationes aggrediamur, qui suo aut patrimonio, aut corpore, aut lingua reip. profuerunt, atque ejus aut commoda, aut salutem, aut dignitatem quoquomodo tutati sunt. sic enim una, quid divites, quid juniores, quidque diserti homines reip. legibusque debuerint, ostendemus, & magnum locum in primis, ac lubricum de reliquo civilium honorum genere expediemus. Qui igitur in quattuor a Solone descriptis classibus præter ceteros divitiis abundarunt, ii ex ejusdem instituto pro superioribus magistratibus, qui ipsis, ut dixi, potissimum patuere, opes suas ad reip. tempora, civitatisque rationes ita conferre debuerunt, ut aut pacis ornamentis consulerent, aut belli certe subsidiis inservirent. unde ipsi λειτουργοὶ, & præbitiones eorum λειτουργίαι vocatæ sunt. Fuerunt autem χορηγοὶ, γυμνασίαρχοι, ἑστιάτορες, τριήραρχοι, & εἰσφέροντες, id est, *choragi, gymnasiarchi, epulones, trierarchi, & collatores*. Neque vero dubium est, quin hi primi fuerint, qui in civitate caperentur, honores. hoc enim perspicue ostendit Demosthenes, cum in *caussa Ctesiphontis* inquit: *Contigit mihi, ut, cum puer essem, scholas convenientes adirem; ubi ex pueris excessissem, quæ his consequentia sunt, agerem*, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν, εἰσφέρειν. *ubi vero ad remp. accessi, placuit mihi eam reip. gerendæ rationem inire, ut sæpe corona donatus sim*. Et Lysias, apud quem in oratione *de Muneribus* Atheniensis nescio quis

gloriatur, se, ubi primum professus sit, extemplo choragum fuisse. Cui professioni octavum & decimum ætatis annum dicatum fuisse, supra ostendimus. Hæc autem munera, quanquam illi usque adeo necessario obiverunt, ut nullo pacto declinare potuerint; quod Socrates apud Xenophontem de re familiari cum Critobulo disputans demonstravit, cum dixit: *Audio, civitatem choragias, & gymnasiarchias tibi imperasse, &, si bellum ingruerit, trierarchias, & collationes tam multas imperaturam, ut eas sustinere non possis. quod si parum cumulate munus gesseris, non dubito, quin te non aliter puniat, quam si te sua compilantem offenderet*. non ea tamen quotannis obiverunt, sed, ut *ad Leptinem* inquit orator, choragias quidem, & trierarchias, & epulationes, & gymnasiarchias altero quoque anno, ita ut dimidium temporis vacationem haberent, collationes autem tantum, cum impendente, aut urgente bello aliquo imperarentur. Mandata vero ita sunt, ut singulos singulæ tribus, aut populi suos quisque præbitores ediderint. quod docet Demosthenes in oratione *de nomine*: *An vero si tribules*, inquit, *Mantitheum Mantiæ filium Thoricium edant choragum, aut gymnasiarchum, aut epulonem, aut aliud eorum quidpiam, quomodo extabit, utrum te edant, an me?* Et *contra Mediam*? *Cum per triennium Pandionis choragum non edidisset, ea de re contentio inter archontem, & tribus curatorem exarsit*. Et *contra Philippum*: *Quid est, cur ludi Panathenæorum, & Dionysiorum idoneo semper tempore fiunt, classium autem emissio alieno? nempe quia illa omnia lege aguntur; & vestrum quisque multo ante novit, quis choragus, aut gymnasiarchus tribus, quando, & a quo, & quid capientem, quid agere oporteat, in rebus autem bellicis confuse omnia agimus. simul enim ut increpuit quid, trierarchos constituimus, & his permutationes proponimus, & de quærendis pecuniis consultamus*. Et *de epitrierchemate*: *Cum placuisset, ut senatores pro popularibus ederent, qui ante alios conferrent, meum nomen in tribus populis editum est, quia meum illustre, ac notum patrimonium*.

Quoniam autem choragi dicti sunt, quia in Dionysiis, & Panathenæis chorum duxerunt, propterea ut varii chori, sic choragi etiam diversi extiterunt, quorum alii pyrrhichistis, alii choro virili, alii choro puerili, alii choro cyclio choragi fuerunt. Quod demonstrat Lysias in oratione *de Muneribus*, apud quem Atheniensis nescio quis ita agit, ut dicat, se Theopheno archonte professum, factum choragum tragœdis, triginta minas impendisse, & tertio mense Thargeliis victorem virili choro duo millia drachmarum; Glaucippo vero archonte in pyrrhichistas, Panathenæis magnis, octingentas. eodemque archonte, choragus cum esset viris in Dionysia, victoriam rettulisse, & archonte Diocle Panathenæis parvis choro cyclio trecentas, postea choragum factum puerili choro minas quindecim amplius impendisse. & Isæus, qui Dicæogenem inquit, cum tribui in Dionysia choragus esset, quartum fuisse, tragœdis autem, & pyrrhichistis ultimum. & Demosthenes, qui Mediam tragœdis choragum fuisse ait, se vero tibicinibus viris. Hos autem choros ita duxerunt, ut victum eis suppeditarent, & quidem, sicut Plutarchus in libro *de sapientia Atheniensium* scripsit, musicis artificibus delicatiorem, veluti anguillas, lactucas, & medullam, nempe ad vocem eorum corroborandam: unde quæstio est apud Antiphontem de choreuta quodam, qui cum vocis curandæ caussa apud choragum pharmacum ebibisset, mortem oppetiit. Neque vero victum solum præbuerunt, sed coronas etiam aureas, vestesque chori ipsius, ut scriptum est *contra Mediam*, ornamenta, atque insignia compararunt. inque ea re tantum studii, tantumque industriæ posuerunt, ut magistros, & tibicines præstantiores coram archonte sortiti sint, ludumque habuerint, in quo per magistrum, quem χοροδιδάσκαλον appellabant, chorum ipsum erudiendum, & exercendum curarint. Quod in eadem Antiphon oratione declarat, cum inquit: *Postquam choragus ad Thargelia sum constitutus, sortitusque sum Pantaclem magistrum, & tribum Cecropidem ultra meam Erechtheidem, choragi munere functus sum, quam potui, optimo. ac primum comparavi ludum, in quo etiam, cum Dionysiis choragus fui, docui; deinde chorum collegi, quam optime potui: cumque ego lite distinerer, homines probatos choro præfeci, ut pueris egregie ministrarentur, quæ necessaria essent*. Et item *contra Mediam* Demosthenes: *Cum non constituto tertium hunc annum tribui Pandionidi chorago, instante vero concione, in qua lex archontem sortiri choris tibicines jubet, archon tribus curatores, curatores autem archontem increparent, procedens ego pollicitus sum, me ultro choragum futurum. vobis autem sortientibus evenit, ut mihi primo sors tibicinis eveniret*. Huic autem rei propterea tanto studio servierunt, quia inter ipsos illustre de laude, victoriaque certamen intercedebat, ita ut in Dionysiis qui hymnis canendis alterum superasset, is tripodem præmium ferret, eumque cum magna cærimonia dedicaret. cujus rei meminit Demosthenes in oratione *adversus Phænippum*: *Patres, inquit, tui adeo divitiis affluentes fuerunt, ut uterque tripodem dedicarit, cum ipsi choragi Dionysiis victoriam reportassent*. Et Plutarchus *de Andocide*: *Choragus fuit cyclio choro suæ tribui dithyrambo decertanti, & victoriæ compos factus dedicavit tripodem*. Et Lysias *de Muneribus*: *Cum esset choragus viris in Dionysia, vicit, & cum tripodis dedicatione quinque millia drachmarum impendit*. Memorabile autem illud, in ejusmodi judicio Ajacidarum chorum nunquam ultimum judicatum. credo, quod, ut inquit in *Symposio* Plutarchus, gratiam ei tribui referri voluerint, ex qua Marathonius populus fuerit, & quæ dextrum cornu in Marathonia pugna tenuerit; aut certe quod bellum illud hac tribu prytaneatum gerente decretum sit. Qui vero pueris choragi fuerunt, ii ludorum litterariorum, quo pueri ingenui ventitarent, curam habuerunt, si modo annos nati amplius quadraginta essent. Id autem ita esse Æschines in oratione *contra Timarchum* ostendit: *Solon, inquit, & de adolescentibus ventitantibus, quales esse oportet, & quas ætates habere, & de magistratu, qui eorum curam habiturus esset, scripsit, & postremo de ventitatione puerorum, & de choris encycliis: jubet enim choragum, qui fortunas suas in vos impensurus est, supra quadraginta annos natum, hoc facere, ut, cum ætate temperatissima sit, versetur cum filiis vestris, sic enim in lege scripsit: Choragi vero a populo constituti quadraginta annos amplius nati sint*. Atque hi quidem choragi fuerunt. Gymnasiarchi vero, ut inquit *ad Leptinianam* Ulpianus, qui oleum iis, qui se palæstra exercere vellent, ministrarunt. Epulones autem, qui in sacris, in communi civitatis lætitia, tribulibus suis epulum præbuerunt. Unde dixit Lysias *de Muneribus*; *Ubi Alexia archonte redii, statim gymnasiarchus fui in Promethea, & victoriam retuli duabus minis impensis*. Et Demosthenes *contra Mediam*: *Tribui ego epulum dedi, & Panathenæis choragus fui*. Et *ad Leptinem*. *Quam multi sunt, qui quotannis usitatas λειτουργίας nobis obeunt, choragi, gymnasiarchi, epulones? sexaginta nimirum aut paullo amplius*. Et *de hereditate Philoctemonis* Isæus: *Choragus tragœdis, gymnasiarchus lampade fuit*.

Jam vero quid de trierarchiis, & collationibus dicam, quibus nihil potest esse nobilius? sunt autem trierarchi, qui armamenta triremis, &

victum remigibus dabant, farinam, cæpe, & caseum, ut Plutarchus in libro *de Atheniensium sapientia* prodidit. Collatores autem, qui pro ratione census pecunias conferebant iis, qui in acie pro patria dimicabant. Unde Lysias dixit in oratione *de publicatis Niciæ bonis*: *Nunc Diomnestus, & ego, & frater, cum ex una domo tres simus, trierarchiam obimus, & si pecuniis egeat civitas, ab his vobis conferimus.* Et *de Muneribus*: *Cum pro vobis pericula quotidie adirem, tamen tributum unum triginta minarum, alterum trium millium drachmarum contuli, trierarchus autem per septennium fui, & sex talenta impendi.* Quin etiam Æschines in *accusatione Ctesiphontis* dixit, trierarchos, qui non communia tractent, sed aperte patrimonia sua pro civitatis dignitate profundant, lege repetundarum esse obstrictos. & Demosthenes in oratione *de trierarchia*: *Qui pro civitate trierarchum agit, is non ex communibus bonis rem familiarem amplificat, sed privatis statum civitatis emendat.* Horum autem munerum cum sæpe immunitates darentur a populo, trierarchiarum tamen, & collationum, ne posteris quidem Harmodii, & Aristogitonis, quibus propter tyrannum interfectum singulares semper honores exquisiverunt, vacationem dederunt. Quod docuit multis in locis Demosthenes disputans *contra Leptinem*, maxime autem cum inquit: *Sunt liturgiæ civium, & inquilinorum, quarum utrarumque datur immunitas. trierarchiarum, & collationum in bellum, & salutem civitatis ex veteribus legibus nemo est immunis, ne posteri quidem Harmodii, & Aristogitonis.* Quo factum est, ut, cum propter multas immunitates eorum a populo concessas pauci, iique admodum inopes munera illa obirent, Leptines legem tulerit, ut nemo omnino immunis esset, præter Aristogitonis, & Harmodii posteros, & novem archontes, neque in posterum populo rogato immunitatem dare jus esset. quam legem ut injustam, ac reip. inutilem orationem, quæ extat, Demosthenes accusavit. Ac Solo quidem ab initio propterea census civium constituerat, & ex iis classes quattuor descripserat, Quinquemodialium, Equitum, Zeugitarum, & Theticorum, ut omnes pro ratione fortunarum suarum operam, studiumque suum reip. commodarent, ac ne quis excusatione tenuitatis publicorum munerum onus defugeret, ἀντίδοσιν excogitarat, quæ fuit muneris & fortunarum cum altero permutatio, ut Demosthenes in oratione *de antidosi* scribit. Verum prisca Solonis disciplina novis, ut fit, hominum fraudibus jampridem obsolescente, post placuit, ut tota ratione mutata mille ac ducenti ex universis classibus legerentur, qui cum ceteros divitiis antecederent, soli etiam publicorum munerum onera sustinerent. Unde Pollux, & Harpocratio scripserunt, mille ac ducentos fuisse, ex quibus legerentur liturgi. Hi vero in symmorias divisi sunt quasdam, idque Periandri lege, archonte Nausinico, ut Demosthenes *contra Evergum*, & ex Philochori sententia Harpocratio prodidit. Symmoriarum autem ratio, & munerum horum per symmorias obitio qualis a principio fuerit, significavit in secunda *Olynthiaca* Demosthenes, cum dixit: *Antea conferebatis per symmorias, nunc civitatem tractatis per symmorias; rhetor, princeps utrorumque & prætor sub illo, primique trecenti, alii vero adjuncti estis, partim quidem ad hos, partim vero ad illos.* Quem locum summis obscuritatis tenebris involutum Ulpianus liquidius explicavit his verbis: *Singulæ*, inquit, *tribus centenos vicenos, qui ditissimi essent, a suo corpore prodebant, qui in partes binas sexagenorum hominum singulas dispertiti symmorias viginti efficiebant, sexagenorum hominum singulas, & in singulis tribubus binas. Rursus mille, ac ducentos in duas partes diviserunt sexcentorum hominum utranque; easque rursus in duas, ut essent quattuor, unaquæque trecentorum virorum. isti vero trecenti divitiis omnes antecedebant, & ante alios conferebant, eosque dicto audientes in omnibus rebus habebant. ex quo factum erat, ut omnes in duas partes descripti essent. si quidem qui ab utraque parte erant, quodammodo trecentis ditissimis, qui utrinque erant, adhærebant. singuli autem treceni, qui erant, ut dixi, quadripartiti, proprium rhetorem, & prætorem habebant, sed ita ut rhetores, prætoresque secundorum trecentorum cederent rhetoribus prætoribusque primorum.* Hæc autem ita esse, testimonio etiam Demosthenis facile quivis perspiciet, qui varia ejus loca collegerit, eaque attente consideravit. Nam in prima *contra Aphobum* dixit: *Tutores pro me in symmoriam constituerunt quingentas drachmas conferre secundum vigintiquinque minas.* Et *contra Mediam*: *Ego princeps symmoriæ decem annos fui, conferens non ex præsentibus bonis, quibus a tutoribus spoliatus sum, sed ex fide, quam mihi reliquit pater.* Et *de epitrierchemate*: *Pecuniarum, quas in navium emissionem conferri decrevistis, partem non minimam ego contuli: cum enim placuisset vobis, ut senatores loco popularium ederent, qui ante alios conferrent, meum nomen editum est in tribus populis, quia patrimonium meum illustre, ac notum est.* Quo in loco quosdam fuisse ostendit, qui ante alios, & pro aliis tributum contulerint, idque per ocium postea ab iis exegerint. Et *contra Bœotum*: *Quonam modo prætores inscribent, si in symmoriam inscribant, aut si trierarchum constituant?* Et *contra Evergum*: *Existimavit, me instrumenta reddere civitati coactum iri, aut successori, qui a symmoria ad navem venisset.* Et Isæus *de hereditate Philoctemonis*: *Tributa omnia ambo inter trecentos contulerunt. minor autem iste natu choragus est tragœdis, & inter trecentos relatus est, & tributa confert.* Symmoriarum autem non solum principes, qui ἡγεμόνες, sed etiam curatores fuisse, qui ἐπιμεληταὶ dicti sunt, idem in oratione *pro Ctesiphonte*, & *contra Evergum* ostendit. quorum illos in symmoria divitiis ceteris præstitisse, & propterea principatum symmoriæ tenuisse scribit Harpocratio, hos symmoriam ipsam convocasse, & ad socios de rebus symmoriæ retulisse existimo.

Quod autem ad trierarchias pertinet, intelligendum est, propter sumptus magnitudinem multas in eam rem mutationes invectas esse. nam aliquando duo simul triremem instruxerunt, aliquando tres, aliquando decem, aliquando plures. itemque interdum trierarchi omnia armamenta suis sumptibus compararunt, interdum ea a civitate acceperunt. Hoc autem cum Ulpianus *ad Medianam* scriptum reliquit, tum Demosthenes multis in locis significavit. ut in ea ipsa *contra Mediam*, quam Callimacho archonte dixit: *Ego*, inquit, *annos triginta duos natus trierarchus fui, cum simul duo trierarchi eramus, & sumptus omnes ex propriis familiis faciebamus, & naves ipsi remigibus ornabamus.* & biennio post apud eundem, Molone archonte, Apollodorus cum ageret contra Polyclem, aperte unius triremis duos trierarchos constitutos ostendit, & se nautis a popularibus datis uti noluisse, ut imbecillis, sed optimos sua pecunia conduxisse. Illæ vero συντέλειαι, id est, *contributiones* appellatæ sunt, cum plures in unam triremem pecuniam contulerunt, quo respiciens Isæus *de hereditate Dicæogenis* dixit: *Atqui cum trierarchi constituerentur, neque ipse trierarchus fuit, neque alteri contribuit.* Et Demosthenes *contra Mediam*: *Tum liturgias attigit, cum primum vos mille & ducentos συντελεῖς, id est, contributores, fecistis, a quibus talentum exigentes trierarchias isti*

talento locant. deinde remiges, & armamenta civitas dat, ut eorum nonnulli revera nihil impendant, & liturgia functi videantur, & aliarum liturgiarum vacationem habent. Quæ verba ita accipienda esse adscribit Ulpianus, ut non mille ac ducentos uno talento collato unam triremem construxisse, sed ex mille ac ducentis decem, aut sexdecim exempli gratia in unam contulisse dicamus. Unde addit non multo post: *Talentum a contributoribus exigebant trierarchi, & hoc capiens qui volebat, ipse per annum trierarchus erat, nulla in re contributoribus molestus. multi vero trierarchi domi manentes pro se alios emittebant, alii vero pecunia accepta liturgiam suscipiebant.* Quocirca hæc incommoda, labesque reip. contemplatus Demosthenes, tandem legem tulit, qua rem a mille & ducentis ad trecentos, quibus amplissimæ inter omnes fortunæ essent, redegit, iisque sublatis contributionibus, trierarchiarum onus omne imposuit. cujus legis meminit ipse *pro Ctesiphonte*: *Ego*, inquit, *cum viderem divites parvis sumptibus factis vacationem habere, qui vero modicis, aut parvis copiis præditi essent, bona sua consumere, proptereaque civitatem omnes rei gerendæ occasiones amittere, legem tuli, qua divites in officio continui, pauperes autem injuria liberavi, & quidem multis pecuniis a symmoriarum principibus, aut secundanis, aut tertianis tentatus, ne legem ferrem, aut eam ut in aliud tempus differrem: merito illis quidem. licebat enim eis ex prioribus legibus sexdecim simul liturgias obire, cum ipsi parum, aut nihil impenderent, pauperes autem cives contererent. mea vero lege sanctum est, ut pro facultatibus singuli pensitarent, & qui ante unius triremis sextus, aut decimus erat contributor, ille duarum trierarchus evasit. neque enim jam se trierarchos, sed contributores vocabant.* Quanquam autem in hoc ipse se tam sancte gessisse gloriatur, tamen hanc ei legem probri loco Dinarchus objecit. sic enim in oratione *contra ipsum* inquit: *Sunt ne vestrum aliqui in hoc judicio, qui ex trecentis fuerint, cum Demosthenes legem tulit de trierarchis? non ne narrabitis proximis, ut ille tribus talentis acceptis in singulis concionibus immutarit?* Ut autem post Solonem divitum classes, sic etiam antidoses innovatæ sunt. quod docet Libanius in argumento orationis *de antidosi*: *Erat*, inquit, *classis trecentorum, qui divitiis excellebant, ad quos majores liturgiæ pertinebant. Lex autem dabat, ut qui fortunas suas conturbassent, ac deteriores reddidissent, ex classe trecentorum exirent, si alterum se locupletiorem munere vacuum prodidissent. quem, si confiteretur, inter trecentos pro se referrent; si inficiaretur, ad permutanda secum bona compellerent.* Unde Lysias dixit in oratione *de non dando homini imbecillo stipendio*: *Si constitutus choragus tragœdis provocarem ipsum ad permutationem, decies mallet choragus esse, quam semel permutare.* Demosthenes autem in oratione *de antidosi* leges fuisse inquit, ut quotannis fierent permutationes, easque prætores quotannis trecentis ipsis proposuisse, ita ut si quis ex trecentis editus muneris publici functionem respueret, bona sua cum altero permutaret, quando jurati facultates profiterentur, solemni hoc se jurejurando obstringerent: Indico facultates meas ipsus recte, & juste, præter ea, quæ in operibus sunt argenteis, quæ leges excipiunt; multaque ejusmodi alia observata, quibus universa hæc ratio permutationis exercendæ contineretur.

Atque hæc quidem munera necessaria fuerunt. Voluntaria autem illa, quæ ἐπιδόσεις, id est, *oblationes* sunt dictæ, quæ, ut inquit Ulpianus, difficilibus reip. temporibus in senatu fiebant, bonis civibus certatim sese ultro reip. offerentibus, ac modo pecuniam, modo triremem, modo alia, ut res videbatur poscere, pollicentibus, quod ostendit Demosthenes in oratione *ad Phormionem*: *Cum Alexander*, inquit, *Thebas accessit, polliciti sumus vobis talentum argenteum. modo autem in rem frumentariam pro populo talentum vobis obtulimus.* Et in prima *contra Stephanum*: *Multisque in rebus se utilem præbuit, &, cum quinque triremes ultro pollicitus esset, suisque sumptibus remigibus instruxisset, trierarchias obivit.* Et *contra Mediam*: *Factæ sunt apud vos in Eubœam oblationes primæ. in horum numero non fuit Medias, sed ego, & mecum trierarchus fuit Philinus. factæ sunt secundæ ad Olynthum. ne ex his quidem fuit Medias. tertiæ nunc factæ sunt. tum demum obtulit Medias. quomodo? cum in senatu oblationes fierent, præsens non obtulit. postquam obsideri Tamynis milites nunciatum est, ac reliquos equites omnes, ex quibus iste erat, senatus decrevit exire, tum militiam hanc veritus, in posteram concionem, priusquam proedri consessum irent, progressus obtulit.* Unde Phocionis scitum illud est apud Plutarchum, cum in sacrificium quoddam Athenienses oblationes poscerent, aliis offerentibus, Phocionem sæpe vocatum dixisse: *Postulate ab his divitibus: quia me puderet, si cum huic* (ostendebat autem fœneratorem) *non reddidissem, vobis offerrem.* Græce autem hoc melius, εἰ τούτῳ μὴ ἀποδιδοὺς, ὑμῖν ἐπιδοίην.

CAP. V.

De Præfectis militaribus. Ætas militaris quæ? Sacramentum militare. Peripoli. Militia pedestris. Peditum stipendium. Iidem ex Tribubus conscripti. Equestris militia. Ejusdem stipendium. Probatio equestris. Navalis militia. Turba navalis. Nautæ ex populis conscripti fuerunt. Prætores. Taxiarchi. Hipparchi. Phylarchi. Quæstores militares. Sacræ triremes. Conquisitores peregrinorum. Episcopi.

HACTENUS de muneribus eorum sit disputatum, qui facultates suas ad civitatis commoda contulerunt. nunc dicamus de iis, qui in bello vitam pro salute reip. posuerunt. Hi vero & milites, & militum præfecti fuere. milites autem voco, quicunque in re militari a certo ætatis anno operam suam reip. præstitere. Erat enim legibus sancitum, ut pueri omnes, simul atque octavum & decimum annum attigerant, atque in tabulas Lexiarchicas relati sui, ut supra dixi, juris compotes facti erant, militari se sacramento obstringerent. quemadmodum docuit Lycurgus in oratione *adversus Leocratem*, cum dixit: *Vobis est jusjurandum, quod jurant omnes cives, posteaquam in Lexiarchicas tabulas relati, & ephebi facti sunt, se neque arma dedecoraturos, neque ordinem deserturos, sed patriam defensuros, melioremque tradituros.* Et Ulpianus in orat. *de ementita legatione*, cum scripsit, qui ex pueris in ephebos excedebant, eos in fano Agrauli armatos jurasse, se pro patria pugnaturos. Integra vero hujus sacramenti verba, prout scribit Pollux, hæc fuerunt: Non dedecorabo arma, nec deseram patronum, si in eum incidero, pugnabo pro sacris, & publicis, & solus, & cum multis, & patriam haud deteriorem tradam, & navigabo adversus terram, quancunque accepero, & legibus, quæ extant, & quas populus jusserit prudenter, obediam; & si quis leges tollere voluerit, non permittam. sacra patria colam, testes sint dii Agraulus, Enyalius, Mars, Jupiter. Hoc autem adacti sacramento inde per annos quadraginta duos militare cogebantur, qui a decimo octavo ætatis ad sexagesimum pertinebant. ex quo Eponymi quadraginta duo celebrati sunt, qui fuerunt eorum annorum

archontes singuli, unde non solum anni, sed etiam stipendia civium nomina invenerunt, qui se quotannis in horum tabulas referendos curarunt. quod Harpocratio prodit: Ἐπώνυμοι *genmini*, inquit, *fuere, uni quidem decem numero, unde tribus nomen accepere; alteri vero quadraginta duo, unde ætates appellantur civium in singulos annos a decimo octavo usque ad sexagesimum*. Item; Στρατεία ἐν ἐπωνύμοις, *cujus meminit Æschines in oratione de ementita legatione, quid sit, declarat Aristoteles in rep. Atheniensium, inquiens: Sunt Eponymi decem, qui sunt tribuum; sunt & quadraginta duo, qui sunt ætatum. ephebi vero cum inscribebantur, antea quidem in alba inscribebantur, eisque archon, quo inscripti essent, inscribebatur. nunc vero in senatu describuntur*. Et paullo post: *Utuntur autem Eponymis etiam ad militiam, &, quanam ætate emittant, adscribunt, & a quo archonte eponymo usque ad quem stipendia merere oporteat*.

Prima vero militia terræ Atticæ custodiam habuit. quam qui obierunt a lustranda regione περίπολοι nominati sunt. obierunt autem, simul atque annum octavum & decimum sunt ingressi, & quidem, ut Æschines innuit, per biennium, qui in oratione *de ementita legatione* dixit, se ubi primum ex pueris excessit, per annos duos peripolum regionis fuisse; ut autem Aristoteli, teste Harpocratione, placuit, per annum. qui idem auctor est, ephebos scuto, & hasta a populo in concione accepta, terram Atticam perlustrasse, inque præsidiis ejus excubuisse. Unde Solon in Pisistrati tyrannide, deplorata demum reip. libertate, atque salute, publicum periculum contestatus, scutum, & hastam in concione dicitur abjecisse.

Quoniam autem res omnis bellica aut pedestris fuit, aut equestris, aut navalis, propterea qui hanc tractarunt, aut armati, aut equites, aut remiges fuerunt. antiquissima vero apud Athenienses militia fuit pedestris, quam τῶν ὁπλιτῶν, id est, *armatorum* dixerunt. Hi vero suo sumptu omnia imperatæ militiæ munera obire ita a Solone sunt jussi, ut, quod dixit *contra Timarchum* Æschines, qui ei legi non paruisset, is jus dicendæ in concione sententiæ nullum haberet. Pericles autem, ut qui plebis commodis unus omnium maxime inservivit, primus de militum stipendio tulit. quod Ulpianus *ad orationem de syntaxi* scriptum reliquit. Itaque Thucydides in *tertia historia* prodidit, militi, qui Periclis ætate Potidææ in custodia esset, ejusque ministro drachmas binas in dies singulos numeratas.

His rebus ita constitutis, fiebat, ut cum conscribendus exercitus erat, ἐκ τοῦ καταλόγου, id est, ex iis tabulis conscriberetur, in quibus per tribus civium omnium nomina scripta erant, qui arma ferre per ætatem poterant. Atque ita in suis quisque tribubus instructi cum hostibus de communi salute, inter se autem de laude, & gloria decertabant. sic enim, ut scribit Herodotus, cum Medis in campis Marathoniis dimicatum est, ut universus exercitus in suis quisque tribubus esset instructus. Quocirca narrat Plutarchus, re ex sententia gesta reversisque Athenas novem tribubus, Aristidem prætorem in castris cum tribu sua decima, quæ erat Antiochis, ad prædam barbarorum custodiendam esse relictum. & Thucydides in *sexta* tradit, Atheniensium armatorum tribum, & cum ea equites omnes impressione facta equitatum Syracusanorum universum in fugam conjecisse.

Res autem equestris Atheniensibus aut nulla, aut certe perexigua antiquitus fuit. scribit enim Pollux, naucrarias olim singulas, quæ numero erant, ut supra dixi, octo & quadraginta, binos tantum equites præbuisse. Itaque merito, ut narrat Herodotus, Medi in prœlio Marathonio stultitiam Atheniensium irriserunt, qui pauci numero, & nullo equitum, ac sagittariorum robore septi, tantum animorum atque audaciæ suscepissent, ut secum æquo Marte signa conferre non dubitarent. Ut autem huic malo auctis post civitatis opibus, quoad possent, mederentur, magna illa de Xerxe relata victoria, paceque reip. parta, trecentos primum equites, & sagittarios trecentos instituerunt. neque ita multis post annis, confirmatis ex nova pace viribus civitatis, equites mille ac ducentos, ac sagittarios totidem intulerunt, quod scriptum in Æschinis *de falsa legatione*, & Andocidis *de Pace* orationibus invenitur. His autem equitibus stipendium quoddam ad emendum, ornandumque equum ex ærario assignatum indicat Harpocratio, cum scribit, æs fuisse quoddam κατάστασιν appellatum, quod qui constituti equites erant, ex ærario capiebant, & postquam equites esse desiissent, phylarchis repetentibus reddebant, ut id aliis in eorum locum constitutis attribueretur. atque hoc ipsum significasse Lysiam in *defensione Mantithei*, cum dixit: *Decrevistis, ut phylarchi profiterentur eos, qui equis meruerant, ut ab iis* τὰς καταστάσεις *exigeretis*. Præclarum autem illud in primis, quod, ut supra ostendi, nemo equo merere potuit, nisi qui δοκιμασίᾳ ante excussus fuisset, an instructum, ornatumque equum haberet, usque adeo ut infamia notaretur, qui ad equestrem militiam sine probatione accederet, aut equum inter armatos collocatus ascenderet. Nam habuisse eos equum quem πολεμιστήριον appellarunt, ex oratione *ad Phænippum* elicitur. Unde illud est Lysiæ in oratione *de ordine deserto*: *Ego vos Alcibiadi juste propterea succensere arbitror, qua jubente lege, si quis non probatus equitem agat, infamem esse, hic ausus est, sine probatione equitem agere*.

Quin etiam rem Atheniensibus navalem ab initio modicam affuisse, facile non Thucydidis solum auctoritate mihi persuaserim, qui multis id in *prooemio Historiæ* argumentis ostendit, sed etiam Herodoti, apud quem scriptum est, Athenienses bello, quod cum Æginetis ante Darii in Græciam irruptionem gravissimum gestum est, vix quinquaginta triremium numerum confecisse. probe vero admodum, & vere. nam singulæ, teste Polluce, naucrariæ naves tantum singulas antiquitus præbuerunt. Post autem Themistocles, ut narrat Herodotus, acri vir ingenio, & singulari solertia præditus, Persas Darii bello gravissime lacessitos haud facile quieturos ratus, persuasit civitati, ut ex vectigalibus, quæ ex metallorum Lauriorum fructu redibant, de quibus plebi dividendis tum in populo agebatur, classis in bellum, ut verbo simulabat,Ægineticum, ut re timebat, Persicum centum navium pararetur, populusque ad rei maritimæ studium, quæ sola urbi salutem afferre, & gloriam posset, traduceretur. Itaque cum ipse ea classe haud ita multo post Xerxe rege potentissimo toto mari fuso, atque fugato, opem, salutemque reip. Græciæque universæ tulisset, idem auctor, ut est apud Diodorum, civitati fuit, ut ad præsentem classem viginti quotannis triremes adjicerentur, & triplex, ut scribit Pausanias, Piræei portus, qui, se archonte, ante Xerxis adventum fuerat, teste Thucydide, institutus, absolveretur. Æschines tamen, & Andocides in iis, quas modo commemoravi, *orationibus* apertius ea tempora, & hæc ejusmodi reip. incrementa tradentes, affirmant, primo per Cimonem cum Lacedæmoniis fœdere in quinquennium facto, civitatem centum

triremes in earum locum, quibus Græciam bello Persico liberaverat, quippe rudium admodum, & jam vetustate quassatarum, ædificasse; secundo autem per Andocidem in triginta annos percusso, alteras centum; tertio vero per Niciam in quinquaginta, non minus trecentis. nam Lycurgum Lycophronis filium Demosthenis oratoris æqualem, cum rei militaris apparandæ præfectus esset, quadringentarum demum numerum explevisse notat Plutarchus. Cum autem classem ædificassent, una etiam loca multa ad classis usum extruenda sibi duxerunt, & quidem omnia in Piræeo, ἐπίνειον, sive ναύσταθμον, νεώρια, νεωσοίκους, ὁπλοθήκην, sive σκευοθήκην, id est, *navium stationem*, *navalia*, & *armamentarium*. quæ omnia partim Themistoclis, partim Periclis, partim Lycurgi opera, & monumenta fuerunt. Plato enim in *Gorgia*, νεώρια, & portum tum Themistoclis, tum Periclis consilio scribit esse constructa, Pausanias Themistoclem in Piræeo ἐπίνειον, & νεωσοίκους, Plutarchus Lycurgum νεωσοίκους, & σκευοθήκην extruxisse inquit. Strabo vero Munychiam prodit ambitu suo quondam complexam esse Piræeum, & portus plenos νεωρίων, in quibus & ὁπλοθήκη fuerit, Philonis opus, & memorabilis ναύσταθμος quadringentis navibus aptus, quibus haud pauciores Athenienses emiserint. Quocirca magistratus item, ut video, duos instituerunt, unum, qui classis emittendæ, alterum, qui subducendæ curam haberet. quos illi ἀποστολέας, & ἐπιμελητὰς τῶν νεωρίων appellarunt.

Quoniam autem ad naves primum fabricandas, deinde ad usum militarem complendas infinita prope hominum turba indiguerunt, propterea Themistocles, cui omne rei maritimæ decus Athenis prudentum omnium consensione debetur, inquilinos, & artifices omnes immunitate donavit, ut nautica turba spe præmiorum undique confluente res navalis uberior, ac firmior redderetur. Pericles autem, gloriæ Themistoclis æmulus, illud præterea aliquot post annis, quod narrat Plutarchus, adjecit, ut qui naves conscendissent, per octo mensium spatium stipendium ferrent, & quidem, ut Thucydides *historiæ octavo* mandavit, ternorum in dies singulos obolorum.

Hos autem nautas ex populis per demarchos editos, perspicitur ex oratione *de epitriercbemate*, in qua in hunc modum loquitur Apollodorus quidam: *Decrevistis, ut trierarchi naves deducerent, & senatores, ac demarchi recensum popularium facerent, & nautas ederent. ego vero, ubi nautæ a popularibus conscripti venerunt, & pauci, & imbecilli, eos dimisi, & meo ære nautas quam optimos conduxi.* Quo eodem in loco ostendit, stipendium quoddam turbæ navali adnumeratum, cum inquit: *Ego in singulos menses remigibus stipendia, cum a prætore commeatum solum duorum mensium accepissem, per annum, & menses quinque suppeditavi.*

Cum ergo his omnibus res ipsa militaris constaret, armatis, equitibus, & remigibus, propterea, qui his in bello præessent, diversi instituendi fuerunt, στρατηγοὶ, ταξίαρχοι, ἵππαρχοι, & τριήραρχοι. Ac στρατηγοὶ quidem, quos Latine *prætores* dicimus, deni fuere ex tribubus singulis singuli, a populo, ut reliqui omnes, in comitiis declarati, & quidem non semel, sed, si res tulit, sæpius honore continuato refecti. cujus rei præter ceteros argumento est Phocio, qui, ut scribit Plutarchus, quinquies, & quadragies præturam ultro a populo semper oblatam administravit. Hi vero creati patrium jusjurandum quoddam concipiebant. in quo illud erat in primis, se bis quotannis in Megaridem invasuros. Quod propter Anthemocritum præconem ab iis necatum principio belli Peloponnesii Charini decreto adjunctum, in *Pericle* scribit Plutarchus. Atque ita cum universo exercitui, aut classi Atheniensium imperarunt, tum totum bellum suo ductu, consilioque gesserunt. ita tamen, ut rerum gestarum rationem redderent, nisi si αὐτοκράτορος nomen decreto populi essent consequuti, ut Aristides ad Platæas, & Nicias, Alcibiades, & Lamachus in Siciliam, multique alii, auctore Plutarcho: hanc enim vim hoc nomen αὐτοκράτορος habuit, ut esset, Suida teste, ἀνυπεύθυνος, id est, a referendis rationibus, & omnino a judicio repetundarum liber, ac solutus, remque suo arbitrio, atque auctoritate administraret. Ac primis quidem temporibus prætores omnes ad bella gravissima cum æquo imperio miserunt, ita ut singuli singulorum dierum imperium obtinerent: iis autem Polemarchum undecimum adjunxerunt eo consilio, ut si paribus illi inter se sententiarum momentis de belli gerendi ratione forte contenderent, ipse in alteram partem inclinans, atque propendens omnem consilii capiendi dubitationem eximeret. Quod ostendit Herodotus, ubi de prœlio cum Medis ad Marathonem committendo scribit: *Cum inter decem*, inquit, *prætores de pugna cum barbaris ineunda non conveniret, quique a certamine abhorrebant, superiores essent, Miltiades unus e decem Callimachum Aphidnæum, tum forte Polemarchum adiit, qui sortito ad eum magistratum evectus, undecimus erat* (*nam olim Athenienses*, inquit, *suffragii jure parem prætoribus polemarchum faciebant*) *eoque demum in suam sententiam traducto, expectata diei, imperiique sui vice rem feliciter, & ex sententia gessit.* Post autem magna totius hujus rationis commutatio consequuta est. si quidem & polemarchus domi ad jura, ut supra ostendi, inter cives, & peregrinos dicenda retentus, & prætores quotannis decem creati sunt illi quidem, verum non omnes semper ad bellum; sed modo unus, modo duo, modo plures pro rei periculo, & magnitudine hostium missi sunt. alii vero domi urbanis quibusdam vacantes officiis, sed tamen ad rem militarem spectantibus restiterunt. Quod præter ceteros innuit in prima *contra Philippum* Demosthenes, cum inquit: *Si quis de vobis quæreret, pacem ne agitis Athenienses? minime vero, respondebitis, sed cum Philippo bellum gerimus. at non ne creastis ex vobis ipsis decem taxiarchos, & phylarchos, & prætores, & hipparchos duos? isti vero quid agunt, uno illo excepto, quem ad bellum miseritis.* Ex quo effectum est, ut prætorum duo quasi genera instituta sint, unum eorum, qui ἐπὶ τῆς διοικήσεως, alterum eorum, qui ἐπὶ τῶν ὅπλων appellati sunt. Quod ostendit non obscure idem in oratione *pro Ctesiphonte*, cum decretum esse inquit, ut in summo urbis periculo de iis, qui custodias urbis agere nequirent, judicaret prætor, & is, qui præesset armis, & is, qui jurisdictioni. Armis autem cum dicebant, imperium, quod præcipue in pedites habebatur, intelligebant, quos illi ὁπλίτας, id est, *armatos* vocabant. Unde dixit Plutarchus, Lycurgo Dioclem genitum esse, eum, qui præturam gesserat in armatos. Hæc autem urbana, ac militaria officia ipsi ita inter se partiebantur, ut quod scribit Ulpianus *ad Medianam*, alii ad quoddam tempus rem militarem administrarent, bellumque gererent; alii vero domi manerent, ac vicissim decedentibus iis succederent, imperiumque susciperent. quod idem in oratione *de epitriercbemate* demonstratur. Ac qui urbanam quidem provinciam adepti sunt, quibus de rebus cognoverint, supra dictum est. Qui vero rem castrensem, militaremque curarunt, ii exercitum ipsum tum con-

scripserunt, tum etiam dimiserunt. De conscriptione testis est Plutarhus. *Phocio*, inquit, *prætor electus, edici per præconem jussit, ut omnes, qui intra pubertatis, & septuaginta annorum ætatem essent, extemplo dimissa concione adessent, sumptoque quinque dierum commeatu, se statim in Boeotiam sequerentur*. Item: *Phocio cum in delectu Aristogitonem simulata claudicatione ingredientem longe e tribunali conspicatus esset, scribe Aristogitonem istum, inquit, & claudum, & improbum*. Et Lysias, apud quem miles quidam; *Ut veni, inquit, in urbem, conscriptus miles sum. quod ubi sensi ad prætorem veniens, ostendi me emeritis esse stipendiis, & nihil æqui impetravi*. Et contra Alcibiadem: *Qui sunt, quos lex jubet adesse? non ne quos prætores conscripserunt?* Et contra Diogitonem: *Post hæc conscriptus una cum Thrasyllo eo, qui armatis præfuit, cum eo ad exercitum contendit*. De dimissione significat Demosthenes in oratione *de epitrierchemate*, cum inquit: *Nam ceteri saltem, qui e delectibus venerant ad navem, remanserunt, reditum sibi in patriam reservantes, si se prætor dimisisset*.

Jam vero Taxiarchi deni item ex singulis tribubus fuerunt. Unde dixit idem in oratione *de nomine*: *Cum essem taxiarchus tribus*. & Æschines *de ementita legatione*: *Timenides Pandionidis taxiarchus*. Horum autem negocium fuit, ut ordines militares instruerent, pedites in prœlium mitterent, iisdemque quo ire, & per quot dies cibum parare oporteret, per præconem denunciarent, &, si liberet, militem ex armatorum catalogo delerent. quorum prima in *defensione Mantithei* a Lysia indicantur, cum ait: *Omnibus timore perculsis, jussi, ut taxiarchus ordinem nostrum in prœlium extra sortem immitteret*. reliqua in *expositione Avium* Aristophanis, & in oratione ejusdem Lysiæ *de neglecta militia* inveniuntur, maxime cum inquit: *Opus erat mandare taxiarcho, ut eum ex catalogo armatorum eximeret*.

Ut autem prætores, & taxiarchi peditibus, sic hipparchi, & phylarchi equitibus imperarunt. unde illud est Demosthenis *pro Ctesiphonte*: *Placuit populo, ut prætor, & hipparchus pedestres, equestresque copias ad Eleusinem educerent*. Hipparchi autem duo, phylarchi decem, illi quidem universo, hi vero singularum tribuum equitatui singuli ita præfuerunt, ut, quemadmodum taxiarchi prætoribus, sic phylarchi hipparchis dicto audientes essent. Quanquam autem hipparchi universum in equites imperium habuerunt, remque totam equestrem suo judicio, atque arbitrio gubernarunt, quod indicat Demosthenes, cum Mediæ vitio vertit, quod cum hipparchus esset, legibus quibusdam latis rationem equestrem omnem corruperit: tamen & ipsi prætorum mandatis, atque auctoritati paruerunt. quod *in eundem* ostendit idem, cum inquit: *Cum prætor Phocion equites ad successionem vocasset, Medias ad navim contendit, & quorum equitum hipparchus esse voluit, cum iis non convenit*. Phylarchi vero cum alia multa jura nacti sunt, tum illud in primis, quod equites & constituerunt, & dimiserunt. Ac constitutos quidem paullo ante ex Lysiæ auctoritate in *defensione Mantithei* demostravimus. dimissos autem ejusdem in oratione *de neglecta militia* testimonio possumus confirmare, cum inquit: *Atqui opus erat phylarcho mulctam irrogare, quod Alcibiade e tribu dimoto, vires ordini detraxisset*. Et in superiore *Mantithei oratione*: *Cum decretum esset, ut subsidium ad Haliartum mitteretur, ego conscriptus eques ab Orthobulo, quia videbant omnes, nullum equitibus periculum affuturum, Orthobulum monui, ut meum e catalogo nomen eximeret*.

A Neque vero terrestria solum, sed maritima quoque prætores imperia obtinuerunt. hoc autem adeo manifestum omnibus est, ut nulla veteris scriptoris testificatione indigeat. Ut autem prætores in re maritima trierarchis omnibus, sic singuli trierarchi singulis triremibus, ac ejus triremis remigibus imperarunt. Ac prætores quidem in trierarchos imperium habuisse, eaque quæ sibi e rep. fideque sua viderentur, eis mandasse, satis in re notissima testimonii sint, quæ ab Apollodoro trierarcho apud Demosthenem in oratione *de epitrierchemate* afferuntur; & quod scribit *libro primo* Xenophon de prætoribus decem, qui
B ad populum postulati, quod in prælio ad Arginusas mortuorum civium cadavera e salo non collegissent, omnem ejus rei culpam in trierarchos, quibus id ipsi mandassent, averterunt. nam trierarchorum officium fuisse, ut triremes omni genere armatorum, remigumque ornatas, atque instructas haberent, deque ea laude ipsi inter se studiose contenderent, satis, ut opinor, ante est demonstratum. His autem trierarchis quæstores quoque, ut scribit Harpocratio, sunt attributi, scilicet ut pecuniæ rationes conficerent, quæ in commeatum, stipendiumque sociorum navalium attribuebatur. cujus meminit Apollodorus in oratione, ut supra dixi *de epi-*
C *trierchemate*. Atque hoc cum in aliis triremibus observatum est, ut suos quæque trierarchos, & quæstores haberet, tum maxime in iis, quæ Sacræ dictæ sunt. Hæ vero usque ad Antigoni tempora duæ solæ fuerunt, Salaminia, & Paralus. Salaminiam eandem fuisse tradit *ad Medianam* Ulpianus, atque ea, quæ Delia nominata est. Delia vero fuit, qua Theseus quondam in Cretam ad pœnas Minoi regi dandas est deportatus. hæc enim summa semper religione refecta usque ad Demetrii Phalerei ætatem, Plutarcho teste, pervenit, eaque quotannis ornata, teste Herodoto in *Erato*, & Platone in *Phædone*, in Delum, quæ ad solemne pertinerent sacrificium, devexerunt. per quos dies supplicium
D capitale de aliquo sumere nefas fuit. Paralus, ut scribit Harpocratio, a Paralo antiquo heroe quodam nomen accepit. quique eam conscenderunt, Parali appellati sunt. cujus officii caussa quattuor obolos ceperunt, & majorem anni partem domi traduxerunt. Ambas autem cum ad bellum gerendum, tum ad prætores e bello, si opus esset, ad judicium retrahendos, & omnino ad publica munera celeriter obeunda adhibitas legimus. De bello testis est Plutarchus, qui in prœlio navali Salaminio una cum Themistocle Architelem sacræ triremis trierarchum affuisse narrat. & Thucydides, qui Paralum, & Paralos nautas in Samo fuisse per domi-
E natum Quadringentorum belli caussa scribit; de judicio Thucydides, qui Salaminiam ad Alcibiadem e prætura Siciliensi revocandum missam tradidit, & Demosthenes in oratione *de Chersoneso*, qui adversus hostes, qui legibus devinciri non possent, exercitus, triremes, & tributa necessaria esse inquit; at vero adversus cives decretum, delationem, Paralumque sufficere. His ergo triremibus & trierarchi, & quæstores sunt attributi. trierarchi sacræ triremis meminit eo, quem dixi, loco Plutarchus; Parali de hereditate Dicæogenis Isæus, ut quæstoris Demosthenes, cum inquit, Mediam quæ-
F storem Parali a populo declaratum.

Et quoniam Athenienses non solum domesticis, sed etiam peregrinis in bello copiis, ultimis præsertim temporibus, usi sunt, propterea huc eos etiam pertinuisse arbitror, qui ἐξετασταὶ τῶν ξένων dicti sunt, quod eis negocium datum esset, ut apud socios copiam peregrinorum, qui ferendis apti armis essent, conquirerent. hoc autem indicare videtur Æschines primum in oratione *contra Timarchum*, inquiens: *Missus a vobis peregrinorum conquisitor Ere-*

triam ſolus ex conquiſitoribus pecuniam cepiſſe confeſſus eſt. deinde *de falſa legatione*, cum queritur, cives irreptitios in bello conquiſitores, & apoſtoleos creari.

Quod ſi quorum forte ſuſpectam, dubiamve fidem habuerunt, tum vero ad actiones eorum inſpiciendas, explorandaſque voluntates mittere ſoliti ſunt eos, quos ἐπισκόπους appellarunt, quorum, teſte Harpocratione, meminit Theophraſtus.

CAP. VI.

De Oratoribus, & Legatis. Syndici qui? Rhetores. Legati, ſeu præcones. Iſti quomodo eligebantur?

QUI vero lingua, atque eloquentia fidem, induſtriamque ſuam reip. præſtiterunt, ii nonnullum quidem honorem, ſed non magiſtratus tamen nomine inſignitum ex diſciplina Solonis adepti ſunt. quod ex verbis ejus elicitur, quæ ſunt in *accuſatione Timarchi*: *Ne quis impudicus magiſtratum ullum capiat, neque publico patrocinetur, neque præconem, neque legatum obeat.* His enim non obſcure ſignificavit, ſe oratores, & legatos e magiſtratuum numero dimovere. Quos vero inquit, publico patrocinatos eſſe, ii fuerunt, qui συνδίκοι, & qui ῥήτορες appellati ſunt.

Συνδίκοι fuerunt, qui ad leges ſuadendas ſunt electi, & propterea συνδίκοι τοῖς νόμοις appellati. Quorum meminit *contra Leptinem* Demoſthenes: *Lecti ſunt*, inquit, *legi ſyndici, viri maxima dicendi facultate præditi*. Et poſt: *Quod vero maximum eſt contra hos ſyndicos omnes, ſæpe unuſquiſque eorum antea rebus quibuſdam ſyndicus fuit. eſt autem lex de his, non licere, qui ſuffragio populi creatus eſſet, pluſquam ſemel ſyndicum eſſe. qui vero patrocinaturi ſunt legi, & demonſtraturi, legem eſſe idoneam, eos oportet extantibus legibus obtemperare. ſin minus, ridiculum eſt, legi ſyndicos eſſe, eos vero legem alteram violare*. Ejuſmodi autem legum ſuaſores a populis lectos, ſupra, cum de legum latione diximus, demonſtravimus.

Ῥήτορες autem decem ſorte lecti ſunt, ut in concione, & ſenatu cauſſam publicam, re poſcente, defenderent. cujus officii nomine, quotieſcunque dixerunt, mercedis loco drachmam tulerunt. quemadmodum in *Veſparum commentario* reperitur. atque hoc idem muneris prætores etiam, qui in urbe curarunt, ut ſupra diximus, obiverunt. Quos ambos intellexit *pro Cteſiphonte* Demoſthenes: *Præcone ſæpe rogante, quis loqui vult? nemo tamen proceſſit, neque rhetorum, neque prætorum*. Et Æſchines *de ementita legatione*: *Surgente qui deſcripti erant rhetores, de ſalute civitatis nihil dixerunt*. Et *contra Cteſiphontem*: *Nonnulli maximis magiſtratibus geſtis, & vectigalibus publicis adminiſtratis, & in ſingulis corrupti, accitis ex ſenatu, & populo rhetoribus evaſerunt*. Inſtitutos autem a Solone fuiſſe rhetores, indicat lex ejus, quæ eſt in *accuſatione Timarchi*: *Si quis rhetorum loquatur in ſenatu, aut in populo de re propoſita, non ſeparatim de unaquaque aut bis de eadem, idem apud eoſdem, aut convicio, aut maledicto inceſſat quenquam, aut ſine modo dicat de rebus, quæ ejus loci non ſunt, aut dimiſſa concione, aut ſenatu trahat epiſtatam; jus habeant proedri uſque ad quinquaginta drachmas pro unoquoque crimine inſcribere apud practores. quod ſi majore mulcta dignus videatur, irrogantes uſque ad quinquaginta drachmas inferant in ſenatum, aut in primam concionem*. Hos autem eoſdem συνηγόρους, & mercedem eorum συνηγορικὸν appellatam, in eodem *Veſparum commentario*,

A *rio*, ex Ariſtotelis ſententia, ſcriptum eſt. Itaque Harpocratio συνηγόρους creatos prodidit, ut dicendo adeſſent. In hoc tamen genere aliquid extra ordinem aliquando factitatum, remque a ſorte ad ſuffragium, & a populo ad Areopagum traductam, oſtendit Plutarchus, cum ſcripſit, certamine inter Athenienſes, & Delios, utri ſacro præeſſent, exorto, lectoque qui cauſſam ageret, Æſchine, Areopagi ſenatum Hyperidem manuum ſuffragio declaraſſe. Ut autem rhetores domi voce, atque oratione reip. cauſſam defenderunt, ſic foris legati, & præcones, quos illi πρέσβεις, & κήρυκας appellarunt. Hi vero ad exteras gentes ſociaſque civitates, exponendæ ſenatus, populique voluntatis B cauſſa, de bello, pace, fœderibuſque miſſi ſunt, cum reip. tempora poſtularunt. Quod munus quia ſine ſumma ſolertia prudentiaque explere non potuerunt, propterea Demoſthenes ita *contra Æſchinem* agit: *Qua de re alia ſumenda pœna eſt a legatis, quam de vobis? ſunt enim legati non triremium, neque locorum, neque armatorum, neque arcis domini (nemo enim hæc legatis committit) ſed verborum, & temporum. tempora igitur civitatis ſi non præripuit, non peccavit. mandata vero ſi vera renunciavit, evadat: ſi falſa, & pretio, & inutilia, plectatur. nihil eſt enim in quo graviorem vobis facere injuriam, quam falſis renunciandis, poſſit.* C Quare legati merito non ſorte, ſed populi judicio ad hujus faſtigium muneris aſcenderunt. ut oſtendit in *eadem cauſſa* Æſchines: *His dictis, decretum in populo ſcripſit Philocrates, ut vos legatos decem legeretis ad Philippum, qui cum eo de pace, & communibus commodis agerent: cum autem creandis legatis comitia haberentur, ego propoſitus ſum a Nauſicle, Demoſthenes autem a Philocrate*. Atque hi, ut ceteri magiſtratus, judicio repetundarum obſtricti fuere, niſi ſi cum liberis mandatis miſſi eſſent, quos illi πρέσβεις αὐτοκράτορας nominarunt, ut teſte Xenophonte, cum Piræeo obſeſſo, ad Lyſandrum ducem Lacedæmoniorum de pace legatos D miſerunt. Tantum autem legatis honoris haberere, ut quod elicitur ex Demoſthene, & ejus Interprete, eos a legatione revertentes ſenatus ſæpe cœnatum in Prytaneum vocarit, eorumque reditum ejuſmodi officii, ac judicii genere, quod ampliſſimum ſemper eſt habitum, honeſtarit.

Legatos autem cum antecedere ſoleret præco, qui ſymbolum ferret, quod illi κηρύκιον dixere, tamen ſæpe etiam præco ſolus miſſus eſt, ut Anthemocritus, quem Megarenſes ad ſe publice miſſum interfecerunt. quod ſcriptum reliquit in *Pericle* Plutarchus.

E

CAP. VII.

De Præfectis ſacrorum. Regis, & Reginæ munia. Archon quibus præerat? Polemarchus. Athlothetæ, Agonothetæ. Sacerdotes. Sacrifici. Boonæ. Miagogi. Orgeones. Geraræ. Ciſtiferæ. Theori. Pylagoræ. Hieromnemones.

FINEM totius hujus diſputationis faciam, ſi pauca de Athenienſium ſacris, ejuſque curatori-F bus, atque præfectis adjungam. Omnis igitur Athenienſium religio tribus mihi in rebus poſita potiſſimum fuiſſe videtur, in ſacrificiis, in pompis, & in ludis. Sacrificia, quas illi θυσίας dixerunt, ſolemnis cum victimarum oblatione votorum pro rep. ſuſceptio fuit. eorumque alia patria, alia, quod oſtendit in *Areopagitica* Iſocrates, ἐπίθετα, id eſt, *aſcititia* dicta ſunt. ex patriis autem nonnulla δημοτελῆ, quædam δημοτικὰ fuerunt. quorum ad ea communi nomine civitas, ut inquit Heſychius, victimas dedit, ad hæc vero ſinguli privato nomine

ne populi. Itaque Theopompus *rerum Philippicarum* libro XII. ut est in *Avium commentario*, Athenienses prodidit ἐπὶ ταῖς θυσίαις δημοτελέσι solemnia pro se, & pro Chiis vota diis fecisse. Pompas dixerunt ornatam virorum, mulierumque turbam, quam cum rebus ad sacra pertinentibus ad Mysteria in Eleusinem, & Dionysia, & Panathenæa longo comitatus agmine cum magna cærimonia miserunt. Ludi vero, quos illi ἀγῶνας appellarunt, publica spectacula fuerunt in deorum honorem edita, & magnis sumptibus apparata. quorum scenici, sive musici, ac Dionysiaci dicti, qui in scena, & per scenicos artifices, gymnici vero qui in curriculo, & potissimum per athletas commissi sunt.

Hæc autem non iidem homines omnia procurarunt, sed Rex quidem, quod in Pollucis, & Harpocrationis est monumentis, Mysteria, Lenæa, & Ludos, qui in Lampade dicti sunt, nempe Panathenæa, Hephestia, & Promethea, & insuper sacra etiam patria procuravit, & gentibus, ac sacerdotibus omnibus jus dixit. ad mysteria vero curatores a populo creatos duos ex eumolpidis, unum ex cerycibus ascivit. Regina vero uxor ejus sacris item quibusdam arcanis ex regia rep. conservatis operam dedit. Unde in oratione *contra Neæram* Demosthenes de Theogenis regis uxore dixit: *Et ipsa uxor cum vobis arcana sacra pro civitate faciebat, ea vidit, quæ ipsam videre fas non est, cum sit peregrina, & eo ingressa est, quo nemo alius Atheniensium ingreditur, nisi uxor regis, & jurejurando adegit gerara sacrorum ministras, & sacra patria pro civitate diis fecit.*

Archon autem, ut scribit Pollux, Dionysia, & Thargelia adhibitis curatoribus instruxit, & sacra item patria procuravit, in primis autem ludorum scenicorum curam habuit, usque adeo, ut illius auctoritate ipsa utique spectacula regerentur. siquidem scripsit Aristoteles in *Poeticis*, comœdiam serius factitari propterea cœptam, quia sero archon chorum permiserit. & Demosthenes *adversus Mediam*, archontem in eo munere ita esse versatum, ut ludis Dionysii choragos tribubus, & choragis tibicines procurarit, &, quod prodit Plutarchus in *Cimone*, judices quoque tragœdis sortitus sit. nam de sacris patriis ab eo factis testis est etiam Lysias, qui *adversus Evandrum* inquit, patronos Evandri archontis fortasse ad eam defensionis rationem descensuros esse, ut dicant, fore, si ille reprobaretur, ut, cum in ejus locum mature subsortitio fieri non posset, sacra patria ineunte anno desererentur.

Polemarchus autem Dianæ agresti, & Enyalio sacrificavit, & ludos funebres iis, qui in bello occubuissent, curavit, & Harmodii manibus parentavit, & ut liberi eorum, qui in acie cecidissent, de publico alerentur, providit. quod Pollux, & Ulpianus *ad Timocrateam* notatum reliquit.

Neque vero ludorum cura regi soli, aut archonti, aut polemarcho est commissa, sed iis etiam, quos illi ἀθλοθέτας, & ἀγωνοθέτας dixerunt. Ac Hesychius quidem ex Nicandri sententia ludis gymnicis athlothetam, scenicis vero agonothetam præfuisse notavit. Quod cum confirmet Ammonius, Plutarchus tamen Periclem scripsit Panathenæis musicum agonem instituisse, eumque ipsum athlothetam declaratum ordinasse, ita ut judicaret, quomodo certantes, aut tibiis, aut voce, aut cithara canere oporteret. Pollux autem athlothetas inquit denos ex singulis tribubus sorte lectos, eosque probatos ei curationi per quadriennium præfuisse. Ut autem agonothetæ meminit Demosthenes in oratione *pro Ctesiphonte*, sic athlothetæ contra Bœotum *de nomine*.

Quod autem ad pompas attinet, narrat Plato in *Alcibiade* apparatissimas eas, magnificentissimasque diis quotannis Athenis missas esse. Hæ vero quia ferme instructo celebrabantur exercitu, quod ostendit in *sexto* Thucydides, cum de Hipparcho tyranno per Harmodium, & Aristogitonem interfecto scribit, propterea ab omnibus iis, qui rem militarem administrarunt, prætoribus, taxiarchis, hipparchis, phylarchisque curatæ sunt. Quod declarat in prima *contra Philippum* Demosthenes, cum inquit: *Nonne creastis ex vobis ipsis decem taxiarchos, & prætores, & phylarchos duos? quid igitur isti agunt præter virum unum, quem ad bellum emiseritis? reliqui pompas vobis instituunt cum sacrificulis. ut enim qui luteos fingunt, in forum taxiarchos, & phylarchos creatis, non in bellum.* Et *contra Mediam*: *Creastis hunc etiam hipparchum, cum tamen in pompis in foro saltare non possit.* Quin etiam Plutarchus in *Phocione* scribit, equites decimo nono Munychionis pompam Jovi instruxisse, & Æschines *contra Timarchum*: *Erat urbanorum Dionysiorum pompa. in his autem pompam agebat Misgolas, & Phædrus. cum autem Timarchus se eis pompæ socium futurum professus esset, his in alio apparatu occupatis non venit.*

Præter hos autem magna fuit etiam sacerdotum, ministrorumque sacrorum turba, quibus haud minima pars sacrorum, & cærimoniarum Atticarum est commendata. Sacerdotes, quos illi ἱερέας dixerunt, singulis diis, ut Minervæ, Cereri, Neptuno, Jovi, Apollini, & aliis operati sunt. Ejusmodi vero sacerdotia ex gentibus, sorte esse mandata jam sæpe commemorato Harpocrationis in *lexico* scriptum est. argumento autem non minimo est, quod Minervæ sacra penes Eteobutadas fuerunt; unde illud est Demosthenis in oratione *de falsa legatione*: *Pater meus gente ex ea curia est, quæ easdem aras participat cum Eteobutadis, unde Minervæ Poliadis est sacerdos.* Cereris autem penes Eumolpidas, & Ceryces, quod ex *Alcibiade* Plutarchi cognoscitur. Nam ut Oschophoria a Phytalidis, & Plynteria a Praxiergidis facta sunt, idem in *Theseo*, & *Alcibiade* auctor est, quæ quidem gentium Atticarum nomina fuisse supra cognovimus.

Inter ministros autem numerati sunt ἱεροποιοὶ, βοῶναι, μειαγωγοὶ, γεραραὶ, ὀργεῶνες, κανηφόροι, & si qui alii fuerunt ejusmodi.

Sacrificorum meminit Demosthenes *adversus Mediam*, inquiens, sacrificum se ab Atheniensibus tertium, qui Severis deabus rem divinam faceret, lectum pro senatu εἰσιτήρια ἱεροποιῆσαι: quo in loco ἱεροποιοὺς Ulpianus notat fuisse, qui sacrificantes observarent, ne quam in sacrificiis fraudem committerent. tribus autem Eumenidibus tres sacrificos ab Areopago propterea fuisse lectos, quia earum sacra Areopago essent commendata. Pollux autem tradidit, sacrificos decem sacra quinquennalia fecisse in Delum, Braurone, & in Eleusine.

Quis autem fuerit βοώνης, idem etiam exponit. Siquidem cum Demosthenes dixisset, Mediam ἱεροποιὸν, & βοώνην declaratum fuisse, adjungit, ἱεροποιοὺς fuisse, qui providerent, ne victima debilis esset, & parum idonea, βοώνας autem, qui boves ad dies festos coemerent.

Jam vero μειαγωγοὺς fuisse docet Harpocratio, qui victimam, quæ μεῖον dicebatur, ad curiales adducebant, tum cum puerorum professio inibatur.

Nam ὀργεῶνες, eodem teste, fuerunt, qui ad honorem aliquem deorum, aut heroum convenerunt, Polluce autem, qui in populis statis diebus sacra fecerunt, quæ tum δημοτικὰ, tum ὀργεωνικὰ dicta sunt. unde iidem etiam a populis lecti sunt. quod fortasse significavit Demosthenes in oratione *ad Eubulidem*, cum dixit: *A popularibus prælatus sum, ut sortirer inter nobilissimos sacerdotium Herculis.*

Γεραραὶ, ut inquit Pollux, quattuordecim erant mulieres, a rege conſtitutæ, quæ ſacra ſecreta Dionyſio cum alia θεωρίᾳ faciebant. quas ſolemni hoc adactas a regina jurejurando ſcribit Demoſthenes in oratione *contra Neæram*: Pia, & pura, & munda ſum a ceteris immundis, & a viri congreſſu, & Theognia, & Iobacchea miniſtro Dionyſo ritu patrio, & ſtatis diebus.

Κανήφοροι Virgines fuerunt, quæ, ut ſupra diximus, ciſtas in pompis cum rebus iis, quæ ad ſacrificium pertinerent, geſtabant. de quibus ita Pauſanias in *Atticis*: Virgines duæ non longe a Poliados habitant. eas Athenienſes Ciſtiferas appellant. hæ certum tempus apud Deam commo- B rantur, deinde ubi feſtus dies advenit, per noctem capite tollunt, quæ illas Minervæ ſacerdos ferre juſſit, cum neque ipſa quid ferendum det, neque virgines, quid ferant, ſciant. Talis autem futura fuit in Panathenæis ſoror Harmodii eo die, quo Hipparchum tyrannum Harmodius cum Ariſtogitone ſuſtulit. Atque hæc quidem intra populos obſervata ſunt.

Extra populos autem, quos illi ἀποδήμους appellarunt, numerati ſunt θεωροὶ, πυλαγόραι, & ἱερομνήμονες.

Θεωροὶ vocati, teſte Suida, qui pro patria ad ſacra C extra fines, aut ad ſacros ludos, aut ad alios ſolemnes Græciæ mercatus, aut ad oracula mittebantur. Quare cum Athenienſes ad Antigonum, Demetriumque liberatores ſuos oratores decreviſſent, eos, ut ſcribit Plutarchus, non legatos, ſed

A θεωροὺς, ut qui ad Pythios, aut Olympicos ſacra patria pro civitatibus adducerent, quaſi ad deo quoſdam miſſos vocarunt. Ex quo navis, qua ve hebantur, θεωρὶς, & ſacrificium θεωρία, eorum que princeps, teſte Ulpiano, ἀρχιθεωρὸς diceba tur, cujus meminit Andocides in oratione *de my ſteriis*, cum quendam ad Iſthmum, & ad Olym piam fuiſſe ἀρχιθεωρὸν inquit: & intellexit *contr Mediam* Demoſthenes, cum dixit: *Permiſit m ἀρχιερέα adducere Jovi Nemio pro civitate θεωρίαν*

Πυλαγόραι erant, qui pro parte Athenienſium in Pylæam ad ſacrum Amphyctionum conſeſſum mittebantur, ut ibi cum ceteris, quos alii popul B ejus conſilii participes aliunde miſiſſent, una & ſa crificarent, & de rebus communibus conſilium a gitarent. quo honore Æſchines functus dicitur His autem hieromnemones adjuncti fuerunt, qu ſacrorum ſcribarum munus explentes res in con cilio actas in tabulas publicas rettulerunt. Quod ex Suidæ, Heſychiique *commentariis*, & *Cteſiphonte* Demoſthenis facile intelligitur. Ut autem Amphy ctionum concilium ad Thermopylas ex quibuſdam Græciæ populis, inter quos & Athenienſes fuerunt, jam inde ab Amphyctione rege ſit inſtitutum Pauſanias in *rebus Phocenſium* exponendis edocuit

Quibus rebus omnibus de veteribus conſiliis, ju C diciis, magiſtratibus, ac ſacerdotiis Athenienſium demonſtratis, ſatis jam, ut in tantis & tempo rum, & rerum tenebris potuit, quæ, & quali vetus Athenienſium Reſp. fuerit, quod his libri inſtituimus, patefactum eſſe arbitramur.

F I N I S.



CAROLI SIGONII
DE
TEMPORIBUS
ATHENIENSIUM, LACEDÆMONIORUMQUE
LIBER.

CLARISS. VIRO

ANDREÆ LAUREDANO,

BERNARDINI F.

PATRICIO VENETO,

CAROLUS SIGONIUS S.



IDE, *quanti te faciam*, ANDR. LAUREDANE, *Vir Clarissime, quanquam id quidem merito. neque enim quisquam est omnium, cujus erga me plura, aut majora extent vel amoris signa, vel officii testimonia. Sed vide quæso, quantum ego tua vel tenui commotus admonitione susceperim. Quos ego libros modo de prisca Atheniensium Rep. ex intima erutos vetustate confeci, eos novo Atticorum Temporum, Spartanorumque additamento mihi ornandos sumpsi; ejus scilicet sermonis memor, quem tu mecum domi tuæ superiore anno Venetiis habuisti; cum diceres, opus, quod ego, quemadmodum ex me audiebas, animo agitarem, sine dubio utile, atque adeo etiam plerisque non injucundum futurum, verum propter obsoletam eorum jampridem sæculorum, quæ mihi essent repetenda, memoriam, nimium multis fortasse tenebrarum difficultatibus impeditum. Itaque probe me facturum, si non levissimo huic, quoquo modo possem, incommodo subvenissem. Quam ob rem cum re ipsa, quæ certe aliter evenire, ac tu prudenter, acuteque sensisti, nequaquam poterat, tum præsertim tua, quæ apud me gravissima est, voluntate adductus, feci non invitus, ut perfecta jam tota, quam institueram, de Rep. disputatione, Atticam omnem a Cecrope rege annorum mille, & trecentorum historiam, brevi digestam commentario litteris ita persequerer, ut Athenarum urbis ortus, & incrementa, ut bella, ut seditiones, ut Reip. mutationes, ut ducum denique philosophorumque, atque oratorum nobiliorum ætates, explicatis ordinibus temporum tanquam in picta aliqua ad delectationem tabula demonstrarem. cui operi deinde propter rerum affinitatem, & temporum conjunctionem, longissimam etiam Spartanorum regum omnium seriem, clarissimis cujusque notatis rebus, adjunxi: eo nimirum consilio, ut quoad ipse consequi diligentia possem, nihil in hac disputatione obscuritatis paterer residere, quod quidem parere priscorum temporum, & a nostra longe memoria remotorum ignoratio posset; simulque, ut quanti ego judicium tuum facerem, declararem, quod sequutus vetustissimis, ac præstantissimis actionibus in sua tempora digerendis Græcæ historiæ universæ præsidii, ac luminis aliquid attulissem. cujus historiæ lectione, quantopere ipse delecteris, ostendisti tum aperte, cum nummis antiquissimis, ac tabulis, signisque ex cuncta Græcia magnis sumptibus conquisitis, celebre Museum illud tuum Venetiis ita locupletasti, ut nemo hodie princeps, nemo paullo humanitatis, ac litterarum studiosus existat, quin sibi tam illud visendum, quam Venetias ipsas omni monumentorum genere toto terrarum orbe admirabiles putet. Quo studio illud consequutus es, ut cum priscarum litterarum cognitione, in quibus ipse jampridem ab omni populari remotus ambitione magna cum tua laude versaris, tum illustri in primis doctorum hominum omnium, a quibus propterea merito studiosissime coleris, gratia, & benevolentia floreas. Ex quibus quoniam, quæ tua fuit humanitas, me præcipuo semper amore complexus es, jam illud meæ pariter esse pietatis videtur, ut ego contra & tibi, & clarissimis juvenibus filiis tuis jam pridem ad gloriam horum studiorum, omnisque virtutis laude nitentibus, quodcunque possim, honoris genus, atque observantiæ reddam. cui quidem officio cum justissime, tum vero etiam libentiss. semper, dum vita superabit, inserviam. Vale Bonon. K. Sept. MDLXIV.*

REGNUM ATHENIENSIUM.

REGES.



CECROPS Ægyptius, qui postea Biformis appellatus est, Rex Primus, regnat annos L.
Hic Atticæ incolas in XII. oppida coegit, Cecropiam, Tetrapolim, Epacriam, Deceliam, Eleusin, Aphydnam, Thoricum, Brauronem, Cytherum, Sphettum, Cephesiam, & Phalerum; eorumque principatum Cecropiæ collocavit; urbem, agrumque Minervæ consecravit; Cecropiæ, quam postea Athenas vocavit, regnum instituit; Populum in tribus IIII. distribuit, Cecropidem, Autocthonem, Actæam, & Paraliam; Judicium in Areopago instituit.

CRANAUS Rex II. regnat annos IX.
Hic Cecropis regis gener post mortem ejus regnum adeptus est. Idem tribuum IIII. nomina immutavit, easque Cranaidem, Atthidem, Mesogæam, & Diacridem appellavit. Eo regnante Deucalionis Promethei F. diluvium extitit.

AMPHYCTION Deucalionis F. Promethei N. Rex III. regnat annos X.
Hic Cranao rege, socero suo, pulso, regnum occupavit, idemque consessum Amphyctionum ad Thermopylas constituit, ejusque XII. Græciæ populos participes fecit, Jonas, Dores, Perræbos, Bœotos, Magnetas, Achæos, Phtiotas, Malienses, Dolopas, Ænianas, Delphos, & Phocenses.

ERICHTHONIUS Neptuni F. Rex IIII. regnat annos L.
Hic Amphyctione rege exacto regnum invasit; Tribus IIII. Diacridem, Athenaidem, Posidoniadem, & Hephestiadem appellavit. Panathenæa minora, & virgines Canephoras instituit. Eo regnante Sparta a Lacedæmone rege condita.

PANDION Erichthonii Regis F. Rex V. regnat annos XL.
Hic bellum cum Labdaco Thebanorum rege de agri finibus, accito e Thracia Tereo Martis F. gessit, & re bene gesta Tereo Procnem filiam collocavit. Hoc regnante Ceres, & Dionysius in Atticam venerunt. Ceres filiam Proserpinam quærens ad Celeum Eleusine regnantem divertit, & frumenti serendi rationem Triptolemum Celei F. docuit. Dionysius Icario hospiti suo vitis sationem tradidit. Utrique honores, sacra instituta.

ERECHTEUS Pandionis Regis F. Rex VI. regnat annos L.
Erechtheus, & Butes fratres gemini, Pandionis regis filii fuerunt. quorum Erechtheus regnum, Butes sacerdotium Minervæ, Neptuni adeptus est. ab eo Erechthidæ, ab hoc Butadæ, sive Eteobutadæ profecti sunt.

BELLUM ELEUSINIUM.

Erechtheus rex cum Eleusiniis bellum gessit, auxilio usus Jonis, Xuthi F. Hellenis N. Deucalionis Pron. Eleusinios Eumolpus Thrax juvit, is qui sacra Eleusiniæ Cereris, Mysteria dicta, Eleusiniis tradidit. a quo postea Eumolpidæ appellati. Erechtheus filiam in bello pro salute civitatis devovit; reliquæ sibi mortem consciverunt. majora mysteria Cereris Eleusiniæ Athenas induxit; sacra Boedromia instituit; Forum Prytaneum erexit, Tribus IIII. nominavit, Agricolas, Armatos, Caprarios, & Opifices.

CECROPS minor Erechthei Regis F. Rex VII. regnat annos XL.

PANDIO minor Cecropis Regis F. Rex VIII. regnat annos XXV.
Hic per arma civilia a Metionidis pulsus, a socero Pyla Megarensium rege est restitutus. Eo regnante Dædalus faber insignis Athenis floruit.

AEGEUS Pandionis Regis F. Rex IX. regnat annos XLVIII.

BELLUM CRETICUM.

Androgeo Minois Cretæ Regis F. Athenis, dum Panathenæa celebrarentur, per insidias interempto, Athenienses a Minoe bello petuntur. eo in bello Hyacinthi filiæ placandi numinis caussa mactatæ. Theseus ab Ægeo patre ad pœnas Minoi regi lege victoriæ dandas in Cretam missus, Minotaurum in Labyrintho necavit, & Minois filias Ariadnam, Phædramque abduxit. Reversus domum Palantidas insidias sibi parantes interemit: Marathonium porcum sustulit. Ægeus Delphinium forum instituit.

THESEUS Ægei Regis F. Rex X. regnat annos XXX.

BELLUM AMAZONUM, ET EURYSTHEI.

Hic Helenam Tyndarei Regis Spartæ filiam rapuit, eamque Aphydnis collocavit: Bellum cum Amazonibus ad Athenas gessit, earumque unam Hippolytam sibi despondit: Heraclidas ab Eurystheo Mycenarum rege post Herculis patris obitum Peloponneso ejectos Athenis excepit, eosque contra Eurystheum bello in terra Attica gesto defendit: Athenarum urbem auxit, eoque Atticos omnes ex XII. oppidis, agrisque compulit; Oschophoria, Metœcia, Panathenæa magna, & Mysteria parva instituit: Populum in Eupatridas, Agricolas, & Opifices divisit: Popularem reip. statum demonstravit.

MENESTHEUS Petei F. Ornei Nepos, Erechthei regis Pronepos, Rex XI. regnat annos XXIIII.

A Hic feditione in abfentem Thefeum regem Athenis excitata, regnum occupat, ope Tyndaridarum, quorum fororem Helenam ille rapuerat, & cum ceteris Græcis ad Ilium expugnandum profectus, moritur.

DEMOPHOON Thefei regis F. Rex XII. regnat annos XXXIII.
Hic Meneftheo rege mortuo regnum paternum recuperavit. Idem Palladium forum, & Ephetas, & Phreattium forum inftituit. Ejus regni anno primo TROJA CAPTA.

B OXYNTES Thefei Regis F. Rex XIII. regnat annos XII.
Mortuo fine filiis Demophoonte rege, Oxyntes frater ejus regnum fufcepit.

APHIDAS Oxyntæ regis F. Rex XIIII. regnat annum I.
Dodonæi Jovis oraculum Athenienfibus redditum, ut Spartanis parcerent, fi quando fupplices ad aras Eumenidum & in Areopagum confugiffent.

THYMOETES Oxyntæ regis F. nothus, Rex XV. regnat annos VIII.
C Thymœtes Oxyntæ regis F. ex concubina ortus, Aphidante rege fratre interfecto, regnum occupavit; & ultimus ex familia Erechthidarum Athenis regnavit.

MELANTHUS Andropompi F. Meffenius, Rex XVI. regnat annos XXXVII.

BELLUM BOEOTICUM.

Melanthus Meffenius ab Heraclidis in Peloponnefum reverfis domo pulfus, Athenas venit, & interfecto fingulari certamine Bœotorum hoftium, quibus D cum bellum tum forte ab Athenienfibus gerebatur, duce Xantho, Thymœte rege abdicante, ad regnum evehitur. ab eo Melanthidarum familia ducta. Idem Apaturia facra Athenis inftituit.

CODRUS Melanthi regis F. Rex XVII. regnat annos XXI.

BELLUM LACEDÆMONIUM PRIMUM.

Dores, qui Peloponnefum incolunt, Athenienfibus, quod Megara coloniam E condidiffent, bellum intulerunt. Athenienfes Codro rege duce, cum fe ex vaticinio quodam, pro patriæ falute devoviffet, victoriam rettulerunt. Spartani, qui intra portas irruperant, ad aras Eumenidum fe receperunt, & incolumes dimiffi funt. hoc primum bellum cum Lacedæmoniis fuit.

ARCHONTES
PERPETUI. F

MEDON Codri regis F. Archon primus, imperat annos XX.
Codro rege a Doribus hoftibus interfecto, placuit Regum imperium imminuere, atque referendis rationibus obnoxium reddere; neque Reges in pofterum, verum Archontes creare. ex quibus fuit Medon, unde familia Medontidarum eft appellata. Horum Archontum obfcuriffima tempora, factaque funt.

AGASTUS Archon II. annos XXXVI.
ARCHIPPUS Archon III. annos XIX.
THERSIPPUS Archon IV. annos XLI.
PHORBAS Archon V. annos XXXI.
MECADES Archon VI. annos XXX.
DIOGENETUS Archon VII. annos XXVIII.
PHEREDUS Archon VIII. annos XIX.
ARIPHRON Archon IX. annos XX.
THESPIEUS Ariphronis F. Archon X. annos XXVII.
AGAMENESTOR Archon XI. an. XX.
ÆSCHYLUS Agameneftoris F. Archon XII. annos XXIII.

OLYMPIADES INSTITUTÆ.

Æfchyli archontis anno fecundo Iphitus ludos Olympicos in Elide, ut quarto quoque anno celebrarentur magno totius Græciæ conventu, inftituit. Quod annorum fpatium Olympias appellatum eft. atque ex hoc tempore apud Græcos anni ex Olympiadibus digeri, ac numerari cœpti.

OLYMPIADE I.
Primus annus primæ Olympiadis in annum XXXIIII. Nicandri regis Lacedæmoniorum incidit, ut fcribit Clemens, & in fecundum Æfchyli archontis Athenienfis, ut prodit Eufebius.

II.
III.
IIII.

Hac Olymp. Abaris ab Hyperboreis Athenas legatus miffus, ut pro univerfali peftilentia ex oraculo facrificarent.

V.
VI.

ALCMÆON Æfchyli F. Archon XIII. annos II.

ARCHONTES DECENNALES. VII

CHAROPS Æfchyli F. Archon XIIII. annos X.
Alcmæone archonte perpetuo mortuo, placuit Athenienfibus, ut archontes in decennium tantum imperium obtinerent. primufque Charops Æfchyli F. creatus eft. Charopis archontis decennalis anno primo, qui incidit in annum primum Olympiadis feptimæ, ROMA a Romulo in Latio condita eft.

VIII.
IX.

ÆSIMEDES Æfchyli F. Archon XV. annos X.

X.
XI.

CLIDICUS Æfimedæ F. Archon XVI. annos X.

XII.
XIII.
XIIII.

HIPPOMENES Archon XVII. annos X.
Hic adulterum cum Limonia filia deprehenfum, unaque filiam ipfam exquifito fupplicio interfecit.

XV.
XVI.

Hujus olympiadis anno III. Numa A
Pompilius Romæ regnum iniit.

XVII. LEOCRATES Archon XVII. annos X.

XXIII.
XIX.

ABSANDER Archon XIX. annos X.

XX.
XXI.
XXII.

ERYX Archon XX. annos X.

XXIII.

Hac olympiade vixiſſe Homerum poetam contendit Archilochus.

XXIII. B

DEMOCRATIA
ATHENIENSIUM.
ARCHONTES ANNUI.

Hujus olympiadis anno III. ab Athenis conditis DCCCLXVII. archontum decennalium imperio abrogato, ſumma rerum novem archontibus quotannis eſt mandata, Regi, Archonti, Polemarcho, & Theſmothetis ſex. C
permiſſumque, ut ab Archonte anni ſinguli nominarentur. Primus archon annuus fuit CREON, ſecundus TLESIAS. Ab hoc tempore Democratia Atheniensium initium capit.

XXV.
XXVI.

Hujus olympiadis anno primo Carnia ſacra Spartæ inſtituta, ſecundo vero, archonte LEOSTRATO, TULLUS Hoſtilius Romæ regnum excepit.

XXVII. AUTOSTHENES.
XXVIII. MILTIADES. D
XXIX. ARCHIMEDES.
XXX. MILTIADES.

Hujus olympiadis anno II. Cypſelus Crionthi tyrannidem occupavit.

XXXI.
XXXII.
XXXIII.
XXXIV.
XXXV.

Hujus olympiadis anno II. archonte DAMASIA, Thales Mileſius primus e ſeptem Græciæ Sapientibus natus eſt. Ancus Marcius Romæ regnum ſuſcepit. E

XXXVI.
XXXVII.
XXXVIII.

Periander Cypſeli F. tyrannidem Corinthi excepit.

XXXIX.

DRACONIS LEGISLATIO.

Hujus olympiadis anno IIII. DRACO civis Athenienſis primus leges populo, & democratiæ Athenienſi nullis dum legibus aſtrictæ ſcripſit. F

XL.
XLI.

Hujus olympiadis anno II. archonte ENOCHILO Tarquinius Priſcus Romæ regnum iniit.

XLII.
XLIII.

BELLUM MITYLENÆUM.

Hac olympiade Athenienſes de Sigeo & Achilleo oppido cum Mitylenenſibus bellum geſſerunt, ducibus illinc Phrynone, hinc Pittaco Mitylenæo, qui Sapiens fuit unus e ſeptem. Demum Periander Cypſeli F. Corinthi tyrannus, arbiter inter Athenienſes, & Mitylenæos lectus, litem Athenienſibus adjudicavit.

XLIIII.
XLV.

Hac Olympiade Cylon civis Athenienſis ſociis multis aſſumptis tyrannidis invadendæ cauſſa arcem Athenis occupavit, atque ibi ab Athenienſibus diu obſeſſus, cum tandem ad aram Minervæ ſupplex confugiſſet, a Megacle Alcmæonide, & collegis archontibus eſt interfectus.

SEDITIO PRIMA.

Seditione adverſus Megaclem, ceteroſque, qui piaculo commiſſo, Cylonem, Cyloniosque ſocios ad aras obtruncarant, excitata, plerique eorum judicio in eos ex Solonis ſententia conſtituto pœnas dederunt.

BELLUM MEGARENSE PRIMUM.

Salamis, quæ antiqua Athenienſium poſſeſſio fuerat, ad Megarenſes defecit. Ea de re Athenienſes bello cum Megarenſibus parum proſpere geſto, Niſæam oppidum etiam amiſerunt.

XLVI.

Hujus olympiadis anno primo civitate multis incommodis, & præterea peſtilentiæ morbo affecta Epimenides Phæſtii F. e Creta accitus Athenas venit, & civitatem ſacrificio quodam facto expiavit.

SEDITIO SECUNDA.

Ejuſdem anno II. archonte PHILOMBROTO, Pediæi, Diacrii, & Paralii ſeditionem novam propter æris alieni, quo demerſi erant, magnitudinem, Athenis excitarunt. cui malo cum finis nullus appareret, Soloni, civi Athenienſi, eidemque e novem Sapientibus uni ſeditio componenda, & Reſp. novis legibus conſtringenda commiſſa eſt.

SOLONIS
LEGISLATIO.

Ejusdem anno III. SOLON archon, & legiſlator declaratus novis tabulis inductis, ſeditionem ſedavit, & Remp. novis legibus temperavit, Draconis legibus, præterquam quæ de cæde latæ erant, ſublatis.

XLVII.

Hac olympiade Anacharſis Scytha ſapiens Athenas venit, & cum Solone de legibus inſtituendis diſputavit.

XLVIII.

XLIX. L. BELLUM MEGARENSE II. A

Cum bello adversus Megarenses de recuperanda Salamine sæpe infeliciter gesto, capitali pœna sanctum esset, ne unquam amplius ea de re verba in populo fierent, Solo stultitia simulata, versibus in foro eam expeditionem suasit. Pisistratus Hippocratis F. juvenibus matronarum cultu ornatis, cum hostes decepisset, Salaminem, & Nisæam recepit. Ejus inde rei arbitrio ad quinque viros Lacedæmonios rejecto, Solo cum B Homeri testimonio, tum vetere sepeliendi ritu allato, Salaminem ad Athenienses pertinere docuit, atque inde per decennium ab urbe recessit.

LI. Hujus olympiadis anno IIII. archonte ARCHESTRATIDE, Ser. Tullius Romæ regnum inivit.

LII. Hujus olympiadis anno III. archonte ARISTODEMO, Pittacus Mitylenæus sapiens mortuus est, Chilone La- C cedæmonio item sapiente jam ætate confecto.

SEDITIO TERTIA.

LIII Hac olympiade Athenis inter Pediæos, Paralios, & Diacrios seditio iterum exarsit, cum Pediæis Megacles, Paraliis Pisistratus, Diacriis Lycurgus adesset. cui seditioni Solon e peregrinatione reversus intervenit.

PISISTRATI TYRANNIS. D

EJUSDEM olympiadis anno III. archonte COMIA, Pisistratus rebus Megarensi bello nuper a se pro Rep. bene gestis, populo expositis, & inimicorum insidiis adversus se simulatis, cum se ipsum virgis mulctasset, quem ab inimicis mulctatum diceret, custodes corporis sui trecentos adversus eos a populo postulavit, eosque frustra adversante, & malum præmonente Solone obtinuit. atque ita arce occupata ty- E rannidem extemplo exercuit.

Ejusdem olympiadis anno IIII. qui fuit alter, postquam Pisistratus tyrannidem occupavit, archonte Hegestrato, Solon LXXX. annos natus diem sum obiit.

LIIII. Hujus olympiadis anno II. Pisistratus tyrannus a Megacle, & Lycurgo, quibus cum seditiose contenderat, urbe ejicitur.

LV. Hujus olymp. anno III. Pisistratus exul F præmissa in curru in urbem muliere, quæ Deæ cultu ornata, quasi Minerva, populum de se restituendo moneret, Megaclis inimici sui filia sibi desponsa, in civitatem, tyrannidemque reducitur.

LVI. Hujus olympiadis anno IIII. Pisistratus tyrannus arma a Megacle socero rei uxoriæ improbe administratæ caussa adversus se parari sentiens, urbe cedit, & Eretriam se confert.

LVII. LVIII. ERICLIDES.

Cyrus rex Persarum victor Sardes, ubi Crœsus rex Lydorum latebat, ingressus est. Anaximander Milesius philosophus annos natus LXIIII. mortuus, qui Thaletem sapientem audiverat.

LIX. Hujus olympiadis anno II. Pisistratus exul post annos XI. quam urbe cesserat, exercitu comparato, & secundo prœlio ad Marathonem cum civibus suis facto, urbe potitus tyrannidem confirmat. vir alioquin de omni genere humanitatis optime meritus. quippe qui versus Homericos antea dissipatos per Aristarchum grammaticum in unum, ut nunc sunt, corpus redegerit, & libros disciplinarum liberalium publice ad legendum præbendos primus Athenis posuerit.

LX. LXI. PISISTRATIDARUM TYRANNIS.

Hujus olympiadis anno III. Pisistrato tyranno mortuo, filius ejus HIPPARCHUS tyrannidem, ut vulgo creditum est, excepit. Ejusdem olympiadis anno IV. archonte HERCULE Tarquinius Superbus regnum Romæ inivit, idque in tyrannidem transtulit.

LXII. LXIII. LXIIII. MILTIADES.

Hujus olympiadis anno IIII. Darius regnum Persarum iniit.

LXV. Hujus olympiadis anno I. Harmodius, & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt. Quo facto exacerbatus HIPPIAS frater ejus tyrannidem multo sæviorem continuavit.

TYRANNI EXACTI.

Ejusdem olympiadis anno IV. Lacedæmonii sæpe a Pythia moniti, ut liberarent Athenas tyrannide Pisistratidarum oppressas, primum Anchimolium ducem, deinde Cleomenem Anaxandridæ filium regem cum exercitu miserunt, & Hippiam tyrannum diu obsessum tandem urbe cedere coegerunt. Hujus autem exactionis auctor Clisthenes Alcmæonides civis Atheniensis fuit, qui Pythiam induxerat, ut Lacedæmonios de rebus suis se consulentes ad Athenas liberandas adhortaretur.

LXVI. SEDITIO QUARTA.

Exactis autem tyrannis, Clisthenes, & Isagoras cives Athenienses inter se de principatu contendere cœperunt. Clisthenes populo in decem tribus diviso, & constituta rep. Isagoram urbe expulit. Ab eodem Demarchi, Phylarchi, Apodecte, & ostracismus est institutus. Nomina vero decem tribuum ab eodem inductarum, hæc fuerunt, Cecropis, Erechthetis, Pandionis, Ægeis, Oeneis, Acamantis, Leonis, Hippothoontis, Antiochis, & Ajacis. Isa-

Isagoras inde a Cleomene Spartæ rege reducitur, Clisthene, & reliquis, qui scelere Cylonio se quondam obstrinxerant, urbe exactis.

Post autem Cleomene ex arce, quam cum Isagora occuparet, ab Atheniensibus dejecto Clisthenes restituitur.

BELLUM LACEDÆMONIUM II.

Ad extremum Cleo menes rex accito Sparta & altero rege Damarato Isagoram reducturus, Eleusinem cum exercitu primum invasit, deinde alienatis sociorum animis, irrito conatu inde discessit.

LXVII. BELLUM CHALCIDENSE, & BOEOTICUM.

Athenienses hoc tempore bellum cum Chalcidensibus Eubœæ bene gesserunt, & magnum hinc ad amplitudinem, & potentiam gradum fecerunt, præsertim vero Bœotis, qui se Chalcidensium defensores professi erant, etiam prœlio profligatis.

LXVIII. ISAGORAS.

Hujus olympiadis an. I. tyranno SUPERBO exacto Consules primi Romæ inierunt.

LXIX. BELLUM ÆGINETICUM.

Æginetis bellum ab Atheniensibus illatum, quod, præter veteres simultatum caussas, Bœotos armis bello superiore juvissent. idque vario utrinque eventu mari diu gestum.

LXX. MYRUS.

LXXI.

1. HIPPARCHUS.

2. . . . .

3. THEMISTOCLES.

Piræei portus prima fundamenta jacta sunt.

4.

LXXII.

1. DIOGENETUS.

2. HYBILIDES.

3. PHAEHIPPUS.

BELLUM PERSICUM DARII.

Darius rex Persarum ab Hippia quondam tyranno, tunc exule, & jam sene concitatus, duce exercitus Dati, in Atticam magno conatu se intulit, cui cum Athenienses, cunctantibus Lacedæmoniis occurrissent, prœlio ad Marathonem Miltiade Cimonis filio duce commisso, prospere pugnarunt, regisque copias profligarunt. quo in bello Aristides etiam cognomento *Justus* egregiam operam navavit.

4. ARISTIDES.

LXXIII.

1. ANCHISES.

4. LACRATIDES.

3. . . . . .

Dario Persarum regi mortuo Xerxes successit.

4. . . . . . .

LXXIIII.

1. LEOSTRATUS.

2. . . . .

Aristides cognomento *Justus* per ostracismum urbe pulsus est.

3. . . . . . .

A . . . . 4.

BELLUM PERSICUM XERXIS. LXXV.

CALLIAS. 1.

Xerxes rex Persarum cladem superiore bello acceptam ulturus, Hellesponto ponte juncto, Athoque monte perfosso cum maximo exercitu, & ingenti classe, trajecit in Græciam. Cui cum obviam Athenienses, Lacedæmoniique consociatis armis venissent, Laced. terra, duce Leonida rege ad Thermopylas, ad
B unum cæsi sunt, Athenienses autem ad Artemisium, & Salaminem, ducibus Themistocle Atheniensi, & Euribiade Laced. mari bene pugnarunt. Athenæ, quas Athenienses translatis in Salaminem pueris, mulieribusque reliquerant, a barbaris incensæ, ac dirutæ sunt. Aristides ante tempus ab exilio revocatus. Euripides poeta natus. Anaxagoras Clazomenius annos XX. natus cœpit Athenis philosophari, atque ei muneri per annos XXX. operam dedit,

XANTHIPPUS. 2.

C Græci cum Mardonio duce Xerxis bene pugnarunt ad Platæas in Bœotia ducibus Aristide Atheniensi, & Pausania Laced. tutore Plistarchi regis, Leonidæ, qui ad Thermopylas ceciderat, filii. eademque hora ad Mycalem in Ionia ductu Xanthippi Atheniensis, & Leotychidæ regis Lacedæm. Athenienses duce Xanthippo Sestum Medorum oppidum in Hellesponto occuparunt. Aristides e bello domum reversus legem fert, ut magistratus, qui divitibus solis Solonis lege
D patebant, omnibus civibus æque communicarentur.

TIMOSTHENES. 3.

Athenienses opera Themistoclis muros urbis bello Persico eversos, adversantibus Lacedæmoniis, reficiunt.

ADIMANTUS. 4.

PRINCIPATUS ATHENIENSIUM.

Athenienses consilio Themistoclis Piræei portum absolvunt, & rei maritimæ
E studio se dedunt. Pausanias dux Laced. cum ad Græcas civitates liberandas missus, eas Persis proderet, convictus, capite mulctatur. Aristides Justus eas Atheniensibus adjungit, & Græcorum imperium ad Athenienses defertur. Ejusdem Aristidis opera ærarium in Delo a Græcis contra Persas constituitur, & Hellenotamiæ tum primum creantur.

LXXVI.

PHÆDO. 1.

F DROMOCLIDES. 2.

Laced. ægre ferentes principatum ad Athenienses delatum, bellum adversus eos decernunt, & consilio Etœmaridæ dimittunt.

ACESTORIDES. 3.

MENO. 4.

LXXVII.

CHARES. 1.

PRAXIERGUS. 2.

Themist. criminatione Lacedæmonio-

rum Athenis ostraco pulsus, ad Xerxem Persarum regem profectus, moritur.
3. DEMOTION.

BELLUM IN PERSAS I.

Cimon Miltiadis F. ab Atheniensibus ad liberandas dominatu Persico Græcas civitates missus, Eiona, & Scyrum recipit, cum eam tenerent Medi, hanc Pelasgi. atque Scyrum coloniam deduxit, Naxum subegit, & Cariæ, Lyciæque civitates partim vi, partim amicitia sibi adjunxit. & in Pamphylia Tythraustem Persarum ducem maritimo prœlio ad Eurymedontem, eodemque die terrestri, Teredatem vicit.
4. APHEPSIO, alias PHÆDO.
Cimon victor domum reversus, judicium, certamenque tragœdorum instituit. Ilotæ, & Messenii illato Lacedæmoniis bello, ubi Ithomen, Messenes arcem, ab iis obsideri viderent, bello decennali finem fecerunt.
Athenienses cum ad obsidendam Ithomen essent a Laced. accersiti, missusque cum exercitu esset Cimon, ab iis remissi sunt. Socrates philosophus nascitur.
LXXVIII.
1. THEAGENIDAS.
Andocides orator nascitur.
2. LYSISTRATUS.
3. LYSANIAS.
Thrasybulus rex a Syracusanis in Sicilia pellitur, a quo usque ad Dionysium tyrannum liberæ Syracusæ per annos LX. fuerunt.
4. LYSITHEUS.
Xerxi Persarum regi interfecto successit Artaxerxes.
LXXIX.
1. ARCHIDEMIDES.
Athenienses Thasios rebellantes, & Aeginetas subegerunt, duce Cimone, & mari victores, colonos Amphipolim, quam tenebant Edoni, deduxerunt. post in Thraciam ingressi terra cladem acceperunt.
2. TLEPOLEMUS,

BELLUM IN PERSAS II.

Athenienses auxilia Inaro regi Aegyptiorum contra Persarum regem Artaxerxem, cujus potentiam extimescebant, decernunt: Persas novis belli caussis, armis insequuntur.
3. CONON.
Persæ ab Aegyptiis ope Atheniensium fugantur duce Cimone. Laced. denegant auxilia Persis contra Athenienses.
4. EVIPPUS.
LXXX.
1. PHASICLIDES, alias PHRASICLES.
Athenienses male re gesta in Aegypto contra Persas, ab Artabazo, & Megabizo Persarum ducibus sub fœdere Aegypto dimissi.
Ephialtes, quod legem tulisset, ut judicia Areopagi dissolverentur, clam necatus.
2. PHILOCLES.

BELLUM CORINTHIUM.

Athenienses alienati a Laced. quod bello ad Ithomen, ex sociis soli repulsi essent, cum Argivis hostibus Lacedæmoniorum, & Thessalis amicitiam junxerunt, & societatem belli adversus Persas diremerunt. Exulibus Ithomensibus receptis Naupacti sedes dederunt: Megarenses a Laced. rebellantes in societatem receperunt, & Megara tenuerunt, eaque de caussa in BELLUM CORINTHIUM inciderunt cum Corynthis, & Epidauriis terra male pugnarunt ad Halias, mari vero ad Cecryphaliam, bene. Iidem Aeginetas prœlio maritimo subegerunt ad Aeginam duce Leocrate. Lysias Syracusanus, orator, qui postea Athenis floruit, natus est.
BION. 3.

BELLUM LACEDAEMONIUM III.

Athenienses Corinthios Megaricum agrum adortos duobus prœliis vicerunt duce Myronide. & Laced. revertentes a bello Phocensium victores adorti male pugnarunt ad Inagrem in Bœotia duce Pericle. & hoc est tertium cum Lacedæmoniis bellum.
MNESITHIDES. 4.
Athenienses audito, Laced. & Thebanos adversus se societatem inisse, cum e is congrediuntur, & duobus prœliis eos fundunt duce Myronide, in Oenophytis, quo duce Bœoti etiam, Phocenses, Locrenses, Thessalique subacti. Iidem longos muros absolvunt, alterum ad Phalerum, alterum ad Piræeum. Aeginetæ Atheniensibus pacti tributum se dedunt.
LXXXI.
CALLIAS. 1.
Athenienses in Lacedæm. profecti duce Tolmide, Gytheum, Zacythum, Cephalleniam, & Naupactum occupant, & agrum Laconicum vastant.
SOSISTRATUS. 2.
Athenienses duce Pericle agrum Laconicum populantur, & Acarnanum civitates sibi adjungunt.
ARISTO. 3.

FOEDUS CUM LACEDAEMONIIS.

Athenienses fœdus faciunt quinquennale cum Lacedæm. per Cimonem.
LYSICRATES. 4.
Pericles in Peloponneso contra Sicyonios bene pugnat. prædatur agrum Oeneadum in Acarnania & in Chersoneso agrum colonis dividit.
LXXXII.
CHAEREPHANES. 1.
ANTIDOTUS. 2.
EUTHYDEMUS. 3.

BELLUM IN PERSAS III.

Athenienses iterum moverunt Persis bellum pro libertate Græcarum civitatum, & duce Cimone ad Cyprum bene pugnarunt, tum ab Amyrtæo in paludibus Ægypti regnante vocati.
PEDIEUS. 4.
Persæ a Cimone duce Athenienses victi pacem cum Atheniensibus componunt, & liberas Græcas Asiæ civitates relinquunt. Cimon moritur morbo in Cypro.

LXXXIII.
1. PHILISCUS.

BELLUM LACEDÆMONIUM IIII.

Megarenses cum ab Atheniensibus ad Laced. defecissent, ab Atheniensibus vastato Attico agro, funduntur. Pericles pecunia Plistonactem regem Laced. ut recederet, impulit, & hoc bellum quartum cum Lacedæmoniis fuit. Idem gerit bellum in Eubœa.

2. TIMARCHIDES.
Lacones Atticam vastarunt. Tolmides Atheniensis ad Coroneam cum Bœotis cadit. Athenienses Bœotiæ civitates liberas relinquere coguntur.

3. CALLIMACHUS.

BELLUM EUBOICUM. FOEDUS CUM LACEDÆMONIIS.

Eubœæ civitates aliquot deficientes Pericle duce subactæ. Athenienses cum Lacedæmoniis fœdus percutiunt per Andocidem in annos xxx. aut, teste Diodoro, per Calliam & Charetem.

4. LYSIMACHIDES.
Esliæi in Eubœa Pericle duce subacti, & eo coloni deducti.
Psammetychus Libyæ rex frumentum Athenas misit, quod cum dividendum esset populo, legitimi cives ab adulterinis, lege a Pericle lata, sunt discreti.

LXXXIIII.
1. PRAXITELES.
Athenienses coloniam deduxerunt Sybarim in Italia, qui Thurii appellati sunt.

2. LYSANIAS.
3. DIPHILUS.
4. TIMOCLES.

BELLUM SAMIUM.

Samii cum defecissent, a Pericle subacti sunt. iterum cum defecissent, ac Periclem, duce Melisso, vicissent, post decem mensium spatium ab eodem debellati, atque tributo mulctati sunt,

LXXXV.
1. MYRRHICHIDES.

BELLUM BYZANTIUM.

Byzantii subacti, & tributum post Samios dare coacti. Item latum ne comœdiæ agerentur.

2. GLAUCIDES.

BELLUM CORINTHIUM CORCYRÆUM.

Corinthii, & Corcyræi bellum inter se inierunt.

3. THEODORUS.
Corinthii a Corcyræis navali prœlio victi.

4. EUTHYMENES.
Athenienses condunt Amphipolim in Thracia, legem de comœdis abrogant, Propylæa arcis præfecto Pericle instituunt, & intra quinquennium absolvunt.

LXXXVI.
1. NAUSIMACHUS.
Corcyræi auxilium impetrant ab Atheniensibus contra Corinthios. Iidem iterum Corinthios ope Atheniensium vincunt.

2. ANTILOCHIDES.
Athenienses Potidæam obsidere incipiunt, quæ opera Corinthiorum a se defecerat.

3. CHARES.
Athenienses obsessionem Potidææ continuant.

4. ASPEUDES.
Athenienses obsessionem Potidææ continuant. Meton floret Athenis, qui annum magnum invenit.

LXXXVII.
1. PYTHODORUS.
Athenienses ad Potidæum, quam obsidebant, duci Calliæ amisso, Phormionem summittunt.

2. EUTHYDEMUS, alias EUTHYNUS.

BELLUM PELOPONNESIACUM.

Athenienses nondum completis tricennalibus fœderibus quintum cum Laced. bellum auctore Pericle suscipiunt, quod Peloponnesiacum, & Archidamium ab Archidamo rege eorum dictum est, omnium, quæ ab eis gesta sunt, maximum. Caussa belli fuit, quod edicto Laced. parere noluerunt, ut decretum adversus Megarenses abrogarent, quo Megarenses foro & portubus prohiberant. Pecunias in Delo a Græcis depositas Athenas transferunt. Platæas a Bœotis occupatas defendunt, Attica ab Archidamo rege Laced. vastatur, Laconica a Pericle.

3. APOLLODORUS.
Methone a Brasida Laced. contra Athenienses defenditur. Pericles Megarensium, & Peloponnensium agrum populatur, Cleopompus Locridem vastat, & Thronium expugnat. Attica a Laced. vastatur. Athenæ pestilentia laborant. Athenienses Periclem imperio spoliant, & multant, & cum pacem a Laced. impetrare non potuissent, rursus eum imperio afficiunt. Democritus philosophus nascitur.

4. EPAMINONDAS, alias LYSIMACHUS.
Pericles pestilentia moritur. Potidæatæ se dedunt Atheniens. duci Agnoni. Laced. navali pugna ad Rhium a Phormione Atheniensi duce vincuntur. Archidamus rex Lacedæm. obsidet Platæas, Cnemus dux Laced. ad Stratum nihil agit. Xenophon, & Phanostratus Athenienses in Thracia cæsi. Isocrates rhetor nascitur.

LXXXVIII.
1. DIOTIMUS.
Laced. duce Cnemo Salaminem diripuerunt, & Atticam duce Archidamo rege populati sunt. Athenienses pestilentia & fame afflicti quieverunt.

2. EUCLIDES.
Athenien. decernunt auxilium Leont. qui a Syrac. opprimebantur, tum a Gorgia rhetore persuasi, tum Siciliæ occu-

pandæ cupiditate accensi. Iidem Lachete, & Chabria ducibus ad Syracusas bene pugnarunt. Cumque Sophocles, & Eurymedon cum alia classe in Siciliam accessissent, Syracusanos pacem dare Leontinis coegerunt. Lesbus ab Atheniensibus defecit. adversus eos Clinippides, & Paches ab Atheniensibus; pro iis Alcidas a Lacedæmoniis stetit. Mitylenæi subacti Atheniensium se potestati permiserunt, in quos Cleon acerbissimam dixit sententiam. Platæenses diu a Lacedæmoniis obsessi, tandem in eorum ditionem concesserunt. eorum pars profugit Athenas.

3. EUTHYDEMUS

Delus avertendæ pestilentiæ caussa ab Atheniensibus expiata.

4. STRATOCLES.

Demosthenes dux Atheniensis rebus præclare gestis in Ætolia, Pylum in Peloponneso contra Lacedæmonios communit. contra Thrasymedem ducem Lacedæmoniorum Brasidas Lacedæmonius trierarchus egregie pugnat.cccc.Lacedæmonii, qui in Sphacteria insula obsidebantur in potestatem Atheniensium venerunt duce Cleone. Artaxerxi Persarum regi mortuo successit Xerxes.

LXXXIX.

1. ISARCHUS.

Athenienses Nicia duce vastata Melo insula Locridem populantur. Corinthiis bis fusis Crommyonis agrum diripiunt, in Cytheris insula oppidum capiunt. Cyrrheis potiuntur. Megarenses se dedunt Hippocrati, & Demostheni ducibus Atheniensibus. Lacedæmonii duce Brasida Nisæa & Megaris Athenienses ejiciunt, & cum Chalcidensibus societatem ineunt, Amphipolim capiunt. Athenienses in Bœotia ad Delium pugnant, idque duce Hippocrate in potestatem redigunt. Quod Bœoti duce Pantœada, male pugnantibus Atheniensibus, recuperarunt.

Xerxi regi Persarum mortuo successit Sogdianus, cui interfecto Darius.

2. AMINIAS.

Sicyonii contemnentes Athenienses ob rem male ad Delium gestam, ad Lacedæmonios defecerunt, & oppidum duci eorum Brasidæ tradiderunt. Exules qui post captam ab Atheniensibus Lesbum exularunt, Athenienses, qui in Lesbo erant, oppugnarunt, sed ab Aristide, & Symmacho ducibus Atheniensibus armis coacti abierunt. Nicias, & Nicostratus Mendam, quæ ad Lacedæmonios defecerat, recipiunt, & Scionam frustra oppugnant. Plato Philosophus nascitur.

3. ALCÆUS.

FOEDUS CUM LACEDÆMONIIS.

Delii ab Atheniensibus insula exiguntur. Cleon dux Atheniensis recepta in Thracia Torone cum Brasida Lacedæmonio pugnat ad Amphipolim, & uterque cadit, vicerunt tamen Lacedæmonii. Athenienses per Niciam fœdus fecerunt cum Lacedæm. in annos quinquaginta, anno belli Pelopon. decimo.

ARISTO. 4.

Græciæ civitates pacem inter Athenienses & Lacedæmonios conciliatam suspectam habentes, ambobus bellum inferunt, quarum capita Argi, Thebæ, Corinthus, & Elis. Argivis principatus a sociis est delatus. Athenienses Scionæos trucidant, & insulam Platæens. tradunt.

XC.

ARISTOPHILUS. 1.

Athenienses reddunt Delum insulam Deliis. Cum Pylus non redderetur ab Atheniensibus Lacedæmoniis, rursus odia inter eos accensa sunt. Olynthii pulso Atheniensium præsidio Micyberna potiti sunt.

ARCHIAS. 2.

Argivi bello Lacedæmoniis indicto, atque Alcibiade duce Atheniensi assumpto, populantur agrum Trœzenium. Agis rex Lacedæmoniorum obviam profectus inducias quatuor mensium dedit. Athenienses Lachetem, & Nicostratum auxilio Argivis miserunt. Argivi Orchomenum ceperunt, & Lacedæmonios a Mantineæ oppugnatione depulerunt, pugna tamen ab iis postea victi sunt.

ANTIPHON. 3.

Pace inter Argivos, & Lacedæmonios facta, Mantinenses in potestatem Lacedæmoniorum venerunt. Nicias dux Atheniensis Cythera, Nisæam, & Melum cepit. Argis de commutanda ratione reip. seditio excitata.

EUPHEMUS. 4.

Lacedæmonii in Argivorum agrum profecti Agias oppidum occuparunt, Alcibiades ab Atheniensibus ad seditionem sedandam, & constituendam remp. est missus. Lacedæmonii restituunt exules Argivorum in Orneas ab eis contra Argivos communitas, quas haud ita multo post Argivi auxilio Athen. receperunt.

XCI.

ARISTOMENESTUS. 1.

Cum Leontini a Syracusanis pulsi iterum Atheniensium auxilium implorassent, Nicerato dissuadente, Alcibiade suadente obtinuerunt. Alcibiades, Nicias, & Lamachus ad id bellum duces electi, & missi sunt.

CHABRIAS. 2.

Cum Mercurii signa Athenis noctu essent decussa, Alcibiades, quod contra Remp. conjurasset, & mysteria enunciasset, est postulatus. Itaque ex Sicilia revocatus cum profugisset, atque absens damnatus ad Lacedæmonios se contulisset, eos ad bellum Atheniensib. inferendum hortatus est. Duces Athenienses cum Syracusanis prospere pugnarunt.

PISANDER. 3.

Lacedæmonii ab Alcibiade Atheniensi exule incitati auxilia Syracusanis adversus Athenienses miserunt. Lamachus & Nicias Syracusas obsiderunt. Gylippus dux Lacedæmonius in pugna contra Athenienses occubuit. prœlii ejus victoria, Lamacho duce amisso, penes Athenienses fuit, alterius penes Syracusanos. Eurymedon inde cum classe ab Atheniensibus in Siciliam missus est.

CLEOCRITUS, alia CLEARCHUS. 4.

BELLUM DECELICUM. A

Lacedæmonii rupto ex Alcibiadis auctoritate cum Atheniensibus fœdere, in Attica Agide rege, & Alcibiade ducibus oppidum Deceliam communiunt contra Athenas, unde bellum, quod sequitur, DECELICUM dictum est. in Sicilia Athenienses bene mari pugnant, Syracusani terra. inde multis prœliis navalibus Athenienses fusi, Eurymedonte, Demosthene, & Nicia ducibus; cum Eurymedonte demum amisso terra inde abirent ad flumen Asinarum, occidione sunt occisi: Demosthenes, & Nicias capti postea necati sunt. B

XCII. 1. CALLIAS.

OLIGARCHIA PRIMA.

ATHENIENSES cladibus in Sicilia acceptis perculsi, deficientibus a se sociis statum reip. immutarunt, & remp. Quadringentis Viris commiserunt. post autem prœlio navali a Lacedæmoniis ad Oropum victi sunt. In C hoc rerum statu Alcibiades exul in patriam redire cupiens de salute ejus cogitare cœpit, & Pharnabazum ducem Persam, ne auxilio Lacedæmonios contra Athenienses juvaret, induxit.

2. THEOPOMPUS.

QUADRINGENTI ABROGATI.

QUADRINGENTORUM dominatus tyrannidem exercentium Athenis auctore Theramene est dissolutus. D Athenienses ducibus Thrasyllo, & Thrasybulo navali prœlio Lacedæmonios, ducemque eorum Mindarum vincunt. Alcibiades exul agit cum Atheniensibus, qui erant in Samo, ut in patriam restituatur, & auctore Theramene restituitur, & præclara quædam pro patria antequam Athenas redeat gerit.

3. GLAUCIPPUS.

Athenienses ducibus Thrasyllo, & Thrasybulo, & auxilio Alcibiadis Lacedæmonios navali prœlio duce Mindaro E congressos ad Abydum vincunt. Theramenes impedimento fuit, ne Eubœenses Euripo repleto insulam Bœotiæ conjungerent. Conon sedat Corcyræ seditionem. Mindarus Cizycum cepit. Athenienses ducibus Thrasybulo, & Alcibiade Lacedæmonios iterum navali prœlio ad Cizycum, cæso eorum duce Mindaro, vincunt, nec Lacedæmonios pacem petentes audire voluerunt. F

4. DIOCLES.

Lacedæmonii, Atheniensibus in Hellesponto occupatis, Pylum aggrediuntur, eoque post annos XV. quam a Demost. Atheniensi munitus erat, potiuntur. Megarenses ab Atheniensibus, duce Leotrophide, & Timarcho, prope pugna deleti. Alcibiades, & Thrasybulus prospere pugnant in Thracia, & Selymbriam, & Byzantium in potestatem adducunt. Ad Chalcedonem Hippocrates dux Lacedæmonius in prœlio cadit.

EUCTEMO. XCIII. 1.

Cum duces Atheniensium Hellesponti civitates præter Abydum in potestatem redegissent, Athenas reversi omnium in se ora, sed in primis Alcibiades, cui tota civitas obviam effusa prodierat, converterunt. Athenienses ducibus Alcibiade, Adimanto, & Thrasybulo ad Andrum cum Lacedæmoniis bene pugnant. insulas Co, & Rhodum vastant. Alcibiades cum Lysandro Lacedæmonio congressus navali prœlio superatur, Thrasybulus Thasios vicit, & Abderitas Atheniensibus adjunxit. Agis rex Lacedæmonius exercitu Athenas adducto fugatur. Alcibiades Cumes, sociæ civitatis, agro vastato accusatus ad populum, quod cum Lacedæmoniis sentiret, spoliatur imperio, missisque successoribus decem profugit in Thraciam.

ANTIGENES. 2.

Lacedæmonii duce Callicratide Delphinium in agro Chiorum possessum ab Atheniensibus evertunt, Tejos diripiunt, Methymnam occupant. Athenienses Conone duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mitylenem.

CALLIAS. 3.

Athenienses civitate donant inquilinos. ad Arginusas prœlio navali Lacedæmonios vincunt, eorumque ducem Callicratidem interficiunt. duces suos qui cadavera e salo non collegissent, capite damnant, ex quibus Aristogenes, & Protomachus profugerunt. Thrasyllus, Calliades, Lysias, Pericles, & Aristocrates, necati. Conon absolutus est. Sophocles, & Euripides Tragici obierunt.

ALEXIAS. 4.

OLIGARCHIA SECUNDA.

ATHENIENSES ducibus Philocle, & Conone a Lacedæmoniis navali prœlio duce Lysandro in Hellesponto ad Ægos potamos superantur. Conon Athenas metu judicii redire nolens ad Euagoram Cypri regem profugit. Philocles in manus Lysandri una cum oppido Sesto pervenit. Cum Agis, & Pausanias reges Lacedæmoniorum Atticam populabundi iniissent, Lysander vero Piræeum intentius obsideret, Athenienses fame, & pestilentia pressi pacem petere coacti per Theramenem, aliosque legatos sunt. Pax his conditionibus data est, ut longos muros, & Piræeum deturbarent, ut naves omnes præter duodecim, traderent, ut exules restituerent, ut eundem hostem atque inimicum haberent, ut Lacedæmonios duces sequerentur. Dionysius Hermocratis F. Syracusanus Syracusis tyrannidem occupavit. Dario regi Persarum successit Artaxerxes.

PYTHODORUS, sive ἀναρχία. XCIIII.

Pythodorum in hunc annum archon-

tem creatum, quia in Oligarchia creatus erat, non nominant Athenienses: sed hunc annum ἀναρχίαν, id est, *imperio vacuum*, vocant. Placuit populo, ex Lysandri auctoritate, dissoluta Democratia, triginta viros legere qui patrias leges conscriberent, quibus resp. regeretur, lectique sunt hi: Polyarches, Critias, Melobius, Hippolochus, Euclides, Hieron, Mnesilochus, Chremon, Theramenes, Aresias, Diocles, Phædrias, Chæreleus, Anætius, Pison, Sophocles, Eratosthenes, Charicles, Onomacles, Theognis, Æschinis, Theogenes, Cleomedes, Erasistratus, Phidon, Dracontides, Eumathis, Aristoteles, Hippomachus, & Mnesitides. Qui abusi imperio tyrannorum more aliorum bona publicarunt, alios morte affecerunt, inter quos Theramenem collegam suum, actionibus suis adversantem, & Niceratum Niciæ filium, quia ditissimus erat, & Autolyçum, quia nimis libere loquebatur, interemerunt. & Alcibiadem, quem unum rebus, & dominatui suo infestum timebant, per Pharnabazum regis Persæ satrapam tollendum curarunt. Democritus philosophus moritur.

2. EUCLIDES.

TRIGINTA TYRANNI ABROGATI.

THRASYBULUS exul Athenienses, Thebanorum, apud quos exulabat, auxilio, castellum Phylam in Attica occupat, & triginta tyrannis ad Piræeum prœlio fusis, & Critia eorum principe interfecto, Piræeo potitur. Qui in urbe erant, abrogato triginta tyrannorum imperio Decemviros crearunt ad res cum iis, qui in Piræeo erant, componendas, qui & ipsi abusi potestate nefarie se gesserunt. Pausanias autem rex Laced. Lysandri laudi invidens, a quo res Athenienf. in eum locum adductæ erant, Thrasybulum, cæterosque socios ejus, iis, qui in urbe erant, exercitu Athenas admoto, reconciliavit, ac veterem Athenienf. remp. restituit. Thrasybulus legem tulit, ne quis præteritarum injuriarum meminisse vellet. Hæc Euclide archonte acta esse, illud argumento est, quod annum post recuperatam remp. restitutasque leges primum, post archontem Euclidem appellarunt; Diodorus tamen Exæneto archonte hæc acta esse notavit. Cyrus maritimarum satrapiarum præfectus movit in Artaxerxem regem fratrem suum, & secum Xenophontem philosophum habuit.

XCV.

1. LACHES.

Socrates philosophus judicio damnatus cicutam bibit.

2. ARISTOCRATES.

Conon Atheniensis exul, cum apud Evagoram Cypri regem post prœlium ad Arginusas commissum versaretur, præpositus est classi a rege Persarum adversus Lacedæmonios.

3. ITHYCLES.

4. LYSIADES.

Sophocles cepit tragœdiam docere.

XCVI.

A PHORMIO. 1.

Rhodii a Laced. ad Chononem Atheniensem Persarum præfectum se contulerunt. Conon a rege magnifice donatus est. Laced. Persarum regis magnitudinem veriti, Agesilaum regem ducem adversus eum miserunt, & Tisaphernem satrapam prœlio in Phrygia superarunt. Phocenses adjunctis Laced. bellum Bœotis commoverunt & cum iis in Phocicide congressi Lysandrum ducem Lacedæmonium interfecerunt.

B DIOPHANTUS. 2.

BELLUM SOCIALE LACEDAEMONIUM

Bœoti, Athenienses, Corinthii & Argivi fortunæ Lacedæm. invidentes bellum eis communi consensu intulerunt. Laced. duce Lacisthene in Bœotia cum Ismenia duce Bœotorum male pugnarunt: Periarcho autem duce navali prœlio ad Cnidum victi sunt. at in Bœotia ad Coroneam Agesilai regis a bello Persico revertentis ductu prospere dimicarunt. Iidem ab hoc tempore maris imperium amiserunt.

C EUBULIDES. 3.

BELLUM CORINTHIUM.

Conon Athenienses Persarum præfectus Athenas cum classe accedens mœnia Piræei, & longos muros, paucis ante annis jussu Laced. eversos, ope Thebanorum restituit. Post autem a Teribazo Persarum satrapa gloriæ suæ æmulo accitus in vincula conjectus est. Cum seditio excitata Corinthi esset, una pars Laced. altera Athenienses auxilio advocavit. Itaque cum Iphicrates dux Atheniensium ad Lechæum cum Agesilao rege, & duce Laced. manum conseruisset, Athenienses victi discesserunt. Agesilai virtus hoc tempore in Græcia enitebat.

D DEMOSTRATUS. 4.

Multis locis Corinthio bello bene pugnatum ab Atheniensibus, & sociis. Corinthus ab Argivis occupata. Iphicrates cum Corinthium agrum occupare vellet, & populus prohiberet, deposuit imperium, successor ei missus est Chabrias.

E XCVII.

PHILOCLES. 1.

Thrasybulus Atheniensis missus cum classe in Thraciam, & Lesbum, alios vi, alios voluntate sibi adjunxit.

NICOTELES. 2.

Laced. Rhodiis seditionem agitantibus auxilio adsunt, & sociis aliquot Athenienf. solicitandis imperium maris amissum recuperare conantur. Agesilaus rex eorum agrum Corinthium populatur. Evagoras autem rex Cypro pulsus, Salaminem restitutus reliquam insulam recuperare Cypriis adversantibus nititur.

F DEMOSTRATUS. 3.

Thrasybulus ex Lesbo in Aspendios cum classe profectus, ab iis necatur. in ejus locum Argyrius missus est.

ANTIPATER. 4.

XCVIII.

PYRRHIO. 1.

2. THEODOTUS.

PAX ANTALCIDÆ.

Lacedæmonii bello Græcorum, & Persarum afflicti ad Artaxerxem regem Antalcidam de pace miserunt, eamque obtinuerunt, cum eo, ut Græciæ Asiæ civitates sibi parerent, reliqui Græci liberi essent. qui vero hæc fœdera non probassent, bellum expectarent. Quam pacem etiam Athenienses, & Bœoti, & Argivi, quod vires ad bellum nullæ suppeterent, acceperunt. Pax sub Antalcida inter Græcos illustris est nominata. Galli Romam præter Capitolium ceperunt.

3. MYSICHIDES.

Lacedæmonii neglecto fœdere icto per Antalcidam Mantinensibus bellum inferunt. Athenienses implorantibus opem Mantinensibus adesse noluerunt.

XCIX. 4. DEXITHEUS.

1. DIOTREPHES.

Aristoteles philosophus nascitur.

2. PHANOSTRATUS.

Lacedæmonii Græciæ principatum sibi vindicant contra communia fœdera per Antalcidam facta.

3. MENANDER, alias EVANDER.

BELLUM LACONICUM BOEOTICUM.

Lacedæmonii arcem Thebarum Cadmeam occuparunt, Thebani Lacedæmoniis obsequi coacti sunt.

4. DEMOPHILUS.

Demosthenes orator nascitur.

C.

1. PYTHEAS.

Lacedæmonii Thebanis, & Olynthiis in potestatem adductis magnas hoc tempore opes habebant.

2. NICO.

3. NAUSINICUS.

Exules Thebani ope Atheniensium, duceque eorum Demophonte Lacedæmonios Cadmea ejiciunt. Athenis divites in Symmorias lege Periandri divisi.

4. CHABRIAS.

BELLUM LACEDÆMONIUM I.

Superbe se gerentibus Lacedæmoniis, socii defecerunt, Athenienses, Chii, Byzantii, Rhodii, Mitylenæi. Acoris rex Ægyptiorum Chabriam ducem Atheniensem adversus Persas impulit, & Chabria ab Atheniensibus revocato Iphicratem. Fœdus inter Athenienses, & Lacedæmonios usque ad hunc annum integrum mansit, cum Sphodriades regis Cleombroti jussu Piræeum noctu esset aggressus. Chabrias dux Atheniensis inimicarum civitatum agrum diripit in Eubœa, & Lacedæmoniorum regem Agesilaum vicit in Bœotia. Phœbidas dux Lacedæm. ad Thespias in prœlio cecidit. Chabrias prœlio navali inter Naxum, & Parum Polim ducem Lacedæmoniorum superavit. quod prœlium maxime Athenienses erexit, & Chabriæ nomen, itemque Phocionis illustravit. Hoc bellum vocat Demosthenes ὑπὲρ τ̃ δικαίων τῶν ἑλληνικῶν, id est, *pro jure Græcorum tuendo*.

CI.

CHARIANDER. 1.

Chabriæ, postquam Abderitas liberarat, dolo interfecto, successit Iphicrates. Athenienses duce Timotheo Cononis F. navali prœlio ad Leucadem, Thebani ad Orchomenum terrestri Lacedæmonios profligarunt,

HIPPODAMUS. 2.

Pax ab Artaxerxe Persarum rege data est universæ Græciæ præter Thebanos, qui se fœdere illigari noluerunt.

SOCRATIDES. 3.

BELLUM LACEDAEMONIUM II.

Novæ belli caussæ inter Athenienses, & Lacedæmonios extitere, cum illi civitatibus Græcis democratiam expetentibus adessent, hi oligarchiam. Platæenses subacti a Thebanis Athenas profugerunt, & civitate donati sunt. Corcyræis a Lacedæmoniis obsessis Athenienses subsidio mittunt primo Timotheum, deinde Ctesiclem, tum iterum Timotheum, & Iphicratem. Hoc bellum Demosthenes in orat. *contra Neæram* vocat secundum Lacedæmonium. secundum autem intelligit non a condita urbe, sed a reparata, & triginta Tyrannorum dominatu liberata.

ASTEUS. 4.

Et hoc anno bellatum cum Lacedæmoniis prodit Demosthenes.

CII.

ALCISTHENES. 1.

Et hoc anno continuatum est cum Lacedæmoniis bellum. Pax autem demum inter Græcos secunda facta ex auctoritate Xerxis Persarum regis, Thebanis exceptis.

PHRASICLIDES. 2.

Bellum Bœoticum a Lacedæmoniis renovatum, cum Thebani fœdere, & societate exclusi essent, Lacedæmoniis autem in Bœotiam invadentibus Thebani duce Epaminonda occurrunt, eosque ad Leuctra Bœotiæ oppidum, rege illorum Cleombroto interfecto prope deleverunt. Quo prœlio Lacedæmoniorum opes adeo accisæ sunt, ut numquam postea recuperari potuerint. Thebanorum hoc tempore arma Græciæ formidabilia fuerunt.

DYSNICETUS. 3.

LYSISTRATUS. 4.

BELLUM LACONICUM ARCADICUM.

Lacedæmonii bello Arcadibus illato Polytropum ducem amittunt. Cum Thebani Arcadum auxilio Epaminondam, & Pelopidam misissent, Athenienses Iphicratem ad Lacedæmon. miserunt. Epaminondas Messenem restituit. Lacedæmonii cum Atheniensibus fœdus percusserunt, ut ipsi terra, illi mari

principatum haberent. Arcades duce Lycomede Pallenem in Laconica ceperunt. Bœoti Pelopidam adversus Alexandrum Pheræum tyrannum miserunt. qui percusso cum Alexandro Macedonum rege fœdere ab eo obsidem Philippum Amyntæ filium, Alexandri Magni patrem puerum accepit, atque Athenas misit. Arcades, Argivi, Elei, & Bœoti arma consociarunt. Bœoti duce Epaminonda in Peloponnesum progressi Corinthios ad prœlium exeuntes in urbem compulerunt: post autem ab oppugnatione urbis a Chabria duce Atheniensi repulsi, turpiter recesserunt. Pax per Artaxerxem Persarum regem inter Græcos tertium composita, Thebanis exceptis.

CIII.

1. NAUSIGENES.

Athenienses cum Alexandro Pheræo tyranno adversus Thebanos societatem junxerunt. Ismenias, & Pelopidas Thebanorum duces in potestatem Alexandri Pheræi pervenerunt. Laced. insigni pugna Arcadas superarunt. Arcades Megalopolim viginti vicis in unum contractis condiderunt.

2. POLYZELUS.

Athenienses duce Charete bene cum Argivis pugnarunt. Aristoteles annos natus XVIII. Athenas venit, & se Platoni philosopho tradidit. eumque per annos XX. audivit.

3. CEPHISODORUS.

Pax inter Græcos quartum facta per Artaxerxem, & bello Laconico Bœotico finis impositus.

4. CHIO.

BELLUM ARCADUM, & ELEORUM.

Pace tota Græcia constituta bellum intra Arcadas, & Eleos exarsit. cujus principia Arcadibus bene cesserunt.

CIIII.

1. TIMOCRATES.

Thebani Epaminondæ hortatu de maritimo imperio comparando cogitant. iidemque Orchomenum in potestatem redigunt. Pelopidas Thebanus in prœlio contra Alexandrum Pheræum cecidit. Timotheus Atheniensis Toronem, & Potidæam occupat. Demosthenes orator Athenis tutores suos tutelæ male administratæ judicio persequitur. cujus extant orationes.

2. CHARICLIDES.

BELLUM TEGEATUM, & MANTINENSIUM.

Bello inter Tegeates, & Mantinenses exorto cum illis plerique Arcadum, Argivi, Achivi, & Bœoti arma conjunxerunt, cum his Elei, Laced. & Athenienses. prœlio summo ad Mantineam commisso Bœoti Laced. duce Epaminonda amisso repulerunt. Eubœenses ab Atheniensibus duce Hegilocho victi sunt. Græci inter se pacem fecerunt, exclusis Lacedæm. Romæ consules e plebe creari cœpti.

3. MOLO.

Tachus rex Ægypti bellum cum Artaxerxe Persarum rege gesturus terrestrium copiarum imperium mandat Agesilao regi Spartæ, maritimarum vero Chabriæ Atheniensi. qua re Agesilaus offensus Nectanabim regem contra Tachum adjuvit, eumque ultus, cum domum reverteretur, in itinere mortuus est. Artaxerxi regi successit Artaxerxes Ochus. Tenus insula ab Alexandro in potestatem adducta. Miltocydes a Coty rege Thraciæ defecit, & ad Athenienses de societate legatos misit. Proconnesii a Cizycenis oppressi ab Atheniensibus auxilium implorarunt.

NICOPHEMUS. 4.

Athenienses mittunt Leosthenem adversus Alexandrum Pheræum auxilio Peparethiorum, eoque damnato, Charetem, qui nihil memorabile gessit.

CV.

CALLIMEDES. 1.

PHILIPPI MACEDONIS REGNUM.

Perdicca Macedonum rege mortuo successit Philippus contra quem Athenienses duce Mantia, Argæum, ut regem efficerent, armis, sed frustra juverunt. Is ne regni initio infestos haberet Athenienses, Amphipolim Thraciæ, de qua illi valde laborabant, liberam illis reliquit. Xenophon philosophus Socratis auditor moritur.

EUCHARISTUS. 2.

Philippus rex Macedonum pace cum Atheniensibus composita Pæonas, & Illyrios subigit.

CEPHISODORUS. 3.

BELLUM SOCIALE ATHENIENSIUM.

Eubœenses seditionem commovent. quorum cum partem unam Bœoti defenderent, alteram Athenienses Demosthenis consilio sunt amplexi. Eubœa ope Atheniensium liberata. Socii Atheniensium rebellarunt, Chii, Rhodii, Coi, & Byzantii. adversus quos Chares, & Chabrias duces missi. Chabrias in prœlio occubuit. Philippus Amphipolim Atheniensibus ademit, Pydnam cepit, & Potidæam expugnavit.

AGATHOCLES. 4.

Philippus auxilio Alevadarum in Thessaliam venit, atque inde tyrannos ejecit. Demostheni cum ob alia merita, tum quia Eubœam suo consilio liberarat, corona aurea ab Aristonico decernitur. Athenienses bellum cum sociis continuant.

CVI.

ELPINUS. 1.

Athenienses acriter cum sociis pugnant ducibus Charete, Iphicrate, & Timotheo. Iphicratem autem, & Timotheum mulctarunt, quod cum Charete prœlium navale inire noluissent, & pacem sociis reddiderunt.

CALLISTRATUS. 2.

BEL-

BELLUM SACRUM, sive PHOCICUM. A

Cum Phocenses Philomelo duce Delphicum templum spoliassent, a Locris, & Bœotis finitimis populis bello petiti sunt, quod Sacrum, & Phocicum vocatum est. Phocensibus se Athenienses, & Lacedæmonii contra Bœotos adjunxerunt. Demosthenes publicas actiones scribere cœpit, scripsitque accusationem Androtionis, quam Diodorus dixit, & orationem de immunitatibus habuit, cum Leptines legem tulisset, ut nemo in civitate immunis esset.

3. DIOTIMUS. B

Philippus Methonem, & Pagasas cepit. Demosthenes dixit primam concionem ad populum, quæ est de Symmoriis. in qua hortatur Athenienses, ut pacem tueantur cum rege Persarum, neque priores bellum inferant, nisi navales copias pararint, & rationem eas parandi ostendit. Hoc tempore oratores Athenienses alii cum Philippo Macedone faciebant, alii cum Persarum rege. Demosthenes autem perennis Macedonum inimicus Persæ favisse existimatus est. Philomelo duce Phocensium in prœlio contra Bœotos interfecto successit Onomarchus. C

4. EUDEMUS.

Artabazus Persa bellum cum Satrapis regis Charete Atheniensi, & Pammene Thebano ducibus gessit. Athenienses Sestum duce Charete ceperunt, & colonias in Chersonesum permittente Cersoblepte rege Thraciæ deduxerunt.

Philippus oculum in expugnatione Methones amisit. Onomarchus bello Sacro Thronium, & Orchomenum Bœotiæ oppida cepit. Lacedæmonii Argivos ad Orneas prœlio fuderunt. D

Onomarchus a Lycophrone Thessalo tyranno accersitus Philippum prœlio vicit; & in Bœotiam reversus Coroneam Bœotis ademit. Eo vero post in Thessalia a Philippo in acie cæso, Phayllus apud Phocenses imperium suscepit.

Demosthenes accusationem Timocratis scripsit. qua Diodorus item usus est. atque ipse concionem de subsidio Megalopolitanis adversus Lacedæmonios mittendo habuit, cum Lacedæmonios post Leuctricam cladem afflictos in spem veteris imperii erectos bellum Arcadibus intulisse animadverteret, atque legati a Megalopolitanis adessent, qui auxilium ab Atheniensibus peterent. E

CXVII.

1. ARISTODEMUS.

Lycophron Phærarum tyrannus Phæras Philippo dedidit. Bœoti triplici prœlio Phocenses vicerunt, ad Orchemenum, ad Cephissum, ad Coroneam, cum Phocensium dux esset Phayllus. Philippus in Græciam irrupturus trajicere Thermopylas objicientibus sese Atheniensibus nequivit. Idem movit in Locros. Phayllo mortuo successit Phalæcus, a quo de Bœotis Coronea capta est. F

Demosthenes contra Philippum agere cœpit. & primam Philippicam habuit de peregrino exercitu comparando, cujus initium, Si de re nova. item scripsit orationem contra Aristocratem, quam dixit Eutycles.

2. THESSALUS.

Phocio Atheniensis dux Persarum fuit in Cyprios. Lacrates ab Atheniensibus auxilio Persarum missus adversus Ægyptios & Nicostratus ab Argivis petenti regi concessus. In Phocide nihil memorabile gestum. Rhodii cum bello sociale adversus Athenienses ad Mausolum Cariæ hipparchum se contulissent, ab eo prope eversi sunt, cum populari statu dissoluto paucorum potentium imperium intulisset. Itaque Demosthenes oratione, quæ extat, suasit Atheniensibus, ut Rhodiorum libertatis caussam susciperent, nec eos paucis dominantibus servire paterentur.

APOLLODORUS. 3.

Artaxerxes rex Persarum Ægypto potitur.

CALLIMACHUS. 4.

Philippus Chalcidenses in Thracia subegit, Pytholaum tyrannum Phæris ejecit, Olynthum obsedit. Demosthenes tres Olynthiacas de auxilio Olynthiis adversus Philippum ferendo dixit, & Mediam, a quo pugnum choragus Dionysiis acceperat, accusavit.

CXVIII.

THEOPHILUS. 1.

Philippus Olynthum, Micybernam, & Toronem occupavit. Athenienses Philippi incrementum extimescentes, omnibus, quod ab eo peti, & vexari sentiebant, Demosthenis in primis admonentis vocibus inflammati, opem ferebant.

Philippus pecuniæ magnitudine populos ad proditionem alliciebat. Plato philosophus mortuus. Aristoteles ad Hermæam tyrannum se contulit, & apud eum per triennium fuit.

THEMISTOCLES. 2.

Bœoti Phocenses ad Hyampolim fuderunt. iidem a Phocensibus ad Coroneam prœlio profligati sunt. Phalæcus accusatus, quod sacra pecunias avertisset, imperio spoliatus est. in ejus locum Callias, Dinophanes, & Sophanes suffecti. Quæstio de sacris pecuniis habita est. Philippus per speciem Delphici templi tuendi se Bœotis contra Phocenses adjunxit. Demosthenes dixit orationem contra Philippum, cujus initium. ἃ μὲν ἡμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, de custodia insulanorum, & Hellesponti civitatum. Athenienses pacem cum Philippo fecerunt. Demosthenes senator scitum fecit de mittendis extemplo legatis ad Philippum de pace; item alterum de mittendis aliis ad jusjurandum Philippi pacis caussa accipiendum.

ARCHIAS. 3.

Lacedæmonii Archidamo rege duce auxilio venerunt Phocensibus. Philippus magno apparatu contra Phocenses profectus Phalæcum ducem eorum sub conditionibus dimisit, & Phocenses in deditionem sine prœlio accepit, finemque bello Sacro post decem annos imposuit. Hac de re magna trepidatio Athenis fuit. Demosthenes orationem habuit, cujus initium, Video. in qua suadet, ut Athenienses patiantur, Philippum victorem loco Phocensium in Amphyctionum concilium cooptari. Philipus in Amphyctionas cooptatus. Speusippus philosophus in Platonis locum in Academia successit, atque per annos VIII. ei scholæ præfuit.

EUBULUS. 4.

Aristoteles Mitylenem concessit.

1. LYCISCUS.

Philippus Illyrios populatur, & Thessalos tyrannorum dominatu liberat, ac sibi adjungit. Demosthenes orationem habuit, cujus initium, Quando, o Athenienses. qua monet Athenienses, ut Philippi pacem suspectam habeant, eumque insidiari libertati suæ docet. & quæ responsa danda sint tum Philippi, tum Græcorum aliorum legatis, exponit.

2. PYTHODORUS.

Philippus Thracas subegit. Demosthenes accusavit Æschinem de falsa legatione. item concionem dixit contra Philippum de Haloneso reddenda, cujus initium, O viri Athenienses. Aristoteles ad Philippum Macedonem se contulit, & per annos VIII. Alexandrum filium ejus erudivit.

3. SOSIGENES.

Arymba rege Molossorum mortuo, Philippi ope Alexander Olympiadis uxoris frater regnum adeptus est, cum filium reliquisset Æacidem Pyrrhi regis patrem. Demosthenes dixit contra Philippum concionem unam, cujus initium, Oportuit. in qua suadet, ne dimitterentur copiæ peregrinæ, quæ erant in Chersoneso cum Diopithe; & alteram, cujus initium, Multis o viri Athenienses verbis. qua docuit, Philippum pacem solvere, & re bellum facere. Epicurus philosophus Athenis natus.

4. NICOMACHUS.

Phocion Atheniensis Clitarchum Eretriæ tyrannum a Philippo constitutum debellavit. Philippus Perinthum obsidet in Thracia, & Byzantium. Demosthenes orationem habuit, cujus initium, ϗ σπουδαία. in qua ostendit, Philippum solvisse pacem, suadetque Atheniensibus, ut Byzantiis subsidium mittant.

CX.

1. THEOPHRASTUS.

Athenienses decernunt, Philippum pacem solvisse, eique bellum inferunt, subsidio Byzantiis misso. Quare Demosthenes in oratione, quæ inscribitur, *Ad Epistolam Philippi*, suadet, ut fortiter sustineant bellum. Philippus cum Atheniensibus tertiam pacem componit.

2. LYSIMACHIDES.

Demosthenes suspectam habens recentem Philippi pacem, decrevit, ut navalia, & armamenta instituta intermitterentur, & pecuniæ in bellum impenderentur. Philippus bellum moliens Thebanos frustra de societate jungenda solicitat, & trajectis Thermopylis Elatiam occupat. Quo metu Athenienses perculsi pecunias omnes publicas militares fieri decernunt, & ad bellum per Demosthenem accensi, per eundem legatum Thebanos in belli societatem contra Philippum sibi adjungunt. Xenocrates philosophus in Academia Speusippo successit, Scholamque per annos XX. obtinuit.

3. CHARONDAS.

PUGNA AD CHÆRONEAM.

Philippo cum magnis copiis in Atticam irrumpenti Athenienses, & Thebani cum occurrissent Charete, & Lysicle ducibus, ad Chæroneam in Bœotia memorabili prœlio fusi sunt. ex quo Demosthenes fugit. Athenienses, & Bœoti pacem a Philippo impetrarunt. Lysiclem, quoduce male pugnarant, accusante Lycurgo, capite damnarunt. Demosthenes muros urbis refecit, cujus rei ergo Ctesiphon decretum scripsit, ut corona in populo donaretur. quo nomine Æschines a Ctesiphonte mulctam petiit.

PHRYNICHUS. 4.

Philippus in concilio Græcorum ad Corinthum imperator belli contra Persas declaratus, post numerum militum unicuique populo constitutum, in Macedoniam revertit.

CXI

PYTHODORUS, alias PYTHODEMUS. 1.

ALEXANDRI
MAGNI REGNUM.

PHILIPPO per insidias a Pausania interfecto, ALEXANDER filius successit, qui Magnus appellatus est.

EVÆNETUS. 2.

Philippi morte cum Græci omnes, tum maxime Athenienses agente Demosthene ad res novas moliendas erecti. Quos motus cum Alexander prudenter composuisset, Athenienses ad eum legatos veniæ petendæ caussa miserunt. quorum Demosthenes sibi diffisus e medio itinere revertit. Alexander a Græcis imperator adversus Persas declaratus, Thebanos præsidium Macedonum e Cadmea arce dejicere ausos aggressus, urbem eorum evertit, & Demosthenem ceterosque rhetores caussæ suæ infestos, quos sibi tradi postulaverat, Demadis legati oratione permotus, populo roganti condonavit. Aristoteles Athenas profectus in Lyceo docere cœpit, eamq; scholam per an. XII. obtinuit.

CTESICLES. 3.

Alexander translato in Asiam bello Satrapas Persicos ad Granicum in Phrygia vicit, & Miletum, Halicarnassumq; expugnavit.

NICOCRATES. 4.

Alexander Darium Persarum regem ad Issum in Cilicia prœlio superavit.

CXII

NICERATUS, alias ANICETUS. 1.

Alexander Tyrum in Syria occupat, & Ægyptum ditioni suæ adjungit.

ARISTOPHANES. 2.

Antipater præfectus Alexandri Agidem regem Lacedæmoniorum, Arcadasque imperium detrectantes vicit. Alexander Darium regem in Arbelis profligavit.

ARISTOPHON. 3.

Alexander Arbela, Babylona, Susa, & Persepolim occupat, & Persicum regnum excindit. Darius rex a Besso interfectus. Demosthenes Athenis Ctesiphontem de corona adversus Æschinem nobili, quæ extat, oratione defendit.

CEPHISOPHON. 4.

Alexander in Hyrcaniam movit, & cum Thalestride regina Amazonum concubuit. & insidias ab amicis sibi paratas depulit.

CXIII

EUTHYCRITUS. 1.

Alexander Paromysadis, & Sogdianis, & Scythis bellum intulit.

CHREMES. 2.

Alexander victor in India reges alios evertit, alios constituit. Calanus philosophus apud Indos moriens Alexandrum appellat. Cum Harpalus Alexandri præ-

fectus ingenti cum pecuniarum numero A
Athenas profugisset, eoque mortuo quæstio instituta esset, ad quos ea pecunia pervenisset, Demosthenes eo nomine postulatus, damnatusque in exilium profectus est.

3. ANTICLES.

Milites multi ab Alexandro in Asia dimissi cum ad Tænarum Laconiæ promontorium pervenissent, ducem sibi Leosthenem Atheniensem asciverunt. Alexander in Cossæos movit.

4. SOSICLES.

Alexander Babylona ingressus gentium B
omnium legatos audivit.

CXIIII.

1. AGESIAS.

Alexander veneno a suis interemptus est. Belli Lamiaci, quod gesserunt Athenienses, initia exarserunt. Demosthenes exul, quod ultro caussam Atheniensium una cum Polyeucto Atheniensium legato in Arcadia contra Antipatrum Macedonem acriter defenderat, magna gloria a populo revocatus est. Diogenes Cynicus philosophus, eodem die, quo Alexander, C
mortuus.

2. CEPHISODORUS.

BELLUM LAMIACUM.

ANTIPATRI
DOMINATUS ATHENIS.

MORTUO Alexandro Regnum inter Macedones divisum est. Macedonia Aridæo fratri, aut, ut aliis placet, Alexandro filio pupillo concessa, ita tamen ut Antipater administrationem haberet. Itaque cum Antipater, D
prout Alexander vivens statuerat, exules in civitates Græcorum reduceret, Athenienses, & Bœoti id inique ferentes ad bellum coorti, multis aliis pro Græciæ libertate in belli societatem ascitis, Antipatrum primum prœlio in Thessalia ad Cranonem mense Metagitnione vicerunt, deinde Lamiam compulsum Leosthene duce acriter obsederunt.

Leosthene interfecto Antiphilus suffectus est. post autem Antipater Crateri auxilio Græcis depulsis, atque omni belli mole Athenas translata Athenienses diu obsedit. Qui cum per Xenocratem, De- E
madem, & Phocionem pacem tandem petiissent, deditionem hac conditione facere mense Boedromione coacti sunt, ut democratia cederent, & oligarchiam instituerent, ac remp. penes eos ponerent, qui censum duum millium drachmarum haberent. quorum numerus novem millium est inventus; & præsidium Macedonum in Munychia acciperent.

OLIGARCHIA F
TERTIA.

CUM oratores Macedonum caussæ infestos sibi Antipater postulasset, Demosthenes, & Hyperides profugerunt. quorum Hyperides in Ægina a satellitibus Antipatri captus, ab eo necatus est; Demosthenes in insula Calauria, ne in ejus manus perveniret, mense Pyanepsione venenum bibit. Demades, & alii Macedonum fautores Antipatro suaserunt, ut non solum Athenas, sed alias etiam Græcas civitates Atheniensium calamitate perterritas præsidio imposito devinctas haberet. Præsidium præfecto Menyllo in Munychia impositum die Boedromionis vigesimo. Aristoteles cum in Chalcidem secessisset, moritur. Theophrastus scholam ejus excepit.

PHILOCLES. 3.

Aridæus corpus Alexandri Magni ex Babylone in Ægyptum sumptu magnifico deportavit.

.... 4.

Hic, & sequens annus apud Diodorum intercidit. CXV.

.... 1.

APOLLODORUS. 2.

Athenienses Phocione ad Antipatrum proficisci recusante, Demadem miserunt, petentes, ut præsidium, quod ille in Munychia imposuerat, educeret. Antipater, qui antea Demadem unice dilexerat, litteris quibusdam, quibus ille Perdiccam in se concitabat, inventis, ab eo alienatus ipsum cum filio Demea trucidavit. & cum rerum administrationem Polyperchonti tradidisset, e vita decessit. Cassander Antipatri F. Chiliarchus a patre relictus, antequam patris obitus Athenis enunciaretur, Nicanorem pro Menyllo præsidio Munychiæ præfecit. Polyperchon decreto lato omnes Græcorum civitates liberas esse jussit, ut Philippo, & Alexandro regnantibus fuerant.

ARCHIPPUS. 3.

CASSANDRI
MACEDONIS REGNUM.

UT Macedones in duas factiones abierant, unam Cassandri, alteram Polyperchontis, sic etiam Atheniensium civitas in optimates, & populares distracta, illa cum Cassandro, hæc cum Polyperchonte sentiebat. Nicanor a Cassandro Munychiæ præfectus ab Atheniensibus, præsidium e Munychia educere ex Polyperchontis decreto jussus, quod alienam a Cassandro voluntatem eorum perspexisset, Piræeum furtim occupavit. Qua de re cum quererentur Athenienses, ab eo ad Cassandrum rejecti sunt. Cum autem Alexander Polyperchontis F. verbo, ut opem Atheniensibus contra Nicanorem ferret, re, ut Munychiam, & Piræeum sibi vindicaret, in Atticam venisset, populus magistratus omnes abdicare jussit, atque alios ex maxime popularibus subrogavit. quique in oligarchia magistratus gesserant, alios morte, alios exilio, alios bonorum publicatione mulctavit. Inter quos fuit & Phocion, qui Antipatro vivente summæ rerum præfuerat. Hi vero ad Alexandrum profecti, cum Polyperchontem patrem ejus litteris de salute sua, populus autem de Munychia, libertateque ex ejus decreto sibi restituenda legationibus fatigarent, Polyperchon mutata sententia, quantum ad res gerendas por-

A tus Piræei valeret, contemplatus, de portu nihil respondit, Phocionem autem, ceterosque, qui pro Cassandro senserant, vinctos in curru Athenas remisit, qui omnes populi judicio condemnati extremi supplicii pœnas dederunt. Cassandrum inde in Piræeum ingressum Polyperchon e Phocide in Atticam profectus obsidere cœpit. inde parte exercitus Alexandro filio tradita ipse in Peloponnesum adversus Megalopolitanos Cassandri amicos progressus est. Interea Cassander Panactum Atticæ castellum cepit, Æginetas sibi adjunxit, Salaminem obsedit.

B

CASSANDRI DOMINATUS ATHENIS.

OLIGARCHIA IIII.

TANDEM cum Athenienses præsidium Cassandri depellere conati, non potuissent, pacti cum eo sunt, ut ipsi haberent urbem, agrum, vectigalia, & alia omnia, & socii Cassandri essent, Munychiam vero Cassander teneret; resp. vero penes eos esset, qui censum usque ad decem minas haberent, & ut curator civitatis, qui Cassandro videretur, imponeretur. Demetrius autem Phanostrati F. Phalereus impositus est, qui dominatum in cives suos liberis hominibus intolerandum exercuit. Hæc autem a Cassandro facta jam post Aridæum Macedoniæ regnum adepto scribit Pausanias in *Atticis*. C

4. DEMOGENES. D

Polemon philosophus in Xenocratis demortui locum Academiam obtinuit.

CXVI.

1. DEMOCLIDES.

Cassander oppidum in Macedonia Cassandream condidit, & Thebas ab Alexandro eversas post annos XX. restituit. (cui officio etiam Athenienses servierunt, qui magnam murorum partem construxerunt,) ac præsidio in Cadmea imposito Thebanos sibi dicto audientes esse coegit.

2. PRAXIBULUS. E

3. NICODORUS.

4. THEOPHRASTUS.

CXVII.

1. POLEMON.

Antigonus Asiæ post mortem Alexandri præfectus cum exercitu in Græciam Polemonem ad Græcas civitates liberandas misit. Qui expugnato, traditoque Bœotis Oropo, & Carystiis ad amicitiam adjunctis, in Atticam processit. Athenienses autem cum ad Antigonum clam de libertate misissent, castris a Ptolemæo Antigoni præfecto urbi admotis, Demetrium Phalereum cum Antigono societatem inire coegerunt. Ptolemæus inde in Bœotiam regressus capta Cadmea, præsidioque Cassandri dejecto Thebas liberavit. F

2. SIMONIDES.

Fœdus inter Cassandrum, Ptolemæum, Lysimachum, & Antigonum ictum, ut Lysimachus Thracia potiretur, Ptolemæus Ægypto, Antigonus Asia, Cassander præfectus esset Europæ.

HIEROMNEMON. 3.

DEMETRIUS PHALEREUS. 4

Lysimachus urbem condidit Lysimachiam in Thracia.

CXVIII

CHARINUS. 1.

Epicurus philosophus præesse scholæ Mytilenis cœpit, annos natus XXXII. eamque ad quinquennium obtinuit.

ANAXICRATES. 2.

ATHENÆ PER DEMETRIUM CASSANDRI DOMINATU LIBERATÆ.

DEMETRIUS Antigoni F. cognomento Poliorcetes, copiis a patre ad liberandas Græciæ civitates acceptis ex Epheso improviso Athenas accessit, quæ a Cassandro per Demetrium Phalereum tenebantur; & Dionysio præsidii Munychiæ præfecto capto, & Phalereo urbe pulso, & Piræeo, Munychiaque receptis, antiquas leges, libertatemque Atheniensibus reddidit. cujus rei ergo Athenienses ei, & patri honores, Stratocle scribente, eximios decreverunt; in primis autem tribus duas addiderunt, easque illorum nominibus insigniverunt, Antigonidem, & Demetriadem. & ludos, pompas, ac sacra anniversaria eis instituerunt, & eorum imaginem in Peplo Minervæ intexuerunt, & servatores eos vocarunt, & pro archonte annuo sacerdotem servatorum induxerunt, & senatum sexcentorum, centenis adjectis fecerunt. Demetrii Phalerei statuæ ad trecentas conflatæ. Lycurgo oratori mortuo honores Stratoclis decreto delati. Dinarchus orator Cassandri partium fautor Athenis aufugit.

CORYBUS. 3.

Antigonus Demetrii pater in Ægypto cum Ptolemæo bene pugnavit. qua victoria elatus ipse se regem appellavit. quo nomine post etiam Ptolemæus, & Seleucus, & Lysimachus usi sunt.

XENIPPUS. 4.

Demetrius Antigoni F. bellum Rhodiis infert. Hoc tempore philosophi omnes urbe Athenarum excesserunt, Sophoclis lege lata, ne quis philosophus scholam haberet, nisi senatui, & populo placuisset; sin minus, morte mulctarentur. paullo post autem lege abrogata redierunt, cum Sophocles de violatis legibus a Phyllione damnatus esset. quod in *Theophrasto* prodit Diogenes.

CXIX.

PHERECLES. 1.

Demetrius Rhodum in potestatem adduxit.

LEOSTRATUS. 2.

Cum Cassander ad obsidendas Athenas accessisset, Demetrius, ab Atheniensibus advocatus e regione Cassandrum fugavit; Phylam, & Panactum, quæ fuerant Cassandri in Attica propugnacula Atheniensibus restituit. Quibus rebus novos, & supra omnem fidem ingentes ei honores exquisiverunt. in primis autem la-

A tum , ut quod Demetrius juberet , id fas, & justum esset. Inde in Peloponnesum profectus Sicyonem, & Corinthum, atque Arcadiam totam præter Mantineam occupavit, easque Cassandri dominatu liberavit. Epicurus Athenas venit, ibique scholam habuit.

3. NICOCLES.

Cassander veritus, ne Demetrius, Antigonusque liberatis Græcis in Macedoniam bellum transferrent, ubi Antigonum amicitiam suam respuere sensit, cum Ptolemæo, Seleuco, & Lysimacho fœdus fecit, bellumque Antigono intulit. Demetrius ut mysteriis Cereris magnis, & parvis initiaretur, cum iis interesse multorum inter se mensium spatio B disjunctis non posset, persuasit Atheniensibus, ut ritum patrium permutarent, eaque inter se continuatis mensibus celebrarent, atque inde ad patrem in Asiam, cui bellum a regibus erat commotum, se contulit.

4. . . . .

Antigonus in prœlio captus, & interemptus regnum hostibus tradidit. Demetrius filius cum parte peditum, equitumque e pugna elapsus Ephesum pervenit, C eique Athenas ut in portum miseriarum contendenti, obviam legati ab Atheniensibus missi, ut Athenis abstineret. nam neminem regem in urbem recipere se decrevisse. quo audito ille navibus suis quibusdam ab eis acceptis ad Isthmum se recepit.

CXX. TIRANNIS LACHARIS.

1. . . . .

DEMETRIUS filiam Stratonicem Seleuco Syriæ regi in matrimonium collocat. ipse mortua Deidamia conjuge Ptolemaidem Ptolemæi Ægypti regis filiam sibi despondet. Cum autem ab amicis esset admonitus, Lacharem Athenis in magna civium seditione tyrannidem occupasse, Athenarum recuperandarum in spem erectus, in Atticam exercitum duxit, & Eleusine, ac Rhamnunte occupatis Athenas accessit, easque obsidione cinctas ad extremam rerum omnium inopiam adduxit. Lachare inde ad Bœotos profecto, urbis potitus, & Piræeo, Munychiaque receptis, Musæum valido E præsidio firmavit.

D EMETRII DOMINATUS ATHENIS.

2. . . . .

DEMETRIUS Athenis profectus adversus Lacedæmonios exercitum ducit, & Archidamo rege eorum prœlio fuso, prope urbem castra admovit. atque altero secundo prœlio facto, parum abfuit, quin urbem ipsam ceperit. Arcesilas philosophus, qui mediam Academiam F instituit, floret Athenis.

3. . . . .

Cassandro Macedoniæ rege mortuo PHILIPPUS filius ejus successit. quo haud ita multo post vita functo, ALEXANDER frater Philippi regnum excepit. quem cum Antipater frater Thessalonica matre natus per arma regno pellere conaretur, Alexander, Demetrium ex Peloponneso, & Pyrrhum regem ex Epiro auxilio advocavit.

. . . . 4.

Alexander cum Antipatro fratre auxilio Pyrrhi rem prospere gessit. nam Demetrius aliis rebus detentus in tempore adesse non potuit. Pyrrhus pro auxilii lati mercede magnam Macedoniæ partem sibi assumpsit.

CXXI.

. . . . 1.

Demetrius post rem confectam ad Alexandrum in Macedoniam venit.

. . . . 2.

Demetrius ab Alexandro e Macedonia decedens, cum ab eo insidiis peteretur, eum antevenit. nam eo necato regnum Macedoniæ arripuit.

. . . . 3.

DEMETRII MACEDONIS REGNUM.

DEMETRIUS in Macedonia regnare incipit, primus ex hac familia, cujus genus in Perseo rege a Romanis victo, & necato defecit. Cum autem Macedoniam, & Thessaliam, & præterea Athenas, & Megara, & plurimas in Peloponneso urbes obtineret, Bœotos in potestatem adduxit.

. . . . . . 4.

Demetrius Bœotos a Cleonymo Spartano ad defectionem solicitatos iterum vicit. atque oppida eorum omnia præsidiis suis firmavit.

CXXII.

. . . . 1.

Thebæ iterum rebellantes ab Antigono Demetrii F. obsessæ. Pyrrhus, qui in Thessaliam invaserat, a Demetrio repressus. Thebæ post longam obsidionem receptæ. Ab eodem Ludi Pythii Athenis celebrati.

. . . . . . 2.

Demetrius in Ætolos movit. eorumque vastatis agris in Pyrrhum regem Epiri arma convertit. Demetrius regionem Pyrrhi populatus est, Pyrrhus Pantauchum Demetrii ducem in Ætolia relictum magno prœlio fudit.

. . . . . . 3.

Cum Demetrius Pellæ ægrotaret, Pyrrhus in Macedoniam populabundus invasit. inde a Demetrio postquam magnam partem occupaverat, pulsus in suam regionem se recepit.

DIPHILUS. 4.

ATHENÆ DOMINATU DEMETRII LIBERATÆ.

CUM Demetrium de paterno recuperando Asiæ regno cogitantem, bellumque parantem Lysimachus, Seleucus, & Ptolemæus animadvertissent, assumpto belli socio Pyrrho, arma illi intulerunt; quorum Lysimachus, & Pyrrhus Macedoniam adorti eum inde expulerunt, ipsique eam inter se diviserunt. Demetrius tanta accepta clade cum

A
in Græciam se recepisset, antiquam Thebanis remp. restituit. Athenienses autem in spem libertatis excitati, antiquæ gloriæ memores, duce Olympiodoro Macedonas Athenis, & Musæo, quod ab eis tenebatur, expulerunt, & Piræeum, ac Munychiam receperunt, & Macedonas Eleusinem invadentes, comparata Eleusiniorum manu prœlio fuderunt. & Archontem annuum restituerunt, cum pro eo antistitem servatorum in honorem Demetrii jam per aliquot annos crearent. Itaque Demetrius contracta classe Athenas obsessurus, Cratetis philosophi legati ad eum missi oratione permotus, dimissis Athenis in Asiam se adversus Seleucum contulit.

B

CXXIII.
1. . . . . . .

LYSIMACHI MACEDONIS REGNUM.

C
Lysimachus Pyrrhum Macedonia expulit. atque ipse se regem declaravit. Seleucus capto in Cilicia Demetrio, Syriæ, & Asiæ se regem appellavit.

2. . . . . . .

3. . . . .

Straton Peripateticus hac olympiade successit Theophrasto in Lyceo, scholamque obtinuit annos XVIII.

4. . . . .

CXXIIII.
1. . . . .

SELEUCI MACEDONIS REGNUM.

D
Ptolemæus Philadelphus Ptolemæo Lagi F. in Ægypti regno successit. SELEUCUS Antiochi F. victo Lysimacho regnum Macedoniæ sibi vindicat.

2. . . . .

PTOLEMAEI MACEDONIS REGNUM.

E
PTOLEMÆUS Ceraunus Seleuco per insidias interfecto post septem menses regnum Macedoniæ invasit. Seleuci F. Antiochus Soter Syriæ, & Asiæ regnum obtinuit.

3. . . . . . .

Galli in Illyrium, & Macedoniam irrumpentes duce Bolgio Ptolemæum regem resistere conantem interfecerunt.

4. . . . .

SOSTENIS MACEDONIS REGNUM.

F
SOSTENES post necem Ptolemæi regis se Gallis opponens regnum Macedoniæ occupavit.

ANTIGONI GONATÆ MACEDONIS REGNUM.

CXXV.
1. GORGIAS.

ANTIGONUS Gonata Demetrii Poliorcetæ F. Antigoni N. patrium regnum Macedoniæ recuperavit. Demostheni oratori mortuo honores magni petente Demochare decreto populi delati.

ANAXICRATES. 2.

Galli duce Brenno in Græciam irruperunt. cum iis ad Thermopylas debellatum a Græcis est, cum ob veterem dignitatem ejus expeditionis principatum Athenienses duce Callippo obtinerent. Antigonus rex item auxilia, præfecto Aristodemo ex Macedonia miserat, & Antiochus ex Asia, Telesarcho. Eosdem Gallos deinde, cum fanum Delphicum spoliassent, Phocenses accitis Ætolis, atque ipso prope Deo arma pro se capiente deleverunt.

DAMOCLES. 3.

Gallorum reliquiæ in Asiam trajecerunt, atque Ancyra Phrygum oppido occupata supra Sangarium amnem consederunt, atque inde Gallo-Græci vocati.

. . . . 4.

Pyrrhus rex a Tarentinis advocatus veris initio trajecit in Italiam contra Romanos. Achæorum civitates inter se conspirarunt, & communem remp. instituerunt Dyme, Pharæ, Patræ, & Tritæa.

CXXVI.
. . . . 1.

Pyrrhus rex Romanos vicit in Lucania ad flumen Sirim P. Lævino consule pugnantes. C. Fabricius de redimendis captivis ad eum missus.

. . . . 2.

Pyrrhus vulnere accepto a Romanis Tarentum fugatus.

. . . . . . 3.

Pyrrhus a Syracusanis advocatus in Siciliam cum exercitu trajecit.

. . . . . . 4.

CXXVII.
. . . . . . 1.

Egium, Carynia, Bura se Achæorum concilio tyrannis expulsis adjungunt.

. . . . . 2.

Pyrrhus in Italiam revectus a Manlio Curio Dentato consule memorabili prœlio superatus in Epirum recessit.

. . . . . 3.

Pyrrhus Macedoniam ingressus, magnam partem occupavit, Antigonumque regem se ad maritimas civitates recipere coegit.

. . . . . 4.

Pyrrhus a Cleonymo Spartano, qui ab Areo in petitione regni superatus fuerat, inductus, specie, ut Græcas civitates Antigoni dominatu liberaret; re, ut sibi Peloponnesum adjungeret, in agrum Laconicum populabundus iniit. & absente in Creta rege Areo urbem Lacedæmonem oppugnavit. Tandem cum auxilium Antigono a Corintho accessisset, simulque Areus rex e Creta supervenisset, inde re irrita discedere coactus Argos accersitus ab Aristeo, qui cum Aristippo sentiebat, cui Antigonus favebat, urbem ingressus tegulæ ictu concidit.

CXXVIII.
. . . . . 1.

Morte Pyrrhi multæ civitates Peloponnesi ad Antigonum regem defecerunt. aliæ proditione receptæ.

PYTHARATUS. 2.

Epicurus philosophus mortuus. Lycon

Peripateticus successit Stratoni, & scholæ præfuit annos XLIIII. Demochari mortuo honores Athenis decreti.

3. . . . . . .

Aristotimus auxilio Antigoni tyrannide Eleorum potitur, & post sex menses a Cylone occiditur.

4. . . . . . .

CXXIX.

1. . . . . . .

2. . . . . . .

Antigonus a Ptolemæo Ægypti rege, & Spartanis bello petitur. quibus cum se Gallogræci adjunxissent, occidione occisi sunt.

3. . . . .

ANTIGONI GONATÆ DOMINATUS ATHENIS.

ANTIGONUS Gallorum victoria elatus, & jampridem Atheniensibus iratus, quod quondam a Demetrio patre suo defecissent, & præsidium Athenis, & in primis Musæo, quod ille munivERat, depulissent, bellum eis gravissimum intulit, atque Athenas maritimis, & terrestribus copiis oppugnavit. Atheniensium subsidio Ptolemæus Philadelphus Ægypti rex Patroclum cum classe misit, unde Patrocli insula nomen invenit. Lacedæmonii etiam Areum regem sequuti non defuere. qui tamen parum eis ad salutem profuerunt. Nam Athenienses diu obsessi se dedere Antigono, & iterum in Musæo præsidium recipere coacti sunt. iidem tamen erga Ptolemæum grati tribum unam ab eo Ptolemaidem nominarunt. ut aliquot post annis ab Attalo alteram Attalidem.

Interim Alexander rex Epiri, regis Pyrrhi F. absente Antigono Macedoniæ fines populatus est.

. . . . . . 4.

Antigonus e Græcia in Alexandrum Epirotam reversus a militibus suis destitutus regnum Macedoniæ cum exercitu amittit. Demetrius autem Antigoni F. puer regnum recuperat, & Alexandrum Epiro ejicit.

CXXX.

. . . . 1.

Romani Ap. Claudio Caudice consule bellum Punicum primum inierunt. Alexander Epirota Arcadum auxilio in regnum restituitur.

. . . . 2.

. . . . 3.

. . . . . . 4.

CXXXI.

. . . . 1.

Persus philosophus Stoicus Zenone Citticeo jam sene floret. Zeno ab Antigono rege advocatus ætatis gravitate excusata, non ivit.

. . . . 2.

. . . . . . 3.

. . . . . 4.

ATHENÆ DOMINATU ANTIGONI LIBERATÆ.

CXXXII.

. . . . 1.

ANTIGONUS rex præsidium Athenis e Musæo deduxit, & liberos Athenienses reliquit. Romani cum Pœnis jam nonum annum bellantes cum Xanthippo Lacedæmonio Pœnorum duce acie dimicarunt, quo in prœlio M. Atilius Regulus imperator captus est.

FINIS.

REGES LACEDÆMONIORUM.



LACEDÆMON JOVIS F. Rex I.

EurotæLaconiæ regi, cum sine filiis decessisset, Lacædem. successit, ex eadem matre, qua Eurotas, genitus, præterea Eurotæ gener. Hic regionem a se Laconiam, & urbem, quam condidit, a nomine uxoris Spartæ, Spartam vocavit; cum Erichthonius Vulcani F. rerum potiretur Athenis.

AMYCLAS Lacedæmonis F. Rex II.

Hic oppidum Amyclas in agro Laconico condidit.

ARGALUS Amyclæ F. Rex III.

CYNORTAS Argali F. Rex IIII.

OEBALUS CYNORTÆ F. Rex V.

Hic ex Gorgophone Persei regis Argivi filia, Jovis nepte, Hippocoontem, & Tyndareum genuit.

HIPPOCOON Oebali F. Rex VI.

Hippocoon victo Icarii ope Tyndareo fratre secum de regni possessione certante, regnum suscepit.

TYNDAREUS Oebali F. Rex. VII.

Tyndareus pulso e patrio regno Herculis auxilio Hippocoonte fratre, post eum regnavit.

CASTOR / POLLUX Tyndarei filii Reges VIII.

Horum ætas Thesei regis Atheniensis regno respondet.

MENELAUS Atrei F. Rex IX.

Mortuis Tyndaridis sine filiis, Menelaus, quod Helena ducta Tyndarei gener esset, ad regnum pervenit. Hoc tempore Ilium expugnatum est. Id quod in annum primum Demophoontis regis Atheniensis refertur.

A ORESTES Agamemnonis F. Rex X. Hic patrio Mycenarum regno pulsus Menelai soceri sui filiis e serva natis exclusis regnum occupavit.

TISAMENUS Orestis F. Rex XI.

Regnante Tisameno Heraclidæ, duce Oxylo in Peloponnesum, unde ab Eurystheo rege quondam pulsi fuerant, reverterunt, Cresphontes, Temenus, & Aristodemus Aristomachi filii, Cleodæi nepotes, Hylli pronepotes, Herculis abnepotes. & cum Dorienstium auxilio Messenem, Argos, & Spartam, earum inde B pulsis regibus in potestatem adduxissent, ea regna in sortem conjecerunt. Cresphonti Messene, Temeno Argi, Sparta Aristodemi filiis geminis, Eurystheni, & Procli, quod Aristodemus e vita jam decessisset, obtigerunt. Quo factum est, ut regnum Spartæ duobus duarum familiarum viris posthac mandatum sit. quarum una fuit posterorum Eurysthenis, altera Proclis. Hæc autem in ea tempora inciderunt, quibus Melanthus Andropompi F. Messene ab Heraclidis pulsus Athenarum regnum sibi vindicavit.

C EURYSTHENES Aristodemi F. Rex XII. regnat annos XLII.

PROCLES Aristodemi F. Rex XII. regnat annos....

Hi Reges Rempublicam, regnumque Lacedæmoniorum constituisse dicuntur.

AGIS Eurysthenis F. Rex XIII. regnat annos L. Ab hoc Agide posteri omnes Eurysthenis Agidæ sunt vocati. Idem Ilotis, id est, agrestibus Lacedæmoniis jus æquabile per arma ademit. quod bellum Iloticum dictum est.

SOUS Proclis F. R. XIII. regnat annos.... Soo regnante Spartiatæ Ilotas subegere, & Arcadibus agri partem D ademere. Sous a Clitoriis obsessus fœdus fecit.

ECHESTRATUS Agidis F.R.XIIII. regnat an. XXXV. Hic Cynurenses sedibus expulit.

EURYPON Soi F. R. XIIII. regnat annos... Ab hoc posteri omnes Proclis Eurypontidæ appellati, qui ante Proclidæ dicebantur. E

LEOBOTES Echestrati F. R. XV. regnat annos XXXVII. Hujus tutorem fuisse Lycurgum legislatorem scribit Herodotus. haud scio an vere. Idem bellum cum Argivis Cynurensium caussa gessit.

PRYTANIS Eurypontis F. R. XV. regnat annos...

F DORYSSUS Leobotis F.R. XVI. regnat an. XXIX.

EUNOMUS Prytanidis F. R. XVI. regnat annos... Hic civili tumultu popinario cultro ictus occubuit.

AGESLAUS Doryssi F. R. XVII. regnat an. XLIV.

POLYDECTES Eunomi F.R. XVII. regnat annos...

Regnante Agesilao LYCURGUS Eunomi Regis F. Prytanidis N. cum Charilai, filii Polydectis fratris, tutelam gereret, leges Lacedæmoniis scripsit. quibus illa Respublica postea mirifice crevit.

ARCHELAUS Agesilai F. Rex XVIII. regnat annos LX. Archelaus urbem finitimam Ægyn excidit, defectionem ejus ad Arcadas metuens.

CHARILAUS Polydectis F. Rex XVIII. regnat annos LXIV. Charilaus cum Argivis, & Tegeatibus bellum gessit, & Archelaum in excidenda Ægy adjuvit.

TELECLUS Archelai F. R. XIX. regnat annos XL. Lacedæmonii finitima oppida Amyclas, Pharin, Geranthras, quæ Achæi occuparant, everterunt. Teleclus R. Argivos bello petivit, & bellum Messeniis intulit propter virgines Lacænas in templo Messeniis, & Lacedæmoniis communi, in finibus sito, violatas. in eoque ipse occubuit.

NICANDER Charilai F. Rex XIX. regnat an. XXXIX. Nicandro regnante bellum cum Messeniis a Teleclo rege parum prospere gestum. Lacedæmonii duce Nicandro, adjunctis Asinæis Argolidem invaserunt. Anno Nicandri reg. XXXIII. prima olympias inita est. ut scribit Clemens.

ALCAMENES Telecli F. Rex. XX. regnat annos XXXVII. Alcamene cum Theopompo regnante bellum Messenicum vicennale cum ob veteres, tum ob novas caussas geri cœptum. in quo Amphæa de Messeniis capta est. Jurarunt Lacedæmonii, se domum, nisi confecto bello non reversuros. & remissa domum injurata juventute, permissoque omnium feminarum promiscuo concubitu, prolem eorum propagarunt, qui Partheniæ dicti sunt. qui post an. XXX. duce Phalanto Tarentum in Italia occuparunt.

THEOPOMPUS Nicandri F. Rex XX. regnat an..... Theopompum alii bello Messenico occubuisse, alii, quod verius est, bellum illud confecisse scribunt. Eundem sunt qui prodant magistratum quinque Ephororum instituisse, qui Regibus oppositi, regni opes imminuerunt. Eodem regnante inter Argivos, & Lacedæmonios de Thyreatum finibus est dimicatum.

POLYDORUS Alcamenis F.R. XXI. regnat annos...

Polydorus item cum Theopompo regni partem traduxit, & bello Messenico cum eo finem imposuit, Ithome Messeniorum arce excisa. post a Polemarcho homine Spartano necatus est. Polydoro tan-

A tantum honoris habitum est, ut quæ publice obsignari necesse erat, ea Polyodori imagine magistratus obsignarent.

EURYCRATES Polydori F. R. XXII. regnat annos ....

Hoc regnante Messenii æquo animo Lacedæmoniis paruerunt.

ZEUXIDAMUS Archidami F. Theopompi N. R. XXI. regnat annos .....

ANAXANDER Eurycratis F. R. XXIII. regnat annos ....

ANAXIDAMUS Zeuxidami F. Rex XXII. regnat annos ....

B Anaxandro, & Anaxidamo regnantibus archonte Athenis Tlesia Messenii a Laced. defecerunt, anno, postquam subacti erant, & Ithome excisa erat, XXXIX. cujus belli dux fuit Tyrtæus poeta, homo claudus, ab Atheniensibus datus. Messenii Peloponneso exacti.

EURYCRATES Anaxandri F. R. XXIIII. regnat annos ....

Lacedæmonii cladem a Tegeatibus acceperunt.

ARCHIDAMUS Anaxidami F. Rex XXIII. regnat annos ....

LEON Eurycratis F. Rex XXV.

Lacedemonii item a Tegeatibus victi.

C AGASICLES Archidami F. Rex XXIIII.

ANAXANDRIDES Leontis F. Rex XXVI. regnat annos ...

Lecedæmonii cum Tegeatibus melius pugnarunt.

ARISTO Agasiclis F. R. XXV. regnat annos ...

CLEOMENES Anaxandridæ Fil. Rex XXVII. regnat annos ....

D DAMARATUS Aristonis F. Rex XXVI. regnat annos ....

Cleomenes Argivos prœlio fudit, & ascito ex altera familia rege Damarato, adducto Athenas exercitu, Hippiam Pisistrati F. tyrannum Athenis ejecit, & Athenienses in libertatem primum restituit, deinde Isagoræ a Clisthene pulsi reducendi caussa, eosdem bello aggressus est. in quo Orgadem etiam, agrum Cereri sacrum est populatus, postremo Damaratum regem crimine objecto regno spoliandum curavit.

LEONIDAS Anaxandridæ Fil. Rex XXVIII. regnat annos ...

Hic est, qui bello Persico Xerxis, trecentis assumptis sese Persis ad Thermopylas obtulit, atque ibi cecidit.

E LEOTYCHIDES Menaris F. Argis N. Rex XXVII. regnat annos XXII.

Hic pulso Damarato cum ex familia Eurypontidarum esset, ad regnum evectus, cum Xanthippo Atheniensi Persas ad Mycalem vicit, bellum contra Alevadas in Thessalia gessit. ad extremum de majestate postulatus Tegeam in exilium abiit.

PLISTARCHUS Leonidæ F. R. XXIX. regnat annum I.

Hujus tutor fuit Pausanias Cleombroti F. Anaxandridæ regis N. qui Mardonium Xerxis ducem ad Platæas vicit. deinde ad liberandas Græcas civitates missus, earum Xerxi prodendarum consilium habuisse convictus est,

F ARCHIDAMUS Zeuxidami F. Leotychidis N. R. XXVIII. regnat annos XLII.

Tom. V.

PLISTONAX Pausaniæ F. Cleombroti M. Anaxandridæ regis pronepos Rex XXX. regnat annos LXVIII. Hujus tutor fuit Nicomedes Cleomenis F. qui auxilio venit Doriensium contra Phocenses.

Ilotæ, & Messenii illato Lacedæmoniis bello, ubi Ithomen ab iis obsideri audiverunt, bello decennali finem fecerunt. Lacedæmonii fœdus quinquennale, & alterum tricennale cum Atheniensibus percusserunt.

Archidamo adhuc regnante bellum Peloponnesiacum initum, atque ab eo Archidamium appellatum Hic crebris populationibus Atticam vexaxit, & Platæas Atheniensium socias occupavit.

PAUSANIAS Plistonactis F. R. XXXI. regnat annos XIIII.

AGIS Archidami F. R. XXIX. regnat annos XLII.

Lacedæmonii cum Atheniensibus fœdus fecerunt in annos quinquaginta, anno decimo belli Peloponnesiaci. Agis Rex bellum cum Eleis gessit, & cum Alcibiade exule Atheniensi, rupto quinquaginta annorum fœdere in Atticam irrupit, atque ibi Deceliam communivit, unde bellum Decelicum appellatum. Idem cum exercitum Athenas adduxisset, fortiter repulsus est. Cum Lysander dux Lacedæmonius Piræeum obsideret, Agis, & Pausanias reges in Atticam invadentes Atheniensium populum ad graves pacis conditiones accipiendas, & remp. XXX. viris committendam compulerunt. Lysander subactorum Atheniensium gloria elatus tentavit regnum ab Agidis, & Eurypontidis ad omnes Geraclidas, aut, ut aliis placet, ad omnes Spartanos, ut ipse etiam in ejus partem veniret, transferre. Idem in Bœotia assumptis Phocensibus bellum gessit, & ad Haliarthum occubuit. Pausanias rex criminibus oneratus in exilium Tegeam profectus est.

AGESIPOLIS Pausaniæ F. Cleombroti N. R. XXXII. regnat annos XIIII.

Hujus tutor fuit Aristodemus. Bellum gessit cum Argivis, Mantineam cepit, & cum Olynthiis bellum pararet, mortuus est.

CLEOMBROTUS Pausaniæ F. Rex XXXIII. regnat annos IX.

Hujus tutor item fuit Aristodemus, Sphodriade duce, ut Piræeum invaderet, inducto, fœdus ultimum cum Atheniensibus violavit, & pugnans cum Bœotis, & Epaminonda illorum duce in prœlio ad Leuctra occubuit; cui etiam

AGESILAUS Archidami F. R. XXX. regnat annos XLI.

Agesilaus Leotychide notho Agidis fratris filio secum de regno certante victo, ope Lysandri, post victos Athenienses prope Lacedæmone dominantis ad regnum evectus est. Bellum cum Artaxerxe rege Persarum gessit, & Tissaphernem ejus satrapen in Ionia magno prœlio fudit. Ægyptios item ultus, domum rediens mortuus est. vir inter Lacedæmonios maximus.

Archidamus Agesilai tum regis filius interfuit. Hac clade Lacedæmoniorum opes accisæ sunt.

AGESIPOLIS Cleombroti F. R. XXXIIII. regnat annum I.

CLEOMENES Cleombroti F. R. XXXV. regnat annos LXI.

ARCHIDAMUS Agesilai F. Rex XXXI. regnat annos XXIII. Archidamus Phocensibus bello sacro adjuvit. & cum auxilio esset Tarentinis, in Italia ad oppidum Mandonium a Messapiis eodem diem interfectus est, quo ad Chæroneam ab Atheniensibus cum Philippo pugnatum est.

AGIS Archidami F. Rex XXXII. regnat annos IX. Hic victo ad Issum Dario opem contra Alexandrum Magnum exercitu in Creta contracto tulit, & superato in Arbelis Dario res ejus fovens bellum in Peloponneso cum Antipatro Alexandri præfecto ad Megalopolim gessit. in eoque occubuit. Secunda hæc fuit Lacedæmoniorum clades post Leuctricam.

EUDAMIDAS Archidami F. R. XXXIII. regnat annos .... Alexandro mortuo adhuc vivente iniit.

AREUS Acrotati F. Cleomenis Regis N. Rex XXXVI. regnat annos XLIIII. Hic Cleonymum Cleomenis F. patruum suum secum de regno litigantem superavit. Iratus Cleonymus Pyrrhum Æacidæ F. intra fines induxit. & prope urbem ipsam Lacedæmonem cepit. Idem Atheniensibus auxilio adversus Antigonum Gonatam Macedoniæ regem affuit. ad Corinthum cecidit.

ARCHIDAMUS Eudamidæ F. Rex XXXIIII. regnat annos .... Demetrius Poliocertes libertatis Lacharis tyrannide Athenis Lacedæmona progressus cum Archidamo rege duobus prœliis secundis factis, ferme urbem ipsam cepit. Tertia hæc Lacedæmoniorum clades numeratur.

A ACROTATUS Arei F. Rex XXXVII. regnat annos .... In prœlio ad Megalopolim ab Aristodemo tyranno cæsus.

AREUS Acrotati F. Rex XXXVIII. Hic mortuus est annum agens. VIII.

LEONIDAS Cleonymi F. Cleomenis regis N. Agesipolidis pronep. Rex XXXIX. regnat annos .... B

EUDAMIDAS Archidami F. R. XXXV. regnat. annos ...

AGIS Eudamidæ F. Rex XXXVI. regnat annos ....

Hic e Mantinensibus finibus, & Pellenei, ejectus accitis Achæis, & eorum duce Arato. item in Megaride superatus.

CLEOMBROTUS Rex XL. regnat annos ...

Agidi regi adolescenti Lysandrum Ephorum ad legem de novis tabulis, & agrorum divisione ferendam impellenti, cum Leonidas rex senior C restitisset, antiquata lege a Lysandro regno pulsus est. in ejus locum Cleombrotus gener rex factus est. Post autem cum Agesilaus Ephorus Agidem ad tollendas æris alieni tabulas impulisset, ac de dividendis agris laturus esset, divites, ut eorum actionibus resisterent, Leonidam a Tegea exulem revocarunt, & iterum ad regnum evexerunt. Cleombrotus rex a Leonida socero exactus, Agis ab Ephoris in carcere necatus est.

CLEOMENES Leonidæ F. Cleonymi N. D R. XLI. regnat annos ...

EURYDAMIDAS Agidis F. Rex XXXVII. regnat annos ...

EPICLIDAS Leonidæ F. Cleonymi N. Rex XXXVII. regnat annos ...

Cleomenes rex Eurydamidam ex altera familia regem veneno sustulit, & fratrem suum Epiclidam, vel Euclidam in ejus locum novo exemplo substituit. primique ex eadem familia duo reges una regnarunt: Ephoros sustulit, & bonorum æqualitate inducta veteres leges, ac remp. restituit: E Achæis bellum intulit, & Aratum Sicyonium Achæorum prætorem Antigoni Macedoniæ regis ejus, qui Philippi tutor fuit, opem implorare coegit. Achæi prœlio ad Sellasiam Cleomene victo, duce Arato Lacedæmone expugnarunt. Epiclidas in pugna cecidit. Cleomenes cum in Ægyptum profugisset, ibi necatus est. Lacedæmonii regibus liberati sunt, paucis ante Annibalis in Italiam adventum annis.

FINIS.

JOANNIS MEURSII
FORTUNA ATTICA,
SIVE DE
ATHENARUM ORIGINE,
INCREMENTO, MAGNITUDINE,
POTENTIA, GLORIA, VARIO STATU,
DECREMENTO, ET OCCASU,
LIBER SINGULARIS.

ILLUSTRISSIMO, ET CELSISSIMO,

PRINCIPI,

FRIDERICO,

D. G. HÆREDI NORVEGIÆ,

DUCI SLESVIGÆ, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, DITHMARSIÆ; COMITI IN OLDENBURG, & DELMENHORST, &c.

ILLUSTRISSIME, ET CELSISSIME, PRINCEPS,



ÆC quorundam eſt ſententia, neque ea heri, hodieve, nata; infra dignitatem veſtram Literas eſſe; nec decorum, uti eas aut ſciatis, aut diſcatis. Sed profecto, iſtos homines qui cum ratione inſanire dixerit, nihil a vero aberraverit. Aliter Alphonſus ſenſit, rex Arragonum; qui, cum quidam indignas Principe Literas diceret, bovis ſe, non hominis, vocem audire dixit. Et de rege Romanorum quodam narrat Joannes Saresberienſis, monuiſſe Galliæ regem, ut inprimis liberos ſuos diſciplinis liberalibus erudiri accuraret; quippe regem illiteratum, aſinum coronatum eſſe. Non hic verba multa perdam; ſed, ut Neoptolemus ille Ennianus, paucis agam: utque omittam rationes, quas non capiunt; certe exemplis Regum, Cæſarumque, victi, manus dabunt. Quis Macedonem Philippum, nato ſibi Alexandro, ſcripſiſſe Ariſtoteli neſcit; non tam filio ſe gaudere, quam quod præceptore ipſo uſurus eſſet? Apud Romanos Julio Cæſare nihil majus; tamen hic fortunæ ſuæ magnitudinem cum doctrina eſt partitus. Auguſti imperium longe clarius ſtudium in doctos fecit. Hadrianus bibliothecam, & gymnaſium Athenis dedit. Antoninus non Philoſophi cognomentum ſe indignum exiſtimavit; & Athenis Profeſſores, annuamque his mercedem, eſt largitus. Carolus Magnus, & Franciſcus, rebus geſtis longe maximis, majores tamen ſuo in ſtudia affectu habentur. Carolus Quinctus, poſtquam in ætate prima Hadriani præceptoris negligentiorem ſe ſe præbuiſſet, mox, Imperio potitus, culpam ſuam intellexit, publiceque profiteri non erubuit. Atque ut alio nunc prætercam, numero multos, advocabo Illuſtriſſimam Celſitudinis Tuæ domum. In hac eſt avus tuus Adolphus, Princeps bello & pace clariſſimus; qui Dithmarſos, gentem longe ferociſſimam, & invictam ad id tempus, cum fratre Joanne, & Friderico II. Daniæ rege, in ordinem coegit. Ille ipſe, uti verus Martis pullus, bellicaque laude ſummus, ſic Muſarum antiſtes maximus habebatur. Eundem animum liberi ejus accipere; in quibus Fridericus erat, Sleſvicenſis Epiſcopus, inter alias virtutes eruditione præſtans. Philippus, patris ſui æmulus, plane in exemplum factus. Quid Joannem Adolphum dicam, Celſitudinis Tuæ patrem? Ille, ut & ipſe doctus, ſic doctorum adeo amans, ut Mæcenas ſui ævi cenſeretur. Inter doctos, quos complexus, Joannes a VVovver memorandus, vir inſignis; quem, amore literarum, dignitatibus ſummis auxit. Bibliothecam inſignem in regia vere arce Gottorpia, libris optimis, Græcis pariter ac Latinis, nummis veteribus, ceteriſque Antiquitatis inſtrumentis, exornatam: e qua Procli De Platonis Philoſophia monumenta nobis prompſit. Nec contentus ipſum exemplar liberaliter protuliſſe, ut affectum illum in doctos manifeſtiorem faceret, ſua impenſa in Latinam linguam verti, & excudi, accuravit. Qua re ſane orbem totum literatum ita arcte ſibi obſtrinxit, ut non magis quiſquam poſſit; beneficiumque ſummum mox profeſſæ ipſæ Muſæ, poſt receptam cælo animam, nomen ejus, in Æternitatis templo conſecratum, immortale effecere. Non hic poſſum, quin ad ſequiorem quoque ſexum tranſeam; & Chriſtinam, Celſ. Tuæ amitam, per occaſionem prædicem; quæ cum fœminas ſui ordinis multis modis antecelleret, dignum certe tot virtutibus matrimonium conſecuta eſt. Itaque nupta Carolo IX. Suecorum, Gothorum, Vandalorumque Regi, filium huic Guſtavum peperit; quem qui ſeculi noſtri Auguſtum, ſicut ipſum nominis anagramma habet, appellaverit, nihil ille præter veritatem dixerit: ego certe, qui reipſa ſum expertus, ſummam ejus erga doctos benevo-

lentiam prædicare nunquam desinam. Neque ille alia matre nasci debuit, neque parere filium illa alium potuit. His majoribus Tu prognatus, FRIDERICE, *ita excellis, ut virtutes Principum omnium, quos familia ista tua illustrissima hactenus habuit, blandior Natura quædam in Te unum derivasse videatur. Summa ipse eruditione præditus, amas doctos, æstimasque; nec prolixo in hos affectu ulli cedis: atque ut nuper Celſ. Tuæ parens, Joannes Adolphus, Proclum nobis est largitus, ita a Te Nicolaum Methonensem exspectamus. In quo studio laudatissimo ministrum habes, ut in aliis rebus omnibus, fidelissimum, virum insignem, & magnificum, Martinum Chemnitium, Celſ. Tuæ Cancellarium, Te Principe, & isto munere, sane dignissimum. Nil hic, Illustrissime & Celsissime Princeps, de virtutibus tuis cæteris delibabo; quas, præconio inferiore ne quid deteram, tacitus venerari malo. Illud dicam, vehementer me nonnunquam admiratum, cum ingentes laudes tuas memoraret Vir Nobilissimus, & Amplissimus, Janus Rutgersius, cui Te coram nosse contigit, cum is nuper, a Serenissimo Sueciæ Rege ad Celſ. Tuam legatus, splendidissimo apparatu, & immensa comitate, abs Te exceptus, aliquandiu tecum ageret. Et ille quidem, ut est alias facundus, nunquam tamen magis videtur, quam cum de virtutibus tuis verba facit. Macte vero isto in eruditos animo, Illustrissime & Celsissime Princeps; sic devotos Celſ. Tuæ habebis, quotquot uspiam inter Musarum cultores nomen suum profitentur. Me in istis; qui humillimæ observantiæ testimonium librum istum* De Fortuna Athenarum *Celsitudini Tuæ offero. Utinam autem ita placeat, ut placere eum opto: quin, ut placeat, quanta possum animi dimissione etiam precor. Lugduni Batavorum ad diem* XI. *Martii,* CIƆ IƆ CXXII.

Illustrissimæ Celsitudini Tuæ
humillime devotus,
JOANNES MEURSIUS.

JOANNIS MEURSII
DE
FORTUNA ATHENARUM
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Antiquitas Urbis. Athenienses se αὐτόχθονας esse volebant. Fruges ibi loci inventæ; item leges: quas & Lacedæmonii inde, & Romani, petierunt. Matrimonium etiam illic institutum, a rege Cecrope; qui & Διφυὴς inde dictus. Cicadæ gestari solitæ. Sopatri locus emendatus. Quando tandem is mos desitus.



UM Athenas illustrassem, visum etiam *De Fortuna eius Urbis* singillatim quædam dicere. Quomodo autem, qui nobilitatem jactant, quæ Fortunæ primum bonum, nonnulli putant, & ab iis æstimari illam cupiunt; ita mihi, cum hæc urbs in toto orbe nobilissima, primo loco de antiquitate ejus sermo erit, quæ profecto longe maxima. Testis locuples Isocrates, in *Panegyrico*. Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι. *In confesso enim quidem est urbem nostram esse veterrimam.* Quin αὐτόχθονας, *Indigenas*, Athenienses se dicebant. Plato de iis, in *Menexeno*. Τῆς δ' εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις, οὐκ ἔπηλυς οὖσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τούτους ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ, ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας. *Primum quidem nobilitatis contingit his majorum origo, non extranea, neque hos posteros demonstrans inquilinos hujus regionis, quasi aliunde ipsi venerint, sed indigenarum.* Demosthenes, in *Orat. Fun.* Ἡ γὰρ εὐγένεια τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἐκ πλείστου χρόνου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνωμολόγηται. οὐ γὰρ μόνον εἰς πατέρ' αὐτοῖς καὶ τῶν ἄνω προ-

A γόνων κατ' ἄνδρα ἀνενεγκεῖν ἑκάστῳ τὴν φύσιν ἐστίν. ἀλλ' εἰς ὅλην κοινῇ τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα, ἧς αὐτόχθονες ὁμολογοῦνται εἶναι. μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, ταύτην ᾤκησαν, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν παρέδωκαν. *Nobilitas enim horum virorum ex plurimo tempore apud omnes homines agnoscitur. Non enim modo ad patrem illis & quod ad majores attinet, viritim referre unicuique originem licet; sed ad universam communiter patriam, cujus indigenæ existimantur esse. Soli enim omnium hominum eam, unde nati sunt, incolunt, & suis ex se natis tradiderunt* Euripides, *Jone*.

B — ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα
Κλεινῶν Ἀθηνῶν. —
— *Veniens populum ad indigenam*
Inclitarum Athenarum. —

Et postea iterum.

Λέγουσι, τὰς αὐτόχθονας
Κλεινὰς Ἀθήνας, οὐκ ἐπείσακτον γένος.
Audi, esse dicunt indigenas
Inclitas Athenas, non introductam nationem.

Ita Γηγενεῖς *terra nati* dicuntur a Phalaride, in Epistola quadam *ad ipsos*. Ἐγὼ μὲν, ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι, καὶ ἐν τούτῳ τὰ ὑμέτερα ἔθη ἐμιμησάμην. *Ego quidem, o sapientissimi terræ filii Athenienses,*
C *etiam in hos mores vestros imitatus sum.* Et *Terrigenæ* ab Ausonio, in *Catalogo Urbium*.

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas.

Immo cum sole nati esse dicebantur. Menander Rhetor, *lib.* I. *cap.* XV. Τρίτον ἐφαμεν τοῦ γένους εἶναι τὸν χρόνον τρισὶν ὅροις, ἢ τῷ παλαιοτάτῳ· ὅταν ἢ πρὸ ἄστρων φάσκωσιν, ἢ πρὸ κατακλυσμοῦ. ἢ μετὰ κατακλυσμὸν, ᾠκίσθαι τὴν πόλιν, ἢ χώραν. καὶ ὥσπερ Ἀθηναῖοι, μεθ' ἡλίου γενέσθαι φασίν. Ἀρκάδες δὲ, πρὸ σελήνης. *Ter-*

tium diximus generis esse tempus tribus terminis, aut vetustissimorum, quando aut ante astra dicimus, aut ante diluvium, aut post diluvium habitatam fuisse vel urbem vel regionem; & sicut Athenienses cum sole fuisse dicunt; Arcades vero ante lunam. Sane antiquitatem suam jactitasse Athenienses, etiam Libanius testis, *Declam.* XIX. Η Ἀθηναίων πόλις ταῦτα εἰργασαι, ἀεὶ σεμνυνομένη πρεσβεῖα γένους. *Atheniensium urbs ista fecit, semper jactans privilegia generis.* Et, ut Latinos advocemus, Cicero, *pro L. Flacco. Adsunt Athenienses, unde doctrina, humanitas, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur: de quorum urbis positione, propter pulchritudinem, etiam inter deos certamen fuisse proditum est. quæ vetustate ea est ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur.* Justinus, ubi de Atheniensib. agit, *lib.* II. *Præterquam incremento, etiam origine gloriantur; quippe non advenæ, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed eodem innati solo, quod incolunt; & quæ illis sedes, eadem origo est.* Hilduinus; in *Vita Dionysii Areopagitæ*, ubi de thenis agit, lib. II. *Urbs inclyta, & antiqua; sola, præter externum incrementum, gloriosa: cujus civibus non dedit initium collecta nativitas; sed quæ illis sedes, eadem est & origo.* Antiquitatem tribuit quoque Æmylius Probus, in *Vita Attici: Hoc specimen prudentiæ; quod, cum in eam civitatem* (Athenas intelligit) *se contulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præstaret omnes, ei unus ante alios fuerit carissimus.* Et *Urbs vetusta* dicitur Tacito, *Annal.* II. *Hinc ventum Athenas; fœderique sociæ, & vetustæ, urbis dedit, ut uno lictore uteretur.* Quidam tamen colonos Saitarum Athenienses dictitabant. Diodorus Siculus, *lib.* I. Καὶ τοὺς Ἀθηναίους δέ φασιν ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις. παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν ἄστυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἄστεος. *Sed & Athenienses ferunt colonos esse Saitarum ex Ægypto, & conantur cognationis istius ferre demonstrationes. Apud solos enim ex Græcis urbem appellari asty, transportata appellatione ab eo, quod apud ipsos est asty.* Vide quæ illic plura sequuntur. Platoni, in *Timæo*, Saitæ φιλαθηναῖοι, καὶ τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδε, *Amici Atheniensium, & quodammodo propinqui horum,* dicuntur. Ecce verba: Ἔστι τις κατ' Αἴγυπτον, ἦ δ' ὅς, ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός· τούτου δὲ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς· ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς. οἷ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τοὔνομα Νηΐθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. μάλα δὲ φιλαθηναῖοι, καὶ τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδε εἶναι φασίν. *Est quædam in Ægypto, inquiebat ille, in Delta, circa quod in acumine scinditur fluxus Nili, Saitica cognominata præfectura: ejus vero præfecturæ urbs maxima Sais; unde etiam Amasis erat rex: ubi urbis numen primarium est, Ægyptiace quidem nomen Neith, Græce autem, ut eorum sermo est, Athena: valde autem amici Atheniensium, & quodammodo propinqui eorum esse dicunt.* Ad quem locum ita Proclus *Comment.* I. Τοὺς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν, καὶ Φανόδημος, πατέρας τῶν Σαϊτῶν ἱστοροῦσι γενέσθαι. Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν, ἐποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν. Ἀττικὸς δὲ ὁ Πλατωνικὸς, διὰ βασκανίαν φησὶ μεταποιῆσαι τὴν ἱστορίαν τὸν Θεόπομπον. ἐπ' αὐτοῦ γὰρ ἀφικέσθαι τινὰς ἐκ τῆς Σάεως, ἀνανεωσαμένους τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν. ὁ δὲ Πλάτων τοσοῦτον μόνον εἶπε περὶ αὐτῶν, ὅτι φιλαθηναῖοί τε οἱ Σαΐται, καί τινα τρόπον οἰκεῖοι. *Athenienses vero Callisthenes quidem & Phanodemus, patres Saitarum memorant esse: Theopompus autem vice versa colonos eorum esse dicit. Atticus vero Platonicus per invidiam ait immutasse historiam Theopompum: Suo enim tempore venisse quosdam ex Sai, renovantes cognationem cum Atheniensibus. Plato autem id solum dixit de illis, Atheniensium amicos esse Saitas, & quodammodo propinquos.* Atque antiquitatis suæ argumentum ostentabant Athenienses repertas fruges. Res est nota. Cicero, in *citatis verbis. Adsunt Athenienses, unde doctrina, humanitas, religio, fruges, jura, leges ortæ.* Demetrius Phalereus, apud Rutilium Lupum, *De Fig. Sent.* lib. II. *Nobis primum dii immortales fruges dederunt; nos, quod soli accepimus, per omnes terras distribuimus.* Insignis maxime est Isocratis locus, in *Panegyrico*. Πρῶτον μὲν οὖν. οὗ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδεήθη, διὰ τῆς πόλεως ἡμετέρας ἐπορίσθη. καὶ γὰρ εἰ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως αὐτὸν καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει. Δήμητρος γὰρ ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτ' ἐπλανήθη, τῆς Κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἷόν τε ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δούσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισται τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς, οἳ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν αἴτιοι γεγόνασι. *Primum quidem igitur, quo primum natura nostra indiguit, per urbem nostram acquisitum fuit. Etenim licet fabulosus sermo sit, tamen eum nunc quoque memorari oportet. Cerere namque veniente in regionem nostram, quum erravisset, ob Proserpinam raptam, & circa majores nostros benigne affecta propter beneficia, quæ non debent alii quam initiati audire, & præbente duo dona, quæ sunt maxima, fructusque, qui in causa fuerunt, ne bestiarum instar viveremus.* & quæ sequuntur. Ivo, in *Chronico. Athenienses vini, & olei, usum primi finitimis tradidisse feruntur.* Item leges sibi etiam vindicabant. Cicero, *loco citato. Leges ortæ* (*apud Athenienses*) *atque in omnes terras distributæ putantur.* Et observa, in omnes terras distribuerunt; ac ab illis Lacedæmonii acceperunt. Isocrates, in *Panathenaico*, ubi de Lacedæmoniis agit. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἐρεῖν πολλὰ τῶν καθεστώτων ἐκεῖ, οὐχ ὡς Λυκούργου τι τούτων εὑρόντος, ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένου τὴν διοίκησιν ὡς δυνατὸν ἄριστα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην· ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν. καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος. *Ego quidem consentio multa dicere de iis quæ illic obtinent, non quasi Lycurgus aliqua eorum invenerit, aut excogitaverit, sed qui imitatus fuerit administrationem, quam optime potuit, nostrorum majorum, & populare imperium apud eos constituerit, temperatum regimine optimatum, quod erat apud nos; & magistratus non sorte, sed delectu creandos induxerit.* Et Romanos item ab illis accepisse, nemo ignorat. Narrat Dionysius Halicarnasseus, *lib.* X. Livius, *lib.* III. aliique. Et innuit Silius, *lib.* XIII.

Exin designat vates, qui jura sub armis
Poscenti dederint populo, primique petitas
Miscuerint Italis Piræo litore leges.

Hilduinus, in encomio Urbis hujus, *loco* paullo ante *citato: Prima cunctarum urbium leges tradidit, & aliis jura tradidit.* Atque inde explicari ista Hegesippi possunt, *De Excidio Hierosolymorum*, lib. II. *Illæ Athenæ, quæ leges aliis dabant, nunc alienis legibus famulantur.* Et matrimonium ibi primum institutum, a rege Cecrope; unde Διφυὴς ille dictus. Athenæus, *lib.* XIII. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον οὐσῶν τῶν συνόδων, καὶ κοινογαμιῶν ὄντων. διὸ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι οὐκ εἰδότων τῶν πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τὸν πατέρα. *Athenis vero primus Cecrops unam uni junxit, promiscue antea congressibus permissis, & communione nuptiarum licita. Ideo etiam visus fuit nonnullis biformis existimari, quum priores ignoraverint patrem propter multitudinem.* Syrianus, *in Hermogenem.* Κέκροψ πρῶτον συνήγαγεν ἄνδρα καὶ γυναῖκα. ὃς καὶ ἀπὸ τούτου Διφυὴς ἐκλήθη. *Cecrops primo conjunxit virum & mulierem; qui etiam ab eo vocatus fuit biformis.* Justinus, *lib.* II. *Ante Deucalionis tempora regem habuere* (*Athenæ*)

Cecropem; quem, ut omnis antiquitas fabulosa, est biformem tradidere, quia primus marem fœminæ matrimonio junxit. Quin in capite aureas cicadas etiam, antiquitatis monumentum, Athenienses gestitabant. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Ἐφόρουν δὲ χρυσοῦς τέττιγας οἱ Ἀθηναῖοι. *Gestabant vero aureas cicadas Athenienses.* Clemens Alexandrinus, *Pædag.* lib. II. Ἀθηναίων δὲ ἔμπαλιν οἱ ἄρχοντες, οἱ τὸ ἀστικὸν πολίτευμα ἐζηλωκότες, ἐκλαθόμενοι τῆς ἀνδρωνίτιδος ἐχρυσοφόρουν· ποδήρεις χιτῶνας ἐνδυόμενοι, καὶ ποδήρεις ἠμπίσχοντο, καὶ κρώβυλον, ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων κοσμούμενοι· τὸ γηγενὲς, ὡς ἀληθὲς, ἀπειροκαλίᾳ κιναιδίας ἐνδεικνύμενοι. *Atheniensium vero rursum magistratus, quum civile genus vivendi adamarent, obliti virilitatis aurum gestabant; talares tunicas induti, & talaribus amiciebantur; & crobylum, quod est spiræ crinium genus, circumligabant aureum, immissione cicadarum ornati; originem terrestrem, ex vero monstratam, affectatione cinædica adfirmantes.* Gregorius Nazianzenus, in *Carm.*

> Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὑπὲρ υἱέα γαίης
> Γηγενέες· καὶ εἶδος ἔχει πατρώϊον εὖχος·
> *Cecropidæ cicadam super crinium flexus prolem terræ*
> *Ex terra nati; & forma avita est optabilis.*

Philostratus, in *Insulis*, *Iconum* lib. II. Καὶ ὁ δράκων δὲ, ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν ἀκροπόλει οἰκῶν, δοκεῖ μοι τὸν Ἀθηναίων ἀσπάζεσθαι δῆμον ἐπὶ τῷ χρυσῷ, ὃν ἐκεῖνοι τέττιγας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐποιοῦντο. *Verum & draco Minervæ, etiam nunc in arce habitans, videtur mihi gratulari populo Atheniensi propter aurum, quod illi in cicadas collatum capite gestabant.* Virgilius, in *Ciri*:

> *Ergo omnis cano residebat cura capillo,*
> *Aurea solenni comptum quem fibula ritu*
> *Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ,*

Sopater, *in Hermogenem*. Ἔθος δὲ, νόμιμον ἔγγραφον, ἐκ συλλογῆς παρεισάμενον παραδειγμάτων, ὡς τὸ τεττιγοφορεῖν Ἐθναλοις. *Consuetudo autem, jus inscriptum, ex collectione exemplorum compositum, ut cicadam gestare Atheniensibus.* Ita enim ibi scribendum. Perperam editur; ὡς τὸ τεττιγοφορεῖν Ἀθηναίοις. *Ut cicadam gestare templis.* Et respexit Tertullianus, *De Vel. Virg.* cap. x. *Debebunt etiam ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos Barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* Videndus quoque Ælianus, *Var. Hist.* lib. IV. cap. XXII. item Scholiastes Comici *ad Nubes*, & *Equites*. Ac retinuere morem fere ad Thucydidis tempora: qui paullo ante desiisse tradit nobis, lib. I. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς (τοῖς Ἀθηναίοις) τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον οὐ πολὺς χρόνος, ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. *Et seniores locupletum apud eos (Athenienses) propter vitam volupem, non longum tempus est, postquam vestes lineas desiverunt gestare, & aurearum cicadarum immissione crobylum illigantes crinibus capitis.*

CAP. II.

De earum conditoribus. Isidorus emendatus. Cecropia *primum, inde* Athenæ *nominatæ. Minervæ, & Neptuni, contentio; eaque quando facta. Boedromionis dies secundus mense exemptus.*

QUANDO de antiquitate a me actum, consectarium, ut exponam, qui obtigerint conditores. De his autem antiquorum variæ certe sunt sententiæ. Strabo, ubi de iis agit, *lib.* IX. Πολὺ δ' ἂν πλείων εἴη λόγος, εἰ τοὺς ἀρχηγέτας κτίσματος ἐξετάζοι τὶς, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος· οὐδὲ γὰρ ὁμοίως λέγουσιν ἅπαντες. *Multo autem crebrior sermo foret, si conditores primos oppidi quis consideret, incipiens ab Cecrope: non enim similiter loquuntur omnes.* Sunt qui Cecropem regem dicant. Isidorus, in *Chronico*. *Cecrops Athenas condidit; &, ex nomine Minervæ, Atticos Athenienses vocavit.* Et *Orig.* lib. XV. cap. I. *Athenas in Hellade Cecrops condidit; & ex suo nomine, Cecropiam appellavit. Amphictyon,* (ita scribo pro *Amphion*,) *qui in Græcia tertius post Cecropem regnavit, Minervæ sacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* Et ecce, CECROPIA primum a Cecrope; inde ATHENÆ nuncupatæ, ab Amphictyone. De Cecropia, etiam Plinius, *lib.* VII. *cap.* LVI. *Oppidum (Athenas) Cecrops a se appellavit Cecropiam.* Et Etymologici Auctor, *in* Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναίους, πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν, κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε. *Athenienses, quondam vicatim habitantes, primus Cecrops conducens, collocavit in urbibus duodecim; & civium appellationem ab se Cecropiam appellavit.* Euripides *Supplicibus*.

> Αὐτόν τ' ἄνακτα, παῖδα κλεινὸν Αἰγέως·
> Καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένους
> Κέρας, παλαιᾶς Κεκροπίας οἰκήτορας.
> *Ipsumque regem, filium inclitum Ægei;*
> *Et qui cum illo, dextro locatos*
> *Cornu, antiquæ Cecropiæ incolas.*

Moxque, aucta in majus Urbe, nomen istud arci mansit; qua de re in libro *De Arce* a me dictum, cap. IV. Apollodorus totam Atticam ita dictam nobis tradit, *lib.* III. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος, καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. *Cecrops indigena, corpus habens cognatum viri & draconis, in Attica regnavit primus, & regionem, prius vocatam Acten, ab se Cecropiam nominavit.* Alii Urbem non Cecropiam dictam a Cecrope, sed Athenas, sunt auctores. Cedrenus. Ὁ Κέκροψ διφυὴς ὠνομάσθη, ἢ διὰ μῆκος σώματος, ἢ ὅτι Αἰγύπτιος ὢν, δύο γλώσσας ἠπίστατο. οὗτος, μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς, Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους πεντήκοντα. καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασε. *Cecrops biformis nominatus fuit, vel propter magnitudinem corporis, aut quod, Aegyptius quum esset, duas linguas nosset. Hic, post diluvium Atticæ, fuit Athenarum rex per annos quinquaginta; & ab Minerva urbem Athenas nominavit.* Plutarchus Theseum Athenis nomen dedisse auctæ in majus a se urbi auctor est, in *ejus Vita*. Τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε. *Arcemque & urbem Athenas nominavit.* De Athenis ab Amphictyone nuncupatis, est Justini quoque locus, *lib.* II. *Post hunc Cranaum Amphictyon regnavit; qui primus Minervæ urbem sacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* A Minervæ nomine, quæ Ἀθηνᾶ Græcis, dictas Athenas, res est certa; estque Sophoclis in hanc rem locus, in *Oed. Col.*

> Ἴτ' ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι,
> Πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις.
> *Age, o maximæ Palladis vocatæ,*
> *Omnium Athenæ pretiosissima urbs.*

Hyginus Minervam condidisse, & a se Athenas appellasse dicit, *Fab.* CLXIV. *Minerva ex suo nomine oppidum Athenas condidit.* Iterum, *Fab.* CCLXXV. *Minerva in Atthide Athenas condidit, quas ex suo nomine appellavit.* Conditam ab ea Urbem, etiam ait Julius Firmicus, *De Err. Prof. Relig. Una (Minerva) est, Vulcani filia, quæ Athenas condidit.* Et Prudentius *Contra Symmachum*, lib. II.

—— ante,
Quam Priami genitor conductis mœnia fabris
Exstrueret, quam virgo suas fundaret Athenas
Pallas. ——

Hinc θεοδμήτους Ἀθήνας *ab numine conditas Athenas* dixit Euripides, in *Hippolyto*.

Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλης.
Et neque Athenas divinitus conditas veneris.

Ubi Scholiastes Vetus. Καὶ μήτε εἰς τὴν πόλιν ταύτην εἰσέλθῃς, τὴν ὑπὸ Ἀθηνᾶς ᾠκοδομημένην. *Et neque in illam urbem intraveris, quæ ab Pallade est exstructa.* Et Παλλάδος πόλιν *Palladis urbem* Æschilus, *Persis*.

Θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.
Dei servant urbem Deæ Palladis.

Item *Eumenidibus*.

—— μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πτόλιν.
—— Veniens autem Palladis ad urbem.

Quintus Calaber appellat Minervæ sacrum campum, *lib.* VIII.

—————— οὐδὲ μὲν ἐσθλὴ
Παλλὰς ἐν πεδίῳ Τρώων μένεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ
Ἵξεν Ἀθηναίων ἱερὸν πέδον.
—————— Ne quidem bona
Pallas in campo Troum mansit, sed & ipsa
Venit Atheniensium sacrum in agrum.

Et *Virgineas Cecropis arces* nuncupat Valerius Flaccus, *Argonautic.* lib. V.

—— virgineas præder si Cecropis arces.

Athenas autem appellatas, regnante Erechtheo, tradit Marcianus, in sua Περιηγήσει.

Ἑξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος. ὑστέροισι δὲ
Χρόνοις, Ἐρεχθέως τῆς πόλεως ἡγουμένου,
Ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν.
Deinde Athenas inquiunt cives accepisse
Primum quidem Pelasgos, quos etiam sermo est
Cranaos vocari, post hæc autem Cecropidas,
Cecrope potente rerum; sequutis vero
Temporibus, Erechtheo urbis præside,
Ab Minerva appellationem accepisse.

Quod Cecropem attinet, alii non conditam urbem ab eo, vero instauratam, tradunt. Augustinus, *De Civit. Dei*, lib. XVIII. cap. VIII. *Jam tamen Minerva, tanquam dea, celebratur, regnante Atheniensibus Cecrope: sab quo rege etiam ipsam vel instauratam ferunt, vel conditam, civitatem.* Strabo duodecim tota Attica a Cecrope urbes constitutas esse ait; Cecropiam, Epacriam, Tetrapolim, Deceleam, Eleusinem, Aphidnam, Thoricum, Brauronem, Cytherum, Sphettum, & Phalerum. Ecce verba, *lib.* IX. Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος· ὧν ὀνόματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισία, Φάληρος. *Dicit Philochorus Cecropem primum in duodecim urbes deduxisse multitudinem; quorum nomina Cecropia, Quadrurbs, Epacria, Decelia, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus.* Porro ut Minerva Urbem condidisse a quibusdam memoratur, ita Jupiter muris eam inclusisse. Gotfridus Viterbiensis, *Chronici* Parte V.

Jupiter ecce suas muris cingebat Athenas.

Et de nomine imponendo dii quoque, cum Minervatum Neptunus, contendisse perhibentur; ita ut Fortuna illi summa omnia, a principio etiam ipso, tribuisse videatur. Ac contentionem istam fuse exponit Apollodorus, *lib.* III. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος) φασὶν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔμελλον ἕξειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἧκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσι· μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ, καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν· οὐχὶ, ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα, καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα, θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα. καὶ, τούτων δικαζόντων, ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη· Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον ἐλαίαν ἐφύτευσεν. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας. *Hujus (Cecropis) tempore narrant, visum fuit Deis urbes nancisci, in quibus quisque honores singulares habiturus erat. Venit igitur primus Neptunus in Atticam, & percutiens tridente mediam circiter arcem, exhibuit mare, quod nunc Erechtheum vocant. Post hunc venit Minerva, & quum testem acquisitionis suæ fecisset Cecrooem, instituit oleam, quæ nunc in Pandrosi fano ostenditur. Orta autem lite utrisque de regione, Minervam & Neptunum concilians Jupiter, dedit judices; non, ut dixerunt quidam, Cecropem, & Cranaum, & Erechthea, sed deos duodecim; & his judicantibus, regio Minervæ addicta est; Cecrope dicente pro testimonio, primum oleam ab ea plantatam esse. Minerva igitur ab se urbem Athenas appellavit.* Certamen idem aliter narrat Constantinus, *Geoponic.* lib. IX. cap. I. Ἐλαίαν παρῆχθαι φασὶν οὕτως. τῆς γῆς ἁπάσης ἀρχῆθεν ὕδατι καλυπτομένης, πρῶτον δὲ ἐν Ἀθήναις ἀναφανείσης, Ἀθηνᾶ τε καὶ Ποσειδῶν, ἐρασθέντες τοῦ τόπου, ἅμιλλαν εἶχον κτίσαι πόλιν ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι. Ζεὺς δὲ, ἀμφοτέρων τὴν ἔριν βουλόμενος διαλῦσαι, φησὶν, ὃς ἂν κάλλιστον τῇ πόλει κτῆμα ἐπιδοίη, οὗτος ἐχέτω ταύτην. Ποσειδῶν μὲν οὖν, λιμέσι, καὶ νεωρίοις, ταύτην ἐκόσμει. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ, ἐλαίαν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνέδωκεν, εὐθαλῆ τε καὶ εὔκαρπον· καὶ ταύτην στεφανωσαμένη, καὶ ὑπὸ πάντων ὁραθεῖσα, νενίκηκε, καὶ ἐπ' ὀνόματι ταύτης τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασαν. *Oleam ajunt productam ita. Omni terra ab principio aquis tecta, sed primum Athenis eminente, Minerva & Neptunus, regionem amantes, certamen habuerunt condendæ urbis ex ipsorum nomine. Jupiter autem, cupiens placare utriusque controversiam, dicit, qui optimum urbi instrumentum ediderit, is habeto illam. Neptunus quidem igitur portubus & navalibus eam ornabat: Minerva vero oleam in arce eduxit plenam succi & frugum. Et hanc coronans & visa ab omnibus vicit, & ex ipsius nomine urbem nominarunt Athenas.* Aliter etiam e Varrone Augustinus *De Civit. Dei*. lib. XVIII. cap. IX. *Ut Athenæ vocarentur, quod certe nomen a Minerva est, quæ Græce* Ἀθηνᾶ *dicitur, hanc causam Varro indicat. Cum apparuisset illic repente olivæ arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt; & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit; quod olea Minervam significaret, unda Neptunum: & quod esset in civium potestate, ex cujus nomine potius duorum deorum, quorum signa illa essent, civitas vocaretur. isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriusque sexus, (mox enim tunc in iisdem locis erat, ut etiam fœminæ publicis consultationibus interessent,) adferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, fœminæ pro Minerva tulere sententias. Et, quia una plus inventa est fœminarum, Minerva vicit, Ita illa civitas, de victoria per fœminas fœminea, Athenas nomen accepit.* Cum Apollodori narratione consentit Ovidius, ubi de Arachne agit, cum Minerva contendente, *Metam.* libro VI.

Cecro-

Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terræ de nomine litem.
Bis sex cælestes, medio Jove, sedibus altis
Augusta gravitate sedent; sua quemque deorum
Inscribit facies: Jovis est regalis imago.
Stare deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exiluisse fretum, quo pignore vindicet urbem;
At sibi dat clypeum, dat acutæ cuspidis hastam,
Dat galeam capiti, defenditur ægide pectus,
Percussamque sua simulat de cuspide terram
Edere cum baccis fœtum canentis olivæ;
Mirarique deos: operis victoria finis.

Meminere certaminis hujus Auctores varii. Cicero, in Orat. *pro L. Flacco*. *Adsunt Athenienses, de quorum urbis positione, propter pulcritudinem, etiam inter deos certamen fuisse, proditum est.* Menander Rhetor, *lib.* I. *cap.* XVI. Τῆς μὲν θεοφιλότητος, ἐκεῖνα ἐγκώμια· περὶ Ἀθηναίων μὲν, ὅτι Ἀθηνᾶ, καὶ Ποσειδῶν, ἤρισαν περὶ γῆς αὐτῶν. *Amoris Deorum quidem ista encomia; de Atheniensibus quidem, quod Minerva & Neptunus litigaverunt de illorum terra.* Ausonius, in *Catalogo Urbium*.

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas,
Pallados & Cossi quondam certaminis arcem,
Paciferæ primum cui contigit arbor olivæ.

Videndi quoque Aristides, in *Panathenaica*; Servius, *ad Georg.* I. & *Æneid.* VII. Accidit autem Boedromionis mensis die secundo; quem propterea eximebant Athenienses. Plutarchus *Symposiac.* lib. IX. Problem. XI. Καὶ τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν, οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. *Et secundam Boedromionis diem eximimus non ad lunam, sed quoniam hac videntur certasse Dii de regione.*

CAP. III.

Veteres Athenæ quales; sitæ in medio Atticæ, Græciæ, & orbis denique universi. Initio parvæ; & qui primi domos illic constituerint, cum in specubus ad id tempus habitassent. Illæ autem e luto structæ. Auctæ postea valde a Theseo. Παναθήναια, Μετοίκια, Συνοίκια, *ab eodem instituta. Stephanus, Strabo, & Etymologici Auctor, inter se conciliati.* Quadrurbs. Τετράπολις, *a Xutho condita. Attii locus explicatus. Festi error indicatus. Pars una,* ἡ Ἄνω πόλις; *altera,* ἡ Κάτω *dicta: utraque autem in* κώμας *suas distributa. Anonymi de iis Opus. Regiones item quinque.* Κρόνου πάγος. *Saturni ibi, & Priapi, signa ex auro.* Πανὸς πάγος. *Terebinthus, miræ magnitudinis. Silvani simulacrum.* Ποσειδῶνος πάγος. *Neptuni signum, & Dianæ.* Ἀρεωπάγος. *Martis simulacrum, & Herculis.* Ἑρμοῦ πάγος. *Mercurii sigillum quoddam. In ædibus, tabulata erant, in vias publicas prominentia; ante eas gradus, item sepimenta, & quarundam quoque januæ foras propulsæ, cum aperiendæ essent: unde Hippiæ, & Iphicrati, conquirendæ pecuniæ occasio. Themistoclis, Aristidis, & Senatus Areopagitici, isthic cura. Urbis universæ ambitus. Demadis factum, propter quod injuriarum accusatus. Loca vacua. Aer purus, tenuisque; & sol, auctumno maxime splendens.*

QUALES vero, postquam conditæ essent, fuerint; & quo modo, a quibus, auctæ; deinde ad quam magnitudinem mox pervenerint, videamus: & Fortunæ etiam isthic beneficium ostendamus. Ac vetus quidem urbs quomodo habitata, discimus e Platonis *Critia*, cujus ista ibi verba. Τὸ δ' ἄστυ κατῳκισμένον ὧδ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. πρῶτον μὲν τὸ τῆς ἀκροπόλεως εἶχε τότε οὐχ ὡς τανῦν ἔχει. ᾤκητο δὲ, τὰ μὲν ἔξωθεν, ὑπ' αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς, ὑπὸ τῶν δημιουργῶν, καὶ τῶν γεωργῶν, ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν· τὰ δ' ἐπάνω, τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὐτὸ γένος μόνον περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκει, οἷον μιᾶς οἰκίας κῆπον ἑνὶ περιβόλῳ προσπεριβεβλημένοι. τὰ γὰρ πρὸς βορρᾶν αὐτῆς ᾤκουν, οἰκίας κοινὰς, καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ, κατεσκευασμένοι· καὶ πάντα, ὅσα πρέποντα ἦν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ δι' οἰκοδομῆς, ὧν χρεὼν ὑπάρχειν αὐτῶν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἄνευ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. τούτοις γὰρ οὐδὲν οὐδαμόσε προσεχρῶντο· ἀλλὰ τὸ μέσον ὑπερηφανίας καὶ ἀνελευθερίας διώκοντες, κοσμίας ᾠκοδομοῦντο οἰκήσεις, ἐν αἷς αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες, ἄλλοις ὁμοίοις τὰς αὐτὰς ἀεὶ παρεδίδοσαν. τὰ δὲ πρὸς νότον, κήπους, καὶ γυμνάσια, συσσίτιά τε ἀνέντες, οἷα θέρους, κατεχρῶντο ἐπὶ ταῦτα αὐτοῖς. κρήνη δ' ἦν μία, κατὰ τὸν τῆς νῦν ἀκροπόλεως τόπον· ἧς ἀποσβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν, τὰ νῦν νάματα σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται. τοῖς δὲ τότε πᾶσι παρεῖχεν ἄφθονον ῥεῦμα, εὐκρὰς οὖσα πρὸς χειμῶνά τε καὶ θέρος. τούτῳ δὴ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων. *Urbs vero sic erat isto tempore habitata. Primum quidem arx non ita se tunc habebat, ut nunc. Habitabantur vero exteriora quidem sub ipsa ejus obliqua ab opificibus & agricolis, quotquot prope arabant. Superiora vero bellica populi pars separatim sola ad Minervæ & Neptuni templum habitaverat, velut unius domus hortum uno septo circumdata. Nam partes ejus ad boream colebant, domos communes & convivia hiemalia fabricati; & omnia quæ decora erant communi reipublicæ per structuram, quæ oportebat illis adesse, & templa sine auro & argento. His enim nihil omnino utebantur, sed medii arrogantiæ & avaritiæ volentes agere, decoras exstruebant ædes, in quibus & ipsi & nepotum nepotes senescentes aliis similibus easdem semper tradiderunt. Quæ vero ad meridiem erant, hortos, & gymnasia, & convivia remittentes, utpote æstate, ad hæc illis utebantur. Fons autem erat unus in eo qui nunc est arcis locus. Quo exstincto per motus, nunc aquæ tenues circa relictæ sunt: tunc vero omnibus præbebat abundantem liquorem, temperata per hiemem & æstatem. Hac igitur forma quidem habitabant, ipsorum quidem civium custodes, aliorum vero Græcorum principes volentium.* Erat autem sita in medio Atticæ, quæ in medio item Græciæ, ut illa in orbis universi. Aristides, in *Panathenaica*. Ἡ μὲν Ἑλλὰς, ἐν μέσῳ τῆς πάσης γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος. τῆς δὲ χώρας, ἡ πόλις. *Græcia quidem in medio universæ terræ: Attica vero Græciæ: regionis autem, urbs.* Et est insignis in hanc rem Xenophontis locus, *lib.* Περὶ προσόδων. Οὐκ ἂν ἀλόγως δέ τις οἰηθείη, τῆς Ἑλλάδος, καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης, ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκῆσθαι τὴν πόλιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τινες πλεῖον ἀπέχωσιν αὐτῆς, τοσούτῳ χαλεπωτέροις ἢ ψύχεσιν, ἢ θάλπεσιν ἐντυγχάνουσιν. ὁπόσοι τ' ἂν οὖν βουληθῶσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφικέσθαι, πάντες οὗτοι, ὥσπερ κύκλου τόρνον, τὰς Ἀθήνας ἢ παραπλέουσιν, ἢ παρέρχονται. *Non autem temere quis opinetur, Græciæ & prorsus universæ terræ, circa media conditam esse urbem. Quanto enim magis quidam ab illa distant, tanto gravioribus vel frigoribus vel æstubus subjecti sunt. Quotquot igitur voluerint ab extremis Græciæ ad altera extrema devenire, omnes illi velut circuli orbem Athenas aut prætemavigant, aut prætereunt.* Initio Urbs non magna erat, & pro domibus illic specus; ac Hyperbius, & Euryalus, primi domos exstruxere. Plinius *lib.* VII. *cap.* LVI. *Domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis; antea specus erant pro domibus.* Et e luto illæ quidem; atque tales plurimæ etiam ad Demosthenis usque ævum, jam florente maxime Urbe. Observare est apud Plutarchum, in *Vita Demosthenis*. Πρὸς δὲ τὸν κλέπτην, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χαλκοῦς, καὶ αὐτοῦ εἰς τὰς ἀγρυπνίας αὐτοῦ, καὶ νυκτογραφίας, πειρώμενόν τι λέγειν. οἶδα, εἶπεν, ὅτι σε λυπῶ, λύχνον καίων. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θαυμάζετε τὰς γενομένας κλοπὰς, ὅταν τοὺς μὲν κλέπτας χαλκοῦς, τοὺς δὲ τοίχους πηλίνους ἔχωμεν.

A *Ad furem vero, qui cognominabatur Æneus, & ipsum in vigilias ejus & lucubrationes tentantem aliquid dicere; Novi, ajebat, me tibi gravem esse, lucernam cremans. Vos autem, o viri Athenienses, ne miremini furta quæ fiunt, quando fures quidem æneos, muros vero luteos habemus.* Inde est, quod viles illic domos refert Dicæarchus, in *Descriptione Græciæ*, ubi de Athenis agit. Αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν, εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι· ἀπιστηθείη δ' ἂν, ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, εἰ αὐτή ἐστιν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις. *Multæ quidem domorum viles, paucæ vero commodæ. Fidem plane non inveniat subito spectata ab peregrinis, si illa sit celebrata Atheniensium urbs.* B Postea Theseus, Urbem exiguam uti quam amplissimam faceret, universæ regionis habitatores convocavit, & migrare in hanc unam omnes jussit. Plutarchus, in *ejus Vita*. Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀττικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας, καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον. *Sed post Ægei mortem, magnum & mirabile opus animo concipiens, conduxit ad habitandum incolas Atticæ in unam urbem, & unius urbis unum populum ostendit, antehac sparsim morantes, & molestos ad convocandum, ut communi omnium utilitati prospicerent.* Val. Maximus, C *lib.* v. *cap.* III. *Vicatim dispersos cives suos in unam urbem (Theseus) contraxit; separatimque, & agresti more, viventi populo amplissimæ civitatis formam, atque imaginem, imposuit.* Itaque, prytaneis omnibus, curiisque, dissolutis, prytaneum unum cunctis, & communem curiam posuit; instituitque sacra, Παναθήναια dicta, & Μετοίκια, decimo sexto Hecatombæonis mensis. Plutarchus, *loco* jam *citato*. Καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον, καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε· καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ μετοίκια τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα D τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσι. *Dissolvens igitur prytanea, & curias, & magistratus singulorum, unum vero faciens omnibus prytaneum illic commune & curiam, ubi nunc condita est, arcem & urbem appellavit Athenas; & Panathenæa instituit commune festum. Quin etiam memoriam migrationis coli voluit festum indicens diem sextum decimum Hecatombæonis, quem nunc quoque observant.* Stephanus, *in* Ἀθῆναι, undecim urbes coegisse, & festum Συνοίκια instituisse, e Charace refert. Περὶ ἧς φησὶ Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς, τὰς ἕνδεκα πόλεις, τὰς ἐν τῇ Ἀττικῇ, συνοικίσας εἰς Ἀθήνας, συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο. *De qua di-* E *cit Charax, Theseum, urbes sedecim in Attica quum conduxisset in Athenas, festum cohabitationis instituisse.* Thucydides, *lib.* II. Ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν τε ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, καὶ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρὸ τοῦ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι· ἣ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων εἰς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα. καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ Θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Quum vero Theseus regna-* F *vit, præter sapientiam quoque potens, tum in reliquis exornavit regionem, & dissipans aliorum quoque oppidorum curias magistratusque, in urbem, quæ hodie est, unam curiam conferens & prytaneum, conjunxit omnes; & administrantes quosque propria sicut etiam antea, compulit una ista urbe uti: quæ omnibus jam in eam contractis magna facta ab Theseo posteris est tradita; & ex eo tempore Athenienses hodieque Deæ festum populare celebrant in memoriam cohabitationis.* Strabo urbes duodecim narrat, *lib.* IX. Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ

A πλῆθος. ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραυρῶν, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισία, Φάληρος. πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. *Dicit Philochorus Cecropem primum in duodecim urbes convocasse multitudinem, quarum nomina Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephisia, Phalerus. Rursus autem postea in unam urbem congregavisse dicitur illam quæ nunc est, istas duodecim Theseus.* Sic Etymol. Auctor, *in* Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναίους, πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. B *Athenienses olim vicatim habitantes, primus Cecrops conducens deduxit in urbes duodecim.* Sed componi hoc diffidium facile potest; & Athenis urbes undecim additas Stephanus, Strabo vero, item Etymologici Auctor, duodecim in unam coactas, quod eodem omnino recidit, dicere voluit. Jam quid Attio faciemus, qui *Quadrurbem* Athenas dixit, ceu compositas e Braurone, Eleusine, Piræeo, Sunioque. Ecce enim apud Festum. *Quadrurbem Athenas Attius appellavit, quod scilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleusine, Piræeo, Sunio.* Verum errat graviter Festus; quippe neque ex quatuor urbibus olim Athenæ constitere, neque Athenas denique ipsas C Attius notat, sed Tetrapolim potius Atticæ, quam Latino nomine efferre ita voluit. Τετράπολις vero dicebantur Oenoe, Probalinthus, Tricorythus, & Marathon. Stephanus. Τετράπολις, τῆς Ἀττικῆς· ἔχουσα δήμους, καὶ πόλεις, τέτταρας· Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. *Quadrurbs, Atticæ; habens populos & urbes quatuor; Oenoen, Probalinthum, Tricorython, Marathona.* Condideratque Xuthus, ducta Erechthei regis filia. Strabo, *lib.* VIII. Ξοῦθος δὲ, τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς· Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. *Xuthus autem, ducta filia Erechthei, incoluit* D *Tetrapolin Atticæ; Oenoen, Marathona, Probalinthum, & Tricorython.* Itaque magnæ post Thesei factum Athenæ; & majores etiam longe, cum Themistocles postea Piræeum junxit, uti dico in *Descriptione Urbis*, lib. I. cap. III. Unde a Pindaro non injuria Μεγαλοπόλιες dicuntur, *Pythion.* Od. VII.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προοίμιον Ἀλκμαιονιδᾶν
Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ.
Optimum magna urbs Athenæ
Procemium Alcmæonidarum
Late potenti cognatione.

Item Μεγάλαι, *Nemeon.* Od. II.

E Εἴπερ καθ' ὁδόν νιν εὐθύπομπος
Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε
Κόσμον Ἀθάναις.
Siquidem in via eum recte progredient
Ævum magnis dedit
Ornamentum Athenis.

Bifariam autem divisæ erant; parsque una, in qua arx, ἡ Ἄνω πόλις, *Superior urbs*: altera, in qua Piræeus, ἡ Κάτω, *inferior*, dicta. Et ἡ Ἄνω commemoratur apud Thucydidem *lib.* I. Τ τε Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως. *Et Piræea utiliorem judicabat superiori urbe.* Iterum, *lib.* II. Ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἀφίκετο, καὶ ἔθνησκον πολλῷ μᾶλλον ἤδη. *Postea vero* F *& in superiorem urbem venit, & moriebantur jam magis.* Plutarchus, in *Vita Syllæ*. Καίτοι χρόνον οὐ πολὺν ἀναχωμένῳ, παρῆν ἀκινδύνως ἑλεῖν τὴν ἄνω πόλιν, ὑπὸ λιμοῦ συνηγμένην ἤδη τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸν ἔσχατον καιρόν. *Quamvis tempus non magnum moranti licebat sine periculo occupare superiorem urbem præ fame, compulsam jam inopia necessitatum ad extremum tempus.* Et in *Phocione*. Προδεικνύοντος αὐτοῖς τοῦ Θεοῦ φανερῶς, ὅτι τῆς κάτω, καὶ πρὸς θαλάσσῃ, στερηθέντες, τὴν ἄνω πόλιν διαφυλάξουσιν. *Præmonente eos Deo manifeste,*

ut inferiore parte & versus mare sita orbati, superiorem urbem conservarent. In quibus verbis mentionem etiam τὴν Κάτω vides; cujus meminit & Pausanias, in *Atticis* suis. Καταβᾶσι δὲ οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ᾽ ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατός ἐστιν, καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ, καὶ Πανός. *Descendentibus vero non ad inferiorem urbem, sed tanquam ad propylæa, & scaturigo aquæ est, & prope Apollinis templum in spelunca, ac Panis*. Utraque pars in Κώμας suas distributa, ut in Δήμους tota regio. Hac de re Isocratis elegans locus exstat, in *Areopagitica*. Καὶ ταῦτ᾽ οὐ νομοθετήσαντες, τὸν λοιπὸν χρόνον ὠλιγώρουν· ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν χώραν δὲ κατὰ δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τοῦ ἑκάστου, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας εἰς τὴν βουλὴν ἦγον. *Et ista quum lege non essent stabilita, sequuto tempore neglexerunt. Sed partiti urbem quidem in vicos, regionem vero in populos, spectabant vitam cujusque, & indecoros in senatum ducebant*. Ac de his Ammonii etiam Opus fuit; quod laudatur Harpocrationi *in* Θόλος. Ἀμμώνιος, ἐν τετάρτῳ Περὶ κωμῶν, γράφει ταυτί. *Ammonius in libro quarto de Vicis ita scribit*. Nisi forte, quod existimo, legendum illic, Περὶ βωμῶν, *de Aris*. Nam tale Opus ab eo Auctore scriptum esse, doceo plene in *Bibliotheca* mea *Græca*, ubi Scripta illius indico. Illud novum, neque alibi mihi lectum, quod ex Aristarchi cujusdam, Chronographi Græci, *ad Onesiphorum primicerium* Epistola refert Hilduinus, regiones quinque fuisse; & primam quidem, Κρόνου πάγον appellatam, Saturni, & Priapi item, signa aurea habuisse: secundam, Πανὸς πάγον dictam, terebintho, miræ omnino magnitudinis, ac Sylvani, qui & Faunus, signis nobilem: tertiam, Ποσειδῶνος πάγον, Neptuni pariter, & Dianæ, simulacris illustratam: quartam autem, Ἀρεοπάγον, Martis signum, Herculisque, habuisse: quintam denique, Ἑρμοῦ πάγον, Mercurii sigillo quodam celebratam. Hilduini, in *Dionysii Areopagitæ Vita*, ista verba, lib. II. *Quinque sane regionibus (urbs Atheniensis) disterminata signatur. Prima regio est, quæ Ægæum mare respicit; in qua situs mons exstat, supereminens Urbi: ubi Saturni, & Priapi, aureæ statuæ variarum illusionum colebantur dementiis. Hæc enim regio* Κρόνου πάγος *appellatur, ex Saturni nomine, qui Græce* Κρόνος *vocatur. Secunda regio Athenæ est, quæ respicit Thraciam; ubi terebinthus, miræ magnitudinis: sub qua Sylvani, & Fauni, agrestium hominum, simulacra statutis diebus a pastoribus venerabantur: quæ regio,* Πανὸς πάγος *appellatur, ex nomine Sylvani, & Fauni, Græci enim Sylvanum* Πᾶνα *vocitant. Tertia regio,* Ποσειδῶνος πάγος *appellatur, quæ intendit portum Neptuni:* Ποσειδῶν *namque Græce Neptunus dicitur. cujus simulacrum, & Dianæ effigiem, Ægei ibidem colebant: & quo recursus totius populi, luna renascente, in multis functionibus confluebat. Quarta regio, in eadem urbe est, ubi idolum Martis, & simulacrum Herculis, in colle Tritonii montis, in medio Urbis positi, steterat, ad colendum multis immolationibus, & delusionibus, Martem, & Herculem; quos illi deos maximos, & fortissimos, adorabant. Ubi etiam exercebantur judicia, & docebantur fora, ingeniique omnis solertia: qui locus* Ἀρεοπάγος *appellatur, a Marte; Mars enim* Ἄρης *a Græcis vocatur. Quinta regio civitatis ejusdem, versa est ad portam Scæam,* Ἑρμοῦ πάγος, *ex nomine Mercurii, qui* Ἑρμῆς *Græce dicitur, appellata; in qua staticulum ipsius Mercurii, veneratione sui, mente ceperat urbem*. Nunc ad ædes redeamus; de quibus initio capitis dicere cœperam. Erant vero illæ tales, ut in summo tabulata quædam haberent, in vias publicas prominentia; & ante gradus, per quos in tabulata ascenderent: tum præsepimenta etiam, januæque nonnullarum, cum aperiendæ essent, foras propulsari solitæ. Docet illud Aristoteles, *Oeconom.* II. Ubi ait, Hippiam olim, cum pecunia opus

A foret, inde eam comparasse. Ecce verba. Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰ ὑπερέχοντα τῶν ὑπερῴων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ τὰς θύρας, τὰς ἀνοιγομένας ἔξω, ἐπώλησεν. ὠνοῦντο δὲ, ὧν ἦν τὰ κτήματα. καὶ συνελέγη χρήματα οὕτως συχνά. *Hippias Atheniensis supereminentia tabulatorum in publicas vias, & gradus, & suggrundas, & januas quæ extra aperiebantur, vendidit. Emebant vero* [a] *quorum erant prædia: & collectæ sunt ita pecuniæ densæ*. Ac de tabulatis illis, idem Iphicrates postea fecit. Narrat Polyænus, *lib.* III. Ἰφικράτης, ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων, ἔπεισεν Ἀθηναίους, τὰ ὑπερέχοντα τῶν οἰκοδομημάτων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς ἀποκόπτειν, ἢ πιπράσκειν. ὥστε οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν πολλὰ εἰσήνεγκαν χρήματα,

B ὑπὲρ τοῦ μὴ περικοπῆναι, καὶ σαθρὰ γενέσθαι τὰ οἰκοδομήματα. *Iphicrates, in pecuniarum inopia, consilium dedit Atheniensibus, supereminentia ædificiorum in publicas vias recidere, aut vendere: ita ut domini ædium intulerint multum pecuniæ, ut ne reciderentur & putrida fierent ædificia*. Postea Themistocles, Aristides, & Senatus Areopagiticus, constituerunt, ne aut viæ obstruerentur, aut præsepimenta ista supra modum extenderentur. Heraclides, *De Rebuspub.* Θεμιστοκλῆς, καὶ Ἀριστείδης, καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, πολλὰ ἐδυνάντο· καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μήτινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν. *Themistocles, & Aristides, & curia in Areopago, multum po-*

C *tuerunt; & vias curabant, ne qui eas ædificando arctarent, aut cancellos superextenderent*. Jam de magnitudine Urbis, quam paulatim consecuta est, aliquid commemorandum. Dionysius Halicarnasseus Romæ comparat, *lib.* IV. Εἰ δὲ τῷ τείχει, τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι, διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις, ἴχνη δέ τινα φυλάττοντι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον, τὸν περιέχοντα τὸ ἄστυ, οὐ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης φανείη κύκλος. *Sed si muro, difficili quidem ad inveniendum, propter domos eum undiquaque complectentes, verum vestigia quædam servanti per plura loca* * *veteris structuræ, voluerit mensurare illam juxta*

D *Atheniensem circulum, qui circumit urbem, non multo major ei colligetur Romæ circuitus*. Iterum, *lib.* IX. Τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ὄντος ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ὅσος Ἀθηναίων τοῦ ἄστεος κύκλος. *Septo urbis circa id tempus tam grandi, quantus est urbis Atheniensium circuitus*. Atque adeo ejus ambitus diei iter habebatur. Aristides, in *Panathenaica*. Τὰ δ᾽ αὖ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, τίς οὐκ ἂν ἄξια τῆς ὅλης τύχης εἴποι, καὶ τοῦ μεγάλου τῶν Ἀθηναίων ὀνόματος; τοῦτο μὲν αὐτὸν τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος, μέγιστον μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, κάλλιστον δὲ τῶν πανταχοῦ. καὶ σιωπῶ τείχη, καθήκοντά ποτε ἐπὶ θάλατταν, ἡμερησίας ὁδοῦ μῆκος τὰ σύμπαντα. *Rursum*

E *vero respectu magnitudinis ac reliquæ structuræ, qui non dicat digna omnia universa fortuna & magno Atheniensium nomine? Partim quidem ipsum urbis circulum, maximum quidem Græcarum, optimum vero omnium quæ ubique sunt. Et taceo muros, aliquando profectos usque ad mare, diurni itineris simul omnes*. Vis particulatim scire? Phalericus murus habebat stadia XXXV. exterior Urbis, in quo positæ excubiæ, XLIII. longus, ad Piræeum usque, XL. Piræeus, cum Munychia, LX. Accurate tradit Thucydides, *lib.* II. Τοῦ τε Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε

F καὶ τριάκοντα, πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος. καὶ αὐτοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον, τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο. καὶ τοῦ Πειραιέως ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν σταδίων ὁ ἅπας περίβολος. *Et Phalerici muri stadia erant quinque ac triginta, ad circuitum urbis; & ipsius circuli quod*

* Nam Meursius per festinationem omisit in Græco vocem τόπους.

servabatur tria & quadraginta. Sed & aliquid ejus erat quod non servabatur, inter longum murum ac Phalericum. Longi vero muri ad Piræeum XL. *stadiorum, quorum exterior pars servabatur. Et Piræei cum Munychia, sexaginta quidem stadiorum omnis circuitus.* Ergo ambitus universus, stadiorum CLXXVIII. Huic illud consentaneum, quod Plutarchus Syracusas Athenis comparat, in *Vita Niciæ*. Ὀλίγῳ χρόνῳ περιετείχισε Συρακούσας, πόλιν Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα. *Exiguo tempore munitionibus circumdedit Syracusas, urbem Athenis non minorem.* Et Thucydides, *lib.* VII. Μηδ' ὡς ἀποστῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀντιπολιορκεῖν, πόλιν οὐδὲν ἐλάσσονα αὐτήν τε καθ' αὑτὴν τῶν Ἀθηνῶν. *Nec sic discedere ab Sicilia, sed illic Syracusas eodem modo vicissim obsidere, urbem minime minorem, si ipsa in se consideretur, Athenis.* Earum vero ambitus erat stadiorum CLXXX. Strabo diserte, ubi de iis ipsis agit, *lib.* VI. Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. *Quinqueurbium enim erat olim, centum & octogirta stadiorum habens murum.* Dion Chrysostomus Athenis ducenta tribuit, in *Orat.* VI. Καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν, πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος. *Quamvis ducentorum stadiorum esse circuitum Athenarum, si Piræeus simul ponatur, & muri in medio, ad circuitum urbis* Sed vetus Urbs, quæ proprie Ἄστυ dicebatur, quot in ambitu stadia habuit? Sexaginta. Accipio e Scholiaste Thucydidis, *ad citatum ejus locum.* Nam cum Thucydides murum Urbis exteriorem ad stadia quadraginta tria custodiri commemorasset; interiorem, qui intra murum longum esset, & Phalericum, sine excubiis fuisse tradit. Ecce verba. Καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου (loquitur de muro Urbis veteris,) τὸ φυλασσόμενον, τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα*. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Et ipsius circuli quod servabatur, tres & quadraginta. Pars vero ejus etiam sine excubiis erat, illa nempe inter longum & Phalericum.* Ibi notat is, quem dixi, Scholiastes. Ὃ καὶ ἀφύλακτον, μέρος δηλονότι· τουτέστι, στάδιοι δεκαεπτά. ὁ γὰρ ὅλος κύκλος, σταδίων ἦν ἑξήκοντα. *Quod & sine excubiis, nempe spatium; hoc est, stadia septendecim. Nam totus circulus erat stadiorum sexaginta.* Ergo ad priscam magnitudinem addita stadia, ut Thucydides, CXVIII. uti Dion, CXL. Demades, ad Philippum missus, cum is quæreret magnitudinem, in mensa descripsit; quod cum ad injuriam Urbis pertinere visum esset Atheniensibus, domum postea reversum injuriarum accusarunt, damnaruntque. Hermogenes refert, *De Invent.* lib. I. cap. II. Δημάδης, πρεσβεύσας παρὰ Φίλιππον, καὶ ἐρομένου ποταπαί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι τοῦ Μακεδόνος, ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτὰς κατέγραψε· καὶ ἐπανελθὼν, ὕβρεως κρίνεται. *Demades, legatione suscepta ad Philippum, & rogante Macedone, quales sint Athenæ, in mensa eas descripsit; & quum reversus esset, condemnatur contumeliæ.* Atque hæc de magnitudine; & sciendum, non ubique habitatam: siquidem loca multa in ea ædibus vacua. Indicatur id a Thucydide, *lib.* II. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μέν τισιν ὑπῆρχον οἰκήσεις, καὶ παρὰ φίλων τινὰς, ἢ οἰκείων, καταφυγή. οἱ δὲ πολλοὶ, τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκησαν, καὶ τὰ ἱερά. *Postquam autem venerunt in urbem, paucis quidem quibusdam erant habitacula, & ab amicis aut familiaribus suffugium: sed plerique deserta urbis colebant, & templa.* Xenophon, lib. *De Reditibus.* Ἐπειδὴ καὶ πολλὰ οἰκιῶν ἔρημά ἐστιν ἐντὸς τῶν τειχῶν, καὶ οἰκόπεδα· καὶ ἡ πόλις διδοίη τοῖς οἰκοδομησαμένοις ἐγκεκτῆσθαι, οἳ ἂν αἰτούμενοι ἄξιοι δοκῶσιν εἶναι· πολὺ ἂν οἴομαι καὶ διὰ ταῦτα πλείους τε, καὶ βελτίους, ὀρέγεσθαι τῆς Ἀθήνησιν οἰκήσεως. *Postquam & multæ domus intra murum sunt desertæ & superficies domorum; & urbs dabatur ædificantibus inhabitanda, qui petentes videntur esse digni; multo opiner etiam per hæc plures & meliores desiderare habitationem Athenis.* Aristides in *Panathenaica.* Ἃ δὲ τούτοις, τοιούτοις οὖσιν, ἕπεται, πολλὴ ῥᾳστώνη δεικνύναι, πεδίων τε κάλλη, καὶ χάριτας· τῶν μὲν, πρὸ τῆς πόλεως, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ τείχους, μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως, κεχυμένων, καὶ ἐγκαταμιγνυμένων τῇ πόλει· τῶν δὲ, ἐφ' ἑκάστῃ τῇ θαλάττῃ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐφορμούντων. *Quæ autem his, talia quum sint, adduntur, multa tranquillitas est ostendere, tum camporum suavitates & oblectamenta; aliorum quidem ante urbem statim ab muro, magis vero ab arce patentium, & urbi immixtorum; aliorum vero in unoquoque mari litoribus vicinorum.* Denique nec prætereundus, quod Fortunæ non exiguum beneficium, supra Urbem aer purus, tenuisque, & salubris; unde ingenia ibi item acutiora existimata. Cicero, lib. *De Fato. Athenis tenue cœlum; ex quo acutiores etiam putantur Attici.* Cassiodorus *Var.* lib. XII. Epist. XV. *Antiqui Athenas sedem sapientiæ esse dixerunt, quæ, aeris puritate peruncta, lucidissimos sensus ad contemplativam partem felici largitate præparavit.* Aristides in *Panathenaica.* Τῶν μὲν αὐτοφυῶν, ἀήρ τε οὕτος ἐξαίρετος τοῦ παντὸς, καὶ λιμένες τοσοῦτοι. *Ex naturalibus quidem, & aer hic eximius præ reliquo, & tot portus.* Et mox. Τοῦ τῆς πάσης Ἀττικῆς ἀέρος οὕτως ἔχοντος, ἄριστος καὶ καθαρώτατός ἐστιν ὁ τῆς πόλεως ὑπερέχων. *Omnis Atticæ aere sic constituto optimus & purissimus est, qui urbi imminet.* Theodosius Zygomalas, in Epistola *De Periculis Urbis Constantinop.* Θαυμάσιαι αἱ Ἀθῆναι, διὰ τὸν ἀέρα, τὴν ὑγείας αἴτιον, μνήμης, εὐφωνίας, καὶ ἄλλων καλῶν. *Admirabiles Athenæ propter aerem, originem sanitatis, memoriæ, eloquentiæ & aliorum decorum.* Inde Menander Rhetor, cum laudanda urbs quædam erit a bono aere, comparare cum Atheniensi jubet, *lib.* II. *cap.* III. Τὸ δὲ πρὸς τοὺς ἀέρας, συγκρινεῖς ἢ πρὸς τοὺς Ἀθηναίων ἀέρας, ἢ πρὸς τοὺς Ἴωνας. *Quod vero ad aerem, comparabis vel ad Atheniensium stationes, vel ad Jonas.* Inprimis vero, splendente sole autumnus amœnus. Philostratus, in *Vita Apollonii*, lib. IV. cap. VI. Ἐς δὲ τὸν Πειραιᾶ ἐσπλεύσας περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωπότατα Ἑλλήνων πράττουσιν, ἀνῄει ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ. προϊὼν δὲ, πολλοῖς τῶν φιλοσοφούντων ἐνετύγχανε, Φαλήραδε κατιοῦσιν. ὧν οἱ μὲν, γυμνοὶ ἐθέροντο· καὶ γὰρ τὸ μετόπωρον εὐήλιον τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δὲ, ἐκ βιβλίων ἐσπούδαζον. *In Piræeum vero navigans circa mysteriorum tempus, quando Athenienses maximam præ aliis Græcis multitudinem colligunt, adscendebat festinus ab navi in urbem. Progrediens vero, occurrebat multis philosophantium, ad Phalerum descendentibus; quorum alii nudi æstivabant; quippe autumnus apud Athenienses sole fervidus; alii vero ex libris studebant.* Estque etiam observare apud Gellium, *lib.* I. *cap.* II. *Herodes Atticus, vir & Græca facundia, & consulari bonore, præditus, arcessebat sæpe nos, cum apud magistros Athenis essemus, in villas, ei urbi proximas, me, & clarissimum virum Servilianum, compluresque alios nostrates, qui Roma in Græciam, ad capiendum ingenii cultum, concesserant. Atque ibi tunc, cum essemus apud eum, in villa, cui nomen est Cephisia, & æstu anni, & sidere autumni flagrantissimo, propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium.*

* Lapsus calami, quum antea recte citaverit τεσσαράκοντα.

CAP. IV.

Habitantium multitudo. Civium, qui remp. capessebant, viginti millia, a Cecropis tempore; pauperiores, qui remoti, duodecim millia: atque hi isti, quorum bona infra quinque talenta essent. Pollucis locus illustratus. Post mutatio ab Antipatro, & Cassandro, istbic facta. Mille ducenti, & post trecenti, a Demosthene constituti, e ditissimis. Inquilini, decem millia; servi quadringenta millia. His alendis undique frumentum advectum, inprimis Ponto, & Byzantio. Annonæ vilitas. Bovis, ovis, porci, frumenti, ac vini pretium. Lex, ne ovis mactaretur; antequam tonsa ea esset, aut peperisset: &, ut bubus aliquamdiu abstineretur. Diurnum hominis frugalis; tum legati, & Lysimachi. Socratis opes. Mendici nulli.

IN tanta Urbe quot fuisse inhabitantes arbitramur? Certe plurimos. Nec immerito eam Critias πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνίδων, *frequentissimam Græcarum* esse dicit, apud Xenophontem, *Hist. Græc.* lib. II. Ecce verba. Πλείστους δ' ἀνάγκη πολεμίους εἶναι τοῖς ἐς ὀλιγαρχίαν μεθισᾶσι, διά τε τὸ πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνίδων τὴν πόλιν εἶναι, καὶ διὰ τὸ πλεῖστον χρόνον ἐν ἐλευθερίᾳ τὸν δῆμον τετράφθαι. *Multos vero necesse est hostes esse illis qui ad paucorum dominationem deficiunt, quia & frequentissima Græcarum urbs est, & quia plurimo tempore in libertate populus nutritus est.* Invenio autem civium ad viginti millia. Demosthenes, Orat. *in Aristogitonem*. Σκοπεῖτε γάρ, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. τούτων ἕκαστος ἕν τί γε πράττων κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχεται, ἤτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα τῶν κοινῶν, ἢ τῶν ἰδίων. *Considerate enim, sunt simul omnes Athenienses ad viginti millia. Horum unusquisque aliquid agens circa forum observatur, aut mehercle publicarum aut privatarum rerum.* Libanius, *Declam.* XVI. Ἔτι τοίνυν, τίς οὐκ οἶδεν, ὡς Ἀθηναίων δισμυρίων ὄντων, σιωπῶσι μὲν οἱ πλείους, καὶ τῶν πολιτικῶν ἀφεστῶσι. *Præterea quis non novit, ex Atheniensium viginti millibus, plurimos tacere, & ab republica discedere?* In Hesychii Glossis, *in voce* Ὁμοῦ. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι δισμύριοι ὁμόφρονες. *Viri Athenienses ad viginti millia concordes.* Huc pertinet, quod sub Pericle, cum multis quæstio status sui mota esset, nothi quinque mille inventi; cives autem, quatuordecim, & quadraginta. Plutarchus narrat, in *Vita Periclis*. Ἐπεὶ δέ, τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰς τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, τέως διαλανθάνουσαι, καὶ παρορωμέναι. πολλοὶ δὲ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν οὖν ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν. *Quum vero, rege Ægyptiorum mittente dona populo quadraginta millia medimnorum tritici, oporteret separare cives, multæ exortæ sunt lites nothis ex isto scripto, antehac celatæ & neglectæ: multi autem calumniis circumventi sunt. Venditi igitur sunt convicti paulo minus quinque millibus; qui vero manserunt in civitate & judicati sunt Athenienses, quatuordecim millia & quadraginta numero reperta sunt.* Nempe tot erant, qui per ætatem bello apti. Clarus est Platonis locus iste, in *Critia*. Τούτῳ δὲ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων. πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταυτὸν ἑαυτῶν εἶναι πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. *Habitaverunt autem hac forma, ipsorum quidem civium custodes, aliorum vero Græcorum duces volentium; multitudinem vero conservantes, ut quam* A *maxime semper suorum eadem esset in omni tempore virorum & fœminarum, quæ posset jam ferre arma per annos, circa viginti admodum millia.* Et iidem reipublicæ partem aliquam capere poterant; a qua plurimi remoti, ob inopiam: eorumque ad duodecim millia erant, Phocionis tempore. Plutarchus, in *ejus Vita*. Τῶν δὲ ἀποψηφισθέντων τοῦ πολιτεύματος διὰ πενίαν, ὑπὲρ μυρίους καὶ δισχιλίους γενομένων, οἵ τε μένοντες ἐδόκουν σχέτλια καὶ ἄτιμα πάσχειν. *Remota vero ex civitate propter inopiam, quum essent ultra duodecim millia, qui manebant, videbantur gravia & indigna pati.* Tales autem censebantur, quorum facultates infra quinque talenta essent. Hermogenes. Ἐμπέπτωκε δὲ ἐνταῦθα καὶ δεύτερόν τι, ὡς παραγραφικόν· οἷον, οὐκ ἔχων τὰ πέντε τάλαντα, οὐ δύναται λέγειν. B *Incidit autem hic & alterum quid velut præscripticium: quale, Non habens quinque talenta nequit dicere.* Ad quem locum Marcellinus. Πιθανότητος ἔχεται τὸ λεγόμενον· οὐ γὰρ δὴ ἰσχυρόν, οὐδὲ ἀγωνιστικόν, τὸ παραγραφικόν. ἐκ τῆς προβολῆς δὲ παραγράφεται, λέγων· ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι πολιτεύεσθαι, μὴ ἔχοντι τὰ πέντε τάλαντα. *Probabilitati affine est quod dicitur: non enim robustum est, nec pugnando aptum, illud præscripticium. Ex prætextu autem excipit, dicens; non licet tibi civitate uti, non habenti quinque talenta.* Et mox. Ἔστι δὲ παραγραφικὸν τοῦτο τοιοῦτον. οὐκ ἔχων, φησί, τὰ πέντε τάλαντα οὐ δύνασαι λέγειν. ὁ C γὰρ νόμος κωλύει σε λέγειν, ἐνδεῶς ἔχοντα τῶν πέντε ταλάντων. *Est vero excepticium tale aliquid; non habens, dicit, quinque talenta non potes dicere. nam lex vetat te dicere minus habentem quinque talentis.* Atque hic est ille census, quem inquisivisse Pollux Thesmothetas nobis refert, *lib.* VIII. *cap.* IX. Ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις· εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων ποθέν· καὶ, εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἕρκιος· καὶ, εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι· καὶ, εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καὶ, εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς. *Vocabatur autem quædam thesmothetarum interrogatio. Si Athenienses sint utrinque ex tertia generatione, & in populis* D *unde; &, si Apollo sit illis Patrius, & Jupiter Hercius; &, si parentibus bene faciunt; &, si militabant pro patria; &, si census illis est.* Sed hoc fuit, stante republica; post Antipater, Urbis potens, immutavit: & constituit, ut drachmarum saltem duo millia haberent, id est, talenti unius trientem. Diodorus Siculus, ubi de ea re agit, *lib.* XVIII. Ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν, καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. ὁ δὲ, φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς, συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν, καὶ τὰς κτήσεις, καὶ τἄλλα πάντα· τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ E προσέταξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα· καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλείω δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, καὶ τῆς χειροτονίας. τοὺς δὲ κατωτέρω τῆς τιμήσεως, ἅπαντας, ὡς ταραχώδεις ὄντας, καὶ πολεμικοὺς, ἀπήλασε τῆς πολιτείας. *Populus vero, quum non esset bello par, coactus fuit administrationem & potestatem omnem dare Antipatro de urbe. Ille autem benigne illis usus concessit habere & urbem, & possessiones, & omnia alia. Sed regimen mutavit ex populi imperio, jussitque ab censu esse magistratus; & illos quidem, qui possiderent ultra duo millia drachmarum,* F *esse curatores regiminis & comitiorum; qui infra hunc censum haberent, omnes ut turbatores & bello deditos abegit ab civitatis negotiis.* At hunc censum mox Cassander ad dimidiam partem minuit; statuitque, ut decem minas, id est, drachmas tantum mille, possiderent. Diodorus, sub *ejusdem libri* finem, ubi de Cassandri rebus. Γενομένων δὲ πλειόνων ἐντεύξεων, συνέθεντο τὴν εἰρήνην, ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν τήν πόλιν τε καὶ χώραν, καὶ προσόδους, καὶ ναῦς, καὶ τἄλλα πάντα, φίλους ὄντας καὶ συμμάχους Κασσάνδρου· τὴν δὲ Μουνυχίαν κατὰ τὸ παρὸν κρατεῖν

Κάσανδρον, ἕως ἂν διαπολεμήσῃ πρὸς τοὺς βασιλεῖς· καὶ τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεων ἄχρι μνῶν δέκα. *Quum sæpe facti essent aditus, pacem composuerunt, ut Athenienses haberent urbem, & regionem, & reditus, & naves, & alia omnia, amici & socii Cassandri: sed Munychiam præsidio obtinere Cassandrum, donec bellum contra reges confecerit: & civitatem administrari ex censibus ab decem minis.* Quod viginti millia attinet, numerus ille usque a Cecrope constitutus. Docet Scholiastes Pindari ex Philochoro, *ad Olympionic. Od.* IX. Φιλόχορός φησι Κέκροπα, βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον, καὶ τὸ πλῆθος, ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους εἰσφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς μέσον· ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus ait Cecropem volentem nosse populum Atheniensium & multitudinem, jussisse illos conferre lapides, & jacere in medium; ex quibus recognovisse viginti millia.* Ex his mille, & ducenti, opulentissimi; qui munia pleraque sumptuosa obirent. Harpocration. Οἱ πλουσιώτατοι Ἀθηναίων χίλιοι, καὶ διακόσιοι ἦσαν. μνημονεύουσι δ' αὐτῶν καὶ ἄλλοι ῥήτορες, καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ. Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς Κλινίαν, καὶ Ἰσαῖος ἐν τῇ ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ, τῷ ἀπηρτισμένῳ ἐχρήσαντο, χιλίους εἰπόντες. *Ditissimi Atheniensium mille, & ducenti erant. Meminerunt eorum & alii oratores & Philochorus in sexta. Lysias vero in sermone contra Cliniam, & Isæus in defensione pro Nicia, exacto numero usi sunt, dicentes mille.* Quæ habes etiam apud Suidam. Isæus, Orat. *in Ischomachum*. Οὐδεὶς Λυσίδης ἐστὶ τῶν διακοσίων καὶ χιλίων. *Nullus Lysides est ducentorum & mille.* Sed id institutum primum post sublatos triginta tyrannos; moxque numerus a Demosthene imminutus, & redactus ad trecentos, Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XVII. Μετὰ τὴν τῶν τριάκοντα ὀλιγαρχίαν, μέσοι τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τριάκοντα, καὶ τεσσαράκοντα, ἐγένοντο χίλιοι καὶ διακόσιοι. ἀπὸ τούτων ἦσαν οἱ λειτουργοῦντες. Δημοσθένης δὲ, νόμον γράψας, ἀντὶ τοσούτων τριακοσίους τοὺς πλουσιωτάτους ἐποίησε. *Post triginta tyrannorum dominatum, medii numeri trecentorum & quadraginta, erant mille & ducenti. Ab his erant ministri: Demosthenes vero lege scripta pro tot fecit trecentos locupletissimos.* Jam servorum quantam illic multitudinem fuisse censes? Certe ad quadringenta millia. Ita fuit, cum Demetrius Phalereus Urbi præesset, Olymp CX. anno I. Anonymus, in *Descript. Olymp.* ad istum annum diserte notat. Ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν Ἀθηναίων μὲν, δισμύριοι· οἰκετῶν δὲ, μυριάδες τεσσαράκοντα. *Inquisitione Atheniensium facta ab Demetrio Phalereo, inventa sunt Atheniensium viginti millia; servorum vero quadringenta millia.* Ubi vides civium quoque viginti millia, quæ jam dixi. Accurate ex Ctesicle Athenæus ait, cives fuisse XXI. M. servos, CCCC. M. insuperque ad hos addit inquilinos X. M. Verba ejus ita habent, *lib.* VI. Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν. καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν, δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις· μετοίκους δὲ, μυρίους· οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. *Ctesicles vero in tertia Chronicorum, decima & centesima ait Olympiade Athenis inquisitionem esse factam ab Demetrio Phalereo eorum qui habitarent in Attica: & inventa esse Atheniensium viginti unum millia; inquilinorum decem millia; servorum vero quadringenta millia.* Tantæ multitudini alendæ, ut hoc addam, frumentum undequaque advectum; verum plus ex una Ponto, quam ex locis aliis omnibus. In hanc rem insignis locus est Demosthenis, Orat. *ad Leptinem*. Ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα. πρὸς τοίνυν ἅπαντα, τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον, ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σῖτος εἰσπλέων ἐστὶν εἰκότως. *Novistis scilicet illud, nos præ om-*

A *nibus hominibus maxime uti advecto frumento. Igitur cum omni, quod ex aliis emporiis devebitur, illud ex Ponto adnavigans jure comparari potest.* Philostratus, in *Lolliano*, *Sophist.* lib. I. Ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ πόντου σῖτος, ὧδε ἤκμασε· κέκλεισται τὸ στόμα τοῦ πόντου νόμῳ, καὶ τὰς Ἀθηναίων τροφὰς ὀλίγαι κωλύουσι συμβολαί. *Quoniam non adventabat Atheniensibus ex Ponto frumentum, sic invaluit. Clausum est Ponti os lege, & Atheniensium alimenta arcent paucæ notæ.* Maxime vero e Byzantio, præcipua ejus tractus urbe. Eunapius, in *Ædesio*. Ἡ μὲν γὰρ Κωνσταντίνου πόλις, τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον, κατὰ μὲν τοὺς παλαιοὺς χρόνους, Ἀθηναίοις παρεῖχε τὴν σιτοπομπείαν,
B καὶ περιττὸν ἦν τὸ ἐκεῖθεν ἀγώγιμον. *Nam Constantini urbs, antiquitus Byzantium, priscis temporibus præbebat Atheniensibus missionem frumenti, & abundans erat illud inde advectum.* Et vis scire, quantum id fuerit? Quadringenties centena millia medimnorum, aut non multo certe minus. Demosthenes dicit, in citata Oratione *ad Leptinem*. Αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρο ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντά εἰσι. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοῖς σιτοφύλαξιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. *Illa igitur multa millia frumenti quæ inde huc adveniunt, circa quadringenta millia sunt: atque istud ex descriptione apud curatores borreorum*
C *quis videat.* Nunquid autem, in tanta hominum multitudine, magnum etiam annonæ pretium? Minime vero, quod mirandum. Ecce enim, Solonis tempore, quinque drachmis bos vænibat; ovis, una. Observare est apud Plutarchum, in *ejus Vita*. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δὲ, μίαν. ὧν φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν, βοὸς εἶναι, τὸ δὲ, προβάτου τιμήν. *Qui vero tulisset lupum, dedit quinque drachmas; lupam vero, unam: quorum ait Demetrius Phalereus alterum bovis esse, alterum ovis pretium.* Ac de ove lege cautum, ne, priusquam tonsa esset, aut peperisset, mactaretur; nempe ut crescendi spatium pecudi permitteretur,
D quo meliore pretio esset. Athenæus *lib.* IX. Ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος, ὥς φησιν Ἀνδροτίων, τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν θρεμμάτων μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον, ἢ ἄτοκον. *Erat vero etiam lex vetus, ut ait Androtion, ad fœturam gregum non occidere ovem non tonsam, nec matrem.* Et libro primo dixerat, ab intonsa abstinendum fuisse. Φιλόχορος δὲ ἱστορεῖ, καὶ κεκωλῦσθαι Ἀθήνησιν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι. *Philochorus vero memorat etiam prohibitum fuisse Athenis de intonso agno quenquam gustare.* Diogiton, in Bacchi festo, se in agnum sedecim drachmas impendisse referebat; sed, utcunque creverit pretium, quin hic modum longe excesserit, dubitari minime potest: itaque eum isto nomine exagitat Lysias, in Oratione illa quam *adversus ipsum* habuit. Accipe Oratoris verba. Εἰς Διονύσια τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐκ ἄτοπον γάρ μοι δοκεῖ καὶ περὶ τούτου μνησθῆναι, ἑκκαίδεκα δραχμῶν ἀπέφαινεν ἐωνημένον ἀρνίον· καὶ τούτων τὰς ὀκτὼ δραχμὰς ἐλογίζετο τοῖς παισὶν, ἐφ' ὧν ἡμεῖς οὐχ ἥκιστα ὠργίσθημεν. *Ad Bacchanalia igitur, o viri judices, non enim absurdum mihi videtur etiam de hoc meminisse, sedecim drachmarum exhibuit emptum agnum; & ex his octo drachmas imputabat pueris, ob quæ nos non minimum succensemus.* De bubus autem constitutum aliquando, ut omnino ad aliquod tempus abstinerent.
F Athenæus, jam *citato libro nono*. Καὶ κατὰ χρόνον δέ τινα ἐκλιπόντων τῶν βοῶν, φησὶν ὁ Φιλόχορος, νομοθετηθῆναι, διὰ τὴν σπάνιν, ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν ζώων, συνάγειν βουλομένους, καὶ πληθῦναι, τῷ μὴ καταθύεσθαι. *Et aliquanto tempore deficientibus bubus, ait Philochorus lege cautum fuisse, propter infrequentiam abstinere eos animalibus, volentes colligere & augere inde, si non immolarent.* Porcus, Aristophanis tempore, tribus drachmis æstimatus. Ipse indicat, in Comœdia sua *Pace*; in qua sic Trygæum loquentem introducit.

A *Εἰς χοιρίδιον μοι νυῦ δάνεισον τρεῖς δραχμάς.*
Ad porcellum mihi nunc fœnori da tres drachmas.

Et Megarensis quidam Acharnensibus unum, alliorum manipulo; alterum, chœnice salis indicat. Nam, cum Dicæogenes dixisset,

Πόσυ πρίωμαί σου τὰ χοιρίδια; λέγε.
Quanto emo tuos porcellos? dicito.

Respondet ille,

Τὸ μὲν ἕτερον τούτων, σκορόδων τροπαλλίδος.
Τὸ δ' ἅτερον, αἰ λῇς, χοίνικος μόνας ἁλῶν.
Alterum ex his alliorum fasciculo;
Alterum vero, si vis, chœnice sola salium.

B Frumenti medimno, Demosthenis ævo, quinque tantum drachmæ pretium. Animadverto in Oratione ejus *in Phormionem*. *Εἰσαγαγόντος πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον.* *Quum invenisset plura quam decem millia medimnorum frumenti, dimensi sumus constituto pretio quinque drachmarum medimnum.* Vinum quoque neutiquam carum; & erat, cujus tres cotylæ uno obolo emerentur; unde etiam *Τρικότυλος οἶνος* dicebatur. Hesychius. *Τρικότυλος οἶνος, οὗ τρεῖς κοτύλαι ὀβολοῦ πωλοῦνται.* *Tricotylum vinum; cujus tres cotylæ venduntur obolo.* Ergo, in C tanta rerum omnium vilitate, quantum id fuisse putes, quo honeste homines frugi sustinere se potuerint? Certe parum; & vix obolum in diem. Isthinc conjecturam facio, quod legatis, quibus magnifice, atque e publica dignitate, vivendum erat, duas tantum in diem quemque drachmas dederint. Aristophanes mihi testis, in *Acharnensibus*; ubi sic legatos ille, ad Persarum regem missos, loquentes facit.

Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,
Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,
Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος. ——
Misistis nos ad regem magnum,
D *Mercedem habentes duas drachmas diurnas,*
Euthymene Archonte.

Ac Lysimacho, optime de republ. merito, cum munifici valde in eum haberi cuperent, ut magnifice ille viveret, drachmas quatuor dederunt. Demosthenes, Orat. *ad Leptinem*. *Λυσιμάχῳ δωρεάν, ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων, ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς· ἔτι δὲ ἀργυρίου μνᾶς ἑκατόν, καὶ τέτταρας τῆς ἡμέρας δραχμάς.* *Lysimacho gratis, uni tunc utilium, centum quidem in Eubœa jugera agri consiti dederunt, centum vero nudi. præterea minas argenti centum, & quatuor diurnas drachmas.* Itaque parvo etiam censu locupletes æstimati; & vel paucæ aliquot minæ hic divitias facie-E bant. Neque multo plures quinque Socrates tenens, perhoneste vitam egit. Ipse de se apud Xenophontem ait, in *Oeconomico*. *Ἐγὼ μὲν οἶμαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοιμι, εὑρεῖν ἄν μοι σὺν τῇ οἰκίᾳ τὰ ὄντα πάντα ῥᾳδίως πέντε μνᾶς.* *Ego quidem opinor, inquit Socrates, si bono empto occurrerem, inventuras mihi cum domo omnia facile quinque minas.* Itaque nec admirandum, si egeni isthic nulli, aut mendici, bene constituta republica; quod Isocrates clare dicit, in extrema *Areopagitica*. *Τὸ δὲ μέγιστον, τότε μὲν οὐδεὶς ἦν τῶν πολιτῶν, ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων· οὐδὲ, προσαιτῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας, τὴν πόλιν κατῄσχυνε.* *Quod vero maximum, tunc quidem nullus erat civium* F *indigus necessariorum, neque appellans obvios pudorem afferebat civitati.* Quis Fortunæ magnum istud beneficium fuisse neget?

CAP. V.

Civitate donati. Jus civitatis, quanto olim in pretio fuerit; quive ejus dandi ritus. Actio legum violatarum cujus erat, si indignis datum esset; itaque ereptum Pytholao, & Apollonidi. Ne daretur servis, vetitum. Datum Eurysaci, & Philæo, Ajacis filiis; datum etiam Leuconi, Bospori principi; Platæensibus, Rhodiisque, & Hippocrati, ac Gallieno Imp. Recusatum a Zenone & Cleanthe, Atticoque. Postea imminuta dignitas; ac donatum inquilinis, & peregrinis; inceptumque etiam vendi: ac Chærephilo sic datum, & Phidoni, Pamphilo, Philippo, Epigeni, ac Cononi: denique Chærephili filiis, & Aristonico Carystio. Ab Augusto interdictum, ne cuiquam venderetur. Formula dandi.

POSTQUAM nunc de civibus dixi, eorumque multitudine; necessario & donatos civitate, & colonos, his adjungam. Ac de istis quidem prius. Initio enim potentissimos quosque Græciæ, bello pulsos, aut seditione aliqua, intra Urbem recipientes, civitate donavere; atque ita effecere, ut immensus habitantium numerus esset. Thucydides, *lib. I.* *Ἐκ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος οἱ πολέμῳ, ἢ στάσει, ἐκπίπτοντες, παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν· καὶ πολῖται γιγνόμενοι, εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μείζω ἔτι ἐποίησαν πλήθει ἀνθρώπων τὴν πόλιν.* *Ex alia enim Græcia qui bello aut seditione excidissent, ad Athenienses discedebant locupletissimi, ut ad locum securum: & cives facti statim ab antiquo majorem adhuc fecerunt turba hominum urbem.* Itaque advenas qualescunque statim cives faciebant; verum postea, cum jam multitudine sua laborarent, restrinxere. Scholiastes Thucydidis, *ad citata ejus verba*. *Οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν εὐθὺς μετεδίδοσαν πολιτείας· ὕστερον δὲ οὐκέτι, διὰ τὸ πλῆθος.* *Athenienses antiquitus statim concesserunt civitatem; postea non item propter multitudinem.* Ac statutum, si quem honorare vellent, huic tantum ut jus civitatis suæ largirentur. Neque id temere tamen factum; adeoque Menoni Pharsalio, ac Perdiccæ, Macedoniæ regi, qui præclare de rep. meriti erant, non dedere; sed immunitatem tantum concessere. Demosthenes, in *Orat.* *περὶ συντάξεως*. *Ἐκεῖνοι (οἱ πρόγονοι οἱ ἡμέτεροι) Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ, δώδεκα μὲν τάλαντα ἀργυρίου δόντι, πρὸς τὸν ἐπ' Ἠιόνι, τῇ πρὸς Ἀμφιπόλει, πόλεμον, διακοσίοις δὲ ἱππεῦσι πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι, οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. καὶ πρότερον τούτου Περδίκκᾳ, τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου ποτὲ ἐπιστρατείαν βασιλεύοντι Μακεδονίας, τοὺς ἀναχωροῦντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων ἀπὸ τῆς ἥττης διαφθείραντι, καὶ τέλειον τὸ ἀτύχημα ποιήσαντι τῷ βασιλεῖ, οὐκ ἐψηφίσαντο τὴν πολιτείαν, ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. μεγάλην, οἶμαι, καὶ τιμίαν, καὶ σεμνὴν, τὴν αὑτῶν πατρίδα ἡγούμενοι, καὶ πάσης μείζονα εὐεργεσίας.* *Illi (primores nostri) Menoni Pharsalio, duodecim quidem talenta argenti danti ad bellum propter Eiona vicinam Amphipoli, ducentis vero equitibus operariis propriis adjuvanti, non decreverunt civitatem, sed immunitatem modo dederunt. Et ante hæc Perdiccæ, qui tempore invasionis barbaricæ regnabat in Macedonia, quum barbaros refugientes ex Platæis ab clade interemisset, & perfectam stragem regi attulisset, non decreverunt civitatem, sed immunitatem modo dederunt: magnam, opinor, & honoratam ac venerandam existimantes patriam suam, & majorem omni beneficentia.* Quæ ipsa iterum ille dicit, Orat. *in Aristocratem*. Quin & leges habuere, præter quas donare nefas. Demosthenes idem, *in Neæram*. *Ὁ γὰρ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, κυριώτατος ὢν τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, καὶ ἐξὸν αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούληται, οὕτω καλὸν, καὶ σεμνὸν, ἡγήσατ' εἶναι δῶρον, τὸ*

A Ἀθηναῖον γενέσθαι, ὥστε νόμους ἔθετο αὐτῷ, καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ, ἐάν τινα βούλωνται, πολίτην. *Nam populus Atheniensium, liberrimus exsequutor omnium rerum in urbe, & cui licet facere, quidquid voluerit, ita pulchrum & venerabile credidit donum esse, si quis Atheniensis fieret, ut leges sibi posuerit, secundum quas oporteret facere, si quem vellent, civem*. Itaque cautum inprimis fuit, iis tantum ut daretur, qui præclare de rep. meriti essent; quin jam datum, nullo modo ratum erat, nisi proxima concione viri amplius sex mille, occultis suffragiis, comprobassent; senatores quoque & capsulas ponere, & calculos dare accedenti ad ipsos populo, jubebantur, antequam peregrini illi ingrederentur: deinde ut liber unusquisque, ac sui juris, reputaret apud sese, quem facturus civem esset, an honore eo dignus. B Demosthenes postea, in eadem *Oratione*. Πρῶτον μὲν γὰρ νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ, δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. ἔπειτ', ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεὰν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίζωνται, κρύβδην ψηφιζόμενοι. τοὺς δὲ πρυτάνεις κελεύει τιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος, καὶ τὴν ψῆφον διδόναι, προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι, καὶ τὰ γέρρα ἀναιρεῖν. ἵνα κύριος ὢν αὐτὸς αὑτοῦ ἕκαστος, σκοπῆται πρὸς αὑτὸν, ὅν τινα μέλλει πολίτην ποιήσεσθαι, εἰ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς ὁ μέλλων λήψεσθαι. C *Primum enim quidem lex est populo posita, non licere facere Atheniensem, quem non propter virtutem erga populum Atheniensem est dignum fieri civem. Deinde postquam persuasum fuerit populo, & dederit donum, non sinit ratam esse adoptationem, nisi si calculo per sequentis diei concionem ultra sex millia Atheniensium approbaverint, occulte suffragium ferentes. Prytanes vero jubet lex ponere cistas, & calculum dare accedenti populo, priusquam peregrini introeant, & sepimenta tollant: ut juris sui & liber unusquisque, consideret apud se, quem civem facturus sit, an dignus sit dono is, qui accepturus est*. Post hæc omnia, actio legum violatarum publica erat; licebatque in judi- D cium ingresso redarguere, nullo jure, meritove, datam civitatem esse. Demosthenes *ibidem*. Ἔπειτα μετὰ ταῦτα παρανόμων γραφὴν ἐποίησε κατ' αὐτοῦ τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων· καὶ ἔστιν, εἰσελθόντα εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελέγξαι, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε. *Deinde post hæc juris violati litem fecit contra eum cuicunque Atheniensium volenti; licetque in tribunal ingresso redarguere, quem non dignus sit dono, sed præter leges Atheniensis sit factus*. Atque ita a Pytholao Thessalo, & Apollonide Olynthio, præter alios quamplurimos, repetitus iste honos, tanquam perperam illis datus. E Demosthenes *ibidem*. Καὶ ἤδη τισὶ τοῦ δήμου δόντος τὴν δωρεὰν, λόγῳ ἐξαπατηθέντος ὑπὸ τῶν αἰτούντων, παρανόμων γραφῆς γενομένης, καὶ εἰσελθούσης εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελεγχθῆναι συνέβη, τὸν εἰληχότα τὴν δωρεὰν μὴ ἄξιον εἶναι αὐτῆς. καὶ ἀφείλετο τὸ δικαστήριον. καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς, καὶ παλαιοὺς, ἔργον διηγήσασθαι· ἃ δὲ πάντες μνημονεύετε, Πειθόλαν τε τὸν Θετταλὸν, καὶ Ἀπολλωνίδην τὸν Ὀλύνθιον, πολίτας ὑπὸ τοῦ δήμου γενομένους, ἀφείλετο τὸ δικαστήριον. *Et jam quum populus dedisset nonnullis donum, oratione deceptus ab petentibus, juris violati lite mota, & introducta in tribunal, contigit redargui, eum qui nactus esset dignum illo non esse. Et abstulit judicium; & multos quidem ac veteres narrare labor est: quæ vero omnes meministis, vel Pitholaum Thessalum, vel Apollonidem Olympium, cives ab populo factos, abstulit judicium*. In indignis, servi F habiti; qui natura, non calamitate aliqua, tales essent. itaque, ne his daretur, lege vetitum. Dion Chrysostomus, *Orat.* XV. Οὐκ οἶσθα τὸν Ἀθήνησιν, ἔφη, νόμον, ὅτι τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον, οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Non nosti legem, ait, quæ Athe-*

A *nis obtinet; eum qui natura servus est, non patitur participem esse civitatis*. Sane prisci Athenienses tanti civitatis suæ jus fecere, ut nihil supra. Demosthenes, Orat. *in Aristocratem*. Πολιτείαν ἔδοσαν, καὶ ταύτην ἱκανὴν ὑπελάμβανον εἶναι τὴν τιμήν. *Civitatem dederunt, eamque gloriam satis magnam duxerunt*. Et mox. Πολιτείαν ἔδωκαν μόνον· καὶ γὰρ τότε μὲν οὕτω τίμιον ἦν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ γίνεσθαι πολίτας παρ' ὑμῖν, ὥσθ', ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τούτου, τηλικαῦτα ἡμᾶς ἀγαθὰ ἤθελον ποιεῖν. *Civitatem modo dederunt. Nam tunc quidem ita gloriosum putabant omnibus hominibus, fieri cives apud nos, ut ad id impetrandum tanta bona voluerint nobis facere*. Inter eos, quibus honorem hunc habuere, Ajacis filii, Eurysaces, ac Philæus, exstitere: qui & iis Salaminem, tanquam B pretium civitatis, tradidere. Plutarchus, in *Vita Solonis*. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι, ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι· τὸν δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαῖος, καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον (τὴν Σαλαμῖνα) αὐτοῖς. καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν (Φιλαῖος,) ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ (Εὐρυσάκης,) ἐν Μελίτῃ. *Ipsi autem Athenienses ista putant esse nugas. Solonem vero dicunt declaravisse judicibus, Philæum & Eurysacem, Ajacis filios, Athenis civitate fruentes, tradiderunt insulam (Salamina) ipsis: & habitavisse alterum quidem (Philæum) in Braurone Atticæ; alterum vero (Eurysacem) in Melite*. Dedere etiam C Leuconi, Bospori principi. Demosthenes, in Orat. *ad Leptinem*. Ἀφαιρεῖται καὶ Λεύκωνα, τὸν ἄρχοντα Βοσπόρου, καὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ, τὴν δωρεὰν, ἣν ὑμεῖς ἔδοτε αὐτοῖς. ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος. τῇ δὲ παρ' ὑμῶν ποιήσει, πολίτης. *Aufert & Leuconi, principi Bospori, & filiis ejus donum, quod vos illis dedistis. Est enim genere quidem Leucon peregrinus; sed vestra adoptatione civis*. Sitalcæ item, Thraciæ regi. Philippus in Epistola *ad Athenienses*. Καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τῆς πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τὸν ἀποκτείναντα φιλίαν. *Et mortuo Sitalce, cui jus civitatis dederatis, statim fecisse amicitiam cum homicida*. Etiam Evagoræ Cyprio & Dio- D nysio Syracusano, posterisque utriusque. Philippus, in eadem *Epistola*. Ὑμεῖς ἔδοτε πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ, καὶ Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίῳ, καὶ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων. *Vos civitatem dedistis Evagoræ Cyprio, & Dionysio Syracusano, posterisque illorum*. Ac de Evagora, est Isocratis quoque locus, in *Encomio ipsius*. Τὸν δὲ (Εὐαγόραν) διὰ πολλὰς καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο. *Sed illum (Evagoram) propter multa magnaque beneficia lege civem fecistis*. Et Platæensibus Isocrates, in *Panathenaica*. Οἱ δ' ἡμέτεροι, Μεσσηνίων μὲν τοὺς διασωθέντας, εἰς Ναύπακτον κατῴκισαν· Πλαταιέων δὲ τοὺς παραγενομένους, πο- E λίτας ἐποιήσαντο. *Nostri autem, Messeniorum quidem servatos Naupactum colonos miserunt; Platæenses autem qui advenerant, cives fecerunt*. Ac decretum in rem illam exstat apud eundem Demosthenem, Orat. *in Neæram*; cujus illud est principium. Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἐντίμους, καθάπερ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους. *Hippocrates dixit, Platæenses esse Athenienses ab illa die, honoratos perinde ut alios Athenienses*. Rhodiis quoque. Livius, *lib.* XXXI. *Rhodii deinde legati auditi sunt, quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Atheniensium, captas nuper a Macedonibus, recuperatasque, remiserant. Itaque ingenti consensu bellum adversus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo immodici, deinde & Rhodiis habiti. pri-* F *mum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus addenda. & Rhodiorum populus corona aurea virtutis ergo donatus, civitasque Rhodiis data*. Et Polybius, Legat. *Eclog.* III. Ἀπεδέξαντο δὲ καὶ τοὺς Ῥοδίους, (οἱ Ἀθηναῖοι) μεγαλομερῶς· καὶ τόν τε δῆμον ἐστεφάνωσαν ἀριστείας στεφάνῳ, καὶ

πᾶσι

πᾶσι Ροδίοις ἰσοπολιτείαν ἐψηφίσαντο. *Exceperunt autem quoque Rhodios (Athenienses) magnifice, & tum populum coronaverunt virtutis corona, tum omnibus Rhodiis æquum jus civitatis decreverunt.* Item Hippocrati. Ecce in *Decreti* verbis, quod insertum ejus Operibus. Ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων, εἶναι Ἱπποκράτει καὶ πολιτείαν, καὶ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ διὰ βίου. *Visum est senatui & populo Atheniensium, esse Hippocrati & civitatem & frumentationem in prytaneo per vitam.* Soranus, in *ejus Vita*. Καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κῴοις· ἀλλὰ καὶ Θεσσαλοῖς, καὶ Ἀργείοις, καὶ Ἀθηναίοις· οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, καὶ πολίτην ἔγραψαν. *Et splendidos honores nactus est ab Cois; sed & Thessalis, & Argivis, & Atheniensibus; qui etiam secundum illum ab Hercule publice Eleusiniis initiaverunt, & civem scripserunt.* Unde & Thessalus, ejus filius, in *Presbeutico*. Παρὰ δὲ τὰς ἄλλας πόλεις τὰ παρ' ὑμέων δοθέντα μεγάλα ἦν. ἥ τε γὰρ πολιτείη ἡ ὑμετέρη ὑπερῆγε τὰς ἑτέρων. αἱ γὰρ Ἀθῆναι ὑψηλότερόν τι τῶν ἄλλων πόλεων ἐς δόξαν. *Præter alias vero civitates vestra dona erat magna Nam & civitas vestra eminuit super cæteras. Athenæ enim amplius ad gloriam, quam aliæ urbes.* Ac postremis temporibus etiam Gallienus sibi petiit, & obtinuit. Trebellius, in *Gallienis*. *Gallienus apud Athenas Archon erat, vanitate illa, qua & civis adscribi desiderabat.* Recusarunt autem Zenon, & Cleanthes; ne patriæ suæ injuriam facere viderentur. Plutarchus, *lib.* Περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων. Καὶ μὴν Ἀντίπατρος, ἐν τῷ περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς, ἱστόρηκεν· ὅτι Ζήνων, καὶ Κλεάνθης οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι γενέσθαι, μὴ δόξωσιν τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀδικεῖν. *Et sane Antipater in libro de differentia Cleanthis, & Chrysippi memoravit; Zenonem & Cleanthen noluisse Athenienses fieri, ne viderentur in suas patrias injusti esse.* Recusavit etiam T. Pomponius Atticus. Æmylius Probus, in *ejus Vita*. *Hic autem (Athenis) sic se gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur, quo factum est, ut huic omnes honores, quos possent, publice haberent; civemque facere studerent: quo beneficio ille uti noluit. quod nonnulli ita interpretantur; amitti civitatem Romanam, alia adscita.* Sed non semper incorruptus civitatis honos mansit; ac promiscue, cum attriti valde essent, inquilinos, & peregrinos, ascivere, Olymp. XCIII. anno III. Diodorus Siculus, in rebus gestis ejus anni, *lib.* XIII. Ἀθηναῖοι δὲ, κατὰ τὸ συνεχὲς ἐλαττώμασι περιπίπτοντες, ἐποιήσαντο πολίτας τοὺς μετοίκους, καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι. *Athenienses autem, assidue calamitatibus attriti, in civitatem adsciverunt inquilinos, aliorumque peregrinorum qui volebant simul bellare.* Anonymus, in *Descript. Olymp.* anno quarto insequente Olympiadis nominatæ factum narrat, istis verbis. Ἀθηναῖοι τοὺς μετοίκους ἐπολιτογράφησαν. *Athenienses civitati adscripserunt inquilinos.* Postea que & indignis donavere, aut vendidere. Queritur Demosthenes ipse, in *citata* paullo ante *Oratione* Περὶ συντάξεως. Νῦν δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φθόρους ἀνθρώπους, οἰκοτρίβων οἰκοτρίβας, τιμὴν ὥσπερ ἄλλου τινὸς τῶν ὠνίων λαμβάνοντες, ποιεῖσθε πολίτας. *Nunc autem, o viri Athenienses, perditos homines, vernarum vernas, pretium velut alterius cujusdam venalis rei adepti, facitis cives.* Ita Chærephilum salsamentarium, Phidonem, Pamphilum, Philippum; denique Epigenem, & Cononem, nummularios, civitate donatos ait Dinarchus, Orat. *in Demosthenem*. Εἴπατέ μοι, πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες, πρoῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι Διφίλῳ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν, καὶ τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀναθησομένην εἰκόνα; ἢ τὸ ποιῆσαι πολίτας ὑμᾶς Χαιρέφιλον, καὶ Φείδωνα, καὶ Πάμφιλον, καὶ Φίλιππον; καὶ πάλιν Ἐπιγένη, καὶ Κόνωνα, τοὺς τραπεζίτας; *Dicite mihi, per Jovem, o vi-*

A *ri, an putatis gratuito illum scripsisse Diphilo alimenta in prytaneo, & simulacrum consecrandum in foro? aut facere vos cives Chærephilum, & Phidonem, & Pamphilum, & Philippum? & rursus Epigenem & Cononem trapezitas?* Ita quoque Cærephili filios. Athenæus, *lib.* III. Τοσαύτην δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ τάριχος, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. *Tanto autem studio Athenienses imminebant salsamento, ut etiam cives adscripserint Chærephili salsamentarii filios.* Item Aristonicum Carystium, sphæristam Alexandri Magni. Athenæus, *lib.* I. Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον, τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν, Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν, διὰ
B τὴν τέχνην. *Aristonicum Carystium, Alexandri sphæristam, Athenienses fecerunt civem propter artem.* Meminitque Eustathius, *ad Odyss.* θ'. Τοῦ δὲ ἀξίαν λόγου καὶ τὴν σφαιριστικὴν εἶναι, πίστις καὶ Ἀθηναῖοι, πολίτην ποιησάμενοι Ἀλεξάνδρου τὸν Καρύστιον σφαιριστήν. *Esse vero sphæristicam quoque in aliquo numero ponendam, fidem faciunt Athenienses quoque, civem facientes Carystium sphæristam Alexandri.* Postea Augustus, ne deinceps pretio darent, interdixit. Dion Cassius, *lib.* LIV. Ὁ δὲ Αὔγουστος Ἀθηναίων τήν τε Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐρέτρειαν, ἐκαρποῦντο γὰρ αὐτὰς, ὥς τινές φασιν, ἀφείλετο, ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπούδασαν· καὶ προσέτι καὶ ἀπηγόρευσε σφίσι, μηδένα πολίτην ἀργυρίου
C ποιεῖσθαι. *Augustus vero Atheniensibus & Æginam & Eretriam (fruebantur enim illis, ut nonnulli dicunt,) abstulit, quia Antonio faverant; & præterea ipsis interdixit, ne quem civem pecunia facerent.* Formula dandæ civitatis, ista erat; ut illum talem se Atheniensem facere pronuntiarent, ab illo die eadem dignitate usurum, qua Athenienses cæteri; tum jus quoque habiturum & sacrorum, & profanorum, quorum Athenienses habeant; nisi si quod sacerdotium, sive festum, genti forte alicui proprium: & novemviratum excipi, quem patere tamen liberis: denique in tribum, populumque, inserendum. Observare est in Decreto, de donata Platæensibus civi-
D tate, apud Demosthenem, Orat. *in Neæram*, cujus ecce ista verba. Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους, ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἐπιτίμους, καθάπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι. καὶ μετεῖναι αὐτοῖς, ὧνπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν, καὶ ὁσίων. πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη, ἢ τελετή, ἐστιν ἐκ γένους· μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων· τοῖς δ' ἐκ τούτων. κατανεῖμαι δὲ τοὺς Πλαταιέας εἰς τοὺς δήμους, καὶ τὰς φυλάς. *Hippocrates dixit, Platæenses esse Athenienses, ab hoc die, honoratos perinde ut alii Athenienses; & communicare cum illis, quæ communicata sunt Atheniensibus, omnia & sacra & justa: præterquam si quod sacerdotium aut festivitas est ex genere; sed neque novem Archontum; verun-*
E *tamen illis qui ex his nati. Distribuere autem Platæenses in populos ac tribus.* Ac tribum illi, populumque, dari solitum, inde etiam nobis liquet, quod Philostratus, cum Phœnicem Adrianum civem factum Atheniensem dicere vellet, populum illi Athenis, & tribum, fuisse dixerit. Verba ejus ecce ista, in Adriani ejus Vita, *Sophist.* lib. II. Οἱ δὲ προσήκοντες γράφονται τὸν τεθνεῶτα φόνου παρὰ τῷ τῆς Ἑλλάδος ἄρχοντι, ὡς ἕνα Ἀθηναίων· ἐπειδὴ φυλή τε ἦν αὐτῷ, καὶ δῆμος, Ἀθήνησιν. *Propinqui vero scribunt mortuo crimen cædis apud præfectum Græciæ, ut uni Atheniensium; quoniam & tribus illi erat, & populus Athenis.* Sic de Ptolemæo Naucratite dicit, cum Ma-
F rathonis populo inscriptum fuisse, civitate donatum innuens. Μαραθῶνα δὲ αὐτὸν ἐπωνόμαζον, ὥς μέν τινες, ἐπειδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν. *Marathona vero eum cognominarunt, ut quidem nonnulli, quoniam Marathoni populo inscriptus erat Athenis.*

CAP. VI.

Coloniæ variæ; partim urbes, regiones, insulæque. Ælianus emendatus. Eretria ab Augusto adempta, & Ægina. Lemni vectigalia data a Senatu & populo Romano. Antonii beneficentia. Insulæ venditæ, & quo tempore. Imagines urbium ex ære, in Olympii Jovis templo, ab Hadriano Imp. dedicatæ.

AD colonias, sobolem quandam civitatis, ordo vocat. De his est Isocratis locus, in *Panegyrica*. Περὶ δὲ τὲς αὐτὲς χρόνες, ὁρῶσα τὲς μὲν βαρβάρες τὴν πλείστην τῆς χώρας κατέχοντας, τὲς δὲ Ἕλληνας εἰς μικρὸν τόπον κατακεκλεισμένες, καὶ διὰ σπανιότητα τῆς γῆς ἐπιβελεύοντάς τε σφίσιν αὐτοῖς, καὶ στρατείας ἐπ' ἀλλήλες ποιεμένες, καὶ τὲς μὲν δι' ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, τὲς δὲ διὰ τὸν πόλεμον ἀπολλυμένες, ἐδὲ ταῦθ' ὅπως ἕξοι ταῦτα περιεῖδεν, ἀλλ' ἡγεμόνας εἰς τὰς πόλεις ἐξέπεμψεν, οἳ παραλαβόντες τὲς μάλιστα βίε δεομένες, στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν, καὶ πολέμῳ κρατήσαντες τὲς βαρβάρες, πολλὰς μὲν ἐφ' ἑκατέρας τῆς ἠπείρε πόλεις ἔκτισαν· πάσας δὲ τὰς νήσες κατῴκισαν. *Iisdem vero temporibus videns barbaros quidem maximam regionum partem obtinere, Græcos autem exiguo loco inclusos, & propter angustiam terræ insidiantes sibi invicem, etiam bella vicissim moventes, & alios quidem indigentia tutelæ quotidianæ, alios autem bello pereuntes, non hæc ita disposita neglexit, sed duces circa urbes misit, qui assumptis, quotquot maxime egebant victu, duces eorum facti, bello quum superassent barbaros, multas in utraque continente urbes condiderunt; omnes vero insulas coloniis instruxerunt.* Ecce tibi, in utraque continente urbes multas condiderunt; & in insulas quoque omnes colonias suas deduxerunt. Ubi quæ de continente utraque dicit, eas intelligit, quæ in Asia, & Europa, sunt deductæ. Ac de Asia, hoc sciendum; eam partem, que Jonia appellata, coloniam Atheniensium factam esse. Aquila, *De Fig. Sent. Athenienses Asiæ partem eam, quæ Jonia cognominata est, coloniis communierunt.* Herodotus, *lib.* I. Εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνῶν γεγόνασι, & Ἀπατέρια ἄγεσιν ἑορτήν. *Sunt autem omnes Jones, quotquot ab Athenis venerunt, & Apaturia festum celebrant.* Thucydides, *l.* I. Καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι, καὶ νησιωτῶν τὰς πολλὰς, ᾤκισαν. *Et Jonas quidem & multos insularium condiderunt Athenienses.* Tertul. lib. *De Pallio. Jones, Nilei comites, Asiam novis urbibus instruunt.* Iterum lib. *De Anima. Ut Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phœnices Africam, dum solennes etiam migrationes, quas μετοικίας appellant, consilio exonerandæ popularitatis, in alios fines examina gentis eructant.* Aristides, in *Panathenaica*. Ὡς δ' αὐτῇ (τῇ τῶν Ἀθηναίων πόλει) διχόθεν κατεσκεύαστο ἡ τῆς Ἑλλάδος φρερὰ, καὶ συνεκέκλειστο ὥσπερ λιμέσι κλειστοῖς, ὅπως ἤδη καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας ᾔει διὰ τῆς θαλάττης· καὶ διεβίβαζεν εἰς τὴν Ἀσίαν πολλὰς, καὶ μεγάλας, ἀποικίας. *Sicut vero illi (Athenarum urbi) ab duobus lateribus comparata est Græciæ custodia, & conclusa fuerat velut portubus clausis, ita jam quoque usque ad transimitaneam procedebat per mare: & trajiciebat in Asiam multas & magnas colonias.* Accidit autem sub Archippo, perpetuorum archontum tertio, uti nos Eusebius docet, in *Chronico* suo; meminitque Tatianus, *contra Græcos*, ubi de Homeri ætate illi sermo. Οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν. ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν· Φιλόχορος δὲ, μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππε. *Aristarchus vero Jonicæ coloniæ dimissione, quæ Iliacis posterior est annis centum & quadraginta: Philochorus vero post Jonicam expeditionem, Archonte Athenis Archippo.* Quin tredecim in ea urbes condidere, Ephesum, Miletum, Myunta, Lebedon, Colophonem, Prienen, Teum, Erythras, Phocæam, Clazomenas, Chium, Samum, Smyrnam. Strabo memorat, *lib.* XIV. Ἄρξαι δέ φησιν Ἄνδροκλον τῆς τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρε, τῶ βασιλέως Ἀθηνῶν· γενέσθαι τοῦτον ΕΦΕΣΟΥ κτίστην. ΜΙΛΗΤΟΝ δ' ἔκτισε Νηλεὺς ἐκ Πύλε τὸ γένος ὤν. οἵ τε Μεσσήνιοι, καὶ οἱ Πύλιοι, συγγένειάν τινα προσποιῶνται, καθ' ἣν καὶ Μεσσήνιον τὸν Νέστορα οἱ νεώτεροί φασι ποιηταί. καὶ τοῖς περὶ Μέλανθον, τὸν Κόδρε πατέρα, πολλὲς καὶ τῶν Πυλίων συνεξάραι φασὶν εἰς τὰς Ἀθήνας· τῶτον δὴ πάντα τὸν λαὸν μετὰ τῶν Ἰώνων κοινῇ στεῖλαι τὴν ἀποικίαν. τῶ δὲ Νηλέως ἐπὶ τῷ Ποσειδίῳ βωμὸς ἵδρυμα δείκνυται. Κυδρῆλος δὲ, νόθος υἱὸς Κόδρε, ΜΥΟΥΝΤΑ κτίζει· Ἀνδρόκοπος δὲ. ΛΕΒΕΔΟΝ, καταλαβόμενος τόπον τινὰ Ἄρτιν. ΚΟΛΟΦΩΝΑ δ' Ἀνδραίμων Πύλιος, ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν Ναννοῖ. ΠΡΙΗΝΗΝ δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως, εἶθ' ὕστερον Φιλώτας, ἐκ Θηβῶν λαὸν ἀγαγών. ΤΕΩ δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον, διὸ Ἀθαμαντίδα αὐτὴν καλεῖ Ἀνακρέων· κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ναῦκλος, υἱὸς Κόδρε νόθος· καὶ μετὰ τῶτο Ἄποικος, καὶ Δάμασος, Ἀθηναῖοι· & Γέρης, ἐκ Βοιωτῶν. ΕΡΥΘΡΑΣ δὲ, Κνῶπος· καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρε νόθος. ΦΩΚΑΙΑΝ δ', οἱ μετὰ Φιλογένες Ἀθηναῖοι. ΚΛΑΖΟΜΕΝΑΣ δὲ, Πάραλος. ΧΙΟΝ δὲ, Ἐγέρτιλος, σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος. ΣΑΜΟΝ δὲ, Τυμβρίων. εἶθ' ὕστερον Προκλῆς. Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις· προσελήφθη δὲ καὶ ὕστερον ΣΜΥΡΝΑ, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων. *Præfuisse autem dicit Androclum expeditioni Jonum, post Æolicam, filium justum Codri Athenarum regis. Hunc fuisse* Ephesi *conditorem. Et* Miletum *vero condidit Neleus, oriundus ex Pylo. Et Messenii ac Pylii vindicant quandam cognationem, qua etiam Messenium Nestora dicunt juniores poetæ. Et cum Melantho Codri patre multos quoque Pyliorum profectos fuisse dicunt Athenas. Hunc igitur omnem populum cum Jonibus communiter misisse coloniam. Hujus vero Nelei in Neptuni templo ara monumentum ostenditur. Cudrelus vero, nothus Codri filius, condit* Myunta. *Andropocus vero* Lebedum, *occupato loco quodam, quem Artem vocant.* Colophona *vero Andræmon Pylius, ut ait quoque Mimnermus in Nanno.* Prienen *vero Æpytus Nelei, post deinde Philotas, ex Thebis populum ducens. Teo autem Athamas quidem prius, unde Athamantida eam vocant Anacreon. Tempore autem Jonicæ expeditionis Nauclus, filius Codri nothus; & post hoc Apœcus & Damasus Athenienses; & Geres ex Bœotis.* Erythras *vero Cnopus; & hic filius Codri spurius.* Phocæam *vero Athenienses cum Philogene;* Clazomenas *Paralus;* Chium *Egertilus, confusam inducens turbam;* Samum *Tumbrion; & postea Procles. Hæ quidem duodecim Jonicæ urbes. Adsumpta vero fuit deinceps* Smyrna, *Ephesiis deducentibus in Jonicum fœdus.* Herodotus, l. I. Οἱ δὲ Ἴωνες οὗτοι ΜΙΛΗΤΟΣ μὲν, αὐτῶν πρώτη κέεται, πόλις πρὸς μεσαμβρίην. μετὰ δὲ ΜΥΟΥΣ τε καὶ ΠΡΙΗΝΗ. αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναί σφι. αἱ δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, ΕΦΕΣΟΣ ΚΟΛΟΦΩΝ, ΛΕΒΕΔΟΣ, ΤΕΩΣ, ΚΛΑΖΟΜΕΝΑΙ, ΦΩΚΑΙΑ. αὗται δὲ αἱ πόλιες τῇσι πρότερον λεχθείσῃσι *ὁμολογέεσι κατὰ γλῶσσαν ἐδὲν, σφὶ δὲ ὁμοφωνέεσι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλιες· τῶν αἱ δύο μὲν, νήσους οἰκέαται, ΣΑΜΟΝ τε καὶ ΧΙΟΝ· ἡ δὲ μία, ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται, ΕΡΥΘΡΑΙ. *Jones hi:* Miletus *quidem eorum prima sita est urbs versus meridiem; post autem* Myus & Priene. *Hæ quidem in Caria coluntur, utentes sermone prorsus eodem. Sed quæ in Lydia* Ephesus, Colophon, Lebedos, Teos, Clazomenæ, Phocæa. *Hæ vero urbes illis quas modo dixi, conveniunt in lingua nihil, sed suam linguam habent. Insuper tres reliquæ Ionicæ urbes; quarum duæ insulas obtinent* Samon *atque* Chium; *una in continente est sita* Erythræ. Vitruvius, *lib.* IV. *cap.* I. *Athenienses, ex responsis Apollinis Delphici, communi consilio totius Hellados, tredecim colonias uno tempore in Asiam de-*

* Vitio typorum pro λεχθείσῃσι.

duxerunt; ducemque in singulis coloniis constituerunt: & summam imperii partem Ioni, Xuthi, & Creusæ filio, dederunt; quem etiam Apollo Delphis suum filium in responsis est professus: isque eas colonias in Asiam deduxit, & Cariæ fines occupavit, ibique civitates amplissimas constituit, Ephesum, Miletum, Myunta, (quæ olim ab aqua est devorata; cujus sacra, & suffragium, Milesiis Iones attribuerunt) Prienem, Samum, Teon, Colophona, Chium, Erythras, Phocæam, Clazomenas, Lebedum, Meliten. Hæc Melite, propter civium arrogantiam, ab his civitatibus, bello indicto, communi consilio est sublata. cujus loco postea, regis Attali, & Arsiones beneficio, Smyrneorum civitas inter Ionas est recepta. Videndus etiam est Pausanias in *Achaicorum* initio. Emendandus autem obiter Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. V. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ιωνίαν ἀφίκετο, καὶ πρῶτον μὲν ὤκισε Μίλητον, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ Μυγδόνας, καὶ Λέλεγας, καὶ ἄλλους Βαρβάρους ἀφ᾽ ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν ἐν Ιωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ αἵδε, Μίλητος, Εφεσος, Ερυθραὶ, Κλαζομεναὶ, Πριήνη, Λέβεδος, Τέως, Κολοφὼν, Μυοῦς, Φώκαια, Σάμος, καὶ Χῖος. *Neleus vero in Ioniam discessit, & primum quidem coluit Miletum, postquam ejecerat Carias, & Mygdonas, & Lelegas, aliosque barbaros, unde appellatæ sunt duodecim urbes in Ionia. Sunt autem istæ, Miletus, Ephesus Erythræ, Clazomenæ, Priene, Lebedus, Teos, Colophon, Myus, Phocæa, Samos, & Chios.* Non recte editur, Πριήνη, Λέσβος, Τέως. *Priene, Lesbus, Teos.* Imperfecta est Velleii narratio, qui urbes tantum novem memorat, omissis IV, lib. 3. *Iones, duce Ione profecti Athenis nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur, Ionia, urbesque constituere, Ephesum, Miletum, Colophona, Prienem, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam.* Ac de Mileto, seorsim quoque est apud Herodotum, *lib.* 9. Τῆς Δήμητρος Ελευσινίης ἱρὸν, τὸ Φίλιστος ὁ Πασικλέος ἱδρύσατο, Νείλεω τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κτιστύν. *Cereris Eleusiniæ templum, quod Philistus Pasiclis filius exstruxit, Neleum Codri filium sequutus ad Miletum condendam.* Eustathius, *in Dionysium.* Διὰ μέσης τῆς τῶν Ιώνων γῆς ὁ Μαίανδρος λιπαραῖς δίναις εἰς ἅλα κατέρχεται, μεταξὺ τῆς Πριήνης, καὶ τῆς Μιλήτου, Ιωνικῆς πόλεως ἀποίκου Αθηναίων. *Per mediam Ionum regionem Mæander pinguibus erroribus in mare descendit, inter Prienem & Miletum, Ionicam urbem coloniam Athieniensium.* Et quæ ibi sequuntur. Ammianus, *lib.* 22. *c.* 8. *Per hæc amplissima spatia oppida sunt dispersa Græcorum; quæ cuncta ætatibus variis, præter pauca, Atheniensium coloni condidere Milesii, inter Ionas alios in Asia per Neleum multo ante locati, Codri illius filium, qui se pro patria bello fertur Dorico devovisse.* Iterum. *lib.* 28. *cap.* 1. *Erat enim Atheniensium colonia Miletus, deducta inter Ionas alios per Neleum, filium Codri.* De Erythra, Harpocration. Ερυθρὰ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κτισθεισῶν, ὥς φησιν Ελλάνικος ἐν Ατθίσιν. *Erythra, una earum, quæ ab Neleo Codri conditæ sunt, ut ait Hellanicus in Atticis.* De Epheso, sunt Platonis verba capienda, extremo *Ione.* Τί δέ; οὐκ Αθηναῖοι μέν ἐστε οἱ Εφέσιοι τοὐρχαῖον. *Quid autem?* De Myunte Plinius *lib.* 5. *cap.* 29. *Myus, quod primo condidisse Iones narrantur, Athenis profecti.* Sed nunc alias porro urbes, insulasque, videamus. ADRAMYTTIUM. Strabo, *lib.* 12. Πλησίον δ᾽ εὐθὺς τὸ Αδραμύττιον, Αθηναίων ἄποικος πόλις. *Prope vero statim Adramyttium, colonia Atheniensium.* Eustathius, *ad Iliad.* β΄. Καὶ τὸ Ατραμύττιον δὲ Αθηναίων ἔσχεν ἀποικίαν. *Et vero Atramyttium habuit coloniam Atheniensium.* AGRYLLE Stephanus, *in* Αγραυλή. Εστι δὲ καὶ πόλις, Αθηναίων ἄποικος, ἐν Σαρδοῖ, ἀπὸ τοῦ δήμου κληθεῖσα Αγραυλή. *Est vero & Urbs Atheniensium colonia in Sardinia, ab populo vocata Agryle.* AMISUS. Strabo, *lib.* 12. Αμισὸς, πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐνακοσίους σταδίους· φησὶ δ᾽ αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλεσίους κτίσαι, εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντας· τρίτον δὲ ὑπ᾽ Αθηνοκλέους, καὶ Αθηναίων ἐποικισθεῖσαν, Πειραιᾶ μετονομασθῆναι. *Amissus, urbs celebrata, distans ab Sinope stadiis circa nongentis. Dicit autem Theopompus primos Milesios condidisse, deinde Cappadocum principes: tertium vero ab Athenocle, & Atheniensibus nova colonia auctam, transnominatam esse Piræa.* Eustathius, *ad Iliad.* β΄. Οτι πολλαὶ Αθηναίων ἐγένοντο ἀποικίαι, τεθρύλληται. καὶ Αμισὰς γε ἡ Ποντικὴ, κατὰ τῶν γεωγράφων, Αθηναίων ἐποικισάντων, Πειραιεὺς μετονομάσθη, ὁμωνύμος τῷ Αττικῷ Πειραιεῖ. *Multas fuisse Atheniensium colonias, pervulgatum est. Et Anarsus Pontica, juxta Geographum, Atheniensibus coloniam novam adducentibus, transnominata est Piræus, eodem nomine quo Piræeus Atheniensis.* AMPHIPOLIS. Plutarchus, in *Cimonis Vita.* Καὶ προσεκτήσαντο χώρας, αὐτήν τε τὴν Ηϊόνα, καὶ Αμφίπολιν, οἰκίσαντες. *Et lucrati insuper sunt regionem, ipsamque Ciona & Amphipolin incolis replentes.* Diodorus, *lib.* 11. Αμα δὲ τούτοις πραττομένοις Αθηναῖοι θαλαττοκρατοῦντες, εἰς Αμφίπολιν ἐξέπεμψαν οἰκήτορας μυρίους. *Hæc ubi facta sunt, statim Athenienses mari potentes emiserunt Amphipolin decem millia colonorum.* Iterum, *lib.* 12. Αθηναῖοι συνῴκισαν Αμφίπολιν· καὶ τῶν οἰκητόρων οὓς μὲν, ἐκ τῶν πολλῶν κατέλεξαν οὓς δὲ, ἐκ τῶν σύνεγγυς φρουρίων. *Athenienses incolis ornarunt Amphipolin, eosque collegerunt partim ex plebe, partim ex vicinis præsidiis.* Æmylius Probus, in *Cimone.* *Oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Atheniensium in coloniam misit.* Videndus quoque Polyænus, *lib.* 6. Strategemate penultimo, quod est Agnonis Atheniensis. ATHENAE DIADES. Strabo *lib.* 10. Καὶ Αθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Αθηναίων. *Et Athenæ Diades, opus Atheniensium.* ATHENAE ACARNANIAE. sive, CURETIDIS. Stephanus, *in* Αθῆναι. Εβδόμη, Ακαρνανίας, ὡς Δημήτριος. Αθηναίους, ἐν τῇ Κουρήτιδι κτίσαντας πόλιν. Αθήνας προσαγορεῦσαι. τὴν γὰρ νῦν Ακαρνανίαν, Κουρῆτιν ὠνόμαζον. *Septima Acarnaniæ, prout Demetrius; Athenienses in Curetide condentes urbem appellavisse Athenas: hanc enim Acarnaniam nominabant Curetin.* BREA. Hesychius. Βρέα. Κρατῖνος μέμνηται τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἐστὶ δὲ πόλις Θρακίας, εἰς ἣν Αθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμπον. *Brea. Cratinus meminit Coloniæ versus Brean; Est vero urbs Thraciæ, in quam Athenienses Coloniam emiserunt.* Stephanus. Βρέα, πόλις· εἰς ἣν ἀποικίαν ἐστείλαντο Αθηναῖοι. *Brea, urbs; in quam Athenienses miserunt coloniam.* CHALCIS. Libanius, in Argumento *Olynth.* 1. Ολυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θράκης. Ελληνικὸν δὲ ταύτην τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος, τῆς ἐν Εὐβοίᾳ ἡ δὲ Χαλκὶς, Αθηναίων ἄποικος. *Olynthus erat in Thracia: Græca vero illic inhabitantium natio, ab Chalcide Eubœæ urbe. Chalcis vero Atheniensium colonia.* Marcianus, in *Periegesi.*

——ἐκ τῆς δ᾽ Αττικῆς
Τῶν Ερεχθέως διαβάντα πάνδωρον κτίσαι
Πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ χαλκίδα.
——*Sed ex Attica,*
Erechthei filium transgressum Pandorum condidisse
Urbem maximam in ea Chalcidem.

Vellejus, *lib.* 1. *Athenienses in Eubœa Chalcida Eretriam colonis occupavere.* Et huc Strabonis quoque locus referendus, quem citabo statim infra, ubi de Eretria agam. CRITHOTE. Suidas. Κριθωτὴ, πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ κατοικισθεῖσα ὑπὸ τῶν Αθηναίων, τῶν μετὰ Μιλτιάδου ἐκεῖ παραγενομένων. *Crithote, urbs Chersonensis, condita ab Atheniensibus, qui cum Miltiade illuc venerant.* EION. Plutarchus, in *Vita Cimonis.* Καὶ προσεκτήσαντο χώρας, αὐτήν τε τὴν Ηϊόνα, καὶ τὴν Αμφίπολιν, οἰκήσαντες. *Et insuper lucrati sunt regionem, ipsam Eiona & Amphipolin condentes.* ELAEA. Strabo, *lib.* XII. Στάδιοι δ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν τεσσαράκοντα· εἶθ᾽ ἑβδομήκοντα εἰς Ελαίαν, λιμένα ἔχουσαν, καὶ ναύσταθμον τῶν Ατταλικῶν Βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Αθηναίων, τῶν

τ͂ συστρατδσάντων ἐπ' Ἴλιον. *Stadia ad illam quadraginta; deinde septuaginta ad Elæam, quæ portum habet, & navium stationem Attalicorum regum, opus Menesthei & Atheniensium, qui cum illo fuerunt, militantes contra Ilium.* ERETRIA. Vellejus, in *citatis* paullo ante *verbis*. *Athenienses in Eubœa Chalcida, Eretriam, colonis occupavere.* Strabo, de illa, & Chalcide, *lib.* x. Μετὰ δὲ τὴν Γέραιστον, Ἐρέτρια πόλις μεγίστη τ͂ Εὐβοίας, μετὰ Χαλκίδα. ἔπειτα ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τ͂ νήσου τρόπον τινά, ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη. ἀμφότεραι δὲ πρὸ τ͂ Τρωικῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκτίσθαι λέγονται. καὶ μετὰ τὰ Τρωικὰ Αἶκλος, καὶ Κόθος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν, τὴν Ἐρέτρειαν ᾤκησε· Κόθος δὲ, τὴν Χαλκίδα. *Post Geræstum Eretria urbs; maxima Eubœæ post Chalcidem; deinde Chalcis metropolis insulæ quodammodo, ad ipsum Euripum posita. Ambæ vero ante Trojana ab Atheniensibus conditæ dicuntur. Et post Troica Æclus & Cothus Athenis profecti, hic quidem Eretriam condidit: Cothus vero Chalcidem.* Eustathius, *ad Iliad. β'.* Ἀμφότεραι (Χαλκὶς, καὶ Ἐρέτρεια) πρὸ τ͂ Τρωικῶν ὑπὸ τ͂ Ἀθηναίων ἐκτίσθησαν, *Ambæ (Chalcis & Eretria) ante Trojana ab Atheniensibus conditæ sunt.* Marcianus, in sua *Periegesi*, ubi de Eubœa:

Αἶκλόν τ' Ἐρέτρειάν τ' Ἀθηναῖον γένει.
Æclum & Eretriam Atheniensem gente.

Atque hanc Augustus, ut Æginam item insulam, quia Antonio favissent, Atheniensibus postea eripuit. Dion Cassius, *lib.* LIV. Ὁ δὲ Αὔγουστος Ἀθηναίων τήν τε Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐρέτρειαν, ἐκαρποῦντο γὰρ αὐτάς, ὥς τινές φασιν, ἀφείλετο, ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπουδάσαν. *Augustus vero Atheniensibus & Æginam & Eretriam (fruebantur enim illis, ut dicunt nonnulli,) abstulit, quia faverant Antonio.* HESTIAEA. Plutarchus, in *Vita Periclis*, ubi ab ipso deductam dicit. Ἑστιαιεῖς δὲ πάντας ἀναστήσας ἐκ τῆς χώρας, Ἀθηναίους μόνους κατῴκισε. *Hestiaenses vero omnes expellens ex regione, solos Athenienses collocavit.* LETANUM. Diodorus Siculus, *lib.* XII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἔκτισαν οἱ Ἀθηναῖοι πόλιν ἐν τῇ Προποντίδι, τὴν ὀνομαζομένην Λέτανον. *Simul atque ista facta sunt, condiderunt Athenienses urbem in Propontide, nominatam Letanum.* POTIDAEA. Demosthenes, *Philipp.* II. Ποτίδαιαν δὲ ἐδίδου, τοὺς Ἀθηναίων ἀποίκους ἐκβαλών. *Potidæam vero dabat, Atheniensium colonis ejectis.* Huc Hegesippi verba pertinent, in Orat. *De Haloneso*. Καίτοι Ἀθηναίων οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντες, οὐκ ὄντος αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα. *Quanquam Atheniensibus, qui Potidææ habitabant, quum non esset eis bellum contra Philippum, ab eo ablatæ sunt opes.* SCYLLETIUM, postea SCYLLETIUM dictum, Strabo, *lib.* VI. Μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων τ͂ μετὰ Μενεσθέως, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. *Post hanc Scylletium, colonia Atheniensium eorum qui cum Menestheo fuerunt, nunc vero Scylacium vocatur.* SYBARIS, sive THURII. Hanc quoque coloniam suam dicebant Athenienses. Diodorus Siculus, *lib* XII. Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ τὴν Ἰταλίαν οἱ τοὺς Θουρίους οἰκοῦντες, ἐκ πολλῶν πόλεων συνεστηκότες, ἐστασίαζον πρὸς ἀλλήλους, ποίας πόλεως ἀποίκους δεῖ καλεῖσθαι τοὺς Θουρίους, καὶ τίνα κτίστην δίκαιον ὀνομάζεσθαι. οἵ τε γὰρ Ἀθηναῖοι, τῆς ἀποικίας ταύτης ἠμφισβήτουν, ἀποφαινόμενοι, πλείους οἰκήτορας ἐξ Ἀθηνῶν ἐληλυθέναι. *Post hæc qui in Italia Thuriis habitabant ex multis urbibus collecti inter se tumultuati sunt, lite orta cujus urbis colonos oporteret vocari Thurios, & quem jure conditorem nominare. Nam Athenienses de hac colonia ambigebant, argumentando plures incolas ex Athenis venisse.* Plutarchus, in *Lysia*. Ἐπεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν, ἔστελλε ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ. *Postquam vero coloniam in Sibarin, quæ mox transnominata est Thurii, misit urbs, discedebat cum majore fratre Polemarcho.* Dionysius Halicarnasseus, in eodem *Lysia*. Εἰς Θουρίους ᾤχετο, πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσί, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοι. *Thurios discedebat navigans cum fratribus duobus, pars futurus coloniæ, quam Athenienses mittebant.* Suidas, ubi de Herodoto. Ἐπειδὴ δὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τ͂ πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. *Quoniam sane postea vidit se invidiosum apud cives, ad Thurium, quod Atheniensibus colonia ducta instaurabatur, voluntarius abiit.* Sed quid urbes nunc commemorem? Erant totæ regiones. In his PLACIA. Hesychius. Πλακία, χώρα παρὰ τὴν Θρᾴκην, εἰς ἣν ἀποικίαν ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι. *Placia, regio propter Thraciam, in quam Athenienses miserunt coloniam.* Et CHERSONESUS. Æmylius Probus, in *Miltiade*. *Accidit, ut Athenienses Chersonesum colonos vellent mittere; cujus generis cum magnus esset numerus, & multi ejus demigrationis peterent societatem, ex his delecti Delphos deliberatum missi sunt, qui consulerent Apollinem, quo potissimum ante uterentur.* Et quæ sequuntur. Libanius in Argumento Orat. *De Cheroneso.* Ἦν μὲν γὰρ Χερρόνησος ἡ πρὸς Θρᾴκην τῶν Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον. εἰς δὲ ταύτην ἀπέστειλαν, ἐν τοῖς Φιλίππου χρόνοις κληρούχους ἑαυτῶν. ἔθος δὲ τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν, [illegible] ἀποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. *Erat enim Chersonesus quidem ad Thraciam vetus Atheniensium possessio. In eam vero miserunt colonos suos circa Philippi tempora. Mos autem iste antiquus Atheniensibus, quotquot eorum pauperes erant, & inopes familiæ, eos mittere colonos in urbes ipsorum extraneas.* Videndus etiam Herodotus, *lib.* VI. Neque tantum continentem possidebant, sed & insulas; e quibus hæ commemorantur a Vellejo, *lib.* I. Samus, Chius, Andrus, Tenus, Pharus, Delus, aliæque. Verba ejus ita habent. *Multasque (Jones, duce Jone Athenis profecti,) in Ægæo, atque Icario, occupavere insulas; Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharum, Delum, aliasque ignobiles.* Eædem, & aliæ, memorantur etiam Æschylo, in *Persis*.

Νᾶσοι θ' αἳ κατὰ πρῶνα ἅλιον περικλυστοι,
τᾷδε γᾷ προσήμεναι,
οἵα Λέσβος, ἐλαιοφυτός τε Σάμος,
Χῖος, ἠδὲ Πάρος,
Νάξος, Μύκονος,
Τήνῳ τε συνάπτουσ'
Ἄνδρος ἀγχιγείτων.

Et insulæ quæ circa eminentiam marinam circumfluæ, terræ autem adnexæ, ut Lesbus & olivifera Samus, Chius, aut Parus, Naxus, Myconus, ac Teno adjuncta Andros vicina. Ex his Andri meminit Plutarchus, in *Vita Periclis*. Πρὸς δὲ τούτοις, χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους· εἰς δὲ Νάξον, πεντακοσίους· εἰς δὲ Ἄνδρον, ἡμίσεις τούτων. *Ad hæc vero mille quidem misit colonos in Cherronesum; Naxum vero quingentos; & Andrum dimidiatum horum numerum.* De Delo, est in Veteri Inscriptione; ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΧΡΗΣΙΜΟΝ ΕΝ ΔΗΛΩΗ ΤΙ ΜΗΘΗΝΑΙΟΙΣ τοῖς ἐν Δήλῳ στέφανοι. *Facit populum Atheniensium, qui sunt in Delo, honorari aurea corona.* Et mox iterum. πολλὰ τῶν χρησίμων Ἀθηναίοις τοῖς ἐν Δήλῳ πεποίηκεν. *Multa profutura Atheniensibus Deli consistentibus confecit.* Memoratur etiam Naxus, in *citatis* Plutarchi *verbis*; & de ea, plene narrat Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. V. Νηλεὺς ὁ Κόδρου, τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι, εἰς ἀποικίαν στελλομένῳ. τῇ Νάξῳ δὲ προσορμισθεὶς οὐκ

οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος βιασθείς. ἀπᾶραι δὲ βουλόμενον, καταπνέοντες ἐναντίοι ἄνεμοι διεκώλυον. ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, οἱ μάντεις ἔφασαν δεῖν καθαρθῆναι τὸ στρατόπεδον, ὡς συμπλεόντων πολλῶν οὐ καθαρῶν τὰς χεῖρας. προσεποιήσατο δὲ καὶ αὐτὸς ἀποκτεῖναί τινα παῖδα, καὶ δεῖσθαι καθαρμοῦ. καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισε, τοὺς συνειδότας ἑαυτοῖς, καὶ γνωσθέντων ἐκείνων, αὐτοὺς μὲν ἀπέλιπεν, οἱ δὲ, ᾤκησαν τὴν Νάξον. *Neleus Codri filius, excidens regno, reliquit Athenas, ideo quia Pythia Medonti regnum attribueret in coloniam profecto. Ad Naxum vero applicuit non volens, sed tempestate compulsus. Quum vero vellet discedere, flantes contrarii venti probibuerunt. Dubitanti igitur illi de præsentibus, vates dixerunt lustrari debere exercitum, quasi multi non puri manus simul navigarent. Sed & ipse simulavit occidisse puerum aliquem, & indigere expiatione. Et secessit ipse, aliisque persuasit, quos subornaverat sibi conscios. Quo facto, & illis patefactis, reliquit quidem eos; illi vero babitaverunt Naxum.* ÆGINA. Thucydides, *lib.* II. Ἀνέστησαν δὲ καὶ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι, αὐτούς τε, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, ἐπικαλέσαντες οὐχ ἥκιστα τοῦ πολέμου σφίσιν αἰτίους εἶναι. καὶ τὴν Αἴγιναν ἀσφαλέστερον ἐφαίνετο, τῇ Πελοποννήσῳ ἐπικειμένην, αὐτῶν πέμψαντας ἐποίκους, ἔχειν. καὶ ἐξέπεμπον· ὕστερον οὐ πολλῷ ἐς αὐτὴν τοὺς οἰκήτορας. *Sed eadem etiam æstate Æginetas ex Ægina expulerunt Athenienses, ipsosque, & liberos, & mulieres, accusantes non minimam illos causam fuisse sibi belli: & videbatur securius Æginam, objacentem Peloponneso, missis ex se incolis, tenere: & non multo post emiserunt in eam incolas.* Iterum, lib. VIII. Ἦσαν δὲ καὶ Ἄνδριοι, καὶ Τήνιοι, καὶ Καρυστίων τριακόσιοι, καὶ Αἰγινητῶν τῶν ἐποίκων, οὓς οἱ Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν οἰκήσοντας. *Erant vero & Andrii, & Tenii, & Carystiorum trecenti, & Æginetarum colonorum, quos Athenienses babitatum miserant.* SCYRUS. Thucydides, *lib.* I. Ἔπειτα Σκῦρον, τὴν ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκουν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν, καὶ ᾤκισαν, αὐτοί. *Deinde Scyrum, insulam in Ægæo, quam incolebant Dolopes, in servitutem redegerunt, & ipsi condiderunt.* Plutarchus, in *Cimonis Vita.* Ὤκισαν δὲ (οἱ Ἀθηναῖοι) καὶ Σκῦρον, ἑλόντος Κίμωνος. *Coloniam vero fecerunt (Athenienses) etiam Scyrum, capiente Cimone.* LEMNUS. Observare est apud Athenæum, *lib.* VI. Κόλακας δ' εἶναί φησι Φύλαρχος καὶ τοὺς ἐν Λήμνῳ κατοικοῦντας Ἀθηναίων, ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Ἱστοριῶν. *Sed & Philarchus ait adulatores Atheniensium fuisse Lemni incolas, in tertia decima bistoriarum.* Certe inter subjectas Atheniensibus insulas nominatur quoque ab Æschylo, in *Persis.* Quomodo autem ea colonia Atheniensium facta fuerit, videndus Herodotus, extremo VI. & Æmylius Probus, in *Miltiade.* Et Senatus Populusque Romanus, cum imperium postea ejus ademisset, vectigalia tamen reddidit; ut refert Vitruvius, *lib.* VII. *cap.* VII. *Non minus etiam Lemno, cujus insulæ vectigalia Atheniensibus Senatus Populusque Romanus concessit fruenda.* Denique universæ CYCLADES. Isocrates, in *Panathenaica.* Καὶ πρῶτον μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους, περὶ ἃς ἐγένοντο πολλαὶ πραγματεῖαι, ταύτας τὸ τελευταῖον ὑπὸ Καρῶν κατεχομένας, ἐκβαλόντες ἐκείνους, οὐκ ἐξιδιώσασθαι τὰς χώρας ἐτόλμησαν, ἀλλὰ τοὺς μάλιστα βίου τῶν Ἑλλήνων δεομένους κατῴκισαν ἐς αὐτάς. *Et primum quidem Cycladas insulas, de quibus multa exstiterunt negotia, eas denique ab Caribus possessas, expulsis illis, non sustinuerunt eas sibi proprias vindicare, sed Græcos victu maxime indigos in eas induxerunt colendas.* Plutarchus, lib. *De Exilio.* Τὰς δὲ Κυκλάδας πρότερον μὲν οἱ Μίνω παῖδες, ὕστερον δὲ οἱ Κόδρου, καὶ Νηλέως, κατῴκησαν. *Cycladas vero primum quidem Minois liberi, postea filii Codri & Nelei incoluerunt.* Et ex his plurimas, si non omnes, mox Romani eripuerunt; & Antonius reddidit Tenum, Æginam, Icum, Ceam, Sciathum, ac Peparethum. Appianus *De Bell. Civil.* lib. V. Ἀθηναίοις δ' ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσι μετὰ Τῆνον Αἴγιναν ἔδωκε, καὶ Ἴκον, καὶ Κέω, καὶ Σκίαθον, καὶ Πεπάρηθον. *Atheniensibus vero ad illum venientibus post Tenum Æginam dedit, & Icon, & Ceo, & Sciathum, & Peparethum.* Æginam vero rursum Augustus ademit, pariter atque urbem Eretriam, quia Antonio studuissent. Dion Cassius, in *citatis* supra *verbis.* Ὁ δὲ Αὔγουστος τήν τε Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐρέτρειαν, ἐκαρποῦντο γὰρ αὐτὰς, ὥς τινές φασιν, ἀφείλετο, ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπούδασαν. *Augustus autem Æginam & Eretriam (nam illis fruebantur, ut quidam dicunt) abstulit, quia studuerant Antonio.* Xiphilinus, in *Vita Augusti.* Τοὺς δὲ Ἀθηναίους ἐκάκωσεν, Αἴγιναν ἀφελόμενος. *Athenienses male vero babuit, auferens Æginam.* Cæteras autem, inopia pressi, vendidere; Adriano, ut videtur, Imperatore: obnitente Lolliano, qui illius tempore vixit. Observo apud Philostratum, in *Sophistæ ejus Vita,* lib. I. Ἀντιλέγων δὲ τοῖς Ἀθηναίοις, ἀπορίᾳ χρημάτων βουλομένοις πωλεῖν τὰς νήσους, ὧδε ἐπνευσε· λῦσον, ὦ Πόσειδον τὴν ἐπὶ Δήλῳ χάριν. συγχώρησον αὐτῇ πωλουμένῃ φυγεῖν. *Contradicens autem Atheniensibus, præ inopia pecuniæ volentibus vendere insulas, ita exspiravit: solve, o Neptune, gratiam propter Delum: permitte illi, ut vendita fugiat.* Atque istæ quidem sunt coloniæ, hactenus mihi observatæ; urbes pariter, insulæque. Et urbium quidem imagines ex ære positæ ab Adriano Imperatore in Olympii Jovis templo, a se exstructo, & dedicato. Pausanias memorat, in *Atticis,* ubi de eo agit. Ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ, δύο μὲν εἰσι Θασίου λίθου. δύο δὲ, Αἰγυπτίου. χαλκαῖ δὲ ἑστᾶσι πρὸ τῶν κιόνων, ἃς Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἀποίκους πόλεις. *Ibi imagines Hadriani; duæ quidem sunt ex lapide Thasio; duæ autem Ægyptio: ereæ autem stant ante columnas, quas Attici vocant colonias urbes.*

CAP. VII.

Potentia magna; a se, & sociis: atque isti quinam fuerint. Urbes in his mille numero. Harpocration emendatus. Quod tributum Urbis fuerit, Atticæque; & quod item sociorum; idque ab Aristide primum institutum, mox a Pericle, Alcibiade, & Lycurgo, ac Demetrio Phalereo, varie auctum. Diodorus emendatus, & Plutarchus; ejusque item alter locus explicatus. Fodinæ argenti, in Laurio monte, civium initio propriæ; postea Urbis, suasu Themistoclis. Copiæ militares, & navales; quibus cum navale suum, tum armamentarium erat. Illud, mille talentis structum; a Triginta autem tyrannis destruendum tribus datum: inde instauratum denuo, & perfectum a Lycurgo. Armamentarium, a Philone ædificatum; & a Sylla post incensum. Philonis ipsius de eo Opus.

AD hæc potentia summa erat; & qualis nulli Græciæ urbi. Creon apud Sophoclem, in *Oed. Col.*

Γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐπίσταμαι
Σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδος, μέγα.
Senex quidem sum, ad urbem vero scio
Gementem veniens, si quam Græciæ, graviter.

Certe terra, pariter ac mari, quam latissime imperabant: opibus publice, ac privatim, navibus, equis, armis, viris, alios omnes superabant, denique sociis, vectigalibus. Archidamus testatur, in Oratione sua *ad Lacedæmonios,* apud Thucydidem, *lib.* I. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους. καὶ τοὺς ἀστυγείτονας, παρόμοιος ἡμῖν ἡ ἀλκή· καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν. πρὸς δὲ ἄνδρας (de Athenien-

sibus loquitur) οἳ γῆν τε ἑκὰς ἔχουσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότατοί εἰσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσος ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστιν. ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχουσι. πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἄρασθαι. *Nam contra Peloponnenses quidem & vicinos par & simile nobis robur; & quod celeriter ad singula pervenire potest: sed adversus viros, qui procul habent terras, & præterea maris sunt peritissimi, & optime præ reliquis omnibus instructi sunt, divitiisque & peculiaribus & publicis, navibusque, & equis, & armis, & multitudine, quanta in ulla Græca regione est: etiam qui socios multos tributo obnoxios habent; quomodo oportet contra illos facile arma sumere?* Et Nicolaus, in Orat. *ad Syracusanos*, apud Diodorum Siculum, ait eos tenuisse omnes prope Græciæ insulas, & maritimum Asiæ, Europæque, tractum. Verba ista, *lib.* XIII. Μὴ γὰρ οἴεσθε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον τελέως ἐξησθενηκέναι διὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ συμφορὰν, ὃς κρατεῖ σχεδὸν τῶν τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα νήσων ἁπασῶν, καὶ τῆς παραλίου, τῆς τε κατὰ τὴν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. *Ne enim putetis populum Athieniensem penitus infirmatum esse per cladem in Sicilia, qui obtinet ferme omnes per Græciam insulas, & maritimi tractus tum in Europa, tum in Asia, tenet dominatum.* Tum in Africa etiam Ægypti tantam partem possedere, quæ Siciliam universam adæquaret. Aristides, *Orat. Sic.* II. Ἀναμιμνήσκομαι δὲ καὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον στρατείας, ἣν καλῶς οὗτος ἀρτίως περιέστειλεν· ἣ διακοσίας ἡμῶν τριήρεις παρείλετο, καὶ ταῦτ᾽ ἐχόντων μοῖραν ἤδη Αἰγύπτου οὐκ ἐλάττω τῆς πάσης Σικελίας. *Revocabo autem etiam memoriam expeditionis in Ægyptum, quum pulchre iste modo obvelabat; quæ ducentas nobis triremes abstulit, idque quum haberemus partem jam Aegypti non minorem tota Sicilia.* Summatim Demosthenes, *Philipp.* I. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείστην δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν, μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε. *Vos autem, viri Athenienses, maximam præ omnibus potentiam habentes, triremes, gravis armaturæ milites, equites, pecuniarum reditum, horum quidem usque ad hodiernum diem nullo unquam opportuno tempore usi estis.* Ac distincte socios scire si quis velit, ii erant Chii, Lesbii, Platæenses, ac Messenii, qui Naupactum incolebant; tum plerique Acarnanum, Corcyræi, & Zacynthii; aliæque civitates, inter istas vectigales: Caria quoque quæ ad mare sita erat; ac finitimi Dorienses: deinde Ionia, Hellespontus, Thraciæ urbes, insulæque, quotquot intra Peloponnesum, & Cretam, ad solem orientem: denique, præter Melum, & Theram, Cyclades omnes. Accurate enarrat Thucydides, *lib.* II. Ἀθηναίων δὲ (ξυμμαχία) Χῖοι, Λέσβιοι, Πλαταιῆς, Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ, Ἀκαρνάνων οἱ πλείους, Κερκυραῖοι; Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις, αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε· Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριῆς Καρσὶ πρόσοικοι, Ἰωνία, Ἑλλήσποντος, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι ἐντὸς Πελοποννήσου, καὶ Κρήτης, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες, πλὴν Μήλου, καὶ Θήρας. *Atheniensium vero (societas belli) Chii, Lesbii, Platæenses, Messenii in Naupacto, Acarnanum major pars, Corcyræi, Zacynthii, & aliæ urbes, quæ tributariæ in his tot gentibus: Caria ad mare, Dorienses Caribus finitimi, Ionia, Hellespontus vicina Thraciæ, insulæ quæcunque intra Peloponnesum & Cretæ orientalia; omnes aliæ Cyclades præter Melum & Theram.* Non particulatim adeo Diodorus Siculus, *lib.* XII. Τοῖς δ᾽ Ἀθηναίοις συνεμάχουν οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀσίας οἰκοῦντες. Κᾶρες, καὶ Δωριεῖς, καὶ Ἴωνες, καὶ Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται πάντες, πλὴν τῶν ἐν Μήλῳ, καὶ Θήρᾳ, κατοικούντων· ὁμοίως δὲ οἱ ἐπὶ Θρᾴκην, πλὴν Χαλκιδέων, καὶ Ποτιδαιατῶν. πρὸς δὲ τούτοις Μεσσήνιοι μὲν, οἱ τὴν Ναύπακτον οἰκοῦντες, Κερκυραῖοι. *Atheniensibus socii in armis erant maritimam Asiam colentes, Cares, & Dorienses, & Iones, & Hellespontii, & omnes insulares, præter incolas Meli & Theræ: similiter & qui ad Thraciam, præter Chalcidenses & Potidæatas: super hos vero Messenii quidem, qui Naupactum habitant, Corcyræi.* In his omnibus urbes mille, quæ parebant. Aristophanes indicat, *Vespis*.

Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ὑμῖν ὑπάγουσι.
Τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
Δύο μυριάδες τῶν δημοτῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.
Sunt urbes mille, quæ nunc tributum vobis subigunt.*
Harum viginti viros pascere si quis imperaverit unicuique,
Viginti millia popularium vivebant in omnibus leporibus.

Jam quos reditus habuisse existimamus. Ipsa Urbs quandoque fuit, cum talenta centum & triginta tantum exhiberet; quæ Fortuna deinde ejus ita auxit, uti quadringenta essent. Demosthenes, *Philip.* IV. Ἦν ποτ᾽ οὐ πάλαι παρ᾽ ἡμῖν, ὅτ᾽ οὐ προσῄει τῇ πόλει τάλαντα ὑπὲρ τριάκοντα, καὶ ἑκατόν· μετὰ ταῦτα ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά· καὶ τετρακόσια, ἀντὶ τῶν ἑκατὸν ταλάντων, προσέρχεται, οὐδενὸς οὐδὲν ζημιουμένου τῶν τὰς οὐσίας ἐχόντων. *Erat aliquando non diu apud nos, ut non proveniret civitati talenta super triginta & centum. Post hæc Fortuna, recte faciens, communia valde adjuvit; & quadringenta pro centum talentis advenit, nullo quidquam multato eorum qui opes habent.* Attica autem, sena millia suppeditabat. Clarum ex Demosthene, in *Orat.* περὶ συμμοριῶν· Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχῃ, κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστιν τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν᾽ ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα, διελεῖν τοῦτο, καὶ ποιῆσαι καθ᾽ ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. *Postquam vero hæc ita habere apparet, jubeo, quia census regionis est sex millium talentorum, ut vobis etiam pecuniæ sint compositæ, illud dividere, & facere per sexaginta talenta partes centum.* Et mox. Ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον, ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται. *Nobis autem censum regionis, prout est, oportunitatem sex millia talenta audiet.* Quem locum citat etiam Harpocration, *in* ἑξακισχίλια. Sed perperam, in ipsis Demosthenis verbis, quæ ibi profert, editur hactenus ὀκτακισχίλια, pro ἑξακισχίλια. Itaque restitue. Sed non tota hæc sex millia talenta erant; ac ducenta quinquaginta deficiebant. Polybius nobis testis locuples, *lib.* II. Τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε, διότι καθ᾽ οὓς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἐνέβαινον πόλεμον; καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δὲ ἐπλήρουν τριήρεις. ὅτι τότε, κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσαντο τήν τε χώραν, καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. ἀλλ᾽ ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. *Quis enim de Atheniensibus non commemoravit, quibus temporibus cum Thebanis aggressi sunt bellum contra Lacedæmonios, & decem millia emittebant militum, centum vero implebant triremes, eos tunc judicantes ab opibus facere collationes ad bellum, censum habuerunt de regione, & Attica universa, & domibus, ac similiter reliqua facultate Attamen omne pretium ad sex millia accessit minus ducentis quinquaginta talentis.* Ad hæc socii tributum suum addidere, constitutum ab Aristide. Refert Dinarchus, Orat. *in Demosthenem*. Τοὺς μὲν ἀρχαίους ἐκείνους, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, Ἀριστείδην, καὶ

* Tale quid voluit Meursius, certe præbet. Verum in Aristophane legitur simpliciter ἀπάγουσι, *adferunt*. Etiam male ediderat Meursius βόσκει.

Θεμιστοκλέα, τοὺς ὀρθώσαντας τὰ τείχη πόλεως, καὶ τοὺς φόρους εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεγκόντας παρ᾽ ἑκόντων, καὶ βουλομένων, τῶν Ἑλλήνων· *Veteres quidem illos longum foret dicere, Aristiden & Themistoclen, qui erexerunt muros urbis, & tributa in arcem aggerentes adlibentibus & volentibus Græcis.* Scholiastes Thucydidis, *l.* I. Φόρος ὠνομάσθη, καὶ ἐτάχθη ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου ὁ πρῶτος. *Tributum nominatum fuit & injunctum ab Aristide justo primum.* Æschines, *Orat.* περὶ παραπρεσβ. Ἀριστείδης, ὁ τοὺς φόρους τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δίκαιος ἐπικαλούμενος, δυσχεραίνει, καὶ καταπτύει δωροδοκίας. *Aristides, qui tributa descripsit Græcis, justus cognominatus, aversatur & conspuit largitiones.* Iterum postea. Ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος, οὗ νῦν ἑστηκὼς ἐγὼ λέγω, ἀντιπαρατεταγμένους πρὸς τὴν τούτων ἀσέλγειαν, τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας· Σόλωνα μὲν, τὸν καλλίστοις νόμοις κοσμήσαντα τὴν δημοκρατίαν· Ἀριστείδην δὲ, τὸν τοὺς φόρους τάξαντα τοῖς Ἕλλησιν. *Existimate spectare in tribunali, quo nunc stans ego loquor, obsistentes illorum luxuriæ benefactores civitatis; Solona quidem qui optimis legibus ornavit populi regimen; Aristiden vero qui tributa descripsit Græcis.* Quem locum citat etiam Alexander Rhetor, lib. *De Fig. Sent.* cap. περὶ προσωποιΐας. Τοῦ δὲ δευτέρου, τὸ Αἰσχίνου· ὅταν ἐπὶ τελευτῆς ἤδη τοῦ λόγου τοὺς συνηγόρους καλεῖ, καὶ τοὺς κοινωνοὺς αὐτῷ τῆς δωροδοκίας παρακαλεῖ. Ὑπολαμβάνετε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματος. *Secundi vero, illud Æschinis; quum in fine jam orationis patronos vocat, & participes ei largitionis adhortatur. Existimate videre in tribunali.* Et quæ sequuntur. Demosthenes, *in Aristocratem.* Τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γενομένῳ τάξαι Ἀριστείδῃ, οὐδεμιᾷ δραχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχοντα ἐγένοντο. *Qui libera auctoritate tributa ordinavit Aristides, nulla drachma habuit opes majores.* Erat autem id tributum talentorum quadringentum sexaginta; moxque Pericles ad sexcenta; alii ultra, & ad mille trecenta usque intenderunt. Plutarchi hac de re est locus, plane insignis, in *Aristide.* Ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνου βίον, οὕτως οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπ᾽ Ἀριστείδου φόρον, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες ὕμνουν· καὶ μάλιστα μετ᾽ οὐ πολὺν χρόνον διπλασιασθέντος· ὃν μὲν γὰρ Ἀριστείδης ἔταξεν, ἦν εἰς ἑξήκοντα καὶ τετρακοσίων ταλάντων λόγον. τούτῳ δὲ Περικλῆς μὲν ἐπέθηκεν ὀλίγου δεῖν τὸ τρίτον μέρος. ἑξακόσια γὰρ τάλαντα Θουκυδίδης φησὶν ἀρχομένου τοῦ πολέμου προσιέναι τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν συμμάχων· Περικλέους δ᾽ ἀποθανόντος, ἐπιτείνοντες οἱ δημαγωγοὶ κατὰ μικρὸν, εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον. *Sicut enim veteres vitam tempore Saturni, sic socii Atheniensium tributum sub Aristide, felicitatem quandam Græciæ nominantes laudabant; & maxime quum duplicaretur non multo post tempore. Quod enim statuerat Aristides, Orat. ad sexaginta & quadringenta talentorum summam. Huic autem Pericles apposuit ferme tertiam partem. Sexcenta enim talenta Thucydides ait quum inchoaretur bellum processisse Atheniensibus ab sociis. Mortuo autem Pericle, intendentes paulatim plebis rectores, ad mille & trecentorum talentorum summam adduxerunt.* Ac de primis quadringentis sexaginta, ab Aristide constitutis, confirmat Thucydides, *lib.* I. Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τούτῳ τῷ τρόπῳ, ἑκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίου μῖσος, ἔταξαν ἅς τε ἔδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον, καὶ ἃς ναῦς. πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον, δηοῦντας τὴν βασιλέως χώραν. καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο τὸν φόρον. οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δ᾽ ὁ πρῶτος φόρος ταχθεὶς, τετρακόσια τάλαντα, καὶ ἑξήκοντα. *Adepti vero Athenienses principatum isto modo, volentibus sociis, propter odium Pausaniæ, ordinaverunt quas civitates oporteret præbere pecunias contra barbarum, quas vero naves. Prætextus enim erat, ulcisci quæ passi erant, vastando regionem regis. Et Græciæ quæstores*

A *nunc primum constituta est Athenis dignitas, qui accipiebant tributum. Sic enim appellata fuit hæc collatio pecuniarum. Erat autem primum tributum constitutum quadringenta talenta & sexaginta.* Et Suidas, *in* Ἑλληνοταμίαι. Τετρακόσια τάλαντα, καὶ ἑξήκοντα, ἐτάχθη ὁ φόρος ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου. *Quadringenta talenta & sexaginta, statutum erat tributum ab Aristide justo.* Pericles apud Diodorum, *l.* XII. Καὶ καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀνεφέρετο τάλαντα τετρακόσια ἑξήκοντα. *Et quotannis deferebantur talenta quadringenta sexaginta.* Æmylius Probus, in *Aristide. Quantum pecuniæ quæque civitas daret, Aristides delectus est, qui constitueret. Ejus arbitrio quadringenta & sexaginta talenta quotannis Delum collata sunt.* B *Quæ omnis pecunia postero tempore Athenas translata est.* Itaque emendandus nobis Diodorus, *lib.* XI. Εὐθὺς οὖν ὁ μὲν Ἀριστείδης συνεβούλευε τοῖς συμμάχοις ἅπασι, κοινὴν ἄγουσι σύνοδον, ἀποδεῖξαι τὴν Δῆλον κοινὸν ταμιεῖον· καὶ τὰ χρήματα πάντα, τὰ συναγόμενα, εἰς ταύτην κατατίθεσθαι. πρὸς δὲ τὸν ἀπὸ τῶν Περσῶν ὑποπτευόμενον πόλεμον τάξαι φόρον ταῖς πόλεσι πάσαις κατὰ δύναμιν, ὥστε γίνεσθαι τὸ πᾶν ἄθροισμα ταλάντων τετρακοσίων καὶ ἑξήκοντα. ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν διάταξιν τῶν φόρων, οὕτως ἀκριβῶς, καὶ δικαίως, τὸν διαμερισμὸν ἐποίησεν, ὥστε πάσας τὰς πόλεις εὐδοκῆσαι. *Statim igitur Aristides quidem consilium dedit omnibus* C *sociis, ut communem conventum celebrantes designarent Delum commune ærarium, & omnes pecunias collectas in ea deponere. Etiam ad bellum ab Persis quod suspicari debebant describere tributum omnibus civitatibus pro facultate, ita ut perveniret universa collatio ad talenta quadringenta & sexaginta. Hujus tributi describendi curatio quum illi commissa esset, ita accurate justeque portiones divisit, ut omnibus urbibus esset acceptus.* Non recte editur, ὥστε γίνεσθαι τὸ πᾶν ἄθροισμα ταλάντων πεντακοσίων καὶ ἑξήκοντα. *Ut perveniret tota collatio ad talenta quinquaginta & sexaginta.* Confusi nempe inter se numeri, ut in talibus fieri amat, mendo originem præbuere. Hoc tributum est, D quod τὸν ἐπ᾽ Ἀριστείδου φόρον simpliciter vocat Thucydides *lib.* V. Τὰς δὲ πόλεις, φερούσας τὸν ἐπ᾽ Ἀριστείδου φόρον, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες ὕμνουν. *Urbes vero, ferentes tributum tempore Aristidis impositum, felicitatem quandam Græciæ nominantes laudabant.* De sexcentis, ad quæ Pericles redegit, est Thucydidis ejusdem iste locus; quem Plutarchus in citatis verbis innuit, *lib.* II. Θαρσεῖν τ᾽ ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φόρου κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου. *Jussitque bono animo esse, provenientibus quidem sexcentis talentis ut plurimum tributi anniversarii ab sociis urbi, præter alios reditus.* Non multo post Alcibia- E des duplum fere esse fecit; ut colligere inde detur, ad nongenta perduxisse. Testis locuples Andocides, in *Orat.* κατὰ Ἀλκιβιάδου. Πρῶτον μὲν οὖν πείσας ὑμᾶς τὸν φόρον ταῖς πόλεσιν ἐξ ἀρχῆς τάξαι, τὸν ὑπ᾽ Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον, αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατος αὐτὸς, μάλιστα διπλάσιον αὐτὸν ἑκάστῳ τῶν συμμάχων ἐποίησεν. *Primum quidem igitur persuadens vobis tributum urbibus ab principio injungere, illud ab Aristide omnium justissime definitum, ex eo electus ipse decimus, maxime duplex id cuique sociorum statuit.* Huc respexit Plutarchus, in *citatis* statim *verbis.* Οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπ᾽ Ἀριστείδου φόρον, εὐποτμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδος ὀνομάζοντες, ὕμνουν· καὶ μάλιστα μετ᾽ οὐ F πολὺν χρόνον διπλασιασθέντος. *Socii Atheniensium tributum ab Aristide positum, felicitatem quandam Græciæ nominantes celebrabant; & maxime post tempus non longum duplicato.* De augmento, a Pericle facto, & Alcibiade, capiendus iste Aristidis locus, in *Platonica* II. Οὔ τε γὰρ τοὺς φόρους Περικλῆς εἰς ἄπειρον ἐστὶν ὁ ἐξαγαγών· ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ἀμετρίας, ὦ φίλε Σώκρατες, εἰ ζητοίης τὸν αἴτιον, τὸν ἑταῖρον εὑρήσεις τὸν σεαυτοῦ. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν, ὁ πρὸς τοσοῦτον προαγαγὼν τοὺς

φόρους, ὅσον οὐδὲ βουλομένοις φέρειν ἐξῆν, οὔτε σοι πειθόμενος οὐδὲν, οὔτε τὸν Περικλέα μιμούμενος. *Neque enim tributa Pericles in infinitum producit; sed etiam hujus excessus, o bone Socrates, si quæsiveris eum qui in causa est, reperies amicum tuum. Ille enim est, qui in tantum extendit tributa, quantum nec vel volentes ferre poterant, nihil nec tibi auscultans, nec Periclem imitans.* Jam de mille & trecentis, non auctorem certum ponit in *Vita Aristidis* Plutarchus; sed Lycurgum eum fuisse, diserte dicit in *Vita ejus*, lib. *De x. Rhet.* Τὸ μέγιστον, χίλια διακόσια τάλαντα προσόδου τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον ἑξήκοντα προσιόντων. *Quod maximum est, mille ducenta talenta reditus constituit urbi, quum ante evenirent sexaginta.* Sed insigne illic mendum est; nam cum quadringenta initio, & sexaginta, ab Aristide sint imposita, quo respexit, omnino rescribendum erit, πρότερον τετρακοσίων, καὶ ἑξήκοντα, προσιόντων. *Prius quadringentis & sexaginta venientibus.* Origo mendie confusione numeri υξʹ. & ξʹ. Verum & illud observandum; cum in *Aristide* dixerit, mille & trecenta talenta exstitisse, quod hic mille ducenta dicat. Solvam nodum. Erant supra mille ducenta, nec trecenta tamen tota. Æschines docet, in *Orat.* περὶ παραπρεσβ. Φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσῄει πλέον ἢ χίλια, καὶ διακόσια, τάλαντα. *Tributum vero nobis annuum advenit ultra mille & ducenta talenta.* Atque hinc dissidium. Et augmenti, a Lycurgo quidem facti, meminit Hyperides, in *Orat.* ὑπὲρ Λυκούργου, apud Apsinem, lib. *De Arte Rhet.* cap. περὶ προσωποποιίας. Τίνα φήσουσιν οἱ παριόντες αὐτοῦ τὸν τάφον; οὗτος ἐβίω μὲν σωφρόνως. ταχθεὶς δ' ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὗρε πόρους. *Quod dicent superstites ejus sepulchrum? Ille vixit quidem sobrie. Sed delegatus arbiter administrationi pecuniarum, invenit vias.* Post Lycurgum, incrementum accepere a Demetrio Phalereo; at hoc quantum, in incerto est. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. v. Πολλὰ δὲ, καὶ κάλλιστα, τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ προσόδοις, καὶ κατασκευαῖς, ηὔξησε τὴν πόλιν. *Multa vero & pulcherrima patriæ procuravit: nam reditibus & operibus auxit urbem.* Ad hæc adde, quod Fortuna, ne externo argento semper opus haberent, etiam domesticum dederit; & fodinas, in Laurio monte. Thucydides mentionem facit, *lib.* II. Παρῆλθον εἰς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις. *Accesserunt ad agrum quem paralum vel maritimum vocant, usque ad Laurium montem, ubi Athenienses possident argentifodinas.* Et *lib.* VI. Καὶ τὰς τοῦ Λαυρίου τῶν ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς καὶ δικαστηρίων μετάλλων εὐθὺς ἀποστερήσονται. *Et Laurii argentifodinarum vectigalia, & quæcunque aut ab agro aut tribunalibus commoda accipiunt, statim auferentur.* Meminere item plures; Hesychius, Suidas, Scholiastes Aristophanis *Equitibus*, alii. Inde Γλαῦκες Λαυρεωτικαί, *Noctuæ Lauriotica*, nummi ex argento Lauriotico cusi, & noctua signati. Aristophanes *Avibus*.

Γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυρειωτικαί.
Noctuæ vos nunquam destituent Lauriotica.

Videndi Suidas, Lucilius Tarrhæus, & Parœmiographi Græci alii, *in* Γλαῦκες Λαυρειωτικαί. Sed fodinæ hæ initio non tam publicæ erant Urbis, quam privatim aliquot familiarum, civiumque. Inde Vitruvius, *lib.* VII. *cap.* VII. *Athenis argenti fodinæ, cum habuerunt familiæ, tunc specus sub terra fodiebantur, ad argentum inveniendum.* Itaque reditus inter cives distributi, ad Themistoclis usque tempora; qui effecit, ut deinceps publici essent, & ad bellum Ægineticum naves inde pararentur. Plutarchus in *Themistocle*. Καὶ πρῶτον μὲν τὴν Λαυρειωτικὴν πρόσοδον ἀπὸ τῶν ἀργυρείων μετάλλων ἔθος ἐχόντων Ἀθηναίων διανέμεσθαι, μόνος εἰπεῖν ἐτόλμησε, παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον, ὡς χρὴ, τὴν διανομὴν ἐάσαντας, ἐκ τῶν χρημάτων τούτων κατασκευάσασθαι τριήρεις, ἐπὶ τὸν πρὸς Αἰγινήτας πόλεμον. *Et primum quidem Laurioticum proventum ab argentifodinis cum solerent Athenienses distribuere, primus ausus fuit dicere, progressus in concionem, oportere omissa distributione ex pecuniis illis fabricari triremem, ad bellum contra Æginetas.* Libanius, *Declam.* XX. Παρὰ τῆς λυπηρᾶς ἐκείνης ἐπικηρύξεως, ὦ Θεμιστόκλεις, πάντα ἡμῖν τὰ πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης θαυμαζόμενα· οἱ τῶν ἐκ Λαυρίου χρημάτων λόγοι· δι' ὧν ἔπεισας Ἀθηναίους, ἀντὶ τοῦ νέμεσθαι, ναῦς ποιεῖν. *Præter tristem hanc denunciationem, o Themistocles, omnia nobis undique terra & mari admiranda: sermones de pecuniis ex Laurio; per quos persuasisti Atheniensibus naves faciendas potius quam dividendas.* Verum postea, exhaustas tandem defecisse, indicium Pausanias facit, in ipso *Atticorum* initio. Πλέοντι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύρειόν τέ ἐστι, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. *Ultra autem naviganti Laurium est, ubi quondam Atheniensibus erant argentifodinæ.* Jam quæ copiæ militares ordinariæ? Peditum, XXIX. M. equitum, MMDCCC. Ex peditibus, tredecim mille gravis armaturæ erant; sedecim millia, in præsidiis collocata; ex equitibus, mille sexcenti sagittarii. Observare est apud Thucydidem, *lib.* II. Ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν, ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. ἱππέας δὲ ἀπέφαινε διακοσίους, καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις. ἑξακοσίους δὲ, καὶ χιλίους, τοξότας. *Gravis autem armaturæ militum tredecim millia esse præter illos, qui in præsidiis erant, & apud murorum propugnacula, numero sedecim millium; equites autem demonstravit ducentos & mille cum hippotoxotis *; sexcentos vero & mille sagittarios.* Et vide etiam Diodorum, *lib.* XII. hæc ad terrestrem militiam; ad navalem, habuere triremes aliis Græcis universis duplo plures: & quæ pugnare cum bis totidem valerent. Isocrates, in *Panegyrico*. Κεκτημένοι τριήρεις διπλασίας μὲν ἢ σύμπαντες οἱ ἄλλοι, δυναμένας δὲ πρὸς δὶς τοσαύτας κινδυνεύειν. *Potentes triremium duplicium quidem, quam socii alii, quæ valerent pugnare vel cum duplo pluribus.* Et trecentæ numero erant. Thucydides, *loco citato*. Καὶ τριήρεις τὰς πλωΐμους τριακοσίους. *Et triremes navigando paratas trecentas.* Demosthenes, in *Orat.* περὶ συμμοριῶν. Τότε δὲ, (ἂν ἄρα, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμεῖς, πράττητε) οὐδεὶς δήπου τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονήσει, ὅστις ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας ὑπάρχειν, ὁπλίτας δὲ, ὅσους ἂν θέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει, καὶ δεήσεται. *Tunc autem (si quidem, quæ nunc nos censemus, faciatis) nullus sane Græcorum omnium tantum sibi arrogabit, quisquis videns vobis mille equites ad manum esse, milites gravis armaturæ, quot quis voluerit, naves vero trecentas, non veniet, ac supplicabit.* Et mox iterum. Τὰς δὲ τριήρεις πῶς; τὸν ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδείξαντας, &c. *Triremes autem quomodo? universum numerum jubeo trecentas exhibere.* Deinde. Οἶδε μέν γε τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς. ἀκούσει τε, τριακοσίας αὐτοὺς ὑμᾶς παρεσκευασμένους τριήρεις. *Novit utique trecentis triremibus, quarum centum a nobis erant præbitæ, majores ipsius perdidisse naves mille: audit etiam trecentas vos solos instruxisse triremes.* Æschines, *orat.* περὶ παραπρεσβείας. Τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους, καὶ ἐντελεῖς, οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. *Triremes vero obtinuimus ad navigandum paratas perfectasque non minus quam trecentas.* Aristophanes *Acharnensibus*.

* *Hoc enim genus indicatur in verbis Thucydidis* ἱπποτοξόταις, *quos nescio cur Meursius contraxerit.*

Καὶ κάρτα μέν τ' ἂν εὐθέως καθείλκετε
Τριακοσίας ναῦς· ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα
Θορύβου στρατιωτῶν, περὶ τριηράρχου βοῆς.
Et fortasse quidem statim deducturi sitis
Trecentas naves: erat vero urbs plena
Discursus militum, de trierarcho clamoris.

Aristides, *Orat. Sic* I. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅθ' οἱ μὲν τὴν βασιλέως κακῶς ἡμῶν ἐποίουν τριήρεσι τριακοσίαις. *Erat enim olim tempus, o Athenienses, quando illi quidem regionem regi subjectam infestarunt nostris trecentis triremibus.* Repræsentat nobis classem istam Cicero, *Verr.* v. *Hic, te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam trecentis navibus vi, ac multitudine, invasit*, Silius, *lib.* XIV.

Spectatum proavis ter centum ante ora triremes
Unum naufragium, mersasque impune profundo
Clade pharetrigeri subnixas regis Athenas.

Postea Lycurgus rhetor effecit, ut essent CCCC. Pausanias, in *Atticis*, ubi de Lycurgo hoc agit. Κατεσκεύασε δὲ πομπεῖα τῇ θεῷ, καὶ νίκας χρυσᾶς, καὶ παρθένοις κόσμον ἑκατόν. ἐς δὲ πόλεμον, ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ τετρακοσίας ναυμαχοῦσιν εἶναι τριήρεις. *Exstruxit etiam fercula ad pompam Deæ, & victorias aureas, & puellis ornatum centum: ad bellum vero arma, & tela, & quadringentas mari pugnantibus adesse triremes.* Plutarchus, in *ejus Vita*, lib. *De* X. *Rhet.* Καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ πολέμου παρασκευῆς χειροτονηθεὶς, πολλὰ τῶν πόλεως ἐπηνώρθωσε, καὶ τριήρεις παρεσκεύασε τῷ δήμῳ τετρακοσίας. *Et electus ad belli administrationem, multa urbis emendavit, & triremes populo fabricavit quadringentas.* Itaque totidem præfecti, singulis annis constituti. Xenophon, *De Rep. Athen.* Καὶ τριηράρχοι καθίσαντο τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη. *Et triremium præfecti creantur quadringenti quoque anno; & ex his quotquot annuatim voluerunt dijudicare*, His convenit Strabonis locus, ubi, navale Piræi describens, de quadringentis agit, *lib.* IX. Ἄξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι *Et congruens receptaculum erat navium quadringentarum, quibus non minus mittebant Athenienses.* Et navale, ad has naves capiendas, amplum erat; quod, talentis mille structum, tribus solis destruendum Triginta tyranni vendiderunt. Isocrates, in *Areopagitica*. Τοὺς δὲ τριάκοντα, τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τοὺς δὲ συλήσαντας, τοὺς δὲ νεωσοίκους ἐπὶ καθαιρέσει τριῶν ταλάντων ἀποδιδομένους, εἰς οὓς ἡ πόλις ἀνήλωσεν οὐκ ἐλάττω χιλίων ταλάντων. *Triginta viros autem hæc quidem negligentes, alios autem spoliantes, navalia vero ad ablationem trium talentorum videntes, in quæ impenderat urbs non minus mille talentis.* Mox vero, dominatu eorum excusso, instauratum, ac perfectum a Lycurgo. Pausanias, in *citatis Atticis*. Οἰκοδομήματα ἐπετέλεσε μὲν τὸ θέατρον, ἑτέρων ὑπαρξαμένων. τὰ δ' ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεώς ἦσαν οἶκοι. *Aedificia absolvit quidem theatrum, quod alii inchoaverant; in ipsius vero cura publica, quæ exstruxit, in Piræeo erant navalia.* Plutarchus, in *ejus Vita*. Πολλὰ δὲ ἡμίεργα παραλαβὼν, ἐξετέλεσε· καὶ νεωσοίκους, καὶ τὴν σκευοθήκην. *Multa opera semiperfecta accipiens absolvit; & navalia, & armamentarium.* Hyperides, in *Orat.* ὑπὲρ Λυκούργου; apud Apsinem, *loco* statim jam *citato*. Ὠκοδόμησε δὲ (ὁ Λυκοῦργος) τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, νεώρια. τριήρεις ἐποιήσατο. *Exstruxit vero (Lycurgus) theatrum, odeum, navalia; triremes fabricavit.* Uti vero navibus erat, ita armis suus locus; uterque vero, in Piræeo. Et armamentarium quidem, inter admiranda erat, a Philone ædificatum. Strabo, *lib.* IX. Προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας, πλήρεις νεωρίων. ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. *Amplexa circuitu Piræeum; & portus, pleraque*

A *navalium; in quibus & armamentarium; opus Philonis.* Plinius, *lib.* VII. *cap.* XXXVII. *Laudatus est Ctesiphon Gnossius, æde Ephesiæ Dianæ, admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamentario.* Idque postea, capta Urbe, Sylla incendit. Plutarchus, in *ejus Vita*. εἶχε δὲ καὶ τὸν Πειραιᾶ μετ' οὐ πολὺν χρόνον ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη θαυμαζόμενον ἔργον. *Tenebat autem Piræa quoque non multo post Sulla, & plurima combussit; in quibus erat etiam Philonis armamentarium, opus celebratum.* Appianus, lib. *De Bell. Mithrid.* Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Πειραιᾶ, τοῦ ἄστεος μᾶλλον ἐνοχλήσαντά οἱ, κατεπίμπρη φειδόμενος οὔτε τῆς ὁπλοθήκης, οὔτε τῶν νεωσοίκων, οὔτε τινὸς ἄλλου τῶν ἀοιδίμων. *Sulla vero*
B *ro Piræum, infestiorem ipsi quam urbs, incendit parcens neque armamentario, neque navalibus, nec alicui alii eorum quæ laudabantur.* Respexit Ausonius, in *Mosella*.

Non hoc spernat opus Gortynius aliger, ædis
Conditor Euboicæ; casus quem fingere in auro
Conantem Icarios patris pepulere dolores.
Non Philo Cecropius. ——

Ac descripserat illud ipse Philo. Vitruvius testatur, in Præfatione *lib.* VIII. *Philo (scripsit) de ædium sacrarum symmetriis; & de armamentario, quod fecerat Piræei portu.*

CAP. VIII.

C *Studiorum illic gloria. Pueri statim literas, & nare, docti. Literæ Atticorum veteres quot, & unde.* Γράμματα Ἀττικὰ, ἀρχαῖα, ἐπιχώρια, Καδμεῖα. Γραμματικὴ ἡ κατὰ Κάδμον. *Inde admissæ Jonum viginti quatuor; idque quando.* Ἡ μετ' Εὐκλείδην γραμματική. *Philosophiæ professores aliquando inde ejecti, verum anno insequente revocati. Detrimentum aliquod datum a Massilia. Hadriani beneficentia, item M. Antonini; qui doctores, & mercedem annuam, dedit. Merces autem illa qualis. Philostrati locus vindicatus. Studia quæ ibi fuerint.* Οἱ τῆς νεότητος προεστῶτες, *quinam dicti; qui* οἱ νέοι. οἱ σοφισταί. ὁ τῶν σοφιστῶν θρόνος. ὁ πολιτικὸς θρόνος.
D *Dignitas cathedræ; eaque concessa nulli, nisi post experimentum: uno excepto Adriano, propter famæ claritatem: ac repulsi, qui indigni viderentur; in quibus Heraclides Lycius. Collata vero ab Imperatore. Elogia Urbis. Ingeniorum multitudo, & præstantia; tum illustris adeo gloria, ut præclaris aliorum quoque factis famam addiderit.*

HAC potentia ad gloriam usæ, rebus gestis, longe maximis, eam summam reportarunt; ita ut Κλειναὶ Ἀθῆναι *inclitas Athenas* solenni ferre epithero dicant Æschylus, Euripides, Sophocles, alii. Ac gestarum rerum gloriam olim etiam Plu-
E tarchus, libro *de hac* singulari, pertractavit; verum eam alteram quoque studiorum comitatur: quam indictam si omittam, Musas mihi iratas habeam; & Minervam, Urbis præsidem. quam idcirco cum Neptuno, de ponendo ei nomine, contendisse, a Veteribus dictum censeo; quia, ut maris beneficio potentissima, & illustrissima, ita doctrinarum studiis etiam, evasit. Parentes autem liberos suos statim a pueris nare, & litteras docebant; illud, in Neptuni gratiam, & navalis rei suæ; istud vero, in Minervæ, & studiorum. Scholiastes Aphthonii. Οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας γράμματα, καὶ
F νήχεσθαι, ἐξεπαίδευον· τὸ μὲν, διὰ τοὺς νόμους, τὸ δὲ, διὰ τὰς ναυμαχίας. *Athenienses antiquitus suos liberos literas & natare edocebant, partim propter leges, partim propter bella navalia.* Inde proverbio, qui indocti, Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα ἐπίστασθαι, *neque natare, neque literas scire*, dicebantur. Suidas. Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα, ἐπίστασθαι. ἐπὶ τῶν πάντα ἀπάντων ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις εὐθὺς ἐκ παιδὸς

κολυμβᾷν, καὶ γράμματα, ἐδιδάσκοντο. *Neque natare, neque literas scire; de hominibus omnium ignaris. Nam apud Athenienses statim a puero urinare & literas docebantur.* Videndus quoque Diogenianus, *Cent.* VI. *Proverb.* LVI. & Vaticana Appendix, *Cent.* II. *Proverb.* LXXXI. Meminit Plato, *De Leg. lib.* III. Αν καὶ, τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα, μήτε νεῖν ἐπίστανται. *Vel si, quod dicitur, neque literas, neque natare sciant.* Habes quoque cum apud Aristidem, in *Apologia Quatuorvirorum*; tum etiam apud Senecam Rhetorem, *Controvers.* XXVII. Ac de literis, est Heliodori locus, apud quem Aristippus pater, de Cnemone filio querens, *Æthiopic.* lib. I. Οὐκ ἐπὶ τοιαύταις μὲν ἐλπίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τόνδε ἀνέτρεφον, ἔλεγεν. ἀλλὰ, τοῦ γήρως τοῦ ἐμοῦ βακτηρίαν ἔσεσθαι προσδοκῶν, ἐπειδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίου τε τροφῆς μεταδοὺς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννητὰς εἰσαγαγὼν, εἰς ἐφήβους ἐγγράψας, καὶ πολίτην ὑμέτερον τοῖς νόμοις ἀποφήνας πάντα τὸν βίον ἐπὶ τούτῳ τὸν ἐμὸν ἐστάλδον. *Non ad has spes quidem, o Athenienses, hunc educavi, dicebat; sed senectutis meæ baculum futurum exspectans, simulatque mihi datus fuit, liberalem educationem indulgens, & prima literarum docens, in curiales, & agnatos inducens, inter ephebos inscribens, & civem vestrum legibus exhibens, omnem vitam meam propterea fatigabam.* Literas autem, ut hoc obiter per occasionem hanc dicam, tantum sedecim habebant; quas a Cadmo in Græciam allatas, primi in ea accepere Athenienses; unde & inventum quoque illas suum, sicut fruges, atque leges, jactitabant. Plinius Nepos, ubi de Achaja agit, Atticam præcipue intelligens, ita in rem istam scribit, *lib.* VIII. *Epist.* XXIV. *Cogita te missum in provinciam Achajam, illam veram, & meram, Græciam: in qua primum humanitas, literæ, etiam fruges, inventæ esse creduntur.* Hac de causa Ἀττικὰ γράμματα *Atticas literas* appellabant. Demosthenes, Orat. *in Neæram.* Καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα ταῦτα γεγραμμένα. *Et hæc columna etiam nunc stat, evanidis literis Atticis aperiens scripta.* Quem locum exponens Harpocration, ita ait. Ἀττικοῖς γράμμασι. Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας. ἀντὶ τοῦ, παλαιοῖς. τὴν γὰρ τῶν εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. *Atticis literis. Demosthenes contra Neæram; hoc est, antiquis. Nam quatuor & viginti elementorum grammaticam sero denique ab Ionibus inventam esse.* Quæ ipsa habes apud Suidam, *in* Ἀττικισμός. Hesychius. Ἀττικὰ γράμματα. τὰ ἀρχαῖα, ἐπιχώρια. *Atticæ literæ, antiquæ, vernæ.* Ubi ἐπιχώρια vocat, quia, ut dixi, Athenienses sua in regione eas esse inventas cupiebant. Pausanias, de inscriptione, quæ in cornu Amaltheæ, *Eliac.* II. Καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ κέρατί ἐστιν, ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι. *Et inscriptio in cornu est, antiquis Atticis literis.* Idem simpliciter γράμματα ἀρχαῖα *literas antiquas* dicit, *Eliac.* I. Τῶν δ᾽ ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγραμμάτων ἔπεστι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. *Ex inscriptionibus vero arcæ adsunt pluribus literis antiquis conscripta.* Sic Harpocration. *in* Ερμαῖ. Ἐφ᾽ ἑνὸς δὲ αὐτῶν, ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις.

> Ἀντ᾽ εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

In uno eorum inscribitur literis antiquis:

> *Pro beneficentia Agamemnona ligaverunt Achivi.*

Dicebantur etiam Κάδμεια γράμματα, *Cadmeæ literæ*, nempe ab inventore Cadmo. Herodotus, *lib.* V. Εἶδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήϊα γράμματα, ἐν ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος. *Vidi autem & ipse Cadmeas literas in templo Apollinis.* Inde & Grammatica ipsa, quæ has literas tradebat. ἡ κατὰ Κάδμον γραμματικὴ *Grammatica juxta Cadmum* vocata fuit. Syrianus, *Comment. in Hermogenem.* Η γοῦν κατὰ Κάδμον γραμματικὴ, ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς Ἐφημερίσι φησί. καὶ μέχρι τοῦ μετὰ ταῦτα ἄρξαντος, διέμεινε χρόνων, *Grammatica igitur juxta Cadmum, & Trojanis temporibus exercebatur, sicut Dictys in Diariis inquit; & usque ad Euclidæ, qui postea Archon fuit, ætatem mansit.* Ac sedecim quidem istis literis diu usi, sero tandem viginti quatuor ab Ionibus accepere. Inde ait Harpocration, in *citatis* statim *verbis.* Τὴν γὰρ εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. *Nam quatuor & viginti elementorum grammaticam sero tandem ab Ionibus inventam esse.* Tenuere autem Veteres, usque ad Archontem Euclidem; uti testis, quem citavi, Syrianus. Tunc, Archino id suadente, novas Ionum admisere; & pro sedecim ex eo tempore viginti quatuor habuere. Suidas, in Σαμίων ὁ δῆμος. Τοὺς δ᾽ Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. *Athenienfibus autem persuasit uti Ionum literis Archinus Athenæi filius, Archonte Euclide.* Quæ totidem verbis Apostolius, *Cent.* XVII. *Proverb.* XXV. Ea propter mutata etiam Grammatica, ἡ μετ᾽ Εὐκλείδην γραμματικὴ *Grammatica post Eucliden* deinceps nuncupari cœpta. Manifestum e Plutarcho, in *Aristide.* Ἐλέγχει τὰ γράμματα, τῆς μετ᾽ Εὐκλείδην οὔντα γραμματικῆς. *Reprehendit literas grammaticæ post Eucliden.* Vide quæ notavi nuper *De Archontibus* lib. III. cap. XVII. Quod ad studia doctrinarum autem attinet, res clarissima est. Nam Lyceum, Academiam, Porticumve, quis ignorat? aut quis Epicuri hortos? quis philosophos tot præstantes, quorum Vitas tradit nobis Diogenes Laertius? Habe elogium Nicolai, in Oratione sua *ad Syracusanos*, apud Diodorum Siculum, *lib.* XIII. Ὅσοι λόγου, καὶ παιδείας, ἐν τῇ πόλει μετεσχήκατε, δότε τὸν ἔλεον τοῖς τὴν πατρίδα κοινὸν παιδευτήριον παρεχομένοις πᾶσιν ἀνθρώποις. *Quotquot rationis ac doctrinæ in urbe participes estis, date misericordiam illis, qui patriam communem scholam præbent omnibus hominibus.* Ecce, communem omnibus hominibus honestæ disciplinæ officinam vocat. Et mox. Ποῖος γὰρ τόπος τοῖς ξένοις βάσιμος εἰς παιδείαν ἐλευθέριον, τῆς Ἀθηναίων πόλεως ἀνῃρημένης; *Quis enim locus extraneis non inaccessus ad liberalem doctrinam, ubi Atheniensium urbs ablata erit?* Nec immerito ortam hic doctrinam esse prædicarunt. Cicero, *pro L. Flacco. Adsunt Athenienses, unde humanitas,* DOCTRINA, *religio, fruges, jura, leges, ortæ.* Et *De Orratore*, lib. I. *Ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit; atque illas* OMNIUM DOCTRINARUM INVENTRICES *Athenas.* Mamertinus, in *Panegyrico Juliani. Ipsæ illæ* BONARUM ARTIUM MAGISTRÆ ATQUE INVENTRICES *Athenæ omnem cultum publice privatimque perdiderant.* Æmylius Probus, in *Vita Attici*, omnibus aliis doctrina præstitisse dicit. *Hoc specimen prudentiæ, quod, cum in eam civitatem se contulisset, quæ antiquitate, humanitate,* DOCTRINAQUE, *præstaret omneis, unus ante alios fuerit carissimus.* Portius Latro, *in Catilinam. Non ita placuit Athenienfibus, urbi sine dubio* DOCTISSIMÆ, *atque* ERUDITISSIMÆ. Propertius, *lib.* III. *Eleg.* XX.

> *Magnum iter ad* DOCTAS *proficisci cogor Athenas,*
> *Ut me longa gravi solvat amore via.*

Hilduinus, de hac Urbe, in *Vita Dionysii Areopagitæ*, lib. II. *Urbs fandi, & eloquentiæ, nutrix; philosophorum genitrix;* ARTIUM LIBERALIUM, *& divitiarum omnium, copia præ urbibus cunctis emicuit.* Sane

Athenis magnam ſtudiis literarum gloriam fuiſſe, etiam Quintiliani iſta indicant, *Inſtitut. Orat.* lib III. cap. VII. *Minus Lacedæmone* STUDIA LITERARUM, *quam Athenis, honoris merebuntur*. Et Arnobius, lib, v. *Athenas etiam probemus ipſas*, HUMANITATIS ARTIBUS STUDIISQUE POLLENTES, *tam in deos dicere contumelioſa, quam dictitent alii*. Vere certe Sapientiæ, & Literarum regnum Athenas nuncupaveris. Tamen factum, ut philoſophi tota Attica pellerentur. Athenæus, *lib.* XIII. Ὁ Μύρτιλος, ἔφη. εἶτ' οὐκ ἐγὼ δικαίως πάντας τοὺς φιλοσόφους μισῶ, μισοφιλολόγους, οὓς οὐ μόνον Λυσίμαχος ὁ βασιλεὺς ἐξεκήρυξε τῆς ἰδίας βασιλείας ἐξελαύνων. ὡς ὁ Καρύστιος φησιν ἐν Ἱστορικοῖς Ὑπομνήμασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι. *Myrtilus dixit, ergo ego non juſte omnes philoſophos odio proſequor, oſores philologiæ. quos non modo Lyſimachus rex per præcones exire juſſit regno ſuo expellens, ut ait Caryſtius in hiſtoricis commentariis, verum etiam Athenienſes*. Accidit autem, cum Demetrius Urbem in poteſtate haberet, nempe circa Olympiadem cxx. Accipio ex Alexide, in *Equo* fabula.

> Τοῦτ' ἔστιν Ἀκαδημία, τοῦτο Ξενοκράτης.
> Πολλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ.
> Καὶ τοῖς νομοθέταις, διότι τοὺς τὰς τῶν λόγων,
> Ὥς φασι, δυνάμεις παραδιδόντας τοῖς νέοις,
> Ἐς κόρακας ἔρρειν φασὶν ἐκ τῆς Ἀττικῆς.
> *Hoc eſt Academia, hoc Xenocrates.*
> *Multa bona dent Dei Demetrio,*
> *Et legumlatoribus, quod ſermonum,*
> *Ut dicunt, vires tradentes adoleſcentibus,*
> *Ad corvos ire jubent ex Attica!*

Inter cæteros expulſus quoque Theophraſtus, qui ſuccedens Ariſtoteli, tenuit ſcholam ab Olympiade cxiv. uſque ad cxxiii. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. v. Τοιοῦτος δὲ ὤν, ὅμως ἀπεδήμησε καὶ οὗτος, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ φιλόσοφοι. Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, δόξῃ· εἰ δὲ μή, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Talis quum eſſet, tamen peregrinatus etiam fuit iſte, & omnes reliqui philoſophi, Sophocle filio Amphiclidis legem introducente, neminem philoſophorum aperire ſcholam, niſi ſenatui & populo videatur; ſin, capital fore*. Ubi illud quoque obſerva; decreti auctorem fuiſſe Sophoclem, Sophoclidis filium. Meminit etiam Pollux, *lib.* IX. *cap.* v. Ἔστι δὲ καὶ νόμος Ἀττικός, κατὰ τῶν φιλοσοφούντων γραφείς, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλείδου Σουνιεὺς εἶπεν. ἐν ᾧ τινα κατ' αὐτῶν προειπὼν ἐπήγαγεν, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν σοφιστῶν διατριβὴν κατασκευάσασθαι. *Eſt autem quoque lex Attica contra philoſophantes ſcripta, quam Sophocles Amphiclidis Sunienſis dixit, in qua contra eos nonnulla præfatus collegit, non licere cuiquam Sophiſtarum diatribam inſtituere*. Athenæus, *libro citato*. Καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφους τῆς Ἀττικῆς. *Et vero Sophocles aliquis decreto expulit omnes philoſophos ex Attica*. Verum breve exilium fuit; & ſequente ſtatim anno ipſi quidem revocati Sophoclique mulcta quinque talentorum indicta. Diogenes Laertius, *loco jam commemorato*. Ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον (οἱ φιλόσοφοι) εἰς νέωτα, Φιλλίωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι. τὸν δὲ Σοφοκλέα, πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν, κάθοδόν τε τοῖς φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο. *Sed poſtea reverſi ſunt (philoſophi) anno ſequente, Phillione Sophoclem accuſante juris violati; quando etiam legem irritam fecerunt Athenienſes; Sophoclen vero quinque talentis mulctarunt, & reditum philoſophis decreverunt*. Itaque ſumma ibi rurſum frequentia eorum, qui ob ſtudia undequaque convenirent. Quin Romani quoque ipſi, ut olim leges, ſic doctrinam item illinc petiere. Aurelius Victor id teſtatur de Catone, & *Bruto*. *Marcus Brutus, avunculi Catonis imitator, Athenis philoſophiam, Rhodi eloquentiam didicit*. Idem de Tito Pomponio Attico, Æmylius Probus; de Cicerone, Aurelius Victor, & Plutarchus, nobis tradunt. Iſque Cicero poſtea etiam filium iſthuc ſuum miſit. Teſtis Trebonius, ad Ciceronem *epiſt.* XVI. *lib.* XII. *Athenas veni ad* XI. *Kal. Junii; atque ibi, quod maxime optabam, vidi filium tuum, deditum optimis ſtudiis, ſummaque modeſtiæ fama*. Ac Cratippum hic philoſophum ibi audivit. Cicero pater, *De Off.* lib. I. *Quanquam te, Marce fili, annum jam audientem Cratippum, idque Athenis*; & quæ ſequuntur. Et ipſe filius, in Epiſtola *ad Tironem*, quæ eſt XXI. lib. XVI. *Cratippo me ſcito non ut diſcipulum, ſed ut filium, eſſe conjunctiſſimum. nam cum & audio illum libenter, tum autem ejus propriam ſuavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſæpenumero partem. exoro enim, ut mecum quam ſæpiſſime cœnet. Hac introducta conſuetudine, ſæpe inſcientibus nobis, & cœnantibus, obrepit; ſublataque ſeveritate philoſophiæ, humaniſſime nobiſcum jocatur*. Antonius etiam, hiemem ibi loci exigens profeſſores frequentavit. Appianus de eo, *De Bell. Civil.* lib. v. Ἔξοδοί τε ἦσαν ὁμοίως ἄνευ σημείων αὐτῷ, σὺν δύο φίλοις, καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, ἐς διδασκάλων διατριβάς, ἢ ἀκροάσεις. *Egreſſuſque ejus erant ſimiliter ſine faſcibus cum duobus amicis & totidem pediſſequis ad ſcholas doctorum, aut lectiones*. Immo paſſim quivis alii. Horatius de quodam, *lib.* II. *Sat.* VII.

> —— *jam mallet doctus Athenis*
> *Vivere.* ——

Et de altero, *Epiſt.* II. *lib.* II.

> *Romæ nutriri * mihi contigit, atque doceri,*
> *Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles.*
> *Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ,*
> *Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere rectum,*
> *Atque inter ſylvas Academi quærere verum,*

Et poſtea.

> *Ingenium, ſibi quod vacuas deſumpſit Athenas*
> *Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque*
> *Libris, & curis*

Sed, quod ad Romanos attinet, commigrare illuc ſolitos, non exiguum circa Auguſti Cæſaris ævum detrimentum Maſſilia dedit; quam plerique, ludo iſthic litterario inſtituto, petiere. Strabo, ubi de ea Urbe, *lib.* IV. Δηλοῖ δὲ τὰ καθεστηκότα νυνί. πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τρέπονται, καὶ φιλοσοφεῖν. ὥσθ' ἡ πόλις μικρῷ μὲν πρότερον τοῖς Βαρβάροις ἀνεῖτο παιδευτήριον, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύαζε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλληνιστὶ γράφειν. ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν, ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας, ἐκεῖσε φοιτᾶν, φιλομαθεῖς ὄντας. *Apparet autem ex præſenti rerum ſtatu; omnes enim elegantiores vertuntur ad dicendum & philoſophandum; adeo ut paulo ante urbs barbaris concederetur Schola, & Græcorum amantes fecit Gallos, adeo ut contractus Græce ſcribant. In præſenti autem celebratiſſimos Rom. quoque huc adduxit, ut pro ſeceſſu Athenienſi illuc veniant cupidine diſcendi*. Fuere tamen, qui Athenas, famæ vetuſtate ducti, anteponerent. Clemens Rom. de quodam, lib. *De rebus geſtis S. Petri*. Ὁ μὲν οὖν πατήρ, φιλότεκνος ὤν, σύν τε δούλοις καὶ δούλαις ἐφοδιάσας ἱκανῶς, καὶ εἰς πλοῖον ἐνθέμενος, εἰς τὰς Ἀθήνας ἅμα παιδευθησομένους ἐξέπεμψεν. *Pater quidem igitur, ut amans filium, cum ſervis & ancillis ad iter affatim inſtruens, & in*

* Mira corruptela ediderat Meurſius *mentiri*.

navem imponens, ad urbem Athenas pariter erudiendos emisit. Martialis, de obtrectatore quodam, *libro* VI. *epigr.* LXIV.

> —— *tibi cor, limante Minerva,*
> *Acrius; & tenues finxerunt pectus Athenæ.*

Maxime autem fatiscentia quasi studia restituere laboravit Adrianus Imperator; structa illic Bibliotheca, & gymnasio, a se dicto. Pausanias in *Atticis*, ubi de operibus ejus. Πεποίηνται δὲ καὶ ταῖς στοαῖς κατὰ τὰ αὐτὰ οἱ τοῖχοι, καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν, ὀρόφῳ τε ἐπιχρύσῳ, καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ· πρὸς δὲ, ἀγάλμασι κεκοσμημένα, καὶ γραφαῖς. κατάκειται δὲ ἐς αὐτὰ βιβλία. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν, ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. *Sed & porticibus ad eandem fabricam adjuncti sunt muri, ibique sunt habitacula, & lacunari inaurato, & alabastro lapide; itidem signis ornata & picturis. Digesti autem in eodem* (nempe templo omnium deorum) *sunt libri; & gymnasium est, Adriani cognomine*. Et M. Antoninus Philosophus omnis generis doctores, ac mercedem annuam, dedit. Xiphilinus, in *ejus Vita*. Ὁ δὲ Μάρκος, ἐλθὼν εἰς Ἀθήνας, καὶ μυηθεὶς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμὰς, ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, μισθὸν ἐτήσιον φέροντας. *Marcus vero, ingressus Athenas, & initiatus, dedit quidem Atheniensibus honores, sed & omnibus hominibus dedit doctores in urbe Athenis, in quacumque eruditionis disciplina, mercedem annuam ferentes*. Sed quæ ista merces fuit? Xiphilinus non exponit; ego vero drachmas decies mille observo, apud Philostratum, in *Theodoto*, *Sophist.* lib. II. Προέστη δὲ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος, ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. *Primus autem præpositus fuit Atheniensium juventuti, stipendio decem millium ab Imperatore*. Non intellexere locum hunc viri docti; cum κυρίας, pro μυρίαις, legendum esse existimarunt. Sed non omnibus eadem fuit, sine dubio; & pro cathedræ qualitate, alia, atque alia. Sic talentum, sive sexies mille drachmas, quidam etiam habuere. Ecce, apud eumdem Philostratum, in *Apollonio Atheniensi*. Ἐπαίδευσε δὲ Ἀθήνησι καθ' Ἡρακλείδην τε, καὶ τὸν ὁμώνυμον, (Ἀπολλώνιον τὸν Ναυκρατίτην) τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστὼς ἐπὶ ταλάντῳ. *Docuit autem Athenis juxta Heraclidem & cognominem* (*Apollonium Naucratitam*) *præfectus throno politicæ doctrinæ, mercede talenti*. Itaque ab eo tempore annos plurimos denuo maxime frequentatæ, non a Græcia sua tantum, sed Romano quoque orbe. Aulus Gellius de seipso, *lib.* I. *cap.* II. *Cum apud magistros Athenis essemus*. Boethius, etiam de seipso, lib. *De disciplina scholarium*, cap. II. *Cum quodam tempore me Athenas causa discendi recepissem, Ganymedem, Pyrrhi dictatoris filium, omnibus prædictis laborantem inspexi*. Iterum, cap. IV. *Cum autem parentis mei providentia Athenas studii ob causam me misisset, unicum custodem vitæ meæ inveni, nomine Favonium*. Et Cassiodorus de eodem, ad eum ipsum, *Var.* lib. I. Epist. XLV. *Sic enim Atheniensium scolas longe positus introiisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut Græcorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam*. Symmachus, *lib.* V. *epist.* XXXIII. *Sequuntur abscessum tuum literarum cohortes: &, ut solent Athenas Atticas aliqui, vel gymnasia petere litterarum, ita peregrinationes tuas, desiderio trahente, sequuntur*. Adeoque ab ipsa Africa affluxere. Ac de semet prædicat ipse Apulejus, Madaurensis, *Milesi.* I. *In Atthide primis pueritiæ stipendiis merui; mox in Urbe Latia advena, indigenam sermonem ærumnabili labore, nullo magistro præeunte aggressus excolui*. Quin & Imperatorum quidam adolescentiam illic suam, studiorum causa, egere. In his Septimius Severus. Spartianus, in *ejus Vita*. *Athenas petiit, studiorum sacrorumque causa*. Et Julianus. Socrates, *Hist. Eccles.* lib. III. cap. I. Ὀψὲ δέ ποτε ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Εὐσέβεια, κρυπτόμενον (τὸν Ἰουλιανὸν) ἀνιχνεύσασα, πείθει τὸν βασιλέα, μηδὲν μὲν αὐτὸν ποιῆσαι κακὸν, συγχωρῆσαι δὲ ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἰόντι φιλοσοφεῖν. *Sero tandem uxor Imperatoris Eusebia, occultatum* (*Julianum*) *reperiens, persuadet principi, nihil quidem ei afferre mali, sed concedere ut Athenas eat ad philosophandum*. Sozomenus, de eodem, *lib.* IV. *cap.* II. Ἐξαιτησαμένης δὲ αὐτὸν Εὐσεβείας, τῆς γαμετῆς Κωνσταντίου, παραιτησάμενος αὐτὸν, ἀπεδήμησεν εἰς Ἀθήνας, προφάσει τῶν Ἑλληνικῶν πόνων, καὶ παιδευτηρίων, ὡς λέγουσι. *Sed efflagitante eum Eusebia, uxore Constantii, comiter recusans peregre Athenas profectus est, prætextu Græcanicorum exercitiorum & scholarum, ut dicunt*. Libanius, in Oratione *ad ipsum*. Εἰς τὴν ἀρχαιοτάτην, καὶ σοφωτάτην, καὶ θεοφιλεστάτην, καὶ κοινὴν ἐρωμένην, ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν γῆν, τὰς Ἀθήνας, ἐπέμπου. *Ad vetustissimam, & sapientissimam, & Diis carissimam, & communem amasiam, hominumque ac Deorum terram, Athenas, mittebaris*. Videndus quoque Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. XI. Ex Græcia vero quanta multitudo fuerit, observare est apud Philostratum, & Eunapium; in illis libris, quos *De Vitis Sophistarum* conscripserunt. Nec Gentiles hic dumtaxat, verum etiam Christiani. De Origene, etsi dubitanter quidem, Epiphanius, *contra Hæreses* lib. II. Ἦν γὰρ τῷ γένει μὲν (Ὠριγένης) Αἰγύπτιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐσχηκὼς τὴν οἴκησιν, καὶ ἀνατροφήν. τάχα δὲ ἐν Ἀθήναις φοιτήσας ἐν τοῖς παιδευτηρίοις χρόνῳ τινί. *Erat enim genere quidem* (*Origenes*) *Ægyptius, qui Alexandriæ habuerat habitationem & educationem. forte autem Athenis frequentarat scholas aliquamdiu*. De Basilio Magno, & Gregorio Nazianzeno, affirmat Sozomenus, *lib.* IV. *cap.* XVI. Σύγχρονοι δὲ ὄντες αὐτός τε (ὁ Βασίλειος) καὶ Γρηγόριος, ὁμόζηλοι ταῖς ἀρεταῖς, ὡς εἰπεῖν, ἐγνωρίζοντο. ἄμφω γὰρ νέοι ὄντες, Ἱμερίῳ, καὶ Προαιρεσίῳ, τοῖς τότε δοκιμωτάτοις σοφισταῖς ἐν Ἀθήναις, ἐφοίτησαν. *Coævi autem quum essent & ipse* (*Basilius*) *& Gregorius, pares virtutum emuli, ut sic dicam, innotescebant. Ambo enim adolescentes Himerio & Proæresio, tunc probatissimis sophistis in urbe Athenarum, operam dederunt*. Ac videndus ipse Gregorius, in Oratione Funebri *in Basilium*. De Joanne Chrysostomo, Georgius Alexandrinus in *ejus Vita*. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ταῦτα εἰς ἄκρον ἐξεπαιδεύθη, ἤκμασε δὲ λοιπὸν καὶ τῇ ἡλικίᾳ, ἐξέρχεται ἀπὸ Ἀντιοχείας, καὶ παραγίνεται εἰς Ἀθήνας, πληρῶσαι θέλων τὰ λείποντα τῆς παιδεύσεως, ὅπως ἐν μηδενὶ ἔσαι λειπόμενος. *Postquam vero etiam ista ad summum eruditus fuit, vigebat vero in reliquum quoque statura, egreditur Antiochia, & venit Athenas, in animo habens consummare quæ deerant institutioni, ut in nullo genere esset mancus*. Idem Leo Imperator, idem Simeon Metaphrastes, & Anonymus, qui scripsere *Vitam ejus*, tradiderunt. Neque vero huc se tantum undequaque conferebant; sed & præceptores inde liberis suis, si qui ablegare nollent, accersebant. Symmachus indicium facit, *lib.* X. *epist.* XVIII. *Inter præcipua negotiorum sæpe curatum est, ut, erudiendis nobilibus, philosophi præceptores ex Attica poscerentur*. Triplex autem studium erat; ac philosophiæ primo operam dabant, hinc rhetoricæ, inde politicæ. Et philosophia quidem tradebatur cum Platonica, tum & Stoica, Peripatetica, & Epicurea etiam: singulisque istis sectis proprii doctores erant, ac præfectus cunctis unus. Animadverto apud Philostratum, in *Theodoto*. Τοὺς μὲν Πλατωνείους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, καὶ τοὺς Περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον, προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρίναι. *Platonicos quidem, & Stoicos, & Peripateticos, & ipsum Epicurum, Marcus mandavit coram Herode disceptare judicio*. Qui philosophiam docebant, quia id primum juniorum studium esset, τῆς νεότητος προε-

σῶτες dicebantur. Philostratus, in *Theodoto*, in citatis ante verbis. Προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. *Præpositus fuit etiam primus Atheniensium juventuti mercede decem millium ex Imperatore*. Et οἱ νέοι, qui istis operam darent, nuncupati. Ecce *ibidem*. Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον, ἀπὸ τῆς περὶ αὐτοῦ δόξης, αὐτὸς ἐπέκρινε τοῖς νέοις. *Virum vero hunc, ab gloria, quæ illi circumdata erat, ipse judicavit præponendum adolescentibus*. Et in *Adriano*. Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν (ὁ Μάρκος) τοῖς νέοις, οὐκ ἀκροάσει βασανίσας, ἀλλὰ ξυνθέμενος τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ. *Etenim imposuit illum (Marcus) adolescentibus, non experimento audiendi excrucians, sed conjiciens ex fama illum celebrante*. Quod a philosophia inceperint, & ab ea ad rhetoricen mox transierint, est colligere e Philostrato, in *Aristocle*. Τὸν δὲ ἐκ παίδων ἐς ἥβην χρόνον, τοὺς ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσοφήσας λόγους, ἐς τοὺς σοφιστὰς μετερρύη. *Tempus vero ex pueritia ad pubertatem Peripateticorum doctrinas quum tractavisset, ad sophistas transfluxit*. Inde est, quod de Proclo notat Marinus, Rhetoricæ studiisse, priusquam philosophiæ operam dedisset. Verba ista, in *Vita ejus*. Μάλιστα δὲ ἐδόκει, νέος ὤν, χαίρειν τότε ῥητορικῇ, ἄγευστος ἔτι ὢν λόγων φιλοσόφων. *Maxime autem videbatur, quum esset adolescens, tunc gaudere rhetorica, nondum gustatis doctrinis philosophorum*. Et Rhetorum cathedra, ὁ τῶν σοφιστῶν θρόνος, *Sophistarum thronus*, dicta. Philostratus, in *Adriano*. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους, οὓς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ὑπὲρ μυστηρίων ἐστάλη, ἐκράτει μὲν ἤδη τοῦ τῶν σοφιστῶν θρόνου ὁ ἀνὴρ οὗτος. *Per ea vero tempora, quibus Imperator Marcus Athenas propter mysteria profectus fuit, tenebat jam quidem thronum sophistarum vir ille*. Et in *Hippodromo*. Τὸν δὲ Ἀθήνησι τῶν σοφιστῶν θρόνον κατασχών, ἐτῶν που τεττάρων ἀπηνέχθη αὐτὸς ὑπὸ τῆς γυναικός, καὶ τοῦ πλούτου. *Obtinens vero Athenis thronum sophistarum, annorum circiter quatuor ablatus fuit ipse ab uxore & divitiis*. Scholiastes Aristidis, in Prolegomenis *in Panathenaicam* Βουλόμενος δὲ τότε εἰπεῖν τὸν Παναθηναϊκόν, ἐκωλύετο παρὰ Ἡρώδου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ Ἀθηναίου, ὡς δυνάστου· τοῦτο μέν, ὅτι αὐτὸς ἦν τότε ὁ τὸν θρόνον ἐπέχων τὸν σοφιστικόν, καὶ ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο· τοῦτο δέ, ὅτι καὶ Μάρκος αὐτῷ φίλος ἦν. *Volens autem tunc dicere Panathenaicum, vetabatur ab Herode sophista Atheniensi, ut dynasta; partim quidem, quia is erat tunc qui tenebat thronum sophisticum, & ab consulibus ortum ducebat; partim vero, quia Marcus erat amicus ejus*. Photius, in *Bibliotheca*, in Excerptis ex Olympiodori Historia. Λέγει δὲ καὶ εἰς τὰς Ἀθήνας καταῖραι, καὶ τῇ αὐτοῦ σπουδῇ, καὶ εἰς τὸν σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι Λεόντιον, οὔπω ἐθέλοντα. *Dicit vero etiam Athenas profectum esse, & studio ejus etiam ad sophisticum thronum eductum fuisse Leontium nondum volentem*. Eunapius, in *Porphyrio*, Rhetorices professores τοὺς τῶν ῥητορικῶν προεστῶτας *Rhetoricorum præstites* vocat, istis verbis. Κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους καὶ τῶν ῥητορικῶν οἱ Ἀθήνησι προεστῶτες, Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος. *His temporibus erant etiam Athenis rhetoricorum præstites, Paulus & Andromachus*. Qui Aoliticen professi, eorum cathedra ὁ πολιτικὸς θρόνος *politicus thronus* dicta. Manifestum e Ahilostrati istis verbis, paulo ante jam citatis, in *Apollonio Atheniensi*. Ἐπαίδευσε δὲ Ἀθήνησι καθ' Ἡρακλείδην τε, καὶ τὸν ὁμώνυμον, τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστώς. *Docuit vero Athenis tempore Heraclidæ & cognominis, præfectus politico throno*. Magna autem cathedræ qualiscunque dignitas. Libanius, in *Vita sua*. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει μέγιστον εἶναι, θρόνων ἄξιον τῶν παρ' Ἀθηναίων κεκρίσθαι, καὶ τοῦτο φροντίσασα ἡ τύχη δέδωκε. *Quia vero videbatur maximum esse, thronis dignum ab Atheniensibus judicatum esse, etiam hoc curans fortuna dedit*. Nec conferebatur cuiquam, nisi, post solenne examen, & experimen-

A tum aliquod, dignus judicatus esset. Satis clare apud Eunapium, in *Proæresio*. Ὡς δέ, ἀπελθόντος Ἰουλιανοῦ, τὰς Ἀθήνας εἶχεν ἔρως διαδοχῆς τῶν ἐπὶ τοῖς λόγοις πλεονεκτημάτων, παραγγέλλουσι μὲν ἐπὶ τῷ κράτει τῆς σοφιστικῆς πολλοὶ καὶ ἄλλοι, ὥστε ὄχλος ἦν καὶ ταῦτα γράφειν. χειροτονοῦνται δέ, δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι, Προαιρέσιός τε, καὶ Ἡφαιστίων, καὶ Ἐπιφάνιος, καὶ Διόφαντος. *Quum autem, digresso Juliano, Athenas invaderet amor successionis opportunitatum ex studiis, ambiunt quidem facultatem sophisticæ multi & alii, adeo ut molestum sit etiam ista scribere. Eliguntur vero probati omnibus judiciis Proæresius, & Hephæstion, & Epiphanius, & Diophantus*. Adrianus, sine ullo
B experimento, propter famæ excellentiam, dignitate hac donatus, ab Imperatore Antonino. Philostratus, in *ejus Vita*. Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν (ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος) αὐτὸν τοῖς νέοις, οὐκ ἀκροάσει βασανίσας, ἀλλὰ ξυνθέμενος τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ. *Etenim imposuerat (Imperator Marcus) eum adolescentibus, non postquam auditione torsisset, sed conveniens cum ejus fama*. Itaque & excidere interdum ambientes contingebat, cum indigni viderentur. Et exemplum in Heraclide, quod Philostratus commemorat. Ἐκπεσὼν δὲ τοῦ θρόνου Ἀθήνησι, συστάντων ἐς αὐτὸν τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Ναυκρατίτου ἑταίρων, ὧν πρῶτος, καὶ μέσος, καὶ τελευ-
C ταῖος, ὁ Μαρκιανὸς ὁ ἐκ Δολίχης ἐγένετο, ἐπὶ τὴν Σμύρναν ἐτράπετο. *Excidens autem throno Athenis, cœtum facientibus contra illum Apollonii Naucratitæ discipulis, quorum primus, & medius, & ultimus Marcianus Dolichenus erat, ad Smyrnam conversus fuit*. Conferebat autem eam Imperator. Philostratus, in *Adriano*, in citatis statim verbis. Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν (ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος) τοῖς νέοις. *Etenim imposuerat eum (Imperator Marcus) adolescentibus*. Et in *Polluce*. Ἐλέγετο δὲ ταῦτα καὶ μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν· ᾗ καὶ βασιλέα Κόμμοδον θέλξας, τὸν Ἀθήνησι θρόνον παρ' αὐτοῦ εὕρατο. *Dicebatur ante hæc illa pronunciare voce mellea; qua quum etiam*
D *Imp. Commodum refecisset, thronum Athenis ab illo adeptus est*. Item in *Philisto*. Καὶ προσρυεὶς τοῖς περὶ τὴν Ἰουλίαν γεωμέτραις τε καὶ φιλοσόφοις, εὕρατο παρ' αὐτοῖς διὰ τοῦ βασιλέως τὸν Ἀθήνησι θρόνον. *Et adhærens Geometris circa Juliam & Philosophis, apud illos nactus est per Imperatorem thronum Athenis*. Libanius, in *Vita sua*. Ὡς γὰρ δὴ ἐνέβαλον ἐς τὴν ἀγοράν, ὁρῶ τινὰ Καππαδόκην, ἥκοντα ἐπὶ θρόνον, βασιλέως πέμποντος· καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἡ βουλὴ τὸν ἄνδρα ᾐτηκυῖα, ῥήτορα ἄκρον. *Ut enim veni in forum, video Cappadocem quendam, accedentem ad thronum, mittente Imperatore. Etenim senatus postulaverat virum, summum rhetorem*. Atque ob disciplinas istas, quæ doceri illic solitæ, Urbs hæc Λόγων ἔδαφος, *Pavimen-*
E *tum doctrinarum*, dicta a Gregorio Nazianzeno, Orat. *in Basilium*. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τῶν λόγων ἔδαφος τὰς Ἀθήνας ὑπὸ τοῦ θεοῦ πέμπεται. *Inde ad doctrinarum pavimentum Athenas ab Deo mittitur*. Libanius λόγων ἐργαστήριον, *officinam doctrinarum*, appellavit, *Apologia Socratis*. Καλόν, καὶ ἥδιστον, αἱ Ἀθῆναι θέαμα· καὶ πανταχόθεν δεῦρο φοιτῶσι καὶ ναυσί, καὶ πεζῇ, ὅτι λόγων ἐστὶν ἐργαστήριον ἡ πόλις. *Pulchrum & dulcissimum spectaculum Athenæ; & undiquaque huc veniunt vel navibus, vel terra, quia doctrinarum est officina urbs*, Amphilochio *Mater sermonum* nuncupatur, in *Basilii Magni Vita*. *Relicta patria,*
F *Cappadox enim erat genere, pervenit ad matrem sermonum Athenas, & castitate, seu multa continentia, & temperantia, decenter ornatus, adhæret præceptori Græcorum sapientiæ, Eubulo nomine*, & Leoni Imp. in *Vita Chrysostomi*. Μετὰ τούτους, ἐπειδὴ κόρον οὐκ οἶδεν ἔχειν φύσις, θεωρίας ἐρῶσα τῶν ἀμεινόνων, ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ μητρὶ τῶν λόγων ταῖς Ἀθήναις διδασκάλους μετανάστευει. *Post hos, quia satietate affici non novit natura, amans spectacula meliorum, ad præceptores qui essent Athenis, in illa matre doctrinarum transit*.

Eodem modo in Inscriptione Antiqua, quam in pariete quodam, pæne evanidam, legisse memorat Theodosius Zygomalas, in Epistola quadam ad virum doctum, *Martinum Crusium*.

Ἐκ τῶν πρὸ πολλῶν τῶν λόγων τὴν μητέρα,
Χρυσᾶς Ἀθήνας, τὴν περίβλεπτον πόλιν,
Στοά τις ἤδη, ποικίλως κοσμουμένη,
Γραφῶν ἐκαλλώπιζεν ἐξῃρημένων.
Κεχρωσμένη σώμασιν, ἐκπλήττουσί πως.
Τῇ στιλπνότητι, Ποικίλη καλουμένη.

Ex eis ante multas ætates doctrinarum matrem,
Aureas Athenas, conspicuam urbem,
Porticus jam quædam, varie ornata,
Picturis expolibat eminentibus
Colorata corporibus, percellentibus quodammodo
Fulgore, Varia appellata.

Maximum elogium est, quod dat Philo, in eo libro, quem inscripsit; Ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος. Ὅπερ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ᾽ ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι. *Quod omnis studiosus liber*: *Quod in oculo pupilla, aut in mente ratiocinatio, id in Græcia Athenæ.* Ad hanc Athenarum laudem pertinent quoque ista Alcuini verba, ubi de Lutetiana Academia, recens tunc a Carolo Magno instituta, in Epistola *ad eundem* regem decima. *Plurimis inclytum vestræ intentionis studium sequentibus forsan Athenæ nova perficeretur in Francia: immo multo excellentior; quia hæc Christi domini nobilitata magisterio, omnem Academiæ exercitationis superat sapientiam.* Nec ingeniorum alibi proventus major; & tot fere unæ Athenæ protulere, quot vel Græcia universa. Vellejus, *lib.* I. *Una urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam universa Græcia, uberiusque floruit; adeo ut corpora gentis illius, separata in alias civitates; ingenia vero, solis Atheniensium muris clausa existimes.* Ego opere singulari, cui titulum *Bibliothecæ Atticæ* feci, illa, & Scripta item eorum, celebravi, ac, volente Deo, brevi in lucem dabo. Sane magnæ, nec quis neget, res ab Atheniensibus gestæ; & earum summa gloria est: sed hanc ipsam cum ingeniis æquavere; tum majores quoque ut esse viderentur, effecere. Ita censeo; & Salustius ante me pronuntiavit, in *Catilina*. *Atheniensium res gestæ, sicuti ego existimo, satis amplæ, magnificæque, fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur: sed, quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur.* Quem Salustii locum in rem eandem profert etiam Augustinus *De Civitate Dei*, lib. XVIII. cap. II.

CAP. IX.

Quando Christianæ factæ. Pauli Apostoli illic concio. Dionysii Areopagitæ conversio; qui Episcopus ibi primus constitutus; post quem Publius, & Quadratus. Potitis rerum Christianis, in metropolim ex episcopatu versæ, decem sub se episcopatus habuere. Sedes iis vicesima octava, hinc tricesima quinta data; quin & aliquando bonos metropoleos ereptus, verum postea restitutus. Olim Romæ, post Constantinopoli subditæ. Quot episcopatus iis hodie subsint.

SED quando fidem Christianam amplexæ sint Athenæ, istud hic differere libet. Primum sane isthuc factum, prædicante illic Christum Paulo Apostolo, teste Luca Evangelista, *Actorum* cap. XVII. Inde dicit Salvianus, *De Provid.* lib. VIII. *Sanctum electionis vas, Paulum Apostolum, de unius Dei cultu, ac majestate, superstitiosissimus licet Atheniensium populus patienter audivit.* Et nomen suum Christo dedit eo tempore inter primos Dionysius Areopagita, Damarisque, ejus uxor. Lucas, in *citatis Actis*, extremo capite. Τινὲς δὲ ἄνδρες, κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ, ὀνόματι Δάμαρις· καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. *Quidam vero viri, adfixi illi, crediderunt; in quibus & Dionysius Areopagita, & uxor, nomine Damaris; & alii cum illis.* Et hic primus ibi episcopus. Eusebius, *Hist. Eccles.* lib. III. cap. IV. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Ἀρεοπαγίτην ἐκεῖνον, Διονύσιος ὄνομα αὐτῷ· ὃν ἐν Πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν, πρῶτον πιστεῦσαι ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς· τῆς ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον ἀρχαίων τις ἕτερος Διονύσιος, τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας ποιμὴν, γεγονέναι ἱστορεῖ. *Post hos quoque Areopagitam illum, Dionysius illi nomen. quem in Actis post concionem Pauli in Areopago ad Athenienses, primum credidisse recensuit Lucas. Ecclesiæ Atheniensis primum episcopum fuisse memorat alter Dionysius antiquorum aliquis Corinthiorum Ecclesiæ pastor.* Et *lib.* IV. *cap.* XXII. Δηλοῖ δ᾽ ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν, κατὰ τὰ ἐν ταῖς Πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῆς Ἀθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχείριστο. *Præterea quoque declarat, quemadmodum Dionysius Areopagita, ab Apostolo Paulo commonitus ad fidem, secundum ea quæ aperiuntur in Actis, primus Atheniensium parœciæ episcopatum nactus fuerit.* Michael Syngelus, in *Encomio Dionysii*. Τοῖς Παύλου τοῦ μακαρίου διοπτικωτάτοις διαφανεὶς ὀφθαλμοῖς, καὶ βαθμοῦ τοῦ τῆς ἱεραρχίας ἄξιος κριθεὶς, πρῶτος Ἀθηνῶν ἐπίσκοπος ὑπ᾽ αὐτοῦ προχειρίζεται. *Pauli beati perspicacissimis penetratus oculis, & gradu principatus Ecclesiæ dignus judicatus, primus Athenarum Episcopus ab eo constituitur.* Hincmarus, in Epistola *ad Carolum Imp. Sanctus Areopagites Dionysius egregia Pauli Apostoli prædicatione fidei virtute illuminatus, & in nomine sanctæ ac individuæ Trinitatis baptizatus, demumque cælestium mysteriorum arcanis sufficienter instructus, Atheniensium est ordinatus episcopus.* Ado, in *Martyrologio*. *Quinto Nonas Octobris natalis sancti Dionysii Areopagitæ; qui ab Apostolo Paulo instructus credidit Christo, & primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus est ordinatus.* Videndi etiam Nicephorus Callistus, *Hist. Eccles.* lib. IV. cap. VIII. & Hilduinus in *Vita Dionysii*, lib. I. Huic Publius successit. Usuardus, in *Martyrologio*, ad diem XII. Kal. Februarii. *Natalis beati Publii Episcopi, qui secundus post Dionysium Areopagitam Atheniensium ecclesiam rexit.* Martyrologium Romanum, in *eodem die*. *Athenis natale S. Publii Episcopi, qui post S. Dionysium Areopagitam Atheniensium ecclesiam nobiliter rexit.* Videndi quoque Eusebius, *lib.* IV. *cap.* XXII. & Nicephorus Callistus, *lib.* IV. *cap.* VIII. Huic Quadratus substitutus. Eusebius, *loco citato*. Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Πούπλιον καταστάντος ἐπισκόπου αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) μέμνηται· ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. *Quadrati autem post Publicum martyrio defunctum ordinati episcopi illorum (Atheniensium) meminit; testificans, quasi per illius operam adbuc adauctorum, & fidei resuscitationem adeptorum.* Hieronymus, *De Script. Eccles. Quadratus, Apostolorum discipulus, Publio, Athenarum Episcopo, ob Christi fidem martyrio coronato, in locum ejus substituitur; & ecclesiam, grandi terrore dispersam, fide, & industria sua congregat.* Sophronius. Κουαδράτος, τῶν ἀποστόλων μαθητὴς, παθόντος Πουπλίου, Ἀθηνῶν ἐπισκόπου, ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ὑπεισέρχεται· καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἐν μεγάλῃ ταραχῇ σκορπισθεῖσαν, συνάγει. *Quadratus, Apostolorum Discipulus, post passionem Publii, Athenarum episcopi, pro Christo in illius locum successit; & ecclesiam in magna conturbatione dissipatam colligit.* Meminit ejus

Ado, *ad diem* VII. *Kalend. Junii. Apud Athenas natalis sancti Quadrati Episcopi, discipuli Apostolorum.* Ac videndus item Usuardus *ibidem*; & Nicephorus Callistus, *libro citato*. Fuitque in eundem Sermo quidam Augustini, quem commemorat in *Indiculo suo* Possidius. Certe Atheniensem ecclesiam prædicat nobis etiam Origenes, *contra Celsum*, lib. III. Ἐκκλησία μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ, φέρ' εἰπεῖν, ἡ Ἀθήνησι, πραεῖά τις, καὶ εὐσταθὴς, ἅτε Θεῷ ἀρέσειν τῷ ἐπὶ πᾶσι βουλομένη· ἡ δ' Ἀθηναίων ἐκκλησία στασιώδης, καὶ οὐδαμῶς παραβαλλομένη τῇ ἐκεῖ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. *Ecclesia enim quidem Dei, age dicamus, Athenis, mitis quædam & bene constituta, quippe Deo placere, qui est super omnia, volens: at vero Atheniensium concio seditiosa, & nequaquam comparanda ecclesiæ Dei, quæ illic est*. Exstatque *ad eam* epistola Hygini, Pontificis Romani, scripta Coss. Sulpitio Camerino, & Quinctio Nigro Magno; qui magistratum obierunt Hadriani Imperatoris anno ultimo. Fuit quoque *ad eandem* Epistola quædam Dionysii, Corinthi episcopi; cujus meminit Eusebius, *lib.* IV. *cap.* XXII. Nicephorus, *lib.* IV. *cap.* VIII. Episcopum quoque, etsi non expresso nomine, refert Gregorius Alexandrinus, in *Vita Joannis Chrysostomi*, ubi ejus cum Anthemio dissertationem memorat, Athenis habitam. Λοιπὸν, ἐὰν θέλητε ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν πλάνης, ἀπέλθετε πρὸς τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, καὶ προσέλθετε αὐτῷ μετὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς, καὶ αὐτὸς ὑμᾶς ὁδηγήσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. *Cæterum, si vultis convertere ab inani vestro errore, abite ad sanctissimum urbis episcopum, & accedite ad eum cum bona conscientia, & ipse vos ducet ad veritatem*. Estque ejus etiam frequens in sequentibus illic mentio. Quin Pontifices Romanos dedere Athenæ, Anacletum, Hyginum, & Sixtum II. ut auctores nobis Damasus, Anastasius, Luithprandus, & Albo: qui *Pontificum Vitas* scriptis prodidere. Etsi autem magnus illic numerus esset Christianorum, tamen acriter se Gentiles asseruerunt; adeo infensi illis, ut omnino per præconem sacris suis prohiberent Lucianus, in *Pseudomanti*. Ἐν τῇ πρώτῃ τῆς τελετῆς ἡμέρᾳ πρόῤῥησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι, τοιαύτη. εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρειος, ἥκει κατάσκοπος τῶν ὀργίων, φευγέτω. *In primo festivitatis die præfatio erat, sicut Athenis, talis; si quis atheus, aut Christianus, aut Epicureus venit speculator orgiorum, fugiat*. Sed videtur cultum numinum vetuisse Constantinus, sive filiorum aliquis. Certe interdictum illum universim, & a Juliano redditum, clare dicit Mamertinus, in *Panegyrico*, quem is Imperatori isti nuncupavit. *Athenæ omnem cultum publice, privatimque, perdiderant, in miserandam ruinam conciderat Eleusina. sed universas urbes, ope Imperatoris refotas, enumerare perlongum est*. Atque ab eo, ad Valentinianum usque, habuerunt. Inde clarum, quod hic Eleusinia sua illis celebrare indulsit. Et Hieronymus, in fine libri *adversus Jovinianum* primi, suo ævo hierophantas nobis memorat. Vide quæ notavi pridem, *Eleusiniorum* cap. XXXII. c tenuere, ut videtur, ad Imperium Theodosii majoris; quem eorum fana, ac sacra, evertisse Historiæ tradunt. Atque ex eo potiores Christiani, postea semper floruere. Maxima autem accessio facta sub Arcadio, & Honorio; cum, post editum in Anthemio a Joanne Chrysostomo miraculum, & præfectus ipse Urbis, quique in aliqua circa ipsum dignitate constituit, & immensa denique populi multitudo, fidem Christianam accipiunt. Narrat Georgius Alexandrinus, in *citato* statim *Opere*. Ὁ δὲ ἔπαρχος, καὶ οἰκήτορες, καὶ οἱ ἐν προλήψει ὄντες, καὶ ὁ πολὺς τῆς πόλεως ὄχλος, ἀκούσαντες, ὅτι Ἀνθέμιος ἐβαπτίσθη πανοικὶ, τῷ κυρίῳ πιστεύσας, δρομαῖοι παρεγένοντο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ παρεκάλουν αὐτὸν ποιῆσαι καὶ αὐτοὺς Χριστιανούς. πολλοὶ δὲ τῆς πόλεως, μὴ εὑρεθέντες τότε ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ὕστερον παραγενόμενοι, καὶ μαθόντες τὰ γενόμενα, προσῆλθον τῇ πίστει, καὶ ἐβαπτίσθησαν. *Sed præses, & incolæ, & qui in dignatione sunt, & plurima urbis multitudo, quum audivissent Anthemium cum tota domo baptizatum esse, Domino credentem, cum cursu accesserunt in Ecclesiam ad episcopum, & hortati sunt etiam sese efficere Christianos. Multi autem ex urbanis, qui non reperiebantur tunc ibi, sed postea advenientes, quum didicissent factum, adhæserunt fidei, & baptizati sunt*. Leo Imperator, in *ejusdem Vita*, idem dicit. Βαπτίζεται δὲ (ὁ Ἀνθέμιος) παραχρῆμα πανοικεσίᾳ· καὶ οὕτω στερεωθέντα καὶ τὰ πλήθη βαπτίζεται. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκουσάντων ἅπαντες υἱοὶ φωτὸς ἀναγεννῶνται τῷ θείῳ βαπτίσματι. *Baptizatur autem (Anthemius) statim cum tota domo; & sic confirmata baptizatur etiam alia multitudo. Nec tantum, sed etiam qui audiverant omnes filii lucis regenerantur cœlesti baptismo*. Meminere ejusdem rei, in *ejusdem tituli Opere*, Anonymus quidam, item Simeon Metaphrastes. Postea quoque tractu temporis, quæ initio episcopalis tantum sedes, metropolitana facta est. Observo apud Alexium, Patriarcham Constantinopolitanum, in *Sanctione* quadam. Ταῦτα συνεδοκίμασε μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ συναπεφήνατο, καὶ Μιχαὴλ, ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης Ἀθηνῶν. *Hæc comprobavit nobiscum in regia urbe, & conscivit quoque Michael Deo carissimus metropolita Athenarum*. Et apud Balsamonem, in *Nomocanonem Photii*, Tit. XIII. Ἀνενεγκόντος συνοδικῶς τοῦ ἀποιχομένου ἱερωτάτου μητροπολίτου Ἀθηνῶν, τοῦ ὑπερτίμου κυρίου, Νικολάου τοῦ Ἁγιοθεοδωρίτου, μεγάλην ἐντεῦθεν ψυχικὴν βλάβην γίνεσθαι. *Quum retulisset per synodum defunctus sanctissimus metropolita Athenarum, & eminens dominus Nicolaus Hagiotheodoreti filius, magnam inde spiritualem noxam contingere*. Iterum, in Synodi VI. *Can.* XXXIII. Ἐλαλήθη πολλάκις περὶ διαφόρων ἀρχιερέων, ἐχόντων ἀπὸ χρυσοβούλλων κληρικοὺς, ἤγουν τοῦ Ἀθηνῶν, τοῦ Μεσημβρίας, καὶ ἑτέρων. *Dictum fuit sæpe de diversis Pontificibus maximis, habentibus ab aurea bulla clericos, sive Athenarum, Mesembriæ & aliis*. Michael Syngelus, pro sui ævi ratione loquens, in *Encomio Dionysii Areopagitæ*, paullo ante citato. Ὦ τῆς θεοψηφίστου τῆς τῶν Ἀθηναίων μητροπόλεως εὐμοιρίας, ὡς τρισμακάριος ὑπάρχει, ὡς ἀληθῶς καὶ τρισόλβιος πόλις. *O decretam ab Deo felicitatem Atheniensium metropoleos, quam penitus beata est, quam vere etiam ter felix urbs*. Et fuit tempus, cum episcopatus decem subjectos haberet; Euripum nempe, Diauliam, Coroneam, Andrum, Oreum, Scyrum, Carystum, Porthmum, Aulonem, & Syram. Discimus illud e Leonis Philosophi Imp. *Constitutione* quadam, in qua ista leguntur. Τῷ Ἀθηνῶν μητροπολίτῃ, ἐξάρχῳ Ἑλλάδος, ὑπόκειται ὁ Εὐρίπου, ὁ Καρύστου, ὁ Πορθμοῦ, ὁ Αὐλῶνος, ὁ Σύρας. *Atheniensium metropolitæ, præfecto Græciæ, subjacet præses Euripi, Diauliæ, Coroneæ, Andri, Orei, Scyri, Carysti, Porthmi, Aulonis, Syræ*. Certe olim primus erat totius Græciæ. Vides in *citatis verbis* Leonis Imp. τῷ Ἀθηνῶν μητροπολίτῃ, ἐξάρχῳ Ἑλλάδος, ὑπόκεινται. *Atheniensium metropolitæ, præfecto Græciæ subpositi sunt*. Codinus. Ὁ Ἀθηνῶν μητροπολίτης, ἔξαρχος πάσης Ἑλλάδος. *Atheniensium metropolita, præfectus omni Græciæ*. Obtinebat autem initio sedem vicesimam octavam; idque e *Constitutione* Leonis hujus, quem jam dixi. In illa enim iste episcopatuum ordo recensetur. Πρώτη, ἡ Καισάρεια. δευτέρα, ἡ Ἔφεσος· τρίτη, ἡ Ἡράκλεια. τετάρτη, ἡ Ἄγκυρα. πέμπτη, Κύζικος. ἕκτη, αἱ Σάρδεις. ἑβδόμη, ἡ Νικομήδεια· ὀγδόη, ἡ Νίκαια ἐννάτη, Χαλκηδών. δεκάτη, ἡ Νίδη. ἑνδεκάτη, ἡ Σεβάστεια· δωδεκάτη, ἡ Ἀμάσεια. τρισκαιδεκάτη, ἡ Μελιτηνή· τεσσαρε-

σκαιδεκάτη, τὰ Τύανα· πεντεκαιδεκάτη, ἡ Γάγγρα· ἑκκαιδεκάτη, Θεσσαλονίκη· ἑπτακαιδεκάτη, ἡ Κλαυδιούπολις. ὀκτωκαιδεκάτη, ἡ Νεοκαισάρεια. ἐννεακαιδεκάτη, ἡ Πισινοῦς. εἰκοστὴ, τὰ Μύρα. εἰκοστὴ πρώτη ἡ Καρία. εἰκοστὴ δευτέρα, ἡ Λαοδίκεια· εἰκοστὴ τρίτη, τὰ Σύναδα· εἰκοστὴ τετάρτη, τὸ Ἰκόνιον· εἰκοστὴ πέμπτη ἡ Ἀντιόχεια. εἰκοστὴ ἕκτη, τὸ Σύλαιον· εἰκοστὴ ἑβδόμη, ἡ Κόρινθος. εἰκοστὴ ὀγδόη, αἱ Ἀθῆναι· *Prima Cæsarea; secunda Ephesus; tertia Heraclea; quarta Ancyra; quinta Cyzicus; sexta Sardes; septima Nicomedia; octava Nicæa; nona Chalcedon; decima Nida; undecima Sebastia; duodecima Amasia; tertiadecima Melitene; quartadecima Tyana; quintadecima Gangra; sextadecima Thessalonicæ; septimadecima Claudiopolis; octavadecima Neocæsarea; nonadecima Pisynus; vigesima Mira; vigesima prima Caria; vigesima secunda Laodicea; vigesima tertia Synoda; vigesima quarta Iconium; vigesima quinta Antiochia; vigesima sexta Sylæum; vigesima septima Corinthus; vigesima octava Athenæ*. Sed ordine isto postea motus, & rejectus in sedem tricesimam quintam. Codinus, Ὁ Ἀθηνῶν· ὡσαύτως καὶ αὕτη, θρόνος οὖσα εἰκοστὸς ὄγδοος, εἰς τριακοστὸν πέμπτον ὑπεβιβάσθη. *Athenarum, sicut & ipsa thronus quum sit vigesimus octavus, ad trigesimum quintum demissus fuit*. Et adempta aliquando metropoleos illi dignitas; quam Tarasius, Patriarcha Constantinopolitanus, postea reddidit. Hilduinus, in *Vita Dionysii Areopagitæ*, lib. I. *Quod & Tarasius, Patriarcha Constantinopolitanus, per legatos suos sollicite inquisivit; &, ita se eam rem habere certus eandem Atheniensium civitatem pallio archiepiscopali, quod jam ex ea diuturno tempore, orta quadam contentione, subtractum fuerat, redonavit: & synodali consensu metropolis auctoritate, quæ antea functa fuerat, honoravit*. Primitus autem sub Romana diœcesi censebatur; verum postea, cum sex aliis, Thessalonicensi, Syracusano, Corinthio, Rhegiensi, Nicopolitano, ac Pratensi, Patriarchæ Constantinopolitano subditus fuit. Manifestum e Leonis illa *Constitutione*, semel iterumque citata. Οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς Ρωμαϊκῆς διοικήσεως, καὶ νῦν τελοῦντες ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως, μητροπολῖται εἰσίν. ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Συρακούσης, ὁ Κορίνθου, ὁ τοῦ Ρηγίου, ὁ Νικοπόλεως, ὁ Ἀθηνῶν, ὁ Πατρῶν. *Abstracti ab Romana diœcesi, & nunc collati sub thronum Constantinopoleos, metropolitæ sunt, Thessalonicæ, Syracusæ, Corinthi, Rhegii, Nicopoleos, Athenarum, Patrarum*. Ac sub Patriarcha fuisse, testatur Hilduinus, in eadem *Dionysii Areopagitæ Vita*, libro citato. *Ejusdem civitatis Episcopus nec suberat alteri, nisi Patriarchæ*. Hodie de subjectis olim illis decem episcopatibus avulsi quatuor, & sex tantum permansere; uti ex Gerlachi *literis* docet nos vir eruditus, Martinus Crusius in Annotationibus suis in *Turco-Græciæ* librum VII.

CAP. X.

Varii casus. Diluvium, sub rege Ogygo. Interregum centum nonaginta annorum. Theophili locus emendatus. Athenæ a Dioscoris captæ. Quam diu sub regibus, & Archontibus, fuerint. A primo Archonte, ad Pisistratum, quantum temporis. Isocratis locus restitutus. Aristoteles, & Herodotus, inter se conciliati. Isocrates iterum restitutus, & Scholiastes Aristophanis. Tyrannidis Pisistratidarum verum tempus indicatum. A Xerxe, & Mardonio, captæ, utque incensæ, paullo post imperium Græciæ accepere; idque quamdiu tenuerint. Isocratis locus explicatus. Dionysii Halicarnassei error. Isocrates, & Demosthenes, secum; Aristides, cum utroque conciliatus. Quadringenti, & Triginta, ac Decemviri, dominantur. Hinc cum rursum emersissent, mox in luxum dissolutæ, a Philippo deteruntur, ab Alexandro tacere jubentur, ab Antipatro subiguntur. Jornandis magna ballucinatio; & Roderici Toletani. Cum Cassandro paciscuntur; a Demetrio, & deinde Arato maxime, libertatem consequuntur: a Philippo. Demetrii filio, divexantur; a Romanis, rege Attalo, Rhodiisque, conservantur: a Mithridate capiuntur, a Sylla recuperantur, & gravissime affliguntur. Hinc Pompejum, postea Brutum, Cassiumque, inde Antonium secutæ, cum Calenus, Julii legatus, pessime eas habuisset; ab ipso Julio veniam nactæ, ab Augusto Ægina insula, & vendendæ civitatis jure mulctantur. Xiphilinus emendatus. Fœderatæ, sociæque, Romanorum. Joannis Chrysostomi error, Libertatem tenuere ad Vespasiani tempora; ac deinde Romanorum legibus usæ, sub Proconsulis potestate. Instauratæ ab Adriano; de cujus nomine pars earum, Hadrianopolis; *totæ*, Novæ Athenæ *dictæ. Hadriani beneficentiam Antoninus Pius sequitur, Severus privilegia minuit. Mœnia sua sub Valeriano reparant; sub Gallieno a Scythis captæ. Constantinus Magnus præfectum Magni Ducis titulo honestat, Constans insulas multas donat. Deinde captæ ab Alaricho, instauratæ a Justiniano, a Leone Scuro obsessæ, a Bonifacio Marchione expugnatæ. Hinc Delues, ex Arragonum regum genere; inde Bajazethes Turca, postea Catelani tenent; quibus eripit dux Rainerius Acciajolus, Florentinus, Venetisque mox relinquit; qui non diu possedere, extorquente rursum Antonio, Rainerii ejus filio notho. Hoc defuncto, Acciajoli aliquamdiu habuere; donec Franco cum Bœotia commutante, Mahometes illas cepit. Quis earum hodie status; quæque item magnitudo, & inhabitantium numerus: tum quo quæstu se sustineant. Linghæ quoque depravatio, etiam in Urbis nomine, quæ* Sathines *nunc vocatur.*

DENIQUE etiam casus varios, incrementa, & detrimenta, videamus. Primum omnium, quantum quidem ex Antiquorum monumentis scire licet, rege Ogygo ortum diluvium, tantam vastitatem attulit, ut ad Cecropis usque tempus, annis centum nonaginta nullum sibi regem habuerint. Eusebius, in *Chronico*. Πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις μνημονεύεται Ὤγυγος, καθ' ὃν παρ' Ἕλλησιν ὁ μέγας, καὶ παλαιὸς, ἱστορεῖται κατακλυσμός. Μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, φασὶν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν τῶν Ἀττικὴν μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα. *Primus apud Athenienses memoratur Ogygus, cujus tempore apud Græcos magnum & antiquum narratur diluvium. Post Ogygum vero propter ingentem ab ista inundatione jacturam, dicunt sine rege mansisse hanc nunc Atticam usque ad Cecropem; annos centum & nonaginta*. Meminit diluvii hujus Tatianus, *contra Græcos*. Κατὰ γὰρ Φορωνέα, τὸν μετ' Ἴναχον μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίοις Ὤγυγος, ἐφ' οὗ κατακλυσμὸς ὁ πρῶτος *Nam tempore Phoronei, qui post Inachum fuit, memoratur apud Athenienses Ogygus, cujus tempore prima inundatio*. Ac de rege quidem Ogygo, ut hoc obiter etiam moneam, mendum est apud Theophilum *ad Autolycum*, lib. III. Τότε μὲν τῆς χώρας ἐκ τότε, Ἀκτῆς κληθείσης, νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης, ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε. *Tunc quidem regione ista, Acte vocata, nunc vero Attica appellata, cui Gygus tunc imperabat*. Omnino scribendum, ἧς Ὤγυγος τότε ἦρξε, *cui Gygus tunc imperabat*. Quis autem status Athenarum ante hoc diluvium fuerit, docet Plato, in *Timæo* Ἦν γὰρ δή ποτε, ὦ Σόλων, ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασιν ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη, πρός τε πόλεμον, καὶ κατὰ πάντα, εὐνομωτάτη διαφερόντως· ᾗ κάλλιστα ἔργα καὶ πολιτεῖαι γενέσθαι κάλλισται λέγονται πασῶν, ὁποσῶν νῦν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα. *Erat enim aliquando, o Solon, super maximæ illius pernicici per aquas tempora ista nunc Atheniens. urbs optima, & ad bellum,*

bellum, & ad omnia, legibus excellenter ornata; quomodo præstantissima facta & civitates pulcherrimæ fuisse dicuntur ex omnibus, quarum nunc sub cœlo nos opinionem accepimus. Inde, a Cecrope usque ad Codrum, regum ultimum, annos circiter quadringentos octoginta septem egere; ac per hæc, regnante Theseo, captæ primum a Dioscuris, etsi grave nihil passæ. Plutarchus narrat, in *ejus Vita*. Ἐχομένων δ' οὖν τῶν Ἀφιδνῶν, καὶ τῶν ἐν ἄστει δεδιότων, ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τῇ πόλει, καὶ φιλοφρονεῖσθαι, τοὺς Τυνδαρίδας, ὡς μόνῳ Θησεῖ, βίας ὑπάρξαντι, πολεμοῦντας· τῶν δὲ ἄλλων εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων, καὶ σωτῆρας. ἐμαρτύρει δὲ αὐτοῦ καὶ τὰ παρ' ἐκείνων. οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν, ἁπάντων κρατοῦντες, ἀλλ' ἢ μυηθῆναι, μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες. καὶ τοῦτο οὖν ὑπῆρξεν αὐτοῖς, Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα. καὶ τιμὰς ἰσοθέους ἔσχον. Ἄνακες προσαγορευθέντες· ἢ διὰ τὰς γενομένας ἀνοχὰς, ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ κηδεμονίαν, τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν, στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. *Occupatis igitur Aphidnis, & qui in urbe erant, timentibus, persuasit populo Menestheus accipere in urbem & benigne oblectare Tyndaridas, tanquam cum solo Theseo, violentiæ auctore, bellantes, quum in reliquos homines forent benefici & servatores. Etiam testimonium illi de eis hæc præbebant. Quum enim omnia tenerent, nihil flagitabant, nisi ut initiarentur, non minus conjuncti civitati quam Hercules. Et hoc igitur illis contigit Aphidno eos pro filiis adoptante, ut Pylius Herculem. & honores divinis similes habuerunt, Anaces appellati; vel propter factas inducias, aut propter curam & sedulitatem, ne quid mali aliquis pateretur, tanta militiæ copia intus collecta.* Novum illud, neque alibi mihi lectum, quod captivas primum Athenas, cum edictum de venatione suum revocassent, tradit Joannes Saresberiensis, *Policratici* lib. I. cap. IV. *Eo denique tempore primum captivantur Athenæ, quo interdictæ venationis edictum censuerunt esse solvendum, & artem utriusque venationis, cum exercitio, publice admittendam.* Mox post Codrum Archontes facti; & perpetui primum illi, inde vero decennales, ac postremum annui tantum. Eorum autem omnium primum Medon fuit; a quo deinde ad Olymp. L. annum IV. rempublicam salvam tenuerunt, quam Pisistratus tunc extorsit. Notat enim Auctor anonymus, in *Descriptione sua Olympiadum*, ad istud tempus. Οἱ Πεισιστρατίδαι τῶν Ἀθηναίων ἐτυράννουν. *Pisistratidæ Atheniensibus per tyrannidem imperabant.* Et indicat Tatianus, *Contra Græcos*. Ὀρφεὺς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονεν, ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάχθαι, γενομένου κατὰ τὴν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Orpheus autem eodem quo Hercules tempore vixit, frustraque etiam ea quæ ad illum referuntur, dicunt ab Onomacrito Atheniensi composita esse, qui fuit tempore imperii Pisistratidarum circa quinquagesimam Olympiadem.* Estque intervallum istud CCCCCLXXXIII. annorum; corruptusque Isocratis locus, qui de M. annis tradit. Verba ista, in *Panathenaica* ejus. Φαίνεται γὰρ ὁ δῆμος τὰς μὲν ἄλλας πολιτείας οὐκ ἀρεσκούσας μαχόμενος, καὶ καταλύων, καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν ἀποκτείνων. ταύτῃ δὲ χρώμενος οὐκ ἔλαττον χιλίων ἐτῶν. ἀλλ' ἐμμείνας ἀφ' οὗ παρέλαβε, μέχρι τῆς Σόλωνος μὲν ἡλικίας, Πεισιστράτου δὲ δυναστείας. *Apparet enim populum cum aliis regendi modis, qui displicebant, pugnavisse ac dissolvisse, & præsides eorum occidisse. Hoc autem genere utens non minus mille annis. Sed perseverans ab tempore quo accepit usque ad Solonis quidem ætatem, Pisistrati vero dominationem.* Rescribendum est, οὐκ ἔλαττον ἑξακοσίων ἐτῶν, *non minus sexcentis annis*. Scriptum fuerat, οὐκ ἔλαττον. χ'. ἐτῶν. Inde nobis librariorum imperitia mox χιλίους istud fecit. Isocrates sexcentos dicit; non quod toti, sed quod præterpropter essent. Cum Pisistrato collucta-

ti, bis eundem ejecerunt; ut Herodotus fuse narrat, *l.* I. Meminitque Aristoteles, *Politic.* l. V. c. XII. Δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν. *Bis enim fugit Pisistratus tyrannidem exercens.* Eunapius, in *Proæresio*. Ὁ δὲ καὶ πρὸς τὴν φυγὴν μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς, ὥσπερ ὁ Πεισίστρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον. *Ille vero ad exilium cum acri inopia, sicut Pisistratus excidens, rediit secunda vice.* Ac sub eo annos triginta tres fuere. Aristoteles, *loco citato*. Τρίτη δὲ (τυραννὶς) ἡ τῶν Πεισιστρατιδῶν Ἀθήνησιν· οὐκ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν, ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν. *Tertia vero (tyrannica dominatio) Pisistratidarum Athenis. Non fuit autem continua. Bis namque exulavit Pisistratus tyrannus; ita ut in annis triginta & tribus habuerit imperium per annos septendecim ex eis.* Heraclides, *De Rebusp.* Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. *Pisistratus post tyrannidem annos triginta tres possessam, senescens obiit.* Justinus, *l.* II. *Obtinet (Pisistratus) ad custodiam corporis sui satellitum auxilium; per quos occupata tyrannide, per annos triginta tres regnavit.* Filii insuper annos octodecim institutam a parte tyrannidem tenuere. Aristoteles, *loco citato*. Ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν ἑπτακαίδεκα ἔτη τούτων (ὁ Πεισίστρατος) ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ, οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε. *In triginta & tribus annis solos septendecim (Pisistratus) regnavit: octodecim vero filii, ita ut omnes fuerint anni triginta & quinque.* Ecce autem, duravit tyrannis Pisistratidarum universim annos quinque & triginta. Herodotus sex & triginta eos dicit, *l.* V. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πεισιστρατίδαι) ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τοῦ Σκαμάνδρῳ· ἄρξαντες μὲν τῶν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριάκοντα. *Postea vero excesserunt (Pisistratidæ) ad Sigeum, quod est super Scamandrum; quum imperavissent quidem Atheniensibus circiter annos* XXXVI. Sed dissidium hoc facile componi potest. Nam XXXV. anno jam completo, sextus inchoatus erat; itaque ille, tempus tantum plenum ponit; iste, inchoatum etiam pro completo nobis tradit. At sciendum est, in hoc tempore computari tantum annos, quibus rerum sunt potiti Pisistratidæ: & de Pisistrati XXXIII. soli XVII. quos tyrannidem tenuisse dicit eum Aristoteles, numerantur. cæteroquin anni LI. sunt putandi. Illos Aristophanes dixerat, uti Scholiastes ejus tradit *ad Vespas*, sed corruptis hodie verbis. Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς (τῶν Πεισιστρατιδῶν) καταστῆναι, ὥς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν'. τῶν ἀκριβοῦς διαμαρτάνων· Ἀριστοφάνης μὲν, μα'. φήσαντος. Ἡροδότου δὲ, λϛ'. *Videtur autem tyrannis (Pisitratidarum) stetisse, ut ait Eratosthenes, per annos quinquaginta, delirans ab accurato numero: quum Aristophanes quidem dixerit unum & quadraginta; Herodoto autem* XXXVI. Sine dubio rescribendum, Ἀριστοφάνους μὲν να'. φήσαντος. *Quum Aristophanes quidem dixerit* LI. Confusi numeri μ'. & ν'. ut fieri amat. Reprehendit Eratosthenem, qui minus exacte, uno omisso, L. annos dixerat. Idem mendum est apud Isocratem, in *Orat.* περὶ τοῦ ζεύγους. Τὴν δ' εὔνοιαν, ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο. συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιστράτου, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῆναι, μάλιστ' αὐτοῦ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐκ ἠξίωσαν μετασχεῖν τῆς τυραννίδος· ἀλλ' ἡγήσαντο κρεῖττον εἶναι, φυγεῖν τὴν πατρίδα μᾶλλον, ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας. τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων, τοσούτων ὄντων, ἐμισήθησαν, ὥσθ', ὁπότε τἀκείνων κρατήσαιεν, οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον. *Benevolentiam vero, qua affecti fuerunt erga populum, tyrannicis temporibus demonstraverunt. Nam quum essent cognati Pisistrati, & priusquam imperium caperet, maxime ex civibus illo usi, aversati sunt participes esse dominationis; sed judicaverunt melius esse fugere patriam, potius quam cives videre servientes. Seditione autem per* XL. *annos durante ab tyrannis quidem, qui tanti*

erant, odio habiti fuerunt, adeo ut, quo etiam illorum bona obtinerent, non solum domos eorum everterint, sed etiam sepulchra diruerint. Etiam hic restituendum, πεντήκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γ. *per quinquaginta annos seditione* o, Nam librarii incuria ν' in μ' corruptum fuit. Sed de celebri hac tyrannide estne verum tempus scire? Ipsi Veteres ignorarunt; & Thucydides istud dicit, *lib.* VI. Ἐγὼ ἐπιπλέον διηγησάμενος, ἀποφανῶ, οὔτε τοὺς ἄλλους, οὔτε αὐτοὺς Ἀθηναίους περὶ τῶν σφετέρων τυράννων, οὐδὲ περὶ τοῦ γενομένου, ἀκριβὲς οὐδὲν λέγοντας. *Ego copiosius quum retulerim, statuo, neque alios, neque ipsos Athenienses de suis tyrannis, nec de eo quod factum est nihil accuratum dicere.* Aristoteles, ut jam vidimus, de triginta quinque annis nobis auctor; de triginta sex, Herodotus: alii, de quinquaginta; alii, quinquaginta & uno. Omnes illos inter se conciliavi: sed errare tamen omnes, nunc ostendam. Thucydides ait, Hippiam, eorum ultimum, quarto anno post Hipparchi fratris cædem, ejectum. Urbe, in Sigeum, ut & Herodotus, inde Lampsacum pervenisse; illinc postea ad Darium abiisse: inde vero, jam grandævum, anno vicesimo una cum Medis ad Marathonem militasse. Verba ejus in rem istam ita habent, *lib.* VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἐς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον. ἐκεῖθεν δὲ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero quum adhuc per tres annos imperavisset Atheniensibus, & in quarto dejectus ab Lacedæmoniis, & Alcmæonidis, abibat fide publica versus Sigeum & Lampsacum ad Æantidem; inde autem ad regem Darium; unde etiam impetu facto ad Marathonem vicesimo post anno, jam senex, cum Medis militavit.* Nunc rationem ineamus. Pugna illa Marathonia accidit Olymp. LXXII. anno I. Itaque a primo Pisistrati tyranni anno, ad hoc tempus, anni sunt octoginta octo; quibus si viginti demas, quos apud Darium vixit, restant sexaginta octo. Hoc tyrannidis universæ tempus fuerit. Ergo inciderit ejus finis in Olymp. LXVI. annum IV. Erratque Anonymus quadriennio; qui factum notat anno quarto Olymp. LXV. Ita enim ille dicit. Ὀλυμπιὰς ξε΄. ἔτος δ΄. Οἱ Πεισιστρατίδαι Ἀθηνῶν ἐξεώσθησαν. *Olympias sexagesima quinta, annus quartus. Pisistratidæ Athenis expulsi sunt.* Apud Auctorem, quem secutus ipse erravit, sine dubio numerus corruptus fuit; & scriptum a supino librario ξε΄. cum deberet ξς΄. qui proclivis certe lapsus. Atque hoc verum restitutæ libertatis tempus erit. Huc alludit, quod Thucydides ab hoc usque ad Quadringentos, qui remp. invasere, ut statim dicam, Olymp. XCII. anno I. quod annorum centum unius intervallum est, annos circiter centum dicit, *lib.* VIII. Χαλεπὸν γὰρ ἦν, τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ἐπ' ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι, καὶ οὐ μόνον μὴ ὑπήκοον ὄντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου τούτου αὐτὸν ἄρχειν ἄλλων εἰωθότα. *Difficile enim erat, ut populus Atheniensis anno admodum centesimo postquam tyranni ejecti sunt, omitteret libertatem, qui non modo non fuerat subjectus, sed etiam ultra dimidium ejus temporis assuetus imperare aliis.* Post remp. receptam annis tribus & triginta, id est, Olymp. LXXV. anno I. captæ a Xerxe, direptæque, & incensæ. Qua de re videndi inprimis Diodorus, *lib.* XI. & Herodotus, *lib.* VIII. Anno proxime insecuto, decimo post hanc cladem mense, idem a Mardonio passæ; ut commemorat Diodorus, *libro citato*; & Herodotus, *lib.* IX. Sed, incensæ quamvis, tamen, profligato apud Salaminem hoste, paullo post, virtute maxime Aristidis, & Themistoclis, imperium Græciæ accepere. Hinc implicitæ bello Peloponnesiaco, longo sane, & pernicioso denique; sub ini-

A tium ejusdem, ceu calamitatis illud secuturæ certum quasi augurium esset, peste afflictæ vehementi; cujus meminere plures, Diodorus, *lib.* XII. Manilius, *l.* I. Nemesius, *De Nat. Hom.* cap. XX. aliique: accurate autem tradunt cum Thucydides, *lib.* II. tum Lucretius, *lib.* VI. Imperium vero, quod jam partum memoravi, possedere annis fere septuaginta. Ita Isocrates capiendus, in *Panegyrico*. Τὴν αὐτὴν πολιτείαν, ἥνπερ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις κατεστήσαμεν. ἣν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν, ἄλλως τε, καὶ συντόμως, ἔχοντα δηλῶσαι περὶ αὐτῆς. μετὰ γὰρ ταύτης οἰκοῦντες, ἑβδομήκοντα ἔτη διετελέσαμεν· ἄπειροι μὲν τυραννίδων, ἐλεύθεροι δὲ πρὸς τοὺς

B βαρβάρους, ἀστασίαστοι δὲ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς, εἰρήνην δὲ ἄγοντες πρὸς πάντας ἀνθρώπους. *Eandem regiminis formulam, quæ apud nos, etiam apud alios constituimus; quam nescio an oporteat per longiores sermones laudare, quam alioquin & breviter possim de ea declarare. Cum hac enim viventes continuavimus septuaginta annos; inexperti quidem dominationum, liberi vero contra barbaros, tranquilli inter nos ipsos & sine seditione, pacem vero agentes cum omnibus hominibus.* Verum calculum ponamus, & imperii istius certum tempus inquiramus. Accepere, uti memorat Diodorus, *in citato* statim *libro*, Olymp. LXXV. anno IV. amisere autem, ut idem libro decimo quarto dicit,

C Olymp. XCII. anno I. Ergo est hic intervallum sexaginta quinque annorum. Et hoc ipsum Isocrates alibi repræsentat, in *Panathenaico* suo. Μάλιστα μὲν οὖν ἐντεῦθεν ἄν τις δυνηθείη κατιδεῖν, ὅσῳ μετριώτερον, καὶ πρᾳότερον, ἡμεῖς τῶν πραγμάτων ἐπεμελήθημεν· δεύτερον δ', ἐκ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος. Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ, ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ, πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ἀρχήν. *Maxime quidem igitur inde quis poterit videre, quanto modestius & mitius nos administraverimus negotia: secundo autem ex eo quod dicturus sum. Nam Lacedæmonii quidem vix decem per annos illis præfuerunt; at vero nos imperium obtinuimus per quinque & sexagin-*

D *ta continenter.* Et Demosthenes, *Olynth.* III. Ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες, οὐδ' ἐφίλουν αὐτοὺς, ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι νῦν, πέντε μὲν καὶ ἑξήκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων. *Illi quidem igitur, quibus non sunt gratificati dicentes, neque eos dilexerunt, ut nunc illi vos, quinque & sexaginta quidem annos Græcis volentibus imperaverunt.* Neque recte Dionysius Halicarnasseus computat annos sexaginta & octo, *Antiquit. Rom.* lib. I. Τὰς γὰρ Ἑλληνικὰς δυνάμεις οὐκ ἄξιον αὐταῖς ἀντιπαρεξετάζειν, οὔτε μέγεθος ἀρχῆς, οὔτε χρόνον ἐπιφανείας τοσοῦτον, ὅσον ἐκεῖνοι, λαβούσας. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ αὐτῆς μόνον ἦρξαν τῆς παραλίας, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα

E ἔτη. *Nam Græcas vires non convenit cum eis comparare, neque magnitudinem imperii, neque tempus florentium rerum tantum, quantum illi, nactas. Athenienses enim quidem in sola modo maritima regione dominati sunt per annos duodeseptuaginta.* Nisi forte etiam hic corrupti numeri. Sed de Demosthene quid faciemus? Ille, tanquam a se diffidens, tres & septuaginta dicit, *Philipp.* III. Καίτοι προστάται μὲν ὑμεῖς ἑβδομήκοντα καὶ τρία ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε. *Quanquam præsides Græcorum quidem vos fueritis per annos septuaginta & tres.* Videtur autem isto loco imperii tempus usque ad belli Peloponnesiaci finem computare, qui in annum Olympiadis nonagesimæ quartæ

F primum incidebat: quanquam sane post ejectos Quadringentos, titulum imperii potium, quam imperium, tenuere. Et sic rectus erit calculus; quem secutus sine dubio Aristides, amplius septuaginta dicit, in *Panathenaico*. Καὶ μὴν, οἱ μὲν (Ἀθηναῖοι) πλέον ἢ ἑβδομήκοντα ἔτη κατέχον· οἱ δὲ (Λακεδαιμόνιοι,) οὐδ' εἰς τρεῖς Ὀλυμπιάδας διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν. *Et sane illi quidem (Athenienses) ultra septuaginta annos obtinuerunt: hi vero Lacedæmonii) neque ad tres Olympiadas conservarunt imperium.* Itaque, im-

A perium Græciæ annis sexaginta quinque cum tenuissent, illud pariter cum republica, invadentibus Quadringentis, amisere, Olymp. XCII. anno I. quanquam illam, sed non istud, anno proxime secuto, recuperarunt. Verum haud diu ipsis mansit, & eripuere rursum Lacedæmonii, victoriam illam celeberrimam ad Aegos potamos consecuti, duce Lysandro, Olymp. XCIV. anno I. Tunc dejecti longi muri, & Piræeus: navesque omnes, præter decem, aut duodecim, ut alii volunt, ipsis traditæ, neque ab excidio suo propius unquam absuere; funditusque, urgente Agide, deletæ fuissent; ni Lysander obstitisset, negans, alterum Græciæ oculum eruendum. Est videre apud Diodorum, *lib.* XIII. Xenophontem, *Hist. Græc.* lib. II. & Justinum, *lib.* V. Ac Triginta, dein Decemviris, subjectæ; illis pariter istisque mox excussis, iterum sibi libertatem, Thrasybuli beneficio, vindicarunt, Olympiadis ejusdem XCIV. anno IV. Hinc, devictis juxta Cnidum pugna navali a Conone Lacedæmoniis, cum jam libertatem iis extorsissent, tunc imperium quoque ipsum, quod decennium jam tenuerant, eripuerunt, Olymp. XCVI. anno II. deinde & mœnia instaurarunt anno proxime secuto. Observare est apud Historicos, annotatque Arrianus, *De Exped. Alex.* lib. I. Καὶ τὸ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς αὖθις Ἀθηναίων πταῖσμα, ναυτικόν τε ἦν, καὶ ἡ πόλις οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τῇ τῶν μακρῶν τειχῶν καθαιρέσει, καὶ νεῶν τῶν πολλῶν παραδόσει, καὶ στερήσει τῆς ἀρχῆς, ἐς ταπεινότητα ἀφικομένη, τό, τε σχῆμα τὸ πάτριον ὅμως ἐφύλαξε, καὶ τὴν δύναμιν οὐ διὰ μακροῦ τὴν παλαιὰν ἔλαβεν. ὥς τά τε μακρὰ τείχη ἐκτειχίσαι, καὶ τῆς θαλάσσης αὖθις ἐπικρατῆσαι. *Etiam illa ad Aegos potamos Atheniensium mox clades erat navalis, & urbs defungens sola longorum murorum eversione, multarumque navium traditione, & imperii ablatione ad humilitatemque redacta, tamen pristinam speciem servavit. & potentiam veterem non diu post recepit, ut & longos muros exstrueret & maris iterum potens fieret.* Post hæc, cum florerent plurimum, cæso Epaminonda in acie, ceu sublato quem timerent, præcipites in luxum ivere; non jam classem, aut exercitum, verum festa, & ludorum apparatus, agitantes, longe scenam ante castra posuere: & vectigal reipublicæ populo, ad spectandos ludos, erogare incepere. Hanc in rem est elegans Justini locus, *lib.* VI. *Cujus (Epaminondæ) morte etiam Atheniensium virtus intercidit. siquidem amisso, cui æmulari consueverant, in segnitiem torporemque resoluti, non, ut olim, in classem, & exercitus, sed in dies festos, apparatusque ludorum, reditus publicos effundunt; & cum actoribus nobilissimis, poetisque, theatra celebrant; frequentius scenam, quam castra, visentes; versificatoresque meliores, quam duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo antea milites, & remiges, alebantur, cum urbano populo dividi cœptum est. Quibus rebus effectum est, ut inter otia Græcorum, sordidum & obscurum antea, Macedonum nomen emergeret.* Ad hunc luxum pertinent Plutarchi verba, lib. *De Gloria Athen.* Σκευῶν δὲ, καὶ προσώπων, καὶ ξυστίδων ἁλουργῶν, καὶ μηχανῶν ἀπὸ σκηνῆς, καὶ χοροποιῶν, καὶ δορυφόρων δυσπραγματευτος λαὸς, καὶ χορηγία πολυτελὴς παρασκευαζέσθω. πρὸς ἃ Λάκων ἀνὴρ ἀποβλέψας, οὐ κακῶς εἶπεν· ὡς ἁμαρτάνουσιν οἱ Ἀθηναῖοι μεγάλα, τὴν μετὰ σπουδῆς εἰς τὴν παιδιὰν καταναλίσκοντες· τουτέστι, μεγάλων ἀποστόλων δαπάνας, καὶ στρατευμάτων, καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον. ἂν γὰρ ἐκλογισθῇ τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅσου κατέστη, πλέον ἀνηλωκὼς φανεῖται ὁ δῆμος εἰς Βάκχας, καὶ Φοινίσσας, καὶ Οἰδίποδας, καὶ Ἀντιγόνην, καὶ τὰ Μηδείας κακὰ, καὶ Ἠλέκτρας, ὧν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας, καὶ τῆς ἐλευθερίας, πολεμῶν τοὺς βαρβάρους ἀνήλωσεν. *Instrumentorum vero, & personarum, & vestium purpurearum, & machinarum ex scena, eorumque qui choros faciunt, & satellitum molestissima natio, & præbitio sumptuosa apparatur. Ad quæ vir Lacon respiciens non male dixit; magnopere Athenienses peccare studium consumentes in lusum; hoc est, magnarum classium immensas & exercituum viatica erogantes in theatrum. Si enim subducatur unaquæque fabula quanti constiterit, plus impendisse apparebit populum in Bacchas, & Phœnissas, & Oedipos, & Antigonen, & Medeæ ærumnas Electræque, quam quum bellans pro ducatu & libertate contra barbaros expendit.* Quin tam arcte has delicias sunt amplexæ, uti capitis pœnam indicerent, si quis de pecunia publica ad militiæ priscum usum revocanda verba facere unquam auderet. Libanius, rem hanc ipsam narrans, in Argumento *Olynth.* I. Ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν τούτων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι, μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν, καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. B *Sed & legem statuerunt de pecuniis illis ad spectacula attributis, quæ mortem minaretur scribenti, transferendas eas esse ad veterem disciplinam, & fieri militares.* Conatus tamen est Demosthenes; ut apparet ex prima ejus, tertiaque, Olynthiaca. Inter hæc Philippus occupat; &, ad Chæroneam victor, Olymp. CX anno III. pace data, ac simulata amicitia, insulas iis, imperiumque maris, adimit. Atque in eo quidem statu, quam diu Philippus vixit, permansere: nec sub Alexandro filio commovere sese ausæ. Manifestum ex Historia; & Pausanias idem notat, in *Atticis suis*. Τὸ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ, ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἦρξε κακοῦ, C οὐχ ἥκιστα δούλους ἐποίησε τοὺς ὑπεριδόντας, καὶ ὅσοι μετὰ Μακεδόνων ἐτάχθησαν. τὰς μὲν δὴ πολλὰς τῶν πόλεων Φίλιππος εἷλεν, Ἀθηναίοις δὲ λόγῳ συνθέμενος, ἔργῳ σφᾶς μάλιστα ἐκάκωσε, νήσους τε ἀφελόμενος, καὶ τῆς ἐς τὰ ναυτικὰ παύσας ἀρχῆς. καὶ χρόνον μέν τινα ἡσύχασαν Ἀθηναῖοι, Φιλίππου βασιλεύοντος, καὶ ὕστερον Ἀλεξάνδρου. *Clades ad Chæroneam omnibus Græcis dedit principium mali: & non minus servos fecit eos, qui neglexerunt, & qui Macedonum sectam sequebantur. Multas sane quidem civitates Philippus cepit. Atheniensibus autem, quum verbo pacisceretur cum eis, re maxime nocuit, tum insulas auferens & amputans imperium maris: & aliquamdiu quidem requieverunt Athenienses Philippo regnante, & mox Alexandro.* De D Philippo, breviter dicit Maximus Tyrius, *Dissert.* XIX. Οἷος δὴ καὶ ὁ Φίλιππος αὖθίς ποτε, ᾧ ἐν Μακεδονίᾳ ἐξὸν μένειν, καὶ ζῆν ἐπὶ τοῖς Ἀμύντου ἀγαθοῖς, καὶ τῇ Περδίκκου εὐδαιμονίᾳ, ἐζήτει ταύτην περιιὼν ἄλλοθι, ὥσπερ ἐκπεπτωκυῖαν τῆς Μακεδόνων γῆς. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, Τριβαλλοῖς ἐπολέμει, Ἰλλυριοῖς ἐπῄει, ἐπολιόρκει Βυζάντιον, κατέσκαπτεν Ὄλυνθον, Ἀθηναίους ἐξηπάτα. *Qualis erat etiam Philip. aliquando, cui quum liceret in Macedonia manere, & in Amyntæ opibus vivere, ac felicitate Perdiccæ, quærebat eam circumiens alibi, quasi elapsam ex Macedonum terra: ac propterea, ut videtur bellabat cum Triballis, invadebat Illyrios, oppugnabat Byzant. evertit Olynthum, Athe-* E *nienses frustrabatur.* Ac, quod Alexan. attinet, plane id est, quod ait Seneca, silentium mandasse Athenis, *Epist.* XCIV. *Lacedæmona (Alexander) servire jubet, Athenas tacere.* Nempe quia compescuerat Oratores, propter quos loquaces illæ dicebantur. Petron. in Satyrico suo. *Ventosa isthæc, & enormis, loquacitas Athenas ex Asia commigravit.* Sidon. *l.* VIII. *epist.* VI. *Si supradicti confirmor assensu, Athenis loquacior; si minus, Amyclis ipsis taciturnior ero.* Defuncto autem Alexand. cum resurgere conarentur, ab Antipatro subactæ, demum omnino in Macedonum potestatem pervenere, præsidium coactæ accipere, Olymp. CXIV. an. II. Valde fallitur Jornan. qui F Perdiccæ principatum hæreditarium reliquisse Alex. cum moreretur, nobis auctor, *De Reb. Get.* c. X. *Egregius Gothorum ductor Sitacles, CL. virorum millibus congregatis, Atheniensibus intulit bellum, adversus Perdiccam, Macedoniæ regem; quem Alexander, apud Babylonem ministri insidiis potans interitum, Atheniensium principatui hæreditario jure*

reliquerat successorem. Verum non simpliciter errat; primo enim non Perdiccæ Alexander principatum istum dedit, quem non habuit; tum Perdiccam, Macedoniæ olim regem, cum ejusdem nominis altero, Alexandri ducum uno, temere confundit. nam Sitalces rex Getarum, sive Thracum, Perdiccæ quidem huic priori bellum intulit, ut *libro duodecimo* Diodorus nobis refert, Olymp. LXXXVIII. anno I. Alexander autem Magnus diem obiit Olymp. CXIV. anno I. estque inter hunc Perdiccam, quem ab eo principatum Athenarum accepisse ille dicit, & priorem, intervallum centum quatuor annorum. Itaque hic Jornandem erroris satis manifestum teneo; quem secutus, ut videtur, Rodericus Toletanus, plane iisdem modis labitur, *De Reb. Hisp.* lib. I. cap. XIV. *Sitalces, egregius doctor, & ductor, Gothorum, centum quinquaginta millia pugnantium congregavit, & Atheniensibus bellum intulit, in eis Perdicca tunc regnante: quem Alexander, apud Babyloniam ministri insidiis potans interitum, porrecto annulo, in Atheniensium principatu reliquerat successorem*. Præsidium vero, quod Antipater imposuerat, a Cassandro successore continuatum; cum quo pactæ, Olymp. CXV. anno III. Verum postea, Olymp. CXVIII. anno II. libertatem a Demetrio recepere; qui, rep. quamvis reddita, tamen & Museum sibi communivit, & præsidium illic posuit: quod mox denuo in Piræeum, & Munychiam, introductum. Sed, Olympiodoro duce, rursum se asseruere; & Munychiam, Piræeum, ac Museum recuperarunt, Macedonibus ejectis; qui & denuo insurgentes, quæ amiserant pridem loca, repetierunt, ceperuntque. Dein Aratus vindicavit, mortuo Demetrio; & Diogeni præfecto, ut Munychiam, Piræeum, Salamina, Suniumque restitueret, centum quinquaginta talenta numeranda procuravit. Hæc Pausanias, Diodorus, & Plutarchus, nobis narrant. Post hæc libertatem suam tenuere aliquamdiu; fœdere cum Romanis inito, ut mox dicam, confirmatæ. Sed Philippo, Demetrii filio, imminente, gravia passæ, divastatis circum templis, & sepulcris, captæ etiam fuissent, ni Romani, Attalus rex, Rhodiique, subvenissent, ut videre est apud Livium, *lib.* XXXI. Atque hoc factum circa Olymp. CXLII. annum IV. Philippus autem quam immaniter sit grassatus, opere pretium est videre; Liviusque repræsentat in *citato* statim *libro*. *Intra muros deinde tenentibus milites Atheniensibus, Philippus, signo receptui dato, castra ad Cynosarges (templum Herculis, gymnasiumque, & lucus erat circumjectus) posuit. Sed Cynosarges, & Lyceum, & quicquid sancti, amœnive, circa Urbem erat, incensum est: dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulcra: nec divini, humanive, juris quicquam, præ impotenti ira, est servatum*. Neque hoc satis; cum videret discedendum ab obsidione esse, ulciscendæ contumeliæ, amplius fecit. Livius *ibidem*. *Omissa oppugnatione Urbis, diviso cum Philocle rursus exercitu, ad vastandos agros profectus, cum priorem populationem sepulcris circa Urbem diruendis exercuisset, ne quid inviolatum relinqueret, templa deum, quæ pagatim sacrata habebant, dirui, atque incendi, jussit. neque diruere modo ipsa templa, ac simulacra evertere, satis habuit; sed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas, frangi jussit*. Et legati Atheniensium ad Ætolos conqueruntur, *Omnia sepulcra, monumentaque, diruta esse in finibus suis; omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi: delubra sibi fuisse, quæ quondam, pagatim habitantes, in parvis illis castellis, vicisque, consecrata, ne in unam urbem quidem contributi majores sui deserta reliquerint. circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes: semiusta, & truncata, simulacra deum inter prostratos jacere postes templorum*. Quamvis autem liberæ essent, sociæque, tamen etiam præsidium, uti ante a Macedonibus, a Romanis accepere; quod e Livio satis clarum, *libro citato*. *Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut & Chalcis teneri, & non deseri præsidium Athenarum potuisset; magna res principio statim belli, Chalcis, & Euripus, adempta regi forent*. Et *lib.* XXXII. *Ipse tribus quinqueremibus expeditis Piræeum præcepit: accepitque naves, ibi relictas ab L. Apustio legato, ad præsidium Athenarum*. Deinde eas intercepit Mithridates, & recuperavit Sylla, Olymp. CLXXIII. anno III. Isque graviter afflixit; ut videre est apud Plutarchum, in *ejus Vita*, Appianum, *Mithridaticis*, Florum, *lib.* III. Vellejum *lib.* II. Paulum Diaconum, *Hist. Misc.* lib. V. Diruit autem rursus muros; & crudeliter adeo egit, ut e civibus, nisi quos nox conservasset, qui omnino pauci erant, reliquum plane nullum fecerit. Appianus, *Mithrid.* Τῇ δ' ἑξῆς ὁ Σύλλας τοὺς μὲν δούλους ἀπέδοτο· τοῖς δ' ἐλευθέροις, ὅσοι, νυκτὸς ἐπιλαβούσης, οὐκ ἔφθασαν ἀναιρεθῆναι, πάμπαν ὀλίγοις οὖσι, τὴν ἐλευθερίαν ἔφη διδόναι. *Sequenti autem die Sulla servos quidem vendidit; liberis autem, quotquot incedente nocte non prius necati fuerant, admodum paucis, libertatem dixit dare*. Ait Plutarchus, *in ejus Vita*, vicatim milites strictis gladiis discurrisse; ac tam magnam Urbe tota civium stragem edidisse, tum potissimum in foro, ut qui inde flueret sanguis, Ceramicum universum intra Dipylum, adeoque, porta errumpens, suburbium etiam inundaret: quin haud pauciores item, desperatione acti, cum a Sylla nihil mite exspectarent, ipsi sibi manus ultro violentas intulere. Verba Plutarchi ita habent. Αὐτὸς δὲ Σύλλας, τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης καὶ τῆς Ἱερᾶς κατασκάψας, καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας εἰσήλαυνε φρικώδης, ὑπό τε σάλπιγξι καὶ κέρασι πολλοῖς, ἀλαλαγμῷ καὶ κραυγῇ τῆς δυνάμεως, ἐφ' ἁρπαγὴν καὶ φόνον ἀφειμένης ὑπ' αὐτοῦ, καὶ φερομένης διὰ στενωπῶν ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν· ὥστε τὸν ἀριθμὸν μηδένα γενέσθαι τῶν ἀποσφαγέντων, ἀλλὰ καὶ τῷ τόπῳ ῥυέντος αἵματος ἔτι νῦν μετρεῖσθαι τὸ πλῆθος. ἄνευ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν, ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. πολλοῖς δὲ λέγεται, καὶ διὰ πυλῶν κατακλύσαι τὸ προάστειον. ἀλλὰ τῶν οὕτως ἀποθανόντων, τοσούτων γενομένων, οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν οἱ σφᾶς αὐτοὺς διαφθείραντες, οἴκτῳ καὶ πόθῳ τῆς πατρίδος, ὡς ἀναιρεθησομένης. τοῦτο γὰρ ἀπογνῶναι καὶ φοβηθῆναι τὴν σωτηρίαν ἐποίησε τοὺς βελτίστους, οὐδὲν ἐν τῷ Σύλλᾳ φιλάνθρωπον, οὐδὲ μέτριον, ἐλπίσαντας. *Ipse autem Sulla quod erat inter Piraicam portam & sacram, deprosternens & complanans, ad mediam noctem invectus est horridus ad tubas & cornua multa, ululatu & clamore turbæ militaris, ad rapinam & cædem dimissæ ab eo, & vagantis per angiportus evaginatis gladiis; adeo ut numerari nequeant trucidati, sed etiam spatio quo fluxit sanguis hodieque æstimetur multitudo. Nam præter illos qui in alia parte urbis perierunt, strages circa forum obtinuit omnem Ceramicum intra Dipylum. Immo & multis narratur, per portas inundavisse suburbium. Sed præter hos, qui ita perirent, qui tam multi fuerunt, non pauciores erant qui se ipsi occiderent ex miseratione ac desiderio patriæ utpote evertendæ. Hæc enim res ad desperationem ac timorem de salute adegit optimos, nihil in Sulla humanum, nihil moderatum exspectantes*. Præterea Piræeum incendit, & Munychiam; ita ut vix pauca quædam domicilia superfuerint. Strabo, qui non diu post hæc orbem totum describebat, *lib.* IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ, συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν. *Multa vero bella dejecerunt murum; & Munychiæ munimentum ac Piræeum contraxerunt in exiguum vicum*. Hinc, civili inter Julium & Pompejum bello orto, pro rep. cum Pompejo se junxere,

geminamque inscriptionem posuere, quæ commemoratur mihi *De Athenis* lib. v. cap. XVI. Itaque legatus Julii, Q. Fufius Calenus, cum non posset expugnare, agrum circumjectum vastans, Piræeum, nullo muro tunc munitum, occupavit: ac Pompejo mox devicto, Julio se permisere; qui, injuriam condonans, ob progenitorum gloriam, & virtutem, hanc se mortuis gratiam facere affirmabat. Dion Cassius *lib.* XLII. Ὁ δὲ δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸ τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος· καὶ εἷλεν ἄλλα τε, καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἅτε καὶ ἀτείχιστον ὄντα. τὰς γὰρ Ἀθήνας, καίπερ πλεῖστα τὴν αὐτῶν κακώσας, οὐκ ἠδυνήθη πρὸ τῆς τοῦ Πομπηΐου ἥττης λαβεῖν. τότε γὰρ ἐθελονταὶ αὐτῷ προσεχώρησαν. καὶ αὐτοὺς Καῖσαρ, μηδὲν μνησικακήσας, ἀθώους ἀφῆκε· τοσοῦτον μόνον εἰπὼν, ὅτι, πολλὰ ἁμαρτάνοντες, ὑπὸ τῶν πολλῶν σώζοιντο. τὸ δὲ δὴ ἔπος τοῦτο ἐδήλου, ὅτι σφῶν, διά τε τοὺς προγόνους, καὶ διὰ τὴν δόξαν τήν τε ἀρετὴν αὐτῶν, ἐφείσατο. *Calenus vero missus fuit in Græciam ante pugnam ab Cæsare; occupavitque tum alia, tum Piræeum, quippe etiam non munitum. Athenas enim, quamquam maxime partibus suis noxias, nequivit ante cladem Pompeii capere. Tunc enim volentes accessere. Et eos Cæsar, nihil memor injuriarum, sine noxa reliquit; hoc solum dicens, eos qui multa peccavissent, ab multis servari. Id autem verbum significabat, se eis pepercisse propter majores, gloriamque eorum & virtutem.* Emendandus per occasionem, in Caleni nomine, Xiphilinus. Διὰ δὲ τοῦ Καλήνου, τοῦ ὑποστρατήγου, τὰς Ἀθήνας ἑλὼν, ἐθελουσίως αὐτῷ μετὰ τὸν θάνατον τοῦ Πομπηΐου προσχωρησάσας, ἀθώους ἀφῆκε· τοσοῦτον μόνον εἰπὼν, ὅτι, πολλὰ ἁμαρτάνοντες, ὑπὸ τῶν νεκρῶν σώζοιντο. *Per Calenum vero legatum occupans Athenas, sponte ipsi post mortem Pompeii accedentes, dimisit sine noxa; id tantum dicens, eos qui multa peccaverant, servari ab mortuis.* Minus recte hodie legitur, διὰ δὲ τοῦ Καλουίνου, τοῦ ὑ. *sed per Calvinum l.* Deinde, interfecto Julio, Brutum & Cassium secutæ, statuas iis posuere, juxta Aristogitonem, & Harmodium. Qua de re videndus Dion *lib.* XLVII. Xiphilinus, in *Epitome*, Zonaras, *Ann.* II. His sublatis, ad Antonium transiere; isque illis reddidit Tenum, Æginam, Icum, Ceam, Sciathum, ac Peparethum: uti supra a me dictum, *cap.* VI. Eo victo, mox Augustus cum Aeginam ipsis insulam, tum vendendæ civitatis jus ademit. Ita narrat idem Dion, *lib.* LIV. & Abbreviator ejus, Xiphilinus. Postea seditionem rursum ausæ, sub extremum Augusti ævum. Orosius, in *Augusti rebus*, lib. VI. cap. XXII. *Cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio ipse clausit; quas ex eo, per duodecim fere annos quietissimo semper obseratas otio, ipsa etiam rubigo consignavit: nec prius umquam, nisi sub extrema senectute Augusti pulsatæ, Atheniensium seditione, & Dacorum commotione, patuerunt.* Quæ totidem pene verbis Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. VII. & Freculphus, *Chronici* Tom. I. lib. VII. cap. XVI. Inter ista quo redactæ demum fuerint, sat disertus nobis testis est Lucanus; qui exhaustas plane dicit, Julii tempore; & paucas naves habuisse, cum trecentas eæ olim, & quadringentas, possedissent: uti supra a me ostensum, *cap.* VII. Lucani autem isti versus, *lib.* III.

Exhausit totas quamvis delectus Athenas,
Exiguæ Phœbæa tenent navalia puppes;
Tresque petunt veram credi Salamina carinæ.

Et Ovidius, ævo Augusti, Athenarum præter nomen, nihil superesse scribit.

Quid Pandioniæ restant, nisi nomen, Athenæ?

Ac Poeta quidam incertus, in *Catalectis*.

Quisquis Cecropias hospes miraris Athenas,
Quæ veteris famæ vix tibi signa dabunt;
Hasne dii, dices, cœlo petiere relicto?
Regia partitis hæc fuit una diis?

Sic, Tiberii ævo, Piso exstinctos Athenienses dicit; & colluviem tantum aliquam nationum inhabitare. Verba ejus ecce ista, apud Tacitum, *Annal.* II. *Oblique Germanicum perstringens, quod, contra decus Romani nominis, non Athenienses, tot cladibus exstinctos, sed colluviem illam nationum, comitate nimia coluisset.* Hactenus tamen, etsi sub Romanis essent, libertatem retinebant, legibusque etiam suis utebantur. Strabo, qui circa duodecimum Tiberii annum vitam produxit, diserte dicit, *lib.* IX. Ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν, οὓς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο. τὸν δ' ἰσχύσαντα μάλιστα τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτην βιασάμενον τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν, ἐκόλασε· τῇ πόλει δὲ, συγγνώμην ἔνειμε. καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τέ ἐστι, καὶ τιμῇ, παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις. *Sed ingruens bellum Mithridaticum, tyrannos eis imposuit, quos rex voluit. Et qui plurimum valuit, Aristionem, quique illam urbem violenter vexavit, quum expugnavisset Sulla, Romanorum dux, punivit. Urbi vero veniam indulsit; quæ huc usque in libertate est & veneratione apud Romanos.* Theophylactus, de eo tempore, quo Athenis Paulus Apostolus morabatur, quod in Claudii Imperatoris principatum incidebat, ad *Act.* cap. XVII. Κἂν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τότε ἐκράτουν, ἀλλ' οὖν αὐτονόμους ἀφῆκαν Ἀθήνας. *Etsi enim Romani tunc essent rerum potentes, attamen suis legibus reliquerunt Athenas.* Quæ totidem verbis dicit quoque Maximus Monachus, in Præfatione sua *in Dionysium Areopagitam*. Fallitur Joannes Chrysostomus, qui hunc ipsum *Actorum* locum ubi exponit, *Hom.* XXXVIII. Romanorum legibus Athenienses tunc subjectos fuisse dicit. Οὐκέτι οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς οἰκείοις νόμοις ἐχρῶντο, ἅτε ὑποπεσόντες ἤδη τοῖς Ῥωμαίοις. *Non amplius Athenienses utebantur propriis legibus, ut qui delapsi erant sub jugum Romanorum.* Strabo, in *citatis verbis*, certus testis, libertatem illis suam constitisse; immo addit, etiam in honore habitas: atque hoc omnino verum est: quippe fœderatæ, & sociæ. Tacitus, de Germanici in hanc Urbem adventu, *Annal.* II. *Hinc ventum Athenas; fœderique sociæ, & vetustæ, urbis dedit, ut uno lictore uteretur.* Joannes Saresberiensis, *Policratici* lib. VI. cap. XII. *Scripsit ad magnum Gajum, majorem Atheniensium, sociorum amicorumque Populi Romani.* Idque ante bellum primum Macedonicum. Manifestum facit Livius, lib. XXXI. ubi narrat, obsidionem a Philippo metuentes, Romam ablegasse quosdam, qui suppetias orarent. *Legati Atheniensium auditi. Senatus inde consultum factum, ut sociis gratiæ agerentur, quod, diu sollicitati, ne obsidionis quidem metu fide decessissent.* Et postea. *In ipso apparatu belli legati ab rege Ptolemæo venerunt, qui nuntiarunt, Athenienses adversus Philippum petiisse ab rege auxilium. cæterum, etsi communes socii sint, tamen, nisi ex auctoritate populi Romani, neque classem, neque exercitum, defendendi aut oppugnandi cujusquam causa, regem in Græciam missurum esse.* Deinde. *Gratiæ regi a senatu actæ, responsumque; tutari socios, populo Romano in animo esse.* Certe fœdus cum Romanis inierunt rege Demetrio, Philippi patre; a quo eos libertatem, & rempublicam, recepisse, supra dixi. Et refert circa istud tempus Zonaras, *Annal.* II. Καὶ πρὸς Ἀθηναίους δὲ φιλίαν (οἱ Ῥωμαῖοι) ἐπεποιήκεισαν· καὶ τῆς πολιτείας σφῶν, καὶ τῶν μυστηρίων, μετέσχον. *Sed & cum Atheniensibus amicitiam (Romani) fecerant; & civitatem cum eis ac mysteria sociaverant.* Libertatem autem suam tenuere illibatam usque ad Vespasianum; isque eripuit, cum nimirum Achajam totam, in provinciam redactam, tributum dare, & leges quoque Romano-

rum accipere jussit: ut narrat Suetonius, in *ejus Vita*, cap. VIII. Pausanias, in *Achaicis*; Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. IX. Pæanius, in *Eutropii Metaphrasi*; Orosius, *lib.* VII. *cap.* IX. Freculphus, *Chron.* Tom. II. lib. II. cap. I. Sed sub Nerva, ut videtur, & tributum est remissum, & libertas restituta. Conjicere liceat ex Aurelii Victoris istis verbis, in *ejus Vita. Quicquid antea pœnæ nomine tributis accesserat, indulsit; afflictas civitates relevavit.* Quæ totidem verbis, hinc descriptis, Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. X. & Freculphus, *libro citato*, cap. VIII. Sane restitutam illis libertatem, clarum e nepote Plinio; qui, ut notum, sub Trajano, Nervæ ejus successore, ad Maximum, Achajæ ordinandæ missum, ita scribit, *lib.* VIII. *epist.* XXIV. *Cogita te missum in provinciam Achajam, illam veram, & meram, Græciam; in qua primum humanitas, literæ, etiam fruges, inventæ esse creduntur: missum ad ordinandum statum liberarum civitatum; id est, ad homines maxime liberos; qui jus, a natura datum, virtute, meritis, amicitia, fœdere denique, & religione tenuerunt.* Et mox. *Nihil ex cujusquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex jactatione decerpseris. Habe ante oculos, hanc esse terram, quæ nobis miserit jura; quæ leges non victa acceperit, sed petentibus dederit: Athenas esse, quas adeas; quibus reliquam umbram, & residuum libertatis nomen eripere, durum, ferum, barbarumque est.* Verum tamen potius inane nomen, & umbra quasi, uti est in verbis Plinii, ista fuit; adeoque privilegia magis quædam, quam antiquam illam, & plenam, neque domino ulli obnoxiam, libertatem habuere. Vides apud Spartianum, in *Septimio Severo. Athenas petiit, studiorum sacrorum causa; & operum, ac vetustatum: ubi cum injurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia, jam Imperator, se ultus est.* Itaque Archontes suos non jam ipsi statuebant, sed impositos a Romanis accipiebant. Inde est, quod Hadrianus, necdum Imperator factus, magistratu illo functus ibi legitur. Spartianus, in ejus Vita. *Item Hadriæ quinquennalis, quasi in alia patria; & Athenis, Archon fuit.* Et Gallienus, cum Imperium deferretur. Trebellius, in *ejus Vita*. *Cum tamen sibi milites dignum principem quærerent: Gallienus apud Athenas Archon erat.* Eodem modo τὸν στρατηγὸν Imperator constituebat; uti ostendi *De Archontibus* lib. I. cap. IX. Etiam professores dabat, uti supra a me dictum, *cap.* VIII. Certe Athenas legibus Romanorum usas, sat testatur iste Eunapii quoque locus, in *Proæresio*. Ἔδει γὰρ πολλοὺς εἶναι, κατὰ τὸν νόμον τὸν Ῥωμαϊκὸν Ἀθήνησι, τοὺς μὲν, λέγοντας· τοὺς δὲ, ἀκούοντας. *Oportebat enim multos esse ex constitutione Romana Athenis, partim dicentes, partim audientes.* Quin Proconsuli parebant, isque illis jus dicebat. Videmus clare apud Eunapium, in *sophista Juliano*, Ἀνεφέρετο δὲ ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον ἡ δίκη· καὶ ὃς, βαρύς τις εἶναι καὶ φοβερὸς ἐνδεικνύμενος, καὶ τὸν διδάσκαλον συναρπασθῆναι κελεύει, καὶ τοὺς κατηγορηθέντας, ἅπαντας, δεσμώτας, ὥσπερ τοὺς ἐπὶ φόνῳ, κατακεκλεισμένους. *Sed ad Proconsulem lis referebatur. Et is declarari volens ut tetricus quidam & metuendus, tum doctorem corripi jubet, tum accusatos omnes, vinctos ut cædis reos, inclusos.* Et in *Proæresio*. Πρὸς δὲ τὸ μέγεθος τῆς Προαιρεσίου φύσεως, στάσεως νεανικῆς, καὶ μάλα σφοδρᾶς, γενομένης, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐς τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ στάσις, ὥστε τὸν ἄνδρα ἐξόριστον τῶν Ἀθηνῶν εἰργάσαντο, δεκάσαντες τὸν ἀνθύπατον. *Ad magnitudinem vero indolis Proæresii, seditione juvenili & maxime vehementi exorta, reliquorum omnium in tantum valuit factio, ut eum virum extorrem Athenis expulerint, largitionibus corrupto Proconsule.* Et occurrit crebra illic ejus mentio. Synesius quoque porticus τῆς Ποικίλης tabulas a Proconsule ablatas dicit, *Epist.* CXXXV. Καὶ νὴ Δία τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην. ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος. *Et per Jovem, porticum Pœcilen (Variam) illam cognominem philosophiæ Chrysippi, nunc non amplius Variam. Nam Proconsul tabulas abstulit, quibus infixerat artem ille ex Thaso Polygnotus.* Mansere autem desolatæ, quales eas effecisse Syllam dixi, usque ad tempora Hadriani Imperatoris. Ille sedulo instauravit. Hieronymus, & ex eo Cassiodorus in *Chronico*. *Hadrianus, cum insignes, & plurimas, ædes fecisset Athenis, agonem edidit, bibliothecamque miri operis exstruxit.* Hermannus Contractus, item in *Chronico*. *Adrianus Athenas ampliavit ædificiis plurimis.* Ac quod ædificia attinet, speciatim ea in *Atticis* a Pausania recensentur; meminitque in partem etiam Spartianus. *Ad Orientem profectus, per Athenas iter fecit; atque opera, quæ apud Athenienses cœperat, dedicavit: ut Jovis Olympii ædem, & aram sibi.* Verum præter ista dedit & pecuniam, & frumentum item annuum, Cephaleniamque totam. Xiphilinus, in *ejus Vita*. Ἀδριανὸς δὲ χρήματά τε πολλὰ, καὶ σῖτον ἐτήσιον, τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην, τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. *Hadrianus vero & pecunias multas, & frumentum annuum, ac totam Cephaleniam Atheniensibus donavit.* Et beneficiorum quidem Hadriani monumentum Inscriptio Vetus ista habet, Operis Gruteriani *pagina* MLXXVII.

ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ.
ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ Κ ΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ

Hæ sunt istæ Athenæ Thesei quondam urbs.
Hæ sunt istæ Athenæ Hadriani & nequaquam Thesei urbs.

Ac partem Urbis, tam magnifice instauratam, a se ipse *Hadrianopolim* appellavit. Spartianus, in *ejus Vita*. *Cum titulos in operibus non amaret, multas civitates Hadrianopolis appellavit; ut ipsam Carthaginem, & Athenarum partem.* Totæ autem vulgo *Novæ Athenæ* dictæ. Inscriptio Vetus ista docet, Operis jam nominati *pag.* CLXXVII.

IMP. CÆSAR. T. ÆLIVS. HADRIANVS. ANTONIVS
AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P
AQVÆDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS. COEPTVM. A. DIVO
HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMMAVIT. DEDICAVITQ.

Non assentior viris doctis, qui Athenis in Liguria hæc adscribunt. Et hoc ipso, ut existimo, respectu Manilius, inferioris ævi Scriptor, cum de peste illa ageret, quæ grassato bello Peloponnesiaco, discriminis causa, *Antiquas* dixit, quia *Novæ* sua ætate dicerentur. Ecce enim, *lib.* I.

Qualis Erechtheos pestis populata colonos,
Extulit antiquas per funera pacis Athenas.

Neque ædes Urbi tantum, aut templa, dedit, sed & leges. Marianus, in *Chronico*, in anno Imperii ejus VI. *Adrianus Atheniensibus, leges petentibus, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris, jura composuit.* Præterea, sacris Eleusiniis initiatus, beneficia contulit, & agonem item edidit. Spartianus. *Post hoc per Asiam, & insulas, ad Achajam navigavit, & Eleusinia sacra, exemplo Herculis, Philippique, suscepit: multa in Athenienses contulit, & pro agonothea resedit.* Iterum alibi. *Athenis mille ferarum venationem in stadio exhibuit.* Hadriani beneficia continuavit Antoninus Pius, qui successit; ac perfecit aquæductum, pridem ab eo inchoatum. Vides in Inscriptione præ-

cedenti. Magnos quoque Marcus Antoninus Philosophus honores dedit, & doctores omnis generis, annuamque his mercedem, uti supra a me dictum, *cap.* VIII. Mox iniquior Severus, quadam offensa, cum studiorum illic causa versaretur, privilegia ipsis minuit. Spartianus, in *citatis* supra *verbis*. *Athenas petiit, studiorum sacrorumque causa, & operum, ac vetustatum: ubi cum injurias quasdam ab Atheniensibus pertulisset, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia, jam Imperator, se ultus est.* Inde sub Valeriano, postquam Scythæ imminerent, denuo instaurata mœnia, quæ destructa ad id tempus jacuere usque a Syllana clade, annos circiter trecentos quinquaginta. Zosimus, *lib.* I. Παρελθὼν δὲ Βαλεριανὸς κοινῇ γνώμῃ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ πράγματα εὖ διαθεῖναι. Σκυθῶν δὲ ἐξ ἠθῶν ἀναστάντων, καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τούτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσοικα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς χωρία ληϊζομένων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου· μόλις δὲ, καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ, τῆς πολιορκίας λυθείσης, τῶν ἔνδον καρτερῶς ἀντισχόντων, ταραχαῖς ἡ Ἑλλὰς ἐξητάζετο πᾶσα. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν τοῦ τείχους ἐπεμελοῦντο, μηδεμιᾶς, ἐξότε Σύλλας τοῦτο διέφθειρεν, ἀξιωθέντος φροντίδος. *Communi consensu ad omnium rerum imperium promotus Valerianus, satagebat rempubl. bene constitui. Scythæ autem quum ex sedibus suis exsurgerent, & Marcomanni præter hos infesto impetu vicinas imperio Romano terras vastarent, Thessalonice ad extremum periculi venit. Aegre autem & cum magna molestia obsidio dissoluto, quum qui intus erant fortiter resisterent, tumultibus Græcia movetur universa: & Athenienses quidem murum instaurant, nulla, postquam ab Sulla fuerat disjectus, cura renovatus.* Et Zonaras, *Ann.* II. Ο. Σκύθαι τὸν Ἴστρον διαβάντες, καὶ αὖθις τὴν Θρακώαν χώραν ἠνδραποδίσαντο, καὶ πόλιν περιφανῆ τὴν Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκησαν μὲν, οὐ μέντοι καὶ εἷλον. εἰς δέος δὲ τοσοῦτον ἅπαντας περιέστησαν, ὡς Ἀθηναίους μὲν ἀνοικοδομῆσαι τὸ τεῖχος τῆς ἑαυτῶν πόλεως, καθῃρημένον ἐκ τῶν τοῦ Σύλλα χρόνων. *Scythæ Istrum transgressi, & rursus Thracicam regionem subjecerunt, & urbem eximiam Thessalonicen oppugnarunt quidem, non tamen ceperunt. In tantum vero metum cunctos conjecerunt, ut Athenienses quidem repararent murum urbis suæ, disjectum ex temporibus Sullæ.* Ac captæ sane nihilominus paullo post sub Gallieno. Zosimus, *libro citato*, in Imperio Gallieni. Τῶν δὲ Σκυθῶν τὴν Ἑλλάδα κάκιστα διαθέντων, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς ἐκπολιορκησάντων, Γαλλιηνὸς μὲν ἐπὶ τὴν πρὸς τούτους μετῄει μάχην, ἤδη τὴν Θρᾴκην καταλαβόντας. *Scythis vero Græciam pessime vexantibus, atque ipsas Athenas expugnantibus, Gallienus quidem ad bellum contra eos transibat, quum jam Thraciam subjecissent.* Cedrenus accidisse tradit sub Claudio, ejus successore; ac parum sane abfuisse, quin libros omnes, in unum congestos, igne exurerent. Κλαύδιος ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. οὗτος πάππος γέγονε Κωνσταντίου, τοῦ πατρὸς Κωνσταντίνου τοῦ ἁγίου, καὶ μεγάλου. Ἐπὶ τούτου οἱ Σκύθαι περάσαντες, καὶ τὰς πόλεις πορθήσαντες, παραλαβόντες δὲ τὰς Ἀθήνας, συνήγαγον πάντα τὰ βιβλία, καὶ ἠβούλοντο καῦσαι, εἰ μή τις ἐξ αὐτῶν, κρείττον τῶν ἄλλων κατὰ πολὺ φρονῶν, ἐκώλυσεν αὐτούς. *Claudius imperavit annos duos. Iste fuit avus Constantii, qui pater Constantini sancti & magni. Cujus tempore Scythæ cum transissent, urbesque vastavissent, immo & ipsas Athenas occupavissent, congesserunt omnes libros, volueruntque comburere, nisi quis ex turba eorum, multo reliquis solertior, eos impedivisset.* Item Zonaras, in rebus Claudii, *Ann.* II. Οἱ Βάρβαροι δὲ πολλὰς μὲν κατέδραμον χώρας, τὴν δέ γε Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκουν, ἀλλ᾽ ἐκείνης μὲν τῆς πόλεως ἀπεκρούσθησαν· ἐπελθόντες δὲ ταῖς Ἀθήναις, εἷλον αὐτὰς, καὶ συναγαγόντες πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει βιβλία, καῦσαι ταῦτα ἠβούλοντο. εἷς δέ τις τῶν συνετῶν παρ᾽ αὐτοῖς δοκούντων, ἀπεῖρξε τοὺς ὁμοφύλους τοῦ ἐγχειρήματος. *Barbari vero incursarunt multas quidem terras, Thessalonicam autem oppugnabant. Sed ab ea quidem urbe sunt repulsi. Cæterum ipsas Athenas aggressi ceperunt, & congerentes cunctos in urbe libros voluerant eos cremare. Sed unus eorum qui prudentes videntur in illis, populares arcuit ab hoc incepto.* Sed quam facile Urbem ceperant, tam mox etiam amiserunt, Cleodemo vindicante; qui, cum fuga evasisset, coactis copiis, & navali pugna aggressus, partim eos profligavit, partim Urbe capta excedere, & salutem fuga quærere coegit. Zonaras *ibidem*. Κλεόδημος, Ἀθηναῖος ἀνὴρ, διαδρᾶναι ἰσχύσας, καὶ πλῆθος συναγαγὼν, μετὰ πλοίων ἐκ θαλάσσης ἐπῆλθεν αὐτοῖς· καὶ πολλοὺς ἀνεῖλεν, ὡς καὶ τοὺς παραλειφθέντας ἐκεῖθεν φυγεῖν. *Cleodemus, vir Atheniensis, quum valuisset evadere, etiam collecta multitudine cum navibus ex mari illos invasit; multosque occidit, ita ut etiam superstites inde fugerent.* Post hæc Constantinus Magnus beneficia non exigua illis contulit, verbis pariter atque operibus varie ornans. Julianus de eo, in *Orat.* I. Καλὸν ἴσως ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι· ἃς ἐκεῖνος ἔργοις, καὶ λόγοις, τιμῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλει. *Pulchrum fortassis hoc loco etiam meminisse celebrium Athenarum; quas ille operibus & verbis honorare omni tempore perseverabat.* Inter cætera istud fuit, quod præfectum Magni Ducis titulo cohonestaverit. Nicephorus Gregoras, *lib.* VII. Ὁ δὲ Ῥωσικὸς τήν τε στάσιν, καὶ τὸ ἀξίωμα, τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου· ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς, τὸ τοῦ Πρίγκιπος· ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς, τὸ τοῦ μεγάλου δουκός. *Sed Rosicus stationem & dignitatem Præpositi mensæ adipiscitur ab magno Constantino: Peloponnesiacus vero Principis; qui vero Atticæ & Athenarum præfectus esset Magni Ducis.* Constans, petente Proæresio, insulas multas est largitus. Eunapius, in *Proæresio*. Ὁ δὲ βασιλεὺς (Κώνστας) ἀπιόντα πάλιν Ἀθήναζε καὶ δωρεὰν αἰτεῖν ἔδωκεν. ὁ δὲ, τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄξιον ᾔτησε, νήσους οὐκ ὀλίγας, οὐδὲ μικρὰς, εἰς ἀπαγωγὴν φόρου, κατὰ σιτηρέσιον ταῖς Ἀθήναις. *Imperator vero (Constans) discedentem rursus Athenas liberalitatem quoque rogare concessit. Ille autem rogavit aliquid indole sua dignum, insulas non paucas nec parvas ad delationem tribuit, quo frumenti copia fieret Athenis.* Sub Arcadio, & Honorio, Alarichus cepit quidem illas, verum damni nihil dedit, deterrente cum Minerva, tum Achille. Narrat Zosimus, *lib.* V. Σπεύδων τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν Ἀλάριχος, οὐκ ἐπέμενε τῇ τούτων (τῶν Θηβῶν) πολιορκίᾳ. Θηβαίων τοίνυν διὰ τοῦτο ἐκπεφευγότων, ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐχώρει, ῥᾷστα τὴν πόλιν οἰόμενος ἑλεῖν, ἔκ τε τὸ μέγεθος τῶν ἔνδον φυλαχθῆναι οὐ δυναμένην. καὶ προσέτι, τοῦ Πειραιῶς ἐχομένου, σπάνει τῶν ἐπιτηδείων μετ᾽ οὐ πολὺ πολιορκουμένους ἐνδώσειν. ἀλλ᾽ ὁ μὲν Ἀλάριχος, ἐν ταύταις ἦν ταῖς ἐλπίσιν. ἔμελλε δὲ ἡ τῆς πόλεως ἀρχαιότης, καὶ ἐν οὕτω δυσσεβέσι καιροῖς, θείαν τινὰ πρόνοιαν ὑπὲρ ἑαυτῆς ἀνασπάσασθαι, καὶ μένειν ἀπόρθητος. ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν καὶ πόλις περιεσώθη, θεοπρεπῆ τινὰ οὖσαν, καὶ εἰς εὐσέβειαν τοὺς ἀκούοντας ἐπικαλουμένην, σιωπῇ διελθεῖν. Ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιᾷ τῇ πόλει, τὸ μὲν τεῖχος ἑώρα ἐπινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔστιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, ὡπλισμένην, καὶ οἷον τοῖς ἐπιοῦσιν ἐνίστασθαι μέλλουσαν. τοῖς δὲ τείχεσι προεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρω, τοιοῦτον, οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδειξεν Ὅμηρος, ὅτε κατ᾽ ὀργὴν τῷ θανάτῳ τοῦ Πατρόκλου τιμωρῶν ἐπολέμει. ταύτην ὁ Ἀλάριχος τὴν ὄψιν οὐκ ἐνεγκὼν, πάσης μὲν ἀπέστη κατὰ τῆς πόλεως ἐγχειρήσεως, ἐπεκηρυκεύετο δὲ, καὶ προσδεξαμένων τοὺς λόγους, ὅρκους τε λαβόντων καὶ δόντων, εἰσῄει σὺν ὀλίγοις εἰς τὰς Ἀθήνας. τυχὼν δὲ φιλοφροσύνης ἁπάσης, λουσάμενός τε, καὶ κοινωνήσας ἑστιάσεως τοῖς ἐν τῇ πόλει λογάσι, καὶ προσέτι γε δῶρα λαβὼν, ἀπεχώρει, τὴν

τε πόλιν ἀβλαβῆ, καὶ τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν, καταλιπών. *Alarichus contendens capere Athenas, non inhæsit earum (Thebarum) expugnationi. Itaque quum idcirco effugissent Thebani, ad Athenas perrexit, facillime opinans se capturum urbem, quæ propter magnitudinem eorum, quæ intus erant, non posset defendi; ac præterea occupato Piræeo, commeatuum inopia obsessos non diu postea tradituros esse. Sed Alarichus quidem has spes fovebat. Verum antiquitas urbis etiam in tam nefariis malis divinam quandam providentiam pro se attractura erat, & mansura inexpugnabilis. Operæ prætium est causam quoque, per quam urbs conservata est, utpote divinam quandam, & audientes incitantem ad pietatem, silentio non præterire. Nam quum Alarichus omnibus copiis urbem aggressus esset, videbat muro inambulantem propugnatricem Minervam, prout eam videre licet in imaginibus, armatam, & velut oppugnaturis futuram adversariam; ante muros vero stantem Achillem heroa talem, qualem illum Trojanis exhibuit Homerus, quando per iram ulciscens Patrocli mortem pugnabat. Hunc visum non tolerans Alarichus, destitit quidem ab muro quacunque ratione tentando; sed caduceatorem misit, & quum colloquium admisissent, jusque jurandum & accepissent & dedissent, cum paucis ingressus est Athenas: exceptusque omni comitate, & balneis usus, epulisque cum militaribus in urbe communicato, atque etiam dona adeptus abiit, urbemque sine damno ac totam Atticam relinquens.* Sed an Zosimo, in narratione ista, fides constet, equidem vehementer dubito. Nam Scriptores temporis ejusdem alii plane eandem Athenarum quoque sortem, quam totius Græciæ, dicunt. Hieronymus, *ad Heliodorum* Epist. III. *Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant Barbari?* Et Claudianus, *in Ruffinum* lib. II.

Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Græcia clades;
Oppida semoto Pelopeja Marte vigerent;
Starent Arcadiæ, starent Lacedæmonis arces;
Non mare flagrasset primum, flagrante Corintho;
Nec fera Cecropias traxissent vincula matres.

Exstat quoque apud Eunapium, in *Maximi Vita*, hierophantæ vaticinium, de futura Græciæ calamitate, quam Alarichus illaturus; sed cum illic nulla Athenarum mentio speciatim, nihil nos juvare potest. Verum ego Hieronymi testimonium, & Claudiani, satisfacere hic existimo. Certo adeo misera Urbis facies tunc relicta fuit, ut Synesius, qui temporibus istis vixit, pelli compareт, quæ consumpto animali, sola restet. Verba ejus ista habes, *Epist.* CCCXXXV. Ὡς οὐδὲν ἔχουσιν αἱ νῦν Ἀθῆναι σεμνὸν, ἀλλ' ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα. καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου· οὕτως ἐνθένδε γε φιλοσοφίας ἐξῳκισμένης, λείπεται περινοστοῦντα θαυμάζειν τὴν Ἀκαδημίαν τε, καὶ τὸ Λύκειον, καὶ νὴ Δία καὶ τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας. νῦν οὐκέτι οὖσαν ποικίλην. *Quam nihil habent hodiernæ Athenæ venerandum, nisi inclita locorum nomina; & quasi pecudis consumptæ pellis residua est, indicium veteris quondam animalis. Ita, illinc philosophia emigrare compulsa, restat, ut circumiens admiretur Academiam, & Lyceum, & per Jovem quoque Pœcilen porticum, illam cognominem Chrysippi philosophiam, nunc non amplius variam.* Quin metallatores tantum quidam inhabitabant. Synesius, in *citata Epistola*. Αἱ δ' Ἀθῆναι, πάλαι μὲν πόλις, ἑστία σοφῶν· τὸ δὲ νῦν ἔχον, σεμνύνουσιν αὐτὰς οἱ μελιττουργοί. *Sed Athenæ, olim quidem urbs, focus sapientum; sed ut nunc est, apiarii eas honestant.* Postea renovavit Justinianus. Procopius Cæsariensis, περὶ κτισμάτων Ἰουστινιανοῦ, lib. IV. Πόλεις δὲ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσας, εἴπερ ἐντός εἰσι τῶν ἐν Θερμοπύλαις τειχῶν, ἐν τῷ βεβαίῳ κατεστήσατο εἶναι, τοὺς περιβόλους ἀνανεωσάμενος ἅπαντας. κατηρείψαν γὰρ πολλῷ πρότερον, ἐν Κορίνθῳ μὲν, γενομένων σεισμῶν ἐξαισίων· Ἀθήνησι δὲ, καὶ Πλαταιᾶσι, καὶ τοῖς ἐπὶ Βοιωτίας χωρίοις, χρόνου μήκει πεπονηκότας. *Urbes autem Græciæ universas, quæ sunt intra munimenta Thermopylarum, in solido ut essent, curavit, muros omnes renovans. Nam disjecti erant multo ante, Corinthi quidem per motus terræ violentos; Athenis autem, & Platæis, & in locis per Bœotiam spatioso tempore infirmati.* Ab hoc tempore, annis circiter septingentis, seu deliquium est Historiæ, seu Fortunæ lassæ quies, omnino nec fecere quicquam, neque passæ; certe nihil litterarum monumentis consignatum invenitur. Tandem, Balduino Flandro Imperatore, Leo Scurus obsidere est aggressus. Nicetas Choniates, in *Balduini ejus Vita*. Καὶ προϊὼν ἀεὶ τοῖς ληστεύμασι (Λέων ὁ Σγουρὸς,) εἶτα καὶ ταῖς Ἀθήναις αὐταῖς προσήραξε μετὰ πολεμικῶν νηῶν, καὶ τὸν Ἰσθμὸν διελθόντος στρατεύματος, ἐλπίσι θαλπόμενος, ὡς εὐμαρῶς κρατήσει τῆς ἀκροπόλεως. *Et per prædationes semper procedens (Leo Sgurus,) mox etiam Athenis ipsis se impegit cum bellicis navibus, etiam Isthmum transgresso exercitu, illectus magna spe, quasi facile esset occupaturus arcem.* Sed mox destitit, ut Nicetas illo ipso loco narrat. Brevi tamen interjecto temporis spatio rursum Bonifacius Marchio obsidet, capit, & præsidium arci imponit. Nicetas postea *ibidem*. Προϊὼν δὲ (de Bonifacio isto loquitur) κρατεῖ καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τῇ ἀκροπόλει φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. *Progressus vero obtinet ipsam quoque Atticam, & arci præsidium imponit.* Postea Delues quidam tenuit, ex Arragonum regum genere. Laonicus Chalcocondyles *lib.* II. Δηλουῆς δὲ, ὁ τῆς γυναικὸς ἀνὴρ, πρόσθεν ἐτετελευτήκει νόσῳ. ἦν δὲ οὗτος γένος τῶν Ταρρακονησίων βασιλέων. καὶ ὁπότε οὗτος ἀπὸ Ἰταλίας ἀφικόμενος ἐπὶ Πελοπόννησον, κατέσχε τὴν Ἀττικὴν ἅμα καὶ Βοιωτίαν, πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ. *Delues autem, fœminæ maritus, prius morbo perierat. Is vero erat ex genere Tarraconensium regum. Et quum ille ab Italia profectus in Peloponnesum obtinuit Atticam pariter ac Bœotiam præter Peloponnesum.* Hoc defuncto, occupavit Bajazethes, Turcarum princeps; & præfectum ei dedit; ut Laonicus idem *ibidem* nobis auctor. Hinc cepere Catelani, sub Andronico Palæologo seniore. Nicephorus Gregoras, *lib.* VII. Οἱ μέντοι Κατελάνοι. ἀναθαρρήσαντες πρὸς τὰ δρώμενα, παντοδαποῖς κυκλωσάμενοι βέλεσιν, τούτους μὲν ἅπαντας ᾄρδην κατέσφαξαν, κἄπειτα, εὐθὺς ἐκεῖθεν ἐξιππασάμενοι, τοὺς φεύγοντας κατόπιν ἐδίωκον, ἄχρι Θηβῶν τε καὶ Ἀθηνῶν· ἃς δὴ καὶ, ἀπροσδοκήτως ἐπεισπεσόντες, ῥᾷστα χειροῦνται, αὐτοῖς χρήμασι, καὶ αὐταῖς γυναιξί τε καὶ τέκνοις. *Nihilominus Catelani, recepto spiritu ad ea quæ fiebant, innumeris telis circumvenientes, penitus quidem trucidarunt universos: ac deinde, statim illinc equitatu emisso, fugientes ab tergo persecuti sunt usque Thebas & Atticam; quas etiam ex inopinato invadentes, facillime capiunt cum opibus omnibus omnibusque fæminis & prole.* Catelanos Atticam quoque tenuisse, patet item ex Joanne Cantacuzeno, *Hist.* lib. III. cap. XII. *Catelani, Atticam & Bœotiam incolentes, velint, nolint, se nobis debent.* Hieronymus Paulus, in *Descriptione sua Barcinonis*, coloniam Catalanorum facit. *Et in Græcia quondam percelebres Athenæ, & Zacynthus insula, & Icossium in Africa, Catalanorum coloniæ fuerunt.* Hi sunt ipsi, quos Laonicus Celtiberos nobis dicit; & eripuisse iis Rainerium quendam Acciaiolum, Florentinum, Venetil-

netisque reliquisse. Verba ista, *lib.* IV. Τήν τε Ἀθηνῶν πόλιν, ἀφελόμενος ταύτην τὸ πρόσθεν (ὁ δὲ Ῥαινέριος) τοὺς Κελτίβηρας ἀπὸ Ναβάρας, εἶχον γὰρ δὴ καὶ ταύτην οἱ Ἴβηρες, καταστρεψάμενος, κατέλιπε τοῖς Οὐενετοῖς. *Et Athenarum urbem, quum abstulisset eam antea (dux Rainerius) Celtiberos ab Navara (etenim habebant illam Hispani) quum evertisset, reliquit Venetis*. Venetis vero statim eripuit Antonius, Rainerii ejus filius nothus. Laonicus *ibidem*. Τούτῳ τῷ ἡγεμόνι (τῷ Ῥαινερίῳ) παῖς ἐγένετο νόθος· ἀπὸ γὰρ τῆς Εὐβοΐδος αὐτῷ γυναικὸς ἄῤῥενος οὐκ ἔτυχε γόνου. νόθῳ δὲ τῷ παιδὶ ἦν ὄνομα Ἀντώνιος. οὗτος δὴ οὖν ἐπὶ τοὺς Οὐενετοὺς ἐξενήνεγκε πόλεμον, καὶ τὰς Ἀθήνας ἐπολιόρκει, προσέχων ἐντεταμένως. *Huic duci (Rainerio) filius erat nothus: nam ab Euboica uxore non contigit illi proles mascula. Notho huic autem filio nomen erat Antonius.. Iste igitur contra Venetos bellum gessit, & Athenas oppugnat, instans acriter & contente*. Et paulo post. Καὶ ἀπιὼν αὖθις εἰς τοὐπίσω· ἐπολιόρκει τὴν Ἀθηνῶν πόλιν, ἐς ὃ δὴ προδοσίαν αὐτῷ συνθεμένων τῶν Ἀθηναίων, τήν τε πόλιν κατέσχε, καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον πολιορκῶν τὴν ἀκρόπολιν, παρεστήσατο, καὶ ἐτυράννευσε τῆς τε Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας. *Et rursum discedens retrorsum, oppugnabat Athenarum urbem, ad quod proditionem cum eo paciscentibus ipsis Atheniensibus, & urbem obtinuit, & non multo post aggressus arcem devicit, & dominatus fuit Attica Bœotiaque*. Ab eo tempore Acciaioli annos aliquot tenuere; Nerius, Antonii hujus consanguineus: inde Antonius, ejus frater; Nerio ipso, ut imbelli, deturbato: post hunc Nerius idem iterum, fratre Antonio defuncto, cui uxor mox successit; quæ dejecta propter crimen, successorem Francum habuit, Antonii secundi filium. Atque hæc omnia observare est apud eum, quem jam dixi, Chalcocondylam, *libro sexto*, item *nono*. Et Antonius quidem iste est, quem Comneni cognomento nominat Georgius Phranzes, *Chronici* lib. II. cap. X. *Ineunte æstate anni* 6943. *Christi* 1435. *Athenarum & Thebarum dynasta, Antonius Bantzioles* (quod corruptum, ex *Acciaiolus*) *Comnenus naturæ concessit*. Antea, in eodem capite, sine isto Acciaioli cognomento, Antonius Comnenus dicitur, *illis verbis*. *Anno* 6942. *Christi* 1434. *die Januarii septimo, rursum legatione ad Antonium Comnenum, Athenarum dominum, nec non ad Ameram, & ad Imperatorem denique functus sum*. Sub Franco autem iterum denique in Turcarum potestatem pervenere, compellente eum Omare, Mahometis legato; etiam tunc admirandæ, ut Laonicus nobis testis, *lib.* IX. Οὕτω μὲν δὴ Ἀθῆναι ὑπὸ βασιλεῖ (τῶν Τούρκων) ἐγένοντο, παραστησαμένου Ὀμάρεω. τότε δὴ περιιὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν πόλιν, τήν τε ἀκρόπολιν, θεώμενος, ἐν θαύματι ἐποιεῖτο. *Ita quidem Athenæ sub dominum (Turcarum) redactæ sunt, urgente Omare. Tunc igitur victor Imperator, urbemque & arcem inspectans, miraculi instar habuit*. Idque factum anno Christi cIↃ CCCCLV. Qua occasione autem Turcæ ceperint, & quo modo, habes item apud eundem Chalcocondylam, jam *citato libro nono*. Quis earum autem status illo tempore fuerit, scire possumus ex Ænea Picolomineo, de statu Europæ sub Friderico III. Imp. usque ad annum cIↃ CCCCLVIII. Is ita refert, *cap.* VI. *In hac (Attica) civitas Atheniensis quondam nobillissima fuit, nullius indiga præconii; tanta ejus superfluit claritas. Eadem nostro tempore parvi oppidi speciem gerit. In eo tamen saxo, quo vetustum Minervæ templum fuit, arx est per omnem Græciam nominata, cum operis magnitudine, tum difficultate oppugnationis. Hanc Florentinus quidam Mahometi tradidit; cum, imploratis Latinorum auxiliis, nullius opem inveniret*. Simeon Cabasilas, in *Epistola, ad Martinum Crusium* scripta, anno cIↃ IↃ LXXVIII. tradit, etiamnum circuitum septem instar mille passus, ac duodecim circiter millia habitantium, continere; partem unam Ismaelitis, alteram vero Christianis incolentibus & extare templum adhuc IGNOTI DEI, regiamque marmoribus, columnisque maximis exstructam; in cujus porta versus iste, supra nobis memoratus, habeatur.

> Αἵδ᾽ εἰσ᾽ Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις.
> *Hæ sunt Athenæ, Thesei quondam urbs.*

Verba Cabasilæ ecce ista. Πάλαι μὲν τὸ τῶν Ἀθηνῶν ἄστυ τρίπλοκον ἦν, καὶ ἅπαν οἰκούμενον. νῦν δὲ, τὸ μὲν ἐσώτερον, ὅπερ ἀκρόπολις, ἐν ᾧ καὶ ναὸς τῷ ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ, ἅπαν ὑπὸ μόνων Ἰσμαηλιτῶν οἰκούμενον. τὸ δὲ ἐκτὸς, τὸ ἀνὰ μεταξὺ φημὶ, ὅλον ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν. τοῦ δ᾽ ἐξωτέρου, ἐν ᾧ καὶ βασίλεια, διὰ μαρμάρων, καὶ κιόνων μεγίστων, ἐφ᾽ ὧν τῆς πύλης περιγέγραπται μονόστιχον, καὶ ἔτι σωζόμενον.

> Αἵδ᾽ εἰσ᾽ Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις.

τὸ τρίτον, οἰκούμενον· ὅλον δὲ, ἐν ὅσῳ οἱ ἄνθρωποι ὄντες τυγχάνουσιν, ἔχει ἄνδρας τὸν ἀριθμὸν χιλιάδας δώδεκα· ἀφ᾽ ἕξ, ἢ ἑπτὰ μιλίων περιεχόμενον. *Antiquitus quidem Athenarum urbs erat triplex, ac tota habitata; nunc vero pars interior, ubi arx, in qua etiam templum* IGNOTO DEO, *omnis ab solis Ismaelitis incolitur: pars autem exterior, quod circiter medium dico, tota ab Christianis. Magis autem externæ, in qua etiam regia ex marmoribus & columnis maximis: in quorum porta circumscriptum est monostichum, nunc quoque servatum.*

> *Hæ sunt Athenæ, Thesei quondam urbs.*

tertia pars habitata: totum vero, in quanto spatio homines morantur, habet hominum numero millia duodecim; ab sex aut septem milliaribus comprehensum. Ecce autem, e ducentis quæ fuerunt olim, stadiis, uti supra a me ostensum, quinquaginta vix supersunt; & redactæ ad quartam partem magnitudinis priscæ Athenæ. Itaque non injuria sane, quod Synesius, uti supra a me dictum, animali, cujus pellis tantum restet, comparabat Theodosius Zygomalas, in quadam *Epistola*. Ἀλλὰ τί, τῶν Ἀθηνῶν μνησθεὶς, μακρολογῶ, δέρμα λειφθείσας τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου. *Sed quid, reminiscens Athenarum, longos sermones facio, quæ pellem reliquerunt animalis pristini*. Et tributum puerorum pendunt Turcæ. Indicat Antonius, Eparchus Corcyræus, in *Elegia*, qua deplorat Græciæ eversionem.

> Ἔγρεο Ταρταρίων ποτὲ κευθμώνων ἄπο Θησεῦ,
> Ὄμμασι μυδαλέοις Κεκροπίην δ᾽ ἔσιδε,
> Μυρίον αὖθις πέμπουσαν κρατερᾶς ὑπ᾽ ἀνάγκης
> Οὐχ ἕνεκ᾽ Ἀνδρόγεω δασμὸν ἀπ᾽ ἠϊθέων.

> *Expergiscere Tartaricis ab lectis, Theseu,*
> *Et oculis madidis Cecropiam specta.*
> *Decem millia rursus mittentem violenta ab necessitate*
> *Non propter Androgea tributum ab pueris.*

Unicumque fere studium, oleum facere; & hoc quæstu vitam tolerant Theodosius Zygomalas, in *Epistola* quadam sua scripta *ad Crusium* anno cIↃ IↃ LXXXI. Ποταμοὶ δὲ, ὁ Κηφισσὸς, καὶ ὁ Ἰλισσός. τούτων τῶν ποταμῶν τοῖς ὕδασι ποτίζουσιν Ἀθηναῖοι τὰ δένδρα τῶν ἐλαιῶν, χιλιάδες ὄντα πολλαί. καὶ ἔλαιον ποιοῦσι, δι᾽ οὗ Κωνσταντινούπολις, καὶ ἄλλαι πόλεις, ἐξαρκοῦνται. καὶ Ἀθηναῖοι χρήματα πολλὰ λαμβάνουσι, διὰ τὰς χρείας, ἃς ἔχουσιν, ἐξοικονομούμενοι δεόντως. *Fluvii vero Cephissus & Ilissus: horum fluviorum aquis irrigant Athenienses truncos olearum, quarum multa millia: & oleum faciunt, unde Constantinopolis & alia*

urbes commeatum accipiunt. Et Athenienses multas acquirunt pecunias per utensilia. quæ habent dispensantes commode per exteros. Sed quæ Urbis, hæc fortuna & linguæ fuit; atque ut illa, ita ista plurimum degeneravit. Ac vis scire? cum sint septuaginta amplius tota Græcia dialecti, omnium tamen pessima est Atheniensium. Simeon Cabasilas, in *citata* statim *Epistola*. Περὶ δὲ τῶν διαλέκτων, τί ἂν καὶ εἴποιμι, πολλῶν οὐσῶν, καὶ διαφόρων, ὑπὲρ τῶν ἑβδομήκοντα; τούτων δ' ἁπασῶν, ἡ τῶν Ἀθηναίων χειρίστη. *Sed de dialectis quid tandem dicam, quæ multæ sunt & diversæ, ultra septuaginta: harum vero omnium pessima est Atheniensium.* Theodosius Zygomolas, in *Epistola* quadam alia. Καὶ τὸ δὴ χείριστον, τοὺς ποτὲ σοφωτάτους Ἀθηναίους εἰ ἠκούσας, δακρύων ἂν ἐγένου μεστός. ὅσον γὰρ ὑπερεπερίσσευσέ ποτε ἡ καθαρὰ, καὶ ἄδολος, τῶν Ἑλλήνων φωνὴ, A τόσον ἡ βάρβαρος ἐπληθύνθη, καὶ ἀκούεται ἔξοχα πάντων, *Et quod est pessimum, illos quondam sapientissimos Athenienses si audires, existeres lacrimarum plenus. Quantopere enim excelluit quondam ista pura & incorrupta Græcorum lingua, tantopere invaluit barbarica, & auditur eximie præter omnes.* Et in alia. Ἡ πλέον δὲ βάρβαρος, ἐστὶν ἡ τῶν Ἀθηναίων. ἥτις ἦν, ὅτε ὑπῆρχεν, ἀρίστη. ἥν τις εἰ εἴπῃ καταδιάμετρον τῇ πάλαι, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. *Maxime autem barbarica est Atheniensium; quæ erat, quum exstaret, optima; quam si quis dicat accuratissime adversam antiquæ,* B *non erraverit.* Quin ne nomen quidem suum Urbi incorruptum mansit ac *Sathines* nuncupatur, ceu Σαθήνας, quod est Εἰς Ἀθήνας, diceres. Jure merito hoc Maronis usurpaverim;

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

F I N I S.



JOANNIS MEURSII
ATTICARUM LECTIONUM
LIBRI VI.

IN QUIBUS

ANTIQUITATES PLURIMÆ, NUNC PRIMUM IN LUCEM ERUTÆ PROFERUNTUR:

NUNC EX IPSIUS AUCTORIS CHIROGRAPHO AUCTI.

VIRO MAGNIFICO, AMPLISSIMOQUE

JACOBO DYCKIO,

SERENISSIMI SVECORUM REGIS CONSILIARIO, ET AD ILLUSTRISSIMOS BELGII FOEDERATI ORDINES LEGATO ORDINARIO,

JOANNES MEURSIUS

DEDICO, CONSECROQUE.



ANDEM mihi advenit dies, Vir Magnifice & Amplissime, quem jam aliquandiu optavi. Nempe hoc, quod cupiebam, erat; ut & fidem apud te meam liberarem, & studium meum, atque observantiam, palam facerem. Nam, ut verum tibi fatear, ex quo tempore Bona Fortuna de meliore tibi nota me commendavit, omnibus modis enitendum mihi putavi, ut judicii istius tui ratio tibi constare posset; egoque me illum ostenderem esse, quem non immerito amandum tibi proposuisses. Habe igitur Atticas Lectiones *nostras, eaque benivolentia accipe, qua insitata admodum Auctores hactenus es complexus. Non poteram iis meliorem patronum quaerere; cujus humanitas in tam alto dignitatis istius fastigio adeo magna est, ut in dubio fere reliqueris, utra major censeri debeat. Certe vel ab uno congressu animos omnium benigno vultu, ac verbis blandis, ita devincere soles; ut cum etiam a te discesserint, apud te tamen, & in potestate tua, quisque suum reliquisse sese sentiat. Inprimis vero illis totum te expandis; si quos Musae, Gratiaeve, commendaverint: ita ut literata ingenia, ceu* Batavicum *Maecenatem, te suspiciant, venerenturque. Inde factum, ut postquam humanitas illa tua, a Rege tuo tam sublimi in loco posita, inclarescere magis coepit, praestantissima quaeque ingenia, quibus hodie universam adeo Europam una nostra Batavia provocat, sua tibi monumenta certatim obtulerint. Nihil auribus tuis dabo; nam & animus paullo erectior, & naturae meae genius, a blanditiis alienum me fecerunt: sed virtutes uniuscujusque pretio aestimare recte possum, & debita laude ingenne ornare: quamobrem haec ex animi sententia dicta affirmo. Ad humanitatem tuam tam insignem Virtus nihilo minor accedit, & Prudentia; quae utraque, cum te in Sveciam tua fortuna transtulisset, ita Regi ejus Carolo commendavit, ut consiliis statim suis adhibendum existimaret. Atque exinde ita illi te probasti, ut regni sui maxima negotia tibi crederet, ac legationes etiam frequentissimas demandaret, modo in* Galliam, *modo in magnam etiam* Britanniam, *tum ad Ordines quoque Belgii Foederatos. quas tu omnes ita quidem obiisti, ut & iis ad quos ablegatus esses, & qui ablegasset Regi, virtutem, fidem, ac prudentiam, approbares. Moxque Carolo defuncto, Gustavus Adolphus, ut regni, ita virtutis item paternae heres, Patris sui judicium secutus, dignitatem conservavit, Legatumque ordinarium apud Ordines Foederatos esse voluit. Quo in munere ita te per annos aliquot hic gessisti, ut Legatum simul Regi, civem vero Patriae etiam optimum praestares. Itaque tuae inprimis industriae est foedus illud inter Sveciam & hanc Remp. cujus ergo utraque ista sibi haud parum gratulatur, & beneficium tibi imputat. Nempe cum Fortuna tua effecisset, ut in terra extranea civis, in patria quasi extraneus esses, Virtus tua admirabili quadam arte in utrumque temperavit; ut, quod illa acquisivit, haec tamen retinuisse nihilominus videatur. Macte felicitate ista, & diu Regi, diu patriae porro vive; meque amare, tui longe observantissimum, constanter perge. Lugduni Batavorum, ad diem* XVI. *mensis Junii* CIↃ IↃ CXVII.

BENIGNE LECTOR.

ACCIPE *Lectiones* meas, quas ego *Atticas* indigetavi; non quod omnes, sed pleræque tales essent: operisque pars potissima titulo tuendo sufficere visa. Nihil ambitiose dicam, nec a modestia mea discedam. illud tantum; spem mihi esse, inventurum te hic non pauca, quæ probare sese possint: in cæteris conatum laudabis. Nihil ultra te morabor. Vale, &

ÆTERNITATEM COGITA.

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

LIBER II.

LIBER III.

INDEX CAPITUM.

LIBER IV.

INDEX CAPITUM.

LIBER V.

JOANNIS MEURSII ATTICARUM LECTIONUM LIBER I.

CAP. I.

Athenæ quam magnæ, & vetus Ἄϛυ. *Portæ, & earum nomina. Habitantium frequentia. Reditus annui. Harpocration emendatus. Urbes quot subjectæ. Copiæ militares. Classis. Strabo, & Plinius, restituti. Populi Athenienſis ſtatuæ, & picturæ.*

ATHENÆ Atticæ urbs celeberrima. Primi domos ibi poſuerunt Hyperbius & Euryalus fratres, cum antea pro iis ſpecus habitarentur. Plinius *lib.* VII. *cap.* LVI. *Domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis; antea ſpecus erant pro domibus.* Poſtea magnitudine Græciæ totius ceteras urbes ſuperarunt. Iſocrates in *Panegyrico*. ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τὴν πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι, καὶ μεγίστην. *In confeſſo enim quidem eſt noſtram urbem vetuſtiſſimam eſſe & maximam.* Unde μεγαλοπόλιες dicuntur a Pindaro *Pythionic.* Od. VII.

Κάλλιϛον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προοίμιον Ἀλκμανιδᾶν
Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ ——
Optimum grandurbes Athenæ
Prooemium Alcmæonidarum
Lati roboris generi.

Dicam de ea magis diſtincte. Dionyſius Halicarnaſſeus *Antiquit. Rom.* lib. IV. Romam comparat. Εἰ δὲ τῷ τείχει τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις, ἴχνη δέ τινα φυλάττοντι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἀρχαίας κατασκευῆς, βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τὸν Ἀθηναίων κύκλον τὸν περιέχοντα ἄϛυ, οὐ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ῥώμης φανείη κύκλος. *Sin autem muro, qui difficulter invenitur ob domos undique illum cingentes, ſed veſtigia quædam ſervante in multis locis* (vocem τόπους omiſerat Meurſius) *vetuſtæ fabricæ, voluerit eam metiri ad Athenienſium circuitum, qui urbem continet, non multo major apparuerit circuitus Romæ.* Iterum lib. IX. Τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ὄντος ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ὅσος Ἀθηναίων τοῦ ἄϛεος κύκλος. *Circuitu urbis per illud temporis tanto, quantus Athenienſium urbis circuitus.* Atque adeo circuitus dici iter erat. Ariſtides in *Panathen.* Τὰ δ' αὖ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς, τίς οὐκ ἂν ἄξια τῆς ὅλης τύχης εἴποι, καὶ τοῦ μεγάλου τῶν Ἀθηναίων ὀνόματος; τοῦτο μὲν αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ μέγεθος, μέγιϛον μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, κάλλιϛον δὲ τῶν πανταχοῦ. καὶ σιωπῶ τείχη καθήκοντά ποτε ἐπὶ θάλατταν, ἡμερησίας ὁδοῦ μῆκος τὰ σύμπαντα. *Rurſus illa, quæ pertinent ad magnitudinem & reliquam exſtructionem, quis non dixerit digna univerſa fortuna & magno Athenienſium nomine; partim quidem ipſum circulum urbis, maximum quidem Græcorum, pulcherrimum vero omnium. Et taceo muros pertinentes quondam ad mare, omnia diurni itineris ſpatium obtinentia.* Vis particulatim ſcire? Phalerici muri longitudo erat ſtadiorum XXXV. Urbis murus exterior, qui cuſtodiebatur, XLIII. ſtadia habebat; murus longus, ad Piræeum uſque, XL. Piræeus cum Munychia, LX.

A Accurate tradit Thucydides *lib.* II. Τοῦ τε Φαληρικοῦ τείχους ϛάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄϛεος. καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔϛι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα ϛαδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο. καὶ τοῦ Πειραιέως ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν ϛαδίων ὁ ἅπας περίβολος. *Et Phalerici muri ſtadia erant quinque & triginta uſque ad circuitum urbis; & ipſius hujus circuitus pars quæ cuſtodiebatur, tria & quadraginta patebat. Erat vero aliquid etiam ejus non cuſtoditum, nempe inter longum & Phalericum. Longi autem muri ad Piræeum quadraginta ſtadiorum,* B *quorum exterius latus ſervabatur. Et Piræei cum Munychia ſexaginta quidem ſtadiorum omnis ambitus.* Ergo ambitus hic univerſus ſtadiorum CLXXVIII. Huic conſentaneum eſt, quod Plutarchus Syracuſas Athenis comparat. Locus in *Nicia* eſt. Ὀλίγῳ χρόνῳ περιετείχισε Συρακούσας, πόλιν Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα. *Brevi tempore circummunivit Syracuſas, urbem Athenis non minorem.* Earum vero ambitus erat ſtadiorum CLXXX. Strabo *lib.* VI. ubi de iis. Πεντάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ϛαδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος. *Antiquitus enim erat quinque urbium, centum & octoginta ſtadiorum habens murum.* Dion C Chryſoſtomus CC. dixit, *Orat.* VI. quæ eſt de Tyrannide. Καί τοι διακοσίων ϛαδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄϛεος. *Quamvis ducentorum ſtadiorum eſſe circuitum Athenarum Piræeo conjuncto, & muris qui in medio erant uſque ad ambitum urbis.* Sed vetus urbs, quæ proprie Ἄϛυ dicebatur, quot in ambitu ſtadia habuit? LX. Accipio ex Scholiaſte Thucydidis, *loco citato*. Nam cum Thucydides urbis murum exteriorem ad XLIII. ſtadia per excubias cuſtodiri commemoraſſet; interiorem, qui intra murum longum eſſet, & Phalericum, ſine excubiis fuiſſe tradit. Ecce verba. Καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου D (loquitur de muro urbis veteris) τὸ φυλασσόμενον τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔϛι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Et ipſius circuitus idquod cuſtodiebatur tria & quadraginta. pars autem ejus erat incuſtodita, nempe quod inter longum & Phalericum.* Ibi notat, is quem dixi, Scholiaſtes. Ὃ καὶ ἀφύλακτον, μέρος δηλονότι. τουτέϛι, ϛάδιοι δεκαεπτά. ὁ γὰρ ὅλος κύκλος ϛαδίων ἦν ἑξήκοντα. *Quod & incuſtoditum, ſpatium nempe; hoc eſt, ſtadia ſeptendecim. Totus enim orbis erat ſtadiorum ſexaginta.* Ergo ad priſcam magnitudinem ſtadia addita, ut Thucydides, CXVIII. ut Chryſoſtomus, CXL. Jam quot portæ ejus fuerunt? De numero parum quidem E liquet; dicam tamen, quarum nomina obſervavi. Erant, Πύλαι ΑΧΑΡΝΙΚΑΙ. Heſychius. Ἀχάρναι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, Ἀχαρνικαὶ, πύλαι Ἀθήνησιν. *Acharnæ, populus Atticæ. Acharnicæ portæ, Athenis.* ΔΙΟΧΑΡΟΥΣ. Strabo *lib.* IX. Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν. *Sunt quidem igitur fontes puræ & potabilis aquæ, ut dicunt, extra Diocharis vocatas portas.* ΔΙΟΜΕΙΑΙ. Heſychius in Δημιάσι· μήποτε δὲ ἀντὶ τοῦ Διομείσι πύλαις Δημιάσιν εἶπεν, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῶν ὀνομάτων. *Fortaſſis igitur pro Dio-* F *mienſibus portis dixit Demiaſin, propter propinquitatem nominum.* ΗΡΙΑΙΑΙ. *Etymologici* Auctor. Ἠριαῖαι, πύλαι Ἀθήνησι· διὰ τὸ τοὺς νεκροὺς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ τὰ

ηρία, ὅ ἐστι τὰς πέρας. *Eriææ, portæ Athenis; quoniam cadavera illic efferuntur ad monumenta, hoc est, sepulchra.* ΘΡΑΚΙΑΙ. Thucydides *lib.* v. Καὶ τοὺς ἄλλους μετὰ τοῦ Κλεαρίδα καθίστη ἐπὶ τὰς Θρακίας καλουμένας τῶν πυλῶν, ὅπως ὥσπερ εἴρητο ἐπεξίοιεν. *Et alios cum Clarida collocavit ad portas Thracias ut vocantur, ut prout dictum fuerat erumperent.* Et mox: Καὶ ὁ Κλεαρίδας, ὥσπερ εἴρητο, ἅμα κατὰ τὰς Θρακίας πύλας ἐπεξελθὼν τῷ στρατῷ ἐπεφέρετο. *Et Clearidas, sicut dictum erat, simul ad portas Thracias erumpens exercitum invadebat.* ΘΡΙΑΣΙΑΙ. quæ & ΔΙΠΥΛΟΝ; de quibus infra, capite singulari. ΙΕΡΑΙ. Plutarchus in *Sylla*. Αὐτὸς δὲ Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης καὶ τῆς ἱερᾶς κατασκάψας καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας εἰσήλαυνε φρικώδης. *Ipse vero Sulla ea parte, quæ erat inter Piræicam portam & sacram, eversa & complanata, circa mediam noctem invasit terribilis.* ΙΠΠΑΔΕΣ. Plutarchus lib. *de* x. *Rhet.* in *Hyperide*. Τοὺς δὲ οἰκείους τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι πρὸ τῶν ἱππάδων πυλῶν, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων. *Familiares autem sumpta ossa sepelivisse simul cum parentibus ante portas equestres, ut ait Heliodorus in tertio libro de sepulchris.* Hesychius *in* Ἱππάδα. καὶ πύλαι Ἀθήνησιν ἱππάδες ἐκαλοῦντο. *Et portæ Athenis equestres vocabantur.* ΚΕΡΑΜΕΙΚΑΙ. Hesychius *in* Δημιάσι. οἱ δὲ τὰς Κεραμεικὰς πύλας, πρὸς γὰρ αὐτάς φασιν ἑστάναι τὰς πόρνας. *Alii autem Ceramicas portas: nam dicunt ad eas stetisse meretrices.* ΜΕΛΙΤΙΔΕΣ. Pausanias in *Atticis*. Μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. *Sepulchrum est non procul portis Melitidibus.* Marcellinus in *Vita Thucydidis*. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κίμωνος μνήματα. *Nam ad portas Melitides, ut appellantur, erant in Cava Cimonis monumenta dicta.* ΠΕΙΡΑΙΚΑΙ. Plutarchus in *Theseo*. Καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῶον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. *Et sepulchra eorum qui occubuerunt, circa plateam esse, quæ fert ad portas prope sepulchrum Chalcodontis, quas nunc Piræicas nominant.* Meminitque iterum in *Sylla*, & verba jam produximus. Habes ecce portas decem. In tam magna autem urbe quantum civium fuisse putamus. Invenio ad XX. M. nempe eorum qui familiam aluerunt; nam alioquin numerus iste non pro urbis magnitudine. Demosthenes Orat. *contra Aristogitonem*. Σκοπεῖτε γὰρ, εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι· τούτων ἕκαστος ἕν τι γε πράττων κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχεται, ἤτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα τῶν κοινῶν ἢ τῶν ἰδίων. *Videte enim, sunt simul viginti millia omnes Athenienses: horumque unusquisque aliquidpiam peragens in foro circumit, aut mehercules publicarum rerum aut privatarum.* Libanius *Declam.* XVI. Ἔτι τοίνυν, τίς οὐκ οἶδεν, ὡς Ἀθηναίων δισμυρίων ὄντων, σιωπῶσι μὲν οἱ πλείους, καὶ τῶν πολιτικῶν ἀφεστᾶσι. *Præterea igitur quis non novit, quemadmodum Atheniensium quum sint viginti millia, taceant quidem plures, & ab republica abstineant.* Incertus Auctor apud Hesychium *in* Ὁμοῦ. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι δισμύριοι ὁμόφρονες. *Viri Athenienses numero viginti millia, concordes.* Jam servorum quantam illic multitudinem fuisse censes? Certe ad quadringenta millia. Ita fuit, cum Demetrius Phalereus urbi præesset, Olympiadis CX. anno I. Anonymus in *Descriptione Olympiadis* ad istum annum. Ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν Ἀθηναίων μὲν δισμύριοι, οἰκετῶν δὲ μυριάδες τεσσαράκοντα. *Lustratione Atheniensium facta sub Demetrio Phalereo, inventa sunt Atheniensium quidem millia viginti, servorum vero quadringenta millia.* Accurate ex Ctesicle Athenæus *libro sexto*. in servorum numero nihil mutans, ait cives fuisse millia viginti unum, inquilinos decem millia Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς ταῖς ἑκατὸν φησὶν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικὴν καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις. μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. *Ctesicles autem in tertio Chronicorum, decima & centesima ait Olympiade Athenis recensionem factam sub Demetrio Phalereo eorum, qui incolerent Atticam: & Atheniensium quidem reperta viginti & unum millia, inquilinorum vero decem millia, servorum autem quadringenta millia.* De civium viginti millibus innuit item locus iste Plutarchi in *Pericle*. Ἐπεὶ δὲ τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰς τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλαὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, τέως διαλανθάνουσαι καὶ παρορώμεναι. πολλοὶ δὲ καὶ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν οὖν ἁλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν. *Sed postquam rege Ægyptiorum donis populum prosequuto quadraginta millibus modium frumenti, oporteret dividere cives, multæ quidem exoriebantur lites spuriis ex illo scripto, antehac occultatæ & neglectæ; multi vero etiam calumniis percellebantur. Venditi ergo sunt convicti paulo plures quinque millibus. Qui vero manserunt in civitate, & judicati fuere Athenienses, quatuordecim millia & quadraginta multitudine recensiti sunt.* Et fuit is numerus jam usque a Cecrope. Schol. Pindari ex Philochoro *ad Olymp. Od.* IX. Φιλόχορός φησι Κέκροπα βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον καὶ τὸ πλῆθος ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους εἰσφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς τὸ μέσον. ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus ait Cecropem quum vellet Atheniensium populum & multitudinem cognoscere, jussisse eos conferre lapides, & jacere in medium; ex quibus cognovisse viginti millia eorum esse.* Jam de reditibus quid dicemus? Observo fuisse talenta annua CIↃ. CC. & quod excurreret. Æschines *Orat.* Περὶ παραπρεσβ. Φόρος δ' ἡμῖν κατ' ἐνιαυτὸν προσῄει πλέον ἢ χίλια καὶ διακόσια τάλαντα. *Tributum vero nobis annuum accedit plus quam mille & ducenta talenta.* Ad hæc sexcenta a sociis tributa. Thucydides *lib.* II. Θαρσεῖν τε ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπιτοπολὺ φόρου κατ' ἐνιαυτὸν ἀπὸ τῶν ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τῆς ἄλλης προσόδου. *Jussitque bono animo esse, proveniente quidem sexcentorum ut plurimum talentorum tributo annuo ab sociis urbi, extra alios reditus.* Atticæ totius census erat, talentorum VI. M. Demosthenes indicat περὶ συμμοριῶν. Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχοντα ὑπάρχῃ, κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων, ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήματα ᾖ συντεταγμένα διελεῖν τοῦτο, καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκοντα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. *Quando autem hæc ita se habent, impero, quoniam merces regionis est sex millium talentorum, ut vobis etiam pecuniæ sint descriptæ, illud dividere, & centum partes facere, singulas sexaginta talentorum.* Et mox: Ἡμῖν δὲ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχον, ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλαντα ἀκούσεται. *Nobis autem quæ merces est regionis, audiet oportunitatem sex millium talentorum.* Quem locum citat etiam Harpocration *in*, ὅτι ἑξακισχίλια. Sed perperam in ipsis Demosthenis verbis, quæ ibi profert, editur hactenus ὀκτακισχίλια, pro ἑξακισχίλια. Restitue itaque. Institutus autem is census bello contra Lacedæmonios; neque talenta sex mille integra ista fuerunt, verum deerant ducenta quinquaginta. Ecce apud Polybium *Hist.* lib. II. Τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθηναίων οὐχ ἱστόρηκε, διότι καθ' οὓς καιροὺς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίους μὲν ἐξέπεμπον στρατιώτας, ἑκατὸν δ' ἐπλήρουν τριήρεις, ὅτι τότε κρίναντες ἀπὸ τῆς ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτι-

μήσαντο τὴν τε χώραν καὶ τὴν Ἀττικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν οὐσίαν. ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τῆς ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων, διακοσίοις καὶ πεντήκοντα ταλάντοις. *Quis enim de Atheniensibus non intellexit, quibus temporibus cum Thebanis in bellum contra Lacedæmonios descendebant, & decem millia quidem militum emittebant, centum vero complebant triremes, eos tunc decernentes ab facultate conferre ad bellum, censuisse regionemque & Atticam omnem, & domos similiter & reliquam substantiam; & tamen universa summa pretii fuit sex millium talentorum, demptis ducentis & quinquaginta.* Parebant ipsis, scilicet cum Græciæ totius imperium tenerent, urbes mille. Aristophanes *Vespis*.

Εἰσίν γε πόλεις χίλιαι αἳ νῦν τὸν φόρον ὑμῖν ἀπάγουσι.
Τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προσέταξεν ἑκάστῃ,
Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγῴοις.

Sunt utique urbes mille, quæ nunc tributum adducunt.
Horum viginti viros pascere si quis mandaverit unicuique,
Viginti millia popularium viverent in meris pulpamentis.

Jam quæ copiæ militares ordinariæ. Peditum XXIX. M. equitum MMDCCC. Ex peditibus, tredecim millia gravis armaturæ erant; sedecim millia in præsidiis versabantur. Ex equitibus, mille sexcenti erant sagittarii. Observare est apud Thucydidem *lib.* II. Ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι, ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, καὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. ἱππέας δ' ἀπέφαινε διακοσίους καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις· ἑξακοσίους δὲ καὶ χιλίους τοξότας. *Armatorum autem tredecim millia esse, præter eos qui in præsidiis, & qui in muris, sedecim millium numero. Equites vero demonstravit mille & ducentos cum equestribus sagittariis; sexaginta etiam & mille sagittarios.* Atque hæc ad terrestrem militiam; ad navalem, triremium trecentarum classem habebant. Thucydides *loco citato*. Καὶ τριήρεις τὰς πλωΐμους τριακοσίας. *Et triremes ad navigandum paratas trecentas.* Demosthenes Περὶ συμμοριῶν. Τότε δὲ (ἂν ἄρα, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμεῖς, πράττητε) οὐδεὶς δή που τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονήσει, ὅστις ὁρῶν, ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας ὑπάρχειν, ὁπλίτας δὲ, ὅσους ἂν θέλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει καὶ δεήσεται. *Tunc autem (si quidem ea quæ nunc nos censemus, feceritis) nemo usquam omnium Græcorum tantopere in se superbiet, quisquis videns vobis esse mille equites, armatos vero, quot quisque voluerit, naves item trecentas, non venturus sit & precetur.* Et mox iterum. Τὰς δὲ τριήρεις πῶς; τὸν ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδείξαντας. *Triremes autem quomodo? universum numerum jubeo trecentas demonstrantes.* & quæ sequuntur. Deinde. Οἱ δὲ μέν γε τριακοσίαις τριήρεσιν. ὧν ἑκατὸν παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τοὺς προγόνους αὐτοῦ χιλίας ἀπολέσαντας ναῦς. ἀκούσετε, τριακοσίας αὐτοὺς ὑμᾶς παρεσκευασμένους τριήρεις. *Novit quidem per trecentas triremes, quarum centum nos præbueramus, majores ejus perdidisse naves mille; & audiet trecentas vos solos præparavisse triremes.* Æschines Περὶ παραπρεσβ. Τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωΐμους καὶ ἐντελεῖς οὐκ ἐλάττους τῶν τριακοσίων. *Triremes autem possedimus paratas ad navigandum & perfectas non pauciores trecentis.* Aristides *Orat. Sic.* I. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅθ' οἱ μὲν τοῦ Βασιλέως κακῶς ἡμῶν ἐποίουν τριήρεσι τριακοσίαις. *Erat enim quondam tempus, o Athenienses, quum illi quidem (Persarum) regis imperium infestarent trecentis nostris triremibus.* Ergo corruptus Strabonis locus *lib.* IX. ubi navale Piræei describens de quadringentis agit. Ἄξιόν τε ὂν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. *Eratque navale conveniens quadringentis navibus, quarum non pauciores mittebant Athenienses.* Rescribo, ναύσταθμον τριακοσίαις ναυσὶν, *Navale trecentis navibus.* Mendum quoque apud Plinium *lib.* VII. *cap.* XXXVII. *Laudatus est Ctesiphon Gnossius, æde Ephesiæ Dianæ admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamentario mille navium.* Restituo, *armamentario trecentarum navium.* Origo mendi ex confusione numerorum CIↃ. & CCC. Vides proclivem lapsum esse. Repræsentat nobis classem ipsorum Cicero *Verr.* V. *Hic, te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ sunt, quo Atheniensium classis sola post hominum memoriam* CCC. *navibus vi, ac multitudine, invasit.* Concludam hoc caput, si de populo Atheniensi dixerim, statua peculiari expressum a Leochare, quæ in Piræeo erat, retro porticum, quæ ad mare. Pausanias docet in *Atticis*, ubi Piræeum describit. Τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς, καὶ δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *Post porticum vero ad mare stant Jupiter & populus, Leocharis opus.* Iterum in curia Quingentorum, a Lysone: Pausanias *loco cit.* Καὶ πλησίον τὸ τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἳ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις. Βουλαίου δ' ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διὸς, καὶ Ἀπόλλων, τέχνη Πεισίου· καὶ δῆμος, ἔργον Λύσωνος. *Et prope est curia quingentorum, ut vocantur, qui per annum pro senatu sunt Atheniensibus. In eo positum est simulacrum senatoris Jovis, & Apollo, ars Pisiæ; & Populus, opus Lysonis.* Nec a statuariis tantum expressus, sed & a pictoribus. Ita observo apud eundem Pausaniam *ibidem*, in Ceramico pictum fuisse ab Euphranore. Ecce verba, in Ceramici descriptione. Στοὰ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται, γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους. ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν, Θησεύς ἐστι γεγραμμένος, καὶ δημοκρατία τε, καὶ δῆμος. *Porticus autem ab tergo exstructa est, picturas habens deos duodecim, qui vocantur. In muro autem qui ultra est, Theseus pictus est, & Populi imperium, & Populus.* Aliam picturam, eamque a Parrhasio, laudat Plinius *lib.* XXXV. *cap.* X. *Parrhasius, Ephesi natus, & ipse multa constituit.* Et mox. *Pinxit & demum Atheniensium, argumento quoque ingenioso. Voluit namque varium, iracundum, injustum, inconstantem: eundem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, ferocem, fugacemque, & omnia pariter ostendere.*

CAP. II.

Κύκλος. *Pollucis dubitatio explicata.*

ATHENIS Κύκλος dicebatur, locus quidam in foro ubi vendebantur mancipia. Harpocration. Κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντό τινες. *Cycli vocabantur loca, in quibus aliqui vendebantur.* Totidem verbis Suidas. Et vasa quædam. Pollux *lib.* X. *cap.* II. Ἵνα δὲ ἐπιπράσκετο τὰ σκεύη, τῆς ἀγορᾶς τὸ μέρος τοῦτο ὠνόμαζον κύκλον. *Ubi vero vendebantur vasa, illam partem fori appellabant cyclum.* Hesychius utrumque agnoscit; vasa, & mancipia. Verba ejus ista sunt. Κύκλος, περίβολος, καὶ ἐν ἀγορᾷ τόπος, ἔνθα σκεύη καὶ σώματα πιπράσκονται. *Cyclus, septum, & in foro locus, ubi vasa & corpora venduntur.* Sed an cæteræ quoque res venales? Ambigit Pollux *lib.* VII. *cap.* II. Καὶ κύκλοι δὲ ἐν τῇ νέᾳ κωμῳδίᾳ καλοῦνται, ἐν οἷς ἐπιπράσκοντο τὰ ἀνδράποδα, ἴσως καὶ τὰ λοιπὰ ὤνια. *Et cycli autem in nova comœdia vocantur, in quibus vendebantur mancipia, fortassis & reliqua venalia.* Ego affirmo, præter carnes. In primis autem pisces. Scholiastes Aristophanis. *ad Equites*. Ὁ δὲ κύκλος Ἀθήνησίν ἐστι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς κατασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαβών. ἔνθα δὴ πιπράσκονται χωρὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια. ἐξαιρέτως δὲ οἱ ἰχθύες. *Cyclus vero Athenis est sicut macellum, ex apparatu adeptus nomen; ubi scilicet venduntur præter carnes alia venalia: præsertim vero pisces.*

CAP. III.

Κυνίδαι. *Cynus, sive Cynidas, heros. Apollo Κύνιος, ejusque sacerdos. Hesychius emendatus.* Κυνίζεις.

KYNIΔAI, familia erat. Suidas. Κυνίδαι, γένος τι παρ' Ἀθηναίοις, οὕτω καλούμενον. *Cynidæ, gens*

quædam apud Athenienſes ſic vocata. Nomen acceperant a Cyno, ſive Cynida, heroe. *Etymologici* Auctor Κυνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν, ἀπὸ Κυνοῦ, ἢ Κυνίδου, ἥρωος. *Cynidæ, gens ſacra Athenis, ab Cyno vel Cynida heroe*. Meminit ejus herois Pauſanias in *Bœoticis*. Ὑπερβαλόντων δὲ τὸ ὄρος τὸ Πτῷον, ἔστιν ἐπὶ θαλάττης Βοιωτῶν πόλις Λάρυμνα, γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομά φασιν ἀπὸ Λαρύμνης τῆς Κύνου. *Sed ſuperato monte Ptoo, eſt ad mare urbs Bœotorum Larymna: datum autem ei nomen dicunt ab Larymna Cyni*. Obſerva autem in verbis *Etymologici*, ἱερὸν γένος. Quia nimirum ea familia ſacra erat Apollini Κυνίῳ, cui ex illa ſacerdos erat. Diſco ex Heſychio. Κυνίδαι, γένος Ἀθήνησιν, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυνίου Ἀπόλλωνος. *Cynidæ, gens Athenis, unde ſacerdos Cynii Apollinis*. Hodie illic editur, Κυννίδαι, & Κυννίου. Quemadmodum & paullo ante. Κύννιος, Ἀπόλλωνος ἐπίθετον. *Cynnius, Apollinis adjunctum*. Sed & illic reſcribendum, Κύνιος. Dicebatur enim Apollo Κύνιος, id eſt, ἀκροβολιστής, *jaculator*, quemadmodum Κυνίξεις apud eundem explicantur ἀκροβολισμοί, *velitationes*. Jam alibi eidem ἀκροαολαὶ dicuntur αἱ τοῦ ἡλίου βολαί, *jactus ſolis*. Ergo in promptu eſt nominis ratio; & apparet, mendoſam eſſe in Heſychio lectionem. Meminit hujus familiæ Lycurgus in *Oratione*, cui titulum fecerat, διαδικασία Κροκωνιαδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. *Controverſia Croconiadarum adverſus Cœronidas*. Teſtatur Harpocration. Κυνίδαι. Λυκοῦργος ἐν τῇ διαδικασίᾳ Κροκωνιαδῶν πρὸς Κοιρωνίδας. γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οἱ Κυνίδαι. *Cynidæ. Lycurgus in diſceptatione Croconiadarum adverſus Cœronidas: gens eſt apud Athenienſes Cynidæ*.

CAP. IV.

Epicrates Κυρηβίων *dictus*. Κυρήβια. *Demoſthenes, & Ulpianus, emendantur: item Alexis, & Themiſtius*. Μαμμάκυθος. *Ariſtophanis Scholiaſtes correctus; item Heſychius, & Euſtathius. Drama Platonis, & Metagenis. Gloſſæ Veteres emendatæ*.

EPICRATES, Æſchinis gener, Κυρηβίων cognominatus fuit. Suidas *in* Ἐπικράτης ἄλλος δέ ἐστιν Ἐπικράτης, Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής. οὗ ἐπώνυμον Κυρηβίων· ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. *Alius vero eſt Epicrates, Æſchinis rhetoris gener, cujus cognomen Cyrebion, ut Demoſthenes in oratione contra Æſchinem*. Harpocration. Κυρηβίων. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. ὅτι δ' ἐπώνυμόν ἐστι τοῦτο Ἐπικράτους τοῦ Αἰσχίνου κηδεστοῦ, ἐν καὶ ἄλλοις δεδήλωται. *Cyrebion. Demoſthenes in oratione contra Æſchinem. Eſſe autem cognomen illud Epicratis, qui Æſchinis gener, etiam in aliis declaratum eſt*. Demoſthenis locus, quem uterque reſpexit, in *Orat*. κατ' Αἰσχίνου, ſive περὶ παραπρεσβείας, iſte eſt. Ἀνακράγοι τε, Νικίου τε τοῦ βδελυροῦ, ὅς ἑαυτὸν ἐμίσθωσεν εἰς Αἴγυπτον Χαβρίᾳ, καὶ τοῦ καταράτου Κυρηβίωνος, ὅς ἐν ταῖς πομπαῖς ἄνευ τοῦ προσωπείου κωμάζει. *Convitium faciatis & Niciæ diro, qui ſe locavit Chabriæ in Ægyptum, & deteſtabili Cyrebioni, qui in pompis ſine perſona comeſſatur*. Ita reſcribo. Hodie editur, τοῦ καταράτου Κηρυβίωνος. *deteſtabilis Cerybionis*. Nam Κυρηβίωνος ſcripſiſſe Demoſthenem, certum ex Suidæ, & Harpocrationis, teſtimoniis jam prolatis. Quibus addo Athenæi, *lib*. VI. Κυρηβίων δ' ἐπεκαλεῖτο Ἐπικράτης ὁ Αἰσχίνου τοῦ ῥήτορος κηδεστής, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας. *Cyrebion autem cognominabatur Epicrates Æſchinis oratoris gener, ut ait Demoſthenes in oratione de falſa legatione*. Idem mendum apud Ulpianum *in eandem Orat*. Καὶ τοῦ καταράτου Κυρυβίωνος. τὸ μὲν ὄνομα, Ἐπικράτης. τὸ δὲ Κηρυβίωνος, Ἀττικῶς. λέγει δὲ τὸ κάθαρμα, καὶ εὐτελές. κηρύβια γὰρ τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ σίτου λέγουσι. *Et deteſtabilis Cerybionis. nomen quidem Epicrates: vox autem Cerybionis, Attice. dicit autem purgamentum & vile. Cerybia enim dicunt excrementa frumenti*. Reſcribe itidem, Κυρηβίωνος, & κυρήβια. Scio ego κηρύβια ſcribi apud nonnullos Grammaticos Græcos. ſed tamen apud potiores, κυρίβια. Idque ut peritiſſimo hujus linguæ viro, Henrico Stephano, magis probatur, ita etiam mihi. Corruptus quoque Alexis in *Pancratiaſte* apud Athenæum *libro citato*.

Ἔπειτα Κόρυδος, Κωβίωνι Κηρυβίων.
Deinde Corydus, Cobioni Cerybion.

Itidem repone, Κυρηβίων. Eſt porro elegantiſſimus quoque Themiſtii locus, *Orat*. πῶς τῷ φιλοσόφῳ λεκτέον; ſed inſeſſus duplici mendo. Οὔτε τοὺς φιλοσόφους μὴ διαλέγεσθαι τοῖς πολλαῖς, ὅτι ἐν τοῖς πολλοῖς ὁ Μωμάκυθος καὶ ὁ Κυρβίων οὐκ ὀνίναθον ὑπὸ τοῦ λόγου. *Neque philoſophos habere ſermones cum vulgo, quia in vulgo Momacythus & Cyrbion nullam caperent utilitatem ex ſermone*. Primo, quod hic agimus, legendum; καὶ ὁ Κυρεβίων. Deinde, ὁ Μαμμάκυθος. Erat enim, ut hoc per occaſionem dicam, Mammacythus homo ſtolidus; a quo Μαμμάκυθοι proverbio dicti, quicunque tales. Joannes Tzetzes *Chil*. IV. *c*. V.

Ταυτὸ τῷ βλιτομάμμαντι Μαμμάκυθος σημαίνει,
Ἤτοι μωρὸν συγκρύπτοντα μάμμαν τε καὶ τὸν ἄρτον.
Idem ſignificat vox Mammacythus, quod blitomammas
Seu ſtultum cooperientem mammam & panem.

Sed ineptit ille in etymo. Ariſtophanes *Ranis*

Κεχηνότες Μαμμάκυθοι
Καὶ Μελιτίδαι κάθηντο.
Hiantes Mammacythi
Et Melitidæ ſedent.

Ubi Scholiaſtes. Ἀρίσταρχος μέν φησιν ὠνοματοπεποιῆσθαι. πῶς οὖν Δημήτριός φησιν, εἰ μὴ συνήθες αὐτοῖς τὸ ὄνομα. οὗ καὶ δρᾶμα ὅλον οὕτως ἐπιγέγραπται, Μαμμάκυθοι. ὅτινες Πλάτωνος λέγουσιν. *Ariſtarchus quidem dicit nomen fictum eſſe. Quomodo igitur Demetrius ait, niſi ſolitum illis nomen; cujus etiam fabula tota ſic inſcripta eſt, Mammacythi; quam nonnulli Platonis dicunt*. Et alias *ibidem*. Μαμμάκυθοι. ἀντὶ τοῦ, μαμμόθρεπτοι. Δίδυμος, ὅτι Μαμμάκυθος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο. *Mammatythi; pro eo, quod notat mamma nutriti. Didymus, quia Mammacythus & Melitides propter ſtultitiam differebantur*. Minus rectum eſt, quod illic Μαμμάκουθοι hodie ubique ſcribitur. *Etymologici* Auctor in ἄκυθος. Μαμμάκυθος, ὁ μωρός. *Mammacythus, ſtultus*. Heſychius. Μαμμάκυθος. μωρός. ἐστι δὲ καὶ δρᾶμα πεποιημένον Πλάτωνι. *Mammacythus; ſtultus. eſt autem & fabula ab Platone compoſita*. Ita reſcribo. Hodie ibi editur, Μαμάκυθος. Et obſerva, drama quoddam Platonis Comici ita inſcriptum fuiſſe; quod videre etiam eſt apud Scholiaſten Ariſtophanis, in *citatis* paullo ante *verbis*. Sed & Metagenes ita drama quoddam inſcripſit. Ecce apud Athenæum *l*. VIII. Ἐπεπῶν τὸ ἐκ Μαμμακύθου, ἢ Αὐρῶν, Μεταγένους ἰαμβεῖον. *Subnectens illud ex Mammacytho vel Auris jambicum carmen Metagenis*. Huc reſpexere Gloſſæ Veteres. *Mammacuthus*. Δρᾶμα. Hodie minus recte editur, *Mamaculus*. Δ. Idem peccatum eſt apud Euſtathium extremo Commentario *in Odyſſ*. κ'. Ὁμοίως καὶ τὸν Μαμμάκυθον, καὶ τὸν Μελιτίδην, καὶ τὸν Ἀλφιετίδην. οἱ διαβόητοι ἐπὶ μωρίᾳ ἦσαν. *Similiter & Mammacuthum & Melitiden & Amphietiden. illi pernoti erant ſtultitia*.

CAP. V.

Hyperidis Orationes κατὰ Δημέου; *&*, καὶ Δημάδου. *Demeas. Harpocration, Pollux, & Suidas, emendantur*.

HYPERIDIS Orationum una inſcripta fuit, κατὰ Δημέου, *contra Demean*. Laudat Harpocration *in*

κυρία ἐκκλησία, & ὀχοφόροι. Sed male utrobique editur, κατὰ Δημαίϐ, *contra Demæum*. Et apud Pollucem *lib.* X. *cap.* I. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Δημαίαν. *Hyperides in oratione contra Demæan*. Rescribe itidem, πρὸς Δημέαν. Fuit hic Demeas Demadis filius, de quo Plutarchus in *Phocione*. Δημέα δὲ τῷ υἱῷ νύμφην ἀγόμενος, (ὁ Δημάδης) ἐμοῦ μὲν, εἶπεν, ὦ παῖ, τὴν σὴν μητέρα γαμοῦντος οὐδὲ ὁ γείτων ᾔσθετο· τοῖς δὲ σοῖς γάμοις καὶ βασιλεῖς καὶ δυνάσται συγχορηγοῦσιν. *Demeæ autem filio uxorem ducens, (Demades) quum ego, inquit, o fili, matrem tuam acciperem nec vicinus sensit; tuis autem nuptiis & reges & dynastæ afferunt dona*. Erat vero natus e tibicina meretrice; & alias quoque ab Hyperide reprehensus. Athenæus *lib.* XIII. Ἴστε δὲ ὅτι καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἐξ αὐλητρίδος ἑταίρας ἐπαιδοποιήσατο Δημέαν, ὃν φρυαττόμενόν ποτε ἐπὶ τοῦ βήματος ἐπεστόμισεν Ὑπερίδης. *Scitis vero etiam Demadem oratorem ex tibicina meretrice genuisse filium Demean, cui superbienti aliquando in tribunali os obturavit Hyperides*. Utrobique sine diphthongo nomen scribitur. Et apud eundem Athenæum *lib.* IV. Δημέου τὸ τέχνημα καταδείξαντος. *Demea artificium demonstrante*. Apud Xenophontem *Memorab.* lib. II. Δημέας δὲ ὁ Κολυττεὺς ἀπὸ χλαμυδουργίας. *Sed Demeas Colyttensis ab chlamydum officina*. Neque aliter apud Terentium in *Adelphis*. Ergo corrigendum etiam apud Suidam in Δημάδης. Δημέου ναύτου ναύτης καὶ αὐτός. *Demeæ nautæ nauta & ipse*. Etiam illic hodie scribitur, Δημαίου. Libanius in *Presbeutico*. Καὶ τηλικαύτην χάριν ἔδωκε Δημάδῃ τῷ Δημέου. *Et tantam gratiam dedit Demadæ, filio Demeæ*. Ac observa obiter, Demadem patre natum Demea, ejusdem nominis filium habuisse. Contra eum quoque ejusdem Hyperidis Oratio fuit, cujus meminit alibi Harpocration in Ἀλκίμαχος. Ne quis confundat.

CAP. VI.

Lapis in foro; ad eumque Thesmothetarum juramentum. Locus Pollucis restitutus, & alter Demosthenis. Lapis in Pnyce. Λιθομόται. Lapis præconis.

ERAT Ahenis lapis in foro, ad quem ex lege Solonis jurabant Thesmothetæ, se leges servaturos esse: aut, si quam violassent, statuam pondere sibi parem ex auro Delphis dedicaturos. Plutarchus in *Vita Solonis*. Κοινὸν μὲν οὖν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ, τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ καταφατίζων, εἴ τι παραβαίη τῶν θεσμῶν, ἀνδριάντα χρυσοῦν ἰσομέτρητον ἀναθήσειν ἐν Δελφοῖς. *Commune quidem igitur jusjurandum dabat senatus, Solonis leges firmaturum, proprium quisque Thesmothetarum in foro ad lapidem denuncians, si quid prætergressus esset legum, statuam auream iconicam sibi positurum Delphis*. Hunc ipsum lapidem intelligit Moschopulus. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις λίθος τὶς ἰδίως. πρὸς ᾧ τοὺς ὅρκους ἐποιοῦντο. *Et apud Athenienses lapis quidam proprie, ad quem jurabant*. Nimis dubitanter de hac re Harpocration. Ἐοίκασι δ' Ἀθηναῖοι πρός τινι λίθῳ τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *Videntur autem Athenienses ad lapidem quendam jurare, ut Aristoteles in Atheniensium civitate*. Corrigendus insignis locus Pollucis *lib.* VIII. *cap.* IX. ubi de Thesmothetis. Ὤμνυον δ' οὗτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ, ἢ ἐπὶ τοῦ λίθου. *Jurabant autem isti ad regiam porticum, aut ad lapidem*. Hodie non recte editur, Ἣ ἐστι τοῦ λίθου. *quæ est lapidis*. Hoc vult dicere; jurasse Thesmothetas vel juxta porticum regiam, vel juxta lapidem. Jurabant autem illic non Thesmothetæ tantum, sed quilibet etiam alii. Id satis apparet ex Moschopuli *verbis* jam *citatis*. sed & Demosthenes *Orat.* Κατὰ Κόνωνος satis locuples testis. Τῶν τε παρόντων ἡμῖν καθ' ἕνα οὑτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες, καὶ ἐξορκίζοντες, καὶ γράφοντες μαρτυρίας. *Eorumque qui nobis aderant, singulos separatim ita ad lapidem ducentes, & jusjurandum adigentes & scribentes testationes*. Ita laudant hæc verba Harpocration, Suidas, & Moschopulus. Hodie tamen in editis Demosthenis exemplaribus illo loco legitur, πρὸς τὸν βωμὸν ἄγοντες, *ad aram ducentes*. Itaque puto vocem fugitivam restitui oportere, ex auctoritate Grammaticorum. nam vocem βωμὸν glossema censeo, & verbi λίθον, quo Orator usus erat, interpretamentum. Sic apud Hesychium λίθος hic explicatur βωμός. Ista ejus verba. Λίθος, βῶλος, βωμὸς, καὶ βάσις, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα. *Lapis, gleba, ara & fundamentum, item in divina ecclesia suggestus*. Ubi cum ait, τὸ ἐν τῇ θείᾳ ἐκκλησίᾳ βῆμα, locum intelligit in templis Christianorum; ubi quid βῆμα dictum fuerit, abunde a nobis explicatum in *Glossario Græcobarbaro*, in πρόθεσις. Sed hoc ἐν παρόδῳ, ne quis confundat cum lapide Atheniensium. Hunc ipsum intelligit Aristophanes *Acharn.*

Τονθορίζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν,
Οὐχ ὁρῶντες οὐδὲν, εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην.

Murmurantes autem senio lapidi adstitimus,
Non videntes quidquam, præter litis caliginem.

Ubi Scholiastes. Λίθῳ, τῷ βήματι, τῷ ἐν Πνυκὶ δικαστηρίῳ. *Lapidi, suggestui, tribunali in Pnyce*. Sed lapis in Pnyce alius erat; meminitque ejus idem Comicus in *Pace*.

Ὅστις κρατεῖ νυνὶ τοῦ λίθου τοῦ 'ν τῇ Πνυκί.
Quicunque nunc tenet lapidem qui est in Pnyce.

Ab hoc in foro lapide, qui illic jurarent Oratores, Λιθομόται dicebantur. Hesychius. Λιθομόται, δημηγόροι, ἐπὶ τοῦ λίθου ὀμνύντες. *Lapidis juratores, populi tribuni, ad lapidem jurantes*. Erat porro alius quoque in foro lapis, præconi proprius. Meminit Plutarchus in *Solone*. Ὄχλου δὲ πολλοῦ συνδραμόντος, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τοῦ κήρυκος λίθον, ἐν ᾠδῇ διεξῆλθε τὴν ἐλεγείαν. *Quum magna concurrisset turba, adscendens præconis lapidem, in cantu exsequutus est elegiam*.

CAP. VII.

Πωληταί. *Harpocration emendatus, & Pollux.* Πωλητὴς *apud Epidamnios.*

MENDOSUS est locus Harpocrationis in Μετοίκιον. Οἱ μέντοι μὴ τιθέντες τὸ μετοίκιον μέτοικοι, ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ, εἰ ἑάλωσαν, ἐπιπράσκοντο. *Qui igitur quidem inquilini non solverunt immigrationis pretium, abducebantur ad cives, &, si convincebantur rei, vendebantur*. Rescribo, πρὸς τοὺς πωλητὰς, *ad poletas*. Erant Athenis Πωληταὶ certus magistratus, quorum munus ipsum nomen loquitur. *Etymol.* Auctor. Πωληταὶ, ἀρχή τις Ἀθήνησιν, οἱ τὰ τῆς πόλεως πωλοῦσι, καὶ φροντίζουσιν, ἀποδιδόντες τῇ πόλει. *Poletæ, magistratus aliquis Athenis, qui res urbanas vendunt & curant, reddentes urbi*. Hesychius. Πωληταὶ, οὗτοι ἐπώλουν τὰ ἐνεχυρισθέντα. *Poletæ, illi vendebant oppignerata*. Erant autem hi decem numero, ex singulis tribubus unus constitutus. Suidas. Οἱ μὲν πωληταὶ ἀρχή τις ἐστιν Ἀθήνησιν, δέκα τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες, εἷς ἐκ τῆς φυλῆς ἑκάστης. δοκοῦσι δὲ τὰ πιπρασκόμενα ὑπὸ τῆς πόλεως πάντα τὰ τέλη, καὶ μέταλλα, καὶ μισθώσεις, καὶ τὰ δημευόμενα κατέχειν. *Poletæ quidem magistratus aliquis erat Athenis, decem numero viri, unus ex quaque tribu: videntur autem vendita ab urbe omnia vectigalia, & metalla, & locationum mercedes, & publicata tenere*. Videndus etiam Har-

pocration *in* Πωληταί. Atque ex his decem unus præses statuebatur, qui res venditas auctoritate sua confirmaret. Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. Πωληταὶ τὰ τέλη πιπράσκουσι, μετὰ τῶν ἐπὶ τὸ θεωρικὸν ᾑρημένων. καὶ τὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου μετὰ τὸν πρότερον λόγον φυγόντων οὐσίας, καὶ τὰ πωλούμενα βεβαιοῖ. *Poletæ vendunt vectigalia cum illis, qui super lucar constituti sunt, & facultates eorum qui ex Areopago post primam dictionem fugerunt, & publicata. Præsidet autem ex illis unus, qui venundata confirmat.* Ad hos ipsos Πωλητὰς illi quoque abducebantur, qui τὸ μετοίκιον non solvissent. Ecce apud Pollucem *loco citato*. Ἀπήγοντο δὲ πρὸς τούτους καὶ οἱ μετοίκων μὴ τιμηθέντες. *Abducebantur autem ad illos etiam inquilinorum incensi.* Sed corrupta verba; ita emendo καὶ οἱ μετοίκιον μὴ τιθέντες. *Et qui pretium peregrinitatis non solverant.* Alius erat apud Epidamnios Πωλητὴς, qui nempe quotannis civium omnium nomine cum finitimis Illyriis commercia agitabat. Qua de re videre est apud Plutarchum Ἑλληνικοῖς, Cap. τίς ὁ παρ' Ἐπιδαμνίοις Πωλητής.

CAP. VIII.

Μετρονόμοι. *Pollux emendatus. Quot numero fuerint.*

METPONOMOΣ dicebatur, qui mensuris præfectus examinabat eas, an justæ essent. Usus hac voce est Dinarchus, teste Polluce, *lib* IV. *cap.* XXIII. Δείναρχος μετρονόμῳ τὸ ἐπὶ τῶν μέτρων *Dinarchus metronomo quod super mensuras.* Interpungo, & rescribo, Δείναρχος, μετρονόμῳ, τῷ ἐπὶ τῶν μέτρων. *Dinarchus Metronomo, quæ oratio agit de eo, qui mensuris præest.* Censeo autem respicere *Orationem* ejus κατὰ Καλλισθένους. Accipio ex Harpocratione. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. *Metronomi, magistratus quidam Athenis est hic metronomorum, prout Dinarchus (docet) in oratione contra Callisthenem.* Erant autem XV. numero; & ex iis V. in urbe, X. in Piræeo. Harpocration *ibidem*. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν (οἱ μετρονόμοι) πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Erant vero numero (hi metronomi) quindecim; ad Piræeum quidem decem, quinque vero ad urbem.* Sed de numero, corruptum esse locum ostendo infra hoc ipso libro, *cap.* XIX. Tum munus eorum explicat verbis sequentibus. Εἶχον δὲ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅπως δίκαια εἴη τὰ μέτρα τῶν πωλούντων, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ δηλοῖ. *Habebant vero istam curam, ut mensuræ vendentium essent justæ, sicut & Aristoteles in Atheniensium republica declarat.*

CAP. IX.

Μετοίκιον, *tributum; & forum. Syrianus emendatus.*

QUOD inquilini Athenis solvebant, Μετοίκιον dicebatur. Meminit Syrianus *ad Hermogenem*. Οὔτε γὰρ ἐν Ἀθήναις ἐπαινεσόμεθα τὴν ξενηλασίαν, οὔτε ἐν Λακεδαίμονι τὸ τοῖς ξένοις ἐν τῇ πόλει διδόναι μετοίκιον. *Neque enim in urbe Athenis laudabimus expulsionem peregrinorum, neque Lacedæmone pretium peregrinitatis dare peregrinis in urbe.* Sed mendosus locus. Rescribe, τὸ τοὺς ξένους ἐν τῇ π. *peregrinos in urbe.* Neque enim inquilinis dabatur, verum ipsos dare necesse erat. Vide quæ hac de re notamus ad Hesychium Milesium in *Xenocrate*. Qui non solvissent, ii venum abducebantur ad τοὺς Πωλητὰς, de quibus supra jam a nobis dictum. Et proprium iis vendendis forum erat, itidem Μετοίκιον appellatum. Observo apud Plutarchum lib. *De* X. *Rhet.* in *Lycurgo*. Τελώνου δέ ποτε ἐπιβαλόντος Ξενοκράτει τῷ φιλοσόφῳ τὰς χεῖρας, καὶ πρὸς τὸ μετοίκιον ἀπαγαγόντος, ἀπαντήσας ῥάβδῳ τε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ τελώνου κατήνεγκε. *Publicano autem aliquando injicienti manus Xenocrati philosopho, & propter pretium peregrinitatis abducente, occurrens tum baculo in caput publicani dejecit* (ictum.) Iterum alibi in *Q. Flaminio*. Λυκοῦργος αὐτόν (τὸν Ξενοκράτη) ὁ ῥήτωρ, ὑπὸ τῶν τελωνῶν ἀγόμενον πρὸς τὸ μετοίκιον, ἀφείλετο, καὶ τοῖς ἄγουσιν ἐπέθηκε δίκην ἀσελγείας. *Lycurgus eum (Xenocraten) rhetor ab publicanis ductum ob pretium peregrinitatis exemit, & ducentibus intulit litem lasciviæ.* Atque hoc ipsum est, quod τὸ πωλητήριον τοῦ μετοικίου vocatur a Demosthene Orat. I. *in Aristogit.* Ὡς δ' οὐκ ἐπαύετο ἡ ἄνθρωπος, ἀλλὰ γυναικεῖον πρᾶγμα ἐποίει, καὶ πρὸς τοὺς γνωρίμους προσιοῦσα ἐνεκάλει, λαβὼν αὐτὸς αὐτοχειρίᾳ, πρὸς τὸ πωλητήριον τοῦ μετοικίου ἀπήγαγε. καὶ εἰ μὴ κείμενον * αὐτῇ τὸ μετοίκιον ἔτυχεν, ἐπέπρατ' ἂν διὰ τοῦτον, ᾧ τῆς σωτηρίας αὕτη αἰτία ἐγεγόνει. *Quum vero non desineret fœminæ negotium facere, & ad notos progressa inclamaret, ipse propria manu apprehendens abduxit ad locum ubi poletæ vacabant pretio peregrinitatis accipiendo. Et nisi istud fuisset ab ea numeratum, vendita fuisset per eum, cui ipsa fuerat salutis causa.* Et auctor Anonymus apud Suidam. Ζωβίαν παραδεξαμένην Ἀριστογείτονα φυγόντα, καὶ ἀξιοῦσαν εὖ παθεῖν ὅτε ἴσχυεν, ἐπὶ τὸ τοῦ μετοικίου πωλητήριον ἤγαγε. *Zobiam quæ receperat Aristogitonem exulem, & rogantem vices beneficii quando valuisset, ad pretii peregrinitatis solvendi locum duxit.* Neque vero Athenis tantum τὸ μετοίκιον solvebant inquilini, sed & in aliis item urbibus, per totam Atticam, quæque ipsis extra eam subjectæ essent. Ecce apud Lysiam κατὰ Φίλωνος. Συσκευασάμενος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ ἐνθάδε, εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐξῴκησε, ἐν Ὠρωπῷ μετοίκιον κατατιθείς, ἐπὶ προστάτου ᾤκει. *Nam quum res suas inde convasavisset, emigravit in translimitaneam, & Oropi deponens pretium peregrinitatis, habitabat sub patrono.* Nam Oropus ad Atticam etiam pertinebat; ut dixi lib. *De Pop. Att.* in Ὠρωπός. Itaque sic capiendus Schol. Sophoclis *ad Oed. Tyr.* Μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τελούντων τὰ μετοίκια. *Transfert ab peregrinis per urbes, solvere solitis pretia peregrinitatis.*

CAP. X.

Apollo Μεταγείτνιος. *Ei quando sacra, & a quibus, facta. Suidas emendatus.* μεταγείτνια. *Melitensium in Diomea commigratio.*

NOTUS mensis Atheniensis Μεταγειτνιών, ita dictus, quod tunc Apollini Μεταγειτνίῳ sacrificarent. Suidas. Μεταγειτνιών, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσι. *Metageitnion, secundus mensis apud Athenienses: in eo autem sacrificant Apollini Metageitnio.* Ita emendo. Perperam hodie editur, Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίων θύουσι. *Apollini Metageitniorum* (aliquid) *immolant.* Harpocration. Μεταγειτνιών· Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Ξενίππου, δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλεῖται· ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι Μεταγειτνίῳ θύουσιν, ὡς Λυσιμαχίδης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι μηνῶν. *Metageitnion. Hyperides in oratione pro Xenippo, secundus mensis apud Athenienses ita vocatur: In eo autem sacrificant Apollini Metageitnio, ut Lysimachides in scripto de mensibus Athenarum.* Erant autem hæc illa sacra, quæ Μεταγείτνια appellata fiebant a Melitensibus, qui Diomea commigrarant. Plutarchus *De Exilio*. Ἆρα οὖν ξένοι καὶ ἀπόλιδές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διόμεια (ita enim illic legendum monui in libro *De Populis Atticæ*) ὅπου καὶ μῆνα Μεταγειτνιῶνα, καὶ θυσίαν ἐπώνυμον ἄγουσι τοῦ μετοικισμοῦ τὰ Μεταγείτνια, τὴν πρὸς ἑτέρους γειτνίασιν εὐκόλως καὶ ἱλαρῶς ἐνδεχόμενοι καὶ στέργοντες. *Utique igitur extranei & urbe spoliati sunt qui Atheniensium migraverunt ex Melite in Dinmia, ubi & mensem Metageitnionem & sacrificium nomine migrationem exprimente celebrant Metageitnia, illam appropinquationem ad alios facile & hilacriter excipientes & amantes.*

* Meursius excuderat κείμενος.

CAP. XI.

Μητρῷον. *Ejus ædificandi causa. Dolium ibidem, & metragyrtæ statua. Leges, ac decreta, asservari ibi solita.*

ERAT ædes Athenis matris deum, quæ Μητρῷον dicebatur. Pollux *lib.* III. *cap.* II. Ἐλέγετο δέ τι καὶ Μητρῷον Ἀθήνησι, τὸ τῆς Φρυγίας θεᾶς ἱερόν. *Dicebatur vero & Metroum Athenis Phrygiæ Deæ templum.* Moschopulus. Μητρῷον, παρ' Ἀθηναίοις, τὸ τῇ μητρὶ τῶν παρ' αὐτοῖς θεῶν ἀνειμένον. *Metroum apud Athenienses consecratum matri Deum apud illos.* Ejus ædificandi ista fuit causa. Metragyrtes quidam, cum in Atticam venisset, mulieresque matri deum initiasset, Athenienses irati, in barathrum eum præcipitem egerunt, occideruntque. ea de causa mox orta peste oraculum acceperunt, expiandos esse interfecti manes. Itaque curiam ædificaverunt ibi loci, ubi eum occidissent; matrique deum consecrarunt, & statuam ejus ibidem posuerunt. Suidas narrat. Μητραγύρτης ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικὴν, ἐμύει τὰς γυναῖκας τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὥς ἐκεῖνοί φασιν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν αὐτὸν, ἐμβαλόντες εἰς βάραθρον κατὰ κεφαλῆς. λοιμοῦ δὲ γενομένου, ἔλαβον χρησμὸν ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον. καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον, ἐν ᾧ ἀνεῖλον τὸν μητραγύρτην. καὶ περιφράττοντες αὐτὸ καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ἀναστήσαντες καὶ ἀνδριάντα τοῦ μητραγύρτου. *Eorum, qui stipem Matri Deum colligebant, aliquis ingressus Atticam, initiabat fœminas Matri Deum, sicut illi dicunt. Athenienses vero occiderunt eum, injicientes in voraginem per caput. Peste autem exorta, oraculum acceperunt placare interfectum. Et propterea exstruxerunt curiam in loco, ubi occiderant istum hominem; & circumsepientes eam consecrarunt Matri Deum, erigentes quoque statuam Metragyrtæ.* Eadem habes apud Apostolium in *proverbio*, μητραγύρτου θάνατος. Erat autem illic dolium. Diogenes Laertius in cognomine *Cynico*, lib VI. Ἐπιστείλας δέ τινι οἰκίδιον αὐτῷ προνοήσασθαι, καὶ βραδύνοντος, τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν. *Mandans autem cuiquam prospicere sibi domunculam; & tardante, dolium in templo Matris Deum pro domo habuit.* Et leges illic, ac decreta, asservari. Suidas. Ἐχρῶντο δὲ τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ. *Matris autem Deum templo utebantur archivo & legum custodia.* Harpocration. Τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ. *Leges tulerunt conscribentes in Matris Deum templo.* Hinc illud apud Lycurgum in Orat. *in Leocratem.* Εἴ τις ἕνα νόμον εἰς τὸ Μητρῷον ἐλθὼν ἐξαλείψειεν, εἶτ' ἀπολογοῖτο, ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτον τῇ πόλει ἐστὶν, ἆρ' οὐκ ἂν ἀπεκτείνατ' αὐτόν, *Si quis aliquam legem ingressus in Matris Deum templum deleverit, deinde excuset, quod nihil ex eo ad urbem pertineret, nonne occideretis illum?* Apud Athenæum de Apelliconte Teio, *lib.* V. Τά τ' ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφίσματα ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο. *Et antiquorum decreta ipsis eorum manibus scripta ex Matris Deum templo tollens possidebat.* Et apud Libanium *Declam.* XIII. Μὴ γὰρ δέξαιτο τοιαῦτα τὸ Μητρῷον δόγματα. *Ne enim capiat talia decreta templum Matris Deum!* Iterum *Declam.* XVI. Μεστὸν γὰρ τὸ Μητρῷον τῶν ἐμῶν ψηφισμάτων, καὶ νόμων. *Plenum namque Matri Deum templum meis decretis & legibus.* Apud Diogenem Laertium in *Epicuro*, lib. X. Κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους Βατῆθεν, καὶ Τιμοκράτει Δημητρίου Ποταμίῳ, κατὰ τὴν ἐν τῷ Μητρῴῳ ἀναγεγραμμένην ἑκατέρῳ δόσιν. *Hac conditione dono mea omnia Amynomacho Philocratis filio Batensi, & Timocrati Demetrii filio domo Potamo, prout conscripta ab utroque donatio est in Matris Deum templo.* Lege quoque vetitum erat, ne unquam falsæ literæ in hoc referrentur. Anonymus in Argumento *Orationis* Περὶ στεφάνου. Ὁ δὲ τρίτος νόμος εἰς τὴν ὅλην ὁρᾷ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας ἐξέτασιν. Κελεύει γὰρ μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν, ἔνθα ἐστὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. *Tertia vero lex respicit universam vitæ ac civitatis disciplinam. Jubet enim nunquam falsa scripta in Matris Deum templum inferre, ubi sunt universa publica scripta.* Syrianus in *Hermogenem.* Νόμος ἐστὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν (εἰς τὸ Μητρῷον) γράμματα. *Lex est vetans falsa inferre (in Matris Deum templum) scripta.*

CAP. XII.

Micon, pictor Atheniensis. Ælianus, & Joannes Tzetzes, emendati: item Plinius, Harpocration, & Appendix Proverbiorum Vaticana. Micon heros.

ERAT insignis pictor, Micon Atheniensis. Ejus meminit Aristophanes *Lysistrata.*

——Τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.
——*sed Amazonas specta,*
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.

Pausanias *Eliac.* II. Καλλίᾳ δὲ Ἀθηναίῳ παγκρατιαστῇ τὸν ἀνδριάντα ἀνὴρ Ἀθηναῖος Μίκων ἐποίησεν ὁ ζωγράφος. *Calliæ autem Atheniensi pancratiastæ statuam Micon vir Atheniensis pictor fecit.* Et in *Arcadicis.* Μίκων δὲ ὁ ζωγράφος Ἀστερόπαν τε εἶναι καὶ Ἀντινόην ἐπὶ ταῖς εἰκόσιν αὐτῶν ἐπέγραψε. *Micon vero pictor inscripsit & Asteropeam & Antinoen esse in eorum tabulis.* Meminit item semel atque iterum in *Atticis.* Corruptum ejus nomen apud Ælianum *Hist. Anim.* lib. VII. cap. XXXVIII. Ἐστὶ δὲ καὶ οὗτοι καὶ ὁ κύων Νίκωνος γράμμα. *Sunt autem & hi & canis Niconis pictura.* Rescribe, ὁ κύων Μίκωνος γ. *canis Miconis p.* Et apud Joannem Tzetzem *Chil.* XII. *cap.* CCCCXXVII.

Μετὰ τὴν Πολυκλείτου δὲ κεῖται καὶ ἡ Φειδίου.
Τὴν Νίκωνος δὲ λέξομεν νῦν ἀντὶ τῆς Φειδίου.
Ὁ Νίκων, ἢ, κατά τινας, Πολύγνωτος ζωγράφος.
Post illam Polycleti vero posita est etiam Phidiæ,
Niconis autem dicemus nunc loco Phidiæ,
Nicon, aut, secundum aliquos, Polygnotus pictor.

Repone, Μίκωνος, & Μίκων. Meminit ejus etiam Plinius *lib.* XXXIII. *cap.* XIII. *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *lib.* XXXVI. *capp.* VI. IX. Sed perperam ubique *Mycon* scribitur. Nec recte Μήκων apud Harpocrationem. Μήκων. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. καὶ Μήκωνα τὸν γράψαντα ἕως τὰς τριάκοντα μνᾶς ἐζημίωσαν. *Mecon. Lycurgus in oratione de sacerdotio. Et Meconem, qui pinxit, usque ad triginta minas mulctarunt.* Ita locum illum Lycurgi ibidem restituo, qui hodie editur, ἕως τοὺς Τριάκοντα, μνᾶς ἐζημίωσαν. *Usque ad Triginta* (tyrannos) *mina mulctarunt.* Tanquam de XXX. Tyrannis illic ageretur. Pictoris hujus nomen itidem corruptum in Appendice Vaticana, *Cent.* I. *Prover.* XII. Βούτην Μήκων ἔγραψεν. ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως ἐπιτελουμένων. πίνακα γὰρ ὁ Μήκων γράψας ἐποίησέ τινα ὑπὸ ὄρους φαινόμενον. *Buten Mecon pinxit; de iis quæ facili negotio peraguntur. Tabulam enim pingens Mecon fecit quendam sub monte apparentem.* Rescribe utrobique, Μίκων. Plures certe commemorantur hoc nomine apud Pausaniam; quippe unus Æginera, *Eliac.* I. & *Arcadicis*: alter Syracusanus, *Eliac.* II. Meminit & Miconis herois Schol. Apollonii *lib.* I. ὁ δὲ Μίλητος, ἀφ' οὗ καὶ πόλις Μίλητος, Εὐξαντίου τοῦ Μίκωνος ἦν. *Miletus autem, unde & urbs Miletus, Euxantiæ filius, Miconis nepos erat.*

CAP. XIII.

Mœrocles, Plutarchus, Suidas & Libanius emendati.

NON ignotum in Rep. Atheniensi nomen Mœroclis Salaminii. Harpocration. Μοιροκλῆς, ὄνομα κύριον, Σαλαμίνιος, τῶν παρ' Ἀθηναίοις οὐκ ἀφανῶς πολιτευσαμένων. *Mœrocles, nomen proprium, Salaminius, unus eorum qui apud Athenienses non inglorie rempublicam administrarunt:* Meminit ejus Demosthenes *Epist.* III. Περὶ τῶν Λυκούργου παίδων, & Orat. *in Theocrinem.* Aristoteles *Rhet.* lib. III. cap. X. & Pausanias in *Phocicis*. Restituendum ejus nomen apud Plutarchum in *Demosthene*. Οὐκ ἐν τῷ κατὰ Μοιροκλέα, καὶ Πολύευκτον, καὶ Ὑπερίδην ἀριθμῷ τῶν ῥητόρων. *Non in numero rhetorum secundum Mœroclen, & Polyeuctum, & Hyperiden.* Et mox iterum. Δημοσθένη, Πολύευκτον, Ἐφιάλτην, Λυκοῦργον, Μοιροκλέα, Δάμωνα, Καλλισθένη, Χαρίδημον. *Demosthenem, Polyeuctum, Ephialten, Lycurgum, Mœroclea, Damona, Callisthenen, Charidemum.* Hodie utrobique editur, Μυροκλέα. Perperam quoque apud Suidam scribitur, Μυροκλῆς: & apud Libanium, *Declam.* XIII.

CAP. XIV.

Munychus, rex Athenarum. Harpocration emendatus. Pantaclis filius, aut Demophoontis. Munychiæ nomen dat. Ejus conditæ historia. Apostolius, & Suidas, correcti. Perfugium Trierarcharum, nautarum, & quicunque in Piræeo injuria affecti. Munychus rex Molossorum.

APUD Harpocrationem *in* Μουνυχία corruptum est nomen Munychi regis. Restituo, Ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανтаκλέους. *Nominatam esse dicunt ab Munycho quodam rege Pantaclis filio.* Hodie editur, ἀπὸ Μουνυχίου τινός, *ab Munychio quodam.* Nam Munychus dicebatur, non Munychius, a quo Munychia nomen accepit. Recte apud Suidam est. Et confirmat Stephanus. Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου. *Munychia portus Atticæ ab Munycho.* Item Plutarchus *Theseo.* Οἱ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι, καὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσι. *Alii autem & hoc poema vituperant, & fabulationem de Munycho, quem ex Demophoontis Laodice furtim pariente Ilii enutrivisse Æthram dicunt.* Ubi observa, filium dici Demophoontis, quem hic Pantaclis dicit Harpocration. Historiam denominati loci fuse tradit Ulpianus *ad Orat. De Corona.* Μουνύχιον, τόπος περὶ τὸν Πειραιᾶ, ἔνθα ἐστὶν ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. κἀκεῖ ἔφευγον, οἵτινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἢ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. Ἐκλήθη δὲ Μουνύχιον, ὥς φησιν ὁ Διόδωρος, παραφέρων τὰ Ἑλλανίκου, λέγων· ὡς ὅτι Θρᾶκες ποτὲ στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινυαῖον τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες, ἦλθον εἰς Ἀθήνας ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνυχίαν, ὅστις ἐπωνομάσθη παρ' αὐτῶν εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως. *Munychium, locus circa Piræeum, ubi & templum Munychiæ Dianæ; & illuc fugiebant, quicunque ex trierarchis inique tractabantur, aut nautæ, aut quidam de quibus inquirebatur Piræei. Vocatum est vero Munychion, ut ait Diodorus, adferens verba Hellanici, dicens: quemadmodum aliquando Thraces bellum inferentes habitantibus Orchomenum Minyæum Bœotiæ, inde eos ejecerint. Illi autem emigrantes venerunt Athenas rege Munycho. Ille autem concessit eis habitare locum circa Munychiam, qui ab eis cognominatus est in honorem regis.* Meminit hu-

A jus Munychi etiam Suidas *in* Ἔμβαρος. Ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος, ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν, ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν. οὗ τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχὼν, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Erat antea Piræus insula, unde & nomen cepit, ab transfretando: cujus promontoria obtinens Munychus, exstruxit templum Munychiæ Dianæ.* Habes quoque totidem verbis apud Apostolium in *Proverb.* Ἔμβαρός εἰμι. Ubi obiter corrige, Ἔμβαρος δὲ μόνος ὑποσχόμενος. *Embarus autem solus promittens.* Hodie perperam editur, βάρος δὲ μόνος ὑ. *gravitatem autem solus p.* Dicit Munychum istum filium Pantaclis; eique assentitur *Etymologici* Auctor. Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀρτέμι- B δος, ἢ ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Πανтаκλέους. *Munychia, locus Piræei, ab Munychia Diana, vel ab Munycho filio Pantaclis.* Igitur corrigendus Suidas, apud quem Παντευκλέους scribitur; quam lectionem non recte prætulit Maussacus doctissimus, in Harpocrationis textum eam recipiens. Certe in Aldina editione erat, Πανтаκλέους. Confugiebant autem Munychiam Trierarchi, nautæ & Piræei habitatores, injuria affecti. Ecce apud Ulpianum, in *verbis citatis.* Κἀκεῖ ἔφευγον, οἵτινες τῶν τριηραρχῶν ἠδικοῦντο, ἢ ναῦται, ἢ τινες τῶν ἐξεταζομένων ἐν Πειραιεῖ. *Et illuc fugiebant, quicunque trierarchorum inique tractabantur, vel nau-* C *tæ, aut aliqui, quorum causa inquirenda erat in Piræeo.* Atque huc pertinet locus ille Demosthenis, *Oratione citata,* Οὐχ ἱκετηρίαν ἔθηκε τριήραρχος οὐδεὶς πώποτε, ὡς ἀδικούμενος παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐν Μουνυχίᾳ ἐκαθέζετο. *Non supplicationem posuit trierarchus ullus unquam, velut injuste tractatus a vobis, non in Munychia consedit.* Alius porro fuit Munychus, Molossorum rex, Dryantis filius; quem in buteonem transformatum commemorat Antoninus Liberalis *Metamorph.* XIV. Μούνυχος ὁ Δρύαντος ἐβασίλευσε Μολοσσῶν, καὶ ἐγένετο μάντις ἀγαθός. *Munychus Dryantis regnavit apud Molossos, & fuit bonus vates.* & quæ sequuntur.

D

CAP. XV.

Versus Orphei apud Clementem vindicati. Arnobius emendatus. Bacchus in comitatu Cereris, filiam quærentis. Simulacra eorum in templo Cereris. Bacchi in sacris Eleusiniis memoria; item dies proprius. Ἴακχος. *Ille ipse Cereris filius.*

NOTI sunt isti versus Orphei in historia Cereris, raptam Proserpinam inquirentis, apud Clementem in *Protreptico.*

Ὣς εἰποῦσα πέπλους ἀνεσύρατο· δεῖξε δὲ πάντα
E Σώματος, οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς δ' ἦεν Ἴακχος,
Χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
Ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεὰ, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
Δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.
Sic loquuta peplum attraxit: monstravit vero omnia
Corporis, neque decentem figuram. puer vero aderat Jacchus,
Et ridens manu eam jecit sub Baubus gremio.
Illa vero ut igitur risit Dea, risit in animo,
Accepit autem variegatum vas, in quo cyceon erat.

In horum versuum secundo supra modum torquent sese Viri docti, neque ferunt Bacchi nomen, tanquam alienum ab historia, sive fabula; magis etiam, quia apud Arnobium interpretem nulla ejus usquam F mentio. Ego vero securos omnes esse jubeo, neque quicquam omnino mutare. Ita sese fabula habet. Baubo, ut tristem erepta filia Cererem recrearet, cum frustra alia omnia tentasset, eam partem, qua mulier erat, levigare instituit: deinde levigatam, reductis vestibus, deæ ostendit. Bacchus, qui aderat in comitatu, ut erat adolescens; manum in sinum Baubonis mox conjecit, & contrectavit; eoque spectaculo permota Ceres ridere incœpit, & pocu-

lum propinatum bibere. Hoc est quod nobis Orpheus narrat. Arnobius, qui interpretatur istos versus *lib.* v. nullam, inquiunt, Bacchi mentionem facit; atque inde concludunt, mendosos esse. Ignoscant mihi, si assentiri minime possum. Ego vero meminisse Bacchi Arnobium dico; sed corrupta hodie verba id efficere, ut videatur non fecisse. Certe restituendum ajo,

Quas cava succutiens Bacchus manu, (nam puerilis
Olli vultus erat,) plaudit, contrectat amice.

Nauci non est, quod hodie editur.

Quas cava succutiens Baubo manu, ——

Non enim Baubo injecta manu contrectabat suam pubem, sed Bacchus; quem, ut adolescentem, & lascivum, magis illud spectaculum movebat. Origo mendi ex compendio scriptionis, *Bacch* 9. Inde librarii supiniores fecerunt, *Baubo.* Nam quod quis dicat, non constare prosodiæ rationem, momenti nullius esse debet: nemo enim paullo doctior ignorat, quam secure metri leges migrent veteres illi Theologi Latini. Dico vero in comitatu Cereris, Proserpinam filiam cum facibus accensis quærentis, fuisse Bacchum; idque ex eo satis manifestum, quod Athenienses in templo Cereris ut ipsius simulacrum, Proserpinæque filiæ, ita & Bacchi facem gestantis posuerint. Observo apud Pausaniam in *Atticis*, cujus ista ibi verba. Καὶ πλησίον ναός ἐστι Δήμητρος. ἀγάλματα δὲ αὐτή τε, καὶ ἡ παῖς, καὶ δᾷδα ἔχων Ἴακχος. *Et prope est ædes Cereris; & imagines tum ipsa, tum puella, & facem habens Jacchus.* Clemens in *Protreptico*. Ἤπου γ' ἂν ἔτι τὴν Πραξιτέλους Δήμητρα καὶ Κόρην καὶ τὸν Ἴακχον τὸν μυστικὸν, Θεοὺς ὑπολαμβάνομεν; *Aut qui amplius Cererem Praxitelis & Proserpinam & Jacchum mysticum existimamus Deos?* Hinc in sacris Eleusiniis ejus quoque memoria. Ecce apud Ciceronem *De Leg.* lib. II. *Quid ergo aget Jacchus, Eumolpidæque nostri, & antiqua illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus?* Et apud Clementem in *Protreptico*, ubi sacra hæc ipsa enarrat. Νυνὶ δὲ τοῖς μυουμένοις ἡ ἱερὰ τῆς ἀκρασίας νύξ ἐστι λαλουμένη. καὶ τὸ πῦρ ἐλέγχει τὰ πάθη δᾳδουχούμενον. ἀπόσβεσον, ὦ ἱεροφάντα, τὸ πῦρ· αἰδέσθητι, δᾳδοῦχε, τὰς λαμπάδας. ἐλέγχει σου τὸν Ἴακχον τὸ φῶς. *Nunc autem initiatis illa sancta incontinentiæ nox est loquens. & ipse ignis in face lucens reprehendit nefarios impetus. Exstingue, o hierophanta, ignem. Reverere cum pudore, o faciferens, lampadas. Arguit tuum Jacchum istud lumen.* Quin & quodam mysteriorum die simulacrum illius cum cantu produci ab initiatis solitum; isque dies, ut & cantus, ex re Ἴακχος appellatus. Hesychius docet. Ἴακχον, τὸν Διόνυσον. ἢ μίαν ἡμέραν τῶν μυστηρίων, ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσιν. καὶ ἡ ᾠδὴ, ἣν μεμυημένοι ᾄδουσι. *Jacchum, Bacchum; aut unum diem mysteriorum, in quo educunt Jacchum: & cantus, quem initiati canunt.* Erat autem Bacchus iste Cereris ex Jove filius, qui hic intelligendus. Meminitque ejus Diod. Sic. *lib.* III. Φασὶ τὸν Θεὸν (τὸν Διόνυσον) ἐκ Διὸς καὶ Δήμητρος γεγενημένον, διασπασθῆναι. *Dicunt Deum (Bacchum) ex Jove & Cerere genitum discerptum esse.* Ergo una cum matre filius sororem raptam quæsitum ivit. Arbitror itaque supra versibus istis Orphei, veraque eorum lectione, nullum deinceps dubium fore.

C A P. XVI.

Μόρα, *sive* Μοῖρα, *Laconum. Quot in unaquaque milites. Etymol. Auctor emendatus. Quis earum numerus. Hesychius correctus, & Thucyd. semel atque iterum: item Harpocration. Xenophon explicatus.* Σκιρίτης λόχος, *ejusque militia. Etymol. Auctor iterum emendatus. Unde nomen acceperit. Hesych. iterum correctus.* Κροτανοί. Πιτανατῶν μοῖρα. Πιτανάτης λόχος. *Dionis Chrysostomi* ἁμάρτημα μνημονικόν.

IN Rep. Lacedæmoniorum Μόρα, vel Μοῖρα, dicebatur certa militum cohors. Schol. Demosthenis *in Orat. contra Aristocratem*. Μόρα, φησὶν Ἀνδρόμαχος, τάγμα στρατιωτικὸν παρὰ Λακεδαιμονίοις, οὕτω λεγόμενον. *Mora, ait Andromachus, ordo militaris apud Lacedæmonios ita dictus.* Plutarchus *De Gloria Atheniensium*. Καὶ περὶ Λέχαιον Ἰφικράτης κατέκοψε τὴν Λακεδαιμονίων μοῖραν. *Et circa Lechæum Iphicrates concidit Lacedæmoniorum moram.* Et in *Pelopida*. Τῇ γὰρ Ὀρχομενίων πόλει τὰ Σπαρτιατῶν ἑλομένῃ, καὶ δύο δεδεγμένῃ μόρας αὐτῶν ὑπὲρ ἀσφαλείας, ἐπεβούλευε μὲν ἀεί. *Nam urbi Orchomeniorum partes Spartiatarum sequutæ, & quæ receperat præsidii causa duas eorum moras, insidiabatur quidem semper.* Dinarchus in *Orat.* Κατὰ Δημοσθ. Ἐνίκησε τὴν ἐν Κνίδῳ ναυμαχίαν, ὅτε Ἰφικράτης ἀνεῖλε τὴν Λακεδαιμονίων μοῖραν. *Vicit prælio navali ad Cnidum, quando Iphicrates sustulit moram Lacedæmoniorum.* Latini idem nomen retinuerunt. Ecce in *Glossis* Græco-Latinis. Μόρα. *Mora.* Æmylius Probus in *Iphicrate. Hoc exercitu moram Lacedæmoniorum intercepit: quod maxime tota celebratum Græcia.* In unaquaque autem erant viri IↃ. Diod. Siculus *lib.* XV. Τὴν δὲ μοῖραν ἀναπληροῦσιν ἄνδρες πεντακόσιοι. *Moram vero perficiunt viri quingenti.* Exacte si computes, IↃ XII. nam habebat πεντηκοστύας quatuor; unaquæque vero πεντηκοστὺς capiebat viros CXXVIII. Schol. Thucyd. *lib.* V. Ἡ πεντηκοστὺς συνίσταται ἀπὸ ἀνδρῶν ἑκατὸν εἰκοσιοκτώ. ὁ δὲ λόχος, τούτων τετραπλασίων, γίνεται ἀνδρῶν πεντακοσίων καὶ δυοκαίδεκα. *Pentecostys constituitur ab viris centum viginti octo: cohors vero ab quadruplice harum numero censetur quingentis viris ac duodecim.* Vel CCC. aut IↃCC. Schol. Demosthenis *loco citato*. Ἐστὶ δὲ ἡ μοῖρα τάξις ἀνδρῶν πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ τριακοσίων. *Est autem mora ordo virorum quingentorum, aut septingentorum, aut trecentorum.* Itaque corrigendus *Etymolog.* Auctor in hac ipsa voce, apud quem male hodie legitur, Πεντακοσίων, ἢ ἑπτακοσίων, ἢ τριάκοντα. *Quingentorum, aut septingentorum, aut triginta.* Rescribe ad hoc exemplum, Ἑπτακοσίων, ἢ τριακοσίων. *Septingentorum, aut trecentorum.* Nonnulli etiam IↃ. CCCC. tradunt. Plutarchus e Polybio, in *Pelopida*. Ἦσαν δὲ δύο μόραι Λακεδαιμονίων. τὴν δὲ μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν. Καλλισθένης δ' ἑπτακοσίους· ἄλλοι δέ τινες ἐννακοσίους, ὧν Πολύβιός ἐστιν. *Erant autem duæ moræ Lacedæmoniorum. Moram vero Ephorus quidem ait esse viros quingentos. Callisthenes vero septingentos: alii vero quidam nongentos, in quibus est Polybius.* Erant vero μόραι istæ nihil aliud quam cohortes ordinariæ, quibus etiam extra bellum stipendia sua permanebant; habebanturque numero quinque. Diod. Siculus *loco citato*. Ὁ δὲ Ἀγησίλαος προσαγαγὼν τὴν δύναμιν, ἧκεν εἰς τὴν Βοιωτίαν, ἔχων τοὺς σύμπαντας στρατιώτας πλείους τῶν μυρίων ὀκτακισχιλίων. ὧν ἦσαν αἱ Λακεδαιμονίων πέντε μοῖραι. *Agesilaus admotis copiis, venit in Bœotiam, habens omnes milites ultra octodecim millia: quorum erant quinque moræ Lacedæmoniorum.* Semel autem hoc sciendum est, λόχον & μόραν eadem esse. Itaque fallitur Vir eruditissimus, l. IV. *De Rep. Laced.* c. IV. qui distinguit, & τὸν λόχον putat esse quartam partem τῆς μόρας; quemadmodum

etiam, cum τὴν πεντηκοςὺν dimidiam partem τοῦ λόχου statuit, quæ quarta erat, ut jam diximus. Ac λόχον quidem & μόραν eadem esse, facile evincunt tot variorum Auctorum loca, qui promiscue ita appellant. Et diserte Hesychius docet. Παρὰ γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις οἱ πέντε λόχοι μόραι αὖθις ὀνομασθέντες. *Nam apud Lacedæmonios quinque lochi vel cohortes rursus moræ nominatæ.* Ita locum illum emendo, qui hodie perperam editur, περὶ γὰρ τ. Λ. οἱ πατρίλοχοι μόρα αὖθις ὁ, *nam circa τ. Λ. patrilochi mora rursus n.* Nam quinque erant, ut dicere cœperam. Corrigendus etiam Thucydides *lib.* v. Ηπερ ὁ βασιλεὺς Αγις ἦν, ϗ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι, ἱππεῖς καλούμενοι, προσπεσόντες τῶν Αργείων τοῖς πρεσβυτέροις, ϗ πέντε λόχοις ὠνομασμένοις, ϗ Κλεωναίοις. *Qua parte rex Agis erat, & circa eum trecenti, equites vocati, aggressi Argivorum seniores, & quinque cohortes nominatas, & Cleonæos.* Non recte editur conjunctim, ϗ πεντελόχοις ὠ. Erratque Scholiastes Græcus, qui ita legendum autumat. Sed magis depravatus alter ejusdem ibidem locus. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνευ Σκιριτῶν. *Cohortes quidem enim pugnabant septem, absque Sciritis.* Idque vetus mendum video, cum Scholiastes lectionem illam agnoscat. Scripserat Thucydides. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο πέντε. *Cohortes quidem enim pugnabant quinque.* Harpocration *in* Μόρων. Διείλεκται δὲ περὶ τούτων Αριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. φησὶ δὲ ὡς εἰσὶ μόραι ὠνομασμέναι. *Disseruit autem de illis Aristoteles in Lacedæmoniorum republica: dicit vero esse nominatas moras.* Qui locus mutilus. In Vaticano Codice erat, Μόραι ϛ′ ὠνομασμέναι. *Moræ sex nominatæ.* Rescribo, Μόραι ε′. *Moræ quinque.* Nam ita scripsisse Aristotelem, fidem nobis Hesychius *in* λόχοι facit. Πέντε γάρ εἰσιν (οἱ λόχοι) ὡς φησὶν Αριστοτέλης. *Quinque enim sunt (cohortes) ut ait Aristoteles.* At turbat hic nonnihil Xenophon, & VI. fuisse auctor est, lib. *De Laced. Rep.* Οὕτω γε μὴν κατασκευασμένων, Μόρας μὲν διεῖλεν ἓξ ϗ ἱππέων ϗ ὁπλιτῶν. *Quum sic parati essent, moras quidem divisit sex & equitum & armatorum.* Eadem Harpocration ex Aristotele. Διείλεκται δὲ περὶ τούτων Αριστοτέλης ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. φησὶ δὲ ὡς εἰσὶ μοῖραι ἓξ ὠνομασμέναι. *Disseruit autem de his Aristoteles in Lacedæmoniorum republica. Dicit autem esse moras sex nominatas.* Expediam nodum, & illustrabo locum obscurum. Verum est, cohortes istas ordinarias apud Lacedæmonios universim VI. fuisse; sed v. ex his proprie Μόραι, sexta Σκιρίτης λόχος dicebatur. Hujus distincta omnino militia, & circa regem stabat, atque in prælio laborantibus succurrebat, eratque ex milite selecto. Diodorus clare *loco citato*. Ο δὲ Σκιρίτης καλούμενος λόχος παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις οὐ συντάττεται μετὰ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἰδίαν ἔχων σύστασιν, μετὰ τοῦ βασιλέως ἵσταται, ϗ παραβοηθεῖ τοῖς ἀεὶ θλιβομένοις μέρεσι. συνεστὼς δ' ἐξ ἐπιλέκτων ἀνθρώπων, μεγάλας ποιεῖται ῥοπὰς ἐν ταῖς παρατάξεσι, ϗ κατὰ τὸ πλεῖστον αἴτιος γίνεται τῆς νίκης. *Sciritis autem vocata cohors apud Spartiatas non componitur cum aliis, sed peculiare habens corpus cum rege constituitur, & opitulatur semper partibus laborantibus. Collecta vero ex delectis hominibus, magna adfert momenta in pugnis, & ut plurimum causatur victoriam.* Corrigendus de hac cohorte *Etymologici* Auctor. Σκιρίτης λόχος, ἀνδρῶν ἑξακοσίων, οἱ αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἐστρατεύοντο, ϗ οὐχ ἅμα τοῖς ἄλλοις Λακεδαιμονίοις. *Sciritis cohors, virorum sexcentorum, qui soli seorsum militabant, & non cum aliis Lacedæmoniis.* Male hodie editur, Σκίρτης λόχος. Vides etiam illic, seorsim militasse; tum ex IↃc. constitisse: quod observare item est apud Thucydidem *lib.* v. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο πέντε (ita enim legendum jam monui, ἄνευ Σκιριτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. *Cohortes enim quidem pugnabant quinque sine Sciritis, qui erant, sexcenti.* Dicebatur Σκιρίτης, a Sciro Arcadiæ; unde & Αρκαδικὸς Hesychio nuncupatur, cujus ista verba. Σκιρίτης λόχος, οὕτω καλούμενος, ὁ προκινδυνεύων. ἦν δὲ Αρκαδικός. *Sciritis cohors, sic vocata, quæ antecedit in prælio. erat autem Arcadica.* Male illic vulgatur, Σκειρίτης. Ex his quinque cohortibus autem, sive sex cum Xenophonte dicas, comprehensis ibi Sciritis, quatuor erant, quæ ad regem pertinebant. Scholiastes Aristophanis *ad Acharnenses*. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον τέσσαρες λόχοι, οἷς ἐκέχρητο ὁ βασιλεύς. *Apud Lacedæmonios autem erant quatuor cohortes, quibus usus fuerat rex.* Quæ totidem verbis Suidas, in Λόχος. Inde intelligendus idem Comicus *alibi*, cum ait.

Γνώσεσθ' ὅτι ϗ παρ' ἡμῖν εἰσι τέσσαρες
Λόχοι ἀνδρῶν μαχίμων ἔνδον ἐξωπλισμένων.
Cognoscetis etiam apud nos esse quatuor
Cohortes virorum pugnacium intus armatorum.

Quos versus respexisse censendus est Hesychius, *isto loco*. Λόχοι Λακεδαιμονίων, φησὶν Αριστοφάνης, τέσσαρες. *Cohortes Lacedæmoniorum, dicit Aristophanes, quatuor.* Ac duæ ex ephebis constabant. Ecce, Pausanias tibi in *Laconicis* ingerit. Ενταῦθα ἑκατέρα μοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ενυαλίῳ θύουσι. *Ibi utraque mora ephebeorum catulum canis Marti immolant.* Et quædam erat, quæ Εδωλὸς λόχος dicebatur. Observo alibi apud eundem Hesychium. Εδωλὸς, λόχος Λακεδαιμονίων οὕτως ἐκαλεῖτο. *Hedolos, cohors Lacedæmoniorum ita vocabatur.* Fuisse præterea Κροτανοὶ traduntur, qui etiam Πιτανατῶν μοῖρα, sive, Πιτανάτης λόχος, dicebantur. Meminit eorum Pausanias in *Laconicis*. Κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Αγιαδῶν βασιλέων εἰσὶ, ϗ πλησίον ὀνομαζομένη λέσχη Κροτανῶν. εἰσὶ δὲ οἱ Κροτανοὶ Πιτανατῶν μοῖρα. *In hac urbis parte sepulchra Agiadarum regum sunt, & prope nominata statio garrula Crotanorum. sunt autem Crotani mora Pitanatarum.* Sed falso hoc existimatum, neque revera ulli unquam Pitanatæ exstiterunt. Thucydides *lib.* I. Πολλὰ δὲ ϗ ἄλλα ἔτι ϗ νῦν ὄντα, ϗ οὐ χρόνῳ ἀμνηστούμενα, ϗ οἱ ἄλλοι Ελληνες οὐκ ὀρθῶς οἴονται· ὥσπερ, τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προστίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυεῖν: ϗ τὸν Πιτανάτην λόχον αὐτοῖς εἶναι, ὃς οὐδὲ ἐγένετο πώποτε. *Multa vero & alia etiam nunc observata, nec tempore abolita, etiam alii Græci non recte opinantur: quemadmodum reges Lacedæmoniorum non utrumque uno calculo ordinari, sed duobus; & Pitanaten numerum illis esse, qui fuit nunquam.* Memoria labitur Dion Chrysostomus, qui Orat. XI. *De Ilio non capto*, Thucydidem ait hæc dixisse de cohorte Scirite. Οπότε τὸν Σκιρίτην μὲν λόχον ὀνομάζουσι Λακεδαιμονίων, μηδεπώποτε γενόμενον, ὡς Θουκυδίδης. *Quando Sciritin quidem cohortem vocant Lacedæmoniorum, quæ nunquam fuit, ut Thucydides.* De Pitanate, item Hesychius testatur. Ο Πιτανάτης λόχος αὐτοσχεδιάζεται, οὐκ ὢν ταῖς ἀληθείαις. *Pitanates numerus frustra confingitur, qui vere non fuit.* Multo post tempore instituit Romæ Antoninus Caracalla. Herodianus, *lib.* IV. Από τε Σπάρτης μεταπεμψάμενος νεανίας, Λακωνικὸν, ϗ Πιτανάτην, ἐκάλει λόχον. *Sparta vero accitos juvenes, Laconicam & Pitanaten vocabat cohortem.*

CAP. XVII.

Nannium meretrix, Προσκήνιον cognominata. Menandri Νάννιον. Athenæi locus emendatus.

NANNIUM meretrix olim Προσκήνιον appellata fuit. Harpocration. Αντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος, ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, τὴν Νάννιον φησὶ Προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι, διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι. *Antiphanes autem junior, in scripto de meretricibus, ait Nannium cognominari Proscenium, quia extrinsecus videbatur esse formosior.* Plautus *Amphitryone*.

Etiam histriones Nannio in proscenio hic
Jovem invocarant. ——

Ita olim pene puer locum illum ex veteri quodam codice restitui; neque causam adhuc video, cur mutare sententiam debeam. Vide Curas Plautinas nostras *ad eam Fabulam*, cap. I. Fuit & inter Menandri Comœdias una, Νάννιον inscripta, ab hujus meretricis nomine, nisi me conjectura fallit. Est apud Athenæum *lib.* XIII. Καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ ὧν αιδ..... δράματα ἀπὸ ἑταιρῶν ἔχει τὰς ἐπιγραφάς, Θάλαττα Διοκλέους, Φερεκράτους Κοριαννώ, Εὐνίκου ἢ Φιλυλλίου Ἄντεια, Μενάνδρου δὲ Θαΐς, καὶ Φάννιον, Ἀλέξιδος Ὀπώρα. *Sed & alia multa quorum..... fabulæ ab meretricibus habent inscriptionem, Thalatta Dioclis, Pherecratis Corianno, Eunici vel Philyllii Antia, Menandri vero Thais & Fannium, Alexidis Opora vel Vindemia.* Locus non parum corruptus, & qui valde exercuit magnum Casaubonum. Vult enim legendum, vel πολλὰ τῶν ἀρχαίων δράματα, *multæ veterum fabulæ*. vel, πολλά, ὧν αἰδοῦμαι τὰ ὀνόματα λέγειν, δράματα, *multæ, quorum erubesco nomina dicere, fabulæ*. Utrumque abit a vestigiis antiquæ lectionis. Vide an non scripserit Athenæus; Πολλὰ ὧν οἶδα δράματα, *multæ quos novi fabulæ*. Et postea. Μενάνδρου δὲ Θαΐς καὶ Νάννιον, Ἀλέξιδος Ο. *Menandri vero Thais & Nannium, Alexidis* O. Phannii meretricis, quod sciam, meminit nemo: at vero Nannium scortum nobilissimum, quemadmodum Thais; unde utriusque nomine Fabulam inscriptam dedit Menander.

CAP. XVIII.

Hyperidis Oratio κατὰ Πατροκλέους, *an sit genuina ejus Suidas bis emendatus.*

HYPERIDIS Oratio quædam fertur, κατὰ Πατροκλέους. Ex ea fragmentum exstat apud Pollucem *lib.* IV. *cap.* XIX. *sect.* I. Ἔξεστι δὲ καὶ τὸ παραπέτασμα αὐλαίαν καλεῖν, Ὑπερίδου εἰπόντος ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. Οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες εἱστιῶντο ἐν τῇ στοᾷ, περιφραξάμενοι τὶ μέρος τῆς αὐλαίας. *Licet autem quoque prætensum velum appellare aulæam, Hyperide dicente in oratione contra Patroclem: Novem vero magistratus epulabantur in porticu, circumsepti aliquam partem aulæa.* Laudat Harpocration in Φορβαντεῖον, & *Etymologici* Auctor in eadem dictione. Suidas item *in* αὐλαία. Αὐλαία, τὸ τῆς σκηνῆς παραπέτασμα. κέχρηται δὲ αὐτῷ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. *Aulæa, scenæ prætensum velum: Usus est ea voce Hyperides in oratione contra Patroclem.* Respicit sine dubio ista verba, quæ ex Polluce jam produximus. Video autem dubitatum, an genuina Rhetoris istius hæc Oratio. Certe inter dubias ponit Athenæus *lib.* XIII. Ὑπερίδης δὲ ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides vero in oratione contra Patroclem, si vera genuina est, Areopagitas ait aliquem qui pransus fuerat in diversorio, vetuisse ascendere in Areopagum.* Et Harpocration *in* Νάννιον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος. *Hyperides in oratione contra Patroclem, si genuina.* Corruptus Suidas. *in* Παράβυστον, & Φορβαντεῖον. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Προκλέους. *Hyperides in oratione contra Proclen.* Origo mendi ex compendio scriptionis.

CAP. XIX.

Piræei murus, quam habuerit latitudinem; quam etiam altitudinem; item quantam Themistocles destinaverit. Quæ structura ejus fuerit. Ἀγορανόμοι, Ἀστυνόμοι, Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες *quot ibi fuerint; quot in Urbe. Lysandri factum. Frumenti peregre advecti quotnam partes in urbem inferrentur, quot in Piræeo retinerentur.*

PIRÆEI murus ea fuit latitudine, ut duo plaustra sibi obvia commeare in illo possent. Thucydides *lib.* I. Καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ. δύο γὰρ ἅμαξαι ἐναντίαι ἀλλήλαις τοὺς λίθους ἐπῆγον. *Et ex ipsius sententia exstruxerunt crassitudinem muri, quæ nunc quoque manifesta est circa Piræeum. Duo enim plaustra sibi adversa lapides advehebant.* Beda *De Nom. locorum in Act. Apost.* septemplicem fuisse commemorat. *Athenæ, civitas in Achaja, Philosophiæ dicata studiis. Quæ cum una sit, plurali numero semper appellari solet: cujus Piræeus portus septemplici quondam muro communitus fuisse describitur.* Et ex eo, etsi dissimulet auctorem, iisdem verbis, Smaragdus, *in eadem Acta*, cap. VIII. *Piræeus portus septemplici quondam muro communitus fuisse describitur.* Altitudo XL. cubitorum erat. Appianus *De Bell. Mithrid.* Ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθεν, κατακεκλεισμένων εἰς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιστα. *Ad Piræea descendit, hostibus intra muros conclusis. Altitudine autem erant isti muri cubitorum admodum quadraginta.* Idque dimidium ejus erat, quam Themistocles destinaverat. Thucydides *loco citato*. Τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο. *Altitudo autem erat circiter dimidium ejus quod destinaverat.* Jam structuram videamus. Erat ex ingenti lapide cæso quadrato. Appianus *loco citato*. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου. *Et structum erat ex lapide magno & quadrato.* Et hunc non cæmentum ullum, aut lutum, sed ferrum ac plumbum jungebant. Thucydides *ibidem*. Ἐντὸς δὲ οὔτε χάλιξ, οὔτε πηλὸς ἦν· ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐντομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν καὶ μολύβδῳ δεδεμένοι. *Intus autem nec cæmentum nec lutum erat: sed constructi magni lapides, & incisura angulares, ferro inter se invicem & plumbo extrinsecus vincti.* Erant autem in Piræeo, (libet enim hoc dicere per occasionem) Ἀγορανόμοι quinque. Harpocration. Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, κληροῦσθαί φησι πέντε μὲν εἰς Πειραιᾶ, πέντε δὲ εἰς ἄστυ. *Ædiles, fori curatores, magistratus in foro venalia exigentes. Demosthenes in oratione contra Timocratem. Aristoteles vero in Athenienfium republica sortito eligi dicit quinque quidem in Piræeum, quinque vero in urbem.* Ecce quinque in Piræeo illi erant, quinque in Urbe. Idem dicit de Astynomorum numero. Δέκα φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' ἐν ἄστει. *Decem dicit esse urbis curatores Aristoteles in Atheniensium republica; quinque quidem in Piræeo, quinque vero in urbe.* Sic οἱ Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου ibidem decem erant numero: nempe utrobique quinque. Ipse alibi. Ἐμπορίου δ' Ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι. *Emporii curatores sorte eligunt decem.* Alia τῶν Μετρονόμων ratio erat: qui in Piræeo decem, quinque in Urbe habebantur. Idem, ubi de iis agit. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα. Εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Erant vero numero quindecim. Ad Piræeum quidem decem, quinque vero ad urbem.* Alius rursum τῶν Σιτοφυλάκων numerus:

qui in Urbe erant quindecim, quinque autem in Piræeo. Idem, de iisdem agens. Ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δ' ἐν Πειραιεῖ. *Erant autem numero quindecim quidem in urbe, quinque vero in Piræeo*. Eadem ratione Lysander, captis Athenis, urbi præfectos triginta, Piræeo decem, imposuit. Plutarchus, in *ejus Vita*. Εὐθὺς δὲ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δ' ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας. *Statim vero & illa, quæ ad rempublicam pertinebant, movit, triginta quidem in urbe, decem vero in Piræeo constituens magistratus*. Frumenti vero, quod advehebatur peregre, duæ partes in urbem importabantur, tertia in Piræeo remanebat. Idem, in Ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου. Τούτοις δὲ προστέτακται τοῦ τε ἐμπορίου ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου, τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *His autem injuncta est cura emporii & frumenti, quod advehitur in Atticum emporium, ut mercatores cogantur duas partes in urbem vectare*.

CAP. XX.

Minerva Νίκη, *ejusque templum, & simulacrum alatum. Unde cognomen, & alas acceperit. Simulacrum ejus alis spoliatum.*

MEGARIS in arce inter alia fanum Minervæ, quæ Νίκη dicebatur. Pausanias in *Atticis*, ubi de Megaris agit. Ὠκοδόμηται δὲ ἐπὶ τῇ κορυφῇ τῆς ἀκροπόλεως ναὸς Ἀθηνᾶς· ἄγαλμα δὲ ἐστιν ἐπίχρυσον πλὴν χειρῶν καὶ ἄκρων ποδῶν. ταῦτα δὲ καὶ τὸ πρόσωπόν ἐστιν ἐλέφαντος. καὶ ἕτερον ἐνταῦθα ἱερὸν Ἀθηνᾶς πεποίηται, καλουμένης Νίκης. *Exstructum vero est in vertice arcis templum Minervæ: imago autem est inaurata præter manus & extremos pedes. Hæc atque etiam vultus est ex ebore. Et aliud illic templum Minervæ factum est, appellatæ Victoriæ.* Meminit Aristides Orat. *in Minervam*. Ἡ μόνη τῶν ἁπάντων θεῶν, ὁμοίως δὲ πασῶν, οὐκ ἐπώνυμος τῆς Νίκης ἐστὶν, ἀλλ' ὁμώνυμος. *Hæc sola omnium Deorum, & similiter Dearum, non cognomen habet Victoriæ, sed eodem nomine censetur*. Moschopulus. Νικῶ, τὸ περιγίνομαι. ἀφ' οὗ νίκη, ἡ τροπαιουχία. καὶ ξόανον Ἀθηνᾶς παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις. *Vinco, supero: unde victoria, possessio tropæi; & simulacrum Minervæ apud Athenienses*. Causam hujus cognomenti tradit *Etymol.* Auctor. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ Νίκη προσαγορεύεται. νομιζομένης γὰρ αὐτῆς πολεμικῆς καὶ φροντιστικῆς, ἀκόλουθον ἂν εἴη καὶ τὸ τὴν νίκην αὐτῇ συνέπεσθαι. τὸ γὰρ ἐμφρόνως πολεμεῖν, νικητικόν. *Et Minerva cognominatur Victoria. Nam quum illa existimetur bellica & prudens, consequens simul erit quoque victoriam ad eam vergere. Nam bellare cum prudentia, causatur victoriam.* In eodem fano simulacrum quoque Deæ erat sine alis, manu una malum Punicum, altera galeam tenens. Suidas. Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιὰν, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις. *Victoriæ Minervæ simulacrum sine alis, habens quidem in dextra malum Punicum, in sinistra vero galeam, colebatur apud Athenienses*. Quæ totidem verbis Harpocration *in* Νίκη Ἀθηνᾶ, unde Suidas accepit. Sed observandum ibi loci, ἄπτερον dici, id est, sine alis; nam sciendum alas olim, & quidem aureas, habuisse. Licet animadvertere in istis Eustathii *ad Iliad.* λ. Καὶ ὁ μῦθος τὴν Νίκην οὐ μόνον χρυσαῖν πτερύγοιν ἐκόσμησε, διὰ τὸ κατ' αὐτὴν πολυτίμητον, καὶ ὡς εἰπεῖν μετεωροπόρον, ἀλλὰ καὶ τῇ Ἀθηνᾷ εἰς ταυτὸν ἤγαγεν. ὡς δηλοῖ καὶ ὁ γράψας τὸ, Ἀθηνᾶ ἡ Νίκη. *Et fabula Victoriam non modo aureis alis ornavit, propter eximium ejus pretium, & ut ita dicam excelsum iter, sed & Minervæ injunxit & cum ea copulavit; ut declarat ille qui scripsit illud. Minerva Victoria*. Hinc est illud Aristophanis *Avibus*.

Αὐτίκα Νίκη πέταται πτερύγοιν χρυσαῖν.
Confestim Victoria volat alis aureis.

Veteres autem Athenienses Minervæ alas quoque Victoriæ dederunt una cum cognomento; nam Victoriæ alas dii dedisse fingebantur, Amori ereptas. Ea de re exstat fragmentum ex Aristophontis Pythagorista apud Athenæum *lib.* XII.

Εἶτ' οὖν δικαίως ἐστ' ἀπεψηφισμένος
Ὑπὸ τῶν θεῶν τῶν δώδεκ' εἰκότως Ἔρως.
Ἐτάραττε κἀκείνους γὰρ ἐμβάλλων στάσεις,
Ὅτ' ἦν μετ' αὐτῶν, ὡς δὲ λίαν ἦν θρασὺς,
Καὶ σοβαρὸς, ἀποκόψαντες αὐτοῦ πτερὰ,
Ἵνα μὴ πέτηται πρὸς τὸν οὐρανὸν πάλιν,
Δεῦρ' αὐτὸν ἐφυγάδευσαν ὡς ἡμᾶς κάτω.
Τὰς δὲ πτέρυγας, ἃς εἶχε, τῇ Νίκῃ φορεῖν
Ἔδοσαν. —— ——
Ergo igitur juste est abrogatus
Ab diis duodecim fort assis Amor.
Conturbabat & illos enim injiciens tumultus,
Quando erat cum eis, quam vero erat admodum audax,
Et arrogans, abscindentes ejus alas,
Ut ne volitaret ad cælum rursus,
Huc illum extorrem egerunt ad nos deorsum;
Alas vero, quas habebat, Victoriæ ferre
Dederunt. —— ——

Ea igitur ratione Minerva hæc alas accepit, & simulacrum ejus auratas. Id autem simulacrum alii Aglaophontis opus, alii patris Bupali & Athenidis tradebant. Schol. Aristophanis *loco citato*. Ἀρχέννους γάρ φησι, τὸν τοῦ Βουπάλου καὶ Ἀθηνίδος πατέρα, οἱ δὲ Ἀγλαοφῶντα τὸν Θάσιον ζωγράφον, πτηνὴν ἐργάσασθαι τὴν Νίκην. ὡς οἱ περὶ Καρύστιον τὸν Περγαμηνόν φασιν. *Archennus enim dicit etiam Bupali simul & Athenidis patrem, alii autem Aglaophontem Thasium pictorem, alatam fecisse Victoriam, prout Carystius Pergamenus inquit*. Sed postea homines quidam scelerati eas furto abstulerunt. Narrat rem Ulpianus in Orat. *contra Timocratem*. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει. ταύτης δὲ τὰς πτέρυγας, χρυσᾶς οὔσας, ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι. *Nonnulli vero explicant Victoriæ Minervæ esse simulacrum in arce; ejus vero alas, quæ sunt aureæ, conati fuerunt quidam malefici tollere*. Atque ita mansit deinceps ἄπτερον ut describunt Harpocration, & Suidas.

CAP. XXI.

Nothorum hereditas. Νοθεῖα. *Virginis imminutæ mulcta. Aristophanis Scholiastes emendatus. Nothi quando cum legitimis ex æquo hereditatem creverint. Legitimorum in eo casu prærogativa.*

SPURIIS Athenis, mortuo patre, ex facultatibus ejus mille drachmæ solvebantur, eaque Νοθεῖα appellabantur. Aristophanes *Avibus*.

Τί δ' ἢν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
Τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων, ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐᾷ.
Quid autem si pater mihi dederit pecunias
Illas spuriis solitas dari moriens, lex illum non sinit.

Quem locum respexit Pollux *lib.* III. *cap.* II. Ἀριστοφάνης δὲ. νοθεῖα τὰ χρήματα καλεῖ, τὰ τοῖς νόθοις διδόμενα. *Aristophanes notheia vocat nothis datas pecunias*. Eam pecuniam dixi fuisse mille drachmas. Harpocration. Νοθεῖα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. *Notheia, ea quæ nothis ex patriis bonis dantur, ita solent appellari. Erant vero ad mille drachmas*. Eadem ha-

bes apud Suidam. Nimirum illa summa erat, qua mulctabatur, qui virginem imminuisset. Marcellinus Comment. *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην Ἀθήνησι χιλίας διδόναι. *Lex, eum qui vi contrectavit puellam Athenis, mille dare.* Et hinc intelligenda illa Syriani in eundem *alibi*. Νόμος, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν εἰς πόλεμον, εἰ ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα. λαβὼν ἐκεῖνος, ἐβιάσατο. ἐπανελθὼν ὁ στρατηγὸς, κρίνει αὐτὸν δημοσίων ἀδικημάτων. ὁ δὲ, ὡς βιασάμενος, τὰς χιλίας διδόναι. *Lex, ducem egressum ad bellum, si habeat filiam, deponere filiam apud collegam. Hic accipiens vim intulit. Reversus dux postulat eum publicarum injuriarum: ille autem, ut qui vim intulit, mille* (drachmas vult) *dare*. Sopater in *Divis. Quæst.* Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην, διδόναι χιλίας. *Lex, eum qui puellæ vim attulit, mille dare.* Corruptus est Schol. Aristophanis *loco citato*, ubi, quæ fuerint τὰ νοθεῖα, exponit. Νόμος δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. *Lex autem erat Attica, nothis ad quinque minas relinquere.* Scribe, μέχρι δέκα μνῶν, *ad decem minas*. Nam mina una continebat drachmas centum; itaque ad constituendas drachmas mille opus est omnino minis decem. Origo mendi ex confusione numerorum έ. & ί. Quod si stuprum in panegyri oblatum esset, pœna decuplo major erat; & decies mille drachmæ a lege irrogatæ. Sopater in *Divis. Quæst.* Ο νόμος δίδοσθαι κελεύει τὰς μυρίας, ἐὰν βιάσηται κόρην ἐν πανηγύρει· *Lex decem millia dare jubet, si violet puellam in publica festivitate.* Sed non semper ista portione contenti esse cogebantur nothi. Nam si in domum eos pater introduxisset, ex æquo cum legitimis hereditatem cernebant. Marcellinus. Νόμος, τὸν γνήσιον καὶ τὸν νόθον ἰσοκληρονόμους εἶναι, ἐὰν τὸν νόθον ὁ πατὴρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγάγῃ. *Lex, naturalem & nothum ex æqua parte heredes esse, si nothum pater in domum induxerit.* Hac tantum prærogativa legitimi gaudebant, quod distribuendarum facultatum potestatem ipsi haberent, atque spuriis eligendi optionem darent. Observo apud Sopatrum. Ἔχων τις νόθον ἐκ δούλης, καὶ γνήσιον, ἔταξεν ἀμφοτέρους ἰσοκληρονόμους, ὁ νόμος δέδωκε τῷ γνησίῳ τῆς διανομῆς τὴν ἐξουσίαν. ὃς τὴν παροῦσαν οὐσίαν μερίδα θεὶς, ἀντέθηκε τῇ ἑτέρᾳ μορίδι τὴν τοῦ νόθου μητέρα, καὶ ἐπέτρεψεν ἐκλέγεσθαι. *Habens aliquis nothum ex ancilla, & legitimum, constituit utrumque æquis partibus heredem. Lex dedit legitimo potestatem dividendi. Qui præsentem substantiam ponens partem, opposuit in altera parte nothi matrem, & concessit electionem.* Vides clare rem totam.

C A P. XXII.

Βουστροφηδὸν γράφειν. *Leges Solonis quonam modo scriptæ. Ex arce in curiam, & forum, a quo deductæ. Axones, & leges, numero suo distinctæ. Quid sit,* ὁ κάτωθεν νόμος. *Harpocration emendatus. Sophonides, Ephialtæ pater. Diodorus Siculus restitutus.*

INVENIO Solonis leges βουστροφηδὸν scriptas fuisse. Didymi ea de re elegans fragmentum est apud Harpocrationem; ubi quid sit Ο κάτωθεν νόμος, *inferior lex*, varie explicat. Ἤτοι τὴν Ἡλιαίαν λέγει ὁ ῥήτωρ, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι· ἢ διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης, τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. ἢ ἐπεὶ τοὺς ἄξονας καὶ τοὺς κύρβεις ἄνωθεν τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησιν Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικῷ. *Aut Heliæam dicit orator, quia tribunalium alia quidem superiora, alia inferiora nominantur: aut quoniam forma scripturæ in Axibus sulcatim procedentis, legem ab lævis partibus incipientem, nominat inferiorem Demosthenes. Nam sulcatim scriptos fuisse Axes & Cyrbes, declaravit Euphorion in Apollodoro: aut quoniam Axes & Cyrbes supra arcem in curiam & forum transtulit Ephialtes, ut ait Anaximenes in Philippico.* Dicebant autem Βουστροφηδὸν γράφειν, cum ita scribentes lineas ducerent, quemadmodum sulcos arantes boves. Accipimus ex Hesychio. Βουστροφηδόν. οὕτως ἔλεγον, ἐπὰν ὁμοίως τοῖς ἀροτριῶσι βουσὶ τὰς ἀντιστροφὰς ποιῇ τις. ἔλεγον δὲ ἐπὶ τοῦ γράφειν τρόπῳ τοιούτῳ. *Sulcatim, vel bovina conversione. Ita dicebant, quando similiter ac arantes boves conversiones aliquis facit: dicebant autem de tali ratione scribendi.* Clare quoque Pausanias docet, *Eliac.* I. Τῶν δ' ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγραμμάτων ἔπεστι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. καὶ τὰ μὲν ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει, σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες. τὸ δέ ἐστι τοιόνδε. ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ. *Epigrammata vero inscripta arcæ sunt plurimis literis antiquis scripta. Et nonnulla quidem eorum recta procedunt, alias autem formas literarum Græci vocant sulcatim. Id vero est tale. Ab fine versus convertitur versus secundus, non aliter quam in cursu diauli.* Didymi fragmentum hoc exstat quoque apud Suidam, sed dissimulato ejus nomine, ut illic plurima. Porro in istis verbis circa finem hoc quoque observandum, quod dicat; axones & cyrbes Solonis ex arce in curiam atque forum ab Ephialte translatos esse. Id ipsum tradit etiam Pollux *lib.* VIII. *cap.* X. Ἀπέκειντο δὲ οἵ τε κύρβεις καὶ οἱ ἄξονες ἐν ἀκροπόλει πάλαι. αὖθις δ' ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ πρυτανεῖον καὶ τὴν ἀγορὰν μετηνέχθησαν. *Custodiebantur autem Cyrbes & Axes olim in arce: postea vero ut omnibus liceret occurrere, in prytaneum & forum translati sunt.* Jam ut hoc explicemus, quid sit ὁ κάτωθεν νόμος, in quo se frustra torquet Didymus, primum illud dicemus; distinctos numero axones fuisse. Sic nominatur primus apud Plutarchum in *Solone*. Καὶ πρῶτος ἄξων ἐστὶν, ὁ τοῦτον περιέχων τὸν νόμον. *Et primus axis est, qui hanc continet legem.* Nec multo ante decimus tertius. Ο δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως, αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον. *Sed tertius decimus axis Solonis habet octavam legem ita, ipsis vocibus scriptam.* Deinde etiam decimus sextus. Ἃς γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. *Quos enim in sextodecimo Axium definit honores eximiorum sacrificiorum, conjectu facile est multiplices esse.* Præterea in illis singulæ item leges numero notatæ; quamobrem est in illis Plutarchi *verbis* jam *citatis*. Ο δὲ τρισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει νόμον. *Tertius autem decimus Axis Solonis habet octavam legem.* Harpocrat. *in* Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες. Καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν νόμων. *Et Solon in vicesimo primo legum.* Ac quæ in parte inferiori scriptæ essent, οἱ κάτω, sive κάτωθεν, νόμοι dicebantur. Ecce apud Demosthenem Orat. *in Aristocratem*. Καίτοι ταῦτα πάντα ἀπείρηκεν ἄντικρυς καὶ σαφῶς ὁ κάτωθεν νόμος, μηδὲ τοὺς ἑαλωκότας καὶ δεδογμένους ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ποιεῖν. *Quamvis illa omnia abrogavit ex contrario & manifesto inferior lex, neque convictos & decretos homicidas audere facere.* Et corrigendus in eandem rem Harpocrationis locus in Σῖτος, ubi verba corrupta pariter & luxata. Σῖτος καλεῖται ἡ διδομένη πρόσοδος εἰς τροφὴν ταῖς γυναιξὶν, ἢ τοῖς ὀρφανοῖς, ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐστὶ, καὶ ἐν τῷ ἐκ τοῦ Σόλωνος πρώτου κατὰ τοῦ ἄξονος. *Frumentum vocatur reditus qui datur in alimentum conjugibus, aut pupillis, ut ex aliis discere est, & in*

eo ex Solonis primo de Axe. Nam quid hoc quæso est? ϗ ἐν τῷ ἐκ τῦ Σόλωνος πρώτυ ϗ τῦ ἄξονος. Quis mihi sensum aliquem commodum inde dabit? Restituo in pristinum suum ordinem, & emendo. Ὡς ἐξ ἄλλων μαθεῖν ἐςὶ, ϗ ἐκ τῦ Σόλωνος πρώτυ, ἐν τῷ κάτω τῦ ἄξονος. *Sicut ex aliis discere est, & ex Solonis primo, in inferiore parte Axis*. Hoc ex aliis, inquit, discere licet; & ex prima Solonis tabula, in inferiori ejus parte. Nemo, opinor, rectam negabit emendationem meam. Non minus corrupta hæc quoque apud Suidam, qui transcripsit. Ὡς ἐςὶ μαθεῖν ϗ ἐν τῷ τῦ Σόλωνος πρώτῳ κατὰ τῦ ἄξονος. *Uti discere est & in eo Solonis nuper de Axe*. Rescribe itidem. Ἐν τῷ τῦ Σόλωνος πρώτῳ, κάτω τῦ ἄξονος. *In Solonis primo, inferiori parte Axis*. Porro, antequam caput hoc finiam, Ephialtis paullo ante mentio revocat mihi in memoriam corruptum Diodori Siculi locum de ejus patre, *lib.* XI. Ἅμα δὲ τύτοις πραττομένοις, ἐν μὲν ταῖς Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σιμωνίδυ, δημαγωγὸς ὢν, ϗ τὸ πλῆθος παροξύνας. *Simul quum hæc fierent, Athenis quidem Ephialtes Simonidæ filius, reipublicæ administrandæ particeps, & multitudinis concitor*. Rescribendum, Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδου. *Ephialtes Sophonidæ filius*. Nam id Ephialtis patri nomen. Ælianus *Var. Histor.* lib. II. cap. XLIII. Καὶ Λάμαχος ὁ Ἀθηναῖος, ϗ Σωκράτης ὁ Σωφρονίσκυ, ϗ Ἐφιάλτης δὲ ὁ Σοφωνίδυ. *Et Lamachus Atheniensis, & Socrates Sophronisci, & Ephialtes autem Sophonidæ fil.* Iterum *lib.* XI. *cap.* IX. Ὅτι Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδυ πενέςατος ἦν. *Quod Ephialtes Sophonidæ fil. pauperrimus esset*.

CAP. XXIII.

Τρίποδες *Athenis; & de iis liber Heliodori*.

ERAT platea quædam Athenis, Τρίποδες dicta, juxta Prytaneum initium habens; in qua templum valde magnificum, atque in eo tripodes ænei, unde nomen. Observo apud Pausaniam in *Atticis*. Ἔςι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τῦ πρυτανείυ καλυμένη Τρίποδες· ἀφ' ὗ δὲ καλῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τῦτο μεγάλοι, ϗ σφίσιν ἐφεςήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιςα περιέχοντες εἰργασμένα. *Est autem via ab prytaneo, quæ vocatur Tripodes. Unde vero appellant locum, ædes Deorum in eo magnæ, iisque adsunt tripodes ænei quidem, sed memoria digna maxime continentes peracta*. Erant ibi plurima spectatu digna, quæ commemorat illic Pausanias. Et singulare de iis Opus scripserat Heliodorus. Meminit Harpocration *in* Ὀνήτωρ. Ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς, Ἡλιόδωρος περὶ τῶν ἐν Ἀθήναις Τριπόδων. *Fuisse vero unum ex illis, qui comœdias instruxerunt, Heliodorus de Tripodibus, qui sunt Athenis*.

CAP. XXIV.

Βυλευτικόν. Ἐφηβικόν. *Loca in theatro. Hesychius bis emendatus*. Ἐφήβαιον. Ἐφήβειον. *Pausanias, & Livius, correcti*. Δρόμος. *Livius iterum tentatus*.

IN theatro distincta erant, senatorum & epheborum loca; atque ubi illi sederent, Βυλευτικὸν: ubi hi, Ἐφηβικὸν dicebatur. Licet observare apud Pollucem *lib.* IV. *cap.* XIX. Ἐκαλεῖτο δέ τι ϗ βυλευτικὸν μέρος τῦ θεάτρυ, ϗ ἐφηβικόν. *Vocabatur autem aliqua etiam senatoria pars theatri, & ephebis adsignata*. Emendandus Hesychii locus. Βυλευτικόν, τόπος τὶς Ἀθήνησιν ἐν τῷ θεάτρῳ, ὅπυ οἱ βυλευτικοὶ καθήμενοι ἐθεῶντο· ϗ ὗ οἱ ἔφηβοι, ἐφηβικὸν ἐκαλεῖτο. *Senatorium, locus quidam Athenis in theatro, ubi senatores sedentes spectabant; & ubi ephebi, vocaba-*

A *tur ephebicum*. Hodie perperam editur, Καὶ ὗ οἱ εὔφημοι, εὐφημικὸν ἐ, *& ubi homines bonæ famæ, euphemicum*. Simile mendum, ut hoc παρόδῳ dicam, apud eundem in τριακάτιοι. Τριακάτιοι, οἱ εὔφημοι, ϗ τὸ σύςημα αὐτῶν. *Triacatii, bonæ famæ homines, & collegium eorum*. Itidem rescribe, οἱ ἔφηβοι, *ephebi*. Meminit τῦ Βυλευτικοῦ Aristophanes *Avibus*.

Καθ' ὁρᾷ ἄνδρα τ̃ γυναικὸς ἐν τῷ βυλευτικῷ.
Et postea videt maritum mulieris in senatorio.

Ubi Scholiastes. Οὗτος τόπος τῦ θεάτρυ, ὁ ἀνειμένος τοῖς Βυλευταῖς· ὡς ϗ ὁ τοῖς Ἐφήβοις, Ἐφηβικόν. *Iste locus theatri, destinatus Senatoribus; sicut etiam e-*
B *phebis secretus, Ephebicus*. Sed Ephebici Atheniensis mentio revocat mihi in memoriam Ephebæum Lacedæmoniorum, & corruptum de eo Pausaniæ locum in *Laconicis*. Θεράπνης δὲ ὐ πόῤῥω Φοιβαῖον καλύμενόν ἐςιν, ἐν δὲ αὐτῷ Διοσκύρων ναός· ϗ οἱ ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ ἐνταῦθα. *A Therapne non procul Phœbæum vocatum est, & in eo ædes Dioscurorum; & ephebi illic Marti sacrificant*. Omnino rescribendum, ὐ πόῤῥω Ἐφηβαῖον καλύμενον, *non procul Ephebæum vocatum*. Quod Sylburgio quoque, & Amasæo, observatum. Nominis ratio in propatulo. Et
C est locus antecedens, qui evincit. Θύυσι πρὸ τ̃ μάχης ἐν τῷ Ἐφηβαίῳ· τὸ δὲ Ἐφηβαιόν ἐςι ἐκτὸς τ̃ πόλεως Θεράπνης ὐ πολὺ ἀφεςηκός. ἐνταῦθα ἑκάτερα μοῖρα τ̃ ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύυσι. *Sacrificant ante pugnam in Ephebæo. Ephebæum vero istud est etiam extra urbem Therapnen non multum distans. Illic utraque mora epheborum catulum canis sacrificant Marti*. Et corruptum hoc nomen itidem apud Livium *lib.* XXXIV. ubi de Spartæ obsidione agit. *Quod roboris in exercitu erat, trifariam divisum, parte una a Phœbeo, altera a Dictynneo, tertia ab eo loco quem Heptagonias appellant, (omnia autem hæc aperta sine muro loca sunt,) aggredi jubet*. Restituo, *parte una ab Ephebeo, altera a D.* Aliud erat
D Ἐφήβειον in palæstra, cujus meminit Vitruvius *lib.* V. *cap.* XI. In eodem vero Livio, eodem libro, ut per occasionem hanc id moneam, alter locus mendo vacare non videtur. Est in illa ipsa belli Spartani historia. *Cum suspectos quosdam civium haberet, eductis in campum omnibus copiis, Dromon ipsi vocant, positis armis ad concionem vocari jussit Lacedæmonios*. Quid enim? an copias universas unica voce Δρόμον appellabant Lacedæmonii? Nugæ. Δρόμος erat extra urbem Spartanam campus, in quo se juventus cursu exercebat. Pausanias in *Laconicis*. Καλῦσι δὲ Λακεδαιμόνιοι Δρόμον, ἔνθα τοῖς νέοις ϗ ἐφ' ἡμῶν ἔτι
E δρόμυ μελέτη καθέςηκεν. *Vocant autem Lacedæmonii Dromon, ubi adolescentibus etiam nostro tempore adhuc cursus exercitatio constituta est*. Et occurrit plurima illic ejus mentio. Ergo verba illa Livii, luxata aliquantum, ita ordinare malim. *Eductis in campum, Dromon ipsi vocant, omnibus copiis*.

CAP. XXV.

Ὄρυγμα. *Locus Hippothoontidis tribus*. Ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι.

F ERAT Athenis locus alte effossus, qui Ὄρυγμα dicebatur; idem cum eo qui Βάραθρον etiam nuncupabatur. Stephanus. Βάραθρον, τόπος κοῖλος, ϗ ὄρυγμα καλύμενος. *Barathrum, locus cavus, & fossa vocatus*. Hesychius. Βάραθρον, ὄρυγμα. *Barathrum, fossa*. In eum facinorosos morti damnatos præcipitabant. Harpocration. Ὄρυγμα, ἰδίως ὕτως ἐκαλεῖτο, ἐφ' ὗ οἱ κακῦργοι ἐκολάζοντο Ἀθήνησι. *Fossa proprie sic vocabatur, in quæ malefici puniebantur Athenis*. Erat autem tribus Hippothoontidis. Suidas. Βάραθρον, ὄρυγμα ἐςὶν, εἰς ὃ τ̃ Ἱπποθοωντίδος δήμυ; τὰς ἐπὶ θανάτῳ κατακρίτυς

ἐνέβαλλον. *Barathrum, fossa est, in quod Hypothoontidis populus damnatos ad mortem injiciebat.* A Totidem verbis Harpocration in illa voce. Hinc ὁ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι, *superpositus fossæ*, dicebatur carnifex. Dinarchus Orat. *in Demosthenem*. Καὶ τεθνᾶσι κατὰ τὸ σὸν ψήφισμα δύο πολίται, πατὴρ καὶ υἱός, παραδοθέντες τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι. *Et mortui sunt ex tuo decreto duo cives, pater & filius, traditi superposito fossæ.* Lycurgus *in Leocratem*. Καὶ ἐψηφίσαντο, ἐάν τις αὐτῶν ἐπανιὼν ἁλίσκηται, ἀπαγαγεῖν Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, παραλαβόντας δὲ παραδοῦναι τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι. *Et decreverunt, si quis eorum reversus capiatur, abducere Athenienſium quemcunque ad legumlatores, qui adepti tradant superposito fossæ.* B Polluci dicitur, ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι, *qui ad fossam, lib.* VIII. *cap.* VII. Ὁ δὲ παραλαμβάνων τοὺς ἀνῃρημένους, καλεῖται δήμιος, δημόκοινος, ὁ πρὸς τῷ ὀρύγματι. *Qui vero apprehendit sublatos, vocatur demius vel publicus, item democœnus vel communis populo, item ille ad fossam.*

CAP. XXVI.

Platæenses in Pœcile porticu picti. Harpocrationis error.

C IN porticu Pœcile inter cæteros picti quoque Platæenses fuerunt. Meminit Demosthenes Orat. *in Neæram*. Πλαταιεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν ἐβοήθησαν Μαραθῶνάδε, ὅτε Δάτις, ὁ βασιλέως Δαρείου στρατηγὸς, ἀναχωρῶν ἐξ Ἐρετρίας, Εὔβοιαν ἐφ᾽ ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἀπέβη εἰς τὴν χώραν πολλῇ δυνάμει, καὶ ἐπόρθει. καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπόμνημα ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν. *Platæenses enim, o viri Athenienses, soli Græcorum vobis opitulati sunt ad Marathona, quando Datis, regis Darii dux, recedens ex Eretria, Eubœa sub potestatem redacta, devenit in hanc regionem cum magnis copiis, & vastabat; atque adhuc etiam nunc virtutis eorum monumentum in Pœcile porticu pictura significat.* D Ejus rei nomine erroris Oratorem insimulat Harpocration; negatque quemquam hoc dixisse. Verba ejus ecce ista. Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ· οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν, ὥσπερ οὐδὲ Κρατερὸς ἐν τῇ τῶν ψηφισμάτων συναγωγῇ. *Aberrat Demosthenes in oratione contra Neæram, dicens Platæenses pictos esse in porticu Pœcile. Nemo enim istud dixit, sicuti nec Craterus in decretorum collectione.* Sed ego erroris convinco Harpocrationem. Verum enim Orator dixit; & accipe testimonium a Pausania in *Atticis*, ubi picturas istius porticus pluribus commemorat. Τελευταῖον δὲ τῆς γραφῆς εἰσὶν οἱ μαχησάμενοι Μαραθῶνι. Βοιωτῶν δὲ οἱ Πλαταιὰν ἔχοντες, καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν, [illegible] χεῖρας τοῖς Βαρβάροις. *Terminus vero picturæ sunt qui pugnaverant Marathone. Bœotorum vero Platæam incolentes, & quidquid erat Atticum, ad manus veniunt Barbaris.* Ergo frustra est doctissimus Grammaticus.

CAP. XXVII.

Ἰσοδαίτης. *Hesychius emendatus, item Pollux. Bacchus, & Pluto, iidem.*

SCRIPSIT Hyperides Orationem ὑπὲρ Φρύνης. In ea meminit Ἰσοδαίτου. Narrat Harpocration; &, qui Ἰσοδαίτης ille fuerit, explicat istis verbis. Ἰσοδαίτης, Ὑπερίδης ἐν τῷ ὑπὲρ Φρύνης, ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει. *Isodætes, Hyperides in oratione pro Phryne, peregrinus quidam genius, cui plebejæ & non valde seriæ mulierculæ operabantur.* Ac totidem pene verbis Suidas. Fuit autem inter cognomina Bacchi. Plutarchus *de ει apud Delphos*. Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα, καὶ Νυκτέλιον, καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσιν. *Dionysum vero & Zagrea, & Nyctelium, & Isodæten eum nominant.* Corrigendus est Hesychius. Ἰσοδαίτης, ὑπ᾽ ἐνίων ὁ Πλούτων· ὑπὸ δὲ ἄλλων, ὁ Πλούτωνος υἱός. *Isodætes, ab nonnullis Pluto; sed ab aliis filius Plutonis.* Hodie editur, Ἰσοδέτης. Et observa; Plutonem, aut ejus filium, explicari: cum inter Bacchi cognomina recenseat Plutarchus. Sed hæc etsi in speciem diversa, non sunt tamen. Nam Veteres Bacchum cum Plutone eundem statuebant, ut docet Clemens in *Protreptico*. Sed quando Hyperidis facta mentio, in memoriam mihi se ingerit Pollucis locus, quem corruptum esse censeo. In ὀξυθύμια Harpocration citat itidem Hyperidem hunc ἐν τῷ κατὰ Δημάδου. Pollux simpliciter dicit, *lib.* II. *cap.* IV. *sect.* XLVII. Καὶ ὀξυθυμία, ἣν οἱ φαῦλοι ῥήτορές φασι καθάρματα. *Et oxythymia, quam pravi oratores dicunt purgamenta.* Primo scribendum, ὀξυθύμια. Est enim neutrum plurale, non fæmininum singulare, ut loquuntur. Neque aliter invenies apud *Etymologici* Auctorem, Hesychium, & Suidam. Sed qui sunt? Οἱ φαῦλοι ῥήτορες, *pravi oratores*. Usus est hac voce Hyperides, ut videmus, aliique e decem: verum an illi τῶν φαύλων ῥητόρων censendi? Nemo dixerit, cui quidem sanum sinciput. Ergo restituo totum locum. Καὶ ὀξυθύμια ἦν, ἃ οἱ παλαιοὶ ῥήτορές φασι κ. *Et oxythymia erant, quæ antiqui oratores dicunt p.*

JOANNIS MEURSII ATTICARUM LECTIONUM LIBER II.

CAP. I.

Sacra pro felici frugum proventu. Προηρόσια. Προηροσία. Πρηρόσια. Προχτύρια. *Hesychius, Suidas, Plutarchus, & Aristopanis Schol. emendati. Origo horum sacrorum. Ceres* Προηροσίη *unde. Doriensium vota.* Πραταροσία. Πράτα. *Siculi vota in templum mittebant.* Δράξων. Δράξοντες. *Sacra pro messe.* Προχαιριστήρια. *Pro pluvia, ac ventis. Jovis* Ομβρίυ *ara ubi.* Βορεασμός. *Hesychii locus alter restitutus. Laconum ante fruges colligendas sacrificium.* Προλογία.

ATHENIENSES pro felici frugum proventu, antequam ararent, sacra faciebant, quæ ex re Προηρόσια dicebantur. Hesychius. Προηρόσια, τὰ πρὸ τῦ ἀρότυ θύματα. *Proerosia, sacrificia ante arationem.* Ita corrigo. Hodie editur, πρὸ ἀρότρυ, *ante aratrum.* Idemque mendum est apud Suidam, ubi itidem corrigendum. Ac habemus antiqui hujus moris vestigium apud Euripidem in *Supplicibus*, ubi sic Æthra.

Μόνον τὸ δ' ἔργον προστιθεὶς ἐμῷ τέκνῳ,
Πόλει τ' Ἀθηνῶν. τυγχάνω δ' ὑπὲρ χθονὸς
Ἀρότυ προθύυσ' ἐκ δόμων ἐλθῦσ' ἐμῶν,
Πρὸς τόνδε σηκόν. ——
Solum hoc opus gratificans meo filio,
Et urbi Athenarum. Adsum vero pro terra
Ante arationem sacrificans ex ædibus egressa meis
Ad hoc templum. ——

Vel etiam dicebatur fœminino genere singulariter, Προηροσία. Harpocration. Προηροσία, Ὑπερίδης Δηλιακῷ, ὄνομα θυσίας. *Proerosia, Hyperides in Deliaca, nomen sacrificii. Etymologici* Auctor. Προηροσία, ὄνομα θυσίας ὑπὲρ τῶν καρπῶν γενομένης. *Proerosia, nomen sacrificii pro frugibus facti.* Per syncopen quoque dicebant, Πρηροσία. Observo apud Hesychium alibi. Πρηροσία, θυσία Ἀθήνησιν. *Prerosia, sacrificium Athenis.* Vulgus Προακτύρια appellabat. Hesychius, *loco* jam *citato.* Προηρόσια, τὰ πρὸ τῦ ἀρότυ (ita emendandum jam monui) θύματα. καὶ ὁ δῆμος δὲ αὐτὰ προακτύρια καλεῖ. *Proerosia, ante arationem oblationes. Et populus autem vocat ea proacturia.* Excidit sine dubio hoc sacrificii nomen apud Plutarchum *Adversus Coloten.* Τίνι γὰρ προτέλεια θύσωμεν; τίνι σωτήρια; πῶς δὲ φωσφόρια, βακχεῖα, προτέλεια γάμων ἄξομεν, μὴ ἀπολιπόντες μηδὲ βακχεῖς, καὶ φωσφόρυς, καὶ προηροσίυς, καὶ σωτῆρας; *Cui enim prolusoria immolabimus? cui salutis sacrificia? quomodo autem Phosphoria, Bacchica, prolusoria nuptiarum celebrabimus, quum non sint relicti, vel Bacchi, vel Phosphori, vel proerosii, vel servatores?* Neque simpliciter mutilus hic locus, sed præterea etiam corruptus. Primum enim, quænam hic sacra, quæ diis τοῖς Προηροσίοις respondent? Deinde, ubi dii Γαμήλιοι, quibus τὰ προτέλεια γάμων; &, cur bis Προτέλεια commemoret? Omnino censeo, priore loco rescribendum. Τίνι γὰρ προηρόσια θύσομεν; τίνι σωτήρια; *Cui enim sacra arationem præcedentia immolabimus? cui propter salutem?* in fine vero addendum esse. Καὶ προηροσίυς καὶ σωτῆρας, καὶ γαμηλίυς. *Et proerosios, & servatores, & nuptiales.* Opus habebat tam insignis locus curatione. Instituta vero hæc sacra ab Atheniensibus suasu oraculi, cum fame gravi, sive peste, ut alii volunt, premerentur. Docet Schol. Arist. *ad Eq.* Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὅτι λιμῦ, οἱ δὲ, ὅτι καὶ λοιμῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκυμένην, χρωμένων τίνα ἂν τρόπον παύσαιτο τὸ δεινὸν, τὴν λύσιν ταύτην ὁ Πύθιος ἐμαντεύσατο, εἰ προηρόσιον ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναίων, τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. *Alii enim quidem dicunt, fame; alii vero, etiam peste omnem terrarum orbem vastante, consulentibus oracula quo modo hæc miseria finiretur, solutionem istam vaticinatum fuisse Pythium, si antearatorium pro omnibus Atheniensibus facerent. Quum igitur Athenienses fecissent, malum cessavit.* Sed scribendum illic, ὑπὲρ ἁπάντων Ἀθηναῖοι θύσειαν. *pro omnibus Athenienses immolarent.* Nam Athenienses hæc sacra faciebant pro omnibus Græcis; siquidem universa terra laborabat, ut est videre in ipsius Scholiastæ verbis, cum ait. Τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκυμένην. *Omnem infestante orbem terrarum.* Et postrema verba evincunt. Θυσάντων ὖν τῶν Ἀθηναίων, τὸ δεινὸν ἐπαύσατο. *Quum igitur immolavissent Athenienses, malum cessavit.* Suidas confirmat. Προηροσίαι, αἱ πρὸ τῦ ἀρότυ (ita scribendum jam monui, non ἀρότρυ.) γινόμεναι θυσίαι περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι καρπῶν, ὥστε τελεσφορεῖσθαι. ἐγίνετο δὲ ὑπὸ Ἀθηναίων ὑπὲρ πάντων Ἑλλήνων. *Proerosiæ, ante arationem fieri solitæ immolationes de futuris frugibus, ut consummarentur. Fiebant autem ab Atheniensibus pro omnibus Græcis.* Huc pertinet locus Lycurgi in *Orat.* Κατὰ Μενεσαίχμυ. Καὶ γὰρ νῦν πολλὰς ὑμῖν τιμὰς ὀφείλω. καὶ ζητῶ παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι μαντευομένης τὸν Δία προηροσίας ποιήσασθαι. *Nam & nunc multas & magnas vobis mercedes debeo: & quæro apud omnes Græcos, qui oraculum consuluerunt, antearatoria Jovem fecisse.* Facta autem hæc sacra Cereri; atque ita oraculum jusserat, de quo statim nobis dictum. Observo apud Suidam *in* εἰρεσιώνη. Λοιμῦ πᾶσαν τὴν γῆν κατασχόντος, ὁ Θεὸς εἶπε προηρόσια τῇ Δηοῖ ὑπὲρ πάντων θῦσαι θυσίαν Ἀθηναίυς. *Fame universam terram vexante, Deus respondit antearatoria Cereri pro omnibus immolavisse sacrificium Athenienses.* Ita rescribo; nam perperam hodie illic editur, Προηρόσια. Inde autem cognomen quoque deæ, ut Προηροσία diceretur. Ecce apud Plutarchum in *Convivio* VII. *Sap.* Ὀμβρίῳ δὲ Διὶ, καὶ Προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ Φυταλμίῳ Ποσειδῶνι πῦ βωμός ἐστι; πῦ δὲ θυσία; *Pluvio autem Jovi, & Antearatoriæ Cereri, & fœcundi maris præsidi Neptuno ubi ara est? ubi vero sacrificium?* Ut autem apud Athenienses sacra, ita apud Dorienses supplicatio pro hac ipsa re fieri solita; eaque Πραταροσία dicta. Hesychius. Πραταροσία, κατευχὴ ἀρχομένης ἀροτειώσεως. *Pratarosia, obsecratio incipiente aratione.* Nimirum quia τᾷ πράτᾳ, id est, novilunio, fieret; nam illis luna nova πράτα nuncupabatur, quasi primam dicere vellent: πράτα enim pro πρώτη dicebant. Animadverto ecce apud eundem Hesychium. Πράτα, ἡ νυμηνία. *Prata, novilunium.* Siculorum rustici in templum Δράξων nuncupatum vota mittebant: unde & ipsi Δράξοντες dicti. Hesychius. Δράξων, ἐν Σικελίᾳ ἱερὸν, εἰς ὃ οἱ γεωργοὶ εὐχὰς ἔπεμπον, ὅθεν καὶ Δράξοντες

ἐκλήθησαν. *Draxon in Sicilia templum, in quod rustici vota mittebant, unde & Draxontes vocati sunt.* Porro ut ineunte hieme pro felici aratione sacra facta, & vota nuncupata; ita quoque extrema hieme, apperente vere, cum jam germinare fructus inciperent, iterum sacra faciebant cum gaudio ac lusu Cereri Χλόῃ. Phurnutus; Περὶ δὲ τὸ ἔαρ Δήμητρι Χλόῃ θύουσι μετὰ παιδιᾶς καὶ χαρᾶς, ἰδόντες χλοάζοντα, καὶ ἀφθονίας αὐτοῖς ἐλπίδα ὑποδεικνύοντα. *Sed circa ver sacrificant Cereri Floridæ cum lusu & gaudio, cernentes florentia, & abundantiæ illis spem ostendentia.* Et quidem die sexto mensis Thargelionis, qui est idem cum Aprili. Scholiastes Sophoclis *ad Oed. Col.* Οὕτω δὲ τιμᾶται (Δημήτηρ ἡ Χλόη) ἐκ τῆς τῶν κήπων χλόης. θύουσι γὰρ αὐτῇ Θαργηλιῶνος ἕκτῃ ἤτοι Σεπτεμβρίου. *Sic autem colitur (Ceres Florida) ex hortorum flore. Nam sacrificant illi Thargelionis die sexto vel Septembris.* Ubi fallitur vehementer, quod Thargelionem mensem cum Septembri eundem putat. Immolabant vero arietem. Eupolis Μαρικᾷ.

Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι. θῦσαι γάρ με δεῖ
Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

Sed recta in urbem eo. sacrificare enim me oportet
Arietem Floridæ Cereri.

Etiam Minervæ sacra faciebant, eaque Προχαριστήρια nuncupata. Suidas. Προχαριστήρια. ἡμέρα, ἐν ᾗ οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ πάντες, ἀρχομένων καρπῶν φύεσθαι, λήγοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ. τῇ δὲ θυσίᾳ ὄνομα προχαριστήρια. *Procharisteria, dies, in quo omnes qui in magistratu sunt, incipientibus nasci frugibus, cessante jam hieme, immolabant Minervæ. Isti autem sacrificio nomen procharisteria.* Meminit Lycurgus in *Orat.* Περὶ ἱερωσύνης. Τὴν τοίνυν ἀρχαιοτάτην θυσίαν, διὰ τὴν ἄνοδον τῆς θεοῦ, ὀνομασθεῖσαν δὲ προχαριστήρια, διὰ τὴν βλάστησιν τῶν καρπῶν τῶν φυομένων. *Itaque vetustissimum sacrificium, propter ascensum Deæ, appellatum vero Procharisteria, propter germinationem nascentium frugum.* Supplicabant quoque pro pluvia, moderata scilicet ac tempestiva, item ventis. Proclus *in Timæum*, lib. II. Καὶ μὲν καὶ εἰς τρόπους τῶν εὐχῶν ἀφορίζομεθα πολυειδεῖς ὄντας. τοὺς μὲν κατὰ γένη καὶ εἴδη τῶν θεῶν· δημιουργικὴ γάρ ἐστιν εὐχὴ, καὶ καθαρτικὴ, καὶ ζωοποιός· δημιουργικὴ μὲν, οἷον ὑπὲρ ὄμβρων καὶ ἀνέμων. οἱ γὰρ δημιουργοὶ, τῆς τούτων αἴτιοι γενέσεως. καὶ αἱ τῶν εὐδιεινῶν ἀνέμων εὐχαὶ παρ' Ἀθηναίοις, πρὸς τούτους ἐγίνοντο τοὺς θεούς. *Quin etiam modos precum determinavimus alioquin multiplices; alios quidem pro generibus & speciebus deorum: est enim precatio operatrix, & purgativa, & vivifica. Operatrix quidem, ut pro imbribus & ventis: nam Dii operantes sunt causæ ut illi existant. Et serenorum ventorum preces apud Athenienses respiciunt hos Deos.* Ac pro pluvia quidem ecce istud votum erat. Ὗσον, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων. *Plue, Plue, o amice Jupiter, per arvum Atheniensium, & campos.* Marcus Antoninus Imp. τῶν εἰς ἑαυτὸν *lib.* V. Εὐχὴ Ἀθηναίων, ὗσον, ὦ φίλε Ζεῦ, κατὰ τῆς ἀρούρας τῆς Ἀθηναίων, καὶ τῶν πεδίων. ἤτοι οὐ δεῖ εὔχεσθαι, ἢ οὕτως ἁπλῶς καὶ ἐλευθέρως. *Precatio Atheniensium, plue, plue, o amice Jupiter, per arvum Atheniensium, & campos. Aut non oportet precari, aut ita simpliciter & ingenue.* Vota autem ista, ac sacra, facta Jovi Ὀμβρίῳ. Meminit Plutarchus, *loco* paullo ante *citato.* Ὀμβρίῳ δὲ Διῒ, καὶ Προηροσίᾳ Δήμητρι, καὶ Φυταλμίῳ Ποσειδῶνι ποῦ βωμός, ποῦ δὲ θυσία; πῶς δὲ Χαριτοδότης ὁ Διόνυσος, εἰ δεησόμεθα μηδενὸς ὧν δίδωσι. *Pluvio autem Jovi, & Antearatoriæ Cereri, & fœcundi maris præsidi Neptuno ubi ara est? ubi sacrificium? ubi vero Bacchus venustatis dator, si indigebimus nullo eorum, quæ dant.* Eratque ara ejus in Hymetto & Parnethe montibus. Pausanias *Atticis.* Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντελῆσι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός. βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διὸς καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου. Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμός. θύουσι δὲ ἐπ' αὐτῷ, τότε μὲν Ὄμβριον, τότε δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. *Apud Athenienses vero montes quoque habent Deorum simulachra: Pentelis quidem Minervæ, in Hymetto autem est simulachrum Hymetti Jovis. Aræ vero & Pluvii Jovis & Apollinis sunt Prospicientis. Et in Parnethe Parnethius Jupiter æneus est, & ara Semelei Jovis. Est autem in Parnethe etiam alia ara, inque ea sacrificant, interdum quidem Pluvium, interdum vero Apemium vocantes Jovem.* Jam ad ventos quod attinet, Boream deprecantes Notum orabant, idque festo & epulo solenni, cui nomen ex re illa Βορεασμός. Hesychius. Βορεασμοί. Ἀθήνησιν αἳ ἤγοντο τῷ Βορέᾳ ἑορταὶ καὶ θοῖναι, ἵνα οἱ Νότοι πνέωσιν, ἐκαλοῦντο Βορεασμοί. *Boreasmi. Athenis hæc celebantur Boreæ festa & epulæ, ut Noti spirarent, vocabantur Boreasmi.* Ita locum, hodie corruptissimum, restituo. Lacones, antequam fruges reconderent, sacra faciebant; idque sacrificium dicebatur Προλογία. Hesychius. Προλογία, θυσία πρὸ τῶν καρπῶν τελουμένη ὑπὸ τῶν Λακώνων. *Præcollectio, sacrificium ante fructus peractum ab Lacedæmoniis.*

CAP. II.

Cirrha quot stadiis Delphis abfuerit. Harpocration, Suidas, & Moschopulus, emendati. Strabo, Pausanias, & Plinius, conciliati. Diversa a Crissa. Leocrines defensus. Etymologici error. Plistus propter eam in mare influens.

De Cirrha, Delphorum navali, locus est Harpocrationis corruptus *in* Κιρραῖον πεδίον· Κίρρα, inquit, πόλις ἐστὶν ἀπέχουσα Δελφῶν σταδίους τριάκοντα. *Cirrha urbs est distans ab Delphis stadia triginta.* Idem mendum habent Suidas, & Moschopulus. Restituo ubique, σταδίους ὀγδοήκοντα, *stadia octoginta.* Nam Cirrha distabat Delphis stadiis LXXX. Strabo *lib.* IX. Ὑποπέπτωκε δὲ τῇ Κίρφει πόλις ἀρχαία Κίρρα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη. ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων. *Sed subjacet Cirphi urbs vetusta Cirrha, posita ad mare; unde ascensus Delphos stadiorum circiter octoginta.* Et ex eo Eustathius *ad Iliad.* β'. Λέγει δ' ὁ αὐτὸς (ὁ γεωγράφος) καὶ ὅτι πόλις ἀρχαία Κίρρα ἐπὶ θαλάσσῃ ἱδρυμένη, ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων. *Dicit autem ille ipse (Geographus) etiam urbem vetustam Cirrham ad mare sitam, unde ascensus ad Delphos octoginta circiter stadiorum.* Et observa, τὴν ἀνάβασιν signate dici. Ergo Cirrha Delphis aberat intervallo stadiorum LXXX. nempe propter adversum flumen: contra cum Delphis Cirrham iretur, prono flumine, non tam longum erat iter, & stadiorum tantum LX. Pausanias *Phocicis.* Ἐς δὲ Κίρραν τὸ ἐπίνειον Δελφῶν ὁδὸς μὲν σταδίων ἑξήκοντά ἐστιν ἐκ Δελφῶν. *Ad Cirrham vero navale Delphorum via quidem stadiorum sexaginta est ex Delphis.* Ita duos illos scriptores conciliandos esse puto. Vel simpliciter etiam de terrestri itinere Pausaniæ verba accipi possunt. Si per miliaria computes, erunt VII. cum dimidio. Plinius contentus fuit sola VII. dixisse. Locus est *lib.* IV. *cap.* III. *Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrha, portus Chalæon, a quo* VII. M. *passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis.* Olim Κρίσσα dicta fuit, ut testis Pausanias *loco citato.* Ὅμηρος μέντοι Κρίσσαν ἔν τε Ἰλιάδι ὁμοίως καὶ ὕμνῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα ὀνόματι τῷ ἐξ ἀρχῆς καλεῖ τὴν πόλιν. *Attamen Homerus Crissam & in Iliade similiter & hymno in Apollinem appellatione primæva vocat urbem.* Et inde ager subjectus, Κρισσαῖον πεδίον, quod Κιρραῖον Æschini. Strabo *lib.* IX. Πρόκειται δὲ τῆς Κίρρας τὸ Κρισσαῖον πεδίον εὔδαιμον. *Ante Cirrham vero jacet Crissæus campus felix.* Hip-

pocrates in *Presbeutico Thessali*. Ἦν γὰρ ὁ χρόνος ὅτ' ἦν Κρισαῖον ἔθνος. ᾤκεον μὲν περὶ τὸ Πυθικὸν ἱερόν. γῆν δ' εἶχον, ἥ γε νῦν τῷ Ἀπόλλωνι καθιέρωται. καλέεται δὲ τὸ μὲν Κρισαῖον πεδίον, ᾧ Λοκροὶ παροικέουσι. *Erat enim tempus, quando erat Crissæa natio. Habitabant quidem circa Pythicum templum. Terram vero tenebant, quæ nunc Apollini sacrata est. Vocatur autem Crissæus campus, cui adpositi sunt Locri*. Meminerunt quoque Heliodorus *l.* II. Herodotus VIII. & Callimachus *Hymno in Delum*. Leocrines Cirrham & Crissam diversas fecit, eoque nomine reprehensus ab *Etymologici* Auctore. Κρίσα, πόλις τῆς Φωκίδος. ἀπὸ ταύτης λέγουσι Κρισαῖον κόλπον. καὶ Ὅμηρος. Κρίσαν τε ζαθέην. ὑπερθέσει, γίνεται Κίρσα, ὡς Χερσόνησος. Χεῤῥόνησος. Λεωκρίνης δὲ ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν Κρίσαν, καὶ ἄλλην τὴν Κίῤῥαν. ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν. οὔτε γὰρ τῶν γεωγράφων εἶπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιηγητῶν. *Crisa, urbs Phocidis; unde dicunt Crisæum sinum. Et Homerus. Crisamque divinam. Trajectione fit Cirsa, ut Chersonesus, Cherronesus. Leocrines autem putat duas fuisse urbes, aliam Crisam, & aliam Cirrham. Sed occurritur a multis. Neque enim ullus Geographorum dixit urbes duas diversas, sed neque eorum, qui scripserunt circuitus*. Qua in re desidero peritiam Grammatici; nam hoc ipsum Strabo quoque facit *lib.* IX. & Ptolemæus *lib.* III. ubi Achajam nobis describit.

CAP. III.

Mantinea in quinque pagos redacta. Xenophon emendatus, item Anonymus in Descript. Olymp.

MANTINEA urbs olim e quinque pagis composita fuit. Strabo *lib.* VIII. τῆς Ἀρκαδίας Μαντίνεια μὲν ἐκ πέντε δήμων ὑπὸ Ἀργείων διῳκίσθη. *Arcadiæ Mantinea quidem ex quinque populis ab Argivis est condita*. Mox a Lacedæmoniis expugnata in eosdem redigitur. Harpocration *in* Μαντινέων διοικισμὸς, ex Ephoro. Καὶ Ἔφορος ἐν τῇ εἰκοστῇ φησὶν, ὅτι εἰς πέντε κώμας τῶν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Et Ephorus in vicesima dicit, in quinque pagos distraxisse Lacedæmonios urbem Mantinensium*. Ergo corrigendus Xenophon *Hist. Græc.* lib. V. Ἐκ δὲ τούτου καθῃρέθη μὲν τὸ τεῖχος, διῳκίσθη δὲ ἡ Μαντίνεια πενταχῆ, καθάπερ τὸ ἀρχαῖον ᾤκουν. *Ab eo tempore eversus est murus, distracta vero est Mantinea in quinque partes, prout ab origine habitabant*. Hodie editur, τετραχῆ, *in quatuor partes*, proclivi lapsu. Narrat rem, sed non expresso pagorum numero, Diodorus Siculus *lib.* XV. Καταπλαγέντες οἱ Μαντινεῖς ἠναγκάσθησαν τὴν πόλιν παραδοῦναι τοῖς Λακεδαιμονίοις. οἱ δὲ, παραλαβόντες, ἄλλο μὲν κακὸν οὐδὲν εἰργάσαντο τοὺς Μαντινεῖς, προσέταξαν δὲ εἰς τὰς ἀρχαίας κώμας μετοικισθῆναι. *Perculsi Mantinenses fuere coacti urbem tradere Lacedæmoniis. Hi vero adepti, non aliud quid mali intulerunt Mantinensibus, sed injunxerunt, ut migrarent in antiquos pagos*. Pausanias in *Arcadicis*. Ὡς δὲ εἷλε τὴν Μαντίνειαν, ὀλίγον μέντοι κατέλιπεν οἰκεῖσθαι, τὸ πλεῖστον δὲ εἰς ἔδαφος καταβαλὼν αὐτῆς, κατὰ κώμας τοὺς ἀνθρώπους διῴκισε. *Postquam vero occupavit Mantineam, parum nihilominus permisit habitari; maximam autem partem ejus solo adæquans, divisit homines per pagos*. Emendandus est Anonymus in *Descript. Olymp.* Οἱ Μαντινεῖς ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐκπολιορκηθέντες ἠναγκάσθησαν τὴν ἰδίαν πατρίδα κατασκάψαι, εἰς δὲ τὰς κώμας μετοικῆσαι. *Mantinenses ab Lacedæmoniis expugnati, propriam patriam coacti fuerunt evertere, & in pagos migrare*. Hodie editur, ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἐκπολιορκηθέντες, *ab Macedonibus expugnati*. Neque enim a Macedonibus id factum, sed a Lacedæmoniis. Historia loquitur.

CAP. IV.

Lex Atheniensium una, atque altera. Isæus illustratus. Harpocration emendatus, & Isæus.

ADOPTIVOS in domum paternam redire lex vetabat, nisi liberos ipsi legitimos reliquissent ei, qui adoptasset. Harpocration. Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου, Ἀντιφῶν Ἐπιτροπικῷ Καλλιστράτου, καὶ Σόλων ἐν εἰκοστῷ πρώτῳ τῶν νόμων. *Adoptivos liberos reverti in paternam domum jus non habuisse, nisi naturales liberos relinquerent in domo ejus qui adoptaverat*, (dicunt) *Antiphon in tutoria oratione Callistrati, & Solon in vicesimo primo legum*. Eadem quoque, & iisdem verbis, tradit Suidas. Est etiam observare apud Isæum in *Orat.* Περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου. Ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον ἐγκαταλιπόντα ἐν τῷ Ξεναινέτου οἴκῳ ἐξῆν υἱὸν αὐτοῦ. *At illi quidem reverti in patriam domum relinquenti illic in domo Xenæneti filium suum licebat* Atque hoc est, quod ἐπανελθεῖν κατὰ τὸν νόμον, *reverti secundum legem*, dicit idem in *Orat.* Περὶ τοῦ Ἀστυφίλου κλήρου. Locus iste est. Οὐδεὶς γὰρ πώποτε ἐκποίητος γενόμενος ἐκληρονόμησε τοῦ οἴκου ὅθεν ἐξεποιήθη, ἐὰν μὴ ἐπανέλθῃ κατὰ τὸν νόμον. *Nullus enim unquam emancipatus hæreditatem accepit in domo unde mancipatus fuit, nisi reverteretur secundum legem*. Ubi etiam hoc observa; quod si aliter rediissent, nullum hereditatis cernendæ jus habuisse in illa domo, e qua exiissent. Apud eundem Harpocrationem mentio fit alterius legis. ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν, Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου κλήρου φησίν· *Puero aut fœminæ non licuisse conjicere ultra medimnum hordei, Isæus in scripto de Alexandri hereditate dicit*. Sed mendosus ille locus. Restituo, Ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀριστάρχου κλήρου, *in scripto de Aristarchi hereditate*. Exstat hodie illa Oratio, & in ea iste locus, quem respexit Grammaticus. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν μηδὲ γυναικὶ πέρα μεδίμνου κριθῶν. *Lex enim diserte vetat, puero non licere conjicere neque fœminæ ultra medimnum hordei*. Ita quoque ex Harpocratione Isæum emendo. Perperam editur, Πέρα μεδίμνων κριθῶν, *ultra medimnos hordei* Habes quoque apud Suidam. Quod ad legem autem attinet, de qua agitur, est & apud Aristophanem *Concion.*

—— οὐ κύριος
Ὑπὲρ μέδιμνον ἐστ' ἀνὴρ οὐδεὶς ἔτι.
—— *non dominus*
Super medimnum est vir ullus amplius.

Ad quem locum Scholiastes: Νόμος ἦν ταῖς γυναιξὶν, ὑπὲρ μέδιμνόν τι μὴ συναλλάσσειν. *Lex erat mulieribus, de medimno aliquo non commutando.*

CAP. V.

Mulieres inornatius in publicum prodeuntes mulctatæ. Ejus mulctæ quantitas. Quis instituerit. Harpocration emendatus. Ubi proponi solita. Γυναικόκοσμοι, *iique quot, & quales. Idem* Γυναικονόμοι; *& eorum alia munera. Apud Lacedæmonios* Ἁρμόσυνοι. Τεμπῦροι. *Philippides qualis.* Πεφιλιππιδῶσθαι. *Suidas correctus; & Alexis apud Athenæum. Epheborum quoque* εὐταξία *curata.* Κοσμηταί. Κοσμητεύειν. Παιδονόμοι.

ATHENIENSES mulieres inornatius in publicum prodeuntes mulctabant, & quidem mille drachmis; idque institutum a Philippide. Docet hoc nos Harpocration. Ὅτι χιλίας ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες, Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Ἀρισταγόρας δευτέρῳ (ita emendo, pro κατ'

Αριςαγόρυ.) εἴρηκεν. Κρώβυλος δὲ ὁ Κωμικός φησι τοῦ Φιλιππίδου τὸν νόμον εἶναι τὸν περὶ τούτων κείμενον. *Mille (drachmis) mulctatas fuisse fœminas in viis indecenter se gerentes, Hyperides in secundo contra Aristagoram dixit. Crobylus vero comicus ait Philippidæ legem esse de his positam.* Ac si quæ mulctata esset, ejus nomen, & mulcta, in tabella perscripta proponebatur publice ad platanum. Accipio ex Hesychio. Πλάτανος· δένδρον, πρὸς ὃ οἱ γυναικονόμοι τὰς ζημίας ἐν λευκώματι ἐξετίθεσαν. *Platanus. arbor, ad quam mulierum disciplinæ exactores exponebant mulctas in albo.* Erat autem hæc platanus in Ceramico; ac constituti in hanc rem, qui Γυναικόκοσμοι appellabantur; eosque Viginti-viri cum Triginta-viris eligebant ex probatissimis quibusque. Hæc omnia nos unus Pollucis locus docet *lib.* VIII. *c.* IX. *sect.* XXXII. Γυναικόκοσμοι δὲ ἀρχοὶ, ἐπὶ τοῦ κόσμου τῶν γυναικῶν. τὰς δὲ ἀκοσμούσας ἐζημίουν, καὶ τὰς ζημίας αὐτῶν γράφοντες, ἐξετίθεσαν ἐπὶ τῆς πλατάνου τῆς ἐν Κεραμεικῷ· οἱ εἴκοσι τούτους εἵλοντο, μετὰ τῶν τριάκοντα τῆς πολιτείας καὶ τῶν νόμων ἐπιμελητῶν, ἀριςίνδην ἐκλεξάμενοι. *Mulierum ornatores autem magistratus præpositi decori fœminarum. Indecenter autem agentes mulctabant, & mulctas earum scribentes exposuerunt ad platanum in Ceramico. Viginti legebant eos cum triginta civitatis rectoribus & legum curatoribus, eligentes ex probatione.* Frustra sunt magni in his literis viri, Gulielmus Postellus, & Carolus Sigonius, qui viginti fuisse ipsos arbitrantur; ortaque eorum hallucinatio ex non recte intellecto hoc Pollucis loco. Neque recte eos eruditissimus Maussacus sequitur; cui hoc elogium vere dederim, neminem me hodie existimare, qui Atticæ antiquitatis peritia ipsum superet. Atque hic ipse magistratus etiam Γυναικονόμοι dicebatur, ut ex citato Hesychii loco satis clarum. Neque Athenis tantum erant, sed in multis etiam urbibus. Menander *Rhetor.* cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεως τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν· Καὶ γὰρ γυναικονόμους πολλαὶ τῶν πόλεων εἰσὶν αἱ χειροτονοῦσαι. ἐν αὐταῖς δὲ ταῖς πόλεσιν οὔτε πρὸ πληθούσης ἀγορᾶς νέον φαίνεσθαι, οὔτε μετὰ δείλην ὀψίαν, καλόν· οὐδὲ γυναῖκα καπηλεύειν, ἢ ἄλλό τι ποιεῖν τῶν κατὰ τὴν ἀγοράν. Εν ἐνίαις δὲ πανηγύρεσιν οὐδὲ γυναῖκες φαίνονται, ὥσπερ ἐν Ολυνθίᾳ. *Quomodo oportet ab opificiis urbes laudare. Quippe etiam fœminarum curatores multæ urbes sunt quæ creant. In illis autem urbibus neque ante forum frequens, neque post seram vesperam obversari publico adolescentem pro decoro habetur; neque fœminam cauponam esse, aut aliud quid facere in foro. In quibusdam vero festivitatibus neque fœmine apparent, prout in Olynthia.* Mentio hujus magistratus apud Aristotelem *Politic.* lib. IV. cap. XV. Παιδονόμος δὲ, καὶ γυναικονόμος, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄρχων κύριός ἐστι τοιαύτης ἐπιμελείας, ἀριςοκρατικόν. *Puerorum vero curator ac fœminarum, & si quis alius magistratus summam hujus curæ habeat administrationem, civitati liberæ & ab bonis gubernatæ conveniens est.* Præterea illorum cura erat, convivia inspicere, & convivarum numerum coercere. Athenæus *lib.* VI. Ην ἔθος τοὺς γυναικονόμους εἰσορᾶν τὰ συμπόσια, καὶ ἐξετάζειν τῶν κεκλημένων τὸν ἀριθμὸν, εἰ ὁ κατὰ νόμον ἐστί. *Mos erat fœminarum curatores inspicere convivia, & examinare numerum eorum, qui vocati sunt, an ex lege sit.* Neque convivia tantum inspiciebant, sed quoscunque in privatis ædibus, in nuptiis, & in sacrificiis, conventus. Idem Athenæus *ibidem*. Καὶ Φιλόχορος δὲ ἐν ἑβδόμῳ Ατθίδος, οἱ γυναικονόμοι φησὶ μετὰ τῶν Αρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. *Et Philochorus autem in septimo libro Atthidis ait, curatores fœminarum cum Areopagitis inspiciebant conventus in domibus, tum per nuptias, tum per alia sacrificia.* Ad mulierum curam quod attinet, eandem apud Lacedæmonios sustinuisse animadverto, qui Αρμόσυνοι appellati. Hesychius. Αρμόσυνοι, ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι, ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν γυναικῶν. *Harmosyni magistratus quidam Lacedæmone, super decore fœminarum.* Alibi in eandem rem erant οἱ Τεμποῦροι. Idem Hesychius alio loco. Τεμποῦροι, ἀρχὴ ἐπιμελουμένη τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας· *Tempuri, magistratus curans decorem fœminarum.* Dixi autem, a Philippide eam legem institutam. Estque is ipse, quem Suidas ait tam gracili corpore exstitisse, ut Alexis in eum ludens Πεφιλιππιδῶσθαι dixerit; pro, gracilem esse. Φιλιππίδης. τῶν πολιτευομένων παρ' Αθηναίοις εἷς ἦν. ἐδόκει δὲ ἰσχνὸς εἶναι τὸ σῶμα· διὸ καὶ Αλεξις πεφιλιππῶσθαι ἔφη, ἀντὶ τοῦ, λελεπτύνθαι. *Philippides. Erat unus eorum, qui Athenis rempublicam gerebant. Videbatur autem tenuis esse corpore. idcirco etiam Alexis dixit Philippo similem factum esse, pro attenuatum esse.* Sed mendosus locus; ipsaque analogia evincit legendum esse. Αλεξις πεφιλιππιδῶσθαι ἔφη. *Alexis Philippidæ similem factum esse dixit.* Locus Alexidis erat in *Fabula*, quæ inscripta, Μανδραγοριζομένη. Exstat apud Athenæum *lib.* XIII.

Κακῶς ἔχεις, στρουθὸς ἀκαρὴς νὴ τὸν Δί' εἶ,
Πεφιλιππίδωσαι. μή συ κακῶς μοι λάλει.
Ωμοι, τέθνηκα, τοῦ ταλαιπώρου πάθους.
Male habes, passer sine capite per Jovem es,
Philippidæ similis factus es. Ne tu male mihi dicas.
Eheu, nullus sum! o miserabilem affectum!

Ita postremum versum lego, qui antea sic conceptus erat.

Οσω μου τέθνηκε!
Quanto mei mortuus est!

Reliqua sunt ex emendatione magni Casauboni. Erat certe tenui corpore hic Philippides; exstititque *in eum* Oratio Hyperidis. Memorat Athenæus *loco citato*. Λεπτὸς δ' ἦν καὶ Φιλιππίδης, καθ' οὗ λόγος ἐστὶν Υπερίδῃ τῷ ῥήτορι, λέγων αὐτὸν ἕνα τῶν πολιτευομένων εἶναι. *Tenuis vero erat etiam Philippides, contra quem oratio est Hyperidi oratori, dicens eum esse unum ex illis, qui rempublicam tractabant.* Porro, ut concludam hoc caput, quemadmodum Athenis mulierum εὐταξία curata, ita quoque adolescentum; quique ei præfecti, Κοσμηταὶ appellabantur. Erotianus in *Lex. Hippocr.* Κόσμου, τάξεως. Αττικὴ δὲ ἡ λέξις· καὶ γὰρ κοσμίους λέγομεν, τοὺς εὐτάκτους· καὶ Κοσμητὰς, τοὺς τῶν ἐφήβων εὐταξίας προνοοῦντας. *Ornatus, ordinis. Attica autem est dictio. Nam & ornatos dicimus modestos. & Ornatores, qui ephebeorum modestiam curabant.* Teles Περὶ βίου. ἔφηβος γέγονεν· ἔμπαλιν τὸν κοσμητὴν φοβεῖται. *Ephebus factus est: rursus ornatorem metuit.* Meminit Inscriptio Vetus ista.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΕΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ.

Quod bene vertat, Claudio Attalo archonte ornator ephebeorum sacerdos Dei & Deæ Irenæus Pæaniensis. Et altera.

ΕΠΙ ΘΕΩΝΟΣ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΔΙΟΝ
ΥΣΙΟΥ ΜΑΡΚΟΣ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ.

Theone archonte, ornatore Dionysio Marcus Anaphlystius.

Quique eo munere fungeretur, Κοσμητεύειν dicebatur. Ecce in alia quadam Inscriptione.

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΑΧΑΡΝΕΩΣ.

Ornatoris munus gerente Plutarcho Acharnensi. Nec adolescentum tantum habita ratio, sed puerorum: ac qui his præpositi erant, Παιδονῖκται dicebantur. Hesychius. *Παιδονίκται, οἱ προϊστάμενοι τῆς τῶν παίδων εὐκοσμίας. Pædonictæ, præpositi puerorum modestiæ.*

CAP. VI.

Menandri Ψοφοδεής. *Harpocration, Quintilianus, & Hesychius, emendati. Isocratis* Παραινέσεις.

INTER Comœdias Menandri una fuit, quæ inscripta, *Ψοφοδεὴς, strepitum timens.* In ea perstringebat hominem quendam meticulosum, & qui vel foliorum strepitum extimesceret. Citat Suidas. *Ονος λύρας. Μένανδρος Ψοφοδεεῖ. παροιμία. Asinus lyræ. Menander Psophodeei. proverbium.* Corruptum hoc nomen apud Hapocrationem *in* *Πάνακτος. Θουκυδίδης μὲν οὖν οὐδετέρως καλεῖ τὸ χωρίον, ἔν τε ἄλλοις κἂν τῇ πέμπτῃ, ἀῤῥενικῶς δὲ Μένανδρος ἐν Φηφώδεσι. Thucydides quidem igitur neutro modo appellat regiunculam, & in aliis & in quinta, masculine autem Menander in Phephodesi.* Restituo, Μένανδρος ἐν Ψοφοδεεῖ. *Menander in Psophodeei.* Etiam laborat locus Quintiliani *lib.* x. *cap.* I. *Aut meditationes in Psophoda, & Nomotheta, & Hypobolimæo, non omnibus oratoriis numeris sunt absolutæ.* Rescribe, *in Psophodei.* Recenset illic Comœdias aliquot Menandreas. Sed per vocis hujus mentionem Hesychium quoque obiter emendemus. *Ψοφοειδῶς, ταραχωδῶς. Strepitus modo, tumultuose.* Restitue, *Ψοφοδεῶς, τ. meticulose, t.* Et mox statim contrarium peccatum. *Ψοφοδεῆ, τὸν ὅμοιον αὐτῷ. Meticulosum, similem illi.* Rescribendum sine dubio, *Ψοφοειδῆ, τὸν ὅ. α. Strepitus similem, s. i.* A Comico vero primario transeamus ad Oratorem ejusdem commatis: Isocratem dico; cujus hodie Oratio exstat *ad Demonicum,* Παραίνεσις inscripta. Sed is titulus plurali numero apud Veteres habitus fuit; eratque inscriptio, Παραινέσεις. Ecce apud Harpocrationem. *Παράκλησις, ἀντὶ τοῦ προτροπή: Ἰσοκράτης Παραινέσεσι. Advocatio, id est, cohortatio. Isocrates in Advocationibus.* Priscianus *lib.* XVIII. Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν. *Οὕτω γὰρ τήν ἐκείνων τε διάνοιαν αἰσθήσῃ, καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. Isocrates in Advocationibus: Sic enim & illorum sententiam comperies, & te ipsum manifestum non reddes.* Et mox iterum. Ἰσοκράτης Παραινέσεσιν. *Ἔστι δὲ φιλοπροσηγορίας μὲν τὸ προσφωνεῖν τοὺς ἀπαντῶντας. Isocrates in Advocationibus: Est vero amicæ allocutionis quidem alloqui obvios.* Joannes Tzetzes *Chil.* XI. *cap.* CCCLXXXII. ubi *De Isocrate.*

> Θανόντος Εὐαγόρου δὲ, γράφει πρὸς παῖδα τούτου,
> Ὦ κλῆσις ἦν Δημόνικος, πολλὰς τὰς Παραινέσεις.
> *Mortuo autem Evagora, scribit ad ejus filium,*
> *Cui nomen erat Demonicus, multas has Advocationes.*

CAP. VII.

Πάραλος, *triremis. Paralus heros, & Periclis filius.* Πάραλοι. Παραλῖται. *Eorum stipendium.* τὰ Παράλια, *Festum.*

NON ignota est Πάραλος triremis Atheniensium. Mentio ejus occurrit apud Demosthenem, Oratoresque alios non semel; item Thucydidem, Xenophontem, Plutarchum. Nominis origo diverse traditur. Hesychius a Παραλία deducit. *Παραλία, ἡ Ἀττική. ἔνθεν καὶ ἡ ναῦς Πάραλος. Paralia, hoc est, litoralis, Attica; unde & navis Paralus.* Alii a Paralo heroe. Harpocration. *Πάραλος, μία τῶν παρ' Ἀθηναίων πρὸς τὰς δημοσίας χρείας διαπεμπομένων τριηρῶν, ἀπό τινος ἥρωος τοὔνομα λαβοῦσα Παράλου. Paralus, una apud Athenienses ad publicas necessitates dimitti solitarum navium, ab heroe quodam appellationem nacta Paralo.* Eadem habes apud Suidam. *Etymol.* Auctor. *Πάραλος, ἱερὰ τριήρης, ὥσπερ καὶ Σαλαμινία, καὶ Δημητριάς. ἀπὸ Παράλου τινὸς ἥρωος. Paralus, sacra triremis, sicut etiam Salaminia, & Antigonis, & Demetrias; ab Paralo quodam heroe.* Sunt qui a Paralo, Periclis filio. Ulpianus *in Midianam.* *Πάραλος ἐκλήθη, ἀπὸ τοῦ Παράλου, παιδὸς τοῦ Περικλέους. οἱ δὲ, ἀπὸ Παράλου τινὸς ἥρωος· οὗ καὶ ὁ παῖς ἦν Περικλέους ὁμώνυμος. Paralus vocata est ab Paralo, filio Periclis: alii autem ab Paralo quodam heroe; cui etiam filius Periclis habebat idem nomen.* Meminit ejus Parali etiam Athenæus *lib.* XI. *Ἀλλὰ μὴν οὐδ' οἷόν τε Πάραλος καὶ Ξάνθιππος οἱ Περικλέους υἱοὶ τελευτήσαντες τῷ λοιμῷ Πρωταγόρᾳ διαλέγεσθαι. Attamen nequeunt Paralus & Xanthippus filii Periclis, qui enecti fuerunt fame, cum Protagora colloqui.* Hujus autem triremis vectores Πάραλοι dicebantur. Harpocration. *Οἱ δὲ ἐπιβεβηκότες αὐτῆς, πάραλοι ἐκαλοῦντο. Qui autem eam conscendebant, vocabantur parali.* Schol. Demosthenis *ad Orat. De Chersoneso.* *Καὶ πάραλοι, οἵ τε ἐν τῇ νηὶ τῇ παράλῳ πλέοντες, καὶ οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀττικῆς κατοικοῦντες. Et parali, & qui in nave paralo navigant, & qui litoralem Atticæ regionem inhabitant.* Eadem tradunt Harpocration, & Suidas. Schol. Aristophanis *Ranis.* *Κοινῶς δὲ παράλους, τοὺς ἐκ τῶν τριηρῶν ναύτας. Communiter vero Paralos, nautæ ex triremibus.* Thucydides *lib.* VIII. *Οἱ δὲ, ἀκούσαντες, τῶν στρατιωτῶν ἕνα ἕκαστοι μετῄεσαν μὴ ἐπιτρέπειν, καὶ οὐχ ἥκιστα τοὺς παράλους ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἐλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηὶ πλέοντας. Illi vero um audivissent, militum unumquemque ambierunt non concedere, & non minimum paralos viros Athenienses & liberos omnes in nave navigantes.* Ubi Scholiastes. *Τοὺς παράλους ἄνδρας, ἤγουν τοὺς ἐκ τῆς νεὼς τῆς Παράλου. Maritimos viros vel qui ex nave Paralo.* Vel etiam Παραλῖται nuncupabantur: Hesychius: *Παραλίτης, ὁ ἀπὸ τῆς Παράλου. ἡ δέ ἐστιν ἱερὰ ναῦς. Paralites, qui ab paralo: ea vero est sacra navis.* Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXXII. *Ἐκαλοῦντο δὲ οἱ ναῦται, οἱ μὲν Πάραλοι μόνον, καὶ Παραλῖται. οἱ δὲ, Σαλαμίνιοι. Vocabantur autem nautæ, illi quidem solum Parali & Paralitæ; alii vero Salaminii.* Ac stipendium eorum erat, oboli quatuor in dies singulos. Harpocration. *Οἱ διὰ ταύτην τὴν ὑπηρεσίαν τέτταράς τε ὀβολοὺς ἐλάμβανον, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ οἴκοι ἔμενον. Qui vero conscenderant eam, Parali vocabantur, qui propter hoc ministerium & quatuor obolos accipiebant & maximam anni partem manebant domi.* Et hæc totidem verbis Suidas. Invenio item Festum, τὰ Παράλια. Meminit Eustathius *ad Odyss.* δ'. *ἐκεῖθεν γίνεται καὶ ἡ Πάραλος ναῦς Ἀττική: καὶ τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης λέξεως παραγωγὸν, παράλιον· ὅπερ ὁμώνυμος ἑορτὴ παλαιὰ, τὰ Παράλια. Hinc fit etiam Paralus navis Attica: & quod ex illa dictione deducitur, paralium, vel litorale: cui par nomen habet vetus festum, Paralia.*

CAP. VIII.

Stipendia militum. Τετρωβόλου βίος. Τετρωβολίζειν. *Theopompi versus restituti. Thucydides, & Ulpianus, emendati. Libanius illustratus.*

DIXI capite præcedenti, paralorum stipendium fuisse obolos diurnos quatuor; idque verum. Cæteri vero milites navales tres tantum

habebant. Ecce clare apud Thucydidem *lib.* VIII. *Λέγειν κελεύων τὸν Τισσαφέρνην πρὸς αὐτοὺς, ὡς Ἀθηναῖοι ἐκ πλείονος χρόνου ἐπιστήμονες ὄντες τοῦ ναυτικοῦ. τριώβολον τοῖς ἑαυτοῦ διδόασιν. Jubens Tissaphernem illis dicere, Athenienses ex longo tempore peritos nauticæ rei, tres obolos dare suis.* At qui terra militabant, iis stipendium, quod *τοῖς παράλοις*, id est, oboli IV. Unde proverbium, *τετρωβόλου βίος*. Eustathius *ad Odyss. α'.* *Καὶ τετρωβόλου βίος, παρὰ Παυσανίᾳ. ἀντὶ τοῦ, στρατιώτου μισθός. Et quatuor obolorum vita, apud Pausaniam, hoc est, militis stipendium.* Et stipendio hoc merere, *Τετρωβολίζειν* dicitur Theopompo Comico in *Comœdia*, cui titulus *Στρατιώτιδες*. Julius Pollux *lib.* IX. *cap.* VI. *Παρὰ μέντοι Θεοπόμπῳ ἐν Στρατιώτισι τὸ τετρώβολον λαμβάνειν, τετρωβολίζειν λέγεται.*

—— Καίτοι τίς οὐκ ἂν εἰκὸς εὖ
Πράττει τετρωβολίζων, εἰ νῦν γε διώβολον
Φέρει ἀνὴρ τρέφειν γυναῖκα. ——

Apud Theopompum tamen in Militum Mulieribus accipere quatuor obolos dicitur tetrobolizein.

—— Quamvis quis non merito bene
Vivat quatuor obolos nanciscens, si nunc duos obolos
Auferat vir ad nutriendam conjugem.

Ita enim in ordinem pristinum restituo versus illic confusos. Initio vero apud Athenienses duo tantum oboli diurnum militis. Demosthenes *Περὶ συντάξεως*, ubi de stipendio militum. *Τῶν μὲν ἄλλων οὐδενὸς οὐδεὶς μέμνηται, τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἅπαντες. καίτοι τούς μὲν οὐκ ἔστι πλείονος ἢ δυοῖν ὀβολοῖν ἀξίους εἶναι. Reliquorum quidem ullius meminit nullus, duorum vero obolorum omnes: quamvis illi quidem non possunt æstimari majori pretio digni, quam duorum obolorum.* Hi autem duo oboli in mensem efficiebant drachmas decem. Demosthenes *Philipp.* I. *Ἵνα δέκα ἕκαστος τοῦ μηνὸς ὁ στρατιώτης δραχμὰς σιτηρέσιον λαμβάνῃ. Ut decem quisque miles drachmas in mensem accipiat stipendium.* Extra ordinem factum bello Peloponnesiaco, ut militibus Potideæ præsidiariis drachma una, id est, oboli sex; & altera ipsorum calonibus penderetur. Thucydides narrat *lib.* III. *Τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. αὐτῷ γὰρ καὶ ὑπηρέτῃ δραχμὴν ἐλάμβανε τῆς ἡμέρας. Nam & Potidæam præsidio tenebant milites didrachmam merentes: sibi enim & famulo drachmam accipiebat diurnam.* Verum illic verbum unum fugitivum restituo. *Καὶ ὑπηρέτῃ μισθὸν δραχμὴν ἐλάμβανε. Et famulo mercedem drachmam accipiebat.* Meminit ecce istius loci Ulpianus in Orat. *contra Leptinem*, sed corruptis paullum verbis. *Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ σοφιστικῶς εἰρῆσθαι, σχήματι Θουκυδιδείῳ. εἶπε γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῇ τρίτῃ τῶν ἱστοριῶν. Τήν τε γὰρ Ποτίδαιαν δίδραχμοι ὁπλῖται ἐφρούρουν. ἑαυτῷ γὰρ καὶ τῷ ὑπηρέτῃ μισθὸν δραχμὴν ἐλάμβανε. καὶ λείπει ἡ πρὸς πρόθεσις, ἵνα ᾖ, πρὸς δραχμὴν ἐλάμβανε. Mihi autem videtur fallaciter dictum, esse figura Thucydidea. Dixit enim ille in tertia historiarum: Nam Potidæam didrachmi milites præsidio tenebant. Sibi enim & famulo mercedem drachmam accipiebat. Et deest præpositio ad, ut sit, ad drachmam accipiebat.* Ita enim corrigo; nam minus recte hodie editur. *Ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν, in secunda historiarum.* Atque hæc quidem de pedestris & navalis militiæ stipendio; equites vero drachmas in mensem triginta accipiebant; id est, unam in dies singulos. Demosthenes *loco citato*. *Τοῖς δ' ἱππεῦσι, διακοσίοις οὖσιν, ἐὰν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος λαμβάνῃ τοῦ μηνός. Equitibus autem, ducentis numero, si triginta drachmas quilibet accipiat per mensem.* Hinc illustro Libanium *Declam.* XXXVII. *Μᾶλλον ὑπόμεινον πλῆθος τραυμάτων, ἢ δραχμὴν ἀποστῆναι. τὰ μὲν ἴασιν δέχεται μικρῷ φαρμάκῳ. Magis sustine multitudinem vulnerum, quam drachmam omittere: illa quidem curationem accipiunt parvo remedio.* Lysias quoque Orat. *pro Mantitheo*, ubi de equitibus duobus agit, se triginta drachmas singulis, in mensem nempe, persolvisse. *Καὶ οὐ μόνον τοῦτο συνεβούλευον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἔδωκα δυοῖν ἀνδροῖν τριάκοντα δραχμὰς ἑκατέρῳ. Et non modo id ipsum auctor fui aliis, sed & ipse dedi duorum virorum triginta drachmas unicuique.*

CAP. IX.

Παράβυστον, *forum. Pollux emendatus. Metichi forum. Lecti in domo nuptiali duo sterni soliti.* *Παράβυστος κλίνη.*

FORUM Athenis erat *Παράβυστον* appellatum. Harpocration. *Παράβυστον, οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ ἕνδεκα. Parabystum, id est, obseptum, ita vocabatur aliquod ex tribunalibus apud Athenienses, in quo judicabant undecim-viri.* Meminit etiam Pausanias *Atticis*. *Ἔστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. τὸ μὲν οὖν καλούμενον Παράβυστον καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὄν, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό. τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα. Sunt vero Atheniensibus & alia tribunalia non tam gloriosa. Certe quidem quod ex iis appellatur Parabystum & Trigonum, alterum quidem in obscuro urbis loco, & ob infimas causas in eo litigantium; alterum vero ab forma habebat appellationes.* Observa. Judicabant illic Undecim-viri, & quidem res viliores. Et hoc verisimile; quia ipsum etiam forum in obscura Urbis parte. Tamen contrarium est, quod apud Pollucem legitur *lib.* VIII. *cap.* X. *Ἐν μέν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου καλλίω. In Parabysto quidem undecim-viri judicabant ea quæ Meticho erant meliora.* Metichi forum magnum erat, ita dictum ab architecto Meticho, ubi judicium exercebant viri trigesimum annum egressi, integra fama, opibusque; quique nihil ærario deberent. Pollux *ibidem*. *Τὸ δὲ Μητίχου δικαστήριον μέγα, οὕτω κληθὲν ἀπ' ἀρχιτέκτονος Μητίχου. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, ἐκ τῶν ἐπιτίμων, καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. Metichi vero tribunal magnum, ita vocatum ab fabro Meticho. judicabant autem egressi annos triginta ex honoratis, & non debentibus ærario.* Meminit ejus etiam Hesychius in *Μητίχου τέμενος*. Atqui res quæ in Parabysto judicabantur, foro ignobili, meliores multo fuisse iis quæ in Metichi disceptarentur, quis crediderit? Rescribendum itaque in Polluce opinor, *Τὰ Μητίχου κακίω, Meticho inferiora.* Judicabant, inquit, in Parabysto ea quæ Metichi foro pejora, ac viliora, essent. Et *Παράβυστα* quidem duo fuerunt; unum *μέσον*, alterum *μεῖζον* nuncupatum. Pollux *loco citato*. *Γνώριμα δικαστήρια ἡ Ἡλιαία, τὸ Τρίγωνον, οὗ μέμνηται Δείναρχος. μέσον Παράβυστον, μεῖζον Παράβυστον. καὶ μείζονος δὲ μέμνηται Λυσίας. Celebria tribunalia Heliæa, Trigonum, cujus meminit Dinarchus: medium Parabystum, majus Parabystum. & majoris autem meminit Lysias.* Aliis placet, quatuor in foro loca fuisse; quorum unus *Παράβυστος*, alter *Καινὸς*, tertius *Τρίγωνος*, quartus *Μέσος* diceretur. Scholiastes Aristophanis *Vespis*. *Εἰς τὸ Καινὸν ἐμπεσών. τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος· εἰσὶ δὲ τέσσαρες. Παράβυστος, Καινός, Τρίγωνος, Μέσος. In Novum illapsus. lucus in tribunali sic dictus. Sunt autem quatuor: Parabystus, Novus, Trigonus, Medius.* Erat porro etiam lectus quidam, *Παράβυστος κλίνη* appellatus. Suidas. *Ἐκαλεῖτο δέ τις ἐν τοῖς νυμφικοῖς δωματίοις καὶ κλίνη παράβυστος. Vocabatur vero aliquis in nuptialibus conclavibus etiam lectus parabystus.* Quæ accepit ille ab Harpocratio-

ne, qui totidem verbis prior hæc ſcripſerat. Heſychius. Παράβυστον, λάθρα γινόμενον, ἀπόκρυφον, ἀποκεκρυμμένον. ἢ μικρὸν κλινίδιον παρατιθέμενον τῷ μεγάλῳ. *Parabyſtum, clam factum, occultum, abſconditum. aut parvus lectulus appoſitus majori.* Nempe in domo nuptiali duo lecti ſternebantur; major unus, alter minor. Vides in *verbis* Heſychii *citatis*. Et ex his ille, Κλίνη γαμικὴ; iſte, Κλίνη παράβυστος dicebatur. Pollux nos docet *lib.* III. *cap.* III. *ſect.* IV. Καὶ κλίνη τὶς ἐκαλεῖτο γαμικὴ, καὶ ἑτέρα παράβυστος, ἣ καὶ αὐτὴ στρώννυται ἐν τῷ δωματίῳ, ὑπὲρ τοῦ τὴν παῖδα μὴ ἀθυμῆσαι· *Et lectus quidam vocabatur nuptialis, & alius parabyſtus, qui & ipſe ſternebatur in conclavi, ut ne puella deficeret animo.* Ubi habes etiam cauſam τῆς παραβύστου κλίνης.

CAP. X.

Paſinus. Iſocrates emendatus.

APUD Suidam Paſinus quidam nominatur. Πασῖνος, ὄνομα κύριον. *Paſinus, nomen proprium.* Harpocration inquit mentionem ejus exſtare apud Iſocratem in *Æginetica*. Πασῖνος, Ἰσοκράτης Αἰγινητικῷ, ὄνομα κύριον. *Paſinus, Iſocrates Aeginetico, nomen proprium.* Sed id nomen hodie in ea Oratione nuſquam apparet. Corruptus de eo iſte locus, & valde ſe torquent in emendatione viri eruditi. Ecce iſte eſt. Καὶ περὶ μὲν τῶν παλαιῶν, πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν, ὅτε δὲ πᾶσιν οὓς παρὼν κατέλαβεν, ἔτυχεν αὐτοῖς ὑπεκκείμενα τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας παρὰ τοῖς ξένοις τοῖς ἐμοῖς. *Et de antiquis quidem magnus labor ſit loqui. Quum vero omnibus quos præſens comprehendit, eſſent collocata plurima patrimonii apud hoſpites meos.* Certiſſima emendatio, auctore Harpocratione. Ὅτε δὲ Πασῖνος παρών. *Quum vero Paſinus præſens.*

CAP. XI.

Πεζέταιροι, qui. Varia ejus dictionis ſcriptura examinata, ac vera oſtenſa.

QUI Πεζέταιροι fuerint exponam; atque initio de ſcriptionis varietate omnino mihi differendum. Certe tripliciter ſcribi apud Auctores animadverto, Πεζαίτερος, Πεζέτερος, & Πεζέταιρος. Apud Demoſthenem *Olynth.* II. item Harpocrationem, & Suidam, Πεζαίτεροι exaratum eſt; apud Plutarchum in *Flaminio*, Pollucem *lib.* I. *cap.* IX. *ſect.* XXIII. & Heſychium, Πεζέτεροι legitur. Diſputat pluribus de ſcriptione Ulpianus *ad citatam Demoſthenis orationem*. Πεζαίτεροι, πολλαὶ περὶ τούτου φέρονται ἐξηγήσεις· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸ λέγουσιν ὄνομα στρατεύματος οὕτω λεγομένου· οἱ δὲ, ὅτι τινες ἦσαν παρ' αὐτοῖς στρατιῶται, τὸν ἕτερον πόδα γυμνὸν ἔχοντες, τὸν δὲ ἕτερον ὡπλισμένον. διό φασι καὶ πεζετέρους αὐτοὺς καλεῖσθαι, παρὰ τὸ τὸν ἕτερον πόδα γυμνὸν ἔχειν· πέζα γὰρ τὸ κάτωθεν τοῦ ποδός. ὅθεν καὶ τὸ πεζεύειν, τὸ χαμαὶ περιπατεῖν. οἱ δέ φασι, τοὺς ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν πεζῶν ὧν εἶχε ξένων, ἑταίρους καὶ φίλους γενομένους αὐτῷ, οἱονεί τινας ἐκλελεγμένους διὰ τὸ ἀνδρεῖον, ἵνα φυλάττωσιν αὐτόν. ἡ δὲ γραφὴ διάφορος, πρὸς τὴν διάφορον ἐξήγησιν. *Pezeteri, multæ de hoc feruntur explicationes. Alii enim dicunt eam eſſe appellationem exercitus ita dicti. Alii autem, fuiſſe apud illos quoddam genus militum, qui alterum pedem haberent nudum, alterum vero armatum. Propterea dicunt etiam pezeteros illos vocari ab eo, quod haberent nudum alterum pedem. Peza enim dicitur planta pedis; unde & verbum pezeuein, humi ambulare. Alii autem dicunt eos ex peditum quos habebat multitudine mercenariorum, ſocios & amicos illi factos, velut quoſdam electos propter virilitatem, ut cuſtodirent eum. Scriptura autem diverſa ad diverſam explicationem.* Quæ totidem verbis tranſcripſit Auctor *Etymologici*. Euſtathius *ad Illiad.* δ'. Οἱ πεζέτεροι τάγμα καὶ αὐτοὶ στρατιωτικόν. ὧν ἡ γραφὴ διάφορος. οἱ μὲν γὰρ ἐν τρισὶ ψιλοῖς ε' γράφονται κατὰ τοὺς παλαιοὺς, στρατιῶται ὄντες τὴν μὲν μίαν πέζαν ὡπλισμένοι, τὴν δὲ ἑτέραν γυμνοί. ἄλλοι δὲ τὴν παραλήγουσαν διὰ διφθόγγου ἔχουσιν, ὡς ἐν πεζοῖς ἑταῖροι ὄντες τῷ ἄρχοντι, διὰ τὸ ἐν μάχῃ ἀπόλεκτον κατ' ἀνδρίαν. ὁποίων φασὶ καὶ Δημοσθένης μέμνηται ἐν Φιλιππικοῖς. ἡ μέντοι ἀναλογία γράφει τὴν προπαραλήγουσαν καὶ διὰ διφθόγγου τῷ λόγῳ τοῦ προσαίτερος, καὶ τῶν ὁμοίων. *Pezeteri corpus & ipſi militare; quorum ſcriptura diverſa. Alii enim quidem in tribus tenuibus ſcribuntur juxta antiquos, quaſi milites unam quidem plantam armati, alteram vero nudi. Alii vero penultimam habent per diphtongum, tanquam in peditibus ſocii conciliati Duci, propter eximium quod in prælio reſpectu virtutis; qualium dicunt etiam Demoſthenes meminit in Philippicis. Attamen proportio ſcribit etiam ſyllabam penultima priorem per diphtongum ex ratione vocabuli proſæteros, & ſimilium.* Expediam paucis univerſum hoc negotium. Diverſitas lectionis diverſam etymologiam Grammaticos excogitare coegit. Ac primum Πεζαίτερος omnino nauci non eſt, natum ex confuſione diphtongi. Πεζέτερος aliquam ſpeciem habet, ſed tamen falſa eſt etymologia. Nam, ſodes, quæ eſt ratio, ut ab armatura tali Πεζέτεροι dici milites debeant? Certe Πεζέτερος ſecundum etymologiam eſt, ὁ ἑτέραν μόνον τὴν πέζαν ἔχων, *qui alteram modo habet plantam.* Vera extra controverſiam omnem ſcriptura eſt, Πεζέταιρος. Habes rationem nominis manifeſtam. Alexander, qui in exercitu ſuo illuſtriores eſſent, equitare aſſuefecit, ac Ἀστεταίρους appellavit: ignobiliores, pedeſtri militiæ aſſignatos, & in cohortes decuriaſque diſtributos, Πεζεταίρους nominavit; ut nominis honore, quo ſocios eos indigetabat, quemadmodum Imperatores Romani *Commilitones*, alacriores promptioreſque ad capeſſenda militiæ munia efficeret. Anaximenes Φιλιππικῶν *lib.* I. ubi de Alexandro loquitur. Ἔπειτα τοὺς μὲν ἐνδοξοτάτους, ἱππεύειν συνεθίσας, ἑταίρους προσηγόρευσε. τοὺς δὲ πλείστους, καὶ τοὺς πεζοὺς, εἰς λόχους, καὶ δεκάδας, καὶ τὰς ἄλλας ἀρχὰς διελὼν, πεζεταίρους ὠνόμασεν. ὅπως ἑκάτεροι, μετέχοντες τῆς βασιλικῆς ἑταιρίας, προθυμότατοι διατελῶσιν ὄντες. *Deinde præſtantiſſimos adſueſaciens equitando appellavit hetæros vel ſocios: plurimos vero & pedites, in cohortes, & decurias, & alia imperia dividens, nominavit pezetæros, pedites ſocios; ut utrique, participes amicitiæ vel ſocietatis regiæ, promptiſſimi perſeverarent eſſe.* Præclarum optimi Scriptoris fragmentum, quod Harpocration nobis repræſentat in Πεζαίτερος; & ex eo, ut ſolet, Suidas. Sed corrupte quoque illic hodie editur Πεζαιτέρους, pro Πεζεταίρους. Non dubito, quin meam de hujus dictionis ſcriptura ſententiam facile viris doctis ſim probaturus.

CAP. III.

Peplus Minervæ Athenis quis, & qualis. Quid eo factum. Lutatii error. A quibus texi ſolitus, & quando. Scoliaſtæ Euripidis error. Ἐργαστῖναι. Κατανίπτης. *Peplus Junonis apud Eleos. A quot mulieribus texi ſolitus; & earum in foro habitatio.*

CELEBERRIMUS Minervæ peplus apud Athenienſes. Dicebatur autem ita peculiari vocabulo velum navis Panathenaicæ, quam Athenienſes ſingulis quinquenniis apparabant Panathenæis majoribus. Pictus autem in eo erat Enceladus gigas a Minerva interfectus, & cuicumque bel-

lo præclare se gessissent; deferebantque magna cum pompa per Ceramicum usque ad Cereris Eleusiniæ templum. Suidas. Ἰδίως παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις πέπλος τὸ ἄρμενον τῆς Ἀθηναϊκῆς νεώς, ὃν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ πενταετηρίδος, ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. πέπλον δὲ τοῦτο ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐρεοῦν αὐτὸ εἶναι. ἐνεγέγραπτο δὲ ἐν αὐτῷ ὁ Ἐγκέλαδος, ὃν ἀνεῖλεν ἡ Ἀθηνᾶ. ἦν δὲ τῶν γιγάντων εἷς. ἢ ὅτι νικήσαντες οἱ Ἀθηναῖοι, πέπλον ἐποίησαν τῇ Ἀθηνᾷ· καὶ ἐνέγραψαν τοὺς ἀρίστους ἐν αὐτῷ. *Proprie apud Athenienses peplus, velum Palladiæ navis, quod Athenienses Minervæ per singula quadriennia conficiebant, cujus quoque pompam per Ceramicum ducebant usque ad Eleusinium. Id vero vocabant peplum, quia erat laneum. In eo autem pictus erat Enceladus, quem sustulit. Minerva. Erat is gigantum unus: aut quod victores Athenienses peplum fecerint Minervæ; & inscripserunt optimos in eo.* Habes hæc totidem verbis apud Scholiasten Aristophanis *Equitibus*. Breviter Moschopulus. Πέπλος, ἐξαιρέτως ἔνδυμά τι, ὃ ἀνῆγον τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τοῖς μεγάλοις Παναθηναίοις. *Peplus, eximie indumentum aliquod, quod adducebant Palladi in magnis Panathenæis.* Errat Statii Interpres vetus Lutatius, *ad Theb. lib.* XI. ubi de triennio agit. *Peplum est vestis candida, aureis clavis picta, sive manicis, quod simulacris fiebat. sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronæ suis manibus faciebant, & inter triennium numinibus offerebant.* Verum non simplicem errorem errat; nam neque matronæ texebant, sed virgines ἀῤῥηφόροι, ut statim dicemus: deinde non diis offerebatur indistincte, sed Minervæ tantum uni. Texebant autem virgines aliquot, quibus præfectæ duæ ex illis quæ ἀῤῥηφόροι nuncupatæ. *Etymologici* Auctor. Ἀῤῥηφόροι, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ μέχρις ἕνδεκα. τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, αἳ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ ἱεροῦ πέπλου ἤρχοντο καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν. *Arrhephori, ab septem annis ad undecim. Harum vero duæ destinabantur, quæ per texturam sacri pepli inchoabant, & alia circa eum.* Eadem Harpocration tradit *in* ἀῤῥηφορεῖν. Virgines vero illæ, quæ texebant, Ἐργαστῖναι appellatæ. Hesychius. Ἐργαστῖναι, αἱ τὸν πέπλον ὑφαίνουσαι. *Ergastinæ, textrices pepli.* Ordiebantur vero texere die mensis Pyanepsionis trigesimo, quo τὰ χαλκεῖα celebrabantur. Ergo errat Scholiastes Euripidis *Hecuba*, ubi texi solitum Panathenæis nobis tradit. Ὕφαινον δὲ (τὸν πέπλον) ἐν τοῖς Παναθηναίοις. *Texebant vero (peplum) in Panathenæis.* Etymologici Auctor *in* χαλκεῖα. Ἔστι δὲ ἕνη καὶ νέα Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ ἱέρειαι μετὰ τῶν ἀῤῥηφόρων τὸν πέπλον διάζονται. *Est autem dies ultima Pyanepsionis, in qua etiam sacerdotes cum arrhephoris peplum inchoant.* Postquam ita circumlatus in pompa peplus, si partes inferiores luto, aut quocunque alio modo, inquinari contigisset, erat constitutus aliquis qui purgaret, atque elueret, isque Καταινίπτης dictus: & munus illud inter sacra numeratum. *Etymologici* Auctor. Καταινίπτης, ἢ ἐπώνυμόν τινος, ἢ ἱερωσύνη Ἀθήνησιν, ὁ τὰ κάτω τοῦ πέπλου τῆς Ἀθηνᾶς ῥυπαινόμενα ἀποπλύνων. *Cataniptes, aut cognomen alicujus, aut sacerdotium Athenis, inferiora pepli Minervæ sordidata abluens.* Porro etiam apud Eleos Junoni peplum quinto quoque anno matronæ sedecim pertexebant. Pausanias *Eliac.* I. Διὰ πέμπτου δὲ ὑφαίνουσιν ἔτους τῇ Ἥρᾳ πέπλον αἱ δέκα ἓξ γυναῖκες. *Quinto anno autem texebant Junoni peplum sexdecim fœminæ.* Ac proprium illis in foro domicilium. Observo alibi apud eundem Pausaniam, *Eliac.* II. Πεποίηται δὲ καὶ ταῖς γυναιξὶν ἐν τῇ ἀγορᾷ οἴκημα ταῖς ἑκκαίδεκα καλουμέναις, ἔνθα τὸν πέπλον ὑφαίνουσι τῇ Ἥρᾳ. *Sed & fœminis constituta est in foro ædicula illis sexdecim ut vocantur, ubi peplum texunt Junoni.*

CAP. XIII.

Πλυντήρια. *Cui deæ sacra. Minerva* Ἄγλαυρος. *Hesychii error indicatus. Quando, & quomodo, celebrari solita; a quibus.* Πραξιεργίδαι. Ἡγητηρία, *aut* Ἡγητορία. *Hesychius emendatus, & Eustathius.*

FESTUM apud Athenienses erat, Πλυντήρια dictum. Harpocration. Πλυντήρια. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ ἱερείας, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις· *Plynteria, Lycurgus in oratione de sacerdote, festum apud Athenienses.* Idem Suidas dicit *in* Πλυντήρια. Ac meminit Etymol. Auctor *in* Καλλυντήρια. Erat autem institutum festum illud in honorem Agrauli, Cecropis filiæ. Hesychius. Πλυντήρια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν ἐπὶ τῇ Ἀγλαύρῳ τῇ Κέκροπος θυγατρὶ τιμὴν ἄγουσιν· *Plynteria, festum Athenis, quod in memoriam Aglauri Cecropis filiæ honoris causa celebrant.* Plutarchus vero in *Alcibiade* Minervæ tribuit. Οὐ μὴν δὲ τοῦ Ἀλκιβιάδου λαμπρῶς εὐημεροῦντος, ὑπέθραττεν ἐνίους ὅμως ὁ τῆς καθόδου καιρός. ᾗ γὰρ ἡμέρᾳ κατέπλευσεν, ἐδρᾶτο τὰ Πλυντήρια τῇ θεῷ. *Ita enim splendide Alcibiade triumphante, submomordit nonnullos tamen ipsum reditus tempus. Nam quo die in portum navigavit, agebantur Plynteria deæ.* Et ita Auctores quoque alii. Sed concilio. Colebatur Minerva, cognomento Ἄγλαυρος, sive Ἄγραυλος; ut ostendo infra, *lib.* IV. *cap.* III. Atque huic sacrum illud festum. Erravit doctissimus Grammaticus, & quos ille secutus Auctores; qui Agraulum, Cecropis filiam, acceperunt pro Minerva, ita ab ea cognominata. In hoc festo detracta deæ ornamenta lavabant, unde nomen etiam datum; tum simulacrum ejus velabant: quique id facerent, Πραξιεργίδαι dicebantur. Erat autem dies Thargelionis XXVI. & veluti inter maxime nefastos summa religione colebatur. Plutarchus *ibidem* Δρῶσι δὲ τὰ ὄργια Πραξιεργίδαι Θαργηλιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος ἀπόῤῥητα. τόν τε κόσμον καθελόντες, καὶ τὸ ἕδος κατακαλύψαντες. ὅθεν ἐν ταῖς μάλιστα τῶν ἀποφράδων τὴν ἡμέραν ταύτην ἄπρακτον Ἀθηναῖοι νομίζουσιν. *Administrant autem ista arcana sacra Praxiergidæ sexta die Thargelionis pereuntis: ornatumque auferentes ac statuam obvelantes; unde in maxime nefastis istam diem religiosam ac feriatam Athenienses statuunt.* Ad simulacri velationem fieri solitam quod attinet, de ea quoque clare Xenophon *Hist. Græc.* lib. I. Κατέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ ἡμέρᾳ ᾗ πλυντήρια ἦγεν ἡ πόλις, τοῦ ἕδους κατακεκαλυμμένου τῆς Ἀθηνᾶς· *Navigavit in Piræea die, quo Plynteria celebrabat urbs, simulacro Palladis obvelato.* Et hanc ipsam designat quoque Hesychius. Πραξιεργίδαι, οἱ τὸ ἕδος τὸ ἀρχαῖον τῆς Ἀθηνᾶς ἀμφιεννύντες. *Praxiergidæ, qui simulacrum vetus Palladis circumvestiunt.* Ferebant etiam in pompa massam caricarum; quia nimirum indigenæ post glandes hunc primum fructum comedissent, quodque ille eos in rationem victus puriorem melioremque quasi introduxisset: eaque massa Ἡγητηρία, sive Ἡγητορία, nam utroque modo scribi video, nuncupabatur. *Etymologici* Auctor. Ἡγητορία, παλάθη σύκων, ἣν ἐπὶ τῇ πομπῇ τῶν πλυντηρίων φέρουσιν, ὅτι ἡμέρου πρώτης ταύτης τροφῆς ἐδέξαντο. *Hegetoria, massa ficum, quam in pompa Plynteriorum ferunt, quia hunc primum mitem cibum acceperunt.* Hesychius. Ἡγητηρία, παλάθη σύκων. Ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ πλυντηρίων φέρουσι παλάθην συγκειμένην ἐξ ἰσχάδων, διὰ τὸ τοὺς αὐτόχθονας ἥμερον καρπὸν πρῶτον φαγεῖν τὸν σύκων. *Hegeteria, massa ficuum. Nam festo Plynteriorum ferunt massam confectam ex ficubus, quia indigenæ primum mitem cibum ficuum ederunt.* Ita enim illic legendum, non, Ἐν γὰρ τῇ ἑορτῇ παραπλυντηρίων. *Nam in festo Paraplynteriorum.* Nam Πλυντήρια, non Παραπλυν-

πλυντήρια, festum istud indigetabatur. Sed ἡγητορίας nomen restituendum apud Eustathium *ad Odyss.* ά. Ελέγετο δέ φασι καὶ ἡγητορία παλάθη τις, ἡ πρώτη πεμπομένη ἐν ταῖς πομπαῖς. *Dicebatur vero etiam Hegetoria massa quædam, quæ prima mittebatur in pompis.* Hodie editur, καὶ ἡγήτεια παλάθη. Observa item, recedere eum ab aliis Auctoribus. Neque enim in quibuslibet festis ἡγητορία mittebatut, ut hic videtur velle tradere; neque dicebatur παρὰ τὸ ἡγεῖσθαι τῆς πομπῆς, *quia præibat in pompa*, sed παρὰ τὸ ἡγεμόνα γεγονέναι τοῦ καθαρίου βίου, *quia princeps fuerat puræ vitæ*, ut loquuntur alii Auctores. Rectam etymologiam sequitur postea *ad Odyss.* ώ. Ubi tamen iterum emendandus. Ηγεμὼν δέ φησι, καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἡ συκῆ, δι᾽ ὃ Αθήνησιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ πρῶτον εὑρέθη, ἱερὰ συκῆ ἐκλήθη, καὶ ὁ καρπὸς αὐτῆς, ἡγητορία. διὰ τὸ προευρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς. *Dux autem dicit puræ vitæ hominibus ficus, unde locus Athenis, in quo primum est inventa, sacra ficus vocatus fuit, & fructus ejus Hegetoria, quia ante mite alimentum fuit reperta.* Hodie editur, Ο καρπὸς αὐτῆς ἡγητορίας, *fructus ejus hegetoriæ*. Respexit Athenæi locum, qui exstat *lib.* III. Η συκῆ, ἄνδρες φίλοι, ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τοὺς Αθηναίους ἱερὰν συκῆν τὸν τόπον ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὑρέθη. τὸν δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς καρπὸν, ἡγητηρίαν. διὰ τὸ πρῶτον εὑρεθῆναι τῆς ἡμέρου τροφῆς, *Ficus, Viri amici, dux puræ vitæ hominibus fuit. Id manifestum ex eo, quod Athenienses vocant ficum sacram locum, in quo primum inventa est; fructum vero ejus hegeterian, quia inventa est ante cibum mitem.* Meminit τῆς ἡγητηρίας etiam Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *lib.* II. Κριθαὶ πυροὶ, παλάθη ἡγητηρία ἀλεύρων πυρίνων καὶ κριθίνων. *Hordeum, frumentum, massa hegeteria farinæ triticeæ & hordeaceæ.* Et apud Suidam *in* ἡγήτορες Psellus.

Ηγητορία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη.
Hegetoria fuit ficuum massa.

CAP. XIV.

Polemarchi munus. Harpocrationbis emendatus. Ejus πάρεδροι. *Lysiæ locus restitutus*· Επιλύκιον. Λυκαμβὶς ἀρχή. *Quis primus id munus gesserit. Qualis apud Ætolos fuerit. Schol. Aristophanis correctus. Polemarchus, Lysiæ frater.*

POLEMARCHI Athenis munus fuse nobis describit Pollux *lib.* VIII. *cap.* VIII. Ο δὲ πολέμαρχος, θύει μὲν Αρτέμιδι τῇ Αγροτέρᾳ, καὶ τῷ Ενυαλίῳ. διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων. καὶ τοῖς περὶ Αρμόδιον ἐναγίζει. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται μετοίκων, ἰσοτελῶν, προξένων. καὶ διανέμει τὸ λαχὸν, ἑκάστῃ φυλῇ τι μέρος. τὸ μὲν, διαιτηταῖς παραδιδούς. εἰσάγων δὲ δίκας ἀποστασίου, ἀπροστασίου κλήρων μετοίκου. *Polemarchus vero sacrificat quidem Dianæ Agroteræ & Marti. Disponit autem ludum funebrem eorum qui in bello ceciderunt. & Harmodio sociisque inferias facit. Et judicia apud eum sortiuntur inquilinorum, & eorum, qui par vectigal præstant, & publicorum hospitum; & quod sorte cecidit, distribuit cuique tribui partem; aliud quidem arbitris tradens; sed inducens judicia desertionis patrocinii, aut non electi, hereditatum inquilini.* Et Aristophanis Scholiastes *Vespis*. Ως τὸν πολέμαρχον. ὄνομα ἀρχῆς. οὐ τοῖς πολίταις τοῦτο προσῆψεν, ἀλλὰ τοῖς ξένοις. αἱ γὰρ ξενικαὶ δίκαι ἐπὶ τοῦ πολεμάρχου εἰσήγοντο. οἱ δὲ καὶ βοηθείας δεόμενοι, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν κατέφευγον τοῦ πολεμάρχου. ἀλλὰ καὶ οἱ κατηγοροῦντες γονέων κακώσεως, πρὸς τὸν πολέμαρχον ἐδικάζοντο, κἀκεῖνος ἔκρινον. *Ad Polemarchum. Nomen magistratus. Non civibus ille competebat, sed peregrinis. Peregrina enim judicia ad polemarchum inducebantur: qui etiam auxilio indigentes, ad polemarchi auctoritatem decurrebant. Sed & qui accusabant parentes malæ tractationis, coram polemarcho sistebantur, & ille judicabat.*

Et mox. Αρχή τίς ἐστι παρ᾽ Αθηναίοις οὕτω καλουμένη ἐστὶ δὲ οὗτος εἷς τῶν ἀρχόντων. διοικεῖ δὲ οὗτος ἄλλα τε, καὶ εἰσάγει δίκας τάς τε τοῦ ἀποστασίου καὶ κλήρων τοῖς μετοίκοις. καὶ τἄλλα ὅσα τοῖς πολίταις ὁ ἄρχων ἐστὶ, ταῦτα τοῖς μεττοίκοις ὁ πολέμαρχος. *Est magistratus quidam apud Athenienses ita vocatus. Ille autem unus est ex archontibus. Administrat vero tum alia, tum inducit controversias desertionis patrocinii & hereditatum peregrinis; & reliqua quæ civibus est archon, ea inquilinis est polemarchus.* Totidem pene verbis Harpocration *in* Πολέμαρχος, qui corrigendus. Οὗτός τε εἰσάγει δίκας τάς τε τοῦ ἀποστασίου. *Iste etiam inducit controversias tum illas desertionis patrocinii.* Hodie editur Εἰσάγει δικαστάς τε τοῦ ἀ. *Inducit judices tum.* Et observa inter cætera, idem inquilinis fuisse τὸν Πολέμαρχον, quod civibus ὁ Αρχων. Et exstat elegantissimus locus Lysiæ in *Orat.* Κατὰ Αλκιβιάδου, qui huc pertinet Τί δ᾽ ἂν αἴσχιον ἔθος: ἢ δεινότερον πρᾶγμα τούτου τῇ πόλει γένοιτο, εἰ τολμήσειε μὲν ἄρχων, ἐμβὰς τῶν ἐπικλήρων δίκαις, ἀντιβολεῖν καὶ ἱκετεύειν τοὺς δικαστὰς ὅ, τι βούληται πραχθῆναι, ὁ δὲ πολέμαρχος, καὶ οἱ τὰ * δεήσονται ἐν ταῖς δίκαις ταῖς ὑφ᾽ ἑαυτῶν εἰσαγομέναις, ὥσπερ καὶ νῦν; *Qui vero turpior mos, aut tetrius illo factum civitati eveniat; si ausit quidem archon, insultans judiciis earum, ad quas tota pertinet hereditas, obsercrare & supplicare judices id quod peragi cupit? polemarchus vero & illi .... debebunt in judiciis quæ per illos inducta sunt, sicut etiam nunc.* Sed verba mutila, & puto suppleri recte posse. Καὶ οἱ πάρεδροι δεήσονται τ. δ. *& assessores debebunt in j.* Nam Polemarcho erant duo duo πάρεδροι, plane ut archonti, & regi. Pollux docet, *loco citato* Πάρεδροι δ᾽ ὀνομάζονται, οὓς αἱρεῖται ἄρχων, καὶ βασιλεὺς, καὶ πολέμαρχος, δύο ἕκαστος, οὓς βούλεται. *Assessores autem nominantur, quos eligit archon, & rex, & polemarchus, duo unusquisque quos vult.* Harpocration iterum corrigendus *in* Παρέδρους, ubi hoc ipsum tradit. Λαμβάνουσι δὲ παρέδρους ὅ τε ἄρχων καὶ ὁ πολέμαρχος, δύο ἑκατέρος οὓς ἂν βούληται. *Accipiunt vero assessores archon & polemarchus, duo utrosque; quos vult.* Rescribe Δύο ἑκάτερους, οὓς ἂν β. *duo uterque, quos vult.* Ejus curia Επιμύκιον dicebatur. Hesychius. Επιλύκιον, ἀρχεῖον τοῦ πολεμάρχου Αθήνησιν. *Epilycium, archivum polemarchi Athenis.* Et hinc Λυκαμβὶς ἀρχὴ ille dicitur Cratino in *Comœdia* quæ Νόμοι inscripta. Invenio apud eundem *alibi* Λυκαμβὶς ἀρχή. ὁ Κρατῖνος ἐν Νόμοις, τὸν πολέμαρχον δηλῶν. *Lycambis magistratus. Cratinus in Legibus, polemarchum significans.* Primus illud munus obiit Callimachus. Observo apud Pausaniam in *Atticis* Τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ, Καλλίμαχός τε, ὃς Αθηναίοις πολεμαρχεῖν ἤρξατο, καὶ Μιλτιάδης τῶν στρατηγούντων. *Pugnantium vero maxime conspicui in pictura sunt Callimarchus, qui apud Athenienses esse polemarchus incepit, & Miltiades ex ducibus.* Apud Ætolos ὁ Πολέμαρχος claves urbis asservabat, & interdiu ad portam in statione erat. Polybius *Hist.* lib. IV. Πολέμαρχοι τῶν κατεληλυθότων τινὲς ἐγεγόνεισαν. ταύτην δὲ συμβαίνει τὴν ἀρχὴν κλείειν τὰς πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυριεύειν τῶν κλειδῶν. ποιεῖσθαι δὲ καὶ τὸ καθ᾽ ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων. *Polemarchi fuerant quidam ex illis qui redierant. Ab hoc autem magistratu oportet claudi portas, & medio tempore obtinere claves; sed & interdiu commorari in loco portarum.* Quem locum, dissimulato Auctoris nomine, transcripsit Scholiastes Aristophanis *ad citatas* statim *Vespas*. Παρὰ δ᾽ Αἰτωλοῖς πολέμαρχον συνέβαινε κλείειν τὰς πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυριεύειν τῶν κλειδῶν. ποιεῖσθαι δὲ τὸ καθ᾽ ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων. *Sed apud Ætolos Polemarchum oportet claudere portas, & medio tempore obtinere claves; interdiu vero commorari in portarum loco.* Utrobique vero rescribendum, Επὶ τῶν πυλῶν. Temere geminata ultima vocis istius syllaba hasce nobis turbas concitat. Fuit & Polem. nomen proprium Lysiæ fratris. Harpoc. Καὶ κύριον ὄνομα ὁ Πολέμαρχος τοῦ Λυσίου

ἀδελφῦ. *Et proprium nomen Polemarchus fratris Lysiæ*. Et Schol. Aristophanis. Ἐστὶ δὲ καὶ κύριον ὄνομα, ὁ τοῦ Λυσίου ἀδελφός. *Est vero & proprium nomen, frater Lysiæ*. Meminit quoque Plutarchus in *Lysia*. Τῆς δ' ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίας γενομένης, καὶ τῶν τριάκοντα παραλαβόντων τὴν πόλιν, ἐξέπεσεν ἑπτὰ ἔτη μείνας, ἀφαιρεθεὶς τὴν οὐσίαν, καὶ τὸν ἀδελφὸν Πολέμαρχον. *Pugna autem navali ad Aegos potamos facta, & triginta invadentibus urbem, excidit quum mansisset septem annis, patrimonio spoliatus & fratre Polemarcho*. Non semel hunc fratrem suum nominat Lysias in *Orat*. Κατὰ Ἐρατοσθένους. Occurritque locis pluribus apud Platonem *De Rep*. lib. I. statim in ipso initio. Et rursum in *Phædro*. Ἐν τῷ πρόσθεν δ' εἴ τι λόγῳ σοι ἀπηνὲς εἴπομεν Φαῖδρός τε καὶ ἐγώ, Λυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος, παῦε τῶν τοιούτων λόγων. ἐπὶ φιλοσοφίαν δέ, ὥσπερ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον. *In præcedente autem si quid sermone tibi ingratum diximus Phædrus & ego, Lysiam patrem hujus sermonis accusans, omitte talia verba: ad philosophiam vero, sicut frater ejus Polemarchus conversus est, verte*.

CAP. XV.

Πομπεῖον. E triginta Tyrannorum bonis facta. Alia mox ab Androtione. Thomas Magister emendatus. Lycurgus aurea, & argentea, fecit. A quibus asservari solita, & ubi. Πομπεῖον. Statuæ illic, & imagines, clarorum virorum.

VASA in pompam solennia apparata, Πομπεῖα dicebantur. Eustathius *ad Iliad*. ε΄. Καὶ τὰ παρ' Ἀττικοῖς πομπεῖα. σκεύη ἐκεῖνα χρήσιμα ἐν δημοσίαις πομπαῖς. *Et quæ apud Athenienses pompia: vasa illa commoda in publicis pompis*. Harpocration Πομπεῖα δὲ λέγεται, τὰ εἰς τὰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη. *Pompia autem dicuntur vasa ad pompas comparata*. Primitus utebantur iis e bonis triginta Tyrannorum factis; ac mox alia Androtion fecit. Harpocration *ibidem* ex Philochoro. Πομπείοις δέ φησι Φιλόχορος πρότερον ἐχρῶντο οἱ Ἀθηναῖοι ἐκ τῆς οὐσίας τῶν τριάκοντα κατασκευασθεῖσιν. *Vasibus ad pompas primo utebantur, dicit Philochorus, Athenienses ex patrimoniis triginta Tyrannorum factis*. Quæ totidem verbis Suidas refert. Annotat autem, alia ab Androtione postea facta. Ὀψὲ δέ, φησι, καὶ Ἀνδροτίων ἄλλα κατεσκεύασεν. *Sero autem, ait, etiam Androtion alia fabricavit*. Atque hoc Demosthenes testatur in Oratione *adversus ipsum*. Ἀλλ' Ἀνδροτίων ὑμῖν πομπείων ἐπισκευαστής. *At Androtion vobis vasum ad pompas fabricator*. Corrigendus Thomas Magister in *Eclog. Dict. Attic*. Ὡς ὁ Δημοσθένης. ἀλλ' Ἀνδροτίων πομπείων ἐπισκευαστής. *Sicut Demosthenes: sed Androtion vasum fabricator*. Hodie editur truncata voce, Ἀνδροτίων πομπεῖ ἐπισκευαστής. *Androtion gloriatur fabricator*. Lycurgus Orator ea aurea, & argentea, fecit. Plutarchus in *ejus Vita*. Πομπεῖά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρέα τῇ πόλει κατεσκεύαζεν. *Vasa etiam ad pompas aurea & argentea urbi fecit*. Illisque quod abuteretur, reprehensus est Alcibiades. Item Plutarchus in *ejus vita* commemorat. Ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἄλλων γέγραπται καὶ ὅτι τῆς πόλεως πολλὰ πομπεῖα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ κεκτημένος Ἀλκιβιάδης ἐχρῆτο πᾶσιν αὐτοῖς ὥσπερ ἰδίοις πρὸς τὴν καθ' ἡμέραν δίαιταν. *In quo cum reliquis scriptum est, Alcibiadem quum teneret multa urbis aurea & argentea vasa pompis destinata, usum fuisse omnibus illis ut propriis ad quotidianam vitam*. Moris autem adservari illa per architheoros. Observo apud Andocidem in *Orat*. Κατὰ Ἀλκιβιάδου. Ἵνα δὲ μὴ μόνον Διομήδην, ἀλλὰ καὶ τὴν πόλιν ὑβρίζων ἐπιδόξειε, τὰ πομπεῖα παρὰ τῶν ἀρχιθεωρῶν αἰτησάμενος, ὡς εἰς τὰ πινάκια τῇ προτεραίᾳ τῆς θυσίας χρησόμενος, ἐξηπάτησε, καὶ ἀποδοῦναι οὐκ ἤθελε. *Ut vero non modo Diomeden, sed etiam urbem contumeliose tractasse insuper videatur, vasa ad pompas flagitans ab sacræ legationis principibus, tanquam ad abacos præcedente usum die usurus, decepit & reddere noluit*. Locus autem, in quo asservabantur, Λομπεῖον nuncupatus. Meminit Demosthenes Orat. *in Phormionem*. Καὶ ταύταις δὲ ἐν τῷ Πομπείῳ διαμεμετρημένα. *Et his vero in Pompio mensurata*. Quem locum laudat quoque Pollux *lib*. x. *cap*. v. Meminit quoque Plutarchus in *Isocrate*. Ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ. *Erat quoque ejus picta imago in Pompio*. Diogenes Laertius in *Socrate*, lib. II. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπείῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. *Socratem vero ærea statua* B *honorarunt, quam posuerunt in Pompio, Lysippo ejus auctore*, Iterum in *Diogene Cynico*, lib. VI. Καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, (δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοάν) καὶ Πομπεῖον αὐτῷ κατεσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienses dixit, ostendens porticum Jovis, etiam Pompium sibi fabricavisse ad inhabitandum*. Et Plinius *lib*. xxxv. *cap*. xi. *Craterus comœdos Athenis in Pompeo pinxit*. Et Observa simul ex Plutarchi, Diogenis, Pliniique locis jam citatis clarorum virorum illic imagines etiam, & statuas, fuisse.

CAP. XVI.

C *Πυρομέτραι. Πυρομετρηταί. Harpocration emendatus, & apud eum Dinarchus*.

LOCUS est Harpocrationis *in* Προμετρητής. Ὁ τοὺς πιπρασκομένους πυροὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ, καὶ τῶν ἄλλων σπερμάτων ἕκαστον διαμετρῶν, καὶ ὁ τούτου τὸν ἔργου μισθὸν λαμβάνων, Προμετρητὴς ἐκαλεῖτο. *Qui venditas fruges in foro & aliorum seminum quodcunque mensuraret, & pro eo opere mercedem acciperet, vocabatur Antemensor*. Vetus mendum est, & quod etiam Suidas transscripsit. Sed tamen πυρομετρητής, *frumenti mensor*, legendum censeo. Et satis clare evincunt ista sequentia. Ὁ τοὺς πιπρασκομένους πυροὺς D ἐν τῇ ἀγορᾷ διαμετρῶν. *qui venditas fruges in foro mensuraret*. Habes ecce etymon vocis. Ergo Πυρομετρητής est, παρὰ τὸ τοὺς πυροὺς μετρεῖν, *ab metiendis frugibus*. Itaque mox quoque in Dinarchi illic verbis. Σκύθου τοίνυν ὁ προμετρητοῦ υἱὸς ἐν δημόταις γέγονε, καὶ οὗτος ἐν τῇ ἀγορᾷ προμετρῶν διατετέλεκεν, καὶ ὑμεῖς ἐκλαμβανόμενοι παρ' αὐτοῦ τοὺς πυροὺς διατελεῖτε. *Stythæ igitur antemensoris filius in popularibus fuit, & is in foro antemensor perseveravit, & vos excipere ab illo frumentum perseveratis*. Restituo, ὁ πυρομετρητοῦ υἱός, *frumenti mensoris filius*. Et mox. Ἐν τῇ ἀγορᾷ πυρομετρῶν, *in foro frumentum metiens*. Certe qui frumento in foro metiendo operam locabant, Πυρο- E μέτραι, & Πυρομετρηταὶ dicebantur; ipsumque opus, Πυρομετρεῖν. Pollux *lib*. VII. *cap*. IV. Καὶ σιτομετρεῖν, καὶ πυρομετρεῖν, καὶ πυρομέτραι, ἢ πυρομετρηταί. *Et frumentum metiri, & triticum metiri, & tritici mensores, & tricici mensuratores*.

CAP. XVII.

Minerva Προναία, *&* Πρόνοια. *Harpocrationis error Diodorus Siculus, Pausanias, & Herodotus, restituti*.

AIT Harpocration *in* Πρόνοια. Ὠνομάζετό τις παρὰ F Δελφοῖς Ἀθηνᾶ Πρόνοια, διὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι, ἢ ὅτι προὐνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. ταύτην δ' Ἡρόδοτος ἐν τῇ ὀγδόῃ Προνοίην ὀνομάζει. *Nominabatur quædam apud Delphos Minerva Pronæa, quia ante templum sita erat, aut quod præcogitavit, quemadmodum pareret Latona. Hanc vero Herodotus in octavo nominat Pronæam*. Ubi profecto errat vehementer, quod duo Minervæ cognomina confundat. Ventilandus est hic locus. Minerva Πρόνοια, Athenis culta; Προναία, Delphis. Hæc, παρὰ τὸ πρὸ τοῦ ναοῦ ἱδρύσθαι, *quia sita erat ante templum*,

dicta: illa, παρὰ τοῦ προνοεῖν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. *quia præcogitarat, quomodo pareret Latona*. Falso unius utramque etymologiam ponit Grammaticus, cætera doctissimus. Ac τῆς Προναίας, quæ Delphis colebatur, meminit Hesychius. Προναίας, Ἀθηνᾶς τέμενος ἐν Δελφοῖς. *Pronææ Minervæ delubrum Delphis*. Et corrigendus Diodorus Siculus *lib.* XI. ubi de destinata Delphorum direptione. Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν σύλησιν τοῦ μαντείου πεμφθέντες, προῆλθον μὲν μέχρι τοῦ ναοῦ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς. *Missi vero ad spoliationem oraculi, processerunt quidem usque ad ædem Minervæ Pronææ*. Et mox iterum: Οἱ δὲ Δελφοὶ τῆς τῶν θεῶν ἐπιφανείας ἀθάνατον ὑπόμνημα τοῖς μεταγενεστέροις καταλιπεῖν βουλόμενοι, τρόπαιον ἔστησαν παρὰ τὸ τῆς Προναίας Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Delphi autem præsentiæ numinum immortale documentum posteris relinquere volentes, tropæum erexerunt ad Pronææ Minervæ templum*. Utrobique minus recte hodie editur, τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς, *Providentiæ Minervæ*. Item Pausanias *Phocicis*: ubi de Delphis & eorum templis. Ὁ τέταρτος δὲ (ναὸς) Ἀθηνᾶς καλεῖται Προναίας. *Quartum vero (templum) Minervæ vocatur Pronææ*, Neque illic recte editur Προνοίας. Pythias vates apud Æschylum *Eumenidibus*.

Παλλὰς Προναία δ᾽ ἐν λόγοις πρεσβεύεται.
Pallas autem Pronæa in sermonibus excellit.

Ubi Scholiastes profert illud Callimachi fragmentum.

Χ᾽ ἡ Παλλὰς Δελφοί νιν ὅθ᾽ ἱδρύοντο Προναίην.
Et Pallas, quando Delphi eam collocarunt Pronæan.

Herodoto Προνηίη dicitur, secundum dialectum Ionicam, *lib.* VIII. Ἐπεὶ γὰρ δὴ ἔσαν ἐπιόντες οἱ Βάρβαροι κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Προνηίης Ἀθηναίης, ἐν τούτῳ ἐκ μὲν τοῦ οὐρανοῦ κεραυνοὶ αὐτοῖσιν ἐνέπιπτον. *Quum enim Barbari ingressi essent circa templum Minervæ Pronææ, tunc quidem ex cœlo fulmina illis evenerunt*. Et non multo post. Οἱ δὲ πεσόντες ἀπὸ τοῦ Παρνησοῦ λίθοι, ἔτι καὶ ἐς ἡμέας ἦσαν σῶοι, ἐν τῷ τεμένει τῆς Προνηίης Ἀθηναίης κείμενοι. *Qui vero ex Parnasso ceciderunt lapides, etiam nostra adbuc ætate salvi sunt, positi in delubro Minervæ Pronææ*. Henricus Stephanus utrobique τῆς Προνοίης edidit. Sed ego omnino sequendum censeo Laurentium Vallam, virum, ut tunc tempora erant, & doctum valde, & præclare de Rep. literaria meritum; cujus exemplar, plane uti nos restituimus, habuisse videtur. Itaque recte vertit, *Protemplaris*. Respexit sine dubio hæc loca Harpocration, cum inquit. Ταύτην δὲ Ἡρόδοτος ἐν τῇ ὀγδόῃ Προνηίην ὀνομάζει. *Hanc vero Herodotus nominat in octava Pronæam*. Perperam hodie etiam illic Προνοίην editur. Certe Codex Vaticanus, cujus Excerpta benignissime nobiscum communicavit Andreas Schottus, vir eruditione & humanitate pariter insignis, & ad Remp. literariam adjuvandam propensissimus, expresse nobis veram lectionem repræsentat. Atque hæc satis de Minervæ Προναίας cognomento. Quod ad τῆς Προνοίας attinet, res est extra controversiam, & passim obvia. Originem nominis tradit Harpocration. Ὅτι προυνόησεν ὅπως τέκοι ἡ Λητώ. *Quod præcogitavit, quomodo pareret Latona*. Et huc pertinet iste Aristidis locus Oratione *in Minervam*, Φαίνεται τοίνυν Ἀπόλλωνος μὲν καὶ Ἀρτέμιδος προνοηθεῖσα ὅπως ἔσονται. *Videtur igitur de Apolline quidem & Minerva præcogitavisse, quomodo futuri essent*. Item in *Panathenaica*: Λητώ τε γὰρ, εἰ καὶ μικρὸν ὕστερον ἁρμόσει περὶ τῶν θείων διηγεῖσθαι, λυσαμένη τὴν ζώνην ἐν Ζωστῆρι τῆς Ἀττικῆς, καὶ λιποῦσα τὴν ἐπωνυμίαν τῷ τόπῳ, βαδίζουσα ἀεὶ εἰς τὸ πρὸς ἕω, τῆς Προνοίας Ἀθηνᾶς ἡγουμένης, ἀπ᾽ ἄκρων τῆς Ἀττικῆς ἐπιβιᾶσα τῶν νήσων, εἰς Δῆλον καταίρει, καὶ τίκτει δὴ τοὺς θεούς, τήντε Ἄρτεμιν, καὶ τὸν Πατρῷον Ἀπόλλω τῇ πόλει. *Latona enim (etsi paulo post sit futurum opportunum de divinis narrare) quum solvisset zonam in Zostere At-*

(A) *ticæ, & reliquisset appellationem loco, ultra progrediens versus ortum, ducente Minerva Pronæa, ab extremis Atticæ deveniens ad insulas, Delum petit, & parit Deos, tum Dianam, tum Patroum Apollinem urbi*. Aliter Phurnutus. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐστὶν ἡ τοῦ Διὸς σύνεσις, ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ ἐν αὐτῷ προνοίᾳ, καθὸ καὶ Προνοίας Ἀθηνᾶς ἱδρύονται ναοί. *Minerva autem est Jovis sapientia, quæ eadem est sapientiæ in ipso, prout etiam Providentiæ Minervæ statuuntur templa*.

CAP. XVIII.

(B) Κεντρίναι. *Hesychius emendatus*. Κεστρῖνοι, & Κεστρινικοὶ *boves*. *Chaonia prius* Κεστρίνη. Κεστρῖνος *piscis*, & Κεστρεὺς, *an iidem*. Κεστρῖνοι, & Κεστρεῖς, *qui dicti*, Νῆστις. Κεστρεύειν.

HYPERIDES voce Κεστρῖνοι usus fuit in *Orat.* Περὶ τοῦ ταρίχους. Observare est apud Harpocrationem, cujus ista verba. Κεστρῖνοι, Ὑπερίδης ἐν τῷ περὶ τοῦ ταρίχους. Κεστρῖνος ἰχθῦς. ἐπισκεπτέον δὲ, εἰ διαφέρει τι κεστρέως. *Cestrini, Hyperides in oratione de salsamento. Cestrinus piscis. Considerandum vero, si quid differat a mugile*. Ita edidit doctiss. Maussacus. In Aldina editione utraque est, Κενστρόναι. (C) Non dubito tamen corruptum esse locum. Annon rectius? Κεντρίναι. Hesychius. Κεντρίνα. φωνήν. γένος τι ζώου. *Centrina, vocem, genus quoddam animalis*. Sed & illic mendum. Rescripserim, Κεντρίναν. φώκην. γένος τι ζώου. *Centrinam, phocam, genus quoddam animalis*. Si placeat, Κεστρῖνοι, accipiendus erit locus de bobus Chaoniis. Schol. Aristophanis *ad Pacem*. Ἐν δὲ τῇ Χαονίᾳ φασὶ τοιούτους εἶναι βοῦς, οὓς καὶ Κεστρίνης καλοῦσι. *Sed in Chaonia dicunt tales esse boves, quos & Cestrinos vocant*. Dicebantur autem Κεστρῖνοι, & Κεστρινικοὶ, quia Chaonia prius Κεστρίνη appellabatur. Hesychius. Κεστρινικοὶ βόες, οἱ ἐν Χαονίᾳ. ἡ γὰρ Χαονία πρότερον Κεστρίνη προσηγορεύετο. (D) ἔστι δὲ μοῖρα τῆς Ἠπείρου διαφόρους ἔχουσα βοῦς. *Cestrinici boves, qui in Chaonia. Chaonia enim prius Cestrine appellabatur. Est autem portio Epiri habens eximios boves*. Videndus quoque Pausanias in *Corinthiacis*, & Stephanus *in* Καμμανία. Si exstaret illa Hyperidis Oratio, minus in explicando isto loco laboraremus. Harpocration interpretatur piscem, & dispiciendum esse ait, an sit idem cum eo qui Κεστρεὺς appellatur. Ego affirmo. Exstat locus elegantissimus Auctoris incerti apud Eustathium *ad Odyss.* ι. unde illud manifestum. Φησὶ γοῦν τις πρὸς Ἀθηναίους. ὡς ὑμεῖς ἀλλήλους ἀεὶ χλευάζετε; ἂν μὲν γὰρ ᾖ τι σμικρὸν παντελῶς ἀνθρώπιον, καλεῖτε αὐτὸν σταλαγμόν. λιπαρὸς περιπατεῖ; ζωμὸς κατωνόμασται. χαίρει τις (E) αὐχμῶν, ἢ ῥυπῶν; κονιορτὸς ἀναπέφηνεν. ὄπισθεν ἀκολουθεῖ κόλαξ τῳ; λέμβος ἐπικέκληται. τὰ πολλὰ ἄδειπνος περιπατεῖ; κεστρινός ἐστι νῆστις. *Dicit igitur aliquis ad Athenienses: Quemadmodum vos semper invicem deridetis? Siquidem enim sit parvus quidam homuncio; vocatis illum guttam. Pinguis incedit; cognominatus est jusculum. Gaudet aliquis squallens aut sordidus; pulvis in alto patuit. A tergo sequitur aliquem adulator; lembus cognominatus est. Diu jejunus inambulat; cestrinus est piscis*. Et mox subjungit ipse Eustathius. Ἐν τούτοις δὲ ὅρα, ὅτι τε λέμβος φαίνεται εἶναι τὸ μεγάλῃ νηὶ ἐφελκόμενον ἀκάτιον, καὶ ὅτι κεστρῖνος ὁ κεστρεὺς ἐρρήθη. *In illis autem vi-* (F) *de, lembum quoque videri esse acatium ab majore nave attractum, & cestrinum dictum esse cestrea*. Id inde apparet, quod νῆστις species esse τοῦ κεστρέως existimabatur. Athenæus *l.* VII. ubi de cestreo pisce agit. Ὅτι δὲ εἶδος κεστρέων οἱ νήστεις, Ἄρχιππος Ἡρακλεῖ γαμοῦντι φησί. *Et esse genus cestreorum illos, qui nesteis vocantur, ait Archippus in Hercule nuptias faciente*. Dicebatur autem νῆστις propter abstinentiam. Unde etiam κεστρῖνοι nuncupabantur homines famelici, & qui sæpe incænati obambularent. Vidimus in *citatis* Auctoris innominati,

verbis. Τὰ πολλὰ ἄδειπνος περιπατεῖ, κεστρῖνός ἐστι νῆστις. *Plurimum incænatus obambulat? est cestrinus nestis*. Eadem ratione, κεστρεῖς. Hesychius. κεστρεῖς τοὺς κεχηνότας, καὶ πεινῶντας, κεστρεῖς λέγουσι. καὶ τοὺς Ἀθηναίους οὕτως ἔλεγον καὶ προσηγόρευον. *Cestreos; biantes & jejunos dicunt cestreos; & Athenienses ita dicebant & appellabant*. Et observa, in Athenienses dictum convitium hoc. Ab eadem origine κεστρεύειν pro *Esurire* ponebatur. Apud eundem Hesychium Κεστρεύειν. κεχηνέναι πεινῶντα. *Cestreuein, biare famelicum*. Et proverbium, Κεστρεὺς νηστεύει; *Cestreus jejunat*; quod de iis usurpabatur, qui vitam innocentem degebant.

CAP. XIX.

Musæi plures, eorumque Opera. Λυκομίδαι, *familia Atheniensis. Pausanias, & Plutarchus, emendati. item Suidas*.

MUSAEI apud Veteres plures; de quibus distincte dicere institui. Antiquissimus omnium Eleusinius, sive Atheniensis, Antiphemi filius; cujus Opera, Ὑποθῆκαι, & alia. Suidas. Μουσαῖος, Ἐλευσίνιος, ἐξ Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἀντιφήμου, τοῦ Εὐφήμου, τοῦ Ἐκφάντου, τοῦ Κερκύωνος. ὃν κατεπολέμησεν ὁ Θησεὺς, καὶ Ἑλένης γυναικός· μαθητὴς Ὀρφέως, ἐποποιὸς, μᾶλλον δὲ πρεσβύτερος. ἤκμασε δὲ κατὰ τὸν δεύτερον Κέκροπα. ἔγραψεν Ὑποθήκας Εὐμόλπῳ τῷ υἱῷ. ἔπη δ'. καὶ ἄλλα πλεῖστα. *Musæus, Eleusinius, ex Athenis, filius Antiphemi, nepos Euphemi: pronepos Ecphanti, abnepos Cercyonis, quem debellavit Theseus, & uxoris Helenes: discipulus Orphei, epicorum auctor, magis vero senior. Floruit autem tempore secundi Cecropis. Scripsit monita Eumolpo filio; carmina quatuor, & alia plurima*. Quæ Suidæ Ὑποθῆκαι dicuntur, ea Εὐμόλπια Pausaniæ in *Phocicis*. Ἐστι δὲ ἐν Ἕλλησι ποίησις. ὄνομα μὲν τοῖς ἔπεσίν ἐστιν Εὐμόλπια. Μουσαίῳ δὲ τῷ Ἀντιφήμου προσποιοῦσι τὰ ἔπη. *Est vero apud Græcos poesis: nomen quidem versibus est Eumolpia: Musæo autem Antiphemi filio attribuunt eos versus*. At vero an ἔπη illa recte ipsi tribuantur, ambigit in *Atticis*. Ἔπη δὲ ᾄδεται Μουσαίου καὶ ταῦτα, Τριπτόλεμον παῖδα Ὠκεανοῦ καὶ Γῆς εἶναι. *Carmina autem canuntur Musæi quidem, vero Musæi etiam ista, Triptolemum filium Oceani & Terræ esse*. Postea alio quodam loco affirmat, nihil certo Musæi affirmari posse; sed quæ sub nomine ejus circumferantur, Onomacriti omnia esse, præter Hymnum *in Cererem*, Lycomidis scriptum: Ἐγὼ δὲ ἔπη μὲν ἐξελεξάμην, ἐν οἷς ἐστὶ πέτεσθαι Μουσαῖον ὑπὸ Βορέου δῶρον. δοκεῖν δέ μοι πεποίηκεν αὐτὰ Ὀνομάκριτος, καὶ ἐστιν οὐδὲν Μουσαίου, ὅτι μὴ μόνον ὕμνος εἰς Δήμητρα Λυκομήδει. *Ego autem carmina quidem percensui, in quibus exstat volare Muæsum, donum ab Borea: prout autem mihi videtur, fecit ea Onomacritus, & est nihil Musæi certe, nisi tantummodo hymnus in Cererem Lycomedi*. Ubi legendum, εἰς Δήμητρα Λυκομίδαις, *in Cererem Lycomidis*. Incorruptum nomen occurrit initio *Messeniacorum*. Ὁμολογεῖ δέ σφισι καὶ ὕμνος Μουσαίου Λυκομίδαις ποιηθεὶς εἰς Δήμητρα. *Consentit vero illis etiam hymnus Musæi Lycomidis compositus in Cererem*. Nam familia Athenis erat, Λυκομίδαι appellata. Hesychius. Λυκομίδαι, γένος ἰθαγενῶν. *Lycomidæ, genus indigenarum*. Meminitque Plutarchus in *Themistocle*. Ὅτι μέντοι τοῦ Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε, δῆλόν ἐστι. τὸ γὰρ Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινὸν, ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων, αὐτὸς ἐπεσκεύασε. *Lycomidarum quidem generis participem fuisse, manifestum est. Quippe Phlyis initiatorium, quod erat commune Lycomidarum, incensum ab barbaris, ipse instauravit*. Non recte scribunt ibi Λυκομηδῶν, *Lycomedarum*. Pausanias iterum in iisdem *Messeniacis*. Ἀνέθηκε δὲ καὶ εἰς τὸ κλείσιον τὸ Λυκομιδῶν εἰκόνα. *Dedicavit autem quoque in Lycomidarum septo imaginem*. Tamen apud eundem, eo ipso quo apud Plutarchum modo, peccatum est *in Bœoticis*. Ὅστις δὲ περὶ ποιήσεως ἐπολυπραγμόνησεν, ἤδη τοὺς Ὀρφέως ὕμνους οἶδεν ὄντας, ἕκαστόν τε αὐτῶν ἐπὶ βραχύτατον, καὶ τὸ σύμπαν οὐκ ἐς ἀριθμὸν πολὺν πεποιημένους. Λυκομῆδαι δὲ ἴσασί τε καὶ ἐπᾴδουσι τοῖς δρωμένοις, *Quisquis vero de poesi curiose inquisivit, jam novit Orphei hymnos esse, & quemlibet eorum brevissimum, & totum opus non constare magno numero Lycomedæ autem & sciunt & canunt ad sacra dum peraguntur*. Rescribe itidem, Λυκομίδαι δὲ, *Lycomidæ vero*. Sed gravius mendum paullo ante *ibidem*. Πάμφως τε ἔπη καὶ Ὀρφεὺς ἐποίησαν. καί σφισι καὶ ἀμφοτέροις πεποιημένα ἐστὶν ἐς Ἔρωτα, ἵνα ἐπὶ τοῖς δρωμένοις Λυκομήδει καὶ ταῦτα ᾄδωσιν. *Pamphos item & Orpheus fecerunt carmina; atque etiam illis utrisque composita sunt in Amorem, ut quum sacrificaretur Lycomedii & ista canerem*. Corrige, ἐ. τ. δρωμένοις Λυκομίδαι καὶ τ. ᾄ, *dum sacrificaretur Lycomidæ etiam i. c.* Erat per occasionem eruenda e tenebris illustris hæc familia Atheniensis; neque recte sentit doctissimus Sylburgius, qui nomen ejus Λυκοδρυμίδαι fuisse existimat. Nunc ad Musæum redeamus. Ex hujus Carminibus esse puto illud apud Plutarchum in *C. Mario*. Ἀλλὰ καὶ Μουσαῖον ἐψεῦσθαι λέγουσιν εἰπόντα περὶ τοῦ ἀετοῦ,

> Ὡς τρία μὲν τίκτει, δύο δ' ἐκλέπει, ἓν δ' ἀλυβάζει.

Sed & Musæum dicunt mentitum esse, dum dixit de aquila,

> *Quemadmodum tria quidem parit, duo autem excludit, unum vero nutrit.*

Ejusdem fuerunt Χρησμοὶ, sed & hi Onomacrito adscripti: Clemens *Strom*. I. Καὶ τοὺς μὲν ἀναφερομένους εἰς Μουσαῖον Χρησμοὺς εἶναι λέγουσι. *Et oracula quidem illa ad Musæum relata dicunt esse Onomacriti*. Meminit Pausanias, *Phocicis*. τὰ δὲ ἕτερα ἐκ Μουσαίου Χρησμῶν μνημονεύουσι. *Reliqua autem ex Musæi Oraculis commemorant*. Et Aristophanes *Ranis*.

> Ὀρφεὺς μὲν γὰρ Τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι,
> Μουσαῖος δ' Ἐξακέσεις τε νόσων, καὶ Χρησμούς.

Ubi observa etiam, Ἐξακέσεις νόσων, *Curationes morborum*. Commemorat idem Opus Eustathius in Proœmio Commentariorum *ad Iliada*. Ὅτι δὲ καὶ ἕτεροι πρὸ αὐτοῦ ἦσαν ποιηταὶ, ὧν καὶ Μουσαῖος, Ἀκέσεις νόσων συγγραψάμενος. *Etiam alios fuisse poetas ante illos, in quibus & Musæus, qui medicinas morborum conscripsit*. Meminit porro τῶν Χρησμῶν etiam Philostratus *Heroicis*, in *Protesilao*. Ὀρφέα δὲ ἐν πολλοῖς τῶν κατὰ τὴν θεολογίαν ὑπερῆρε, Μουσαῖον δὲ ἐν ᾠδαῖς Χρησμῶν. *Orphea vero in multis ad theologiam pertinentibus superavit, Musæum quoque in cantibus oraculorum*. Alii Orpheo etiam imputarunt. Suidas *in* Ὀρφεύς. Χρησμοὺς (ἔγραψε) οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. *Oracula* (*scripsit*) *quæ referuntur ad Onomacritum*. Sed quid hujus rei sit, planum nobis Herodotus facit, *lib*. VII. Καὶ δή τι πρὸς τούτοισι ἔτι πλέον προσωρέγοντο οἱ ἔχοντες Ὀνομάκριτον, ἄνδρα Ἀθηναῖον, χρησμολόγον τε καὶ διαθέτην Χρησμῶν τῶν Μουσαίου. ἀναβεβήκεσαν γὰρ τὴν ἔχθρην προκαταλυσάμενοι. ἐξηλάσθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτος ἐξ Ἀθηνέων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιονέος ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου Χρησμὸν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνου ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐκ τῆς θαλάσσης. *Et sane præter hæc adhuc amplius offerebant ei habentes Onomacritum, virum Atheniensem, sortilegum ac Oraculorum Musæi digestorem. Ascenderant enim inimicitias ante dissoluturi. Expulsus quippe fuit ab Hipparcho Pi-*

sistrati Onomacritus ex Atheniensibus, in facinore deprehensus ab Laso Hermionensi interponens oraculum in carmina Musæi; quasi insulæ Lemno adjacentes exstirpandæ essent ex mari. Hinc Pausanias in *Phocicis* eum Χρησμολόγον appellat. Χρησμολόγους δὲ ἄνδρας Κύπριόν τε Εὔκλεον, καὶ Ἀθηναῖον Μουσαῖον τὸν Ἀντιφήμου, καὶ Λύκον τὸν Πανδίονος. *Sortilegos autem viros & Cyprium Eucleum, & Atheniensem Musæum Antiphemi filium, & Lycum Pandionis.* Etiam Sophocles, ut discimus ex Scholiaste Aristophanis *loco citato*. Σοφοκλῆς Χρησμολόγον αὐτὸν (τὸν Μουσαῖον) φησί. *Sophocles sortilegum eum (Musæum) dicit.* Respexit quoque τοὺς Χρησμοὺς Chalcidius *in Tim. Plat. Simul exponit ea, quæ Orpheus, & Linus, & Musæus, de divinis potestatibus vaticinati sunt; non quod delectaretur, aut crederet; sed quod tanta esset auctoritas Vaticinantium, ut iis asseverantibus parcius credi non oporteret.* Atque hæc de Musæo Atheniensi, sive Eleusinio. Alter ab illo, ejus ex Eumolpo filio, & Selene, nepos. Cujus Opera, Θεογονία, & Σφαῖρα. Diogenes Laertius in *Procemio*. Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. καὶ τὸν μὲν Εὐμόλπου παῖδά φασι, ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν καὶ Σφαῖραν πρῶτον. *Apud Athenienses quidem fuit Musæus, at apud Thebanos Linus: & illum quidem dicunt Eumolpi filium, fecisse autem Theogoniam & Sphæram primum.* Atque ex Theogonia esse arbitror, quod profert Harpocration in Μελίτη. Κεκλῆσθαι δέ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ, ἀπὸ Μελίτης θυγατρὸς κατὰ μὲν Ἡσίοδον Μύρμηκος, κατὰ δὲ Μουσαῖον Δίου τοῦ Ἀπόλλωνος. *Vocatum vero fuisse populum ait Philochorus in tertia, ab Melite filia juxta Hesiodum Myrmecis, juxta Musæum vero Dii Apollinis filii.* Item Καταλύσεις [1], Τελεταί, & Καθαρμοί. Schol. Aristophanis *ad Ranas*. Τὸν Μουσαῖον παῖδα Σελήνης καὶ Εὐμόλπου Φιλόχορός φησιν. οὗτος δὲ Παραλύσεις, καὶ Τελετὰς, καὶ Καθαρμοὺς συντέθεικεν. *Musæum filium Selenæ & Eumolpi Philochorus dicit. Ille autem composuit Resolutiones, Initiationes, & Lustrationes.* Et observa illic, e Philochoro matrem huic Selenen dici. Inde nimirum est, quod Σεληνιακὸς vocatur a Proclo *in Timæum* lib. I. Ἐπείπερ καὶ ἀπὸ Μουσαίου τοῦ Σεληνιακοῦ τὸ γένος τοῖς ἐν Ἐλευσῖνι τῶν μυστηρίων ἡγουμένοις εἶναί φασι. *Quandoquidem & ab Musæo Lunatico originem illis, qui Eleusine præsunt mysteriis, esse dicit.* Ad Τελετὰς illius quod attinet, eas nominat etiam Lucianus *De Saltat.* Ἐῶ λέγειν, ὅτι Τελετὴν ἀρχαίαν οὐδεμίαν ἔστιν εὑρεῖν, ἄνευ ὀρχήσεως, Ὀρφέως δηλαδὴ καὶ Μουσαίου. *Omitto dicere nullam veterem initiationem inveniri posse, sine saltatione, videlicet Orphei & Musæi.* Ejusdem puto fuisse τὴν Τιτανογραφίαν, quam laudat Apollonii Schol. *lib.* III. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς Μουσαίου Τιτανογραφίας λέγεται, ὡς Κάδμος ἐκ τοῦ Δελφικοῦ ἐπορεύετο, προκαθηγουμένης αὐτῷ τῆς βοός. *In tertio autem Musæi libro, quo Titanas describit, dicitur Cadmum ex agro Delphico profectum fuisse ducente eum bove.* Et an ille ipse, quem descivisse a Titanibus, affectumque certis honoribus tradit Diod. Sicul. *lib.* v. Tertius Thebanus fuit, Thamyræ filius, scripsitque Μέλη, & Ἄσματα, Suidas. Μουσαῖος, Θηβαῖος Θαμύρα υἱὸς τοῦ Φιλάμμωνος, Μελοποιὸς, γεγονὼς πρὸ τῶν Τρωϊκῶν πολλῷ. ἔγραψε Μέλη. καὶ Ἄσματα. *Musæus, Thebanus, Thamyræ filius, Philammonis nepos, cantilenarum auctor, diu ante Troica natus; scripsit cantilenas & hymnos.* Puto scribendum, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐ πολλῷ, *non diu ante Troica*. Nam circa tempora Trojana vixit. Theod. *De Affect. Græc.* lib. II. Λῖνος δὲ, καὶ Μουσαῖος, ἀμφὶ τὰ Τρωϊκὰ, ἐγενέσθην. *Linus autem, & Musæus circa Trojana extiterunt.* Quartus fuit, Orphei filius, Cereris Eleusiniæ antistes. Diodorus Siculus *lib.* IV. Πρὸς δὲ τοῦτο τὸ ἆθλον, ὑπολαβὼν συνοίσειν αὐτῷ, παρῆλθεν εἰς

A τὰς Ἀθήνας, καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων, Μουσαίου τοῦ Ὀρφέως υἱοῦ τότε προεστηκότος τῆς τελετῆς. *Ad hoc autem certamen spondens se adfuturum illi, transiit Athenas, & particeps fuit mysteriorum Eleusine, Musæo Orphei filio tunc sacris præfecto.* Meminit ejus Justinus Martyr, *Exhort. ad Gentes*. Ὀρφεὺς γ᾽ οὖν, ὁ τῆς πολυθεότητος ὑμῶν, ὡς ἂν εἴποι τις, πρῶτος διδάσκαλος γεγονὼς, οἷα πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μουσαῖον, καὶ τοὺς λοιποὺς γνησίους ἀκροατὰς ὕστερον περὶ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ κηρύττει λέγων, ἀναγκαῖον ὑπομνῆσαι ὑμᾶς. *Orpheus igitur, ille qui Deorum multitudinis vestræ, ut quis dixerit, primus doctor fuit, qualia filio suo Musæo, & reliquis postmodum legitimis auditoribus de uno, & solo Deo annunciet dicens, necessarium est commemorare apud vos.* B Quintus, Ephesius, Epicus; ejusque Scripta, Κύκλοι εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς, Περσηΐς. εἰς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον. Suidas. Μουσαῖος, Ἐφέσιος, ἐποποιός. τῶν εἰς τοὺς Περγαμηνοὺς αὐτὸς Κύκλους ἔγραψε. Περσηΐδος βιβλία δέκα. καὶ εἰς Εὐμένη καὶ Ἄτταλον. *Musæus, Ephesius, versuum auctor, eorum, qui ad Pergamenos pertinent, ipse circulos scripsit, Perseidis libros decem, & in Eumenem & Attalum.* Ab his omnibus alius, ut puto, sextus fuit, Grammaticus, qui scripsit, Περὶ Θεσπρωτῶν quod Opus totum ab Eugamone Cyrenæo transscriptum. Clemens *Strom.* VI. Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ φωρία ἄντικρυς ὁλόκληρα ἔχοντες διελεγχθήσονται. αὐτοτελῶς γὰρ C τὰ ἑτέρων ὑφελόμενοι, ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν, καθάπερ Εὐγάμων ὁ Κυρηναῖος ἐκ Μουσαίου τὸ περὶ Θεσπρωτῶν βιβλίον ὁλόκληρον. *Enimvero etiam qui furta integra habent, reprehendentur. Revera enim suffurati scripta aliorum, tanquam propria extulerunt; sicut Eugamon Cyrenæus ex Musęo integrum librum de Thesprotis.* Ejusdem forte est, περὶ Ἰσθμίων. Laudat Apollonii Scholiastes *lib.* III. Μουσαῖος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων δύο φησὶ γίνεσθαι ἀγῶνας ἐν τῷ Ἰσθμῷ· καὶ τὸν μὲν, Ποσειδῶνος εἶναι, τὸν δὲ, Μελικέρτου. *Musæus autem in scripto de Isthmiis, duos scribit fieri agonas in Isthmo; & alterum quidem esse Neptuni, alterum vero Melicertæ.* Et Euripidis *ad Medeam*. D Ὅτι δὲ καὶ ἀθάνατος ἦν ἡ Μήδεια, Μουσαῖος ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων ἱστορεῖ, ἅμα καὶ περὶ τῶν τῆς Ἀκραίας Ἥρας ἑορτῶν ἐκτιθείς. *Fuisse vero etiam immortalem Medeam refert Musæus in scripto de Isthmiis, pariter quoque de Acrææ Junonis festis exponens.* Septimus, itidem Grammaticus, cujus Poema obscœnum commemorat Martialis *lib.* XII. *epigr.* XCVII.

Musæi pathicissimos libellos,
Qui certant Sybariticis libellis,
Et tinctas sale pruriente chartas,
Instanti lege Rufe. ——

Non puto autem Latinum poetam fuisse, quod præclarissimæ doctrinæ vir, Lilius Gyraldus, existimavit. E Ac forte illius Poemation, quod hodie extat, καθ᾽ Ἡρὼ καὶ Λέανδρον, *de Hero & Leandro*.

CAP. XX.

Hesiodi Poemata, Ἐς γυναῖκας, *sive* Γυναικῶν κατάλογος. Ἠοῖαι. Μεγάλαι Ἠοῖαι. Ἡρωϊκὴ γενεαλογία. *Stephanus bis emendatus.*

CELEBRE Hesiodi Poema, Εἰς γυναῖκας, sive, Γυναικῶν κατάλογος. Meminit ejus Dion Chrysostomus Orat. *De regno*, ubi de Hesiodo agit. Αὐτὸς ἐποίησε γυναικῶν κατάλογον, καὶ τῷ ὄντι τὴν F γυναικωνῖτιν ὕμνησε, παραχωρήσας Ὁμήρῳ τοὺς ἄνδρας ἐπαινέσαι. *Ipse fecit catalogum mulierum, & omnino celebravit fœminarum vitam, concedens Homero laudare viros.* Et Pausanias in *Atticis*. Ταῦτα ἄλλοι τε καὶ Ἡσίοδος εἴρηκεν ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. *Ista & alii & Hesiodus dixit in carminibus in foeminas.* Et rursum alibi. Οἶδα δὲ Ἡσίοδον ποιήσαντα ἐν καταλόγῳ γυ-

[1] Lapsu calami, nam verum posterius Παραλύσεις.

ναικῶν, Ἰφιγένειαν ἐκ ἀποθανεῖν, γνώμῃ δὲ Ἀρτέμιδος Ἑκάτην εἶναι. *Novi autem Hesiodum, fingentem in catalogo fœminarum, Iphigeniam non fuisse mortuam, sed voluntate Dianæ esse Hecaten.* Iterum in *Bœoticis.* Ἐςὶ δὲ ἑτέρα κεχωρισμένη τῆς προτέρας, ὡς πολλῶν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσειεν. Ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας, καὶ Θεογονίαν τε. *Est vero alia distincta ab priore, quasi multum quendam carminum numerum Hesiodus fecerit; tum cantata in fœminas, & quas appellant magnas Eœas, & Theogonian.* Strabo *lib.* I. simpliciter Κατάλογον nominat, Ἡσίοδος δ' ἐν καταλόγῳ φησί. *Hesiodus autem in catalogo dicit.* Servius *ad Æneid.* VII. *Hesiodus etiam* περὶ γυναικῶν *inducit multas heroidas optasse nuptias virorum fortium.* Video autem confundi a viris magnis Poemata Εἰς γυναῖκας, sive Γυναικῶν κατάλογον, Ἠοίας, & Ἡρωϊκὴν γενεαλογίαν; quæ tamen tria diversa Hesiodi Opera fuerunt. Ac primum Ἠοίας simpliciter laudat Athenæus *lib.* X. Διὸ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς Ἠοίαις εἶπεν, *Propterea etiam Hesiodus in Eœis dixit.* Eunapius in *Ædesio.* Οὐ γὰρ τὰς Ἡσιόδου καλουμένας Ἠοίας ἐσπούδαζον γράφειν. *Non enim Hesiodi quæ vocantur Eœas festinavi scribere.* Plena autem inscriptio erat, αἱ Μεγάλαι Ἠοῖαι. *Magnæ Eœæ.* Athenæus *extremo* VIII. Ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων Μεγάλων Ἠοίων καὶ Μεγάλων Ἔργων πεπαρῴδηται. *Quæ omnia ex illis, quæ attribuuntur Hesiodo Magnis Eœis & Magnis Operibus translata sunt.* Apollonii Scholiastes *lib.* I. Ἐν δὲ ταῖς λεγομέναις Μεγάλαις Ἠοίαις λέγεται, ὡς ἄρα Μελάμπους ἀποδημῶν κατέλυσε παρὰ Πολυφάτῃ. *In Magnis autem quæ dicuntur Eœis dicitur, quasi Melampus peregrinans diversatus fuerit apud Polyphaten.* Iterum *lib.* II. Πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις. *Mutilatum vero fuisse Phineum ait Hesiodus in Magnis Eœis.* Et apud Pausaniam in *Bœoticis*, loco jam citato. Ἐς γυναῖκάς τε ᾀδόμενα, καὶ ἃς Μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας. *Et quæ cantantur in fœminas, & quas Magnas appellant Eœas.* Schol. Pindari *Pythionic.* Od. IV. Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης τὰ ἐν ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις παρατίθεται. *Asclepiades vero apponit illa in Magnis Eœis.* Jam Ἡρωϊκὴ γενεαλογία nominatur ab Isaacio Tzetze *ad Lycophronem.* Καθὰ καὶ Ἡσίοδος ἐν τῇ Ἡρωϊκῇ Γενεαλογίᾳ φησί. *Sicut etiam Hesiodus in Heroica Genealogia dicit.* Idque ipsum Opus innuit Maximus Tyrius, testaturque scriptum post illud, quod diximus, Εἰς γυναῖκας. Locus exstat *Dissert.* XVI. Καθάπερ ὁ Ἡσίοδος, χωρὶς μὲν, τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἀρχόμενος, καταλέγων τὰ γένη. ὅςις ἐξ ἧς ἔφυ. *Sicut Hesiodus, separatim quidem, heroum, ab mulieribus incipiens, recensens familias quisnam ex quanam natus fuerit.* Et hæc singula Κατάλογοι vocabantur generaliter. Schol. Homeri *Iliad.* β' Διὸ καὶ Γερήνιος (ὁ Νέςωρ) ὠνομάσθη. ἱςορεῖ Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις. *Propterea etiam Gerenius (Nestor) nominatus fuit. Refert Hesiodus in Catalogis*; Atque ita Hesychius τὰς Ἠοίας simpliciter Κατάλογον indigetat. Verba ecce ista. Ἠοῖαι, ὁ Κατάλογος Ἡσιόδου. *Eœæ, Catalogus Hesiodi.* Sed quod Εἰς γυναῖκας scripsit, in tres Καταλόγους tributum observo. Ac primum quidem citari video apud Apollonii Scholiast. *lib.* III. Ὅτι Προμηθέως καὶ Πανδώρας υἱὸς Δευκαλίων, Ἡσίοδος ἐν πρώτῳ Καταλόγων φησί. *Promethei & Pandoræ filium fuisse Deucalionem, ait Hesiodus in primo Catalogorum.* Secundum, apud Stephanum *in* Ἀβαντὶς, sed loco corruptissimo. Ἀβαντὶς, ἡ Εὔβοια. ὡς Ἡσίοδος ἐν αἰγι* δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς. *Abantis Eubœa, prout Hesiodus in Aegi * secundo de Io.* Restituo, Ὡς Ἡσίοδος Γυναικῶν δευτέρῳ. *Prout Hesiodus fœminarum secundo.* Tertium, apud Harpocrationem *in* Μακροκέφαλοι. Ἔθνος ἐςὶν οὕτω καλούμενον, οὗ καὶ Ἡσίοδος ἐν τρίτῳ Γυναικῶν Καταλόγῳ μέμνηται. *Populus est ita vocatus, cujus etiam Hesiodus in tertio fœminarum Catalogo meminit.* Iterum *alibi.* Ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες, λέγοιεν ἂν τοὺς ὑπὸ Σκύλακος ἐν τῷ Περίπλῳ λεγομένους Τρωγλοδύτας, καὶ τοὺς ὑπὸ Ἡσιόδου ἐν τρίτῳ Καταλόγῳ Κατουδαίους ὀνομαζομένους, *Sub terra habitantes; dixerit forsan illos qui ab Scylace in Periplo dicuntur Troglodytæ, & qui ab Hesiodo in tertio Catalogo nominantur Infra pavimentum.* Et apud Apollonii Scholiasten, *lib.* II. Πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν Μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν ἐμήνυσεν. ἐν δὲ τῷ τρίτῳ Καταλόγῳ, ἐπειδὴ τὸν μικρὸν χρόνον τῆς ὄψεως προέκρινε. *Mutilatum vero Phinea fuisse dicit Hesiodus in Magnis Eœis, quia Phrixo monstraverit viam. Sed in tertio Catalogo, quia exiguum tempus prætulit visui.* Stephanus in Γερηνία hodie coruptus. Γερηνία, πόλις τῆς Μεσσηνίας, ἔνθα Νέςωρ ὁ Πύλιος ἐτράφη, ἢ φυγὰς ἤχθη. Ἡσίοδος Καταλόγων. *Gerenia, urbs Messeniæ, ubi Nestor Pylius educatus fuit, aut exul ductus fuit. Hesiodus Catalogis.* Rescribendum arbitror, Ἡσίοδος Καταλόγῳ γ'. *Hesiodus Catalogo tertio.*

CAP. XXI.

Periander quando principatum adierit, & quando mortuus. Diogenis Laertii locus restitutus.

DE morte Periandri ita tradit ex Sosicrate Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. I. Σωσικράτης δέ φησι πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοςῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. *Sosicrates vero ait eum mortuum fuisse ante Crœsum annis quadraginta & uno ante Olympiadem quadragesimam nonam.* Ecce, obiisse ante Crœsum dicit, annis CLI. ante Olympiadem XLIX. id est, anno IV. Olymp. XXXVIII. Quod profecto est falsissimum. Nam anno post, id est, primo Olymp. XXXIX. mortuo patri in Corinthiorum principatu successit. Anonymus in *Olymp. Descrip.* ad istum annum diserte notat. Περίανδρος, Κυψέλου πατρὸς ἀποθανόντος, τὴν Κορινθίων ἀρχὴν διεδέξατο. *Periander, Cypselo patre mortuo, excepit imperium Corinthi*: Et tenuit principatum annos totos XL. Ipse Diogenes postea testatur. Ἤκμασε δὲ περὶ τὴν τεσσαρακοςὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τεσσαράκοντα. *Floruit vero circa trigesimam octavam Olympiadem, & obtinuit imperium annis quadraginta.* Jam si ab anno primo Olympiadis XXXIX. quo principatum adiit Periander annos XL. computes, mortuus erit anno IV. Olymp. XLVIII. id est, uno ante XLIX. Et in istum clare refert Anonymus, quem jam citavi, in *Descript. Olymp.* Περίανδρος ὁ Κυψέλου, Κορινθίων τύραννος, ἐτελεύτησε. *Periander Cypseli, Corinthiorum tyrannus, obiit.* Igitur, ut rem totam restituam, Diogenis locus sola interpunctione juvandus est. Nam aut ego longe fallor, aut voluit ille tantum dicere, mortuum Periandrum esse annis XL. ante Crœsum, & uno ante Olympiadem XLIX. Quocirca rescribendum censeo, Πρότερον Κροίσου τελευτῆσαι αὐτὸν ἔτεσι τετταράκοντα. καὶ ἑνὶ πρὸ τῆς τεσσαρακοςῆς ἐννάτης Ὀλυμπιάδος. *Ante Crœsum fuisse mortuum eum annis quadraginta, & uno ante quadragesimam nonam Olympiadem.* Atque ita clara omnia, & vera; atque ad Historiæ normam.

CAP. XXII.

Alexander, & Diogenes, eodem die mortui; ac quando. Euænetus, & Hegesias, archontes Athenis, Diogenes Laertius emendatus, item Suidas. Clementis Alexandrini ἁμάρτημα μνημονικὸν *indicatum. Aristotelis obitus. Cephisodorus, & Philocles, archontes. Dionysii Halicarnassei locus restitutus, & memoriæ quoque lapsus ostensus.*

OBSERVATUM est a Veteribus, eodem die Alexandrum Babylone, Diogenem Cynicum Corinthi obiisse. Plutarchus *Sympos.* lib. VIII. Probl. I. Εμνήσθησαν δὲ καὶ τῆς Αλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ τῆς Διογένους τοῦ Κυνὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ γενομένης. *Meminerunt vero etiam Alexandri regis mortis & Diogenis Canis, uno die peractæ.* Id autem accidisse, archonte Athenis Hegesia, Olymp. CXIV. anno I. testis est Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istum annum. Αλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη ιβ', καὶ μῆνας ζ'. Διογένης ὁ Κύων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησε. *Alexander Babylone obiit, quum regnavisset annos duodecim, & menses septem. Diogenes Canis eodem die obiit.* Corruptus est Diogenis Laertii hac de re locus in *Vita ejus*, lib. VI. Δημήτριος δ' ἐν τοῖς Ομωνύμοις φησὶ, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ Αλέξανδρον μὲν ἐν Βαβυλῶνι, Διογένην δ' ἐν Κορίνθῳ τελευτῆσαι, (ἦν δὲ γέρων) κατὰ τὴν τρίτην καὶ δεκάτην τῆς ἑκατοστὴν Ολυμπιάδα. *Demetrius vero in Homonymis dicit eodem die Alexandrum quidem Babylone, Diogenem vero Corinthi obiisse (erat autem senex) tertia & decima supra centesimam Olympiade.* Rescribe, Κατὰ τὴν τετάρτην καὶ δεκάτην, *quarta & decima.* Idem mendum est apud Suidam *in* Διογένης. Επὶ δὲ τῆς ριγ' Ολυμπιάδος κατέστρεψε τὸν βίον. *Sed Olympiade centesima decima tertia finivit vitam.* Corrige ad eundem modum, Επὶ δὲ τῆς ριδ'. O. *Sed centesima decima quarta O.* Proclivis lapsus est. Sed de Alexandri obitu insignis est locus apud Clementem *Strom.* I. Απὸ τούτου ἐπὶ Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' οὗ φασὶν Αλέξανδρον εἰς τὴν Ασίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανείας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε. ὡς δὲ Τίμαιος καὶ Κλείταρχος, ὀκτακόσια εἴκοσι. ὡς δὲ Ερατοσθένης, ἑπτακόσια ἑβδομήκοντα τέσσαρα. ὡς δὲ Δοῦρις, ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως ἐπὶ τὴν Αλεξάνδρου εἰς Ασίαν διάβασιν, ἔτη χίλια. ἐντεῦθεν ἐπὶ Εὐαίνετον τὸν Αθήνησιν ἄρχοντα, ἐφ' οὗ θνήσκει Αλέξανδρος, ἔτη ἕνδεκα. *Ab hoc ad Euænetum archontem. cujus tempore narrant Alexandrum transiisse in Asiam, ut quidem Phanias, anni septingenti quindecim; ut vero Timæus & Clitarchus, octingenti viginti: sed ut Eratosthenes, septingenti septuaginta quatuor; ut vero Duris, ab Trojæ expugnatione ad Alexandri in Asiam transitum, anni mille. inde ad Euænetum Athenis archontem, cujus tempore moritur Alexander, anni undecim.* Ecce bis Euænetum archontem facit, qui semel tantum magistratum illum gessit, Olymp. anno II. Undecimo post, id est, Olymp. CXIV. anno I. archon fuit Hegesias, sive Agesias, ut Diodoro Siculo nominatur *libro extremo* XVII. Sub priore regnum paternum accepit Alexander, & in Asiam copias duxit; sub posteriore diem obiit. Ita clare nobis tradunt is, quem dixi, Anonymus in *Descript. Olymp.* & Diodorus *lib.* XVII. Ergo memoria destituit Clementem, cum pro Hegesia Euænetum iterum nominavit. Est quoque locus Dionysii Halicarnassei in *Epistola ad Ammæum*, ubi de Aristotele agit. Μετὰ δὲ τὴν Φιλίππου τελευτὴν ἐπ' Εὐαινέτου ἄρχοντος ἀφικόμενος εἰς Αθήνας, ἐσχόλαζεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ μετὰ τὴν Αλεξάνδρου τελευτὴν, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, ἀπάρας εἰς Χαλκίδα, νόσῳ τελευτᾷ, τρία πρὸς τοῖς ἑξήκοντα βιώσας ἔτη. *Sed post Philippi mortem Euæneto archonte veniens Athenas, studuit in Lyceo tempus annorum duodecim: verum tertio decimo post Alexandri mortem Cephisodoro archonte discedens versus Chalcidem morbo obiit, quum vixisset annos tres & sexaginta.* Magnæ hic turbæ. Ut quid enim? an anno decimo tertio post Alexandri Magni obitum archon fuit Cephisodorus, & sub eo diem obiit Aristoteles? Nego omnino. Nam neque sub Cephisodoro diem obiit Aristoteles, sed sub Philocle, sive Diocle, ut alii appellant, qui anno post archon fuit, Olymp. CXIV. anno III. neque tredecim post Alexandri mortem annis, cum Simonides magistratum archontis gessit, sed duobus. Anonymus clare in isto anno, isto archonte. Αριστοτέλης ἀπάρας εἰς Χαλκίδα ἐτελεύτησεν ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα. *Aristoteles digressus Chalcidem mortuus est annorum trium fere & sexaginta.* Juvo in partem, & interpunctione restituo, Τῷ δὲ τρισκαιδεκάτῳ, μετὰ τὴν Αλεξάνδρου τ. *verum tertiodecimo, post Alexandri m.* Hæc enim mens Dionysii est; Post Philippi obitum, archonte Euæneto, Athenas venisse Aristotelem, exactisque in Lyceo annis duodecim, decimo tertio, mortuo jam Alexandro, Chalcidem profectum illic obiisse. Sed in Cephisodoro, quem pro Philocle nominat, anni unius error est; & memoriæ potius lapsus, quam historiæ imperitia. Certe Olympiad. CXIV. anno III. non II. id est, sub Philocle, non sub Cephisodoro archonte, mortuum esse Aristotelem tradit etiam Diogenes Laertius, jam citatus, in *Vita ejus* lib. V. Επὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸ Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐννάτης καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος, Αλεξάνδρου πεντεκαίδεκα ἔτη ἤδη γεγονότος. εἰς δ' Αθήνας ἀφικέσθαι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἑνδεκάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος· καὶ ἐν Λυκείῳ σχολάσαι ἔτη τρία πρὸς τοῖς δέκα. εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν τριῶν που καὶ ἑξήκοντα. *Tempore Pythodoti autem venisse ad Philippum, anno secundo Olympiadis nonæ & centesimæ, quum Alexander jam ageret annos quindecim: Athenas autem venisse secundo anno undecimæ ac centesimæ Olympiadis: & in Lyceo studuisse annos tres supra decem, deinde profectum esse Chalcidem tertio anno quartæ & decimæ Olympiadis, & obiisse annorum trium fere & sexaginta.*

CAP. XXIII.

Zancle quando a Messeniis subacta, & Messene appellata. Archimedes, & Miltiades, archontes. Pausaniæ locus restitutus. Chionis quater stadio victor. Anonymus in Descript. Olymp. *emendatus. Hellanodicæ primum bini, deinde novem. Quando instituti. Pausanias iterum correctus.*

CORRUPTUS est Pausaniæ locus *Messeniacis.* Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ολυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Αθηναίοις ἄρχοντος. *Illa vero gesta sunt nona & vigesima Olympiade, quam Chionis Laco secundum vicit, Miltiade apud Athenienses archonte.* Loquitur autem de Zanclæis subjugatis a Messeniis, urbeque eorum, quam pro Zancle appellarunt victores Messenen. Atqui id non accidit Olympiade XXIX. sed XXX. ut videre est apud Anonymum in *Descript. Olymp.* Nec Miltiades tunc supremum magistratum gessit, sed Archimedes. Videre est apud eundem Anonymum, & ipsum Pausaniam, in *verbis* paullo post sequentibus. Μεσσηνίων δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν τῇ γῇ, συντελοῦντας κατὰ ἀνάγκην εἰς τοὺς εἵλωτας, ἐπέλαβεν ἀπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ὕστερον ἀποστῆναι κατὰ τὴν ἐνάτην Ολυμπιάδα καὶ εἰκοστὴν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Αρχιμήδους Αθήνησιν ἄρχοντος.

Messeniorum vero illos, qui in regione relinquebantur, contributos per necessitatem helotis, incessit ab Lacedæmoniis postea desciscere nona & vigesima Olympiade, quam vicit Corinthius Xenophon, Archimede Athenis archonte. Miltiades vero archon fuit Olymp. XXX. anno II. Ostendit Anonymus, jam laudatus, & ipse Pausanias etiam *Arcadicis*. Ἐγένετο δὲ τῆς Φιγαλείας ἅλωσι, καὶ Φιγαλέων ἡ ἐξ αὐτῆς φυγὴ, Μιλτιάδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον. *Contigit autem expugnatio Phigaleæ, & Phigalensium ex ea exilium, Miltiade quidem Athenis archonte, secundo autem anno trigesimæ Olympiadis; quam Chionis Lacon vicit tertia vice.* Ergo in loco isto priore sic rescribe, Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς τριακοστῆς, ἣν Χίονις Λ. τ. δ. ε. *Illa vero gesta sunt Olympiade trigesima, quam Chionis L. s. v.* Origo mendi ex confusione numerorum. Sed de Chionide illo Lacone per occasionem hanc corrigendus idem Anonymus *Olymp.* XXX. ubi perperam est, *Χίονις Λάκων στάδιον τὸ δεύτερον. Chionis Lacon stadium secunda vice.* Iterum XXXI. ubi, *Χίονις Λάκων στάδιον τὸ τρίτον. Chionis Lacon stadium tertia vice.* Rescribe illic, τὸ τρίτον, *tertia vice*. Hic, τὸ τέταρτον, *quarta vice*. Quater enim stadio Chionis iste vicit; semel Olymp. XXVIII. iterum XXIX. tertium XXX. ac quartum denique XXXI. Observare licet in serie Olympionicarum, apud eundem illum Anonymum. Certe Olympiade XXX. tertiam victoriam reportasse, non secundam, diserte item Pausanias dicit in *verbis citatis*. Hic vero iterum mihi emendandus in *Eliac.* II. Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν. *Quinta vero Olympiade & nona novem Hellanodicas vel Græcorum judices constituerunt.* Attendamus, sodes. Quinquagesima Olympiade instituti primum Hellanodicæ, iique numero duo. Testatur Anonymus in illa. Ἀγωνοθέται δύο ὑπὸ Ἠλείων κατεστάθησαν κληρωτοί. *Agonothetæ vel certaminum præsides duo ab Eleis sortito constituti sunt.* Et ipse Pausanias, *libro citato*. Πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια. καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν δύο. *Quinquagesima autem Olympiade viris duobus ex omni Eleorum numero sorte ductis concessum est facere Olympia; & plurimo tempore permansit numerus iste, duorum agonothetarum.* Ecce, & mansit is numerus longo post tempore. Quomodo ergo instituti novem Olymp. XXV. Restituo, Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ ἑκατοστῇ. ἐννέα Ε. κ. *Quinta autem Olympiade & centesima novem H. c.* Atque hoc verum est. Novem Hellanodicæ instituti sunt Olympiade CV. Distincte illud Anonymus notat. ΟΛ. ΡΕ. Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον. Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν. *Olympias centesima quinta. Porus Cyrenæus stadium. Novem Hellanodicæ constituti sunt.*

JOANNIS MEURSII
ATTICARUM LECTIONUM
LIBER III.

CAP. I.

Mos Atheniensium non unus. Hostia oblata pro referendis in tribules liberis. Μεῖον. Μειαγωγοί. *Eratosthenes apud Harpocrationem, & Pollux, emendati non semel. Eupolidis versus restituti.* Οἰνιστρία. *Vinum Herculi oblatum, & Dianæ hostia: quæ ovis, aut capra: illa* φρατὴρ, *ista* φράτριος, *appellata. Et coma tonsa.* Κουρεῖον. Γαμηλία. *Schol. Aristophanis, & Hesychius, correcti.* Γαμηλία *duplex; & quibus diis unaquæque facta.* Κοινὸν γραμματεῖον.



ATHENIS cum in tribules liberos suos referri vellent parentes, hostiam ad pondus certum offerre tenebantur. Quia autem tribules, quibus ea offerebatur, per ludum clamabant Μεῖον Μεῖον, *Minus Minus*, infra justum pondus eam esse significare cupientes, Μεῖον illa; &, qui offerrent, Μειαγωγοὶ dicebantur. Harpocration. Μεῖον, θῦμά ἐστιν ὃ τοῖς φράτορσιν παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς κωμῳδίας φησὶν οὕτως νόμου ὄντος, μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου τινὸς, ἐπισκώπτοντα μετὰ παιδείας πάντα τὸν εἰσάγοντα μεῖον ἔφασαν εἰσάγειν. ὅθεν τὰ μὲν ἱερεῖα, Μεῖον προσηγορεύθη. Μειαγωγὸς δὲ, ὁ εἰσάγων. *Minus, sacrificium est quod tribulibus præbebant illi, qui filios introducebant in eos, Eratosthenes autem in libris de comœdia dicit ita: Quum lex esset, ne minus inferrent definito quodam modo, deridentem cum lusu quemlibet inferentem minus dicebant inferre. Unde sacrificia Minus appellata sunt: Minusductor autem ipse inferens.* Sed corrupta ibi Hapocrationis verba. Rescribo, Ἐπισκώπτοντες μετὰ παιδιᾶς πάντα, τὸν εἰσάγοντα μ. εἰ ε. *Deridentes cum lusu omnia*[1], *inferentem m. d. i.* Corruptus in hac ipsa re etiam Pollux *lib.* III. *cap.* IV. Κέκληται δὲ, ἢ ὅτι ἔσκωπτον ὡς μεῖον τοῦ δέοντος, ἢ ὅτι κεκωλυμένον ἦν, εἰσάγειν· ὡς μὴ ἁμιλλῶντο, μηδ' ἐμπίπτοιεν εἰς ἔριν καὶ ταραχήν. οἱ μὲν γὰρ οὐδὲ ἧττον ἐφιλοτιμοῦντο. οἱ δὲ ἐπεβόων, μείονος, οὐχ ὑπερβαινόντων αὐτῶν τὸ μέτρον τοῦ νόμου· *Vocatus autem est, vel quod deridebam quasi minus quam oporteret, aut quod vetitum esset, inferentem. Ut ne certarent, neque inciderent in controversiam & tumultum. Alii enim nihilominus contendebant: alii autem inclamabant Minoris, quum non egrederentur modum legis.* Postrema verba ita emendo, Οἱ δὲ ἐπεβόων, Μεῖον· ὡς οὐχ ὑπερβαινόντων α'. *Alii autem inclamabant Minus, ut qui non superavissent.* Clamabant enim tribules, cum hostia appenderetur, Μεῖον, Μεῖον. Schol. Aristophanis *ad Ranas*. Μεῖον λέγουσι τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ ἀπατούρια οἷς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας, διὰ τὸ ἐπιφωνεῖν τοὺς φράτορας ἐπὶ τοῦ σταθμοῦ τοῦ ἱερείου, Μεῖον, Μεῖον.

[1] Sed vix opiner hanc commatis distinctionem ab Meursio venisse, ut vox πάντα abrumperetur ab sequentibus τὸν εἰσάγοντα: neque omnia deridebantur ab Atticis: erant & in quibusdam serii: sed in hac solennitate plerumque sic cavillabantur sodalem.

Μεῖον. *Minus dicunt oves quæ inferebantur pro filiis ad Apaturia ab parentibus, quia adclamabant tribules ad librationem hostiæ, Minus, Minus.* Tradunt rem etiam *Etymolog.* Auctor, Hesychius, & Suidas. Apud Harpocrationem exstant etiam Eupolidis versus. Ita enim inquit. Περὶ δὲ τῶ Μειαγωγῦ, Εὔπολις ἐν Δήμοις.

Τοιγαρῦν ϛρατηγὸς ἐξ ἐκείνυ τῶ χρόνυ
Οὐδεὶς δύναται ὥσπερ Μειαγωγὸς ἐϛιὼν
Τῆς τῆσδε νίκης πλείονα ἑλκύσαι ϛαθμόν.

De eo qui minus inferebat, Eupolis in Populis:

Propterea dux ex illo tempore
Nullus potest tanquam minus inferens epulans
Hujus victoria ponderosiorem ducere libram.

Quos non bene hodie conceptos sic restituo.

——Τοιγαρῦν
Οὐδεὶς ϛρατηγὸς ἐξ ἐκείνυ τῶ χρόνυ
Δύναται μὲν, ὥσπερ Μειαγωγὸς ἐϛιὼν,
Τῆς τῆσδε νίκης πλεῖον ἑλκύσαι ϛαθμόν.

Duo autem tunc fiebant; & hostia offerebatur, & vinum: atque ab eo οἰνιϛηρία res illa dicebatur. Pollux *lib.* III. *cap.* IV. Ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν εἰς τὰς φράτορας εἰσαγομένων παίδων οἴνυ ἐπίδοσις, οἰνιϛηρία ἐκαλεῖτο. τὸ δὲ ἱερὸν, τὸ ὑπὲρ αὐτῶν, Μεῖον. καὶ Μειαγωγεῖν, τὸ εἰσάγειν ἱερεῖον. *Cæterum erogatio vini de liberis qui in tribules inducebantur, vocabatur Oenisteria: Hostia autem pro illis, Minus: & Minusducere, inferre hostiam.* Dabant autem mensuram vini, eamque Herculi offerebant. Hesychius nos docet. Οἰνιϛηρία. Ἀθήνησιν οἱ μέλλοντες ἐφηβεύειν, πρὶν ἀποκείρασθαι τὸν μαλλὸν, εἰσέφερον Ἡρακλεῖ μέτρον οἴνυ· καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθῦσιν ἐπεδίδυν πίνειν. ἡ δὲ σπονδὴ ἐκαλεῖτο οἰνιϛηρία. *Athenis futuri ephebi, priusquam detonderetur lanugo, inferebant Herculi mensuram vini; & quum libavissent, illis qui convenerant dabant etiam bibere. Libatio autem dicebatur Oenisteria.* Vini oblati meminit Athenæus etiam *lib.* XI. Οἱ μέλλοντες ἀποκείρειν τὸν σκόλλυν, φησὶ Πάμφιλος, εἰσφέρυσι τῷ Ἡρακλεῖ μέγα ποτήριον, πληρώσαντες οἴνυ, ὃ καλῦσιν οἰνιϛηρίαν. καὶ σπείσαντες, τοῖς συνελθῦσι διδόασι πιεῖν. *Qui detondendi erant lanuginem, dicit Pamphilus, inferunt Herculi grande poculum, repletum vino, idque vocant œnisteriam: & quum libaverunt, illis qui convenerunt, dant bibere.* Ut autem vinum Herculi offerebatur, ita hostia illa Dianæ. Accipio ex Hesychii verbis. Κυρεῶτις, μηνὸς τῶ Πυανεψιῶνος ἡμέρα, ἐν ᾗ τὰς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῶν παίδων ἀποκείροντες τρίχας Ἀρτέμιδι θύυσιν. *Cureotis, dies mensis Pyanepsionis, in qua detondentes ex capite liberorum crines Dianæ sacrificant.* Sed quænam hæc ostia? Ovis erat. Ecce apud Suidam *in* Μειαγωγεῖν. Καὶ ὁ τὸ πρόβατον εἰσάγων, Μειαγωγὸς ἐκαλεῖτο. *Minusducere: Et qui ovem inferebat, vocabatur Minusductor.* Schol. Aristophanis *loco citato*. Μεῖον λέγυσι, τὰς ὑπὲρ τῶν υἱῶν εἰς τὰ ἀπατύρια οἶς ὑπὸ τῶν πατέρων εἰσαγομένας. *Minus dicunt oves pro filiis ad Apaturia ab patribus illatas.* Vel etiam capra. Et ut ovis φρατὴρ, ita hæc φράτειος nominabatur. Pollux *loco citato*. Τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνῄεσαν, φράτειον ἐκαλεῖτο. καὶ τὸ σύϛημα, φρατρία. οἱ δὲ καθ' ἕκαϛον, φράτορες. καὶ οἶς φρατὴρ, καὶ αἶξ φράτειος, ἡ θυομένη τοῖς φράτορσιν. *Templum vero in quod convenerant, dicebatur fratrium: & officium, fratria; singuli vero, fratores: & ovis frater, & capra fratrius, quæ mactabatur fratoribus.* Moris autem erat, ut comam illic tonderentur; idque fieri minime poterat, nisi oblato prius vino. Observare est ex *citatis* Hesychii, & Athenæi, *verbis*. Atque inde κυρεῖον quoque dictum illud sacrificium existimo; etsi alii

A nuncupatum ita velint, Ἡνίκα ἐγράφοντο οἱ κῦροι εἰς τὰς φράτορας, *Quando notabantur adolescentes in fratoras vel tribules*, ut inquit Etymologici Auctor *in* Κύρειον. Et Schol. Aristophanis *ad Ranas*. Τῦτο δὲ κέκληται κυρεῖον, ἀπὸ τῶν κύρων, ὑπὲρ ὧν ἐθύετο. *Id autem vocabatur Curium, ab adolescentibus, pro quibus mactabatur.* Ita scribo, non ut editur, ὑπὲρ ὧν ἐδύετο, *pro quibus subibat.* Et apud Pollucem *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXVIII. Κυρεῖον quoque scribendum, pro Κόρειον; ut statim dicam. Apud Suidam hic locus pessime tractatus. Vide eum *in* Μειαγωγεῖν. Et hinc dies, quo hæc fierent, Κυρεῶτις

B appellabatur: ut testantur Grammatici, quos jam laudavi. Erat autem tertius dies τῶν ἀπατυρίων, quæ celebrabantur mense Pyanepsione. Referebant autem in tribules quemadmodum filios, ita quoque filias; utque illorum causa institutum sacrificium, Κυρεῖον; ita harum, Γαμηλία dicebatur. Pollux *loco* statim *citato*, ubi agit de tribulibus. Εἰς τύτυς τύς τε κύρυς, καὶ τὰς κύρας εἰσῆγον. καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων ἐν τῇ καλυμένῃ κυρεώτιδι ἡμέρα, ὑπὲρ μὲν τῶν ἀῤῥένων, τὸ κυρεῖον ἔθυον. ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν, τὴν γαμηλίαν. *In hos inducebant & adolescentes & puellas. & qui ad ætatem pro-*

C *gressi erant, in die, quæ vocabatur Cureotis vel Juvenalis, pro masculis quidem mactabant Curium. pro fæmellis vero nuptiale debitum.* Ita emendo. Hodie editur, Τὸ κόρειον ἔθυον. Ubi valde errat Interpres eruditus, cum vertit. *Coriandrum offerebant.* Atque ad τὴν Γαμηλίαν quod attinet, de ea ita Harpocration ex Didymo. Καὶ Δίδυμος ὁ γραμματικὸς, ἐν μὲν τοῖς Ἰσαίου ὑπομνήμασί φησιν εἶναι τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν ἐπιγάμοις διδομένην, παρατιθέμενος λέξιν Φανοδήμυ, ἐν ᾗ ὐδὲν τοιῦτον γέγραπται. ἐν δὲ τοῖς εἰς Δημοσθένην, τὴν εἰς τὰς φράτορας εἰσαγωγὴν τῶν γυναικῶν, ὐδεμίαν ἀπόδειξιν τῆς ἐξηγήσεως περιθέμενος. *Et Didymus*

D *grammaticus in commentariis Isæi dicit nuptiale illud esse, quod tribulibus ad nuptias paratis dabatur, apponens sententiam Phanodemi, in qua nihil tale scriptum est: In illis vero ad Demosthenem, inductionem fæmellarum in tribules, nullam explicationis demonstrationem circumdans.* Sed corrupta initio verba ita rescribo, Τὴν γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν ἐπὶ γάμοις διδομένην. *Nuptiale tribulibus propter nuptias datum.* Mendum item est apud Hesychium. Γαμηλία, φέρνη εἰς γάμον, παρασκευὴν, καὶ δεῖπνον, ὃ τοῖς φράτορσιν ἐποίει ὁ γαμῶν. *Nuptiale, collatio ad nuptias, apparatum & cœnam, quam tribulibus præbebat ducens uxorem.* Corrige, Εἰς γάμυ παρα-

E σκευὴν, *ad nuptiarum apparatum.* Fiebat enim tum, cum nupturæ essent. Pollux *lib.* III. *cap.* III. Ἡ δὲ ἐπὶ γάμῳ θυσία ἐν τοῖς φράτορσι, γαμηλία· καὶ τὸ ἔργον, γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. *Sacrificium vero ad nuptias in tribulibus, nuptiale; & ipsum opus, inferre nuptiale.* Mentio ejus apud Demosthenem in *Orat.* Πρὸς Εὐβυλίδην. Καὶ ὁ πατὴρ μυ κατὰ τὺς νόμυς ἔγημε, καὶ γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν εἰσενήνοχε. *Quippe & pater meus juxta leges duxit uxorem, & nuptiale tribulibus intulit.* Et apud Isæum ὑπὲρ τῦ Πύῤῥυ κλήρυ.

F Ἀλλὰ μὴν ὥς γε ὔτε γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖος ὑμῶν, ὔτε τὴν θυγατέρα, ἣν φασι γνησίαν αὐτῷ εἶναι ὔτοι, εἰσαγεῖν εἰς τὺς φράτορας ἠξίωσε. *Veruntamen sic neque nuptiale intulit patruus vester, neque filiam, quam dicunt isti legitimam illi esse, inducere in tribules dignatus fuit.* Et mox iterum. Καὶ περὶ τῆς τοῖς φράτορσι γαμηλίας μὴ ἀμνημονεῖτε. *Et ne obliviscimini de nuptiali tribulibus debito.* Deinde. Ἐπειδὴ ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς φράτορσιν εἰσενεγκεῖν. *Persuasus fuisset nuptiale pro illa tribulibus inferre.* Occurrit quoque semel iterumque in ejusdem *Orat.* Περὶ τῦ Κίρωνος κλήρυ. Libanius *Declam.* XXXVII. Ἑϛιῶντα τοὺς οἰκείυς, τοῖς φράτορσι τὴν γαμηλίαν εἰσάγοντα. *Invitantem epulo domesticos, tribulibus nuptiale inferentem.*

Sed ſciendum, τ̃ γαμηλίαν duplicem fuiſſe. Una enim erat, de qua jam dixi; quæ a parentibus fiebat, cum filias elocarent, nempe ut felices nuptias haberent: altera, quæ ab ipſis ſponſis, pro liberorum ſuſceptione. Prior fiebat Junoni, Veneri, ac Gratiis: altera Cotto, Gygi, ac Briareo, vel ut alii, Amalcidæ, Protocli, & Protocleonti, qui Τριτοπάτορες indigetabantur. *Etymologici* Auctor confundit. Οἱ δὲ φασὶ γαμηλίαν θυσίαν, ἣν ἔθυον τοῖς δημόταις οἱ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφόμενοι, καὶ μέλλοντες γαμεῖν. ἐγίνετο δὲ ἡ θυσία Ἥρᾳ, καὶ Ἀφροδίτῃ, καὶ Χάρισι. *Alii vero dicunt nuptiale eſſe ſacrificium, quod immolabant popularibus qui in ephebis ſcribebantur, & ducturi erant uxorem. Sacrificium vero fiebat Junoni, & Veneri, & Gratiis.* Nam hoc ſacrificium non faciebant matrimonium ʹnituri; ſed parentes, qui filias ſuas nuptum dabant: & faciebant, ut jam dixi, τοῖς Τριτοπάτορσι. Suidas *in* Τριτοπάτορες, ex Phanodemi *lib.* VI. Φανόδημος δὲ ἐν ἕκτῳ φησὶν, ὅτι μόνοι οἱ Ἀθηναῖοι θύουσί τε καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων, ὅταν μέλλωσι γαμεῖν. ἐν δὲ τῷ Ὀρφέως φυσικῷ ὀνομάζεσθαι τοὺς Τριτοπάτορας, Ἀμαλκείδην, καὶ Πρωτοκλέα, καὶ Πρωτοκλέοντα, θυρωροὺς καὶ φύλακας ὄντας τ̃ ἀνέμων. ὁ δὲ τὸ Ἐξηγητικὸν ποιήσας, Οὐρανοῦ καὶ Γῆς φησὶν αὐτοὺς εἶναι παῖδας. ὀνόματα δ' αὐτῶν, Κόττον, Βριάρεων, καὶ Γύγην. *Phanodemus in ſexto ait, ſolos Athenienſes ſacrificare illis & vota facere pro ſubole liberorum, quum nuptias facturi ſunt. Verum in Orphei Phyſico nominari Tritopatoras, Amalciden, & Protoclen, & Protocleonta, janitores & cuſtodes ventorum. Ille vero, cujus eſt Exegeticum, Cæli & Terræ dicit eos eſſe filios: nomina autem eorum, Cottum, Briareum, & Gygen.* Quæ totidem pene verbis Etymologici Auctor in *eadem voce*. Hæc ſacrificia Lycophron vocat γαμηλίους θυηλάς. Ad quem locum vide quæ notavimus ante hos viginti annos. Ut autem finiam. Qui ita in tribules relati eſſent, albo inſcribebantur, quod κοινὸν γραμματεῖον dictum. Harpocration. Κοινὸν γραμματεῖόν ἐστιν, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ εἰσαγόμενοι εἰς τοὺς φράτορας καὶ γεννήτας. *Commune album eſt, in quo inſcribebantur illi, qui inducebantur in tribules & gentiles.*

CAP. II.

Δεκάτη. Δεκάτην πράττειν. Δεκατεύειν. Ἐνδεκατεύειν. Δεκατευτήρια. Heſychius, & Pollux, correcti. Demoſthenis Oratio Περὶ τ̃ ἀτελειῶν. *Harpocration emendatus.*

APUD Athenienſes inter cætera tributa Δεκάτη erat; quam qui exigerent, Δεκάτην πράττειν, vel εἰσπράττειν; atque uno verbo, Δεκατεύειν, & Ἐνδεκατεύειν dicebantur. Res non ignota. Sed corruptus de ea eſt Heſychii locus. Ἐνδεκαδίκορ, εἶδός τι φασκωλίου, Ἐνδεκάτευσα τὴν δὲ κώπην ἐπαρξάμην. *Endecadicor, genus crumenæ; indecimavi hunc remum inchoavi.* Interpungo, & reſtituo, Ἐνδεκαδίκορ, εἶδός τι φασκωλίου. Ἐνεδεκάτευσα, τὴν δεκάτην ἐπραξάμην. *Endecadicor, genus crumenæ. Indecimavi, decimam exegi.* Loca, ubi exigi ſolita, Δεκατευτήρια nuncupata. Itaque emendandus Pollux *lib.* VIII. *cap.* V. Καὶ Δεκατευτήριά ποτε κατέστησαν, καὶ Δεκάτη τὸ τέλος ἦν. *Et loca ad decimam exigendam quandoque conſtituerunt, & decima erat vectigal.* Perperam editur, Καὶ Δεκατήρια. Et per hanc occaſionem Harpocration *in* Δεκατευτάς. Ὅτι δὲ ἦν τελώνιον ἡ Δεκάτη, δεδήλωκε Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τ̃ τελῶν. *Fuiſſe autem vectigal decimam, declaravit Demoſthenes in ſcripto de vectigalibus.* Demoſthenis *Orationem* Περὶ τ̃ τελῶν adhuc quæro. Reſcribo, Ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν, *in ſermone de immunitatibus.* Deſignat autem eam, quæ vulgo inſcribitur, πρὸς Λεπτίνην. quæ περὶ τῶν ἀτελειῶν

A ob argumentum ab Auctoribus indigetatur. Dionyſius Halicarnaſſeus in *Epiſtola ad Ammæum*, ubi de Demoſthenis Orationibus judicium fert. Καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἕτερος ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος, ὁ περὶ τῶν ἀτελειῶν, ὃν αὐτὸς διέθετο, χαριέστατος ἁπάντων τῶν λόγων καὶ γραφικώτατος. *Et eodem tempore alius (ſermo) Calliſtrato archonte, qui eſt de immunitatibus, quem ipſe digeſſit, venuſtiſſimus omnium ſermonum & diſertiſſimus.* Plutarchus in *ejus Vita*. Παναίτιος δὲ ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ αἱρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατὰ Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν. *Panætius autem philoſophus etiam ſermonum ejus plurimos ita ſcriptos eſſe dicit, quaſi* B *bono tantum propter ipſum eligendo, ut illum de corona, contra Ariſtocraten, de immunitatibus.* Athenæus *lib.* IV. Τοὔνομα αὐτοῦ παρέλιπε Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν. *Nomen igitur reliquit Demoſthenes in ſermone de immunitatibus.* Priſcianus *lib.* XVIII. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν ἀτελειῶν. Ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ Λεύκων δήπου ξένος. *Demoſthenes in ſermone de immunitatibus: Eſt enim genere quidem Leucon alicunde peregrinus.*

CAP. III.

Lycurgi Orationes quot, quæque earum inſcriptiones. C *Suidas pluries, Pollux, Plutarchus, & Harpocration, ſemel emendati.*

LYCURGI rhetoris Orationes feruntur quindecim. Plutarchus teſtis lib. *De* X. *Rhet.* in *ejus Vita*. Φέρονται δὲ τοῦ ῥήτορος (Λυκούργου) λόγοι δεκαπέντε. *Feruntur autem oratoris Lycurgi orationes quindecim.* Et Photius in *Bibliotheca*. Λυκούργου δὲ, οὐδενὸς τῶν ἄλλων, ὅσα γε τελεῖν εἰς ῥήτορας καὶ δημαγωγοὺς, τὸ ἔλαττον φερομένου, οὔπω παρέσχεν ἡμῖν ὁ χρόνος λόγους ἀναγνῶναι. φέρεσθαι δὲ αὐτοῦ ἐξ ἱστορίας πεντεκαίδεκα μεμαθήκαμεν. *Lycurgi vero, in nulla parte eorum quæ ad oratores & magiſtratus pertinent, infe-* D *rioris, nondum conceſſit nobis tempus legere orationes. Cæterum didicimus inquirendo quindecim ejus ferri.* Atque ex illis quatuordecim memorat Suidas *in* Λυκοῦργος. Λόγοι δ' αὐτοῦ εἰσὶν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι. κατὰ Ἀριστογείτονος. κατὰ Αὐτολύκου. κατὰ Λεωκράτους. κατὰ Λυκόφρονος β'. κατὰ Πασικλέους. κατὰ Δημάδου. ἀπολογία πρὸς τ̃ αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. πρὸς τὰς μαντείας. περὶ τ̃ διοικήσεως. περὶ τ̃ ἱερατείας. περὶ τῆς ἱερωσύνης. *Orationes autem ejus ſunt ſuperſtites certæ; contra Ariſtogitonem, contra Autolycum, contra Leocratem, contra Lycophronem duæ, contra Paſiclen, contra Menæchmum, contra* E *Demadem, Defenſio contra eundem, de rationibus, adverſus Iſchurian, adverſus vaticinia, de adminiſtratione, de ſacerdotali munere, de ſacerdotio.* Verum luxatum initio locum, & corruptum, exiſtimo; reſtituendumque, Κατὰ Πασικλέους. κατὰ Δημάδου. κατὰ Μενεσαίχμου. ἀπολογία πρὸς τ̃ αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. *Contra Paſiclen, contra Meneſæchmum, Defenſio contra eundem, de rationibus.* Nam Lycurgus reip. male adminiſtratæ accuſatus fuit a Meneſæchmo, non a Demade; cujus calumnias luculenta oratione refutavit: quæ Ἀπολογία F ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν, *Defenſio de rationibus*, hoc loco Suidæ; Ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, *Defenſio eorum quæ geſſit in adminiſtranda republ.* Harpocrationi *in* Δερματικὸν, & Ἐδωλιᾶσαι, nominatus. Reſtitui autem Μενεσαίχμου apud Suidam, pro Μεναίχμου, ex hiſtoria, quæ talis. Lycurgus moriturus in Metroum, & curiam, deferri ſe juſſit; cupiens reip. adminiſtratæ rationem illic reddere: cum autem nemo præter Meneſæchmum accuſare auderet, dilutis calumniis, domum relatus eſt. Plutarchus *loco citato*. Μέλλων δὲ τελευτήσειν

(ὁ Λυκοῦργος) εἰς τὸ Μητρῶον, καὶ τὸ βουλευτήριον, ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπεκομίσθη. *Moriturus vero (Lycurgus) in Metroum & Curiam jussit se deferri, volens rationes reddere eorum quæ gessisset in magistratu. Sed nullo accusare eum auso præter Menesæchmum, calumnias dissipans, relatus domum fuit.* Commemorat eadem Photius in *Bibliotheca*. Neque aliter Harpocration citat *in* Αρχύωρος, & Δηλιασαί. Ipse etiam Suidas *in* Προηροσίαι. Corrigendus vero etiam Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXI. Καὶ σπογγοκολυμβηταὶ δὲ Λυκοῦργος εἴρηκεν ἐν τῷ κατὰ Μενεσαίχμου. *Et spongiurinatores vero dixit Lycurgus in oratione contra Menesæchmum.* Editur hodie, Ἐν τῷ κατὰ Μενεσέμου. Porro in istis Suidæ verbis mendosa inscriptio, Κατὰ Πασικλέους. Rescribe, Κατὰ Λυσικλέους, *Contra Lysiclem*. Nam prætorem Lysiclem accusavit; & contra eum illa Oratio est. Plutarchus *ibidem*. Εἶπε δὲ καὶ περὶ ἱερῶν πολλάκις γραψάμενος Αὐτόλυκον τὸν Ἀρειοπαγίτην, καὶ Λυσικλέα τὸν στρατηγὸν, καὶ Δημάδην τὸν Δημέου. *Dixit vero etiam sæpe de sacris, postulans Autolycum Areopagitam, & ducem Lysiclen, & Demaden Demiæ.* Et ita diserte laudat Harpocration *in* ἐπὶ Δηλίῳ μάχη. Jam pro περὶ Ἱερατείας, citant περὶ Ἱερείας ipse Suidas *in* συσσημαίνεσθαι, Priscianus lib. XVIII. & Harpocration *in* Ἀλόπη, Διήλλαξεν, Νίκη Ἀθηνᾶ, & Τραπεζοφόρος. Habemus ergo Lycurgi Orationes omnes, præter unam; quam ut quæramus est necesse. Ac fuerit ea, Κατὰ Διφίλου, *Contra Diphilum*. Nam & Diphilum accusavit, qui, subductis e metallis argentariis columnis, magnas sibi divitias paraverat. Plutarchus. Ἔκρινε δὲ καὶ Δίφιλον, ἐκ τῶν ἀργυρίων μετάλλων τοὺς μεσοκρανεῖς, οἳ ἐβάσταζον τὰ ὑπερκείμενα βάρη, ὑφελόντα, καὶ ἐξ αὐτῶν πεπλουτηκότα παρὰ τοὺς νόμους. *Sed etiam in judicium vocavit Diphilum, qui ex argenti metallis medias columnas, quæ sustinebant superimposita pondera, sustulerat, & inde præter leges dives factus erat.* Sed ut e Plutarcho Suidam semel iterumque correximus, ita e Suida etiam Plutarchum corrigamus. Vides titulum Orationis, Κατὰ Λεωκράτους, *Contra Leocratem*. Rescribendum ad id exemplum in Plutarcho, Εὐθύνας Ἀριστογείτονα, καὶ Λεωκράτην, καὶ Αὐτόλυκον δουλείας. *Rationes Aristogitonem, & Leocratem, & Autolycum servitutis.* Non recte in vulgatis editur, καὶ Κλεωκράτην. Etiam Harpocrationem *in* Στρωτὴρ, ubi parum recte, κατὰ Αἰσχυρίου, *contra Aschuriam*, inscribitur illa Oratio, quæ apud Suidam, πρὸς Ἰσχυρίαν, *contra Ischuriam*.

CAP. IV.

De tribus Athenarum muris. Μακρὸν τεῖχος. Διὰ μέσου τεῖχος. Μακρὰ τείχη. *Quis ædificandi auctor; ac quis fecerit. Quæ longitudo.* Τὰ σκέλη. Τεῖχος Φαληρικὸν, *ejusque item longitudo.*

TRES Athenarum muri commemorantur; unus, Μακρὸν τεῖχος, *Longus murus*: alter, Διὰ μέσου τεῖχος, *in medio murus*: tertius, Φαληρικὸν τεῖχος, *Phalericus murus*, nuncupatus. Μακρὸν τεῖχος laudatur ab Andocide in *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Revocatis autem ducibus, pronunciare jusserunt, Athenienses illos qui in urbe habitabant, ire in forum, sumptis armis; illos vero qui in longo muro, ad Thesei templum.* Thucydides *lib.* II. Ἔστι δὲ αὐτοῦ, ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Est autem ejus, quod etiam incustoditum erat, istud inter longum & Phalericum.* Alterum, ut dixi, Διὰ μέσου τεῖχος dicebatur. Ejus meminit Plato in *Gorgia*. Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. *Periclem vero & ipse audivi, quum consilium nobis daret de muro in medio.* Plutarchus lib. *De Gloria Athen.* Καίτοι καὶ τοῦτον ὡς βραδέως ἀνύοντα τοῖς ἔργοις ἐπισκώπτων Κρατῖνος, οὕτω πως λέγει περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. *Quamvis etiam hunc tanquam tarde peragentem rebus deridens Cratinus, ita fere dicit de muro in medio.* Dion Chrysostomus *Orat.* VI. Καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν. *Quamvis ducentorum stadiorum esse circuitum Athenarum, computato Piræo, & muris in medio.* Sed sciendum longum murum duplicem fuisse; unum Βόρειον, alterum Νότιον, & Διὰ μέσου nominatum. Vides distincte apud Harpocrationem. Τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε Βορείου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον. *Quum tres sint muri in Attica, ut etiam Aristophanes ait in Triphalete, Septentrionali, Australi, & Phalerico, in medio illorum dicebatur Australis.* Meminit τοῦ Βορείου Andocides *Orat.* Περὶ τῆς πρὸς Λακεδ. εἰρ. Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Primo quidem Piræum munivimus in illo tempore, deinde longum murum Septentrionalem.* Item Æschines Περὶ παραπρεσβ. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *In illo tempore munivimus Piræeum, & Borealem murum ædificavimus.* Jam τοῦ Νοτίου iterum Andocides mox in *eadem Orat.* Καὶ τὸ τεῖχος τὸ Μακρὸν τὸ Νότιον ἐτειχίσθη. *Et murum longum Australis munitus fuit.* Laudat quoque Pausanias *Atticis*. Ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή. *In muro autem qui vocatur Australis, qui in arcis parte versus theatrum est conversus, in eo Medusæ Gorgonis aureum dedicatum est caput.* Utrumque murum simul numero plurali Μακρὰ τείχη vocabant. Arrianus *in Epictetum* lib. III. cap. XXIV. Ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸν Πειραιᾶ τὸν καλὸν, καὶ τὰ Μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Ut videat aliquando Piræeum pulchrum, & Longos muros, & arcem.* Connectebant vero Urbi portum Piræeum. Schol. Aristophanis *ad Equites*. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τὰ Μακρὰ τείχη παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις καλούμενα. Μακρὰ δὲ ἐλέγοντο, διὰ τὸ ἀπὸ τῆς πόλεως διήκειν μέχρι τοῦ Πειραιῶς. *Significat vero per hæc Longos muros ab Atheniensibus vocatos. Longi autem dicebantur, quia ab urbe pertinebant, usque ad Piræeum.* Fieri consuluit Pericles, redimente opus Callicrate. Plutarchus in *Vita ejus*. Τὸ δὲ Μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. *Longus autem murus, de quo Socrates audivisse ait ipse Periclem dicentem sententiam, suscepit exstruendum Callicrates.* De Periclis consilio est etiam videre in *citatis* Platonis *verbis*, ut & in illis ejusdem Plutarchi, libro *De Gloria Athen.* Erat autem longitudo stadiorum quadraginta. Strabo *lib.* IX. Ταῦτα δὲ ἦν Μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ Πειραιεῖ. *Hi vero Longi muri erant longitudine stadiorum quadraginta, connectentes urbem Piræeo.* Thucydides *lib.* II. Τὰ δὲ Μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Longi vero muri usque ad Piræeum quadraginta stadiorum.* Huc pertinet illud Diogenis Laertii in *Antisthene*, lib. VI. Οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν

τες τετταρακοντα ϛαδιες ἀιιὼν, ἤκεσε Σωκράτες. *Habitansque in Piræeo, quotidie quadraginta stadia ascendens, audiebat Socratem.* Errat itaque Schol. Aristophanis *ad Equites*, qui triginta quinque tantum commemorat. Καὶ τ Πειραιᾶ γ ἐτείχισε, ὅς ἀπεῖχε τῆς πόλεως ϛαδίες τειάκοιτα πέιτε, παρὰ θάλατταν ὤν. *Nam & Piræeum munivit, qui aberat ab urbe stadia triginta quinque, mari propinquum.* Altitudo eorum tot habebat cubitus, quot longitudo stadia; id est, XL. Observo apud Appianum *De Bell. Mithrid.* Επὶ τ Πειραιᾶ κατῆλθε, κατακεκλεισμένων εἰς τὰ τείχη τ πολεμίων. ὕψος δ' ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσαράκοντα μάλιϛα. *Ad Piræum descendit, hostibus intra muros conclusis. Altitudo autem murorum erat admodum quadraginta cubitorum.* Atque hi muri τὰ Σκέλη dicebantur. Plutarchus in *Cimone*. Λέγεται δὲ ϗ τ Μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕϛερον τὴν οἰκοδομίαν. *Dicitur vero etiam Longorum murorum, quæ Crura vel Brachia vocant, consummavisse postea exstructionem.* Strabo *loco citato*. Τῷ δὲ τείχει τέτῳ συνῆπτε τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τῦ ἄϛεος Σκέλη· ταῦτα δ' ἦν τὰ Μακρὰ τείχη. *Huic muro injuncta sunt deducta ex urbe Crura vel Brachia. Hæc autem erant illi Longi muri.* Scylax in *Periplo*, ubi Atticam describit. Κατὰ τῦτό ἐϛι Σαλαμὶς νῆσος, ϗ πόλις, ϗ λιμήν. ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς, ϗ τὰ Σκέλη, ϗ Αθῆναι. *Illic est Salamis insula, & urbs, & portus. deinde Piræeus, & Crura vel Brachia, & Athenæ.* Appianus *De Bellis Mithrid.* Τά τε Μακρὰ Σκέλη καθῄρει, λίθες ϗ ξύλα ϗ γῆν ἐς τὸ χῶμα μεταβάλλων. *Et Longa Crura vel Brachia dejecit, lapides & ligna & terram in aggerem transmutans.* Restat jam murus tertius, Phalerius; cujus meminerunt Thucydides, & Harpocration, *locis citatis*. Ejus longitudo stadiorum triginta quinque. Thucydides *libro citato*. Τῦτε γὸ Φαληρικῦ τείχες ϛάδιοι ἦσαν πέντε ϗ τειάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τῦ ἄϛεος. *Nam Phalerici muri stadia erant quinque & triginta ad circuitum urbis.* Sed Pausanias valide hic turbat, qui ait Phalerum Athenis tantum viginti stadiis abfuisse. Ita enim ait in *Arcad.* Αθηναίοις μὲν δὴ ϛαδίες μάλιϛα εἴκοσι ἀφέϛηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα. *Athenienſibus quidem stadia admodum viginti abest ab urbe mare ad Phalerum.* Vides diserte. Quomodo igitur murus, qui Phalero Athenas ducebat, stadiorum triginta quinque? Inquirendum in utro Auctore corrupti numeri.

CAP. V.

Dinarchus Κατὰ Πιϛίε. *Plutarchus correctus, Idem,* Κατὰ Αρχεϛράτε. *Harpocration emendatus.* Κατὰ Πυθέε. *Stephanus restitutus.* Κατὰ Κλεομέδοντος. *Ammonius emendatus. Hyperidis* Δηλιακός. *Schol. Aristophanis emaculatus.*

INTER Dinarchi Orationes publicas recensetur una a Dionysio Halicarnasseo Κατὰ Πιϛίε. Meminit ejus Harpocration *in* Βελεύσεως. Τῦ μὲν ἦν προτέρε μάρτυς Ισαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην, ἐπὶ Παλλαδίῳ λέγων εἶναι τὰς δίκας. Δείναρχος δὲ ἐν τῷ κατὰ Πιϛίε, ἐν Αρείῳ πάγῳ. *Prioris quidem igitur testis Isæus in sermone contra Eucliden, ad Palladium dicens esse judicia: Dinarchus vero in oratione contra Pistian in Areopago.* Itaque emendandus Plutarchus lib. *De x. Rhet.* in *Lycurgo*. Περὶ δὲ τῆς κηδείας ταύτης λέγει ὁ Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πιϛίε. *De exsequiis autem illis dicit Dinarchus in oratione contra Pistian.* Non recte est in hodie editis, Εν τῷ κατὰ Παϛίε, *in oratione contra Pastian.* Ejusdem erat, Κατὰ Αρχεϛράτε. Harpocration *in* Αποψηφίζεσθαι. Δείναρχος ἐν τῷ κατ' Αρχεϛράτε. *Condemnare. Dinarchus in oratione contra Archestratum.* Ita recte est in codice manuscripto Vaticano. Neque aliter Suidas habet in eadem voce. Est autem illa ipsa Oratio, quæ a Dionysio Halicarnasseo inscribitur, Πρὸς Αρχέϛρατον. Fuerunt etiam binæ, Κατὰ Πυθέε, ut est videre apud eundem Dionysium: meminitque Harpocration *in* ἀῤῥηφορεῖν. Itaque corrigendus Stephanus *in* Αἴγινα. Ως Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέε ξενίας. *Ægina. Sicut Dinarchus in oratione contra Pythean de peregrinitate.* Editur hodie, Εν τῷ κατὰ Ποθέε. Erat quoque, Κατὰ Κλεομέδοντος, quæ inter genuinas privatas a Dionysio numeratur. Laudaturque ab Harpocratione *in* Αὐτοδοκεῖν. Memineratque Ammonius *De Diff. Voc.* sed corruptus hodie locus. Μέναρχος ἐν τῷ κατὰ Κλεομέδοντος. *Menarchus in oratione contra Cleomedontem.* Rescribo, Δείναρχος ἐν τῷ κ. Κ. Inter Hyperidis Orationes est Δηλιακός. Sopater *in Hermogenem*. Εχεις δὲ διπλῦν ϛοχασμὸν παρὰ Υπερίδῃ ἐν τῷ Δηλιακῷ. *Habes vero duplicem conjecturam apud Hyperiden in Deliaca.* Et Anonymus περὶ Ιδεῶν, *Sect.* I. Διόπερ τὰς ἐν Δηλιακῷ Υπερίδε πόῤῥω τέτων ἑϛάναι φησί. *Proptera illas in Deliaca Hyperidæ procul ab his distare ait.* Priscianus *lib.* XVIII. *Hyperides* Δηλιακῷ. Ενταυθὶ θύεται τῷ Απόλλωνι ὁσημέραι, ϗ μερὶς αὐτῷ ϗ δεῖπνον παρατίθεται. *Illic sacrificatur Apollini quotidie, parsque illi & cæna apponitur.* De ejus scribendæ occasione videndus Plutarchus *De x. Rhet.* in *Hyperide*. Corruptum autem nomen arbitror apud Scholiasten Comici *Avibus*; restituendumque, Ο δὲ Υπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ, ϗ ὅτι Χῖοι ηὔχοντο Αθηναίοις, δεδήλωκε. *Hyperides vero in Deliaca etiam Chios oravisse Athenienses, aperuit.* Certe rectum esse non potest, quod hodie vulgatur, Υπερίδης ἐν τῷ χαλκῷ, *Hyperides in ære.* Meminit vero Hyperideæ hujus Orationis etiam Harpocration. Αγοράσαι, ἀντὶ τῦ ὠνήσασθαι. Υπερίδης ἐν τῷ Δηλιακῷ. *In foro versari, pro emere. Hyperides in Deliaco.*

CAP. VI.

Demosthenis Philippicæ quot. Oratio Περὶ τῆς Αλονήσε *a quibusdam Philippica secunda. Quis verus ejus Auctor. Hesychius, Suidas, & Plutarchus, emendati.*

VETERES Demosthenis Orationes Φιλιππικὰς vocabant, non quæ ita hodie inscribuntur, quinque numero; sed priores decem omnes, & duodecimam: nam quæ undecima, ea Philippi ad Athenienses Epistola est, non Demosthenis Oratio. Neque alio nomine laudarunt antiqui; & imprimis apud Harpocrationem observare est, locis pluribus. Inter illas septima ordine, quæ Περὶ τῆς Αλονήσε inscribitur, video controversum esse, an sit genuina ipsius. Harpocration *in* Αλέξανδρος. Αλλος δὲ Αλέξανδρος Μολοττὸς, ἀδελφὸς Ολυμπιάδος τῆς Φιλίππε γυναικὸς, ἃ πάλιν Δημοσθένης μνημονεύει, ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. *Alius Alexander Molottus, frater Olympiadis Philippi uxoris, cujus iterum meminit Demosthenes in septimo Philippicorum, si genuina est oratio.* In ea *Oratione* locus, quem respexit, iste est. Καὶ τὰς πόλεις βιασάμενος, παρέδωκεν Αλεξάνδρῳ τῷ κηδεϛῇ τῷ ἑαυτῦ δελεύειν. *Et urbes violente opprimens, tradidit Alexandro affini suo, cui servirent.* Sed hæc a quibusdam Philippica secunda appellata. Photius in *Bibliotheca*. Τινὲς μὲν ἦν τὸν περὶ Αλονήσε λόγον, ὃς ϗ κατὰ Φιλίππε ἐπιγράφεται δεύτερος, ϗ γὸ πρὸς τὴν ἐπιϛολὴν ὁ ῥήτωρ ἀνταγωνίζεται τῦ Φιλίππε, ἔ φασιν εἶναι γνήσιον Δημοσθένες. *Nonnulli igitur quidem orationem de Halonesο, quæ etiam inscribitur contra Philippum secunda, nam & contra epistolam Philippi insurgit orator, negant esse genuinam Demosthenis.* Ubi vides iti-

dem controversiam de Auctoris veritate. Libanius Hegesippo a quibusdam ascriptam tradit, in Argumento. Ὁ λόγος οὐ μοι δοκεῖ Δημοσθένους εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις, καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία. *Oratio mihi non videtur esse Demosthenis. Indicat autem loquutio & structuræ convenientia.* Et mox. Ὑπώπτευσαν δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον, ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος. καὶ πεφωράκασί γέ τινες ὄντα Ἡγησίππου. *Sed & vetustiores suspectam habuerunt orationem, quasi non esset oratoris: & deprehenderunt quidam esse Hegesippi.* Item Suidas. Ἡγήσιππος, οὗτός ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ἕβδομος Φιλιππικός. *Hegesippus, ille est cognominatus Crobylus, cujus videtur esse septima Philippica.* Emendandus per occasionem in hujus Hegesippi nomine insignis admodum Hesychii locus; qui hodie *in* Κρώβυλος ita habet. Κρώβυλος, ὁ ὁμαλὸς τῶν παίδων, ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐκπλοκῆς, ἥ ἐστιν ἀνῳγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν. οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος & δῆγγος ἐκαλεῖτο. *Crobylus, similis puerorum, aut galericulum flexionis capillorum, quæ est subducta ab media fronte ad verticem. Sic autem & orator Hegesippus & deggus vocabatur.* Scribe primum, Κρωβύλος, ὁ μαλλὸς τῶν π. *Crobylus lanugo puerorum.* Idem mendum quoque est apud Suidam in *eadem voce*. Deinde in fine restitue, Ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος, καὶ δημαγωγὸς, ἐκαλεῖτο. *orator Hegesippus & populi ductor vocabatur.* Sed quia de Demosthene agimus, corrigamus per occasionem Plutarchi locum, lib. *De Gloria Athen.* Nota est ejus Oratio Κατὰ Κόνωνος αἰκίας. Ejus meminit, ut dixi, Plutarchus *libro citato*; sed corruptis hodie verbis. Ἀλλὰ δὴ καὶ μετὰ τοὺς Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος λόγους, ἄξιόν ἐστι τοῖς στρατηγοῖς παραβάλλειν τὸν κατὰ Κόνωνος ἀνοίας, τοῖς περὶ Πύλον τροπαίοις ἐκείνου. *Attamen etiam post sermones Demosthenis oratoris, operæ pretium est ducibus, objicere orationem contra Cononem stultitiæ, ejus circa Pylum tropæis.* Restituo, Κατὰ Κόνωνος αἰκίας, *contra Cononem crudelitatis.*

CAP. VII.

Θριασίαι πύλαι. Δίπυλον. *Harpocration emendatus.*

INTER portas Athenarum, erant Πύλαι Θριασίαι. Hesychius. Θριασίαι, πύλαι οὕτω καλοῦνται Ἀθήνησιν. *Thriasiæ portæ sic vocantur Athenis.* Corruptus in hoc nomine Harpocrationis locus *in* Ἀνθεμόκριτος, ex Isæi *Oratione* Πρὸς Καλυδῶνα. Τότε βαλανεῖον τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα. τουτέστι, πρὸς ταῖς Θρασείαις πύλαις. *Et balneum apud statuam Anthemocriti; hoc est, ad Thracias portas.* Ita in Aldina editione utraque legitur. Philippus Maussacus, egregia doctrina juvenis, & non vulgariter de Harpocratione meritus, restituit, Πρὸς ταῖς Θρακίαις πύλαις, *ad Thracias portas.* Et ad loci illustrationem plura pollicitus in *voce* Πύλαι, nihil dicit. Ego veram lectionem esse censeam, Θριασίαις πύλαις, *Thriasias portas.* Ea porta postea Δίπυλον appellata. Plutarchus in *Pericle* & hoc docet, & valide meam emendationem firmat. Ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. *Sepultum vero esse Anthemocritum ad Thriasias portas, quæ nunc Dipylum nominantur.* Erat autem hæc maxima omnium, quæ Athenis. Livius ab V. C. *lib.* XXXI. *Ad Dipylon accessit. Porta ea velut in ore urbis posita, major aliquanto patentiorque, quam cæteræ, est: & intra eam extraque latæ sunt viæ.* Meminit ejus iterum Plutarchus in *Sylla*. Ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Cædes circa forum obtinuit omnem intra Dipylum Ceramicum.* Et Polybius *Legat. Eclog.* III. Ἐπεὶ δ' εἰσῄει κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερείας καὶ τοὺς ἱερεῖς. *Postquam vero intravit ad Dipylum, ab utroque latere constituerunt sacerdotes fœminas & viros.*

CAP. VIII.

Hyperidis Oratio, κατ' Ἀρισταγόρας. *Theon emendatus, Lysiæ Orationes quot, & genuinæ. Suidas correctus. Ejus una,* κατὰ Νικίου. *Harpocration bis correctus.*

INTER Hyperidis Orationes una fuit, Κατ' Ἀρισταγόρας. Laudat Harpocration *in* Ἀφύας, rectissime emendante illic eruditissimo Maussaco. Sed corrigendus etiam Theon in *Progymn.* cap. Περὶ τῆς τῶν νέων ἀγωγῆς. Ἔτι δὲ καὶ Λυκούργου κατὰ Μόσχου, ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. καὶ Ὑπερίδου κατὰ τῶν ἑταιρῶν, ἐν τῇ κατ' Ἀρισταγόρας. *Præterea vero & Lycurgi contra Moschum in oratione contra Lycophronem: & Hyperidæ contra meretrices, in ea contra Aristagoram.* Hodie editur, Κατὰ τῶν ἑταίρων, ἐν τῇ κατ' Ἀρισταγόρου. Neque audiendus vir præstantissimus, Joachimus Camerarius, qui cupiebat, Κατά τινων ἑτέρων, καὶ ἐν τῷ κατ' Ἀ. *Contra aliquos alios, & in ea contra A.* Lysias scripsisse fertur Orationes CCCCXXV. e quibus tantum CCXXXIII. genuinæ ipsius existimatæ. Accipio ex Photio in *Bibliotheca*. Ἀνεγνώσθησαν Λυσίου λόγοι διάφοροι. φέρονται δὲ αὐτοῦ εἰκοσιπέντε καὶ τετρακόσιοι, ὧν τοῖς γνησίοις τρεῖς καὶ τριάκοντα καὶ διακόσιοι ἐγκρίνουσιν. *Lectæ sunt Lysiæ orationes diversæ. Feruntur autem ejus viginti quinque & quadringentæ, quarum genuinis tres & triginta & ducentas inserunt.* Ergo corrigendus de eo Suidas. Λόγοι δ' αὐτοῦ (τοῦ Λυσίου) λέγονται εἶναι γνήσιοι ὑπὲρ τοὺς σ'. καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις ἀμφιδοξούμενοι. *Orationes autem ejus (Lysiæ) dicuntur esse genuinæ ultra ducentas; & aliæ præter has, de quibus dubitatur.* Non rectum est, quod hodie editur, ὑπὲρ τοὺς τ'. *super trecentas.* Inter controversas una fuit, κατὰ Νικίου. Harpocration. Κηττοί. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίου ἀργίας. *Cetti. Lysias in oratione contra Nician socordiæ.* Corrigendus idem *in* Διαγράψασθαι, ubi male, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Νικίδου. *Lysias in oratione contra Nicidan.* Rescribe utrobique, Λ. ἐν τῷ κατὰ Νικίου. *L. in oratione contra Nician.* Confirmat emendationem nostram Diogenes Laertius in *Solone*, lib. I. Καὶ ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. Λυσίας δ' ἐν τῷ κατὰ Νικίου Δράκοντά φησι γεγραφέναι τὸν νόμον, Σόλωνα δὲ τεθηκέναι. *Et ignavus obnoxius esto unicuique volenti accusare. Lysias autem in oratione contra Nician ait Draconem scripsisse istam legem, Solonem vero introduxisse.*

CAP. IX.

Lycus heros, & ab eo denominatum Athenis forum; ubi ipse lupi forma constitutus. Pollux emendatus. Λύκου δεκάς. *Diogenianus correctus.* Γυλιαύχην. *Pollux iterum restitutus.*

IN antiqua Historia Attica notus satis Lycus heros, Pandionis filius. Memineruntque ejus Herodotus *lib.* I. Aristophanes *Vespis*, Pausanias *Atticis, Messeniacis,* & *Phocicis, Etymologici* Auctor, Hesychius, Suidas, aliique. Et ab eo Athenis forum, Τὸ ἐπὶ Λύκῳ cognominatum; ibidemque ejus statua, lupi forma. Ea de re emendandus Pollux *lib.* VIII. *cap.* X. cum de foris Atheniensium agit. Τὸ ἐπὶ Λύκῳ (δικαστήριον) ἀφ' οὗ καὶ ἡ Λύκου δεκάς. καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι, ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν. *Tribunal ad Lycum (Lupum) unde etiam Lyci decuria. Et heros autem collocatus est ibidem, habens animalis formam.* Hodie editur, καὶ Ἥρας δὲ ἵδρυται, & Ju-

nonis autem collocatum est. Vertitque minus recte Interpres eruditus. *Et Junonis illic templum constitutum erat, habens feræ formam*. Harpocration *in* Δεκάζων. Λύκος ἐστὶν Ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τοῦ θηρίου μορφὴν ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γιγνόμενοι συνεστρέφοντο, ὅθεν εἴρηται, Λύκου δεκάς. *Lycus est heros ad tribunalia Athenis, habens animalis formam; ad quem donis captantes deni obversabantur, unde dici suevit Lyci decuria*. Et in postremis verbis, Ὅθεν εἴρηται, Λύκου δεκάς. Qua de re emendandus Diogenianus *Cent*. I. *Proverb*. III. Ὅμοια τῇ, Λύκου δεκάς· καὶ, Κρωβύλου ζεῦγος, *simili illi, Lyci decuria: &, Crobyli jugum*. Perperam editur, Λύκων δεκάς. Non enim erat, *luporum decas*; sed *Lyci*. Sed quia in Polluce sumus, restituamus alterum quoque ejus locum, *lib*. X. *cap*. XXXI. ubi instrumentum militare percenset. Τούτοις δ' ἐπακτέον σφενδόνας, λίθους, μολύβδια, πελέκεις, σαγάρεις, πυρεῖα, δέῤῥεις, σκηνὰς, μακέλλας, κάλους, ἱμάντας, ἁλύσεις, γελοίους, στρωματόδεσμα, πελαμῶνας, καὶ ζωστῆρα, καὶ ὄχανον. *His vero apponi oportet fundas, lapides, glandes plumbeas, secures, sagares, ignitabula, pelles, tentoria, ligones, funes, lora, catenas, bojas, segestrium vincula, cingula, & baltheum, & ansam clypeorum*. Ubi loci quid est illud? γελοίους. Verbum sane nihili. Neque frustra se torquet, vir eruditus, Wolfgangus Seberus. Restituo, Ἁλύσεις, γυλίους, στρωματόδεσμα. *Catenas, peras, stragularum vincula*. Nam inter instrumenta militum Γύλιος erat, in quo cibum portabant. Scholiastes Aristophanis *ad Vespas*. Γύλιος, πυργοειδὲς πλέγμα, ἐν ᾧ τὰς τροφὰς ἔχοντες οἱ στρατιῶται ἐβάδιζον ἐπὶ πολέμου. *Gylius, vel pera, ex vimine nexum vas, in quo cibos ferentes milites ibant ad bellum*. Eadem iterat *ad Pacem*. Harpocration. Γύλιος, σκεῦος στρατιωτικὸν πλεκτὸν. εἰς ὃ ἐνετίθετο τὰ ἐπιτήδεια. *Gylius, vas militare nexum, in quo ponebantur utensilia*. Libanius *Declam*. XXXVII. Ἀλλ' αὐτὰ τὰ ὅπλα, δι' ὧν κεκράτηκας, τίνος; ὁ δὲ Γύλιος, ὁ δὲ σκευοφόρος, οὐ πάντα ἐμά; *Sed ipsa arma, per quæ obtinuisti, cujus? ipsa pera, & jumentum sagmarium, nonne omnia mea?* Ubi Scholiasten. Γύλιος, ἀγγεῖον, ὁδοιπορικὸν, εἰς ἀπόθεσιν τῶν ἀναγκαίων. *Gylius, vas ad iter & custodiam necessariarum*. Videndi item *Etymologici* Auctor, & Suidas. Erat autem vas oblongum; unde Γυλιαύχην, qui collum τοῦ γυλίου instar longum haberet. Sic a Comico quoque Carcini poetæ filii irridebantur, ut Γυλιαύχενες. Locus est in *Pace*.

> Ἀλλὰ νόμιζε πάντας,
> Ὄρτυγας οἰκογενεῖς,
> Γυλιαύχενας ὀρχηστὰς,
> Νανοφυεῖς, σφυράδων
> Ἀποκνίσματα.
> *Sed existima omnes,*
> *Coturnices vernas,*
> *Longicervices saltatores,*
> *Nannorum similes, caprarum fimi*
> *Intertrimenta*.

Vide Suidam *in* Καρκῖνος, & Σφυράδες.

CAP. X.

Διαψήφισις quid, cur instituta, & quando, Archias archon.

QUID Athenis Διαψήφισις, docet Jul. Pollux *lib*. VIII. *cap*. V. Αἱ ἐν τοῖς δήμοις κρίσεις, ἐκαλοῦντο διαψηφίσεις. *Judicia per populos dicebantur diapsephiseis*. Ea ideo instituta, ne quis, qui Atheniensis non esset, in civitatem falso adscriptus obreperet. Ulpianus in Orat. *De Corona*. Γιγνομένων δὲ τῶν καλουμένων διαψηφίσεων, ὅ ἐστιν ἐξετάσεων; ἐν τοῖς δήμοις, ὡς ἔθος, εἰ ἄρα φύσει Ἀθηναῖος οὐκ ὢν, ἐνέγραφεν ἑαυτὸν, ἐκ σπουδῆς τινῶν, εἰς τοὺς ἀστούς. *Quum vero fierent illæ, quæ vocabantur diapsephiseis, hoc est, judicia & examina in populis, ut mos, an quis ortu Atheniensis quum non esset, seipsum inscripserit, favore & auxilio quorundam, in cives*. Idem etiam tradit nobis Harpocration. Διαψήφισις ἰδίως λέγεται ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς δήμοις ἐξετάσεων, αἳ γίνονται περὶ ἑκάστου τῶν δημοτευομένων, εἰ τῷ ὄντι πολίτης καὶ δημότης ἐστὶν, ἢ παρεγγέγραπται, ξένος ὤν. *Diapsephisis proprie dicitur de disquisitionibus in populis, quæ fiunt de unoquoque, qui adsciti sunt in civitatem, utrum revera civis ac popularis sit, an fraude adscriptus, quum sit peregrinus*. Instituta autem archonte Archia. Harpocration *loco citato*. Ἐντελέστατα δὲ διείλεκται περὶ τῶν διαψηφίσεων, ὡς γεγόνασιν ἐπὶ Ἀρχίου ἄρχοντος. *Perfectissime autem dissertatum est de istis examinibus, quæ dicebantur diapsephiseis, quemadmodum exercitæ fuerint Archia archonte*. Id est, anno secundo Olympiadis nonagesimæ: nam tunc archon ille fuit. Anonymus in *Descript. Olymp*. ad istud tempus. Αἱ διαψηφίσεις, ἤτοι αἱ τῶν ἐν δήμοις ἐξετάσεις, εἰσήχθησαν. ὡς Ἀνδροτίων ἐν τῇ Ἀτθίδι, καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῳ τῆς Ἀτθίδος. *Diapsephiseis vel disquisitiones eorum qui in populis introductæ sunt; ut Androtion in Atthide, & Philochorus in sexto Atthidos*.

CAP. XI.

Dinarchus Κατὰ Καλλισθένους. *Idem* Κατὰ Ἡδύλης. & Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Τεωφανίου. *Dionysius Halicarnasseus ter emendatus. Sulphur in Syro. Pollux correctus.*

DINARCHI Oratio fuit, κατὰ Καλλισθένους. Laudat Harpocration. Δίαμετρον, τὸ ἐλλεῖπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος. *Diametron, id quod abest ab eo quod juste mesuratum est. Dinarchus in denunciatione litis contra Callisthenen*. Et alibi iterum. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησίν ἐστιν ἡ τῶν Μετρονόμων, ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλισθένους. *Mensurarum exactores, magistratus quidam est Athenis horum Metronomorum, ut Dinarchus in oratione contra Callisthenen*. Itaque emendandus Dionysius Halicarnasseus in *Dinarcho*, ubi perperam inscribitur, Κατὰ Κλεισθένους, *contra Clisthenen*. Ejusdem fuit, Κατὰ Ἡδύλης, *contra Hedylen*. Meminit Harpocration. Δείναρχος μέντοι διαμαρτυρῆσαι τεθεώρηκεν, οὐκ ἐπὶ τοῦ μαρτυρήσαντος αὐτοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ παρασχόντος τινὰ διαμαρτυρήσαντα ἐν τῇ διαμαρτυρίᾳ περὶ τοῦ μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν Ἀριστοφῶντος θυγατέρα. οὗτος δὲ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Ἡδύλης καὶ τὸν τρόπον διαγράφει τῆς διαμαρτυρίας. *Dinarchus tamen verbum* διαμαρτυρῆσαι *decrevit, non de illo ipso, qui pro testimonio dixit, sed de eo qui præbuit aliquem testificantem, in oratione, quam vocat Diamartyrian vel obtestationem, quasi filia Aristophontis non esset controversa. Iste autem orator in sermone contra Hedylen etiam modum perscribit hujus testificationis*. Corrigendus idem Dionysius, apud quem male legitur, Κατὰ Ἡδύκης, *contra Hedycen*. Vide de Hedyle Athenæum *lib*. VII. Apud eundem Dionysium in Indice Orationum publicarum genuinarum hujus Dinarchi ista legitur, Κατὰ Πολυεύκτου, περὶ τοῦ Τεωφανίου, *contra Polyeuctum, de Teophania*. Et mox. Περὶ τοῦ Τεωφάνους ἐπίλογος, *de Teophana peroratio*. Rescribendum censeo utrobique, Περὶ τοῦ Γεωφανίου, *de terræfodina*. Erat enim Γεωφάνιον locus, in quo metallum. Hesychius. Γεωφάνιον, μέταλλον τῆς κεραμίτιδος, ἢ ἄλλης ἐργασίας. *Geophanium, metallum figulinæ, aut alterius materiæ. Etymologici* Auctor. Γεωφάνιον, χωρίον ἐστὶν, ἐν ᾧ γῆς εἶναι μέταλλον. ἡ δὲ γῆ ἐστι ξανθοτέρα, πεποιημένη τοῖς ζωγράφοις εἰς τὰς γραφάς· τάχα δὲ ἡ μίλτος ἐστὶν, ἢ μέ-

πάλλον τῆς κεραμίτιδος, ἤ τινος ἄλλης ἐργασίας. *Geophanium, regiuncula est, in qua terræ esse metallum (scribunt.) Terra autem erat magis flava, commoda pictoribus ad picturas. Forsan autem est miltus, aut fodina figulinæ terræ, aut cujusdam alterius materiæ.* Videndi etiam Harpocration, & Suidas. Sed validissime emendationem meam firmat Pollux *lib.* VII. *cap.* XXIII. Πολλὰ δ' ἂν καὶ ἄλλα εἴη μέταλλα, ὥσπερ τὰ ἐν Σάμῳ, τὰ καλούμενα Γεωφάνια, ὑπὲρ ὧν ὁ Δείναρχος λέγει. καὶ τὰ ἐν ἰσύρῳ τοῦ θείου. *Multa vero & alia forsan sint metalla, ut illa in Samo, quæ vocantur Geophania, de quibus loquitur Dinarchus, & illa in isyro sulphuris.* Quid potest clarius? Sed age, ut Polluci gratiam reddamus, corrupta ejus in fine ibi verba per occasionem hanc restituamus. Quid enim est illud? Καὶ τὰ ἐν ἰσύρῳ τοῦ θείου. Corrige omnino, Καὶ τὰ ἐν Σύρῳ τοῦ θείου, *& illa in Syro sulphuris.* Dicit in Samo metalla terræ esse, quemadmodum in Syro sulphuris. Non recte vertit eruditus Interpres, *Et ea quæ in Isyro Deo sacra sunt.* De sulphure, & quibus id locis habeatur, vide Plinium *lib.* XXXV. *cap.* XV.

CAP. XII.

Δίοπος. Διοπτεύειν. Harpocration, Demosthenes, Etymologici Auctor, Galenus, & Erotianus, restituti. Δρομοκήρυκες. Æschines emendatus.

LOCUS est Harpocrationis. Διοπτεύων. Δημοσθένης ἐν τῷ εἰς τὴν Λακρίτου. *Perspiciens. Demosthenes in scripto ad Lacritæ (exceptionem.)* Occurrit autem vox illa in ea Oratione locis duobus. Ecce. Ἱππίας Ἀθηνίππου Ἁλικαρνασσεὺς μαρτυρεῖ συμπλεῖν ἐν τῇ Ὑβλησίου νηὶ διοπτεύων τὴν ναῦν. *Hippias Athenippi Halicarnassensis testatur simul navigare in navi Hyblesii perspiciens navem.* Et postea. Μαρτυρεῖ συμπλεῖν Ὑβλησίῳ διοπτεύων τὴν ναῦν. *Testatur simul navigare Hyblesio perspiciens navem.* Sed censeo Διοπεύων legendum apud Harpocrationem; & ita ipsum quoque apud Demosthenem legisse: qui ad id exemplum itidem corrigendus. Nam Διοπτεύειν, verbum omnino generale est: Διοπεύειν proprie de navi dicitur. Confirmat sententiam meam, quod de voce Δίοπος subnectit Harpocration, unde Διοπεύειν dictum. Ecce tibi apud Hesychium. Διοπεύειν, ἐπιμελεῖσθαι νεώς. *Diopeuein, procuratorem esse navis.* Male vero apud *Etymologici* Auctorem. Διοπεύω, κατασκοπῶ, ἀπὸ τοῦ ὄπτω. καὶ Διοπτῆρα, τὸν σκοπόν. καὶ Διοπτεύων, ἐποπτεύων, ἐπισκοπῶν. *Diopeuo, despicio, ab verbo quod notat video; & Dioptera, scopum; & Diopteuon, adspectans, inspiciens.* Emendo, Διοπτεύω, κατασκοπῶ. Confirmat, quod participium subjungit. Καὶ διοπτεύων, ἐποπτεύων. Simile mendum apud Galenum in *Lexico Hippocratis.* Δίοπτος, νεὼς ἐπιμελητὴς, παρὰ τὸ διοπτεύειν καὶ διέπειν τὰ ἐν αὐτῇ. *Dioptos, curator navis, ab eo quod inspectat & administrat res in ea.* Scribendum, Δίοπος, νεὼς ἐ. Nam Δίοπος is, non Δίοπτος dicebatur: & ab eo Διοπεύειν, ut jam dixi. Erotianus. Διοπῷ, τῷ τῆς νεὼς ἐπιμελητῇ· παρὰ τὸ διοπτεύειν. Ἀττικὴ δὲ ἡ λέξις, κειμένη καὶ παρ' Ἀριστοφάνῃ ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι, καὶ παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Σισύφῳ, καὶ Εὐριπίδῃ ἐν Ἱππολύτῳ. *Diopo, navis curatori, ab verbo diopteuein. Est autem vox Attica, usurpata & ab Aristophane in Atticis dictionibus, & ab Æschyle in Sisypho, & Euripide in Hippolyto.* Sed scribendum, Παρὰ τὸ διοπεύειν. Quanquam errat in narrando etymo dictionis; non enim Δίοπος dicebatur ἀπὸ τοῦ Διοπεύειν, sed contra Διοπεύειν a verbo Δίοπος. Manifesta analogia est. Porro etiam generaliter Δίοπος pro rege, principe, aut quovis inspectore ponitur. Hesychius. Δίοπος, ἐπίσκοπος, ἄρχων, ναύαρχος, ἐπιστάτης, διόπτης. *Diopus, inspector, præpositus, navarchus, magister, perspector.* Suidas. Δίοπος. ὁ διέπων καὶ ἐποπτεύων. ὁ τῆς νεὼς ἐπιμελητής. καὶ δίοποι, οἱ βασιλεῖς. *Diopus, administrans & inspiciens; navis curator. & Diopi, reges.* Elegans locus est apud Eustathium *Iliad.* β'. Ἐκ δὲ τούτου οὐ μόνον Δίοποι οἱ ἄρχοντες, ὡς καὶ Αἰσχύλος δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ Αδίοποι, οἱ μὴ ἀρχόμενοι. Αδίοπος γάρ, φασιν, ὁ ἄναρχος καὶ ἀφύλακτος. ἐπεὶ Δίοποι οἱ βασιλεῖς, καὶ οἱ διέποντες. Αἴλιος δὲ Διονύσιός φησι. καὶ ὅτι Δίοπος ὁ ναυφύλαξ, ὡς ἐπισκοπῶν αὐτὴν, καὶ ἐφορῶν. *Ab hoc autem non solum Diopi (dicuntur) magistratus, prout etiam Æschylus significat, sed & Adiopi, qui sunt sine magistratu. Adiopus enim, dicunt, qui sine imperio est & custodia, quoniam Diopi sunt reges & qui administrant. Ælius autem Dionysius ait, quasi Diopus etiam sit custos navis, utpote inspiciens eum & respectans.* Hinc est, quod *Etymol.* Auctor Διοπεύειν simpliciter interpretatur, Ἐπιμελεῖσθαι. Ut autem Demosthenem nunc correximus, ita Æschini manum quoque admoveamus. Locus est in *Orat.* Περὶ παραπρεσβ. Ἐγὼ μὲν ἀπήγγειλον τὴν πρεσβείαν. οἱ δὲ Φαλαίκου τοῦ Φωκέων τυράννου δημοκήρυκες, τὰ ἔνθένδε ἐκεῖσε διήγγειλον. *Ego quidem renunciavi legationem. Sed Phalæci Phocensium tyranni præcones publici hinc illuc nunciarunt.* Restituendum censeo, τ. Φ. τυράννου δρομοκήρυκες. *Phoc. tyranni cursores nuncii.* Auctor mihi Harpocration, qui hunc locum respexit. Δρομοκήρυκες, Αἰσχίνης· οἱ λεγόμενοι ἡμεροδρόμοι ἡμεροδρόμοι. *Cursores nuncii, Æschines, iidem qui dicuntur hemerodromi vel diurni cursores.* Et Pollux *lib.* III. *cap.* XXX. *sect.* III. Παρὰ δὲ Αἰσχίνῃ τῷ ῥήτορι, δρομοκήρυκες. *Sed apud Æschinem oratorem dromoceryces, vel cursores nuncii.*

CAP. XIII.

Dorieus Rhodius, Diagoræ F. tribus continuis Olympiadibus pancratio victor. Thucydides, & Pausanias illustrati. Schol. Pindari emendatus. Dorieus Damageti F. & Anaxandridæ.

AIT Thucydides *lib.* III Ἦν δὲ Ὀλυμπιὰς, ᾗ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Erat autem Olympias, qua Dorieus Rhodius secunda vice fuit victor.* Quis hic Dorieus? & qua Olympiade secundum vicit? Inquiramus. Commemoratur Dorieus pancratiasta. Harpocration. Δωριεὺς, ὄνομα παγκρατιαστοῦ. *Dorieus, nomen viri nobilis pancratio.* Et sciendum, tribus eum continuis Olympiadibus pancratio vicisse. Pausanias *Eliac.* II. Ἀκουσίλαος μὲν λαβὼν πυγμῆς ἐν ἀνδράσι στέφανον, Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατος παγκρατίῳ νικήσας Ὀλυμπιάσιν ἐφεξῆς τρισί. *Acusilaus quidem adeptus coronam pugilatus in viris, Dorieus vero junior pancratio victor per Olympiadas deinceps tres.* Erat autem Diagoræ F. Rhodius: inciderunt que hæ tres ejus victoriæ in Olympiades LXXXVII. LXXXVIII. LXXXIX. Et Anonymus in *Descript. Olymp.* distincte annotat in Olympiade istarum prima. Σώφρων Ἀμβρακιώτης στάδιον. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον. *Sophron Ambraciota stadium. Dorieus Diagoræ Rhodius pancratium.* Deinde in altera. Σύμμαχος Μεσσήνιος ἀπὸ Σικελίας στάδιον. Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τεθρίππῳ, Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ δεύτερον. *Symmachus Messenius ab Sicilia stadium. Megacles Atheniensis quadriga, Dorieus Diagoræ Rhodius pancratium secundum.* Et mox in tertia. Σύμμαχος Μεσσήνιος τὸ δεύτερον. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ τρίτον. *Symmachus Messenius secundum. Dorieus Diagoræ Rhodius pancratium tertium.* Ergo jam clarum, quam Olympiadem designet Thucydides in *verbis citatis.* Meminit hujus Doriei Aristoteles *Rhet.* lib. I. cap. II. Οἷον, ὅτι Δωριεὺς στεφανίτην ἀγῶνα νενίκηκεν, ἱκανὸν εἰπεῖν, ὅτι Ὀλύμπια. *Quale, quod Dorieus co-*

ronarium certamen vicit, sufficit dicere, quod Olympia. Et Aristides *Orat.* Κατὰ τῶν ἐξορχουμένων. Φέρε δὴ καὶ τοὺς ἐπὶ τῶν στεφανιτῶν ἀγώνων σκεψώμεθα. οἷον τὸν Δωριέα τὸν Ῥόδιον, καὶ Γλαῦκον τὸν Καρύστιον, καὶ Μίλωνα δὴ, καὶ Πολυδάμαντα, καὶ πάντας ὧν εἰκόνες χαλκαῖ. *Age sane etiam illos in coronariis certaminibus videamus: qualem Dorieum Rhodium, & Glaucum Carystium, & Milonem scilicet, ac Polydamantem, & cunctos, quorum æneæ imagines*. Xenophon *Hist. Græc.* lib. I. Μετ' ὀλίγον δὲ τούτων, Δωριεὺς ὁ Διαγόρου ἐκ Ῥόδου ἐς Ἑλλήσποντον εἰσέπλει, ἀρχομένου χειμῶνος, τέσσαρσι καὶ δέκα ναυσὶν, ἅμα ἡμέρᾳ. *Paulo autem post hæc, Dorieus Diagoræ ex Rhodo in Hellespontum navigabat, incipiente hyeme, quatuordecim navibus, principio diei*. Corrigendus est Pindari Scholiastes, *Olymp.* Od. VII. Ἐχόμενος δὲ τούτων ἕστηκε Δωριεὺς ἀδελφὸς πύκτης, καὶ αὐτὸς προβεβλημένος. *Proximus illis stat Dorieus frater, pugil, & ipse projectus in gradu*. Hodie editur, Ἕστηκε Διώρευς ἀδελφὸς, *stat Dioreus frater*. Habes item mentionem apud Diod. Sic. *lib.* XIII. & apud Thucydidem præterea semel atque iterum *lib.* VIII. Observandum vero porro in verbis Pausaniæ, quod, tanquam discriminis causa, juniorem eum vocet. Ita enim verba habent. Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατος παγκρατίῳ νικήσας Ὀλυμπιάσιν ἐφεξῆς τρισί. *Dorieus autem junior pancratio victor per Olympiadas deinceps tres*. Nimirum alter adhuc fuit, Damageti F. hujus proavus. Observo apud eundem Pausaniam in *Messeniacis*, isto loco. Τὰ μὲν δὴ λεγόμενα ἐς τοὺς Διαγορίδας καλουμένους ἐν Ῥόδῳ, γεγονότας δὲ ἀπὸ Διαγόρου τοῦ Δαμαγήτου τοῦ Δωριέως. *Ea quidem sane quæ dicuntur in Diagoridas, ut vocantur in Rhodo, prognatos autem ab Diagoras, Damagetæ filio, Doriei nepote*. Sed & tertius fuit, Rhodius, Anaxandridæ F. De quo Pausanias in *Laconicis*, & Herodotus *libris* V. ac VII.

CAP. XIV.

Lysias Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφήν. *Ea Oratio an genuina. Suidas emendatus. Ejusdem*, Πρὸς Ἐτεοκλέα. *Pollux correctus. Dinarchus* Περὶ τῆς ἱερείας. *Pollux iterum correctus*.

LYSIÆ quædam Oratio fuit, Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογία, *defensio contra Mixidemi criminationem*. Laudatur ab Harpocratione. Διῆρξα, ἀντὶ τοῦ διὰ τέλους ἦρξα. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Dierxa, hoc est, usque ad finem mansi in magistratu. Lysias in defensione contra Mixidemi accusationem*. Iterum alibi. Ἐλέγετο δὲ παρ' αὐτοῖς καὶ ἐπίθετά τινα, ὁπόσα μὴ πάτρια ὄντα ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν, ὡς σαφὲς ποιεῖ Λυσίας ἐν τῇ πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Dicebantur autem apud eos etiam quædam adjectiva, quæ non patrii moris esse judicavit consilium Areopagi, ut clarum facit Lysias in defensione contra Mixidemi criminationem*. Sed dubitatum animadverto, an genuina ea fuerit; corruptusque hac de re locus Suidæ *in* Μουσαῖος. Μουσαῖος, παρ' Ἕλλησι φιλόσοφος. Λυσίας πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν γνήσιος. *Musæus, apud Græcos philosophus. Lysias contra Mixidemi accusationem genuinus*. Excidit sine dubio unica vocula. Itaque interpungo, & restituo, Λ. Πρὸς τὴν Μιξιδήμου γραφὴν, εἰ γνήσιος. *L. contra Mixidemi accusationem, si genuinus*. Ejusdem ferebatur, sed minime item genuina, Πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων. Harpocration *in* Ἐβδομευόμενος. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ χρημάτων, εἰ γνήσιος. *Lysias in sermone contra Eteoclen de pecuniis, si genuinus*. Restituendus Pollux *lib.* VII. *cap.* XXXIII. Εἰ δὲ Λυσίου ὁ κατ' Ἐτεοκλέους λόγος, ἐν ᾧ γέγραπται, ψηφοπαικτοῦσι τὸ δίκαιον, εἴη ἂν καὶ ὁ ψηφοπαίκτης ἐν τέχνῃ. *Si vero Lysiæ oratio contra Eteoclen, in qua scriptum est calculo ludentibus jus, utique etiam calculo ludens sit in arte*. Hodie editur, Ὁ κατ' Αὐτοκλέους λόγους, *oratio contra Antoclis sermones*. Erat quoque inter Dinarchi Orationes quæ ferebantur, Περὶ τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος διαδικασία. Recenset Dionysius Halicarnasseus inter publicas, quæ falso ipsi inscriptæ. Διαδικασία τῆς ἱερείας τῆς Δήμητρος πρὸς ἱεροφάντην. Πολλῶν καὶ παραδόξων, ὦ ἄνδρες δικασταί. οὗτος ὁ λόγος ἤδη πεφευγότος αὐτοῦ εἴρηται, ὡς ἐξ αὐτοῦ γίγνεται φανερόν. *Controversia sacerdotis Cereris contra hierophantam. Multorum & mirabilium, o viri judices. Ista oratio jam exulante ipso dicta est, prout ex ipsa fit manifestum*. Harpocration in Δυσαύλης. Δείναρχος ἐν τῇ περὶ τῆς ἱερείας διαδικασίᾳ, εἰ γνήσιος. *Dinarchus in controversia de sacerdote, si genuina*. Emendandus Pollux *lib.* VII. *cap.* XIV. Ὀρθάπου δὲ μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ τῆς ἱερείας διαδικασίᾳ. *Orthapi autem meminit Dinarchus in sacerdotis controversia*. Perperam hodie editur, Ἐν τῇ τῆς ἱερᾶς δοκιμασίᾳ.

CAP. XV.

Mutilus Harpocrationis locus restitutus.

LOCUS est Harpocrationis, ubi de voce Ἔθνος agit. Ἔθνος, οὐ μόνον τὸ μέγα τὸ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι πονηρότατον νομίζεται τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν, οὔτε τοὺς γεωργοὺς, οὔτε τοὺς ἐμπόρους. Ἐν δὲ τῷ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησίν. Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν. *Ethnos, gens, non modo magna multorum hominum turba, sed & proprie pars quædam pessima existimatur omnium in urbe gentium, neque rusticos, neque mercatores. Sed in nono Philippicorum dicit. Verum Thessalia quomodo se habet? ut non tantum per urbes, sed etiam per gentes serviant*. Mutilum hunc esse, facile apparet attento, & emunctæ naris, Lectori. Nam quomodo cohærent ista cum antecedentibus? Οὔτε τοὺς γεωργοὺς, οὔτε τοὺς ἐμπόρους. Deinde dicit, Ἐν δὲ ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησίν. tanquam jam ante Orationem aliam Demosthenis citasset, quod tamen hic non fit. Dicam quod res est. Per supinitatem librarii nimium festinantis, aut aliud agentis, in unum conflata verba Harpocrationis, & Demosthenis. Ecce uberius rectiusque apud Suidam, qui Harpocrationem transcripsit. Ἔθνος, οὐ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. οὕτω Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους, καὶ ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν Φιλιππικῶν. *Ethnos, gens, non modo magna & multorum hominum turba, sed & proprie pars quædam urbis. Sic Demosthenes in oratione contra Aristocratem, & in nono Philippicorum*. Itaque totum hunc locum Harpocrationis sic restituo, Ἔθνος, οὐ μόνον τὸ μέγα καὶ πολυάνθρωπον γένος, ἀλλὰ καὶ ἰδίως μέρος τι τῆς πόλεως. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. Εἴ τις ὑμᾶς ἔροιτο, τί πονηρότατον νομίζετε τῶν ἐν τῇ πόλει πάντων ἐθνῶν; οὔτε τοὺς γεωργοὺς, οὔτε τοὺς ἐμπόρους, οὔτε τοὺς ἐκ τῶν ἀργυρείων, οὔτε ἐκ τούτων οὐδὲν ἂν εἴποιτε. *Ethnos, gens, non modo magna & multorum hominum turba, & proprie pars quædam urbis. Demosthenes in oratione contra Aristocratem. Si quis vos roget, quamnam pravissimam existimetis in urbe omnium gentium? neque agricolas, neque negotiatores, neque illos ex argentifodinis, neque harum ullam dixeritis*. Ita enim habent Demosthenis verba, quæ hic allegaverat Harpocration. Deinde in fine mutila quoque illa Demosthenis verba e *Philippica* nona. Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύωσιν; ita ex ipso Oratore rescribo, Ἀλλὰ Θετταλία πῶς ἔχει; οὐχὶ τὰς πόλεις, καὶ τὰς πολιτείας αὐτῶν, ἀφῄρηται, καὶ τετραδαρχίας κατέστησε παρ' αὐτοῖς, ἵνα μὴ μόνον κατὰ πόλεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἔθνη δουλεύω-

σιν; *Sed Thessalia quomodo habet? nonne urbes & regimina earum ablata sunt, & tetradarchias constituit apud illos, ut non modo per urbes, sed etiam per gentes serviant?*

CAP. XVI.

Ἑκατόμπεδον, *&* Παρθενὼν, *Athenis. Unde nomen acceperint. Minervæ* Παρθένε *simulacrum. Quis ædificaverit. Quæ magnitudo. Mulæ, dum ædificatur, factum. Pictura in vestibulo ejus.*

ERAT Athenis templum in arce, Ἑκατόμπεδον appellatum, quod centum undique pedes magnum esset. *Etymologici* Auctor. Ἑκατόμπεδον, νεὼς ἐστὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασαι. *Hecatompedon, centipedum, templum est Minervæ, pedum centum ex omni latere. Propter hoc enim & appellatum est.* Etiam παρθενὼν dicebatur, quia virginibus præparatum esset. Hesychius. Ἑκατόμπεδον, νεὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, παρθένοις κατασκευασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων. *Hecatompedon, templum in arce, virginibus extructum ab Atheniensibus.* Harpocration. Ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδον ἐκαλεῖτο, διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος. *Virginis ædes ab quibusdam vocabatur Centipedum, propter pulchritudinem & convenientiam, non propter magnitudinem.* Erat ibi simulacrum Minervæ Παρθένε, ex auro & ebore. Schol. Demosthenis ad Orat. *in Androtionem*. Παρθενῶνα ναὸν ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει Παρθένου Ἀθηνᾶς, περιέχων τὸ ἄγαλμα τῆς θεοῦ, ὅπερ ἐποίησεν ὁ Φειδίας ὁ ἀνδριαντοπλάστης ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος. *Virginis ædes erat in arce Minervæ Virginis, complectens statuam Deæ, quam fecit Phidias statuarum fictor ex auro & ebore.* Ædificatum autem hoc templum a Callicrate, & Ictino, curante Pericle. Plutarchus in *Pericle*. Τὸν μὲν γὰρ Ἑκατόμπεδον Παρθενῶνα Καλλικράτης εἰργάζετο καὶ Ἰκτῖνος. *Nam Centipedum quidem Virginis templum Callicrates exstruxit & Ictinus.* Pausanias in *Arcadicis* solum Ictinum commemorat, neque ullam Callicratis mentionem facit. Καὶ Ἰκτῖνος ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ νεὼ, γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα, καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας. *Et Ictinus architectus templi in Phigalia, ætate conveniens cum Pericle, etiam Atheniensibus templum quod vocatur Virginis exstruens.* Item Strabo *lib. IX.* Καὶ ὁ μυστικὸς σηκὸς, ὃν κατεσκεύασεν Ἰκτῖνος, ὄχλον θεάτρου δέξασθαι δυνάμενον, ὃς καὶ τὸν Παρθενῶνα ἐποίησε τὸν ἐν ἀκροπόλει. *Et mysticum penetrale, quod Ictinus exstruxit, capax turbæ theatri, qui etiam Virginis ædem fecit in arce.* Vincebat autem magnitudinem prioris, a Persis incensi, pedibus quinquaginta. Hesychius *in* Ἑκατόμπεδον. Μείζων τοῦ ἐμπρησθέντος ὑπὸ τῶν Περσῶν ποσὶ πεντήκοντα. *Major eo quod incensum fuit ab Persis, pedibus quinquaginta.* Dum vero ædificatur, egregium mulæ cujusdam factum commemoratur. Athenienses mulas vetulas ab opere liberas esse jusserant; e quibus tamen una, ut ferunt, ultro ad opus recurrit, aliis præcedens, & ad laborem quasi gnaviter capessendum exhortans: ideoque ab Atheniensibus usque ad mortem de publico illi alimenta tributa. Plutarchus in *Catone majore*. Ὁ δὲ τῶν Ἀθηναίων δῆμος οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι, καὶ ἀφέτους. ὧν μίαν φασὶ καταβαίνουσαν ἀφ᾽ ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγουσι τὰς ἁμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν, καὶ προηγεῖσθαι, καθάπερ ἐγκελευομένην καὶ συνεξορμῶσαν. ἣν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο. *Sed populus Atheniensium exstruens Centipedum, quotquot existimavit mulas maxime laboribus indurantes, dimisit liberas pascere & solutas: quarum unam dicunt descendentem*

A ultro ad opera cum subducentibus currus jumentis in arcem simul cucurrisse, & præivisse, velut adhortantem & pariter laborare cupientem; quam publice quoque usque ad mortem ali decreverunt. Eadem commemorat lib. *De Sol. Animal.* item Ælianus *Hist. Anim.* lib. VI. cap. XLIX. & Hierocles in Proœmio *Hippiatricorum*. In eo tabula erat, in qua depictus Themistocles; a filiis ejus ibi dedicata. Pausanias in *Atticis*. Φαίνονται δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους, καὶ κατελθόντες, καὶ γραφὴν ἐς τὸν Παρθενῶνα ἀναθέντες, ἐν ᾗ Θεμιστοκλῆς ἐστὶ γεγραμμένος. *Spectantur autem filii Themistoclis, & degressi, & picturam in Virginis templo, in qua pictus est Themistocles, dedicantes.*

B In vestibulo ejus picta erat Aornus rupes, in qua scissura, quæ aves supervolantes attraheret. Philostratus *De Vita Apollonii* lib. II. cap. V. Ἐν κορυφῇ τῆς πέτρας (Ἀόρνου) ῥῆγμα εἶναί φησι, τὰς ὑπερπετομένας τῶν ὀρνίθων ἐπισπώμενον, ὡς Ἀθήνησί τι ἰδεῖν ἐστιν ἐν προδόμῳ τοῦ Παρθενῶνος. *In vertice petræ (Aorni) rupturam esse dicunt, adtrahentem supervolantes volucres, prout Athenis videre est in antedomo Virginis templi.*

CAP. XVII.

C *Empusa.* Ὀνοκώλη. Ὀνόκωλος. *Etymologici Auctor emendatus. Item Harpocration, & Hesychius. Poematii, cui titulus* Βωμὸς, *quis Auctor, inquisitum.*

DE Empusa elegans est locus Demosthenis *Orat.* Ὑπὲρ Κτησιφῶντος. τὴν δὲ μητέρα σεμνῶς πάνυ Γλαυκοθέαν ὠνόμασεν, ἣν Ἔμπουσαν ἅπαντες ἴσασι καλουμένην, ἐκ τοῦ πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν δηλονότι ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τυχοῦσαν. *Matrem vero magnifice prorsus Glaucotheam nominavit, quam sciunt omnes vocatam Empusan, inde videlicet id nomen adeptam, quod omnia faceret patereturque.* Ubi Scho-

D liastes. Τοιαύτη γὰρ ἡ πάλαι Ἔμπουσα. *Talis enim quondam Empusa.* Videndus præter Grammaticos alios Eustathius *in Dionysium*. Elegantissimus autem locus apud Aristophanem *Ranis*, Act. I. Sc. VI.

ΞΑ. Καὶ μὴν ὁρῶ νὴ τὸν Δία θηρίον μέγα.
ΔΙ. Ποῖόν τι. ΞΑ. Δεινόν. παντοδαπὸν γοῦν γίνεται.
Τοτὲ μέν γε βοῦς, νυνὶ δ᾽ ὀρεὺς, τοτὲ δ᾽ αὖ γυνὴ
Ὡραιοτάτη τις. ΔΙ. Ποῦ ἐστι; φέρ᾽ ἐπ᾽ αὐτὴν ἴω.
ΞΑ. Ἀλλ᾽ οὐκέτ᾽ αὖ γυνή ἐστιν, ἀλλ᾽ ἤδη κύων.
ΔΙ. Ἔμπουσα τοίνυν γ᾽ ἐστιν. ΞΑ. πυρὶ γοῦν λάμπεται
Ἅπαν τὸ πρόσωπον, καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.
ΔΙ. Νὴ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον.

E XA. *Et sane video per Jovem animal magnum.*
DI. *Quale istud?* XA. *Horridum. omnigenum igitur existit.*
Modo quidem bos, nunc vero asinus agrestis, rursus fœmina
Pulcherrima aliqua. DI. *Ubi est? age, ad illam eo.*
XA. *Sed non amplius fœmina est, verum jam canis.*
DI. *Empusa igitur est.* XA. *igne igitur splendet.*
Omnis ejus facies, & crus habet æneum.
DI. *Per Neptunum, & stercoreum alterum.*

Ubi vide Scholiasten. Et ecce e duobus pedibus

F unus erat æneus, alter stercoreus; vel, ut alii volunt, asininus. Unde Ὀνοκώλη, & Ὀνόκωλος, dicebatur. Suidas ubi de ea agit. Ἐκαλεῖτο δ᾽ αὕτη καὶ Ὀνοκώλη. *Vocabatur autem hæc etiam Onocole, vel asini membrum.* Et postea. Ὀνοκώλη δὲ, ὅτι ὄνου πόδα ἔχει. *Onocole autem, quia habet asini pedem.* Scholiast. Aristoph. *loco citato.* Ἔνιοι δὲ ὄνου σκέλος λέγουσι, διὸ παρά τισι καλεῖσθαι Ὀνόκωλον. *Nonnulli igitur asini crus dicunt; idcirco ab aliis vocari Onocolon.* Corrigendus Auctor *Etymologici*. Ἐκαλεῖτο δὲ αὕτη καὶ Ὀνοκώλη. *Vocabatur autem hæc etiam Onocole.*

Perperam hodie editur, Καὶ Ονοπόλη. Dicebatur in varias formas se mutare. Habes in *citatis* Aristophanis *verbis*; & apud Lucianum *De Saltat.* Εἰκάζειν δὲ χρὴ καὶ Εμπουσαν τὴν ἐς μυρίας μορφὰς μεταβαλλομένην. *Suspicari vero oportet quoque Empusam illam in mille formas mutari solitam.* Credebatur porro ejus spectrum ab Hecate immitti hominibus infelicibus. Harpocration. Εμπουσαν. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. φάσμα τί φασιν εἶναι τῆς Εκάτης, ὅπερ σοιχοῦσιν ἐφαίνετο. *Empusam. Demosthenes pro Ctesiphonte; spectrum quoddam dicunt esse Hecatæ, quod ambulantibus apparebat.* Sed corruptus sine dubio ille locus, ac duo verba in unum coaluerunt. Rescribendum omnino censeo, Οπερ τοῖς δυστυχοῦσιν ἐφαίνετο, *quod infelicibus apparebat.* Vide totidem verbis apud Suidam, Εμπουσα, φάντασμα δαιμονιῶδες, ὑπὸ τῆς Εκάτης ἐπιπεμπόμενον, καὶ φαινόμενον τοῖς δυστυχοῦσιν. *Empusa, spectrum divinum, ab Hecate immissum, & apparens infelicibus.* Et Etymolog. Αλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι φάντασμα ἦν τῆς Εκάτης, τοῖς δυστυχοῦσι φαινόμενον. *Alii vero dicunt, phantasma esse Hecatæ, infelicibus apparens.* Etiam virgines immaturas territare putabatur. Hesychius, Γελὼ, εἴδωλον Εμπούσης τὸ τῶν δώρων τῶν παρθένων. *Gello, imago Empusæ, quæ pertinet ad munera virginum.* Sed corrupta ista verba sic emendo, Γελλὼ, εἴδωλον Εμπούσης, τὸ τῶν ἀώρων τῶν π. *Gello, imago Empusæ, immaturarum virginum.* De Gellone vide quæ olim annotavimus in *Auctario Libri de Gloria*, cap XXXIV. Accipiebatur etiam pro quolibet terriculamento. Apud Gregorium Nazianzenum in *Carmine*.

Εμπουσα, μαινὰς, ὦ τάλαινα καρδία.
Εμπουσα, μαινὰς, ποῖ φέρεται ἡδοναῖς,
Empusa, Mænas, miserum cor.
Empusa, Mænas, quo vergat voluptatibus.

Et apud Simmiam in *Poematio*, cui titulus Βωμός

Σποδεύνας ἶνις Εμπούσας χόρος.
Cinericio lecto proles Empusæ satietas.

Sed, ut per occasionem dicam, illud Poemation anne Simmiæ Rhodii? Res ambigua est; & alii Theocrito id adscribunt. Nec scio an recte. Certe Suidas, qui de utriusque scriptis agit, in neutro agnoscit. Vis verum tibi Auctorem ut dicam? Invenio eum, sed corrupto valde loco, apud Scholiasten Theocriti ad illud ipsum Poemation, de quo disputamus. Is reperitur in editione Veneta, quæ prodiit ex officina Farrea, an. M. D. XLIII. Nam, ut scias, in Romana, & nupera Lugduno-Batava, non comparet. In eo igitur Scholiaste in ipso principio ita legitur. Ο διὰ τῶν μέτρων ὁτοσὶ βωμὸς Ωδιάδου τινὸς εὕρημα. *Illa per versiculos ara Odiadæ alicujus inventum.* Inde ego verum nomen eruo. Οὑτοσὶ βωμὸς Δωσιάδου τινὸς εὕρημα. *Illa ara Dosiadæ alicujus inventum.* Et profecto nemo est alius, quam Dosiades. Habe vadem Lucianum in extremo *Lexiphane*. Ημεῖς δὲ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν, τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα. τὰ δὲ σὰ, ὡς πεζὰ μέτροις παραβάλλειν, καθάπερ ὁ Δωσιάδου βωμὸς ἂν εἴη, καὶ ἡ τοῦ Λυκόφρονος Αλεξάνδρα, καὶ εἴ τις ἔτι τούτων τὴν φωνὴν κακοδαιμονέστερος. *Nos autem neque poetas laudamus, qui secundum voces absconditas scribunt carmina: tua vero, ut pedestria metris comparentur, tanquam Dosiadæ ara sit, & Lycophronis Alexandra, & si quis illis etiam quod ad locutionem infaustior.* Ecce comparat propter obscuritatem cum Lycophronis *Alexandra*, quæ a Veteribus ideo etiam Σκοτεινὸν ποίημα *obscurum poema* dicebatur. Ac sane Aram nihil Alexandræ concedere verborum obscuritate, facile concedet, qui utramque legit. Ergo vere de Auctore ejus arbitratum me censeo.

CAP. XVIII.

Εξαίρεσις, *locus Athenis.* Εξαιρέσεως δίκη. *Suidas emendatus semel, atque iterum. Harpocrationis locus restitutus.*

LOCUS Athenis erat, Εξαίρεσις *Exemptio* dictus, quod illic exemptas navibus, aut curribus, sarcinas seponerent. *Etymologici* Auctor. Εξαίρεσις, τόπος τὶς Αθήνησιν, ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία, ἀπετίθεντο. *Exemptio, locus quidam Athenis, ubi sarcinas, quas exoneraverant, deponebant.* Alia erat Εξαίρεσις in re forensi, unde Εξαιρέσεως δίκη, *Exceptionis judicium.* Res nota ex Grammaticis, & obvia apud Oratores. Tantum corrigendus Suidæ corruptus locus. Εξαιρέσεως. δοτικῇ. ὁπότε τὶς ἄγοι μέν τινα ὡς δοῦλον. ἄλλος δέ τις αὐτὸν ὡς ἐλεύθερον ἐξαιροῖτο. *Exceptionis. dativo. quando quis ducat aliquem quidem ut servum; alius vero quis eum ut liberum eximat.* Rescribo, Εξαιρέσεως δίκη. ὁπότε τὶς ἄ. *Exemptionis judicium; quando quis d.* Apud eundem mendum quoque *in* Εξεγγύησις, Εξεγγύησις, τὶ ἐκπλέσαι τινὰ διὰ τῆς ἐγγυητῶν καταστάσεως. *Exengyesis, aliquid consummare aliquem per fidejussorum constitutionem.* Nunc ad Harpocrationem transeamus. Apud illum *in* Επαιρόμενος locus mutilus est. Επαιρόμενος, ἀντὶ τοῦ, ἐπανατεινόμενος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ἐν δὲ τῷ πρὸ *** ἐπ' ἄλλου σημαινομένου φησὶν, ἢ κέρδεσιν δι' ἀπειρίαν ἐπαιρομένους. *Attolens, hoc est, intentans. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Sed in oratione pro *** in alio significatu ait, aut lucrari per imperitiam sublatos.* In Vaticano Codice erat, Εν δὲ τῷ ἑτέρῳ. Inde Maussacus conjiciebat, Εν δὲ τῷ ἑτέρῳ. *sed in alia.* Itaque edit, tanquam sine lacuna ulla locus esset. Ergo vero ita restituendum, ac supplendum, censeo, Εν δὲ τῷ πρὸς Αφοβον ἐπ' ἄλλου σημαινομένου φησὶν, ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους. *Sed in illa contra Aphobum in alio significatu ait, aut lucris per inopiam sublatos.* Locus, quem designat, in Oratione *contra Aphobum* III. iste est. Οἶδ' οὖν ὅτι πάντες ἂν ὁμολογήσατε, τοὺς ψευδομαρτυροῦντας, ἢ κέρδεσι δι' ἀπορίαν ἐπαιρομένους. ἢ καὶ δι' ἑταιρίαν, ἢ καὶ δι' ἔχθραν τῶν ἀντιδίκων, ἐθέλειν ἄν τι τοιοῦτον ποιῆσαι. *Scio igitur vos omnes confessuros, falsos testes aut lucris per inopiam sublatos, aut etiam per societatem, aut etiam per inimicitiam adversariorum, velle aliquid tale facere.*

CAP. XIX.

Εκφυλλοφορεῖν. *Mos Athenienfium. Joannis Tzetzæ error. Xenotimi fraus. Polyeuctus* ἐκφυλλοφορηθεὶς, *& Dinarchi in eum Oratio.*

ATHENIS qui senatu movendi essent, latis per folia, calculorum vice, sententiis eo movebantur; idque Εκφυλλοφορεῖν vocabant. Harpocration *in* Εκφυλλοφορῆσαι. Ει ἐδόκει τις τῶν βουλευτῶν ἀδικεῖν, διεψηφίζετο ἡ βουλὴ περὶ αὐτοῦ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βουλεύειν. ἀντὶ δὲ ψήφων, φύλλοις ἐχρῶντο, δι' ὧν ἕκαστος ἐπεσημαίνετο τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. *Si quis senatorum videbatur inique agere, suffragia de eo ferebat senatus, an oporteret eum non amplius fungi officio senatoris. Sed pro calculis utebantur foliis, per quæ unusquisque significabat suam sententiam.* Mentio ejus moris apud Æschinem in Τιμάρχου. Εὰν μὲν ἡ βουλὴ καταγνοῦσα τουτουὶ ἀδικεῖν, καὶ ἐκφυλλοφορήσασα δικαστηρίῳ παραδῷ, δότε τὴν δωρεὰν αὐτοῖς. *Siquidem senatus condemnans eum injuste agere, & foliis sententias ferens judicio tradat, date hoc donum illis.* Et mox, Μετὰ ταῦτα, ὡς ἐπανῆλθεν ἡ βουλὴ εἰς τὸ βουλευτήριον,

ἐξεφυλλοφόρησεν αὐτόν. *Post hæc, ubi rediit senatus in curiam, foliis sententia lata eum ejecit*. Meminit etiam Demosthenes κατὰ Νεαίρας. Errat Joannes Tzetzes *Chil.* XIII. *cap.* CCCCLXXXIX.

Εκφυλλοφόρησιν δ' αὐτὴν οὕτω καλοῦμεν πάλιν.
Εν τόποις, οἷς οὐχὶ παρῆν ἐφεύρεσις ὀστράκων,
Εἰς φύλλα παρενέγραφον, ὥσπερ ἐν τοῖς ὀστράκοις.
Καὶ τὰ λοιπὰ ἐτέλουν δὲ, ὡς ἐν ὀστράκοις ἔφην.
Μόνον ἐς τὸ Κυνόσαργες τὰ φύλλα οὐκ ἐῤῥίπτουν,
Εἰς τόπον στέγειν φύλλα δὲ δυνάμενον, καὶ κρύπτειν.

Expulsionem per folia hanc ita vocamus rursum:
In locis, quibus nondum aderat adinventio testarum,
In foliis conscribebant, tanquam in testis.
Et vero reliqua peragebant, ut in testis dixi.
Tantum in Cynosarges folia non conjiciebant,
Sed in locum qui tegere folia poterat, & abscondere.

Neque enim per defectum testarum adhibita folia, ut tradit; verum calculorum vicem. Apparet in *citatis* Harpocrationis *verbis*; quibus respondent illa Suidæ. Αντὶ δὲ τῆς ψήφου φύλλοις ἐπεσήμαινε τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἕκαστος, ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ. *Sed pro calculo foliis significabat suam sententiam quisque, prout testa in ostracismo*. Ubi observa. Quemadmodum testularum usus in ostracismo erat, ita foliorum in ecphyllophoresi. Jam Οστρακισμὸς erat populi, & ἐκφυλλοφόρησις senatus. Observare est etiam apud Pollucem *lib.* VIII. *cap.* V. Καὶ ἡ βουλὴ δὲ τῶν πεντακοσίων φύλλοις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο. κοινῇ μέντοι πᾶς ὁ δῆμος ὀστράκοις ἐψηφίζετο· *Et senatus autem quingentorum foliis pro calculis utebatur. communiter tamen omnis populus suffragia ferebat per testas*. Primitus quidem fabis utebantur, sed, postquam fraudem Xenotimus fecisse deprehensus esset, cœpta folia earum loco adhiberi. Commemorat rem omnem *Etymologici* Auctor. Εἴ ποτέ τις τῶν πολιτῶν ἀδικεῖν ἐδόκει, καὶ ἀνάξιος εἶναι τοῦ συνεδρίου τῶν πεντακοσίων, ἐσκόπει περὶ αὐτοῦ ἡ βουλὴ, εἰ χρὴ αὐτὸν μηκέτι βουλεύειν, ἀλλ' ἐλαθῆναι καὶ τοῦ συνεδρίου. ἀντὶ δὲ τῆς ψήφου, φύλλοις ἐχρῶντο, ἐν οἷς ἐπεσήμαινε τὴν αὐτοῦ γνώμην ἕκαστος, ὥσπερ ὀστράκῳ ἐπὶ τοῦ ὀστρακισμοῦ. καὶ ἐλέγετο ἐπὶ τούτου ἐκφυλλοφορῆσαι. Μετὰ δὲ τὸ ἁλῶναι Ξενότιμον τὸν ὑπηρέτην ἐν τοῖς κυάμοις, οὕτως ἡ τῶν φύλλων ἐπενοήθη. *Si quando civis aliquis injuste agere videbatur, & indignus esse cœtu quingentorum, consultabat de eo senatus, si oporteret eum non amplius senatui interesse, sed pelli etiam cœtu. Sed pro calculo foliis utebantur, in quibus significabat suam quisque sententiam, prout testa in ostracismo; & in ea re dicebatur expellere per folia. Sed postquam Xenotimus minister deprehensus est in fabis, ita foliorum usus fuit excogitatus*. Damnatus fuit, lata per folia in hunc modum sententia, Polyeuctus. Itaque inter Dinarchi Orationes una inscripta fuisse legitur, Κατὰ Πολυεύκτου ἐκφυλλοφορηθέντος. Observo apud Dionysium Halicarnasseum, qui in *Dinarcho* enumerat eam secundo loco inter Orationes illius genuinas publicas. Meminit quoque Harpocration *in* Εκφυλλοφορῆσαι.

CAP. XX.

Eleusis heros, Eleusini populo nomen dedit. Ejus uxor. Hesychii locus restitutus.

INTER nobilissimos Atticæ populos Eleusis erat. Huic nomen ab Eleusine Mercurii filio datum volunt. Pausanias in *Atticis*. Ελευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα καὶ Δαείρας Ωκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι· τοῖς δέ ἐστι πεποιημένα Ωγυγον εἶναι πατέρα. *Eleusina vero heroem, a quo* A *urbem nominant, alii quidem Mercurii filium & Dairæ Oceani filiæ dicunt: ab aliis vero compositum est, patrem esse Ogygum*. Harpocration *in* Ελευσίνια. Ωνομάσθη δὲ ἡ πόλις Ἐλευσὶς, ἀπὸ Ἐλευσῖνος τοῦ Ἑρμοῦ: *Nominata vero est urbs Eleusis ad Eleusine Mercurii filio*. Hyginus *Fab.* CCLXXV. *Eleusinus Mercurii filius (condidit) Eleusinem*. Et observa in Hygini verbis, Eleusinem condidisse urbem cognominem; quod tamen Pausanias & Harpocration non dicunt. Alii tradunt, condidisse Triptolemum, Eleusinis filium, & a patre nomen dedisse. In his Servius *ad Georgic.* I. *Triptolemo regnum (Cephalus) tradidit, qui accepto regno oppidum constituit, & ex patris nomine Eleusinem appellavit*. Uxor vero Eleusino huic Cyntinia. B Apud eundem Servium *loco citato: Ceres cum Proserpinam filiam quæreret, ad Eleusinum regem devenit, cujus uxor Cyntinia puerum Triptolemum pepererat*. Hygino Cothonea nuncupatur, *Fab.* CXLVII. ubi totidem pene verbis eadem habes. Corrigendus per occasionem locus Hesychii, hactenus mutilus, & turbatus. Ita editur. Ελεύθω, ἔρχομαι. Εἰλείθυια. Ελευσίνια, ἀγὼν θυμελικός. *Eo, venio. Ilithyia. Eleusinia certamen scenicum*. Restituo, Ελεύθω, ἔρχομαι. Ελευθώ, Εἰλείθυια. Ελευσίνια, ἀγὼν θ. *Eo, venio. Eleutho, Ilithyia. Eleusinia certamen sc.*

C

CAP. XXI.

Aristophanis Βαβυλώνιοι. *Ea Comœdia quando acta, & per quem, quoque archonte. Apostolius correctus. Pedieus archon. Lysiæ Oratio* κατὰ Μικίνου, φόνου. *Harpocration, Athenæus, & Priscianus emendati.* Αφύαι *meretrices.*

INTER Aristophanis Comœdias una est, Βαβυλώνιοι inscripta. Eam docuit per Callistratum. Exstat ea de re locus apud Apostolium in Σαμίων ὁ δῆμος, *Samiorum populus*, sed corruptissimus. D Τοὺς δὲ Αθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Αρχῖνος ὁ Αθηναίου ἐπὶ ἄρχοντος Αυκλείδου. τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Αριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Αὐκλείδου καὶ Απικλέους. *Athenienfibus autem persuasit Archinus Athenæi filius uti literis Jonum archonte Euclide. Babylonios vero docuit per Callistratum Aristophanes annis ante Euclidem & Epicleum*. Nam quot annis ante Eucliden archontem acta ea Fabula? Excidit numerus. Deinde sub quo archonte? Corruptum hic nomen ejus. Restituo, Ατεσι πρὸ τοῦ Αὐκλείδου κα'. ἐπὶ Αὐκλέους. *annis ante Euclidem viginti uno sub Eucleo*. Ita diserte apud Suidam E est, ubi illud ipsum proverbium explicatur. Sed de archonte an rectum putabimus? Plane nego. Fuit Euclides hic archon Athenis Olymp. LXXXVIII. anno II. quem XXI. annis, id est, IV. Olymp. LXXXII. in eodem magistratu præcessit Pedieus; ut videre est apud Anonymum in *Descript. Olymp.* & Diod. Sic. *lib.* XII. Ergo clarus error utriusque. A Comico Athenienfi ad Oratorem Lysiam transeamus. Inter ejus Orationes quædam fuit, Κατὰ Μικίνου, φόνου. *Contra Micinam, cædis*. Is titulus apud Harpocrationem *in* Επιβλῆτας. F Corrigo, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου, φόνου· εἰ γνήσιος. *Lysias in oratione contra Micinam cædis; si genuina*. Hodie editur, Εν τῷ κατὰ Νικίου φ. *in oratione contra Niciam cap.* Leve item mendum apud Athenæum *extremo* VIII. Συνδείπνιον εἴρηκεν ἐπὶ συμποσίου Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου φόνῳ. *Concœnium dixit de convivio Lysias in cæde contra Micinam*. Rescribe, Κατὰ Μικίνου, φόνου. *Contra Micinam, cædis*. Aliquanto gravius corruptus Priscianus *libro decimo octavo*. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Μικίνου· φόνου οὐ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλε

λείψεται. *Lysias in oratione contra Micinam. cædem non ad meretrices Apias pertinere creditam prætermittet.* Ac primo rescribendum, Ἐν τῷ κατὰ Μικίνου, φόνου· οὐ πρὸς ἑ. *in oratione contra Micinam, cædis. non adm.* Deinde quid est illud? Πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα. *ad meretrices Apias pertinere creditam.* Restituo, Πρὸς ἑταίρας Ἀφύας ἀνήκειν δ. *ad meretrices Aphyas pertinere c.* Erant Athenis meretrices quædam, Ἀφύαι cognominatæ. Hyperides in *Orat.* Κατὰ Ἀρισταγόρας, apud Athenæum *lib.* XIII. Καὶ πάλιν τὰς Ἀφύας καλουμένας τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκαλέσατο. *Et rursus Aphyas vocatas eodem modo vocavit.* Fuerunt autem duæ sorores; quarum nomina, Anthis & Stagonium. Apollodorus *ibidem* apud eundem Athenæum. Σταγόνιον, καὶ Ἄνθις, ἀδελφαί. αὗται Ἀφύαι ἐκαλοῦντο, ὅτι καὶ λευκαὶ καὶ λεπταὶ οὖσαι, τοὺς ὀφθαλμοὺς μεγάλους εἶχον. *Stagonium & Anthis, sorores. Hæ Aphyæ vocabantur, quod & candidæ & graciles quum essent, haberent oculos magnos.* Meminit Suidas. Ἀφύαι, ὀνόματα ἑταιρῶν ἀδελφῶν δύο παρὰ Ὑπερίδῃ. *Aphyæ, nomina meretricum sororum duarum apud Hyperiden.* Et Harpocration. Ἀφύαι. Ὑπερίδης κατ' Ἀρισταγόρας ἔστι δὲ καὶ ὀνόματα ἑταιρῶν γυναικῶν ἀδελφῶν δύο. *Aphyæ. Hyperides contra Aristagoram. Sunt autem nomina meretricum mulierum duarum sororum.* Ita rectissime locum illum emendandum censet Maussacus, novum Galliæ suæ ornamentum.

CAP. XXII.

Minervæ, & Pandrosi, conjuncta templa; item sacra. Philochori locus apud Harpocrationem emendatus. Olea in Pandrosi templo, a Minerva plantata. Ἐπίβοιον. *Suidas correctus. Juramentum per Pandrosum.*

LOCUS Philochori est e secundo, scilicet τῆς Ἀτθίδος, apud Harpocrationem *in* Ἐπίβοιον. Ita habet. Ἐὰν δέ τις τῇ Ἀθηνᾷ θύῃ βοῦν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τῇ Πανδώρᾳ θύειν οἶν μετὰ βοός, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ θῦμα ἐπίβοιον. *Si quis vero Minervæ immolet bovem, necesse est etiam Pandoræ immolare ovem cum bove, & vocabatur istud sacrificium Epibœum.* Totidem verbis, sed omisso Philochori nomine, transcripserunt *Etymologici* Auctor, & Suidas. Sed in mendo Philochori locum esse, affirmare audeam. Nam Pandoram quidem inter Erechthei filias unam fuisse non ignoro, quæ pro salute publica a patre mactata cum sorore Protogenia. Qua de re Suidas *in* Παρθένοι. Sed an huic divini honores habiti fuerint pariter cum Minerva? Non memini legere. Si quid judico, legendum potius, Καὶ τῇ Πανδρόσῳ θύειν, *etiam Pandroso immolare.* Pandrosus, ut notum, filia fuit Cecropis, cui Athenienses divinos post mortem honores habuerunt; ac templum Minervæ conjunctum dedicarunt. Observo apud Pausaniam in *Atticis*. Τῷ ναῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι. *Templo autem Minervæ vicinum est Pandrosi templum.* Et apparet in istis quoque verbis Philochori Ἀτθίδος *lib.* IX. Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διός, τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκειτο. *Canis in Poliadis templum ingressa, & procedens in Pandrosium, ascendens in aram Hercei Jovis, quæ est sub quercu, jacebat.* Exstat præclarum hoc fragmentum apud Anonymum in *Descript. Olymp.* Et observa ibidem in Pandrosi templo oleam. Eam illic a Minerva plantatam ferebant. Docet id nos Apollodorus *lib.* III. Μετὰ δὲ τοῦτον ἧκεν Ἀθηνᾶ. καὶ ποιησαμένης τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. *Post hunc vero venit Minerva; & quum fecisset apprehensionis testem Cecropem, panxit olivam, quæ nunc in Pandrosio ostenditur.* Atqui ut templa, ita sacra quoque conjuncta habebant Minerva & Pandrosus; cumque Minervæ bove fieret, Pandroso quoque ove factum. Id autem sacrum Ἐπίβοιον, sive Ἐπίβοον, nuncupatum; quod post bovem, Minervæ immolatum, fieri soleret. Apud Suidam est. Ἐπίβοον, ἐκ τοῦ βοὸς θυσία. *Epiboum, ex bove sacrificium.* Scribe, Ἐπίβοον, ἐπὶ τοῦ β. θ. *Epiboum, supra bovem s.* Certe Pandrosi sacrorum meminit etiam Athenagoras Orat. *pro Christ.* Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι, καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖν, ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. *Et Agraulo Athenienses & initiationes & mysteria celebrant, & Pandroso, quæ existimatæ fuerunt impie agere aperienda cista.* Juratum item per eam video. Ecce Stratyllus apud Aristophanem. *Lysistrata.*

Εἶτ' ἄρα, νὴ τὴν Πάνδροσον, ταύτῃ μόνον
Τὴν χεῖρ' ἐπιβαλεῖς, ἐπιχεσεῖ πατούμενος.

Dein utique, per Pandrosum, huic solum
Manum injicies, oppedet calcatus.

CAP. XXIII.

Hippocrates, dux exercitus Atheniensium in prœlio ad Delium. Andocides emendatus. Pagondas Bœotarcha; & quidam ejus nominis alius. Diodorus Siculus restitutus, item Cicero, & Harpocration.

NOTUM ex Historia Græca prœlium Atheniensium apud Delium, Bœotiæ urbem. In eo dux exercitus Hippocrates mortem oppetiit. Corruptus ea de re Andocidis locus, Orat. Κατὰ Ἀλκιβιάδου. Τελευτήσαντος Ἱππονίκου, στρατηγοῦντος ἐπὶ Δηλίῳ. *Mortuo Hipponico, qui dux militum fuerat ad Delium.* Item aliter ibidem. Ἵνα τὸν οἶκον τὸν Ἱππονίκου κατάσχῃ. *Ut domum Hipponici obtineret.* Utrobique rescribendum, Ἱπποκράτους. Ecce apud Pausaniam in *Bœoticis*. Ὕστερον μέντοι καὶ Θηβαίοις νίκη κατ' Ἀθηναίων ἐπὶ Δηλίῳ τῷ Ταναγραίων ἐγένετο. καὶ Ἱπποκράτης τε ὁ Ἀρίφρονος. ὃς στρατηγὸς ἦν Ἀθηναίοις, καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς τὸ πολὺ ἔπεσε. *Postea tamen & Thebanis victoria contra Athenienses ad Delium Tanagræorum contigit: & Hippocrates Priphronis filius, qui dux erat Atheniensibus, & reliquæ militiæ magna pars cecidit.* Plutarchus in *Nicia*. Ἐν δὲ Δηλίῳ χιλίους αὐτῶν ἀπέβαλον, Ἱπποκράτους ἡγουμένου. *In Delio autem mille suorum amiserunt Hippocrate duce.* Xenophon *Memorab.* lib. III. Ἀλλ' ὁρᾷς, ὅτι ἀφ' οὗ ἥ τε σὺν Τολμίδῃ τῶν χιλίων ἐν Λεβαδείᾳ συμφορὰ ἐγένετο, καὶ ἡ μεθ' Ἱπποκράτους ἐπὶ Δηλίῳ, ἐκ τούτου τεταπείνωται μὲν ἡ τῶν Ἀθηναίων δόξα πρὸς τοὺς Βοιωτούς. *Sed vides, ab eo tempore, quo cum Tolmida calamitas illorum mille in Lebadia contigit, atque illa cum Hippocrate ad Delium, imminutam esse gloriam Atheniensium contra Bœotos.* Videndi quoque Thucydides *lib.* IV. Diod. Siculus *lib.* XII. & Hesychius *in* Δήλιον. Sed ut ducis Atheniensium in illa pugna corruptum nomen apud Andocidem, ita Bœotarchæ etiam apud Diodorum, *loco citato*. Παντοιάδας δὲ, ὁ τῶν Βοιωτῶν ἔχων τὴν στρατηγίαν, ἐξ ἁπασῶν τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν πόλεων μεταπεμψάμενος στρατιώτας, ἧκε πρὸς τὸ Δήλιον μετὰ πολλῆς δυνάμεως. *Sed Pantœadas, Bœotorum præturam gerens, ex omnibus Bœotiæ urbibus concito milite, venit ad Delium cum magno exercitu.* In aliis codicibus scribitur, Παντώδας δὲ, *Pantodas autem.* Quæ lectio propius a vera abest. Restituo, Παγώνδας δὲ, *Pagondas autem.* Thucydides *libro citato*. Παγώνδας ὁ Αἰολάδου Βοιωταρχῶν ἐκ Θηβῶν. *Pagondas Æoladæ Prætor Bœotorum ex Thebis.* Et occurrit illic pluries. Athenæus *lib.* V. Εἰ γὰρ καὶ τὸ Δήλιον ᾔρηκε Σωκράτης, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδικος ὁ Κρατήτειος, ἐν τοῖς πρὸς τὸν Φιλοσω-

κράτην. ἅμα τοῖς πολλοῖς ἀσχημόνως ἀνέφυγε, Παγώνδου δύο τέλη περιπέμψαντος τῶν ἱππέων ἐκ τοῦ ἀφανοῦς περὶ τὸν λόφον. *Etsi enim Delium quoque ceperit Socrates, ut narrat Herodicus Cratettius, in ſcriptis ad Socratis amicum, ſimul cum vulgo indecenter aufugit, Pagonda duas alas equitum clanculum circummittente circa collem.* Reſtituendum quoque hoc nomen apud Ciceronem *De Leg.* lib. II. *Atqui omnia nocturna, ne nos duriores forte videamur, in media Græcia Pagondas Thebanus lege perpetua ſuſtulit.* Hodie editur, *Diagondas Thebanus*. Alius eſt Pagondas, etiam Thebanus, quem curru viciſſe Olympiade XXV. narrat Pauſanias *Eliac.* I. Πέμπτῃ δὲ (Ολυμπιάδι) ἐπὶ ταῖς εἴκοσι κατεδέξατο ἵππων τελείων δρόμον, καὶ ἀνηγορεύθη Θηβαῖος Παγώνδας κρατῶν ἅρματι. *Quinta vero (Olympiade) ſupra viginti ſuſcepit equorum integrorum curſum, & renuntiatus fuit Thebanus Pagondas victor curru.* Et Anonymus in *Deſcriptione Olymp.* iſta Olympiade. Παγώνδας Θηβαῖος ἅρματι τελείῳ πρῶτος. *Pagondas Thebanus curru integro primus.* Apparet ergo, nomen Thebanum eſſe Παγώνδας. Sed in prælii ejus mentionem corruptus hodie Harpocrationis locus. Δήλιον, χωρίον ἐστὶ τῆς Βοιωτίας· ἐνταῦθα Αθηναῖοι μαχόμενοι ἐνικήθησαν ὑπὸ Βοιωτῶν καθά φησι Θουκυδίδης ἐν πρώτῃ. *Delium, regiuncula eſt Bœotiæ. Illic Athenienſes pugnantes victi ſunt ab Bœotis, ſicut ait Thucydides in prima.* Reſcribendum ajo, κ. φ. Θ. ἐν τετάρτῃ. *ſ. a. T. in quarta.* Nam hoc prælium commemoratur a Thucydide *lib* IV. Ortum mendum ex confuſione nummorum α΄. & δ΄.

CAP. XXIV.

Επιδίετες ἡβῆσαι. Επιδιέτης. Harpocration, Suidas, & Iſæus, correcti.

APUD Athenienſes quid eſſet, Επιδίετες ἡβῆσαι, video controverſum. Alii, annum ſecundum poſt pubertatem agere, id eſt, decimum ſextum, interpretantur: alii, illud biennium ſtatuunt, quod in præſidio exigebant, poſtquam ephebos, id eſt, annum decimum octavum, exceſſiſſent. *Etymologici* Auctor. Επιδίετες ἡβῆσαι, τουτέστιν ἐτῶν ἑκκαίδεκα γενέσθαι. τὸ γὰρ ἡβῆσαι, μέχρι δεκατεσσάρων ἐστίν. ἄλλοι, ἔφηβοι παρὰ Αθηναίοις ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν γενόμενοι ἐλέγοντο· καὶ ἔμενον μὲν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα εἰς τὸ ληξιαρχικὸν ἐγράφοντο γραμματεῖον. *Poſt biennale pubeſcere, hoc eſt fieri annorum ſexdecim. Nam pubeſcere eſt uſque ad quatuordecim. alii, ephebi apud Athenienſes annorum octodecim facti dicebantur, & manebant quidem in ephebis per annos duos: deinde in album Lexiarchicum* (quo ſortiri poterant magiſtratum) *referebantur*. Harpocrationis hac de re locus gemino mendo inſeſſus. Επιδίετες ἡβῆσαι. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Δίδυμός φησιν, ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γενόμενοι, τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι τεσσαρεσκαίδεκά ἐστιν. ἀλλ' οἱ ἔφηβοι παρ' Αθηναίοις ὀκτωκαιδεκαετεῖς γίνονται, καὶ μένουσιν ἐν τοῖς ἐφήβοις ἔτη δύο. ἔπειτα τῷ ληξιαρχικῷ ἐγγράφονται γραμματείῳ, καθά φησιν Υπερίδης ἐν τῷ πρὸς Χάριτα ἐπιτροπικῷ. Επειδὴ δὲ ἐνεγράφην ἐγὼ, καὶ ὁ νόμος ἀπεδέδωκε τὴν κομιδὴν τῶν καταλειφθέντων τῇ μητρὶ, ὃς κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης, τοὺς ἄπαιδας, ἐπειδὰν ἐπιδίετες ἡβῶσιν. *Poſt biennale pubeſcere. Demoſthenes in ſermone contra Stephanum. Didymus ait pro eo, ſi ſexdecim annorum facti. Nam pubeſcere eſt uſque ad quatuordecim. Sed ephebi apud Athenienſes fiunt octodecennes, & manent in ephebis annos duos, deinde Lexiarchico inſcribuntur albo, prout ait Hyperides in tutorio ſermone contra Charetem: Poſtquam vero inſcriptus ego fui, & lex indulſit curam eorum quæ matri relicta erant, quæ jubet auctores eſſe mulieris, ad quam pertinet hæreditas, ac totius patrimonii, illos qui ſine liberis eſſent, poſtquam poſt biennale pubeſcant.* Ac initio emendandum, Αλλοι, ἔφηβοι παρ Α΄. *Alii, ephebi apud A.* Vult dicere, diverſam aliorum de ejus phraſeos ſignificatione ſententiam eſſe; ut recte eſt apud *Etymologici* Auctorem. Eodem mendo laborat Suidas, obiter itidem corrigendus. Deinde in fine, in Hyperidæ verbis. Κελεύει κυρίους εἶναι τῆς ἐπικλήρου, καὶ τῆς οὐσίας ἁπάσης, τοὺς ἄπαιδας, ἐπειδὰν ἐπιδίετες ἡβῶσιν. *Jubet auctores eſſe mulieris, ad quam pertinet hereditas, & totius patrimonii, eos qui ſine liberis ſunt, poſtquam poſt biennale pubeſcant.* Legendum cenſeo, Τοὺς παῖδας, ἐπειδὰν ἐ. ἡ. *Filios, poſtquam p. b. p.* Nam lex de ipſis liberis loquebatur, qui annos octodecim exceſſiſſent; non de iis, qui liberos non haberent. Demoſthenis locus in *Oratione* II. Κατὰ Στεφάνου, quem reſpexit, iſte eſt, Εὰν δὲ ἐξ ἐπικλήρου τις γένηται, καὶ ἅμα ἡβήσῃ ἐπιδίετες, κρατεῖν τῶν χρημάτων, τὸν δὲ σῖτον μετρεῖν τῇ μητρί. *Si quis naſcatur ex muliere, cujus eſt hereditas, & ſimul poſt biennale pubeſcat, obtinere pecunias, frumentum vero admetiri matri.* Sunt verba legis. Corruptus quoque Iſæi locus *Orat.* Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Τῶν δὲ χρημάτων οὐκ ἂν ἄλλοι γενόμενοι παῖδες ἐκ τούτου καὶ ἐξ ἐκείνης, ὁπότε ἐπὶ διετὲς ἐβίωσαν. *Pecuniarum vero non alii nati filii ex hoc & ex illa, quando poſt biennale vixerint.* Reſtituo, Οπότε ἐπιδίετες ἥβησαν. *Quando poſt biennale pubeſcant.* Qui autem ea ætate eſſet, Επιδιέτης dicebatur. Pollux *lib.* I. *cap.* VII. Επιδιέτης δὲ, ἡβάσκων. ἢ, ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη. *Poſtbiennalis vero, pubeſcens; aut, ex ephebis duo anni.* Paucis verbis repræſentat utramque explicationem.

CAP. XXV.

Dyſcinetus, & Nicophemus, archontes Athenis; & quando. Demoſthenes emendatus. Idem qua ætate fuerit, moriente patre; ac quando natus. Plutarchi, & Photii, error indicatus.

LOCUS eſt Demoſthenis Orat. *in Steph.* II. ubi dicit, patrem ſuum obiiſſe Dyſniceto, Phormionem Athenienſem factum eſſe Nicodemo prætore. Ο δὲ πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Δυσνικήτου ἄρχοντος. ὁ δὲ Φορμίων Αθηναῖος ἐγένετο, ἐπὶ Νικοδήμου ἄρχοντος, δεκάτῳ ἔτει ὕστερον, ἢ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀπέθανε. *Pater autem mortuus eſt Dyſniceto archonte. Phormion autem Athenienſis factus eſt Nicodemo archonte, decimo poſt anno, quam pater meus mortuus fuit.* Sed corrupta ibi τῶν ἀρχόντων nomina. Ac primo legendum, ἐπὶ Δυσκινήτου ἄρχοντος, *Dyſcineto archonte*. Summum Athenis magiſtratum geſſit Dyſcinetus hic Olymp. CII. an. III. Ita docet Anonim. in *Deſcript. Olymp.* iſta Olymp. iſto anno. Neque aliter nominatur a Diod. Siculo *l.* XV. Τοῦ δὲ ἐνιαυσιαίου χρόνου διεληλυθότος, Αθήνησιν ἦρχε Δυσκίνητος. *Annuo tempore elapſo archon fuit Athenis Dyſcinetus.* Et Pauſanias *Meſſeniacis*. Κατῆλθον δὲ εἰς Πελοπόννησον οἱ Μεσσήνιοι, καὶ ἀνεσώσαντο τὴν αὐτῶν, ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον μετὰ Εἴρας ἅλωσιν· Δυσκινήτου μὲν ἄρχοντος Αθήνησιν, τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑκατοστῆς Ολυμπιάδος. *Deſcenderunt vero in Peloponneſum Meſſenii, & ſuam regionem conſervarunt ſeptem & octoginta & ducentis annis poſt Iræ expugnationem, Dyſcineto quidem archonte Athenis, tertio autem anno ſecundæ & centeſimæ Olymp.* Decennio poſt factus eſt Athenien. Phormio, archonte Nicophemo, anno quarto Olympiadis centeſimæ quartæ. Ecce ſeriem eo intervallo archontum, I. Dyſcinetus, II. Lyſiſtratus, III. Nauſigenes, IV. Polyzelus, V. Cephiſodorus, VI. Chion, VII. Timocrates, VIII. Chariclides, IX. Molon, X. Nicophemus. Ergo in Demoſthenis ſequentibus ver-

bis rescribendum quoque, Ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος, *Nicophemo archonte*. Ita nominat Anonymus, quem laudavi, & Diodorus etiam Siculus in fine *libri citati*. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Νικοφήμου, τὴν ὑπατικὴν ἀρχὴν ἐν Ῥώμῃ διέλαβε Γάϊος Σελπίκιος καὶ Γάϊος Λικίννιος. *Archonte autem Athenis Nicophemo, consularem magistratum Romæ excepit C. Sulpicius & C. Licinius*. Observa autem de morte patris, quam ait Demosthenes incidisse in magistratum Dyscineti. Ergo amiserit patrem Orator puer fere, & annos duntaxat undecim natus. Nam, ut ex eodem illo Anonymo discimus, natus est tribus annis post Aristotelem, Olympiadis XCIX. anno IV. cum magistratum supremum gereret Demophilus. Verba ejus, in istius temporis notatione, ecce ista. Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη, τρίτῳ ἔτει μετὰ Ἀριστοτέλη. *Demosthenes orator natus est tertio anno post Aristotelem*. Huic consentit Dionysius Halicarnasseus in Epistola *ad Ammæum*, ubi natum eum dicit anno ante Olympiadem centesimam. Οὗτος (ὁ Δημοσθένης) ἐγεννήθη μὲν ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Hic (Demosthenes) natus est anno ante centesimam olympiadem*. Itaque sub Timocrate, qui præturam gessit Olymp. CIV. anno I. ipse ætatis jam annum impleverat XVII. Dionysius *ibidem*. Ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον. *Archonte autem Timocrate ingressus erat annum septimum decimum*. Idem Anonymus etiam notat. ΟΛ. ΡΔ. Α. ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ. Δημοσθένης ἔτος ἄγων ιζ'. *Ol.* CIV. I. *Timocrates. Demosthenes annum agens* XVII. Ergo errat Plutarchus lib. *De* X. *Rhet.* in *Demosthene*. Δημοσθένης Δημοσθένους καὶ Κλεοβούλης τῆς Γύλωνος θυγατρὸς, τὸν δῆμον δὲ Παιανιεὺς, καταλειφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. *Demosthenes Demosthenis & Cleobules, quæ filia Gylonis, populum vero Pæaniensis, relictus ab patre annorum septem*. Iterum in *Vita ejus*. Ἀπολειφθεὶς δὲ ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἑπταέτης. *Relictus autem Demosthenes ab patre septennis*. Errat quoque, qui eum sequitur, Photius in *Bibliotheca*. Οὗτος ὁ Δημοσθένης, υἱὸς μὲν γέγονεν ἐκ Κλεοβούλης Δημοσθένους, τοῦ Παιανιέως, καταλειφθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτῶν ἑπτά. *Iste Demosthenes filius quidem fuit Demosthenis, Pæaniensis ex Cleobule, relictus autem ab patre septem annorum*. Quin, si calculum ipsius sequamur, fuerit, moriente patre, annorum XV. Nam Dexitheo prætore natum eum tradit; id est, annis totis IV. ante Demophilum, quem jam dixi. Ista enim ejus verba. Ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ παρ' Ὀλυνθίων ἧκε πρεσβεία. *Septem vero & triginta annos natus, computantibus ab Dexitheo ad Callimachum, quo archonte venit legatio ab Olyntho*. Et quæ sequuntur.

CAP. XXVI.

Vicus Sandaliaris *Romæ, isque in qua Urbis regione. Apollo* Sandaliarius.

INTER vicos Urbis Romæ quidam *Sandaliaris* fuit. Ecce in Inscriptione quadam.

D. M.
M. AFRANI. HELIODORI
MAGISTRI. VICI
SANDALIARIS
M. AFRANIVS. IMMOL
PATRONO. FEC

Erat autem in regione Urbis IV. Observo in alia Inscriptione.

T
SEX. FONTEIVS. Ɔ. L. ROPHIMUS
CN. POMPEIVS. CN. L. NICEPHOR
MAG. VICI
SANDALIARI. REG.
IIII. ANNI. XVIII.
D. D.

Meminit ejus A. Gellius *lib* XVIII. *cap.* IV. *In Sandaliario forte apud librarios fuimus, cum ibi in multorum hominum cœtu Apollinaris Sulpicius, vir in memoria nostra præter alios doctus, jactatorem quempiam, & venditatorem Salustianæ lectionis, irrisit*. Et Galenus *lib.* Περὶ τοῦ προγινώσκειν. Ἄνθρωπόν τινα Χαριλάμπους τοῦ κοιτωνίτου μὲν, ὡς ἅπαντες οἱ νῦν Ἕλληνες ὀνομάζουσι, σωματοφύλακος δὲ, ὡς οἱ περιέργως Ἀττικίζοντες, νευρότρωτον γενόμενον ἐθεράπευσα, μηδενὸς τῶν κατὰ τὴν αὐλὴν ἰατρῶν δυναμένου τοῦτο ποιῆσαι. καὶ μετὰ αὐτὸν ἐν τῷ Σανδαλαρίῳ ῥήτορος Διομήδους, οὗ μηδ' αὐτοῦ τῶν ἐκ τῆς αὐλῆς οἱ δοκιμώτατοι τὴν διάθεσιν τοῦ νοσήματος ηὕρισκον. *Hominem quendam Charilampus cubicularii quidem, prout omnes nunc Græci nominant, sed satellitis, prout curiose Atticissantes, nervos vulneratum sanavi, nemine aulæ medico ad id ipsum idoneo. Et post illum in Sandaliario oratoris Diomedis, cujus nec ipsius vel celeberrimi in aula inveniebant morbi constitutionem*. Ab hoc vico, ut videtur, cognomentum Apollini, cui ædem ab Augusto dedicatam memorat Suetonius in *ejus Vita*, c. LVII. *Pretiosissima deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat; ut Apollinem Sandaliarium, & Jovem Tragœdum, aliaque*. Et P. Victor in IV. Urbis regione diserte ponit.

CAP. XXVII.

Anaxagoras quando natus; quando philosophari cœperit, & quam diu: ac quando mortuus. Diogenes Laertius restitutus. Calliades archon. Diogenes iterum emendatus, & Anonymus in Descript. Olymp.

ANAXAGORAM philosophum natum Olympiade LXX. mortuum vero anno I. Olymp. LXXVIII. tradit ex Apollodori *Chronicis* Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. II. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης. *Dicit autem Apollodorus in Chronicis natum fuisse eum septuagesima Olympiade, mortuum autem primo anno septuagesimæ octavæ*. In natali anno mutabat magnus Causabonus, & legendum putabat, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑξηκοστῇ Ὀλυμπιάδι. *natum fuisse eum sexagesima Olympiade*. Sed omnino nihil mutandum. Nam natus Anaxagoras Olymp. LXX. anno I. Diserte notat Anonymus in *Olymp. Descript.* ad istud tempus. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐγεννήθη. *Anaxagoras Clazomenius philosophus natus est*. Sed in anno mortuali magnum mendum est. Nam ab Olymp. LXX. anno I. ad primum LXXVIII. sunt tantum anni XXXII. Atqui vixit annos supra LXX. Suidas mihi testis *in* Ἀναξαγόρας. Ἐξήγαγε δὲ τοῦ ζῆν ἑαυτὸν, ἐτῶν ἑβδομήκοντα. *Eduxit autem se ex vita annorum septuaginta*. Alii signate dicunt, vixisse annos LXXII. & vigesimum exegisse in transitu Xerxis. Diogenes *ibidem*. Λέγεται δὲ κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι· βεβιωκέναι δὲ ἑβδομήκοντα δύο· *Dicitur autem circa Xerxis transitum esse annorum viginti: vixisse vero septuaginta duo*. Ecce, viginti annorum fuit in transitu Xerxis; qui incidit in Olymp. LXXV. annum I. eaque res dubitare non sinit, quin sit natus, uti dictum est, Olymp. LXX. anno I. Distincte transitum istum conjicit in illum annum Anonymus, quem dixi, istis verbis: Διάβασις Ξέρξου εἰς Ἑλλάδα. *Transitus Xerxis in Græciam*. His consentiunt, quæ postea dicit idem Diogenes, philosophari incœpisse sub Callia archonte, cum annos natus esset viginti; & ab eo tempore Athenis annos triginta commoratum. Ἤρξατο δὲ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν. ὥς φ-

σι Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων ἀναγραφῇ. ἔνθα καί φασιν αὐτὸν ἐτῶν διατρίψαι τριάκοντα. *Cœpit autem philosophari Athenis Callia magistratum gerente, quum esset annorum viginti, ut ait Demetrius Phalereus in recensione archontum; ubi etiam dicunt eum versatum fuisse per annos triginta.* Nam Callias iste illo anno archon fuit; & postrema quoque verba mendum esse de anno mortuali evincunt. Nam qui ad annum quinquagesimum ætatis suæ philosophatus est Athenis, non potuit diem obiisse trigesimo secundo. Ergo videamus, quomodo corrigi locus debeat. Produxit vitam ad annum LXXII. Igitur natus Olymp. LXX. anno I. oportet obierit primo itidem Olymp. LXXXVIII. quo summum Athenis magistratum Diotimus gessit. Et expresse in isto anno mortem ejus Anonymus ille, toties nobis jam laudatus repræsentat. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐτελεύτησε. *Anaxagoras Clazomenius philosophus mortuus est.* Quapropter apud Diogenem rescribe, Τεθνηκέναι τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης. *Obiisse autem primo anno octogesimæ octavæ.* Totis decem Olympiadibus est erratum. Sed in Diogene, illo ipso loco, alterum item mendum restat. Dicit viginti annorum fuisse sub Callia archonte; id est, Olymp. LXXV. anno I. Et ita archontem istum nominat etiam Anonymus in illo anno. Verum illic etiam mendum; & rescribendum apud Diogenem, Ἐπὶ Καλλιάδου, apud Anonymum, Καλλιάδης. Nam non Callias istius anni archon dictus, sed Calliades. Ipsum Diogenem pro me tibi testem dabo, eodem libro, in *Vita Socratis*. Ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ οὗτος καὶ Εὐριπίδης, ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου. *Ambo autem audiverunt Anaxagoram, & ipse & Euripides, qui etiam primo anno septuagesimæ quintæ Olympiadis natus est archonte Calliade.* Dionysius Halicarnasseus *Rom. Antiquit.* lib. IX. Ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδου. *Septuagesima & quinta Olympiade, archonte Athenis Calliade.* Et Diodorus Siculus *lib.* XI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιάδου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους Σπόριον Κάσσιον καὶ Πρόκλον Οὐεργίνιον Τρίκοστον. ἤχθη δὲ καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. *Nam archonte Athenis Calliade Romani constituerunt consules Spurium Cassium & Proclum Verginium Tricostum. Acta autem fuit ab Eleis Olympias quinta supra septuaginta.* Herodotus *lib.* VIII. ubi Xerxis in Græciam transitum commemorat, quem in hunc annum incidisse jam obiter diximus, & Historiæ omnes consentiunt. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσιος τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον ἐς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροισι μησὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. *Ab transitu autem Hellesponti, unde barbari inceperunt progredi, ad eum manentes per mensem unum, in quo transierunt in Europam, intra tres menses alios fuerunt in Attica, Calliade archonte apud Athenienses.* Igitur, ut puto, satis certa emendatio nostra.

CAP. XXVIII.

Corœbus Eleus, Oebotas Dymæus, & Exænetus Agrigentinus, quando Olympico certamine vicerint. Oebotæ etiam statua posita oraculi jussu, ac quo tempore. Xenocles & Euripides quando inter se certaverint. Anonymus in Descript. Olymp. *& Ælianus, emendati. Straton Alexandrinus eodem tempore lucta & pancratio victor, idque quando. Aelianus iterum correctus.*

CORRUPTUS est Æliani locus *Var. Hist.* lib. II. cap. VIII. Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἕκτην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος στάδιον, ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. *Prima & sexta Olympiade, qua vicit Exænetus Agrigentinus stadium, commissi inter sunt ad certandum Xenocles & Euripides.* Dicit bis vicisse stadium Exænetum; semel prima, iterum sexta Olympiade. Atqui in priore illa Corœbus Eleus, posteriore vero Oebotas Dymæus vicit. De Corœbo est videre apud Anonymum in *Descript. Olymp.* ΟΛΥΜΠ. Α. Κόροιβος Ἠλεῖος στάδιον. *Olym.* I. *Corœbus Eleus stadium.* Et apud Pausaniam *Eliac.* lib. I. Ἐξ οὗ γὰρ τὸ συνεχὲς ταῖς μνήμαις ἐπὶ ταῖς Ὀλυμπιάσιν ἐστί, δρόμου μὲν ἆθλα ἐτέθη πρῶτον, καὶ Ἠλεῖος Κόροιβος ἐνίκα. *Ex quo enim continens memoriis per Olympiadas est, cursus quidem certamina primum posita sunt, & Eleus Corœbus vicit.* Athenæus *lib.* IX. Καὶ ὁ πρῶτος τῶν τὸν Ὀλυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησαμένων Κόροιβος ὁ Ἠλεῖος, μάγειρος ἦν. *Et primus eorum qui per Olympias certamen redimiti sunt, Corœbus Eleus coquus erat.* De Oebota idem Anonymus ΟΛΥΜΠ. ς'. Οἰβώτας Δυμαῖος στάδιον. *Olymp.* VI. *Oebotas Dymæus stadium.* Ita emendo. Nam perperam editur, Οἰβώλας Δ. ς'. *Oebolas D. s.* Oebotas enim, non Oebolas, dicebatur. Hic est ille ipse, cui demum Olympiade LXXX. archonte Athenis Phrasiclide, statua oraculi Delphici jussu collocata est ab Achivis. Notat idem infra ad Olympiadis istius annum primum. Οἰβώτᾳ ἀνδρὶ Δυμαίῳ σταδίου ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκὼν κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀνετέθη. *Oebota viro Dymæo quum stadii victoriam abstulisset Olympiade sexta, statua ex oraculo Delphico posita est.* Meminit utriusque, & victoriæ Olympiade sexta ablatæ, & coronæ postea octuagesima positæ, Pausanias *Eliac.* lib. II. Οἰβώτᾳ δὲ τὸν μὲν ἀνδριάντα Ἀχαιοὶ κατὰ πρόσταγμα ἀνέθεσαν τοῦ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνος ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς. ἡ δὲ τοῦ σταδίου νίκη τῷ Οἰβώτᾳ γέγονεν Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ. *Oebotæ autem quidem statuam Achæi ex jussu Apollinis Delphici posuerunt Olympiade octogesima; sed stadii victoria contigit Oebotæ Olympiade sexta.* Iterum in *Achaicis*. Οἰβώτᾳ γὰρ ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκόνος δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι, ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. *Oebotæ enim viro Dymæo, stadii quidem victoriam auferenti Olympiade sexta, statua autem Olympiæ circa octogesimam Olympiade ex oraculo Delphico digno judicato, inscriptio est in eo.* Deinde, quomodo Olympiade ista utraque certatum a Xenocle & Euripide, qui tunc nondum nati erant? Ergo manifestus satis mendi locus. Ego restituo, Κατὰ τὴν πρώτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, *prima & nonagesima Olympiade.* Atque hoc verum est; quippe vicit hic Exænetus Olympiade XCI. & XCII. Notat diserte ad utramque istam Anonymus, jam laudatus. Et circa prioris primum annum, quo archon Athenis Aristomnestus, Xenocles & Euripides concertarunt. Idem *ibidem*. Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς, καὶ Εὐριπίδης· καὶ πρῶτός γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ. Τούτου δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσί, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Certarunt adversarii Xenocles & Euripides: & primus erat Xenocles Oedipo, & Lycaone, Bacchis, & Athamante Satyrico: huic secundas tulit Euripides Alexandro, & Palamede, & Troibus, & Sisypho Satyrico.* Certa itaque emendatio nostra. Porro alius quoque est ejusdem Æliani locus *Var. Histor.* lib. IV. cap. XV. Καὶ Στράτων δὲ ὁ Κορράγου εἰς δέον ἔοικε νοσῆσαι. οὐ γὰρ γένους ἥκων, οὐ δὲ καὶ πλούτου, οὐκ ἐγυμνάζετο. καμὼν δὲ τὸν σπλῆνα, καὶ θεραπείας δεηθεὶς τῆς ἐκ τῶν γυμνασίων, τὰ μὲν πρῶτα ὡς ἐς τὸ ὑγιᾶναι ἐχρῆτο αὐτοῖς, χωρῶν δὲ εἰς τὸ πρόσω τῆς τέχνης, καὶ ἐν ἔργῳ τιθέμενος αὐτήν, Ὀλυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκρά-

τιον, ἐν τῇ ἑξῆς Ολυμπιάδι, καὶ ἐν Νεμέᾳ δὲ, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ισθμοῖ. *Sed & Straton Corrhagi filius opportune videtur ægrotavisse. Nam quum esset bene natus, & in lautis opibus, non exercitabatur. At quum ex liene laboraret, & indigens remedio quod dant exercitationes, primo quidem quasi inde medicinam petens illis utebatur; sed blandiente artis profectu, & opus hinc sibi indicens, Olympiis quidem vicit uno die luctam & pancratium, & sequuta Olympiade, & Nemeæ, & Pytho, & Isthmo.* Torquent hic se viri docti, & pro Ολυμπιάσι rescribunt Ουμπιάδι; pro μὲν, numerum restituendum volunt. Non admitto. Neque enim pluries Straton vicit, sed semel tantum; & initio nihil mutandum, nam recte sese verba habent. Ita autem emendandum omnino censeo, Ολυμπιάσι μὲν ἐνίκησεν ἡμέρᾳ μιᾷ πάλην καὶ παγκράτιον ἐπὶ τῇ ροη Ολυμπιάδι, καὶ ἐν Ν. δ. *Olympiis quidem vicit uno die luctam & pancratium, Olympiade* CLXXVIII. *& N.* Vicit Straton, Corrhagi filius, Alexandrinus lucta & pancratio Olympiade CLXXVIII Ecce apud eundem Anonymum in ista Olympiade, quæ hoc asserunt. Επὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας Στράτων Αλεξανδρεὺς παγκρατίῳ καὶ πάλῃ ἐνίκησε πέμπτος ἀφ' Ηρακλέους· ὃς Νεμέᾳ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παίδων καὶ ἀγενείων τέσσαρας στεφάνους ἔσχεν. *Eodem die Straton Alexandrinus pancratio & lucta vicit quintus ab Hercule; qui Nemeæ eodem die puerorum & imberbium quatuor coronas habuit.* Confirmat itidem Pausanias *Eliac.* lib. II. Εστι γὰρ δὴ ἐν τοῖς γράμμασι τούτοις, Στράτωνα Αλεξανδρέα Ολυμπιάδι ὀγδόῃ μετὰ τὰς ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἐπὶ ἡμέρας ἀνελέσθαι τῆς αὐτῆς παγκρατίου καὶ πάλης νίκην. *Est enim in illis literis, Stratonem Alexandrinum Olympiade octava post septuaginta & centum uno die abstulisse victoriam pancratii & luctæ.*

CAP. XXIX.

Lysianæ cujusdam Orationis inscriptio restituta; eaque Oratio in uno eodemque nomine pluribus locis emendata.

LYSIÆ Oratio quædam exstat, Κατὰ Παγκλέωνος, ὅτι οὐκ ἦν Πλαταιεὺς, *contra Pancleonem, quod non esset Platæensis.* Sed contendere ego auderem, legendum omnino, Οτι οὐκ ἦν Πλωθειεὺς, *quod non esset Plotheensis.* Non vult ostendere Orator, non esse Thebanum istum Pancleonem, Platæensem; sed vero, non esse Atticum, e populo Plotheensi. Nam inter Atticæ populos erat Πλωθειὰ, ut nuper ostendi libro singulari. Confirmat valide meam sententiam ipse Orator istis verbis, initio statim *Orationis*. Ως δὲ ὀρθῶς τὴν δίκην ἔλαχον τούτῳ Παγκλέωνι, οὐκ ὄντι Πλαταιεῖ τούτῳ ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι· ὡς γὰρ ἀδικῶν με πολὺν χρόνον οὐκ ἐπαύετο, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ γναφεῖον, ἐν ᾧ εἰργάζετο, προσεκαλεσάμην αὐτὸν πρὸς τὸν πολέμαρχον, νομίζων μέτοικον εἶναι. εἰπόντος δὲ τούτου, ὅτι Πλαταιεὺς εἴη, ἠρόμην ὁπότε δημοτεύοιτο. παραινέσαντός τινος τῶν παρόντων προσκαλέσασθαι καὶ πρὸ τὴν φυλὴν, ἧς τινος εἶναι σκήπτοιτο. ἐπειδὴ δὲ ἀπεκρίνατο ὅτι Δεκελειόθεν, προσκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς τῇ Ιπποθοωντίδι δικάζοντας, &c. *Verum juste me litem intendisse huic Pancleoni, qui non est Platæensis, id vobis tentabo demonstrare. Quum enim longo tempore non cessaret injuria me afficere, progressus ad fulloniam, in qua operabatur, vocavi eum ad Polemarchum, existimans inquilinum esse. Illo autem dicente se Platæensem esse, rogabam quando populo esset insertus; adhortante adstantium aliquo citare quoque ad tribum, cujus alicujus esse se calumniabatur. Postquam vero respondit ex Decelia, vocans illum quoque ad eos qui Hippothoontidi judicantes.* Attende, sodes. Negans Pancleon inquilinum sese esse, Platæensem dictitabat. Quid absurdius, quæso, potest? ut se Atticum esse probet, non inquilinum, Platæensem Bœotum dicit. Quis non videt mendum verbi? Certe Plotheensem sese dicere voluit. Sic postea Deceleensem dicit. Ergo per totam Orationem, ubicunque editur, Πλαταιεὺς, Πλαταιέα, Πλαταιέων, Πλαταιέας, rescribendum sine dubio, Πλωθειεὺς, Πλωθειεῖ, Πλωθειέα. Πλωθειέων, Πλωθειέας.

CAP. XXX.

Χλωρὸς τυρός. *Caseo recenti Attico sacerdos Minervæ Poliadis non utebatur, sed extraneo. Hesychii, & Athenæi, loca mutila indicata. Forum ei vendendo proprium; ac quo die, & a quibus potissimum vendi consueverit. Lysiæ locus recte explicatus.*

ATHENIENSIBUS caseus recens Χλωρὸς τυρὸς dicebatur. Occurrit apud Pollucem *lib.* VI. *c.* IX. *sect.* II. τυροῦ τροφαλὶς, τυρὸς χλωρός. τὸν δὲ ξηρὸν, ἰσχνὸν ἔλεγον. *Casei alimentum, caseus viridis: siccum vero dicebant tenuem.* Athen. *lib.* VIII. Λαμβάνοντας παρὰ τῶν προσφερόντων τροφὰς, ποτὲ ἀπὸ τῶν ἱερείων σπλάγχνα, καὶ τυροὺς χλωρούς. *Accipientes ab offerentibus alimenta, & exta victimarum, & caseos virides.* Hesychii locus iste, Χλωρὸς, τυρός, mutilus censeri debet, & excidisse explicatio videtur, a supino librario omissa. Neque enim facile apud Græcos Scriptores ullos inventurus es, ubi Χλωρὸς simpliciter, & absolute, pro caseo recenti usurpetur. Apud eundem *alio* quodam *loco* legitur Τράφαλλος, ὁ χλωρὸς τυρός. *Traphallus, viridis caseus.* Ejus usu abstinebat Minervæ sacerdos. Notat Athenæus *lib.* IX. Καὶ νῦν δὲ τὴν τῆς Αθηνᾶς ἱέρειαν ἔθος οὐ θύειν ἀμνὴν, οὐδὲ τυροῦ γεύεσθαι. *Sed & nunc Minervæ sacerdotem mos (est) non immolare agnam, nec gustare caseum.* Sed sine dubio & ille locus, pariter atque iste Hesychii, quem præmisimus, mutilus est existimandus. Nam neque simpliciter caseo quovis abstinebat, ut verba ista præ se ferunt, sed tantum recenti; eoque Attico: extraneo vero uti licebat. Expresse Strabo *lib.* IX. Τινὲς δ' ἀπὸ τοῦ τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος Αθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ τοῦ μὲν ἐπιχωρίου μὴ ἅπτεσθαι, ξενικὸν δὲ μόνον προσφέρεσθαι, χρῆσθαι δὲ καὶ τῷ Σαλαμινίῳ, ξένην φασὶ τῆς Αττικῆς τὴν Σαλαμῖνα. *Nonnulli vero ab eo, quod sacerdos Poliadis Minervæ caseum viridem, utique indigenam, non tangat, sed solum peregrinum sumat, utatur autem etiam Salaminio, hinc dicunt ab Attica alienam Salamina.* Non putandum est, Athenæum, ut rerum omnium aliarum, ita etiam Atticarum peritissimum, hoc ignorasse; verum fraudem oscitantis librarii esse. Proprium autem Athenis forum, in quo ille vendebatur; idque communi nomine Χλωρὸς τυρός nuncupatum. quandoquidem usitatum Atticis, nomen locis a venalibus rebus dare. Pollux *lib.* X. *cap.* II. Οἱ Αττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες, εἰς τοὔψον· καὶ, εἰς τὰ μύρα. καὶ, εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν. καὶ, εἰς τὰ ἀνδράποδα. *Attici ab iis quæ venduntur etiam loca nominabant; dicentes, ad obsonium, & ad unguenta, & ad caseum viridem, & ad servos.* Ac vendebatur quidem maxime ad tricesimum diem cujusque mensis, idque potissimum a Plotheensibus, Atticæ populo, qui frequentes tunc ad forum, de quo dixi, convenere. Observare est apud Lysiam in *Orat.* Κατὰ Παγκλέωνος. Πάντες οὖν ἀγνοοῦντες τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἀκριβέστατα ἂν ἔφασάν με πυθέσθαι, ἐλθόντα εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ· ταύτῃ γὰρ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ μηνὸς ἑκάστου ἐκεῖσε συλλέγεσθαι τοὺς Πλωθειέας. *Omnes igitur ignorantes nomen ejus, diligentissime dicebant me inquisivisse, degressum ad viridem caseum tricesimo die: hoc enim cujusque mensis die illic colligere Plotheenses.* Ita enim legendum ibi, non Πλαταιέας, docui capite antecedenti. Non recte Interpres eruditus, Εἰς τὸν χλωρὸν τυρὸν, vertit; *Ad viridem Tyrum.* Debuisset, *Ad forum casei recentis.* Quod monendum

obiter erat. De casei autem recentis mercatu est Apuleii quoque locus, *Milesia* I. *Comperto itaque Hypatæ, quæ civitas cunctæ Thessaliæ antepollet, esse caseum recentem, & sciti saporis, admodum commodo pretio distrabi, festinus accucurri, in omne præstinaturus.*

JOANNIS MEURSII
ATTICARUM LECTIONUM
LIBER IV.

CAP. I.

Σεμναὶ θεαί. Earum templum; Aristophanis Scholiastes emendatus. Εὐμενίδες ubi dictæ. Earum sacerdotes. Λήτειραι. Hostiæ quales immolatæ.



ATHENIENSIBUS Σεμναὶ θεαί, *Venerabiles Deæ*, dicebantur Erinnyes. Harpocration. Σεμναὶ θεαί, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὰς Ἐριννύας. *Venerabiles Deæ, ita Athenienses vocant Furias.* Phurnutus. Σεμναὶ δὲ ὄντως αὗται αἱ θεαί, καὶ Εὐμενίδες. *Venerabiles autem revera istæ Deæ, & Eumenides.* Sophocles *Oed. Col.*

—— ὅπου θεῶν
Σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν.
—— *ubi Dearum*
Venerabilium sedem accipiam & peregrinam stationem.

Ac templum iis eo nomine juxta Areopagum. Pausanias in *Atticis*. Πλησίον δὲ (τοῦ Ἀρείου πάγου) ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς. Ἡσίοδος δὲ Ἐριννῦς ἐν Θεογονίᾳ. *Prope autem (Areopagum) templum Dearum est, quas Venerabiles vocant Athenienses. Hesiodus autem in Theogonia Erinnyas.* Et huc supplices, quemadmodum ad alia quoque templa, confugiebant. Hinc est illud apud Comicum in *Equitibus*.

Εἰ δ' ἀρέσκοι ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις, ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν.
Si vero placent ista Atheniensibus, sedere mihi videor
In Thesei templum navigantibus, aut ad Venerabiles Deas.

Ubi Scholiastes. Εἰς τὸ Θησεῖον. ἐνταῦθα οἱ καταφεύγοντες τῶν ἱκετῶν ἀσυλίαν εἶχον. ἐπὶ τῶν Σεμνῶν, εἰς τὸ τῶν Ἐριννύων ἱερόν. καὶ ἐνταῦθα δὲ οἱ ἱκέται ἔφευγον. *In Thesei templum. illic qui confugerant supplices securitate potiebantur. Ad Venerabiles, in templum Erinnyum; etiam illuc vero fugiebant supplices.* Ita locum illum emendo; nam perperam editur primo, τῶν οἰκετῶν, *servorum*: deinde, ἐνταῦθα δὲ οἰκέται ἔφευγον, *illic autem servi fugiebant.* Pausanias *loco citato*. Καταφεύγουσιν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον, καὶ ἐπὶ τῶν θεῶν, αἳ Σεμναὶ καλοῦνται, τοὺς βωμούς. *Defugiunt in Areopagum, & ad Dearum, quæ Venerabiles vocantur, aras.* Dinarchus Orat. *in Demosthenem*. Ἐπιωρκηκὼς μὲν τὰς Σεμνὰς θεὰς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Pejerans quidem per Venerabiles Deas in Areopago.* Mox iterum. Μαρτύρομαι τὰς Σεμνὰς θεάς, ἄνδρες Ἀθηναῖοι. *Testor Venerabiles Deas, Viri Athenienses.* Et deinde. Αὗται αἱ Σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γινομένῃ, καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ, συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. *Ipsæ Venerabiles Deæ judicio quod in hoc consessu de Oresta factum est, & ejus veritate, domesticas se in reliquum tempus constituerunt.* Philemon Comicus diversas faciebat. Schol. Sophoclis *Oed.* Φιλήμων δὲ ὁ Κωμικὸς ἑτέρας φησὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς τῶν Εὐμενίδων. *Philemon vero Comicus alias dicit Venerabiles Deas Eumenisin.* Nimirum Σεμναὶ θεαὶ ab Atheniensibus, Εὐμενίδες a Sicyoniis dicebantur. Pausanias in *Corinthiacis*. Καὶ ἐν ἀριστερᾷ διαβᾶσι τὸν Ἀσωπόν, ἐστὶν ἄλσος πρίνων, καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. *Et in sinistra transgressis Asopum, est lucus abietum, & ædes Dearum, quas Athenienses nominant Venerabiles, Sicyonii autem Eumenidas.* Sacerdotes illis fœminæ, quæ Λήτειραι nuncupatæ. Hesychius. Λήτειραι, ἱέρειαι τῶν Σεμνῶν θεῶν. *Letiræ, sacerdotes Venerabilium Dearum.* Sed quali illis hostia factum? Arbitror, ove nigra; quia ita Orestes fecerat. Observo apud Schol. Sophoclis, *loco citato*. Ἔνιοι δὲ μεταβαλεῖν αὐτῶν φασὶ τὸ ὄνομα ἐπὶ Ὀρέστη. τότε γὰρ πρῶτον Εὐμενίδας κληθῆναι, εὐμενεῖς αὐτῷ γενομένας, κριθέντι νικᾶν παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ὁλοκαυτώσαντι αὐταῖς ὄϊν μέλαιναν ἐν Καρνίᾳ τῆς Πελοποννησίας. *Nonnulli vero dicunt mutavisse illarum nomen propter Oresten: tunc enim primo Eumenidas vocatas esse, propitias illi factas, quum judicio vicisset apud Athenienses, & immolasset illis ovem nigram in Carnia Peloponnesiæ regionis.* Certe Sicyonii oves quoque illis immolabant, sed prægnantes; pro libamine mulsum, pro coronis flores adhibentes. Pausanias in *Corinthiacis*, loco citato. Καὶ ναὸς θεῶν, ἃς Ἀθηναῖοι Σεμνάς, Σικυώνιοι δὲ Εὐμενίδας ὀνομάζουσι. κατὰ δὲ ἔτος ἕκαστον ἑορτὴν ἡμέρᾳ μιᾷ σφίσιν ἄγουσι, θύοντες πρόβατα ἐγκύμονα, μελικράτῳ δὲ σπονδῇ καὶ ἄνθεσιν ἀντὶ στεφάνων χρῆσθαι νομίζουσιν. *Et ædes Dearum, quas Athenienses nominant Venerabiles, Sicyonii autem Eumenidas. Quotannis autem festum uno die illis celebrant, immolantes oves prægnantes, mulso autem pro libatione & floribus pro coronis uti fas habent.*

CAP. II.

Ptœodorus. Apollo Πυβαιεὺς, ubi cultus, unde dictus. Harpocration semel, atque iterum, emendatus.

HARPOCRATIONIS locus est. Πτυόδωρος. Δημοσθένης, ὄνομα κύριον. *Ptyodorus: Demosthenes, nomen proprium.* Ita edidit Maussacus. In Aldina editione erat, Ποιόδωρος. Rescribe, Πτοιόδωρος. Ita recte est apud Suidam, qui hæc transcripsit. Neque aliter scribitur apud Demosthenem, quem laudat; cujus locus exstat *Orat.* Περὶ παραπρεσβ. Καὶ παρελθὼν Πτοιόδωρος αὐτὸν ἐξῃτήσατο, καὶ πλούτῳ, καὶ γένει, καὶ δόξῃ πρῶτος ὢν Μεγαρέων. *Et accedens Ptœodorus illum expoposcit, & divitiis, & genere, & gloria primus Megarensium.* Hic ipse est, cujus meminit Thucydides *lib.* IV. Καὶ Πτοιοδώρου μάλιστ' ἀνδρὸς φυγάδος ἐκ Θηβῶν ἐσηγουμένου, τάδ' αὐτοῖς παρεσκευάσθη. *Et Ptœodoro maxime, viro exule ex Thebis introducto, hæc ab illis comparata sunt.* Et Plut. *Dione*. Λέγεται δὲ ποτε τὸν Δίωνα τοῦ Μεγαρέως Πτοιοδώρου δεομένου ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐλθεῖν. ἦν δὲ, ὡς ἔοικεν, τῶν πλουσίων

τις ϗ δυνατῶν ὁ Πτοιόδωρος. *Dicitur autem aliquando Dionem ad domum Megarensis Ptœodori petentis venisse. Erat autem, ut videtur divitum aliquis, & potentium hic Ptœodorus.* Alius ab hoc, qui commemoratur apud Pindarum *Olymp.* Od. XIII.

—— Ἐν
Δ᾽ ἀμφιάλοισι Ποσειδᾶνος τεθμοῖσι
Πτοιοδώρῳ σὺν πατρί.
—— *Sed in*
Maritimis Neptuni legibus
Ptœodoro cum patre.

Apud eundem Harpocrationem mox iste quoque locus habetur. Πύθια, Ὑπερίδης πρὸς Ἀπελλαῖον. ἄπορον πῶς ἀπὸ τούτου ἐχηματίσαι παρὰ τῷ Διδύμῳ, ϗ γὰρ οὐ δι᾽ ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς, ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτὴν, ἀλλὰ τὸν Πύθιον Ἀπόλλωνα. *Pythia, Hyperides contra Apellæum. Ambiguum quomodo ab eo formetur ab Didymo: etenim non per illa, quæ apposuit grammaticus, nominavit Pythia festum, sed Pythium Apollinem.* Ita reposuit ediditque itidem Maussacus eruditissimus; cui neque hic assentior. Non enim festum Apollinis, sed cognomen repræsentare Grammaticus voluit. Testantur abunde ista verba. Καὶ γὰρ οὐ δι᾽ ὧν παρέθετο ὁ γραμματικὸς, ὠνόμασε τὰ Πύθια ἑορτὴν, ἀλλὰ τὸν Πύθιον Ἀπόλλωνα. *Etenim non per ea, quæ apposuit grammaticus, nominavit Pythia festum, sed Pythium Apollinem.* In Aldina editione erat, Πυθαεία. Dicam quod res est. Transposita unica tantum literula eruo veram hujus loci lectionem. Restituo itaque, Πυθαιέα, vel Πυθαέα. Hyperides in *Oratione*, quam citat Harpocration, Πρὸς Ἀπελλαῖον Apollinem Πυθαιέα dixit, non Πύθιον. Hoc autem quomodo formaretur, incertum sibi dicit Harpocration; itaque mox in sequentibus ejus verbis legendum. Ἄπορον πῶς ἂν τοῦτο ἐχηματίσαι, *ambiguum, quomodo id formatum sit.* Atqui a Πυθὼ ut Πύθιος, ita quoque Πυθαιεὺς, & Πυθαεὺς, dicebatur. Clare Stephanus *in* Πυθώ. Καὶ ἀπὸ τῆς Πυθοῦς γενικῆς Ἰωνικῆς, Πύθιος, ἐξ ἧς τὸ Πυθήιος κτητικὸν, ϗ Πυθαιεὺς, ϗ Πυθαεύς. *Et ab genitivo Jonico Pytheos, Pythius, a quo possessivum Pythejus, & Pythæus, & Pythaeus.* Immo Πυθαεὺς, sive Πυθαιεὺς, Apollo alius erat, quam Πύθιος. Isto enim cognomento Argivis colebatur, a Pythæo ipsius filio. Pausanias *Corinthiacis*. Ἀπόλλωνος δέ εἰσι ναοὶ τρεῖς, ϗ ἀγάλματα τρία. ϗ τῷ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπίκλησις, τὸν δὲ Πυθαέα ὀνομάζουσι, ϗ Ὄριον τὸν τρίτον. τὸ μὲν δὴ τοῦ Πυθαέως ὄνομα μεμαθήκασι παρὰ Ἀργείων. τούτοις γὰρ Ἑλλήνων πρώτοις ἀφικέσθαι Τελέσιλλά φησι τὸν Πυθαέα ἐς τὴν χώραν Ἀπόλλωνος παῖδα. *Apollinis autem ædes sunt tres, & statuæ totidem; & uni quidem non est cognomen, alterum vero nominant Pythaea, & tertium Orium. Et nomen quidem Pythaeos didicerunt ab Argivis: bis quippe Græcorum primis venisse Telesilla dicit Pythaea in regionem filium Apollinis.* Et postea. Ἀργεῖοι δὲ ἐς ἔδαφος καταβαλόντες τὴν Ἀσίνην, ϗ τὴν γῆν προσορισάμενοι τῇ σφετέρᾳ, Πυθαέως τε Ἀπόλλωνος ὑπελείποντο ἱερόν. *Argivi autem complanata ad solum Asine, & regionem attribuentes suæ, tum Pythaeos Apollinis reliquerunt templum.* Meminit etiam semel iterumque in *Laconicis*.

CAP. III.

Πυλαία, *Cereris quoque cognomentum; ejusque sacra* Πυλαῖα. Πυλαία, *&* Πύλαι, *quid in venis. Hesychius emendatus.*

NOTUS ex Historia Græca conventus Amphictyonum, isque Πυλαία dicebatur. Suidas. Πυλαία δὲ ἐκαλεῖτο ἡ εἰς τὰς Πύλας σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. *Pylæa autem vocabatur conventus Amphictyonum ad Pylas.* Etymologici Auctor. Πυλαία δέ ἐστιν ἡ εἰς Θερμοπύλας γινομένη σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων. *Pylæa autem est conventus Amphictyonum ad Thermopylas fieri solitus.* Habes quoque apud Harpocrationem *in* Πύλαι. Elegans est Strabonis in hanc rem locus, *lib.* IX. Αἱ γοῦν πρῶται δώδεκα συνελθεῖν λέγονται πόλεις. ἑκάστη δ᾽ ἔπεμπε Πυλαγόραν δὶς κατ᾽ ἔτος οὔσης τῆς συνόδου, ἔαρός τε ϗ μετοπώρου. ὕστερον δὲ ϗ πλείους συνῆλθον πόλεις. τὴν δὲ σύνοδον Πυλαίαν ἐκάλουν. *Primæ igitur duodecim dicuntur convenisse urbes; unaquæque vero mittebat Pylagoram bis quotannis haberi solito conventu, vere & autumno: postea autem etiam plures convenere urbes Conventum vero dicebant Pylæan.* In hoc conventu sacra quoque Cereri facta. Testatur Strabo, *loco citato.* Ἐν Πύλαις συνήγοντο, ἃς ϗ Θερμοπύλας καλοῦσιν. ἔθυον τῇ Δήμητρι οἱ Πυλαγόραι. *Ad Pylas congregabantur, quas etiam Thermopylas vocant. Pylagoræ sacrificabant Cereri.* Et hinc illa Ceres Πύλας, cognomento dicebatur, ibi culta proprio fano. Erotianus. τόπος Θετταλίας, ἐν ᾧ ϗ τὸ τῆς Πυλαίας Δήμητρος ἱερὸν ἵδρυται. *Pylas, locus Thessaliæ, in quo etiam templum Pylææ Cereris collocatum est.* Et sacra ista Πυλαῖα nuncupata. Hoc Stephanus vult *in* Πύλαι, cum inquit. Λέγεται ϗ Πυλαῖα τὸ οὐδέτερον ἐπὶ τῆς θυσίας. *Dicuntur etiam Pylæa neutro genere, de sacrificio.* Porro Πυλαία etiam dicebatur ab extispicibus media jecoris amplitudo. Schol. Demosthenis ad Orat. *De Corona*. Πυλαία, ἡ μέση τοῦ ἥπατος. εὐρυχωρία παρὰ τοῖς θύταις. *Pylæa, media pars jecinoris; latitudo apud aruspices.* Itaque emendandus Hesychius. Πυλαία, Ἀριστοφάνης Τελμισσεῦσιν, ἀπὸ τῶν θυτῶν λέγει. ἐκεῖνοι γὰρ ἐπισκέπτονται τὰς ἐκτροπὰς τοῦ ἥπατος ϗ τὰς φλέβας. *Pylæa, Aristophanes Telmissensibus, ab aruspicibus dicit. Illi enim inspiciunt fibras jecinoris & venas.* Hodie editur, Πύλαι, Ἀριστοφάνης T. *Pylæ, Aristophanes T.* Retrahendum erat α fugitivum in fine. Aliud enim erant Πύλαι in jecore, aliud Πυλαία. Neque confundi inter se debent. Hippocrates Περὶ ἀνατομῆς. Τὸ δὲ ἧπαρ ὁμορυσμίην ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. αἱμορρωδέστερον δὲ ἐστὶ τῶν ἄλλων. ὑπερκορυφώσιας ἔχον δύο, ἃς καλέουσι πύλας. *Sed jecur convenientiam habet cum aliis omnibus. Est autem magis sanguineum quam alia; habens duas altissimas summitates, quas vocant portas.* Xiphilinus in *Antonino Caracalla*. Αἱ τοῦ ἥπατος τοῦ ἱερείου πύλαι κέκλεινται. *Illæ jecinoris victimæ portæ vocatæ sunt.*

CAP. IV.

Hyperidis Oratio Ἐπιτάφιος, *ejusque scribendæ causa. Naucrates Isocratis collega. Dionysius Halicarnasseus emendatus.*

INTER Hyperidis Orationes, quas Temporis nobis invidia eripuit, Ἐπιτάφιος fuit. Meminit Dionysius Longinus Περὶ ὕψους. Τὸν δ᾽ Ἐπιτάφιον (ὁ Ὑπερίδης) ἐπιδεικτικῶς, ὡς οὐκ ἂν οἶδ᾽ εἴ τις ἄλλος, διέθετο. *Funebrem vero (Hyperides) demonstrative, prout nescio an quis alius, disposuit.* Theon in *Progymnasm.* Ἔχομεν δὲ ϗ Ἰσοκράτους μὲν τὰ Ἐγκώμια, Πλάτωνος δὲ, ϗ Θουκυδίδου, ϗ Ὑπερίδου, ϗ Λυσίου τοὺς Ἐπιταφίους. *Habemus vero & Isocratis quidem Encomia, Platonis vero, & Thucydidæ, & Hyperidæ, & Lysiæ Funebres.* Harpocration *in* Πύλαι. Ὅτι δὲ τις ἐγίγνετο σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων εἰς Πύλας, Ὑπερίδης τε ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, ϗ Θεόπομπος ἐν τῇ τριακοστῇ εἰρήκασιν. *Habitum vero conventum quendam Amphictyonum ad Pylas, & Hyperides in Funebri, & Theopompus in trigesima dixerunt.* Dionysius Halicarnasseus in *Arte*, cap. VI. quod inscribitur, Μέθοδος ἐπιταφίων. Λυσίας τε, ϗ Ὑπερίδης, ϗ ὁ Παιανιεὺς, ϗ ὁ τοῦ Σωκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης, πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο. *Et Lysias, & Hyperides, & Pæaniensis, & Socratis amicus Naucrates, multas hujusmodi*

formas nobis præbuerunt. Scripta autem hæc Oratio Leostheni, & qui cum eo bello Lamiaco fortiter pugnantes cecidissent. Plutarchus in *ejus Vita*. Ἐκοινώνησε δὲ Δημοσθένει τοῦ Λαμιακοῦ πολέμου, καὶ ἐπὶ τοῖς πεσοῦσιν εἶπε τὸν Ἐπιτάφιον θαυμασίως. *Particeps autem cum Demosthene fuit Lamiaci belli, & in eos qui ceciderunt admirabiliter dixit Funebrem*. Diodorus Sic. *lib.* XVIII. Καὶ συμπλοκῆς γενομένης, ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. τῇ τρίτῃ δ' ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ, καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερίδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι. *Et conflictu facto, Leosthenes quidem suis succurrens, & lapide caput ictus, statim cecidit, & deficiens in castra delatus fuit. Sed tertia die illo mortuo, & heroice sepulto, propter gloriam in bello, populus quidem Atheniensis funebrem laudationem dicere imperavit Hyperidæ principi oratorum ob dicendi vehementiam*. Sed in verbis illis citatis Dionysii Halicarnassei pene me fugerat admonere, mendum esse, legendumque, Καὶ ὁ τοῦ Ἰσοκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης. *Et Isocratis amicus Naucrates*. Nam Naucrates collega Isocratis fuit in celebrando funebri Oratione Mausolo rege, una cum Theodecte, & Theopompo; idque hortatu Artemisiæ. Vide quæ hac de re notavimus infra, lib. v. cap. XIV. ubi simile peccatum librariorum in Aristotele quoque ostendimus.

CAP. V.

Pyrilampes, ejusque factum. Antiphontis Oratio Περὶ τῶν ταῶν, *ejusque scribendæ causa. Demus, Pyrilampis F. Hesychius restitutus. Plato illustratus*.

PYRILAMPES, quod familiaris Pericli esset, iis mulieribus, quibuscum ille consuesceret, quia instructa aviaria habebat, pavones subjicere insimulabatur. Plutarchus in *Pericle*. Εἷς τε τῆς Πυριλάμπους ὀρνιθοτροφίας, ὃς ἑταῖρος ὢν Περικλέους, αἰτίαν εἶχε ταῶνας ὑφιέναι ταῖς γυναιξὶν, αἷς ὁ Περικλῆς ἐπλησίαζε. *Et propter Pyrilampis avium nutritiones, qui amicus Periclis accusabatur pavones submittere mulieribus, quibuscum consuescebat Pericles*. Erat autem Antiphontis Rhetoris filius. Vide iterum eundem Plutarchum *De Genio Socratis*. Itaque ille, ad calumniam amovendam, Orationem scripsit, Περὶ τῶν ταῶν. Meminit ejus Harpocration. Πυριλάμπης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Περὶ τῶν ταῶν, ὄνομα κύριον. *Pyrilampes. Antiphon in oratione de pavonibus, nomen proprium*. Ac laudat rursus in Εὐοφθάλμως. Athenæus *lib.* IX. Ἀντιφῶντι δὲ τῷ ῥήτορι λόγος μὲν γέγραπται, ἔχων ἐπίγραμμα, Περὶ ταῶν. *Antiphonti autem oratori scripta est oratio, habens indicem, De pavonibus*. Fuit autem huic Pyrilampi filius Demus; ejusque meminit Lysias *Orat.* Ὑπὲρ τῶν Ἀριστοφάνους χρημάτων. Δῆμος γὰρ ὁ ὁ Πυριλάμπους, τριηραρχῶν εἰς Κύπρον, ἐδεήθη μου προσελθεῖν αὐτῷ. *Demus enim filius Pyrilampis, præfectus triremi versus Cyprum, orabat me ut accederem ad ipsum*. Erat autem formosus admodum. Hesychius. Δῆμος καλός. Πυριλάμπους υἱὸς ἦν οὗτος. Δῆμος, ὄνομα κάλλιστον. τὴν ὥραν κάλλιστος. *Demus pulcher. Pyrilampis hic filius erat. Demos nomen pulcherimum; flore ætatis pulcherrimus*. Ita enim interpungendum illic censeo; quippe respexit ad locum istum Aristophanis *Vespis*.

Καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ γέ πού γεγραμμένον
Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν.

A *Et per Jovem si videat alicubi pictum*
Pyrilampis in porta Demum pulchrum.

Ubi Scholiastes. Τὸν Πυριλάμπους. μέμνηται τούτου καὶ ἐν Πόλεσιν Εὔπολις.

Καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἄρα κυψέλη
Ἔνεστιν. ——

Ἦν δὲ εὔμορφος ὁ Δῆμος. *Pyrilampis filium. Hujus meminit quoque in Urbibus Eupolis*.

Et Pyrilampis filio Demo utique sirpea
Adest. ——

Erat autem formosus Demus. Ludit in hoc vocabu-
B lo Plato in *Gorgia*. Λέγω δ' ἐννοήσας ὅτι ἐγώ τε καὶ σὺ νῦν τυγχάνομεν ταυτόν τι πεπονθότες, ἐρῶντε δύο ὄντε δυοῖν ἑκάτερος· ἐγὼ μὲν Ἀλκιβιάδου τε τοῦ Κλεινίου, καὶ φιλοσοφίας· σὺ δὲ δυοῖν, τοῦ τε Ἀθηναίων δήμου, καὶ τοῦ Πυριλάμπους. *Loquor autem considerans, me & te nunc idem aliquid pati, duosque amatores esse utrumque; me quidem & Alcibiadis Cliniæ filii, & Philosophiæ; te vero duorum, tum populi Atheniensium, tum filii Pyrilampis*. Hactenus is locus parum intellectus. Vir præstantissimus, Marcilius Ficinus, ita vertit. *Nempe animadverto idem quoque nobis accidere: cumque duo simus, duo quædam amare. Nam ego Alcibiadem & Cliniam, ac philosophiam amo: tu*
C *vero populum Atheniensem, & Pyrilampum*. Posteriora non recte. Sic debebat. *Nam & ego Alcibiadem Cliniæ, & philosophiam amo: tu vero Atheniensem populum, & Demum Pyrilampis*. Amphibologia est in vocibus δῆμος, & Δῆμος; quorum prius appellativum est, alterum proprium; ut loquuntur Grammaticorum filii. Sed ultima illa in Græco textu plus venustatis habent, quam Latina lingua repræsentare non potest. Et non de Pyrilampe ipso, sed de filio ejus Demo, loqui Platonem, sequentia statim verba ostendunt. Καὶ πρὸς τὸν Πυριλάμπους νεανίαν τὸν καλὸν τοῦτον τοιαῦτα ἕτερα πέπονθας. *Et ad Pyrilampis adolescentem illum pulchrum hujusmodi alia passus es*.
D Similis locus postea iterum occurrit. Οὐ γὰρ μιμητὴν δεῖ εἶναι, ἀλλ' αὐτοφυῶς ὅμοιον τούτοις, εἰ μέλλεις τι γνήσιον ἀπεργάζεσθαι εἰς φιλίαν τῷ Ἀθηναίων δήμῳ, καὶ ναὶ μὰ Δία τῷ Πυριλάμπους γέ προς. *Non enim imitatorem esse, sed ex propria indole similem eis, siquidem aliquid vere ad amicitiam congruum effecturus es Atheniensium populo, & per Jovem! Pyrilampis filio præterea*. Neque hic intellexit quicquam Marcilius, & minus recte item vertit. Meminit quoque Pyrilampis cujusdam Messenii Pausanias *Eliac.* lib. II.

CAP. VI.

E Μορίαι, *oleæ Minervæ. Miraculum circa illas. Ubi fuerint*. Ἀστή. Πάγκυφος. *Panathenæis oleum ex illis datum victoribus; idque solum Athenis exportare licitum. Ejus præfectus*, Ἀρχέλας. *Minervæ fanum. Jupiter* Καταιβάτης, & Μόριος. *Oleæ genera*. Σηκός.

OLEÆ Minervæ sacræ Μορίαι dicebantur. Hesychius. Μορίαι, ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. *Moriæ, oleæ sacræ Minervæ*. Pollux *lib.* I. *cap.* XII. αἱ ἱερὰ ἐλαία, Μορία. *Sacra vero olea, Moria*. Erant autem in arce Urbis. Scholiastes Aristophanis *ad Nubes*. Αἱ ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀ-
F κροπόλει Μορίαι ἐκαλοῦντο. *Sacræ oleæ Minervæ in arce vocabantur Moriæ*. Et quidem in templo Erechthei. Herodotus *lib.* VIII. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, ναὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι. *Est in ea arce Erechthei, qui dicitur gigas esse, templum, in quo est & olea & mare*. Vide variam dictionis originem apud Scholiasten Comici, *loco citato*: & Etymologici Auctorem *in* Μορίαν. His Lacedæmonii, cum Atticam popularentur, pepercerunt. Unde est illud Sophoclis *Oed. Col.*

Φύτευμ' ἀχείρωτον αὐτόποιον
Εγχέων φόβημα δαΐων,
Ὀ τᾷδε θάλλει μεγίστα χώρα
Γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλαίας.
Planta non manu posita, sponte crescens
Infundens terrorem hostium,
Quæ in hac floret maxima regione
Cæruleæ puerorum nutricis folium oleæ.

Ubi Scholiastes. *Ὄτι ἀπέχοντο τῶν ἐλαιῶν τῆς θεοῦ τῶν μορίων ὀνομαζομένων οἱ Λακεδαιμόνιοι, ϗ ἄλλοι ἱστοροῦσι, ϗ Φιλόχορος. Abstinuisse oleis Deæ Moriis nominatis Lacedæmonios, & alii referunt, & Philochorus.* Et cum Medi exussissent sacram olivam, postero die iterum enata est ad cubiti altitudinem. Narrat Herodotus *lib.* VIII. Sed variat Pausanias, qui & eo die excrevisse refert, & ad duorum cubitorum altitudinem. Locus est in *Atticis*. Atque hæc quæ in arce olea, etiam Ἀστὴ, & Πάγκυφος indigetabatur. Hesychius. *Ἀστὴ, ἐλαία ἡ ἐν ἀκροπόλει, ἡ καλουμένη Πάγκυφος διὰ χθαμαλότητα. Aste, oliva in arce, vocata Toticurva propter humilitatem.* Iterum alibi. *Πάγκυφος, ἐλαίας εἶδός τι κατακεκυφὸς ϗ ταπεινὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει. Toticurva, oleæ genus quoddam decumbens & humile in arce.* Meminit τῆς Ἀστῆς etiam Eustathius *ad Odyss. α'*. *Καὶ ἀστὴν, ἐλαίαν τὴν ἐκεῖθεν· ϗ μάλιστα τὴν ἐξ ἀκροπόλεως, τὴν ϗ ἱεράν. Et Astam, urbanam, oleam illinc ortam; & maxime ex arce, quæ etiam sacra.* Erant vero & Μορίαι in Academia. Aristophanes *Nubibus*.

Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις.
Sed in Academiam descedens sub moriis decurres.

Habes quoque apud Pausaniam in *citatis Atticis*, ubi Academiam describit. Atque ex his oleum dabatur Panathenæis. Aristophanis Scholiastes *loco citato*. *Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν. ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι. ἦν γὰρ ϗ γυμνάσιον ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. περὶ αὐτὸν δ' ἦσαν αἱ ὄντως ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς θεοῦ, αἱ καλοῦνται Μορίαι. ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον τῶν Παναθηναίων. Sed in Academiam. Illic enim versabantur Philosophi. Erat enim & gymnasium ab Academo quodam, qui reliquit possessionem suam ad institutionem loci. Circa illum vero erant illæ vere sacræ oleæ Minervæ, quæ vocantur Moriæ; ex quibus oleum Panathenæorum.* Schol. Sophoclis. *Ὀ δὲ Ἀριστοτέλης ϗ τοῖς νικήσασι τὰ Παναθήναια ἐλαίου τοῦ ἐκ Μορίων γιγνομένου δίδοσθαι φησί. Aristoteles vero etiam illis, qui vicerant Panathenæa oleum ex Moriis factum dari dicit.* Ecce, qui Panathenæis vicissent, oleum inde accipiebant; & quidem urceum totum. Schol. Comici. *Κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. Testam enim olei accipiebant vincentes.* Scholiastes etiam Pindari *Nemeonic.* Od. X. *Διὰ δὲ τούτου σημαίνει τοὺς τὰ Παναθήναια νενικηκότας. τίθενται γὰρ Παναθηναίοις ἐν ἐπάθλου τάξει ὑδρίαι πλήρεις ἐλαίου. Per hoc autem significat illos, qui vicerunt Panathenæa. Ponuntur enim Panathenæis in præmii loco hydriæ plenæ oleo.* Mox iterum. *Τοῖς ἀθληταῖς, τοῖς τὰ Παναθήναια νενικηκόσι, δίδοται ὑδρία ἐλαίου πλήρης. Athletis, qui Panathenæa vicerant, datur hydria olei plena.* Et neque aliud oleum, neque aliis, exportare Athenis licebat. Idem Scholiastes, *loco citato*. *Οὐκ ἔστι δὲ ἐξαγωγὴ ἐλαίου ἐξ Ἀθηνῶν, εἰ μὴ τοῖς νικῶσι. Non est autem olei evectio ex Athenis, nisi victoribus.* Quique huic distribuendo præfectus, Ἀρχέλας dicebatur. Hesychius. *Ἀρχέλας. τὸν ἐπιστάτην τοῦ Λυκείου παρὰ τὴν ἀρχὴν οὕτως ὠνόμασαν. ἔνιοι δὲ τὸν ἄρχοντα τοῦ ἐλαίου θέλουσιν ἀκούειν. Archelas; præfectum Lycei in principio sic nominabant. quidam vero præpositum oleo volunt audire.* Erant vero oleæ istæ Academiæ ex arce translatæ; & numerus quoque certus habebatur, quem ignorare cogimur, quia locus Istri apud Scholiasten Sophoclis hodie mutilus. Ita habet. *Ὀ δ' Ἴστρος ϗ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν δεδήλωκε, γράφων οὕτως. *** εἶναι δὲ κλάδον τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐλαίας, ἣν ἀπὸ τῆς ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναι φασίν. Ister vero & numerum eorum significavit, scribens ita. *** esse autem ramum oleæ in Academia, quam ab ea, quæ est in arce, productam dicunt.* Sed defectum hunc supplet Suidas: ex quo discimus duodecim fuisse. *Μορίαι, ἐλαῖαι ἱεραὶ τῆς Ἀθηνᾶς. ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον ἔπαθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθήναια. Ἦσαν δὲ πρῶτον δώδεκα τὸν ἀριθμόν, αἱ μεταφυτευθεῖσαι ἐκ τῆς ἀκροπόλεως εἰς Ἀκαδημίαν. Moriæ, oleæ sacræ Minervæ, ex quibus oleum dabatur præmium vincentibus Panathenæa. Erant vero primum numero duodecim, translatæ ex arce in Academiam.* Et prope erat Minervæ fanum; item ara Jovis Καταιβάτου, qui ea ex re Μόριος indigetatus. Ecce apud eundem Scholiasten ex Apollodoro. *Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμὸς, ὃν ϗ Μόριον καλοῦσι, τῶν ἐκεῖ Μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἱδρυμένων. Circa Academiam est etiam ara Jovis Descensoris, quem & Morium appellant; moriis illic plantatis ad sacrum Minervæ.* Ac meminit Sophocles.

Ὀ γὰρ εἰσαεὶ ὁρῶν κύκλος
Λεύσσει νιν Μορίου Διὸς,
Χ' ἁ γλαυκῶπις Ἀθάνα.
Nam perpetuus montium ambitus
Videbit illum Morii Jovis,
Et cæruleis oculis Minerva.

Erant vero oleæ tria genera; & ex his una proprie Ἐλαία, altera Μορία, tertia Σηκὸς nuncupata. Ecce apud Lysiam in *Apologia* Ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. *Δύο δ' ἔτη ἐγεώργησεν, οὔτε ἰδίαν Ἐλαίαν, οὔτε Μορίαν, οὔτε Σηκὸν παραλαβών. Biennium vero agricola fuit, nec Olivam propriam, nec Moriam, nec Secum accipiens.* In illa *Oratione* Μορίαι, & Σηκὸς, occurrunt pluries. Ἐλαία privatim quælibet olea dicebatur; Μορία, & Σηκὸς, sacræ erant. De moria jam diximus. De seco ecce item Photius in *Bibliotheca*. *Ὀ σηκὸς δὲ νῦν εἶδός ἐστιν ἱερᾶς ἐλαίας. Secus vero nunc est genus sacræ olivæ.* Etymologici Auctor *Τὴν πολύκαρπον ἐλαίαν, multiferam olivam*, interpretatur. Alii Μορίαν, & Σηκὸν, eandem statuunt. Harpocration. *Τὰς μὲν ἰδιωτικὰς, ἐλαίας καλοῦσι· τὰς δὲ δημοσίας, Μορίας. Σηκὸν δὲ, ὡς ἔοικε, ϗ Μορίαν, ὀνομάζουσι τὴν αὐτήν. Peculiares quidem vocabant elæas, publicas vero Morias; Secum vero, ut videtur, & Moriam nominant eandem.* Eadem habes apud Suidam. Sane & Lysias citata illa *Oratione* easdem quoque facere videtur. Nam ecce de eadem re loquens modo dicit. *Οὐ θαυμαστὸν εἰ τότε τὰς Μορίας ἐξέκοπτον. Non mirum, si tunc Morias excidebant.* Modo vero, *Φησὶ δὲ ὁ κατήγορος, ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος Σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. Dicit autem accusator, Suniade archonte excisum a me fuisse Secum.*

CAP. VII.

Simonidis Θρῆνοι. Harpocration restitutus.

PECCATUM apud Harpocrationem *in* Ταμύναι, ubi hodie ita editur. *Καὶ Σίμων ἐν τῷ εἰς Λυσίμαχον τὸν Ἐρετριέα θρήνῳ. Et Simon in cantilena funebri in Lysimachum Eretriensem.* Rescribe, *Καὶ Σιμωνίδης ἐν ν. Et Simonides in c.* Origo mendi e simili compendio scriptionis. *Καὶ Σίμων. ἐν τῷ.* Apposita fuerat stigme post literam *ν.* quæ compendium significaret; eaque mox ab imperito librario omissa corrumpendo

loco fuit. Inter Simonidis autem Poemata Θρῆνοι erant; ac laudat etiam Schol. Theocriti *Idyll.* XVI. Κράνων δὲ, πόλις Θεσσαλίας, ὅθεν Σκόπας ὁ Κρανώνιος, Κρέοντος καὶ Ἐχεκρατίας υἱός. καὶ Σιμωνίδης ἐν Θρήνοις. *Cranon vero, urbs Thessaliæ, unde Scopas Cranonius, Creontis & Echecratiæ filius; & Simonides in Threnis.* Vide Suidam *in* Σιμωνίδης, & Anonymum in *Olymp. Descript.* Olymp. LXII. anno I.

CAP. VIII.

Σιπύη. Πεδρία. Σίφνις. Hesychius restitutus.

LOCUS Hesychii est pariter & corruptus, & mutilus. Σιπύη, σιδηροῦν ἀγγεῖον, ἀρτοθήκη. φησὶ δὲ * πευδρία. *Sipye, ferreum vas, panis repositorium. dicit autem * peudria.* Restituo, Σιπύη, σιτηρὸν ἀγγεῖον, ἀρτοθήκη. φησὶ δὲ καὶ πεδρία. *Sipye, frumentarium vas, panis repositorium. dicit autem quoque peudria.* Harpocration. Σιτηρὸν ἀγγεῖόν ἐστιν ἡ σιπύη. *Frumentarium vas est sipye.* Porro dicebatur etiam Πεδρία. Ecce iterum apud eundem Hesychium alibi. Πεδρία, ἀρτοθήκη. *Peudria, panis repositorium.* Ad Σιπύην quod attinet, occurrit apud Aristophanem *Pluto*.

Ἡ μὲν σιπύη μεστή 'στι λευκῶν ἀλφίτων.
Sipye quidem plena est candidis panibus.

Ubi Scholiastes. Σιπύη δὲ, ἡ ἀρτοθήκη. *Sipye vero, panis repositorium.* Pollux *lib.* X. *cap.* XXIX. Καὶ βακτηρίαι προσήκουσι γεωργοῖς, καὶ πίθοι, καὶ πιθάκναι, καὶ πιθακνίδες, καὶ σιπύαι. *Et bacula conveniunt agricolis, & dolia, maximæ, minorisque ac minimæ formæ, & panaria.* Etymologici Auctor. Σιπύη, σημαίνει τὴν ἀρτοθήκην. οἱονεὶ σιτοβοίη τίς οὖσα, παρὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὰ σιτία ἐμβάλλεσθαι. *Sipye significat panarium; tanquam frumenti quædam conjectio. quoniam in eam injiciuntur esculenta frumentaria.* Scribo, Οἱονεὶ σιτοβύη, *tanquam frumenti stipatio.* Idque Sylburgio etiam placere animadverto. In hymnis Atticis, ut nonnulli interpretati, Σίφνις dicebatur. Pollux *libro citato*, *cap.* XXXVI. Σίφνιν δὲ ἐν τοῖς Ἀττικοῖς ὕμνοις, οὐ τὴν γῆν ἔνιοι ἀκούουσιν, ἀλλὰ τὴν σιπύην, ἐξ ἧς ἡ Δημήτηρ προυκόμιζε τὰς τροφάς. *Siphnin vero in Atticis cantibus, non terram quidam intelligunt, sed canistrum, ex quo Ceres protulit alimenta.* Agnoscit etiam Hesychius in istis verbis. Σίφνιν, τὴν γῆν Ἀθηναῖοι, καὶ Δήμητρος σιπύην. *Siphnin, terram Athenienses, aut etiam Cereris canistrum.* Ita enim locum illum rescribendum plane arbitror. Hodie editur, Σίφνον, τὴν γῆν Ἀθηναῖοι, καὶ ἡ Δημήτηρ, καὶ σιπύα. *Siphnon, terram Athenienses, & Ceres, & panarium.*

CAP. IX.

Inquilini Panathenæis ligones ferebant, summo cum silentio, ac punicea veste induti. Dinarchi locus apud Harpocrationem restitutus. Σκαφεῖς. Σκάφαι. Σκαφηφόροι. Eorum uxores, filiæque, urceos & umbellas gestabant. Pollux illustratus. Ὑδριαφόροι. Hesychius explicatus.

MUTILUS est Dinarchi iste locus, *Oratione* Κατὰ Ἀγασικλέους, apud Harpocrationem *in* Σκαφηφόροι. Οἱ ἀντὶ σκαφηφόρων ἔφηβοι εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβήσονται, οὐχ ὑμῖν ἔχοντες χάριν τῆς πολιτείας, ἀλλὰ τῷ ἀργυρίῳ. οὕτω γὰρ ἐσκαφηφόρησαν Ἀθήνησι. *Ephebi pro ligonum latoribus in arcem ascendent, non vobis agentes gratias civitatis acceptæ, sed pecuniæ. Sic enim ferebant ligonem Athenis.* Quid? an ephebi Athenis ligones ferebant? Nemo hoc dicet, qui antiquitatis Atticæ peritus fuerit. Rescribo ex Vaticano codice, Ἀλλὰ τῷ τούτου ἀργυρίῳ. ἀντὶ τοῦ μέ-

A τοικοι. οὗτοι γὰρ ἐ. *sed pecuniæ illius. pro inquilini. illi enim f.* Atqui hoc rectum. Nam inquilini Athenis ligones ferebant Panathenæis; filiæ vero eorum urceos, & umbellas. De ligonum latoribus locus est Hesychii. Σκαφηφόροι, οἱ μέτοικοι οὕτως ἐκαλοῦντο. σκάφας γὰρ ἔφερον ἐν Παναθηναίοις, ἵνα ὡς εὖνοι ἀριθμῶνται ἐν ταῖς θυσίαις. *Ligonum latores, inquilini sic vocabantur. Ligones enim ferebant in Panathenæis, ut tanquam illic nati numerarentur in sacrificiis.* Meminit etiam Pollux *lib.* III. *cap.* IV. Atque hinc Σκαφεῖς a Comicis dicebantur. Harpocration *in* Μετοίκιον. Ἐκάλουν δὲ οἱ Κωμικοὶ σκαφέας τοὺς μετοίκους, ἐπεὶ ἐν ταῖς πομπαῖς τὰς σκάφας ἐκόμιζον οὗτοι.
B *Sed Comici scapheas vocabant inquilinos, quia in pompis illi portabant ligones.* Item Σκάφαι, & Σκαφηφόροι. Apostolius. Καὶ ὁπότε δὲ ἐβούλοντο μέτοικον δηλῶσαι, ἢ σκάφην ἔλεγον, ἢ σκαφηφόρον. *Et quando volebant signare inquilinum, aut ligonem dicebant, aut ligonis latorem.* Atque hæc totidem verbis Suidas *in* Συστομώτερος, ex Theophrasti Περὶ νόμων *lib.* X. Incedebant autem inter gestandum summo cum silentio. Diogenianus *Cent.* VIII. *Proverb.* XII. Συστομώτερος σκάφης. ἐπὶ τῶν ἀπαρρησιάστων. ἀπὸ τῶν τὰς σκάφας μεταφερόντων ἐν ταῖς πομπαῖς. *Os magis compressum habens, quam ligo: de illis, quibus est nulla libertas loquendi; ab illis qui transferebant ligones in pompis.*
C Ac ne hiscere quidem licebat. Zenobius *Cent.* V. *Proverb.* XCV. Συστομώτερος σκάφης. παροιμία ἐπὶ τῶν τὰς σκάφας φερόντων μετοίκων. διὰ τὸ ἀπορρησίαστον, οἷς οὐδὲ χανεῖν ἐφεῖτο. *Os magis compressum habens, quam ligo: parœmia in inquilinos qui scaphas ferrent; propter ablatam veniam loquendi, quibus nec hiscere permittebatur.* Quæ totidem verbis Hesychius tradit. Ibant vero veste punicea induti. *Etymologici* Auctor. Ἀσκοφορεῖν. ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς πομπαῖς τὰ μὲν, ὑπὸ τῶν ἀστῶν πράττεται. τὰ δὲ, τοῖς μετοίκοις ποιεῖν ὑπὸ τῶν νομοθετησάντων προστέτακται. οἱ μὲν οὖν μέτοικοι, χιτῶνας ἐνδεδυμένοι χρῶμα ἔχοντας φοινικοῦν, καὶ τὰς σκάφας φέρουσιν. ὅθεν καὶ σκαφηφόροι λέγονται. *Peram ferre.*
D *In Bacchicis pompis alia quidem ab urbanis aguntur; alia vero inquilinis exsequi ab legumlatoribus injunctum est. Inquilini quidem igitur induti vestes coloris punicei, & ligones ferunt; unde etiam ligonum latores dicuntur.* Ut vero viri ligones gestabant, ita filiæ eorum urceos, & umbellas. Harpocration *in* Σκαφηφόροι. Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν ὑδρεῖα καὶ σκιάδια. *Lex injunxit inquilinis in pompis, ut ipsi quidem ferant ligones; filiæ autem eorum urnas & umbellas.* Pollux vero *loco citato* non filias, sed uxores, commemorat. Σκαφηφόρος. οὕτω δὲ τοὺς μετοίκους ὠνόμαζον. καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ὑδριαφόρους. ἀπὸ τοῦ ἔργου ἑκατέρους. *Ligonis lator. Ita*
E *vero nominabant inquilinos; & uxores eorum urnigeras, utrosque ab opere.* Expediam rem totam. Utræque occupabantur; uxores, & filiæ: illæ mulieribus, hæ virginibus operam navabant. Clare Ælianus *Var. Hist.* lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι δὲ ὕβρισαν καὶ ἐκείνην τὴν ὕβριν. ἀτυχίας γὰρ λαβόμενοι τῶν δυσπραγίαν σωφρόνως οὐκ ἤνεγκαν. τὰς γοῦν παρθένους τῶν μετοίκων σκιαδηφορεῖν ἐν ταῖς πομπαῖς ἠνάγκαζον ταῖς ἑαυτῶν κόραις. τὰς δὲ γυναῖκας ταῖς γυναιξί. τοὺς δὲ ἄνδρας σκαφηφορεῖν. *Athenienses etiam hac contumelia insultaverunt. Nam felicitate rerum accedente, fortunam*
F *sapienter non tulerunt. Itaque puellas inquilinorum ferre umbellas per sacra coegerunt suis filiabus; conjuges vero conjugibus: maritos autem ferre ligones.* Ut autem viri Σκαφεῖς Σκάφαι, & Σκαφηφόροι, ita mulieres hac ex re Ὑδριαφόροι appellatæ. Observare est in Pollucis *verbis* jam *citatis*. Et inde capiendus Hesychius, cum inquit. Ὑδριαφόροι, μέτοικοι. *Urnigeri, inquilini.*

CAP. X.

Stephanephori heroes duo. Suidas correctus. Στεφανηφόρος, domus Athenis. Puerperarum ædes coronatæ.

ANTIPHON in *Oratione* Πρὸς Νικοκλέα nominavit Stephanephorum quendam. Eam ob rem dubitare se Harpocration ait, an Athenis fuerit heroum Stephanephori, Herculis filii; an vero Attici Stephanephori: cujus utriusque mentio apud Hellanicum locis diversis. Verba ejus ecce ista. Στεφανηφόρος. Ἀντιφῶν ἐν τῷ Πρὸς Νικοκλέα. Στεφανηφόρου ἡρῷον, ὡς ἔοικεν, ἦν ἐν ταῖς Ἀθήναις· εἴη δ' ἂν ὁ Στεφανηφόρος, ἤτοι τῶν Ἡρακλέους υἱῶν τις, τῶν γεγενημένων ἐκ τῶν Θεστίου θυγατέρων, οὗ μέμνηται Ἑλλάνικος ἐν δεκάτῳ Φορωνίδος. ἢ μήποτε τοῦ Ἀττικοῦ Στεφανηφόρου τὸ ἡρῷον ἦν, οὗ πάλιν ὁ αὐτὸς Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος μέμνηται. *Stephanephorus. Antiphon in oratione contra Nicoclem. Stephanephori monumentum, ut videtur, erat Athenis. Fuerit igitur Stephanephorus, aut Herculis filiorum unus, qui nati sunt ex Thestii filiabus, cujus meminit Hellanicus in decimo Phoronidis; aut nisi forte Attici Stephanephori monumentum fuerit, cujus rursum meminit ipse Hellanicus in secundo Atthidis.* Quæ totidem verbis apud Suidam quoque leguntur, nisi quod illic Ἀστικοῦ Στεφανηφόρου sit expressum. De neutro equidem Stephanephoro legere memini. Atque utinam extarent Hellanici ista Opera, quam multa nos ista sine dubio docerent, quæ nunc ignorare cogimur. Neque aliunde Moschopulus. Στεφανηφόρος, ὁ στέφανον ἐπιφερόμενος. καὶ ὄνομα κύριον. οὗ καὶ ἡρῷον, φασὶν, ἐν Ἀθήναις ἦν. *Stephanephorus, qui coronam impositam fert. & nomen proprium; cujus etiam monumentum, dicunt, Athenis erat.* Ergo, ut dixi, de heroo Stephanephori res incerta; illud certum, fuisse Athenis domum quandam, quæ Στεφανηφόρος nuncupata. Observo apud Hesychium. Στέφανον φορέοντα, ἀπ' οἴκη τινὸς καλουμένη Στεφανηφόρη. *Coronam ferentem, ab domo quadam vocata Coronigera.* Ut autem dicam, quod sentio; arbitror apud Atticos Στεφανηφόρον dictam quamcunque domum, in qua nimirum puerpera esset. Mos enim illis ejusmodi domos corona insignire; si masculus natus, oleagina: si fæmella vero, lanea. Docet nos alibi idem Hesychius. Ἔθος ἦν, ὁπότε παιδίον ἄῤῥεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν, ἔρια, διὰ τὴν ταλασιουργίαν. *Mos erat, quando puerulus masculus natus esset apud Atticos, coronam oleæ ponere ante fores; sed in puellis lanas propter lanificium.*

CAP. XI.

Minervæ sacerdotes duæ. Κοσμώ. Τραπεζώ. Τραπεζοφόρος. Harpocration, Suidas, Etymologici Auctor, & Hesychius, emendantur.

ATHENIS omnia Minervæ sacra fæminæ sacerdotes duæ simul administrabant; earumque una Κοσμὼ, altera Τραπεζὼ dicebatur: quæ eadem Τραπεζοφόρος apud Lycurgum in *Orat.* Περὶ τῆς ἱερείας. Harpocration. Τραπεζοφόρος. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. ὅτι ἱερωσύνη ἐστὶ καὶ ὀνομάζεται ἡ Τραπεζοφόρος. ὅτι αὐτή τε καὶ ἡ Κοσμὼ συνδιέπουσι πάντα τὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερεῖα, αὐτός τε ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ δεδήλωκε, καὶ Ἴστρος ἐν ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν συναγωγῶν. *Mensigera. Lycurgus in oratione de sacerdote: sacerdotii nomen esse Mensigeram; ipsamque & Cosmo simul administrare omnes Minervæ victimas, & ipse ille orator in eadem oratione declaravit, & Ister in sexta & decima Atticarum collectionum.* Sed corrupta leviter verba; ac rescribo, Τὰ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὰ, *Minervæ sacra.* Idem mendum est apud Suidam, & Auctorem *Etymologici*, qui hinc sua acceperunt, quæ hac de re tradunt. De Trapezone, locus est Hesychii, itidem corrigendus. Τραπεζὼ, ἱερεία τις Ἀθήνησιν. *Trapezo, sacerdos quædam Athenis.* Hodie editur, Τραπεζὼν, litera ultima abundante. Nam verum nomen erat Τραπεζὼ, ut Κοσμὼ, Βαυβὼ, Δηώ.

CAP. XII.

Venus Ψίθυρος, & Cupido. Suidas, & Hesychius, emendati. Eustathii locus mutilus indicatus. Mercurius Ψιθυριστής. Pausaniæ Lexicon Atticum.

VENUS quoque Ψίθυρος colebatur, & Cupido; quemadmodum Mercurius Ψιθυριστής. Harpocration, Ψιθυριστὴς Ἑρμῆς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. ἦν τις Ἀθήνησιν Ἑρμῆς, ὁ ἐπικαλούμενος. ἐτιμᾶτο δὲ Ἀθήνησι καὶ Ψίθυρος Ἀφροδίτη, καὶ Ἔρως Ψίθυρος. *Susurrator Mercurius. Demosthenes in oratione contra Neæram. Erat quidam Athenis Mercurius, ita vocatus. Colebatur vero Athenis etiam Susurrans Venus, & Cupido Susurrans.* Ad quem locum vide quæ annotat, novum Galliæ ornamentum, Philippus Maussacus. Emendandus autem hac ipsa in re Suidas, apud quem male hodie editur. Καὶ Ψίθυρος Ἀφροδίτη, καὶ Ἑρμῆς Ψίθυρος. *Et Susurrans Venus, & Mercurius Susurrans.* Rescribe, Καὶ Ἔρως Ψ. *Et Cupido S.* Veneris Ψιθύρου meminit etiam Hesychius, sed strictim. Ἀφροδίτη, Ψίθυρος. *Venus, Susurrans.* De Cupidine, corruptus est alter ejusdem locus. Ψίθυροι, ἐξ ὧν τὸ συνώνυμον καὶ ἥρωος Ἀθήνησιν ὄνομα. *Surri, ex quibus commune & herois Athenis nomen.* Restituo, Καὶ Ἔρωτος Ἀθήνησιν ὄνομα. *Et Cupidinis Athenis nomen.* De utriusque hoc cognomento est iste locus Eustathii, initio Commentarii *ad Odyss.* υ. Καὶ Ψιθύρου Ἀφροδίτης κατὰ Παυσανίαν ἱερὸν ἦν Ἀθήνησι, καὶ Ἔρωτος δὲ, οὗ Δημοσθένης, φησὶ, μέμνηται ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Et Susurrantis Veneris juxta Pausaniam fanum est Athenis, & vero Cupidinis; cujus etiam Demosthenes, ait, meminit in oratione contra Neæram.* Quo loco arbitror excidisse Mercurii nomen, ac rescribendum, Καὶ Ἔρωτος δὲ, καὶ Ἑρμοῦ. οὗ καὶ Δ. *Et Cupidinis vero, & Mercurii; cujus etiam D.* Nam Demosthenes Mercurii meminit; non Veneris, aut Cupidinis. Ecce verba in ea *Oratione*, quæ respexit. Καὶ εἰσάγει αὐτὴν καὶ τὰ παιδία εἰς οἰκίδιον, ὃ ἦν αὐτῷ παρὰ τὸν Ψιθυριστὴν Ἑρμῆν, μεταξὺ τῆς Δωροθέου τοῦ Ἐλευσινίου οἰκίας, καὶ τῆς Κλεινομάχου. *Et inducit eam liberosque in domunculam, quæ illi erat prope Susurratorem Mercurium, inter domum Dorothei Eleusinii, & alteram Clinomachi.* Pausaniæ vero locum, quem designat Eustathius, non invenies in *Descriptione Græciæ*, quam hodie habemus: sed dixerat hæc in *Lexico Attico*. Id commemorat sæpenumero hic ipse Eustathius, cum in Comm. suo *ad Homerum*, tum etiam *ad Dionysium*. Ecce tibi. Παυσανίας δὲ, οὗ τὸ Ἀττικὸν Λεξικὸν, ἄλλο τι ἐμφαίνει. *Pausanias vero, cujus est Atticum Lexicon, aliud quid declarat.* Et Scholiastes Thucydidis *lib.* VI. Παυσανίας ἐν τῇ ἐπιτετμημένῃ αὐτῷ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγῇ, τὰς τραχήλους καὶ τὰ αἰδοῖα τῶν Ἑρμῶν περικοπῆναι λέγει, καὶ τοὺς τοῦτο δράσαντας, Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι. *Sciendum est Pausaniam in elaborata illi Atticorum nominum collectione, cervices & pudenda Hermis præcisa dicere, eosque qui id fecerant, Hermitusores vocari.*

CAP. XIII.

Ανθεστήρια. Πιθοιγία. Χόες. Χύτροι. Dies Celebrationis. Quando etiam servis vinum bibere licitum. Hesychius emendatus. Δωδεκάτη. Schol. Aristophanis emendatus. Bacchus τῶν Χοῶν præses. Largior potatio, & præmio invitata, eo festo. Convitiorum etiam licentia; & certamen Poetarum. Mos exoletus a Lycurgo renovatus. Comœdi victores civitate donati, quod antea illicitum. Aristophanis Scholiastæ error. Olla cocta cum seminibus omnis generis, e qua nemo aliquid gustaret; idque cur. Sacra facta Mercurio τῷ Χθονίῳ.

FESTUM Athenis, Ανθεστήρια; tribus diebus constans: e quibus primus Πιθοιγία, alter Χόες, tertius Χύτροι dicebatur. Aristophanis Scholiastes *ad Acharnenses*. Φησὶ δὲ Απολλόδωρος Ανθεστήρια καλεῖσθαι κοινῶς τὴν ὅλην ἑορτὴν Διονύσῳ ἀγομένην. κατὰ μέρος δὲ, Πιθοιγίαν, Χόας, Χύτρας. *Dicit vero Apollodorus Anthesteria vocari communiter universum festum Baccho celebratum; per partes vero, Pithœgian, Choes, Chytras.* Et Grammatici passim testantur. Ac Πιθοιγία quidem celebrabatur mensis Anthesterionis XI. Χόες, duodecimo: Χύτροι, decimo tertio. De Pithœgia clare Plutarchus *Sympos.* lib. III. Quæst. VII. Τοῦ νέου οἴνου Αθήνησι μὲν ἑνδεκάτῃ (τοῦ Ανθεστηριῶνος) μηνὸς κατάρχονται, Πιθοιγίαν τὴν ἡμέραν καλοῦντες. *Novi vini Athenis quidem undecima (Anthesterionis) mensis initia sumunt, Pithœgian vocantes diem.* Ratio nominis; quia tunc nimirum dolia aperiebant, vinumque novum gustabant. Idem Plutarchus *Sympos.* lib. IX. Quæst. X. Καὶ μὲν οἴνου τε τοῦ νέου οἱ πρωϊαίτατα πίνοντες Ανθεστηριῶνι πίνουσι μηνὶ μετὰ χειμῶνα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἡμεῖς μὲν Αγαθοῦ Δαίμονος, Αθηναῖοι δὲ Πιθοιγίαν προσαγορεύουσιν. *Et quidem ex vino qui novum maturrime bibunt, Anthesterione mense bibunt post hiemem, & diem illam, nos quidem Boni Genii, Athenienses vero Pithœgian cognominant.* Et neque cuiquam, ne servo quidem, vinum tunc fas prohibere; sed peractis prius sacris omnibus id communicabatur. Proclus *ad Hesiodum lib.* I. Καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοιγία, καθ' ἣν οὔτε οἰκέτην οὔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν, ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι τοῦ δώρου τοῦ Διονύσου. *Et in patriis ritibus est festum Pithœgia, quo neque servum vernam nec conductitium fas erat arcere fruitione vini, sed qui sacrificassent cum omnibus communicare donum Bacchi.* Male apud Hesychium. Πιθοίπα, ἑορτὴ Αθήνησι. *Pithœpa, festum Athenis.* Rescribendum, Πιθοιγία. Idque Maussaco etiam visum. Meminit quoque Eustathius *ad Iliad.* ω. Τοῦ δὲ τοιούτου τῶν κακῶν πίθου εἴη ἂν ἡ Πιθοιγία, οὐχ' ἑορτάσιμος κατὰ τὴν παρ' Ησιόδῳ, ἐν ᾗ ἀρχομένου πίθου χρὴ κορέννυσθαι, ἀλλ' εἰς τὸ πᾶν ἀποφράς. *Sed hujusmodi malorum dolii fuerit fortassis Pithœgia, non feriatus prout ille apud Hesiodum, in qua inchoante dolio oportet satiari, sed in perpetuum nefasta.* Die proxime insequente duodecimo Χόες, decimo tertio Χύτροι celebrabantur. De Choibus, diserte Harpocration. Χόες. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ὀνόματος. ἑορτή τις παρ' Αθηναίοις, ἀγομένη Ανθεστηριῶνος δωδεκάτῃ. *Choes. Demosthenes in oratione de nomine; festum aliquod apud Athenienses, celebratum Anthesterionis duodecima.* Inde etiam Δωδεκάτη illis nomen. Hesychius. Δωδεκάτη, ἑορτὴ Αθήνησιν, ἣν Χόας ἔλεγον. *Duodecima, festum Athenis, quod Choas dicebant.* De origine, & nominis appellatione, plenissime Scholiastes Comici *ad Fabulam citatam*. Φησὶ δὲ Απολλόδωρος, ὅτι Ορέστης μετὰ τὸν φόνον εἰς Αθήνας ἀφικόμενος, ἦν δὲ ἑορτὴ Διονύσου Ληναίου, ὡς μὴ γένοιτό σφισιν ὁμόσπονδος, ἀπεκτονὼς τὴν μητέρα, ἐμηχανήσατο τοιόνδε τι Πανδίων. Χοᾶ οἴνου τῶν δαιτυμόνων ἑκάστῳ παραστήσας, ἐξ αὐτοῦ πίνειν ἐκέλευσε μηδὲν ὑπομιγνύντας ἀλλήλοις, ὡς μήτε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ κρατῆρος πίοι Ορέστης, μήτε ἐκεῖνος ἄχθοιτο καθ' αὐτὸν πίνων μόνος. καὶ ἀπ' ἐκείνου Αθηναίοις ἑορτὴ ἐνομίσθη οἱ Χόες. *Dicit vero Apollodorus, Oreste post cædem Athenas delato (erat autem festum Bacchi Lenæi, ut ne cum iis libationis fieret particeps, qui occiderat matrem) tale quid Pandionem excogitavisse; Choem vini unicuique epulantium apponens, jussit ex eo bibere nihil commiscentes inter se, ut ne ab eodem cratere biberet Orestes, neque ille ægre ferret singulatim solus bibens; & ab eo Atheniensibus festum habitum fuit Choes.* Meminit eorum Alciphron in Epistola Menandri *ad Glyceram*. Τῶν κατ' ἔτος Χοῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς θεάτροις Ληναίων. *Annuorum Choum, & istorum in theatris Lenæorum.* Alii non duodecimo Anthesterionis celebrari Choas consuevisse tradunt, sed Pyanepsionis octavo. Aristophanis Scholiastes. Εἰ τοὺς Χόας. εἰς τὴν ἑορτὴν τῶν Χοῶν, ἐπετελεῖτο δὲ Πυανεψιῶνος ὀγδόῃ. οἱ δὲ, Ανθεστηριῶνος δεκάτῃ. *Ad Choas. ad festum Choum. Peragebatur autem Pyanepsionis octava. alii autem Anthesterionis decima.* Sed scribendum illic, Ανθεστηριῶνος δωδεκάτῃ, *Anthesterionis duodecima.* Nam duodecimus Anthesterionis dies festo proprius erat, non decimus; ut jam ostendi. Ac consecratus ille dies Baccho erat, utque pridie apertis doliis vinum gustaverant, ita tunc sese largiter admodum invitabant, præmio etiam ordinato ei qui plurimum potasset. Observo apud Ælianum *Var. Hist.* lib. II. cap. XLI. Καὶ ἐν Διονύσου δὲ τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ προὔκειτο ἆθλον τῷ πιόντι πλέον. *Sed & in Bacchi Choum festo propositum erat præmium ei, qui plus biberet.* Item comessantes curribus vecti obvios deridebant, & convitiis incessebant. Apostolius. Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν, ἐπὶ τῶν ἀπερικαλύπτως σκωπτόντων. Αθήνησι γὰρ ἐν τῇ τῶν Χοῶν ἑορτῇ οἱ κωμάζοντες ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν τοὺς ἀπαντῶντας ἔσκωπτόν τε καὶ ἐλοιδόρουν. *Illa ex vehiculis. in eos qui aperte jaciunt dicteria. Athenis enim in Choum festo comessantes in vehiculis obvios dicteriis incessebant & convitiis.* Quæ totidem verbis apud Suidam. Quod ad Chytros, eorum meminit Ælianus *Histor. Anim.* lib. IV. cap. XLIII. Κεκήρυκται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι. *Celebrata sunt enim Bacchanalia, & Lenæa, & Chytri.* Et Alciphron *loco citato*. Ποῦ δὲ Θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκιττωμένους; ποῖον περισχοίνισμα; ποίαν αἵρεσιν; ποίους Χύτρους. *Ubi enim Legislatores in sacris vicis hedera coronatos? quale funis in circuitu septum? qualem sectam? quales Chytros?* Hoc ideo autem dicit, quia tunc Poetæ certabant. Ecce apud Diog. Laert. in *Platone*, lib. III. Τετράσι δράμασιν ἠγωνίζοντο, Διονυσίοις, Ληναίοις, Παναθηναίοις, Χύτροις. *Quaternis poematibus certabant, Bacchanalibus, Lenæis, Panathenæis, Cythris.* Morem hunc exolescentem renovavit Lycurgus, lege lata, ut Comœdi tunc certarent, victorque civitate donaretur, quod ante illicitum. Plutarchus in *ejus Vita*. Εἰσήνεγκε δὲ καὶ νόμους, τὸν περὶ τῶν Κωμῳδῶν ἀγῶνα τοῖς Χύτροις ἐπιτελεῖν ἐφάμιλλον ἐν τῷ θεάτρῳ. καὶ τὸν νικήσαντα εἰς ἄστυ καταλέγεσθαι, πρότερον οὐκ ἐξόν, ἀναλαμβάνων τὸν ἀγῶνα ἐκλελοιπότα. *Introduxit vero & leges, nempe certamen de Comœdis peragere Chytris simile in theatro, & eum qui vicisset, in civitatem adlegere quod prius non licebat, resuscitans certamen obliteratum.* Celebrabantur vero, ut dixi, die mensis decimo tertio, postridie Choum; quemadmodum Choes postridie Pithœgiæ. Harpocration. Ἔστι δὲ καὶ Αττική τις ἑορτὴ Χύτροι, ἧς μνημονεύει Δείναρχος ἐν τῷ Κατὰ Πυθέου. ἤγετο δὲ ἡ ἑορτὴ Ανθεστηριῶνος τρίτῃ ἐπὶ δέκα, ὥς φησι Φιλόχορος ἐν τῷ Περὶ ἑορτῶν. *Est autem & Atticum quoddam festum Chytri, cujus meminit Dinarchus in oratione contra Pythean. Celebrabatur vero festum Anthesterionis tertia decima, ut ait Philochorus in Scripto de festis.* Errat Aristophanis Scholiastes, qui Choum & Chytrorum eundem esse diem statuit. Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἄγονται οἵ τε Χύτροι καὶ οἱ Χόες Αθήνησι. *In una die celebrantur Chytri & Choes Athenis.*

Meminit utrorumque ſimul Comicus *Acharnenſibus*.

> Ὑπὸ τὰς Χόας γὰρ καὶ Χύτρους αὐτοῖσί τις
> Ἤγγειλε λῃστὰς ἐμβαλεῖν Βοιωτίους.
> *Sub Choas enim & Chytros illis aliquis*
> *Nunciavit latrones irrupiſſe Bœotios.*

Ac Choibus quidem Mercurio τῷ Χθονίῳ ſacra faciebant; Chytris vero, ollam omni ſeminum genere refertam coquebant, qui ex diluvio evaſiſſent, neque ex ea quiſquam quicquam guſtabat, Mercurii reverentia, quem placatum cupiebant. Scholiaſtes toties jam laudatus ex Theopompo. Θεόπομπος τοὺς διασωθέντας ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ ἑψῆσαί φησι χύτρας πανσπερμίας. ὅθεν οὕτω κληθῆναι τὴν ἑορτήν. καὶ θύειν τοῖς Χουσὶν Ἑρμῇ Χθονίῳ· τῆς δὲ χύτρας οὐδένα γεύσασθαι. τοῦτο δὲ ποιῆσαι τοὺς περισωθέντας ἱλασκομένους τὸν Ἑρμῆν. *Theopompus illos qui ſalvi fuerunt ex diluvio, coxiſſe dicit ollas omnium ſeminum plenas; unde ita vocari feſtum; & immolare per Choas Mercurio Terreſtri; ſed ex olla guſtare neminem: id autem feciſſe conſervatos ad propitiandum Mercurium.* Ubi ſimul obſerva originem nominis.

CAP. XIV.

Theagenides archon. Lyſias Andocide quot annis minor. Phraſiclidæ archontes duo. Diod. Siculus correctus. Pilocles archon, & quot eo nomine. Andocidis menſa. Πώρινος λίθος. *Plutarchus varie emendatus, Conſtantinus ſemel.*

AIT Plutarchus in *Andocide*, natum eum Olympiade LXXVIII. archonte Theogenide, ac majorem Lyſia eſſe annis circiter centum. Ἄρχει δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς μὲν ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεογενίδης. ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτεσί που ἑκατόν. *Initium vero dat ejus exortus Olympias quidem ſeptuageſima octava, archon autem Athenis Theogenides; ita ut major ipſe ſit Lyſia annis ferme centum.* Primo leve mendum eſt in nomine archontis, ſcribendumque, Θεαγενίδης. Ita Diodoro Siculo dicitur *lib.* XI. & Anonymo in *Deſcript. Olymp.* Geſſit autem is magiſtratum, ut ex iis, quos laudavi, eſt cognoſcere, Olympiadis iſtius LXXVIII. anno I. Sed ſequentia Plutarchi verba multo ſane corruptiora. Quid enim? an annum circiter centeſimum Andocides Lyſiam anteceſſerit? Nego profecto. Eruditiſſimus Xylander videtur legiſſe, Ἔτεσί που εἴκοσι. itaque vertit, *annis fere viginti*. Verum neque iſtud rectum. Expendamus. Natus Andocides, ut hic dicit, archonte Theagenide, id eſt, Olympiadis LXXVIII. anno I. Lyſias vero, archonte Philocle, Olympiadis LXXX. anno II. Ipſe Plutarchus in *Lyſia* tradit. Γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος, τοῦ μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, τὸ μὲν πρῶτον συνεπαιδεύετο τοῖς ἐπιφανεστάτοις Ἀθηναίων. *Verſatus Athenis Philocle archonte, qui fuit poſt Phraſiclen, anno ſecundo* LXXXII. *Olympiadis, primo quidem inſtituebatur cum nobiliſſimis Athenienſium.* Sed in illo loco duplex iterum mendum; ac primo corruptum archontis nomen, ſcribendumque, Τοῦ μετὰ Φρασικλείδην, *qui fuit poſt Phraſicliden*. Nam Phraſiclides, non Phraſicles, dicebatur; ut certum ex Anonymo in *Olymp. Deſcrip.* Et corrigendus leviter quoque Diodorus Sic. *lib.* XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φρασικλείδου, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη ὀγδοηκοστή. *Archonte autem Athenis Phraſiclide, Olympias quidem acta fuit octogeſima.* Hodie editur, Φασικλείδου, *Phaſiclide*. Meminit etiam Phraſiclidæ cujuſdam Pauſanias *Eliac.* II. & *Arcadicis*; qui archon fuit Olymp. CII. anno II. Ejuſdem Diod. *lib.* XV. & Anonymus, ſuo loco. Verum enimvero hic iterum turbæ non exiguæ, de magiſtratu hujus Phraſiclidæ. Diodorus Sic. in *verbis citatis*, & Anonymus in *Deſcript. Olymp.* diſerte ſtatuunt Olympiade LXXX. anno I. Plutarchus anno II. Olymp. LXXXII. Itaque habes diſcrimen annorum VIII. Reſcribendum ajo, Κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, *anno ſecundo octogeſimæ Olympiadis*. Illa verba, καὶ δευτέρας, nata ex ſupini librarii oſcitantia, male geminantis præcedentia iſta, τὸ δεύτερον. Ergo, ut recte computemus, a Theagenide archonte, ſub quo natus eſt Andocides, ad Philoclem, in cujus magiſtratum Lyſiæ natalem incidiſſe dicit, anni ſunt decem. Quamobrem hic Plutarchi locus ita reſtituendus, Ὥστε εἶναι πρεσβύτερον αὐτὸν Λυσίου ἔτος που δέκατον. *ita ut major ipſe ſit Lyſia decimo fere anno.* Atque hæc eſt veriſſima lectio. Ait vero, circa decimum annum anteceſſiſſe; quia in natali Lyſiæ non conveniunt Auctores. Alii enim anno poſt, Bione archonte; alii biennio, archonte Mneſithide, natum Oratorem illum dicunt. Ecce tibi verba Anonymi, in magiſtratu Bionis: Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐγεννήθη, *Lyſias orator natus eſt*. Et in ſequenti Mneſithidis. Λυσίας ὁ Κεφάλου ῥήτωρ, Συρακουσίων ὢν γονέων, ἐγεννήθη κατὰ Διονύσιον. *Lyſias Cephali filius, orator, Syracuſanis parentibus, natus fuit ætate Dionyſii.* Obſervandum autem, quod dicat. Ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος τοῦ μετὰ Φρασικλείδην, *Philocle archonte, qui fuit poſt Phraſicliden*. Hoc diſcriminis cauſa facit. Nam alius quoque ejuſdem nominis archon fuit poſt Demoſtratum, Olymp. XCVII. anno I. alius rurſum poſt Cephiſodorum Olymp. CXIV. anno III. Apud eundem Plutarchum, in illo ipſo *Andocide*, ſequitur iſte locus. Τούτου δὲ ἐπώνυμός ἐστι καὶ Ἑρμῆς ὁ Ἀνδοκίδου καλούμενος, ἀνάθημα μὲν ὢν φυλῆς Αἰγηΐδος, ἐπικληθεὶς δὲ Ἀνδοκίδου, διὰ τὸ πλησίον παροικῆσαι τὸν Ἀνδοκίδην. καὶ αὐτὸς δὲ ἐχορήγει κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ, καὶ νικήσας ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ, ἀντικρὺς τοῦ Πωρίνου Σελίνου. *Huic idem cognomen accepit quoque Hermes Andocidæ vocatus, donarium quidem tribus Ægeidis, cognominatus autem Andocidæ, quia in vicino habitabat Andocides, & ipſe choragium præbebat cyclio choro in ipſius tribu certanti dithyrambo: & quum viciſſet, dedicavit tripodem in edito, e regione Porini Selini.* Ubi & corrupta verba, & Interpres, quamvis doctiſſimus, non eſt ſatis mentem Plutarchi aſſecutus. Ita vertit iſta poſtrema. *Victoriaque potitus tripodem dedicavit loco ſublimi, e regione Porini Selini.* Atqui non vult dicere Plutarchus, menſam illum dedicaſſe e regione Porini Selini, ſed Mercurii; qui, quod proxime domum ipſius poſitus eſſet, Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς vulgo dicebatur. Verba vero ita interpungenda, & reſtituenda. Καὶ νικήσας, ἀνέθηκε τρίποδα ἐφ' ὑψηλοῦ ἄντικρυς, πωρίνου τε λίθου. *Et quum viciſſet, dedicavit tripodem in edito e regione, & quidem ex porino lapide.* Poſuerat Andocides menſam abs ſe victore dedicatam in ſublimi, e regione Mercurii, a nomine ſuo nuncupati, eamque e porino lapide. Corruptum hujus lapidis nomen item apud Conſtantinum *Geoponic.* lib. VII. cap. XII. Ἕτεροι λίθον τὸν καλούμενον πορικὸν καύσαντες, ἐμβάλλουσι τῷ οἴκῳ. *Alii lapidem vocatum poricum cremantes, immittunt domui.* Reſcribe itidem, λ. τ. καλούμενον πώρινον, *lapidem vocatum porinum*. Meminit πωρίνου λίθου etiam Herodotus *lib.* V. Οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τοῦ παραδείγματος κάλλιον, τά τε ἄλλα, καὶ συγκειμένου σφι πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηόν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. *Cæterum ut qui opibus eſſent beati, & viri ſpectati jam antiquitus, tum ædem perfecerunt exemplo melius, tum reliqua, etſi conveniſſet illis ex porino lapide facere illam, Pario anteriora ejus effecerunt.* Et

Pausanias *Eliac.* II. Εςι δὲ λίθε πωρίνε κρηπὶς ἐν τῇ Αλτει, πρὸς ἄρκτον τῦ Ηραίε. *Est autem lapidis porini crepido in Alti, ad boream Junonis templi.* Occurrit quoque apud Suidam, *in* Πῶρος. Hesychius. Πώρινον, λίθινον. Ο᾽ δὲ Πῶρος, ὁ πᾶς λίθος. *Porinum, lapideum. Porus autem non quilibet lapis.* Qualis autem lapis fuerit porus, e Plinio est discere, *lib.* XXXVI. *cap.* XVII. ubi ait Pario similem candore, & duritia; sed pondere vinci. *Parioque similis candore, & duritia, minus tamen ponderosus, qui porus vocatur.*

CAP. XV.

Lysias quindecennis Sybarim profectus, quam diu illic manserit. Qua ætate Athenas redierit. Photius emendatus. Cum quot viris a Thuriis ejectus. Clearchus, sive Cleocritus, & Callias, archontes. Calliæ nomine quot archontes fuerint. Plutarchus varie illustratus, & restitutus.

APUD eundem Plutarchum in *Lysia* iterum corruptus locus. Επεὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θυρίυς μετονομασθεῖσαν, ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ (ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ ἄλλοι δύο, Εὔδιδος καὶ Βράχυλλος) τοῦ πατρὸς ἤδη τετελευτηκότος, ὡς κοινωνήσων τοῦ κλήρυ, ἔτη γεγονὼς πεντεκαίδεκα, ἐπὶ Πραξιτέλυς ἄρχοντος· κἀκεῖ διέμεινε παιδευόμενος παρὰ Τισίᾳ καὶ Νικίᾳ τοῖς Συρακυσίοις. κτησάμενός τε οἰκίαν, καὶ κλήρῳ λαχὼν, ἐπολιτεύσατο, ἕως Κλεάρχυ τοῦ Αθήνησιν ἄρχοντος, ἔτη ἑξήκοντα τρία. *Quum vero urbs misit coloniam in urbem Sybarin, quæ deinde Thurii dicta est, abiit cum seniore fratre Polemarcho (habebat enim & alios duos Eudidum & Brachillum) patre jam mortuo, ut particeps futurus coloniæ & sortis, annos natus quindecim, Praxitele archonte; ibique mansit institutus ab Tisia & Nicia Syracusanis; jamque possidens domum, & sortem adeptus, in magistratu fuit, usque ad Clearchum Athenis archontem, per anno tres & sexaginta.* Vera est historia, quam commemorat, quindecennem in coloniam abiisse. Meminit quoque Dionysius Halicarnasseus in *Lysia*. Ετη δὲ πεντεκαίδεκα γεγονὼς, εἰς Θυρίυς ᾤχετο, πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Αθηναῖοί τε καὶ ἡ ἄλλη Ελλάς. *Natus vero annos quindecim, ad Thurios abiit, navigans cum duobus fratribus, particeps futurus coloniæ, quam miserunt Athenienses & reliqua Græcia.* Et Anonymus in *Descriptione Olympiadum*, anno I. Olymp. LXXXIV. archonte hoc, quem Plutarchus nominat, Praxitele. Λυσίας ὁ ῥήτωρ ἐτῶν γεγονὼς ιε΄. ᾤχετο εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, τὴν ὕστερον Θυρίυς ἐπονομασθεῖσαν. *Lysias orator quindecim annorum factus abiit in coloniam Sybarin, quæ deinde Thurii nominata est.* Atque mansisse illic ad archontem usque Calliam, Clearchi successorem; id est, annis sexaginta tribus. Sed corrupta necessario verba. Nam illo archonte Lysias natus annos tantum XLVII. Anonymus in isto Callia. Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ὢν ἐτῶν μζ΄. ὑπὸ τῶν Θυρίων καταστασιασθεὶς ὡς Αττικίζων, παραγίνεται αὖθις εἰς Αθήνας. *Lysias orator, annorum quadraginta septem, ab Thuriis seditione infestatus quasi Atheniensium factionis, redit postea Athenas.* Dionysius Halicarnasseus in illa ipsa historia, *loco citato*. Καὶ διετέλεσεν αὐτόθι πολιτευόμενος ἐν εὐπορίᾳ πολλῇ, μέχρι τῆς συμφορᾶς τῆς καταχούσης Αθηναίυς ἐν Σικελίᾳ. μετ᾽ ἐκεῖνο δὲ τὸ πάθος, στασιάσαντος τῦ δήμυ, ἐκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Αττικισμὸν ἐγκληθεῖσι. καὶ παραγενόμενος αὖθις εἰς Αθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἕβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνυ τῦ χρόνυ διετέλεσε διατρίβας ποιούμενος Αθήνησι. *Et perseveravit illic magistratus esse in magna rerum copia, usque ad calamitatem Atheniensibus obortam in Sicilia. Sed post illam infelicitatem orta in populo seditione excidit cum aliis trecentis itidem accusatis, quod partes Atheniensium tuerentur. Atque iterum reversus Athenas archonte Callia, septimum & quadragesimum annum agens, prout quis suspicione collegerit, ex illo tempore permansit Athenis doctrinas habens.* Suidas quoque *in* Λυσίας. Γεγονὼς δὲ ἐτῶν ιε΄. ἐς Θυρίυς ᾤχετο σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας. εἶτα ἐκπεσὼν ἐκεῖθεν ἐπ᾽ Αττικισμῷ, ἐπανῆλθεν ἐς Αθήνας ἄγων ἔτος μζ΄. *Veniens vero ad annos quindecim abiit Thurios cum duobus fratribus, particeps coloniæ futurus. Deinde expulsus inde ob Athenarum sectam, rediit Athenas agens annum quadragesimum septimum.* Ergo computemus tempus. Anno ætatis decimo quinto ad Thurios concessit, vixitque illic ad annum quadragesimum septimum. Ergo exegit ibidem annos circiter triginta tres. Quamobrem rescribe in Plutarcho, Ετη τριάκοντα τρία, *annos triginta tres.* Deinde in sequentibus verbis, Αἰτιαθεὶς Αττικίζειν, ἐξέπεσε μετ᾽ ἄλλων τριῶν. *Incusatus stare ab partibus Atheniensium, excidit cum aliis tribus.* Corruptus iterum numerus. Restitue, Εξέπεσε μετ᾽ ἄλλων τριακοσίων, *excidit cum aliis trecentis.* Nam trecenti simul erant accusati, quod Atheniensibus studerent. Ecce apud Dionysium, *loco jam citato.* Εκπίπτει σὺν ἄλλοις τριακοσίοις Αττικισμὸν ἐγκληθεῖσι, *excidit cum aliis trecentis accusatis Atheniensium factionis.* Origo mendi ex confusione numerorum Γ΄. & Τ΄. qui proclivis valde lapsus. Vetus autem illud esse, neque heri aut hodie natum, animadvertere est ex Photii *Bibliotheca*, qui transscripsit eodem modo. Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ Αττικίζειν αἰτιαθεὶς μεθ᾽ ἑτέρων τριῶν, ἐξέπεσε. *Sequenti autem anno incusatus Atticismi cum alius tribus, excidit.* Rescribe itidem, μεθ᾽ ἑτέρων τριακοσίων, *cum aliis trecentis.* Nominat vero Clearcho prætori Calliam successorem. Τῷ δὲ ἑξῆς Καλλίᾳ, Ολυμπιάδι ἐνενηκοστῇ δευτέρᾳ, *sequenti autem Callia, Olympiade nonagesima secunda.* Atqui Clearchus iste Diodoro Cleocritus nuncupatur, *lib.* XIII. Τῦ δὲ ἔτυς τύτυ διελθόντος (loquitur de anno IV. Olymp. XCI.) Κλεόκριτος μὲν ἄρχων Αθηναίων ἦν. *Hoc autem anno elapso Cleocritus quidem archon Atheniensium erat.* Quin ipse Plutarchus in verbis sequentibus, quem Clearchum prius dixit, mox Cleocritum appellat. Παραγενόμενος δὲ Αθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, τῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος, ἤδη τῶν τετρακοσίων κατεχόντων τὴν πόλιν, διέτριβεν αὐτόθι. *Quum vero venisset Athenas Callia archonte, qui fuit post Cleocritum, jam quadringentis urbem tenentibus, illic moratus fuit.* Componam dissidium. Video in archontum catalogo istum, de quo jam disserimus, controverti; & his Clearchum, illis Cleocritum indigetari. Hoc ipsum manifestum satis ex Anonymo, qui dicti anni incertos archontes ita notat. Κλεόκριτος, οἱ δὲ, Κλέαρχος. *Cleocritus, alii vero, Clearchus.* Ait præterea illic Plutarchus, Επὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος. *Tempore Calliæ archontis post Cleocritum.* Ut distincte tempus indicet. Nam eo nomine archontes Athenis plures fuerunt. Unus, Olymp. LXXV. anno I. alter, Olymp. LXXXI. anno I. Tertius, de quo nunc agimus, Olymp. XCII. anno I. quique mox iterum archon fuit Olymp. XCIII. anno IV. Quartus, Olymp. C. anno IV.

CAP. XVI.

Verba Æschinis apud Harpocrationem emendata. Dinarchus Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. *Dionysius Halicarn. correctus. Lysias* Κατὰ Πυθοδήμου. *Pollux restitutus. Aleuas, Pyrrhi F. Harpocration, & Plutarchus, emendati.*

HARPOCRATION *in* Προσρόπαιον laudat verba ex *Oratione* Æschinis, quæ Περὶ παραπρεσβείας

Cc cc cc iiiij

inscripta. *Αἰσχίνης ἐν τῷ Περὶ τῆς παραπρεσβείας. Ὅσα τε οὖν αὐτὸς τὸ τοιοῦτον προστρόπαιον. Æschines in oratione de falsa legatione. Qualia igitur & ipse tantum purgamentum.* Sed corrupta. Ita restitue, Π. τ. παραπρεσβείας. Ἐάσατε οὖν αὐτὸν τὸ τ. π. *D. falsa legatione. Sinite ergo illum istud t. p.* Ibidem citat Dinarchum ἐν τῷ Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. Κεῖται δὲ τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ παρὰ Δεινάρχῳ ἐν τῷ Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας. *Positum vero est illud nomen quoque a Dinarcho in oratione contra Phormisium, de impietate.* Emendandus Dionysius Halic. in catalogo τῶν δημοσίων γνησίων Dinarchi, ubi perperam hæc Oratio inscribitur, Κατὰ φωρασεβείας, *de furtiva impietate.* Rescribendum censeo, Κατὰ Φορμισίου, ἀσεβείας, *contra Phormisium, impietatis.* Natum mendum ex compendio scriptionis. Inter Lysiæ Orationes una fuit, Πρὸς Πυθόδημον ἀπολογία. Harpocration *in* Τῆτες meminit. Τῆτες. ἀντὶ τοῦ, τούτῳ τῷ ἔτει. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Πυθόδημον ἀπολογίᾳ. *Tetes, hoc est, ipso hoc anno. Lysias in defensione contra Pythodemum.* Laudat quoque Pollux, sed emendandus, *lib.* VII. *cap.* III. Ἐστὶ δὲ τοὔνομα καὶ ἐν τῷ Λυσίου πρὸς Πυθόδημον ὑπὲρ ἀποστασίου. *Est vero nomen etiam in oratione Lysiæ contra Pythodemum pro divortio.* Male editur, Πρὸς Πειθόδημον, *contra Pithodemon.* Quando vero Harpocrationis ductu Dionysium & Pollucem restituimus, age, ipsius quoque nunc aliquem locum, corruptum hodie, corrigamus; ut gratiam illi referamus. Locus est *in* Τετραρχία. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ κοινῇ Θετταλῶν πολιτείᾳ, ἐπὶ Ἀλευάτου Πύρρου διῃρῆσθαί φησιν εἰς τέτταρας μοίρας τὴν Θετταλίαν. *Sed & Aristoteles in communi Thessalorum regimine, tempore Aleuati Pyrrhi divisam dicunt in quatuor partes Thessaliam.* Res, quam tractat, nota est ex Strabone *lib.* IX. Stephano, & *Etymologici* Auctore; sed corrupta illa verba, atque emendanda, Ἐπὶ Ἀλεύα τοῦ Πύρρου, *tempore Aleuæ Pyrrhi filii.* Erat Aleuas rex Thessaliæ, Pyrrhi & Archedices filius; uti norunt, qui historiam veterem docti. Videndus etiam Plutarchus *extremo libro* Περὶ φιλαδελφίας: ubi corrigendus oraculi versus.

> Τὸν Πύρρου τοι φημὶ, τὸν Ἀρχεδίκη τέκε, παῖδα.
> *Pyrrhi sane dico, quem Archedice peperit, filium.*

Hodie perperam est, quod editur.

> Τὸν Πύρρον τοι φ.
> *Pyrrhum sane d.*

Et male vertit doctissimus Interpres.

> *Archedice peperit quem, rufum nomine, dico.*

Debuerat, *Archedice peperit quem Pyrrho.*

CAP. XVII.

Philemonis Σάρδιος. *Harpocration restitutus, & Philemonis versus apud Pollucem.* Τριτήμορον.

PHILEMONIS Fabula fuit, Σάρδιος inscripta. Ea corrupte admodum citatur ab Harpocratione *in* Τριτημόριον. Τριτημόριόν ἐστιν ἓξ χαλκοῖ. Φιλήμων ἐν ἀρχῇ τοῦ βίου διδάσκει. *Tritemorion vel triens est sex chalci. Philemon in principio vitæ docet.* In Vaticano Codice erat, Ἐν ἀρχῇ τοῦ Δίου, *in principio Dii.* Rescribo, Ἐν ἀρχῇ τοῦ Σαρδίου, *in principio Sardii.* Emendationis meæ fundus ecce Pollux, *lib.* IX. *cap.* VII. ubi de hac ipsa re disserit. Ὅτι δὲ τοὺς ἓξ χαλκοῦς τριτημόριον ὠνόμαζον, ἐστὶν εὑρεῖν ἐν τῷ Φιλήμονος Σαρδίῳ.

> Χαλκοῦς ὀφείλεις πέντε μοι, μέμνησ', ἐγὼ
> Σοὶ πέντε χαλκοῦς, σὺ δέ μοι τριτημόριον.
> Τοὺς ἓξ ἀποδοὺς, τοὺς πέντε χαλκοῦς ἀπόλαβε.

Sex vero chalcos tritemorion nominavisse, est invenire licet in Philemonis Sardio.

> *Chalcos debes quinque mihi, memini, ego*
> *Tibi quinque chalcos, tu vero mihi tritemorion.*
> *Sex reddens, quinque chalcos recipe.*

Sed secundo illic versu repone obiter, versus causa, Σὺ δέ μοι τριτήμορον, *tu vero mihi tritemoron.* Dicebant enim etiam Τριτήμορον, pro Τριτημόριον: ut Τεταρτήμορον, pro Τεταρτημόριον. Et Philemonem ita scripsisse clare testantur ejusdem quoque Pollucis verba mox sequentia. Τὸ δὲ παρὰ Φιλήμονι τριτήμορον, τεταρτημόριον καλεῖ ἐνίοτε Πλάτων. *Sed tritemoron apud Philemonem, Plato interdum vocat tetartemorion.* Sic alibi item dixit *in* Πιττοκοπουμένῳ.

> Ἰδοὺ, πάρεστιν, ὡς ὁρᾷς, τριτήμορον.
> *Ecce, adest, ut vides, tritemoron.*

CAP. XVIII.

Hyacinthides, cujus filiæ; & quæ. Apollodorus, Apostolius, & Suidas, correcti. Hyacinthus collis, & pagus. Via Hyacinthis. Hyacinthi Lacedæmonii duo. Servius emendatus. Ejusdem, & Hygini, error indicatus.

DE Hyacinthidibus non conveniunt inter se Auctores. Harpocration tradit Hyacinthi Lacedæmonii filias esse. Ὑακινθίδες. Λυκοῦργος ἐν τῇ κατὰ Λυκόφρονος εἰσαγγελίᾳ. εἰσὶ δὲ θυγατέρες Ὑακίνθου τοῦ Λακεδαιμονίου. *Hyacinthides: Lycurgus in illatione contra Lycophronem; sunt autem filiæ Hyacinthi Lacedæmonii.* In eadem sententia Apollodorum video, qui quatuor eas memorat, Antheidem, Ægleidem, Enthenidem, & Lytæam; mactatasque ab Atheniensibus ex vetere oraculo pro salute publica ad tumulum Geræsti Cyclopis. Verba ejus in fine *libri* III. Γενομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ λόγιον Ἀθηναῖοι παλαιὸν τὰς Ὑακίνθου κόρας, Ἀνθηΐδα, Αἰγληΐδα, Ἠνθηνΐδα, Λυταίαν, ἐπὶ τὸν Γεραίστου τοῦ Κύκλωπος τάφον κατέσφαξαν. τούτων δὲ ὁ πατὴρ Ὑάκινθος ἐλθὼν ἐκ Λακεδαίμονος Ἀθήνας κατῴκει. *Exorta vero urbi peste simul & fame, primo quidem ex oraculo Atheniensi vetere filias virgines Hyacinthi, Antheidem, Ægleidem, Enthenidem, Lytæan, ad Geræsti Cyclopis sepulchrum mactarunt. Harum vero pater Hyacinthus digressus ex Lacedæmone Athenas coloniam ducebat.* Sed postremæ nomen ibi corruptum, legendumque, H. Λουσίαν. *E. Lusian.* Nam ab ea populus Atticæ Λουσία dictus. Observo apud Stephanum. Λουσία, τῶν Ὑακίνθου θυγατέρων μία, ἀφ' ἧς ὁ δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. *Lusia, Hyacinthi filiarum erat, a qua populus Oeneidis tribus.* Ita enim locum illum restituendum monui nuper libro meo *De Populis Atticæ.* Alii Erechthei filias tradunt. In his Demosthenes *Orat. Fun.* Ἤδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὑτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. *Noverunt omnes Erechthidæ, illum unde nomen acceperunt, Erechthea, ad servandam regionem suas ipsius filias, quas Hyacinthidas vocant, in manifestam mortem donantem impendisse.* Apollodorus *loco citato* quatuor commemorat; alii eas sex commemorant, Protogeniam, Pandoram, Procridem, Creusam, Orithyiam, & Chthoniam: atque ex his Protogeniam, Pandoramque, mactandas sese præbuisse in colle Hyacinthio, unde Hyacinthides dictæ. Apostolius. Παρθένοι ἓξ ἐφάμιλλος. ἐπὶ τῶν εὐψύχων καὶ σωφρόνων. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτίμησαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἕξ. πρεσβυτάτη μὲν ἐκαλεῖτο Πρωτογένεια, δευτέρα δὲ Πανδώρα, τρίτη Πρόκρις, τετάρτη Κρέουσα, πέμπτη Ὠρείθυια, ἕκτη Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένειαν καὶ Πανδώραν δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας. ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ

ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται, παρθένοι Ὑακινθίδες. *Virginibus sex par. De magnanimis & sapientibus. Erechthei filias ita dicebant, & honorabant vero sex numero. Maxima natu quidem dicebatur Protogenia, secunda autem Pandora, tertia Procris, quarta Creusa, quinta Orithyia, sexta Chthonia. Ex his dicitur Protogenian & Pandoran dedisse se mactandas pro regione, invadente exercitu ex Bœotia. Occisæ autem sunt in Hyacintho, ut vocatur, pago super Sphendonios. Idcirco etiam sic vocantur virgines Hyacinthides.* Ita ibi emendo; nam perperam legitur, Τρίτη Πρόκρις, Δηκρέουσα, πέμπτη Ω. *Tertia Procris, Decreusa, quinta O.* Numeri quaternarii nota adhæserat nomini; atque inde mendum. Videndus item Suidas *in* Παρθένοι, ubi itidem scribendum, Καὶ ἐτίμησαν δὲ ἕξ, *& coluerunt vero sex.* Non recte hodie vulgatur, Καὶ ἐτιμώρησαν δὲ, *& puniverunt autem.* Hyginus unam tantum memorat, Spariantidem; *Fabula* CCXXXVIII. *Hyacinthus (occidit) Spariantidem filiam ex responso pro Atheniensibus.* Meminit Hyacinthidum etiam Hesychius. Ὑακινθίδες, ἐπώνυμοι Ἀπόλλωνος, ἀπὸ Ὑακίνθου. *Hyacinthides, cognomines Apollinis, ab Hyacintho.* Ad Hyacinthum collem quod attinet, ei subjectus quoque pagus, Ὑακινθόκωμον appellatus, cujus meminit idem Hesychius, *in* Ὑάκινθος. Et hinc Ὑακινθὶς ὁδὸς, via quæ illuc duceret. Invenio apud Athenæum, *lib.* IV. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος ἐν ἑνδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ διακόσμου, ἐν τῇ Λακωνικῇ φησιν, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, τῆς καλουμένης Ὑακινθίδος, ἱδρῦσθαι ἥρωας, Δαίτωνα καὶ Κεράωνα. *Sed Demetrius Scepsius in undecimo Trojanæ ordinationis, in Laconica dicit ad viam vocatam Hyacinthida collocatos esse heroas Dætonem & Ceraonem.* Sed priusquam hoc caput finiam, quando Hyacinthi Lacedæmonii quidam fuisse filias dicunt, sciendum est duos eo nomine apud Lacedæmonios vixisse; unum Amyclæ regis filium, alterum Oebali, prioris ex Cynorta fratre nepotem. Prior juvenis, ab Apolline disco ictus, diem obiit sine liberis: alterius fuerunt, de quibus jam dixi, filiæ. De priore est locus Pausaniæ, ipso initio *Laconicorum.* Ἀμύκλας δὲ ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος καταλιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ· γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑάκινθον μὲν, νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον, κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρός. *Amyclas vero filius Lacedæmonis, volens & ipse aliquid relinquere ad memoriam, urbeculam condidit in Laconica. Sed quum ei nascerentur liberi, Hyacinthum quidem, natu minimum & forma pulcherrimum, occupavit fatum ante patrem.* Alterius meminit Hyginus *Fab.* CCLXXI. *Hyacinthus Oebali filius, quem Apollo amavit.* Servius etiam Eurotæ filium tradi ait; qui tamen prioris avus, ut ex Pausania nobis constat, *loco citato.* Quippe ex Eurota Amyclas natus, atque ex illo Hyacinthus prior. Servii locus, quem dixi, exstat *ad Æneid.* XI. sed insigni mendo infessus. *Sane Hyacinthus puer fuit Eurotæ; vel, ut quidam volunt, Hybali filius.* Emendo, *ut quidam volunt, Oebali filius.* Inepte autem & ille, & Hyginus, confundunt fabulam; quodque de priore traditum, alteri adscribunt.

CAP. XIX.

Ἀῤῥηφορία. Ἑρσηφορία. Ἀῤῥηφόροι. *Quæ illæ, quot numero, ac qua ætate. Duæ ex illis texturæ pepli præfectæ; & quando texere eum orsæ. Panis illarum, & sphæristerium in arce.*

FESTUM Athenis erat Minervæ, mense Scirrhophorione, Ἀῤῥηφορία nuncupatum. Idem etiam Ersæ celebrari solitum, Cecropis filiæ; atque inde Ἑρσηφορία dictum. Observo ex verbis Etymologici. Ἀῤῥηφορία, ἑορτὴ ἐπιτελουμένη τῇ Ἀθηνᾷ, ἐν Σκιῤῥοφοριῶνι μηνί. (λέγεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε. ἐῤῥηφορία) παρὰ τὸ ἄῤῥητα καὶ μυστήρια φέρειν. ἢ ἐὰν διὰ τοῦ ε. παρὰ τὴν Ἕρσην τὴν Κέκροπος θυγατέρα, ἑρσηφορία. ταύτῃ γὰρ ἦγον τὴν ἑορτήν. *Arrhephoria, festum celebratum Minervæ mense scirrophorione; (dicitur vero etiam per literam e. Errhephoria) ab arcanis & mysteriis ferendis: aut si per literam e. ab Erse Cecropis filia, Ersephoria. Huic enim celebrarunt id festum.* Et apud Suidam. Διὰ τοῦ α. ἀῤῥηφορία, ἐπεὶ τὰ ἄῤῥητα ἐν κίσταις ἔφερον τῇ Θεῷ αἱ παρθένοι. εἰ δὲ διὰ τοῦ ε. ἑρσηφορία. τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπόμπευον τῇ Κέκροπος θυγατρί. *Per literam a. Arrhephoria, quoniam arcana in cistis ferebant Deæ virgines. Si vero per literam e. Ersephoria. Nam Ersæ pompam ducebant Cecropis filiæ.* Meminit τῆς ἀῤῥηφορίας Lysias in *Orat.* quæ Ἀπολογία δωροδοκίας inscribitur Χωρὶς δὲ ἀρχιθεωρίας, καὶ ἀῤῥηφορίας, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, εἰς ἃ ἐμοὶ δεδαπάνηται πλέον ἢ τριάκοντα μναῖ. *Separatim vero principatus sacrarum legationum, & Arrhephorias, & alia ejusmodi, in quæ a me erogata sunt ultra triginta minas.* Celebrabant festum id virgines, eæque Ἀῤῥηφόροι appellatæ. Eligebantur autem quatuor numero, genere nobili. Harpocration. Τέσσαρες μὲν ἐχειροτονοῦντο δι' εὐγένειαν ἀῤῥηφόροι. *Quatuor quidem creabantur pro nobilitate Arrhephori.* Atque hæ ipsæ annis septem non minores, nec majores undecim erant. Etymologici Auctor. Τέσσαρες δὲ παῖδες ἐχειροτονοῦντο κατ' εὐγένειαν ἀῤῥηφόροι, ἀπὸ ἐτῶν ἑπτὰ μέχρις ἕνδεκα. *Sed quatuor puellæ eligebantur secundum nobilitatem Arrhephori, ab annis septem usque undecim.* Et insignis locus est apud Aristophanem *Lysistrata,* qui huc pertinet.

Ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσα
Εὐθὺς ἠῤῥηφόρουν.
Septem quidem annos nata
Statim Arrhephoros fui.

Vides clare initium ab anno septimo fuisse. Ex his duæ eligebantur, quæ texturæ pepli præerant. *Etymologici* Auctor de illis ipsis. Τούτων δὲ δύο διεκρίνοντο, αἳ διὰ τῆς ὑφῆς τοῦ πέπλου ἤρχοντο καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτόν. *Sed ex his duæ eximebantur, quæ per texturam pepli inchoabant etiam alia circa illum.* Totidem pene verbis Harpocration. Ordiebantur vero peplum illum texere die tricesimo mensis Pyanepsionis, quo τὰ Χαλκεῖα celebrabantur. Suidas *in* Χαλκεῖα. Ἔτι δὲ ἕνη καὶ νέα τοῦ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ καὶ αἱ ἱέρειαι μετὰ τῶν ἀῤῥηφόρων διάζονται. *Est autem trigesima Pyanepsionis, in qua etiam sacerdotes cum Arrhephoris telam faciunt.* Eadem habes apud *Etymologici* Auctorem in eadem dictione. Gestabant autem vestem albam, & in ea aurum quoque. *Etymologici* Auctor. Λευκὴν δὲ ἐσθῆτα ἐφόρουν, καὶ χρυσία. *Candidam vero vestem ferebant, & aurea.* Et paulo ante. Ἀῤῥηφορεῖν, τὸ χρυσῆν ἐσθῆτα φορεῖν, καὶ χρυσία. *Arrhephorein* (est) *auream vestem ferre, & aurea.* Harpocration. Λευκὴν δ' ἐσθῆτα ἐφόρουν· καὶ εἰ χρυσία περιέθεντο, ἱερὰ ταῦτα ἐγίνοντο. *Candidam vero vestem gerebant, & si quæ aurea circumdarentur, ea erant sacra.* Item panis illis proprius, Νασὸς indigetatus. Athenæus *lib.* III Κράτης δ' ἐν δευτέρᾳ Ἀττικῆς διαλέκτου, θάργηλον καλεῖσθαι τὸν ἐκ τῆς συγκομιδῆς πρῶτον γινόμενον ἄρτον, καὶ τὴν σαμίτην· οὐχ ἑώρακε δὲ οὐδὲ τὸν νασὸν καλούμενον, ὃς ταῖς ἀῤῥηφόροις γίνεται. *Crates autem in secunda Atticæ dialecti* (scribit) *thargelum vocari ex messe primum confectum panem, & samitem. Sed non vidit neque nastum vocatum, qui fit Arrhephoris.* Sphæristerium quoque in arce habebant. Plutarchus in *Isocrate.* Ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐν τῇ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀῤῥηφόρων. *Nam æneus in arce dedicatus est in sphæristra Arrhephororum.*

CAP. XX.

Bacchus Κυαμίτης. Βλησεισμός. *Jonis* Ομφάλη. *Plutarchus semel, Hesychius ter emendatus.*

INTER Bacchi cognomenta, quod hactenus ignoratum, Κυαμίτης fuit. Id nos docuerat Grammaticorum doctissimus Hesychius; sed corrupta ejus verba. Κυαμήτης, ὁπάγκος καλούμενος. *Cyametes, Pancus vocatus.* Restituo, Κυαμίτης, ὁ Βάκχος καλούμενος. *Cyamites, Bacchus vocatus.* Colebatur autem hoc cognomine in Attica, non procul a Cephisso flumine. Pausanias in *Atticis*. Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός. ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ Σίνιν τὰ πρὸς Πιτθέως συγγενῆ. τάφος δέ ἐστιν αὐτόθι Θεοδέκτου τοῦ Φασηλίτου. ἔτι δὲ Μνησιθέου. τοῦτον λέγουσιν ἰατρόν τε ἀγαθὸν γενέσθαι, καὶ ἀναθεῖναι ἀγάλματα, ἐν οἷς καὶ ὁ Ἴακχος πεποίηται. ᾠκοδόμηται δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ναὸς οὐ μέγας, καλούμενος Κυαμίτου. *Transgressis vero Cephissum, ara est vetus Jovis Propitii. In hac Theseus ab posteris Phytali accepit purgamenta, post latrones & alios occisos, & Sinin ex Pittheo sibi cognatum. Sepulchrum vero illic est Theodectæ Phaselitæ: item Mnesithei. Hunc ferunt & medicum bonum fuisse, & dedicasse statuas, in quibus etiam Jacchus factus est. Exstructa vero est ad viam ædes non magna, vocata Cyamitæ.* Cum quo consentaneum est, quod Plutarchus juxta Viam Sacram collocat, qua Eleusinem iter erat. Locus est in *Isocrate*. Καὶ Θεοδέκτης ὁ Φασηλίτης, ὁ τὰς τραγῳδίας ὕστερον γράψας, οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὸν Κυαμίτην πορευομένοις, κατὰ τὴν ἱερὰν ὁδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Et Theodectes Phaselites, qui postea tragœdias scripsit, cujus est sepulchrum euntibus ad Cyamiten, per viam sacram versus Eleusina.* Ita rescribo; nam hodie non recte editur, Ἐπὶ τὸν Κυαμῖτιν, *ad Cyamitin.* Sed, quando nunc in Hesychium incidi, unum atque alterum etiam locum ejus emendabo. Βλησύειμος, ὁ ἱππασμὸς, καὶ *. ἀλύς. *Blesyrimos, equitatio & *. alys.* Restituo, Βλησεισμὸς ῥιπτασμὸς, καὶ ἀλυσμός. *Blestrismos, jactatio, & erratio.* Est enim Βλησεισμὸς vox antiqua, qua significatur, jactatio illa corporis, qua nimirum utuntur ægri, quando cum morbo aliquo conflictantur. Occurrit pluries apud Hippocratem, atque inter cætera, *De Morb.* lib. I. in Ægroto II. Ἀκρεα ψυχρά. πελιδνά. πολὺς Βλησεισμός. *Extrema frigida; livida; multa agitatio.* Ubi vide quod doctissimus Foesius annotat. Idem est, Ῥιπτασμὸς, & Ἀλυσμὸς, sive Ἄλυσις. Galenus in *Lexico Hippocratis*. Ἀλυσμὸν, ὅπερ καὶ ἄλυσίν τινες καὶ ἀπορίαν, οἱ δὲ καὶ ῥιπτασμὸν καλοῦσι. *Errationem, quod & anxietatem & inopiam, alii vero quoque jactationem vocant.* Neque aliud est Ἄλυς, quam Ἀλυσμὸς, aut Ἄλυσις. Et videri posset in Hesychio etiam ferendum; nisi asteriscus indicaret, aliter locum ab ipso Hesychio conceptum fuisse. Alius quoque ejusdem locus est corruptissimus. Μαγάδεις, αὐλοὶ κιθαριστήριοι. ὄργανον ψαλτικόν. ὅθεν καὶ τὸ ψάλλειν, μαγάζειν λέγουσιν. οἷον ὀμφάλων, ἢ μαγάδης αὐλὸς, ἢ γηθηβοῆς. ἀντὶ τοῦ, ὁ συνᾴδων τῇ μαγάδι. *Magadeis, tibiæ ad citharam; instrumentum psallendi; unde etiam psallere dicunt magazein. quale umbilicorum aut magadæ fistula, aut hilaris clamoris; hoc est, qui accinit magadi.* Rescribo, Καὶ τὸ ψάλλειν, μαγάζειν λέγουσι. Ἴων Ὀμφάλῃ,

—— μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

ἀντὶ τοῦ, ὁ σ. τ. μ. *Et psallere dicunt magazein. Jon in Omphale:*

—— *magadis tibia inchoet clamorem.*

hoc est, q. a. m. Latebat illic fragmentum ex Jonis poetæ Omphale, quod in lucem ego protraho. Plenus versus ita se habebat.

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.
Et Lyda magadis tibia præcinat clamori.

Atque ut nemo de veritate emendationis meæ dubitare possit, ecce vadem Athenæum *lib.* XIV. ubi de hoc ipso Musico instrumento. Ἴων δ' ὁ Χῖος ἐν Ὀμφάλῃ, ὡς περὶ αὐλῶν λέγει διὰ τούτων.

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

Jon vero Chius in Omphale, quasi de fistulis loquitur per hæc:

Et Lyda magadis fistula præcinat clamori.

Fuit vero inter Jonis Fabulas, Ὀμφάλη. Qua de re nos fuse, si benignus Deus dabit, in *Bibliotheca nostra Græca*.

CAP. XXI.

Ceres Θεσμοφόρος, *cur ita dicta. Idem Proserpinæ cognomentum. Sacra,* Θεσμοφόρια. *A quo instituta. Lutatius emendatus. Variis locis celebrata, & quot diebus. Hesychii lapsus. Binæ e singulis popularibus a mulieribus popularibus electæ, quæ præessent; eæque legitimo matrimonio natæ: & sumptus a maritis omnium suppeditati.* Θεσμοφόρια εἰσφέρειν. *Quando ad celebranda illa αἱ* Θεσμοφοριάζουσαι *profectæ.* Ἄνοδος. *Cum abirent, libros legales capitibus impositos eo ferebant. Castitatis, dum se præparant, exercitium. Cneori illa in re, & viticis, ac conyzæ usus; item pinus. Virgines publice ali solitæ, quæ sacris istis ministrarent.* Θεσμοφορεῖον. *Luciani jocus illustratus.* Ἁγνεύειν. In Casto esse. *Arnobii, Hieronymi, & Tertulliani, error. A coronis floreis, & mali Punici granis, abstinentia; item jejunium medio sacrorum illorum die, qui* Νηστεία *appellatus. Isque quis fuerit. Quando inchoata sacra, quando finita. Clementis, & Theodoreti, hallucinatio. Sacrificium arcanum.* Δίωγμα. Ἀποδίωγμα. *Ejus origo.* Καλλιγένεια *invocata, nisi a solis Eretriensibus; ac quænam illa. Hesychii locus restitutus. Carmen* Θεσμοφόρειον. *Aliud iterum sacrificium.* Ζημία. *Captivi quoque dimissi, & a jure dicundo feriæ.*

NOBILISSIMA sacra, Θεσμοφόρια; sed de iis nescio an aliquis particulatim hactenus dixerit. Inter Cereris cognomenta Θεσμοφόρος etiam fuit; ideo datum, quia leges prima dedisset, vitamque humanam ordinasset. Diodorus Sic. *lib.* I. Θεῖναι δέ φασι καὶ νόμους τὴν Ἶσιν, (quam eandem cum Cerere esse dixit verbis antecedentibus) καθ' οὓς ἀλλήλοις διδόναι τοὺς ἀνθρώπους τὸ δίκαιον, καὶ τῆς ἀθέσμου βίας καὶ ὕβρεως παύσασθαι, διὰ τὸν ἀπὸ τῆς τιμωρίας φόβον. διὸ καὶ τοὺς παλαιοὺς Ἕλληνας τὴν Δήμητραν Θεσμοφόρον ὀνομάζειν, ὡς τῶν νόμων πρῶτον ὑπ' αὐτῆς τεθειμένων. *Posuisse vero dicunt etiam leges Isin, per quas sibi invicem homines dare jus, & destitisse ab illegitima violentia & contumelia propter metum punitionis. Propterea etiam antiquos Græcos Cererem Legiferam nominare, utpote legibus primum ab ea positis.* Eadem iterum tradit mox *lib.* V. Meminit cognominis Plutarchus Περὶ σαρκοφαγίας, *lib.* I. Τί καταψεύδεσθαι τῆς γῆς, ὡς τρέφειν μὴ δυναμένης; τί τὴν Θεσμοφόρον ἀσεβεῖτε Δήμητραν; *Quid per mendacium suspicari male de terra, quasi quæ nutrire nequeat? quid Legiferam impie vexatis Cererem?* Commune autem video fuisse etiam Proserpinæ, ejus filiæ. Ecce apud Aristoph. *Thesmoph.* ubi Mnesilochus utramque invocat.

Ἀλλ', ὦ πολυτίμητοι Θεσμοφόρω, δέξασθέ με
Ἀγαθῇ τύχῃ. ——

Sed o perpulchræ Legiferæ, excipite me
Propitia fortuna. ——

Et mox:

Εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν,
Τῇ Δήμητρι καὶ τῇ Κόρῃ.
Vota facite duabus Legiferis,
Cereri & Proserpinæ.

Occurrit ibidem ter, quater. Virgilio ἡ Θεσμοφόρος Ceres *Legifera* dicitur, *Æneid.* IV.

—— *mactant lectas de more bidentes*
Legiferæ Cereri. ——

Ubi Servius. *Leges enim ipsa dicitur invenisse. Nam & sacra ipsius Thesmophoria.* Vel, quia leges ære incisæ in templo ejus asservabantur. Servius *ibidem*: *An quia in æde Cereris ære incisæ positæ leges fuerunt.* Inde ergo sacra illi facta, Θεσμοφόρια nuncupata Et instituit primus Orpheus, ut testantur Demosthenes, Diod. Siculus, ac Plutarchus; & ex illis Theodoretus, *Therapeut.* lib. I. Οτι δὲ καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ελευσινίων τὰς τελετὰς Ορφεὺς, ἀνὴρ Οδρύσης, εἰς τὰς Αθήνας ἐκόμισεν. καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος, τὰ τῆς Ισιδος καὶ τοῦ Οσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τοῦ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλούταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας, διδάσκει δὲ καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος. μέμνηται δὲ Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ. *Sed & Bacchanaliorum, & Panathenæorum, & Thesmophoriorum, & Eleusiniorum initiationes Orpheum, virum Odrysen, Athenas detulisse; & in Ægyptum degressum Isidis & Osiridis transtulisse in Orgia Cereris & Bacchi, docet quidem Plutarchus ex Chæronea Bœotiæ, docet vero & Siculus Diodorus; meminit vero Demosthenes orator.* Aliis traditur fuisse Triptolemus, rex Atheniensium. Lutatius *ad Theb.* II. *Postquam domum rediit (Triptolemus) Cepheus rex eum, tanquam æmulus, interficere conatus est. Sed re cognita, jussu Cereris Triptolemo regnum tradidit, ibique oppidum constituit, quod ex patris sui nomine Eleusinum appellavit. Cereri sacra primus instituit, quæ Thesmophoria appellantur.* Sed corrupta paullulum verba ita restitue, *Celeus rex.* Nam Celeus Atheniensium rex fuit, non Cepheus. Deinde, *Triptolemo regnum tradidit, ibi qui oppidum condidit.* Triptolemus enim Eleusinem condidit, nomenque a patre Eleusino imposuit, non Celeus; quod prior lectio innuit. Verum hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Herodotus *lib.* II. ad Danai filias refert, easque ex Ægypto ad Pelasgicas fœminas attulisse; postea vero, Peloponneso universa a Doribus eversa, intercidisse: atque apud Arcades solos, quibus parcitum erat, remansisse. Accipe verba. Καὶ τῆς Δήμητρος τελετῆς πέρι, τὴν οἱ Ελληνες Θεσμοφόρια καλέουσι, καὶ ταύτης μοι πέρι εὔστομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν. αἱ Δαναοῦ θυγατέρες ἦσαν αἱ τὴν τελετὴν ταύτην ἐξ Αἰγύπτου ἐξαγαγοῦσαι, καὶ διδάξασαι τὰς Πελασγιώτιδας γυναῖκας. μετὰ δὲ, ἐξαναστάσης πάσης Πελοποννήσου ὑπὸ Δωριέων, ἐξαπώλετο ἡ τελετή. οἱ δὲ ὑπολειφθέντες Πελοποννησίων, καὶ οὐκ ἐξαναστάντες Αρκάδες, διέσωζον αὐτὴν μοῦνοι. *Et de Sacro Cereris, quod Græci vocant Thesmophoria, & de illo faveam lingua non ultra, quam fas est dicere. Filiæ Danai erant quæ istud sacrum ex Ægypto evexerunt, docueruntque Pelasgiotidas mulieres. Sed postea, omni Peloponneso sedes mutare coacta ab Doriensibus, exstinctum fuit id sacrum. Qui vero Peloponnensium relicti fuerunt, quique non emigrarant Arcades, soli illud servarunt.* Errat Arnobius *lib.* V. qui Thesmophoriorum originem narrat, quæ erat Eleusiniorum. Sciendum autem varia illa, & a variis celebrata omnino fuisse. Apud Lacedæmonios triduana erant. Hesychius. Τριήμερος. Θεσμοφόρια ὑπὸ Λακώνων. *Triduanum. Thesmophoria ab Laconibus.* Celebrabantur etiam Drymææ apud Phocenses. Pausanias in *Phocicis*. Δήμητρος δὲ Θεσμοφόρου Δρυμαίοις ἱερόν ἐστιν ἀρχαῖον, καὶ ἄγαλμα ὀρθὸν λίθου πεποίηται. καὶ αὐτῇ Θεσμοφόρια ἑορτὴν ἄγουσιν ἐπέτειον. *Cereris autem Legiferæ apud Drymæos est templum vetustum, & simulacrum rectum e lapide factum est; & ipsi festum annum celebrant Thesmophoria.* Quem locum laudat etiam Stephanus *in* Δρυμία. Item Thebis apud Bœotios. Plutarchus in *Pelopida*. Πεισθέντος δ' ἐκείνου, καὶ μὴ προσδοκῶσι τοῖς Θηβαίοις ἐπιθεμένου, Θεσμοφορίων ὄντων, καὶ τῆς ἄκρας κυριεύσαντος, Ισμηνίας μὲν συναρπασθεὶς εἰς Λακεδαίμονα, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀνῃρέθη. *Qui quum admisisset colloquium, & inopinantibus Thebanis superveniret, quum essent Thesmophoria, & arce potiretur, Ismenias quidem correptus ductusque Lacedæmona, non longo post tempore occisus fuit.* Et Mileti apud Jones. Observare est apud Stephanum *in* Μίλητος. ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν στιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλωνίον πίτυος ἐτίθεσαν. *In Thesmophoriis ramum pineæ sub lecto, & ad Cereris sacra surculum pineæ ponebant.* Et hic quoque triduana erant, pariter atque apud Lacedæmonios. Observo apud Diogenem Laertium in *Democrito Milesio*, lib. IX. Τελευτῆσαι δὲ τὸν Δημόκριτον φησὶν Ερμιππος τοῦτον τὸν τρόπον. ἤδη ὑπέργηρων ὄντα, πρὸς τὸ καταστρέφειν εἶναι. τὴν οὖν ἀδελφὴν λυπεῖσθαι, ὅτι ἐν τῇ τῶν Θεσμοφορίων ἑορτῇ μέλλοι τεθνήξεσθαι, καὶ τῇ Θεῷ τὸ καθῆκον αὐτὴν οὐ ποιήσειν. τὸν δὲ θαρρεῖν εἰπεῖν, καὶ κελεῦσαι αὐτοῦ προσφέρειν ἄρτους θερμοὺς ὁσημέραι. τούτους δὲ ταῖς ῥισὶ προσφέρων, διεκράτησεν αὐτὸν τὴν ἑορτήν. ἐπεὶ δὲ παρῆλθον αἱ ἡμέραι (τρεῖς δὲ ἦσαν) ἀλυπότατα τὸν βίον προήκατο. *Democritum vero obiisse tali modo refert Hermippus; quum jam valde senex esset, appropinquasse morti: sororem igitur doluisse, quod in festo Thesmophoriorum moriturus esset, & Deæ ipsam justa non facturam. Illum vero monuisse ut bono esset animo, ac jussisse ut ad se deferret quotidie calidos panes: hos autem naribus admovendo eum superavisse festum. Qui dies quum præteriissent (erant autem tres) sine ullo dolore vitam remisisse.* Item Megaris. Pausanias in *Atticis*, ubi eam urbem describit. Εστὶ δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν Θεσμοφόρου. *Est autem fanum Cereris Legiferæ.* Huc pertinet illud Clementis in *Protreptico*. Εν τοῖς Θεσμοφορίοις Μεγαρίζοντες χοίρους ἐκβάλλουσι. *In Thesmophoriorum festo Megarensium æmuli ejiciunt porcos.* Etiam Eretriæ, urbe Eubœæ; ubi carnes, quas comederent, non ad ignem, sed ad solem assabant mulieres; neque Calligeniam quoque invocabant. Plutarchus in *Græcis Quæst.* Διὰ τί τοῖς Θεσμοφορίοις αἱ τῶν Ερετριέων γυναῖκες οὐ πρὸς πῦρ, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον ὀπτῶσι τὰ κρέα, καὶ Καλλιγένειαν οὐ καλοῦσι; *Quamobrem in Tesmophoriis fœminæ Eretriensium non ad ignem, sed ad solem assant carnes, & Calligeniam non invocant;* Mihi propositum, de iis tantum hic disserere, quæ Athenis celebrari consueverunt. Ac initio de dierum numero dicam, quem incertum satis video. Hesychius ait, quatriduana fuisse. Τρίτη Θεσμοφορίων. ζητεῖται πῶς ἅμα μὲν λέγει τρίτην Θεσμοφορίων εἶναι, ἅμα δὲ μέσην, τεττάρων οὐσῶν ἡμερῶν. *Tertia (dies) Thesmophoriorum. Quæritur, quomodo simul dicat tertiam Thesmophoriorum esse, simul vero mediam, quum quatuor sint dies.* Respexit autem versum istum Aristophanis *Tesmoph.*

Επὶ τρίτη 'στι Θεσμοφορίων ἡ μέση.
Quoniam tertia est Thesmophoriorum media.

Certe, si tertius dies medius fuit, ut clarum est ex citatis Aristophanis verbis, errare equidem Hesychium existimo, qui de quatuor diebus ait. Legebantur ad hæc celebranda, quæ præessent, in singulis populis fœminæ binæ, legitimo matrimonio natæ; fiebatque ea electio a mulieribus.

Observo apud Isæum in *Orat.* Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Οὐ τοίνυν ἐκ τούτων δῆλόν ἐστι μόνον, ὅτι ἦν ἡμῶν ἡ μήτηρ θυγάτηρ γνησία Κίρωνος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ὁ πατὴρ ἡμῶν ἔπραξε, καὶ ἐξ ὧν αἱ γυναῖκες αἱ τῶν δημοτῶν περὶ αὐτῆς ἐγίνωσκον. ὅτε γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐλάμβανε, γάμους εἱστίασε, καὶ ἐκάλεσε τρεῖς αὐτοῦ φίλους μετὰ τῶν αὐτοῦ προσηκόντων, καὶ τοῖς φράτορσι γαμηλίαν εἰσήνεγκε, κατὰ τοὺς ἐκείνων νόμους. αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῶν δημοτῶν μετὰ ταῦτα προὐκρίναν αὐτὴν μετὰ τῆς Διοκλέους γυναικὸς τῆς Πιθέως ἄρχειν τὰ Θεσμοφόρια. *Nonne igitur ex his manifestum est solum matrem nostram fuisse legitimam filiam Cironis, sed etiam ex illis, quæ pater noster fecit, & ex illis, quæ mulieres popularium in illa cognoscebant. Nam quum pater illam duxit, nuptiale epulum instituit, & vocavit tres ejus amicos cum necessariis suis, & Tribulibus nuptiale donum intulit ex illorum legibus: sed & mulieres ex popularibus post hæc prætulerant eam cum Dioclis uxore, cujus pater Pitheus, præesse Thesmophoriis.* Et ad sumptus contribuebant pro uxoribus mariti locupletiores; ac tunc Θεσμοφόρια εἰσφέρειν, *Thesmophoria inferre*, dicebantur. Animadvertere est apud eundem Isæum in *Orat.* Περὶ τοῦ Πύρρου κλ. Δῆλον γὰρ ὅτι, εἰ ἐπείσθη ἐγγυήσασθαι, ἐπείσθη ἂν καὶ γαμηλίαν ὑπὲρ αὐτῆς τοῖς φράτορσιν εἰσενεγκεῖν, καὶ εἰσαγαγεῖν τὴν ἐκ ταύτης ἀποφανθεῖσαν θυγατέρα, ὡς γνησίαν οὖσαν αὐτῷ. καὶ ἔν τε τῷ δήμῳ κεκτημένος τὸν τριτάλαντον οἶκον, εἰ ἦν γεγαμηκώς, ἠναγκάζετο ἂν ὑπὲρ τῆς γαμετῆς γυναικὸς καὶ Θεσμοφόρια ἑστιᾶν τὰς γυναῖκας, καὶ τἆλλα, ὅσα προσῆκε λειτουργεῖν ἐν τῷ δήμῳ ὑπὲρ τῆς γυναικὸς, ἀπό γε οὐσίας τηλικαύτης. *Manifestum quippe, si persuasum ei fuit sponsalia facere, persuasum quoque ei fuisse ut nuptiale donum pro ea Tribulibus inferret, & introducere filiam ex ea progenitam, ut legitimam ei natam: & tum in populo possidens domum trium talentorum, si duxisset uxorem, adigeretur quoque pro nova nupta in tot fæminas Thesmophoria & alia, quæcunque oportet ministrare in populo pro uxore, utique ab tanto patrimonio.* Celebrabant vero mense Pyanepsione; ascendebantque ad ea peragenda die XI. qui illa de causa Ἄνοδος nuncupatus fuit. Hesychius. Ἄνοδος, ἀνάβασις. ἡ ἑνδεκάτη τοῦ Πυανεψιῶνος, ὅτε αἱ γυναῖκες ἀνέρχονται εἰς τὰ Θεσμοφόρια, οὕτω καλεῖται. *Via in altum ducens, adscensus; undecima Pyanepsionis, quando mulieres adscendunt ad Thesmophoria, sic vocatur.* Ascendebant autem Eleusina, ubi celebrari solita, pariter atque Eleusinia; cumque ascenderent, libros legales, in memoriam acceptarum a dea legum, capiti impositos deferebant. Theocriti Schol. *Idyll.* IV. Νόμους ἦν Ἀθηναίοις, κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια. καὶ παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς, τὰς νομικὰς βίβλους καὶ ἱερὰς ὑπὲρ τῶν κορυφῶν αὐτῶν ἀνετίθεσαν, καὶ ὡσανεὶ λιτανεύουσαι, ἐπήρχοντο εἰς Ἐλευσῖνα. *Lex erat Atheniensibus, quotannis peragere Thesmophoria; & puellæ gravitate vitæ insignes, die festi legitimos & sacros libros verticibus suis imponebant, & tanquam supplicantes incedebant versus Eleusina.* Ante tamen, quam sese illuc conferrent, castitati operam dantes per dies aliquot rebus Venereis abstinebant. Atque huc pertinet responsum Theanus Pythagoricæ; quæ interrogata, quoto die post viri congressum mulieri ad Thesmophoria sacra accedere liceret, a suo quidem, inquit, illico; ab alieno vero, nunquam. Narrat Clemens *Strom.* IV. Τῆς αὐτῆς φέρεται σεμνότητος κἀκεῖνο τ' ἀπόφθεγμα. ἐρωτηθεῖσα γὰρ (ἡ Θεανὼ) ποσταία γυνὴ ἀπὸ ἀνδρὸς εἰς τὸ Θεσμοφόριον κάτεισιν; ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου, καὶ παραχρῆμα, ἔφη. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου, οὐδεπώποτε. *Ejusdem gravitatis etiam fertur hoc dictum: Rogata enim (Theano) quot dierum conjux ab marito ad Thesmophorium descendit? ab proprio quidem vel e vestigio, dixit; ab alieno autem, nunquam.* Itaque cneorum substernebant sibi in lecto. Hesychius. Κνέωρον, φυτόν τι, ὃ τοῖς Θεσμοφορίοις ὑποστορνύται. *Cneorum, planta quædam, quæ substernitur Thesmophoriis.* Iterum alibi *in* Βαθύμαλλον. Ἀπὸ κνεώρου φυτοῦ, ᾧ ἐχρῶντο πρὸς κάθαρσιν. *Ab Cneoro planta, qua utebantur ad purgationem.* Item viticem. Plinius *lib.* XXIV. *cap:* IX. *Non multum a salice vitilium usu vitex distat, foliorum quoque aspectu nisi odore gratior esset, Græci* Λύγον *vocant, alii* Ἄγνον: *quoniam matronæ Tesmophoriis Atheniensium castitatem custodientes, his foliis cubitus sibi sternunt.* Atque inde nomen Ἄγνος accepit. Ælianus *Histor. Anim.* lib. IX. cap. XXVI. Ἐλαύνει δὲ ἰσχυρῶς τῇ φυγῇ τοὺς ὄφεις ἥ ἔνδροσός τε καὶ νοτερὰ καλαμίνθη, φασὶ, καὶ ὁ ἄγνος. τοῦτόν τοι καὶ ἐν Θεσμοφορίοις ἐν ταῖς στιβάσι τὰ γύναια τὰ Ἀττικὰ ὑποστόρνυται. καὶ δοκεῖ μοι καὶ ἐχθρὸς εἶναι τοῖς δακέτοις ὁ ἄγνος. ἤδη δὲ καὶ ὁρμῆς Ἀφροδισίου κώλυμά ἐστι. καὶ ἔοικε τό γε ὄνομα λαβεῖν ἐνταῦθα. *Sed efficaciter ad fugam serpentes impellit roscida & uvida calaminthe, dicunt, & vitex. Itaque hunc in Thesmophoriis mulierculæ Atticæ substernunt lectis. Et videtur mihi serpentibus quoque inimicus esse vitex. Jam vero etiam concitationis Venereæ impedimentum est: & videtur nomen accepisse inde.* (nempe apud Græcos.) Dioscorides *lib.* I. *cap.* CXXXXV. Ὠνόμασται δὲ ἄγνος, διὰ τὸ τὰς ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ἁγνευούσας γυναῖκας εἰς ὑπόστρωμα χρῆσθαι αὐτῇ. *Nominatus vero vitex Græce, quia mulieres per Thesmophoria in casto agentes ad culcitam uterentur eo.* Scholiastes Nicandri *ad Theriaca.* Πολυανθὴς δέ ἐστι ὁ λύγος τῆς ἄγνου, ὃν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις ὑπεστρώννυντο αἱ γυναῖκες. ἀντιπράττει γὰρ εἰς συνουσίαν. διὸ καὶ ἄγνος λέγεται, ἄγονός τις οὖσα. *Sed floridus est ramus viticis, quem in Thesmophoriis sibi substernebant mulieres. Officit enim ad concubitum: unde etiam agnos* (Græce) *dicitur, quasi agonos, improles.* Idem legere est apud Eustathium, Comment. *in Odyss.* ι'. Etiam conyzam substernebant. Nicandri Scholiastes *loco citato.* Κόνυζα, εἶδος βοτάνης. καταψυκτικὴ δὲ αὕτη πρὸς συνουσίαν, διὸ καὶ τοῖς Θεσμοφορίοις ἐστρώννυτο. *Conyza, cunilago, genus herbæ. Est autem illa refrigerans ad concubitum: unde & per Thesmophoria sternebatur.* Item Theocriti, *ad Idyll.* IV. Κνύζα, φυτὸν χορτῶδες, ὃ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι διὰ τὴν ἁγνείαν στιβαδοποιοῦνται. δοκεῖ γὰρ ἡ βοτάνη, ψυχρὰ οὖσα, ἐπέχειν τὰς πρὸς συνουσίαν ὀρέξεις. *Cnyza, planta graminea, quam Mulieres Thesmophoria celebrantes propter castitatem substernunt. Videtur enim herba ista, quæ est frigida, inhibere appetitus ad Venerem.* Eodem modo in rem eandem Milesiæ pinus folia sternebant. Stephanus *in* Μίλητος, verbis jam citatis. Ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις πίτυος κλάδον ὑπὸ τὴν στιβάδα, καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλωνίον πίτυος ἐτίθεσαν. *In Thesmophoriis pineæ ramum sub lecto, & ad Cereris sacra surculum pineæ ponebant.* Quin & fœminæ quædam, quæ sacris nimirum ministrarent, in summa castitate publice alebantur; isque locus ex re dictus Θεσμοφορεῖον. Observo apud Hesychium, *in* Πρυτανεῖον. Τρία Ἀθήνησι συσσίτια, Πρυτανεία, Θεσμοφορεῖον, Πρυτανεῖον. *Tria Athenis convivia, Prytanea, Thesmophorium, Prytaneum.* Ab hac re capiendus est jocus ille Luciani in *Timone.* Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς τὴν οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ στεῖραν κατακλείσας παρθενεύοι, καὶ ταῦτα ἐρᾶν φάσκων, καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χρόας, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας, ἔσθ' ὅπως ὁ τοιοῦτος οὐ παραπαίειν δόξειεν ἂν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τοῦ γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ ἐπέραστον κόρην, καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων διὰ παντὸς τοῦ βίου; *Si vero quis vicissim ingenuam mulierem domum lege ducens ad quærendos legitimos liberos, illic vero non admoveatur florenti & pulcbræ virgini, neque alteri concedat aspicere, sed sine prole & sterilem includens ab venere abstineat, idque dicens se amare, & manifestus ex cute,*

& colore & carne liquefecta, estne ut is homo non videatur mente captus, quum oporteret procreare liberos, & frui conjugio, marcidam reddens puellam ita læto faciei filo & prorsus amabilem, velut sacerdotem nutriens Legiferæ per totam vitam? Hæ puellæ, quæ ita publice alebantur, quæque se ad sacra obeunda præpararent mulieres, dum rebus Venereis abstinerent, Ἀγνεύειν dicebantur Græcis; Latinis, *In casto esse*. Non recte Theologi Latini veteres, Arnobius, Hieronymus, & Tertullianus, pro cibi abstinentia posuerunt; ac Ἀγνείαν & Νηστείαν inter sese confuderunt. Abstinebant autem etiam coronis floreis, quibus uti illis nefas. Schol. Sophoclis *Oed. Col.* Αὖθις γοῦν φασι τὰς θεὰς ἀνθινοῖς μὴ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ταῖς Θεσμοφοριαζούσαις τὴν τῶν ἀνθινῶν στεφάνων ἀπειρῆσθαι χρῆσιν. *Rursus igitur dicunt Deas non uti floridis vestibus, sed & Thesmophoria celebrantibus interdictum esse usu floridarum coronarum.* Item mali Punici grana non edebant. Clemens in *Protrept.* Καὶ αἱ Θεσμοφοριάζουσαι τῆς ῥοιᾶς τοὺς κόκκους παραφυλάττουσιν ἐσθίειν. *Etiam Thesmophoria celebrantes fæminæ cavent vesci granis mali Punici.* Medium vero diem, quem jam ante tertium dixi, totum jejunio transigebant; atque inde Νηστεία ille dicebatur. Athenæus *lib.* VII. Τούτων ποτὲ λεχθέντων ἐπὶ τοῦ καλοῦ τούτου ὄψου, τῶν Κυνικῶν τις ἑσπέριος ἐλθὼν, ἔφη, ἄνδρες φίλοι, μὴ καὶ ἡμεῖς Νηστείαν ἄγομεν, Θεσμοφορίων τὴν μέσην, ὅτι δίκην κεστρέων νηστεύομεν; *His aliquando dictis de pulchro illo cibo, Cynicorum aliquis vespertinus veniens dixit, Viri amici, num etiam nos Jejunium agimus, mediam Thesmophoriorum, quia more mugilum jejunamus?* Erat autem Pyanepsionis decimus sextus. Plutarchus in *Vita Demosth.* Κατέστρεψε δὲ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα Πυανεψιῶνος μηνὸς, ἐν ᾗ τὴν σκυθρωποτάτην τῶν Θεσμοφορίων ἡμέραν ἄγουσαι παρὰ τῇ Θεῷ νηστεύουσιν αἱ γυναῖκες. *Obiit autem sexta post decimam Pyanepsionis mensis, in qua tristissimam Thesmophoriorum diem agentes apud Deam jejunant mulieres.* Et hinc colligere simul licet; initium sacrorum celebrandorum in XIV. mensis istius, finem in decimum octavum incidisse; ab undecimo vero, quo ascendisse eas ostendi, usque ad decimum quartum, sese præparasse. Atque hoc omnino observandum; neque enim aliunde temere discamus. Illud quoque non prætereundum, quod porcos quoque expulisse Clemens tradit in *Protr.* Βούλει καὶ τὰ Φερεφάττης ἀνθολόγια διηγήσομαί σοι, καὶ τὸν κάλαθον, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τὴν ὑπὸ Ἀϊδωνέως, καὶ τὸ χίσμα τῆς γῆς, καὶ τὰς ὗς τὰς Εὐβουλέως, τὰς συγκαταποθείσας ταῖν θεαῖν. δι' ἣν αἰτίαν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις Μεγαρίζοντες, χοίρους ἐκβάλλουσιν. *Vis & Proserpinæ florilegia tibi narrem, & calathum, & raptum ab Plutone factum, & hiatum terræ, & sues Eubulei, quæ absorptæ simul sunt cum Deabus? quamobrem in Thesmophoriis illi qui Megarensium more celebrant, porcos ejiciunt.* Sed errare ego eum omnino existimo; & in Eleusiniis potius factum id verisimile. Certe ad ista sacra hæc omnia pertinent, quæ commemorat. Nam diversa fuerunt Eleusinia a Thesmophoriis. quippe illa, instituta in memoriam errantis Cereris in quærenda rapta Proserpina, & tunc acceptarum frugum: hæc vero, ob acceptas leges. Talis quoque Theodoreti hallucinatio, qui membrum muliebre ab illis cultum refert, *Therapeut.* lib. III. Καὶ τὸν κτένα τὸν γυναικεῖον. οὕτω δὲ τὸ γυναικεῖον ὀνομάζουσι μόριον, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις παρὰ τῶν τετελεσμένων γυναικῶν θείας τιμῆς ἀξιούμενον. *Et pectinem muliebrem. Sic autem nominant muliebre membrum, in Tesmophoriis ab initiatis mulieribus divino honore mactatum.* Hoc itidem Eleusiniis factum affirmare non dubitaverim; idque in memoriam obscœni istius Baubonis facti, cum revelata parte pudenda tristem Cererem, nec bibere volentem, ad risum, & sumendam oblatam potionem,

A tandem permovit; ut narrat Clemens *libro citato*, & ex eo etiam Arnob. *lib.* V. Profecto illis magis convenit; siquidem obscœnissima licentia celebrari consuevisse satis constat. Contra vero Thesmophoria summa sane cum veneratione a matronis longe castissimis, gravissimisque, peragebantur. Ecce apud Schol. Theocr. *Id.* IV. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, κατ' ἔτος τελεῖν τὰ Θεσμοφόρια. καὶ παρθένοι γυναῖκες, καὶ τὸν βίον σεμναὶ, κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς τελετῆς. *Lex erat Atheniensibus, celebrare Thesmophoria quotannis, & virgines fæminæ & vita graves in die sacri.* & quæ sequuntur, jam semel citata. Porro sacrum
B item arcanum, quodque affari non liceret, faciebant, Δίωγμα prius, postea Ἀποδίωγμα, dictum. Hesychius. Δίωγμα, θυσία τὶς Ἀθήνησιν, ἐν ἀπορρήτῳ, τελουμένη ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις. τὸ αὐτὸ καὶ Ἀποδίωγμα ὕστερον ἐκλήθη. *Diogma, persecutio, sacrificium aliquod Athenis, in operto celebratum ab mulieribus per Thesmophoria. Illud ipsum quoque Apodiogma deinde vocatum.* Ac originem ejus sacrificii apud Suidam observare mihi videor, istis verbis. Χαλκιδικὸν δίωγμα. τοῖς Θεσμοφορίοις Ἀθήνησί τι νόμιμον, ἐν πολέμῳ γυναικῶν δεξαμένων, διωχθῆναι τοὺς πολεμίους. καὶ συνέβη φυγεῖν εἰς Χαλκί-
C δα. *Chalcidicum diogma, Chalcidica persecutio; Atheniensibus in Thesmophoriis aliquid legitimum, in bello quum mulieres precatæ essent fugari hostes: & contigit fugere Chalcidem.* Et attingit obiter alibi Hesychius. Χαλκιδικὸν δίωγμα, διότι εἰς Χαλκίδα ἐγένετο ἡ ἐκδίωξις. *Chalcidicum diogma, quoniam Chalcidem facta est expulsio.* Invocabant etiam Calligeniam; quod ut aliæ item faciebant, ita solæ Eretrienses omittebant. Docet Plutarchus in *Græcis Quæstionibus*. Διὰ τί τοῖς Θεσμοφορίοις αἱ τῶν Ἐρετριέων γυναῖκες οὐ πρὸς πῦρ, ἀλλὰ πρὸς ἥλιον ὀπτῶσι τὰ κρέα, καὶ Καλλιγένειαν οὐ καλοῦσιν; *Quare Thesmophoriis Eretriensium fæminæ non ad ignem, sed ad*
D *solem assant carnes, & Calligenian non vocant?* Jam Καλλιγένεια dicebatur Ceres; vel, ut alii, nutrix ejus: alii sacerdotem faciebant, alii pedissequam. Hesychii hac de re locus plane corruptus est. Καλλιγένειαν, ἀλλὰ τὴν Δήμητραν γῆν. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἔφη τὴν γῆν Καλλιγένειαν. οἱ μὲν, τροφὸν αὐτῆς· οἱ δὲ, γερίαν· οἱ δὲ, ἀκόλουθον. *Calligenian, sed Cererem terram. Nullus enim sic dixit terram Calligenian: alii quidem nutricem ejus; alii vero honoratam matronam; alii vero pedissequam.* Restituo, Καλλιγένειαν, τὴν Δήμητραν· ἀλλὰ μὴ τὴν γῆν. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἔ. τ. γ. *Calligenian, Cererem; sed non terram. Nullus enim sic d. t.* Et mox. οἱ δὲ, ἱέρειαν·
E οἱ δὲ, ἀκόλουθον, *alii vero sacerdotem; alii vero pedissequam.* Quin carmina quoque cantata illic quædam videntur Elegiaca, præposita in initio syllaba una, alteraque in medio inserta. Conjecturam inde facere est, quod talia Θεσμοφόρεια nuncupata. Marius Victorinus *Artis Gramm.* lib. IV. *Item e duobus dactylis & semipede repetiti faciunt Elegiacum, adjecta in prima syllaba una, & in medio altera inserta, quod Thesmophorion vocatur; ut,*

O perpetuo tellus quæ nunc viget usta gelu.

F Aliud quoque sacrificium peragere solitæ, puta ultimo die festi, ad averruncandam deæ iram, si quid forte, dum id celebrant, non rite factum; idque, ceu mulctæ instar esset, Ζημία appellatum. Hesychius. Ζημία, θυσία τὶς, ἀποδιδομένη ὑπὲρ τῶν γενομένων ἐν Θεσμοφορίοις. *Zemia, mulcta, sacrificium aliquod, redditum propter ea quæ facta erant in Thesmophoriis.* Atque hæc omnia a fœminis facta. Jam Athenienses ipsi itidem festum hoc colebant, & in honorem etiam deæ captivos e carcere dimittebant. Marcellinus *ad Hermogenem*. Νόμος, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. *Lex, in Thesmophoriis solvi vinctos.* Et medio

die, id est, tertio, a jure dicundo abstinebant. Observare licet ex istis Aristophanis verbis Θεσμοφοριαζ.

Καὶ πῶς ἐπεὶ νυνί γ' οὔτε δικαστήρια
Μέλλει δικάζειν, οὔτε βουλῆς ἔσθ' ἕδρα,
Ἐπεὶ τρίτη 'στι Θεσμοφορίων ἡ μέση.
Et quomodo quia nunc non judicia
Judicatura sunt, nec senatus est conventus,
Quoniam tertia est Thesmophoriorum media.

Ac sciendum, præter morem publicum esse, & extra ordinem, quod mox mulieres τὰς Θεσμοφοριαζούσας introducit eo die concionem convocantes ad ferendam in Euripidem sententiam.

Ἄκουε πᾶς, ἔδοξε τῇ βουλῇ τάδε
Τῇ τῶν γυναικῶν, Τιμόκλει' ἐπεστάτει.
Λύσιλλ' ἐγραμμάτευεν. εἶπε Σωστράτη
Ἐκκλησίαν ποιεῖν ἕωθεν τῇ μέσῃ
Τῶν Θεσμοφορίων. ——
Audi quicunque, placuerunt senatui illa,
Senatui fœminarum, Timoclia præsidebat.
Lusilla scribæ munus implebat. Dixit Sostrate
Concionem facere mane media
Thesmophoriorum. ——

CAP. XXII.

Atheniensium in lustranda Urbe ritus; idque quando factum, & quo modo. Φαρμακοί. Καθάρματα. Σύμβακχοι. Κραδησίτης. Κραδίης νόμος.

ATHENIENSES urbis suæ lustrandæ causa viros duos immolabant; unum pro viris, alterum pro fœminis: & hi Φαρμακοὶ dicebantur, item Καθάρματα. Harpocration *in* Φαρμακός. *Δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσομένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς Θαργηλίοις, ἕνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἕνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. Duos viros Athenis educebant purgamenta futuros urbis in Thargeliis, unum quidem pro viris, alterum vero pro mulieribus.* Etiam Σύμβακχοι. Helladius *Chrestomath.* lib. III. apud Photium in *Bibliotheca*. *Ἔθος ἦν ἐν Ἀθήναις Φαρμακοὺς ἄγειν δύο· τὸν μὲν, ὑπὲρ ἀνδρῶν. τὸν δὲ, ὑπὲρ γυναικῶν, πρὸς τὸν καθαρμόν. καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν, μελαίνας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε· λευκὰς δ', ἅτερος. Σύμβακχοι δέ, φησιν, ὠνομάζοντο. Mos erat in urbe Athenis ducere duos venenarios; alterum quidem pro viris, alterum vero pro fæminis, ad lustrationem: & ille quidem pro viris circa collum habebat nigras ficus; alter vero albas. Symbacchi vero, dicunt, nominabantur.* Alii virum & fœminam tradunt; singulos scilicet pro suo sexu. Hesychius. *Φαρμακοὶ, καθαρτήριοι, περικαθαίροντες τὰς πόλεις, ἀνὴρ καὶ γυνή. Pharmaci, expiatores, circumlustrantes urbes, vir & mulier.* Et alebantur hi quidem de publico in eam rem. Suidas. *Φαρμακοὺς, τοὺς δημοσίᾳ τρεφομένους, οἳ ἐκάθαιρον τὰς πόλεις τῷ ἑαυτῶν φόνῳ. Pharmacos, publice nutritos, qui purgabant urbes suas nece.* Ritus vero lustrationis universus iste erat. Immolandis e collo caricæ suspendebantur; nigræ, illi qui pro viris; albæ, qui pro fœminis esset. Videre est in Helladii *verbis* jam *citatis*. *Καὶ ὁ μὲν τῶν ἀνδρῶν, μελαίνας ἰσχάδας περὶ τὸν τράχηλον εἶχε. λευκὰς δ', ἅτερος. Et ex viris ille nigras ficus circa collum habet; albas vero alter.* Præterea in manus dabant caseum, mazam, & caricas; deinde septies colaphis, scillis, ficubusque agrestibus, & aliis ejusmodi verberantes, igne cremabant, ex lignis infelicibus exstructo, cineresque in mare spargebant. Joannes Tzetzes *Chil.* V. *cap.* XXIII.

Ὁ Φαρμακὸς, τὸ Κάθαρμα, τοιοῦτον ἦν τὸ πάλαι.
Ἂν συμφορὰ κατέλαβε πόλιν θεομηνίᾳ,
Εἴτ' οὖν λιμὸς, εἴτε λοιμὸς, εἴτε καὶ βλάβος ἄλλο,
Τῶν πάντων ἀμορφότερον ἦγον ὡς πρὸς θυσίαν,
Εἰς καθαρμὸν καὶ φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης.
Εἰς τόπον δὲ τὸν πρόσφορον στήσαντες τὴν θυσίαν,
Τυρόν τε δόντες τῇ χειρὶ, καὶ μάζαν, καὶ ἰσχάδας,
Ἑπτάκις καὶ ῥαπίσαντες ἐκεῖνον εἰς τὸ τότε
Σκίλλαις, συκαῖς ἀγρίαις τε, καὶ ἄλλοις τῶν ἀγρίων,
Τέλος πυρὶ κατέκαιον ἐν ξύλοις τοῖς ἀγρίοις,
Καὶ τὴν σποδὸν εἰς θάλασσαν ἔρραινον εἰς ἀνέμους,
Εἰς καθαρμὸν τῆς πόλεως, ὡς ἔφην, τῆς νοσούσης.
Pharmacus, purgamentum, tale erat olim.
Si calamitas corriperet urbem ira Deum,
Sive illa fames, seu pestis, aut alia etiam noxa,
Omnium deformem maxime ducebant ad sacrificium,
Ad purgationem & medicinam urbis ut ægrotæ.
In loco autem commodo statuentes sacrificium,
Caseumque dantes manu, & pultem, & ficus,
Septies etiam verberantes illum isto tempore
Scillis, & agrestibus ficubus, aliisque agrestium,
Mox igne cremabant in lignis agrestibus,
Et cinerem per mare spargebant ad ventos,
Ad purgationem urbis, ut dixi, ægrotæ.

Quæ ille omnia collegit ex variis Hipponactis locis, quæ ibi repræsentat. De caricis, maza, & caseo, sunt isti versus ejus.

Δεῖ δ' αὐτὸν εἴς τε Φαρμακὸν ἐκποιήσασθαι,
Χ' ἁφῇ παρέξειν ἰσχάδας τε καὶ μάζαν,
Καὶ τυρὸν, οἷον ἐσθίουσι Φαρμακοὶ,
Πάλαι γὰρ αὐτοὺς προσδέχουσι χάσκοντες,
Κράδας ἔχοντες, ὡς ἔχουσι Φαρμακοί.
Oportet vero eum ad Pharmaci modum abdicare,
Et tactu præbere ficus & pultem,
Et caseum, qualem comedunt Pharmaci,
Olim enim illos exspectant biantes,
Ficus habentes, ut habent Pharmaci.

De colaphis, scillis, & ficubus, ecce isti.

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι, καὶ ῥαπίζοντες,
Κράδῃσι, καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ Φαρμακοί.
Jactantes in hyeme, & verberantes,
Ficubus, & scillis, tanquam Pharmaci.

Et rursum de ficubus.

Πόλιν καθαίρειν, καὶ κράδῃσι βάλλεσθαι.
Urbem expiare, & ficubus jaculari.

A ficubus autem, quibus inter alia Ὁ Φαρμακὸς petebatur, etiam Κραδησίτης nuncupatus fuit. Hesychius. *Κραδησίτης, Φαρμακὸς, ὁ ταῖς κράδαις βαλλόμενος. Cradesites, Pharmacus, vel purgamentum, in quem ficus jactatæ.* Præterea veste ornatiore induti erant. Suidas *in* Καθάρμα. *Ὑπὲρ δὲ καθαρμοῦ πόλεως ἀνῄρουν ἐστολισμένον τινὰ, ὃν ἐκάλουν Κάθαρμα. Sed pro purgatione urbis occiderunt veste conspicua amictum quendam, quem vocabant purgamentum.* Ac deducebantur ad tibiæ cantum, cujus modulus Κραδίης νόμος dicebatur. Hesychius. *Κραδίης νόμος. νόμον τινὰ ἐπαυλοῦσι τοῖς ἐκπεμπομένοις Φαρμάκοις. Cradiæ cantio. Cantionem quandam tibia accinebant Pharmacis qui emittebantur.* Quin olla quoque illis parabatur, Φαρμακὴ appellata. Hesychius idem alibi. *Φαρμακὴ ἡ χύτρα, ἣν ἡτοίμαζον τοῖς καθαίρουσι τὰς πόλεις. Pharmace, olla, quam parabant illis, qui purgabant urbes.* Fiebat autem hæc lustratio in Thargeliis; ut est observare ex citatis Harpocrationis verbis. Et quidem die sexto mensis Thargelionis, ab iis sacris nuncupati. Observo apud Diogenem Laertium in *Vita Socratis*, lib. II. *Θαργηλιῶνος ἕκτῃ, ὅτε καθαίρουσι τὴν πόλιν οἱ Ἀθηναῖοι. Thargelionis sexta, quando purgant urbem Athenienses.*

CAP.

CAP. XXIII.

Onomarchus, & Phayllus, Phocensium tyranni. Harpocration, & Libanius, restituti.

NON ignorantur in Historia Græca Onomarchus, & Phayllus, Phocensium tyranni. Meminit utriusque pluries. Diodorus Siculus *lib.* XVI. & Pausanias in *Phocicis*. Item Athenæus *lib.* VI. Ονόμαρχος δὲ, καὶ Φάϋλλος, καὶ Φάλαικος, οὐ μόνον ἅπαντα τὰ τοῦ θεοῦ ἐξεκόμισαν, ἀλλὰ τὸ τελευταῖον αἱ γυναῖκες αὐτῶν τόν τε τῆς Εριφύλης κόσμον ἔλαβον. *Onomarchus vero, & Phayllus, & Phalæcus non tantum omnia Deo donata extulerunt, sed denique mulieres illorum & mundum muliebrem Eriphylæ abstulerunt.* Iterum *lib.* XIII. Θεόπομπος φιλογύναιον μὲν φησι γεγονέναι Φάϋλλον τῶν Φωκέων τύραννον, φιλόπαιδα δὲ Ονόμαρχον. *Theopompus quidem dicit Phayllum Phocensium tyrannum fuisse mulierosum, Onomarchum vero pueris deditum.* Corruptum Phaylli nomen apud Harpocrationem. Φαῦλος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αριστοκράτους. Ονόμαρχός τις ἦν Φωκέων τύραννος· τούτῳ δὲ ζῶντι συνῆρχεν ὁ ἀδελφὸς Φαῦλος. *Phaylus. Demosthenes in oratione contra Aristocraten. Onomarchus aliquis erat Phocensium tyrannus. Huic autem vivo collega imperii fuit frater Phaylus.* Rescribe utrobique, Φάϋλλος. Locus Demosthenis, quem ibi laudat, ecce iste est. Εὰν δὲ καὶ Μενέστρατος ἡμᾶς ὁ Ερετριεὺς ἀξιοῖ ταῦτα καὶ αὐτῷ ψηφίσασθαι, ἢ Φάϋλλος ὁ Φωκεὺς, ἤ τις ἄλλος δυνάστης. *Quod si & Menestratus Eretriensis nos roget illa quoque sibi decernere, aut Phayllus Phocensis, aut quis alius dynasta.* Emendandus quoque insignis locus Libanii *Declam* XVI. Ανήρηκε Φωκέας. Ονομάρχῳ δεῖ μέλειν, Φαΰλλῳ μέλειν. *Sustulit Phocenses. Onomarcho oportet curæ esse. Phayllo curæ esse.* Perperam editur, Ο. δεῖ μέλειν, Φατάλῳ μέλειν. *Onomarcho oportet curæ esse, Phatalo curæ esse.* De hoc ipso etiam Phayllo agit Parthenius *Erotic.* XXV.

CAP. XXIV.

Χαλκεῖα, *quando celebrata.* Αθήναια *etiam, &* Πάνδημον, *dicta. Festum prius totius populi, postea artificum duntaxat; & Minervæ initio sacrum, deinde Vulcano. Harpocration restitutus. Menandri Comœdia,* Χαλκεῖα.

APUD Athenienses festum erat, Χαλκεῖα dictum; omnium artificum manuariorum proprium, sed maxime fabrorum. Ac celebrabatur trigesimo die mensis Pyanepsionis. *Etymologici* Auctor. Χαλκεῖα, ἑορτὴ ἀρχαία καὶ παλαιὰ δημώδης. *Ærea, festum antiquum & vetus populare.* Harpocration. Τὰ Χαλκεῖα, ἑορτὴ παρ' Αθηναίοις, ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἔνῃ καὶ νέᾳ, χειρώναξι κοινὴ, μάλιστα δὲ χαλκεῦσιν. ὥς φησιν Απολλώνιος ὁ Αχαρνεύς. Φανόδημος δὲ οὐκ Αθηνᾷ φησὶν ἄγεσθαι τὴν ἑορτὴν, ἀλλὰ Ηφαίστῳ. *Ærea, festum apud Athenienses, celebrari solitum Pyanepsionis trigesima, opificibus sellulariis commune, maxime vero fabris ærariis; ut ait Apollonius Acharnensis. Phanodemus autem non Minervæ dicit celebrari festum, sed Vulcano.* Initio toti populo commune erat, postea vero ad artifices pertinere tantum cœpit; quia Vulcanus artem fabrilem in Attica instituisse tradebatur. Etymologici Auctor *loco citato.* Υστερον δὲ ὑπὸ μόνων ἤγετο τεχνιτῶν, ὅτι ὁ Ηφαιστος ἐν τῇ Αττικῇ χαλκὸν εἰργάσατο. *Postea autem ab solis celebrabatur artificibus, quia Vulcanus in Attica æs fuit operatus.* Idem Eustathius docet *ad Iliad.* β'. Οτι δὲ πρῶτοι Αθηναῖοι ἐχαλκούργησαν, δηλοῖ ὁ εἰπὼν, ὅτι Χαλκεῖα ἑορτὴ ἀρχαία δημοτελής. ὕστερον δὲ ὑπὸ μόνων ἤγετο τῶν τεχνιτῶν ἔνῃ καὶ νέᾳ Πυανεψιῶνος, ἐπείπερ Ηφαιστος ἐν τῇ Αττικῇ χαλκὸν εἰργάσατο. *Primos vero Athenienses officinam æris exercuisse declarat dicens Ærea festum vetus ab populo peractum: postea vero ab solis celebrabatur artificibus tricesima Pyanepsionis, quoniam Vulcanus in Attica in ære laboravit.* Ac principio Minervæ quidem hoc festum sacrum; cum nimirum omnium commune esset, & Αθήναια quoque, ac Πάνδημον, diceretur. Accipio ex Suida, cujus ista verba. Χαλκεῖα, ἑορτὴ Αθήνησι δημώδης καὶ ἀρχαία πάλαι. ἅ τινες Αθήναια καλοῦσιν· οἱ δὲ, Πάνδημον. διὰ τὸ ὑπὸ πάντων ἄγεσθαι. *Chalcia, Ærea, festum Athenis populare & valde antiquum; quod nonnulli Athenæa vocant; alii vero Pandemum; quia ab omnibus agebatur.* Et Αθήναια quidem, quia in Minervæ honorem celebrabatur, dictum fuit: Πάνδημον vero, quia omnium artificum commune esset; quibus ea dea tutelaris, unde & Εργάνη cognomento nuncupata. Postea, cum fabris proprium esse cœpit, Χαλκεῖα appellatum; & Vulcano, eorum Deo, consecratum. Hinc est apud Pollucem *lib.* VI. *cap.* XXIV. Χαλκεῖα, ἑορτὴ ἐν τῇ Αττικῇ Ηφαίστου. *Chalcia, Ærea, festum in Attica Vulcani.* Apud Scriptores veteres controversum fuisse video, Minervæ an Vulcano sacrum hoc festum: & hi Minervæ, illi Vulcano adscribebant. Patet ex istis Harpocrationis verbis. Φανόδημος δὲ οὐκ Αθηνᾷ φησιν ἄγεσθαι τὴν ἑορτὴν, ἀλλὰ Ηφαίστῳ. *Phanodemus vero non Minervæ dicit celebrari festum, sed Vulcano.* Sed cur Phanodemi testimonium profert contra Apollonium Acharnensem? quia scilicet ille dixerat, Minervæ sacrum. Hoc Harpocration sine dubio in verbis præcedentibus posuerat; ac facile apparet attento Lectori, mutilum hunc locum: nam, ut nunc quidem ille habet, nusquam hoc dicitur. Ergo excidit nomen Minervæ, quod repono, & rescribo, Χαλκεῖα, ἑορτὴ παρ' Αθηναίοις τῇ Αθηνᾷ ἀγομένη Πυανεψιῶνος ἔνῃ καὶ νέᾳ. *Chalcia, Ærea, festum apud Athenienses, Minervæ celebratum Pyanepsionis tricesima.* Ita demum integer locus; & posteriora verba antecedentibus, ad quæ referebantur, respondent. Porro dissensum recte conciliavimus; & alterum beneficium nobis antiquitas illustrata debet, alterum Harpocration restitutus. Præterea Menandri quoque quædam Fabula, isto titulo. Harpocration *loco citato.* Γέγραπται δὲ καὶ Μενάνδρῳ δρᾶμα, Χαλκεῖα. *Scripta est vero fabula Menandro, Chalcia.* Et laudat Athenæus *lib.* XI. Μένανδρος δ' ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Χαλκεῖα, φησί.

— τοῦτο δὴ τὸ νῦν ἔθος,
Ακρατον ἐβόων τὴν μεγάλην ψυκτῆρα τίς
Προὔπινεν αὐτοὺς ἀθλίους ἀπολλύων;

Menander vero in fabula inscripta Chalcia, dicit:

— Hic scilicet nunc mos,
Merum clamabant illum magnum Psycterem quis
Propinavit illos miseros perdens?

Meminit quoque Stobæus *Serm.* CXV.

CAP. XXV.

Απραγμοσύνη, *planta in Academia. Interpretum quorundam error indicatus.*

ERAT in Academia planta quædam, Απραγμοσύνη appellata. Hesychius. Απραγμοσύνη, ἀργία. ἢ φυτὸν ἐν Ακαδημίᾳ. *Apragmosyne, Inertia, vel planta in Academia.* Suidas florem facit. Απραγμοσύνη, εἶδος ἄνθους. Αριστοφάνης Νεφέλαις.

Μίλακος ὄζων καὶ Απραγμοσύνης. —

ἀντὶ τοῦ, πάσης εὐωδίας ὄζων καὶ ἀσφαλείας. ἢ οὐ πολυπραγμονῶν· οἱ δὲ, ὅτι Απραγμοσύνη φυτὸν ἐν Ακαδημίᾳ φυόμενον. *Apragmosyne, species floris. Aristoph. Nubibus.*

Smilacem vel taxum olens & Apragmosynen. —— *hoc est, omnia bene odorifera olens, & securitatem; aut non curiosus; alii vero, quia Apragmosyne planta in Academia nascens.* Locus Aristophanis, quem designat, iste est.

> Ἀλλ' εἰς Ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις
> Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,
> Μίλακος ὄζων καὶ Ἀπραγμοσύνης. ——
> *Sed in Academiam descendens sub moriis spatiaberis*
> *Coronatus arundine alba cum sobrio æquali,*
> *Smilaca olens & Apragmosynen.* ——

Ubi Scholiastes. Μίλακος. εἶδος βοτάνης. παρέμιξε τὸ Ἀπραγμοσύνης. Ἀπραγμοσύνη δὲ φυτὸν, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικὸς, ἐν Ἀκαδημίᾳ φυόμενον. *Smilacis; genus herbæ. immiscuit illud Apragmosynes. Apragmosyne vero planta, ut Aristophanes Grammaticus, in Academia nascens.* De Aristophanis porro loco expressus est iste Philostrati, *Iconum* lib. II. ubi Ξένια describit. Ὁ δὲ, λοῦται τάχα, Πραμνείους ἢ Θασίους βλέπων, ἐξὸν τῆς γλυκείας τρυγὸς ἐπὶ τῇ τραπέζῃ πιεῖν ὡς εἰς ἄστυ κατιὼν, ὄζοι στεμφύλου, καὶ Ἀπραγμοσύνης, καὶ κατὰ τῶν ἀστυτρίβων ἐρεύγοιτο. *Ille vero lavatur forsan, Pramnios aut Thasios videns, quum liceat dulcem vindemiam in mensa bibere; ut in urbem descendens, oleat vinaceas & Apragmosynen, & in urbanos eructet.* Non recte vero viri doctissimi utrobique Ἀπραγμοσύνην *Ocium* interpretantur.

CAP. XXVI.

Acestorides bis archon Athenis. Ischomachus Crotoniates bis stadio victor. Dionysius Halicarnasseus, & Anonymus in Notitia Olympionicarum, *emendati.*

CORRUPTUS est Dionysii Halicarnassei locus *lib.* V. Ἐνιαυτῷ δὲ πέμπτῳ μετὰ τὴν ἐκβολὴν τῶν βασιλέων, Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ἐνάτη καὶ ἑξηκοστὴ, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης, Ἀθήνησι δὲ τὸ δεύτερον ἄρχων Ἀκεστορίδης. *Anno autem quinto post expulsionem regum, Olympias quidem erat nona & sexagesima, qua vicit stadium Ischomachus Crotoniates, Athenis vero secundum archon Acestorides.* Verum quidem, bis eo magistratu functum Athenis Acestoridem; primum hac LXIX. Olympiade, quam nominavit, anno primo: iterum vero, Olymp. LXXVI anno III. Testis clarus Anonymus in *Descript. Olymp.* Ergo quomodo in primo anno secundum ei magistratum ascribit? Affirmo transposita esse verba, ac restituendum, Ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον, Ἀθήνησι δὲ ἄρχων Ἀκεστορίδης. *Qua vicit stadium Ischomachus Crotoniates secundum, Athenis vero archon Acestorides.* Nam Ischomachus ille bis stadio victor; semel, Olymp. LXVIII. iterum vero, Olympiade hac proxime sequenti LXIX. Anonymus, quem dixi, diserte notat in priore Olympiade. Ἰσχόμαχος ὁ Κροτωνιάτης στάδιον. *Ischomachus Crotoniates stadium.* In altera autem. Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης τὸ δεύτερον. *Ischomachus Crotoniates secundum.* Et ecce primam ejus victoriam ipse quoque Dionysius commemoravit *eodem libro*, sub initium. Ἐπὶ δὲ τοῦ τελευταίου βασιλέως τυραννὶς γενομένη, διὰ ταύτας τὰς προφάσεις ὑπὸ τούτων κατελύθη τῶν ἀνδρῶν, Ὀλυμπιάδος μὲν ὀγδόης καὶ ἑξηκοστῆς, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἰσχόμαχος Κροτωνιάτης. *Sed tyrannis exercita sub postremo rege, per has causas ab istis viris dissoluta fuit, Olympiade quidem octava & sexagesima, qua vicit stadium Ischomachus Crotoniates.* Ergo certa emendatio nostra. In Ischomachi porro nomine corruptus etiam Anonymus in *Notitia Olympionicarum.* Ἑξηκοστὴ ὀγδόη (Ὀλυμπιάς.) Ἰσόμαχος Κροτωνιάτης στάδιον· Ἑξηκοστὴ ἐνάτη· ὁ αὐτὸς τὸ δεύτερον. *Sexagesima octava (Olympias.) Isomachus Crotoniates stadium. Sexagesima nona; is ipse secundum.* Rescribe, Ἰσχόμαχος Κ. *Ischomachus C.*

CAP. XXVII.

Chrysippus quando natus, & mortuus. Diogenes Laertius emendatus. Parmenides quando floruerit. Diog. Laertius iterum restitutus.

DE Chrysippi morte ait in *Vita ejus* Diogenes Laertius lib. VII. Ἀπελθεῖν ἐξ ἀνθρώπων βιώσαντα ἔτη κατὰ τὴν τρίτην καὶ τετταρακοστὴν Ὀλυμπιάδα τρία καὶ ἑβδομήκοντα, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. *Abiisse ex hominibus, quum vixisset annos tertia & quadragesima Olympiade tres & septuaginta, prout dicit Apollodorus in Chronicis.* Sed corruptus sine dubio locus. Nam quo pacto mori potuit Olympiade XLIII. qui natus demum fuit CXXV? Facile est, simul tempus mortis, & emendationem invenire. Natus est, ut dixi, CXXV. anno I. cum archon Athenis esset Gorgias. Clare docet Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istum annum. Χρύσιππος ὁ φιλόσοφος ἐγεννήθη. *Chrysippus philosophus natus est.* Age itaque, computemus ab isto tempore annos tres & septuaginta, quibus vixit; necesse est ut diem obierit Olymp. CXLIII. anno II. Ergo numerus centenarius in Diogenis verbis exciderit. Et diserte Suidas notat *in* Χρύσιππος. Καὶ τελευτήσας ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν ἐτῶν, ὑπὸ τοῦ πιεῖν ἄκρατον, καὶ ἰλιγγιάσαι. κατὰ δὲ τοὺς ἄλλους, ὑπὸ γέλωτος ἀπείρου. ἐπὶ ἑκατοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος. *Et mortuus annorum septuaginta & trium, ideo quod merum biberet, & vertigine corriperetur; sed juxta alios ab risu immodico Olympiade centesima quadragesima tertia.* Est ejusdem Diogenis locus in *Parmenide*, lib. IX. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit vero nona & vigesima Olympiade.* Ecce, floruisse eum dicit Olympiade XXIX. Sed sine dubio etiam hic mendum est. Nam Xenophanis fuit auditor, quem floruisse narrat paullo ante circa Olympiadem LX. Quomodo ergo Parmenides natus Olymp. XXIX. Omnino restituendum censeo, Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐνάτην ἑβδομηκοστὴν Ο. *Floruit vero nona & septuagesima Olympiade.* Atque hoc verum est. Circa Olymp. LXXIX. floruit Parmenides. Diserte notat Anonimus in Olympiadis istius anno primo. Παρμενίδης ὁ φιλόσοφος ἤκμαζεν. *Parmenides philosophus floruit.*

CAP. XXVIII.

Odeum Athenis, in quem usum, & a quo exstructum. Quale fuerit. In propinquo templum Bacchi, orchestram, & fontem Callirhoen habuit; ad introitum, statuas regum Ægyptiorum. Jus ibi dictum, & farinæ mensuratæ. Ab Aristione incensum, ab Ariobarzane restauratum.

CELEBERRIMUM Athenis Odeum fuit, itaque inter spectatu dignissima commemorat Strabo *lib.* IX. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία, καὶ οἱ Κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοὰ, καὶ τὰ κατὰ πόλιν ἱερὰ, ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων. *Similiter autem & Academia, & Horti philosophorum, & Odeum, & Varia Porticus, & fana per urbem, omnia habentia opera artificum memoria dignorum.* Erat autem locus, in quo rhapsodi ac citharœdi, priusquam theatrum exstructum esset, contendebant. Hesychius. Ὠδεῖον, τόπος ἐν ᾧ, πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥαψῳδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο. *Odeum, locus in quo, ante exstru-*

ctionem theatri certabant rhapsodi & citharœdi. Inter sapientiæ gymnasia recenset Plutarchus lib. *De Exilio*. Ὅτι δόξαν οὗτοι καὶ τιμὰς ἐθήρευον, ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ διατριβάς. ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοάν, τὸ Παλλάδιον, τὸ Ὠδεῖον. *Quia gloriam illi & honores venabantur, ad sapientes venito, & istas sapientes Athenis scholas ac diatribas. renumera illas in Lyceo, in Academia, illam Porticum, Palladium, Odeum*. Meminitque iterum lib. *De Aud.* Et theatri formam habebat. Schol. Aristophanis *ad Vespas*. Τόπος (τὸ Ὠδεῖον) ἐστὶ θεατροειδὴς, ἐν ᾧ εἰώθασι τὰ ποιήματα ἀπαγγέλλειν, πρὶν τῆς εἰς τὸ θέατρον ἀπαγγελίας. *Locus (Odeum) est ad theatri formam, in quo soliti fuerunt poemata pronunciare, ante illam pronunciationem in theatro*. Suidas. Ὠδεῖον Ἀθήνησιν ὥσπερ θέατρον. ὃ πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς, εἰς τὸ ἐπιδείκνυσθαι τοὺς μουσικούς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Ὠδεῖον ἐκλήθη ἀπὸ τῆς ᾠδῆς· *Odeum Athenis tanquam theatrum, quod fecit, ut dicunt, Pericles, ut in eo exhiberent musici. Propterea enim Odeum quoque vocatum fuit ab ode, vel cantu*. Exstruxit Pericles; ut vides in *citatis* illis Suidæ *verbis*. Vitruvius *lib.* v. *cap.* IX. *Odeum quod Athenis Pericles columnis lapideis disposuit, naviumque malis, & antennis, e spoliis Persicis pertexit*. Plutarchus quoque docet in *ejus Vita*. Τὸ δ' Ὠδεῖον, τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύστυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι, καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς, ἐπιστατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους. *Odeum autem interna quidem dispositione multis sedibus instructum multisque columnis, tecto autem deflexum, & declive ex uno vertice factum, imaginem dicunt fuisse, & instar regii tabernaculi, curationem quoque hujus Pericle nacto*. Ubi formam simul observa, & qualitatem. Dicit, ecce, sedilia intus columnasque plurimas habuisse, tectumque acclive, & in fastigium unum assurgens, ad instar tabernaculi regii. Inter cætera Bacchi illic simulacrum, spectatu dignum. Pausanias in *Atticis*. Ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν εἰσελθοῦσιν Ὠδεῖον, ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται, θέας ἄξιος. *Athenis autem ingredientibus Odeum, & alia, & Bacchus positus est, spectatu dignus*. Ante illud, priusquam intrares, statuæ regum Ægyptiorum. Idem Pausanias in *iisdem Atticis*, alio loco. Τοῦ θεάτρου δὲ, ὃ καλοῦσιν Ὠδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τῆς ἐφόδου βασιλέων εἰσὶν Αἰγυπτίων. *Theatri autem, quod vocant Odeum, ante ingressum statuæ regum sunt Ægyptiorum*. In propinquo templum Bacchi, & orchestra. Animadverto apud Andocidem in *Orat*. Περὶ τῶν μυστ. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον τοῦ Διονύσου ἦν, ὁρᾶν ἀνθρώπους πολλοὺς ἀπὸ τοῦ Ὠδείου καταβαίνοντας εἰς τὴν ὀρχήστραν. *Postquam autem ad vestibulum Bacchi erat videre homines multos ab Odeo descendentes in orchestram*. Etiam videre est apud Vitruvium *lib.* v. *c.* IX. *Athenis porticus Eumenici, patrisque Liberi fanum; & exeuntibus e theatro, sinistra parte, Odeum*. Item fons Callirhoe, Ἐννεάκρουνος, *nonus fons*, postea dictus. Pausanias in *citatis* jam *Atticis*. Πλησίον δὲ (τοῦ Ὠδείου) ἐστὶ κρήνη. καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον. *Prope autem (Odeum) est fons. vocant autem ipsum nonum fontem*. Jus vero illic etiam dicebatur. Aristophanes ingerit in *Vespis*.

> Οἱ μὲν ἡμῶν οὗπερ ἄρχων· οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα.
> Οἱ δ' ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'. οἱ δὲ πρὸς τοῖς τειχίοις.
> *Hi quidem nostrum ubi Archon. alii autem apud undecim.*
> *Hi autem in Odeo judicant; hi autem ad muros.*

Hinc est quod Suidas dicit. Ἐστι δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. *Est autem in illo tribunal Archontis*. Aliquando etiam farinæ illic mensurabantur, iis qui in Urbe habitabant; quemadmodum in longa porticu, iis qui in Piræeo. Demosthenes Orat. *in Phorm.* Ἔτι δ' ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ, ἐν ᾧ ὑμῶν οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες, διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ Ὠδείῳ. οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν τοὺς ἄρτους, καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα καθ' ἡμίεκτον μετρούμενοι. *Adhuc autem in illo tempore, in quo vestrum alii quidem in urbe habitantes, dimensas accipiebant farinas in Odeo: alii autem in Piræeo, in navali accipiebant in obolum panes, & in longa porticu farinas binis semisextariis metientes*. Hoc ipsum vult etiam Suidas, cum ait. Διεμετρεῖτο δὲ καὶ ἄλφιτα ἐκεῖ. *Dimetiebantur autem & farinas illic*. Meminit bis terve Xenophon *Hist. Græc.* lib. II. Incendit bello Mithridatico Aristion, ne ex ejus lignis materiem ad arcem oppugnandam Sylla pararet. Narrat Appianus lib. *De Bell. Mithrid.* Καὶ Ἀριστίων αὐτοῖς συνέφυγεν, ἐμπρήσας τὸ Ὠδεῖον, ἵνα μὴ ἑτοίμοις ξύλοις αὐτίκα ὁ Σύλλας ἔχοι τὴν ἀκρόπολιν ἐνοχλεῖν. *Et Aristion cum ipsis fugit, incenso Odeo, ne paratis lignis statim Sulla posset arcem vexare*. Postea a rege Ariobarzane restitutum. Vitruvius *loco* semel iterumque *citato*: *Idem autem (Odeum) etiam incensum Mithridatico bello, rex Ariobarzanes restituit*.

CAP. XXIX.

Crocinas Larissæus stadio victor. Diodorus Siculus emendatus. Hellanodicarum numerus, isque auctus, & minutus, diverso tempore. Etymologici Auctor restitutus. Pausanias illustratus. Harpocrationis locus imperfectus indicatus.

COMMEMORATUR a Diodoro Siculo Olymp. XCIV. anno I. stadio victor Corcinas Larissæus. Locus est initio *lib.* XIV. Ἤχθη δὲ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν τετάρτη πρὸ ταῖς ἐνενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα Κορκίνας Λαρισσαῖος. *Agebatur autem Olympias circa hunc annum quarta supra nonagesimam, in qua vicit Corcinas Larissæus*. Sed corruptum illic leviter Olympionicæ istius nomen; nam Crocinas, non Corcinas, dicebatur. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istam Olympiadem ita notat. Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον· ὡς δὲ ἄλλοι, Λασθένης ὁ Θηβαῖος. *Crocinas Larissæus stadium. ut autem alii, Lasthenes Thebanus*. Item alter in *Catalogo Olympionicarum*. Ἐννενηκοστὴ τετάρτη, (Ὀλυμπιάς.) Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον. *Nonagesima quarta (Olympias.) Crocinas Larissæus stadium*. Xenophon *Hist. Græc.* lib. II. Τῷ δὲ ἐπιόντι ἔτει, ἐν ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς, ᾗ τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλός. *Insequente vero anno, in quo erat Olympias, qua stadium vicit Crocinas Thessalus*. Ubi Thessalum vocat, quem Larissæum alii; quia Larissa, uti notum, urbs Thessaliæ. Verum, age, ab Olympionica, ad certaminis Olympici præsides Hellanodicas transeamus. De eorum numero corruptus est Auctor Etymologici, *in* Ἑλλανοδίκαι. Καὶ ἦσαν οὗτοι τὸ μὲν πάλαι, ἐννέα· εἶτα, δύο· καὶ τὸ τελευταῖον, ὀκτώ. *Et erant hi quidem olim novem: deinde, duo: & postremum octo*. Ajo locum mutilum pariter & luxatum; nam bini prius fuerunt, quam noveni; nec statim post hos octoni constituti. Dicam de tota re accurate. Initio Iphitus solus fuit, & ab eo singuli permanserunt usque ad Olympiadem L. tum bini demum constituti. isque numerus conservatus ad Olympiadem CIII. tunc pro tribuum duodecim numero totidem dati, e singulis singuli. Olympiade mox sequente CIV. bello Arcadico attriti Elei, & mulctati parte agri, amissisque tribubus quatuor, cum octo tantum superessent, factum ut Hellanodicæ etiam non plures octo statuerentur. CV. unus accessit, ac novem facti. CVI. decem tandem ordinati; & confirmatus ille numerus denuo CVIII. exinde mansit usque ad tempora Hadriani Imperat.

De singulari vero numero, qui initio, eoque deinde duplicato Olympiade L. clare Pausanias *Eliac.* lib. I. Τὰ δὲ ἐπὶ τοῖς ἀγωνοθετοῦσιν, οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ ἃ καθεστηκότα ἦν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν, ἐς αὐτοὺς νομίζουσιν. ἀλλὰ Ἴφιτος μὲν τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος. καὶ μετὰ Ἴφιτον ἐτίθεσαν ὡσαύτως οἱ ἀπὸ Ὀξύλου. πεντηκοστῇ δὲ Ὀλυμπιάδι ἀνδράσι δύο ἐξ ἁπάντων λαχοῦσιν Ἠλείων ἐπετράπη ποιῆσαι τὰ Ὀλύμπια. καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀπὸ ἐκείνου διέμεινε τῶν ἀγωνοθετῶν ὁ ἀριθμὸς τῶν β΄. *Quæ autem ad certaminum præsides spectant, non secundum illa, quæ constituta erant in principio, etiam nostro tempore, de illis legitima habent. Sed Iphitus quidem certamen posuit ipse solus: & post Iphitum posuerunt similiter Oxyli posteri. Quinquagesima vero Olympiade viris duobus ex omnibus sortitis Eleorum commissum fuit facere Olympia. & ad plurimum ab illo permansit certaminum præsidum numerus, ut essent duo.* De binario Anonymus eadem omnia testatur in Olympiade L. Accipe verba. ΟΛ. Ν. Ἐπιτελίδης Λάκων στάδιον. Ἀγωνοθέται δύο ὑπ᾽ Ἠλείων κατεστάθησαν κληρωτοί. *OL. L. Epitelides Laco stadium. Certaminum præsides duo ab Eleis constituti sunt sorte electi.* De duodecim quæ dixi, Olympiade CIII. institutis, idem clare. ΟΛ. ΡΓ. Πυθόστρατος Ἀθηναῖος στάδιον. Δώδεκα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν, εἷς ἀφ᾽ ἑκάστης φυλῆς. *OL. CIII. Pythostratus Atheniensis stadium. Duodecim Hellanodicæ constituti sunt, unus ab unaquaque tribu.* De octonis, & imminutionis causa, mox in CIV. ΟΛ. ΡΔ. Ὀκτὼ Ἑλλανοδίκαι εἷς ἐξ ἑκάστης φυλῆς κατεστάθησαν, τὰς λοιπὰς τέσσαρας Ἀρκάδων πολέμῳ ἀποτεμένων. *OL. CIV. Octo Hellanodicæ singuli ex unaquaque tribu constituti sunt, reliquas quatuor Arcadibus bello abscindentibus.* De novenis, in CV. ΟΛ. ΡΕ. Πῶρος Κυρηναῖος στάδιον. Ἐννέα Ἑλλανοδίκαι κατεστάθησαν. *OL. CV. Porus Cyrenæus stadium. Novem Hellanodicæ constituti sunt.* De denis, in CVI. ΟΛ. Ρϛ΄. Πῶρος Μαλιεὺς στάδιον. Δέκα Ἑλλανοδίκαι κατέστησαν. *OL. CVI. Porus Maliensis stadium. Decem Hellanodicas constituerunt.* Deque iis confirmatis, in CVIII. ΟΛ. ΡΗ. Πολυκλῆς Κυρηναῖος στάδιον. Οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν. *OL. CVIII. Polycles Cyrenæus stadium. Hellanodicæ accesserunt rursus ad virorum decem numerum.* Obscurior in hac commemoratione est Pausanias; & pro ratione numeri agit, non temporis. Hinc est quod Olympiadem CV. nominat ante CIII. & CIV. Deinde CVI. nuncupat secundam a CV. quod monendum existimavi, ne quis, rem non recte tenens, neque satis etiam attendens, temere impingeret; ac CII. potius intelligendum arbitraretur. Sed locum ipsum ob oculos ponam. Est eo ipso, quem citavi, *Eliac.* lib. I Postquam de singulari, & deinde binario numero, quæ proposui paullo ante, commemoravit, mox subjungit. Πέμπτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ (legendum) ἑκατοστῇ, *centesima*, esse ostendi supra, *lib. II. cap. XXIII.*) ἐννέα Ἑλλανοδίκας κατέστησαν. τρισὶ μὲν δὴ ἐπιτέτραπτο ἐξ αὐτῶν ὁ δρόμος τῶν ἵππων· τοσούτοις δὲ ἑτέροις ἐπόπταις εἶναι τοῦ πεντάθλου· τοῖς δ᾽ ὑπολοίποις τὰ λοιπὰ ἔμελε τῶν ἀγωνισμάτων. Δευτέρᾳ δὲ ἀπὸ ταύτης Ὀλυμπιάδι, προσετέθη καὶ ὁ δέκατος ἀθλοθέτης. Ἐπὶ δὲ τῆς τρίτης καὶ ἑκατοστῆς, φυλαί τε Ἠλείοις δώδεκα, καὶ εἷς ἀπὸ φυλῆς ἑκάστης ἐγένετο Ἑλλανοδίκης. πιεσθέντες δὲ ὑπὸ Ἀρκάδων πολέμῳ, μοῖράν τε ἀπέβαλον τῆς γῆς, καὶ ὅσοι τῶν δήμων ἦσαν ἐν τῇ ἀποτμηθείσῃ χώρᾳ, καὶ οὕτω ἐς ὀκτὼ τε ἀριθμὸν φυλῶν ἐπὶ τῆς τετάρτης συνεστάλησαν Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς, καὶ Ἑλλανοδίκαι σφίσιν ἴσοι ταῖς φυλαῖς ᾑρέθησαν. Ὀγδόῃ δὲ ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδι, ἐπανῆλθον αὖθις ἐς ἀνδρῶν δέκα ἀριθμόν. καὶ ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου διαμεμένηκεν ἐς ἡμᾶς· *Quinta autem Olympiade & vicesima novem Hellanodicas constituerunt. Tribus quidem ex ipsis committebatur utique cursus equorum; totidem autem aliis inspectoribus esse quinquertii: reliquis autem curæ erant reliqua certaminum. Secunda autem post hanc Olympiade, adjectus est & decimus judex. Tertia vero & centesima, tribus apud Eleos duodecim, & singuli ab singulis tribubus facti fuerunt Hellanodicæ. Pressi autem ab Arcadibus bello, & partem terræ amiserunt, & quotquot populorum erant in abscissa terra, & ita in octo numerum tribuum quarta contracti sunt Olympiade & centesima, & Hellanodicæ ipsis æquales tribubus delecti sunt. Octava autem supra centum Olympiade, reversi sunt rursus ad virorum decem numerum. & jam ab eo tempore permansit ad nos.* Illustrandus omnino erat iste locus; & corrigi debet ad historiæ veritatem alter ille Etymologici, quem proposui. Imperfectus etiam satis Harpocration *in* Ἑλλανοδίκαι, ubi de duodenis, octonisque, nullum omnino verbum exstat.

CAP. XXX.

Vinum, & forum, ubi id venale, communi nomine Οἶνος *dictum. Ac forum quidem ubi fuerit, quodque pretium vinum habuerit, inquisitum.* Τρικότυλος οἶνος. Τρίγλα, *locus Athenis; & Hecates Triglathinæ ibidem statua. Ei deæ etiam triglæ immolatæ; qua de causa, & quænam.*

ATHENIENSIBUS Οἶνος dicebatur non tantum vinum; sed & forum, ubi illud venale haberi. Pollux *lib. IX. cap. V.* Ἐν δὲ τῶν κοινῶν. βιβλιοθῆκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, οὗ τὰ βιβλία ὤνια. καὶ αὐτὴ ἐφ᾽ αὑτοῦ. οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὐ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων. ὡς εἰ φαῖεν, ἀπῆλθον εἰς τοὔψον· καὶ, εἰς τὸν οἶνον· καὶ, εἰς τοὔλαιον· καὶ, εἰς τὰς χύτρας. *Unum autem publicorum. bibliothecæ, ut Eupolis ait, ubi libri venales. & hæc in se. ita enim locum, non libros, Attici nominabant; ut & alia loca ab venalibus rebus; ut quum si dicerent, abii in obsonium; & in vinum; & in oleum; & in ollas.* Sed ubinam illud forum fuit? Invenio juxta minorem Ceramici portam. Ecce apud Isæum in *Orat.* Περὶ τοῦ Φιλοκτήμ. κλ. Τὴν δ᾽ ἄνθρωπον ταύτην τὴν Ἀλκὴν καθίστησιν Εὐκτήμων ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐν Κεραμεικῷ συνοικίας τῆς παρὰ τὴν πυλίδα, οὗ ὁ οἶνος ὤνιος. *Hominem vero hanc Alcen constituit Euctemon ut curaret in Ceramico viciniam, quæ est apud portam, ubi vinum venale.* Vino autem quod proprie pretium? Non puto facile illud dictu; & pro genere etiam ejus, ac qualitate, varium fuisse. Tamen, si quis conjecturæ locus datur, arbitror obolo, aut præter propter, heminam venisse; ideoque factum etiam, si quod vilius, ut Τρικότυλος οἶνος, *Trium heminarum vinum*, diceretur; quippe cujus tres heminæ, propter vilitatem suam, uno obolo venderentur: cum alias boni hemina tantum unica pretium istud haberet. Est vero hoc, quod dico, apud Hesychium; cujus ista alibi glossa. Τρικότυλος οἶνος, οὗ τρεῖς κοτύλαι ὀβολοῦ πωλοῦνται. *Trium heminarum vinum, cujus tres heminæ obolo venduntur.* Verum quando Hesychii nunc meminimus, alterum quendam ejus locum illustremus. De trigla ait. Τρίγλα, ἰχθῦς θαλάσσιος. καὶ τόπος τίς. *Trigla, piscis marinus. & locus aliquis.* De pisce, notum est; de loco vero, non temere invenias. Erat autem ipsis Athenis, & statuam Hecates Triglathinæ habebat. Eustathius notat *ad Iliad.* υ. Ὅτι δὲ καὶ τόπος τὶς Ἀθήνησι Τρίγλη ἐκαλεῖτο, καὶ ὡς ἀνάθημα ἦν ἐκεῖ Τριγλαθίνη Ἑκάτη, δηλοῦσι καὶ αὐτὸ οἱ παλαιοί. *Quod autem etiam locus aliquis Athenis Trigle vocaretur, & quomodo donarium erat illic Triglathinæ Hecatæ, notant etiam hoc antiqui.* Et Athen. *l. VII.* Ἀθήνησι δὲ καὶ τόπος τὶς Τρίγλα καλεῖται, καὶ αὐτόθι ἐστὶν ἀνάθημα τῇ Ἑκάτῃ Τριγλαθίνῃ. *Athenis autem locus quidam Trigla etiam vocatur, & illic est donarium Hecatæ Triglathinæ.* Immolabatur autem ei Deæ etiam trigla piscis, ob nominis convenientiam, quippe quæ triformis esset.

Athenæus, *eodem libro*. Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τοῖς περὶ θεῶν τῇ Ἑκάτῃ φησὶ θύεσθαι τρίγλην διὰ τὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα. τρίμορφος γὰρ ἡ θεός. *O Apollodorus vero in scriptis de Diis Hecatæ dicit sacrificari triglam propter nominis convenientiam. triformis enim Dea*. Et quidem Æxonensis, tanquam cæteris præstantior. Observo ex Nausicrate comico *in* Ναυκλήροις: cujus fragmentum mox producit Athenæus *libro citato*. Ναυσικράτης δὲ ὁ κωμῳδοποιὸς ἐπαινεῖ τὰς Αἰξωνικὰς τρίγλας, ἐν Ναυκλήροις, λέγων οὕτως.

—— μετ' αὐτῶν εἰσὶν ἐκπρεπεῖς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες, ἃς κλύδων Αἰξωνι
Πασῶν ἀρίστας ἐν τρόποις παιδεύεται.
Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι Φωσφόρον κόρην
Δείπνων, ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Τρίγλας λέγεις. ——

Nausicrates autem comicus laudat Æxonenses triglas, in Naucleris, dicens ita:

—— Cum illis sunt insignes specie
Flavicolores, quas fluctus Æxonicus
Omnium optimas in moribus castigat:
Quibus & deam venerantur luciferam virginem
Cœnarum, quando mittunt dona nautici.
Triglas dicis ——

CAP. XXXI.

Isæi Oratio, Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, *quando scripta. Aristomnestus archon. Isæus emendatus. Lysimachides archon. Diogenes Laertius restitutus.*

ISÆI Oratio, Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, *De Philoctemonis patrimonio*, quando scripta ex ipsa facile colligi potest. Exstat enim in ea iste locus. Τῇ μὲν γὰρ στρατιᾷ ἀφ' οὗ ἐξέπλευσεν εἰς Σικελίαν ἤδη ἐστὶ δύο καὶ πεντήκοντα ἔτη ἀπὸ Ἀριμνήστου ἄρχοντος. *Nam exercitui quidem a quo enavigavit in Siciliam jam sunt duo & quinquaginta anni ab Arimnesto archonte*. Sed corrigendum, ἀπὸ Ἀριστομνήστου ἄρχοντος, *ab Aristomnesto archonte*. Ita mox quoque, Οὔπω ὑπὲρ εἴκοσιν ἔτη ἀπὸ Ἀριστομνήστου ἄρχοντος. *Nondum supra viginti annos ab Aristomnesto archonte*. Perperam etiam istic editur, Ἀπὸ Ἀριμνήστου, *ab Arimnesto*. Erat autem Aristomnestus hic archon Olymp. XCI. anno I. Notat Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istud tempus. Et Diodorus Siculus *extremo lib.* XII. Παρ' Ἀθηναίοις μὲν ἦν ἄρχων Ἀριστόμνηστος, ἐν Ῥώμῃ δ' ἀντὶ τῶν ὑπάτων χιλίαρχοι τέσσαρες κατεστάθησαν, Τῖτος Κλαύδιος, καὶ Σπόριος Ναύτιος, ἔτι δὲ Λεύκιος Σέντιος καὶ Σέξστος Ἰούλιος. ἐπὶ δὲ τούτων παρὰ μὲν Ἠλείοις ἤχθη Ὀλυμπιὰς πρώτη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα. *Apud Athenienses quidem erat archon Aristomnestus, Romæ autem pro consulibus tribuni militum quatuor creati erant, Titus Claudius, & Spurius Nautius, adhuc autem Lucius Sentius, & Sextus Julius. Horum tempore autem apud Eleos quidem acta est Olympias prima ad nonagesimam*. Itaque si ab hoc archonte numeremus annos quinquaginta duos, habebimus primum Olympiadis centesimæ quartæ, quo supremum magistratum Timocrates gessit; idque est tempus, quo Oratio ista scripta. Verum ut archontis nomen apud Isæum nunc restituimus, ita quoque Diogeni Laertio faciamus. Is Lysimachum nobis nominat Olymp. ex anno II. Exstat locus in *Xenocrate*, lib. IV. Διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη, ἐπὶ Λυσιμάχου ἀρξάμενος. κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Excepit autem Speusippum, & præfuit scholæ quinque & viginti annos, tempore Lysimachi incipiens, secundo anno decimæ & centesimæ Olympiadis*. Scribe, Ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος, *tempore Lysimachidæ incipiens*. Nam anno isto archon Lysimachides fuit, non Lysimachus. Ita Anonymus eum nominat, jam citatus; & Diodorus etiam Siculus *lib.* XVI. Τοῦ δ' ἔθους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λυσιμαχίδης. *Anno autem hoc præterito, Athenis quidem archon fuit Lysimachides*. Loquitur de hoc ipso anno, & Olympiade. Meminit ejus item Dionysius Halicarnasseus in Epistola *ad Ammæum*. Ταῦτα γράψας κατὰ Θεόφραστον ἄρχοντα γεγονέναι, τῷ μετ' ἐκεῖνον ἐνιαυτῷ τὰ πραχθέντα μετὰ τὴν λύσιν τῆς εἰρήνης ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἄρχοντος διεξέρχεται. *Hæc scribens Theophrasto archonte facta esse, quæ post illum anno acta sunt post solutionem pacis Lysimachide archonte narrat*. Ac pluries illic eum nominat.

CAP. XXXII.

Tabella Atheniensium, in qua nomen uniuscujusque, & populi paterni. Harpocrationis error. Demosthenis locus explicatus.

EXSTAT apud Demosthenem locus in *Orat.* Πρὸς Βοιωτὸν, περὶ τοῦ ὀνόματος. *Ad Bœotum, de nomine*. Ecce verba. τὸ δυοῖν πινακίοιν τὸν ἕνα κληροῦσθαι, τί ἄλλο ἐστίν; *Duas tabulas unum accepisse, quid aliud est?* Hæc in animo habuit Harpocration, cum scriberet. Πινάκια, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων. ἔοικε δ' εἶναι ταῦτα χαλκᾶ, ὡς ὑποσημαίνει Δημοσθένης ἐν τῷ Περὶ τοῦ ὀνόματος. *Tabulæ, quæ demittuntur pro sortibus ab heredibus. Videntur autem esse hæ æneæ, ut significat Demosthenes in oratione de nomine*. De æneis quod conjecturam facit, ex istis Oratoris verbis, quæ præcedunt, sine dubio acceperit. Πλὴν εἰ μὴ σημεῖον ὥσπερ ἄλλῳ τινὶ τῷ χαλκείῳ προσέσται. *Tamen nisi signum sicut alii cuidam laminæ æneæ adsit*. Sed quod vult, Πινάκια illic interpretanda, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων, *Tabulas, quæ demittuntur pro sortibus ab heredibus*, plane rejicio. Nam, ut recte attendamus; movet hic Mantitheus quidam adversario suo litem, quod cum primum Bœoti nomen accepisset, ubi in tribules eum pater ipsius referri curasset; postea, defuncto parente, iterum sese a tribulibus inscribi fecisset, ac Mantithei sibi nomen pro Bœoti vindicasset: atque ita duplices jam tabellas nactus esset. Sciendum enim, morem Atheniensibus fuisse, ut qui a parentibus in tribules referretur, tabellam quandam buxeam acciperet, in quo nomen tum ipsius, tum paterni quoque populi, ad quem ille pertineret, inscriptum esset. Docet nos hanc rem Hesychius, cujus iste alibi locus. Χαλκοῦν, πινάκιον. Ἀθηναῖοι εἶχον ἕκαστος πινάκιον πύξινον ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ, καὶ τοῦ δήμου πατρόθεν. *Æneum, tabula. Athenienses habebant singuli tabulam buxeam inscriptam nomine ipsius, & populi, quem a patre habebat*. Neque ulla controversia est, quin ab hoc antiquo more explicari Demosthenes debeat.

CAP. XXXIII.

Populus alba, & nigra, Athenis. Ad nigram tabulata posita, e quibus spectarent, ante theatrum exstructum. Αἰγείρου θέα. *Suidas, & Hesychius, emendati. Ubi illa fuerit. Sycophantarum tabellæ suspendi inde solitæ; unde* Αἴγειροι *illi dicti, &* Οἱ ἀπ' αἰγείρων. *Hesychius iterum restitutus.*

DUAS esse populi species albam & nigram, earumque nigram Αἴγειρον, albam proprie Λεύκην dictam, res est nota. Utraque Athenis distincto loco cernebatur. Ac juxta nigram,

priusquam exstructum theatrum esset, tabulatum figebatur, e quo spectarent; quique in tabulato isto locum nullum invenirent, ipsam arborem conscendentes ex ea spectabant, unde Αἰγείρου θέα dicebatur. Suidas. Αἰγείρου θέα. αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ· ἔνθα, πρὶν γενέσθαι θέατρον, τὰ ἴκρια ἐπήγνυον, ἀφ᾽ ἧς αἰγείρου οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν. *Populi spectaculum. Populus nigra erat Athenis prope templum: illic, antequam esset theatrum, sedilia pangebant. a qua populo non habentes locum spectabant.* Ait autem fuisse, πλησίον τοῦ ἱεροῦ, *prope templum*. Sed quodnam est illud fanum? Viri docti deesse putant, Διονύσου. & interpretantur, *prope Bacchi templum*. Verum rogo uti ignoscant, si non probem. Theatrum quidem, quod postea exstructum, prope Bacchi templum erat; sed non nigra ista populus, ad quam erectum tabulatum, antequam illud exstructum esset. Atque idem tamen Hesychius dicit, cujus verba plane eadem de re eadem. Αἰγείρου θέα· αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ· ἔνθα, πρὶν γενέσθαι θέατρον, τὰ ἴκρια ἐπήγνυον. *Populi spectaculum. Populus erat Athenis prope templum: illic, antequam esset theatrum, sedilia pangebant.* Affirmo ego, mendum esse; & scribendum utrobique, πλησίον τοῦ ἰκρίου, *prope tabulatum*. Hæc est vera loci lectio; ejusque emendationis vadem ipsum tibi Hesychium dabo, cujus ista alibi verba. Παρ᾽ αἰγείρου θέα. Ἐρατοσθένης φησὶν, ὅτι πλησίον αἰγείρου τινὸς θέα. αἴγειρος δέ ἐστι φυτοῦ εἶδος, ἐγγὺς τῶν ἰκρίων. ἕως οὖν τούτου τοῦ φυτοῦ ἐξετείνετο καὶ κατεσκευάζετο τὰ ἴκρια, ἅ ἐστιν ὀρθὰ ξύλα, ἔχοντα σανίδας προσδεδεμένας, οἷον βαθμοὺς, ἐφ᾽ αἷς ἐκαθέζοντο, πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον. *Juxta populum spectaculum. Eratosthenes dicit, prope quandam populum spectaculum. Populus autem est plantæ species, prope sedilia. Usque igitur hanc stirpem extendebantur & exstruebantur sedilia, quæ sunt recta ligna habentia tabulas affixas tanquam gradus, quibus insidebant, antequam exstructum esset theatrum.* Meminitque idem ejusdem loci iterum alibi. Θέα παρ᾽ αἰγείρῳ· τόπος αἴγειρον ἔχων, ὅθεν ἐθεώρουν. εὐτελὴς δὲ ἐδόκει ἡ ἐντεῦθεν θεωρία. μακρόθεν γὰρ ἦν, καὶ εὐώνως ὁ τόπος ἐπωλεῖτο· *Spectaculum juxta populum: locus populum*

A *habens, unde spectabant. vilis autem videbatur illic spectatio; procul enim erat, & vili pretio locus vendebatur.* Et Suidas quoque. Ἀπ᾽ αἰγείρου θέα. καὶ, ἐπ᾽ αἰγείρου. ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. αἴγειρος γὰρ ἐπάνω ἦν τοῦ θεάτρου, ἀφ᾽ ἧς οἱ μὴ ἔχοντες τόπον ἐθεώρουν. *Ab populo spectaculum; & in populo; quæ ab ultimis. Populus enim erat super theatrum, a qua qui locum non habebant spectabant.* Item Eustathius *ad* Odyss. έ. Η δὲ ἱστορία ἔχει καὶ ἐν Ἀθήναις αἴγειρον ἐπιμεληθεῖσαν. ὃ πάσχει παρὰ τοῖς φιλοκάλοις καὶ ἡ κυπάριττος. ἦν γοῦν, φασὶν, αἴγειρος Ἀθήνησιν ἐπάνω τοῦ θεάτρου, ἀφ᾽ ἧς ἐθεώρουν οἱ μὴ ἔχοντες τόπον. ὅθεν καὶ ἡ ἀπ᾽ αἰγείρου θέα ἐλέγετο· καὶ παρ᾽ αἰγείρῳ θέα, ἡ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων. καὶ ἦν, B φασὶν, εὐωνοτέρα ἡ παρ᾽ αἰγείρῳ θέα. *Habet vero historia & Athenis populum curatam. quod patitur ab pulcritudinis amatoribus etiam cypressus. Erat igitur, dicunt, populus Athenis supra theatrum, a qua spectabant qui non habebant locum; unde & ab populo spectaculum dicebatur: & juxta populum spectaculum, quæ ab ultimis. & erat, dicunt, viliori pretio juxta populum spectatio.* Sed estne scire, in quo Urbis loco fuerit ista αἴγειρος. Invenio ego in foro fuisse, atque ex ea tabellas suas suspendisse sycophantas; qui Αἴγειροι etiam, & Οἱ ἀπ᾽ αἰγείρων, *Qui ab populis nigris*, inde dicti. Observo apud doctissi- C mum Hesychium. Ἀπ᾽ αἰγείρων. ἀντὶ τοῦ, συκοφαντῶν. ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰγείρου τὰ πινάκια ἐξῆπτον. *Ab populis nigris. Androclem qui ex populis nigris. pro sycophantis: quoniam in foro ex populo tabulas appendebant.* Ita restituo; nam non recte hodie editur, Ἀπαιγείρων. Ἀνδροκλέα τῶν ἀπαιγείρων. *Apægirorum. Androclem eorum qui apægiri.* Jam quod de alba populo dixi, eam ibidem quodam in loco Athenis fuisse manifeste Andocides ingerit, *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀγύρριος γὰρ οὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος, καὶ ἐπρίατο τριάκοντα ταλάντων. μετέσχον δ᾽ αὐτοὶ οὗτοι πάντες οἱ παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν λεύκην. *Nam Agyrrhius* D *hic, pulcher, & bonus archon, unus factus est quinquagesimæ tertio anno, & emebatur triginta talentis. Participes autem erant illi ipsi omnes qui adcongregati fuerunt sub alba.*

JOANNIS MEURSII
ATTICARUM LECTIONUM
LIBER V.

CAP. I.

Θῆσσαι. Lex Atheniensium de virginibus egenis maritandis.



APUD Athenienses si quæ virgines egenæ essent, neque propter dotis defectum virum invenire possent, Θῆσσαι, vel Θῆτται, dicebantur: easque, quicunque genere proximus, elocare, ac dotem dare lege præscriptam tenebatur. Auctor *Etymologici*. Θῆττα ἐπίκλην. οὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ νόμον. *Thessa vel Thetta cognomine non habens dotem, egena relicta a patre, & ab proximis dote donata secundum legem.* Quod si quis recusaret, ipse ducere cogebatur. Jul. Pollux *lib.* III.

E *cap.* III. Ἡ μέντοι κλῆρον οὐκ ἔχουσα πατρῷον, Θῆσσα καλεῖται· ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρᾳ συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. *Quæ quidem patrimonium non habet ab patre, Thessa vocatur: quam proximus elocabat, si aliam duxerat, aut ipse ducit omnino.* Atque ita capiendus Terentius *Hecyra* Act. I. Scen. II.

> *Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi.*
> *Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.*

Dotem autem lex præscribebat minas quinque. Harpocration *in* Ἐπίδικος. Δείκνυται καὶ ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους, πέντε μνᾶς ἐπιδι- F δόντες. *Ostendit etiam, quod egentes virgines elocant proximi genere, quinque minas dantes.* Iterum *in* Θῆτες. ἐπάναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς Θήσσας, ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι· *Necesse autem erat proximos genere Thessas aut recipere in matrimonium, aut quinque minas dare.* Et ecce in *Phormione* Terentii, Act. II. Sc. III.

Etsi mihi facta injuria est, verum tamen
Potius quam lites secter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, id quod Lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Suidas de quingentis drachmis ait, quod tantundem est. Θῆττα. ἐπίκληρος ἐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρός. ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τὸν νόμον τῶν πεντακοσίων δραχμῶν· *Thetta; puella orba non habens dotem, inops relicta a patre. ab agnatis vero dotata secundum legem quingentis drachmis.* Eodem modo est apud Diodorum Siculum *lib.* XII. Τρίτος δὲ ὁ νόμος διωρθώθη ὁ καὶ παρὰ Σόλωνος κείμενος· Ἐκέλευε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον τῷ ἀγχιστεῖ. ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίους ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. *Tertia autem lex emendata est etiam a Solone lata. Jubebat enim pupillæ adjudicari genere proximum. Similiter vero pupillam proximo. cui erat necesse ducere, aut quingentas exsolvere drachmas in dotis rationem pauperi orbatæ.* Sed sciendum, discrimen fuisse inter pentacosiomedimnos, equites, & zygitas. Nam quingentas has drachmas sive quinque minas, primi illi tantum pendebant; equites trecentas drachmas, sive tres minas: zygitæ centum quinquaginta drachmas, sive sesquiminam. Observo ex Demosthene, Orat. *in Macartatum*. Τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικὸν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδιδοὺς, ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίας δραχμὰς, ὁ δ' ἱππεὺς τριακοσίας, ὁ δὲ ζευγίτης ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τοῖς αὐτῆς. *Pupillas, quæ in numerum thettarum referuntur, nisi velit habere proximus genere, elocato donans, ille quidem qui quingentos medimnos habet, quingentas drachmas, eques autem trecentas, plebejus vero centum quinquaginta ad illius bona.* Ad pentacosiomedimnos quod attinet, postea, cum id parum esse videretur, decem minas dotem istarum esse placuit. Eustathius ex Aristophane Grammatico *ad Iliad.* φ'. Θῆσσα μέντοι παρ' αὐτῷ καινότερόν τι δηλοῖ. θῆσσα γάρ, φησι, ἣν πατὴρ καταλέλοιπε πένης ὤν. αὕτη δέ, φησιν, ἐπὶ τὸν πλησίον τοῦ γένους πορεύεται κατὰ νόμον ἀναγκάζοντα τοῦτο. καὶ ὁ μὴ αἱρούμενος γῆμαι, πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων. ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις μετέδοξε τοῦτο ὡς μικρὸν, καὶ ἐγένοντο δέκα μναῖ. *Thessa quidem apud eum magis quid novum notat. Thessa enim, dicit, quam pater reliquit pauper. Illa vero, dicit, ad proximum genere pergebat secundum legem cogentem hoc. & qui non eligeret ad ducendum, quinque minas exsolvit, sicut jussit Solon. Verum in renovatis legibus videbatur hoc nimis parvum, & factæ sunt decem minæ.* Eugraphius in citatum e Terentii *Phormione* locum. *In lege scriptum est. Orbam proximus ducat, aut decem millia dotis det, ut accepta dote discedat.* Decem illa millia æris quæ dicit, idem erant, quod mille drachmæ. Eodem modo est apud Fortunatianum *Art. Rhet.* lib. I. *Est orba, proximo nubat: vel si eam noluerit in matrimonium ducere, det decem millia.* Quod si plures eodem gradu cognatam contingerent, pro rata quisque contribuebant. ac si plures autem cognatæ, is qui proximus, unam tantum elocare tenebatur: & si quispiam recusaret, eum cuilibet deferre licebat ad archontem, qui legi satisfacere cogeret. Ille vero si muneri deesset, drachmis mille, id est, minis decem, Junoni sacris, mulctabatur. Demosthenes *loco citato*. Ἐὰν δὲ πλείους ὦσιν ἐν αὐτῷ γένει τῇ ἐπικλήρῳ, πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον. ἐὰν δ' αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι, μὴ ἐπάναγκες εἶναι πλέον ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ ἐν γένει. ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι; ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάζῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς, ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Si vero plures habet in eodem genere pupilla, partem dare unumquemque; si autem mulieres plures sunt, non necesse esse plus quam unam elocare cuidam in eo genere. Sed proximum oportet elocare, aut ipsum habere. Si vero non habeat proximus genere, nec elocet, archon cogat aut ipsum ducere, aut elocare; Si vero non cogat archon, debeat mille drachmas, sacras Junoni. Scribat autem dicam illi hæc non facienti quicunque velit ad archontem.*

CAP. II.

Isæi Oratio Πρὸς Λυσίβιον. *Etymologici Auctor, & Suidas, emendati,* Κατὰ Καλλιφῶντος, *Orationes ejusdem duæ. Harpocration, & Suidas iterum, restituti.*

LAUDATUR inter Isæi Orationes perditas una inscripta, Πρὸς Λυσίβιον. Meminit ejus Julius Pollux *lib.* X. *cap.* I. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἀρχεπόλιδος κλήρου. Διαθηκῶν δὲ τεττάρων ὑπ' αὐτοῦ ἐσκευοποιημένων. ὁ δὲ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον ἔφη. τοιαῦτα μὲν τοιούτοις ἐπὶ τῷ τεθνεῶτι σκευοποιοῦντες. *Isæus in oratione de Archepolidis hereditate: Testamentis autem quatuor ab ipso instructis. Idem autem rhetor in oratione ad Lysibium dicit; talia quidem talibus de mortuo concinnantes.* Et Harpocration *in* Ἐπίδικος. Ὁ δὲ Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον τὴν ἐπίκληρον, ἐπικληρῖτιν κέκληκεν. *Isæus autem in oratione contra Lysibium illam orbam vulgo epiclerum dictam, appellat epicleritin.* Etymologici Auctor *in* Ἐπίδικος corruptissimus. Ἰσοκράτης δὲ τὴν ἐπικληρῖτιν ἐκάλεσεν. *Isocrates autem talem epiclerum in oratione contra Lysiam epicleritin vocavit.* Rescribo, Ἰσαῖος δὲ τὴν ε'. ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον ἐπικληρῖτιν ε'. *Isæus autem t. e. in oratione contra Lysibium epicleritin v.* Suidas in *eadem voce* totidem verbis. Sed idem in Τέως emendandus. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Λυσίβιον. *Isæus in oratione contra Lysibium.* Non recte hodie editus, Ἐν τῷ πρὸς Ἀνσίβιον, *in oratione contra Ansibium.* Idem Orator duas Orationes scripsit, Κατὰ Καλλιφῶντος. Nominat secundam Etymologici Auctor *in* Ἐπιτρίταις. Ἰσαῖος ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ Καλλιφῶντος· Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος. *Isæus in secunda contra Calliphontem.* Excidit numerus apud Harpocrationem in eadem dictione. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος. *Isæus in oratione contra Calliphontem.* Restitue, Ἰσαῖος ἐν τῷ δευτέρῳ κατὰ K. *Isæus in secunda contra C.* Apud Suidam vero non numerus tantum Orationis, sed & ipsius Oratoris nomen excidit. Editur enim hodie, Ἐπιτρίταις. ἐν τῷ κατὰ Καλλιφῶντος, *in oratione contra Calliphontem.* Repone ad præscriptum.

CAP. III.

Ἐπιμήνιον. Ἐπιμηνία. *Sacra Atheniensium singulis mensibus pro felici urbis statu.* Ἐπιμήνιοι. *Hesychius, & Suidas, correcti.*

ATHENIENSES quot mensibus pro felici urbis statu sacra faciebant; idque sacrificium Ἐπιμήνιον & Ἐπιμηνία dicebatur. Harpocration. Ἔοικεν εἶναι ἐπιμήνια, ἤτοι τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα, ἢ τὰ ὑπὲρ ὅλου μηνὸς ἅπαξ ποτὲ γιγνόμενα θύματα· *Videntur esse menstrua, sive per singulos menses sacrificari solita, aut pro toto mense semel quandoque fieri solita sacrificia.* Videndi etiam Auctor *Etymologici*, & Suidas; apud quem mendum. Ἐπιμήνια, τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα φυόμενα. *Menstrua, per singulos menses nata.* Rescribo, Τὰ καθ' ἕκαστον μῆνα θυόμενα. *Per singulos menses sacrificari solita.* Fiebant autem hæc sacra novilunio; quique per-

agebant, Επιμlώιοι dicebantur. Docuerat illud nos Hesychius; sed corruptus hodie locus. Επίμlωον, οἱ ἱεροποιοί· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις, ἐπιμlωία, ἡ κατὰ μῆνα τῇ νουμlωίᾳ συντελουμένη. *Menstruum, sacrificuli; appellatur autem quoque sacrificium quoddam; menstrua, quæ per mensem novilunio perficitur.* Restituendum censeo, Επιμlώιοι, οἱ ἱεροποιοί. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ θυσία τις Επιμlωία, ἡ κατὰ μlωα τ. ν. σ. *Menstrui, sacrificuli; vocabatur autem quoque sacrificium quoddam Menstrua, quæ per mensem n. p.*

CAP. IV.

Centumviralis judicii Athenis origo. a quo, & qui lecti. Apostolius, & Suidas, restituti. Mox adjuncti iis Areopagitæ. Palladium a Demophonte raptum, & Constantinopoli quoque asservatum.

NOTUM Athenis centumvirale judicium, Επὶ Παλλαδίῳ dictum. Ejus origo talis commemoratur ab Harpocratione. Εχει δὲ τὸ δικαστήριον τlωὶ τοῦ Παλλαδίου ἐπωνυμίαν, καὶ οἱ δικασταὶ τὴν τῶν Αφετῶν ἐντεῦθεν. Αγαμέμνονος μετὰ τῶν Αργείων σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Αθήναις ἐξ Ιλίου, Δημοφῶν ἁρπάζει τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀναιρεῖ. Αγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκην, τὸν ἁρπάζοντα ἀναιρεῖ, καὶ συνίσταται τὸ κριτήριον ἐπὶ πεντήκοντα μὲν Αθηναίων, πεντήκοντα δὲ Αργείων, οὓς Εφέτας ἐκάλεσαν, παρὰ τὸ ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως. *Habet autem tribunal cognomen Palladii, & judices hinc Ephetarum. Agamemnone cum Argivis cum Palladio appropinquante Athenis ex Ilio, Demophon rapit Palladium, & multos persequentium occidit. Agamemnon autem indignatus judicii modum, raptorem interfecit, & constituit judicium ex quinquaginta quidem Atheniensibus, Argivis autem quinquaginta, quos Ephetas vocaverunt, quod utriusque commissum esset illis judicium.* Ergo occiso ab Agamemnone ob surreptum Palladium Demophonte constituti sunt centum Judices, Εφέται ex re dicti; quinquaginta Athenienses, & totidem Argivi. In eandem rem Eustathius *ad Odyss. α'.* Κλειτόδημος δέ φησιν, Αγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος ταῖς Αθlώαις, Δημοφῶντα τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαι, καὶ πολλοὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. τοῦ δὲ Αγαμέμνονος δυσχεραίνοντος, κρίσιν αὐτοὺς ὑποσχεῖν ἐπὶ πεντήκοντα Αθηναίων, καὶ τοσούτων Αργείων, οὓς Εφέτας κληθῆναι. *Clitodemus autem dicit, Agamemnone cum Palladio appropinquante Athenis, Demophontem Palladium rapuisse, & multos persequentium trucidavisse. Agamemnone autem indignante, judicium eos subivisse coram quinquaginta Atheniensibus & totidem Argivis, quos Ephetas vocatos esse.* Rem totidem pene verbis narrat Apostolius *in* Επὶ Παλλαδίῳ, sed corruptus valde locus est. Editur enim, Επὶ ὀκτὼ Αθlωαίων, καὶ ὀκτὼ Αργείων. *Coram octo Atheniensibus, & octo Argivis.* Rescribe. Επὶ πεντήκοντα Αθηναίων καὶ πεντήκοντα Αργείων. *Coram quinquaginta Atheniensibus, & quinquaginta Argivis.* Origo mendi ex confusione numerorum η'. & ν'. Verum & Suidas hic corruptus. Εφέται, ἄνδρες, οἵτινες π'. ὄντες ἐδίκαζον. *Ephetæ, viri, qui quum essent octoginta, judicabant.* Omnino rescribendum censeo, Οἵτινες ρ'. ὄντες. *Qui quum essent centum.* Postea rejecto Argivorum numero ex Atheniensibus constituti quinquaginta unus. Pollux *lib.* VIII. *cap.* X. Εφέται, τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα. *Ephetæ, numerum quidem unus & quinquaginta.* Sic est in verbis legis apud Demosthenem Orat. *in Macartatum.* Γνῶσι δ' οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς Εφέται ἄκοντα κτεῖναι. *Sciunt autem quinquaginta & unus Ephetæ invitum occidisse.* Lecti autem primum Οἱ Εφέται a Dracone, ex optimis quibusque, quosque virtutis fama commendaret. Pollux *loco citato* subjungit. Δράκων δ' αὐτοὺς κατέστησεν, ἀριστίνδlω αἱρεθένA τας. *Draco autem illos constituit, pro præstantia electos.* Et in verbis legis apud Demosthenem *Oratione citata.* Οἱ πεντήκοντα καὶ εἷς ἀριστίνδην αἱρείσθων. *Quinquaginta & unus ex ratione præstantiæ eligantur.* Quin & ætatis habita ratio; placuitque, ut supra annum quinquagesimum essent. Suidas. Εφέται, ἄνδρες ὑπὲρ ν'. ἔτη γεγονότες. καὶ ἄριστα βεβιωκέναι ὑπόληψιν ἔχοντες. *Ephetæ, viri supra quinquaginta annos nati, & optime vitæ traductæ opinionem habentes.* Quæ totidem verbis Etymologici Auctor. Mox Solon adjunxit his Areopagitas. Pollux *loco citato.* Σόλων δ' αὐτοῖς προσκατέστησε τὴν ἐξ Αρείου πάγου βουλήν. *Solon vero illis ultra constituit ex Areopago senatum.* B Atque hoc volunt illa Plutarchi in *ejus Vita.* Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὴν ἐξ Αρείου πάγου βουλήν. ὥσπερ εἴρηται, Σόλωνα συστήσασθαι φασί· καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ τὸ, μηδαμοῦ τὸν Δράκοντα λέγειν μηδ' ὀνομάζειν Αρειοπαγίταις, ἀλλὰ τοῖς Εφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν. *Itaque plurimi quidem ex Areopago senatum, ut dicitur, Solonem constituisse dicunt: & testimonium dare illis potissimum videtur, quod nusquam Draco nec dicat nec nominet Areopagitas, sed Ephetis semper dixerit de cædibus.* Origo autem Ephetarum, ut in Harpocrationis verbis vidimus, Demophontis ob Palladium raptum cædes. C Eam rem tradunt etiam Pausanias *Atticis*, Polyænus *lib.* 1. Clemens *Protreptico*, Eustathius *ad Iliad. α'.* Sunt qui tradant illud ipsum Palladium postea Constantinopolim translatum; & suo illic tempore exstitisse testatur Olympiodorus in *Meteor.* lib. 1. Επειδὴ καὶ πάνυ ἀναγκαίως ἐφρόντιζον οἱ παλαιοὶ τῶν διιπετῶν ἀγαλμάτων, ὡς δηλοῖ τὸ Παλλάδιον, μέχρι νῦν ἐν τῷ Βυζαντίῳ ὄν. *Quoniam etiam plane necessario curam gerebant Veteres ex cælo delapsorum simulacrorum, ut declarat Palladium, usque adhuc Byzantii existens.*

CAP. V.

D *Επώνυμοι duplices. Etymologici Auctor correctus. Ad eorum statuas propositæ leges. Suidas emendatus. Archon* Επώνυμος, *a quo nomen anno. Minerva* Επώνυμος.

DUPLICES Athenis *Επώνυμοι* fuerunt. Ex his antiquissimi omnium, a quibus denominatæ tribus, decem erant, Pandion, Cecrops, Ægeus, Oeneus, Leo, Ajax, Acamas, Antiochus, Hippothoon, Erechtheus. Ulpianus in Orat. *contra Timocratem.* Επώνυμοι ἐκαλοῦντό τινες ἀνδριάντες ἡρώων, ἐξ ὧν ἐκαλοῦντο καὶ αἱ δέκα φυλαὶ ἐπ' ὀνόματι τούτων, εἰς ἰδίας τινὰς θυσίας. τὰ δὲ ὀνόματα τῶν E ἡρώων ταῦτα, Αθlωαίων ὄντων, ἐκτὸς Αἴαντος τοῦ Σαλαμινίου. Πανδίων, Ερεχθεὺς, Κέκροψ. Αἰγεὺς, Οἰνεὺς, Λέων, Αἴας, Ακάμας, Αντίοχος, Ιπποθόων. *Cognomines vocabantur quædam statuæ heroum, a quibus appellabantur etiam decem tribus nomine ipsorum, ad propria quædam sacrificia. Nomina autem heroum hæc, omnium Atheniensium, excepto Ajace Salaminio: Pandion, Erechtheus, Cecrops, Ægeus, Oeneus, Leo, Ajax, Acamas, Antiochus, Hippothoon.* Adeundus quoque Pausanias in *Atticis.* Ac corrigendus Etymologici Auctor *in* Επώνυμοι, ubi perperam Αλμας legitur, pro Ακάμας. Ad horum statuas, qui F legem novam ferre vellent, prius eam proponebant, an Atheniensibus placeret, nec ne. Suidas. Παρὰ γοῦν τὰς εἰκόνας τῶν ἐπωνύμων εἰσηγοῦντο τοὺς νόμους, πρὶν ἢ γενέσθαι κυρίους, ἵν' ἐντυγχάνοντες αὐτοῖς οἱ βουλόμενοι κατηγορεῖεν. *Ad imagines igitur cognominum introducebant leges, antequam essent stabilitæ, ut legentes eas qui volebant, accusarent.* Idque ex Solonis lege. Demosthenes in *Leptinea.* Καὶ πρὸ τούτων γε ἐπέταξεν (ὁ Σόλων) ἐκθεῖναι (τοὺς νόμους) πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων, καὶ τῷ γραμματεῖ παραδοῦναι. *Et ante hæc jussit (Solon) exponere (leges) ante cognomines, & scri-*

bæ tradere. Ad quem locum Ulpianus. Ἀνδριάντες ἦσαν τῶν ἡρώων (οἱ ἐπώνυμοι) ἀφ' ὧν καὶ αἱ φυλαὶ ἐπώνυμοι ἦσαν. κατὰ δὲ πρόσταξιν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐγένοντο. παρ' οἷς ὁ βουλόμενος νομοθετεῖν προετίθει, ἵνα πάντες Ἀθηναῖοι ἴδοιεν, πότερον ἀρέσκει, ἢ οὔ. *Statuæ erant heroum (Cognomines) a quibus etiam tribus cognominatæ erant. Secundum vero mandatum Apollinis fiebant. ad quas qui vult legem ferre proponebat, ut cuncti Athenienses videant, num placeat nec ne.* Meminit eorum Lucianus *De Gymn.* Ὥστε εὐεργέτης ὑμῶν ὁ ἀνὴρ ἀναγεγράφθω, καὶ χαλκοῦν αὐτὸν ἀναστήσατε παρὰ τοὺς ἐπωνύμους ἐν πόλει, παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν. *Itaque bene meritus de vobis vir conscribatur, & æneum ipsum statuite apud Cognomines in urbe apud Minervam.* Atque hic primus fuit τῶν Ἐπωνύμων ordo, tributus in priscos illos decem heroas, a quibus nomina tribubus suis imposuerunt Athenienses. Ab hoc alter erat, qui quadraginta duos complectebatur. De utroque Harpocration. Διττοὶ εἰσὶν οἱ ἐπώνυμοι. οἱ μὲν, δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος, ἀπὸ ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν μέχρις ἑξήκοντα. *Duplices sunt Cognomines: hi quidem decem numero, a quibus tribus. Alteri autem duo & quadraginta; a quibus ætates appellantur civium secundum singulos annos, ab octavo & decimo usque ad sexagesimum.* Itaque emendandus Suidas, cujus verba hodie corrupta. Διττοὶ εἰσιν οἱ ἐπώνυμοι. οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ φυλαί. ἕτεροι δὲ δύο, καὶ τοῖς μὲν, ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι προσαγορεύονται τῶν πολιτῶν. *Duplices sunt Cognomines: hi quidem decem numero, a quibus tribus. Alii autem duo, & his quidem, a quibus ætates appellantur civium.* Restituo, ἕτεροι δὲ, δύο ἐπὶ τοῖς μ'. ἀφ' ὧν αἱ ἡ. *Alii vero, duo supra quadraginta, a quibus æ.* Ad hos pertinebat militia, Ἡ ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, *quæ in cognominibus*, dicta, de quibus infra sum dicturus. Sed & seorsim ex novem archontibus maxime insignis unus erat, qui Ἐπώνυμος dicebatur, & Ἄρχων per excellentiam appellabatur. Pausanias in *Laconicis*. Καὶ Ἀθηναίοις τῶν καλουμένων ἐννέα Ἐπώνυμός ἐστιν εἷς Ἄρχων. *Et Atheniensibus eorum qui dicuntur novem Eponymus est unus Archon.* Et ab hoc nomen anno datum. Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. Ἀρχόντων Ἀθήνησιν ὀνόματα οἱ ἐννέα ἄρχοντες. εἰσὶ δὲ, ὁ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐπώνυμος ἄρχων, Βασιλεὺς, πολέμαρχος, καὶ θεσμοθέται ἕξ. *Archontum Athenis nomina novem archontes. sunt vero Archon annum denominans, Rex, belli Imperator, & sex Legumlatores.* Libanius in Argumento Orationis *contra Androtionem*. Κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες, ὅτι καὶ ἓξ μόνον θεσμοθέται. ἦσαν γὰρ ἓξ θεσμοθέται, οἱ περὶ ἑταιρήσεως δικάζοντες. ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς. εἷς, Ἐπώνυμος· ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο. *Quot annis novem archontes huic attribuebantur: ut autem quidam, quod etiam sex solum legumlatores. Erant enim sex legumlatores, de lenocinio judicantes. Erant vero etiam alii tres; unus, Eponymus: ex quo & annus cognomine nominabatur.* Elegans hac de re locus est apud Philonem, *lib.* Περὶ Ἀβραάμ. Ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται. καὶ τὸ μέλαν, ᾧ γράφομεν, καίτοι παντὸς, ὃ μὴ λευκόν ἐστι, μέλανος ὄντος. καὶ Ἄρχων Ἀθήνησιν ὁ Ἐπώνυμος, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἄριστος, ἀφ' οὗ οἱ χρόνοι καταριθμοῦνται. *Poeta Homerus, quum sint infiniti poetæ, per excellentiam dicitur. Et atramentum, quo scribimus, quamvis omne, quod non est album, nigrum est. Et Archon Athenis Eponymus, & novem archontum optimus, a quo tempora numerantur.* Quin etiam Minerva Ἐπώνυμος culta ab Atheniensibus. Ulpianus in Orat. *contra Midiam*. Τοὺς θεοὺς τούτους, οὓς τῶν ἄλλων ἐξοχωτάτους ὀμνύουσι. τὸν Ἀπόλλω, λέγοντες ἥλιον. τὴν δὲ Ἀθηνᾶν, σελήνην. τὸν δὲ Δία, τὸν συνέχοντα τὸ πᾶν. εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις μάλιστα οὗτοι τιμώμενοι. ὁ μὲν, Πατρῷος. ἡ δὲ, Ἐπώνυμος. ὁ δὲ, Πολιοῦχος. *Per hos deos, per quos præ aliis excellentissimos jurant: Apollinem, dicentes solem; Minervam autem, lunam; Jovem autem, continentem omne. Sunt autem quoque apud Athenienses potissimum hi honorati: hic quidem Patrius; Hæc vero, Eponymus; Hic autem, Custos urbis.* Dion Chrysostomus *Orat.* LXIV. Ἀρχαῖον τὸ γένος τῶν αὐτοχθόνων καὶ πρώτων Ἀθηναίων. μητέρα μὲν τὴν γῆν αὐχοῦνται, τροφὸν δὲ τὴν Δήμητραν, ἐπώνυμον δὲ καὶ σύμμαχον τὴν Ἀθηνᾶν. *Antiquum quidem genus terra natorum & primorum Atheniensium. Matrem quidem terram gloriantur, nutricem autem Cererem, Eponymon vero & auxiliatricem Minervam.* Habes apud Oratores Græcos non semel.

CAP. VI.

Jupiter & Apollo Πατρῷοι *cur Atheniensibus, & quando coli cœpti. Creusa, Erechthei filia, Xuthi uxor, Jonis mater. Aristophanis Scholiastes restitutus.*

JUPITER & Apollo Πατρῷος, Atheniensibus privatim culti. Res satis nota; sed non origo, quam observo bifariam relatam apud Scholiasten Aristophanis *ad Nubes*. Ecce enim. Πατρῷος Ζεὺς μὲν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἢ ὥς ἕτεροι, μετὰ τὴν ἐν Κρήτῃ ἀνατροφὴν, ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέστη, καὶ ἐφάνη τοῖς πατράσιν αὐτῶν. οἵτινες ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ τετιμήκασιν αὐτόν. Ἀπόλλων δὲ, ὅτι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Patrius Jupiter quidem, post illam in Arcadia, aut ut alii, post educationem in Creta, quum primum Athenas advenit, & apparuit patribus illorum. Hi appellatione ista honoraverunt eum. Apollo vero, quod Erechthei filiam duxit Creusam, ex qua nascitur Jon.* Et mox *ibidem*. Τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις Ζεὺς Πατρῷος, καὶ Ἀπόλλων, διὰ τὸ πρώτους ὑποδέξασθαι τὼ Θεὼ εἰς τὴν χώραν, καὶ θυσίας συντελέσαι κατὰ φρήτρας καὶ δήμους καὶ συγγενείας μόνους Ἑλλήνων. *Colitur apud Athenienses Jupiter Patrius, & Apollo, quia primi Deum utrumque exceperant in eam regionem, & sacrificia perfecerunt secundum tribus & populos & cognationes soli Græcorum.* Hæc non alibi temere occurrunt. Sed in prioribus illis verbis istud mirum, quod Apollinem duxisse dicat Erechthei filiam Creusam, & ex ea Jonem sustulisse. Atqui Veteres omnes testantur Creusam hanc, Erechthei filiam, Xutho nupsisse, eique Jonem peperisse. Unum tibi e multis dabo Apollodorum; is *lib.* III. ita narrat. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας τῆς Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα· θυγατέρας δὲ, Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. Χθονίαν μὲν οὖν ἔγημε Βούτης, Κρέουσαν δὲ Ξοῦθος, Πρόκριν δὲ Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. *Duxit autem Erechtheus Praxitheam filiam Phrasimi, & Diogeniæ Cephisi filiæ, habuit filios Cecropem, Pandorum, Metionem: filias vero, Procrin, Creusam, Chthoniam, Orithyiam, quam rapuit Boreas. Chthoniam quidem igitur duxit Butes, Creusam vero Xuthus, Procrin autem Cephalus Deionei.* Ergo puto corruptum pariter mutilumque Scholiastæ locum, atque ita omnino restituendum, Ἀπόλλων δὲ, ὅτε Ξοῦθος Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε. τ. Κ. *Apollo autem, quum Xuthus Erechthei filiam duxit C.*

CAP. VII.

Hermæ Hipparchi. Hesychii locus emendatus.

ATHENIS Hermæ erant Ἱππάρχειοι dicti, quia Hipparchus Pisistrati filius statuisset. Harpocration. Ἐκαλοῦντό τινες καὶ Ἱππάρχειοι Ἑρμαῖ ἀπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου. *Vocabantur quidam Hipparchii etiam Hermæ ab Hipparcho Pisistrati filio.* Elegans etiam de his locus est apud Hesychium, sed

leviter corruptus. Ἱππάρχειοι Ἑρμαὶ, ἃς ἀνέστησεν Ἵππαρχος στήλας, ἐγγράψας εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, ἐξ ὧν ἔμελλον βελτίους εἶναι οἱ ἀναγινώσκοντες. *Hipparchii Hermæ, quas statuit Hipparchus columnas, quum scripsisset in illis elegeia, ex quibus futuri erant meliores illi qui legerent.* Rescribo, Ἐγγράψας εἰς αὐτὰς, *quum inscripsisset in illis.* Nam quod Maussacus eruditissimus tentabat, Στήλας ε΄. γράψας εἰς αὐτὰς ε΄. *Pilas quinque, quum scripsisset in illis e.* Ignoscet mihi, quod probare non possim ingeniosam quidem conjecturam; sed veritate destitutam. Hipparchus enim ille non quinque tantum Hermas posuit, verum multo plures: nam in singulis Urbis triviis, & unoquoque etiam populo, collocavit. Plato de eo in *Dialogo* cognomine. Ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος, καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. κἄπειτα ὑπὸ σοφίας τῆς αὐτοῦ, ἥν τε ἔμαθε, καὶ ἣν αὐτὸς ἐξεῦρει, ἐκλεξάμενος, ἃ ἡγεῖτο σοφώτατα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήματα καὶ ἐπιδείγματα τῆς σοφίας ἐπέγραψεν. *Statuit illis Hermas per vias in medio urbis, & singulorum populorum. Et postquam per sapientiam suam, tum quam didicit, tum quam ipse adinvenit, eligens, quæ putabat sapientissima esse, hæc ipse extendens in elegiacum, sua poemata & documenta sapientiæ adscripsit.* Quæ verba unice hunc Hesychii locum illustrant.

CAP. VIII.

Erythra an a Neleo, Codri filio, condita. Harpocration emendatus. Cnopus, Codri filius nothus. Pausanias restitutus. Κνωπέπολις.

ERYTHRAM urbem a Neleo conditam ex Hellanico refert Harpocration. Ἐρυθραὶ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κέδρου κτιθεισῶν, ὥς φησιν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίσιν. *Erythra, una ab Neleo Cedri filio conditarum, ut dicit Hellanicus in Atthisin.* Sed corruptus leviter locus, emendandumque, Ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου, *Ab Neleo Codri filio.* Nam Nelei pater Codrus erat, ut notum ex Historiis. Verum de Erythræ conditore dissentiunt Autores alii. Vellejus *lib.* I. *Iones, duce Ione, profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimæ occupavere, quæ hodieque appellatur Ionia; urbesque constituere, Ephesum, Miletum, Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocæam.* Pausanias in *Achaicis* conditorem tradit Erythrum, Rhadamanti filium; qui urbi a se nomen dederit: ac postea Cleopum, Codri filium, collecta Ionum multitudine urbem habitatoribus frequentiorem effecisse. Ἐρυθραῖοι δὲ, inquit, τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς ἀφικέσθαι σὺν Ἐρύθρῳ τῷ Ῥαδαμάνθυος φασὶν ἐκ Κρήτης, καὶ οἰκιστὴν τῇ πόλει γενέσθαι τὸν Ἔρυθρον. ἐχόντων δὲ αὐτὴν ὁμοῦ τοῖς Κρησὶ Λυκίων καὶ Καρῶν τε καὶ Παμφύλων, Κλέοπος ὁ Κόδρου συλλέξας ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐν Ἰωνίᾳ πόλεων ὅσους δὴ παρὰ ἑκάστων, ἐπεισήγαγεν Ἐρυθραίοις συνοίκους. *Erythrei autem a principio quidem pervenisse cum Erythro Rhadamanthi filio dicunt ex Creta, & conditorem urbi fuisse Erythrum. Quum vero illam tenerent simul cum Cretensibus Lycii, & Cares, & Pamphylii, Cleopus Codri filius colligens ex omnibus in Ionia urbibus, quotcunque poterat per singulas, introduxit Erythræis contubernales.* Sed non recte locus habet, legendumque, Κνῶπος ὁ Κόδρου, *Cnopus Codri filius.* Erat autem Cnopus hic nothus Codri. Strabo initio *lib.* XIV. Ἐρυθρὰς δὲ Κνῶπος, (κτίζει.) καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος. *Erythras autem Cnopus (condit.) & ille filius Codri nothus.* Polyænus *lib.* VIII. Τῆς δὲ Ἰωνικῆς ἀποικίας· ἐς τὴν Ἀσίαν ἀφικομένης, τοῖς Ἐρυθρὰς κατέχουσιν ἐπολέμει Κνῶπος τοῦ Κοδριδῶν γένους· *Quum vero Ionica colonia in Asiam pervenisset, cum Erythras tenentibus bellabat Cnopus Codridarum generis.* Et postea. Χρυσάμη ταῦτα ἰδοῦσα, τὸν Κνῶπον ἐκέλευσε διὰ τάχους ὁπλίσαι τὴν στρατιὰν, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐπάγειν, ἀμύνασθαι μὴ δυναμένοις. οὕτω δὲ Κνῶπος ἀνελὼν ἅπαντας, ἐκράτησε τῆς Ἐρυθραίων πόλεως. *Chrysame bis visis, Cnopum jussit cito armare exercitum, & in hostem ducere, non valentem se defendere. Ita autem Cnopus interficiens omnes, potitus est Erythræorum urbis.* Huc pertinet, quod etiam Κνωπούπολις, *Cnopi urbs,* dicta ab hoc ipso Cnopo; ut memorat Stephanus. Ἐρυθραὶ, πόλις Ἰώνων. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· ἐκαλεῖτο δὲ Κνωπούπολις, ἀπὸ Κνώπου. *Erythra, urbs Ionum; Hecatæus Asia. Vocabatur autem Cnopi urbs ab Cnopo.* Meminit Cnopi non semel etiam Athenæus *lib.* VI.

CAP. IX.

Εὐανδρία. *Suidas emendatus, & Andocides.*

INTER certamina Panathenæis peragi solita Εὐανδρία erat. Suidas hac de re corruptus. Εὐανδρία. Δείναρχος ἀγὼν ἤγετο. *Evandria. Dinarchus certamen agebatur.* Interpungo, & emendo, Εὐανδρία· Δείναρχος· Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. *Evandria. Dinarchus. Virilitatis certamen agebatur.* Harpocration. Παναθηναίοις Εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Ἀνδοκίδης δ' ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου, καὶ Φιλόχορος. *Panathenæis Virilitatis certamen agebatur. Andocides vero in oratione in Alcibiadem, & Philochorus.* Suidas laudat in ea re Dinarchum, sed incerto loco. Meminerat autem ejus certaminis Rhetor ille in *Oratione* Κατ' Ἀγασικλέους. Harpocration. Εὐανδρία, Δείναρχος ἐν τῷ κατ' Ἀγασικλέους. *Evandria, Dinarchus in oratione contra Agasiclem.* Sed in prioribus istis verbis Andocidem quoque in Oratione *contra Alcibiadem* meminisse refert Harpocration. Atqui is locus, quem designat, exstat *Oratione extrema*, sed corruptis verbis. Καί τοι τυγχάνω νενικηκὼς ἐν ἀνδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς, οὐ τύπτων τοὺς ἀντιχορηγοῦντας, οὐδ' αἰσχυνόμενος εἰ τῶν νόμων ἔλαττον δύναμαι. *Verum tamen sum victor in virtute, & lampade, & tragœdis, non verberans alterius choragi homines, nec erubescens si legibus minus valeam.* Rescribendum censeo, νενικηκὼς εὐανδρίᾳ, καὶ λαμπάδι *Victor evandria (virilitate) & lampade.* Apud Thesprotos eo nomine barathrum appellabatur. Hesychius. Εὐανδρίας ἀγών. βάραθρον οὕτως ἐκαλεῖτο ἐν τῇ Θεσπρωτίᾳ. *Evandriæ certamen. barathrum ita vocabatur in Thesprotia.*

CAP. X.

Euneus. Eunidæ citharœdi, & quis eorum usus. Pollux, Harpocration, & Suidas, correcti. Cratini Εὐνεῖδαι. *Photius emendatus; item Philostratus, & Interpres Statii. Apollodori recta lectio vindicata. Euneus Græcis Trojam obsidentibus vinum mittit, & æs ferrumque recipit.*

JASONIS & Hypsipyles filius fuit Euneus, ab eoque denominati Athenis Eunidæ citharœdi. *Etymologici* Auctor. Εὐνεῖδαι, γένος Ἀθήνησι μουσικὸν, ἀπὸ Εὐνέως τοῦ Ἰάσονος καὶ Ὑψιπύλης. γράφεται δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου, ὡς ἀπὸ τῶν εἰς εὺς. *Eunidæ, genus Athenis musicum ab Euneo Jasonis & Hypsipyles filio. scribitur autem per ei diphthongum, sicut illa, quæ ab vocibus in eus (desinentibus derivantur.)* Hesychius. Εὐνεῖδαι, γένος ἀπὸ Εὔνου κεκλημένον τοῦ Ἰάσονος υἱοῦ, οἷον γένος ὀρχηστῶν, καὶ κιθαριστῶν. ἐνταῦθα γὰρ ᾤκησαν οἱ ἀπόγονοι αὐτοῦ. οἱ δὲ γένος τι Ἀθήνησι κιθαρισῶν. *Eunidæ, genus ab Euneo nominatum Jasonis filio, quale genus saltatorum, & citharistarum. Illic enim habitaverunt posteri ejus. Alii vero genus quoddam Athenis citharistarum.* Varie autem hoc nomen scribebatur; neque enim Εὐνεὺς tantum, sed etiam Εὔνηος, & Εὔνεως. Eustathius *ad Iliad.* ψ΄. Ἰστέον δὲ, ὡς οὐ μόνον Εὔνηος τὸ κύριον, ἀλλὰ καὶ Εὔνεως· ὅθεν Εὐνεῖδαι, γένος μουσικὸν, ἀπὸ Εὐνέως δηλαδή φασι, τοῦ Ἰάσονος. *Sciendum autem,*

ficut non folum Euneus proprium, fed etiam Eunoes; unde Eunidæ, genus muficum, ab Euneo videlicet dicunt, Jafonis filio. Emendandus Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. Κῆρυξ, ὁ μέν τις τῶν μυστικῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ καὶ Πανδρόσου τῆς Κέκροπος· ὁ δὲ, περὶ τοὺς ἀγῶνας. οἱ δὲ περὶ τὰς πομπὰς, ἐκ τοῦ Εὐνειδῶν γένους. *Præco, alius quidem myfticorum aliquis, ad Ceryce Mercurii & Pandrofi Cecropis filiæ filio; alius autem, circa certamina: hi autem circa pompas, ex Eunidarum genere*. Mendofum eft, quod hodie editur, ἐκ τοῦ Εὐοινειδῶν γένους. *ex Eucenidarum genere*. Et Obferva, ufum illorum in pompis fuiffe. Harpocration. γένος ἐστὶ παρ' Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον Εὐνεῖδαι. ἦσαν δὲ κιθαρῳδοὶ, πρὸς τὰς ἱερουργίας ἔχοντες τὴν χρείαν. *Genus eft apud Athenienfes ita vocatum Eunidæ. Erant autem citharœdi, ad facrificia habentes fuum ufum*. Male illic fcribitur, Εὐνίδαι, & ἱεραρχίας, *facra imperia*. Rectius Suidas, nifi quod illic quoque, Εὐνίδαι. Sed & Cratini Comœdia quædam infcripta Εὐνίδαι citaturque ab Athenæo *lib.* XV. ut recte ibidem emendandum cenfet, vir præftantiffimus, Ifaacus Cafaubonus. Ego apud Photium quoque reftituo in Excerptis Ptolemæi Hephæftionis *lib.* V. Τὰς δὲ Κολυμβώσας Ἀλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνύχου τοῦ Χαλκιδέως φασὶν εὑρεθῆναι. τὰς δὲ Ὑβριστοδίκας Εὐπόλιδος, πρὸς τῇ Ἐφιάλτου. τὰς δὲ Εὐνείδας Κρατίνου. πρὸς τῇ Ἀλεξάνδρου τοῦ Βασιλέως Μακεδόνων. *Colymbofas vero Alcmanis juxta caput Titonychi Chalcidenfis dicunt inventas effe: Hybriftodicas autem Eupolidis juxta Ephialtæ: Euneidas autem Cratini, juxta Alexandri regis Macedonum*. Editur minus recte, Τὰς γε Εὐνίδας Κρατίνου, *Eunidas autem Cratini*. Eunei vero, a quo Eunidæ hi nominati, meminit etiam Apollodorus *lib.* I. Ὑψιπύλη δὲ Ἰάσονι συνευνάζεται, καὶ γεννᾷ παῖδας, Εὔνηον καὶ Νεβροφόνον. *Hypfypile vero cum Jafone concumbit, & parit filios, Euneum, & Nebrophonum*. Ita recte editur in editione Romana; male vero in Commeliniana, Εὔνουν Homerus *Iliad.* ψ.

Πατρόκλῳ ἥρωι Ἰησονίδης Εὔνηος.
Patroclo heroi Jafonides Euneus.

Emendandus Philoftratus Ἡρωϊκοῖς, in *Philoctete*. Ον δὲ ἐτρίβοντο οἱ Ἀχαιοὶ χρόνον ἐν τῷ Ἰλίῳ, τοῦτον ὁ Φιλοκτήτης Εὐνήῳ τῷ Ἰάσονος συνεξῄρει τὰς μικρὰς τῶν νήσων, Κᾶρας ἐξελαύνων, ὑφ' ὧν κατείχοντο. *Quod vero tempus Achivi terebant in Ilio, hoc Philoctetes cum Euneo Jafonis filio depopulatus eft parvas infulas, Cares expellens, a quibus tenebantur*. Hodie fcribitur. Εὐναίῳ τῷ Ἰάσονος, *Eunæo Jafonis filio*. Item Placidus Lactantius *ad Statii Theb. lib.* V. *Hypfipyle ex Jafone duos filios procreavit, Euneum & Thoantem*. Perperam editur, *Oeneum & Thoantem*. Atque hic Euneus vinum Græcis fubmififfe fertur, dum Trojam obfiderent. Theodoretus meminit. *De Curat. Græc. Affect.* lib. II. Ἰάσονος δὲ ἐστιν υἱὸς ὁ Εὔνηος, ὁ τὸν οἶνον εἰς Τροίαν πέμπων τοῖς Ἀχαιοῖς. *Jafonis vero eft filius Euneus, vinum in Trojam mittens Achivis*. Ac pro illo æs ac ferrum Græci remiferunt. Ariftides teftatur *Orat. Platon.* II. Εἰ μὴ καὶ ὁ Εὔνεως προῖκα τὸν οἶνον ἔπεμπε τοῖς Ἀχαιοῖς, ὅτι οὐκ ἀργύριον αὐτῷ διέλυον. ἀλλ' οἱ μὲν χαλκὸν, ἄλλοι δ' αἴθωνα σίδηρον. *Nifi etiam Euneus gratis vinum mittebat Achivis, quod argentum illi non perfolvebant. Sed alii quidem æs, alii autem fplendidum ferrum*. Meminit etiam Eunei cujufdam Athenienfis Plutarchus *Thefeo*.

CAP. XI.

Lycurgi Rhetoris de Æfchylo, Sophocle, & Euripide honorando lex. Philini ea de re Oratio. Harpocrationis locus reftitutus, item Paufaniæ.

LOCUS Harpocrationis eft *in* Θεωρικά, cujus ifta verba. Φιλῖνος δὲ ἐν τῇ πρὸς Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου εἰκόνος περὶ Εὐβούλου λέγων φησίν. *Philinus autem in oratione contra Sophoclis & Euripidis imaginem de Eubulo dicens ait*. Ita habet Lutetiana Mauffaci editio. In Aldina utraque erat, Ἐν τῇ περὶ Σοφοκλέους, *In oratione de Sophocle*. Puto excidiffe nomen Æfchyli, ac refcribendum, Ἐν τῇ πρὸς Αἰσχύλου, καὶ Σοφοκλέους, καὶ Εὐριπίδου εἰκόνας. *In oratione ad Æfchyli, & Sophoclis, & Euripidis imagines*. Ut emendationem hanc meam firmem, res fcienda eft. Lycurgus Orator legem tulit, ut Æfchylo, Sophocli, & Euripidi, ftatuæ æneæ ponerentur: item ut Tragœdiæ eorum exfcriptæ publice affervarentur, ac deinceps non ab hiftrione, ut antea, recitarentur, fed a fcriba civitatis. Plutarchus commemorat in *ejus Vita*, lib. *de* X. *Rhet.* Τὸν δὲ, (νόμον εἰσήνεγκε) ὡς χαλκᾶς εἰκόνας ἀναθεῖναι τῶν ποιητῶν, Αἰσχύλου, Σοφοκλέους, Εὐριπίδου· καὶ τὰς τραγῳδίας αὐτῶν ἐν κοινῷ γραψαμένας φυλάττειν, καὶ τὸν τῆς πόλεως γραμματέα παραναγινώσκειν τοῖς ὑποκρινομένοις. οὐκ ἐξεῖναι γὰρ αὐτὰς ὑποκρίνεσθαι. *Hanc autem, (legem intulit) ut æneæ ftatuæ ponerentur poetarum, Æfchyli, Sophoclis, Euripidis: & tragœdias illorum in publico fcriptas fervarent, & urbis fcribam recitare hypocritis. Non licere enim illas agi per hiftrionem*. Quod in Harpocratione dixi, idem in Paufaniæ *Atticis* faciendum arbitror, ifto loco. Εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ, καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων. ὅτι μὴ γὰρ Μένανδρος, οὐδεὶς ἦν ποιητὴς κωμῳδίας τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων. τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης, καὶ Σοφοκλῆς. *Sunt autem Athenienfibus imagines in theatro, & tragœdiæ & comœdiæ poetarum multæ obfcuriorum. Quippe nifi aliquando Menander, nullus erat poeta comœdiæ qui ad gloriam venerunt. Tragœdiæ vero pofitæ funt ex illuftribus Euripides & Sophocles*. Puto fimiliter excidiffe nomen Æfchyli, ac refcribendum, τῶν φανερῶν Αἰσχύλος, Εὐριπίδης, καὶ Σ. *illuftrium Æfchylus, Euripides, & S.* Arguunt fatis vel fequentia, in quibus judicium fuum exprompit de ejus ftatua. Τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι, καὶ τῆς γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ ἐν Μαραθῶνι. *Statuam autem Æfchyli puto factam multo poft mortem, & picturam, quæ habet opus peractum Marathone*. Atque hanc in rem Oratio ifta Philini fuerit.

CAP. XII.

Pecunia in theatro data pro loco fpectandorum ludorum. Quantum illud, quod dabatur, fuerit; & cui dederint. Pollucis obfcuriffimus locus illuftratus.

PRO loco fpectandis ludis capiendo drachmam primitus folvebant. Suidas. Ἔδοξε τῷ δήμῳ μηκέτι προῖκα θεωρεῖν. ἐκμισθοῦν δὲ ταῖς θέαις τοὺς τόπους. πλεονεκτουμένων δὲ τῶν πενήτων, διὰ τὸ ῥᾳδίως τοῖς πλουσίοις πλείονος τιμῆς τοῦτο γίνεσθαι, ἐπεψηφίσαντο ἐπὶ δραχμῇ καὶ μόνον εἶναι τὸ τίμημα, θεωρικὸν αὐτῇ θέντες ὄνομα. *Vifum fuit populo non amplius gratis fpectare; fed elocare in fpectaculis loca. Quum autem fuperarentur pauperes, quia facile a divitibus majore pretio iftud fieret, decreverunt drachma & folum effe pretium, theoricum (fpectatorium) illi ponentes nomen*. Philochorus *lib.* III. Ατθίδος, apud Harpocrationem. Τὸ δὲ θεωρικὸν ἦν τὸ πρῶτον νομισθὲν δραχμὴ τῆς θέας, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔλαβε. *Theoricum autem erat primo decretum drachma fpectaculi, unde etiam nomen accepit*. Mox minutum illud pretium, & ad tertiam ejus partem, id eft, obolos duos reductum; quos pauperes, ne excludi per egeftatem viderentur, e publico ærario capiebant. Accipio ex Libanio in Argumento *Olynth.* I. Καὶ ἕκαστον ἔδει διδόναι δύο ὀβολοὺς, καὶ καταβαλόντα, θέας ἔχειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν οἱ πένητες τῷ ἀναλώματι λυπεῖσθαι, ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνειν ἕκαστον ἐπαχ-

θῃ τοὺς δύο ὀβολούς. *Et unumquemque oportebat dare duos obolos, & quum pependisset, spectaculum habere; ne vero viderentur pauperes sumtu tristari, ex publico accipere quemque statutum est duos obolos.* Et Suidas alibi. Τὸ παλαιὸν ὄχλου γενομένου ἐν τοῖς θεάτροις, καὶ τῶν ξένων τὰς θέας προκαταλαμβανόντων, διεδίδοτο τοῖς πολίταις τὸ θεωρικὸν, ὅπερ ἦν δύο ὀβολοί. *Antiquitus turba facta in theatris, & peregrinis spectacula occupantibus, divisum fuit civibus theoricum, id quod erat duo oboli.* Ulpianus *ad Olynth.* I. hoc etiam addit; alterum tantum ex his dedisse, alterum vero cibo emendo sibi servasse. Χρήματα ἔχοντες στρατιωτικὰ οἱ Ἀθηναῖοι, ἔναγχος αὐτὰ πεποιήκασι θεωρικά. ὥστε λαμβάνειν ἐν τῷ θεωρεῖν ἕκαστον τῶν ἐν τῇ πόλει δύο ὀβολοὺς, ἵνα μὲν τὸν ἕνα κατάσχῃ εἰς ἰδίαν τροφὴν, τὸν δὲ ἄλλον, παρέχειν ἔχωσι τῷ ἀρχιτέκτονι τοῦ θεάτρου. *Pecunias habentes militares Athenienses, nuper illas fecerunt spectatorias; ut acciperent ad spectandum singuli eorum, qui in urbe erant, duos obolos, ut quidem unum retinerent ad proprium victum; alterum vero, præbere possent architecto theatri.* Ubi hoc quoque obiter observa, solvi τὰ θεωρικὰ consuevisse theatri architecto. Apud Pollucem hæc intricata *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXXII. Θεωρικὰ δὲ χρήματα εἰς τὰς ἑορτὰς, καὶ θεῶν τιμὰς, τῷ πλήθει νεμόμενα. καὶ τὸ διδόμενον ἐκαλεῖτο θεωρικὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαστικὸν, καὶ τὸ δικαστικόν. ὅπερ καὶ τριώβολον, καὶ διώβολον, καὶ ὀβολός. *Theoricæ vero pecuniæ in festa, & deorum honores, plebi distributæ: & quod dabatur, vocabatur theoricum; sicut etiam ecclesiasticum, & judiciale; quod etiam triobolus, & duo oboli, & obolus.* Nam τὸ δικαστικὸν, erat triobolus, ut infra dicemus; τὸ θεωρικὸν, duobulus; ut apparet ex iis quæ diximus: τὸ ἐκκλησιαστικὸν, obolus unicus, ut supra ostendimus, cum de Agyrrhio ageremus. Obscurissimus certe ille Pollucis locus, atque ita omnino illustrandus.

C A P. XIII.

Rerum fisco addictarum decima Minervæ sacra. Ἐπιδέκατον. Ἐπίπεμπτον. *Calumniatorum pœna.* Ἐπωβελία. *Aristophanes illustratus. Suidas, & Hesychius, emendati.*

BONORUM quæ fisco addixissent, decimam Minervæ consecrabant; eaque Ἐπιδέκατον dicebatur. Verba legis exstant apud Andocidem in *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. Καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. *Et pecuniæ ejus publicæ sunto, & deæ ad decimum.* Xenophon *Hist. Græc.* lib. I. Ἂν δὲ δόξωσιν ἀδικεῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι, καὶ τοῖς ἕνδεκα παραδοῦναι, καὶ τὰ χρήματα δημοσιεῦσαι τὸ δ᾽ ἐπιδέκατον τῆς θεοῦ εἶναι. *Si vero videantur injuria afficere, morte mulctare, & undecim tradi, & pecunias publicari: ad decimum vero deæ esse.* Et mox iterum. Τὰ δὲ χρήματα αὐτοῦ (κελεύει) δημευθῆναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον εἶναι. *Pecunias autem ejus (jubet) publicari, & deæ ad decimum esse.* Plutarchus in *Vita Antiphontis Rhetoris*, in Decreto. Ἐτιμήθη τοῖς ἕνδεκα παραδοθῆναι, καὶ τὰ χρήματα δημόσια εἶναι, καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. *Damnatus est undecim tradi, & pecunias publicas esse, & deæ ad decimum.* Harpocration simpliciter tantum explicat. Ἐπιδέκατον, τὸ δέκατον. *Epidecatum, decima pars, ad decimum.* Ut autem Ἐπιδέκατον pro Δέκατον, ita quoque Ἐπίπεμπτον pro Πέμπτον dicebant. Harpocration ibidem. Καὶ ἐπίπεμπτον εἰώθασι λέγειν τὸ πέμπτον. *Et Epipemptum solebant dicere quintam partem.* Et alibi. Ἐπίπεμπτον. Λυσίας ἐν τῷ πρὸς Κριτόδημον, καὶ Πλάτων, ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ τοῦ πέμπτου. *Epipemptum. Lysias in oratione contra Critodemum, & Plato, pro simplici quinta parte.* Aristophanes Δαιταλεῦσι, apud eundem.

> Εἰ μὴ μεταλάβῃ τοὐπίπεμπτον κλαέτω·
> *Nisi accipiat quintam partem vapulato.*

Qui Aristophanis locus interpretandus ex lege Atheniensium tali. In accusatione qui vel quintam saltem suffragiorum partem non habuisset, infamia notabatur. Id indicat hic versus Comici, quem sine dubio respexit *Etymologici* Auctor, cum scribit. Τοὐπίπεμπτον. οἱ γὰρ μὴ καταλαβόντες τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἄτιμοι ἦσαν. οὕτως Ἀριστοφάνης· *Quinta pars: qui enim non accipiebant quintam partem suffragiorum inhonorati erant, ita Aristophanes.* Andocides in *Orat.* Περὶ τῶν μυστ. Ἐὰν γὰρ μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, καὶ ἀτιμωθῇ, ὁ ἐνδείξας ἐμὲ ὁ Κηφίσιος οὑτοσὶ, οὐκ ἔξεστιν αὐτῷ εἰς τὸ ἱερὸν τοῖν θεοῖν εἰσιέναι. *Nam nisi accipiat quintam partem calculorum, & inhonoratus sit, illi cui detulit me Cephisius hic, non licet in templum deorum ingredi.* Pœna autem varia erat, pro qualitate actionis. Interdum mulctabantur sexta pecuniæ parte, quæ Ἐπωβελία dicebatur, quia in unamquamque drachmam obolum pendebant. Harpocration. Ἐπιτίμιόν ἐστιν ἡ ἐπωβελία τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, ὃ ἐπράττοντο οἱ γραψάμενοί τινας, καὶ μὴ ἑλόντες, αὐτοῖς τοῖς γραφεῖσιν. ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως, ὅτι καθ᾽ ἑκάστην δραχμὴν ὀβολὸς ἦν, ὅπερ ἕκτον ἐστὶν, ἐν ἓξ ὀβολοῖς τῆς δραχμῆς λογιζομένης. *Mulcta est epobelia sexta pars mulctæ, quam exigebantur illi, qui scripserant aliquibus dicam, & non damnassent, illis ipsis qui accusati erant. Vocabatur autem ita, quod secundum singulas drachmas obolus erat, qui sexta est pars, in sex obolis computata drachma.* Videndi *Etymologici* Auctor, & Suidas. Pollux *lib.* VIII. *cap.* VI. ubi τὴν φάσιν *indicationem* describit. Ὁ δὲ μὴ καταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε. ἦν δὲ ἕκτον τοῦ τιμήματος. *Qui vero non accipit quintam partem calculorum, epobeliam ultra debebat. Erat autem sexta pars mulctæ.* Rursum ubi τὴν ἀντιγραφὴν *rescriptum*. Καὶ ἡ παραγραφὴ δὲ ἀντιγραφῇ ἔοικε, διὸ καὶ προεισέρχεται, ὁ δὲ ἀντιγραψάμενος, μὴ κρατήσας, τὴν ἐπωβελίαν προσωφλίσκανε. *Et exceptio autem rescriptioni similis videtur, quapropter etiam ante ingreditur. Qui vero rescripserat, non victor, epobeliam debebat.* Et *lib.* IX. *cap.* VI. Ἡ μέντοι δραχμὴ εἶχεν ὀβολοὺς ἕξ. ὅθεν καὶ ἐπωβελία, τὸ ἕκτον τοῦ τιμήματος. *Drachma quidem, habebat obolos sex; unde etiam epobelia, sexta pars mulctæ.* Corrigendus vero Suidas ea *voce*. Ἀθηναῖοι ζημίαν ἔταξαν κατὰ συγκαλούντων ὀβολὸν ἐκτίνειν. εἰ μὴ, καθ᾽ ὧν ἐνεκάλουν, τούτους ἕλοιεν. *Athenienses mulctam statuebant contra convitiantes obolum exsolvere, nisi eos, quos incessebant, vincebant.* Male hodie editur, Ὀβολὸν ἐκτείνειν, *Obolum porrigere.* Sed Hesychius hac in re multo corruptior. Ἐπωβελία, περιβόλιον τῆς δίκης· ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τὸ τῆς καταδίκης, τίμημά τι * ὄλημα ὡς Δίδυμος. τὸ ἕκτον μέρος τοῦ τιμήματος, οἱ δὲ τὸ δέκατον. *Epobelia, circumjectus judicii. Est autem consequens damnationis, mulcta aliqua * noxa ut Didymus; sexta pars mulctæ, alii vero decimam.* Restituo, & interpungo, Ἐπωβελία, παραβόλιον τῆς δίκης. ἔστι δὲ τὸ ἀκόλουθον τῷ τῆς καταδίκης τιμήματι ὄφλημα, τὸ ἕκτον μ. τ. τ. *Epobelia, accessio judicii. Est autem consequens damnationis mulcta debitum, sexta p. m.* Et observa in illis verbis interpretationis varietatem; atque esse, qui τὴν Ἐπωβελίαν non sextam partem statuant, sed decimam. Inde est illud Eustathii *ad Odyss.* α. Καὶ Ἐπωβελία, τὸ ἐπιδέκατον, κατὰ τοὺς παλαιούς. *Et Epobelia, decima pars apud Veteres.* In nonnullis actionibus mille drachmas solvere tenebantur. Pollux *lib.* VIII. *cap.* VI Καίτοι γε ὁ Θεόφραστος τοὺς μὲν ἄλλας γραφὰς γραψαμένους, χιλίας τ᾽ ὀφλισκάνειν, εἰ τοῦ πέμπτου τῶν ψήφων μὴ καταλάβοιεν καὶ προσατιμοῦσθαι. τοὺς δὲ εἰσαγγέλλοντας, μὴ ἀτιμοῦσθαι μὲν, ὀφλεῖν δὲ τὰς

A χιλίας. *Quamvis Theophrastus alias quidem lites scribentes, & mille drachmis mulctari, nisi quintam partem calculorum accipiant, & insuper infamia notari; citatores vero non quidem infamari, verum cogi solvere istas mille.* Idem observare est apud Plutarchum in *Æschine*. Οὐ μεταλαβὼν δὲ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἔφυγεν εἰς τὴν Ῥόδον, χιλίας δραχμὰς ὑπὲρ τῆς ἥττης οὐ βουληθεὶς καταθέσθαι. *Non accipiens autem quintam partem calculorum, fugit Rhodum, mille drachmas propter amissam litem nolens deponere.* Atque huc pertinent illa Demosthenis Orat. *in Midiam*. Ὅσοι δ' ἂν γράφωνται γραφὰς ἰδίας κατὰ τὸν νόμον, ἐάν τις μὴ ἐπεξέλθῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, ἀποτισάτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. B *Quicunque vero scribunt dicas privatas secundum legem, si quis non persecutus fuerit actionem, aut persecutus non accipiat quintam partem calculorum, solvat mille drachmas ærario.* Et Orat. *in Theocrinem*. Ἐὰν ἐπεξιών τις μὴ μεταλάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἀποτίνειν· κἂν μὴ ἐπεξίῃ, ὦ Θεόκρινε, χιλίας ἑτέρας. *Si persecutus quis non accipiat quintam partem calculorum, mille solvere: si etiam non persequatur, o Theocrine, mille alias.* Anonymus in Argumento istius *Orationis*. Κατὰ τῶν ἑτέρωσέ ποι καὶ μὴ Ἀθήναζε σεσιτηγηκότων ἐμπόρων, ἢ ναυκλήρων Ἀθηναίων, φάσεις ἦσαν δεδομέναι. νόμος δὲ ἦν, ἐάν τις τινὰ φήνας μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ λάβῃ C τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἐκτίνειν τῷ δημοσίῳ. *Mercatores aut navicularios Athenienses qui alio quopiam quam Athenas frumentum vexerant, licebat deferre. Lex autem erat, si quis aliquem detulisset nec persequeretur, aut persecutus non acciperet quintam partem calculorum, mille exsolvere ærario.*

CAP. XIV.

Theramenis cædes. Socratis auxilium. Plutarchi error indicatus. Isocratis Oratio Ἐπιτάφιος *in Mausolum, Aristoteles, & Suidas, emendati. De Theramene, Libanius; de Agnone, ejus patre,* D *Plutarchus restitutus.*

THERAMENES propter fidele in Remp. studium, accusante Critia, a XXX. Tyrannis neci datus est. Fuse rem narrat Xenophon *Hist. Græc.* lib. II. & Diodorus Siculus *lib.* XIV. *cap.* V. In ea re narratur Socrates philosophus, cum ad aram prosiliret Theramenes, opem ei ferre voluisse. Diodorus *loco citato*. Σωκράτης δὲ ὁ φιλόσοφος, καὶ δύο τῶν οἰκείων προσδραμόντες ἐνεχείρουν κωλύειν τοὺς ὑπηρέτας. *Socrates autem philosophus, & duo domesticorum accurrentes conabantur prohibere ministros.* Et mox iterum. Οἱ δὲ περὶ τὸν Σωκράτην, τῶν μὲν ἄλλων οὐδένα βοηθὸν ἔχοντες, τὴν δὲ τῶν ὑπερεχόντων ἀνάστασιν ὁρῶντες αὐ- E ξανομένην ἡσυχίαν ἔσχον. *Socrates autem & qui cum eo erant, nullum alium quidem adjutorem habentes, sed potentum insurrectionem videntes auctam, quieverunt.* Idem adversus eundem Critiam fecisse Socratem, cum Leontem Salaminium ad mortem per vim abduceret, testatur Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. II. Ἦν δὲ καὶ ἰσχυρογνώμων, καὶ δημοκρατικός, ὡς δῆλον ἔκ τε τοῦ μὴ εἶξαι τοῖς περὶ Κριτίαν, κελεύουσι Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, πλούσιον ἄνδρα, ἀγαγεῖν πρὸς αὐτοὺς, ὥστε ἀπολέσθαι. *Erat autem sententiæ constantis & popularis, ut apparet & ex eo, quod non cesserit* F *Critiæ, jubenti Leontem Salaminium, divitem virum, ad se ducere, ut interficeretur.* Itaque errare Plutarchum arbitror, similitudine nominis inductum, qui de Isocrate prius illud tradat in *ejus Vita*: Παῖς μὲν ὢν ἐπαιδεύετο οὐδενὸς ἧττον Ἀθηναίων, ἀκροώμενος Προδίκου τε τοῦ Κείου, καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου, καὶ Τισίου τοῦ Συρακουσίου, καὶ Θηραμένους τοῦ ῥήτορος. οὗ καὶ συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τριάκοντα, καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέστη βοηθήσων. *Puer quidem instituebatur nullo minus Atheniensium, audiens Prodicumque Cium, & Gorgiam Leontinum, & Tisiam Syracusanum, & Theramenem rhetorem: Huic comprehendi jusso ab triginta tyrannis, & fugienti ad Vestam Curialem, omnibus perculsis, solus surrexit suppetias laturus.* Sed corruptus in ejus nomine Aristoteles *Rhet.* lib. I. c. IX. Ὥσπερ γὰρ ὁ Σωκράτης ἔλεγεν, οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις λέγειν. *Sicut enim Socrates dixit, non difficile esse Athenienses in Atheniensibus dicere.* Et ubi dixit hoc Socrates? in Epitaphio. Ecce iterum postea *lib.* III. *cap.* XIV. Ὃ γὰρ λέγει Σωκράτης ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ, ἀληθὲς, ὅτι οὐ χαλεπὸν Ἀθηναίους ἐν Ἀθηναίοις ἐπαινεῖν, ἀλλ' ἐν Λακεδαιμονίοις. *Quod enim dicit Socrates in Epitaphio, verum, quod non difficile sit Athenienses in Atheniensibus laudare, sed in Lacedæmoniis.* Utrobique restituendum, Ἰσοκράτης, pro Σωκράτης. Intelligit vero Isocratem juniorem, Amyclæ filium, majoris hujus discipulum, & successorem. Hic enim hortatu Artemisiæ Orationem Ἐπιτάφιον scripsit Mausolo ejus marito; eamque hic designat Aristoteles. Atque in ea contendit cum Theodecte, Naucrate, & Theopompo. Suidas in *ejus Vita*. Οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι, καὶ τραγῳδοποιῷ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ, ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκράτῃ, (ita scribo, non, Ναυκρατίτῃ) διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου. *Hic autem Isocrates etiam cum Theodecte rhetore, & tragico, & Theopompo Chio, simul Erythræo Naucrate, certavit de orationibus in funebrem laudationem Mausoli.* Anonymus in *Descript. Olymp.* Θεοδέκτης Ἀριστάνδρου Φασηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ ἅμα καὶ τραγῳδοποιὸς, καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖος, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, καὶ Θεόπομπος, εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης· *Theodectes Aristandri filius Phaselita ex Lycia, rhetor simul & tragicus, & Naucrates Erythræus, & Isocrates rhetor, & Theopompus, dixerunt funebrem sermonem in Mausolum, Artemisia uxore ejus provocante.* Ut vero ad Theramenem redeam, emendandus de eo Libanius *Declam.* XXIX. Ἐστὶν οὖν εἰπεῖν, ὅτι μετέσχεν ἀνὴρ τῆς τῶν τετρακοσίων ὀλιγαρχίας, ἢ τῶν τριάκοντα παρανομίας. τὸν Πείσανδρον ἐμιμήσατο. μετὰ Ραμένους ἐξήτασται. *Dicendum igitur est, participem fuisse eum virum quadringentorum Dominationis, aut sequentium triginta iniquitatis. Pisandrum imitatus fuit; cum Ramene census fuit.* Rescribo, μετὰ Θηραμένους ἐξήτασται. Pater autem Therameni huic Agnon fuit, ut ex Historia satis notum; nec monerem, nisi mendum apud Plutarchum viderem in *Lysandro*, hactenus non animadversum. En ista verba. Ταύτην δὲ προσεδέξαντο τὴν σκυτάλην οἱ Ἀθηναῖοι, Θηραμένους τοῦ Ἄγκωνος συμβουλεύσαντος. *Hanc vero acceperunt scytalam Athenienses, Theramene Anconis suasore.* Omnino scribendum, Θηραμένους τοῦ Ἅγνωνος. Itaque deceptus eruditus Interpres non recte vertit, *Theramene Anconis auctore*. Debuisset, *Th. Agnonis a.*

CAP. XV.

Θησεῖον, *idque duplex. Unum intra Urbem, alterum extra eam. Utrumque ubi. In Urbano carcer erat.* Θησειότριψ. *Aristophanes explicatus. Festum Thesei, & in eo farinæ pauperibus datæ.*

ATHENIENSES mortuo Theseo templum exstruxerunt, quod Θησεῖον appellatum. Diodorus Siculus *lib.* IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienses autem pœnitentia ducti ossa retulerunt, & honoribus divinis honoraverunt eum, & fanum inviolabile fecerunt Athenis nominatum ab eo Theseum.* Meminit ejus Plutarchus *De Exilio*. Οὐχ ὁρῶμεν ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα, καὶ τὸ Ἐ-

λδσίνιον, ὅπω κ) τὸ Θησεῖον ἅπαντες προσκυνοῦνται. *Nonne videmus, sicut Parthenona, & Eleusinium, ita etiam Theseium omnes adorare.* Apollonius Grammaticus *in Æschinem.* Καὶ παῖδας ἔχοντα διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Et pueros habentem docere literas ad Theseium.* Observo autem duplex fuisse; unum intra Urbem, alterum extra eam. Ecce prius diserte nominat Thucydides *lib.* IV. Καί τινα μίαν νύκτα κ) κατέδαρθον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. *Et quandam unam noctem etiam dormierunt in Theseio, quod in urbe in armis.* Alterum, quod extra Urbem, designat Andocides in *Orat.* Περὶ μυστηρίων; videturque non procul a muro longo abfuisse· Ανακαλέσαντες δὲ τὰς στρατηγὰς, ἀνειπεῖν ἐκέλδσαν, Ἀθηναίων τὰς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τὰς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Revocatos vero duces, proclamare jusserunt, Atheniensium quidem eos qui in urbe habitant, ire in forum, arma capientes: illos vero in longo muro, ad Theseium.* Et ad mare etiam situm, Colligo ex isto Aristophanis loco in *Equitibus.*

> Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
> Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις, ἢ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν.
> *Si autem placent hæc Atheniensibus, sedere mihi videor*
> *Ad Theseium navigantibus, aut ad venerabiles deas.*

Strabo *lib.* IX. Ορῶ τὴν ἀκρόπολιν, κ) τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον. ὁρῶ τὴν Ἐλδσῖνα, & τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης. ἐκεῖνο Λεωκόριον. τοῦτο Θησεῖον. ὁ δύναμαι δηλῶσαι καθ' ἓν ἕκαστον. ἡ γὰρ Ἀττικὴ θεῶν ἐστι κτίσμα. *Video arcem, & circa tridentem quod habet signum. Video Eleusina, & sacrorum factus sum mysta. Illud est Leocorion. Hoc Theseium. Non possum explicare singula per se. Attica enim deorum est opus.* Quod in urbe, prope Gymnasium erat. Pausanias in *Atticis.* Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἱερόν. *Sed ad Gymnasium Thesei est templum.* Et carcer illic. Discimus ex Hesychio, cujus ista verba. Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφδγον. δηλοῖ δὲ & φυτόν τι ποιὸν, κ) τὸ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Theseium, templum Thesei, ad quod fugitivi defugiunt. Notat autem & plantam quandam, & carcerem apud Athenienses.* Idem tradit etiam Auctor *Etymologici*, ex quo amplius discas; etiam jus ibi dici solitum. Θησεῖον. τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ. ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. ἐλέγοιτο δ' ἡ δίκαι ἐνταῦθα. ἢ ναὸς τοῦ Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες δοῦλοι προσέφδγον. Φιλόχορος δὲ, ὁ μόνον τὰς οἰκέτας τὸ παλαιόν φησι καταφεύγειν εἰς τὸ Θησεῖον, ἀλλὰ κ) τὰς ὁπωσοῦν ἱκετεύοντας. δηλοῖ δὲ κ) φυτόν τι ποιὸν, κ) τὸ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Theseium, fanum est Theseo; quod servis asylum erat. Dicebantur vero jura illic. aut templum Thesei, ad quod fugitivi servi confugiebant. Philochorus autem, non solum servos antiquitus dicit ad Theseium fugisse, sed etiam quoscunque supplices. Notat autem, plantam quandam, & carcerem apud Athenienses.* Erat autem etiam asylum & perfugium servorum, ac supplicium; ut vid

demus in citatis illic verbis. quemadmodum item in Hesychii, Aristophanis, & Diodori, quæ produximus. Atque hoc de utroque accipiendum; nam jus dicebatur in Urbano tantum, & ibidem carcer erat. Et inde Θησειότριψ facete ab Aristophane in *Polyido* dicitur, qui *Colonus carceris* Plauto. *Etymologici* Auctor. Θησειότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας, Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ. *Thesei habitator, in Theseis moratus. Aristophanes Polyido.* Suidas aliter explicat. Θησειότριψ, ὁ ἐν τοῖς Θησείοις διατρίψας. *Theseii habitator, in Theseiis moratus.* Nec contemnenda etiam ista interpretatio, Quasi dicere voluisset Comicus, hominem egenum atque inopem, quique in festis Thesei, quot mensibus celebrari solitis, semper farinas, quæ illic distribuebantur pauperibus, accipere consuevisset. Nam in Theseis exhibitas pauperibus farinas pauculas, observare est apud eundem Comicum *Pluto.*

> Ω πλεῖστα Θησείοις μεμιστυλλημένοι,
> Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.
> *O plurimo labore in Thesei festis soliti haurire in excavato pane,*
> *Senes viri, perpaucas polentas.*

CAP. XVI.

Ἱερὰ Ὀδός. *Polemonis liber de ea.* Ἱερὰ Συκῆ. *Unde nomen acceperit. Suburbium Atheniense, ab ea dictum. Interquiescere in isto mystæ soliti, sacra Eleusine reducentes. Philostratus emendatus.* Ἱερὰ Πύλη.

QUÆ via Athenis Eleusinem ducebat, Ἱερὰ Ὀδὸς dicebatur. Pausanias in *Atticis.* Ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλδσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν Ὀδὸν Ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Euntibus autem Eleusina Athenis, quam Athenienses vocant Viam Sacram, Anthemocriti factum est monumentum.* Plutarchus in *Vita Isocratis.* Οὗ ἐστι τὸ μνῆμα ἐπὶ τὴν Κυαμῖτιν πορευομένοις, κατὰ τὴν Ἱερὰν Ὀδὸν τὴν ἐπ' Ἐλευσῖνα. *Hujus est monumentum ad Cyamitin pergentibus, per Sacram Viam Eleusina.* Occurrit quoque apud Aristidem in *Panathenaica.* Inde autem datum nomen, quod per eam incedentes mystæ sacra Eleusinia celebrarent. *Etymologici* Auctor. Ἱερὰ Ὀδὸς, ὁδός τις ἣν ἡ εἰς Ἐλδσῖνα ἄγουσα, ἣν ἀπίασιν οἱ μύσται. *Sacra via, via quædam erat Eleusinem ducens, per quam ibant mystæ.* Suidas. Ἱερὰ Ὀδὸς, ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπ' Ἐλδσῖνα. *Sacra Via, per quam proficiscuntur mystæ ab urbe Eleusina.* Et proprius de ea liber Polemoni scriptus. Harpocration. Βιβλίον οὖν ὅλον Πολέμωνι γέγραπται περὶ τῆς Ἱερᾶς Ὀδοῦ. *Itaque liber totus a Polemone scriptus est de Sacra Via.* Erat in illa via ficus, quæ etiam Ἱερὰ appellabatur. Hesychius id nos docet. Ἱερὰ, θυσία, κειμήλια, ἡ συκῆ ἐν τῇ εἰς Ἐλδσῖνα ἀγούσῃ ὁδῷ. *Sacra, sacrificium, pretiosa, aut ficus in via Eleusinem ducente.* Inde autem nomen accepit, quia illic ficus primum nata. Athenæus *lib.* III. Η συκῆ, ἄνδρες φίλοι, ἡγεμὼν τοῦ καθαρίου βίου τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο. δῆλον δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ καλεῖν τὰς Ἀθηναίους Ἱερὰν Συκῆν τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ πρῶτον εὑρέθη. *Ficus, viri amici, dux mundæ vitæ hominibus fiebat. Manifestum enim hoc ex eo quod vocant Athenienses sacram Ficum locum, in quo primum inventa est.* Et ex eo Eustathius *ad Odyss.* ω'. Ἀθήνησιν ὁ τόπος, ἐν ᾧ πρῶτον (ἡ συκῆ) εὑρέθη, Ἱερὰ Συκῆ ἐκλήθη. *Athenis locus, in quo primum (ficus) inventa est, Sacra Ficus appellatus est.* Destituit memoria virum præstantissimum, Isaacum Casaubonum, *Animadvers. in Athenæum lib.* III. *cap.* II. cum negaret reperisse se ullum locum in urbe Athenis, aut agro Attico, qui diceretur Ἱερὰ Συκῆ. Erat nempe in via illa, quam jam dixi; in suburbio, quod & ab ea nomen habebat. Animadverto apud Philostratum in *Vita Apollonii Atheniensis Sophistæ*, lib. II. Ετάφη δ' ἐν τῷ προαστείῳ τῆς ἐς Ἐλδσῖνα λεωφόρου. ὄνομα τῷ προαστείῳ, Ἱερὰ Συκῆ. τὰ δὲ Ἐλδσινόθεν ἱερὰ, ἐπειδὴ ἐς ἄστυ ἄγουσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν. *Sepultus autem est in suburbio publicæ viæ Eleusina ducentis, nomen suburbio Sacra Ficus. Sacra vero Eleusinia, quum in urbem feruntur, illic requiescunt.* Et observa, interquievisse illic mystas, cum sacra Eleusine in urbem reducerent. Ita autem Philostrati illum locum restituo. Hodie editur, τῇ ἐν Ἐλδσῖνι λεωφόρου. Alius mihi animus fuit, cum in libro *De Populis Atticæ* Eleusinis suburbium esse scriberem. Nunc retracto. Por-

ro & porta, qua Eleuſinem ibatur, Ἱερὰ itidem nuncupata. Obſervo apud Plutarchum in *Sylla*. Τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς, κατασκάψας, καὶ καταπραΰνας· *Medium inter Piræicam portam, & Sacram, evertens, & complanans.*

CAP. XVII.

Hipparchi quatuor. Harpocration reſtitutus.

HIPPARCHI quatuor ab Harpocratione commemorantur. Unus, Eretriæ tyrannus; alter, Piſiſtrati: tertius, Charmi F. quartus, hiſtrio. Verba ejus iſta. Ἵππαρχος, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος. τύραννος ἦν οὗτος Ἐρετρίας. ἕτερος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος, περὶ οὗ Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονός φησιν, Ἵππαρχος ὁ Πεισιστράτου. ἄλλος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος ὁ Χάρμου, ὥς φησι Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. *Hipparchus, Demoſthenes in oratione contra Cteſiphontem. Tyrannus erat hic Eretriæ. Alter autem eſt Hipparchus, de quo Lycurgus in oratione contra Lycophronem dicit, Hipparchus Piſiſtrati filius. Alius autem eſt Hipparchus, Charmi filius, de quo Lycurgus in oratione contra Leocratem.* Et mox. Ἄλλος δ' ἐστὶν Ἵππαρχος ὑποκριτὴς, οὗ μνημονεύει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Alius autem eſt Hipparchus hiſtrio, cujus meminit Demoſthenes in oratione in Neæram.* Sed de tertio, mendoſa lectio. Magnus Scaliger *ad Euſebium* emendabat, Ἵππαρχος ὁ Χαρίνου. *Hipparchus Charini filius.* Reſcribo, Ἵππαρχος ὁ Τιμάρχου, *Hipparchus Timarchi filius.* Auctor mihi emendationis Lycurgus, quem laudat. Cujus in ea *Oratione* iſte eſt locus, quem deſignat. Ἵππαρχον γὰρ τὸν Τιμάρχου οὐχ ὑπομείναντα τὴν προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες, ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες, καὶ συγχωνεύσαντες, καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους, καὶ τοὺς προδότας. *Hipparchum enim Timarchi filium non ſubeuntem proditionis in populo judicium, ſed deſertum certamen ſinentem, morte illum mulctantes, poſtquam iniquitatis non acceperunt corpus obſidem, imaginem ejus ex arce detrahentes, & conflantes, & facientes columnam, decreverunt in illam inſcribere peſtes, & proditores.*

CAP. XVIII.

Ὀστρακισμός. *Quale id exilii genus. Diodorus Siculus emendatus. Ubi de eo, & a quibus, agi ſolitum. Joannis Tzetzæ error oſtenſus. De ejus origine ſententiæ variæ. Quando deſierit.* Κεραμικὴ μάστιξ. Πεταλισμός.

CELEBERRIMUM apud Athenienſes ſupplicii genus, Ὀστρακισμός. ſive Ἐξοστρακισμός. Euſtathius *ad Iliad.* σ'. Ἔτι δὲ καὶ τὸ ὄστρακον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἐξοστρακίζειν, ὃ παρ' Ἀθηναίοις ἔθος ἦν, ὡς ἐν εἴδει ἀφορισμοῦ, ἤγουν ἐξορίας. *Verum adhuc etiam teſta, a qua & teſtis in exilium mittere, quod apud Athenienſes mos erat, tanquam in ſpecie ſepoſitionis, vel exilii.* Plutarchus in *Pericle*. Ὥστε τὸν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δὲ, ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον, ἐξοστρακισθῆναι. *Ita ut illi quidem plurima judicia ademta fuerint per Ephialtem, Cimonem vero, ut Lacedæmoniis amicum & populi oſorem, teſtarum judicio pelli.* Et occurrit rurſum in *Alcibiade*, atque *Ariſtide*. Thucydides de Themiſtocle, *lib.* I. Ἐτύγχανε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει. ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον· *Erat autem oſtraciſmo pulſus, & agens exilium Argis. ventitans autem quoque in aliam Peloponneſum.* Mos vero, ut rem teneamus, iſte erat. Si quis nimia in Republica potentia moleſtus, aut ſuſpectus eſſet, ut ſe metu liberarent, ac immodica aliorum ſtudia coercerent, nomina eorum cives ſinguli inſcripta teſtis exhibebant; quique majore teſtarum parte damnabatur, is Urbe excedere ad decennium tenebatur. Narrat diſtincte Diodorus Siculus *lib.* XI. Ἕκαστος τῶν πολιτῶν εἰς ὄστρακον ἔγραφε τοὔνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύνασθαι καταλῦσαι τὴν δημοκρατίαν· ᾧ δ' ἂν ὄστρακα πλείω γένηται, φεύγειν ἐκ τῆς πατρίδος ἐτέτακτο πενταετῆ χρόνον. *Unuſquiſque civium in teſta ſcribebat nomen ejus qui videbatur potiſſimum poſſe evertere populi imperium. cui autem plures teſtæ contigiſſent, fugere ex patria quinque annorum tempus jubebatur.* Sed de tempore corruptus locus eſt, ac reſcribendum, δεκαετῆ χρόνον, *Decem annorum tempus.* Nam decennale illud erat. Ariſtides *Oratione Platonica* II. Ἀλλὰ Θεμιστοκλῆς μὲν καὶ Κίμων ἐξωστρακίσθησαν. τοῦτο δ' ἦν οὐ μῖσος· οὐδ' ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτούς. ἀλλ' ἦν νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα. ἔχων μὲν ὅπως δήποτε· ἐῶ γὰρ εἰ μὴ σφόδρα ἄν τις ἐπαινέσαι τὸν νόμον. τὸ δ' οὖν ἁμάρτημα οὐκ ἀπαραίτητον αὐτῶν, ἀλλ' ἔχων ὡς ἐν τούτοις εὐπρέπειαν. νόμῳ γὰρ ὥσπερ εἴπομεν ἐγίγνετο. ἦν δ' οὗτος ὁ νόμος. ἐκέλευον τοὺς ὑπερέχοντας μεθίστασθαι ἔτη δέκα. *Sed Themiſtocles quidem & Cimon teſtis in exilium pulſi ſunt. Hoc autem erat non odium; nec abalienatio populi in eos. Sed erat lex illis de his; habens quidem quocunque modo: ſino enim niſi valde quis laudet legem. Itaque vero peccatum non inexorabile illorum, ſed habens ut in his ſpeciem decoris. Nam lege ut diximus fiebat. Erat autem talis lex. Jubebant præſtantiores ſecedere annos decem.* Et mox. Ὑπὲρ τοῦ τὰ φρονήματα ἐπισχεῖν, τοῦτο τὸ εἶδος τῆς φυγῆς ἐνόμισαν. *Super inhibitionem ingeniorum ſe efferentium, tale genus exilii putabant.* Fiebat autem id in foro, loco ſepto. Plutarchus *loco citato*. Ἔφερον εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. *Ferebant in unum locum fori circumſeptum in orbem cancellis.* In hunc per decem aditus intrabat populus, in totidem tribus diſtributus, præſidentibus novem archontibus ac ſenatu; & niſi ſex mille ad minimum teſtulis aliquis damnatus eſſet, non tenebatur urbe exire. quem autem tot teſtulæ condemnaſſent, eum intra decem proximos dies in exilium ire neceſſe erat. Clare Scholiaſtes Ariſtophanis *ad Equites*. Ὁ τρόπος τοιοῦτος τοῦ ἐξοστρακισμοῦ· προεχειροτόνει ὁ δῆμος ὄστρακον εἰσφέρων. καὶ ὅταν δόξῃ, ἐφράττετο σανίσιν ἡ ἀγορὰ, καὶ κατελείποντο εἴσοδοι δέκα. δι' ὧν εἰσιόντες κατὰ φυλὰς ἐτίθεσαν ὄστρακον, ἐντιθέντες τὴν ἐπιγραφήν· ἐπεστάτουν δὲ, οἵ τε ἐννέα ἄρχοντες, καὶ ἡ βουλή. ἀριθμηθέντων δὲ, ὧν πλεῖστα γένοιτο, καὶ μὴ ἐλάττω ἑξακισχιλίων, τοῦτον ἔδει ἐν δέκα ἡμέραις μεταστῆναι τῆς πόλεως. εἰ δὲ μὴ γένοιτο ἑξακισχίλια, οὐ μεθίστατο· *Modus talis exoſtraciſmi: primo ſuffragia ferebat populus teſtam importans. Et quando videretur, ſepiebatur aſſeribus forum, & relinquebantur introitus decem; per quos ingredientes ſecundum tribus ponebant teſtam, impoſita inſcriptione. Præerant vero, & novem archontes, & ſenatus. Numeratis autem quorum plurimæ eſſent, & non minus ſex millibus, hunc oportebat intra decem dies abire ex urbe; ſi vero non eſſent ſex millia, non exulabat.* Julius Pollux *lib.* VIII. *cap.* V. ubi de oſtraciſmo agit. Περισχοινίσαντες δέ τι τῆς ἀγορᾶς μέρος, ἔδει φέρειν εἰς τὸν περιορισθέντα τόπον Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον ὄστρακον ἐγγεγραμμένον τοὔνομα τοῦ μέλλοντος ἐξοστρακίζεσθαι, ὅτῳ δὲ ἑξακισχίλια γένοιτο τὰ ὄστρακα, τοῦτον φυγεῖν ἐχρῆν. *Circumſepta vero tabernaculis parte quadam fori, oportebat ferre in deſignatum locum quicunque Athenienſium volebat teſtam inſcripto nomine exulaturi. Cui vero ſex millia erant teſtarum, hunc fugere oportebat.* Plutarchus in *Ariſtide*. Ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος, καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῶν πολιτῶν, ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς, περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηρίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταυτῷ τῶν ὀστράκων πλῆθος εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς

ἦν ὁ ἐξοστρακισμός. ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες, τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα, καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ. *Testam sumens quisque, & scribens quem volebat exulare civium, ferebat in unum locum fori, circumseptum in orbem cancellis. Archontes autem primum quidem pernumerabant omnem in unum testarum multitudinem. Si enim sex millibus pauciores essent scriptores, imperfectus erat exostracismus. Postea nominum unumquodque seorsum ponentes, illum a plurimis scriptum evocabant in annos decem, fruentem suis.* Etymologici Auctor. Ἐξοστρακισμὸς, ἐξορισμὸς, φυγή. πῆγμα δὲ γίνεται ἐν τῇ ἀγορᾷ, εἰσόδους ἔχον, δι᾽ ὧν εἰσιὼν πολίτης ἕκαστος, ὄστρακον ἐτίθει γεγραμμένον. ἑξακισχιλίων δὲ γινομένων, φυγὴ δεκαετὴς ψηφίζεται τοῦ κρινομένου. *Exostracismus, exilium, fuga. tabulatum autem fit in foro, introitus habens, per quos ingredientes singuli cives, testam ponebant inscriptam; sex millibus autem factis, fuga decennis decernitur damnato.* Magnus autem error est Joannis Tzetzæ, qui de mille testulis tradit, locumque in Cynosarge statuit. Ecce *Chil.* XIII. *cap.* CCCCLXXXIX.

Οἱ Ἀθηναῖοι μέλλοντές τινα ὑπερορίζειν,
Οὐ πρότερον ἐξώριζον ἐκεῖνον τῆς πατρίδος,
Μέχρις ἂν συνετάξαντο ἡμέραν ὡρισμένην,
Καὶ μέχρι ταύτης ἤκουσαν χιλίων κατηγόρων,
Συμποσουμένων ἀριθμῷ τῶν κατ᾽ αὐτοῦ λεγόντων.
Ἐς ὄστρακον γὰρ γράφοντες τὸ ὄνομα ἐκείνου,
Ἐρρίπτουν εἰς Κυνόσαργες· τόπος δ᾽ Ἀθήναις τοῦτο.
Οὗ καὶ τοὺς νόθους ἔρριπτον τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις.
Ἐκεῖσε καὶ τὰ ὄστρακα ἐξορίων ἐρρίπτουν.
Ἂν οὖν ἡμέρα τῇ πακτῇ χιλία ἐφευρέθη,
Ἀσυμπαθῶς ἐστέλλετο πρὸς τὴν ὑπερορίαν,
Εἰ δ᾽ ἦσαν ἀποδέοντα τὰ ὄστρακα χιλίων,
Ἐν τῇ πατρίδι μένων ἦν, ἐπιτυχὼν συγγνώμης.
Athenienses volentes aliquem in exilium mittere,
Non prius expellebant illum patria,
Donec constituerant diem definitum,
Et usque ad hanc audiebant mille accusatores,
Simul numeratis in hoc numero illis, qui contra eum dicebant.
In testa enim scribentes nomen illius,
Conjiciebant in Cynosarges: locus autem Athenis hoc.
Ubi & nothos conjiciebant temporibus prioribus.
Illic etiam testas exiliorum conjiciebant.
Si itaque constituta die mille inventæ sint,
Sine misericordia mittebatur in exilium.
Si vero erant pauciores testæ mille,
In patria manebat, accipiens veniam.

Differebat autem ab exilio ostracismus; quod illic bona etiam publicata, hic non item: deinde, ostracismo ejectis tempus ac locus præfinita, quod exulibus non fiebat. Suidas docet. Ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφέρει. ὅτι τῶν μὲν φυγῆς ἁλόντων, αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο. τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων, οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν χρόνος ἐνδείκνυται, καὶ τόπος. οἱ δὲ φεύγοντες, οὐδέτερον ἔχουσιν. *Ostracismus ab exilio differt. Quod in exilium quidem missorum bona publicabantur; ostracismo vero egressis non auferebat bona populus; & his quidem tempus definitur, & locus. exules autem nihil horum habent.* Quæ totidem verbis Scholiastes Aristophanis *loco citato*, & iterum *ad Vespas*. Salvas illis facultates suas mansisse, patet etiam ex Plutarcho in *Aristide*. Τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτι δέκα, καρπούμενον τὰ ἑαυτοῦ. *Et a plurimis scriptum evocabant in annos decem, fruentem suis.* Sed age, de origine ejus dicamus, quam incertam valde video. Nonuullis placet, primum Clisthenem instituisse, & expertum etiam esse. Ælianus *Var. Hist.* lib. XIII. cap. XXIV. Κλεισθένης δὲ
A ὁ Ἀθηναῖος τὸ δεῖν ἐξοστρακίζεσθαι πρῶτος εἰσηγησάμενος, αὐτὸς ἔτυχε τῆς καταδίκης πρῶτος. *Clisthenes autem Atheniensis, qui testarum judicio in exilium pelli oportere primus introduxerat, ipse nactus fuit illam damnationem primus.* Diodorus Siculus *lib.* XI. post ejectos Urbe Tyrannos Pisistratidas institutum clare tradit, ubi de Themistocle agit. Πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως μετέστησαν, τοῦτον τὸν ὀνομαζόμενον ὀστρακισμὸν ἐπαγαγόντες αὐτῷ, ὃς ἐνομοθετήθη ἐν ταῖς Ἀθήναις μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν τυράννων τῶν περὶ Πεισίστρατον. *Itaque primo quidem ipsum urbe ejecerunt, hunc quem nominabant ostracismum immittentes illi, qui lege constitutus erat Athenis post dissolutionem ty-*
B *rannorum Pisistrati, & cognatorum.* Ab hoc non abit Harpocration, qui ex Androtione refert, primum Hipparchum exstitisse, lege illa tunc recens lata. Περὶ δὲ τούτου Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησὶν, ὅτι συγγενὴς ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τοῦ περὶ τὸν ὀστρακισμὸν νόμον τότε πρῶτον τεθέντος. *De hoc vero Androtion in secunda dicit, quod cognatus erat Pisistrati tyranni, & primus testarum judicium expertus est, lege de ostracismo tum primum lata.* Et Plutarchus in *Nicia*, qui Hipparchum hunc Cholargensem fuisse commemorat. Πρῶτος δ᾽ (ἐξωστρακίσθη)
C Ἵππαρχος ὁ Χολαργεὺς, συγγενής τις ὢν τοῦ τυράννου. *Primus autem (testarum judicio damnatus est) Hipparchus Cholargensis, cognatus quidam tyranni.* Heraclides *De Rebusp.* ipsius Pisistrati filium Hippiam auctorem facit. Ἱππίας δὲ πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο, ὃς ἐτέθη διὰ τοὺς τυραννιῶντας. *Hippias autem amarius tyrannum se gerebat, & legem de ostracismo introduxit, quæ lata est per tyrannidis ligurritores.* Alii referunt ad Achillem, Lysonis filium. Photius in *Excerptis* ex Ptolemæi Hephæstionis lib. VI. Καὶ ὁ τὸν ὀστρακισμὸν ἐπινοήσας Ἀθήνησιν, Ἀχιλλεὺς ἐκαλεῖτο, υἱὸς Λύσωνος. *Et qui ostracismum commentus est Athenis, Achilles vocabatur, filius Lysonis.* Sunt qui antiquiorem adhuc faciant, & in Theseum rejiciant. Suidas *in* Ἀρ-
D χὴ Σκυρία, ex Theophrasti Καιρῶν *lib.* I. Ὀστρακισθῆναι δὲ πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρώτοις Καιροῖς. *Testarum judicio primum Athenis damnatum esse Theseum narrat Theophrastus in primis Temporibus.* Huic consentit Eusebius in *Chronico*. Θησεὺς Ἀθηναίους κατὰ χώραν ἐσπαρμένους εἰς ἓν συναγαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν, πρῶτος ἐξωστρακίσθη αὐτὸς, πρῶτος θεὶς τὸν νόμον. *Theseus Atheniensibus per regionem dispersis in unum coactis, sive in unam urbem, primo testarum judicio pulsus est ipse, primus quum legem tulisset.* Idque Lyco maxime impulsore factum.
E Aristophanis Scholiastes *ad Plutum*. Μετὰ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τὶς συκοφαντήσας, ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. *Postquam donaverat democratiam Atheniensib. Theseus, Lycus quidam calumniis eum circumveniens, effecit damnari testarum judicio heroem.* Vides quam sint variæ sententiæ. Ergo, quando inceperit, incertum. Illud certum, desiisse in Hyperbolo; indignante nimirum populo, hominem nequam, conspirante Nicia & Alcibiade, eo genere pœnæ ejectum, quo in viros tantum præstantissimos ad id temporis usi essent. Plutarchus in *Nicia*, ubi id factum commemoravit, hoc disertis verbis addit. Καὶ
F τὸ πέρας, οὐδεὶς ἔτι τὸ παράπαν ἐξωστρακίσθη μεθ᾽ Ὑπέρβολον, ἀλλ᾽ ἔσχατος ἐκεῖνος. *Et tandem, nemo adhuc omnino ostracismo expulsus est post Hyperbolum, sed ultimus ille.* Dicebatur autem ostracismus vulgari verbo, Κεραμικὴ μάστιξ, *figulinum flagrum*. Suidas. Κεραμικὴ μάστιξ, ὀστρακισμός. *Figulinum flagrum, testarum judicium.* Causam exponit nobis Hesychius; quia nimirum in testulis figulinis inscribi solita fuerint nomina. Ista ejus verba sunt. Κεραμικὴ μάστιξ, τὸν ὀστρακισμὸν λέγουσι. μάστιγα μὲν, διὰ τὸ βασανίζειν τοὺς ὀστρακιζομένους, καὶ κολάζειν. κεραμικὴν δὲ, διὰ τὸ ἐν

κεράμου τὰ ὄστρακα εἶναι. *Figulinum flagrum, ostracismum dicunt. Flagrum quidem, quia cruciabant exulaturos, & castigabant; figulinum autem, quia ex luto testæ erant.* Usi vero ostracismo non Athenienses tantum, sed aliæ quoque urbes, in quibus democratia obtinebat. Aristoteles *Politic.* lib. III. cap. XIII. Τίθενται τὸν ὀστρακισμὸν αἱ δημοκρατούμεναι πόλεις. *Statuunt ostracismum democratiam usurpantes urbes.* In his Argivi quoque, Milesii, & Megarenses. Aristophanis Scholiastes *ad Equites.* Οὐ μόνον δὲ Ἀθηναῖοι ὠστρακοφόρουν, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι, καὶ Μιλήσιοι, καὶ Μεγαρεῖς. *Non tantum Athenienses testis sententiam ferebant, sed etiam Argivi, & Milesii, & Megarenses.* Huic similis erat Πεταλισμὸς, *Foliorum judicium*, in quo foliis vicem testularum ad inscribenda nomina utebantur; unde etiam appellatio. Hesychius. Πεταλισμὸς, ὁ διὰ φύλλων ὀστρακισμὸς γενόμενος. *Foliorum judicium, per folia ostracismus fieri solitus.* Obtinebat vero apud Syracusanos tantum, qui instituerunt Olympiadis LXXX. anno III. archonte Athenis Aristone; sed non multo post iterum abrogarunt. Anonymus in *Descript. Olymp.* ad istud tempus ita notat. Ὁ παρὰ Συρακουσίοις πεταλισμὸς, παραπλήσιος τῷ τῶν Ἀθηναίων ὀστρακισμῷ, εἰσήχθη ἅμα καὶ μετ' ὀλίγον κατελύθη. *Apud Syracusanos foliorum judicium, simile Atheniensium ostracismo, introductum simul fuit, & post paulo remissum.* Narrat fuse Diodorus Siculus *lib.* XI. Discrimen, ut dixi, quod pro testulis illic folia, & quidem olivæ, adhiberent; deinde non decennii tempus exulantibus præscriptum, sed quinquennii. Diodorus *loco citato.* Πλεονάκις δὲ τούτου γενομένου, καὶ τῶν ἀνδρῶν τυραννίδος ἐπιθυμούντων, ὁ δῆμος (τῶν Συρακουσίων) ἐπηνέχθη μιμήσασθαι τοὺς Ἀθηναίους, καὶ νόμον θεῖναι παραπλήσιον παρ' ἐκείνοις γεγραμμένῳ περὶ ὀστρακισμοῦ. παρὰ Ἀθηναίοις ἕκαστον τῶν πολιτῶν ἔδει γράφειν εἰς ὄστρακον τοὔνομα τοῦ δοκοῦντος μάλιστα δύνασθαι τυραννεῖν τῶν πολιτῶν. παρὰ δὲ τοῖς Συρακουσίοις, εἰς πέταλον ἐλαίας γράφεσθαι τὸν δυνατώτατον τῶν πολιτῶν. διαριθμηθέντων δὲ τῶν πετάλων, τὸν πλεῖστα πέταλα λαβόντα, φεύγειν πενταετῆ χρόνον. *Sæpius hoc fieri solito, & viris tyrannidem cupientibus, populus (Syracusarum) eo delatus est, ut imitaretur Athenienses, & legem statueret similem apud illos scriptæ de ostracismo. Apud Athenienses oportebat singulos cives scribere in testa nomen ejus qui videbatur maxime posse tyrannidem occupare civium. Apud Syracusanos autem, in folio olivæ scribere potentissimum civium. Pernumeratis vero foliis, plura folia adeptum fugere quinquennii tempus.* Et postea. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι τοῦτο τὸ γένος τῆς νομοθεσίας ὠνόμασαν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ὀστρακισμὸν, οἱ δὲ Συρακούσιοι πεταλισμόν· οὗτος δὲ ὁ νόμος διέμεινε παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ πολὺν χρόνον, παρὰ δὲ τοῖς Συρακουσίοις κατελύθη ταχύ. *Itaque Athenienses quidem hoc genus legislationis nominaverunt ab eo quod contingebat ostracismum, Syracusani autem petalismum. Hæc vero lex permansit apud Athenienses per multum tempus, apud Syracusanos autem soluta est cito.*

CAP. XIX.

Hippodamus Milesius Piræeum ab Urbe separat, & forum illic exstruit. Ἱπποδάμειος Ἀγορὰ, *Novum item ædificandi modum invenit.*

HIPPODAMUS Milesius, Euryphontis filius, Piræeum ab Urbe separavit. Aristoteles. *Politic.* lib. II. cap. VIII. Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus autem Euryphontis filius Milesius; qui etiam urbium divisionem invenit, & Piræeum dissecuit.* Meminit hujus rei etiam Hesychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. *Piræeum Hippodamus Euryphontis filius, qui etiam de cælestibus disputat, divisit Atheniensibus.* Schol. Aristophanis *ad Equites.* Ὁ δ' Ἱπποδάμου. οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει. καὶ οἰκίαν εἶχε, ἥνπερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ τὰ Μηδικὰ συνήγαγε. *Hic autem Hippodami filius. Hic in Piræeo habitabat, & domum habuit, quam emisit publicam esse & primus ipse Piræeum tempore Medici belli congregavit.* Et forum illic exstruxit, quod ab ipso Ἱπποδάμειος Ἀγορὰ, *Hippodamium forum*, nuncupatum. Meminit Xenophon *Hist. Græc.* lib. II. Οἱ δὲ ἐκ τοῦ ἄστεος εἰς τὴν Ἱπποδάμειον Ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο. *Qui vero ex urbe in Hippodamium forum veniunt, primum quidem constituerunt.* Andocides in *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας. τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγοράν. *Revocatos autem duces, proclamare jusserunt, Athenienses quidem in urbe habitantes ire ad forum arma capientes; hos autem in longo muro, ad Theseium; hos vero in Piræeo, ad Hippodamium forum.* Demosthenes κατὰ Τιμοθέου. Βοηθησόντων αὐτῷ, καὶ καταγομένων εἰς τὴν οἰκίαν, τὴν ἐν Πειραιεῖ, τὴν ἐν τῇ Ἱπποδαμείᾳ, ἑσπέρας ἤδη οὔσης. *Auxiliaturis ei, & deductis ad domum, quæ in Piræeo in Hippodamio, quum jam esset vespera.* Ubi non recte interpretatur doctissimus Wolphius. *In ejus ædes in Piræeo, quæ sunt in Equidomitorio.* Debuisset, *quæ sunt in foro Hippodamio.* Non enim ab equis ibi domitis nomen datum, sed ab Hippodamo Milesio. Suidas. Ἱπποδάμεια ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ. οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. *Hippodamium forum, in Piræeo; ita dictum ab Hippodamo Milesio architecto, qui ædificavit Atheniensibus Piræeum.* Videatur quoque Harpocration *in* Ἱπποδάμεια. Porro Hippodamus hic novum ædificandi morem invenit. Observare est apud Aristotelem *Politic.* lib. VII. cap. XI. Ἡ δὲ τῶν ἰδίων οἰκήσεων διάθεσις, ἡδίων μὲν νομίζεται, καὶ χρησιμοτέρα πρὸς τὰς ἄλλας πράξεις, ἂν εὔτομος ᾖ, καὶ κατὰ τὸν νεώτερον καὶ Ἱπποδάμειον τρόπον. *Privatarum vero ædium dispositio dulcior quidem putatur & utilior ad alia opera, si bene secta sit, & juxta recentiorem & Hippodamium modum.*

CAP. XX.

Athenienses in quatuor classes distributi. Harpocration ea in re correctus. Suidæ error ostensus. Minervæ mater Coryphe. Harpocration semel iterumque emendatus.

ATHENIENSES in quatuor classes a Solone distributos, quorum hi Πεντακοσιομέδιμνοι, illi Ἱππεῖς, isti Ζευγῖται, ultimi Θῆτες nuncupati, vix quisquam ignorat. Itaque miror tam crassum mendum accuratissimi Maussaci oculos præterire potuisse. Locus *in* Ἱππὰς iste est. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ φησὶν, ὅτι Σόλων εἰς δύο διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων, Πεντακοσιομεδίμνους, καὶ Ἱππέας, Ζυγίτας, καὶ Θῆτας, *Aristoteles autem in Atheniensium Republica dicit, Solonem in duas classes divisisse omnem multitudinem Atheniensium, Pentacosiomedimnos, & Equites, Zygitas, & Thetas.* Quis non videt scribendum esse? Εἰς δ'. διεῖλε τέλη, *In quatuor divisisse classes.* Et mox. Καὶ Ἱππέας, καὶ Ζυγίτας, *Et Equites, & Zygitas.* Neque enim Pentacosiomedimni & Equites una classis erant, neque Zygitæ & Thetes altera; sed singuli suam classem constituebant. Res nota est, nec demonstrari opus habet. Vide illum ipsum Harpocrationem, ut cæteros omittam, *in* Θῆτες. Certe valde nugatur Suidas, qui in quinque classes factam hanc distributionem dicit. Ecce verba ejus

(A) Ιππὰς, ὁ Σόλων τὺς νόμυς Αθλωαίοις γράψας, εἰς ε'. τέλη τὸ πᾶν πλῆθος αὐτῶν διέταξε τῶν κατὰ τὰς ὀσίας τιμημάτων· ᾗ τῷ πρώτῳ ὄνομα lῶ, πεντακοσιομεδίμνων. τῷ δευτέρῳ, ἱππέων. τῷ τρίτῳ, ζδγιτ. τῷ τετάρτῳ, θητῶν, τῷ δὲ πέμπτῳ, ἱππας. *Hippas. Solon qui leges Athenienſibus ſcripſit, in quinque claſſes omnem multitudinem illorum diſtribuit ſecundum facultates æſtimationibus: & primæ nomen erat. Pentacoſiomedimnorum; ſecundæ, Equitum; tertiæ, Zeugitarum; quartæ, Thetatarum; quintæ, hippas.* Nihil poteſt ineptius. Apud eundem Harpocrationem, in Ιππία Αθlωᾶ, corruptum nomen matris Minervæ. Μνασαίας ἐν πρώτῃ Εὐρώπης, τlὼ Ιππίαν Αθlωᾶν Ποσειδῶνος εἶ- (B) ναί φησι θυγατέρα ᾗ Πολύφης τῆς Ωκεανῦ. *Mnaſeas in primo Europæ, Hippiam vel Equeſtrem Minervam Neptuni filiam eſſe dicit, & Polyphes Oceani filiæ.* Reſtituo, Καὶ Κορύφης τ Ω. *Et Coryphes Oceani f.* Mater Minervæ hujus erat Coryphe, Oceani F. *Etymologici* Auctor. Οτι Ποσειδῶνος ὖσα θυγάτηρ, ᾗ Κορυφῆς τῆς ὠκεανῦ, ἔχυσα ἅρμα, ὕτως ἐγεννήθη, *Quod Neptuni filia, & Coryphes Oceani filiæ, habens currum, ſic nata eſt.* Et hinc Κορυφασία nuncupata Minerva. Cicero *De Nat. Deorum* lib. III. ubi Minervas enumerat. *Quarta Jove nata, & Corypbe Oceani filia, quam Arcades Coryphaſiam nominant, & quadrigarum inventricem ferunt.* In hoc duntaxat di- (C) ſcrimen, quod Jove natam, non Neptuno tradat. Sed de eo non eſt laborandum. Arnobius *lib.* IV. *Deſiſtetne & illa Minervam ſe dicere, cui Coryphaſiæ nomen; vel ex Corypbæ matris ſigno?* Idem mendum apud Suidam quoque; & nos id dudum monuimus ad Arnobium.

CAP. XXI.

Hermippus Περὶ τ Ισοκράτυς μαθητῶν. *Harpocration emendatus.*

ISAEUM Iſocratis diſcipulum fuiſſe ex Euripo quodam Περὶ τῶν Ισοκράτυς μαθημάτων, *De Iſo-* (D) *cratis doctrinis*, tradit Harpocration. Ισαῖος. εἷς ἐστι τῶν δέκα ῥητόρων ὗτος. μαθητὴς δ' lῶ Ισοκράτυς, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένυς, Αθlωαῖος τὸ γένος, καθὰ φησιν Εὔριπος ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν Ισοκρατυς μαθημάτων. *Iſæus unus eſt decem rhetorum hic. Diſcipulus vero erat Iſocratis, magiſter autem Demoſthenis, Athenienſis genere, ſicut dicit Euripus in ſecundo de Iſocratis doctrinis.* Qui locus mendis duobus infeſſus eſt; ac primo corruptum Auctoris nomen, deinde Operis. Reſtituo, Καθά φησιν Ερμιππος ἐν δευτέρῳ περὶ τ Ισοκράτυς μαθητ. *Sicut dicit Hermippus in ſecundo de Iſocratis diſcipulis.* Hermippi tres fuerunt; unus Athe- (E) nienſis, alter Berytius, tertius Smyrnæus. Prior Comicus, reliqui duo Grammatici. De ſingulis accurate nos in *Bibliotheca noſtra*. Ut autem emendationem noſtram firmemus, ea tantum proferemus, quæ huc pertinent. Scripſit Hermippus hic Οερὶ τῶν Ισοκράτυς μαθητῶν, *De Iſocratis diſcipulis*. Id hic Opus laudaverat Harpocration. Laudat quoque Athenæus *lib.* VIII. Καὶ ὁ Ερμιππος δέ φησιν ἐν τρίτῳ περὶ τῶν Ισοκράτυς μαθητῶν. ἑωθινὸν τὸν Υπερείδην ποιεῖσθαι νῦν τὺς περιπάτυς ἐν τοῖς ἰχθῦσιν. *Et Hermippus vero dicit in libro tertio de Iſocratis diſcipulis, matutinum Hyperidem facere nunc ambulationes in piſcibus, vel piſcario foro.* Iterum *lib.* X. Θεοδέκτlω δὲ τ Φασηλίτlω φησὶν Ερμιππος ἐν τοῖς περὶ τ Ισοκράτυς μαθητ, (F) ἱκανώτατον γεγονέναι ἀνδρεῖν τὸν προβληθέντα γρῖφον. *Theodectem autem Phaſelitam ait Hermippus in libris de Iſocratis diſcipulis, aptiſſimum fuiſſe ſolvendo propoſitum griphum, vel intricatam quæſtionem.* Et Dionyſius Halicarnaſſeus in *Iſæo*. Οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς Ισοκράτυς μαθητὰς ἀναγράψας Ερμιππος, ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος, ὑπὲρ τῦδε τῦ ῥήτορος ὐδὲν εἴρηκεν, ἔξω δυοῖν τούτοιν, ὅτι διήκουσε μὲν Ισοκράτυς, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένυς. *Nam non Hermippus qui Iſocratis diſcipulos recenſuit, accuratus in aliis quum ſit, de hoc rhetore nihil dixit, præter hæc duo quod audiverit quidem Iſocratem, docuerit autem Demoſthenem.* Quæ hæc ipſa ſunt, quæ ex eo Harpocration hoc loco profert.

CAP. XXII.

Ζειρά. Ζιρά. Ημίζαρον. *Axius fluvius, Hapocration Gloſſæ Herodoti, Heſychius, Pollux, & Suidas. varie emendati.*

CORRUPTUS numerus librorum Xenophontis apud Harpocrationem *in* Ζειρά. Ita inquit. Ζειρὰ, ἤτοι σειρὰ, ὥς τινες· ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύοντο, μετὰ τὰς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφαπτίδας. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλίππυ, εἰ γνήσιος. ᾗ Ξενοφῶν ἐν ἕκτῃ ἀναβάσεως, περὶ Θρακῶν λέγων φησὶ, καὶ ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τ ἵππων εἶχον, ἀλλ' ὐ χλαμύδας. *Zeira, ſive ſeira, ut quidam: aut veſtimentum quoddam, quod induebant ſuper tunicas, ſicut ephaptides. Lyſias in oratione contra Philippum, ſi genuina: & Xenophon in ſexto Expeditionis de Thracibus loquens inquit, & veſtimenta vel ziras ad pedes uſque in equis habebant, ſed non chlamydes.* Reſcribe, Εν ἑβδόμῃ ἀναβάσεως, *In ſeptimo Expeditionis*. Origo mendi ex confuſione numerorum ς'. & ζ Nam locus ille, quem citat, eſt Xenophontis *lib.* VII. Καὶ ζειρὰς μέχρι ποδῶν ἐπὶ τῶν ἵππων ἔχυσιν, ἀλλ' ὐ χλαμύδας. *Et veſtimenta ad pedes uſque in equis habent, ſed non chlamydes.* Et hic quoque apud Harpocrationem repone ἔχυσιν, pro εἶχον, *habent*, pro, *habebant*. Deinde apud eundem in verbis antecedentibus ſcribe, Ην ἔνδυμά τι. pro, ἢ ἔνδυμά τι. *Erat veſtis quædam*, pro, *aut veſtis quædam*. Quod vero ad vocem Ζειρὰ attinet, corrigendæ etiam Gloſſæ Herodoti. Ζειρὰ, μίτρα, ζώνη. *Zeira, cingulum, zona*. Hodie editur, Εἰρά. Item Heſychius non parum corruptus. Ζειρὰ, μήτρα, ταινία, πέρα. *Zeira, matrix, tænia, ultra*. Reſcribe, Ζειρὰ, μίτρα, ταινία, τιάρα. *Zeiras, mitra, tænia, tiara.* Et mox iterum. Ζειροφόρυς, χωνοφόρους. *Zeiras geſtantes, chonophoros*. Reſcribe, Ζειροφόρυς. *Zonas geſtantes.* Nec minus grave mendum apud Pollucem *lib.* VII. *c.* XIII. ubi varia veſtium genera recenſet. Μασσαλιωτῶν δὲ, ὁ χορταῖος. ὡς ἡ ῥίζα Θρακῶν, εἴτε περίβλημά ἐστιν, εἴτε ζῶμα. *Maſſilienſium autem, hirſutus: ſicut radix Thracum, ſive amictus eſt, ſive cinctus.* Omnino ſcribendum cenſeo, Ως ἡ ζιρὰ, Θρακῶν. *Sicut zira, Thracum*. Nam indifferenter ſcribebant, ζειρὰ, & ζιρά. Sic alibi apud Heſychium. Ζειραί, χιτῶνες ἀνάκολλοι, *Zyræ tunicæ glutinatæ*. Ubi iterum mendum, ſcribendumque, Χιτῶνες. ἀνάκωλοι, *Tunicæ breviſſimæ*. Idem mendum apud Suidam etiam *in* Ζειραί. Hinc corrupte Lycii Ημίζαρον *Semizarum* dixerunt. Euſtathius *ad Iliad.* λ'. Οὕτω δέ φασι, καὶ ζειρὰ ἐξ ὁμοίας τροπῆς ἐγένετο. συγκειμένη ᾗ αὐτὴ παρὰ τὸ δεῖν, ἤτοι δεσμεῖν, ᾗ τὸ εἴρειν. σημαίνει δέ φασι ζώνlω, ᾗ χλαμύδα. lῶ μέχρι ᾗ ἐς ἄρτι παραφθείροντες οἱ Λυκιακοὶ, ἡμίζαρον λέγυσιν. *Ita autem dicunt, & zeira ex ſimili mutatione facta eſt; compoſita & ipſa ab verbo* dein, *quod eſt ligare, ſive vincire, &* eirein. *Notat autem dicunt zonam, & tunicam, & chlamydem, quam uſque etiam nunc leviter corrumpentes Lycii ſemizarum dicunt.* Apud eundem Harpocrationem corruptiſſimus iterum locus eſt *in* Καβύλη. Καὶ Αναξιμένης ἐν ὀγδόῳ Φιλιππικῶν, ὗτος δὲ φησιν αὐτὸ ἱδρύσασθαι πρὸς τῷ Τάξῳ ποταμῷ, κατὰ μέσον τ Θράκης· *Et Anaximenes in octavo libro Philippicorum, hic autem dicit illud ſitum eſſe ad Taxum fluvium, in medio Thraciæ*. Taxum Thraciæ flumen, quod ibi commemorat, ignorant Geographi veteres; neque quiſquam eſt, qui meminerit. Mirum unde hæc hauſerit Harpocration; nam Suidas certe, ut ſolet, ex eo tranſſcripſit. Apud Wilhelmum Tyrium *De bello ſacro* lib. XIV. cap. XII. nominatur Taxus urbs epiſcopalis primæ Cæſareæ maritimæ ſubjecta. Sed hoc nihil ad hunc locum, quem corruptum ego autumo,

ac emendandum, πρὸς τῷ Ἀξίῳ ποταμῷ, *ad Axium fluvium*. Axius fluvius notissimus in illo tractu, qui postea Bardarius dici cœpit. Vide quæ de ea re a nobis notata in *Glossario*, *in* Βαρδαριῶται. Concludam hoc caput, si alterum Harpocrationis locum *in* Κάθετος emendavero. Τοῦ μέντοι Ἰσοκράτους τοὺς μαχίμους νόμους λέγοντος κωλύεσθαι ἀποδημεῖν, οἱ περὶ Ἀριστοτέλην τοὺς πάντας Λακεδαιμονίους φασίν. *Isocrate nihilominus pugnaces leges dicente vetari in peregrinationem ire, Aristotelici omnes Lacedæmonios dicunt*, Legendum censeo, τοὺς μαχίμους μόνους, *militares solos*. Evincit ratio antitheseos. Isocrates dicit, solos militares peregrinatione prohibitos fuisse, Aristoteles vero omnes indifferenter Spartanos.

CAP. XXIII.

Andocides Leogoram patrem prodit. Lysiæ in eam rem contra ipsum Oratio. Joannes Tzetzes emendatus.

ANDOCIDES mysteriorum proditorum accusatus, ita evasit, ut sontium nomina proditurum se promitteret; quod mox præstitit, & inter eos ipsum quoque patrem suum Leogoram nominavit. Narrat rem Plutarchus in *ejus Vita*. Eapropter impietatis eum accusavit Lysias Oratione propria, quam inscripsit, Κατ' Ἀνδοκίδου ἀσεβείας, *contra Andociden de impietate*. Laudat eam Harpocration *in* Καταπλήξ. Leogoras vero pater abdicavit eum, & a senatu nuptias petiit, ut liberos tolleret, quando adoptivus tantum Andocides esset. Habes apud Joannem Tzetzem *Chil.* VI. *cap.* XLIX. cujus ista inscriptio. Περὶ Ἀνδοκίδου τοῦ ῥήτορος, οὗ μέμνηται Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ὡς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεμηνυκότος. *De Andocide rhetore, cujus meminit Lysias Orator, ut qui suum ipse partem detulerit*. Deinde ita rem narrat.

Ὁ Ἀνδοκίδου ῥήτορος πατὴρ ὁ Λεωγόρας
Ὑπ' Ἀνδοκίδου προδοθεὶς, νικήσας τε τῇ δίκῃ,
Τοὺς δικαστὰς ἱκέτευε γυναῖκα σχεῖν εἰς γάμον,
Ὅπως δὲ παῖδας ἐξ αὐτῆς γεννήσῃ τῶν γνησίων.
Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θεὸς ἦν παῖς Λεωγόρα,
Χρήμασιν υἱοποιηθεὶς αὐτῷ δι' ἀπαιδίαν.
Andocidæ rhetoris pater Leogoras
Ab Andocide proditus, & quum vicisset judicio,
Supplicavit judicibus uxorem habere in matrimonio,
Ut nempe liberos ex ea procrearet legitimos.
Andocides enim deus erat filius Leogoræ,
Pecuniis filius ei factus propter defectum subolis.

Versu penultimo insigne mendum est, quod tollendum. Paulus Lacisius rescribendum arbitrabatur.

Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ νόθος ἦν παῖς τοῦ Λ.
Andocides enim spurius erat filius L.

Et ita quoque vertit. Sed nimis longe a vulgata lectione abit. Evidens emendatio nostra.

Ὁ Ἀνδοκίδης γὰρ θετὸς ἦν παῖς τῷ Λ.
Andocides enim adoptivus erat filius L.

CAP. XXIV.

Dinarchi Τυρρηνικὸς, & Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. *Harpocration, Dionysius Halicarnasseus, & Suidas, restituti.*

INTER Dinarchi Orationes una fuit, inscripta Τυρρηνικός. Emendandus Harpocration *in* Κέρκουρος, ubi perperam editur, Δείναρχος Τυραννικῷ, *Dinarchus Tyrannico*. Scribe, Δ. Τυρρηνικῷ. *D. Tyrrhenico*. Idem mendum est apud eundem *in* Λιπαρά. Recte ibidem *in* Περίστασιν. Δείναρχος Τυρρηνικῷ, *Dinarchus Tyrrhenico*. emendante Maussaco. Apud Dionysium Halicarnasseum in catalogo τῶν δημοσίων γνησίων recensetur quædam Πιρηνικός, *Pirenicus*. Restituendum censeo, Τυρρηνικὸς, *Tyrrhenicus*. Inter ejusdem Rhetoris Orationes altera quædam fuit, cujus inscriptio, Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. Mendosus de eadem locus Harpocrationis *in* Κλιμάζει. Δείναρχος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ συνηγορία. Αἰσχίνης κατὰ Δινίου. *Dinarchus in oratione quæ inscribitur Defensio. Aeschines contra Dinian.* Interpungo, & restituo, Δ. ἐ. τ. ἐπιγραφομένῳ, Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. *D. i. o. quæ inscribitur Defensio Aeschinis contra Dinian.* Corruptus quoque Dionysius Halicarnasseus in eodem catalogo. Ita enim hodie legitur. Κατὰ Λυκούργου εὐθύναι. οἶδα ὅτι, κἂν μηδὲν ὑμῖν συνηγορία αἰσχύνη κατὰ Δινίου. βουλοίμην ἂν, ὦ ἄνδρες. *Contra Lycurgum rationum petitio. Scio etiamsi vobis defensio plane non pudorem incutiat. contra Dinian. Vellem, o viri*. Omnino restituendum censeo, Κατὰ Λυκούργου, εὐθύναι. Οἶδα ὅτι, κἂν μηδὲν ὑμῖν. Συνηγορία Αἰσχίνου κατὰ Δεινίου. βουλοίμην ἄν. *Contra Lycurgum, rationum petitio. Scio etiamsi nihil vobis. Defensio Aeschinis contra Dinian. Vellem utique*. Suidas *in* Κλιμακίζειν simpliciter nominat, τὴν ὑπὲρ Αἰσχίνου συνηγορίαν, *Defensionem pro Aeschine*. Corrigo enim etiam illic, Μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου συνηγορίᾳ. *Meminit Dinarchus in defensione pro Aeschine*. Perperam editur, Ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου ἰσηγορίᾳ *in æquabilitate juris pro Aeschine*.

CAP. XXV.

Hyperidæ Orationes quot genuinæ. Suidas emendatus.

FEREBANTUR Hyperidis Orationes LXXVII. & ex illis genuinæ tantum LII. Plutarchus in *Vita ejus*. Φέρονται δὲ αὐτοῦ λόγοι ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, ὧν γνήσιοί εἰσι πεντήκοντα δύο. *Feruntur autem ejus orationes septuaginta septem, quarum genuinæ sunt quinquaginta duæ*. Et Photius in *Bibliotheca*. Ἀνεγνώσθησαν Ὑπερίδου λόγοι διάφοροι. τούτων οἱ μὲν εἰς τὸ τοῦ ῥήτορος ἀναφερόμενοι γνήσιον, δύο καὶ πεντήκοντά εἰσιν οἱ δὲ παρέχοντες ἀμφισβήτησιν, πέντε καὶ εἴκοσι. τὸ γὰρ ὅλον αὐτοῦ πλήρωμα εἰς ἑπτὰ συντείνει καὶ ἑβδομήκοντα. *Lectæ sunt Hyperidis orationes diversæ; quarum quidem quæ ad rhetoris proprium laborem referuntur, duæ & quinquaginta sunt; quæ vero præbent ambiguitatem; quinque & viginti; universus enim earum numerus contendit ad septem & septuaginta*. Ergo Suidas de genuinis tantum Orationibus dicere voluit, cum scriberet *in* Ὑπερίδης. Εἰσὶ δὲ οἱ πάντες λόγοι αὐτοῦ νζ'. *Sunt vero omnes orationes ejus quinquaginta septem*. Sed mendosus locus, scribendumque, Οἱ πάντες λόγοι αὐτοῦ νβ'. *Omnes orationes ejus quinquaginta duæ*.

CAP. XXVI.

Thucydidis nomine quot. Anus ex iis Melesiæ filius. Plutarchus, Marcellinus, & Aristophanis Scholiastes, emendati. Thucydidis Atheniensis librorum numerus. Ejusdem locus restitutus.

DE Thucydide, Periclis adversario, locus est Plutarchi in *Pericle*. Διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τοῦ Μιλησίου λόγος, εἰς τὴν δεινότητα τοῦ Περικλέους μετὰ παιδιᾶς εἰρημένος. *Percrebuit vero aliqua etiam Thucydidis Milesii oratio, contra vehementiam Periclis cum risu dicta*. Sed an Milesius ille fuit? ita videtur. neque Interpres eruditus aliter vertit. Atqui Alopecensis fuit; clare ille ipse Plutarchus non multo post. Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα, καὶ κηδεστὴν Κίμωνος, ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον. *Thucydiden ab Alopeca, virum sapientem, & affinem Cimonis, impediverunt obviam iturum*. Eodem modo Marcellinus in *Vita Thucydidis*, ubi enumerat, quot illo nomine fuerint Καὶ δεύτερος, δημαγωγὸς Μιλησίου υἱός. *Et secundus*,

populi ductor, Milesii filius. Et Aristophanis Schol. *ad Vespas.* Θουκυδίδην τὸν Μιλεσίου λέγει, τὸν Αλωπεκῆθεν. *Thucydidem Milesii filium dicit, domo Alopece.* Jam Alopece inter Atticæ populos fuit, uti notum. Quomodo ergo Milesius fuisse dici potest? Emendo levi mutatione, Θουκυδίδου τοῦ Μελησίου. *Thucydidis Melesiæ filii.* Fuit Thucydides iste Melesiæ filius. Plato in *extremo Theage.* Ηκων δὲ κατελάμβανε μετ' ἐμοῦ διατρίβοντα Θουκυδίδην τὸν Μελησίου υἱόν. *Veniens vero deprehendit mecum versantem Thucydidem Melesiæ filium.* Confirmat, quod ipse alterum filiorum de patris nomine Melesium appellavit. Ecce apud eundem Platonem *Menone.* Ενθυμήθητι ὅτι Θουκυδίδης αὖ δύο υἱεῖς ἔθρεψε, Μελησίαν καὶ Στέφανον, καὶ τούτους ἐπαίδευσε τά τε ἄλλα εὖ, καὶ ἐπάλαισαν κάλλιστα Αθηναίων. *In mentem venit Thucydidem rursus duos filios educavisse, Melesian, & Stephanum, eosque erudivisse tum cætera bene, & luctando præstiterunt omnibus Atheniensibus.* Ac meminit rursum bis terve initio *Lachetis*; quemadmodum etiam Athenæus *Dipnosophist.* lib. XI. Celebrantur vero Thucydidæ quatuor; unus iste, de quo dixi, Alopecensis, Melesiæ filius; alter, Gargettius; tertius, Thessalus, urbe Pharsalo; quartus, Atheniensis, Olori filius, & rebus gestis, & Historia scripta, clarissimus. Aristophanis Scholiastes *ad Acharnenses.* Οὗτος δὲ ὁ Θουκυδίδης Μελησίου παῖς ἦν. γεγόνασι δὲ τέσσαρες. ὁ ἱστορικός. ὁ Γαργήττιος. ὁ Θετταλός. ὁ Μελησίου υἱός. *Ille autem Thucydides Melesiæ filius erat. Fuerunt vero quatuor; historicus, Gargettius, Thessalus, Melesiæ filius.* Corruptus idem est *ad Vespas.* Θουκυδίδης Μιλησίου υἱὸς Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος. τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι Αθηναῖοι. ὁ ἱστοριογράφος, καὶ ὁ Γαργήττιος, καὶ ὁ Θετταλὸς, καὶ οὗτος, ἄριστος ῥήτωρ τυγχάνων. *Thucydides Milesii filius, qui contrarias Pericli partes in republica fovit. Quatuor vero sunt Thucydidæ Athenienses; historicus, & Gargettius, & Thessalus, & iste, optimus orator.* An enim omnes Athenienses? Nihil fal.ius Restituo, Θουκυδίδης Μελησίου υἱὸς, Περικλεῖ ἀντιπολιτευσάμενος. τέσσαρες δέ εἰσι Θουκυδίδαι. Αθηναῖος, ὁ ἱστοριογράφος, καὶ, &c. *Thucydides Melesiæ filius, contrariam sectam Pericli secutus. Quatuor autem sunt Thucydidæ. Atheniensis, historicus, &*, &c. Quem vero hic Thessalum vocat, eum ego Pharsalium statuo, laudatum Thucydidi Historico *lib.* VIII. ubi ait. Καὶ Θουκυδίδου τοῦ Φαρσαλίου, τοῦ προξένου τῆς πόλεως, παρόντος. *Et Thucydidæ Pharsalii, hospitio cum civitate juncti, præsentis.* Quem Gargettium isti faciunt, Marcellinus in *Vita Thucydidis* Acherdusium esse refert. Μὴ ἀγνοῶμεν δὲ, ὅτι ἐγένοντο Θουκυδίδαι πολλοί, οὗτος ὁ τοῦ Ολόρου παῖς καὶ δεύτερος δημαγωγὸς, Μιλησίου, ὃς καὶ Περικλεῖ διεπολιτεύσατο. Τρίτος δὲ γένει Φαρσάλιος, οὗ μέμνηται Πολέμων ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, φάσκων αὐτὸν εἶναι πατρὸς Μένωνος. Τέταρτος ἄλλος Θουκυδίδης, ποιητής, τὸν δῆμον Αχερδούσιος. *Non autem ignoramus multos fuisse Thucydidas, hunc Olori filium, & secundum in republica populari versatum, Milesii filium, qui etiam contrarias Pericli partes sequutus fuit; tertium vero genere Pharsalium cujus meminit Polemon in scriptis de arce, dicens eum patre censeri Menone. Quartus alius Thucydides, poeta, populum Acherdusius.* Præcipuus autem inter hos fuit Atheniensis, Olori filius, historicus gravissimus, cujusque etiamnum hodie hodie Historiarum libri octo supersunt. Quanquam, ut hoc nunc dicamus, de numero Veteres variaverint. Alii enim in novem distribuerunt. Diod. Siculus *lib.* XII. Οὗτος μὲν οὖν ὁ πόλεμος διέμεινεν ἐπὶ ἔτη εἰκοσιεπτά. ὁ δὲ Θουκυδίδης ἔτη δύο πρὸς τοῖς εἴκοσι γέγραφεν ἐν βιβλίοις η', ὡς δέ τινες διαιροῦσιν, θ'. *Hoc quidem igitur bellum duravit ad annos viginti septem. Thucydides autem duos annos ad viginti scripsit in libris* VIII. *ut vero alii dividunt, novem.* Anonymus in *Descript. Olymp.* Ενταῦθα Θουκυδίδης τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε, περιλαβὼν κβ'. ἐτῶν χρόνον ἐν βιβλίοις η'. τινὲς δὲ διαιροῦσιν εἰς θ'. *Ibi Thucydides historiam suam finivit, comprehendens duorum & XX. annorum tempus in libris octo. nonnulli vero diviserunt in novem.* Alii etiam XIII. fecerunt. Marcellinus in *ejus Vita.* Ιστέον δὲ ὅτι τὴν πραγματείαν αὐτοῦ οἱ μὲν κατέτεμον εἰς τρισκαίδεκα ἱστορίας, ἄλλοι δὲ ἄλλως. *Sciendum vero historiam ejus alios secuisse in tredecim historias, alios vero aliter.* Sed corrigendus per occasionem ejus locus *lib.* II. in descriptione pestis illius celeberrimæ Οἰκιῶν γὰρ οὐχ ὑπαρχουσῶν, ἀλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ ἔτους διαιτωμένων, ὁ φθόρος ἐγίγνετο. *Nam quum domus non essent, sed in tuguriis squalidis, & æstuosis tempore anni viventium pernicies existebat.* Et natum mendum non ita pridem; nam & Scholiastes agnoscit. Quod enim fuit illud anni tempus, quo grassata ista pestis? Diserte id expresserat Historicus, scripseratque, ὥρᾳ θέρους δ. *tempore æstatis* IV. Et postea pluribus item verbis ὁ φθόρος κατὰ τὸ σῶμα ἐγίγνετο. *noxa corpori accidebat.* Atque ita repræsentat Galenus περὶ ἐπιφορᾶς πυρετῶν, *lib.* I. *cap.* V. Εστι δ' ὅτε κατάρχει μὲν ἄμετρος θερμασία τοῦ περιέχοντος, ὡς ἐπὶ τοῦ καταλαβόντος Αθηναίους λοιμοῦ, καθά φησιν ὁ Θουκυδίδης. Αλλ' ἐν καλύβαις πνιγηραῖς ὥρᾳ θέρους διαιτωμένων ὁ φθόρος κατὰ τὸ σῶμα ἐγίγνετο. *Interdum vero initium quidem facit immodicus calor aeris, ut in peste quæ Athenienses corripuit, quod inquit Thucydides. Sed in tuguriis æstuantibus tempore æstatis viventium corruptela in corpore existebat.* Ergo sic restituendum.

CAP XXVII.

Xenophon quando floruerit maxime. Epænetus, an Euænetus, an Exænetus, an Xenænetus, an Xynænetus, archon. Diogenes Laertius emendatus. Quando in exilium actus, & quando mortuus. Eubulus, & Eubulides, archontes. Diogenes Laertius iterum correctus. Callidemides, an Callimedes, archon.

QUONAM tempore maxime Xenophon floruerit, controversum apud Veteres fuisse narrat Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. II. Quidam tradebant, circa Olymp. XCIV. annum IV. Ecce ista ejus verba. Ηκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ολυμπιάδος, καὶ ἀναβέβηκε σὺν Κύρῳ ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου. *Floruit autem quarto anno quartæ & nonagesimæ Olympiadis, & ascendit cum Cyro archonte Xenæneto.* Sed in nomine archontis istius non consentiunt. Anonymus in *Olymp. Descript.* ab his Epænetum, ab aliis Xynænetum appellari tradit. Diodorus Siculus Exænetum nominat *lib.* XIV. Certe Xenænetum nominat etiam Lysias *Orat.* Περὶ δημοσίων χρημάτων. Κατεδικάσατο ἐπὶ Ξεναινέτου ἄρχοντος. *Condemnavit Xenæneto archonte.* Hoc ἐν παρόδῳ. Alii potissimum floruisse Xenophontem volunt circa Olymp. LXXXIX. Idem Diogenes paullo post. Εὗρον δὲ ἀλλαχόθι ἀκμάσαι αὐτὸν περὶ τὴν ἐνάτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ολυμπιάδα, σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς. *Sed alibi reperi eum floruisse circa nonam & octogesimam Olympiadem cum aliis Socraticis.* Sed hæc lectio vereor uti sit mendosa, commutatis dictionum finibus, legendumque, Περὶ τὴν ἐνενηκοστὴν καὶ ὀγδόην, *circa nonagesimam, & nonam.* Habeo auctorem emendationis hujus Anonymum in *Olymp. Descript.* ad Olympiadis illius istum annum, cujus ista ibi verba. Ξενοφῶν ἤκμασε σὺν τοῖς ἄλλοις Σωκρατικοῖς *Xenophon floruit cum aliis Socraticis.* Porro hic ipse Xenophon, quod Lacedæmoniorum partibus favere videretur, in exilium ab Atheniensibus actus fuit. Narrat Diogenes *loco citato.* Παρ' ὃν καιρὸν ἐπὶ Λακωνισμῷ φυγὴν ὑπ' Αθηναίων κατεγνώσθη.

Quo tempore propter Laconum partes prælatas fuga ab Athenienfibus multatus fuit. Meminitque ipse *de Exped. Cyri*, lib. v. vii. Sed quonam illud tempore factum? Diogenes ibidem ex Istro commemorat, incidisse exilii tempus in Eubuli magistratum. Ἴστρος φησὶν αὐτὸν φυγεῖν κατὰ ψήφισμα Εὐβούλου, καὶ κατελθεῖν κατὰ ψήφισμα τοῦ αὐτοῦ. *Ister ait eum fugisse ex decreto Eubuli, & reversum esse ex decreto ejusdem*. Verum hic iterum omnino mendum esse in nomine archontis ostendemus. Obiit Xenophon Olymp. cv. anno i. archonte Callidemide. Anonymus, quem laudavi, in isto anno. ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΗΣ. Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου κατέστρεψε τὸν βίον. *CALLIDEMIDES. Xenophon Grylli finivit vitam*. Et Diogenes etiam alibi. Κατέστρεψε δὲ, καθά φησι Στησικλείδης, ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ, ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου. *Finivit autem, prout ait Stesiclides Athenienfis in archontum, & Olympionicarum recensione, anno primo quintæ & centesimæ Olympiadis archonte Callidemide*. Atqui Eubulus magistratum demum gessit totis annis quindecim post, id est, Olymp. cviii. anno iv. Ergo satis manifestus mendi locus Diogenis; censeoque restituendum. Κατὰ ψήφισμα Εὐβουλίδου, *ex decreto Eubulidæ*. Eubulides fuerit, non Eubulus; qui Athenis magistratum summum gessit Olymp. xcvi. anno iii. ut discimus ex Anonymo, jam aliquoties laudato, & Diodoro Siculo *lib.* xiv. Obiter vero, quando per hanc occasionem de morte Xenophontis dixi, admonendum, variari archontis nomen istius anni; Callimedemque eum vocari, non Callidemidem, apud Diod. Siculum, initio *lib.* xvi. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιμήδου, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη πέμπτη πρὸς ταῖς ἑκατόν. *Nam, archonte Athenis Callimede, Olympias quidem acta fuit quinta supra centum*. Eodem modo apud Dionysium Halicarnasseum in *Dinarcho*.

CAP. XXVIII.

Πεντηκοστή. Πεντηκοστεύεσθαι Πεντηκοστεῖν. *Suidas emendatus. Quale illud tributum fuerit, & quantum inde ærario redierit.*

APUD Athenienses inter cætera tributa, Πεντηκοστὴ erat; quam qui pendebant, Πεντηκοστεύεσθαι, qui exigebant, Πεντηκοστολογεῖν, dicebantur. Suidas. Πεντηκοστὴ, καὶ Πεντηκοστεύεσθαι, καὶ Πεντηκοστολόγοι. Πεντηκοστὴ μὲν, τὸ τέλος ὃ τελοῦσι. Πεντηκοστολόγοι δὲ, οἱ τοῦτο ἐκλέγοντες. Πεντηκοστεύεσθαι δὲ, τὸ πράττεσθαι τὴν Πεντηκοστήν. ταῦτα δὲ ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῷ Κατὰ Μειδίου, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφήν. Δημοσθένης καὶ Ὑπερίδης ἐν τῷ Περὶ τῶν Εὐβούλου δωρεῶν. *Quinquagesima, & Quinquagesimam solvere, & collectores Quinquagesimæ. Quinquagesima quidem vectigal quod solvunt. Quinquagesimæ autem collectores, qui id exigunt. Quinquagesimari vero, exigi Quinquagesimam. Hæc vero licet invenire in oratione contra Midian, & in altera contra exceptionem Lacriti. Demosthenes & Hyperides in oratione de Eubuli donationibus*. Sed mendum illic est, scribendumque, Καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν Δημοσθένους. καὶ Ὑ- *Et in oratione Demosthenis contra Lacriti exceptionem; & H.* Habes totidem pene verbis apud Harpocrationem. Pollux *lib.* ii. *cap.* iv. *sect.* xxiv. Δεκατηλόγους δὲ, καὶ Πεντηκοστηλόγους, εἴπε Δημοσθένης. *Decimæ vero collectores, & Quinquagesimæ collectores, dixit Demosthenes*, Iterum *lib.* ix. *cap.* v. Πεντηκοστολόγοι, καὶ Πεντηκοστολογεῖν, ἐν Φιλωνίδου Κοθόρνοις ἐστὶν εἰρημένον. *Quinquagesimæ collectores, & Quinquagesimam exigere, in Philonidæ Cothurnis est dictum*. Quidnam autem tributi fuerit, nomen loquitur; & diserte Auctor *Etymologici* explicat: qui ait, mercium peregrinarum, quotquot Pyræeum appellerent, quinquagesimam mercatoribus indictam fuisse. Verba ecce ejus ista, *in* Πεντηκοστευόμενον. Τῶν εἰσαγομένων εἰς τὸν Πειραιᾶ φορτίων ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς Πεντηκοστὴν ἐτέλουν οἱ ἔμποροι. *Mercium quæ in Piræeum devehebantur ex aliena regione Quinquagesimam solvebant mercatores*. Et animadvertere est apud Demosthenem Orat. *adversus Lacritum*. Οὗτοι δὲ περιεπάτουν ἐν τῷ Δείγματι τῷ ἡμετέρῳ· καὶ ἡμεῖς προσιόντες διελεγόμεθα, καὶ ἐκελεύομεν τούτους ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἂν ὡς τάχιστα ἀπολάβοιμεν τὰ χρήματα. οὗτοι δὲ ὡμολόγουν τε, καὶ ἔλεγον. ὅτι αὐτὰ ταῦτα περαίνοιεν. καὶ ἡμεῖς τούτοις προσῆμεν, καὶ ἄλλα ἐπεσκοποῦμεν, εἴτι ἐξαιροῦνται ποθὲν ἐκ τοῦ πλοίου, ἢ πεντηκοστεύονται. ἐπειδὴ δὲ ἡμέραι τε ἦσαν συχναὶ ἐπιδημοῦσι τούτοις, ἡμεῖς τε οὐδ' ὁτιοῦν εὑρίσκομεν οὔτε ἐξῃρημένον, οὔτε πεντηκοστευόμενον ἐπὶ τῷ ὀνόματι τούτων, ἐνταῦθα ἤδη μᾶλλον προσεκείμεθα ἀπαιτοῦντες. *Illi vero ambulabant in Digmate nostro: & nos accedentes collocuti fuimus, jussimusque eos curare, ut quam celerrime reciperemus pecunias. Illi vero consenserunt, dixeruntque se illud effecturos. Et nos illis adfuimus, & alia inspiciebamus, si quid alicunde ex navi eximeretur, aut quinquagesima exigeretur. Sed postquam dies erant satis multi illis hic agentibus, neque nos quicquam invenimus vel exemptum vel quinquagesimæ prætextu solutum nomine illorum, ibi jam magis institimus exigentes*. Meminit etiam Lycurgus Κατὰ Λεωκράτους. Ἔτι δὲ καὶ πεντηκοστῆς μετέχων ἐτύγχανεν, ἣν οὐκ ἂν καταλιπὼν κατ' ἐμπορίαν ἀπεδήμει. *Sed præterea etiam quinquagesimæ particeps fuit, quam non sane relicturus in mercaturam abiit*. Iterum. Ὡς καὶ μεγάλα καὶ βλάβους εἴη, τῆς πεντηκοστῆς μετέχων αὐτοῖς. *Ut etiam magna & damno forent, quinquagesimæ illis particeps*. Sed quanti ex hoc tributo reditus? Observo talenta circiter triginta. Ecce enim apud Andocidem in *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἀργύριος γὰρ οὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος, καὶ ἐπρίατο τριάκοντα ταλάντων. *Argyrius enim iste, pulcher & bonus archon, unus fuit quinquagesimæ tertio anno, & emit triginta talentis.*

CAP. XXIX.

Euthymus pugil, non luctator; ter victor, semel victus. Demosthenes, Anonymus in Descript. Olymp. *Plinius, & Suidas, restituti. Theagenes ter Pythionica, non Olympionica. Dionis Chrysostomi* ἁμάρτημα μνημονικὸν *indicatum.*

NON leviter corruptus est Demosthenis locus in Orat. *adversus Midiam*. Εὔθυμον τὸν παλαίσαντά ποτε, ἐκεῖνον τὸν νεανίσκον, καὶ Σώφιλον τὸν παγκρατιαστήν. *Euthymum quondam palæstritam, illum adolescentem, & Sophilum pancratiasten*. Ac primum rescribo, Εὔθυμον τὸν π. *Euthymum pal.* Euthymus enim, non Euthynus, dicebatur. Plinius *lib.* vii. *cap.* xlviii. *Consecratus est vivus sentiensque oraculi ejusdem jussu, & Jovis deorum summi astipulatu, Euthymus pycta, semper Olympiæ victor, & semel victus*. Ælianus *Var. Hist.* lib. viii cap. xviii. Εὔθυμος ὁ Λοκρὸς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, πύκτης ἀγαθὸς ὤν, ῥώμῃ τε σώματος πεπίστευται θαυμασιώτατος γενέσθαι. *Euthymus Locrensis, ex Locris qui sunt in Italia, pugil egregius erat, & robore corporis creditus fuit perquam admirabilis fuisse*. Et observa, pugilem vocari a Plinio pariter atque Æliano, cum Demosthenes luctatorem eum dicat. Certe pugilem etiam Suidas fuisse tradit. Εὔθυμος, Λοκρὸς τῶν Ἐπιζεφυρίων. ὃς ἠγωνίσατο πὺξ πρὸς Θεαγένην τὸν Θάσιον καὶ ὑπερεβάλλετο μὲν ὁ Θεαγένης ἐπηρεάσας τὸν Εὔθυμον. οὐ μέντοι ἐπαγκρατίῳ λαβεῖν ἠδυνήθη τὸν κότινον, προκατειργασμένος ὑπὸ Εὐθύμου. ἐνίκησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας

τρεῖς, καὶ ἐστεφανώθη, τοῦ Θασίου μὴ καταστάντος οἱ ἐς πυγμὴν, ἀλλ' ἑτέρων. *Euthymus Locrensis Epizephyriorum qui certavit pugilatu contra Theagenen Thasium; & superavit quidem Theagenes, debilem faciens Euthymum. Non tamen in pancratio potuit nancisci coronam oleastri, ante debellatus ab Euthymo. Euthymus vero vicit insequentes Olympiadas tres, & coronatus fuit; Thasio non congresso cum eo pugilatu, sed aliis.* Decertavit autem Olympiadibus continuis quatuor, LXXIV. LXXV. LXXVI. LXXVII. Ac primo certamine cum vicisset, secundo victus, tertio & quarto rursum vicit. Legimus rem totam apud Pausaniam *Eliac.* lib. II. Τοῦτου μὲν δὴ (τοῦ Ἀστυκλέους) παῖδα εἶναι λέγεται τὸν Εὔθυμον. ἀνελομένῳ δὲ οἱ πυγμῆς ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκην τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι, οὐ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Ὀλυμπιάδα ἔμελλε χωρήσειν. Θεαγένης γὰρ ὁ Θάσιος, Ὀλυμπιάδι ἐθέλων τῇ αὐτῇ πυγμῆς τε ἀνελέσθαι καὶ παγκρατίου νίκας, ὑπερεβάλλετο πυκτεύων τὸν Εὔθυμον. οὐ μὴν οὐδὲ ὁ Θεαγένης ἐπὶ τῷ παγκρατίῳ λαβεῖν ἠδυνήθη τὸν κότινον, ἅτε προκατεργασθεὶς τῇ μάχῃ πρὸς τὸν Εὔθυμον. *Hujus quidem (Astyclis) filium esse dicitur Euthymum. Qui quum abstulisset pugilatu Olympiæ victoriam Olympiade quarta supra septuaginta, non ei cessura res erat pari modo Olympiade sequente. Theagenes enim Thasius, cupiens eadem Olympiade & pugilatus & pancratii auferre palmas, superabat pugil Euthymum. Attamen nec Theagenes in pancratio potuit nancisci coronam oleastri, quippe defatigatus pugna contra Euthymum.* Et mox. Ἕκτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα, τὸ μὲν τῷ θεῷ τὸ ἀργυρίου γινόμενον ἐξέτισεν ὁ Θεαγένης, καὶ ἀμειβόμενος αὐτὸν οὐκ ἐσῆλθεν ἐπὶ τὴν πυγμήν. καὶ ἐπ' ἐκείνης τε αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς μετ' ἐκείνην Ὀλυμπιάδος τὸν ἐπὶ πυγμῇ στέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος. *Sed sexta Olympiade supra septuaginta, argenti, quod Deo debebatur exsolvit Theagenes, & commutans eum non ingressus fuit ad pugilatum; & tum illa ipsa, tum sequente istam Olympiade coronam ex pugilatu obtinuit Euthymus.* Ecce, semper pugilatu decertavit hicce Euthymus, nunquam lucta. Nam Anonymus, apud quem bis luctatus legitur, duabus nempe postremis illis Olympiadibus, omnino vitii manifestus est. Inspiciamus. In Olympiade LXXIV. hæc notat. Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος ἀνδρῶν πυγμήν. *Euthymus Astyclis Locrus Epizephyrius virorum pugilatum.* In Olympiade LXXVI. Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πάλην τὸ δεύτερον. *Euthymus Astyclis Locrus Epizephyrius luctam secundum.* Atqui prima ejus victoria fuit pugilatu, quomodo secundum lucta vicit? Igitur erravit manus oscitantis librarii, scribendumque, Εὔ. Α. Λ. Ἐπιζεφύριος πυγμὴν τὸ β΄. *Eu. A. L. Epizephyrius pugilatum ſ.* Sic in Olympiade sequenti LXXVII. Εὔθυμος Ἀστυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πάλην τὸ τρίτον. *Euthymus Astyclis filius Locrus Epizephyrius luctam tertium.* Idem error est commissus, iterumque rescribendum, Πυγμὴν τὸ τρίτον, *pugilatum tertium.* Sine dubio idem peccatum a librario in Demosthene est commissum, rescribendumque omnino erit. Εὔθυμον τὸν πυκτεύσαντά ποτε. *Euthymum qui pugilatu quondam certavit.* Et in Plinio quoque mendum necessario est. Attendamus enim verba. *Euthymus pycta, semper Olympiæ victor, & semel victus.* Quo pacto. quæso, semper victor ille dicetur, qui semel victus? Emendaverim, *Euthymus pycta, sed ter Olympiæ* v. Quater decertavit Euthymus: ac semel victus, ter victoriam reportavit. Verum neque in Suida recte est; Ἐνίκησε δὲ Εὔθυμος τὰς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας τρεῖς, καὶ ἐστεφανώθη. *Vicit autem Euthymus insequentes Olympiadas tres, & coronatus fuit.* Nam neque tres ex ordine victorias retulit; quando medio inter primam & secundam certamine victus a Theagene Thasio ipse fuit: neque, quod dicere velle videtur, post secundum certamen ter vicit, sed bis duntaxat. Ergo rescripserim, Τὰς ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας δύο, *insequentes Olympiadas duo.* Origo mendi fuerit a confusione numerorum β΄. & γ΄. Sed quia in Theagenis Thasii mentionem incidimus. amplius aliquid de eo nobis est dicendum. Celeberrimus ille fuit pluribus victoriis; adeoque ut semel Olympiis, ita ter Pythiis, novies Nemeis, decies Isthmiis, pugilatu pancratiove victor evasit. Tradit Pausanias *Eliac.* lib. II. Τὴν δὲ Ὀλυμπιάδα τὴν ἐπὶ ταύτῃ παγκρατιάζων ὁ Θεαγένης ἐκράτει. γεγόνασι δ' αὐτῷ καὶ Πυθοῖ νῖκαι τρεῖς, αὗται μὲν ἐπὶ πυγμῇ, Νεμείων δὲ ἐννέα, καὶ Ἰσθμίων δέκα, παγκρατίου τε ἀναμὶξ καὶ πυγμῆς. *Olympiadem vero sequutam pancratio certans Theagenes obtinuit. Sed etiam contigerunt ei in Pythiis victoriæ tres, hæ quidem ex pugilatu, Nemeorum vero novem, & Isthmiorum decem, nunc pancratii, nunc pugilatu.* Memoria lapsus est Dion Chrysostomus, qui Olympiis ter vicisse eum tradit. Locus exstat *Orat.* XXXI. Θεαγένης ἦν Θάσιος ἀθλητής. οὗτος ἐδόκει ῥώμῃ διενεγκεῖν τοὺς καθ' ἑαυτόν. καὶ δὴ σὺν ἑτέροις πολλοῖς, καὶ τὸν Ὀλυμπιάσι τρὶς εἰλήφει στέφανον. *Theagenes erat Thasius athleta. Iste videbatur robore antecellere suos æquales; & cum multis aliis etiam Olympiadibus ter accepit coronam.*

CAP. XXX

Balnea Serangii, & Thrasylli. Utraque terræ Atticæ loca; illud Piræei, hoc Amphitropæ. Harpocrationis explicatio rejecta.

BALNEA duo in agro Attico animadverto; unum Serangii, in Piræeo: alterum Thrasylli, in Amphitropensi populo. De Serangio, ecce Hesychius. Σηράγγιον, βαλανεῖον, *Serangium, balneum*, Meminitque Isæus in *Orat.* Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. Ἀποδίδοται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονοῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Ἀντιφάνει· τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Ἀριστολόχῳ. *Reddit agrum quidem Athmonensem, quinque & septuaginta minis Antiphani: balneum vero in Serangio tribus millibus Aristolocho.* Erat autem Serangium locus Piræei. Suidas Σηράγγιον, χωρίον τοῦ Πειραιῶς. *Serangium, regiuncula Piræei.* Harpocration. Σηράγγιον Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος χωρίον τι τοῦ Πειραιῶς οὕτως ἐκαλεῖτο. μνημονεύει δ' αὐτοῦ καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γεωργοῖς. *Serangium. Lysias in oratione contra Androtionem; regiuncula quædam Piræei ita vocabatur. Meminit vero ejus quoque Aristophanes in Agricolis.* De Thrasylli vero balneo, elegans locus est Alciphronis, in Epistola Platylæmi *ad Erebintholeontem.* Ὡς οὖν ᾐσθόμην οὐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητὸν, δραμὼν ἐπὶ τὸ Θρασύλλου βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὗρον τοῦτο κενόν. καὶ καταλαβὼν ὀβολοὺς δύο, καὶ τὴν βαλανέα τούτοις ἵλεων καταστήσας, ἐθερόμην ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν μὲν πηγυλὶς διεδέξατο, καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους τοῦ μεταξὺ διεροῦ παγέντος πρὸς ἀλλήλους ἐδέδεντο οἱ λίθοι. *Ut igitur sensi non esse mihi ad ista adeundi licentiam, cursu sumpto ad Thrasylli balneum privatarum ædium, inveni illud vacuum: & erogans duos obolos, iisque balnearium propitium reddens, calefaciebam me usque dum madidam nivem quidem exciperet adstringens gelu, & per istud frigus humore qui medius fuerat compacto sibi invicem illigarentur lapides.* Thrasyllum autem erat locus quidam Amphitropæ, quemadmodum Aulon. Observo apud Æschinem *in Timarchum.* Φοβηθεὶς γὰρ τὰς λειτουργίας, ἀπέδοτο ἃ ἦν αὐτῷ κτήματα ἄνευ τῶν ἀρτίως εἰρημένων χωρίων. Κηφισιᾶσιν ἕτερον ἀγρὸν, Ἀμφιτροπῆσιν ἐργαστήρια δύο ἐν τοῖς ἀργυρείοις, ἓν μὲν ἐν Αὐλῶνι, ἕτερον δὲ ἐπὶ Θρασύλλῳ. *Metuens vero publica ministeria vendidit quas habebat possessiones absque illis, qui modo dicti sunt, fundis: Cephisiis alium agrum, Amphitropis officinas duas in argenti metallis, unam quidem Aulone, aliam vero ad Thrasyllum.* Meminit

ejus etiam Demoſthenes Orat. *in Pantænetum*. Καταςήσας Αντιγένlω, τ̄ ἑαυτȣ̃ οἰκέτlω εἰς τὸ ἐργαςήριον τὸ ἐμὸν, τὸ ἐπὶ Θρασύλλῳ, κύϱιον τῶν ἐμῶν, ἀπαγορεύοντος ἐμοῦ. *Conſtituens Antigenem ſervum ſuum ad officinam meam, quæ eſt ad Thraſyllum, dominum mearum rerum, recuſante me.* Nec puto recte ſentire Harpocrationem, qui interpretatur; Επὶ τῷ Θρασύλλȣ μνήματι, *ad Thraſylli, ſepulchrum.*

CAP. XXXI.

Ceres Γεφυραῖα. *Stephanus emendatus. Gephyræi unde Athenas advenerint, atque ubi ſedem ſibi acceperint. Ceres* Αχαία, *unde dicta.* Γεφυρίδες. *Pons inter Athenas & Eleuſinem, e quo convitia ſparſa in myſtas.* Γεφυρίζειν. Γεφυϱιςαί. Γεφυϱισμοί. *Ammonius correctus.*

GRAVI mendo inſeſſus eſt quidam Stephani locus. Γέφυρα, πόλις Βοιωτίας. τȣ̀ς ἀυτȣ̀ς ᾗ φασι ϗ Ταναγραίȣς, ὡς Στράβων, ϗ Εκαταῖος. ἀφ' ȣ̃ ϗ Γεφυραῖα ἡδύν. *Gephyra, urbs Bœotiæ. Hos ipſos vero dicunt * etiam Tanagræos *, ut Strabo & Hecatæus; unde etiam Gephyræa bedyn.* Certe monſtrum verbi eſt poſtremum illud, ἡδύν. Aut plurimum fallor, aut vere corrigendum cenſeo, Αφ' ȣ̃ ϗ Γεφυραῖα ἡ Δηώ. *Unde etiam Gephyræa Deo, vel Ceres.* Ceres ibi colebatur, a loco Γεφυραῖα dicta. *Etymologici* Auctor. Γεφυρεῖς, δῆμος Αττικός. ὅθεν ϗ Γεφυραῖα Δημήτηρ. *Gephyrenſes, populus Atticus unde etiam Gephyræa Ceres.* Appellat autem δῆμοι Αττικὸν, tanquam Atticæ habitatorem; nam inter veteres veroſque ejus regionis populos minime fuit, itaque nos libello noſtro *De Populis Atticæ* nuper in catalogo eorum non poſuimus. Hoc ideo moneo, ne quis nobis, ceu commiſſum imperitia, improperet. Unde autem, & quomodo ad Athenienſes venerit, certis tantum conditionibus ab ipſis accepti, tradit Herodotus *lib.* v. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι, τῶν ἔσαν οἱ φονέες Ιππάρχȣ, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγȣσιν. ἐγεγόνεσαν ἐξ Ερετρίης τlὼ ἀρχlὼ. ὡς δὲ ἐγὼ ἀναπυνθανόμενος, εὑρίσκω ἔσαν Φοίνικες τῶν σὺν Κάδμῳ ἀπικομένων Φοινίκων ἐς γlῶ τlὼ νῦν Βοιωτίαν καλεομένlω. οἴκεον δὲ τ̄ χώρης ταύτης ἀπολαχόντες τlὼ Ταναγρικlὼ μοίρlω. ἐνθεῦτεν δὲ Καδμείων πρότερον ἐξαναςάντων ὑπ' Αργείων, οἱ Γεφυραῖοι ȣ̃τοι δεύτερα ὑπὸ Βοιωτῶν ἐξαναςάντες ἐτράποντο ἐπ' Αθlωαίων. Αθηναῖοι δὲ σφέας ἐπὶ ῥητοῖσι ἐδέξαντο, σφέων αὐτῶν εἶναι πολιήτας, πολλῶν τέων καὶ ȣ̉κ ἀξιαπηγήτων ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι. *Gephyæi vero, ex quibus erant interfectores Hipparchi, ut quidem ipſi dicunt, venerunt a principio ex Eretria: ut autem ego inquirens reperio, erant Phœnices, ex iis Phœnicibus qui cum Cadmo venerunt in terram nunc Bœotiam appellatam. Habitabant autem ſortitione nacti regionis ejus partem Tanagricam. Hinc vero quum antea Cadmei expulſi eſſent ab Argivis, Gephyræi iſti ſecunda vice ab Bœotis ejecti converſi ſunt ad fines Athenienſium. Athenienſes autem eos certis conditionibus receperunt, ut eſſent ſui cives, multis quibuſdam nec dictu memorabilibus abſtinere injungentes.* Et templum ſeorſim, ut quibuſdam aliis diis, ita Cereri exſtruxerunt; quæ Αχαία ab ipſis cognominata. Herodotus *loco citato*. Οἱ δὲ Γεφυραῖοι ὑπολειφθέντες ὕςερον ὑπὸ Βοιωτῶν, ἀναχωρέȣσι ἐς Αθlώας. καί σφι ἱρὰ ἐςι ἐν Αθlώῃσι ἱδρυμένα, τ̄ ȣ̉δὲν μέτα τοῖσι λοιποῖσι Αθηναίοισι, ἄλλα τε κεχωρισμένα τῶν ἄλλων ἱρῶν καὶ δὴ ϗ Αχαιΐης Δήμητρος ἱρόν τε καὶ ὄργια. *Sed Gephyræi relicti deinde ab Bœotis, diſcedunt Athenas: & ſunt ipſis fana condita Athenis, quibus nihil ad reliqua Athenienſia; & alia ſegregata ab aliis fanis, tum & Cereris Achajæ templum, & ſacra.*

* Nam male citavit Meurſius φησι, Ταναργαίȣς.

Mentio ejus apud Ariſtophanem in *Acharnenſibus*.

Οὐδ' ἂν τὴν Αχαίαν ῥαδίως ἠνέχετο.
Neque ipſam Achæam facile tolerabat.

Ubi Scholiaſtes. Οὐδὲ τ̄ Δήμητρος ἠνέχετο, ἡνίκα ἦν νέος. Αχαίαν δὲ τὴν Δήμητρα ἐκάλȣν, ἀπὸ τȣ̃ κτύπȣ τ̄ κυμβάλων ϗ τυμπάνων, τȣ̃ γενομένȣ κατὰ ζήτησιν τῆς Κόρης. ἢ ἀπὸ τȣ̃ ἤχȣ ὃν παρεῖχον ἐν τοῖς περὶ τὴν θυγατέρα ἄχους. *Neque ipſam Cererem ſuſtinebant, quum fuit adoleſcens. Achæam vero vocabant Cererem ab ſtrepitu cymbalorum & tympanorum, quem fecit in veſtigatione Proſerpinæ; vel ab ſono quem præbebant in illis per pontem Athenas gradientibus; aut ab mœrore circa filiam.* Etymologici Auctor. Αχαία, ἡ Δημήτηρ παρὰ Αττικοῖς εἴρηται παρὰ τὸ ἄχος τ̄ Κόρης. ἢ ὅτι μετὰ κυμβάλων ἠχȣ̃σα τὴν Κόρην ἐζήτει. *Achæa, Ceres apud Atticos: dicta eſt ob mœrorem Proſerpinæ; aut quod cum cymbalis ſonans quærebat Proſerpinam.* Et quæ ſequuntur. Vide etiam Heſychium *in* Αχαία. Atque hæc eſt, quæ ab Athenienſibus, quod a Gephyræis coleretur, vocabatur. Quia vero peregre advenæ Gephyræi, ut jam dixi; hinc Γεφυρίδες etiam dicebantur mulieres peregrinæ, atque aliunde introductæ. Suidas. Γεφυρίς, ξένη, καὶ ἐπείσακτος. οἱ γὰρ Γεφυραῖοι ξένοι ϗ ἐπήλυτοι ὄντες Αθlώῃσιν ᾤκησαν. *Gephyris, peregrina & aliunde introducta. nam Gephyræi peregrini, & advenæ quum eſſent Athenis habitarunt.* Nomen illis *Etymologici* Auctor aſſignat a ponte, per quem myſtæ Eleuſinem irent. Εἴρηται ἀπὸ τȣ̃ ἔχειν γέφυραν, δι' ἧς ἐπὶ Ελευσῖνα κάτεισιν οἱ μύςαι. *Dicta eſt ab eo quod haberet pontem, per quem deſcendunt Eleuſina myſtæ.* Sed, ut jam a me oſtenſum eſt, ita nuncupati fuerunt, priuſquam in Atticam venirent. Hoc tamen ex eo loco diſcimus, ubinam illis Athenienſes ſedem dederint; nempe ad pontem inter Athenas & Eleuſinem. Cephiſſus enim illic fluvius Athenas & Eleuſinem dirimebat, itaque ut iter ultro citroque commeantibus eſſet, ponte hoc ſtratus ille fuit. Obſervo apud Strabonem *libro* IX. Ποταμοὶ δ' εἰσὶν, ὁ μὲν Κηφισσὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων, ῥέων δὲ διὰ τȣ̃ πεδίȣ, ἐφ' ȣ̃ ϗ οἱ γεφυϱισμοί. διὰ δὲ τῶν σκελῶν, τῶν ἀπὸ τȣ̃ ἄςεος εἰς τ̄ Πειραιᾶ καθηκόντων, ἐκδίδωσιν εἰς τὸ Φαληρικόν. *Fluvii autem ſunt, Cephiſſus quidem ex Trinemenſibus habens initia, fluens vero per campum, in quo etiam pons, & iſtæ ſubſannationes, Sed per crura, quæ ab urbe pertinent ad Piræeum, exonerat ſe in Phalericum.* Ergo per hunc pontem neceſſario quoque tranſibant qui myſteria celebrare vellent myſtæ. Sedebantque in eo, qui iſto feſto tranſeuntes convitiis inceſſerent. unde factum, ut Γεφυρίζειν uſurpantur pro Convitiari. Suidas, Γεφυρίζων, χλευάζων. *In ponte verſans, ſubſannans, vilipendens.* Item, Γεφυϱιςαί. Maledici. Convitiatores. Heſychius. Γεφυϱιςαί. οἱ σκῶπται. ἐπεὶ ἐν Ελευσῖνι ἐπὶ τ̄ γεφύρας τοῖς μυςηρίοις καθεζόμενοι ἔσκωπτον τȣ̀ς παριόντας. *Gephyriſtæ, vel pontani, convitiatores: quoniam in Eleuſine in ponte per myſteria conſidentes convitiabantur tranſeuntes.* Et Γεφυρισμοὶ, in citatis Strabonis verbis. Apud Ammonium *De diff. Voc.* ſcribitur Γεφυριασμός, & alia quoque origo datur. Σκῶμμα Γελοίȣ, Εὐτραπέλȣ, καὶ Γεφυϱιασμȣ̃ διαφέρει. *Convitium differt ab ridiculo, verſuto, & pontis dicterio.* Et mox. Γεφυϱιασμὸς δὲ, ἀπὸ τȣ̃ τοῖς Αθήνησιν ἐπὶ τῶν γεφυρῶν ἐπιγράφειν ἤτοι ἔμμετρα, ἢ ϗ δίχα μέτρων, ἀποσυρμȣ̀ς τινῶν. *Pontis dicterium eſt ab eo quod Athenis in pontibus inſcriberent aut carmina ad metrum compoſita, aut etiam ſine metris, nempe deriſiones quorundam.* Sed ſcribendum eſt Γεφυρισμοῦ, & Γεφυρισμός; nam Γεφυρίζω dicebant, non Γεφυϱιάζω. Præterea Γεφυρισμοὶ indigetabantur, ut videtur, ab hac actione, ipſi feſti

Eleusinii dies: quibus sacra ducentes, ac reducentes, per pontem istum commearent. Observo apud Ælianum *Hist. Anim.* lib. IV. cap. XLIII. Καὶ τὶ δεῖ καταλέγειν τε, καὶ ἐπαντλεῖν τὸν τοιοῦτον ὄχλον; κεκήρυκται γὰρ Διονύσια, καὶ Λήναια, καὶ Χύτροι, καὶ Γεφυρισμοί. *Et quid oportet enumerare, & adhaurire tantam turbam? Calata enim sunt Bacchanalia, & Lenæa, & Chytri, & Pontis dicteria.*

CAP. XXXII.

Eumenidibus sacra cum silentio facta; præfectisque iis Ἡσυχίδαι. *Hesychus heros, eique aries semper prius immolatus. Fanum idem ubi habuerit.* Κιμώνιον τεῖχος: *pars muri, qui arcem cingebat. Unde nomen acceperit. Novem juxta eum portæ. Polemonis locus apud Schol. Sophoclis emendatus.* Ἀνήτειραι. *Eumenidum templo qui prohibiti. Hesychius correctus.*

EUMENIDIBUS summo cum silentio sacra faciebant. Hinc sunt illa Sophoclis *Oed. Col.*

Ὡς σφᾶς καλοῦμεν Εὐμενίδας. ἐξ εὐμενῶν
Στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον,
Αἰτοῦ σύ γ' αὐτὸς, κεἴτις ἄλλος ἀντὶ σοῦ,
Ἄπυστα φωνῶν, μηδὲ μηκύνων βοήν.
Ut eas vocamus Eumenidas, ex propitiis
Cordibus accipere supplicem incolumem,
Pete tu & ipse, & quicunque alius pro te,
Inexplorata clamans, neque producens clamorem.

Ubi Scholastes. *Ἄπυστα φωνεῖν, ἀνήκουστα, ἀντὶ τοῦ, ἠρέμα, καὶ συντόμως, τοῦτο ἀπὸ τῆς δρωμένης θυσίας ταῖς Εὐμενίσι φησί. μετὰ γὰρ ἡσυχίας τὰ ἱερὰ δρῶσι. Inexplorata clamans, inaudita; hoc est, tacite & breviter. Illud ab sacrificio quod peragitur Eumenidibus dicit. Nam cum quiete faciunt sacra.* Hinc Ἡσυχίδαι, qui ab Hesychio heroe genus ducebant, sacris istis faciendis præfecti. Scholiastes ille *ibidem*, *Καὶ διὰ τοῦτο οἱ ἀπὸ Ἡσύχου καταγόμενοι θύουσιν αὐταῖς Et propterea ab Hesycho deducentes genus sacrificant eis.* Polemon in Opere quod inscripserat, Τὰ περὶ Ἐρατοσθένην. Τὸ δὲ τῶν Εὐπατριδῶν γένος οὐ μετέχει τῆς θυσίας ταύτης (τῶν Εὐμενίδων,) *Sed Patriciorum genus non habet partem istius sacrificii (Eumenidum.)* Et mox. Τῆς δὲ πομπῆς ταύτης Ἡσυχίδαι. ὃ δὴ γένος ἐστὶ παρὰ τὰς Σεμνὰς θεὰς, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχει. καὶ προθύονται πρὸ τῆς θυσίας ταύτης κριὸν Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρωι, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν. οὗ τὸ ἱερόν ἐστι παρὰ τὸ Κυδώνιον, ἐκτὸς τῶν ἐννέα πυλῶν. *Hujus autem pompæ Hesychidæ; quod genus est apud Venerabiles Deas, & habet principatum; & ante istud sacrificium immolant sacrum arietem Hesycho heroi, ita eum vocantes propter bonum nominis omen, cujus fanum est ad Cydonium extra novem portas.* Ecce sacris istis Eumenidum præfecti Hesychidæ; &, priusquam illis facerent, arietem Hesycho, generis sui auctori, immolabant: eratque fanum ejus ad Cydonium, extra novem portas. Sed de Cydonio, corruptus locus est, neque enim temere Athenis invenias. Legendum vero, παρὰ τὸ Κιμώνιον, *ad Cimonium*, Nam Athenis Κιμώνιον, τεῖχος *Cimonius murus*, dicebatur, ea pars muri, quæ arcem ambibat, a Cimone extructa; quemadmodum Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus*, quam Pelasgi ædificarant. Nam murus arcis partim a Cimone conditus, Miltiadis filio; partim a Pelasgis. Pausanias in *Atticis*. Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγούς. *Sed arci, nisi in quantum ejus circumdedisse dicitur Pelasgos.* Jam novem illic portas fuisse, de quibus loquitur, clarum ex Clidemi verbis apud Suidam in Ἄπεδα. *Καὶ ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. Et arcem complanarunt circumjecerunt vero illud novem portarum Pelasgicum.* Ad τοὺς Ἡσυχίδας quod attinet, meminit eorum etiam Callymachus.

Νηφάλιαι καὶ τῇσιν ἀεὶ μελιηδέας ὄμπας
Ἀνήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.
Sobriæ etiam illis semper mellita liba
Sacerdotes adolere sortitæ sunt Hesychidæ.

Et doctissimus Grammaticus Hesychius. *Ἡσυχίδαι, γένος Ἀθήνησιν ἰθαγενῶν. Hesychidæ, genus Athenis indigenarum.* Meminit quoque Apollodorus apud citatum Scholiasten *De diis*, lib. XVII. *Καὶ Ἀπολλόδωρος δὲ ἐν τῇ περὶ θεῶν ἑπτακαιδεκάτῃ περὶ τοῦ τῶν Ἡσυχιδῶν γένους, καὶ τῆς ἱερᾶς, φησί. Et Apollodorus vero in septima decima de diis de Hesychidarum genere & sacra dicit.* Quæ vero Eumenidibus sacra facere solitæ mulieres, Ἀνήτειραι dicebantur; ut ex Hesychio docui supra, libri hujus capite primo. Occurritque earum mentio in citato Callimachi disticho.

Ἀνήτειραι καίειν ἔλλαχον Ἡσυχίδαι.

Templo vero Eumenidum harum prohibebantur, qui mortem obiisse nuntiati, justisque jam eo nomine factis, adhuc vivi, & incolumes, rediissent. Observo apud Hesychium. *Δευτερόποτμος. ὁ ὑπό τινων ὑστερόποτμος. οὕτω δὲ ἔλεγον, ὁπόταν τινὶ ὡς τεθνεῶτι τὰ νομιζόμενα ἐγένετο καὶ, ὕστερον ἀνεφάνη ζῶν. ὁ δὲ Πολέμων καὶ ἀπειρῆσθαι τοῖς τοιούτοις εἰσιέναι εἰς τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν φησὶ θεῶν. Alterum fatum habens; qui ab aliis posterius fatum habens. Sic autem dicebant, quando alicui, ut mortuo justa essent facta, & postea appareret vivus. Sed Polemon etiam interdictum esse talibus introitu in templum Venerabilium ait Dearum.* Ita locum illum, hodie corruptum, emendandum arbitror.

CAP. XXXIII.

Εὐδένομοι, *&* Εὐδάνεμος. *Ara ubi. Dionysii Halicarnassei locus assertus, & explicatus.* Κήρυκες. *Unde genus ducant. Ab Aegyptiis, translati. Quo loco habiti. Dionysii locus correctus.* Φοίνικες. *Ejus locus iterum assertus.*

INTER Orationes publicas ψευδεπιγράφους Dinarchi una commemoratur a Dionysio Halicarnasseo inscripta, *Διαδικασία Εὐδανέμων πρὸς Κήρυκας ὑπὲρ τοῦ κανῶς. Disceptatio Eudanemorum contra Cerycas (sacros præcones) pro canistris.* Postrema verba non injuria vitii suspecta habet doctissimus Sylburgius, ac de Auctoribus, quoscunque edidit, præclare meritus: initio vero non recte reponendum putat, *Διαδικασία Εὐωνυμέων, Disceptatio Euonymensium.* Non ignoro Euonymenses, Atticæ populum; & nuper de illis etiam egi libro proprio: sed eos hujus loci esse, illud nego. Nam Εὐδάνεμοι apud Athenienses dicti, qui propter Εὐδανέμου aram habitabant; quæ promiscue Εὐδανέμου nuncupata, ab eo qui sacra erat, & Εὐδανέμων, a vicinis. Erat vero in Ceramico, non longe a templo Matris deum. Observo apud Arrianum *De Exped. Alexandri*, lib. III. *Καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει ὀπίσω Ἀλέξανδρος. καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμεν ἐς πόλιν, καταντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρώου οὐ μακρὰν τῶν Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ. ὅστις δὲ μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τὸν Εὐδανέμου βωμὸν, ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα. Et has mittit Atheniensibus retro Alexander; & nunc positæ sunt istę imagines in Ceramico Athenis, qua ascendimus ad urbem, e regione maxime Matris Deorum templi, non procul ab Eudanemorum ara. Qui vero initiatus est Deabus in Eleusine, novit aram Eudanemi, in pavimento positam.* Jam Εὐδάνεμος co-

gnomentum Angeli erat. Hesychius docet. Εὐδάνεμος Ἄγγελος, παρὰ Ἀθηναίοις. *Eudanemus, nuncius, apud Athenienses*. Et Angelus hic erat Neptuni filius. Meminit Pausanias *Achaicis*. Καὶ ἀπὸ τούτου Ποσειδῶνα τῷ παιδὶ ὄνομα θέσθαι Χῖος. συγγενέσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ἑτέρᾳ νύμφῃ, καὶ γενέσθαι οἱ παῖδας Ἄγγελόν τε καὶ Μέλανα. *Et ab eo Neptunum filio nomen posuisse Chius. Coisse autem illum & cum alia nympha, & provenisse ei liberos Angelum & Melanem*. Quos vero Κήρυκας vocat Inscriptio; ita enim illic scribendm, non κήρυκας, tanquam esset appellativum; familia Atheniensis erat, a Ceryce, Mercurii filio, oriunda. Hesychius *in* Κήρυκες. Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ γένος ἰθαγενῶν, ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ. *Sed vocabatur etiam genus indigenarum, ab Ceryce Mercurii filio*, Suidas. Κήρυκες, γένος ἐν Ἀθήναις, ὠνομασμένον ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ. *Ceryces, familia Athenis, nominata ab Ceryce Mercurii filio*. Translatos eos ab Aegyptiorum pastophoris tradit Diodorus Siculus *lib.* I. Τοὺς μὲν γὰρ Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον ἱερέων μετενηνέχθαι, τοὺς δὲ Κήρυκας ἀπὸ τῶν παστοφόρων. *Nam Eumolpidas quidem ab sacerdotibus in Aegypto translatos, Cerycas vero ab pastophoris, vel thalamiferis*. Censebanturque in numero coquorum, & victimariorum. Elegans hac de re locus est apud Athenæum *lib.* XIV. Ὅτι δὲ σεμνὸν καὶ ἡ μαγειρική, μαθεῖν ἐστιν ἐκ τῶν Ἀθήνησι Κηρύκων. οἵδε γὰρ μαγείρων καὶ βουτύπων ἐπεῖχον τάξιν, ὥς φησι Κλείδημος ἐν Πρωτογονίας πρώτῳ. *Esse autem venerabile quid etiam artem coquinariam, discere licet ex Cerycibus Athenarum: illi enim coquorum & victimariorum obtinebant numerum, ut ait Clidemus in primo Protogeniæ*. Et mox. Ἔδρων δέ οἱ Κήρυκες ἄχρι πολλοῦ βουτυποῦντες, φησί, καὶ σκευάζοντες, καὶ μιστύλλοντες, ἔτι δ᾽ οἰνοχοοῦντες. Κήρυκας δὲ αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ὠνόμαζον. *Faciebant vero Ceryces longo tempore ferientes boves, dicunt, & apparantes, & secantes, insuper vero invergentes vina. Cerycas vero illos ab præstantiore nominabant*. Meminitque eorum Pausanias *Atticis*. Τελευτήσαντος δὲ Εὐμόλπου, Κῆρυξ νεώτερος λείπεται τῶν παίδων, ὃν αὐτοὶ Κήρυκες θυγατρὸς Κέκροπος Ἀγλαύρου καὶ Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν, ἀλλ᾽ οὐκ Εὐμόλπου. *Defuncto autem Eumolpo, Ceryx junior relinquitur ex filiis, quem ipsi Ceryces filiæ Cecropis Aglauri & Mercurii filium esse dicunt, sed non Eumolpi*. Et auctor innominatus apud Suidam *in* Εὐμολπίδαι. Ἐπηράσαντο δὲ αὐτῷ Εὐμολπίδαι, καὶ Κήρυκες. *Diris vero eum execrati sunt Eumolpidæ, & Ceryces*. Iterum. Εἶτα μέν τοι παρ᾽ οὐδὲν θέμενος τὰ σεμνὰ Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων, καὶ τῶν ἄλλων γενῶν, ἱερῶν τε ὄντων καὶ θεοφιλῶν, ἐπίρρητον δὲ καὶ θήλειαν σοφίαν προελόμενος. *Attamen deinde pro nihilo ducens venerabilia ista Eumolpidarum & Cerycum, & aliarum familiarum, quæ sacræ & numinibus gratæ habentur, sed vituperabilem ac muliebrem sapientiam anteponens*. Porro apud eundem Dionysium inter ejusdem iterum Dinarchi Orationes publicas genuinas una inscripta celebratur. Διαδικασία Φαληρέων πρὸς Φοίνικας, ὑπὲρ τῆς ἱερωσύνης τοῦ Ποσειδῶνος. *Disceptatio Phalerensium contra Phœnicas, de sacerdotio Neptuni*. Rursum Sylburgius negat convenire illic nomen Φοίνικας. Dubitat tamen, an rescribi debeat, Κήρυκας. Immo vero rectum quoque est illud Φοίνικας; nam Athenis familia quædam Φοίνικες dicta. Hesychius. Φοίνικες, γένος τι Ἀθήνησιν. *Phœnices, genus quoddam Athenis*.

JOANNIS MEURSII ATTICARUM LECTIONUM LIBER VI.

CAP. I.

Τεῖχος Πελασγικὸν *Athenis. Ubi, & a quibus conditum. Habitare illic nefas; Libanii locus illustratus. Item tondere, ac fodere; eamque in rem pœna constituta. Ejus cura ad quos pertinuerit. Novem portas habuit. Etiam* Πελαργικὸν, *cur ab Aristophane appellatum.*



ATHENIS erat Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus*. Herodotus *lib.* V. Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐπολιόρκεε τοὺς τυράννους ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχει. *Cleomenes vero in urbem veniens cum Atheniensibus illis, qui volebant liberi esse, oppugnabat tyrannos, coercitos in Pelasgico muro*. Mentio ejus apud Philostratum *Sophist.* lib. II. in *Herode*, Ἐκ κεραμεικοῦ δὲ ἄρασαν χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον. καὶ περιβαλοῦσαν αὐτὸ, παραμεῖψαι τὸ Πελασγικόν. *Ex Ceramico autem solverunt mille remis, ut cursum darent versus Eleusinium; & illo circumflexo prætergredi ad Pelasgicum*. Et Lucianum in *Bis Accusato*. Καὶ τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, εἰς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. *Et ab eo tempore, speluncam illam sub arce adeptus, habitat paulo infra Pelasgicum, inter inquilinos habitus*. Condiderunt autem Tyrrheni, & ab iis datum nomen. Hesychius. Πελασγικὸν τειχίον οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυρρηνῶν κτισάντων. *Pelasgicum murum, sic apud Athenienses vocatum, Tyrrhenis condentibus*. Atque hi Pelasgi prius dicti. Dionysius Halicarn. *Antiquit. Rom.* lib. I. Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιος τοὺς Τυρρηνούς φησι, Πελασγοὺς πρότερον καλουμένους, ἐπειδὴ κατῴκησαν ἐν Ἰταλίᾳ, παραλαβεῖν ἣν ἔχουσι προσηγορίαν. *Hellanicus autem Lesbius ait Tyrrhenos, Pelasgos primum vocatos, postquam in Italia habitarunt, assumpsisse quam habent appellationem*. Conditi ab ipsis muri hujus meminit quoque Pausanias *Atticis*; ex quo etiam discere licet, circum arcem fuisse. Ecce verba ejus Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς, οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. *Arcem vero, nisi in quantum Cimon Miltiadis filius ejus condidit, auxisse muri reliquum dicitur Pelasgos, habitantes aliquando sub arce*. Diris vero devoverant Athenienses, si quis illic habitaret. Thucydides *lib.* II. Τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον, τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν, καί τι καὶ Πυθικοῦ μαντείου ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέγον ὡς.

—— τὸ Πελισαγκὸν ἀργὸν ἄμεινον.

Et Pelasgicum vocatum id quod arci subjacet, quodque non habitare nefas erat, etiam Pythici Oraculi extremus versus hujusmodi vetabat, sic sonans.

—— Pelasgicon vacuum melius.

Hinc est illud Libanii Πρεσβευτικῷ. Εξάγιςος ἡ πόλις, ὡς ὁ Κιῤῥαίων λιμὴν, ἐπάρατος, ὡς τὸ Πελασγικὸν ἐκεῖνο. *Nefanda urbs, quemadmodum Cirrhæorum portus; execrabilis, quemadmodum illud Pelasgicon.* Causa devotionis istius, quia insidias ex illo loco Atheniensibus Pelasgi struxissent. Scoliastes *ad verba citata.* Οἱ γὰρ Πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες, ἐπεβούλευσαν τοῖς Αθηναίοις· οὓς διώξαντες πάλιν οἱ Αθηναῖοι, κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι. *Pelasgi enim illud inhabitantes, insidiati sunt Atheniensibus; quos Athenienses rursus persequuti execratione damnaverunt locum, ne ædificaretur.* Deinde, ut habitare ibi minime licitum; ita etiam tondere, ac fodere. Qui deliquisset, tribus drachmis mulctabatur. Eaque cura ad nomothetas pertinebat, qui prætori delinquentem tradebant. Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XIX. Οὗτοι (οἱ νομοθέται) παρεφύλαττον, μή τις ἐντὸς τοῦ Πελασγικοῦ κείροι, ἢ κατὰ πλέον ἐξορύττοι. καὶ τῷ ἄρχοντι δὲ παρεδίδοσαν. τὸ δὲ τίμημα ἦν τρεῖς δραχμαὶ, καὶ ἁπλοῦν τὸ βλάβος. *Illi (Legislatores) observabant, ne quis inter Pelasgicum meteret, vel ulterius foderet; & hoc archonti attribuerunt: mulcta autem erat tres drachmæ, & simplex damnum.* Habuit vero portas novem. Observo ex Clidemi verbis apud Suidam *in* Απεδα, quæ ista. Καὶ ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. *Et complanarunt arcem, cinxerunt autem Pelasgicum novem portarum.* Aristophanes *Avibus* Πελαργικὸν appellat.

Τίς δ᾽ ἂν καθέξει τῆς πόλεως τὸ Πελαργικόν;
Quis autem continebit civitatis Pelargicum?

Ubi Scholiastes. Οτι Αθήνησι τὸ Πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Quod Athenis murus Pelargicus erat in arce.* Causa, quia Tyrrheni Πελαργοὶ nuncupati Dionysius Halicarn. *loco citato.* Μύρσιλος τὰ ἔμπαλιν ἀποφαινόμενος Ελλανίκῳ, τοὺς Τυῤῥηνούς φησιν, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐξέλιπον, ἐν τῇ πλάνῃ μετενομασθῆναι πελαργοὺς, τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς εἰκασθέντας, ὡς κατὰ ἀγέλας ἐφοίτων εἰς τε τὴν Ελλάδα καὶ τὴν βάρβαρον· καὶ τοῖς Αθηναίοις τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὸ Πελασγικὸν καλούμενον, τούτους περιβαλεῖν. *Mursilus contrarium decernens Hellanico, dicit Tyrrhenos, postquam suam reliquerunt patriam, vagantes alio nomine dictos esse Pelargos, comparatos avibus, quæ vocantur Pelargi, quod gregatim proficiscebantur & in Græciam & Barbarorum regionem; & murum, qui circa Atheniensium arcem erat, Pelasgicum vocatum, hos condidisse.* Et respexit sine dubio huc Hesychius, cum inquit. Πελαργικὸν, ἀντὶ τοῦ Πελασγικόν. πελαργοὺς γάρ φασι τὴν Αττικὴν οἰκῆσαι, ἀπὸ τῶν Πελασγῶν μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πτηνά. *Pelargicum, pro Pelasgicum; Pelargos enim dicunt Atticam regionem inhabitavisse ab Pelasgis traducentes ad aves.*

CAP. II.

Harpocrationes apud Veteres quot scriptis clari. Sopater, & Aeneas Gazæus, illustrati. Aeneas etiam emendatus. Harpocrationis Lexici vera ἐπιγραφή.

HARPOCRATIONES scriptis clari quinque omnino apud Veteres fuerunt. Unus Argivus, philosophus Platonicus, Julii Cæsaris convictor. Alter sophista, Cajus dictus. Tertius Valerius, Alexandrinus, rhetor. Quartus Aelius, etiam sophista. Quintus Mendesius. Quatuor priores, & eorum scripta, Suidas; Quintum Athenæus commemorat. De singulis fuse, & erudite admodum, ut alia solet, Philippus Maussacus, in accuratissima illa Dissertatione *ad Harpocrationem.* Addo ego; Aelium Harpocrationem sophistam mihi videri, quem laudat Sopater *ad Hermogenem*, istis verbis. Αρποκρατίων δὲ βούλεται ἀδιάφορον εἶναι τὴν τάξιν. *Harpocration autem vult indifferentem esse ordinem.* Citatur & ab Aenea Gazæo in *Theophrasto* alius aliquis. Πλωτῖνος γοῦν καὶ Αρποκρατίων, ἀμέλει, καὶ Βοηθὸς, καὶ Νουμήνιος, τὸν τοῦ Πλάτωνος ἴκτινον παραλαβόντες, ἴκτινον παραδιδόασιν. *Plotinus igitur & Harpocration, scilicet, & Boethus & Numenius, Platonis milvum accipientes, milvum tradiderunt.* Arbitror Argivum illic designari, quem philosophum Platonicum fuisse ex Suida accipimus. Corrigendum autem locum puto: Αρποκρατίων, Αμέλιος, καὶ Βοηθός. *Harpocration, Amelius, & Boethus.* De Amelio philosopho in *Bibliotheca nostra* dicemus. Quod ad Valerium autem attinet, cujus Opus longe eruditissimum, ab Aldo editum, in manibus hodie doctorum versatur, titulus iste circumfertur, Λεξικὸν τῶν ι῾ ῥητόρων. Sed librarios ita illum formasse sciendum est. Ipse Auctor inscripsit, Λέξεις, non Λεξικόν. Habeo testem certum Suidam Αρποκρατίων ὁ Βαλέριος χρηματίσας ῥήτωρ Αλεξανδρεὺς (ἔγραψε) λέξεις τῶν ι῾ ῥητόρων. *Harpocration Valerius cognominatus rhetor Alexandrinus (scripsit) rhetorum decem vocabula.* Sic Argivus ille Harpocration simile Opus inscripserat, Λέξεις Πλάτωνος, *vocabula Platonis*, quemadmodum ex Suida discimus.

CAP. III.

Abaris quo tempore ad oraculum accesserit. Aglaurus, templumque ejus, sacra, & sacerdotes. Αγλαυρίδες. *Hesychius restitutus. Juramentum per illam fieri solitum. Ejus templum Athenis etiam in Cypro. Harpocration illustratus.*

CUM pestis ingens totum orbem pervagaretur, omnium nomine vota Athenienses fecerunt. Venit quoque ad oraculum Abaris Scytha; sed quo tempore, variant Auctores. Alii Olympiade tertia factum tradunt; alii circa Crœsi tempora: alii demum Olympiade vicesima prima. Locus est Harpocrationis. Λοιμοῦ δέ φασι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην γεγονότος, ἀνεῖλεν ὁ Απόλλων μαντευομένοις, Ελλησι καὶ Βαρβάροις, τὸν τῶν Αθηναίων δῆμον ὑπὲρ πάντων εὐχὰς ποιήσασθαι· πρεσβευομένων δὲ πολλῶν ἐθνῶν πρὸς αὐτοὺς, καὶ Αβαριν ἐξ Υπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν. ὁ δὲ χρόνος, ἐν ᾧ παραγέγονε, διαφωνεῖται. Ιππόστρατος μὲν γὰρ κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν Ολυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι· ὁ δὲ Πίνδαρος, κατὰ Κροῖσον τὸν Λυδῶν βασιλέα. ἄλλοι δὲ, κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην Ολυμπιάδα. *Peste autem, inquiunt, per totam terram grassante, Apollo respondit oraculum consulentibus, Græcis & Barbaris, populum Atheniensium vota pro omnibus facturos. Multis autem gentibus legationem ad eos mittentibus, & Abarim ex Hyperboreis legatum venisse dicunt. Tempus autem, quo advenerit, in ambiguo est. Hippostratus enim quidem tertia Olympiade eum venisse tradit; Pindarus autem Crœsi tempore Lydorum regis. alii autem, vigesima prima Olympiade.* Ac cum Hippostrati quidem sententia consentit Anonymus in *Descript. Olymp.* qui diserte in Olympiadis tertiæ anno primo ita ait. Αβαρις ἐξ Υπερβορέων πρεσβευτὴς εἰς τὴν Ελλάδα ἦλθε. *Abaris ex Hyperboreis legatus venit in Græciam.* In eodem Harpocratione locus est obscurus valde. Αγλαυρος, ἡ θυγάτηρ Κέκρωπος. ἔστι δὲ καὶ ἐπώνυμον Αθηνᾶς. *Aglaurus, Cecropis filia; est autem quoque cognomen Minervæ.* De Aglauro, Cecropis filia, sive Agraulo, nam utroque modo scribitur, res est nota. Fanum ejus Athenis fuisse, docet nos Pausanias

Atticis. Ὑπὲρ ἢ τῆς Διοσκύρων τὸ ἱερὸν Αγλαύρυ τέμενός ἐςιν. *Super Dioscuros autem templum est sacratum Aglauri* Hujus meminit præter alios Polyænus *Strateg.* lib. I. in *Pisistrato*. Οἱ ἐπίκυροι προελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Αγραύλυ. *Auxiliatores progressi, & arma tollentes, detulerunt in templum Agrauli*. Erat autem in arce, ut infra doceo hoc ipso libro, capite ultimo. Ac sacra illi fieri solita. Meminit Athenagoras *Orat. pro Christ.* Καὶ Αγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυςήρια ἄγυσι. *Et Athenienses Agraulo tum sacrificia tum mysteria celebrant*. Fœminæque ejus sacerdotes Αγραολίδες dicebantur. Docuit hoc nos Hesychius, sed locus hodie corruptissimus. Αγλαυρίδες, μύραι περὶ ἀρηναίας, *Aglaurides. myræ circa Arenæas*. Restituo, Αγραυλίδες, ἱέρειαι παρὰ Ἀθηναίοις. *Agraulides, sacerdotes apud Athenienses*. Et jurabant quoque per eam. Hesychius. Αγλαυρος, θυγάτηρ Κέκροπος. παρὰ ἢ Αττικοῖς καὶ ὀμνύυσι κατ' αὐτῆς. *Aglaurus Cecropis filia; sed apud Atticos etiam jurant per eam*. Intelligit autem juramentum, quod ephebi, postquam pueritiæ annos excessissent, in ejus æde jurabant armati, se pro patria ad mortem usque pugnaturos. Narrat rem omnem Ulpianus *ad Demosthenis Orat.* Κατὰ Λεπτίνυ. Ac corrigendus per occasionem Philostratus in *Apollonii Tyanei Vita*, lib. IV. cap. VII. Οἱ πάλαι μὲν ὤμνυσαν ἐς Αγραύλυ φοιτῶντες, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι, καὶ ὅπλα ςήσεσθαι. *Veteres quidem juraverunt euntes in Agrauli templum, se pro Patria morituros, & arma gesturos esse*. Hodie excidit vox, legiturque, Ωμνυσαν ἀγραύλυ φοιτῶντες. Neque recte vertit Interpres. *Quondam tamen in agro pugnaturi jurastis pro patria potius esse morituros*. Sed quid hoc est, quod ait Harpocration? Εςι δὲ καὶ ἐπώνυμον Ἀθηνᾶς *Est autem quoque cognomen Minervæ*. Quærit eruditissimus Maussacus. Ego nodum hunc expediam. Colebatur Minerva, cognomento Αγλαυρος, apud Athenienses; eique τὰ Πλυντήρια peragebantur. Vide quæ supra annotamus, *lib. II. cap.* XIII. Porro etiam Salamine Cypri colebatur, eratque uno septo inclusum templum Agrauli, Minervæ, ac Diomedis: & illic homo ei immolabatur, usque ad Diomedis tempora, mense Aphrodisio. Porphyrius docet Περὶ ἀποχῆς *lib.* II. Εν δὲ τῇ νυῶ Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίυς Αφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Αγραύλῳ τῆς Κέκροπος, καὶ νύμφης Αγραυλίδος. καὶ διέμενε τὸ ἔθος ἄχρι τῆς Διομήδυς χρόνων. εἶτα μετέβαλεν. ὥςε τῷ Διομήδει τὸν ἄνθρωπον θύεσθαι. ὑφ' ἕνα δὲ περίβολον ὅ τε τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς, καὶ ὁ τῆς Αγραύλυ, καὶ Διομήδυς. *In urbe autem nunc Salamine, antea autem Coronide nominata, mense apud Cyprios Aphrodysio, immolabatur homo Agraulo Cecropis, & nymphæ Agraulidis filiæ. & permansit hic mos usque ad Diomedis tempora. deinde mutatus est; ut Diomedi immolaretur homo; sed in uno septo, & Minervæ templum, & Agrauli, & Diomedis*. Meminit cultus, & victimæ humanæ, Theodoretus *Therapeut.* VII. Καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῆς Κύπρυ ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Αγραύλῳ. *Salamine Cypri immolabatur homo Agraulo*.

CAP. IV.

Agyrrhius, poetarum mercedem accidit, ac primus τὸ Εκκλησιαςικὸν dedit. Diod. Siculus. Demosthenes, Andocides, Aristophanes, & Schol. ac Suidas, correcti. Pronomus tibicen. Τὸ Εκκλησιαςικὸν quale fuerit.

NOTUS in Rep. Atheniensium olim Agyrrhius; nempe hic Thrasybulo duci in Lesbi præfectura successit. Observo apud Diodorum Siculum *lib.* IV. Θρασύβυλος ἢ ὁ τῶν Ἀθηναίων ςρατηγὸς, ἐκ τῆς Λέσβου κομιζόμενος μετὰ τῦ ςόλυ πρὸς Ἀσπενδον. A ὥρμισε τὰς τριήρεις εἰς τὸν Εὐρυμέδοντα ποταμόν. *Thrasybulus autem dux Atheniensium, ex Lesbo cum classe vectus ad Aspendum, cum triremibus in Eurumedonte fluvio stationem capiebat*. Et mox. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, πυθόμενοι τὴν Θρασυβύλου τῦ ςρατηγῦ τελευτὴν, Αγύρ'ῥιον ςρατηγὸν ἐξέπεμψαν. *Athenienses autem, intellecto interitu ducis Thrasybuli, emiserunt Agyrrhium ducem*. Ita malo scribere, quam, Αγύειον. Itaque emendandum puto Aristophanis Scholiasten Εκκλησιαζ. Αγύῤῥιος. ςρατηγὸς θηλυδριώδης, ἄρξας ἐν Λέσβῳ, *Agyrrhius, dux effeminatus, qui præfuit Lesbo*. Perperam editur, ἄρξας ἐν Λήμνῳ, *qui præfuit Lemno*. Idemque mendum apud Suidam in hac B *Voce*. Recte est apud Isocratem in *Trapezitica*. Προπέμπων Αγύῤῥιον, ὄνθ' ἡμῖν ἀμφοτέροις ἐπιτήδειον, ἠξίυ Μενέξενον ἀπαλλάττειν. *Immittens Agyrrhium, & illum utrique nostrum familiarem, volebat Menexenum dimittere*. Et apud Aristophanem *Fabula citata*.

Αγύῤῥιος γῦν τὸν Προνόμυ πώγων' ἔχων
Λέληθε.
Agyrrhius igitur Pronomi barbam habens,
Latuit.

C Non item apud eundem *Pluto*.

Αργύειος δ' ὐχὶ διὰ τῦτον πάρδεται;
Argyrius nonne hunc propter pedit?

Rescribe, Αγύῤῥιος. Item apud Andocidem Orat. Περὶ τῶν μυςηρίων. Αργύειος γὰρ ὑτοσὶ, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἰς ἐγένετο τῆς πεντηκοςῆς τρίτον ἔτος. καὶ ἐπρίατο τριάκοντα ταλάντων. *Argyrius enim hic, honestus & probus archon, unus fuit quinquagesimæ anno tertio; & emit triginta talentis*. Itidem scribendum, Αγύῤῥιος. Sed & apud Demosthenem men-D dum est, Orat. *in Timocratem*. Επειτα Αργύειον τὸν Κολυττέα, ἄνδρα χρηςὸν καὶ δημοτικὸν, καὶ περὶ τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον πολλὰ σπυδάσαντα. *Deinde Argyrium Colyttensem, hominem benignum & popularem, multaque propter populum vestrum sedulo agentem*. Nam Αγύῤῥιον scripsisse ipsum, fidem nobis Harpocration abunde fecerit, istis verbis. Αγύῤῥιος, δημαγωγῶν ἦτος ὐκ ἀφανής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτυς. *Agyrrhius quidam ex demagogis haud obscurus. Demosthenes in oratione contra Timocratem*. Et ex eo Suidas quoque, qui per occasionem hanc corrigendus. Αγύῤῥιος, δημαγωγὸς Ἀθηναίων ὐκ ἀφα-E νὴς, Αγύῤῥιος τὸν Προνόμυ πώγων' ἔχων Λέληθε. *Agyrrhius, demagogus Atheniensium non obscurus, Agyrrhius Pronomi barbam habens, latuit*. Et mox. Ὁ δὲ Πρόνομος, αὐλητὴς ὢν, μέγαν πώγωνα ἔχων. *Pronomus autem tibicen erat, magnam habens barbam*. Corruptum est, quod hodie illic Πατρονόμυ, & Πατρονόμος, editur. Non recte citat versum Aristophanis a nobis jam prolatum. Erat autem Pronomus Thebanus tibicen, qui primus tibiis tres harmonias cecinit. Atheneus *lib.* XIV. Πρόνομος δ' ὁ Θηβαῖος πρῶτος ηὔλησεν ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐλῶν τὰς τρεῖς ἁρμονίας. *Pronomus autem Thebanus primus cecinit tibiis F & quidem ex iisdem tres harmonias*. Ad Agyrrhium autem quod attinet, ille poetarum mercedem accidisse, & τὸ ἐκκλησιαςικὸν primus dedisse commemoratur. Schol. Aristophanis *ad Concionantes* de eo. Καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν συνέτεμε, καὶ πρῶτος ἐκκλησιαςικὸν δέδωκεν. *Et poetarum mercedem corripuit, & primus ecclesiasticum dedit*. Quæ ipsa apud Suidam quoque occurrunt. Erat autem illud obolus unus. Observo apud Pollucem *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXXII. Καὶ τὸ διδόμενον ἐκαλεῖτο θεωρικὸν ὥσπερ καὶ τὸ ἐκκλησιαςικὸν, καὶ τὸ δικαςικόν. ὅπερ καὶ τριώβο-

λον, καὶ δυώβολον, καὶ ὀβολός. *Et quod dabatur, theoricum dicebatur, quemadmodum & concionale, & judiciale, quod & triobolus, & duo oboli, & obolus.* Nam obolus referri debet ad τὸ Ἐκκλησιαστικὸν, ut infra ostendimus, ubi de pecuniis theoricis agimus.

CAP. V.

Invalidi Athenis, si infra tres minas possiderent, ex ærario quid acceperint. Harpocration, & Hesychius, emendati. Lysianæ Orationis hac de re ἐπιγραφή.

QUI membris mutili, atque invalidi, intra minas tres possiderent, ii in dies singulos ex ærario obulum unum; vel, ut alii, duos accipiebant: alii drachmas novem in mensem, id est, obolos quinquaginta quatuor accepisse tradunt. Harpocration. Ἀδύνατοι, οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένον. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι, δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης, ἢ ὀβολὸν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. ὡς δὲ Φιλόχορός φησι, ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα. ἔστι δὲ καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὡς ὀβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται. *Invalidi, qui intra tres menses possidebant corpus mutilum. Hi autem accipiebant, a senatu approbati, duos obolos singulis diebus, vel obolum, ut ait Aristoteles in Republica Atheniensium: ut autem Philochorus dicit drachmas novem in mensem. Est autem & Lysiæ quædam oratio de invalido, in qua ut unum obolum accipientis meminit.* Sed corruptus, locus scribendumque, Οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι, τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. *Qui intra tres minas possidebant, corpus mutili.* Nimis mutilus est Hesychii locus. Ἀδύνατοι. οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν περὶ Ἀττικοῖς. *Invalidi; qui intra tres possidebant in Atticis.* Supple, & emenda, Οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν μνῶν παρὰ Ἀττικοῖς. *Qui minus possidebant tribus minis apud Atticos.* Atque hinc intelligenda illa Lysiæ in *Orat.* Κατὰ Φίλ. δοκιμ. Ἔδωκεν εἰς τὴν ἑαυτῆς ταφὴν τρεῖς μνᾶς ἀργυρίου, παραλιποῦσα τοῦτον υἱὸν ὄντα ἑαυτῆς. *Dedit ad ejus sepulturam tres minas argenti, prætermittens hunc filium ipsius.* Erant vero illi numero quingenti. Suidas: Ἀδύνατοι, οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα· ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, οἱ μὲν πεντακόσιοι ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο. *Invalidi, corpus mutili. Hi autem a senatu approbati accipiebant quingenti quidem singulis diebus duos obolos.* In quibus verbis etiam illud observandum, nullum in eorum numerum receptum fuisse, nisi approbante senatu. Estque idem animadvertere in citatis Harpocrationis verbis. Quod vero ait Harpocration. Καὶ λόγος τίς Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου. *Et oratio quædam Lysiæ de invalido.* Ejus Orationis hodie inscriptio est. Περὶ τοῦ μὴ δίδοσθαι τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύριον. *De eo quod non dabatur invalido argentum.* Suidas citat. Περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις ὀβολοῦ. *De obolo invalidis dari solito.* Vide eum in ἀνάπηρον ψυχήν. In illa *Oratione*, ait Harpocration, unius oboli meminit Lysias. Ea de re locus illic iste est. Τί με κωλύει κληροῦσθαι τῶν ἐννέα ἀρχόντων; καὶ ὑμᾶς ἐμοῦ μὲν ἀφελέσθαι τὸν ὀβολὸν ὡς ὑγιαίνοντος. *Quid me prohibet sorte legi inter novem archontes? & vos mihi quidem auferre obolum tanquam sano.* Item alter. Οὔτε ἀρχὴν ἄρξας οὐδεμίαν, εὐθύνας ὑπέχω νῦν αὐτῆς, ἀλλὰ περὶ ὀβολοῦ μόνου ποιοῦμαι τοὺς λόγους. *Qui neque præfecturam ullam administravi, rationes ejus nunc subeo, sed de obolo solo verba facio.* Quem priorem locum negligentius repræsentat Suidas in verbis indicatis.

CAP. VI.

Novem Ἄρχοντες, *& eorum coronæ, quæ e myrto: Thesmotetarum etiam interdum ex hedera.* Μύῤῥινοι. Μυῤῥινᾶν. *Eæ coronæ in mensa quadam portari solitæ. Si quis archontem coronatum percussisset, aut convitiis incessisset, infamiæ pœna afficiebatur.*

NON ignotum est, novem Athenis Ἄρχοντας fuisse; ex quibus primus per excellentiam Ἄρχων dictus: alter Βασιλεύς: tertius, Πολέμαρχος: at sex reliqui, Θεσμοθέται. His autem insigne honoris, coronæ erant. Itaque legere est apud Demosthenem Orat. *in Mediam.* Καὶ οὐδ' ἐνταῦθα ἔστη τῆς ὕβρεως, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν, ὥστε τὸν ἐστεφανωμένον ἄρχοντα διέφθειρε. *Neque etiam eo substitit injuriæ, sed tantum ei supererat, ut coronatum archontem perderet.* Æschines *in Timarchum.* Ἄν τις Ἀθηναίων, φησὶν, ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι· ὅτι, οἶμαι, στεφανηφόρος, ἡ ἀρχή. *Si quis, inquit, Atheniensium scortabitur, non liceat illi fieri ex novem archontibus; quia, opinor, est magistratus coronam gerens.* Et quidem e myrto. Observo apud Pollucem *lib.* VIII. *cap.* VIII. Μυῤῥίνῃ δὲ οἱ ἄρχοντες ἐστεφανοῦντο. *Myrto autem archontes coronabantur.* Aristophanis Scholiastes *Vespis.* Μυῤῥίναις ἐστεφανοῦντο οἱ ἄρχοντες. *Myrteis coronabantur archontes.* Hinc Μύῤῥινοι dicti οἱ ἄρχοντες. Hesychius. Μύῤῥινοι. ἐπειδὴ μύῤῥινον στέφανον περιετίθεντο. *Myrtei, quoniam myrteam coronam circumdabant.* Deinde. Μυῤῥινῶν, ὃ δηλοῖ. ἐπί τινα ἀρχήν. οὕτως δὲ ἔοικεν ἐσχηματίσθαι, διὰ τὸ τοὺς ἄρχοντας ταῖς μυῤῥίναις στέφεσθαι. *Myrtei; quod spectat ad quoddam imperium; sic autem videtur figuratum esse, quia archontes myrtis coronabantur.* Et Μυῤῥινᾶν, qui magistratum illum appeterent. Suidas. Μυῤῥινῶν, ἀρχῆς ἐπιθυμῶν. μυῤῥίναις γὰρ στεφανοῦνται οἱ ἄρχοντες. *Myrtinans magistratum appetens. Myrtis enim archontes coronantur.* Schol. Aristophanis *loco citato.* Μυῤῥινῶν, ἀρχῆς ἐπιχυμῶν. *Myrtinans, imperium concupiscens.* Ac solitæ hæ coronæ in mensa ante eos portari. Observo ex altero Pollucis loco, *lib.* X. *cap.* XIX. Ἐπεὶ δ' οὖν εἴρηται ὁ τραπεζοφόρος, ἔστι καταχρῆσθαι τῷ ὀνόματι ὡς ῥηθέντι ἐπὶ τοῦ τὴν τράπεζαν φέροντος, οὗ ἐπῆσαν τοῖς ἄρχουσιν αἱ μυῤῥίναι. *Quoniam igitur dictus est mensæ gerulus, abuti licet hoc nomine tanquam de eo aicto qui mensam gerit, cui impositæ erant myrti archontibus.* Thesmothetis etiam interdum coronæ ex hedera. Alciphron in Epistola Menandri *ad Glyceram.* Ποῦ δὲ (ὄψομαι) δημοκρατικὸν ὄχλον οὕτως ἐλευθεριάζοντα; ποῦ δὲ θεσμοθέτας ἐν ταῖς ἱεραῖς κώμαις κεκισσωμένους; *Ubi autem (videbo) popularem turbam ita libere agentem? ubi autem legislatores hedera in sacris coronatos.* Quod si vero archontem aliquis percussisset, dum is coronatus esset, aut convitiis petiisset, infamiæ pena afficiebatur. Demosthenes Orat. *in Midiam.* Καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταυτὸ τοῦτο. ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον πατάξῃ τις. ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμος. *Et rursus, si principem, hoc ipsum: si quidem coronatum percussisset quis, vel maledixerit, infamis.*

CAP. VII.

Δρυπετής. Ἀγρίππειον. *Alciphron ter emendatus.*

INTER Alciphronis Epistolas locus est, in ea quam scribit Conoposphrantes Ischolimo, minus rectus. Σιτεῖται δ' οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλ' ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς, καὶ ὄψον. εἴποτε εὐμερίας οὖν ἡμέραν ἐπιτελοίη, δορυπετεῖς, ἢ φαυλίας. *Non autem sumptuosis vescitur, sed pane ex foro, & opsonio; siquando felicis facti diem celebret, olivis caducis aut vilibus.* Rescribo Δρυπετεῖς, ἢ φ. Notum ex Grammaticis Græcis quæ

ſint Δρυπετεῖς olivæ. Apud eundem in epiſtola Thaidis *ad Euthydemum*. Ο δὲ εἰς ἑτέρας ὁμιλῶν, τυραννίδας ὀνειροπολεῖ, καὶ στασιάζει τὰ κοινά. *Ille autem in alterius* (n. fœmine domum) *ſe conferens, tyrannides in ſomnio fingit, & novas res publico concitat*. Reſtituo, ἑταίρας ὁμιλῶν, *ad meretrices viſitans*. Rurſum in epiſtola ultima, quæ eſt Menandri *ad Glyceram*. Μὰ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Αγρίδιον, καὶ τὴν Μυνυχίαν. *Per Piræum, & Agridium, & Munychiam*. Corrigo, Καὶ τὸ Αγρίππειον, *& Agrippeum*. Erat Athenis theatrum, Αγρίππειον dictum, in Ceramico. Philoſtratus Sophiſtarum *lib.* II. in *Alexandro*. Ξυνελέγοντο μὲν δὴ ἐς τὸ ἐν τῷ Κεραμεικῷ θέατρον. ὃ δὴ ἐπωνόμαστο Αγρίππειον. *Confluebant ſane quidem ad theatrum in Ceramico, quod cognominabatur Agrippeon*. Meminitque ejus iterum in *Philagro*. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ Αγειππείῳ ἐπράχθη. *Illa ergo quidem facta ſunt in Agrippeo*.

CAP. XVII.

Barus. Barbarus. Verus, Albinus *Conſules*. *Caſſiodori error. Faſti Siculi. & Caſſiodorus, emendantur, item Philoſtratus. Appius Annius Bradua, & M. Atilius Metilius Bradua, Conſules. Philoſtratus iterum correctus.*

SED quia in Philoſtratum incidimus, hujus quoque locum unum atque alterum emendemus, *Sophiſtarum* lib. I. in *Polemone*. Εστι μὲν καὶ Ηρώδου μαθεῖν ἐν μιᾷ τῶν πρὸς τὸν Βάρβαρον ἐπιστολῶν εἰρημένων. *Diſcere quidem etiam eſt in una Herodis dictarum epiſtolarum ad Barbarum*. Et mox. Ερομένου δὲ αὐτὸν καὶ Βαρβάρου τοῦ ὑπάτου, τίσι διδασκάλοις ἐχρήσατο· τῷ δεῖνι μὲν, καὶ τῷ δεῖνι, ἔφη, παιδευόμενος. *Interrogante autem hunc Barbaro Conſule, quibus magiſtris uteretur; iſto, & iſto, dixit, inſtitutus*. Vides illic Barbarum Conſulem, ſed quem Hiſtoria, & Faſti, ignorant. Reſcribo primo, Πρὸς τὸν Βάρον, *ad Barum*. Deinde, Καὶ Βάρου τοῦ ὑπάτου, *& Bari conſulis*. Origo mendi ex duplicatione ſyllabæ prioris. Conſul fuit T. Vibius Barus cum Appio Annio Bradua anno ultimo imperii Antonini Pii, ut eſt videre in Faſtis Capitolinis. Meminitque Inſcriptio Vetus.

APPIO. ANNIO BRADVA
T. VIBIO. BARO. COS
MAGISTRI. FONTIS. LOLLIANI

In *Chronico* Euſebii. Βάρος, καὶ Βραδούας. Male in Caſſiodori *Chronico Verus* dicitur, & ſecundum Conſul indigetatur. nam quod quinquennio ante itidem Conſulem commemoret cum Sabino, vehementer errat, Neque enim eo anno Conſules Verus & Sabinus; ſed, Severus Imp. & Septimius Albinus Cæſar; ut recte habent Faſti Capitolini. Itaque corrigendi etiam Siculi. Σεβήρου Αὐγούστου, καὶ Αλβίνου. Male editur, Καὶ Σαβίνου. In *Chronico Alexandrino*, a Radero vulgato, eſt, Σεβήρου τὸ ϛʹ. καὶ Σαβινιανοῦ. Itidem emenda ad Capitolinos. Sed ad Barum hunc noſtrum Conſulem ut redeamus, ſciendum eſt; etiam mendoſum eſſe *Chronicon Alexandrinum*, in quo legitur: Βραδοῦσα καὶ Οὐήρου. Scribe, Βραδοῦα καὶ Οὐάρου. Sed de Bradua, mox dicemus. In eodem legitur, triennio ante, Βαρβάρου καὶ Ρηγούλου, quemadmodum etiam in *Faſtis Siculis*: ſed ibi Βαρβάτου reſtituendum, ex Capitolinis, & Caſſiodori, atque Euſebii, *Chronico*. Obſerva autem in præcedentibus collegam in Conſulatu Bari hujus, Appium Annium Braduam. Meminit hujus, ſed corrupto iterum nomine, idem Philoſtratus in *Herode*, *Sophiſtarum* lib. II. Επὶ τούτοις, ὡς ἀληθέσι, γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδούας, ὁ τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς, εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν ὑπάτοις. *Poſt hæc tanquam vera, poſtulat eum homicidii Bradua, Regillæ frater, laudatiſſimus inter conſules*. Hodie ſcribitur illic, Βραδείας. Per ου diphthongum ſcribunt etiam *Faſti Siculi*. Alius autem, ne confundas, M. Atilius Metilius Bradua, qui ſub Commodo Imp. ſemel Conſul cum Triario Materno; iterumque ſexennio poſt cum Caſſio Aproniano. Secundum conſulatum ejus omittit *Chronicon Alexandrinum*, & *Faſti Siculi*. Utriuſque meminere *Chronicon* Caſſiodori, Euſebii, & Inſcriptiones Antiquæ. Prioris iſta.

DEDIC. KAL. DECEMB
MATERNO. ET. BRADVA. COS.

Poſterioris iſta.

I. O. M.
Q. RAONIVS
DIODORVS. EX
VOTO. POSVIT
LIBENS. MERITO
IIII. IDVS. MAIAS
APRONIANO. ET
BRADV . COS

Ita recte iſtic emendatum a magno viro. Illud mirum, & hic quoque annotandum; eundem hunc Braduam in iiſdem Inſcriptionibus Conſulem item commemorari cum Appio Annio Trebonio Gallo, id eſt, annis undecim ante iſtum conſulatum, quem cum Triario Materno geſſit. Ecce in iſta.

IOVI. STYGIO. SACRVM
P. ARVANTVS. P. F. OVF. NIGER
D. D. XII. KAL. IVLI
APPIO. ANNIO. TREBONIO. GALLO
M. ATILIO. METILIO. BRANDVA. COS.

Item in iſta.

IOVI. VICTORI
TREBONIVS. GALLVS. COS
PORTICVM
EX. VOTO. FECIT
DEDICAVIT. X. KAL. MAIAS
APPIO. ANNIO. M. ATI... COS.

Et in illa.

AP. ANNIO. GALLO. M. ATILI. BRADVA.
COS.
EX. RAT.
FESTI. VRBASI. CÆS. NOS. SER
NVM. CCCXV.

Rurſum in illa, in qua Bradua *Mete llus*, non *Metilius*; & Appius *Trebonianus*, non *Trebonius*, ſcribitur.

SILVANO
SANCTO
C. C. IVLI
EVTYCHIO
ET. EVTYCHIA
NVS. FIL.
D. D.
DEDICAVERVNT
QVE XI. K. MAIAS
APPIO. ANNIO. TREBONIANO. GALLO
M. ATILIO. METELLO. BRADVA
COS

Mirum hoc, inquam. Nam *Faſti Siculi* pariter & *Capitolini*, *Chronicon Alexandrinum*, Caſſiodori, & Euſebii, Appio Annio Trebonio Gallo collegam dant Flaccum, non hunc Braduam.

CAP. IX.

Secundus Επίκρος *dictus. Herodis Sophistæ præceptor. Aspasius Antonino Imp. ab Epistolis. Philostratus bis, Suidas semel emendatus.*

SECUNDUS Sophista Atheniensis, tanquam fabri filius, Επίκρος cognomento dictus fuit. Ea de re emendandus insignis Philostrati locus in *Secundo, Sophist.* lib. I. Μηδὲ Σεκούνδου τοῦ Αθηναίου ἀμνημονῶμεν, ὃν ἐκάλουν Επίκρόν τινες, ὡς τέκτονος παῖδα. *Neque silentio Secundum Atheniensem prætereamus, quem quidam Epiurum vocabant, tanquam fabri filium.* Hodie editur, ὃν ἐκάλουν Επίθυρόν τινες, *quem vocabant Epithyrum nonnulli.* Fundus meæ emendationis est Suidas. Σεκοῦνδος, Αθηναῖος σοφιστής. ὃς ἐχρημάτιζε Πλουίιος. ἐπωνομάζετο δὲ Επίκρος, ὡς υἱὸς τέκτονος. καθηγητὴς δὲ γέγονε καὶ Ηροδότου τοῦ σοφιστοῦ. *Secundus, Atheniensis sophista; qui vocabatur Plunius; cognominabatur autem Epiurus, tanquam fabri filius; præceptor autem fuit etiam Herodoti Sophistæ.* Sed in illis Suidæ verbis quis est Herodotus Sophista. Nego alibi mihi lectum. Quin scribendum omnino affirmo, Καὶ Ηρώδου τοῦ σοφιστοῦ. *Et Herodis Sophistæ.* Nam Herodis Sophistæ præceptor fuit Secundus iste. Philostratus *loco citato.* Ηρώδην δὲ ἐκπαιδεύσας, ἐς διαφορὰν αὐτῷ ἀφίκετο παιδεύοντι ἤδη. *Herodem autem quum edocuisset, cum illo in controversiam venit jam docente,* In eodem Philostrato corrupta est primæ Epistolæ inscriptio, in qua de charactere epistolari disserit; & ita habet, Ασπασίᾳ. Censeo scribendum, Ασπασίῳ. Et iste Aspasius, de quo Suidas. Ασπάσιος, Δημητριανοῦ τοῦ κριτικοῦ μαθηματικοῦ, Ραβενναῖος, σοφιστής. γεγονὼς ἐπὶ Αλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας. πρὸς τοὺς φιλολοιδόρους, καὶ πρὸς Αρίστωνα, λόγους διαφόρους. ἠκροάσατο δὲ Παυσανίου καὶ Ιπποδρόμου. καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ρώμῃ διαπρέψας μέχρι πολλοῦ. *Aspasius Demetriani Critici mathematici* (filius) *Ravennas, sophista; qui vixit tempore Alexandri Mamææ; contra maledicos & Aristonem diversas orationes. audiverat autem Pausaniam, & Hippodromum. & sophistam egit longo tempore Romæ egregie vigens.* Amplius addam, quodque magis firmet. Ab Epistolis eum sibi esse jussit Antoninus Imperator; & per illam occasionem scripta Philostrato illa epistola. Auctorem habeo cognominem Philostratum in *Aspasio, Sophistarum* lib. II. Η δὲ συγγεγραμμένη ἐπιστολὴ τῷ Φιλοστράτῳ, περὶ τοῦ πῶς χρὴ ἐπιστέλλειν, πρὸς τὸν Ασπάσιον τείνει. ἐπειδὴ παρελθὼν ἐς τὰς βασιλείους ἐπιστολὰς, τὰς μὲν, ἀγωνιστικώτερον τοῦ δέοντος ἐπέστελλε. τὰς δὲ, οὐ σαφῶς. ὧν οὐδέτερον βασιλεῖ πρέπον. *Hæc autem epistola conscripta ab Philostrato, de eo quemadmodum oporteat scribere epistolas, ad Aspasium spectat; postquam promotus ad regias epistolas, has quidem ad certamen elegantiæ ultra modum ornatas mitteret; illas vero non perspicue & clare; quorum neutrum principi convenit.*

CAP. X.

Αἰγέαι *apud Libyes quid,* Αἰγίδες *apud Græcos. Harpocrationis locus partim defensus, partim restitutus.*

EST locus Harpocrationis iste, *in* Αἰγίς. Αἰγίδας ἐκάλουν τὰ ἐκ τῶν στεμμάτων πλέγματα, καὶ τὰ διὰ στεμμάτων πεπλεγμένα δίκτυα. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως. καὶ Ηρόδοτος ἐν τετάρτῃ. Νυμφόδωρος δὲ ταύτας φησὶν ὑπὸ Λιβύων αἰγέας καλεῖσθαι. *Aegidas appellabant nexilia ex vittis, & retia ex sertis contexta. Lycurgus in scripto de administratione, & Herodotus in quarta. Nymphodorus autem has inquit a Libyis ægeas vocari.* Maussacus, etsi invitis manu scriptis codicibus omnibus, immutat ordinem; atque ita constituit. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς διοικήσεως, καὶ Νυμφόδωρος. Ηρόδοτος δ᾽ ἐν τετάρτῃ. ταύτας. φ. *Lycurgus in scripto de administratione, & Nymphodorus. Herodotus autem in quarta has dicit.* Negatque hoc dicere Nymphodorum propter istum Hesychii locum. Νυμφόδωρος δὲ καὶ τὸν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Λακώνων. *Nymphodorus autem dicit a Laconibus & thoracem ægida dici.* Quod si hanc transpositionem, ac distinctionem ejus, admittamus; jam non dicet Nymphodorus, id quod ille vult; sed, quod prius dixerat Harpocration. Αἰγίδας esse τὰ ἐκ τῶν στεμμάτων πλέγματα, καὶ τὰ διὰ στεμμάτων πεπλεγμένα δίκτυα. *Aegidas esse nexilia ex vittis, & retia ex sertis contexta.* Mihi ita concipiendus verborum istorum ordo censetur. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ διοικήσεως. καὶ Ηρόδοτος ἐν τετάρτῃ ταύτας φησὶν ὑπὸ Λιβύων αἰγέας καλεῖσθαι Νυμφόδωρος δὲ *** *Lycurgus in scripto de administratione. & Herodotus in quarta. has dicit a Libyis ægeas vocari. Nymphodorus autem* *** ut sit mutilus iste locus, ac supplendus ex Hesychio. Νυμφόδωρος δὲ, καὶ τὸν θώρακα αἰγίδα λέγεσθαί φησιν ὑπὸ Λιβύων. *Nymphodorus autem, & thoracem ægida ab Libyis vocari dicit.* Herodoti locus, quem respexit Harpocration, ecce iste est circa finem *libri* IV. Τὴν δὲ ἄρα ἐσθῆτα, καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Αθηναίης, ἐκ τῶν Λιβυσσέων ἐποιήσαντο οἱ Ελληνες. πλὴν γὰρ ὅτι σκυτίνη ἡ ἐσθὴς τῶν Λιβυσσέων ἐστὶ, καὶ οἱ θύσανοι οἱ ἐκ τῶν αἰγίδων αὐτῇσιν οὐκ ὄφιές εἰσι. ἀλλὰ ἱμάντινοι. τὰ δὲ ἄλλα πάντα κατὰ τωὐτὸ ἔσταλται. καὶ δὴ καὶ τοὔνομα κατηγορέει ὅτι ἐκ Λιβύης ἥκει ἡ στολὴ τῶν Παλλαδίων. αἰγέας γὰρ περιβάλλονται ψιλὰς περὶ τὴν ἐσθῆτα θυσανωτὰς αἱ Λίβυσσαι, κεχριμένας ἐρευθεδάνῳ. ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τουτέων αἰγίδας οἱ Ελληνες μετωνόμασαν. *Hanc ergo vestem, & ægidas simulacrorum Minervæ, ab Libyssis mutuati sunt Græci. Præterquam enim quod vestis coriacea Libyssarum sit, & pendentes ex ægidibus fimbriæ non sint serpentes, sed ex corio factæ; cætera autem omnia pari modo ornata sunt; & nomen quoque testificatur, quod ex Libya veniat Palladiorum stola. Libyssæ enim caprinis pellibus amiciuntur nudis circum vestem fimbriatis, delibutis rubrica. Ex his autem caprinis ægidas denominaverunt.* Et hunc locum ob oculos habuit Eustathius *Iliad.* V. Φησὶ γοῦν Ηρόδοτος, ὅτι τὴν ἐσθῆτα, καὶ τὰς αἰγίδας τῶν ἀγαλμάτων τῆς Αθηνᾶς, ἐκ τῶν Λιβυσσῶν ἐποιήσαντο οἱ Ελληνες. *Dicit igitur Herodotus, vestem, & ægidas statuarum Minervæ ab Libyssis mutuatos fuisse Græcos.* Agnoscit significationem hanc etiam alibi Hesychius. Αἰγὶς, ὀξεῖα πνοή. καὶ ἣν αἱ Λίβυσσαι φέρουσι δοράν. *Aegis, acutus flatus; & quam Libyssæ gerunt pellem.*

CAP. XI.

Demosthenes Επιτάφιος, *an sit ejus.*

INTER Demosthenis Orationes una est, quæ Επιτάφιος inscribitur. Ea an ipsius esset, video inter Veteres dubitatum. Certe Harporatcion *in* Αἰγεῖδαι inquit. Δημοσθένης ἐν τῷ ἐπιταφίῳ. εἰ γνήσιος. *Demosthenes in oratione funebri, si genuina.* Dionysius Halicarn. Περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Τοῦτον δὴ παραλήψομαι τὸν λόγον (τὸν ἐπιτάφιον) καὶ παρ᾽ αὐτὸν ἐξετάσω Δημοσθένους λέξεις τινάς. οὐκ ἐκ τούτου. τὸν μὲν γὰρ οὐχ ἡγοῦμαι ὑπ᾽ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς γεγράφθαι. ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἄλλων αὐτοῦ λόγων, ὅσοι περί τε τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς εἴρηνται. *Hanc ergo adsummam orationem* (*funebrem*) *& præter hanc examinabo aliquas Demosthenis dictiones. Non ex hac. Quippe hanc quidem non arbitror ab isto viro scriptam fuisse. Sed ex aliis ejus orationibus, quæcunque & de honesto & virtute dicuntur.* Et alibi in eodem opere. Πάντας γὰρ ἔγωγε τοὺς ἀναφερομένους εἰς αὐτὸν ἀλλοτρίους εἶναι πείθομαι, καὶ οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἔχοντας τὸν ἐκείνου χαρακτῆρα, οὔτ᾽ ἐν τοῖς νοήμασι, τῆς δὲ συνθέσεως ὅλῳ καὶ τῷ παντὶ λειπομένους. ὧν ἐστιν ὅτε φορτικὸς καὶ κενὸς

καὶ παιδαριώδης ἐπιτάφιος. *Omnes enim ego quidem, quæ ad eum referuntur alienas esse persuadeo, neque vel parva parte habentes ejus formam, nec in sententiis, compositione autem prorsus & universim inferiore; quarum est etiam ille molestus, & inanis, & puerilis funebris.* Et quæ sequuntur. Photius in *Bibliotheca*, ubi de Demosthene, ejusque Orationibus, judicium fert. Καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητός τινες αἰτιώμενοι, τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων, ὥσπερ καὶ τὸν περὶ ἔρωτος, καὶ τὸν ἐπιτάφιον. *Sed & orationem contra Neæram supinitatis quidam arguentes, abjudicant ab Demosthenis orationibus; quemadmodum & illam de amore, & funebrem.*

CAP. XII.

Alcibiadæ IV. *Andocides emendatus, & Plato. Alcibiades, nomen Laconicum. Alcibiades major a quo dictus. Error Scholiastæ Thucydidis. Herodoti locus examinatus. Alcibiadis genus controversum, & matris nomen.*

ALCIBIADAS quatuor fuisse tradit Scholiastes Aristophanis *extremis Ranis*, ubi de Alcibiade. Γεγόναι. δὲ Ἀλκιβιάδαι τέσσαρες. *Fuerunt autem quatuor Alcibiadæ* Investigemus. Unus, Cliniæ F. in historia Græca celeberrimus, cujus vitam habemus apud Plutarchum, & Æmylium Probum. Alter, ejus proavus ostracismo bis ejectus. Meminit utriusque Harpocration. Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου. ἦν δὲ καὶ ἕτερος, πρόπαππος τοῦ προειρημένου, ὅν φησι Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, αὐτόν τε καὶ τὸν πρὸς μητρὸς πάππον δὶς ἐξοστρακισθῆναι. *Alcibiades Cliniæ filius; erat autem quoque alter, proavus ejus quem dixi, quem memorat Lysias in oratione contra Alcibiadem de ordine deserto, si genuina oratio, & eum, & ejus avum maternum bis in exilium ostracismo ejectum fuisse.* Lysiæ vero locus, quem respexit, ecce iste est. Ἁπάντων χρὴ καὶ τὸν τούτου πατέρα αἴτιον ἡγεῖσθαι, καὶ ἐνθυμηθῆναι, ὅτι Ἀλκιβιάδην μὲν τὸν πρόπαππον αὐτοῦ, καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Μεγακλέα, οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι δὶς ἀμφοτέρους ἐξωστράκισαν. *Oportet putare patrem ejus quoque omnium fuisse auctorem, & in animum revocare Alcibiadem quidem ejus proavum, & Megaclem ejus avum maternum, vestri majores bis utrumque ex civitate ostracismo ejecerunt.* Itaque emendandus Andocides in *Orat.* Κατ' Ἀλκιβιάδου. Ἀλκιβιάδης δὲ μάλιστα πάντων Ἀθηναίων. καὶ γὰρ ὁ τῆς μητρὸς πατὴρ Μεγακλῆς, καὶ πρόπαππος Ἀλκιβιάδης, ἐξωστρακίσθησαν ἀμφότεροι. *Alcibiades autem supra omnes Athenienses. Nam & avus ejus maternus Megacles; & proavus Alcibiades uterque ostracismo ejectus est.* Hodie editur, Καὶ ὁ πάππος Ἀλκιβιάδης, *& avus Alcibiades*. Isocrates in *Orat.* Περὶ ζεύγους, ubi ita Alcibiadem tertium introducit loquentem. Ἀλκιβιάδης, καὶ Κλεισθένης, ὁ μὲν πρὸς πατρὸς, ὁ δὲ πρὸς μητρὸς ὢν πρόπαππος τοῦ πατρὸς τοὐμοῦ. *Alcibiades, & Clisthenes, hic quidem paternus, ille vero maternus erat proavus patris mei.* Vis scire stemma? dabo tibi. Alcibiadis primi filius erat Axiochus; ejus Clinias; ejus Alcibiades secundus; ejus tertius. Observo apud Platonem *Euthydemo*, ubi de Clinia, Alcibiadis minoris patruele. Ἔστι δὲ οὗτος, Ἀξιόχου μὲν υἱὸς, τοῦ Ἀλκιβιάδου τοῦ παλαιοῦ, αὐτανεψιὸς δὲ τοῦ νῦν ὄντος Ἀλκιβιάδου. ὄνομα δ' αὐτῷ Κλεινίας. ἔστι δὲ νέος. *Est autem ille, Axiochi quidem filius, Alcibiadis prisci, nepos consobrinus autem Alcibiadis ejus, qui nunc est: sed nomen & Clinias; sed est juvenis.* Sed manifestus mendi locus. Quomodo enim patruelis Alcibiadis minoris fuerit; si Axiochi, ejus avi, filius? Certe nepos ex filio altero fuerit oportet, cujus nomen memoriæ haud proditum: itaque legendum, Ἀξιόχου μὲν υἱωνὸς, *Axiochi quidem nepos*. Ortum erit mendum ex compendio scriptionis. Hi ergo duo priores Alcibiadæ. Veniamus nunc ad tertium. Is secundi hujus filius. Eum commemorat ex Antiphontis quadam *Oratione* Harpocration *loco citato*. Ἄλλος δέ ἐστιν Ἀλκιβιάδης, οὗ μνημονεύει Ἀντιφῶν ἐν τῇ πρὸς τὴν Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογίᾳ. *Alius autem est Alcibiades, cujus meminit Antiphon in apologia adversus Demosthenis accusationem.* De eo est *Oratio* Isocratis Περὶ ζεύγους, *de Jugo*; in eum vero illa Lysiæ, inscripta, Κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, *contra Alcibiadem de ordine deserto*. Quartum ego his addo, Lacedæmonium; cujus meminit Polybius *Legat Ecloga* XLII. Ἔκ τε τῆς Σπάρτης Ἄρειος καὶ Ἀλκιβιάδης ἐπρέσβευσαν τῶν ἀρχαίων φυγάδων, τῶν ὑπὸ τοῦ Φιλοποίμενος, καὶ τῶν Ἀχαιῶν, νεωστὶ κατηγμένων εἰς τὴν οἰκείαν. *Et ex Sparta Areus, & Alcibiades legationem obierunt. Hi autem erant ex antiquis exulibus, qui ab Philopœmene, & Achæis nuper erant reducti in patriam.* Pausanias *Achaicis*. Τούτων δὲ πλείονα ἐνεκάλουν Ἀχαιοῖς Ἄρειος καὶ Ἀλκιβιάδης οἱ Λακεδαιμόνιοι, δόκιμοι μὲν τὰ μάλιστα ἐν τῇ Σπάρτῃ, τὰ δὲ ἐς Ἀχαιοὺς οὐ δίκαιοι. *Areus autem, & Alcibiades Lacedæmonii plura his accusabant Achæos, maxime probati quidem Spartæ, cæterum in causa Achæorum parum justi.* Livius *lib.* XXXIX. *Ubi Areus etiam, & Alcibiades, ambo exules suo beneficio restituti, legationem Romam adversus gentem Achæorum, ita de ipsis meritam, suscepissent.* Quin hoc sciendum; Laconicum proprie illud nomen fuisse: & majori Alcibiadi impositum a patre, quia is Alcibiadis Spartani hospitio usus esset. Accipio ex Thucydide; *lib.* VIII. Ξυνέπρασσε γὰρ αὐτοῖς καὶ Ἀλκιβιάδης, Ἐνδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν. ὅθεν καὶ τοὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ τὴν ξενίαν ἔσχεν. Ἔνδιος γὰρ Ἀλκιβιάδου ἐκαλεῖτο. *Adjuvabat eos enim & Alcibiades, qui Endio ephoro tunc paternus maxime hospes erat; unde & cognomen Laconicum eorum familia per hospitium habebat. Endius enim Alcibiadis vocabatur.* Errat Scholiastes, qui minorem Alcibiadem ibi designari putat. Ait enim. Ἀλκιβιάδης, Λακωνικὸν ἦν ὄνομα, ὃς ἦν πατὴρ τοῦ Ἐνδίου. Κλεινίας δὲ ὁ Ἀθηναῖος τῷ Ἀλκιβιάδῃ ξένος γενόμενος, τοὔνομα τῷ ἰδίῳ παιδὶ ἔθετο. *Alcibiades, Laconicum erat nomen, qui erat Endii pater, Clinias autem Atheniensis Alcibiadis hospes factus, nomen filio proprio imposuit.* Quomodo enim per minorem nomen illud in familiam illatum est, cum jam proavus ejus id habuisset? Nugæ. Certe major Alcibiades fuit, qui jus hospitii cum Lacedæmoniis, & inter eos Alcibiade, exercebat; cui postea renuntiavit Axiochus filius, Alcibiadis secundi avus, quodque secundus renovare animum induxit. Observo apud eundem Thucydidem *lib.* V. Ἧσαν δὲ ἄλλοι τε, καὶ Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου, ἀνὴρ ἡλικίᾳ μὲν ἔτι τότε ὢν νέος, ὡς ἐν ἄλλῃ δὲ πόλει, ἀξιώματι προγόνων τιμώμενος. ᾧ ἐδόκει μὲν καὶ ἄμεινον εἶναι πρὸς τοὺς Ἀργείους μᾶλλον χωρεῖν, οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ φρονήματι φιλονεικῶν ἠναντιοῦτο, ὅτι Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου καὶ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδὰς, αὐτὸν κατὰ τὴν νεότητα ὑπεριδόντες, καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν ποτὲ οὖσαν οὐ τιμήσαντες· ἣν τοῦ πάππου ἀπειπόντος, αὐτὸς τοὺς ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν αἰχμαλώτους θεραπεύων, διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι. *Erant autem & alii, & Alcibiades Cliniæ, vir ætate adolescens tunc quidem, ut in alia autem urbe, commendatione majorum honoratus; cui videbatur quidem, & melius esse, ad Argivos potius accedere; nihilominus & ferocia contendens adversabatur, quod Lacedæmonii per Niciam, & Lacheten fœdera fecerunt, ipsum propter juventutem contemnentes, & juxta antiquum hospitium quod aliquando fuerat non honoraverant; quod avo repudiante ipse prosequendo & curando ex insula eorum captivos, existimaverat renovavisse.* Porro de Alcibiade secundo, in confesso est, Cliniæ illum filium esse. Nisi quis forte dicere velit, etiam Alcibia-

libiadis primi patrem Cliniæ nomen habuiſſe. Atque id verum eſſe poteſt. Sed Herodoto quid faciemus, qui filium Alcibiadis Cliniam facit: Locus eſt *lib.* VIII. Τῶν δὲ Ἑλλήνων κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν ἠρίστευσαν Ἀθηναῖοι, καὶ Ἀθηναίων Κλεινίης ὁ Ἀλκιβιάδεω. *E Græcis autem eo die exſtitere præſtantiſſimi Athenienſes, & ex Athenienſibus Clinias Alcibiadis pater.* Putare poſſis, Alcibiadis filium nomine avi exſtitiſſe; ac de eo loqui illum. verum hiſtoria, in ſequentibus verbis expreſſa, valide vetat. Ὃς δαπάνην οἰκηίην παρεχόμενος, ἐστρατεύετο ἀνδράσι τε διηκοσίοισι καὶ οἰκηίῃ νηΐ. *Qui ſumptum domeſticum exhibens, militabat & viris ducentis & navi propria.* Nam iſte Clinias Alcibiadis pater erat. Plutarchus initio *Alcibiadis*. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Κλεινίας ἰδιοστόλῳ τριήρει περὶ Ἀρτεμίσιον ἐνδόξως ἐναυμάχησεν. *Pater autem ejus Clinias glorioſe commiſerat navale prælium triremi ſuis ſumptibus parata circa Artemiſium.* Sed ſciendum ellipſin eſſe, & ſubintelligi debere πατὴρ, non υἱός. Itaque errat Interpres doctiſſimus, qui vertit, *Clinias Alcibiadis filius.* Sic apud Ælianum *Var. Hiſt.* lib. XIII. cap. XXX. Ὀλυμπιὰς ἡ Ἀλεξάνδρου πυθομένη ὅτι πολὺν χρόνον ὁ παῖς αὐτῆς ἄταφος μένει. *Olympias Alexandri quum audiviſſet, filium ſuum longo tempore inſepultum manere.* Itidem in verbis iſtis, ἡ Ἀλεξάνδρου, ſubaudiendum, μήτηρ. Et ſunt loca ejuſmodi plura apud Auctores. Quando autem hoc nunc agimus; etiam de genere Alcibiadis moneamus, in quo non conſentiunt Auctores. Paternum e patriciis fuiſſe, maternum vero ex Alcmæonidis, narrat apud Iſocratem, Oratione jam citata, idem ſecundi filius. Ὁ γὰρ πατὴρ ἦν, πρὸς μὲν ἀνδρῶν, εὐπατριδῶν, ὧν τὴν εὐγένειαν ἐξ αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ῥᾴδιον γνῶναι· πρὸς γυναικῶν δὲ, Ἀλκμαιωνιδῶν, οἳ τοῦ μὲν πλούτου μέγιστον σημεῖον κατέλιπον. *Pater enim erat, ab viris quidem, patriciorum, quorum nobilitas ex ipſo cognomento facile cognoſcitur: ab fæminis autem, Alcmæonidarum, qui quidem divitiarum maximum ſignum reliquerunt.* Hunc ſequutus Plutarchus, in initio *Vitæ ejus*. Τὸ Ἀλκιβιάδου γένος ἄνωθεν Εὐρυσάκην τὸν Αἴαντος ἀρχηγὸν ἔχειν δοκεῖ. πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν. *Alcibiadis genus a principio Euryſacen Ajacis filium principem habere videtur. a matre autem Alcmæonida erat.* Aliter plane Demoſthenes κατὰ Μειδίου; qui ad Alcmæonidas paternum genus refert, maternum vero ad Hipponicum. Ἐκεῖνος γὰρ (ὁ Ἀλκιβιάδης) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν, Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι. τούτους δὲ φασιν, ὑπὸ τῶν τυράννων ὑπὲρ τοῦ δήμου στασιάσαντας ἐκπεσεῖν· καὶ δανεισαμένους χρήματα ἐκ Δελφῶν, ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν, καὶ τοὺς Πεισιστράτου παῖδας ἐκβαλεῖν· πρὸς δὲ μητρὸς, Ἱππονίκου, καὶ ταύτης τῆς οἰκίας, ᾗ ὑπάρχουσι πολλαὶ καὶ μεγάλαι πρὸς τὸν δῆμον εὐεργεσίαι. *Ille enim (Alcibiades) viri Athenienſes, dicitur ab patre quidem, Alcmæonidarum eſſe; hos autem dicunt, ſub tyrannis propter populum ſeditionem moventes excidiſſe; & fœnore accipientes pecunias ex Delphis liberaviſſe urbem, & Piſiſtrati liberos ejeciſſe. A matre autem, Hipponici, & illius familiæ, cujus exſtant multa & magna in populum beneficia.* In eandem ſententiam Libanius *Declam.* IX. Ἀλλ' οὐ θεὸς, ἀλλ' ἄνθρωπος Ἀλκιβιάδης· ἀλλ' ἐξ Ἱππονίκου, καὶ τῆς μεγάλης οἰκίας. *Sed non deus, verum homo Alcibiades: ſed Alcmæonida; ſed ex Hipponico, & magna familia.* Eodem reſpexit *Declam.* XXIX. Τί οὖν, ἄν τις Ἀλκιβιάδου κατηγοροίη ποτὲ, ὅτι τὸν Ἀλκμαίωνα καὶ τὸν Ἱππόνικον ἀκούων, τὰ προαιρέσεις γενναίας, καὶ πράξεις ἐφαμίλλους, καὶ Κλεινίαν, καὶ μάχας, καὶ τελευτὴν ἔνδοξον, φρονήματος ἔγεμε, δυοῖν οἰκίαιν γνωριμωτάταιν πρέποντος, ἢ ὅτι καλὸν αὐτὸν ἡ μήτηρ τέκοι. *Quid igitur, ſi quis Alcibiadem accuſarit quandoque, quod Alcmæonem & Hipponicum audiens, conſilia generoſa, facta paria, & Cliniam, & pugnas, & mortem glorioſam, ſuperbia plenus fuit, duabus notiſſimis familiis conveniente, aut quod pulchrum eum mater pepererit.* Vides litem; quam quis dirimet? Eodem modo in matris nomine variatur. Hanc Dinomachen, Megaclis filiam, appellat Plutarchus *loco citato*. Πρὸς δὲ μητρὸς Ἀλκμαιωνίδης ἦν, ἐκ Δεινομάχης γεγονὼς τῆς Μεγακλέους. *A matre autem Alcmæonides erat, ex Dinomache Megaclis filia natus.* Libanius itidem *loco citato*. Καὶ Μεγακλέα, καὶ Κλεινίαν, καὶ τὸν πρὸς μητρὸς Περικλέα, καὶ τὴν Δεινομάχην αὐχῶν. *Et Megaclem, & Cliniam; & illum a matre Periclem, & Dinomachen jactans.* Plato in *Alcibiade* I. Εἴ τις εἴποι τῇ βασιλέως μητρὶ, Ξέρξου δὲ γυναικὶ, Ἀμάστριδι, ὅτι ἐν νῷ ἔχει σου τῷ υἱεῖ ἀντιττάτεσθαι ὁ Δεινομάχης υἱὸς (ὁ Ἀλκιβιάδης) ᾧ ἐστι κόσμος ἴσως ἄξιος μνῶν πεντήκοντα, ἢ πάνυ πολλῶν. *Si quis dicat regis matri, Xerxis vero uxori, Amaſtridi; in animo habet tuo filio repugnare Dinomaches filius (Alcibiades) cui eſt ornatus fortaſſe dignus minis quinquaginta, ſeu plane pluribus.* Plinius vero Demaraten nominat, *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *Nec minus Niceratus omnia, quæ cæteri, aggreſſus, repræſentavit Alcibiadem, lampadeque accenſa matrem ejus Demaratem ſacrificantem.*

CAP. XIII.

Anthene urbs Cynuriæ, non Laconicæ. Harpocrationis locus explicatus.

AIT Harpocration Anthenen eſſe Laconicæ urbem. Iſta ejus verba ſunt. Ἀνθήνη, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Anthene, urbs Laconicæ.* Non recte dixit, ſi ſtricte accipias, Nam Anthene Cynuriæ urbs erat, non Laconicæ. Sed ſciendum de Cynuria, in confinio ſita, contentionem fuiſſe inter Argivos ac Lacedæmonios: urbes vero ejus, Thyream, & Anthenem, Lacedæmoniis ſubditas fuiſſe. Atque ita explicari debet hic locus. Obſervo rem apud Thucydidem *lib.* V. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφίσι γενέσθαι, ἢ ἐς πόλιν τινὰ, ἢ ἐς ἰδιώτην, περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *Et primo quidem Argivi putabant judicii commiſſionem ipſis fieri, ſive ad urbem quandam, ſive ad privatum, de Cynuria regione, de qua ſemper litigant, quum ſit in confiniis. Habet autem in ſe Thyream, & Anthenen urbem. Verum poſſident illam Lacedæmonii.*

CAP. XIV.

Mos Athenienſium. Περισχοίνισμα. *Imago Demoſthenis. & ara* XII. *deorum.*

MORIS erat Athenis, ut cum jus dicendum eſſet, jubente rege, forum funibus circumdaretur. Pollux docet *lib.* VIII. *cap* X. Τὸ δὲ δικαστήριον περιεσχοινίζετο, τοῦ μὲν βασιλέως προσαγγείλαντος, τῶν δὲ θεσμοθετῶν πληρούντων τὸ δικαστήριον. τὸ δὲ περισχοίνισμα ἀπὸ πεντήκοντα ποδῶν ἐγίγνετο, καὶ οἱ ὑπηρέται ἐφειστήκεισαν, ὅπως μηδεὶς ἀνεπόπτευτος προσῇ. *Tribunal vero fune circumducebatur, rege quidem jubente, legumlatoribus vero replentibus tribunal. Funis autem circumductio ab quinquaginta pedibus fiebat, & miniſtri adſtabant, ut nemo ſuſpectus adeſſet.* Obſervare eſt hunc morem apud Demoſthenem Orat. I. *contra Ariſtogitonem*. Ὅταν γὰρ ἡ βουλὴ περισχοινίσηται, ὥς αὐτὸς φησι, τότε οἱ ἄλλοι πάντες εἰσὶν ἀπεσχοινισμένοι. *Quando enim ſenatus fune circumducitur, ut ipſe dicit, tunc alii omnes fune interſepti ſunt.* Hinc

Π--

Περιχοίνισμα, locus, ubi duci funis solebat. Alciphron in Epistola Menandri *ad Glyceram*. Ποῖον περιχοίνισμα. ποίαν αἵρεσιν. ποίους χύτρους. κεραμεικόν. ἀγοράν. δικαστήρια. *Quale sepimentum, qualem sectam, quales ollas ceramicum, forum, tribunalia*. Erat ibi imago Demosthenis, & ara XII. deorum. Plutarchus lib. *De X. Rhet.* in *Demosthene*. Κεῖται δὲ εἰκὼν πλησίον τοῦ περιχοινίσματος, καὶ τοῦ βωμοῦ τῶν δώδεκα θεῶν. *Posita autem est imago prope locum ubi funis circumducitur, & aræ duodecim deorum*.

CAP. XV.

Συγγραφεῖς quot Athenis. Anthes. Harpocrationis locus unus emendatus, alter assertus.

LOCUS est apud Harpocrationem. Ἀπόληξις, εἷς τῶν νῦν συγγραφέων. *Apolexis, unus nunc scriptorum*. Eruditissimus Maussacus valide propugnat contra codices manu exaratos, qui omnes habent, Εἷς τῶν ν'. συγγραφέων. *Unus quinquaginta scriptorum*. Ego quidem, etsi veram illam quoque lectionem negem, ajo tamen ad veram nobis gradum struere; legendumque, Εἷς τῶν λ'. συγγραφέων. *Unus triginta scriptorum*. Nam triginta Συγγραφεῖς, *Scriptores*, erant, non quinquaginta. Ipse Harpocration infra in illa *Voce* testatur. Ἦσαν δὲ οἱ μὲν συγγραφεῖς τριάκοντα οἱ τότε αἱρεθέντες, καθά φησιν Ἀνδροτίων τε καὶ Φιλόχορος, ἑκάτερος ἐν Ἀτθίδι. *Erant autem scriptores quidem triginta qui tunc erant lecti, ut dicit & Androtion & Philochorus, uterque in Atthide*. Idem observare est apud *Etymologici* Auctorem, & Suidam. In eodem Harpocratione, *verbo* Ἀττις, locus alter est. Τὰ δὲ περὶ αὐτὸν δεδήλωκε Νεάνθης. *Quæ autem celebrantur de illo, declaravit Neanthes*. Illud ex Casauboni emendatione in textum recepit Philippus Maussacus. Nollem factum. Magna mihi in literis Casauboni auctoritas; sed ignoscet, si dissentio. Non ignoro nomen Neanthis, de quo nos in *Bibliotheca*: sed id, voce pristina ejecta, temere hoc loco restituere, minime ausim. Primitus edebatur, Δεδήλωκεν ὁ Ἄνθης. *Significavit Anthes*. Atqui Anthes inter veteres Scriptores erat. Stephanus. Ἁλικαρνασσός, πόλις Καρίας. Ἄνθης φησὶν, ἀπὸ τοῦ ἁλὶ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν. *Halicarnassus, urbs Cariæ. Anthes dicit, quia mari circumitur Caria*. Plutarchus *De Musica* inter vetustissimos Poetas nominat, ejusque Hymnos commemorat. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λῖνον τὸν ἐξ Εὐβοίας θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας ὕμνους. *Circa eandem autem tempestatem & Linum ex Eubœa lugubria carmina fecisse dicit, & Anthen ex Anthedone Bœotiæ hymnos*.

CAP. XVI.

Erichthonii parentes. Harpocration emendatus.

DE Erichthonii parentibus corruptus est locus Harpocrationis *in* Αὐτόχθονες. ὁ δὲ Πίνδαρος, καὶ ὁ τὴν Δαναΐδα πεποιηκώς, φασιν. Ἐριχθόνιον καὶ Ἥφαιστον ἐκ Γῆς φανῆναι. *Pindarus autem, & qui Danaida composuit, dicunt: Erichthonium & Vulcanum ex Terra apparuisse*. Ecce, Erichthonium & Vulcanum Terræ filios dicit; quod de Erichthonio quidem verum: sed de Vulcano quisnam Veterum unquam tradit? Affirmo corrupta esse verba, ac restituenda levi pariter transpositione & mutatione. Ἐριχθόνιον ἐκ Γῆς καὶ Ἡφαίστου φανῆναι. *Erichthonium ex Terra & Vulcano apparuisse*. Erichthonius Vulcani & Terræ filius fuit. Pausanias in *Atticis* Πατέρα δὲ Ἐριχθονίῳ λέγουσιν ἀνθρώπων μὲν οὐδένα εἶναι. γονέας δὲ Ἥφαιστον καὶ Γῆν. *Patrem autem Erichthonio dicunt hominem quidem nullum esse. Parentes autem Vulcanum & Terram*. Clare rem narrat Apollodorus *lib.* III. ubi de Erichthonio loquitur. Τοῦτον οἱ μὲν Ἡφαίστου τῆς Κραναῆς θυγατρὸς Ἀτθίδος εἶναι λέγουσιν. οἱ δὲ, Ἡφαίστου καὶ Ἀθηνᾶς, οὕτως. Ἀθηνᾶ παρεγένετο πρὸς Ἥφαιστον, ὅπλα κατασκευάσαι θέλουσα. ὁ δὲ ἐγκαταλελειμμένος ὑπὸ Ἀφροδίτης, εἰς ἐπιθυμίαν ὤλισθε τῆς Ἀθηνᾶς καὶ διώκειν αὐτὴν ἤρξατο· ἡ δὲ ἔφευγεν. ὡς δὲ ἐγγὺς αὐτῆς ἐγένετο, πολλῇ ἀνάγκῃ, ἦν γὰρ χωλὸς, ἐπειρᾶτο συνελθεῖν. ἡ δὲ, ὡς σώφρων, καὶ παρθένος οὖσα, οὐκ ἠνέσχετο· ὁ δὲ ἀπεσπέρμηνεν εἰς τὸ σκέλος τῆς θεᾶς. ἐκείνη δὲ μυσαχθεῖσα, ἐρίῳ ἀπομάξασα τὸν γόνον, εἰς γῆν ἔρριψεν. φευγούσης δὲ αὐτῆς, καὶ τῆς γονῆς εἰς γῆν πεσούσης, Ἐριχθόνιος γίνεται. *Hunc alii quidem Vulcaniæ Cranaes filiæ Atthidis esse dicunt: alii autem Vulcani, & Minervæ, ita. Minerva accessit ad Vulcanum, arma fabricari volens. Hic autem domi relictus a Venere, in cupiditatem lapsus est Minervæ; & prosequi illam incepit; hæc vero fugit. Cum autem illi propinquus esset, multa necessitate, erat enim claudus, conabatur congredi. Hæc autem, ut casta, & virgo, non sustinebat; hic vero semen emisit in femur deæ. Hæc autem abominata, lana quum abstersisset semen, in terram jecit. Fugiente autem hac, & semine in terram lapso, Erichthonius natus est*. His adde, quæ Hyginus *Fab.* CLXVI. & *Poetici Astronomici* lib. II. in *Heniocho*.

CAP. XVII.

Porticus Athenis Βασίλειος *una tantum, non duæ: eaque de re emendatus Hesychius. Unde dicta. In ea sedere rex solitus. Prope eam juramentum, & templum Vulcani. Agri Chalcidensium juxta ejus columnas elocati. Ælianus correctus. Porticus* Διός Ἐλευθερίου; *& inibi scuta.*

PORTICUS Athenis varias invenio. In primis erant duæ conjunctæ; una Βασιλέως, *regis* dicta: altera, Διός Ἐλευθερίου, *Jovis Liberatoris*. Regiæ meminit Plato in *Euthyphrone*. Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν, ὅτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις, περὶ τὴν τοῦ βασιλέως στοάν. *Quid magis novum, Socrates, factum est, quod tu derelictis in Lyceo scholis, illic nunc moraris, circa regis porticum*. Alterius vero idem etiam in *Theage*. Βούλει οὖν δεῦρο εἰς τὴν τοῦ Διός τοῦ Ἐλευθερίου στοὰν ἐκποδὼν ἀποχωρήσωμεν. *Vis igitur huc in Jovis Liberatoris porticum statim proficiscamur*. Utriusque simul Demosthenes *contra Aristogitonem*, Orat. I. Δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλήλας· ἥ τε τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς, καὶ ἡ βασίλειος. *Duæ sunt porticus apud se invicem; & Liberatoris Jovis, & regia*. Eustathius *Odyss.* α'. Ἦν δὲ, φασιν, Ἀθήνησιν ἀρχή τις βασιλεύς. καὶ ἡ ἐκείνου, βασιλίς. καὶ βασίλειος ἐκεῖ στοὰ, πλησίον τῆς τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς στοᾶς. *Erat autem, dicunt, Athenis magistratus quidam rex. Et uxor illius, regina. Et regia illic porticus, prope Liberatoris Jovis porticum*. Prior a magistratu noto Atheniensi, qui Βασιλεύς, *Rex*, nuncupabatur. Itaque animadvertendus locus Hesychii. Βασίλειος στοά. δύο εἰσὶν Ἀθήνησι βασίλειοι στοαὶ, ἥτε λεγομένη τοῦ βασιλέως Διὸς, καὶ ἡ τοῦ Ἐλευθερίου. *Regia porticus. duæ sunt Athenis regiæ porticus, & hæc dicta Regis Jovis, & illa Liberatoris*. Mire hic illudit librarius. Primum neque Jupiter cognomento Βασιλεύς ab Atheniensibus colebatur; deinde neque ab eo

porticus denominata, ſed a magiſtratu, ut dixi. Clare Euſtathius in *verbis citatis*; & confirmat Pauſanias *Atticis*. Πρώτη δ' ἐςὶν ἐν δεξιᾷ καλουμένη ςοὰ βασίλειος, ἔνθα καθίζει βασιλεὺς ἐνιαυσιαίαν ἄρχων ἀρχήν· *Prima autem eſt in dextra vocata porticus regia, illic ſedet rex annuum regens imperium.* Et obſerva; regem illic ſedere ſolitum. Præterea unica tantum, & quidem illa, Βασίλειος, *Regia*, erat; non duæ: altera Διὸς Ἐλευθερίου, *Jovis Liberatoris*, vel Διὸς ſimpliciter, dicebatur. Ecce de poſteriore apud Diogenem Laertium in *cognomine Cynico*, lib. VI. Καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς ςοὰν, καὶ πομπεῖον αὐτῷ κατεσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienſes dixit, oſtendens Jovis porticum, etiam ferculum ſibi condidiſſe, ut veſceretur illic.* Ergo reſtituenda Heſychii verba, male a librario trajecta, legendumque, Βασίλειος ςοά· δύο εἰσὶν Ἀθήνησι ςοαί· ἥτε βασίλειος λεγομένη, τοῦ βασιλέως· ἥτε Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου· *Regia porticus; duæ ſunt Athenis porticus; & hæc regia dicta, regis; & iſta Jovis Liberatoris.* Non dubitamus quin Heſychius ita ſcripſerit. Juxta porticum regiam jurabant Theſmothetis Athenienſes in leges patrias. Pollux de iis *lib.* VIII. *cap.* IX. Ὤμνυον δὲ οὗτοι πρὸς τῇ βασιλείῳ ςοᾷ· *Jurabant autem illi ad regiam porticum.* Et prope erat templum Vulcani. Pauſanias *Atticis*. Ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν, καὶ ςοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον, ναός ἐςιν Ἡφαίςου· *Verum ſupra Ceramicum, & porticum vocatam regiam, templum eſt Vulcani.* Ad ejus columnas Athenienſes partem agri Chalcidenſis elocarunt. Ea de re elegans eſt Æliani locus, *Var. Hiſt.* lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι κρατήσαντες Χαλκιδέων, κατεκληρούχησαν αὐτῶν τὴν γῆν εἰς τεσσαράκοντα κλήρους, τὴν ἱππόβοτον καλουμένην χώραν· τεμένη δὲ ἀνῆκαν τῇ Ἀθηνᾷ, ἐν τῷ Λιλάντῳ ὀνομαζομένῳ τόπῳ. τὴν δὲ λοιπὴν ἐμίσθωσαν, καὶ τὰς ςήλας τὰς πρὸς τῇ βασιλείῳ ςοᾷ ἑςηκυίας, αἵπερ οὖν τῶν μισθώσεων ὑπομνήματα εἶχον. *Athenienſes devictis Chalcidenſibus, ſorte diviſerunt illorum terram in quadraginta ſortes, Hippobotum vel equis paſcendis aptam vocatam regionem. Templa autem remiſerunt Minervæ, in Lilanto nominato loco. Reliquam vero elocarunt, & columnas ad regiam porticum ſtantes, quæ igitur elocationum monumenta habebant.* Sed corrupta verba ita reſtituo, τ. δ. λ. ἐμίσθωσαν κατὰ ςήλας τὰς π. τ. β. ς. *r. v. elocarunt ad columnas a. r. p.* Meminit porticus iſtius Eunapius in *Ædeſio*. Τὰ πλεῖςα δὲ ἐν δικαςηρίοις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασιλέως ςοὰν, ἐκινδύνευεν. *Potiſſimum vero in tribunalibus, ſicut Socrates circa regis porticum, periclitatus fuit.* Alterius mentio eſt apud Xenophontem *Oeconom.* Ἰδὼν οὖν ποτε αὐτὸν ἐν τῇ τοῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίου ςοᾷ καθήμενον, ἐπεί ἔδοξε σχολάζειν, προσῆλθον αὐτῷ. *Videns igitur aliquando illum in Jovis Liberatoris porticu ſedentem, poſtquam mihi viſus eſt otiari, adibam illum.* Atque in ea ſuſpenſa ſcuta, ab hoſtibus devictis reportata; quæ poſtea Sylla, cum aliis Athenienſium inſignibus, ſuſtulit. Meminit Pauſanias *Phocicis*. Τοῦτο μὲν δὴ ἐπεγέγραπτο, πρὶν ἢ τοὺς ὁμοῦ Σύλλᾳ, καὶ ἄλλα τῶν Ἀθήνησι, καὶ τὰς ἐν τῇ ςοᾷ τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας. *Hoc quidem ſane inſcriptum erat, antequam illi, qui cum Sulla erant, & alia quæ Athenis ſunt, & in porticu Liberatoris Jovis tollerent ſcuta.*

CAP. XVIII.

Porticus Ποικίλη *unde dicta; olim* Πεισιανάκτιος. *Anonymus in Ariſtidem emendatus. Aliæ quoque porticus nonnullæ. Helena Zeuxidis.*

ALIÆ etiam Athenis porticus; in quibus celeberrima ἡ Ποικίλη, *Varia*, a qua nomen ſectæ philoſophorum, Ita dicta eſt poſtquam picta, cum antea Πεισιανάκτιος diceretur. Plutarchus in *Cimone*. Καὶ διὰ τοῦτό φασιν ἐν τῇ Πεισιανακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν ςοᾷ, γράφοντα τὰς Τρωάδας, τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. *Et ideo dicunt in Piſianactio tunc vocato, nunc autem Pœcile vel Varia porticu, pingentem Troadas, Laodices formam exhibuiſſe in imagine Elpinices.* Diog. Laertius in *Zenone*, lib. VII. Ἀνακάμπτων δὲ ἐν τῇ Ποικίλῃ ςοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου, Ποικίλῃ, διετίθετο τοὺς λόγους. *Revertens autem in Pœcile porticu, Piſianactio etiam vocato, ab pictura Polygnoti, Pœcile, componebat orationes.* Corrupta hac de re Harpocrationis & Suidæ loca eleganter reſtituit eruditiſſimus Mauſſacus: quibus ego tertium addo Anonymi in *Argumento Miltiadis* apud Ariſtidem. Ἐφ' οὗ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι γραφῆναι τὴν Πεισιανακτίαν ςοὰν, ἥτις ὕςερον ἐκλήθη Ποικίλη. *Cujus tempore Athenienſes decreverunt pingi Piſianactiam porticum, quæ poſtea Pœcile vocata fuit.* Hodie editur, Τὴν πισίαν ἀκτίαν ςοάν. *Porticum piſian litoralem.* Erat etiam quæ τῶν Ἑρμῶν dicebatur. Æſchines in Oratione *contra Cteſiphontem*. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς ςῆσαι ἐν τῇ ςοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν. *Et magnos honores bis populus dedit, quemadmodum tunc videbatur, tres lapideos Mercurios ſtare in Mercuriorum porticu.* Menecles, ſive Calliſtratus, ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν, *in oratione de Athenis*, apud Harpocrationem. Ἀπὸ γὰρ τῆς Ποικίλης, καὶ τῆς τοῦ Βασιλέως ςοᾶς, εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων, ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν. *Nam ab Pœcile, & Regis porticu, ſunt qui Mercurii vocantur; quia enim ſiint multi dedicati etiam ab privatis, & principibus, illud accepiſſe nomen, evenit.* Andocides *Oratione* Περὶ τῶν μυςηρ. Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκτήμονα. *Teucer ad Mercurios Euctemona indicabat.* In propinquo tonſtrina erat. Obſervo apud Lyſiam in *Oratione* Κατὰ Παγκλέωνος. Ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον, τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς. *Veniens ad tonſtrinam, quæ eſt prope Mercurios.* Erat Μακρά. Pauſanias in *Atticis*. Ἐςι δὲ τῆς ςοᾶς τῆς Μακρᾶς ἔνθα καθέςηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ. *Eſt autem Porticus Macræ, vel Longæ, ubi forum conſticutum eſt litoralibus.* Ariſtophanis Scholiaſtes *Avibus*. Οὕτω μέρος τι νῦν συνήθης γέγονε τὸν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς Μακρᾶς ςοᾶς. *Sic quandam partem nunc in conſuetudinem venit Colonon vel aggerem vocare, poſticum Porticus Macræ.* Meminit alibi etiam Demoſthenes. Conſtabatque ex quinque, ut doceo lib. *De Pop. Att.* in Πειραιεῦς. Illic vide, quæ mihi ante biennium hoc annotata; neque enim nunc repetere libet. Eadem eſt, quæ Η ἐπὶ θαλάσσῃ vocatur apud Pauſaniam *Atticis*. Τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ ςοᾶς ὄπισθεν ἑςᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *A tergo autem porticus, quæ ad mare eſt, ſtant Jupiter, & Populus, Leochari opus.* Erat etiam ad macellum. Animadverto ecce apud Terentium in fabula palliata, *Adelphis*, Act. IV. Sc. II.

S. Noſtin' porticum hanc apud macellum deorſum?
D. quid ni noverim?
S. Præterito hac recta platea ſurſum. ——

Erat item τῶν Θρακῶν. Harpocration. Ὅτι δὲ καὶ Θρακῶν στοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα. *Quod autem etiam porticus quædam Thracum dicebatur, indicavit quoque Antiphon in oratione contra Nicolem.* Etiam τῶν Ἀλφίτων; inde dicta, quod farinæ ibi venderentur. Heſychius. Ἀλφίτων στοὰ, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. *Farinarum porticus, in qua farinæ vendebantur.* Eratque ibi Helena Zeuxidis. Euſtath. *ad Il.* λ'. Ἦν δέ φασι καὶ ἀλφίτων στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ Ζεύξιδος ἀνέκειτο Ἑλένη. *Erat autem, dicunt, & Athenis farinarum porticus, in qua etiam Helena Zeuxidis poſita erat.* Commemoratur item *Eumenici*, apud Vitruvium *lib.* v. *cap.* IX. *Itemque Athenis porticus Eumenici, patriſque Liberi fanum.* Sed corruptum locum cenſeo; non enim Eumenicum aliquem in Hiſtoria antiqua Atica legere memini. Neque tamen temere emendem.

CAP. XIX.

Baubo. Harpocration, Heſychius, & Suidas, emendati.

MULTUM negotii faceſſunt Mauſſaco, egregie de Harpocratione merito, iſta verba. Βαβοῦς, Βαβώ. ὄνομα γυναικός. *Babus, Babo; nomen feminæ* Jam ante XVII. hos annos monui legendum, Βαυβοῦς, Βαυβώ, *Baubus, Baubo.* Nam verum nomen mulieris hujus, quam deſignat, Baubo erat. Ecce apud Arnobium *lib.* v. *Eleuſinos etiam pervehitur fines, (pagi iſtud nomen regione in Attica conſtituti) qui illud temporis has partes incolebant, terrigenæ; quibus nomina hæc fuerunt, Baubo, Triptolemus.* Hæc Baubo Cererem, cum filiæ Proſerpinæ inquirendæ Atticam pervagaretur, hoſpitio excepit. Arnobius *ibidem: Igitur Baubo illa, quam incolam fuiſſe Eleuſinii diximus pagi, malis multiformibus fatigatam accipit hoſpitio Cererem.* Clemens *Protreptico.* Ὤκουν δὲ τηνικάδε τὴν Ἐλευσῖνα οἱ γηγενεῖς. ὀνόματα δὲ αὐτοῖς Βαυβὼ, καὶ Δυσαύλης. *Inhabitabant autem tunc temporis Eleuſinem terrigenæ; nomina autem horum erant Baubo, & Duſaules.* Et mox. Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. *Quum hoſpitio Cererem excepiſſet Baubo, ei potum mixtum præbet.* Et Orpheus.

> Χερσί τε μιν ῥίπτεσκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις.
> *Et manu illam ridens Baubus in ſinus conjecit.*

Nec hoſpitio tantum Cererem excepit, ſed & nutrix ejus fuit. Heſychius. Βαυβὼ, τιθήνη Δήμητρος. *Baubo, Cereris nutrix.* Ita corrigo. Perperam hodie editur, Βαυμώ. Nunc ad Suidam veniamus, qui ingentes hic turbas dat. Alibi enim Βαβὼ, Βαθὼ, & Βαρὼ, ſcribitur. Ecce. Βαρὼ, καὶ Δημὼ, ὀνόματα σοφῶν γυναικῶν. ἐξένισεν ἡ Βαρὼ τὴν Δημώ. *Baro, & Demo, nomina ſapientum mulierum; Baro hoſpitio excepit Demo.* Alibi. Δημὼ, ὄνομα κύριον. ἐξένισεν ἡ Βαθὼ τὴν Δημώ. *Demo, nomen proprium. Batho hoſpitio excepit Demo.* Sed priore loco ſcribendum eſſe Βαυβὼ, facile evincit ordo literarum; cum ponatur inter eas dictiones, quæ incipiunt a Βαυ. De poſteriore non valde laborandum. Præterea ut eadem opera emendare etiam Suidam inſtituam; monachus ille, qui ſua non pauca Collectaneis illis infarſit, vel ipſe quoque Suidas, in mendoſum inciderit codicem, atque inde huc transfuderit. Verba Auctoris cujuſdam antiqui ſunt, quem non nominat. Ἐξένισεν ἡ Βαρὼ, ſive Βαβὼ τὴν Δημώ. *Baro, ſive Babo, hoſpitio accepit Demo.* Illa autem ſic corigenda cenſeo. Ἐξένισεν ἡ Βαυβὼ τὴν Δηώ. *Accepit hoſpitio Cererem Baubo.* nam Δηὼ eſt Ceres; ut notum. Sine dubio autem in mente illi fuerint iſta verba Clementis in *Protreptico*, ubi hiſtoriam fabuloſam de Cerere & Baubone narrat. Ξενίσασα ἡ Βαυβὼ τὴν Δηὼ, ὀρέγει κυκεῶνα αὐτῇ. *Quum hoſpitio Cererem accepiſſet Baubo, potum mixtum ei præbet.* Ab hoc mendo illæ lacrymæ. Itaque iterum apud Harpocrationem in Δυσαύλης ſcribendum erit, συνοικήσαντα δὲ Βαυβοῖ, *una autem habitantem cum Baubone.*

CAP. XX.

Βεβαιώσεως δίκη *Harpocration, Suidas, & Heſychius, emendati.*

ELEGANS locus eſt Harpocrationis *in* Βεβαιώσεως, iſtis verbis. Δίκης ὄνομά ἐστιν, ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ πωλουμένῳ, ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ, τοῦ προθέντος δὲ μὴ βεβαιοῖ. *Controverſiæ nomen eſt, quam emptores venditori intendebant, ſi alter quidem litigaret, de vendita re autem non confirmet.* Quid ſit ἡ βεβαιώσεως δίκη, *confirmationis jus*, explicat etiam Pollux *lib.* VIII. *cap.* VI. Sed Harpocrationis hic locus ab interpunctione laborat, dein mendoſus eſt; &, ſi recte attendas, mutilus quoque. Pro, τοῦ προθέντος, legendum, τοῦ πραθέντος. Deinde, ut plenus ſit ſenſus, inſeruerim: Ὁ πωλήσας. Ecce iſto modo. Ἣν δικάζονται οἱ ὠνησάμενοί τι τῷ πωλουμένῳ, ἂν ἕτερος μὲν ἀμφισβητῇ τοῦ πραθέντος, ὁ πωλήσας δὲ μὴ βεβαιοῖ. *Quod intendebant emptores venditori, ſi alter quidem litigaret de vendita re, venditor autem non confirmet.* Profecto mutilum eſſe locum, nec conſtare ſenſum, facile illi conſtabit, cui ſenſus. Supple igitur ad iſtum, vel ſimilem, modum. Quod τοῦ πραθέντος legi debeat, non, τοῦ προθέντος; tam verum eſt, quam illa quæ apud Sagram. Porro corrigendus hac ipſa voce Suidas, apud quem perperam legitur. ἣν δικάζονται οἱ ὁρισάμενοί τι, *quam intendebant qui quid definiebant.* Et Heſychius, apud quem. Ἐπὶ τῶν ὁρισαμένων τὸ μετὰ ταῦτα ἀμφισβητούμενον. *De his, qui aliquid confirmaverunt, quod poſtea eſt ambiguum.* Reſcribe apud illum, Ὠνησάμενοί τι, *qui quid emunt.* Apud hunc, τῶν ὠνησαμένων, *qui emunt.* Hæc eſt vera lectio.

CAP. XXI.

Xuthus ne, an Jon, Athenienſes bello contra Eumolpum juverit. Erechthei filiæ. Hyginus bis corræctus.

SUIDAS, ubi explicat quid ſit Βοηδρομία, ita ait. Ἔστι δὲ ἡ Βοηδρομία, ἑορτή τις Ἀθήνησι καλουμένη, καθ' ἣν ἡμέραν ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος. *Βοηδρομία autem eſt, feſtum aliquod vocatum Athenis, quo die Xuthus celeri ſtudio opem tulit Athenienſibus, cum ab Eumolpo Neptuni filio armis infeſtarentur.* Totidem verbis Auctor *Etymologici*. Ecce, dicit Xuthum opem tuliſſe Athenienſibus bello contra Eumolpum. Alii Jonem, ejus filium, commemorant. Strabo *lib.* VIII. Ἴων δὲ τοὺς μετ' Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, οὕτως ηὐδοκίμησεν, ὥστ' ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Jon autem quum ſuperaviſſet Thracas, tus eſt, ut qui cum Eumolpo erant, tantopere celebra-Athenienſes Rempublicam illi commiſerint.* Et Harpocration ex Philochoro Βοηδρομία, ἑορτή τις οὕτω καλουμένη, ἥν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενομίσθαι, ἐπειδὴ

Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε αὐτοῖς πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. *Boedromia, feſtum aliquod ita vocatum, quod inquit Philochorus in libro ſecundo inſtitutum fuiſſe, poſtquam Jon Xuthi filius opem prompte tulit Athenienſibus, qui ab Eumolpo Neptuni filio premebantur bellis regnante Erechteo.* Alii diverſa tradunt, & dicunt; adjutos ab Jone Athenienſes bello non contra Eumolpum, ſed contra Eleuſinios. Diſerte *Etymologici* Auctor. Βοηδρομιὼν, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις εἴρηται, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐτιμᾶτο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, οἱ ἐνίκησαν Ἀθηναῖοι. *Boedromion, menſis ab Athenienſibus dicitur, quod in eo honorabatur Boedromius Apollo. ſumſit autem initium, quod bello inter Athenienſes & Eleuſinios vigente, Jone ſimul propter cognationem adjuvante, Athenienſes victoriam reportarunt.* Ubi ſibi contrarius nunc Jonem nominat, cum antea Xuthum nominaverit. Pauſanias in *Corinthiacis*. Δυσαύλην δέ φασιν ἀδελφὸν Κελεοῦ παραγενόμενον σφισιν ἐς τὴν χώραν, καταστήσασθαι τὴν τελετήν. ἐκβληθῆναι δὲ αὐτὸν ἐξ Ἐλευσῖνος ὑπὸ Ἴωνος, ὅτε Ἴων Ἀθηναίοις ὁ Ξούθου πολέμαρχος τοῦ πρὸς Ἐλευσινίους ᾑρέθη πολέμου. *Duſaulem vero dicunt Celei fratrem, quum ad illos in regionem iſtam veniſſet, inſtituiſſe initiationem; eum autem ejectum fuiſſe ex Eleuſine ab Jone, quando Jon Xuthi filius apud Athenienſes polemarchus belli contra Eleuſinios electus eſt.* Et iterum in *Achaicis*. Τότε δὲ ἐπὶ τῆς Ἴωνος βασιλείας πολεμησάντων Ἀθηναίοις Ἐλευσινίων, καὶ Ἀθηναίων Ἴωνα ἐπαγομένων ἐπὶ ἡγεμονίᾳ τοῦ πολέμου. *Tunc autem regnante Jone, Eleuſinis contra Athenienſes bellantibus, & Athenienſibus ad belli imperium Jonem aſciſcentibus*, &c. Herodotus *lib.* VIII. meminit Ἴωνος τοῦ Ξούθου στρατάρχεω γενομένου Ἀθηναίοισι, *Jonis Xuthi filii belli ducis apud Athenienſes facti.* Sed de bello diſtincte non dicit. Ad Eumolpi bellum quod attinet, ejus quoque mentio apud Ariſtidem in *Panathenaico*. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον τούτῳ πολέμῳ τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι, τοῦ θεοῦ χρήσαντος. *Dicitur enim Erechtheus quidem in illo contra Eumolpum bello filiam pro urbe tradidiſſe, Deo vaticinante.* Lycurgus in *Orat.* Κατὰ Λεωκράτους. Φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν, τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα. τυχεῖν δὲ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. *Dicunt enim Eumolpum Neptuni & Chiones filium cum Tracibus veniſſe, de hac regione contendentem: ſed & circa illa tempora regnare Erechtheum, uxorem habentem Praxitheam Cephiſi filiam.* Et quæ ſequuntur. Hyginus *Fab.* XLVI. *In eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſuis terram Atticam eſſe diceret. Is victus cum exercitu, cum eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus, ne filii morte Erechtheus lætaretur, expoſtulavit, ut ejus filia Neptuno immolaretur. Itaque Otionia filia cum eſſet immolata, ceteræ, fide data, ſe ipſæ interfecerunt.* Sed nuſquam hic neque Xuthi, neque Jonis, ulla mentio. Recta autem eſt ſententia illorum, qui de Jone dicunt, idque temporis ratio evincit. Porro idem eſt bellum, quod hi cum Eumolpo, illi cum Eleuſiniis geſtum dicunt. Eleuſinii enim bello iſto ducem ſibi Eumolpum aſſciverant. Apollodorus *lib.* III. Καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους καὶ Ἐλευσῖνι ἐπικληθεὶς (ὁ Εὔμολπος) ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως. *Et exorto contra Athenienſes & Eleuſinios bello, invocatus (Eumolpus) ab Eleuſiniis, cum magnis Thracum copiis auxiliabatur.* Thucydides *lib.* II. Καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. *Et quidam illorum etiam bella geſſerunt aliquando, quemadmodum & Eleuſinii cum Eumolpo contra Erechtheum.* Scholiaſtes Euripidis *Phœniſſis*, ubi de hoc Eumolpo, & bello cum Athenienſibus geſto. Οὗτος (Εὔμολπος) συνεμάχησεν Ἐλευσινίοις στασιάζουσι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἐρεχθέως, καὶ ἡττηθεὶς ἐφονεύθη. *Hic (Eumolpus) arma cum Eleuſiniis conſociavit, tumultuantibus contra regem Erechtheum, & ſuperatus interfectus eſt.* In verbis vero illis Hygini, quando occaſio eſt, tollendum mendum, ſcribendumque, *Itaque Chthonia filia.* Nam quatuor Erechtheo filiæ fuerunt, Procris, Creuſa, Chthonia, Orithyia. Apollodorus *loco citato*. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας τῆς Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας, Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα. θυγατέρας δ', Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Qum autem duxiſſet Erechtheus Praxitheam filiam Phraſimi, & Diogeniæ Cephiſi filiæ, habuit filios, Cecropem, Pandorum, Metionem; filias autem, Procrin, Creuſam, Chthoniam, Orithyiam.* Itaque iterum corrigendum apud eundem Hyginum *Fab.* CCXXXVIII. *Erechtheus Pandionis filius Chthoniam (occidit) ex ſortibus pro Athenienſibus.* Hodie editur, *Erechtheus Pandionis filius Colophoniam.*

CAP. XXII.

Βουφόνια, *quæ; quando celebrata, & cur inſtituta. Thaulon. Schol. Ariſtophanis emendatus.* Βούτης. Βουφόνος. *Quo ritu celebrari ſolita. Bovem interficere capitale.*

BOΥΦΟΝΙΑ feſtum Athenis erat, in quo multi boves mactabantur, unde nomen. Celebrabatur autem menſis Scirophorionis XIV. *Etymologici* Auctor. Ἑορτή τις παρὰ Ἀθηναίοις τὰ Βουφόνια, ἐν ᾗ πολλοὶ ἐθύοντο βόες. καὶ ἤγετο αὕτη Σκιροφοριῶνος μηνὸς τετάρτῃ ἐπὶ δέκα. *Feſtum quoddam apud Athenienſes eſt Buphonia, ſeu Bovicidia, in quo multi mactabantur boves; & hoc celebrabatur decimo quarto menſis Scirophorionis.* Origo inde, quod Diipoliis bos molam ad ſacrificium præparatam devoraſſet, eaque de cauſa a Thaulone ſecuri interfectus eſſet. Suidas. Βουφόνια, ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις πάνυ ἀρχαία. ἐν γὰρ Διϊπολίοις φασὶ τὸν βοῦν τὸ πόπανον φαγεῖν, τὸ παρεσκευασμένον εἰς θυσίαν. Θαύλωνα δέ τινα ὡς εἶχε τῷ πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν, ὡς Ἀνδροτίων φησί. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum apud Athenienſes valde antiquum. Etenim Diipoliis dicunt bovem placentam ad ſacrificium paratam comediſſe: Thaulonem vero quendam, ut erat, ſecuri interfeciſſe bovem, ut inquit Androtion.* Et mox iterum. Βουφόνια, ἑορτὴ παλαιά, ἥν φασιν ἄγεσθαι τὰ μυστήρια. ὅτε καὶ τοὺς βοῦς ἔθυον εἰς ὑπόμνησιν τοῦ πρώτου φονευθέντος ἐν ἀκροπόλει βοὸς ἁψαμένου τοῦ πελάνου ἐν τῇ θυσίᾳ τῶν Διιπολίων. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum priſcum, in quo dicunt myſteria celebrari; quando & Bovem mactabant ad memoriam primi mactati bovis in arce qui tetigerat molam in Diipoliorum ſacrificio.* Vide eundem rurſus in Θαύλων. Strictim Heſychius rem commemorat. Βουφόνια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν. ἐν γὰρ τοῖς Διϊπολίοις φασὶ βοῦν καταφαγεῖν τὸ παρεσκευασμένον πόπανον τῇ θυσίᾳ, οἷον πλακούντιον ἐξ ἄρτου. *Buphonia, vel Bovicidia, feſtum Athenis; ibi enim Diipoliis dicunt bovem comediſſe molam ad ſacrificium præparatam, quaſi placentulam ex pane.* Corrigendus Ariſtophanis Scholiaſtes *ad Nubes*, ubi male hodie editur. Βαύλωνα δέ τινα ὡς εἶχε πελέκει ἀποκτεῖναι τὸν βοῦν. *Baulonem autem quendam, ſicut erat, ſecuri bovem interfeciſſe.* Reſcribe, ut apud Suidam eſt. Θαύλωνα δέ τινα, *Thaulonem autem quendam.* Item Ἐν τῇ ἑορτῇ Διιπολίων, *in ſacro Diipoliorum.* Per-

peram editur, Ἐν τῇ ἑορτῇ Διονυσίων, *in festo Bacchanaliorum*. Nam accidit hæc res in festo non Bacchi, sed Jovis Poliei; de quo est videre apud Pausaniam in *Atticis*, qui refert Erechtheo rege contigisse. Videndus etiam Porphyrius Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, *lib.* II. Qui autem hæc sacra peragebat, Βούτης dicebatur. Hesychius. Βούτης, ὀρίγανος ὑπὸ Κυδωνιατῶν, καὶ Βουκόλος. καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ῥαδίως συντελουμένων. καὶ ὁ τοῖς Διϊπολίοις τὰ βουφόνια δρῶν. *Butes, origanum ab Cydoniatis, & bubulcus. & proverbium de eis quæ facile peraguntur. & qui Diipoliorum festo bovicidia committit.* Vel etiam, Βουφόνος. Pausanias in *Atticis*. Τοῦ Διὸς τοῦ Πολιέως κριθὰς καταθέντες ἐπὶ τὸν βωμὸν μεμιγμένας πυροῖς οὐδεμίαν ἔχουσι φυλακήν. ὁ βοῦς δὲ, ὃν ἐς τὴν θυσίαν ἑτοιμάσαντες φυλάσσουσιν, ἅπτεται τῶν σπερμάτων, φοιτῶν ἐπὶ τὸν βωμόν. καλοῦσι δέ τινα τῶν ἱερέων βουφόνον. καὶ ταύτῃ τὸν πέλεκυν ῥίψας, (οὕτω γάρ ἐστιν οἱ νόμος) οἴχεται φεύγων. οἱ δὲ ἅτε τὸν ἄνδρα, ὃς ἔδρασε τὸ ἔργον οὐκ εἰδότες, ἐς δίκην ὑπάγουσι τὸν πέλεκυν. ταῦτα μὲν τρόπον τὸν εἰρημένον δρῶσιν. *Jovis Poliensis bordea quum ad aram deposuerunt tritico mixta nullam curam habent. bos autem, quem, qui ad sacrificium paraverant, custodiunt, veniens ad aram semina devorat; quendam autem sacerdotum bovis mactatorem vocant. & illic securim abjiciens (ita enim illi lex erat) aufugiens se proripit. hi autem, utpote ignorantes virum, qui hoc factum perpetraverat, securim in jus vocant. Hæc quidem ad dictam formam efficiunt.* In quibus verbis vides sacrificii ritum; & τὸν Βουφόνον, simul bovem interfecisset, abjecta securi, aufugere consuevisse: Athenienses vero, ceu ignorato cædis auctore, in securim sententiam pronuntiasse. Ecce iterum apud eundem Pausaniam *alio loco*. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βουφόνος ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός. καὶ ὁ μὲν ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων. ὁ δὲ πέλεκυς παραυτίκα ἀφείθη κριθείς, καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *Regnante apud Athenienses Erechtheo, tunc primum mactavit bovem victimarius in ara Jovis Poliensis; & ille quidem abjiciens ibi securim, aufugiens se ex regione proripit. securis autem statim in judicium adducta meruit absolvi: & hucusque anno quolibet judicatur.* Ælianus *Variæ Historiæ* lib. VIII. cap. III. Ἀττικὸν τοῦτο τὸ ἔθος, ὅταν ὁ βοῦς ἀποσφαγῇ, τῶν μὲν ἄλλων ἀποψηφίζονται, κρίνοντες ἕκαστον ἐν τῷ μέρει φόνου· καταγινώσκουσι δὲ τῆς μαχαίρας, καὶ λέγουσι ταύτην ἀποκτεῖναι αὐτόν· καὶ ἐν ᾗ ταῦτα ἡμέρᾳ δρῶσι, Διϊπόλια τὴν ἑορτὴν καλοῦσι, καὶ βουφόνια. *Atticus hic mos est, quum bos mactatus est, alias quidem absolvunt, singulos ordine citantes crimine cædis: solam vero machæram condemnant, & dicunt illam ipsum mactasse; & in quo die hæc faciunt, vocant festum Diipolia, & Buphonia, vel Bovicidia.* Et observandum; reum cædis etiam fuisse, qui bovem occidisset: quippe in Attica, & Peloponneso, capitale id crimen erat. Varro *De Re Rust.* lib. II. cap. V. ubi de bove agit. *Hic socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. Qua in re testis Attice, testis Peloponnesos.* Ælianus *Var. Hist.* lib. V cap. XIV. Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος εἴη ἂν γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός· *Hæc & lex fuit Attica, bovem aratorem, & sub jugo laborantem cum aratro, vel etiam cum plaustro, ne hunc mactes, quod & ille est agricola, & humanorum laborum socius.*

CAP. XXIII.

Demosthenis Oratio Κατὰ Νεαίρας *an sit illius.*

CONTROVERTI apud Veteres video, an Demosthenis Oratio Κατὰ Νεαίρας genuina sit Oratoris istius. Phrynichus in *Ecloga Dictionum Atticarum*: Γεννικώτατον ἡμῖν ἐκόμισας μάρτυρα, τὸν συγγράψαντα τὸν κατὰ Νεαίρας. ὃς διά τε τὰ ἄλλα ὑποπτεύεται μὴ εἶναι Δημοσθένους, καὶ διὰ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων· *Ingeniosissimum nobis protulisti testem, qui conscripsit orationem contra Neæram; quæ & propter alia in suspicionem venit non esse Demosthenis, & propter talia improbatorum nominum.* Harpocration *in Voce* Γέρρα· Ἐν δὲ τῷ κατὰ Νεαίρας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, φησὶν (ὁ Δημοσθένης) οὕτω· *Sed in oratione contra Neæram, si genuina sit oratio, ita loquitur (Demosthenes)* Dionysius Halicarnasseus περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ· Εἰ μέντοι ἔνιοι ψευδεπίγραφοί εἰσι λόγοι ἀηδεῖς, καὶ φορτικαὶ, καὶ ἄγροικοι κατασκευαὶ, ὡς ἐν τῇ κατ' Ἀριστογείτονος β'. καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῶν δώρων, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐνδοῦναι Ἅρπαλον, καὶ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας. *Cæterum si quæ falso inscriptæ sunt orationes injucundæ, & illepidæ, agrestesque compositiones, ut in illa contra Aristogitonem secunda, & in defensione donorum, & in illa, Harpalum non cedere, & in illa contra Neæram.* Athenæus *lib.* XIII. Δημοσθένης δὲ ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας λόγῳ, εἰ γνήσιος. *Demosthenes autem rhetor, in oratione contra Neæram, si genuina.* Photius in *Bibliotheca*. Καὶ τὸν κατὰ Νεαίρας δὲ λόγον ὑπτιότητος τινὲς αἰτιώμενοι τῶν Δημοσθενικῶν ἀποκρίνουσι λόγων. *Et orationem contra Neæram supinitatis quidam accusantes rejiciunt ab Demosthenis orationibus.*

CAP. XXIV.

Suus cuique Athenis in foro locus; ibique merces sub tentoriis venditæ. Demosthenes, & Theophrastus, explicati.

ATHENIS qui res venales in mercatum afferrent, non promiscue, quem vellent, locum in foro capiebant; sed statutum, ac certum, habebant. Accipio ex Platone *De Leg.* lib. XI. Ὅσα δὲ διά τινος ὠνῆς ἢ καὶ πράσεως ἀλλάττεταί τις ἕτερος ἄλλῳ, διδόντα ἐν χώρᾳ τῇ τεταγμένῃ ἑκάστοις κατ' ἀγορὰν, καὶ δεχόμενον ἐν τῷ παραχρῆμα τιμὴν, οὕτως ἀλλάττεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμοῦ μηδ' ἐπὶ ἀναβολῇ πρᾶσιν μηδὲ ὠνὴν ποιεῖσθαι μηδενός. *Quæcunque autem aliqua emptione seu etiam venditione aliquis cum alio commutat, dantem in loco statuto singulis ad forum, & accipientem in continenti pretium, ita commutare; alibi nequaquam neque cum dilatione emptionem vel venditionem fieri alicujus rei.* Illo in loco tentoria ponebant, & sub illis merces suas exponebant. Hinc intelligendus Demosthenes Oratione *pro Ctesiphonte*. Τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τῶν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐξεῖργον, καὶ τὰ γέρρα ἀνεπίμπλασαν. *Et hos ex tentoriis, quæ juxta forum erant, arcuerunt, & septa impleverunt.* Harpocration *in* Σκηνίτης· Ἐν σκηναῖς ἐπιπράσκετο πολλὰ τῶν ὠνίων. *In tabernaculis multa venalium rerum vendebantur.* Quæ apud Suidam quoque leguntur. Ex eodem more capiendus Theophrasti locus in *Charact. Eth.* Περὶ ἀλαζονείας. Προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι, προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. καὶ ἐπὶ τὰς κλίνας ἐλθὼν, ἱματισμὸν ζητῆσαι δύο τάλαντα. *Accedens autem in forum ubi boni equi prostant, simulat se empturire. & ad lectos veniens, vestimentum quærere duobus talentis.* Sed hæc

corrupta autumat, & varie medicinam tentat, V. A
Cl. Isaacus Casaubonus, in *suis illic Notis*. Mihi initio sola interpunctione opus videtur, π. δ' εἰς τὰς ἵππους, τὰς μεγίστας πωλοῦσι προσποιήσασθαι ὡ. a. a. *ad equos, maximos vendentibus simulare e.* Ut πωλοῦσι sit dativus pluralis participii, *Vendentibus*. Denique pro κλίνας rescribit σκηνὰς; neque male omnino. Verum ego nihil opus mutare quicquam censeo: nam κλίνη, quod repositum vellet, idem est quod σκηνή. Hesychius. Κλισία, κλίνη, σκηνή. *Tabernaculum, lectus, tentorium*.

CAP. XXV. B

Γραμματεῖς tres, forte lecti. Ex his duo, τῆς Βουλῆς; tertius, τῆς Πόλεως appellatus. Singulorum munus, & vilitas.

ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ Athenis tres erant, ac forte eligebantur. Suidas. Κληρωτοὶ δὲ ἦσαν (οἱ γραμματεῖς) τὸν ἀριθμὸν τρεῖς, γράφοντες τὰ δημόσια, οὐδενὸς δὲ ἦσαν οἱ γραμματεῖς ἄτοι κύριοι, ἀλλ' ἢ τοῦ γράφειν, καὶ ἀναγνῶναι. *Sorte autem lecti erant (scribæ) numero tres, scribentes quæ ad Rempublicam pertinebant; nullius autem erant hi scribæ domini, præterquam scribendi, & legendi.* Sed ille minus accurate. Prior servabat tabulas, & decreta; alter leges: tertius populo, ac senatui, prælegebat. Jul. Pollux *lib.* VIII. *cap.* IX. C
Γραμματεὺς, ὁ κατὰ πρυτανείαν κληρωθεὶς ὑπὸ τῆς βουλῆς, ἐπὶ τῷ γράμματα φυλάττειν, καὶ τὰ ψηφίσματα. καὶ ἕτερος ἐπὶ τοὺς νόμους ὑπὸ τῆς βουλῆς χειροτονούμενος. ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δήμου αἱρεθεὶς γραμματεὺς ἀναγινώσκει τῷ τε δήμῳ, καὶ τῇ βουλῇ. *Scriba, qui pro prytanis magisterio a senatu sorte electus est, ad tabulas servandas, & decreta; & alter delectus ab senatu ad leges; sed qui ab publico electus scriba legit & populo, & senatui*. Priores duo a senatu legebantur, ut est videre in citatis Pollucis verbis; D
& τῆς Βουλῆς dicebantur, ut est observare apud Demosthenem in Orat. *pro Corona*: tertius a populo, & τῆς Πόλεως nuncupabatur. Observo apud Thucydidem *lib.* VII. Ὁ δὲ γραμματεὺς πόλεως παρελθὼν ἀνέγνω τοῖς Ἀθηναίοις, δηλοῦσαν τοιάδε. *Sed urbis scriba accedens legit Atheniensibus, indicantem talia*. Horum munus contemptum Athenis, contra quam apud Syracusanos, ubi honoratum. Ulpianus in orat. *contra Leptinem*. Εἶτα ἐξάρας τὴν τῶν Συρακουσίων ἰσχὺν, τὸν κεκρατηκότα λίαν ἠλάττωσε, γραμματέα καὶ ὑπηρέτην προσειπὼν, ὀνόματα παρ' Ἀθηναίοις ἀπερριμμένα. *Postea quum* E
Syracusanorum exstirpavisset vires, diminuit vehementer eum, qui potens rerum fuerat, scribam & ministrum appellans, nomina apud Athenienses abjecta. Et mox subjungit. Εἴρηται δὲ ὑπό τινος, ὡς οἱ παρὰ τοῖς Συρακουσίοις γραμματεῖς σεμνοί τε εἰσι καὶ ἔνδοξοι, καὶ οὐχ ὡς οἱ παρ' Ἀθηναίοις. *Est autem dictum ab aliquo, scribas apud Syracusanos & venerabiles & honoratos esse, & non sicut apud Athenienses*. Libanius, in *Argumento Orat.* περὶ παραπρεσβείας. Παραδέδοται δὲ αὐτὸς ὁ τραγῳδιῶν τε ὑποκριτὴς γενόμενος, καὶ γραμματεὺς τῆς πόλεως, ἥτις ἦν ἁπλῶς ὑπηρεσία. *Ipse autem Æschines* F
traditus fuit & tragœdiarum histrio, & scriba urbis, quod est vile ministerium.

CAP. XXVI.

Βρυτιάδαι, Suidas, Harpocration, & Hesychius, emendati.

FAMILIA nomen Athenis erat, Βρυτιάδαι. Demosthenes meminit Orat. *in Neæram*. Καὶ εἰς τοὺς Βρυτιάδας, ὧν καὶ αὐτός ἐστιν ὁ Φράστωρ γεννήτης. *Et in Brytiadas, quorum & ipse est Phrastor ejusdem generis*. Mox iterum. Καὶ ὅτι ἀληθῆ ταῦτα λέγω, τούτων ὑμῖν μάρτυρας τοὺς παρόντας Βρυτιαδῶν παρέξομαι. *Et hæc vere me dicere, horum vobis dabo testes Brytiadarum præsentes*. Deinde non multo post. Μαρτυροῦσιν εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ Φράστορα τὸν Αἰγιλιέα, τῶν γεννητῶν, οἱ καλοῦνται Βρυτιάδαι. *Testantur esse & ipsos, & Phrastora Ægiliensem, ex eis cognatis qui vocantur Brytiadæ*. Apud Suidam. Βρυτίδαι, ὄνομα γένους Ἀττικοῦ. *Brytidæ nomen familiæ Atticæ*. Apud Harpocrationem est, Βρυλίδαι. Rescribo utrobique Βρυτίνας. Corruptus quoque Hesychii locus. Βρυτίνας, γένος παρὰ Ἀθηναίοις. *Brytinas, familia apud Athenienses*. Itidem rescribe, Βρυτιάδας, γένος π. A. *Brytiadas, familia apud A.*

CAP. XXVII.

In Quingentorum curia simulacrum Jovis Βουλαίου, & Minervæ Βουλαίας; idque ab ingressis adoratum. Demosthenes illustratus. Vesta Βουλαία. Perque eam juratum.

JOVIS Βουλαίου simulacrum erat in Quingentorum curia. Pausanias *Atticis*. Ὠκοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας εἰργάσατο, καὶ πλησίον τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἳ βουλεύουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις. Βουλαίου δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διός. *Ædificatum autem quoque est Deorum matris templum, quam Phidias fecit. & prope quingentorum qui dicuntur senatorum curia, qui Atheniensibus per annum senatores erant; in illa autem Jovis Consiliatoris simulacrum positum est*. Etiam Minervæ Βουλαίας erat. Ibique senatores, cum senatum ingressi essent, pro felici introitu vota nuncupabant. Antiphon περὶ τοῦ χορευτοῦ. Καὶ ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς Βουλαίου, καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας, ἱερόν ἐστι. καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται. *Et in illa curia Jovis Consiliatoris, & Minervæ Consiliatricis, templum est. & ingredientes senatores vota nuncupabant*. Hoc ipsum est, quod Demosthenes dixit, εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Introitus de consilio vel senatu immolavisse*. Locus est Orat. *in Midiam*. Καὶ τοῦτο πρᾶγμα ἐπαγαγὼν, εἴασε μέν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Et quum tale factum induxisset, permisit quidem me introitum de consilio immolare*. Erat item Vesta Βουλαία. Plutarchus in *Vita Isocratis*. Καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέστη βοηθήσων. *Et fugiente ad Vestam Senatoriam omnibus attonitis, solus surrexit suppetias laturus*. Diodorus Siculus *lib.* XIV. Ὁ δὲ φθάσας ἀνεπήδησε μὲν πρὸς τὴν Βουλαίαν Ἑστίαν, ἔφησε δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς καταφεύγειν, οὐ σωθήσεσθαι νομίζων, ἀλλὰ ὅπως τοὺς ἀνελόντας αὐτὸν περιποιήσασθαι τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ἀσέβειαν. *Ille autem præveniens exsiluit quidem ad Vestam Senatoriam, dixit autem ad Deos confugere, non servatum iri putans, sed hoc agens, ut illis, qui ipsum sustulissent, contraheret in Deos impietatem*. Agit uterque de circumvento in senatu Theramene. Æschines Et Περὶ παραπρεσβ. Ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τοὺς βουλεύοντας, καὶ τὴν Ἑστίαν ἐπώμοσε τὴν Βουλαίαν. *Laudator noster erat Demosthenes apud senatores, & jurabat Vestam Senatoriam*. Et observa,

per illam juratum. Sic Dinarchus ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους ἐνδείξει, *in Judicio contra Callisthenem*, apud Harpocrationem. Μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν τὴν Βουλαίαν. *Juro per Vestam Senatoriam.*

CAP. XXVIII.

Γάνος. Γανίς. Libanius, Harpocration, & Suidas, restituti.

MONS Thraciæ fuit Γάνος, eique subjectus ager Γανὶς dicebatur. Observo apud Æschinem Oratione *in Ctesiphontem*. Οὗτός ἐστιν, ὦ Ἀθηναῖοι, ὁ πρῶτος ἐξευρὼν Σέρριον τεῖχος, καὶ Δορίσκον. καὶ Ἐργίσκην, καὶ Μοργίσκην, καὶ Γάνος, καὶ Γανίδα. *Ipse est, Athenienses, qui primus invenit Serrium murum, & Doriscum, & Ergiscam, & Morgiscam, & Ganum, & Ganida.* Huic loco similis est Libanii in *Demosthenis Apologia*. Σέρριον, καὶ Δορίσκον, καὶ Μυρτῖνον, καὶ Γάνος, καὶ Γανίδα χώραν. *Serrium, & Doriscum, & Myrtinum, & Ganus, & Ganida regionem.* Ita restituo. Hodie enim corruptissime editur, Καὶ Μυρτῖνον, καὶ Γάδος, καὶ σανίδα χώραν. *Et Myrtinum, & Gadus, & Sanida regionem.* Corrigendus etiam Harpocration, qui citatum Æschinis locum respexit. Γάνος θηλυκῶς, καὶ Γανίδα. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. χωρία ἐστὶ Θρακικά. *Ganus fœminino genere, & Ganida. Æschines contra Ctesiphontem; loca sunt Thracia.* Perperam editur, καὶ Γανιάδα. Eodem modo apud Suidam peccatum est; itidem restituendum. Miror nullam hujus montis, aut agri, apud veteres Geographos, qui quidem exstent, mentionem fieri. Laudat Harpocration Artemidorum, cujus Γεωγραφικὰ interciderunt. Meminit Xenophon *De Expeditione Cyri* lib. VII. Καὶ τέως μὲν ἀεὶ ἐμέμνητο, ὡς ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει αὐτῷ Βισάνθην, καὶ Γάνον, καὶ νέον τεῖχος. *Et hucusque quidem semper reminiscebatur, tunc quum ad mare venturus esset, traditurum ei Bisanthen, & Ganon, & novum murum.* Inspice locum, & videbis in Thracia quoque collocari. Recentiores neutro genere efferunt, non fœminino. Nicephorus Gregoras *lib.* IV. ubi de Scytharum in Thraciam irruptione tractat. Τὴν γὰρ αὐτῶν φθάσας ἔφοδον, ἔλαθε διὰ τῶν περὶ τὸ Γάνος ὀρῶν εἰς θάλασσαν κατιών. *Sed horum præveniens iter, furtim descendit per montes circa Ganos ad mare.* Nicetas in *Alexio Angelo* lib. III. qui versus Macedoniam collocat. Εἰς γὰρ τέσσαρα διαιρεθέντες στρατεύματα, πᾶσαν τὴν Μακεδονίαν ἐπῆλθον, διαπειρασάμενοι καὶ πόλεων εὐτειχίστων, καὶ κορυφὰς ἐπανιόντες ὀρῶν, ὥστε καὶ τὸ Γάνος τὸ ὄρος διερευνησάμενοι, πολλὰ φροντιστήρια ἐσκύλευσαν. *In quatuor enim divisi agmina, omnem invaserunt Macedoniam, tentantes quoque bene munita oppida, & adscendentes montium juga, ut & Ganos montem perscrutati, multa monasteria expilaverint.*

CAP. XXIX.

Gylon. Demochares. Suidas, & Tzetzes emendati. Plutarchi de Demosthenis matre dubitatio rejecta.

DE Gylone notum ex Historia Græca, proditi Nymphæi insimulatum, in Scythiam profugisse; ubi ducta uxore locupletissima cum filias duas suscepisset, eas jam grandes Athenas remisisse: ubi altera Demochari, altera Cleobulo nupsit. Suidas. Γύλων, οὗτος αἰτίαν ἔχων ἐπὶ τῇ τοῦ Νυμφαίου τοῦ ἐν Πόντῳ χωρίου προδοσίᾳ, ἔφυγεν. ἐλθὼν δὲ εἰς Σκυθίαν, ἔγημε· δύο δὲ ἔχων θυγατέρας, ἔπεμψεν εἰς τὴν πατρίδα. ὧν τὴν μὲν μίαν ἔγημε Φιλόχαρις, τὴν δὲ ἑτέραν Κλεόβουλος. *Gylon, hic accusatus proditionis Nymphæi, qui locus est in Ponto, aufugit; veniens autem in Scythiam uxorem duxit. duas autem habens filias, in patriam misit; quarum alteram quidem duxit Philocharis, alteram autem Cleobolus*, Sed mendum est, legendumque, Τὴν μὲν μίαν ἔγημε Δημοχάρης, *alteram quidem duxit Demochares.* Demosthenes *in Aphobum* Orat. II. Πρῶτον μὲν γὰρ Δημοχάρης, ἔχων ἀδελφὴν τῆς ἐμῆς μητρὸς, θυγατέρα δὲ Γύλωνος. οὐκ ἀποκέκρυπται τὴν οὐσίαν. *Nam primo quidem Demochares, habens sororem meæ matris, filiam autem Gylonis, non celavit patrimonium.* Æschines Orat. *in Ctesiphontem* Democharis nomen silentio præterit; & pro Cleobulo, qui apud Suidam, Demosthenem Pæaniensem nominat, Demosthenis Oratoris patrem; cum quo consentire Demosthenes ipse *loco citato* videtur. Verba Æschinis ecce ista. Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. οὗτος προδοὺς τοῖς πολεμίοις Νύμφαιον τὸ ἐν τῷ Πόντῳ, τότε τῆς πόλεως ἐχούσης τὸ χωρίον τοῦτο, φυγὰς ἐκ τῆς πόλεως ἐγένετο, θανάτῳ καταγνωσθέντος αὐτοῦ τὴν κρίσιν οὐχ ὑπομείνας, καὶ ἀφικνεῖται εἰς Βόσπορον. κἀκεῖ λαμβάνει δωρεὰν παρὰ τῶν τυράννων τοὺς ὠνομασμένους Κήπους. καὶ γαμεῖ γυναῖκα πλουσίαν μὲν νὴ Δία, καὶ χρυσίον ἐπιφερομένην πολὺ, Σκύθιν δὲ τὸ γένος. ἐξ ἧς γίνονται αὐτῷ θυγατέρες δύο. ἃς ἐκεῖνος δεῦρο μετὰ πολλῶν χρημάτων ἀποστείλας, συνῴκισε τὴν μὲν ἑτέραν ὅτῳ δήποτε, ἵνα μὴ πολλοῖς ἀπεχθάνωμαι, τὴν δὲ ἑτέραν ἔγημε, παριδὼν τοὺς τῆς πόλεως νόμους, Δημοσθένης ὁ Παιανιεύς. ἐξ ἧς ὑμῖν ὁ περίεργος καὶ συκοφάντης γεγένηται Δημοσθένης. *Gylon erat ex Cerameis. Hic quum hostibus Nymphæum, quod est in Ponto, prodidisset, urbe tunc adhuc habente regionem hanc, profugus ex urbe evasit, quum capite condemnatus esset, judicium non subiens, & pervenit ad Bosporum. ibique præmium accepit ab tyrrannis Cepos ita locum nominatum. & per Jovem, duxit locupletem quidem uxorem, multumque afferentem auri, Scythicam autem natione. ex qua ei natæ sunt duæ filiæ; quas ille huc cum multis opibus quum misisset, alteram quidem cuicunque in matrimonium dedit, ne multis displiceam; altera autem nupsit, urbanas spernenti leges, Demostheni Pæaniensi; ex qua vobis curiosus hic & calumniator Demosthenes natus est.* His consentanea sunt, quæ Plutarchus in *Demosthene*. Δημοσθένης, ὁ πατὴρ Δημοσθένους, ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν. (ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος) ἐπεκαλεῖτο δὲ Μαχαιροποιὸς, ἐργαστήριον ἔχων μέγα, καὶ δούλους τεχνίτας τοῦτο πράττοντας. ἃ δ' Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ εἴρηκε περὶ τῆς μητρὸς, ὡς ἐκ Γύλωνός τινος ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντος ἐξ ἄστεος ἐγεγόνει, καὶ βαρβάρου γυναικὸς, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν, εἴτ' ἀληθῶς εἴρηκεν, εἴτε βλασφημῶν, καὶ καταψευδόμενος. *Demosthenes, pater Demosthenis, erat quidem ex honestis, & probis viris; (ut narrat Theopompus) cognominabatur autem Machærarum faber, magnam habens officinam; & servos opifices eam exercentes. quæ vero Æschines orator dixit de matre, tanquam nata ex Gylone quodam propter proditionis crimen fugiente ex urbe, & barbara femina, non habemus decernere, utrum vere dixerit, an blasphemans, & mentitus.* Sed de matre temere dubitat, & in dubium vocat Æschinis fidem, cum ipse Demosthenes, *verbis* jam *citatis*, ita se rem habuisse testetur. Corrigendus autem Joannes Tzetzes *Chil.* VI. *capit.* XXXVII. ubi de Demosthene agit.

> Μητρὸς πατὴρ τοῦ ῥήτορος ἦν Κεραμεύς τις Γύλων.

> *Matris pater oratoris erat Cerameus quidam Gylon.*

A Perperam illic hodie editur, Κεραμεύς τις Γλύκων, *Cerameus aliquis Glycon*.

CAP. XXX.

Daochus. Eurylochus Laryssæus. Scopas Cranonius. Libanius bis emendatus.

INTER eos, qui Thessalorum libertatem prodiderunt, Daochus fuit. Meminit Demosthenes in Orat. *De Corona*. Τὰς ὑπάρχοντας ἑκάστοι πολίτας ἐξαπατῶντες, καὶ διαφθείροντες, ἕως δούλους ἐποίησαν. Θετταλοὺς, Δάοχος· Κινέας, Θρασύδαιος. *Quisque cives quos habebat decipiens, & corrumpens, donec in servitutem redegerunt Thessa-*
B *los, Deochus, Cineas, Thrasydæus*. Plutarchus in *Demosthene* ejus quoque mentionem facit. Ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος, ὡς Μαρσύας φησὶν, Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ, καὶ Θεσσαλὸν, καὶ Θρασύδαιον ἀντεροῦντας. *Misit autem & Philippus, ut Marsyas inquit, Amyntam quidem & Clearchum Macedonas, Daochum autem, & Thessalum, Thrasydæum contradicturos*. Harpocration Δάοχος. Εἷς οὗτος τῶν προεμένων Φιλίππῳ τὰ Θετταλῶν πράγματα. *Daochus; unus hic eorum, qui Philippo Thessalorum res prodidere*. Emendandus autem Libanius *Declam.* XIII. Οὐ γὰρ ἀθρήσει τοὺς
C προδόντας, τὸν Δάοχον, τὸν Ἱερώνυμον, τὸν Μνασέαν, τὸν Ἀξίθεον. *Non enim videbit proditores, Daochum, Hieronymum, Mnaseam, Axitheum*. Hodie editur, Τὸν Δόαχον. Quando vero in Libanium incidi, alterum ejus locum producam, gravius corruptum, in re diversa. Ecce *Declamat.* XXIX. Πολλῶν παρ' αὐτοῖς ἐκπεπληγμένων τὴν ἀρετὴν Σωκράτους. νομίζοντες πρέπειν ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν καὶ ταύτην τὴν θέαν. καὶ διὰ τοῦτο ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχος ὁ Χαρίσιος. ἐκάλει δὲ Σκόπας ὁ Καρώνιος. οὐχ ἥκιστα δὲ ὁ Μακεδόνων ἄρχων, Ἀρχέλαος. *Multis apud illos virtutem Socratis admirantibus; existimantes potestatibus ipsorum conveniens esse id quoque specta-*
D *culum; ideoque vocabat quidem Eurylochus Charistius; vocabat autem Scopas Caronius; non minime autem Macedonum princeps, Archelaus*. Restituo, Ἐκάλει μὲν ὁ Εὐρύλοχος ὁ Λαρισσαῖος. ἐκάλει δὲ Σκόπας ὁ Κρανώνιος. *Vocabat quidem Eurylocus Larissæus; vocabat autem Scopas Cranonius*. Socrates ob virtutis famam vocatus fuit ab Eurylocho Larissæo, Scopa Cranonio, & Archelao Macedone; sed venire ad illos noluit. Meminit quoque Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. II. Ὑπερεφρόνησε δὲ Ἀρχελάου τοῦ Μακεδόνος, καὶ Σκόπα τοῦ Κρανωνίου, καὶ Εὐρυλόχου τοῦ Λαρισσαίου. *Despiciebat autem Archelaum Macedonem, & Scopam Cranonium, & Eurylochum Larissæum*.

E

CAP. XXXI.

Datus. Stephanus correctus, & Hesychius.

DE Dato, Thraciæ urbe, corruptus est Stephani locus. Δάτον, πόλις Θράκης. Ἡρόδοτος πέμπτῃ. *Datum Thraciæ urbs; Herodotus quinta*. Rescribendum, Ἡρόδοτος ἐννάτῃ, *Herodotus nona*. Locus enim Herodoti, quem designat, iste est *lib.* IX. Αὐτὸν δὲ Σωφάνεα χρόνῳ ὕστερον
F τουτέων κατέλαβε, ἄνδρα γενόμενον ἀγαθὸν, Ἀθηναίων στρατηγέοντα ἅμα Λεάγρῳ τῷ Γλαύκωνος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠδωνῶν ἐν Δάτῳ, περὶ τῶν μετάλλων τῶν χρυσέων μαχεόμενον. *Contigit autem post aliquanto ipsum Sophanen, virum exstitisse egregium, Atheniensium belli ducem una cum Leagro Glauconis filio, occubuisse sub Edonibus apud Datum, de aureis certantem metallis*. Ortum mendum ex confusione notarum ε & ι. Ptolemæus in Macedonia ponit, ad Thraciæ tamen confinia. Cum eo facit Eustathius *ad Dionysium*, qui in ripa Strymonis collocat, Macedoniæ fluvii. Καὶ τὸ Δατὸν συνῴκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρυμόνος παραλίαν. *Et Datum colonia ornavit, urbem insignem in litorali parte Strymonis*. Itaque corrigendus insignis locus apud Hesychium. Δάτος, ὁ τρυγετὸς, ἢ πόλεως ὄνομα ὑπὸ Μακεδονίων. *Datus, vindemia, vel urbis nomen sub Macedonibus*. Male hodie editur, Ὑπὸ Λακεδαιμονίων, *Sub Lacedæmoniis*.

CAP. XXXII.

Τὰ γέλγη. Mos Atheniensium. Eupolidis versus apud Pollucem in lucem protracti, & constituti. Lucianus emendatus.

MOS Atheniensibus rerum venalium nomine ipsa loca, ubi illæ venirent, nuncupare. Harpocration *in* Δεῖγμα. Ἔστι δὲ τὸ ἔθος Ἀττικὸν, τὸ σημαίνειν ἀπὸ τῶν ἐν τῷ τόπῳ τοὺς τόπους αὐτούς. *Attici autem moris est, signum dare locis a rebus, quæ in illo loco venduntur*. Julius Pollux *lib.* IX. *cap.* V. Ἐν δὲ τῶν κοινῶν, βιβλιοθῆκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, οὗ τὰ βιβλία ὤνια, καὶ αὐτὸ ἐφ' αὐτοῦ. οὕτω γὰρ τὸν τόπον, οὐ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον. ὥσπερ καὶ τοὺς ἄλλους τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων. ὡς εἰ φαῖεν. ἀπῆλθον εἰς τοὖψον, καὶ εἰς τὸν οἶνον, καὶ εἰς τοὔλαιον, καὶ εἰς τὰς χύτρας. καὶ κατὰ τὸν Εὔπολιν, περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὸν λιβανωτὸν, καὶ εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, καὶ περὶ τὰ γέλγη. *Est autem unum publicorum, bibliothecæ, ut Eupolis inquit, ubi libri venales sunt, & ipsum in se: sic enim hunc locum, non libros, Attici nominabant. ut & reliquos locos ab rebus venditis; ut si dixerint. abierunt in obsonium, & in vinum, & in oleum, & in ollas; & secundum Eupolim, circumierunt in allia, & cæpas; & thus, & recta in aromata, & circa merces*. Ubi latentes Eupolidis versus in lucem protraho, & constituo.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸν λιβανωτὸν, κ' εἴ τι τῶν ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη. ——

Circumierunt in allia, & cæpas,
Et thus, & si quid aromatum,
Et circa merces. ——

Iterum *lib.* IX. *cap.* II. Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον, λέγοντες εἰς τοὖψον· καὶ εἰς τὰ μύρα· καὶ, εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν· καὶ, εἰς τὰ ἀνδράποδα. *Attici a rebus venditis etiam loca nominarunt, dicentes in obsonium, & in recentem caseum, & in mancipia*. Observa autem in Eupolidis extremis verbis, Καὶ περὶ τὰ γέλγη. Emendandus per hanc occasionem locus Luciani in *Lexiphane*. Καίτοι προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντᾶν. *Quanquam prænunciaretur ei occurrere circa merces*. Hodie editur, ἐπὶ τὰ σέλγη.

CAP. XXXIII.

Arx Athenarum, ubi sita; antea Πόλις *appellata, item* Κεκροπία, *a conditore. A quibus muro cincta.* Πελασγικὸν τεῖχος. *Primitus palis spinosis septa, & extrinsecus oleastris. Ab una parte loco prærupto sita. In ea Mercurii* Προπυλαίε, *& Gratiarum, simulacra. Agrauli templum, item* Παρθενὼν, *& sphæristerium arrephorarum virginum.* Οπισθόδομος, *in quo ærarium. Pollucis, & Ulpiani, error indicatus. Jovis* Σωτῆρος *statua; etiam Pluti videntis, alata, & aurea. Aristophanes illustratus. Item Pandionis, & Mercurii* τε̃ Αμυήτε. *Etiam aquæ marinæ scaturigo; nempe in Erechthei templo: in quo item draco unus, aut alter, ad custodiam arcis: cui placenta e melle apposita. Aries ingens æneus, & aves Meleagrides. Minervæ quot ibi simulacra, atque templa, & quibus ea cognomentis, quæque singulorum occasio. Pandrosi ædes cum Minervæ* τῆς Πολιάδος *conjuncta.* Παρθένιον *herba, eaque unde nomen suum acceperit. Etiam olea, propter quam capra arce probibita; quemadmodum etiam cornix, & canis. Ara Jovis* τε̃ Ερκαίε, *& Verecundiæ. Noctua illic consecrata. Propylæa a quo, quando, quo curante, quanto tempore, & qua impensa ædificata: quotque item portas habuerint. Perdicis fanum. Heliodori libri* XV. Περὶ τῆς ἀκροπόλεως. *Polemonis* IV. Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει.

PRIMUM Operis caput fuit, de Athenis; ultimum, de arce erit. Ea in medio Urbis sita. Accipio ex Aphthonio, in *arcis Alexandrinæ Descriptione.* Καὶ τὴν μὲν Αθηναίων ἀκρόπολιν μέσος Αχηνῶν περιείληφε χῶρος. ἄκραν δὲ, ἣν Αλέξανδρος τῆς οἰκείας τίθεται πόλεως, ὡς προσηγόρευσεν εἴργασαι. πρὸς ἄκρον γὰρ ἔστησε πόλεως. καὶ γνησιώτερον αὐτὴν ἐστι προσειπεῖν ἀκρόπολιν, ἢ ἐφ᾽ ᾗ φρονεῖν Αθηναῖοι παρέλαβον. *Et Atheniensium quidem arcem medius Athenarum * circumdedit locus. Arcem vero, quam Alexander condidit suæ urbis, prout appellavit, facta est. Stat enim in editissimo urbis. & magis est proprium, ipsam appellare arcem, quam illam, ab qua Athenienses gloriari didicerunt.* Ac primitus Πόλις dicebatur. Pausanias in *Atticis.* Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πυλλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσι συνῆλθεν ἀπὸ τῶν δήμων, ἐστὶν Αθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει. *Sanctissimum autem illud in communi multis ante annis existimatum confluxit ab aliquo populorum; est Minervæ statua in arce, ut hodie, tunc autem urbe nominata.* Thucydides *lib.* II. Τὸ δὲ πρὸ τούτου ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν, καὶ τὸ ὑπ᾽ αὐτὴν πρὸς νότον μάλιστα τετραμμένον. *Nam antehac arx, quæ nunc est, urbs erat, & quod sub ea ad notum maxime spectat.* Quin etiam hoc nomine vocabatur adhuc Thucydidis tempore. Ipse testatur non multo post, *libro* jam *citato.* Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Αθηναίων πόλις. *Vocatur autem propter vetustam hanc habitationem quoque arx usque ad hoc tempus ab Atheniensibus urbs.* Neque aliter appellat Æschines Orat. *in Timarchum.* Οἰκίαν μὲν γὰρ ὄπισθεν τῆς πόλεως, ἐσχατιὰν δὲ Σφηττοῖ, Αλωπεκῆσι δὲ ἕτεροι χωρίον. *Domum autem a tergo urbis, extremam autem Sphetto, Alopecis autem alterum locum.* Nam erat illa domus intra Urbem, retro arcem. Et intra Urbem fuisse, clarum ex mox sequentibus verbis, ubi de iis omnibus sermonem repetit. Τὴν μὲν γὰρ οἰκίαν τὴν ἐν ἄστει ἀπέδοτο οὗτος Ναυσικράτει, τῷ κωμικῷ ὑποκριτῇ. *Nam domum quidem, quæ in urbe erat, hic vendidit Nausicrati, Comico histrioni.* Ergo necessario intelligi debet Orator, retro arcem dicere voluisse. Immo, ut observo, passim tunc arces Πόλεις vocabantur. Plutarchus docet in *Pelopida.* Τὰς γὰρ ἀκροπόλεις ἐπιεικῶς οἱ τότε πόλεις ὠνόμαζον. *Arces enim probabiliter tunc urbes nominabant.* Antiquissimum nomen erat, Κεκροπία, a Cecrope conditore. Plinius *libro* VII. *capit.* LVI. *Domos constituerunt primi Euryalus & Hyperbius fratres Athenis; antea specus erant pro domibus. Gellio Doxius, Cœli filius, lutei ædificii inventor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.* Muros ejus partim Cimon, Miltiadis F. partim Pelasgi exstruxerunt. Pausanias in *Atticis.* Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγοὺς, οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. *Arci autem, nisi quod ejus Cimon Miltiadis filius exstruxit, reliquum muri circumjecisse Pelasgos dicitur, habitantes aliquando sub arce.* Ac quæ pars a Pelasgis structa, Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus*, nuncupabatur. Vide quæ notamus libri hujus cap. I. Antea autem palis spinosis septa erat. Syrianus *in Hermogenem.* Ξέρξου ἐπιόντος ἔχρησεν ὁ θεὸς,

> Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς.

καὶ οἱ μὲν, συμβουλεύουσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως, ῥάχῳ γὰρ ἐπέφρακτο· οἱ δὲ ἐμβαίνειν εἰς τὰς ναῦς. *Xerxe adveniente Deus oraculum dedit.*

> *Murum Minervæ ligneum dat late sonans Jupiter.*

& hi quidem, suadent retinere arcem, vallis enim septa erat; hi vero conscendere naves. Vel oleastris, ut alii tradunt. Sopater alibi *ad eundem.* Τοῦ θεοῦ χρήσαντος,

> Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς.

οἱ μὲν, εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀξιοῦσι καταφεύγειν, κοτίνοις τότε πυκνοῖς αναπεφραγμένην. Θεμιστοκλῆς δὲ, πρὸς τὰς τριήρεις κελεύει κατασκευάζεσθαι. *Deo vaticinato,*

> *Murum Minervæ ligneum dat late sonans Jupiter.*

hi quidem, in arcem volunt confugere, densis tunc oleastris obseptam. Themistocles autem ad triremes jubet comparari. Nempe septum istud extrinsecus oleastris circumdatum erat; atque ita conciliandum hoc dissidium puto. Ab una parte locus admodum præruptus erat, ac pene inaccessus; ubi nempe templum Agrauli in propinquo. Herodotus docet *lib.* VIII. Ἔμπροσθεν ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθεν δὲ τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὐκοτέ τις ἐφύλασσε, οὔτ᾽ ἂν ἤλπισε μήκοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆ Κέκροπος θυγατρὸς Αγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. *Igitur ante arcem, post portas autem, & ascensum, qua parte nemo excubabat, neque quisquam hominum speravit per ea ascensurum, illac ascenderunt nonnulli ad fanum Aglauri filiæ Cecropis, quanquam abrupto ac præcipiti illo spatio.* In introitu simulacra erant

* Nam male Meursius edidit προείληφε, & mox εἰς προση.

Mercurii Προπυλαίου, *Propylæi*; & Gratiarum, a Socrate facta. Pausanias in *Atticis*. Κατὰ δὲ τὴν εἴσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν, Ἑρμῆν, ὃν Προπύλαιον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας Σωκράτη ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσι. *In introitu autem ipso jam in arcem, Mercurium, quem Propylæum cognominant, & Charites Socratem Sophronisci filium fecisse dicunt.* Gratiarum meminit Diogenes Laertius in *Vita Socratis* lib. II. Δοῦλος δὲ καὶ δουλεῦσαι αὐτόν (φησι) καὶ ἐργάσασθαι λίθους. εἶναί τε αὐτοῦ καὶ τὰς ἐν ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας οὔσας. *Duris autem quoque eum serviisse (dicit) & lapides sculpsisse; & esse etiam ejus in arce Charites vestitas, nonnulli tradunt.* Et Aristophanis Schol. *Nub.* Νὴ τὰς Χάριτας. οὐχ ἁπλῶς ὄμνυσι κατὰ τῶν Χαρίτων. ὀπίσω γὰρ τῆς Ἀθηνᾶς ἦσαν γλυφεῖσαι αἱ Χάριτες ἐν τῷ τοίχῳ, ἃς ἐλέγετο ὁ Σωκράτης γλύψαι. τὸ γὰρ πρῶτον λιθογλύφος ἦν τὴν τέχνην. *Per Charites. non simpliciter jurant per Charites. Nam retro Minervam erant cælatæ Charites in pariete, quas Socrates cælavisse dicebatur. erat enim artificio primum sculptor lapidum.* Erat in ea Παρθενών; de quo vide quæ supra tradidi *lib.* III. *capit.* XVI. Item spæristerium arrhephorarum, ut ex Putarcho docui *lib.* IV. *cap.* XIX. Etiam Ὀπισθόδομος, ubi ærarium. Hesychius. Ὀπισθόδομος, ἐν τῇ ἀκροπόλει, οὗ τὸ δημόσιον ἀργύριον ἀπέκειτο. *Postica domus, in arce, ubi publica pecunia reponebatur.* Nomen inde, quia erat retro templum Minervæ. *Etymologici* Auctor. Ὀπισθόδομος, τὸ ὄπισθεν παντὸς οἰκήματος. Ἀθηναῖοι δὲ, τὸ ταμιεῖον τῶν ἱερῶν χρημάτων. ἐπεὶ ἦν ὄπισθεν τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἀθηνᾶς. *Postica domus, quod a tergo est totius domicilii. Athenienses vero, repositorium pecuniæ sacræ; quoniam erat a tergo templi Minervæ.* Suidas. Ὀπισθόδομος, μέρος τι τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ. ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. *Postica domus, pars quædam arcis Atheniensium, ubi erat ærarium, post Minervæ templum; ubi pecuniæ reponebantur.* Harpocration in Ὀπισθόδομος. Ὁ οἶκος ὁ ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς Ἀθηνᾶς οὕτω καλεῖται, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα, *Postica domus; domus, quæ a tergo Minervæ templi est, ita vocatur, in qua pecuniæ reponebantur.* Pollux retro arcem collocat, *lib.* IX. *cap.* V. Τὸ κατόπιν τῆς ἀκροπόλεως, Ὀπισθόδομον, *a tergo arcis, posticam domum.* Et Ulpianus in Orat. *contra Timocratem.* Χρήματα καὶ τῶν ἄλλων ἱερὰ θεῶν, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἔκειτο ἔν τινι οἰκήματι, ὀπίσω τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, τοῦ καλουμένου Ὀπισθοδόμου. *Pecuniæ & aliorum Deorum sacræ, & Minervæ, repositæ sunt in quodam conclavi, ab postico Atheniensium arcis, quæ postica domus vocatur.* Sed voluit uterque dicere, certe debuit, ὀπίσω τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς, τοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει, *a tergo templi Minervæ, quod est in arce.* Nam quandoquidem arx in media Urbe sita, nihil illi anticum erat, nihil posticum, nisi pro ratione habitantium. Ergo error est. Certe, post templum Minervæ fuisse, & quidem in media arce, testatur, Scholiastes Aristophanis *extrema Pluto*, ad illum versum:

Τὸν Ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττω τῆς θεοῦ.

Ὀπίσω, inquiens, τοῦ νεὼ διπλοῦς τοῖχος τῆς καλουμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς, ἔχων θύραν, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον· ἐπειδὴ τὰ χρήματα ἐν τῷ Ὀπισθοδόμῳ ἀπέκειτο. μέσον δέ ἐστι τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ.

Posticam domum Deæ semper servo.

Ab tergo templi Minervæ vocatæ Poliadis duplex murus habens januam, ubi erat thesaurorum custodia; quoniam pecuniæ in postica domo deponebantur: medium autem est arcis, ubi erat ærarium, a tergo templi Minervæ. Erat ibi statua Jovis Σωτῆρος, qui ut Urbem, ita ærarium quoque, animam Reipublicæ servaret. Postea apposita quoque Pluti, & quidem videntis, non cæci, ut alias fingebatur; aurea insuper, & alata. Philostratus docet *Iconum* lib. II. Ἐφέστηκε τῇ ἀκροπόλει καὶ ὁ δαίμων ὁ Πλοῦτος. γέγραπται δὲ πτηνὸς μὲν, ὡς ἐκ νεφῶν. χρυσοῦς δὲ, ὡς ἀπὸ τῆς ὕλης, ἐν ᾗ ἐφάνη. γέγραπται καὶ βλέπων. ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο. *Dæmon quoque Plutus adstabat arci; sed alatus quidem pictus erat, tanquam ex nubibus; aureus autem, utpote ab materia, in qua apparuit. videns quoque pictus est; ex consulto enim ad illos venit.* Hinc intelligendus Aristophanes *Pluto*, ubi ludens introducit Carionem, volentem eum, cum visum accepisset, in arce in locum Jovis Σωτῆρος collocare.

ΚΑΡ. Θάρρει· καλῶς ἔσται γὰρ, ἢν θεὸς θέλῃ.
Ὁ Ζεὺς ὁ Σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε,
Αὐτόματος ἥκων. ΙΕΡ. Πάντ' ἀγαθὰ τοίνυν λέγεις.
ΚΑΡ. Ἱδρυσόμεθ' οὖν αὐτίκ', ἀλλὰ περίμενε,
Τὸν Πλοῦτον, οὗπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος·
Τὸν Ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ.

CAR. *Bono animo esto. bene enim erit, si Deus velit.*
Jupiter Servator enim adest hic,
Qui sponte sua venit. SAC. *omnia bona ergo narras.*
CAR. *Igitur, sed exspecta, statim collocabimus*
Plutum, ubi antea erat collocatus.
Postremam templi partem Deæ semper servans.

Etiam Pandionis statua ibidem. Pausanias *Atticis*. Πανδίονι δὲ καὶ ἄλλος ἀνδριάς ἐστιν ἐν ἀκροπόλει, θέας ἄξιος. *Est autem in arce quoque alia Pandionis statua, spectatu digna.* Et Mercurii τοῦ Ἀμυήτου. Hesychius. Ἑρμῆς Ἀμύητος Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Mercurius non initiatus Athenis in arce.* Erat scaturigo etiam aquæ illic marinæ. Pausanias in *Arcadicis*. Θαλάσσης δὲ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ λόγος ἐστὶν ἀρχαῖος. ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει. *Maris autem apparere undam in templo illo sermo est antiquus; similem autem quoque dicunt Athenienses de unda, quæ est in arce.* Nempe in Erechthei templo, quod ibi loci. Herodotus *lib.* VIII. Ἔστι δὲ ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι. *Est autem in arce ista Erechthei, qui dicitur fuisse terrigena, templum, in quo olea est, & mare.* In hoc quoque draco unus; vel, ut alii volunt, duo: ad tutelam, & custodiam, arcis. cui & placenta e melle apponebatur. Hesychius. Οἰκουρὸν ὄφιν, τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα δράκοντα. καὶ οἱ μὲν ἕνα φασὶν, οἱ δὲ δύο, ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἐρεχθέως. τοῦτον δὲ φύλακα τῆς ἀκροπόλεώς φασιν, ᾧ καὶ μελιττοῦταν παρατίθεσθαι. *Domus custodem serpentem, draconem custodem Poliadis; & hi quidem unum dicunt, hi autem duo, in Erechthei templo. hunc autem custodem arcis dicunt, cui etiam placentam ex melle apponi.* Meminit draconis hujus etiam Etymologici Auctor in Δράκαυλος. Spectabatur ibi etiam aries ingens æneus. Hesychius. Ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει κριὸς ἀνακείμενος μέγας χαλκοῦς. ἀσελγόκερων δὲ αὐτὸν εἶπε Πλάτων ὁ Κωμικὸς, διὰ τὸ μέγαν εἶναι. καὶ συναριθμεῖ αὐτῷ τόν γε Δούρειον ἵππον. *Erat in arce aries ingens æneus dedicatus; hunc autem cornibus lascivientem dicit Plato Comicus, quia magnus erat: & connumerat ei ipsum equum Durium.* Erant item

aves Meleagrides. Hesychius alibi. Μελεαγρίδες ὄρνεις, αἱ ἐνέμοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Meleagrides aves, quæ pascebantur in arce.* Estque legere apud Suidam. Visebantur item, sed diversis tribus locis, tria Minervæ simulacra; unum antiquissimum, oleaginum, τῆς Πολιάδος: alterum æneum, τῆς Προμάχου: tertium aureum, atque eburneum, τῆς Παρθένου. Scholiastes Demosthenis ad Orationem *in Androtionem*. Τρία ἀγάλματα ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς ἐν διαφόροις τόποις· ἓν μὲν τὸ ἐξ ἀρχῆς γενόμενον ἐξ ἐλαίας, ὅπερ ἐκαλεῖτο Πολιάδος Ἀθηνᾶς, διὰ τὸ αὐτῆς εἶναι τὴν πόλιν. δεύτερον δὲ τὸ ἐκ χαλκοῦ μόνου, ὅπερ ἐποίησαν νικήσαντες οἱ ἐν Μαραθῶνι. ἐκαλεῖτο δὲ τοῦτο Προμάχου Ἀθηνᾶς, τρίτον ἐποιήσαντο ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, ὡς πλουσιώτεροι γενόμενοι ἐκ τῆς ἐν Σαλαμῖνι νίκης, ὅσῳ καὶ μείζων ἡ νίκη. καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο Παρθένου Ἀθηνᾶς. *Tria erant in arce Minervæ simulacra in diversis locis. unum quidem quod ab principio fuit ex olea, quod Poliadis Minervæ dicebatur, quia ejus urbs erat. Secundum vero ex solo ære, quod fecerunt victores in Marathone; illud autem Propugnatricis Minervæ dicebatur. Tertium fecerunt ex auro & ebore, tanquam locupletiores facti ex victoria in Salamine, quanto etiam major hæc victoria; & illud Virginis Minervæ vocabatur.* Quartum vero his tribus addo τῆς Ὑγείας, quod Pericles statuit, idque ex ære, ob restitutum sanitati Mnesiclem architectum, ostendente medicinam dea. Plutarchus historiam totam narrat in *Vita ejus*, & mox addit. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν ἐν ἀκροπόλει. *Ob id vero etiam æneum simulacrum Hygeæ Minervæ erexit in arce.* Medicina autem ostensa, erat parthenium herba, quæ nomen accepit a Minerva, cui Παρθένος cognomentum, eidem consecrata. Haurio ex Plinio, *lib.* XXII. *cap.* XVII. ubi de ea illi sermo. *Vernula charus Pericli, Atheniensium principi, cum is in arce templum ædificaret, repsissetque super altitudinem fastigii, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio a Minerva. Quare Parthenium vocari cœpta est, assignaturque ei deæ.* Crescebat nempe ea herba in arce, eo loco quo Minervæ τῆς Παρθένου templum Pericles ædificabat: ac postea in hujus rei memoriam curatum fuit, ut semper esset. Observo ex Plutarcho in *Sylla*; ubi fame pressos Athenienses comedisse eam commemorat. Χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τῶν πυρῶν ὄντος ἐν ἄστει τότε, τῶν ἀνθρώπων σιτουμένων τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν φυόμενον παρθένιον. *Medimno frumenti tunc venali in urbe mille drachmis, hominibus comedentibus Parthenium quod in arce nascebatur.* Erat porro olea illic, Minervæ sacra, quæ Μορία dicebatur. De qua supra, *lib.* IV. *cap.* VI. Ac propter illam, ne virgulta ejus depasceret, capra introitu in arcem prohibebatur. Disco ex Athenæo, *lib.* XIII. Θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον. *Virgulto capræ gaudent, quare nec ascendit hoc animal in arcem.* Sed neque cani intrare licitum. Philochorus Ἀτθίδος *lib.* IX. Ἐν ἀκροπόλει σημεῖον ἐγένετο τοῦτο. Κύων εἰς τὸν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διὸς, ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ κατέκειτο. πάτριον δὲ ἐστιν Ἀθηναίοις, κύνα μὴ ἀναβαίνειν εἰς ἀκρόπολιν. *In arce illud miraculum factum est. Canis in Poliadis templum ingressa, & subiens in Pandrosi fanum, quum in aram Jovis Hercei ascendisset, sub olea decumbebat. Est autem Atheniensibus patrium, canem non ascendere in arcem.* Et observa obiter Jovis quoque ibi Hercei aram. Exstat autem fragmentum hoc præclarissimum apud Dionysium Halicarnasseum in *Dinarcho*, & Anonymum in *Olympiadum Descriptione*, Olympiade CXVIII. anno III. Ut autem capra arce prohibita, ita cornix. Apollonius *Hist. Mirab.* cap. VIII. Κορώνη ἐν τῇ Ἀττικῇ εἰς τὴν ἀκρόπολιν οὐδεμία ἑώραται εἰσερχομένη. *Cornix nulla in Attica in arcem ingredi cernitur.* Et Antigonus *Paradox.* cap. XIV. Τῇ δὲ κορώνῃ, διὰ τὴν κακαγγελίαν, εἰπεῖν, ὡς εἰς ἀκρόπολιν οὐ θέμις αὐτῇ ἔσται ἀφικέσθαι. *Cornici autem, propter malum nuncium, dixisse, non ei fas esse in arcem venire.* Inspice illic, si tanti est, causam. Habebat quoque aram Verecundiæ. Hesychius. Αἰδοῦς βωμὸς Ἀθήνησιν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Verecundiæ ara Athenis in arce.* Et noctua illic, a Phædro dicata. Idem Hesychius alio loco. Γλαὺξ ἐν πόλει. παροιμία ἐπὶ τῆς ἀληθείας. ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φαίδρου ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Noctua in urbe. proverbium in veritate. dicata enim est a Phædro in arce.* Maxime autem memorabilia propylæa arcis, quorum non semel apud Oratores Græcos mentio. Ea a Pericle ædificata, architecto Mnesicle, de quo diximus, & quinquennio absoluta. Plutarchus in *Vita ejus* testatur. Τὰ δὲ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. *Propylæa vero arcis absoluta sunt quinquennio, Mnesicle architecto.* Inchoata archonte Euthymene, impensaque in opus totum talentorum duo millia duodecim: & habebant portas quinque per quas in arcem iretur. Harpocration *in* Προπύλαια. Περὶ δὲ τῶν προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοι τε ἱστορήκασι, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῃ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτα φησίν. Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη· τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα. πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσίασιν. *De Propylæis autem arcis, quemadmodum Athenienses Euthymene archonte cœperunt ædificare, Mnesicle architecto, & alii memorarunt, & Philochorus in quarta. Heliodorus autem in prima de arce Athenis, post alia etiam hæc narrat. Quinque annis quidem omnino absoluta sunt; impensa autem talentorum duo millia duodecim. fecerunt autem quinque portas, per quas arcem ingrediuntur.* Quæ totidem pene verbis Suidas commemorat, & Anonymus in *Olympiadum Descriptione*, in archonte Euthymene, qui fuit Olymp. LXXXV. anno IV. Juxta arcem Perdicis erat fanum, Eupalami filiæ. Vide Suidam *in* Πέρδικος ἱερὸν παρὰ τῇ ἀκροπόλει, *Perdicis templum juxta arcem.* Sed, benigne Lector, vide quam multa ignoremus, & dole mecum. Integrum de arce hac Atheniensi Opus scripsit Heliodorus Periegetes. Laudat Harpocration *loco citato*, & *in* Θετταλό. Εἷς τῶν Κίμωνος παίδων Θετταλὸς ἐκαλεῖτο. ὥς φησιν Ἡλιόδωρος ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως. *Unus filiorum Cimonis Thessalus vocabatur; ut inquit Heliodorus in primo de arce.* Iterum in Νίκη Ἀθηνᾶ. Ὅτι δ' ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. *Quod ab Atheniensibus colebatur, docuit Heliodorus Periegetes in prima de arce.* Athenæus *lib.* IX. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως, τῆς τῶν πυρῶν, φησὶν, ἑψήσεως ἐκνοηθείσης, οἱ μὲν παλαιοὶ δὲ πύανον, οἱ δὲ νῦν ὀλόπυρον προσαγορεύουσιν. *Heliodorus vero Periegetes in primo de arce, frumentum, inquit, coctura inventa, prisci fabam, hi vero nunc olopyrum, vel merum frumentum, cognominant.* Meminit quoque Anonymus in *Descriptione Olympiadum* loco citato. Fuitque id Opus in libros XVI. distributum. Docet Athenæus *libro* VI. Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως, (πεντεκαίδεκά ἐστι ταῦτα τὰ βιβλία) Ναυκρατίτην εἶναι γένος. *Heliodorus Atheniensis in libris de arce, (quindecim sunt hi libri) Naucratitem esse genere.* Neque Heliodorus hic tantum de ea scripsit, sed etiam Polemon. Marcellinus in *Vita Thucydidis*:

Καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ Περὶ ἀκροπόλεως μαρτυρεῖ. *Et Polemon autem in scripto de arce testatur*. Athenæus *lib.* XI. Πολέμων δ᾽ ἐν πρώτῃ Περὶ τῆς Ἀθήνῃσιν ἀκροπόλεως οὐδετέρως ὠνόμασεν, εἰπών· τὰ χρυσᾶ θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν. *Polemon autem in prima de Athenarum arce neutro genere nominat, dicens; aurea thericlea sublignea Neoptolemus dedicavit*. Iterum. Ἦν δὲ οὗτος τὸ γένος Βοιώτιος ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τοῦ ἀνδριαντοποιοῦ, ὡς Πολέμων φησὶν ἐν πρώτῳ Ἀκροπόλεως. *Erat autem hic genere Bœotius ex Eleutheris, filius Myronis statuarii, ut inquit Polemon in primo Arcis*. Ac meminit rursum *lib.* XIII. Harpocration *in* Νεμέας χαράδρα. Ὁ δὲ Πολέμων ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως παρατίθεται. *Polemon autem in scriptis de arce apponit*. Erat vero illud Opus non tam in genere, De ipsa arce; quam in specie, De donariis, quæ illic viserentur; distribueratque Auctor in libros IV. Animadverto apud Strabonem *lib.* IX. Πολέμων ὁ Περιηγητὴς

A τέτταρα βιβλία συνέγραψε, Περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Polemon Periegetes quatuor libros conscripsit, de donis quæ in arce*. Ad statuas vero & donaria ejus quod attinet, tam plena certe illis erat, ut tota donarium unum, aut statua, videretur. Estque ea de re elegans locus apud Aristidem in *Panathenaica*. Καὶ μέντοι κἂν τούτοις αὖ πάλιν ἡ πόλις τοσοῦτον, ὅσονπερ ἐν αὐταῖς ταῖς πράξεσι διενεγκοῦσα φανήσεται. καὶ τοῦτο μὲν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν κατεκόσμησε τοῖς τῶν ἔργων ὑπομνήμασι· καὶ τῷ τῆς φύσεως κάλλει, τὸ παρὰ τοῦ πλούτου καὶ τῆς τέχνης ἐφάμιλλον προσέθηκεν. ὥστ᾽ εἶ-
B ναι πᾶσαν ἀντ᾽ ἀναθήματος, μᾶλλον δὲ ἀντ᾽ ἀγάλματος. *Et si quoque quidem iis rursum urbs tantum quantum in ipsis rebus antecellens apparebit; etiam illud quidem enim arcem exornavit operum monumentis. & naturæ pulcbritudini istud propter opes, & artem æmulum apposuit; adeo ut tota sit loco donarii, potius autem quasi statua*. In hoc desino.

F I N I S.



JOAN-

JOANNIS MEURSII

PIRÆEUS.

SIVE

DE PIRÆEO, ATHENIENSIUM PORTU CELEBERRIMO ET EJUSDEM ANTIQUITATIBUS.

LIBER SINGULARIS.

ADMONITIO
AD
LECTOREM.

PAUCIS monendus es, Amice Lector, istum Libellum JOANNIS MEURSII una editum fuisse a Clariss. GRÆVIO cum altero ejusdem Auctoris *de Regno Lacedæmoniorum* ; (ut videre est ex Dedicatione ad Illustriss. HUGENIUM isti præfixa) sed propter materiæ diversitatem sejunximus, & loco suo utrumque *Thesauro nostro Græcarum Antiquitatum* inseruimus, ut sic ordinem institutum, quantum fieri poterit, servemus.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
PIRÆEUS.
SIVE,
DE CELEBERRIMO ILLO ATHENARUM PORTU, ET ANTIQUITATIBUS EJUS.
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Piræeus; inter populus censebatur, Hippothoontidis tribus. Olim insula, & unde nomen suum acceperit. Quantum abfuerit a vetere urbe. Aristophanis Scholiastæ error. Phalerum quantum inde abfuerit. Plinius explicatus, & Dion Chrysostomus.



TRES Athenis portus erant; Munychia, Phalerum, Piræeus, qui & ipse, magnitudine, ac commoditate, primus. Ab hoc orsi, cæteros inde, velut pro mantissa, dabimus. Erat autem inter populos, qui in tribu Hippothoontide. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Piræeus populus Hippothoontidis tribus.* Strabo etiam inter Atticæ populos refert, *lib.* IX. Εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος. *Inde Piræeus, qui & ipse inter populos recensetur.* Pausanias, in *Atticis*. Ὁ δὲ Πειραιεὺς, δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ. *Piræeus vero, antiquitus quidem populus erat.* Ac initio, erat insula: unde & nomen illi datum. Strabo, *lib.* I. Τόν τε Πειραιᾶ, νησιάζοντα πρότερον, καὶ πέραν τῆς Ἀκτῆς κείμενον, οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι. *Piræeum, prius insulæ instar habentem, & ultra Acten situm, ita nominatum ferunt.* Suidas. Ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος· ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν, ὑπὸ τοῦ διαπερᾶν. *Primitus insula erat Piræeus: unde & nomen accepit, a trajectu.* Distabat ab urbe, antequam ei jungeretur, intervallo stadiorum quadraginta. Observare est apud Diogenem Laertium, in *Vita Antisthenis*, lib. VI. Οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους ἀνιὼν, ἤκουε Σωκράτους. *Ac in Piræeo habitans, quotidie itinere stadiorum quadraginta ad Socratem audiendum est profectus.* Errat Scholiastes Aristophanis, *ad Equites*; qui triginta quinque tantum nobis memorat. Καὶ τὸν Πειραιᾶ γὰρ ἐτείχισε, ὃς ἀπεῖχε τῆς πόλεως σταδίους τριάκοντα πέντε, παρὰ θάλατταν ὤν. *Et Piræeum muro cinxit, qui urbe aberat stadiis triginta quinque, & ad mare adjacebat.* In animo Phalerum habuit; cujus hoc ab urbe intervallum erat. Thucydides illud clare docet, *lib.* II. Τοῦ τε γὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεος. *Nam Phalerici muri, ad ambitum usque urbis, erant stadia triginta quinque.* Piræeus, uti dixi, stadiis quadraginta aberat. Thucydides, *ibidem*. Τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων: *Longi vero muri ad Piræeum, stadia habebant quadraginta.* Clare etiam Strabo dicit, *libro nono* Ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Atqui hi erant longi muri ad Piræeum, quadraginta stadiorum.* Et hæc quadraginta stadia faciunt quinque millia passuum, quæ commemorantur Plinio, *lib.* IV. *cap* VII. *Piræeus, & Phalera, quinque millium passuum muro recedentibus Athenis juncti.* Sed Phalerum in eodem intervallo non sat accurate ponit: quod sexcentis viginti passibus, sive stadiis quinque propius. Verum quid Dione Chrysostomo faciemus, qui plus nonaginta stadiis ei tribuit? Ecce enim, *Orat.* XXXV. Καὶ ὕστερον τὸν Πειραιᾶ τειχίσαι, πλειόνων ἢ ἐνενήκοντα σταδίων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, προσέταξεν (ὁ Θεμιστοκλῆς) αὐτοῖς. *Posteaque Piræeum muro cingere, plus quam nonaginta stadiis, aliaque istiusmodi, (Themistocles) jussit.* Compono dissidium. Quadraginta nempe stadia in utroque Piræei latere erant; decem, & amplius, in fronte: itaque bis quadraginta a gemino latere, ad hæc decem ista a fronte, nonaginta tibi dabunt.

CAP. II.

Murus, qui jungebat urbi Piræeum. Μακρὰ τείχη, *&* Σκέλη; *Latinis*, Brachia *nuncupata. Spina regia illic nata. Fundamenta ejus muri Cimon jacit; Pericles perficit: Piræeum autem ipsum muro circumdat Themistocles. Plutarchi locus emendatus. Quando vero eum inceperit, ac continuarit postea, Periclesque colophonem imposuerit. Hippodamus architectus. Altitudo deinde ejus, & latitudo: ac structura universa. A Lysandro mox destructus, instauratur a Conone avo primum, hinc nepote; dein pro uno septem facti. Ab Hippodamo in regiones, atque vias, distributus. Circum etiam fossa gemina, a Demosthene facta. Locus quidem, mari cinctus.*

TOTUM istud intervallum murus jungebat, ex re dictus Μακρὸν τεῖχος, *Murus longus*; seu plurali item numero, Μακρὰ τείχη, *Muri longi*: quia nimirum duo erant, ab utraque Piræei parte unus. Strabo, *lib.* IX. Ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Hi vero muri longi erant, ad Piræeum, stadiorum quadraginta.* Arrianus, *in Epictetum*, lib. III. cap. XXIV. Ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸν Πειραιᾶ τὸν καλὸν, καὶ τὰ μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Ut videat aliquando pulchrum Piræeum, & longo muros, atque arcem.* Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. Ἐποιοῦντο εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τά τε μακρὰ τείχη, καὶ τὸν Πειραιᾶ, καθελόντας, &c. *Pacem fecerunt, ea lege, ut, destructis muris longis, ac Piræeo*, &c. Verum, *lib.* IV. Συναναστήσει τά τε μακρὰ τείχη Ἀθηναίοις. *Una instaurabit Atheniensibus muros longos.* Aliter Σκέλη quoque, sive *Crura*, appellabant. Plutarchus, in *Vita Cimonis*. Λέγεται

δὲ καὶ τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν. *Feruntur & longi muri, quos Crura vocant, postea perfecti esse.* Diodorus Siculus, *lib.* XIII. Συνέθεντο τὴν εἰρήνην, ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ τὰ τείχη τοῦ Πειραιῶς, περιελεῖν. *Pacem constituerunt, ita ut longa crura, & Piræei muros, dejicerent.* Strabo, *lib.* IX. Τῷ δὲ τείχει τούτῳ συνῆπται τὰ καθειλκυμένα ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη. *Muro vero huic connexa erant, quæ ex urbe deducebantur crura.* Scylax, in *Periplo*; ubi de Attica. Ἔπειτα ὁ Πειραιεὺς, καὶ τὰ σκέλη, καὶ Ἀθῆναι. *Inde Piræeus, & crura, & Athenæ.* Polyænus, *lib.* I. Βουλόμενος τοὺς φύλακας τοῦ ἄστεος, καὶ τοῦ Πειραιέως, καὶ τῶν σκελῶν τῶν ἄχρι θαλάσσης, ἀγρύπνους τὴν φυλακὴν κατασκευάσαι. *Cupiens custodes urbis, Piræei, atque crurium, quæ ad mare usque excurrunt, ut excubias insomnes agerent, efficere.* Latini Auctores Brachia dixerunt. Livius, *lib.* XXXV. *Inter angustias semiruti muri, qui duobus brachiis Piræeum Athenis jungit.* Propertius, *lib.* III. *eleg.* XX.

Inde ubi Piræei capient me littora portus,
Scandam ego Thesea bracchia longa viæ.

Justinus, *lib.* V. *Si demissa Piræeum versus brachia dejicerent.* Iterum mox. *In brachiis muri, quæ diruta fuerant, habitare.* Nascebatur autem illic spina regia. Plinius, *lib.* XIII. *cap.* XXIV. *Spina illa nascitur & Athenis, in longis muris.* Loquitur vero de spina regia. Ac fundamenta quidem ejus muri jecisse Cimon perhibetur. Plutarchus, in *ejus Vita.* Λέγεται δὲ καὶ τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν· τὴν δὲ πρώτην θεμελίωσιν εἰς τόπους ἑλώδεις, καὶ διαβρόχους, τῶν ἔργων ἐμπεσόντων, ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, χάλικι πολλῇ, καὶ λίθοις βαρέσι, τῶν ἑλῶν πιεσθέντων, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος. *Fertur & murorum longorum, quos Crura vocant, postea perfecta ædificatio: sed prima eorum fundamenta, cum in loca, palustria, & uliginosa, opus incideret, multa chalice, & gravibus saxis, constrictis paludibus, a Cimone, pecuniam suppeditante, suffulta.* Perfecit autem Pericles, opera Callicratis architecti. Plutarchus, in *ejus Vita.* Τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ οὗ Σωκράτης ἀκοῦσαι φησὶν αὐτὸς εἰσηγουμένου γνώμην Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. *Murum vero longum, de quo ædificando refert Socrates audivisse Periclem, sententiam suam proponentem, Callicrates faciendum suscepit.* Atque hæc de muro longo. ipsum vero Piræeum, considerata oportunitate ejus, muro cinxit Themistocles. Cornelius Nepos, in *Themistocle. Cum Phalereo portu, neque magno, neque bono, uterentur Athenienses, hujus consilio triplex Piræei portus constitutus est: isque mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret.* Plutarchus quoque, in *ejus Vita.* Θεμιστοκλῆς δ' οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιέως. *Themistocles vero, non, ut Aristophanes Comicus ait, urbi Piræeum admiscuit, sed urbem Piræeo annexuit*: Ut legendum; τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν. *Urbi Piræeum agglutinavit.* Locus Comici, quem respexit, exstat iste in *Equitibus.*

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει. σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις,
Ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ·
Καὶ πρὸς τούτοις ἀριστῶσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.
O urbs Argi, audite quæ dicat. tune Themistocli te æquiparas?
Qui urbem nostram plenam fecit, vacuam cum invenisset:
Ac præterea epulanti Piræeum agglutinavit.

A Ac cœpit struere, cum archón esset; & item ut exstruerent Athenienses, non multo post auctor fuit, Thucydides *lib.* I. Ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν. ὑπῆρκτο δ' αὐτοῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνου ἀρχῆς, ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε. *Suasit Themistocles, ut Piræei reliqua exstruerent. inchoaverat autem ipse antea, cum annuo magistratu summo apud Athenienses fungeretur.* Incidit autem iste ejus magistratus in Olympiadis LXXV. annum II. Eusebius docet, qui in isto anno ita. Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ ἐτείχισαν. *Athenienses Piræeum muro cinxerunt.* Anonymus, in *Descriptione Olympiadum*, dicit factum anno demum insequente tertio, istis verbis, Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιέα,
B καὶ τὴν πόλιν, τειχίζουσι. *Athenienses Piræeum, & urbem, muro cingunt.* Et mox rursum, anno IV. Ἀθηναῖοι τὸν Πειραιᾶ τειχίζουσιν. *Athenienses Piræeum muro cingunt.* Sed ego sic conciliandum hoc dissidium existimo; ut priore anno tertio inchoaverint, & deinde intermiserint, ac rursum quarto insequente, Themistoclis suasu, porro exstruxerint: quod Thucydides nobis dicit, in *citatis* statim *verbis*. Diodorus vero Siculus, *lib.* XI. anno quarto factum refert; isque de exstructione intelligi debet. Porro hoc monendum nobis per occasionem istam: cum Thucydides inchoatum illud opus dicat archonte Themistocle, a Diodoro, &
C qui eum sequitur Anonymo, in *Descriptione sua Olympiadum*, anni illius archontem non Themistoclem, sed Timosthenem, nominari. Itaque, pro Τιμοσθένης, apud Auctorem utrunque, Θεμιστοκλῆς rescribendum censeo: iisdem pene, sed transpositis leviter, literis: ita ut proclivis admodum lapsus fuerit. Factum vero ab Hippodamo, architecto celeberrimo. Observo apud Scholiasten Comici, *Equitibus.* Ὁ δ' Ἱπποδάμου. Οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει, καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἥνπερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. καὶ πρῶτος αὐτὸς τὸν Πειραιᾶ κατὰ Μηδικὰ συνήγαγεν. *Sed Hippodami. Hic in Piræeo habitabat, & ædes habebat, quas publico concessit: primusque*
D *ipse circa belli Medici tempora Piræeum conjunxit.* Confirmabat Suidas, ubi dicit. Ἱπποδάμεια ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ. οὕτω κληθεῖσα ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ. *Hippodamium forum, in Piræeo; ita vocatum ab Hippodamo Milesio architecto, qui Piræeum Atheniensibus ædificavit.* Inde postea magis Pericles communivit. Appianus, *de bell. Mithrid.* ubi de Piræeo agit. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου, Περίκλειον ἔργον, ὅτε τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ Πελοποννησίοις στρατηγῶν, καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης τῷ Πειραιεῖ τιθέμενος, μάλλον αὐτὸν ἐκρατύνετο. *Et facti sunt (muri Piræei) e lapide magno, & quadrato; Periclis opus, cum is, dux Atheniensium in Pe-*
E *loponnesios, collocata in Piræeo spe victoriæ, magis ipsum communiret.* Ubi vides momentum loci; quod profecto tantum erat, ut sine eo esse Athenæ minime possent. Cornelius Nepos, in *Phocione. Neque ita multo post Nicanor Piræeo est potitus, sine quo Athenæ esse omnino non possunt.* Ac Themistoclis quidem factum, de quo dixi, memorat etiam Demosthenes, Oratione *in Leptinem.* Γνοίη δ' ἄν τις, εἰ παραθείη, πῶς Θεμιστοκλῆς, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀνδρῶν ἁπάντων ἐνδοξότατος, ταυτὸ τοῦτ' ἐποίησε. λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος τειχίζειν (τὸν Πειραιᾶ,) εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆταί τις ἐκ Λακεδαίμονος κατέχειν
F κελεύσας, οἴχεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. *Inde aliquis cognoscat, si conferat, quo modo Themistocles, vir ætatis suæ clarissimus, hoc ipsum fecerit. Ille itaque fertur dixisse civibus, ut murum (Piræei) exstruerent; ac, si quispiam Lacedæmone adveniret; eum uti detinerent: ipse autem ad Lacedæmonios legatus ivisse.* Quem locum ob oculos habuit Apsines, libro *de Arte Rhet.* cap. Περὶ

παραδείγματος. Ενίοτε δὲ καὶ ἀτελῆ ταῦτα ἐῶμεν, ἄχει τοῦ χρησίμου μνησθέντες· ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ἐν τῷ περὶ τοῦ τειχισμοῦ τοῦ Θεμιστοκλέους. *Interdum & imperfecta ea relinquimus; quousque expedit, commemorantes: ut in Oratione ad Leptinem, ubi de muro a Themistocle ædificato.* Latitudo autem muri tanta fuit, ut duo plaustra, illic sibi occurrentia, commeare in eo possent. Thucydides, *lib.*I. Καὶ ᾠκοδόμησαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νυνὶ ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τὸν Πειραιᾶ. δύο γὰρ ἅμαξαι, ἐναντίαι ἀλλήλαις, τοὺς λίθους ἐπῆγον. *Et struxere ex ipsius sententia murum ea latitudine, quæ nunc etiam circa Piræeum exstat. duo enim plaustra, inter sese occurrentia, saxa advehebant.* Altitudo cubitorum quadraginta. Appianus, *libro* paulo ante *citato*. Επὶ τὸν Πειραιᾶ κατῆλθεν, κατακεκλεισμένων εἰς τὰ τείχη τῶν πολεμίων. ὕψος δὲ ἦν τὰ τείχη πηχέων τεσσαράκοντα μάλιστα. *Ad Piræeum descendit, cum se hostes intra muros, qui ad cubitos instar quadraginta alti, recepissent.* Idque dimidium ejus erat, quam Themistocles destinaverat. Thucydides, *loco* jam *citato*. Τὸ δὲ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη οὗ διενοεῖτο (ὁ Θεμιστοκλῆς) ἐβούλετο γὰρ τῷ μεγέθει, καὶ τῷ πάχει, ἀφιστάναι τὰς τῶν πολεμίων ἐπιβολάς. *Altitudo vero ad dimidiam partem ejus, quam (Themistocles) constituerat, est perducta: quippe ille cupiebat, ut altitudine, & latitudine, hostium impressiones propulsaret.* Eratque e lapide quadrato, & magno. Appianus, in *citatis* ante *verbis*. Καὶ εἴργαστο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου. *Et facti sunt (muri Piræei) e lapide magno, ac quadrato.* Et hunc non cæmentum, aut lutum, sed ferrum, ac plumbum, conjungebant. Thucydides, *lib.*I. Εντὸς δὲ οὔτε πηλὸς ἦν. ἀλλὰ ξυνῳκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν, καὶ μολίβδῳ, δεδεμένοι. *Intus vero nec cæmentum ullum erat, neque lutum; sed lapides magni, sectura quadrati: inter se coagmentati, ferro, ac plumbo, vinciebantur.* Atque hunc tam insignem murum, a Lysandro profligati, ad decem usque utrinque stadia demoliri sunt coacti, Olympiadis XCIII. anno IV. Nota res est ex Historia. Sed mox instauravit Conon, Olympiadis XCVI. anno III. Diodorus Siculus, in eo anno, *lib.*XIV. Περὶ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Κόνων, τοῦ βασιλικοῦ στόλου, τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, ὀγδοήκοντα τριήρεσι καταπλεύσας εἰς τὸν Πειραιᾶ, τοῖς πολίταις ὑπέσχετο, τὸν περίβολον τῆς πόλεως ἀνοικοδομήσειν. τοῦ τε γὰρ Πειραιέως τὰ τείχη, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καθῄρετο, κατὰ τὰς Λακεδαιμονίων συνθήκας, ὅτε κατεπονήθησαν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ. ὁ δ᾽ οὖν Κόνων, μισθωσάμενος πλῆθος τεχνιτῶν, καὶ ἐκ τῶν πληρωμάτων ὄχλον εἰς ὑπηρεσίαν παραδοὺς, ταχέως τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε. *Circa hæc tempora vero Conon, regiæ classi præfectus, cum in Piræeum appulisset cum triremibus octoginta, ambitum urbis se refecturum civibus promisit. nam & muros Piræei, & longa crura, ex fœdere cum Lacedæmoniis, fracti plane bello Peloponnesiaco, demoliti erant. quamobrem Conon conducta opificum multitudine, additisque in ministerium sociis navalibus, ocyus maximam muri partem instauravit.* Convenitque, quod Diogenes Laertius ait, factum illud annis sex post mortem Socratis. Verba ejus ista sunt, in *ejus Vita*. lib.II. Μνημονεύει τῶν ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀνασταθέντων, ἃ γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἓξ τῆς Σωκράτους τελευτῆς ὕστερον. *Meminit murorum, a Conone instauratorum, quæ acciderunt annis sex post mortem Socratis.* Socrates autem diem obiit Olympiadis XCV. anno I. ut ostendi *De Archont. Athen.* lib. III. cap. XVI. Ergo recta computatio. Verum non perfecit opus; & clare, in *citatis verbis*, Diodorus. Τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε. *Maximam muri partem instauravit.* Itaque mox Conon alter, hujus e Timotheo filio nepos, partem adjecit, talentis decem, quæ pro patre solvere jussus erat. Cornelius Nepos, in *Timotheo*. *Hujus post mortem populus, cum eum judicii sui pœniteret, mulctæ novem partes detraxit; & decem talenta Cononem, ejus filium, ad muri quandam partem reficiendam, jussit dare. In quo fortunæ varietas est animadversa, nam, quos avus Conon muros ex hostium præda patriæ restituerat, eosdem nepos, cum summa ignominia familiæ, ex sua re familiari reficere coactus est.* Ac successu deinde temporis, dum munire omnino satagunt, pro uno muro plures facti. Itaque, cum expugnaret urbem Sylla, Olympiadis CLXXIII. anno III. amplius sex fuisse narrat L. Florus, *lib.*III. *cap.*V. *Itaque L. Sylla festinat, vir armis optumus; parique violentia ruentem ulterius hostem, quadam quasi manu repulit: primumque Athenas, urbem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione, ac fame, ad humanos cibos compulit. Mox, subruto Piræei portu, sex quoque & amplius muris, postquam domuerat ingratissimos, ut ipse dixit, hominum; in honorem tamen mortuorum sacris suis, famæque, donavit.* Orosius septem commemorat, *lib.*VI. *cap.*II. *Sylla, cui post consulatum Mithridaticum bellum obvenerat, Archelaum apud Piræeum, Atheniensium portum, septemplici muro communitum, diu obsedit.* Beda. *De Nominibus locorum* in Actis Apostolorum. *Athenæ, civitas in Achaja, philosophiæ dicata studiis; quæ, cum una sit, plurali numero semper appellari solet. Cujus Piræeus portus septemplici quondam muro communitus fuisse scribitur.* Et ex eo, illis ipsis verbis, Smaragdus Abbas, *in eadem Acta*, cap. VIII. *Piræeus portus, septemplici quondam muro communitus fuisse dicitur.* Vellejus Paterculus, *multiplices munitiones* dicit, *lib.*II. *Ita dimicavit (Sylla) ut & Athenas reciperet, &, plurimo circa multiplices Piræei munitiones labore expleto, amplius ducenta hostium millia interficeret.* Itaque apparet satis, cur *tutum Piræa* dicat Virgilius, in *Ciri*.

Jamque adeo tutum longe Piræa cernit.

Et hos muros diruit Sylla; uti narrant Dion Cassius, in *Mithridaticis*, Plutarchus in *ejus Vita*, & Strabo, *lib.*IX. Itaque hinc est, quod Dion idem, cum Athenæ a Caleno, Julii Cæsaris legato, obsiderentur, Piræeum sine muro tunc fuisse memorat. Verba ejus ita habent, *lib.*XLII. Ο δὲ δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη εἰς τὴν Ελλάδα πρὸς τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. καὶ εἷλεν ἄλλα τε καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἅτε καὶ ἀτείχιστον ὄντα. *At Calenus a Julio ante pugnam missus est in Græciam: cepitque cum alia, tum etiam Piræeum, quippe nullo item muro communitum.* Distinxit autem in vias, & regiones id, de quo statim dixi, Hippodamus. Aristoteles, *Politic.* lib.II. cap.VI. Ιππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος, Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus vero, Euryphontis filius, Milesius, qui & urbium divisionem invenit, & Piræeum dissecuit.* Hesychius. Τὸν Πειραιᾶ Ιππόδαμος, Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Αθηναίοις. *Piræeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & res cælestes tractavit, Atheniensibus divisit.* Demosthenes geminam item fossam circumduxit. Ecce, habes in Decreto, in honorem ejus facto, quod Plutarchus repræsentat, extremo libro *De x. Reht.* Καὶ ὡς ἐπέδωκε δύο τάφρους (ὁ Δημοσθένης) περὶ τὸν Πειραιᾶ ταφρεύσας. *Et quas addidit (Demosthenes) duas fossas Piræeum circummuniens.* Ut autem Piræeus totus munitissimus, ita maxime pars illius quædam mari undequaque cincta. Appianus istud docet, *De bell. Mithridat.* Καταπλαγεὶς αὐτῶν

τὴν ὁρμὴν ὁ Ἀρχέλαος, ὡς μανιώδη, καὶ ἄλογον, ἐξέλειπεν αὐτοῖς τὰ τείχη. ἐς δέ τι τοῦ Πειραιῶς ἀνέδραμεν ὀχυρώτατόν τε καὶ θαλάσσῃ περίκλυστον. Perculsus Archelaus impetu ipsorum, ceu insano, nec rationis quidquam habente, reliquit illis muros; ac in Piræei partem munitissimam, quæque mari circumlueretur, se recepit.

CAP. III.

Et navalia huc translata, a Themistocle. Armamentarium quoque ibi; a Philone structum, a Sulla exustum. Portus item illic triplex; Κανθάρου λιμήν, sive, Κάνθαρος: Ἀφροδίσιον, & Ζέα. Hesychii locus restitutus, & Plutarchi. Veneris duo fana; unum, a Conone; alterum, a Themistocle structum. Venus Ἄπαρχος. Scholiastes Aristophanis emendatus. Portus isti, olim aperti, postea claudi cœperunt, & muniri. Naucleroum diversoria. Themistoclis monumentum. Promontoria ex utraque parte duo; Alcimi, & Ectionis: quorum hoc a Quadringentis communitum. Harpocration correctus.

THEMISTOCLES vero, ut muro communivit, sic navalia illuc transtulit: cum Phalero ad id tempus Athenienses usi essent. Pausanias, in *Atticis*. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὡς ἦρξε (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῖ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκευάσατο. *Themistocles vero, cum magistratu fungeretur, quia multo opportunior navigantibus Piræeus videretur, triplici portu, cum Phaleri unus esset, hoc navale ipsis fecit*. Etiam armamentarium ibi erat, a Philone architecto exstructum. Strabo, *lib.IX.* Τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. *Et Piræeum, & navalibus plenos portus, in quibus etiam armamentarium, Philonis opus*. Meminit ejus Cicero, *De Oratore*, lib.I. *Philonem, illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse*. Et Plinius, *lib.VII. cap.XXXVII. Laudatus est Ctesiphon Gnossius, æde Ephesiæ admirabiliter fabricata: Philon, Athenis armamentario*. Exussit autem istud tam præclarum opus, uti etiam navalia, Sulla, bello contra Mithridatem. Appianus, *Mithridaticis*. Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Πειραιᾶ, τοῦ ἄστεος μᾶλλον ἐνοχλήσαντά οἱ, κατεπίμπρη, φειδόμενος οὔτε τῆς ὁπλοθήκης, οὔτε τῶν νεωσοίκων. *Sulla vero Piræeum, qui plus ei negotii dederat, quam urbs, incendit: nec armamentario parcens, nec navalibus*. Plutarchus in *ejus Vita*. Εἶχε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον καὶ τὸν Πειραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη. *Nec multo post Sulla etiam Piræeum in potestatem accepit, & maximam partem exussit; inter quæ Philonis quoque armamentarium erat*. Observa autem in *citatis* Pausaniæ *verbis* tres fuisse illic portus; & hoc verum est. Thucydides firmat, *lib.I.* Νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς. *Ratus locum opportunum, qui tres portus nativos haberet*. Loquitur de hoc ipso Piræeo. Scylax, in *Periplo*. Ὁ δὲ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς. *Piræeus vero tres portus habet*. Cornelius Nepos, in *Themistocle*: *Cum Phalero portu, neque magno, neque bono, Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræei portus constitutus est*. Idem videre est apud Hesychium, & Scholiasten Aristophanis: quorum verba mox producam, alia occasione. Horum autem portuum unus, a Cantharo heroe, Κανθάρου λιμήν, *Canthari portus*, vel etiam Κάνθαρος, *Cantharus* simpliciter; alter, a Veneris illic templis, ut videtur, Ἀφροδίσιον: tertius, Ζέα dicebatur, a frumento. De prioribus duobus, docet nos Comici Scholiastes, *Pace*. Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς ἔχει, πάντας κλειστούς. Εἷς μὲν, ὁ Κανθάρου λιμὴν οὕτω καλούμενος, ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου· ἐν ᾧ τὰ νεώρια· εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον. εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Piræeus portus habet tres, omnes celebres. Unus eorum, Canthari dictus est, ab heroe quodam Cantharo: in quo navalia. ac deinde, Aphrodisium: inde circum, porticus quinque*. Videndus quoque Suidas, *in* Ναξιουργὴς κάνθαρος. Prioris mentio, nempe Canthari, etiam est apud Aristophanem, in *Pace* fabula.

Ἐν Πειραιεῖ δή πού 'στι Κανθάρου λιμήν.
In Piræeo sane est Canthari portus.

Item apud Hesychium, sed corrigendum. Κανθάρων. λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. *Cantharorum. Portus ita appellatur in Piræeo*. Rescribe, Κάνθαρον. λιμήν. *Cantharus. Portus*. Corruptum quoque ejus nomen apud Plutarchum, in *Phocione*. Μύστην δὲ, λούοντα χοιρίδιον ἐν καθαρῷ λιμένι, κῆτος συνέλαβε, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος κατέπιε. *Mystam vero, qui porcellum lavaret in puro portu, cetus comprehendit, & inferiora corporis devoravit*. Nam, quid est illud? ἐν καθαρῷ λιμένι. *In puro portu*. Omnino rescribendum censeo, ἐν Κανθάρῳ λιμένι. *In Cantharo portu*. Suidas alibi. Κάνθαρος, τὸ ζῶον· καὶ ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι. *Cantharus, animal: & nomen portus Athenis*. Aphrodisium, alter portus, nomen accepit, ut videtur, a duobus fanis Veneris, quæ Græcis Ἀφροδίτη dicitur. Et eorum quidem unum a Conone ibi structum narrat Pausanias, in *Atticis*: ubi de Piræeo agit. Πρὸς δὲ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον, τὴν ἐν Καρικῇ χερρονήσῳ. *Ad mare Conon Veneris fanum ædificavit, cum triremes Lacedæmoniorum juxta Cnidum, quæ in Carica peninsula, profligasset*. Alterum, a Themistocle: qui id Veneri, τῇ Ἀπάρχῳ cognomento, consecravit. Scholiastes Hermogenis, *lib.II.* Περὶ ἰδεῶν, *cap.* περὶ γλυκύτητος. Καὶ τὰ περὶ τῆς περιστερᾶς, ὅτι ἐπὶ Θεμιστοκλέους τριήρους ἐφάνη καθεζομένη. ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχου Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ. ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεύς, ἐν τῷ Περὶ βωμῶν. *Ac quæ de columba ajunt, quæ conspecta est in Themistoclis triremi considere; qua de causa post victoriam Veneris* Ἀπάρχου *fanum dedicavit in Piræeo: ut Ammonius Lampriensis refert, libro De Aris*. De tertio, plane nomen ejus nesciremus, absque uno Hesychio esset: nam Scholiastes quidem Comici, nisi culpa est librarii, plane omittit. Itaque nos Hesychius docet, istis verbis. Ζέα, ἡ Ἑκάτη, παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς. ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Zea, Hecate, apud Athenienses; & Piræei portuum unus, ita ab hordeo nominatus. Habet vero Piræeus portus tres, qui claudi possunt*. Ubi ultima verba observa: λιμένας τρεῖς κλειστούς. *portus tres, qui claudi possunt*. Atque ita rescribendum esse censeo apud Scholiasten Comici, in *citatis* ante *verbis*: quippe male illic editur, λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειτούς. Nam catena tres hi portus claudebantur: quod initio quidem non fiebat, ut discimus clare ex Thucydide, *lib.II.* Ἐβούλοντο, διδαξάντων τῶν Μεγαρέων, ἀποπειράσαι τοῦ Πειραιέως, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων. ἦν δὲ ἀφύλακτος, καὶ ἄκλειστος. *Voluerunt, a Megarensibus edocti, tentare Piræeum, Atheniensium portum: nullo enim præsidio custodiebatur, neque claudebatur*. Postea vero muniri cœpti, & claudi etiam, bello Peloponnesiaco. Thucydides, *loco citato*. Καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τὸ λοιπὸν ἐποιοῦντο, λιμένων τε κλείσει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ. *Ac post hæc magis Piræeum custodiebant, claudendis*

portubus, cæteraque omni cura. Ad hos portus, varia erant nauclerorum diversoria. Indicat Xenophon, περὶ προσόδων. Καλὸν μὲν, καὶ ἀγαθὸν, ναυκλήροις οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας, πρὸς τοῖς ὑπάρχουσι. *Pulchrum enim, & bonum, diversoria circa portus, præter ea quæ jam exstant, naucleris ædificare.* Ad maximum eorum, Themistoclis postea sepulcrum fuit constitutum. nempe quia, ut initio hujus capitis a me dictum est, navalia huc transtulisset. Rem Pausanias nobis tradit, etsi non causam, in *Atticis suis.* Καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. φασὶ γὰρ, μεταμελῆσαι τοὺς εἰς Θεμιστοκλέα. καὶ, ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν, ἐκ Μαγνησίας ἀνελόντες. *Atque ad maximum portum Themistoclis monumentum erat. Ajunt enim, pœnituisse eorum, quæ in Themistoclem admisissent: atque ossa ejus, e Magnesia sublata, a propinquis reportata.* Plutarchus in *extremo Themistocle.* Περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. *Apud portum Piræei, ab Alcimi promontorio, quasi cubitus quidam prominet; quem introrsum ubi prætervectus fueris, ubi mare subtranquillum, basis exstat, satis magna: quodque in illa aræ instar, est Themistoclis sepulcrum.* Porro utrinque Piræeus promontorio tegebatur: ut non tantum arte tutus, sed natura etiam esset. Et unum ex his, Alcimi appellabatur: alterum, Eetionis. De priore, observo ecce apud Plutarchum, in verbis illis præcedentibus. Περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών. *Apud portum Piræei, ab Alcimi promontorio, quasi cubitus quidam prominet.* De altero, Suidas me docuit: cujus iste exstat locus. Ἠετιωνεία. οὕτως ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος. *Eetionea. ita alterum Piræei promontorium dicebatur, ab Eetione, qui possederat terram illam.* Et Harpocration. Ἠετιωνεία. Ἀντιφῶν, ἐν τῷ περὶ τῆς μεταστάσεως. οὕτως ἐκαλεῖτο ἥ γε παρὰ τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος· ὥς φησι Φιλόχορος, ἐν τῇ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ. *Eetionea. Antiphon, in Oratione De mutatione. Ita vocabatur promontorium juxta Piræeum, a possessore terra Eetione: ut auctor est Pilochorus, in Rescripto adversus Demonem.* Ubi certe legendum puto, ut est apud Suidam, qui eum, ut solet, exscripsit, quanquam truncate. οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα. *ita vocabatur alterum Piræei promontorium.* Neque aliter est apud Stephanum, *in* Ἠετιωνεία. Et hoc ipsum promontorium muro etiam communitum fuit: posteaque ad veterem murum, novum alium exstruxerunt, ut melius in potestate sua Urbem retinerent, Quadringenti, cum remp. invasissent, Olympiadis XCII. anno I. Qua de re videre est apud Thucydidem, libro VIII.

CAP. IV.

Porticus quinque. Μακρὰ στοά. *Statuæ Jovis, & Atheniensis populi, a Leocharis artificis manu: &* Μελίτη, *populus Oeneidis tribus; vel, ut alii, Cecropidis. Herculis cum Nympha Melite, a qua nomen illi datum, consuetudo: isque pomis ibi cultus, unde* Μήλων *appellatus. Idem quoque* Ἀλεξίκακος. *Hesychius correctus. Hercules mysteriis quoque minoribus illis initiatus. Ageladas statuarius. Scholiastes Aristophanis emendatus; item Suidas, Joannes Tzetzes, & Plutarchus. Eurysacis domicilium, & fanum: item Melanippi. Domus Themistoclis; ac Dianæ τῆς* Ἀριστοβούλης *templum, ab eo structum: ubi postea, qui carnificis manu cæsi, abjici soliti. Plutarchus iterum emendatus. Dianæ* Ἀριστοβούλης *fanum apud Rhodios. Domus Phocionis, & Tragœdorum.* Νύλαι Μελιτίδες. *Thucydidis sepulcrum; item Herodoti, & Cimonis.*

HABEBAT vero porticus quinque. Vides in *citatis* modo Scholiastæ Comici *verbis.* Εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Inde circum porticus quinque.* Atque hæ, quia conjunctæ, Μακρὰ στοὰ, *Longa porticus*, dicebatur. Observo apud Pausaniam, in *Atticis*; qui in Piræei descriptione hanc nobis pro illis refert. Ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ. *Est vero ad longam porticum, ubi forum ii habent, qui ad mare habitant.* Meminitque Demosthenes, Oratione *in Phormionem.* Οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν τοὺς ἄρτους, καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα. *Qui vero in Piræeo, ad navale panis obolo accipiebant, & in longa porticu farinas.* Ac designat hanc Thucydides, *lib.* VIII. Διῳκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν, ἥπερ ἦν μεγίστη, καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη, ἐν τῷ Πειραιεῖ. *Exstruxerunt etiam porticum, quæ maxima erat, proximeque contingebat, in Piræeo.* Retro porticum istam longam, statuæ Jovis, & Atheniensis populi, a Leochare factæ, erant. Pausanias, *loco citato.* Τῆς δ' ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς, καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *Retro porticum, quæ ad mare, collocatæ statuæ Jovis, populique, a Leochare factæ.* Et Μελίτη totus ille tractus dictus Scoliastes Conici, *Avibus.* Μέρος τι νῦν συνήθης γέγονε τὸν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς, ἀλλ' οὐκ ἔστι. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο. *Partem nunc quandam, quæ est retro longam porticum, vocare Colonum solemus, sed non recte: totum enim illud Melite est.* Et in populis censebatur, tribus Oeneidis. Stephanus, *in* Μελίτη. Καὶ δῆμος, Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. *Et populus est. Oeneidis tribus: popularis, Melitensis.* Alii Cecropidi tribuunt. Harpocration. Μελίτη. Δημοσθένης, ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος, δῆμός ἐστι τῆς Κεκροπίδος. *Melite. Demosthenes, Oratione in Cononem, populus est tribus Cecropidis.* Et ex eo totidem verbis Suidas. Demosthenis locus, cujus meminit, iste est. Κατιδὼν δὲ ἡμᾶς, καὶ κραυγάσας, καὶ διαλεχθείς τι πρὸς αὑτὸν οὕτως ὡς ἂν μεθύων, ὅτι μὴ μαθεῖν ὅτι λέγοι, παρῆλθε πρὸς Μελίτην ἄνω. *Cum autem nos vidisset, clamansque, & nescio quid dissertans secum, instar ebrii, præteriit, Meliten versus ascendens.* Nomen habet a Melite Nympha, cum qua Hercules consuevisse ferebatur. Aristophan. Scholiast. *Ranis*, Ἐκλήθη δὲ (ἡ Μελίτη) ἀπὸ Μελίτης Νύμφης, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. *Nominata vero est (Melite) a Melite Nympha, cum qua Hercules rem habuisse memoratur.* Harpocrat. Κεκλῆσθαι δέ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ ἀπὸ Μελίτης. *Nuncupatum vero populum a Melite, auctor est Philochorus libro tertio.* Ideo nempe Hercules quoque a Melitensibus hisce cultus, qui huic pomis sacra sua faciebant: unde & Μήλων cognomento nuncupatus. Hesychius. Μήλων, Ἡρακλῆς. ὀνομασθῆναι φασὶ τὸν θεὸν οὕτως, διὰ τὸ μὴ ἱερεῖα θύειν αὐτῷ τοὺς Μελιτεῖς, ἀλλὰ τὸν καρπὸν τὰ μῆλα. *Melon, Hercules. ita dictum deum ferunt, quod non victimis ipsi Melitenses faciant, verum pomis.* Dicebatur autem Hercules ille etiam Ἀλεξίκακος. Ecce, apud eundem Hesychium, alio loco. Ἐκ Μελίτης μαστιγίας. Ἀριστοφάνης ἐν βατράχοις, ἀντὶ τοῦ φάναι, ἐκ Μελίτης Ἡρακλῆς. μετημφίεσται γὰρ τὴν Ἡράκλειον στολήν. καλεῖται δὲ ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς, Ἀλεξίκακος. *Melitensis verbero, Aristophanes Ranis; pro, Melitensis Hercules; quippe Herculis stola amictus erat: Appellatur autem Hercules, qui in Melite est, Averruncus.* Ita rescribo. Perperam editur, Ἐκμελίτης μαστιγίας: & mox, Ἐκμελίτης Ἡρακλῆς. Et Ἀλεξίκακον, *Averruncum*, dictum

fuisse, etiam docet Scholiastes Comici, *Ranis*. Εν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ηρακλέους ἱερὸν Αλεξικάκου. *In Melite est insigne admodum templum Herculis Averrunci*. Et ibidem initiatus minoribus mysteriis dicebatur; conditumque illi templum ibi loci, in quo hoc, quo dixi, modo colebatur. Scholiastes Comici, *iisdem Ranis*. Η Μελίτη, δῆμος τῆς Αττικῆς, ἐν ᾗ ἐμυήθη Ηρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια· ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ηρακλέους ἱερόν. *Melite, populus Atticæ; in quo Hercules minoribus mysteriis initiatus: estque idem fanum Herculis*. Et in eo simulacrum quoque ipsius, Ageladæ opus. Joannes Tzetzes, *Chil.* VIII. *cap.* CXCII.

B

Αγελάδου τοῦ Αργείου μὲν ἦν μαθητὴς Φειδίας,
Τοῦ ἐν Μελίτῃ Αττικῆς πλάσαντος Ηρακλέα.
Ageladæ quidem Argivi discipulus erat Phidias,
Ejus qui in Melite Atticæ fecit Herculem.

Aristophanis Scholiastes, *loco citato*. Τὸ δὲ τοῦ Ηρακλέους ἄγαλμα, ἔργον Αγελάδου τοῦ Αργείου, τοῦ διδασκάλου Φειδίου· ἡ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ τὸν μέγαν λοιμόν, ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων. *Herculis vero simulacrum, opus est Ageladæ Argivi, Phidiæ doctoris: factaque est dedicatio, cum magna pestis grassaretur. cessavit autem inde morbus, cum jam homines multi periissent*. Ita enim utrobique scribo; nam perperam hodie legitur, apud Tzetzen qui-

C

dem, Γελάδου: apud Scholiasten vero, Ελάδου. Et omnino in corruptum Auctoris cujusdam codicem inciderit Suidas: quem secutus, sic in litera Γ scribit. Γελάδας, ἀγαλματοποιός, διδάσκαλος Φειδίου. *Geladas, statuarius, Phidiæ doctor.* Nam Agelades statuario, non Gelades, nomen erat. Ecce tibi apud Plinium, *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *Et deinde, Olympiade octuagesima septima, Agelades, Callon, Polycletus*. Et mox. *Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit*. Columella, *lib.* X.

——*nec Phradmonis, aut Ageladæ,*
Arte laboretur. ——

D

Neque aliter scribitur locis pluribus apud Pausaniam, in *Eliacis* posterioribus, *Achaicis*, *Arcadicis*, & *Phocicis*. Atque hoc obiter. Meminit Melites populi etiam Isæus, in Oratione, *De Hagniæ hæreditate*. Οἰκίαν δὲ ἐν Μελίτῃ, τρισχιλίων ὠνημένην. *Domum in Melite, tribus millibus emptam*. Et Aristophanes, *Ranis*.

Μὰ Δί' ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας·
Per Jovem, sed vere Melitensis ille verbero.

Qui illic habitabat, Μελιτεὺς, *Melitensis*, dictus. Hesychius. Μελιτεὺς κάπρος. ὁ γὰρ δῆμον Μελιτεύς ἐστι. *Melitensis aper. qui populo est Melitensis*. Stephanus in *citatis verbis*. Ο δημότης, Μελιτεύς. *Popularis, Melitensis*. Itaque corrigendus Plutarchus, in *Ly-*

E

curgi rhetoris Vita. Πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιτεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα, τὸν ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατηγήσαντα. *Ac cum prius ipsam uxorem sumpsisset Diocles Melitensis, suscepit ex ea Dioclem, militum ductorem*. Non recte scribitur, Διοκλῆς ὁ Μελιτεύς. *Diocles Melittensis*. Habitavit illic olim Eurysaces, Ajacis filius. Plutarchus, in *Vita Solonis*. Αὐτοὶ δ' Αθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι, τὸν δὲ Σόλωνα φασὶν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαῖος, καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοὶ, Αθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς· καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν (Φιλαῖος,) ἐν Βραυρῶνι τῆς Αττικῆς· ὁ δὲ (Ευρυσάκης)

F

ἐν Μελίτῃ. *Ipsi vero Athenienses nugas esse arbitrantur, ac Solonem judicibus indicasse ajunt, Phylæum, & Eurysacen, Ajacis filios, jus adeptos civitatis Athenarum, insulam iis tradidisse: & (Phylæum) quidem, Braurone Atticæ; (Eurysacen) vero, Melitæ habitasse*. Ac post mortem fanum ibi, tanquam heroi, est exstructum. Harpocration. Εὐρυσάκειον. Υπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Αριστογείτονα. Τέμενός ἐστιν Ευρυσάκους, τοῦ Αἴαντος, ἐν Αθήναις, οὕτως ὀνομαζόμενον, ἐν Μελίτῃ. *Eurysaceum. Hyperides, in Oratione adversus Aristogitonem. Fanum est Eurysacis, Ajacis filii, Athenis, ita nominatum, Melitæ*. Et Melanippi, Thesei filii, ibidem fanum. Observo apud eundem Harpocrationem alibi. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρονος. Μελανίππου τοῦ Θησέως, ἡρῷόν ἐστιν, ὥς φησιν Ασκληπιάδης Τραγῳδουμένοις. Κλείδημος δ', ἐν πρώτῃ Ατθίδος, ἐν Μελίτῃ αὐτὸ εἶναι λέγει. Melanippeum. *Lycurgus, in Oratione adversus Lycophronem. Melanippi herois, Thesei filii, fanum est; ut Asclepiades ait, libro De iis quæ in tragœdiis decantata: Clidemus vero, libro primo Atthidos, Melitæ illud esse dicit*. Domus item illic Themistoclis; & prope eam, ædes Dianæ τῆς Αριστοβούλης, ab ipso structa: ubi postea cadavera eorum, qui occisi a carnifice, projici solita. Plutarchus, in *Vita Themistoclis*. Ηνίασε δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸ τῆς Αρτέμιδος ἱερὸν εἰσάμενος, ἣν Αριστοβούλην μὲν προσηγόρευσεν, ὡς ἄριστα τῇ πόλει, καὶ τοῖς Ελλησι βουλευσάμενος. πλησίον δὲ τῆς οἰκίας κατεσκεύασεν ἐν Μελίτῃ τὸ ἱερὸν, οὗ νῦν τὰ σώματα τῶν θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι. *Sed ægerrime tulere multi, cum Dianæ templum strueret; quam Aristobulen quidem appellavit, ceu quam optime Urbi, & Græcis, consuluisset. struxit vero templum illud prope domum suam Melitæ, ubi nunc cadavera interfectorum carnifices projiciunt*. Hac de re corruptus locus, apud eundem, libro *De malignitate Herodoti*. Οἶμαι, μηδὲ ἐκείνους ἀνηκόους εἶναι Θεμιστοκλέους, καὶ τοῦ Θεμιστοκλέους βουλεύματος· ὃς, βουλεύσας τῇ Ελλάδι ναυμαχῆσαι πρὸ τῆς Σαλαμῖνος, ἱδρύσατο ναὸν Βουλῆς Αρτέμιδος ἐν Μελίτῃ, τοῦ βαρβάρου καταπολεμηθέντος. *Existimo, & ipsos audivisse de Themistocle, ac Themistoclis consilio: qui, cum suasisset, navibus pugnandum esse ad Salaminem, devicto barbaro, Dianæ Bules fanum Melitæ dedicavit*. Restituo, ναὸν Αριστοβούλης Αρτέμιδος, *fanum Aristobules Dianæ*. nam Αριστοβούλη, non Βουλὴ, Diana hæc a Themistocle dicta. Neque primus ille cognomentum istud deæ excogitavit, sed exemplo Rhodiorum fecit, apud quos jam ante culta. Porphyrius, *De abstin. ab anim.* Εθύετο γὰρ καὶ ἐν Ρόδῳ, μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἄνθρωπος Κρόνῳ. ὃ δὴ ἐπὶ πολὺ κρατῆσαν ἔθος μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατακριθέντων μέχρι μὲν τῶν Κρονίων συνεῖχον. ἐνστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς, προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν, ἄντικρυς τοῦ Αριστοβούλης ἕδους, οἴνῳ ποτίσαντες, ἔσφαττον. *Sacrificabatur enim Rhodi, ad diem sextum mensis Metagitnionis, homo Saturno: quod, cum diu obtinuisset, immutatum est. unum enim, ex iis qui morti publico judicio damnati erant, ad Saturnalia asservabant; eumque, postquam dies festus advenisset, extra portam mox productum, contra fanum Aristobulæ, dato prius vini potu, mactabant*. Etiam Photion ædes illic suas habuit. Plutarchus testis, in *ejus Vita* Η δὲ οἰκία τοῦ Φωκίωνος ἔτι νῦν ἐν Μελίτῃ δείκνυται, χαλκαῖς λεπίσι κεκοσμημένη, τὰ δὲ ἄλλα λιτὴ, καὶ ἀφελής. *Phocionis vero domus etiamnum Melitæ ostenditur, æneis laminis ornata, cætera tenuis, simplexque*. Erat item Tragœdorum ibi domus, valde ampla. Hesychius. Μελιτέων οἶκος ἐν τῷ Μελιτέων δήμῳ οἶκός τις ἦν παμμεγέθης, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ ἐμελέτων. *Melitensium domus. In populo Melitensi domus quædam erat admodum magna, in quam Tragœdi ad exercitia conveniebant*. Quin & portæ cuidam urbis nomen inde datum invenio: juxta quam Thucydidis monumentum erat. Pausanias, in *Atticis*. Καὶ οἱ δολοφονηθέντι, (de Thucydide illi sermo) ὡς κατῄει, μνῆμά ἐστιν οὐ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. *Ipsique fraude interfecto post reditum monumentum exstructum est, non longe a porta Melitensi*. Item Herodoti. Mentionem utriusque nobis Marcellinus facit, in *Vita Thucydidis*. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα· ἔνθα δείκνυται Ηροδότου, καὶ Θουκυδίδου τάφος. *Ad portam, quæ Melitensis vo-*

catur, sunt Cœlæ, quæ Cimonia monumenta appellantur: ubi Herodoti, & Thucydidis sepulcrum visitur.

CAP. V.

Forum geminum; quorum alterum, Hippodamium nuncupatum, ab Hippodamo architecto: ubi mercatus celeberrimus. Proverbium, Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. *Præsidium contra prædones illic positum. Locus etiam, mercibus exponendis proprius,* Δεῖγμα *dictus. Polyænus restitutus.* Ἀγορανόμοι *ibi quinque, &* Ἀστυνόμοι: Μετρονόμοι *autem quindecim; sive, ut alii volunt, decem:* Σιτοφύλακες, *etiam quinque: &* Ἐπιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου *decem. Suidæ locus emendatus. Præfecti decem a Lysandro.*

GEMINUM etiam forum erat; unum juxta longam porticum, de qua dixi; eorum qui ad mare habitabant: alterum, eorum qui remotiores erant. Pausanias. *ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ. καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω ἐστὶν ἑτέρα. Est vero ad longam porticum, ubi forum illi habent, qui ad mare adhabitant: alterum enim est eorum, qui non ita prope.* Horum alterum, ut videtur, forum fuit, Hippodamium appellatum. Mentio ejus luculenta apud Andocidem, in *Orat.* Περὶ τῶν μυστηρίων. *Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας. τοὺς δ᾽ ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον· τοὺς δ᾽ ἐν Πειραιεῖ, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγοράν. Ducibusque revocatis, edicere jusserunt; quicunque Atheniensium in urbe habitarent, ut in forum, sumptis armis; qui in muro longo essent, in Thesei fanum; qui in Piræeo autem, ii in forum Hippodamium convenirent.* Demosthenes, Orat. *in Timotheum.* *Βοηθησόντων αὐτῷ, καὶ καταγομένων εἰς τὴν οἰκίαν, τὴν ἐν Πειραιεῖ, ἐν τῇ Ἱπποδαμείᾳ, ἑσπέρας ἤδη οὔσης. Cum adjuturi ipsum essent, & in ædibus quas in Piræeo habebat, in foro Hippodamio, divertissent.* Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. *Οἱ δ᾽ ἐκ τοῦ ἄστεος, εἰς τὴν Ἱπποδαμείαν ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο. Urbani vero, cum in forum Hippodamium venissent, primum quidem ita aciem instruxerunt.* Nomen inditum ab Hippodamo architecto; qui Piræeum, ut supra dixi, Urbi adstruxit. Suidas. *Ἱπποδαμεία ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ, οὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιεῖ. Hippodamium forum, in Piræeo. ita dictum ab Hippodamo Milesio architecto, qui Atheniensibus Piræeum ædificavit.* Nec adstruxit tantum Urbi, ut nunc quoque illud moneam, verum etiam divisit. Aristoteles *Politic.* lib. II. cap. VI. *Ἱππόδαμος δὲ Εὐρυφῶντος Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τῶν πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τὸν Πειραιᾶ κατέτεμε. Hippodamus vero Euryphontis filius Milesius, qui & urbium divisionem invenit, & Piræeum dissecuit.* Cujus rei meminit item alibi Hesychius. *Τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος, Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ καὶ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις, Piræeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & meteorologus dictus, Atheniensibus divisit.* Erat vero mercatus illic celeberrimus, mercibusque omnis generis frequentissimus. Isocrates in *Panegyrico.* *Ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τῆς Ἑλλάδος τὸν Πειραιᾶ κατεστήσαντο, τοσαύτην ὑπερβολὴν ἔχοι, ὥστε, ἃ παρὰ τῶν ἄλλων ἓν παρ᾽ ἑκάστων χαλεπόν ἐστι λαβεῖν, ταῦθ᾽ ἅπαντα παρ᾽ αὐτῆς ῥᾴδιον εἶναι πορίσασθαι. Mercatum enim in medio Græciæ statuerunt Piræeum, adeo quidem excellentem, ut, quæ singula aliunde difficulter habere posses, ea omnia facile illic invenires.* Sopater, *De Divis. Quæst.* *Ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἠδυνήθην ἀνελεῖν, παρόντων καὶ συνεστιωμένων πρὸς τούτους ἐν Πειραιεῖ, τῷ κοινῷ Ἑλλάδος ἐμπορίῳ, πολυανθρώπῳ τυγχάνοντι. Sed interficere non poteram, cum una essent, & convivarentur, in Piræeo, communi Græciæ mercatu, hominibus frequenti.* Ecce, commune Græciæ emporium appellatum, nec injuria: quippe omnia undique istuc importata. Pericles, in Oratione funebri, apud Thucydidem, *lib.* II. *Ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος τῆς πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα. Importantur vero ob magnitudinem Urbis omnia.* Hinc proverbio dicebatur, Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. quod ex Aristotele refert Pollux, *lib.* VI. *cap.* VI. *Πλάτων δὲ ὁ κωμικὸς, τὴν κεναγγίαν (τὴν πεῖναν) εἴρηκε. Ξενοφῶν δὲ, βούλιμον· καὶ Ἀριστοτέλης δὲ, τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. Plato Comicus, famem κεναγγίαν; Xenophon vero, βούλιμον dixit: Aristoteles autem, Piræeum non afferre κεναγγίαν, vasorum inanitatem, sive famem.* Itaque positi & custodes, qui excubias agitarent: ne prædones alicunde invadere auderent. Inde est apud Terentium *Eunucho* Act. II. Sc II.

> *Miror, quid ex Piræeo abierit, nam ibi publice*
> *custos est nunc.*

Ubi Donatus. *Adversus prædonum incursus illic excubabat juventus Attica.* Et locus erat, ubi merces, peregre adductæ, ostentui exponebantur: isque ex re Δεῖγμα dictus. Meminit Aristophanes *Equitibus.*

> Ἐν τῷ Δείγματι τῶν δικῶν
> Ἤκουσ᾽ ἀντιλεγόντων.
> *In Digmate litium*
> *Audivi contradicentes.*

Ad quæ verba Scholiastes Τὸ Δεῖγμα, τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ. *Digma, locus est in Piræeo.* Et mox. *Ἐκεῖ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τῶν πωλουμένων ἐτίθεσαν. Ibi mercatores eorum, quæ venalia habebant, specimina ponebant.* Harpocration. *Δεῖγμα, κυρίως μὲν, τὸ δεικνύμενον ἀφ᾽ ἑκάστου τῶν πωλουμένων. ἤδη δὲ, καὶ τόπος τις ἐν Ἀθήνῃσιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, οὕτως ἐκαλεῖτο. Digma, proprie quidem specimen rei cujusque venalis. & locus quidam Athenis in foro, in quem specimina afferebant, eo nomine dicebatur.* Demosthenes, Orat. *in Philoclem.* *Παραλαβὼν Δεινίαν, τὸν κηδεστὴν τὸν ἐμὸν, προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ Δείγματι, Adscito Dinia, affine meo, adit ipsum in Digmate.* Xenophon, *Hist. Græc.* lib. V. *Ἦσαν δέ τινες, οἳ καὶ εἰσπηδήσαντες εἰς τὸ Δεῖγμα, ἐμπόρους τέ τινας καὶ ναυκλήρους ξυναρπάσαντες, εἰς τὰς ναῦς εἰσήνεγκαν. Erant vero aliqui, qui in Digma invadentes, correptos simul mercatores, & naucleros, in naves abducerent.* Lysias, *Orat.* κατὰ Τίσιδος, cujus fragmentum exstat apud Dionysium Halicarn. Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος. *Οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ Δεῖγμα· καὶ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ καὶ τῶν ἄλλων ξένων, οὕτω διακείμενον. Cumque incedere non possent, adduxere eum in Digma; ibique multis Atheniensibus, aliisque peregrinis, ostenderunt, ita ægrum.* Hinc est apud Polyænum, *lib.* VI. inter strategemata Alexandri. *Συνέταξε τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν διὰ τάχους προσπλεῦσαί τε παρὰ Δεῖγμα τὸ τοῦ Πειραιέως, καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι χρήματα. Mandavit iis, qui in navibus, uti, Digma Piræei adnavigantes quam ocyssime, merces e mensis raperent.* Ita enim locum illum restituendum esse censeo. Hodie editur, *προσπλεῦσαι τῷ παραδείγματι τοῦ Πειραιέως.* Quare erant, ut necesse in emporio Ἀγορανόμοι, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες, Ἀστυνόμοι, Ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου. Et quidem Ἀγορανόμοι illic quinque erant, ut in Urbe. Harpocration. *Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τὴν ἀγορὰν ὤνια διοικοῦντες ἄρχοντες. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ κληροῦσθαι φησὶ, πέντε μὲν εἰς τὸν Πειραιᾶ, πέντε δὲ εἰς ἄστυ. Ædiles, qui res in foro venales curarent magistratus. Aristoteles vero, in Republ. Atheniensium, ait eos sorte legi consuevisse, quinque quidem Piræeo, & quinque Urbi.* Totidem quoque Ἀστυνόμοι. Idem Harpocration alibi. *Δέκα φησὶν εἶναι τοὺς Ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν*

ἐν Πειραιεῖ, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Decem, qui urbem administrarent*, Ἀστυνόμοι *dicti, fuisse ait Aristoteles, in Rep. Atheniensium: & ex illis quinque quidem in Piræeo, quinque in Urbe.* Jam Μετρονόμοι, sive, *Mensurarum præfecti*, quindecim erant, qui in Urbe tantum novem. Suidas. *Μετρονόμοι, ἀρχή τις Ἀθήνησι τῶν μετρονόμων. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν εἰς Πειραιᾶ, ἐννέα δὲ εἰς ἄστυ. Mensurarum præfecti, Magistratus quidam Athenis erant, qui mensuras curabant. Erant vero numero quindecim in Piræeo, novem in Urbe.* Sed Harpocration variat: & ait, quindecim tantum fuisse universos: decem horum in Piræeo, quinque in Urbe. Ecce verba. *Ἦσαν δὲ (οἱ μετρονόμοι) τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πειραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. Erant autem (mensurarum præfecti) numero quindecim: decem quidem in Piræeo, quinque in Urbe.* In re incerta non libet conjecturæ indulgere. Σιτοφύλακες, qui frumentum observabant, item quinque numero erant. Harpocration, *Σιτοφύλακες, ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν. ἥτις ἐπεμελεῖτο, ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι. ἦσαν δὲ τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δὲ ἐν Πειραιεῖ, ὡς Ἀριστοτέλης, ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. Frumenti curatores. Magistratus quidam erat Athenis, qui frumenti curam gerebat; uti illud, quomodo farinæ item, atque panes, justo pretio venderentur. Erant vero quindecim quidem in urbe, quinque autem in Piræeo: uti refert Aristoteles in Rep. Atheniensium.* Et consentit isthic Suidas. Erant porro Ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου, sive *Curatores fori*, numero decem: qui curabant uti e frumento advecto in Piræeum duæ partes in urbem deferrentur. Etymologici Auctor, *in* Ἐπιμεληταί. *Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐμπορίου (ἐπιμεληταὶ) ἀρχαί τινές εἰσι κληρωτοὶ ἑκάστου ἔτους καθιστάμενοι οἷς προστέτακτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτου εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Ἀττικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς ἄστυ κομίζειν· δέκα δὲ ἐπιμελητὰς ἐμπορίου ἐκλήρουν οἱ Ἀθηναῖοι, τοῦ τε ἐμπορίου ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου καὶ τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. Alii dicunt, Curatores fori magistratum esse, qui quotannis sorte lectus constituebatur; ac mandatum huic fuisse, ut curaret frumentum, quod in forum Atticum advehebatur, cogeretque mercatores, ut in urbem importarent. Decem vero Curatores fori Athenienses sorte lectos constituebant, qui forum curarent, utque e frumento duæ partes in urbem inferrentur.* Harpocration. *Ἐπιμελητὴς ἐμπορίου. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. Ἀριστοτέλης. Ἐμπορίου δ' Ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι. τούτοις δὲ προστέτακται, τῶν τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη ἀναγκάζειν τοὺς ἐμπόρους εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. Curator fori. Dinarchus, in Oratione adversus Pytheam. Aristoteles. Fori curatores decem sorte constituunt; quibus mandatum est, emporia curare; & cogere mercatores, ut e frumento duas partes in urbem inferant.* Suidæ locus hac de re in fine mutilus est. *Οἷς προστέτακτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτου εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Ἀττικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. Quibus imperatum, ut curarent frumentum, quod in mercatum Atticum adveheretur: cogerentque mercatores in urbem inferre.* Restitue, *καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν, τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. Cogerentque mercatores, duas partes in urbem inferre.* Neque enim simpliciter universum frumentum, sed duas tantum ejus partes, importare cogebantur mercatores; ut apparet ex citatis aliorum Auctorum locis. Lysander quoque, Athenis potitus, cum triginta urbi præfectos imposuit, Piræeo decem imposuit. Plutarchus, in *ejus Vita*. *Εὐθὺς δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δὲ ἐν Πειραιεῖ καταστήσας ἄρχοντας. Confestim vero & Remp. movere aggressus est, constitutis urb. præfectis triginta, decem autem Piræeo.* Meminit semel, iterumque, Xenophon *Hist. Græc.* lib. II. & Harpocration, *in* Μόλπις.

CAP. VI.

Φρεαττὺς, locus; item Σηράγγιον, ubi balneum. Etiam theatrum; in quo Neptuni certamen actum: & victorum præmia, a Lycurgo oratore instituta. Columna deinde; in qua decretum, de Leucone immunitate donando. Lex Diopithis, ne quis ibi Atheniensis pernoctaret: quam mox ipse prætergressus.

ET Φρεαττὺς locus erat, in maritima ejus parte; ubi rei, si elapsi alio crimine tenerentur, stantibus in littore judicibus, causam suam e navi dicebant. Pausanias. *Ἔστι δὲ τοῦ Πειραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεαττύς. ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. Est in Piræei maritima parte Phreattys: ubi rei, si elapsi alio crimine implicentur, audientibus in terra stantibus, e navi causam dicunt.* Vide quæ de eo dixi *Areopagi* cap. XI. Alius quoque locus erat, qui Σηράγγιον dicebatur. Harpocration. *Σηράγγιον. Λυσίας, ἐν τῷ κατ' Ἀνδροτίωνος. χωρίον τοῦ Πειραιῶς οὕτως ἐκαλεῖτο. Serangium. Lysias, in Oratione adversus Androtionem. Locus Piræei ita dicebatur.* Suidas. *Σηράγγιον, Χωρίον τοῦ Πειραιῶς. Serangium, locus Piræei.* Ac ibidem balneum erat. Isæus, in Orat. *De Philoctemonis hereditate*. *Ἀποδίδονται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονοῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Ἀντιφάνει· τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Ἀριστολόχῳ. Vendunt agrum quidem Athmonensem, septuaginta quinque minis Antiphani: balneum vero, quod in Serangio, tribus millibus, Aristolocho.* Hesychius breviter. *Σηράγγιον, βαλανεῖον. Serangium, balneum.* Et theatrum ibidem erat. Xenophon meminit, *Hist. Græc.* lib. II. *Καὶ ἀπέκτειναν μὲν ἐγγὺς τριάκοντα τῶν ψιλῶν, τοὺς δ' ἄλλους κατεδίωξαν πρὸς τὸ ἐν Πειραιεῖ θέατρον. Et occiderunt instar triginta; cæteros usque ad theatrum, quod in Piræeo, sunt persecuti.* Hic certamen, quod Neptuni dicebatur, peragi solitum, circularibus choreis minimum tribus. quo qui primus victor esset, decem minas; secundus, octo; tertius, sex accipiebat: idque e Lycurgi rhetoris instituto. Plutarchus refert, in *ejus Vita*, lib. *De X. Orat.* *Ἔτι δὲ (νόμον εἰσήνεγκεν ὁ Λυκοῦργος) ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ἀγῶνα ποιεῖν ἐν Πειραιεῖ, κυκλίων χορῶν οὐκ ἔλαττον τριῶν. δίδοσθαι μὲν τοῖς πρώτοις νικῶσιν, οὐκ ἔλαττον δέκα μνᾶς. τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ· ἓξ δὲ, τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν. Insuper vero (legem tulit Lycurgus) ut Neptuni certamen celebrarent in Piræeo, choris circularibus minimum tribus: darent autem præmium victoribus quidem primis, minas non minus decem; secundis, octo; tertiis, sex.* Columna etiam illic stabat: in qua decretum, de Leucone, Ponti domino, immunitate donato. Demosthenes, in Orat. *ad Leptinem*. *Ὡς μὲν εἰκότως, καὶ δικαίως, τετύχηκε τῆς παρ' ὑμῶν ἀτελείας ὁ Λεύκων, ἀκηκόατε ἐκ τῶν ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί. τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀντιγράφους ἐστήσατε ὑμεῖς τε κἀκεῖνος. τὴν μὲν, ἐν Βοσπόρῳ. τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ. Quam quidem recte atque ordine immunitatem a vobis Leucon sit consecutus, audivistis ex decretis, Judices. quam in rem columnas ejusdem sententiæ vos & ille statuistis: unam, in Bosporo; alteram, in Piræeo.* Diopithes legem aliquando tulit, ne urbanus quisquam illic pernoctaret. Suidas; *in* Γοργών. *Λέγει δὲ (ὁ Αἰλιανὸς) περὶ τοῦ Διοπείθους τοῦ Ἀθηναίου, ὃς νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι. Tradit (Ælianus) de Diopithe Atheniensi, tulisse eum legem; qui ex urbe in Piræeo remaneret, uti is morte puniretur.* Ipse tamen in hanc legem, a se latam, mox peccavit. Subjungit enim Suidas. Οὗτος οὖν

αὐλίδη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ· καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκλω ὑπάγουσι. *Hic igitur quandoque vespera ingruente contra animi sententiam in Piræeo pernoctavit, & ipsi litem inimici intendunt.* Quæ habes iterum apud eundem, *in* Διοπειθής.

C A P. VII.

Templum Jovis τοῦ Σωτῆρος : *& ara propter, ac Minervæ simulacrum, a Cephisodoro factum. Ara structa e triginta his talentis, pro Demosthene persolutis. Jovis, ac Minervæ, commune fanum; & signa utriusque ex ære: tum Leosthenis pictura, & liberorum, ab Arcesilao facta. Jupiter* Κτήσιος *ibi cultus.*

TEMPLUM quoque illic Jovis visebatur τοῦ Σωτῆρος: & ara juxta, ac Minervæ simulacrum, a Cephisodoro factum. Plinius, *lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *Cephisodorus (fecit) Minervam mirabilem in portu Atheniensium; & aram, ad templum Jovis Servatoris, in eodem portu, cui pauca comparantur.* Jovis τοῦ Σωτῆρος templum, etiam Strabo illic memorat, *lib.* IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα, τὸν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγω κατοικίαν, τὴν πρὸς τοὺς λιμένας, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος. *Sed multa bella murum dejecerunt; & Munychiæ munitionem, ac Piræeum, redegerunt in vicum exiguum, qui est ad portus, & ad fanum Jovis Servatoris.* Quod ad aram illam attinet, hanc sciendum exstructam fuisse e triginta illis talentis, pro Demosthene ex ærario Urbis publico persolutis. Plutarchus, in *Demosthene*. Τῶν δὲ Ἀθηναίων ψηφισαμένων εἰς ἃ ὤφειλε τριάκοντα (τάλαντα) τοῦσαι αὐτὸν τὸν βωμὸν τοῦ Σωτῆρος Διὸς ἐν Πειραιεῖ, καὶ ἀφεῖσθαι. *Cum decretum Athenienses fecissent, ut, quæ debebat triginta talenta, ex iis strueret aram Jovis Servatoris in Piræeo, atque sic dimitteretur.* Sed sciendum, templum hoc commune Jovi, ac Minervæ, exstitisse; signa quoque utriusque illic ænea fuisse: hujus, hastam; illius, sceptrum, & victoriam, tenentis; etiam Leosthenis, qui Macedonas binis præliis superavit, liberorumque ejus, picturam, ab Arcesilai manu. Pausanias. Θέας δὲ ἄξιον τῶν ἐν Πειραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστι, καὶ Διὸς τέμενος, χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα. ἔχει δὲ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ νίκην. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ δόρυ. ἐνταῦθα Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν, ἡγούμενος, Μακεδόνας ἔν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ, καὶ αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν· καὶ βιασάμενος εἰς Λαμίαν κατέκλεισε, τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης. τοῦτον τὸν Λεωσθένην, καὶ τοὺς παῖδας, ἔγραψεν Ἀρκεσίλαος. *Maxime spectatu dignum in Piræeo Minervæ, & Jovis, delubrum; cujus utriusque simulacra ex ære: & Jupiter quidem, sceptrum gestat, ac victoriam; Minerva, hastam. Est videre & Leosthenem; qui Atheniensium Græcorumque omnium dux, Macedonas vicit in Bœotia, & ultra Thermopylas: & vi compulsos ad Lamiam obsedit, ex adverso Oetæ sitam. illum autem, liberosque Arcesilaus pinxit.* Istud fanum est, de quo legati Atheniensium ad Ætolos, apud Livium, *lib.* XXXI. *Eodem enim scelere Urbem, colentem hos deos, præsidemque arcis Minervam, petitam; eodem Eleusine Cereris templum; eodem Piræei Jovem, Minervamque.* Jupiter quoque illic Κτήσιος colebatur. Observo apud Antiphontem, Orat. *in novercam*. Μετὰ ταῦτα ἔτυχε, τὸν Φιλόνεων, ἐν Πειραιεῖ ὄντα, ἱερὰ θύειν Διὶ Κτησίῳ. *Postea accidit, ut Philoneus, qui Piræeo erat, Jovi Ctesio sacra faceret.*

C A P. VIII.

Lema Piræei, Ægina, sive Psyttalia, dicta; Sestus, cribrum: quique illic habitarent, Πειραιεῖς *dicti inter Tetracomos positi: & magis vulgo populares habiti, quam urbani. Quin & fontes illic multi, usque ad belli Peloponnesiaci tempora. Strabonis tempore locus totus desolatus; idque a Sylla pridem factum, qui incenderat: ejusque incendio ochra usta demum inventa. Silphium illic præparari ad conservationem solitum: & quo modo.*

PIRÆEI autem lemam Pericles Æginam dixit. Plutarchus, in *illius Vita*. Ἀπομνημονεύεται δὲ ὀλίγα παντάπασιν. οἷον τὸ, τὴν Αἴγιναν, ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς, ἀφελεῖσθαι κελεῦσαι. *Commemorantur pauca omnino; inter quæ istud, quod Æginam, tanquam lemam Piræei, tolli jusserit.* Meminitque iterum, initio *Demosthenis*. Καὶ τὴν Αἴγιναν, τὴν τῆς Ἀττικῆς τις ἐκέλευεν ὡς λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιέως. *Et Æginam, quam Atheniensium quidam, velut Piræei lemam, tollere jubebat.* Aristoteles, *Rhet.* lib. III. cap. X. Καὶ Περικλῆς τὴν Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε, τὴν λήμην τοῦ Πειραιέως. *Et Pericles Æginam auferre jubebat, lemam Piræei.* Athenæus Demadi Oratori tribuit, *lib.* III. Καὶ Δημάδης δὲ ὁ ῥήτωρ ἔλεγε, τὴν μὲν Αἴγιναν εἶναι λήμην τοῦ Πειραιῶς. *Ac Demades orator inquiebat, Æginam esse lemam Piræei.* De Psyttalia hoc dictum tradit Strabo, si Casaubono emendanti auscultamus, *lib.* IX. Καὶ ἡ Ψυτταλία, νησίον ἔρημον, πετρῶδες· ὅ τινες εἶπον λήμην τοῦ Πειραιέως. *Et Psyttalia, insula exigua deserta, saxosa: quam nonnulli lemam Piræei dixerunt.* Antea edebatur. εἶπον λιμένα τοῦ Πειραιέως. *Dicebant portum Piræei.* Sic Sestus ejus cribrum dicebatur etiam a Philolao. Aristoteles, *loco jam citato*. Καὶ Πειθόλαος τὴν πάραλον, ῥόπαλον (εἶπε) τοῦ δήμου· Σηστὸν δὲ, τηλίαν τοῦ Πειραιέως. *Et Pitholaus paralum navem, clavam (dicebat) populi: Sestum vero, cribrum Piræei.* Porro qui inhabitaret locum, eodem plane cum ipso nomine Πειραιεὺς appellabatur: quod Latine *Piræensis* dicere malim, ad discrimen. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς· ὁ δημότης, Πειραιεύς. *Piræeus, populus Hippothoontidis tribus: popularis, Piræensis.* Æschines, Oratione *in Timarchum*. Μισγόλας Νικίου Πειραιεὺς μαρτυρεῖ. *Misgolas, Niciæ filius, Piræensis testatur.* Diogenes Laertius, in *Zenone*, lib. VII. Ἐπὶ δὲ τὴν οἰκοδομὴν κεχειροτόνηνται Θράσων Ἀνακαιεὺς, Φιλοκλῆς Πειραιεὺς, Φαῖδρος Ἀναφλύστιος. *Ad ædificationem autem electi sunt, Thraso Anacæensis, Philocles Piræensis, Phæstus Anaphlystius.* Ac inter Tetracomos erant. Pollux, *lib.* IV. *cap.* XIV. Ὁ δὲ Τετράκωμος. τὸ τῆς ὀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνησι Τετρακώμοις οἳ ἦσαν Πειραιεῖς, Φαληρεῖς, Ξυπεταιῶνες, Θυμοιτάδαι. *Tetracomus vero, quæ saltationis species est; nescio an quid pertineat ad Tetracomos, qui Athenis. Erant autem, Piræenses, Phalerenses, Xypeteones, Thymœtadæ.* Dicebantur vero Piræenses civiliores esse iis qui in urbe habitabant. Aristoteles, *Politic.* lib. V. cap. IV. Καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν. ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. *Athenis non similiter se res habet: sed civiliores multo sunt Piræenses, quam urbani.* Denique illud observandum est; multos plane fontes ibi exstitisse, usque ad belli Peloponnesiaci tempora. Thucydides diserte dicit, ubi pestem celeberrimam describit, quæ grassata ejus belli anno secundo. Ecce verba, *lib.* II. Καὶ τοπρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἥψατο τῶν ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ' αὐτῶν ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐσβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα. κρῆναι γὰρ οὔπω ἦσαν αὐτόθι. *Primumque*

A *in Piræeo homines attigit; ita ut ab iis diceretur, venena a Peloponnesiis in puteos injecta esse. necdum enim fontes ibi loci erant.* Adeo vero pluribus bellis destructus Piræeus fuit, ut jam suo tempore Strabo, qui Augusti, & Tiberii, ævo vixit, ad pauca quædam domicilia redactum tradat, *lib.* IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τῆς Μουνυχίας ἔρυμα. τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν. *Multa vero bella murum dejecerunt, & Munychiæ munitionem; ac Piræeum, in exiguum quendam vicum redegerunt.* Nempe id a Sulla factum, qui incendit, bello contra Mithridatem. Plutarchus, in *ejus Vita*. Εἶχε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον καὶ τὸν Πειραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσε. B *Nec multo post venit etiam in Syllæ potestatem Piræeus, qui maximam partem incendit.* Et hoc incendio casu reperta ochra usta. Plinius, *lib.* XXXV. *cap.* VI. *Usta (ochra) casu reperta, incendio Piræei: e cerussa, in orcis cremata.* Denique illud non prætereundum censeo, silphium hic præparari ad conservationem solitum. Rem, & modum, tradit nobis Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. VI. cap. III. Κατεργάζονται δὲ (τὸ σίλφιον) ἄγοντες εἰς τὸν Πειραιᾶ, τόνδε τὸν τρόπον, ὅταν βάλωσιν εἰς ἀγγεῖα, καὶ ἄλευρα μίξωσι, σείουσι χρόνον συχνόν. ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, καὶ ἐργασθὲν ἄσηπτον ἤδη διαμένει. C *Præparant vero, (silphium,) in Piræeum advectum, hoc modo. Vasis injectum, & farina permistum, aliquamdiu concutiunt: unde & colorem assumit, & confectum, jam perdurat incorruptum.* Atque hæc de Piræeo, proprie dicto: reliquum est, ut Munychiam illi junctam, immo quandam ejus partem, memoremus.

C A P IX.

Munychia. Piræeo conjuncta: & munita a Thrasybulo. Dicta ab heroe Munycho. Fanum Dianæ τῆς Μουνυχίας: *& Bendideum, ac theatrum.* D *Aræ quoque; & fanum herois* τοῦ Ἀκρατοπότου. *Mullo comparata ab Antigono. Solonis de ea vaticinium. Ara Luciferæ.*

PRÆTER Piræeum, Munychia quoque portus erat, & Phalerum. Pausanias in *Atticis*. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμήν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος, ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ. *Est vero & alius Atheniensibus in Munychia portus, & Dianæ Munychiæ fanum: deinde & alius, Phaleri.* De Phalero, sequens mihi caput erit: nunc Munychiam memorabo, quæ & ipsa inter populos Atticæ fuit. E Meminit Strabo, *lib.* IX. Εἶθ' ὁ Πειραιεύς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις ταττόμενος. καὶ ἡ Μουνυχία. *Inde est Piræeus, qui & ipse inter populos recensetur: ac Munychia.* Ac describit, in sequentibus statim verbis. Λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία χερρονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπόνομος πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπιτηδές, ὥς οἰκήσεις δέχεσθαι, στομίῳ δὲ μικρῷ τὴν εἴσοδον ἔχον. *Est autem Munychia tumulus, peninsulæ forma, cavus, & magna ex parte cuniculis subrutus, cum natura, tum industria, ita ut habitationes recipiat, intraturque per angustas fauces.* Dicit autem, munitum fuisse tum natura, tum industria. Sic & Diodorus Siculus, *lib.* XX. Οὔσης τῆς F Μουνυχίας οὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς. *Cum Munychia munita esset, non duntaxat a natura, sed & murorum structura.* Et ager ibi arvus erat I. unde capiendus Statius *Theb.* XII.

> ——— *qui rura lacessunt*
> *Munychia.* ———

Conjuncta erat cum Piræeo, & munita etiam muro. Strabo, *libro* jam *citato*. Τὸ μὲν παλαιὸν ἐπετείχιστο, καὶ συνῴκιστο, ἡ Μουνυχία, παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις. προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ. *Antiquitus muro cincta erat, habitabaturque, Munychia, fere quomodo urbs Rhodiorum: ambitu suo complexa Piræeum.* Scholiastes Callimachi, partem Piræei dicit, *Hymno in Dianam*. Μουνύχιον γὰρ ἐστὶ μέρος τοῦ Πειραιῶς, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηνῶν. *Munychium enim pars est Pirei, portus Athenarum.* Munivit autem Thrasybulus. Cornelius Nepos, in *ejus Vita*. *Hinc in Piræeum transiit, Munychiamque munivit.* Erat autem collis quidam. Vides in Strabonis *verbis* jam *citatis* Λόφος δ' ἐστὶν ἡ Μουνυχία, χερρονησίζων. *Collis vero est Munychia, peninsulæ forma.* Diodorus Siculus, *lib.* XIV. Καὶ κατελάβετο τὴν Μουνυχίαν, λόφον ἔρημον, καὶ καρτερόν. *Et occupavit Munychiam, collem desertum, & munitum.* Hunc cum occupasset Munychus, fanum ibi condidit Dianæ, τῆς Μουνυχίας cognomento. Suidas, *in* Πειραιεύς. Τὰ ἄκρα Μούνυχος κατασχών, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Cum summa Munychus occupasset, fanum ibi Dianæ consecravit.* Eustathius, e Pausaniæ Lexico Rhetorico, Embarum conditorem statuit, *ad Iliad.* β'. Ὁ δὲ αὐτὸς Παυσανίας ἱστορεῖ καί τινα Ἔμβαρον ἐπὶ εὐχῇ σοφίσασθαι. ἱδρύσατο γάρ, φησι, Μουνυχίας Ἀρτέμιδος ἱερόν. *Idem Pausanias, Embarum quendam votum vafre elusisse. condidit enim, inquit, Munychiæ Dianæ templum.* Sed de Munycho, nullo modo dubitandum, qui & loco nomen dedit. Stephanus. Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου· καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. *Munychia, portus Atticæ, a Munycho. & fanum Munychiæ Dianæ.* Suidas. Μουνυχία, τόπος θαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δέ, ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος ὀνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνύχου τινὸς βασιλέως, τοῦ Παντακλέους. *Munychia, locus maritimus Atticæ. Hellanicus vero, Historiæ Atticæ libro secundo, nominatum refert a rege quodam Munycho, Pantaclis filio.* Fani autem meminit Pausanias, in *prolatis* paullo ante a me *verbis*. Ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμήν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος. *Portus quidem in Munychia, & Munychiæ Dianæ fanum.* Et Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. Ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδόν, ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ Βενδίδειον. *Ut viam impleret, quæ ad Munychiæ Dianæ templum, & Bendideum, ducit.* Ecce vero, in propinquo ibidem erat Bendideum, fanum Dianæ: quæ Βένδις Thracibus nuncupata. Indicat Xenophon, in *citatis istis verbis*. Erat ibidem Theatrum; cujus meminit Thucydides, *lib.* VIII. Οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ τόν τε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, καὶ τὸ τείχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μουνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐκκλησίασαν. *Qui vero in Piræeo erant gravis armaturæ milites, cum Alexiclem, quem comprehenderant, dimisissent, ac munitionem destruxissent, ad theatrum Dionysiacum prope Munychiam concesserunt: ibique, positis armis, concilium habuerunt.* Et Lysias; Orat. *in Agoratum*. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἐκκλησία Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγίγνετο, οὕτω σφόδρα τινὲς ἐπεμελοῦντο, ὅπως καὶ ἐν τῷ δήμῳ περὶ τῶν στρατηγῶν, καὶ τῶν ταξιαρχῶν, μήνυσις γένοιτο. *Postquam autem Munychiæ in theatro habita est concio, adeo nonnulli satagebant, ut coram populo de militiæ ducibus, ac centurionibus, indicium fieret.* Et mox iterum. Ὅτε ἡ ἐκκλησία Μουνυχίασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, ἅμα μὲν βουλόμενος τὸν Μενέστρατον σωθῆναι, ἅμα δὲ ὡς πλείστους ἀπογραφέντας ἀπολέσθαι, παράγει αὐτὸν εἰς τὸν δῆμον. *Cum Munychiæ in theatro concio esset, cupiens simul & servari Menestratum, & plurimos eorum, qui delati erant, interire, adducit ipsum ad populum.* Meminit aræ quoque cujusdam Lysias, in *citata Oratione*. Ὁ δὲ Ἀγόρατος καὶ οἱ ἐγγυηταί, καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν Μουνυχίασιν. *At Agoratus, & fidejussores, consident*

ad aram Munychiæ. Fanum item fuisse videtur herois τοῦ Ακρατοπότου. Athenæus, *lib.* II. Πολέμων φησὶν, ἐν Μουνυχίᾳ Ηρωα Ακρατοπότην τιμᾶσθαι. *Polemon auctor est, Munychiæ heroem Acratopoten, sive Merobibum, coli.* Antigonus Munychiam mullo comparabat, ut Athenas ipsas cani. Plutarchus in *Erotico*. Ο μὲν γὰρ Αντίγονος ὠχυρωμένῳ τὴν Μουνυχίαν τῷ φρουροῦντι γραφὼν, ἐκέλευε Ποιεῖν μὴ μόνον τὸν κλοιὸν ἰσχυρὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν κύνα λεπτὸν· ὅπως ὑφαιρῇ τὰς εὐπορίας τῶν Αθηναίων. *Antigonus enim, præfecto Munychiæ, qui eam muniisset, scribens, jubebat, non solum mullum facere validum, sed & canem macerare: nimirum innuens, ut Atheniensium opes attenuaret.* Memoratur de ea vaticinium Solonis, apud eundem Plutarchum, in *ejus Vita.* Λέγεται δὲ, Μουνυχίαν ἰδὼν, καὶ καταμαθὼν πολὺν χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς τυφλόν ἐστι τοῦ μέλλοντος ἄνθρωπος, ἐκφαγεῖν γὰρ τοὺς Αθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προῄδεισαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον. *Fertur vero, cum Munychiam videret quam longo tempore cognovisset, dixisse præsentibus; cæcos esse in futuris rebus homines: quippe dentibus direpturos eum locum Athenienses, si præscirent, quanto malo urbem affecturus esset.* Alii illud Epimenidi Cretensi tribuunt: Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. v.

Επιμενίδης Φαίστιός τις ἐκ Φαιστοῦ τῆς Κρήτης,
Ως εἰς Αθήνας ἐπελθὼν εἶδε τὴν Μουνυχίαν,
(Πλησίον τοῦ λιμένος γὰρ χωρίον ἐστὶν αὕτη)
Κατανοήσας δὲ αὐτοῦ βλάβην τοῖς Αθηναίοις,
Προφητικῶς προείρηκε, τάδε κατ' ἔπος λέγων·
Εἰ Αθηναῖοι ᾔδεισαν, ὅσα ἡ Μουνυχία
Εἰς βλάβην συντελέσειε τῆς Αθηναίων χώρας,
Εν τοῖς ὀδοῦσιν ἂν αὐτὴν κατέφαγον, ὡς ἄρτον·
Epimenides Phæstius, e Phæsto Cretæ,
Ut Athenas ingressus vidit Munychiam,
(Est autem locus prope portum)
Animadvertens venturum inde Atheniensibus damnum,
Vaticinans prædixit, his verbis loquens:
Si scirent Athenienses, quantum Munychia
Damnum datura esset ipsorum regioni,
Dentibus eam, instar panis, devorarent.

Ita quoque Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Ιδόντα γοῦν τὴν Μουνυχίαν παρ' Αθηναίοις, ἀγνοεῖν, φάναι, αὐτοὺς, ὅσων κακῶν αἴτιον ἔσται τοῦτο τὸ χωρίον αὐτοῖς, ἐπεὶ κἂν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτὸ διαφορῆσαι. *Cum Munychiam apud Athenienses conspexisset; ignorare eos, inquiebat quantum mali locus is daturus esset: siquidem futurum, ut vel dentibus eum diriperent.* Juxta, erat ara Luciferæ dedicata, quod columna illa ignea, quæ proficiscentibus Phyla Athenas versus, duce libertatis vindice Thrasybulo, noctu lucem præbuisset, ibi loci defecisset. Clemens meminit, *Strom.* I. Αλλὰ καὶ Θρασυβούλῳ, τοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντι, καὶ βουλομένῳ λαθεῖν, στῦλος ὁδηγὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι, καὶ τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ, ἀσελήνου καὶ δυσχειμερίου τοῦ καταστήματος γεγονότος, πῦρ ἑωρᾶτο προηγούμενον, ὅπερ, αὐτοὺς ἀπταίστως προπέμψαν, κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπεν· ἔνθα νῦν ὁ τῆς Φωσφόρου βωμός ἐστι. *Quin etiam Thrasybulo, exules Phyla reducenti, & latere cupienti, viæ dux columna fuit & Thrasybulo noctu per non trita loca incedenti, cum illunc tempus esset & hibernum, visus est præcedens ignis, qui, cum eos citra offensionem ullam deduxisset, ad Munychiam defecit, ubi nunc Luciferæ ara est.*

C A P. X.

Phalerum, etiam populus, idque tribus Antiochidis. Suidas emendatus. Mari propinquum; itaque olim ibi navale: & Menestheus inde in Trojam, Theseus in Cretam profectus. Spectacula illic edi solita. Clepsydræ fontis ortus. Scironis fanum Nausithoi, & Phæacis, heroa. Templum Cereris; & Minervæ τῆς Σκιράδος: *a Sciro illic dedicatum. Aræ Jovis, deorum ignotorum, Thesei filiorum, Phaleri, & Androgei. Heros quoque juxta puppim ibi cultus. Locus,* Ωσχοφόριον *dictus. Musæi, Eumolpi filii, monumentum. Aristidis prædium, & sepulcrum. Palus. Quam longe Athenis abfuerit. Brassicæ ibi præstantes. Hesychius restitutus. Apuæ item excellebant; ubi opera figulina, & glauciscus, atque gobius.*

POST Munychiam, offert se Phalerum nobis apud Pausaniam, istis verbis. Εστι δὲ καὶ ἄλλος Αθηναίοις, ὁ μὲν, ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν. ὁ δὲ, ἐπὶ Φαληρῷ. *Est & alius Atheniensibus portus, hic quidem, Munychiæ; iste vero, Phaleri.* Etiam istud inter Atticæ populos positum. Stephanus. Φαληρὸν, δῆμος, καὶ ἐπίνειον, τῆς Αττικῆς. *Phalerum, popopulus, & navale, Atticæ.* Et quidem, tribus Antiochidis. Harpocration. Φαληρὸν, δῆμος τῆς Αντιοχίδος *Phalerum, populus Antiochidis tribus.* Corrigendus est Suidas, apud quem male hodie legitur: Φάληροι δῆμος τῆς Αττικῆς. *Phaleri, populus Atticæ.* Rescribe, Φαληρὸν, δῆμος ί. Α'. *Phalerum, populus A.* Multa ejus passim apud Auctores mentio. Erat vero hic navale Athenarum antiquissimum, quia proximum illic mare; & inde Menestheus, cum aliquot navibus, Trojam petiit, ac ante eum Rheseus Cretam. Pausanias. Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστα τῆς πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τοῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν. καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν εἰς Τροίαν ἀναχθῆναι· καὶ τούτου πρότερον Θησέα, δώσοντα Μίνῳ δίκας τῆς Ανδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, nam hic minimum ab urbe mare abest, navale erat. ac Menestheum ajunt hinc cum classe in Trojam solvisse: atque ante illum Theseum, Minoi pœnas daturum, ob Androgei mortem.* Herodotus, *lib.* VI. Οἱ δὲ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαληρὸν, τοῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε τῶν Αθηναίων, ὑπὲρ τούτου ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Ασίην. *Barbari, cum Phalerum navibus prætervecti essent, (nam id tunc Atheniensium navale erat,) & supra eum locum in anchoris stetissent, in Asiam recesserunt.* Ac spectacula illic edita ab hipparchis. Xenophon innuit, in *Hipparchico*. Επειτα, ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ· ἔτι δὲ καὶ τἄλλα, ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ᾖ δυνατὸν κάλλιστα ἐπιδείξῃ, τά τ' ἐν Ακαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ, καὶ τὰ Φαληροῖ. *Deinde, ut feriis pompas spectatu dignas exhibeat: præterea & alia, quæ sunt urbi exhibenda, quantum possit, pulcherrime exhibeat; cum in Academia, tum Lyceo, & Phalero.* Hic fons Clepsydra oriebatur. Hesychius. Κλεψύδρα, κρήνη, ἥτις τὸ πρότερον Εμπεδὼ προσηγορεύετο. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σκεῦος. ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ἀνατελλούσας εἰς τὸν Φαληρέων δῆμον. *Clepsydra, fons; qui antea Empedo dicebatur: significat vero etiam vas. habet autem scatebras orientes in Phalereorum populo.* Scironis quoque ibi fanum; ac juxta heroum monumenta, Nausithoi, & Phæacis, posita a Theseo. Plutarchus in *Vita Thesei*. Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις ἡρῷα Ναυσιθόου, καὶ Φαίακος, εἰσαμένου Θησέως Φαληροῖ, πρὸς τῷ τοῦ Σκίρωνος ἱερῷ. *Testimonium istis perhibent monumenta heroum, Nausithoi, & Phæacis; quæ Phaleri Theseus posuit, juxta fanum Scironis.* Cereris etiam templum, & Minervæ τῆς Σκιράδος cognomento; nec longe inde, item Jovis: tum aræ Deorum Ignotorum; & heroum, Thesei filiorum: tum Phaleri, atque Androgei. Pausanias. Καὶ πρὸς αὐτῷ, (τῷ Φαληρῷ) Δήμητρος ἱερόν. ἐνταῦθα καὶ Σκιράδος Αθηνᾶς ναός ἐστι, καὶ Διὸς ἀπωτέρω. βωμοὶ δὲ Θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ Ηρώων, καὶ παίδων τῶν Θησέως, καὶ Φαληροῦ. ἔστι δὲ καὶ Ανδρόγεω βωμὸς,

τοῦ Μίνω· καλεῖται δὲ, Ἥρωος. *Ad Phalerum est ædes Cereris; ac Minervæ Sciradis, & Jovis paullo ulterius. aræ quoque deorum, qui Ignoti vocantur; & heroum, Theseique filiorum: tum Phaleri. est vero etiam Androgei ara, Minois filii: vocatur autem, Herois*. Ac Cereris quidem illic templi, iterum in *Phocicis* meminit: ubi ait, ad sua usque tempora, incensum a Xerxe, semiustum permansisse. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀντιστᾶσι τῷ βαρβάρῳ τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνιστάναι σφίσιν ἔδοξεν, ἀλλ᾽ εἰς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον, τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα. καὶ τῶνδε ἕνεκα οἵ τε ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ ναοὶ, καὶ Ἀθήναιοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος, καὶ κατ᾽ ἐμὲ ἔτι ἡμίκαυτοι μένουσι. *Græcis, qui Barbaro restitissent, placuit, incensa templa non instaurare; sed in omne ævum sic relinquere, ut odii monumenta essent. atque inde est, quod nostro adhuc tempore Haliartiæ templa, & Junonis apud Athenienses in via Phalerica, & Phaleri quoque Cereris, semiusta exstant*. Minervæ τῆς Σκιράδος ædem, dedicavit Scirus vates, Dodonæus, qui Athenas venit, quo tempore bellum Eleusinii cum Erechtheo gerebant. Pausanias. Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἐρεχθέα, ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκίρος· ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Eleusiniis cum Erechtheo bellum gerentibus, venit vates Dodona, Scirus nomine: qui & Sciradis Minervæ antiquum templum Phaleri exstruxit*. Aras IGNOTORUM DEORUM, memorant varii. Philostratus, in *Vita Apollonii*, lib. VI. cap. II. Σωφρονέστερον δὲ, τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν· καὶ τοῦτο Ἀθήνησιν, οὗ καὶ Ἀγνώστων Δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται. *Modestius est, de omnibus diis bene loqui: idque Athenis, ubi etiam Ignotorum Deorum aræ positæ*. Quem Philostrati locum totum, sed dissimulato auctore, uti solet, transscripsit Suidas, *in* Τιμασίων. Alii numero singulari fere memorant. Lucianus, in *Philopatri*. Νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος ἔμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς. *Per Ignotum, qui Athenis, virgo mansit usque ad decollationem*. Et mox. Ἡμεῖς δὲ, τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον εὑρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τούτῳ εὐχαριστήσομεν. *Nos autem, Ignotum illum, qui Athenis, cum invenerimus, & adoraverimus, manus in cœlum tendentes, gratias ipsi agemus*. Item S. Paulus Apostolus, in Oratione sua, Athenis habita, apud S. Lucam, *Act.* XVII. Διερχόμενος γὰρ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν εὗρον καὶ βωμὸν ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Præteriens enim, & contemplans cultus vestros, inveni etiam aram, cui inscriptum erat, Ignoto Deo*. Respexit Hieronymus, commentario *in Epistolam ad Titum*, cap. I. *Apud Athenienses (Apostolus Paulus) Ignotum Deum colere se dixit, quem illi in ara annotaverant*. Ambrosius Commentario *in Evangelium Lucæ* cap. XVII. *Atheniensibus Ignotus Deus, in Judæa notus, sed non receptus*. Theophylactus, in citata ex *Actis* verba, causam enarrat. Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνερράγη πρὸς ἐναντίους. εἶτα πράξαντες κακῶς, ἀνεχώρησαν. καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τῶν δαιμονίων τὶς ἐπιφανεὶς, οὐδεπώποτε ἔφη παρ᾽ αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τῆς ἥττης ταύτης αἴτιος γεγενῆσθαι· ἐκείνῳ τε οὖν ἀνέστησαν ναόν. καὶ, ὡς φυλαττόμενοι, μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ Θεὸν, ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον, ἐπιγράφοντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Bellum quondam Atheniensibus cum hoste erat; in quo clade accepta recessere. &, quoniam ludos celebrare dæmonibus consueverant, apparens iis dæmon quidam, nunquam se ab ipsis cultum esse dicebat: ideoque ira accensum, cladis istius auctorem fuisse. ea propter templum illi exstruxerunt; &, ne tale quid deinceps forte admitterent, neve deum quenquam ignotum prætermitterent, aram istam posuerunt, inscribentes, Deo Ignoto*. Vides causam exstruendæ hujus aræ, infelicem belli exitum. Id exponit Isidorus Pelusiota; & commemorat, accidisse bello Persico: deinde causam alteram addit, magnam pestem. Ecce verba *lib.* IV. *epist.* LXIX. Δύο φασὶν αἰτίας εἶναι τοῦ ἐπιγεγράφθαι Ἀθήνησι τῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ Θεῷ. οἱ μὲν γὰρ φασὶν, ὡς Φιλιππίδην ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι Ἡμεροδρόμον πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι. διὸ κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας αὐτὸν, βοηθεῖν δὲ ἐπηγγέλλετο. νικήσαντες οὖν, βωμὸν ᾠκοδόμησαν, καὶ ἐπέγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ. ἄλλοι δὲ φασὶν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψεν Ἀθήναζε, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. τοὺς νομιζομένους οὖν Θεοὺς ἑαυτῶν θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο. ἐννοήσαντες οὖν, ὅτι ἐστὶν ἴσως Θεὸς τὶς, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέραστον. ὁ τὸν λοιμὸν καταπέμψας, ναὸν δειμάμενοι, καὶ βωμὸν, ἐπιγράψαντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ· καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραπεύθησαν. *Duas esse causas ajunt, cur inscriptum aræ Athenis, Ignoto Deo. Hi enim dicunt; Philippidem cursorem diurnum Athenienses misisse Lacedæmonem, ad suppetias petendas, quo tempore Persæ infestas copias in Græciam ducerent: cui circa montem Parthenium Pan apparens, Athenienses, velut eum negligentes, accusabat quidem; verum tamen auxilium se laturum esse promittebat. qua de causa, cum vicissent, aram constituerunt, & inscripserunt, Deo Ignoto. Alii ferunt; pestem, quæ Athenas corripuisset, adeo urbem incendisse, ut ne tenuissimis quidem sindonibus abstineret. cum itaque deos suos, quos arbitrabantur, coluissent, nihil tamen adjutos fuisse. qua de causa existimantes esse forte deum aliquem, quem inhonoratum ipsi reliquissent; quique pestem immisisset, templo structo, & ara inscripta, Deo Ignoto, cum sacrificassent etiam, statim sanatos fuisse*. Quæ iisdem pæne verbis Oecumenius *in Acta* ad citatum caput XVII. Posteriorem vero causam, nempe pestem, etiam Diogenes Laertius memorat, in *Epimenide*, lib. I. Ubi Βωμοὺς ἀνωνύμους, *Aras sine nomine*, vocat; & variis locis κατὰ δήμους, *per populos*, positas fuisse dicit. Γνωσθεὶς δὲ (ὁ Ἐπιμενίδης) παρὰ τοῖς Ἕλλησι, θεοφιλέστατος εἶναι ὑπελήφθη. ὅθεν Ἀθηναίοις, τότε λοιμῷ κατεχομένοις. ἔχρησεν ἡ Πυθία, καθῆραι τὴν πόλιν. οἱ δὲ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τὸν Νικηράτου εἰς Κρήτην, καλοῦντες τὸν Ἐπιμενίδην. καὶ ὃς, ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ, ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον. Λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο προστάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίναι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι Θεῷ. καὶ οὕτω λῆξαι τὸ κακόν. ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἐστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων ΒΩΜΟΥΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥΣ, ὑπόμνημα τῆς τότε γενομένης ἐξιλάσεως. *Cum innotuisset vero (Epimenides) apud Græcos, deo charissimus esse existimatus est. Quamob rem Athenienses, cum eo tempore peste laborarent, & responsum a Pythiæ oraculo accepissent, in urbem lustrarent, Niciam Nicerati F. cum navi miserunt in Cretam, qui vocaret Epimenidem. isque adveniens Olympiade* XLVI. *& urbem lustravit, & pestem sedavit, in hunc modum. Sumptas oves, nigras pariter candidasque, in Areopagum duxit, ibique dimisit, ut quocunque vellent irent; his, qui sequebantur, mandans, ubi earum unaquæque procubuisset, uti ibi deo loci sacra facerent: ac sic malum desiisse. ideoque inveniri passim per Atheniensium populos ARAS SINE NOMINE, in memoriam factæ tunc lustrationis*. Vides varie narrari. Simplicissime Joannes Chrysostomus *in Acta Apostolorum*, Homilia XXXVIII. Οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ κατὰ καιροὺς πολλοὺς ἐδέξαντο Θεοὺς καὶ ἀπὸ τῆς ὑπερορίας, οἷον τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, τὸν Πᾶνα, καὶ ἄλλους ἀλλαχόθεν, δεδοικότες, μή ποτε καὶ ἄλλος τις ᾖ, αὐτοῖς μὲν οὐδέπω γνώριμος, θεραπευόμενος δὲ ἀλλαχοῦ, ὑπὲρ πλείονος δῆθεν ἀσφαλείας καὶ τούτῳ βωμὸν ἔστησαν. καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἦν

δῆλος ὁ Θεὸς, ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώςῳ Θεῷ. *Athenienses, postquam tractu temporis multos deos recepissent, & in istis peregrinos, ut Minervam, Panem, alios; veriti, ne præterea alius quispiam esset, nondum ipsis cognitus, qui tamen alibi coleretur; huic etiam, in majorem securitatem, aram posuerunt: cumque incertus deus esset, inscripserunt, Ignoto Deo.* Vide eundem iterum, *De Diversis novi Testamenti locis*, Homilia XLVII. Valde ineptit Paulus Diaconus; qui hanc aram dedicatam ab Atheniensibus scribit anno demum Claudiani Imperi septimo, *Hist.* lib. VIII. *Tunc (anno Claudii septimo) apud Athenienses supra scripta est ara Ignoto Deo.* Plena vero, ut hoc moneam, inscriptio erat; Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, Θεῷ ἀγνώςῳ, καὶ ξένῳ. Oecumenius, ad citatum paullo ante *Actorum* caput XVII. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή. Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, Θεῷ ἀγνώςῳ, καὶ ξένῳ. *Erat universa aræ inscriptio; Diis Asiæ, & Europæ, & Africæ, Deo ignoto, & peregrino.* Quæ totidem verbis etiam Theophylactus, *ad eundem Actorum locum*. Hieronymus, Commentario *in Epistolam ad Titum*, cap. I. *Nec mirum, si, pro opportunitate temporis, gentilium poetarum versibus abutatur; cum etiam, de inscriptione aræ aliqua commutans, ad Athenienses loquutus sit: Pertransiens enim, inquit, & contemplans culturas vestras, inveni & aram, in qua superscriptum est, Ignoto Deo. Quod itaque ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Inscriptio autem aræ non ita erat, ut Paulus asseruit, Ignoto Deo: sed ita; Diis Asiæ, & Europæ, & Africæ, Diis ignotis, & peregrinis. Verum, quia Paullus non pluribus diis indigebat ignotis, sed uno tantum ignoto deo, singulari verbo usus est.* Postea vero Athenienses, Christi doctrinam amplexi, ob eam aram totum templum, in quo ea ara erat, Deo Ignoto dedicarunt: quod in hodiernum usque diem exstat. Observo apud Simeonem Cabasilam, in *Epistola ad Martinum Crusium*, virum egregie eruditum, scripta anno CIↃ IↃ LXXVIII. ubi de Athenis nostris, & earum hodierno statu, agit. Νῶν δὲ τὸ μὲν ἐσώτερον. ὅπερ ἀκρόπολις, ἐν ᾧ καὶ ναὸς τῷ Ἀγνώςῳ Θεῷ, ἅπαν ὑπὸ μόνων Ισμαηλιτῶν οἰκούμενον. *Nunc vero interior pars, quæ arx est, ubi templum Ignoto Deo, universa ab Ismaelitis solis habitatur.* Et hæc quidem, de Ignoti Dei ara; seu Deorum Ignotorum, uti alii. Androgeon vero, quem herois solo nomine cultum hic Pausanias tradit, in *citatis* supra *verbis*, eundem ego esse censeo, quem & Clemens cultum refert juxta puppim. Verba ista, in *Protreptico*. Τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως. *Colitur vero etiam in Phalero heros quidam juxta puppim.* Locus ibidem, Ὠσχοφόριον nuncupatus. Hesychius. Ὠσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληροῖ. *Oschophorium, locus Athenis, in Phalero.* Musei quoque, Eumolpi filii, monumentum hic invenio. Diogenes Laertius, *in Proœmio*. Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. καὶ τὸν μὲν, Εὐμόλπου παῖδα φασὶ, ποιῆσαι δὲ Θεογονίαν, καὶ σφαῖραν πρῶτον. φάναι τε, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τοῦτο τὸ ἐλεγεῖον. *Apud Athenienses fuit Musæus, apud Thebanos Linus. Et illum quidem, Eumolpi filium dicunt, ac fecisse Theogoniam, & sphæram invenisse: & dixisse, omnia ex fieri, & in unum resolvi. atque hunc Phaleri obiisse, eique inscriptum esse istud Elegiacum.* Deinde Epigramma ponit, quod sub Antipatri nomine legitur etiam *Anthologiæ* lib. III. cap. XXV. in hunc modum.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας
Μουσαῖον φθίμενον σῶμ᾽ ὑπὸ τῷδε τάφῳ.
Musæi, Eumolpo prognati, exsangue cadaver
Isto sub tumulo terra Phalera tenet.

Prædium item Aristidis, cum sepulcro. Plutar-

A chus, in *ejus Vita*. Ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτει, χωρίον τε Φαληροῖ φησὶ γινώσκειν, Ἀριστείδου λεγόμενον, ἐν ᾧ τέθαπται. *Demetrius Phalereus, in Vita Socratis, prædium se Phaleri nosse commemorat, quod Aristidis diceretur, in quo sepultus est.* Ac sepulcri meminit iterum, idem, in *eadem Vita*. Καὶ μέντοι καὶ τάφος ἐςὶν αὐτοῦ Φαληροῖ, ὅν φασι κατασκευάσαι τὴν πόλιν αὐτῷ. *Et sepulcrum quidem exstat in Phalero, quod publice ei exstructum ferunt.* Etiam palus quædam fuit. Memorat Xenophon, in *Oeconomico*. Ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγὼ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία· ὑγρὰ δὲ, ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. *Sicca mihi quidem videtur, inquiebam, quæ*
B *circa Lycabettum, & illi similis: humida vero, quæ in palude Phalerica.* Atque hic fortasse est, quod emergebant, quæ in Æsculapii fontem, qui in Urbe, injecta erant: ut auctor Plinius, *lib.* II. *cap.* CIII. *Quæ in Æsculapii fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur.* Aberat autem ab Urbe stadiis viginti. Pausanias, in *Arcadicis*. Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα. *Atheniensibus quidem ad summum viginti stadia Phaleri mare abest ab Urbe.* Thucydides dissentit; & triginta quinque ait: vide verba, a me prolata, capite I. Laudatæ autem illic brassicæ. Hesychius. Φαληρικαὶ ῥάφανοι,
C ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. *Phalericæ brassicæ, ab Attica.* Verum mutilum locum censeo; & restituendam vocem, quæ exciderit. ἀπὸ Φαλήρου τῆς Ἀττικῆς. *A Phalero Atticæ.* Dicit autem appellatas esse brassicas Phalericas, a Phalero Atticæ: discriminis causa, nam & alia ejus nominis loca erant, ut ex Stephano est cognoscere. Etiam apuæ ibi præstantes, ut & opera figulina. Aristophanes, *Acharn.*

Ἀφύας ἄρ᾽ ἄξεις πριάμενος Φαληρικὰς,
Ἢ κέραμον; ——
Apuasne abduces, quas emeris, Phalericas,
Aut urceum? ——

D Ac de apuis, Athenæus *lib.* VII. Λυγκεὺς δὲ ὁ Σάμιος, ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιςολῇ, ἐπαινῶν τὰς Ῥοδιακὰς ἀφύας, καὶ ἀντιτιθεὶς πολλὰ τῶν Ἀθήνησι γιγνομένων πρὸς τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ, φησίν. Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας. *Lynceus Samius, in Epistola ad Diagoram, laudans apuas Rhodiacas; & multa, quæ Rhodi nascuntur, opponens iis quæ Athenis; Phalericis, inquit, apuis; eas quæ Æniatides vocantur.* Pollux, *lib.* VI. *cap.* XV. Παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν, γογγύλαι ἐκ Μαντινείας. Μηθυμναῖοι κτένες, γαλεὸς ἐκ Ῥόδου, ψῆτται ἐξ Ἐλευσῖνος, ἀφύαι Φαληρικαί. *Apud Veteres vero celebrabantur, rapa e Mantinea, pectines Methymnæi, mustelli Rho-*
E *dii, passeres Eleusinii, apuæ Phalericæ.* Meminit earum etiam Aristoteles, *Hist. Anim.* lib. VI. cap. XV. Nempe magnitudine alias superabant. Scholiastes Aristophanis, *Equitibus*. Ἀφύας Φαληρικὰς, τὰς μεγάλας. *Apuas Phalericas, magnas.* Glauciscus quoque illic piscis laudabatur. Athenæus, *loco* proxime *citato*. Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας· τῷ δὲ γλαυκίσκῳ, τὸν ἔλλοπα, καὶ τὸν ὄρφον, ἀντιπαρατιθεῖσα. *Apuis Phalericis, eæ quæ Æniatides vocantur: glaucisco vero, ellopem, & orphum, comparans.* Etiam gobius. Athenæus, ex Antiphanis Timone, *lib.* VII. Ἀντιφάνης δ᾽ ἐν Τίμωνι, ἐπαινῶν τοὺς κωβιοὺς, καὶ ὁπόθεν εἰσὶ κάλλιςοι, δηλοῖ διὰ τούτων.

F Ἡμῖν δὲ τοῖς θνητοῖς ἐπριάμην κωβιούς.
Ὡς προσβαλεῖν δ᾽ ἐκέλευσα τὸν τοιχωρύχον,
Τὸν ἰχθυοπώλην, προςίθημι, φησί σοι
Τὸν δῆμον αὐτῶν, εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.

Antiphanes vero in Timone, gobios laudans, unde optimi advehantur, indicat istis verbis:

Nobis vero mortalibus emi gobios.
Utque adjicere jussi parietum perfossorem,
Qui pisces vendebat; ecce, inquit, adeo tibi
Populum ipsorum, sunt enim Phalerici.

CAP. XI.

Κωλιὰς, promontorium, & littus; item Veneris τῆς Κωλιάδος fanum: uti Panis, Cererisque. Nomen unde, Γενετυλλίδες Tabulæ navium Persicarum, in pugna Salaminia fractarum, hic ejectæ. Vasa etiam figulina ibi loci tota Attica præstantissima, minioque tingi solita.

AD Phalerum, promontorium, & littus erat, Κωλιὰς dictum: ubi templum quoque Veneris, τῆς Κωλιάδος cognomento. Stephanus. Κωλιὰς ἄκρα, ἤτοι Φαληροῖ ἀκτὴ ὅπου ἡ Ἀφροδίτη Κωλιάς. *Colias, promontorium; sive littus, Phaleri: ubi etiam Venus Colias.* Pausanias quidem, proxime post Phalerum memorat, sed viginti tamen stadiis inde abfuisse ait. Ἀπέχει δὲ (τοῦ Φαληροῦ) καὶ σαδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. *Abest vero (Phalero) promontorium Colias viginti stadiis.* Strabo juxta Anaphlystum ponit, *lib.* IX. Περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι καὶ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. *Juxta Anaphlystum est Panis quoque fanum, & Veneris Coliadis.* Et ex eo Eustathius, *Iliad.* β'. Ἀνάφλυστος δὲ Κωλιάδος Ἀφροδίτης εἶχεν ἱερόν. *Anaphlystus vero habebat fanum Veneris Coliadis.* De causa nominis, ita Scholiastes Aristophanis, *Nubibus*. Οἱ μὲν Κωλιάδα τὴν Θεὸν καλοῦσι, ἐπειδὴ νεανίας Ἀττικὸς ἁλοὺς ὑπὸ λῃστῶν, συμμαχίᾳ τῆς Θεοῦ, καὶ [illegible] καθάπερ αὐτὸς δεθεὶς τῶν κώλων ἀπελύθη ὑπὸ γυναικός· οἱ δὲ θυγατρὸς τοῦ ἀρχιλῃστοῦ δι' ἔρωτα. οἱ δὲ, τόπον ἐοικότα κώλοις ἀνδρὸς, ἔνθα ἡ Θεὸς τιμᾶται. ἔνιοι δὲ, Ἴωνος θύοντος, κόρακα ἁρπάσαντα κωλῆν, ἐν [illegible] τῷ τόπῳ ἀποθέσθαι. *Sunt qui Coliadem deam vocent, quod adolescens Atticus, cum latrones effugisset, ope deæ, ita ipsam nuncupasset, qui vinctus membris, quæ κῶλα dicuntur, a muliere solutus esset; vel, ut alii volunt, a filia primarii latronis, amore ejus capta. Alii, quod similis sit locus membris viri, ubi dea colitur. nonnulli vero, quod, sacra faciente Ione, corvus cum abripuisset anteriorem victimæ partem, quæ κωλὴ nominatur, eo loco deposuerit.* Videndus quoque Suidas, in Κωλιάς: & Etymologici Auctor, *in* Κωλιάδος Ἀφροδίτης. De Veneris autem illic fano, præter alios, Harpocration. ἐπιθαλασσία ἄκρα Ἀττική ἐστιν ἡ Κωλιὰς, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κώλου ὠνομασμένη. ἔστι δὲ αὐτόθι Ἀφροδίτης ἱερόν. *Maritimum promontorium Atticum est Colias, ex translatione a membro, quod κῶλον dicitur, appellatum. Est autem illic templum Veneris.* Præter Veneris autem templum, etiam Panis illic erat: ut clarum e Strabone, in *citatis* statim *verbis*. Etiam Cereris: ut Hesychius docet, istis verbis. Ἀφροδίτης ἐπὶ Κωλιάδος ἐστὶν ἱερὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ. ὁ δὲ τόπος λέγεται Κωλιὰς, ἐπεὶ ἐγκείμενός ἐστιν ὅμοιος ἀνθρώπων κώλῳ. ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν αὐτόθι πολύστυλον. *In Coliade templum est Veneris in Attica. Locus vero Colias dicitur; quia situ membrum hominum, quod κῶλον vocant, refert. Est autem & Cereris illic fanum, multis columnis substructum.* Et observare est apud Plutarchum, in *Solone*. Πλεύσας ἐπὶ Κωλιάδα μετὰ τοῦ Πεισιστράτου, καὶ καταλαβὼν αὐτόθι πάσας τὰς γυναῖκας, τῇ Δήμητρι τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιστὸν εἰς τὴν Σαλαμῖνα προσποιούμενον αὐτόμολον εἶναι: *Cum ad Coliadem adnavigasset cum Pisistrato, mulieresque illic omnes, ritu patrio sacra Cereri facientes comprehendisset, virum fidum misit Salamina, qui se transfugam simularet.* Item apud Polyænum, *lib.* I. Σόλων ἔπλευσεν ἐπὶ Κωλιάδος, ἔνθα αἱ γυναῖκες Δήμητρι ἑορτὴν ἐτέλουν. *Solon applicuit ad Coliadem, ubi mulieres Cereri festum peragebant.* Erant etiam dearum τῶν Γενετυλλίδων simulacra. Pausanias. Κωλιάδος δέ ἐστιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἀγάλματα καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. *Et hic Veneris Coliadis simulacrum; & dearum, quæ vocantur Genetyllides.* Inde conjungit Aristophanes, *Nubibus*.

> Δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.
> *Sumptus, crapulæ, Coliadis, Genetyllidis.*

Et Lucianus, in *Amoribus* Ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας. *Ex quibus quorundam ne ipsa quidem nomina sciunt miseri, Coliadas, si fors, ferat, & Genetyllidas.* Ac meminit τῶν Γενετυλλίδων iterum Comicus, in *Thesmophoria celebrantibus*.

> Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες.
> *Quam suavis cantilena est, verendæ Genetyllides.*

Suidas. Γενετυλλὶς, δαίμων περὶ τὴν Ἀφροδίτην, γενέσεως αἴτιος. ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὠνομασμένος, οἱ δὲ, περὶ τὴν Ἄρτεμιν φασὶ, ὡς τῶν τοκετῶν ἔφορον. *Genetyllis, genius est in Veneris comitatu, generationis auctor: a puerorum generatione dictus. Alii Dianæ comitem faciunt, partuum inspectorem.* Ac τῆς Κωλιάδος simpliciter mentionem facit Demosthenes, Orat. *in Neæram*. Καὶ ἥκων ἐκ Δελφῶν, εἱστία τὰ ἐπινίκια ἐπὶ Κωλιάδι. *Et Delphis adveniens, epulum victoriale exhibebat in Coliade.* Et mox. Χιωνίδης Ξυπεταιὼν, Εὐθετίων Κυδαθηναιεὺς, μαρτυροῦσι κληθῆναι ὑπὸ Χαβρίου ἐπὶ δεῖπνον, ὅτε τὰ ἐπινίκια εἱστία Χαβρίας τῆς νίκης τοῦ ἅρματος. καὶ εἱστιᾶσθαι ἐπὶ Κωλιάδι. *Chionides Xypetæensis, Euthetion Cydathenæensis, testantur se vocatos fuisse ad cœnam; cum victoriæ curru partæ causa epulum præberet Chabrias: atque exceptos in Coliade.* Hic vero ejectæ navium Persicarum tabulæ, quæ confractæ in pugna ad Salaminem. Pausanias. Ἐς ταύτην, (τὴν Κωλιάδα,) φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τῶν Μήδων. κατηνέγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. *Ad hanc (Coliadem) deleta Medorum classe, fragmenta navium fluctus appulit.* Strabo, *lib.* IX. Εἰς ὃν τόπον (de Coliade loquitur,) ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγια φασί. *In quem locum ejectas fluctibus ajunt ultimas naufragii tabulas, quod Persæ navali ad Salaminem pugna fecerunt.* Herodotus, de hac ipsa re, *lib.* VII. Τῶν δὲ ναυαγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ Ζέφυρος ἄνεμος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠιόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα. *Multas vero naufragii tabulas ventus Zephyrus exceptas in Coliadem, Atticæ littus, detulit.* Fiebant autem vasa illic figulina præstantissima. Inde est, quod ait Plutarchus lib. *De Audit.* Ὅμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον. ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμευμένον. *Similis est ei, qui antidotum bibere nolit, nisi e vase in Coliade Atticæ ficto.* Athenæus, *lib.* IX. Κυάθῳ μὲν οὖν οὐδὲν, ἐχρῶντο τότε, οὐδὲ κοτύλῃ· κρατῆρα γὰρ ἵστασαν τοῖς Θεοῖς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. *Neque cyatho tunc quicquam utebantur, neque cotyla; sed craterem statuebant diis, non argenteum, nec gemmatum, verum e Coliadis terra.* Atque hæc minio tingi solita. Suidas, *in* Κωλιάδος κεραμῆες. Ὅσαι πρὸς σκευοπλασίαν ἐπιτήδειαι, πασῶν ἡ Κωλιὰς κρείσσων· ὥστε καὶ βάπτεσθαι ὑπὸ τῆς μίλτου. *Quotquot ad vasa figulina facienda terræ aptæ sunt, omnes antecellit Colias: ita ut etiam minio tingatur.* Atque hæc habui, quæ ad præsens institutum mihi pertinere visa. Tu, mi Lector, utere ac fruere: & si meruisse putas, gratiam habe.

F I N I S.

JOANNIS MEURSII

THEMIS ATTICA,

SIVE

DE LEGIBUS ATTICIS,

LIBRI II.

AMPLISSIMO ET CLARISSIMO

VIRO

SAMUELI PUFFENDORFIO,

SERENISSIMO

SUECORUM REGI

A

CONSILIIS ET SECRETIS,

NEC NON

REGNI SUECICI HISTORIOGRAPHO,

S. P. D.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.



EDEUNT ad te, quos mecum ex Augusta Serenissimi Regis Vestri Bibliotheca communicasti, JOANNIS MEURSII *de Legibus Atticis* libelli, quos typis nostris mandari jussi. Dignissimi enim sunt, ut cætera Viri doctissimi scripta omnia, quæ lucem adspiciant. Tibi vero non possum non publice hic gratias agere pro tuo hoc bene de præclaris artibus merendi studio, quarum decus auges non solum tuis pereruditis lucubrationibus, quibus Jus Naturæ & Gentium illustrasti, nec non præclaris illis rerum Suecicarum commentariis, qui nunc exercent nostra prœla, & brevi volabunt per ora virum, sed & aliorum doctorum curis, quas ex Bibliothecarum latebris in dias luminis auras producis, aliisque producendi das facultatem. Tibi enim debetur Laurenbergii *Vetus Græcia*: Tibi debentur Meursii *Miscellanea Laconica*, *Ceramicus*, *Creta*, *Rhodus*, *Cyprus*, *Theseus*, &, quam nunc recipis, *Themis Attica*. Absque tua fuisset cura his, utilissimarum doctissimi Viri disputationum fructu forte semper caruisset res litteraria. Nunc speramus te propediem ad nos curaturum esse, quæ ibidem, unde hæc eruisti, habentur ejusdem Meursii *de Regibus Laconicis* & *Piræeo* postumi fœtus, ut hic quoque cumulus tuis in doctrinarum politiorum studia meritis accedat. Simul nobis reddentur, simul committentur typis. Vale, Vir Eximie, cum perillustri fratre tuo, Esaia, & me ama. Trajecti A. D. IX. KL. Majas cIↃ IↃc LXXXV.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

senatum, populumque: idque intra quintum annum. Eorum pœna, mille drachmæ. In præterita criminantes, post triginta tyrannorum ejectionem, exceptio, & dicendi prior locus. In quibusdam, falsa detulisse, capitale erat. Qui depositum negasset, infamia notabatur. Per furorem acta, irrita censebantur. Falsas litteras in Metroum inferre, non licebat.

XXIV. *Mercatoribus frumentariis alio frumentum vehere, quam Athenas, non licebat: neque civibus frumentum sibi emere, supra corbes quinquaginta. Die festo injuriam facere, nulli licitum; neu quid aliud decernere, quam quod ad festum pertineret: Actioque in delinquentes,* Προβολὴ *dicta. Ludi quando aperiri, & claudi, debuerint: quive hic admitti item, aut excludi: morsque delinquenti pœna. In Mercurialibus festis gymnasiarchæ adultum quenquam intromittere vetebantur: quæque pœna non parentibus constituta.*

XXV. *De gallorum gallinaceorum certamine: quæque origo legis fuerit. Æliani, & Luciani, dissensus. Homeri poemata singulis Panathenæis recitata, ex Hipparchi instituto. In urbe obsessa ac fame pressa, turba inutilis occidebatur.*

XXVI. *Qui vitæ alicujus insidiatus esset, homicida censebatur. Jurabant judices, se non esse jus proditurus. Qui aliquem per injuriam in libertatem vindicasset, dimidium pretii ærario solvebat. Murum ascendere, peregrino non licebat: si fecisset, impune a cive occidebatur. Mercatoribus actio dabatur de rebus, tam quæ Athenas aliunde vehebantur, quam quæ alio Athenis; qui damnatus, in custodia tenebatur, dum solvisset: sed necesse tamen erat, ut contractus tabulæ exstarent, actionem vero institui oportebat ante diem trigesimum.*

XXVII. *A munere publico unius anni intermedii vacatio erat. Cum noverca rem habere, capitale. Actio in eum, qui metalli opera intertubasset, Qui in argenti fodinis opus novum inchoabat, populo vicesimam quartam dabat; & inceptum indicare præfectis tenebatur: sin fecisset, actio cuivis erat, non inscripti metalli.*

XXVIII. *Ad triremes instruendas tenebantur omnes, præter novem archontes: & in hanc rem, si navalia non sufficerent, cives, quæ deficerent, suppeditabant. Qui a navalibus aliquid surripuisset, capite is plectebatur, aut exilio sempiterno, & bonorum publicatione. Qui in navi mansisset, tempestate oborta, navem, & onus, præmium accipiebat. Naufragio ejecta bona, ad publicanos pertinebant. Noctu cum telo esse, non licebat.*

XXIX. *Sumptibus ferendis munerum publicorum qui se impares negarent, bona cum altero ditiore permutabant. Jusjurandum etiam de bonis datum: post quod, declarare ea die tertio oportebat: nisi tempus longius alteri forte alter concessisset. Lex hæc lata a Solone.*

XXX. *Peregrino minime saltare licitum. Si saltasset, tum choragus drachmis mille mulctabatur, & expellebatur ipse. Qui convictus peregrinitatis esset venum ibat. Si in concione quis conspectus esset, capitis supplicio afficiebatur. Qui potestate eminebant, ostracismo in exilium mittebantur, in decennium. Portas noctu aperire non licebat. Philosophi ne præessent scholis, interdictum; sed ipsum anno proximo revocatum: Sophoclesque, qui statuerat, quinque talentis mulctatus. Tabellam, in qua scriptum erat plebiscitum, non revellere licebat.*

XXXI. *Rerum pignoratarum non dabatur in possessorem. Arma, aut triremium instrumenta, ad Philippum transferre, capitale erat. Piscarii rigare aqua in foro pisces vetabantur; tum sedentes quoque vendere: idque Aristonici legibus.*

XXXII. *In Piræeo pernoctare non licebat; neque in communi terra carbones facere, vitium soboles amputare, neve eas exstirpare. Senatus in curia non tractare negotia incipiebat, nisi prius vota præco nuncupasset, ac fausta apprecatus esset: neque ulli esse senatori licitum, nisi post tricesimum ætatis annum. Fœminam sacerdotem, oportebat esse virginem. Qui diis sacra vellent facere, Telluri* τῇ Κουροτρόφῳ *præsacrificabant. Artem eloquentiæ docere, sub triginta Tyrannis vetitum. Sponsiones ultra annum minime exigebantur.*

XXXIII. *Qui in templum confugisset, hunc occidere non licebat. Pecuniam theatralem convertere velle in militarem, capitale erat. Viro artem unguentariam exercere non licebat. Qui erranti viam monstrare noluisset, sacris arcebatur.*

XXXIV. *Testimonia in tabulis perscripta, ne aut demi in illis quicquam, aut addi posset. Nec testari audita licitum: nisi ex mortuo, aut invalido, vel peregre profecto. Neque sibi testis esse quisquam poterat. Erat etiam actio in falsos testes; & eosdem, ter convictos, pœna infamiæ.*

XXXV. *Mercede initiari jussi, cum antiquitus gratis illud fieri obtinuisset. Non licebat autem quenquam peregrinum initiari: uti nec mysteria effari ulli, nec libellum supplicem in templo Cereris Eleusiniæ ponere: quæque hic delinquenti pœna. Postridie mysteriorum habitus senatus: ac judicium tunc datum in hos, qui mysteriorum tempore aliquid forte deliquissent. Ludos Panathenaicos in veste tincta spectare, interdictum. Inquilini in pompis, veste amicti punicea, ferebant scaphas: filiæ vero urceos, & umbellas.*

XXXVI. *Lex regia, eaque non una: ac quædam in his, de parasitis. Uxorem regis, civem esse, virginemque, quando nuberet, oportebat: lexque ea de re Thesei, lapideæ columnæ, in templo Bacchi, quod in Limnis, juxta aram, inscripta: etiam Demosthenis tempore, literis evanidis exstans.* Πρωτόποσις *fœmina.*

XXXVII. *Oleas, Minervæ sacras, excidere nefas. Plutarchi locus emendatus. Pœna delinquenti, exilium. Cæterarum, quot effodere licitum fuerit quoque anno, & in quem usum: tum quæ delinquenti pœna. Oleum ex sacra olea præmii loco datum his, qui Panathenæis vicissent: idque solum Attica exportare licitum.*

JOANNIS MEURSII
THEMIS ATTICA
SIVE
DE LEGIBUS ATHENIENSIUM
LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Legum Atticarum conditores varii. Leges Triptolemi tres; de parentibus honorandis, Diis colendis, & non lædendis animalibus. Harum secunda, a Dracone, qui indigenas quoque Heroes illis addit, confirmata.



LEGES prima Atheniensibus Ceres dedit, & ab ea mox Triptolemus: quæ seu nimia vetustate obsoletæ, sive non sufficientes, a Dracone instauratæ, atque auctæ: verum aliquæ cum severiores essent, quam ut tolerari possent, Solon partem abrogavit; aliasque, istis mitiores, posuit. Et obtinuere istæ, usque ad triginta Tyrannorum tempora: qui cum eas pro libidine sustulissent, mox Euclides, cum remp. Thrasybulus reddidisset, revocavit, atque a se novas addidit. Hinc Archontes subsecuti, prout visum expedire reipublicæ, ipsi quoque numerum earum auxere. Equidem, quas Solon tulit nuper dixi, in *ejus Vita*, quam descripsi: Sed & hic repræsentabo, opere peculiari; & adjungam aliorum, uti sese quæque offerent: nulla temporis, quod obscurum, atque ordinis, qui incertus ob hoc ipsum, instituta ratione.

Ac principio tres omnino antiquissimas a Triptolemo, Eleusine asservatas memorabo. Eæ erant: Γονεῖς τιμᾶν· Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν· Ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Parentes honorare. Deos fructibus colere. Animalia non lædere.* Porphyrius, *De Abst.* lib. IV. Τῶν μὲν Ἀθήνησι νομοθετῶν Τριπτόλεμον παλαιότατον παρειλήφαμεν. περὶ οὗ Ἕρμιππος, ἐν δευτέρῳ περὶ τῶν νομοθετῶν, γράφει ταῦτα. Φασὶ δὲ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίοις νομοθετῆσαι, καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς τιμᾶν. Θεοὺς καρποῖς ἀγάλλειν. Ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Legislatorum Atheniensium antiquissimum fuisse Triptolemum accepimus: de quo Hermippus, secundo de legum latoribus libro, ista scribit. Ajunt vero & Triptolemum Atheniensibus leges tulisse; atque ex illis etiamnum a Xenocrate philosopho memorari Eleusine tres exstare, quæ se hunc in modum habeant. Parentes honorare. Deos fructibus colere. Animalia non lædere.* Hieronymus, *adversus Jovinianum*, lib. II. *Xenocrates philosophus de Triptolemi legibus apud Athenienses tria tantum præcepta Eleusinæ residere scribit: Honorandos parentes. Venerandos Deos. Carnibus non vescendum.* Quod ad Deos vero attinet, eos quoque, & indigenas heroes, qui seu Dii habebantur, etiam colendos Draco multo post id tempus sanxit. Porphyrius, *citato libro*, in ipso fine: Καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιῶσδε. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον· Θεοὺς τιμᾶν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, ἐν κοινῷ, ἑπομένους νόμοις πατρίοις, ἰδίᾳ, κατὰ δύναμιν. σὺν εὐφημίᾳ. καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις. *Et Draconis lex ejusmodi memoratur. Sanctio æterna Atticam incolentibus, quæ in omne tempus rata habeatur: Deos honorare, & heroas indigenas, communiter secundum leges patrias: ac privatim, pro virili, cum fausta apprecatione, fructuumque primitiis, & libis anniversariis.*

CAP. II.

De parentum in liberos potestate, & officio liberorum in parentes, leges variæ. Jus vitæ, & necis: tum nominis dandi, & delendi. Patris sepultura neglecta morte, aut exilio vindicata, & exhæredatione. Causæ patrocinium neglectum, infamia notabatur. Auxilii non lati, pœna capitis: Contumeliæ, exhæredatio: ac si pater eam non persequeretur, ipse infamis habebatur. Libanii locus illustratus. Verberanti manus amputata: aut lapidatio parata. Qui afflixisset, insepultus manebat. Tum in novem quoque Archontes inquisitum, ante quam crearentur, an his ipsis bene facerent. Denique, in parricidas quare legem non statuerit.

AC prima quidem lex Triptolemi, uti dixi, honorandos esse parentes statuebat: quod ut cogerentur facere, metu pœnæ, qui naturæ pravitate detrectabant, jus parentibus in liberos vitæ & necis Solon dedit. Sextus Empiricus *Pyrrh. Hypotyp.* lib. III. cap. XXIV. Καὶ ὁ Σόλων Ἀθηναῖος τὸν περὶ τῶν ἀκρίτων νόμον ἔθετο, καθ' ὃν φονεύειν ἑκάστῳ τὸν ἑαυτοῦ παῖδα ἐπέτρεψε. *Quin etiam Solon Atheniensis legem de indemnatis posuit, per quam unicuique filium suum interficere permisit.* Hermogenes, *De Invent.* lib. I. c. I. Ἐνώπιόν τις τῆς μητρὸς ἀπέκτεινε τὸν υἱὸν κατὰ τὸν ἀκρίτων νόμον. *Occidit quis filium coram matre, juxta legem de indemnatis.* Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Lege quemadmodum sit absoluta qualitas? Indemnatos liberos liceat occidere. Tres filios lege indemnatorum occidit: reus est uxori maletractationis. Hic enim se dicit lege fecisse.* Ac de matre quoque, est locus Sopatri, in *Divis. Quæst.* Ἐξεῖναι καὶ μητράσιν ἀκρίτως ἀναιρεῖν τοὺς παῖδας, *Licere etiam matribus liberos indemnatos occidere.* Nominis quoque imponendi, atque rursum auferendi, potestas erat. Demosthenes, Orat. *in Bœotum, de Nom.* Ὁ μὲν νόμος, ὃν πάντες ἐπίστασθε, ὁμοίως ἐμοί, τοὺς γονέας ποιεῖ κυρίους οὐ μόνον θέσθαι τοὔνομα ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται. *Lex quidem, quam nostis omnes, æque mecum, parentibus dat potestatem non imponendi modo nominis in principio, verum & delendi rursum, si voluerint.* Quin & plures leges erant, quibus liberi ad parentes honorandos cogebantur.

Qui patrem insepultum relinquebat, mortis reus censebatur. Sopater *in Hermogenem*: Νόμος, τὸν πατέρα ἄταφον περιορῶντα, θανατοῦσθαι. *Lex est, ut, qui patrem insepultum neglexerit, morte puniatur*. Alia lex extorrem patria esse jubebat, & carere hæreditate. Syrianus *in eundem*, alio loco: Νόμος, τὸν μὴ θάψαντα τὸν αὐτοῦ πατέρα, τῆς πατρῴας ἐλαύνεσθαι χώρας, τῆς ἐκείνου μηδενὸς μεταχόντα. *Lex erat, qui patrem non sepeliret, is ut patria tellure expelleretur, & paterna hæreditate plane excideret*.

Qui eorum causæ non patrocinaretur, infamia notabatur. Syrianus *ibidem*: Νόμος, τὸν μὴ ἐπαμύνοντα δεομένοις τοῖς γονεῦσιν, ἄτιμον εἶναι. ῥήτορος γονεῖς ἔθεντο διαζύγιον. ἐκάλεσαν ἀμφότεροι εἰς τὸ δικαστήριον εἰς συνηγορίαν. συνηγόρησε τῇ μητρί. νενίκηκεν, ὁ πατὴρ ἡττηθεὶς ὑπάγει αὐτὸν τῇ ἀτιμίᾳ. *Lex est qui parentum indigentium causam deserat, is infamia ut notetur. Rhetoris parentes divortium fecerunt; vocantque ambo, ut in foro causam suam tueatur. Suscipit matris patrocinium; eaque causam obtinente, victus pater infamiæ ipsum reum facit*.

Qui vim quoque patienti non opitulatus esset, capite plectebatur. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Qui auxilium parentibus non tulerit, capite plectatur*. Sulpitius Victor, in *Institut. Orat. Qui parentibus auxilium non tulerit, capite puniatur*.

Qui contumelia affecisset, exhæres esse jubebatur; nec licebat patri gratiam filio delicti facere: si fecisset, ipse infamis censebatur. Sopater *ad Hermogenem*: Τὸν ὑβρίσαντα τὸν αὐτοῦ πατέρα, μὴ μετέχειν τῆς οὐσίας. καὶ τὸν ὑβρισθέντα πατέρα μὴ ἐπεξιόντα τῷ παιδὶ ἄτιμον εἶναι. *Filium, qui in patrem contumeliosus fuerit, facultatum minime participem esse: quin & patrem, contumelia affectum, nisi filium in jus rapiat, infamem esse*. Et de patris quidem infamia, iterum agit paulo post: Ὁ δὲ πατὴρ ἐπὶ τὸν νόμον μετατίθησι τὴν αἰτίαν, τὸν εἶναι ἄτιμον κελεύοντα τὸν μὴ ἐπεξελθόντα πατέρα τῷ ὑβρίσαντι παιδί. De filii vero exhæredatione, est Libanii quoque locus capiendus, Tom. I. *Declam.* XXXVII. Ἰσχυρὸς εἶ σύ, καὶ μέγας· ἀλλ' οὐκ ἰσχυρότερος τοῦ νόμου, ὃς κεῖται πάλαι, πατράσιν ἀδικουμένοις βοηθῶν. οὗτος ἐκβάλλει σε τῆς οἰκίας. *Et tu quidem fortis, & magnus: sed non fortior lege, quæ, jam dudum lata, patribus injuria affectis opitulatur. Hæc te domo ejicit*.

Qui verberasset, ei manus amputare lex jubebat. Heraclides Ponticus in *Alleg. Hom.* Οἱ νομοθέται τοὺς πατροτύπτας χειροκοποῦσι. τὸ δυσσεβῆσαν αὐτῶν μέρος ἐξαιρέτως ἀποτέμνοντες. *Legislatores parentes verberantibus manus præcidunt; illam potissimum partem amputantes, quæ impie fecit*. Quintilianus *declam.* CCCLXXII. *Qui patrem pulsaverit, manus ei incidantur*. Marcellinus *in Hermogenem*: Ἐτύπτησέ τις τὸν πατέρα, ὑπὸ τοῦ τυράννου κελευόμενος. κινδυνεύει μετὰ τὴν τυραννίδα περὶ τῶν χειρῶν, νόμου κελεύοντος. *Verberavit quis patrem, a tyranno jussus, post tyrannidem, periclitatur de manibus, lege jubente*. Et Syrianus: Τύραννος ἀνέσπασε τρεῖς παῖδας. τῷ πρώτῳ τυπτῆσαι τὸν πατέρα προσέταξεν· οὐ τυπτήσαντα ἀπέκτεινε. καὶ τὸν δεύτερον ὁμοίως. ὁ τρίτος ὑπήκουσεν, ἐσώθη. μετὰ τὴν τῆς τυραννίδος κατάλυσιν, κινδυνεύει περὶ τῶν χειρῶν. τοῦτο γὰρ ὁ νόμος ἐκέλευσεν. *Tyrannus retraxit tres filios: primum autem jussit verberare patrem, non parentem interfecit: secundum, eodem modo. tertius, cum paruisset, salvus evasit. post tyrannidem eversam, venit in discrimen manuum: siquidem lex jubebat*. Alia lex lapidibus eum obruendum statuebat. Auctor *Problematum Rhetoricorum*, cap. LVII. Νόμος ἐκέλευσε τὸν τύψαντα αὐτοῦ τὸν πατέρα λιθοβοληθῆναι ὑπὸ τοῦ δήμου ἀκρίτως. *Lex jubet, qui patrem verberaverit, ut a populo, causa indicta, lapidibus interficiatur*. Aristophanes simpliciter turpe dicit, in *Avibus*: εἰ γὰρ ἐνθάδ' ἐστὶν αἰσχρὸν τὸν πατέρα τύπτειν νόμῳ. *Si enim lege turpe est verberare patrem*.

Qui afflixisset, eaque re ad mortem etiam adegisset, sepultura privabatur. Syrianus *in Hermog.* Νόμος, τὸν λυπήσαντα τοὺς αὐτοῦ πατέρας, εἰ τελευτήσειεν, ἄταφον μένειν. *Lex est, qui parentes afflixerit, si contingat eum mori, uti insepultus maneat*. Et Archontes quoque novem, quando creaturi essent, prius in eorum vitam inquirebant; & inprimis, an parentibus bene facerent. Observare est apud Demosthenem, in extrema Oratione *in Eubulidem*, Ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀνακρίνετε, εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσιν. *Etiam nunc, Judices, in novem archontes inquiritis, an parentibus bene faciant*. De eorum sex postremis, quos Thesmothetas dicebant, tradit Pollux, *lib.* VIII. *cap.* VIII. *sect.* I. Ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις, εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας, καὶ τῶν δήμων πόθεν, καὶ εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἑρκεῖος, καὶ εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι. *Dicebatur etiam quædam in Thesmothetas inquisitio; an utrinque tertia generatione Athenienses forent, & e quo populo: tum an Patrium Apollinem, & Herceum Jovem, haberent; & an bene parentibus facerent*. In parricidas nullam omnino legem statuit; & interrogatus causam, non sperasse se, respondit, quenquam scelus hoc ausurum. Cicero, in Orat. *pro S. Roscio Amerino*: *Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur. Ejus porro civitatis sapientissimum civem Solonem fuisse dicunt; eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is, cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit; se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur; cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat: ne non tam prohibere, quam admonere, videretur*. Quem locum respexit B. Hieronymus, *Epist.* CLI. *Et Tullius de parricidarum suppliciis apud Athenienses Solonem scripsisse negat: ne non tam prohibere, quam admonere, videretur*. Paullus Diaconus de Publicio Malleolo agens, qui matrem occiderat, *Hist. Misc.* lib. V. *Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri non posse credidit*. Meminere etiam Diogenes Laertius in *Vita ejus*, lib. I. Sopater *in Hermogenem*, & Orosius, *lib.* V. *cap.* XVI.

CAP. III.

Actio filiis adversus patrem non dabatur, nisi amentiæ. Sopater pluribus locis emendatus. Qui non aluisset parentes, infamis erat; nisi si autem artem ipsi eos nullam docuissent, aut ex meretrice etiam genuissent, ad turpem item quæstum elocassent. Parentes vero quinam dicti.

TANTAM vero reverentiam parentum leges esse cupiebant, ut non darent actionem adversus eos, nisi dementiæ. Curius Fortunatianus *Rhet.* lib. I. *Filiis adversus patrem ne sit actio, nisi dementiæ*. Sopater *de Divis. Quæst.* Ὁ νόμος περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἐστὶ γραφῶν, οὐ περὶ τῶν δημοσίων, κεκυρωμένος· καὶ ἐν μὲν τοῖς ἰδιωτικοῖς ἄλλην οὐ δίδωσι τοῖς παισίν, ἢ τὴν παρανοίας γραφήν. *Lex de privatis actionibus, non de publicis, constituta est: & in privatis quidem, non concedit aliam filiis actionem, quam dementiæ*. Corruptus alter ejus locus: Κατὰ πρὸς μὴ εἶναι δίκην, ἢ τὴν τῆς παροινίας. Restituo. Κατὰ πατρὸς μὴ εἶναι δίκην, ἢ τὴν τῆς παρανοίας, *Adversus patrem non esse actionem, nisi dementiæ*. Iterum postea; Σαφῶς διηγόρευσεν ὁ νόμος, μηδεμίαν ἄλλην δέχεσθαι γραφήν, ἢ τὴν τῆς παρανοίας, *Clare lex cavet, ne qua alia actio recipiatur, quam dementiæ*. Etiam corrupte illic παροινίας, *temulentiæ*. hodie legitur. Et oportebat, antequam liceret agere, dementiæ manifestos esse apud cunctos.

Idem Sopater paulo post, de lege eadem, Πάσαν μὲν ἐκώλυσε κατηγορίαν εἰσάγεσθαι, τὴν δὲ τῆς παρανοίας συνεχώρησεν· εἴ τις πᾶσιν ἦν φανερὰ τοῖς ὁρῶσι, τοῖς δικάζουσι, τοῖς παρεστῶσιν ἅπασιν. *Omnem accusationem introduci prohibuit; dementiæ vero, permisit: modo manifesta esset intuentibus, judicantibus, & adstantibus universis*: Neque illic recte editur, παροινοίας pro παρανοίας, quod omnino reponendum. Denique,

Parentes alere tenebantur, lege Solonis. Ælianus, *Hist. Anim.* lib.IX. cap.I. Καὶ Σόλων μὲν τοῖς λέουσι ταῦτα οὐ κελεύει, νομοθετῶν τρέφειν τοὺς πατέρας ἐπάναγκες. *Et Solon leonibus hæc non præscribit; qui lege lata, liberis parentes alendi necessitatem imponit.* Respexit hanc legem Theoph. Simocatta, *Epist.* VII. Τὴν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσαιντο, καὶ πόρρω που τὴν τεκοῦσαν, οἷα συμβαίνει, τὴν τοῦ γεννήματος, δρῶσι τι γονικόν· οὐδὲ τῆς αὐτῶν ἐπιλανθάνονται φύσεως· καὶ περιθάλπουσι τὸ μονωθὲν, κατ' οὐδὲν δυσχεραίνουσαι, ὥσπερ ἔγγονα συνεχῆ τε καὶ γνήσια. καὶ Φύσις μὲν ταύταις οὕπω φρονεῖν. οὐ γὰρ Σόλωνος ἠνάγκασε νόμος. *Lactentem adhuc equum quum nutrice destitutum vident, & longius, ut fit interdum, abesse matrem, quæ pullum peperit, aliquid maternum faciunt; (neque enim naturæ suæ obliviscuntur;) & fovere relictum non gravantur, tanquam veros, propriosque, fœtus. Et hæ quidem ita a natura sunt affectæ: neque enim lex Solonis illas cogit.* Qui negligeret, is infamia notabatur. Diogenes Laertius, in *Solone*, lib.I. Δοκεῖ δὲ καὶ κάλλιστα νομοθετῆσαι· Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω. *Optime videtur etiam legem tulisse: Si parentes quis non alat, esto infamis.* Alia lex, vinciri jubebat. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib.I. *Qui parentes non aluerit, vinciatur.* Sed non tenebantur tamen ad præstanda alimenta ii filii, quos parentes artem nullam docuissent. Vitruvius, in *Præfatione* lib.IV. *Omnium Græcorum leges cogunt parentes ali a liberis; Atheniensium, non omnes, nisi eos, qui liberos artibus erudiissent.* Plutarchus, in *Vita Solonis*: Νόμον ἔγραψεν, υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα, μὴ διδαξάμενον τέχνην, ἐπάναγκες μὴ εἶναι. *Legem tulit, ne filius patrem, qui ipsum artem non docuisset, alere cogeretur.* Galenus, in *Exhort. Orat. ad Artes*: Ἐπαινέσῃ δ' ἄν τις καὶ τὸν Ἀθήνησι νομοθέτην, ὃς τὸν μὴ διδάξαντα τέχνην ἐκώλυε πρὸς τοῦ παιδὸς τρέφεσθαι. *Laudaverit vero aliquis etiam legislatorem Atheniensium, qui vetabat filium alimenta dare patri, a quo arte nulla imbutus esset.* Sed nec ille tenebatur, quem ex meretrice pater suscepisset. Plutarchus, in *Solonis Vita*: Ἐκεῖνο δὲ ἤδη σφοδρότερον, τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν. *Jam vero illud durius, quod ad alendos parentes non obstringerentur e meretricibus procreati.* Neque qui ad turpem quæstum aperte elocatus esset. Æschines, Orat. *in Timarchum*: Καὶ (λέγει ὁ νόμος) μὴ ἐπάναγκες εἶναι τῷ παιδὶ ἡβήσαντι τρέφειν τὸν πατέρα, μηδὲ οἴκησιν παρέχειν, ὃς ἂν ἐκμισθωθῇ ἑταιρεῖν. *Et (ait lex) non necesse esse puero, ubi adoleverit, ut patrem alat, aut excipiat domicilio, si ab eo ad turpem quæstum elocatus fuerit.* Parentum vero nomine, nam & hoc dicendum est, censebantur etiam avus, aviaque; item proavus, & proavia; si adhuc in vivis essent. Isæus docet, *Orat.* VII. Κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) τρέφειν τοὺς γονέας. γονεῖς δ' εἰσὶ, μήτηρ καὶ πατὴρ, καὶ πάππος καὶ τήθη· καὶ τούτων μήτηρ καὶ πατὴρ, ἐὰν ἔτι ζῶσιν. *Jubet lex parentes alere. Parentes vero sunt, pater & mater, & avus, & avia; tum & proavus, ac proavia: si quidem supersint.*

CAP. IV.

Pœna adulteriis varia constituta, a Dracone, ac Solone. Ac adulteros quidem, licuit interficere, pecunia mulctare, excæcare, stigmate notare: tum & fana iis omnia interdicta. Occidere vero, indemnatos, ab initio non permissum: sed vocare in judicium oportebat.

Ut parentum auctoritatem, ita quoque matrimonii dignitatem graviter leges vindicarunt, varia in adulteros pœna. Primus auctor vindicandi adulterii apud Athenienses Draco memoratur. Pausanias, *Bœoticis*. Πρῶτος δὲ οὗτος ὁ Ὕηττος δίκην μοιχείας λαβὼν δῆλός ἐστι· καὶ χρόνῳ ὕστερον, Δράκοντος, Ἀθηναίοις θεσμοθετήσαντος, ἐκ τῶν ἐκείνου κατέστη νόμων, οὓς ἔγραφεν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἄλλων τε ὁπόσων ἄδειαν εἶναι χρὴ, καὶ δὴ καὶ τιμωρίας μοιχοῦ. *Primum vero hunc Hyettum de adulterio pœnas sumpsisse constat, ac postea Draco, cum Atheniensibus dedisset sanctiones suas, ex legibus ejus, quas in magistratu scripsit, constituit, tum quarum rerum aliarum impunitas foret, tum & de adultero pœnas sumi libere posse.* Post hunc Solon etiam capitis damnavit. Plutarchus, in *ejus Vita*. Μοιχὸν ἀνελεῖν τῷ λαβόντι δέδωκε. *Adulterum interficere deprehendenti permisit.* Hermogenes, in *Part. Stat.* Ἐξῆν ἀποτιννῦσαι καὶ τὸν μοιχὸν καὶ τὴν μοιχευομένην. *Licebat interficere & adulterum, & adulteram.* Syrianus, in *Commentario*. Μοιχεύοντά τις, κατὰ τὸν περὶ τοὺς μοιχοὺς νόμον, ἀπέκτεινεν. *Adulterum quispiam, juxta legem de adulteris, interfecit.* Et Sopater. Νόμος, τὸν μοιχὸν τεθνάναι. *Lex est, adulterum occidi.* Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib.I. *Adulteros licet occidere.* Marius Victorinus, *in Ciceronis Rhet. lib.* II. *Adulterum cum adultera liceat occidere.* Sulpitius Victor, in *Instit. Orat.* *Adulteros deprehensos licet occidere.* Itaque concessa isthic cædes erat: sed qui nollet interficere, pecunia mulctare poterat. Auctor *Problematum Rhetoricorum*, cap. XX. Νόμος, τὸν μοιχὸν χρήματα διδόναι, ἢ παραυτίκα ἀποθνήσκειν. *Lex est, adulterum pecuniam dare, aut statim mori.* Et videre est apud Lysiam, in Orat. *de cæde adulteri Eratosthenis*. Κἀκεῖνος ἀδικεῖν μὲν ὡμολόγει, ἠντιβόλει δὲ, καὶ ἱκέτευε, μὴ αὐτὸν κτεῖναι, ἀλλ' ἀργύριον πράξασθαι. ἐγὼ δ' εἶπον, ὅτι οὐκ ἐγώ σε ἀποκτενῶ, ἀλλ' ὁ τῆς πόλεως νόμος· ὃν σὺ παραβαίνων, περὶ ἐλάττονος τῶν ἡδονῶν ἐποιήσας, καὶ μᾶλλον εἵλου τοιοῦτον ἁμάρτημα ἐξαμαρτάνειν εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐμὴν, καὶ εἰς τοὺς παῖδας τοὺς ἐμοὺς, ἢ τοῖς νόμοις πείθεσθαι, καὶ κόσμιος εἶναι. *Et ille fatebatur quidem injuriam, sed orabat, ac supplicabat, ne se interficerem, sed pecuniam exigerem: ego vero inquiebam, non me occisurum ipsum, verum civitatis legem, quam transgressus, voluptate inferiorem existimasset, ac flagitium istiusmodi in uxorem, liberosque etiam meos, admittere maluisset, quam obedientem legibus, ac modestum, se præbere.* Hermogenes, *de Invent.* lib.II. cap. I. Τοὺς μοιχοὺς χρήματα ἀποτιννῦναι (ὁ νόμος κελεύει.) *Adulteros pecuniam pendere (lex jubet.)* Et hæc pœna non duntaxat in uxoribus violatis, verum etiam in concubinis, constituta. Lysias, in *eadem Orat.* non multo post, ubi de eadem lege illi sermo. Καὶ οὕτω σφόδρα ὁ νομοθέτης ἐπὶ ταῖς γαμεταῖς γυναιξὶ δίκαια ταῦτα ἡγήσατο εἶναι, ὥστε καὶ ἐπὶ ταῖς παλλακαῖς, ταῖς ἐλάττονος ἀξίαις, τὴν αὐτὴν δίκην ἐπέθηκε. *Atque ipse legislator adeo hæc justa esse existimavit, ut in concubinis etiam, dignitate inferioribus, pœnam eandem constituerit.*

Nec occidere duntaxat, aut pecunia mulctare, sed & excæcare licuit. Auctor *Problem. Rhet.* cap. LVIII. Νόμος ἐκέλευε τὸν μοιχὸν καταλαμβανόμενον τυφλοῦσθαι ἀκρίτως. *Lex jubebat adulterum deprehensum excæcare indemnatum.* Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib.I. *Adulteros deprehensos licet excæcare.*

Quin & stigma inurere permittebatur. Hermogenes, *Part. Stat.* Sect. XIII. Ἔξεστι στίζειν τοὺς μοιχούς. στίζων τις ἀπέκτεινε, καὶ φεύγει φόνου. *Stigma adultero inurere licet. Inurens quispiam interfecit, & reus fit cædis.* Syrianus: Νόμου ὄντος, τὸν μοιχὸν στίζειν. *Cum lex*

sit, mœchum stigmate notare. Marcellinus: Νόμος, τοῦ μοιχὸν ςίζειν. ςίζων τὶς μοιχὸν, ἀπέκτεινε, καὶ κρίνεται φόνου. *Lex est, adulterum stigmate notare. Notans aliquis, occidit: & damnatur cædis*. Sopater: Ἰατρὸς, τὰ τῶν μοιχῶν ἰώμενος ςίγματα κρίνεται. *Medicus, adulterorum curans stigmata, condemnatur.*

Neque templum ingredi licebat. Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸ μοιχὸν εἰς ἱερὸν μὴ εἰσιέναι. *Lex est, adulterum non ingredi templum.*

Et interficere quidem, in principio, id est, ante Draconis tempora, non licebat. Libanius indicat, Tom. I. *Declam.* XXXIII. Καὶ λογιζόμενος εὕρισκον τὸν τὰς νόμους ἐν ἀρχῇ τεθεικότα τῇ πόλει, τὰ μὲν ἄλλα διελόντα καλῶς, καὶ τὰς τε ἀρετὰς, ᾗ χρὴ, τετιμηκότα· καὶ τοῖς τὰ ἄλλα ἀδικοῦσιν, οὐ καλῶς προσενηνεγμένον· τοῖς μοιχοῖς δὲ τούτοις οὐ πᾶν ὅσον ἐχρῆν, ἐπενεγκόντα. ἀλλ᾽ ἂν μέν τις ἀφαιρῆται τῶν χρημάτων, ἔδωκεν εὐθὺς ἀμυνομένῳ κτεῖναι. καὶ καθαρὸς ὁ τοῦτο δεδρακὼς νενόμιςαι. τὴν γυναῖκα δὲ ἂν ἀφαιρῆταί τις τὸν γεγαμηκότα, ἐκβαλὼν, γράφου, φησί. καὶ τοῖς θεοῖς εὔχου δικαςηρίου τυχεῖν. κτεῖναι δὲ, οὐκ ἔδωκεν. *Et cum animo reputans comperiebam, eum, qui leges civitati condiderat, partim quædam pulchre divisisse, & virtutes, quatenus oportuit, honorasse; partim cum iis, qui cætera quidem deliquissent, non recte egisse; adulteris vero istis, minime, quod æquum erat, intulisse. Verum, si quis pecuniis aliquem spoliasset, hunc concessit defendendo sibi occidere: quique eum occidisset, ille purus censebatur. At marito si uxorem quis surripiat, eum ejiciens, defer, inquit, & a diis ut judicium nanciscaris, supplex pete; at occidere, non concessit.*

Et adulterum etiam tantum voluntate, non effectu, puniebant. Maximus Tyrius, *Dissert.* II. Καὶ γὰρ μοιχὸν κολάζει ὁ νόμος, οὐ τὸν δράσαντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν βουληθέντα. *Etenim adulterum lex punit, non duntaxat eum, qui commisit adulterium, verum etiam qui voluit.*

CAP. V.

Adulteræ, pariter atque adulteri, occidi poterant. Etiam dote mulctabantur, & ornari vetabantur, tum & ornatarum pœna: vendebantur, & prohibebantur templis: quæ si intrare tamen ausæ unquam essent, quolibet modo, a quocunque, impune divexabantur, nisi quod occidi haud possent. Nec maritis ultra eas retinere in matrimonio licebat: si fecissent, infames erant. Actio adulterii data quinto die mensis desinentis.

DIXIMUS supplicia adulterorum: nunc, ut fæminarum item memoremus, consectaneum existimo. Eæ vero, uti viri, eadem lege occidi indemnatæ poterant. Hermogenes, *citato loco*. Ἐξῆν ἀποκτιννύναι καὶ τὸν μοιχὸν, καὶ τὴν μοιχευομένην. *Licebat interficere & adulterum, & adulteram.* Marius Victorinus, itidem *citato loco*. *Adulterum cum adultera liceat occidere*. Auctor *Problem. Rhet.* cap. LXVI. Τύραννος, μοιχεύων γυναῖκα τινὸς, ἀνῃρέθη ὑπ᾽ αὐτῆς. νόμου κελεύοντος, τὸν μὲν ἀνελόντα τύραννον τιμᾶσθαι δημοσίως· τὴν δὲ μοιχευθεῖσαν, ἀποθνήσκειν. ὁ μὲν ἀνὴρ αὐτῆς, λέγει, αὐτὴν ἀναιρεθῆναι. ἡ δὲ πόλις, λέγει, αὐτὴν τιμηθῆναι. *Tyrannus, adulterium committens cum alterius uxore, ab ea occiditur. Cum lex juberet, publice tyrannicidam honorari, adulteram puniri capite, vult maritus, capitis supplicium de ea exigendum esse; civitas vero, honorandam ipsam censet.*

Etiam dote mulctabantur, eaque cedebat viro. Sopater, in *Divis. Quæst.* Νόμος, τῆς μοιχευθείσης τὴν προῖκα εἶναι τοῦ ἀνδρός. *Lex est, ut dos adulteræ sit mariti*. Et hinc capiendus est Libanii locus, Tom. I. *Declam.* XXXV. Συλλογίζεται τὸν νόμον, ὑφ᾽ οὗ τὶ μηδὲν ἔχειν τὴν μοιχευομένην διώρισαι. *Legem animo revolvit, qua adulteram nil habere definitum est*. Et Anonymus, in ejus *Declamationis* Argumento: Νόμος, τὸν ἄνδρα τὴν προῖκα τῆς μοιχευθείσης κερδαίνειν. *Lex est, ut dotem adulteræ vir lucretur.*

Tum ornari vetabantur: ac, si facerent, tum diripere ornatum, vestimenta lacerare, atque eas verberare, dummodo non interficeret, aut mutilaret, integrum cuique erat. Æschines, Orat. *in Timarchum*: Ὁ δὲ Σόλων, ὁ τῶν νομοθετῶν ἐνδοξότατος, γέγραφεν ἀρχαίως, καὶ σεμνῶς, περὶ τῆς τῶν γυναικῶν εὐκοσμίας. τὴν γὰρ γυναῖκα, ἐφ᾽ ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ κοσμεῖσθαι. ἐὰν δὲ κοσμῆται, τὸν ἐντυγχάνοντα κελεύει καταρρηγνύναι τὰ ἱμάτια, καὶ τὸ κόσμον ἀφαιρεῖσθαι, καὶ τύπτειν, εἰργόμενον θανάτου, καὶ τοῦ ἀνάπηρον ποιῆσαι. *Solon autem, legumlatorum celeberrimus, more antiquo, & graviter, de disciplina matronarum scripsit. Mulierem enim, apud quam adulter fuerit deprehensus, ornari non sinit: aut, si ornata fuerit, quemvis dilacerare ejus vestimenta, & ornatum diripere, jubet; & eam verberare; hactenus tamen, ne occidat, mutiletve.*

Etiam venum dabantur. Auctor *Probl. Rhet.* cap. XXIV. Ἀνὴρ μοιχευθεῖσαν τὴν γυναῖκα, κατὰ τὸν νόμον, ἤγαγε πωλῆσαι· οὐδενὸς δὲ ὠνουμένου. χρῆται αὐτῇ ὡς κακούργῳ ἀνδραπόδῳ. *Vir quidem uxorem adulteram, ut permissum lege erat, venum adducit. nemine vero emente, utitur ea tanquam improbo mancipio*. Iterum cap. XXXVIII. Νόμος ἐκέλευε τὴν μεμοιχευμένην πωλεῖσθαι. *Lex jubebat adulteram vendi.*

Denique fanorum ingressu arcebantur: quæ ingressæ autem essent, has cuivis, quovis modo, dum ne occideret, divexare licitum erat. Demosthenes, Orat. *in Neæram*. Λάβε δή μοι τὸν νόμον ἐπὶ τούτοις τουτονὶ, καὶ ἀνάγνωθι, ἵν᾽ εἰδῆτε, ὅτι οὐ μόνον προσῆκεν αὐτὴν ἀπέχεσθαι τῶν ἱερῶν τούτων τοιαύτην οὖσαν, καὶ τοιαῦτα διαπεπραγμένην, τοῦ ὁρᾶν, καὶ θύειν, καὶ ποιεῖν τι τῶν νομιζομένων ὑπὲρ τῆς πόλεως πατρίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν Ἀθήνησιν ἁπάντων. ἐφ᾽ ᾗ γὰρ ἂν μοιχὸς ἁλῷ γυναικὶ, οὐκ ἔξεστιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν, εἰς ὃ καὶ τὴν ξένην, καὶ τὴν δούλην, ἐλθεῖν ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι, καὶ θεασομένην, καὶ ἱκετεύσουσαν εἰσιέναι, ἀλλὰ μόναις ταύταις ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι ταῖς γυναιξὶ μὴ εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ᾽ ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ. ἐὰν δ᾽ εἰσίωσι, καὶ παρανομῶσι, νηποινεὶ πάσχειν τοῦ βουλομένου, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. *Age, cape mihi legem his de rebus latam, & lege: ut sciatis, non decuisse tantum eam abstinere sacris his, quæ talis esset, taliaque patrasset, nec vel videre, vel immolare, vel facere quicquam pro patrio urbis ritu: sed cæteris etiam sacris Athenarum ei esse interdictum. Cum qua enim muliere deprehensus fuerit adulter, ei in nullum templum populare licet ingredi; cum in ea & peregrinis mulieribus, & ancillis, liberam aditum præbuerint leges, tum spectandi, tum & supplicandi gratia: solas istas mulieres ingressu publicorum fanorum leges prohibent, cum quibus adulter fuerit deprehensus. Sin ingressæ fuerint, contemptis legibus, impune quovis modo a quolibet tractari, vitæ modo dum parcatur*. Et postea, in verbis legis. Μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέςω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ᾽ ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ· ἐὰν δ᾽ εἰσίῃ, νηποινεὶ πασχέτω, ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου. *Neque mulieri ingredi liceat in fana publica, cum qua adulter deprehensus fuerit. Sin ingressa fuerit, impune quidvis in eam liceat, præter mortem*. Causa erat, ne matronas, famæ integras, ullo suo interventu inquinarent, aut corrumperent. Æschines, *in Timarchum*. Τὴν γυναῖκα, ἐφ᾽ ᾗ ἂν ἁλῷ μοιχὸς, οὐκ ἐᾷ (ὁ Σόλων) εἰς τὰ δημοτελῆ ἱερὰ εἰσιέναι, ἵνα μὴ τὰς ἀναμαρτήτους τῶν γυναικῶν ἀναμιγνυμένη διαφθείρῃ. *Mulierem, apud quam adulter deprehensus fuisset, non sinit (Solon) in fana publica ingredi, ne alias, peccati istius expertes, permista illis, corrumpat.* Nec marito retinere in matrimonio eam licebat, nisi infamis esse vellet. Demosthenes, *ibidem*. Ἐπειδὰν δὲ ἕλοι τὸν μοιχὸν, (sunt verba legis,) μὴ ἐξέςω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔςω. *Postquam autem adulte-*

rum deprehenderit, ei qui deprehendit, mulierem eam in matrimonio porro habere ne liceat: si habuerit, infamis esto. Nec judicium dabatur, nisi in eos, easve, quos vel quas in opere deprehendissent. Ulpianus, in L. *Quod* ait, XXIII. D. *Ad legem Jul. de adult. coerc.* clare exprimit. *Quod ait lex.* IN FILIA ADULTERUM DEPREHENDERIT, *non otiosum videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat: & Pomponius scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi. Et hoc est, quod Solon, & Draco, dicunt,* Ἐν ἔργῳ. Lucianus, in *Eunucho*. Εἰ δὲ μή, ψεύδονται οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτέ, ὡς ἄξων (τοῦ Σόλωνος) φησίν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. *Alioqui mentiuntur, qui ferunt, eum aliquando in adulterio deprehensum, membra in membris, ut tabula (Solonis) loquitur, habentem.* Et hoc indicat loquendi modus Oratorum Græcorum, ex verbis legis desumptus, quo videmus eos uti, in *citatis* ante *verbis*. Ἐφ' ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ. *In qua adulter deprehensus fuerit.* Actiones vero adulterii, ut adjungam quoque istud, die mensis desinentis quinto instituebantur. Suidas: Πέμπτῃ φθίνοντος. ἐν ταύτῃ αἱ τῆς μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. *Quinto die desinentis mensis. Hoc dabantur actiones adulterii.*

CAP. VI.

Pœna in eos qui corpora sua prostituerent. Viris, nec remp. administrare, neve causas agere, permissum fuit: non legatione fungi, non in publica fana ingredi, nec corona in festis, uti, neque intra fori septa pedem ponere. Fæminis, habere ancillas non permissum; nec aurata veste uti, aut corona item aurea: neque pompam etiam sequi, aut templum ingredi, atque sacris interesse. Ex his nati, verba facere in rep. vetabantur. Excepti tamen, si parentes, aut tutores, prostituissent. Tum lenonum quoque pœna.

VARIA quoque corpora prostituentium pœna erat. Habes ecce verba legis apud Æschinem, Orat. *in Timarchum*: Ἄν τις Ἀθηναῖος ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι, μηδὲ ἱερωσύνην ἱεράσασθαι, μηδὲ συνδικῆσαι τῷ δήμῳ· μηδὲ ἀρχὴν ἀρχέτω μηδεμίαν, μήτε ἔνδημον, μήτε ὑπερόριον, μήτε κληρωτὴν, μήτε χειροτονητήν. μηδὲ ἐπὶ κηρυκείαν ἀποστελλέσθω. μηδὲ γνώμην λεγέτω· μηδὲ εἰς τὰ δημόσια ἱερὰ εἰσίτω· μηδ' ἐν ταῖς κοιναῖς στεφανηφορίαις στεφανούσθω. μηδ' ἐντὸς τῶν τῆς ἀγορᾶς περιῤῥαντηρίων πορευέσθω. ἐὰν δέ τις ταῦτα ποιῇ, καταγνωσθέντος αὐτοῦ ἑταιρεῖν θανάτῳ ζημιούσθω. *Si quis Atheniensis se prostituerit, ei ne liceat in Novemviros cooptari, neque rem divinam facere, nec populi causam agere; nec ullo fungi magistratu, sive domi, sive peregre, sive sortito, sive suffragio mandari solito: neque fecialis mittatur, neque sententiam dicat, neque in publica fana ingrediatur, neque in solennibus festis coronam de more gestet, neque intra fori septa progrediatur. Si quis autem hæc fecerit, impudicitiæ condemnatus, morte mulctetur.* Vides pœnas singillatim. Alii simpliciter dicunt; non licuisse remp. administrare. Anonymus, in Argumento Orationis *de falsa legatione*: Νόμος, τὸν ἡταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. *Lex est, ne quis, qui prostituit corpus, remp. administret.* Ac totidem verbis in Argumento Orationis *in Androtionem* & Sopater, in Commentario *in Hermogenem*. Quod autem lex hæc prohibuerit, ne in publico verba faceret, idem quoque Auctores alii attestantur. Demosthenes, *in Androtionem*. Πολλαχόθεν μὲν οὖν ἄν τις ἴδοι τοῦτο, οὐχ ἥκιστα δ' ἐκ τούτου τοῦ νόμου μήτε λέγειν, μήτε γράφειν, ἐξεῖναι τοῖς ἡταιρηκόσιν. *Hoc cum ex aliis multis legibus perspicitur, tum vero maxime ex hac, qua vetat, ne ii, qui se prostituerunt, in publico vel dicant, vel agant.* Syrianus, *in Hermogenem*: Κατὰ τὸν νόμον, τὸν κελεύοντα, τὸν ἑταιρήσαντα μὴ λέγειν. *Juxta legem, quæ eum, qui se prostituit, dicere vetat.* Marius Victorinus, *in Cic. Rhet. lib.* II. *Impudicus ne concionetur.* Hoc ipsum est, quod dicit Diogenes Laertius, in *Solone*, lib. I. Τόν τε ἡταιρηκότα εἴργειν τοῦ βήματος. *Eum, qui se prostituisset, tribunali prohibere.*

Ac de viris quidem ista: nunc, de fœminis, quæ statuerint, videamus. Atque his habere ancillas, non permissum: si haberent, eæ publicæ censebantur. Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib. I. *Meretrices si ancillas habuerint, sint publicæ.*

Nec aurata item veste uti licuit: aut, si forte uti auderet, ea quoque publica erat. Curius Fortunatianus, *libro citato*: *Meretrix aurata veste ne utatur: si usa fuerit, publicetur.* Verum florida utebantur. Suidas, *in* E. Νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν. *Lex est Athenis, ut meretrices vestes floridas gestent.*

Et nec corona aurea permittebatur: quam si haberet tamen, etiam illa, uti vestis, publica erat. Marius Victorinus, *in Ciceronis Rhet. lib.* II. *Meretrix coronam auream ne habeto: si habuerit, publica esto.*

Immo universim nullum plane aurum gestare licuit. Hermogenes, *Par. Sect.* IV. Ἑταίρα, χρυσία εἰ φοροίη, δημοσία ἔστω. *Meretrix, si ornamenta gestet aurea, publica esto.*

Pompam quoque cum matronis aliis ducere, templa intrare, & sacris item interesse, vetabatur. Observare est apud Isæum, *Orat.* V. Ἡ δὲ τούτων μήτηρ, ὅπως ὁμολογουμένη οὖσα δούλη, καὶ ἅπαντα τὸν χρόνον αἰσχρῶς βιοῦσα, ἣν οὐ δὲ παρελθεῖν εἴσω τοῦ ἱεροῦ ἔδει, οὐδ' ἰδεῖν τῶν ἔνδον οὐδέν, οὔσης τῆς θυσίας ταύταις ταῖς θεαῖς, ἐτόλμησε συμπέμψαι τὴν πομπήν, καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ ἰδεῖν ἃ οὐκ ἐξὸν αὐτῇ. *Hæc vero istorum mater, cum sit serva omnium confessione, ac vitam omnem turpiter egerit, quam nec templum intrare decuit, nec videre quæ in eo, cum sacra his deabus fierent, ausa est & pompam prosequi, templum intrare, ac videre quæ nequaquam ei licita.*

Qui ex ea natus esset, verba facere in rep. & causas agere vetabatur. Sopater, *in Hermogenem*. Κωλύει λέγειν, τῷ νόμον εἶναι, τὸν ἐξ ἑταίρας μὴ λέγειν. *Prohibet verba facere, quia lex est, nequis ex meretrice natus verba faciat.* Apsines, *cap.* Περὶ λύσεων. Ὁ νόμος κελεύει τὸν ἐξ ἑταίρας μὴ λέγειν. *Lex vetat e meretrice natum verba facere.*

Excipiebantur tamen, qui inviti a parentibus, aut tutoribus, prostituti essent: & in illos lege agebatur, qui elocassent, conduxissent. Æschines, *in Timarchum*, Διαῤῥήδην γὰρ λέγει ὁ νόμος, ἐάν τινα ἐκμισθώσῃ ἑταιρεῖν, πατὴρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ θεῖος, ἢ ἐπίτροπος, ἢ ὅλως τῶν κυρίων τὶς, κατ' αὐτοῦ μὲν τοῦ παιδὸς οὐκ ἐᾷ γραφὴν ἑταιρήσεως εἶναι, κατὰ δὲ τοῦ μισθώσαντος, καὶ τοῦ μισθωσαμένου. *Lex certe ait: si pater, aut frater, aut patruus, aut tutor, aut denique is cujus est auctoritas, aliquem mercede prostituat, non licere puerum acccusare, sed tam eum qui elocavit, quam qui conduxerit.*

In lenones vero pœna capitis constituta. Æschines alibi, in *citata Orat.* Καὶ τὰς προαγωγοὺς γράφεσθαι κελεύει· κἂν ἁλῶσι, θανάτῳ ζημιοῦν. *Lenones item accusari jubet: & si convincantur, capite plecti.* Plutarchus de viginti tantum drachmis ait, in *Solone*. Ἐὰν δ' ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα, καὶ βιάσηται, ζημίαν ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε. κἂν προαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι, *Si quis mulierem ingenuam rapuerit, aut violaverit, centum drachmarum mulctam constituit: si quis vero lenocinaretur, drachmas viginti.*

CAP. VII.

Leges variæ de stupro: quod pecunia, sive morte, æstimatum. Ac pecuniæ quidem mulcta, drachmæ mille: sed si in panegyri illatum esset decies mille. Alia lex, in corpore libero, supplicium mortis; in servili, centum talentorum mulctam statuebat. Aliter, in corpore ingenuo, dupli pœna; in muliere conjugata, mors proposita. Denique, qui vim intulisset, pro arbitrio violatæ, aut indotatam eam ducere, aut mortem obire, tenebatur; sed frequentia delinquentium legis illa pars de nuptiis abrogata est. Mulierem quoque, quæ se in amorem servi projecisset, ex lege interficere propinquis datum. Licebat viro uxorem suam alteri fruendam tradere.

DE stupro, variæ leges erant. Æschines, Orat. *in Timarchum.* Αν τις Αθηναίων ἐλεύθερον παῖδα ὑβρίσῃ, γραφέσθω ὁ κύριος τοῦ παιδὸς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας· τίμημα ἐπιγραψάμενος. ὃ ἂν τὸ δικαστήριον καταψηφίσηται. παραδοθεὶς δὲ τοῖς ἕνδεκα, τεθνάτω αὐθημερόν. ἐὰν δὲ εἰς ἀργύριον καταψηφισθῇ, ἀποτισάτω ἐν ἕνδεκα ἡμέραις μετὰ τὴν δίκην, ἐὰν μὴ παραχρῆμα δύνηται ἀποτίνειν. ἕως δὲ ἀποτίσαι, εἰρχθήτω. ἔνοχοι δὲ ἔστωσαν ταῖς δὲ ταῖς αἰτίαις, καὶ οἱ εἰς τὰ οἰκετικὰ σώματα ἐξαμαρτάνοντες. *Si quis Atheniensis puero ingenuo contumeliam fecerit, is in cujus potestate puer est, illum apud Sexviros accusato: ea litis æstimatione adscripta, qua judicium eum condemnaverit. Qui si Undecim-viris traditus fuerit, eadem die occidatur. Sin ei mulcta pecuniaria irrogata fuerit, intra dies undecim post judicium solvat, si statim solvere non poterit: donec vero solverit, in carcere teneatur. Iisdem porro criminibus ii quoque teneantur, qui servilia corpora violaverint.* Ecce tibi, pecunia delictum illud æstimatum, aut morte, fuit. Ac pecunia non exigua solvebatur. Auctor *Problem. Rhet.* cap. XXXVII. Νόμου κελεύοντος, τὸν βιασάμενον χρυσὸν πολὺν διδόναι. *Cum lex jubeat, eum, qui violavit, multum aurum persolvere.* Pendebantur autem drachmæ mille. Marcellinus, *in Hermogenem.* Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην Αθήνησι, χιλίας διδόναι. *Lex est, qui virginem Athenis violaverit, uti mille drachmas solvat.* Et iisdem fere verbis Sopater, in *Divis. Quæst.* Νόμος, τὸν βιασάμενον κόρην, διδόναι χιλίας. *Lex est, ut, qui virginem violaverit, drachmis mille luat.* Hinc intelligenda illa Syriani, *in Hermogenem.* Νόμος, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν εἰς πόλεμον ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα λαβὼν ἐκεῖνος ἐβιάσατο, ἐπανελθὼν ὁ στρατηγὸς, κρίνει αὐτὸν δημοσίων ἀδικημάτων· ὁ δὲ, ὡς βιασάμενος, τὰς χιλίας διδόναι. *Lex erat, ut dux exercitus ad bellum exiturus, si filiam haberet, eam apud collegam deponeret. ille, acceptam violavit. dux reversus agit contra eum de publica injuria; ille vero, veluti qui violasset, drachmas mille deberi contendit.* Qui in panegyri virginem aliquam violasset, drachmas decies mille dabat. Sopater, in *Divis. Quæst.* Ο νόμος δίδοσθαι κελεύει τὰς μυρίας, ἐὰν βιάσηται κόρην ἐν πανηγύρει. *Lex jubet dare decies mille drachmas, si quis virginem in panegyri violaverit.* Ita intelligendus Sulpitius Victor, in *Instituit. Orat. Qui virginem vitiaverit, det decem millia.* Ea summa, faciebat centum minas. Auctor *Probl. Rhet.* cap. XVII. in corpore libero, mortem statuit: in servili, talenta centum. Νόμου κελεύοντος, τὸν μὲν ἐλευθέραν βιασάμενον, ἀποθνήσκειν. τὸν δὲ δούλην, ἑκατὸν διδόναι τάλαντα. *Lege jubente, qui liberam violaret, ut capite plecteretur: qui servam, ut centum talentis mulctaretur.* Sed hæc alia lex fuerit, & posterius item lata. Lysias, in hominem si quis ingenuum deliquisset, dupli pœnam, si in aliquam conjugatam, mortem dicit constitutam, in Oratione *de cæde Eratosthenis.* Ακούετε, ἄνδρες, ὅτι κελεύει (ὁ νόμος) ἐάν τις ἄνθρωπον ἐλεύθερον, ἢ παῖδα αἰσχύνῃ βίᾳ, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν· ἐὰν δὲ γυναῖκας, ἐφ' αἷσπερ ἀποκτείνειν ἔξεστιν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. *Auditis, viri, jubere legem, ut, si quis hominem ingenuum, puerumve, per vim dedecoret, dupla pœna teneatur: si mulieres conjugatas, propter quas occidere licet, iisdem pœnis sit obnoxius.*

Alia lex, capitis pœnam, aut violatæ matrimonium statuebat. Hermogenes, *Partit. Sect.* IV. Η βιασθεῖσα, ἢ γάμον, ἢ θάνατον, αἱρείσθω τοῦ βιασαμένου. *Violata, aut nuptias, aut mortem ejus qui vim intulit, eligat.* Marcellinus, *ad eum locum.* Εβιάσατό τις δύο κόρας μετὰ ταυτόν. νόμου δὲ ὄντος, ἢ γάμον, ἢ θάνατον, αἱρεῖσθαι τοῦ βιασαμένου· ἡ μὲν, αἱρεῖται τὸν γάμον· ἡ δὲ, τὸν θάνατον. *Violavit aliquis duas virgines, eodem tempore. Cum lex esset, ut ejus, qui vim intulisset, matrimonium, aut mortem, optaret; illa quidem, nuptias eligit; ista, mortem.* Eratque matrimonium id sine dote. Sed cum multi nihilominus isthic etiam delinquerent, hoc negato, sola mortis pœna constituta fuit. Syrianus, *in Hermogenem.* Νόμος, τὴν βιασθεῖσαν ἢ γάμον ἄπροικον, ἢ θάνατον, αἱρεῖσθαι τοῦ βιασαμένου. πολλῶν βιαζομένων, γράφει τις νόμον, θανάτῳ ζημιοῦσθαι τοὺς βιαζομένους. ἀφήρηκε γὰρ τὸ, γάμον ἄπροικον αἱρεῖσθαι. *Lex est, quæ violata est, ut ejus, qui vim intulit, nuptias sine dote, aut mortem, eligat. Multis nihilominus vim inferentibus, fert quis legem, ut sublato sine dote matrimonio, capite, qui violassent, punirentur.*

Si qua mulier in amorem servi sese projecisset, eam interficere propinquis leges permittebant. Observare est apud Philostratum, in *Hermocrate, Sophist.* lib. II. Λογιζομένῳ δὲ τὴν αἰτίαν, καὶ ὅτι τὴν μητέρα ἀπέστερξεν ἐπὶ δούλου ἔρωτι, ὁ μὲν, συμβαίνων τοῖς νόμοις φαίνοιτο ἂν, οἱ δεδώκασι τὸ ἐπὶ τοιαῖσδε αἰτίαις καὶ ἀποκτείνειν· ἡ δὲ ἀξία μισεῖσθαι καὶ τοῖς μὴ προσήκουσιν, ὑπὲρ ὧν ἑαυτὴν, καὶ τὸν υἱὸν, ᾔσχυνεν. *Verum causam expendenti, quod alieno a matre animo fuisset, quia illa servi amore tenebatur, ipse quidem, consentanea legibus fecisse jure videatur quæ ob crimina istiusmodi etiam occidere concedunt: ista vero, digna odio etiam non propinquorum, quod seipsam, filiumque, tanto probo affecisset.* Licebat tamen viro uxorem suam alteri fruendam tradere. Sopater, *in Hermogenem.* Κατὰ γὰρ τοὺς Αττικοὺς νόμους, ἐξῆν τοῖς ἀνδράσι τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας ἑτέροις ἐσκομίζειν. *Nam, juxta leges Atticas, licebat viris uxores suas ad alios introducere.* Et adducit ibi exemplum cujusdam, qui filio novercam amanti, ejus copiam fecisset.

CAP. VIII.

Lex ambitus; ejusque pœna, supplicium capitis. Archonti ebrietas capitalis. Eundem neque in Comœdia nominatim traducere, neque verberare, licebat: qui delinquerent, pro delicti qualitate, decem millibus drachmarum, aut infamia, mulctabantur.

LEGE ambitus capitis proposita pœna illis erat, qui largitione populum, judicesve, aut magistratum, corrupisse, aut corrumpere voluisse, convicti forent. Demosthenes, *adversus Leptinem.* Εστι δὲ δήπου νόμος ὑμῖν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι, τὸν δῆμον, ἢ βουλὴν ἢ δικαστήριον ἐξαπατήσῃ, τὰ ἔσχατα πάσχειν. *Est vero & lex apud vos, si quis pollicitationibus, vel populum, vel senatum, vel judicium deceperit, eum extremo supplicio afficiendum esse.* Iterum postea. Εστιν ὑμῖν νόμος ἀρχαῖος, τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν, ἐάν τις ὑποσχόμενός τι τὸν δῆμον ἐξαπατήσῃ, κρίνειν· κἂν ἁλῷ, θανάτῳ ζημιοῦν. *Est vobis lex antiqua, ex iis quæ probatæ sunt, si quis aliquid pollicendo verba populo dederit, ut*

judicio sistatur; ac convictus, morte mulctetur. Isocrates, Orat. *de Pace*. Πλείστους δὲ τιθέμενοι νόμους, οὕτως ὀλίγον αὐτῶν φροντίζομεν, ὥστε, θανάτου τῆς ζημίας ἐπικειμένης, ἤν τις ἁλῷ δεκάζων, τοὺς τοῦτο φανερώτατα ποιοῦντας στρατηγοὺς χειροτονοῦμεν. *Cum plurimas tulerimus leges, ita parum has curamus, ut, cum pœna capitis in eum sit sancita, qui ambitus convictus fuerit, eos, qui largitionem palam faciunt, imperatores deligamus.*

Archon, ebrius deprehensus, capite luebat. Diogenes Laertius, in *Solone*, ubi ejus leges quasdam repræsentat. Τῷ ἄρχοντι, ἂν μεθύων ληφθῇ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Archontem, si ebrius deprehensus foret, capite plectendum esse.*

Neque palam in Comœdia eum traducere licitum erat. Scholiastes Aristophanis, *ad Nubes*. Παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος φανερῶς ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν. *Apud Athenienses lex vetabat palam archontem in Comœdia traducere.*

Nec licebat verberare: qui fecisset, decem milibus drachmarum mulctabatur. Sopater, in *Divis. Quæst.* Ὁ ἄρχοντα τύψας ἀποτιννύτω τιμωρίας· ὁ ἰδιώτην, χιλίας. ἄρχων ἄρχοντα ἔτυψε. καὶ ὁ μὲν, αἰτεῖ τιμωρίας· ὁ δὲ, χιλίας δίδωσι, ἡ κατάστασις ἡ τοῦ κατηγόρου ἔχει τὴν γνώμην τῶν θεμένων τὸν νόμον τῶν περὶ τῶν πληγῶν, καὶ τὴν διαφορὰν, τίνος ἕνεκεν· ἐπὶ μὲν ἰδιώτου, χιλίας ἔταξεν, ἐπὶ δὲ ἄρχοντος μυρίας. Sed corruptus valde sane iste locus, & hoc modo corrigendus, Ὁ ἄρχοντα τύψας, ἀποτιννύτω μυρίας. *Qui archontem verberaverit, drachmas decies mille solvat.* Deinde, Καὶ ὁ μὲν, αἰτεῖ μυρίας, ὁ δὲ χιλίας δίδωσι. *Et ille quidem, drachmas decies mille petit: ille vero, mille exhibet.* Denique, Ἔχει τὴν γνώμην τῶν θεμένων τὸν νόμον. *Habet mentem eorum, qui legem posuerunt.* Et occurrit illic postea, locis pluribus.

Si quis etiam coronatum verberasset, aut convitiis proscidisset, is infamis censebatur. Demosthenes, *in Midiam*. Καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταυτὸ τοῦτο. ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον πατάξῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ ἄτιμος ἔστω. *Ac rursum de archonte, idipsum esto. quique coronatum verberaverit, aut conviciis prosciderit, infamis esto.* Ad convitia quod attinet, exstat etiam de istis locus Lysiæ, in Orat. *Pro Milite*. Τοῦ μὲν νόμου διαρρήδην ἀγορεύοντος, τοὺς ἀρχὴν ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν, ἀκηκόατε. *Legem, quæ diserte jubet magistratui, in consessu convitiantem mulctare, audivistis.*

CAP. IX.

Novorum armorum inventori præmium positum. Qui arma hosti dedisset, infamis erat: qui alteri omnem armaturam concessisset, reus capitis habebatur. Libanii locus illustratus. Qui deseruisset ordinem, capite luebat: etiam, quicunque ex acie profugisset, clypeumve abjecisset: at qui eum amisisset, drachmis quingentis luebat. Nec oppignerare item arma licitum. Si quis se equitibus inseruisset, non probatus, bonis omnibus excidebat, & infamia notabatur. Lysiæ locus emendatus.

QUI nova arma invenisset, eum præmio donari lex jubebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν καινὸν ὅπλον εὑρηκότα, δωρεὰν λαμβάνειν. *Lex est, qui nova arma invenit, ut præmio cohonestetur.* Et alio loco. Νόμος, τὸν καινὸν ἐπιδείξαντα ὅπλον, γέρας λαμβάνειν. *Lex est, qui nova ostenderit arma, is ut præmium accipiat.*

Qui arma sua hosti daret, is infamia mulctabatur. Syrianus, in *eodem Commentario*. Καὶ νόμος, τὸν ἀποδόμενον τὰ ὅπλα, ἄτιμον εἶναι. *Et lex jubet, qui arma dedisset eum ipsum infamem esse.*

Qui vero omnem armaturam suam alteri concessisset, reus capitis censebatur. Sopater, *ibidem*. Νόμος, τὸν ἀποδόντα τὴν σκευὴν θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex jubet eum, qui armaturam suam alienaverit, morte puniri.* Huc pertinet Libanii locus, Tom. I. *declam.* XVII. Καὶ νόμον μὲν ὑμεῖς τεθείκατε ἄν τις ὡς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ, ἢ σκευὴν τριηραρχικὰ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis ad Philippum arma ferre convincatur, aut armaturam ad triremium præfectos pertinentem, capite luat.* Quæ vero in armatura censita fuerit, docet Apsines, in *Arte Rhetorica*. Ξίφος εἶχεν, ὑποδήματα εἶχεν, χρυσίον, ἐσθῆτα, ἀσπίδα, δόρυ, πάντα ὅσα σκευὴ κέκληται. *Gladium habuit, calceos habuit, aurum, vestem, scutum, hastam, & quæcunque armaturæ nomine comprehenduntur.*

Aristoteles tria dicit lege prohibita in militia, *Ethic. Nicom.* lib. V. cap. I. Προστάττει δὲ ὁ νόμος, καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν· οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν, μηδὲ φεύγειν, μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα. *Jubet vero lex, etiam viri fortis opera facere: nempe, ordinem non deserere, neque fugere, neque arma item abjicere.* Nunc hæc ordine explicemus.

Qui deseruisset ordinem, mortis reus censebatur. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸ λιπόντα τὴν τάξιν ἀναιρεῖσθαι. *Lex est, qui ordinem deseruerit, ut e medio tollatur.* Auctor *Problem. Rhet.* cap. XL. Νόμος ἐκέλευε, τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἐν πολέμῳ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ ἀναιρεῖσθαι. *Lex jubebat, qui in bello ordinem deseruisset, ut ab imperatore is occideretur.* Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib. I. *Desertor capite plectatur. Desertor quidam fortiter fecit, vult petere præmium.* Marius Victorinus *Ciceronis Rhet. lib.* II. *Lex jubet, desertor capite puniatur.* Calpurnius Flaccus, *Declam.* XV. *Desertor capite puniatur.* Meminit legis de puniendis desertoribus etiam Lysias, Orat. *in Alcibiadem*.

Qui ex acie se in fugam conjecisset, itidem capitis damnabatur. Marcellinus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν κατασείχοντα φυγάδα θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex revertentem profugum occidere jubet.* Et Syrianus. Νόμος, τοὺς κατασείχοντας φυγάδας ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est, ut profugi, cum redierint, ab imperatore capitis supplicio afficiantur.* Cyrus Sophista, *de diff. stat.* Ἐξῆν ἀναιρεῖν τοὺς φυγάδας. *Licebat profugos interficere.*

Qui clypeum abjecisset, capite luebat. Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ῥίψασπιν θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est, qui clypeum abjecerit, capite plecti.*

Qui non bene custoditum amisisset, quingentis drachmis mulctabatur. Ita capio Lysiam, Orat. *in Theomnestum*. Καίτοι περὶ μὲν τοῦ ῥίψαι, οὐδὲν τῷ νόμῳ εἴρηται. ἐὰν δέ τις εἴπῃ, ἀποβεβληκέναι τὴν ἀσπίδα, πεντακοσίας δραχμὰς ὀφείλειν κελεύει. *Cum tamen de abjiciendo quidem, nihil lex dicat: sed, si quis dicat, amisisse clypeum, mulctam indicit drachmas quingentas.* Ad hæc,

Neque oppignerare arma licebat. Suidas, *in* Ἐνέχυρον. Φαίνεται δὲ καὶ τῶν ἀπηγορευμένων εἶναι, μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. λέγει οὖν περὶ τῆς πενίας ὁ Κωμικὸς, ὅτι αὐτὴ τῇ ἑαυτῆς βίᾳ ἀναγκάζει καὶ τοὺς νόμους παραβαίνειν, τοὺς θεσπίσαντας, ὅπλα ἐνέχυρα μὴ τιθέναι. *Videtur vero etiam vetitum fuisse, arma oppignerare. Itaque de paupertate dicit Comicus; quod sua vi cogat transgredi leges, quæ sanxerunt, ne arma oppignerentur.* Verba Comici, quæ respexit, ista ecce sunt e *Pluto* Aristophanis.

> Ποῖον γὰρ οὐ θώρακα, ποίαν ἀσπίδα,
> Οὐκ ἐνέχυρον τίθησιν ἡ μιαρωτάτη.
> *Nam quam loricam, aut quem clypeum,*
> *Non oppigneravit hæc scelestissima?*

Ad quem locum Scholiastes, Φαίνεται ἀπηγορευμένον εἶναι, μὴ θεῖναι τὰ ὅπλα ἐνέχυρα. *Videtur probibitum fuisse, ne arma pignori darentur.*

Ut autem deserere ordinem capitale omnino erat; ita si quis se equitibus miscuisset, antequam probatus esset, bonis omnibus mulctatus, etiam infamia

notabatur. Est insignis in rem istam locus Lysiæ, Orat. *in Alcibiadem* I. Ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι διὰ τοῦθ' ὑμᾶς δικαίως ἂν αὐτῷ ὀργίζεσθαι, ὅτι, τοῦ νόμου κελεύοντος, ἐάν τις ἀδοκίμαστος ἱππεύῃ, ἄτιμον εἶναι ἐτόλμησεν ἀδοκίμαστος ἱππεύειν. καί μοι ἀνάγνωθι τὸν νόμον. ΝΟΜΟΣ. Ὅτι τοίνυν εἰς τοῦτ' ἦλθε πονηρίας, καὶ οὕτως ὑμῶν κατεφρόνησε, καὶ τοὺς πολεμίους ἔδεισε, καὶ ἱππεύειν ἐπεθύμησε, καὶ τῶν νόμων οὐκ ἐφρόντισεν, ὥστε οὐδὲν αὐτῷ τῶν κινδύνων ἐμέλησεν, ἀλλ' ἐβουλήθη καὶ ἄτιμος εἶναι, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημευθῆναι, καὶ πάσαις ταῖς κειμέναις ζημίαις ἔνοχος γενέσθαι, μᾶλλον ἢ τῶν πολιτῶν εἶναι, καὶ ὁπλίτης γενέσθαι. *At ego existimo, nos jure ipsi succensere, quod non probatus, equitare ausus fuerit, cum lex jubeat, infamem esse, quisquis, antea non probatus, equitaverit. Ac legem quidem mihi recita. LEX. Itaque huc perversitatis ipse venit, atque ita vos contempsit, timuitque etiam hostes, ut voluerit equitare, nec periculorum istorum rationem ullam habuerit, verum & infamis esse, & mulctari bonis suis, atque pœnis, quotquot constitutæ, affici, potius duxerit, quam censeri inter cives, ac militia gravis armaturæ fungi.* Sed in fine mendum censeo. Quid enim, an equites Athenienses non censendi inter cives? Quis id sanus affirmaverit? Ergo emendo, Μᾶλλον ἢ κατὰ τῶν ὁπλιτῶν εἶναι. *Potius quam cum gravis armaturæ militibus censeri.* Ac non licuisse inter equites adsciscì, nisi probatos, indicat ejusdem Lysiæ iste locus, in Orat. *Pro Mantitheo*. Ἑτέρων ἀναβάντων ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀδοκιμάστων παρὰ τὸν νόμον. *Aliis equos inscendentibus, cum probati nondum essent, contra legem.*

CAP. X.

Militare vetabantur, qui ægroti, aut infames. Qui ter fortiter fecisset, præmium quidvis petebat: tum deinceps a militia vacabat, & in templo arma cuncta consecrabat. Qui hostilem aciem perrupisset: itidem quodcunque præmium postulabat: sicut etiam, quisquis urbem conservasset. Qui in bello mutilati, ex ærario alebantur, ex lege Pisistrati. Qui in bello cecidissent, ipsis pariter, ac parentibus quoque eorum, liberisque, summus honos habebatur. Ipsi quidem, domum relati, sumptu publico sepulti; & sacris, ludis, funebrique oratione, quam dicebant primo patres, inde optimi oratores, honestati. Parentes vero, ab injuria qualicunque vindicati. Liberi, publice educati, usque ad pubertatis tempus: hinc remissi domum suam, & donati universa armatura. Ludorum funebrium uti & orationum, ab oratoribus habitarum, origo denique indicata.

ARCEBANTUR a militia, quotquot morbo laborarent, Sopater, in *Divis. Quæst.* Νόμος, τὸν νοσοῦντα μὴ στρατεύεσθαι. *Lex vetabat militare male habentem.*

Etiam infamis quisque. Marius Victorinus, *ad Ciceronis Rhet. lib.* II. *Infamis ne militet.*

Qui ter fortiter fecisset, is quod vellet postulare præmium poterat. Sopater, *in Hermogenem*, Νόμος, τὸν τρισαριστέα αἰτεῖν ὃ βούλεται. *Lex eum, qui ter fortiter fecisset, præmium quodvis petere jubet.* Idem, in *Divis. Quæst.* Νόμος, τὸν ἀριστέα λαμβάνειν ἣν βούλεται δωρεάν. *Lex est, qui fortiter fecit, ut præmium, quod velit, accipiat.* Auctor *Problem. Rhet.* cap. II. Νόμος ἐκέλευε, τὸν ἀριστεύσαντα ἐν πολέμῳ λαβεῖν, ὅπερ ἂν αἰτήσηται. *Lex jubebat, eum, qui fortiter in bello fecerat, accipere quicquid peteret.* Ac videndus idem rursum, capp. XIX. LI. LX. Et id quidem intra diem tricesimum. Sopater, in *Divis. Quæst* Νόμος, ἐντὸς ἡμερῶν τριάκοντα τὸν ἀριστέα λαμβάνειν τὸ γέρας *Lex est, ut, qui fortiter fecit, intra dies triginta præmium accipiat.* Neque hoc tantum illi honoris ergo datum, verum etiam ut deinceps a militia vacaret. Calpurnius Flaccus, *Declam.* XV. *Ter vir fortis, militia vacet.* Itaque arma universa in templo aliquo dedicabat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος τὸν ἀριστέα εἰς ἱερὸν τὴν πανοπλίαν ἀνατιθέναι. *Lex est, qui fortiter fecit uti arma universa in templo consecret.* Hinc ille apud Calpurnium Flaccum, in *citata Declamatione*: *Consecrata jam dudum arma deposui.*

Qui hostilem quoque aciem perrupisset, itidem, quod vellet, præmium postulabat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ῥήξαντα τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων, αἰτεῖν ἣν βούλεται δωρεάν. *Lex est, qui phalangem hostium perrupisset, ut præmium, quod vellet, peteret.* Et Marcellinus. Νόμος, τὸν πρῶτον διαρρήξαντα τὴν φάλαγγα τῶν πολεμίων ἀξιοῦσθαι δωρεᾶς. *Lex est, qui primus hostium phalangem perrupisset, ut præmio honestaretur.*

Pari modo, quisquis urbem conservasset. Libanius, Tom. I. *Declam.* XXXI. Ἐντεῦθεν ὑμῖν, ὥσπερεὶ κῆρυξ, ὁ νόμος βοᾷ δότε τῷ σεσωκότι τὴν πόλιν ἣν βούλεται δωρεάν. *Hinc vobis lex, ceu præco, clamat: date urbis servatori præmium, quodcunque volet.*

Qui in bello mutilati, ex ærario alebantur. Syrianus, *in Hermogenem* Τοῦ νόμου κελεύοντος τοὺς πηροὺς τρέφεσθαι ἐκ τοῦ ταμείου. *Lege jubente, ut mutilati ex ærario alantur.* Aristides de iisdem capiendus, in *Panathenaica*. Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων ἐνομίσατε, τοὺς ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν. *Soli omnium hominum lege sanxistis, ut publice invalidi cives alerentur.* Erat autem lex hæc lata a Pisistrato; ut de eo auctor nobis est Plutarchus, in *Solone*. Καὶ νόμους αὐτὸς (ὁ Πεισίστρατος) ἑτέρους ἔγραψεν· ὧν ἐστὶ καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων. *Et leges ipse (Pisistratus) alias scripsit: inter quas & illa est, quæ in bello mutilatos publice alere jubet.*

Qui in bello cecidissent, ipsis pariter, ac parentibus, liberisque item eorum, summus honos habebatur. At ipsorum quidem corpora Imperator reportare tenebatur. Sulpitius Victor, in *Instit Orat. Imperator militum corpora in prælio peremptorum revehebat in patriam: orta tempestate, cadavera abjecit. Accusatur, quod læserit Remp.* Hinc sepulti sumptu publico, sacris item, atque ludis, honorati: liberique publice educabantur. Lesbonax, in *Protreptico*. Ποῖος ἡδίων θάνατος, τίνες εὐκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες; δημοσίου τάφου ἀξιοῦνται. θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται· ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται. ἀντὶ θνητοῦ σώματος ἀθάνατον μνῆμα καταλείπουσιν. οἱ δὲ τούτων παῖδες δημοσίᾳ ἐκτρέφονται. *Quænam mors dulcior? aut quorum post mortem major gloria est? sepulcro publico digni esse existimantur, sacra in honorem eorum peraguntur, ac pro corpore mortali monumentum immortale relinquunt: liberi vero eorum publice enutriuntur.* De publico funere, & oratione funebri, est Demosthenis iste locus, in Orat. *adversus Leptinem*. Πρῶτον μὲν γὰρ μόνοι τῶν πάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς (ἐν πολέμῳ) τελευτήσασι δημοσίᾳ τὰς ταφὰς ποιεῖσθε, καὶ λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα. *Primum enim soli omnium mortalium eos, qui in bello ceciderunt, publice sepelitis, & orationibus funebribus ornatis, in quibus facta virorum fortium prædicantur.* Quod liberi educarentur, etiam Diogenes Laertius tradit, in *Solone*, lib. I. Μόνων ἐκείνων τῶν ἐν τοῖς πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τοὺς υἱοὺς δημοσίᾳ τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι. *Tantum eorum, qui in bellis cecidissent: quorum liberos publice alendos esse, & docendos.* Alebantur vero usque ad pubertatem: tunc, donati integra etiam armatura, domum suam remittebantur. Aristides, in *Panathenaica sua*. Μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομίσατε. τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτῶν μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτος λέγειν· τοὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφειν ἄχρις ἥβης, καὶ τηνικαῦτα ἀποπέμπειν ἐπὶ τοὺς πατρῴους οἴκους μετὰ τῶν πανοπλιῶν· τοὺς δ' ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν. *Soli autem omnium*

hominum tria hæc sanxistis lege: ut, qui pro patria A *obiissent, cum ipsi quotannis ad sepulcra publice laudarentur, tum eorum quoque liberi usque ad pubertatem publico sumptu alerentur, postea paternam domum integra cum armatura remittendi: debilesque item cives publice nutrirentur.* Nec duntaxat liberis prospectum fuit, verum etiam parentibus: quos injuria ulla afficere, lex vetabat. Plato docet, in *Menexeno*. Τῆς δὲ πόλεως ἴστε που καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι, νόμους θεμένη περὶ τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γεννήτορας, ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προστέτακται τῇ ἀρχῇ, ἥπερ μεγίστη ἐστὶν, ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες. τοὺς δὲ παῖδας, συνεκτρέφει αὐτή. *Et ipsi* B *reip. curam nostis; quæ, cum leges ferret de eorum, qui in bello cecidissent, liberis, ac parentibus, supremo magistratui mandavit, ut curaret, ne in bello defunctorum parentes, supra cæteros cives omnes, injuria ulla afficerentur: liberos vero, ipsa una educat.* Observa autem, in *citatis* Aristidis statim *verbis*, virtutem eorum ad sepulcra annis singulis laudatam: id ipsum vero uti facerent, honoris ergo, parentibus eorum datum. Ecce tibi apud Polemonem, in lemmate Orationis funebris, quæ *Cynægiro* dicta fuit, & *Callimacho*. Νόμου ὄντος Ἀθήνησι, τὸν πατέρα τοῦ ἄριστα ἀποθανόντος ἐν πολέμῳ λέγειν τὸν ἐπιτάφιον, Καλλιμάχου καὶ Κυναιγείρου πατέρες δικάζονται. *Cum lex* C *sit Athenis, ut pater ejus, qui bello fortissime cecidit, orationem funebrem dicat, Callimachi & Cynægiri patres in judicio contendunt.* Unde mox, in *Declamatione* ipsa, Callimachi pater. Διὰ ταῦτα ἐμοὶ τὸν λόγον προσήκειν μᾶλλον δίκαιον. ὑπ' ἐμοῦ δὲ δεῖ καὶ λέγοντος καλῶς τιμηθῆναι τὸν τάφον, ὃν ἐκόσμησα τῷ πολλῷ μου νεκρῷ. *Propterea mihi justius oratio convenit, etenim me dicente oportet pulcre honorari sepulcrum, quod ingenti cadavere meo ornavi.* Post Mardonium profligatum, ut hoc optimis oratoribus mandaretur, constitutum est. Diodorus Siculus, in ea historia, *lib.* XI. Καὶ νόμον (ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος) ἔθηκε, λέγειν ἐγκώμιον τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων. *Et legem (populus Atheniensis) po-* D *suit, ut virtutem eorum, qui publica sepultura honestati forent, delecti ad hoc oratores prædicarent.* Quod ad ludos autem attinet, etiam illi eo tempore instituti. Diodorus, *loco citato*. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐκόσμησε τοὺς τάφους τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε. *Ad hunc modum Atheniensium quoque populus sepulcra eorum, qui bello Persico ceciderant, exornavit: & funebrium tunc ludorum certamen primum instituit.*

CAP. XI.

E

Dux exercitus esse non poterat, qui litem in judicio haberet; nec qui antea non militasset, liberosve non haberet, neve electus item esset. Electus, revocari haud poterat. In bellum exiturus, filiam, si quam haberet, apud collegam deponebat. Bellum non decernebatur, nisi post deliberationem tridui: nec educebatur miles, ante diem mensis septimum: neque prælium commissum, nisi agnum, quem mittebant per præconem, hostium quidam accepisset. Ea re quid indicatum. Post victoriam, præda ad ducem pertinebat.

F

IN exercitus imperatore eligendo, varia cavebant leges. Inter ista,

Ne cum quoquam in judicio litem haberet. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν στρατηγὸν μὴ ἔχειν δίκας. *Lex est, ne exercitus imperator lites habeat.*

Neque eum legere permissum fuit, qui non ante militasset. Syrianus, *in eundem*. Νόμος, τὸν ἀστράτευτον μὴ στρατηγεῖν. *Lex est, qui non militavit, ne exercitum ducat.*

Nec, qui liberis careret, Auctor *Problem. Rhet.* cap. III. Νόμος ἐκέλευε, τὸν ἄπαιδα μὴ στρατηγεῖν. *Lex eum, qui liberos non haberet, exercitum ducere prohibebat.* Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ἄπαιδα μὴ στρατηγεῖν. *Lex est, qui liberos non habet, ne exercitum ducat.*

Neque illi ducere permissum fuit, qui non electus esset. Sopater alibi, *ad eundem*. Νόμος, τὸν ἀχειροτόνητον μὴ στρατηγεῖν. *Lex est, ne quis non electus exercitum ducat.*

Postquam autem lectus foret, & exercitum eduxisset, ne liceret revocare, cautum est ab Alcibiade. Scholiastes Aphthonii. Ἀλκιβιάδης, μετὰ τὰ κατὰ Κύζικον, εἰσφέρει νόμον, μηδένα στρατηγὸν ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἀνακαλεῖσθαι. *Alcibiades, post res apud Cyzicum gestas, legem statuit, ne dux quispiam ab exercitu revocetur.*

In bellum autem egressurus, filiam, si forte haberet, apud collegam deponebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ἐξιόντα στρατηγὸν ἐπὶ πόλεμον, εἰ ἔχοι θυγατέρα, παρατίθεσθαι τῷ συστρατηγῷ τὴν θυγατέρα. *Lex est, ut dux exercitus, ad bellum exiens, filiam, si habeat, apud collegam deponat.*

Bellum vero antequam decerneretur, triduo deliberare lex jubebat. Apsines, *cap.* Περὶ καταστάσεως. Νόμου ὄντος, ἐν τρισὶν ἡμέραις βουλεύεσθαι περὶ πολέμου, ἀξιοῦντος Δημοσθένους ἐξιέναι αὐθημερὸν, Αἰσχίνης ἀνθίσταται. *Cum lex juberet, triduum de bello deliberare, ac Demosthenes uno eodemque die exeundum censeret, Æschines resistit.* Marcellinus, *in Hermogenem*. Νόμος ἐκέλευε, ἐν τρισὶν ἡμέραις περὶ πόλεμον βουλεύεσθαι. *Lex jubebat, per tres dies de bello deliberare.* Syrianus. Ὥσπερ ἐποίησε Δημοσθένης, τὴν Ἐλάτειαν Φιλίππου καταλαβόντος, λύσας τὸν νόμον, τὸν ἐν τρισὶν ἡμέραις βουλεύεσθαι περὶ πολέμου προστάττοντα. *Quemadmodum Demosthenes fecit, cum, capta a Philippo Elatea, legem, quæ triduum de bello deliberandum statuebat, abrogasset.*

Ac, cum jam decretum esset, educere exercitum ante septimum mensis diem non licebat. Suidas. Ἀθήνησιν ἀπείρητο, ἐντὸς ἑβδόμης στρατιὰν ἐξάγειν. *Vetitum Athenis erat, exercitum educere ante diem septimum.* Plenius Hesychius. Ἀπείρητο Ἀθήνησι, στρατιὰν ἐξάγειν πρὸ τῆς τοῦ μηνὸς ἑβδόμης. *Interdictum Athenis erat, exercitum educere ante septimum mensis diem.* Ac totidem verbis Zenobius, *Cent.* III. *Proverb.* LXXIX. & Lucillus Tarrhæus, in *Collect. Proverb.* in Ἐντὸς ἑβδόμης.

Postquam vero exercitus eductus esset, pugnam inire non licebat, antequam emissum agnum hostium quis, hunc exspectans, accepisset. Hesychius. Νόμος ἦν Ἀθήνησι, μὴ πρότερον συμβάλλειν, πρὶν ἢ τὸν ἄρνα προσμένων τις λάβῃ τῶν πολεμίων. *Lex erat Athenis, non ante confligere, quam agnum aliquis hostium, qui exspectabat, accepisset.* Ac quid sibi hac re vellent, docet Diogenianus, *Cent.* II. *Proverb.* XCVI. Οἱ πόλεμον αἱρεῖν βουλόμενοι, κήρυκα ἔπεμπον, ἄρνα ἐπιφερόμενον, ὃν ἠφίει ἔνδον· ἐνδεικνύμενος, μηλόβοτον αὐτῶν τὴν οὐσίαν ἔσεσθαι, καὶ τὴν πόλιν. *Qui suscipere bellum vellent, præconem mittebant, agnum afferentem, quem intro dimittebat; significans, ipsorum bona, atque urbem, ovibus depascendam fore.* Lucillus Tarrhæus, *in* Ἄρνα προβάλλειν. Οἱ πολεμεῖν βουλόμενοι, κήρυκα ἔπεμπον, ἄρνα ἐπιφερόμενον, ὃς ἠφίει ἔνδον τὸν ἄρνα. μηλόβοτον τὴν πόλιν αὐτῶν ἐκ τούτου δεικνύων ἔσεσθαι. *Qui bellum gerere cuperent, præconem mittebant, agnum afferentem, & eum intro dimittentem: ea re ostendens fore, ut eorum urbem agni etiam depascerentur.*

Post commissum autem prælium, si superiores essent, præda ad exercitus ducem pertinebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὰ ληϊζόμενα

λάφυρα τοῦ στρατηγοῦ εἶναι. *Lex est, ut spolia inventa sint ducis:*

CAP. XII.

Distractis factione civibus, non licebat inter partem utramque medium conquiescere. Legis ratio, & peccantium hic pœna: sed quæ varie memoratur.

IN dissidio intestino, qui se neutri parti adjungeret, ex Solonis lege quadam infamis erat. Plutarchus in *ejus Vita*. Τῶν δ' ἄλλων αὐτοῦ νόμων, ἴδιος μὲν μάλιστα, καὶ παράδοξος, ὁ κελεύων ἄτιμον εἶναι, τὸν ἐν στάσει μηδετέρας μερίδος γενόμενον, *Ex cæteris ejus legibus, peculiaris quidem maxime est, ac præter communem opinionem, illa quæ eum, qui in seditione partem neutram sequutus fuisset, infamem esse jubet*, Item, *de Sera numinis vindicta*. Παραλογώτατον δὲ τὸ τοῦ Σόλωνος, ἄτιμον εἶναι, τὸν ἐν στάσει πόλεως μηδετέρᾳ μερίδι προσθέμενον. *Alienissimum vero a ratione etiam istud Solonis; ut infamis sit, qui in seditione neutri se parti adjunxerit*: Ac rursum occurrit, in *Præceptis reip. ger.* & *de solertia animalium*. Joannes Cantacuzenus, *Hist.* lib. IV. cap. XIII. *Lycurgi legum parum observantes, uni tantum Solonis studiose obediunt, notantis infamia cives, qui in civitate neutrarum partium fuissent*. quod pœnam attinet, aliam, & graviorem, refert Gellius; bonorum nempe publicationem, & exilium. Ecce verba, *lib.* II. *cap.* XII. *In legibus Solonis, illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut æternæ manerent, pœnis, & religionibus, sanxerant, legem esse Aristoteles refert, scriptam ad hanc sententiem. Si ob discordiam, dissensionemque seditio atque discordia populi in duas partes fieret, & ob eam causam, irritatis animis, arma utrinque caperentur, pugnareturque, tum qui eo tempore, in eoque casu civilis discordiæ, non alterutri parti sese adjunxerit, sed solitarius, separatusque, a communi malo secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto: exsul, extorrisque, esto*. Cicero vero, omnium gravissimam dicit, nempe mortem. Verba ejus habent, *ad Atticum*, lib. X. epist. I. *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset*. Vides hic dissensum Auctorum. Meminit legis, etiam Nicephorus Gregoras, *lib.* IX. Οὔτε γὰρ δίκαιον ἦν, ἡμᾶς μηδεμιᾷ προσκεῖσθαι μερίδι, τοῦ Σόλωνος τοῦτο προτρέποντος. *Neque enim æquum erat, nos neutri parti studere, Solone ad id exhortante*. Rationem vero hujus legis exponit ipse Plutarchus, *loco citato*. Βούλεται δὲ, ὡς ἔοικε, μὴ ἀπαθῶς, μηδ' ἀναισθήτως, ἔχειν πρὸς τὸ κοινὸν, ἐν ἀσφαλεῖ θέμενον τὰ οἰκεῖα, καὶ τῷ μὴ συναλγεῖν, μηδὲ συννοσεῖν τῇ πατρίδι, καλλωπιζόμενον· ἀλλ' αὐτόθεν τοῖς τὰ βελτίω καὶ δικαιότερα πράττουσι προσθέμενον, συγκινδυνεύειν, καὶ βοηθεῖν μᾶλλον, ἢ περιμένειν ἀκινδύνως τὰ τῶν κρατούντων. *Vult enim, ut videtur, ne quis, rebus suis in tuto collocatis, nullo publici incommodi sensu afficiatur, aut se ullo publici doloris affectu commoveri glorietur: sed ut illico, partibus se melioribus justioribusque multo, applicando, in periculi communis societatem veniat, opemque ferat potius, quam sine periculo sustineat, dum victorem fors ostendat*. Et Aulus Gellius, *loco citato*. *Quum hanc legem Solonis, singulari sapientia præditi, legissemus, tenuit nos gravis quædam in principio admiratio, requirentes, quam ob causam dignos pœna existimaverit, qui se procul a seditione, & civili pugna, removissent. Tum, qui penitus, atque alte, usum ac sententiam legis inspexerat, non ad augendam, se ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicecebat. Et res prorsum sic se habet. Nam, si boni omnes, qui in principio coercendæ seditioni impares fuerint, populumque partitum, & amentem, non deterruerint, & ad alterutram partem divisi sese adjunxerint, tum eveniet, ut, quum socii partis seorsum utriusque fuerint, eoque partes ab iis, ut majoris auctoritatis viris, temperari, ac regi cœperint, concordia per eos potissimum restitui, conciliarique, possit: dum & suos, apud quos sunt, regunt, atque mitificant: & adversarios servatos magis cupiunt, quam perditos*.

CAP. XIII.

Orbæ, impotenti nuptæ, transire ad alterum licebat. Ducere quoque eam genere proximus aut elocare, & dotem quingentarum drachmarum attribuere, tenebatur. Postea tamen mille drachmæ constitutæ: ita tamen, ut discrimen inter pentacosiomedimnos, equitesque, & Zygitas, aliquod esset. Si quis nollet, hunc deferre ad archontem cuilibet permissum fuit: isque, si deesset muneri, drachmis mille mulctabatur.

EX ejusdem Solonis lege, orbæ opulentæ licuit, si, qui eam ex lege sibi vindicasset, ad complexum impotens esset, proximis consanguineis se adjungere. Plutarchus, in *Solone*. Ἄτοπος δὲ, καὶ γελοῖος, δοκεῖ ὁ (νόμος) τῇ ἐπικλήρῳ διδοὺς, ἂν ὁ κρατῶν, καὶ κύριος γενόμενος κατὰ τὸν νόμον, αὐτὸς μὴ δυνάμενος ᾖ πλησιάζειν, ὑπὸ τῶν ἔγγιστα τοῦ ἀνδρὸς ὀπυίεσθαι. *Absurda autem, & ridicula, videtur lex illa, quæ orbæ concedit; si ille, qui eam ex lege habet, dominus illius factus, rem cum ipsa habere nequeat, ut ex mariti proximis quemquam admittat*. Sed mox quoque causam reddit. Καὶ τοῦτο δ' ὀρθῶς ἔχειν τινές φασι πρὸς τοὺς μὴ συνιέναι δυναμένους, χρημάτων δ' ἕνεκα λαμβάνοντας τὰς ἐπικλήρους, καὶ τῷ νόμῳ καταβιαζομένους τὴν φύσιν. ὁρῶντες γὰρ, ᾧ βούλεται, τὴν ἐπίκληρον συνιοῦσαν, ἢ προήσονται τὸν γάμον, ἢ μετ' αἰσχύνης καθέξουσι, φιλοπλουτίας, καὶ ὕβρεως δίκην διδόντες. εἰ δ' ἔχει καὶ τὸ, μὴ πᾶσιν, ἀλλὰ τῶν συγγενῶν ἀνδρός ᾧ βούλεται διαλέγεσθαι τὴν ἐπίκληρον, ὅπως οἰκεῖον ᾖ, καὶ μετέχον τοῦ γένους, τὸ τικτόμενον. *Atqui ajunt nonnulli, recte id constitutum fuisse in eos, qui, inhabiles cum sint ad Venerem, pecuniæ tamen causa divites illas orbas matrimonio sibi jungunt, inferuntque vim naturæ, ob legis privilegium. Cum enim cernunt, licere orbæ, quem velit, admittere, vel abstinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas, cum opprobrio avaritiæ, & improbitatis, pœnam dantes. Bene est etiam, quod non quemlibet, sed e viri necessariis quem eligeret, orba admittat, quo proles de familia sit, & stirpe ejus*. In illis vero legis verbis altera quoque memoratur, cum inquit: Ο κρατῶν, καὶ κύριος γενόμενος κατὰ τὸν νόμον. *Qui eam habet, & dominus factus est juxta legem*. Intelligit autem illam legem, etiam a Solone latam, quæ jubebat, ut orbam genere proximus duceret, aut, quingentis drachmis datis, elocaret. Diodorus Siculus, *lib.* XII. Τρίτος δὲ νόμος διωρθώθη ὁ περὶ τῶν ἐπικλήρων, ὁ καὶ παρὰ Σόλωνι κείμενος. ἐκέλευσε γὰρ τῇ ἐπικλήρῳ ἐπιδικάζεσθαι τὸν ἔγγιστα γένους, ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπίκληρον ἐπιδικάζεσθαι τῷ ἀγχιστεῖ. ᾧ ἦν ἀνάγκη συνοικεῖν, ἢ πεντακοσίας ἐκτίσαι δραχμὰς εἰς προικὸς λόγον τῇ πενιχρᾷ ἐπικλήρῳ. *Tertia etiam lex de orbis, quam & Solon promulgavit, correcta fuit. Jubebat enim, ut genere proximus orbam jure in matrimonium sibi posceret, & vicissim illa quoque nuptias sibi genere proximi ex lege assereret. Atque huic necesse erat, orbam ducere, quamvis pauperem, aut quingentas ei drachmas dotem dare*. Et est hæc ipsa lex, de qua Auctor *Etymologici*. Θῆττα ἐπίκλην, οὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τὸν νόμον. *Thetta cognomento, dotem non habens: inops relicta a*

patre, & a genere proximis dotata juxta legem. Si quis autem elocare recusaret, ipse ducere cogebatur. Julius Pollux, *lib.* III. *cap.* III. Η μέντοι κλῆρον ἐκ ἔχουσα πατρῷον, θῆσσα καλεῖται· ἣν ὁ ἀγχιστεὺς ἐκδίδωσιν, ἂν ἑτέρα συνοικῇ, ἢ πάντως γαμεῖ. *Quæ paternam hæreditatem non habet, Thessa vocatur. quam, si alteri cohabitet, genere proximus elocat, aut omnino ipse ducit.* Sic Terentius capiendus est in *Phormione*, Act. I. Sc. II.

Lex est, ut orbæ, qui sint genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.

Ubi Donatus. *Orbam proximus ducat, Atticum jus est. Lex est, ut orbæ eis nubant, qui sint proximi.* Dotem autem lex præscribebat minas quinque, ut jam dixi: ac confirmat Harpocration, *in* Ἐπίδικος, Δείκνυται καὶ ὅτι τὰς ἀπορουμένας κόρας ἐξεδίδοσαν οἱ ἄγχιστα γένους, πέντε μνᾶς ἐπιδιδόντες. *Ostenditur etiam, quod virgines inopes elocabant genere proximi, additis quinque minis.* Iterum, *in* Θῆτες. Ἐπάναγκες δὲ ἦν τοῖς ἔγγιστα γένους τὰς θήσσας ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι. *Necessarium erat genere proximis virgines egenas aut ducere uxores, aut minas quinque dare.* Et ecce iterum in *citata Phormione*, Act. II. Sc. III.

Etsi mihi facta injuria est, verum tamen,
Potius quam lites secter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, id quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe

Suidas de quingentis drachmis ait, quod tantundem est: siquidem quingentæ drachmæ, uti notum viris doctis, quinque minas faciebant. Θῆττα, ἐπίκληρος, οὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρός. ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη, κατὰ τὸν νόμον τῶν πεντακοσίων δραχμῶν. *Thetta, orba, dotem non habens egena a patre relicta: sed a genere proximis dotem accipiens, juxta legem de quingentis drachmis.* Sed sciendum, discrimen fuisse inter pentacosiomedimnos, equites, & Zygitas. Nam quingentas has drachmas, sive quinque minas: primi illi tantum pendebant; equites, trecentas drachmas, seu tres minas: Zygitæ, drachmas centum supra quinquaginta, sive etiam sesquiminam. Observare est ex Demosthene, Orat. *in Macartatum.* Τῶν ἐπικλήρων, ὅσαι θητικῶν τελοῦσιν, ἐὰν μὴ βούληται ἔχειν ὁ ἐγγύτατα γένους, ἐκδιδότω ἐπιδούς. ὁ μὲν πεντακοσιομέδιμνος, πεντακοσίας δραχμάς. ὁ δ᾽ ἱππεὺς, τριακοσίας· ὁ δὲ ζευγίτης, ἑκατὸν πεντήκοντα πρὸς τοῖς αὐτῆς. *Pupillarum aliquam, quæ in proletariorum ordine sunt, si habere noluerit genere proximus, dote data elocato. Pentacosiomedimnus quidem, quingentis drachmis; eques, trecentis; Zygita, centum quinquaginta, præter ea quæ ipsa habeat.* Ad pentacosiomedimnos quod attinet, & quingentas horum drachmas, postea cum parum id esse videretur, decem minas, sive mavis drachmas mille, dotem earum esse placuit. Id Eustathius nos docet, ex Aristophane Grammatico, *ad Iliad.* φ΄. Θῆσσα μέντοι παρ᾽ αὐτῷ καινότερον δηλοῖ, θῆσσα γάρ, φησι, ἣν πατὴρ καταλέλοιπε πένης ὤν, αὕτη δὲ, φησὶν ἐπὶ τὸν πλησίον τοῦ γένους πορεύεται κατὰ νόμον ἀναγκάζοντα τοῦτο. καὶ ὁ μὴ αἱρούμενος γῆμαι, πέντε μνᾶς ἀποτίνει, ὡς ἔταξε Σόλων. ἐν δὲ τοῖς ἐπικαινισθεῖσι νόμοις, μετέδοξε τοῦτο ὡς μικρὸν, καὶ ἐγένοντο δέκα μναῖ. *Thessa quidem apud ipsum recentius aliquid significat. Thessa enim, inquit, est, quam relinquit inops pater. Hæc vero, ait, ad proximum consanguineum transit, juxta legem, quæ id cogit: &, qui ducere illam nollet, quinque drachmas persolvebat, ex præcepto Solonis. Sed in legibus renovatis id mutandum visum fuit, veluti parvum, ac constitutæ minæ decem.* Ex hac lege renovata, hoc est, quod Eugraphius dicit, in citatum e Terentii *Phormione* locum. *In lege scriptum est, Orbam proximus ducat. aut decem millia dotis det, ut, accepta dote, discedat.* Decem millia, nempe æris, (sic Latine maluit dicere,) idem sunt, quod decem minæ: nam denarius, & drachma, idem omnino valebant: uti notum eruditis. Quod si vero eodem gradu plures forent, ex æquo contribuebant, ac si plures item cognatæ, is qui proximus, unam tantum elocare tenebatur, & si quispiam recusaret, eum cuilibet ad archontem deferre permittebatur, qui parere legi cogeret. Ille vero, nisi muneri satisfaceret, drachmis mille, Junoni sacris, mulctabatur. Demosthenes, *loco citato.* Ἐὰν δὲ πλείους ὦσιν ἐν αὐτῷ γένει τῇ ἐπικλήρῳ, πρὸς μέρος ἐπιδιδόναι ἕκαστον. ἐὰν δ᾽ αἱ γυναῖκες πλείους ὦσι μὴ ἐπάναγκες εἶναι ἢ μίαν ἐκδοῦναι τῷ ἐν γένει, ἀλλὰ τὸν ἐγγύτατα δεῖ ἐκδιδόναι, ἢ αὐτὸν ἔχειν. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῷ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάζῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς, ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Si vero plures fuerint in eadem familia, pro portione quisque pupillæ conferat. Quod si mulieres plures fuerint, ne necesse sit cognato plures una elocare: sed proximus aut elocato, aut ipse ducito. Quod nisi genere proximus eam vel elocaverit, vel duxerit, archon eum cogat aut elocare, aut ipsum ducere: ac ni coegerit archon debeat mille drachmas, Junoni sacras. Citet autem eum ad archontem quisquis velit.*

CAP. XIV.

Dos mulierum cæterarum, & matrimonii institutum: tum sororum consanguinearum nuptiæ. Senecæ locus illustratus. Cornelii Nepotis, ac Minutii Felicis, error indicatus.

ATQUE ita dos orbarum virginum constituta fuit: in cæterarum matrimoniis, nil permittebatur dari, quam tres vestes, & nonnullam parvi pretii supellectilem. quippe sic censebat Solon legis auctor, non debere matrimonium mercenarium, aut venale quasi, esse: verum liberorum tantum quærendorum, & amicitiæ, gratiæque, causa contrahi. Plutarchus, in *ejus Vita*· Τῶν δ᾽ ἄλλων γάμων ἀφεῖλε τὰς φερνὰς, ἱμάτια τρία, καὶ σκεύη μικροῦ νομίσματος ἄξια, κελεύσας, ἕτερον δὲ μηδὲν, ἐπιφέρεσθαι τὴν γαμουμένην. οὐ γὰρ ἐβούλετο μισθοφόρον, ἢ ὤνιον εἶναι τὸν γάμον, ἀλλ᾽ ἐπὶ τεκνώσει, καὶ χάριτι, καὶ φιλότητι, γενέσθαι τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς συνοικισμόν. *Cæteris conjugiis detraxit dotes, sponsamque præter tres vestes, & parvi pretii supellectilem: nec aliud quicquam, inferre jussit. Neque enim meritorium, aut venale, nuptiarum fœdus esse cupiebat; sed liberorum, gratiæque, & amicitiæ item causa, virum ac mulierem consociari.* Neque dubium, quin supellex quoque ista a Solone expressa fuerit: nam sartaginem nominat Pollux, *l.* I. *c.* XII. *sect.* XV. Σόλων δὲ καὶ τὰς νύμφας, ἰούσας ἐπὶ τὸν γάμον, φρύγετρον φέρειν. *Solon vero, etiam sponsas, ad nuptias euntes, sartaginem ferre jussit.* Certe Solonem voluisse nuptias contrahi liberorum tantum quærendorum causa, idque lege statuisse, refert etiam, quanquam omisso Solonis nomine, Isidorus Pelusiota, *lib.* III. *epist.* CCLXIII. Καὶ παρ᾽ Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ᾽ ἀρότῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι. *Et apud Athenienses legitimum conjugium liberorum quærendorum causa fieri dicebatur.* Et huc respexit Nonnus, *Dionysiacorum* lib. XLI.

Καὶ Θέμις Εἰλείθυια, καὶ οἰδαλέου διὰ κόλπου
Στεινομένης ὠδῖνος ἀναπτύξασα καλύπτρην,
Ὀξὺ βέλος κούφιζε πεπαινομένου τοκετοῖο,
Θεσμὰ Σόλωνος ἔχουσα. ——
Et themis Ilithyia, tumidum per sinum,
Angustato partu, expandens tegumentum,
Acutum telum sustulit maturato partu,
Leges Solonis habens. ——

Statuit etiam, ut sponsa cum sponso concluderetur,

tur, malumque cum eo Cydonium comederet. Plutarchus, *loco citato*. Εἰς τοῦτο συντελεῖ, καὶ τὸ, τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκαθείργνυσθαι, μήλου Κυδωνίου συγκατατραγοῦσαν. *Huc facit item, quod sponsa cum sponso concludatur, ut malum Cydonium cum eo edat.* Iterum, in *Præceptis Conjug.* Ὁ Σόλων ἐκέλευε τὴν νύμφην τῷ νυμφίῳ συγκατακλίνεσθαι, μήλου Κυδωνίου κατατραγοῦσαν. *Solon jubebat, sponsam cum sponso in lecto collocari, ut malum Cydonium cum eo comederet.* Permisit autem matrimonia quam latissime: etiam sororum, quanquam tantum consanguinearum; non item uterinarum. Philo, *de Leg. Spec.* lib. II. Ἑξῆς ἐστὶ παράγγελμα, μηδ᾽ ἀδελφὴν ἐγγυᾶσθαι, πάνυ σπουδαῖον, καὶ συντεῖνον εἰς ἐγκράτειαν ὁμοῦ καὶ εὐκοσμίαν. ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους ἐφιεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν. ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν. *Deinde præceptum est, de non ducenda sorore: omnino honestum, & ad temperantiam tendens, ac modestiam. Et Solon quidem Atheniensis, consanguineas ducere permittens, uterinarum tamen nuptiis interdixit: contra vero Lacedæmoniorum legislator, uterinarum concedens, consanguinearum matrimonio abstinere jubet.* Aristophanes ex Euripide profert locum, ubi frater reprehenditur, qui cum sorore uterina rem habuerit. Exstat vero is in *Nubibus*.

> Ὁ δ᾽ εὐθὺς ἦσ᾽ ἐξ Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν᾽, ὡς ἐκίνει
> Ἀδελφὸς, ὦ λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.
> *Ibi ille ex Euripide cecinit dictionem, quo pacto iniit*
> *Frater, proh averrunce, uterinam sororem.*

Ad quæ verba Scoliastes. Γέγραπται δὲ δρᾶμα Εὐριπίδου, Αἴολος λεγόμενον. ἐν ᾧ παρήγαγε Μακαρέα, τὸν παῖδα Αἰόλου, φθείροντα Κανάκην τὴν ἀδελφήν. ἐπειδὴ δὲ παρὰ Ἀθηναίοις ἔξεστι γαμεῖν τὰς ἐκ πατέρων ἀδελφὰς, εἰς αὔξησιν τοῦ ἀδικήματος προσέθηκε τὴν ὁμομητρίαν. *Scripta est ab Euripide fabula, Æolus nuncupata. in qua introducebat Macareum, Æoli filium, qui sororem suam Canacen vitiaverat. Quandoquidem vero apud Athenienses est permissum, sorores consanguineas uxores capere, ut exaggeret delictum, addidit, uterinam fuisse.* Hinc Seneca, in Ludo, *de morte Claudii*, ubi de L. Syllano agit, qui sororem uxorem duxerat. *Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum.* Non recte de germana sorore dicit Cornelius Nepos, in *Proœmio*. *Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto.* Iterum, in *Cimonis Vita*. *Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen: non magis amore, quam more, ductus: nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Quo in loco non satis recte *germanam* dixit, nam *consanguineam* voluisse illic dicere, sat ostendunt verba ultima: *Atheniensibus licet, eodem patre natas uxores ducere.* Et exemplum, præter hoc Cimonis, aliud Plutarchus memorat, in *Themistocle* extremo: ubi dicit, ejus filium, Archeptolin, habuisse in matrimonio Mnesiptolemam sororem, sed ex alia matre natam. Θυγατέρας δὲ, πλείους ἔσχεν· ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν, ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην, Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς, οὐκ ὢν ὁμομήτριος, ἔγημεν. *Filias vero, habuit plures: quarum Mnesiptolemam, ex altera uxore genitam, Archeptolis frater, sed non ex eadem matre, uxorem duxit.* Nimis generaliter, & sine exceptione, Minutius Felix, in *Octavio*. *Athenis cum sororibus legitima conjugia.* Neque enim cum uterinis, ut ostendi, sed cum consanguineis permissa erant matrimonia.

CAP. XV.

Homicidæ varia affecti pœna. Probibiti institutis patriis, sacris malluviis, libationibus, crateribus, fanis, foro, ædibus, & excubiis: denique bonis universis excidebant.

HOMICIDIA, neque justa, nec injusta, impunita dimittebant. Antiphon, *Orat.* VII. Ἀπολύει δὲ καὶ ὁ νόμος ὑμᾶς, ᾧ πιστεύων, εἴργοντι μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν, ὡς φονέα με διώκει. *Sed nos etiam lex absolvit, qua fretus, juste pariter & injuste interficere probibente, me ceu bomicidam accusat.* Iterum, *Orat.* VIII. Τὸ παράπαν δ᾽ ἀρνούμενος μὴ ἀποκτεῖναι αὐτὸν, οὐδ᾽ ὑπὸ τοῦ νόμου καταλαμβάνεσθαι φησὶν, ὃς ἀπαγορεύει μήτε δικαίως μήτε ἀδίκως ἀποκτείνειν. *Omnino negans illum occidisse, nec teneri lege ait, quæ juste atque injuste occidere vetat.* Itaque, quisquis homicida, patriis omnibus institutis excidebat. Idem Antiphon, *Orat.* XVI. Ὁ γάρ νόμος οὕτως ἔχει· ἐπειδάν τις ἀπογραφῇ φόνου δίκην, εἴργεσθαι τῶν νομίμων. *Lex enim ita habet: si quis cædis accusetur, is ut institutis excidat.* Id quid sit, particulatim explicatur a Demosthene, Oratione *in Leptinem*. Μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασται τοῖς νόμοις, ὅπως μὴ γενήσωνται οἱ περὶ ἀλλήλους φόνοι. περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βουλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. ἐν τοίνυν τοῖς περὶ τούτων νόμοις, ὁ Δράκων φοβερὸν κατασκευάζων, καὶ δεινὸν, τὸ, τινὰ αὐτόχειρα ἄλλου γίγνεσθαι· καὶ γράφων, χερνίβων εἴργεσθαι τὸν ἀνδροφόνον, σπονδῶν, κρατήρων, ἱερῶν, ἀγορᾶς, πάντα τ᾽ ἄλλα διελθὼν, οἷς μάλιστα ἄν τινας ᾤετο ἐπισχεῖν τοῦ τοιοῦτόν τι ποιεῖν. *Omnibus legibus accuratissime cautum est, ne cædes mutuæ fiant: quarum custos eximius constitutus est senatus Areopagiticus. Itaque in legibus istis, quas de bomicidiis constituit Draco, cum maximum terrorem incutere omnibus vellet, ne quis alterum interficeret, scripsit, arcendum esse bomicidam a sacris malluviis, libationibus, crateribus, fanis, foro, & cætera commemoravit omnia, quibus se homines maxime repressurum opinatus est, ne quid tale auderent facere.* Sopater, in *Divis. Quæst.* Καὶ, τοῦτον ἐκτείνας τὸν νοῦν, εἰπὲ, ὅσα τοῖς φονεῦσι πρόσεστι κακά· τὸ, μὴ μεταλαμβάνειν πυρὸς, μὴ στέγης, μὴ ἱερῶν, μὴ σπονδῶν. *Ac, sententiam hanc extendens, dicito, quæ mala adsint bomicidis: non participem fieri ignis, neque tecti, nec sacrorum, neque & libationum.* Theon, in *Paradigm. Contra Homicidam*. Πολλῶν δὲ ὄντων, εἰς ἃ δεῖ βλέποντας ὑμᾶς παροξυνθῆναι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν νόμων ποιήσασθαι βούλομαι τῶν φονικῶν, οἳ πάντων τῶν παρ᾽ ὑμῖν εὐδοκιμούντων πολὺ τῶν ἄλλων ἀκριβέστερον ἔχουσι· τί οὖν ἐκεῖνοι λέγουσι; πάντων τῶν κατ᾽ ἀνθρώπων τετολμημένων, τοῦτο εἶναι δὴ τὸ δεινότατον. καὶ διὰ τοῦτο χερνίβων εἰργέσθω, φησὶ, σπονδῶν, κρατήρων, ἀγορᾶς, ἱερῶν· ἢ κἂν ὑπὸ τὰς ψήφους ἔλθοι, θανάτῳ ζημιούσθω. *Cum autem multa sint, in quæ intuentes vos exasperari æquum fuerit, de bomicidiorum legibus dicere ordiar: quæ inter omnes, quæ rectæ apud vos censentur, accuratissime descriptæ putantur. Quid igitur illæ ajunt? Omnium, quæ in bomines perpetrantur, esse facinus boc deterrimum. Ideoque ne sacrum malluvium, inquit, cum bomicida communicator, ne libatio, ne crateres, ne forum, ne fana: & in judicium si adductus fuerit, morte afficitor.* In Sopatri *verbis*, quæ citavi, etiam tecto prohiberi memoratur: idque etiam Theon dicit, in eodem *Paradigmate*. Οὕτω δὲ δεινὸν, καὶ θεοῖς ἐχθρὸν, ἡγήσαντο τὸν ἀνδροφόνον, ὥστε κἂν τὸν αὐτὸν ὄροφον ὑπέλθοι τις τῷ τοῦτο τετολμηκότι, κοινωνὸς τῆς ἀδικίας νενόμισται· καὶ τοῦ δεδρακότος οὐ πολὺ τιμιώτερος, ὁ τῷ δεδρακότι συγγενησόμενος. *Usque adeo autem execrabilem, & diis invisum, bomicidam esse crediderunt, ut, si quis forte tectum subiisset, sub quo esset huic facinori obnoxius,*

is se scelere inquinare censeretur: neque multo honoratior haberetur, qui cum eo versaretur.

Quod foro prohiberi dicat, illud est, quod alii dicunt, non licere causas agere. Lysias, *in Theomnestum*, Orat. I. Τὸν γὰρ νόμον οὐ ταῦτ' ἀπαγορεύειν, ἀλλ' ἀνδροφόνων οὐκ ἐᾶν λέγειν. *Legem enim minime ista prohibere, sed non sinere ut causam dicat.* Quæ mox iterum totidem occurrunt verbis, in secunda *in eundem Theomnestum* Oratione.

Ac prohibebantur sacris: itaque & Eleusiniis, ante omnia. Theon, in *citato* statim *Paradigmate*. Κάλλιστον μὲν οὖν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν, τὸ μυστηρίων μετέχειν. ἀλλὰ καὶ τούτων τὸν ἀνδροφόνον ἀποκεκλείκασι. *Optimum est, & e maximis bonis, sacrorum Eleusinorum participem fieri: sed his ipsis quoque leges homicidam exclusere.* Et huc pertinet, quod nec pompam prosequi concessum fuit. Lysias, Orat. *in Agoratum*. Καὶ προσελθὼν, τήν τε ἀσπίδα αὐτοῦ ἔρριψε, καὶ ἀπιέναι ἐκέλευσεν ἐς κόρακας ἐκ τῶν πολιτῶν. οὐ γὰρ ἔφη δεῖν ἀνδροφόνον αὐτὸν ὄντα συμπέμπειν τὴν πομπὴν τῇ Ἀθηνᾷ. *Et accedens, clypeumque ejus arreptum projecit, & a civium se numero facessere in rem malam jussit: neque enim licitum ajebat esse, ut cum aliis Minervæ pompam homicida duceret.*

Ab excubiis quoque abesse jubebantur. Appendix Vaticana Proverbiorum, ab Andrea Schotto edita, *Cent.* III. *Proverb.* XXV. Οὐδὲν τοι Ἰωροῦ. Οὕτω τοὺς φύλακας ἐκάλουν Ἀθηναῖοι· καὶ ὁ νόμος ὁ παρ' αὐτοῖς ἐκτὸς Ἰωροῦ ἐκέλευεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. τουτέστι τοῦ τόπου, ἐν ᾧ τὰ φυλακτήρια ἦν. *Nihil Jori. Sic Athenienses vocabant excubitores. Lexque apud eos extra forum esse jubebat homicidas: id est, extra locum, in quo excubiæ erant.* Sed legendum eo loco, uti recte Schottus censet; Οὐδ' ἐντὸς Ἰωροῦ. *Neque intra Jorum.* Lucillus Tarrhæus, in *Collect. Proverb.* Οὐδ' ἐντὸς Ἰωροῦ. καὶ ὁ νόμος παρ' Ἀθηναίοις ἐκτὸς Ἰωροῦ ἐκέλευεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. *Nec intra Jorum. Et lex apud Athenienses extra Jorum esse jubebat homicidas.* Ac totidem quoque verbis Suidas, *in* Ἰωρός.

Bona quoque universa amittebant. Demosthenes, *in Aristocratem*. Τῶν ἐκ προνοίας (ἀνδροφόνων) δεδήμευται τὰ ὄντα. *Qui voluntarium homicidium commisissent, eorum bona publicata.*

CAP. XVI.

Involuntariæ cædis pœna, exilium; salvis tamen ejus qui occiderat bonis: & exilium certo loco, temporeque, definitum. Inde, venia a propinquis impetrata, postquam sese expiasset, redibat. In exilio, si quis gravius vexasset, mulctabatur. Ἐξέρχεσθαι. Φεύγειν. *Eadem pœna tenebatur, qui, consilio interficiendi capto, vulnus tantum inflixisset.*

Et hæc cædis voluntariæ pœna fuit. Si involuntariam quis commisisset, is exilio mulctabatur. Theon, in *Paradigmate in homicidam*. Καὶ οὐδὲ τοῖς ἀκουσίοις φόνοις παντελῶς συγγνώμην εἴασαν εἶναι, ἀλλὰ μισοῦσι μὲν μειζόνως τοὺς ἑκουσίους. τιμωρίαν δὲ κἀκείνοις εὑρήκασι, φυγὴν τάξαντες. *Ac ne involuntariis quidem cædibus omnino ignoscunt, verum voluntarias odere magis: sed supplicium quoque his ipsis invenere, exilium constituentes.* Utriusque vero cædis, voluntariæ nempe, & involuntariæ, pœnas memorat Libanius, *Declam.* XL. Δυοῖν ἀνδροφόνοιν, ὁ μὲν φυγὼν, κατέρχεται. ὁ δὲ, φεύγει καθάπαξ, αὐτοῦ καταγνούς. ἢ, μὴ τοῦτο ποιήσας, ἀποθνήσκει μένων. *Ex duobus homicidis alter exulans, revertitur; alter exulat perpetuum: aut, ni fecerit, moritur manens.* Atque, ut vides, ob involuntariam cædem exulans, revertebatur: nec perpetuo exulabat, ut qui reus voluntariæ. Exulabat itaque duntaxat certo tempore, & loco: hinc, placatis interfecti consanguineis, & lustratione facta mox redibat. Accurate id Demosthenes nos docet, Orat. *in Aristocratem*. Ὁ νόμος κελεύει τὸν ἁλόντα ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἔν τισιν ὡρισμένοις χρόνοις ἀπελθεῖν τακτὴν ὁδὸν, καὶ φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τις τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος. τηνικαῦτα δ' ἥκειν δέδωκεν, ἔστιν ὃν τρόπον, οὐχ ὃν ἂν τύχῃ. ἀλλὰ καὶ θῦσαι, καὶ καθαρθῆναι. *Lex jubet involuntariæ cædis damnatum, ad certum tempus, ac certo quopiam intervallo, abscedere; & exulare, donec aliquem interempti consanguineum exoraverit. Tunc vero redire concessit, certo quodam ritu, non quovis modo: sed & sacra facere, & lustrari.* Homeri Scholiastes, *ad Iliad.* ω. Ἔθος ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς, τὸν ἀκούσιον φόνον ἐργασάμενον φεύγειν ἐκ πατρίδος, καὶ παραγίγνεσθαι εἰς τινος οἰκίαν ἀνδρὸς πλησίου, καὶ καθίζειν ἐπὶ τὴν ἑστίαν συγκεκαλυμμένον, καθαρσίων δεόμενον. *Mos erat apud Veteres, ut, qui cædem involuntariam commisisset, patria profugeret, & in viri propinqui domum se conferret, ac velatus juxta focum consideret, lustrari supplex petens.* De exitio est Euripidis iste locus, in *Oreste*.

> Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι,
> Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν,
> Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅστις αἷμ' ἔχων κυρεῖ.
> Φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτείναι δὲ μή.
> *Recte posuerunt majores olim hæc;*
> *Non sinebant in conspectum venire,*
> *Neque in occursum, quisquis sanguinis reus esset:*
> *Sed expiabant exilio, nec vicissim occidere sinebant.*

Quod ad locum, unde reum exulare oporteret, attinebat, is non ultra patriam interfecti extendebat. Demosthenes, in *citata* statim *Oratione*. Ἔστι πᾶσιν ὅρος τοῖς ἀνδροφόνοις, τῆς τοῦ πεπονθότος εἴργεσθαι πατρίδος. *Terminus est homicidis omnibus, interfecti patria prohiberi.* Itaque & mulctam debebat, qui vexasset homicidam istiusmodi, aut spoliasset ultra terminos exilii. Demosthenes *ibidem*. Ἐάν τίς τινα τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἐξεληλυθότων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὅρων ἐλαύνῃ, ἢ ἄγῃ, τὰ ἴσα ὀφείλειν, ὅσαπερ ἂν καὶ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ δράσῃ. *Si quis aliquem homicidam, qui excessit, cujus bona sunt ignominiosa, ultra terminos agitarit, vexarit, aut spoliaverit, eandem mulctam debet, quam si in nostra ditione eadem commisisset.* Erat autem hæc mulcta dupli. Apparet ex ejusdem verbis, alio loco, in *eadem Oratione*. Τοὺς δ' ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι, ἀγορεύει· λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδ' ἀποινᾶν, ἢ διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. *Homicidas liceat occidere in nostra ditione, & in carcerem abducere, uti legum habet tabula: excruciare vero, aut pecuniam extorquere, non liceat: aut duplum dati damni luendum.*

Qui autem ob cædem involuntariam exulabant, bona sua in potestate retinebant, neque ea publicata, aut infamia. Hoc est, quod Demosthenes dicit in *citatis istis verbis*. Ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, *quorum bona non sunt ignominiosa.* Harpocration explicate id commemorat. Οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ ἐξουσίαν εἶχον εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων. *Qui involuntariæ cædis damnati essent, his permissum bona sua administrare.* Quæ & totidem verbis Suidas.

Et, cum in exilium irent, hi non Φεύγειν, *Fugere*, sed Ἐξέρχεσθαι, *Exire*, dicebantur. Id nos clare ipsa legis verba docent, quæ Demosthenes repræsentat, in *citata* toties *Oratione*. Ἐάν τίς τινα τῶν ἀνδροφόνων τῶν ἐξεληλυθότων, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα, πέρα ὅρων ἐλαύνῃ. *Si quis aliquem homicidarum, ex iis, qui exierunt, quorum bona non sunt ignominiosa, ultra terminos agitaverit.* Et exponit

mox Demosthenes. Τῶν ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ λέγει μεθεστηκότων. πῶς, τοῦτο δῆλον; τῷ τε ἐξεληλυθότων εἰπεῖν. ἀλλὰ μὴ πεφευγότων, καὶ τῷ διορίζειν, ὧν τὰ χρήματα ἐπίτιμα. τῶν γὰρ ἐκ προνοίας, δεδήμευται τὰ ὄντα. *De his loquitur, qui ob cædem fortuitam solum verterunt. Unde illud manifestum? quia dicit*, Exierunt: *non*, Qui profugerunt: *tum quia distinguit*, Quorum bona non sunt ignominiosa. *Etenim, consulto qui committunt cædem, horum bona publicantur.*

Qui occidere aliquem cupiens, neque potens, vulnus ei inflixisset, etiam huic exulandum. Lysias, Orat. *in Simonem*. Δῆλον ὅτι καὶ οἱ τοὺς νόμους ἐνθάδε θέντες, οὐκ εἴ τινες μαχεσάμενοι ἔτυχον ἀλλήλων κατεάξαντες τὰς κεφαλὰς, ἐπὶ τούτοις ἠξίωσαν τῆς πατρίδος φυγὴν ποιήσασθαι, (ἢ πολλοὺς γ' ἂν ἐξήλασαν,) ἀλλ' ὅσοι ἐπιβουλεύσαντες ἀποκτεῖναί τινας ἔτρωσαν, ἀποκτεῖναι δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν, περὶ τῶν τοιούτων τὰς τιμωρίας οὕτω μεγάλας κατεστήσαντο. ἡγούμενοι, ὑπὲρ ὧν ἐβούλευσαν, καὶ προυνοήθησαν. ὑπὲρ τούτων προσήκειν αὐτοῖς δίκην δοῦναι, εἰ καὶ μὴ κατέσχον, οὐδὲν ἧττον τό γε ἐπ' ἐκείνων πεποιῆσθαι. *Constat autem eos, qui hic leges tulerunt, si quis pugnando alteri caput confregisset, non ideo patria eum profugere voluisse: (alioqui multos sane ejecissent,) sed si qui certo consilio conati aliquem interficere, neque illud potuissent, tamen eum vulnerassent, his supplicium adeo magnum statuerunt: arbitrati, ipsos dare eorum pœnas oportere, quæ consilio facere deliberato voluissent. Nam, propositum etsi haud assecuti essent, tamen, quod in ipsis erat, id fecisse.* Ac, redire si quis forte, spreta lege, ausus esset, mortis pœna constituta. Clare docet idem Lysias, *in Andocidem*. Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν, κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν, τοῦ τραύματος ἐκ προνοίας. καὶ ἐὰν μὲν κατίῃ, ἐνδειχθεὶς θανάτῳ ζημιωθήσεται. *Si quis alicujus corpus, caput, faciem, manus, pedes, vulneraverit, juxta leges Areopagi, ob inflictum ex destinata voluntate vulnus, exulabit ea urbe, quam inhabitat qui injuria est affectus: ac, si redeat, accusatus capite luet.*

Certe qui vel consilio capto vitæ alicujus esset insidiatus, homicida censebatur. Antiphon, *Orat.* XI. Ἀπολύει δέ με καὶ ὁ νόμος, καθ' ὃν διώκομαι. τὸν γὰρ ἐπιβουλεύσαντα, κελεύει φονέα εἶναι. *At me etiam lex absolvit, juxta quam nunc reus agor, nam consilium si quis occidendi ceperit, eum illa homicidam esse jubet.*

CAP. XVII.

Res inanimatæ quoque, per quas cædes facta esset, exterminatæ; idque ex Draconis lege.

ADEO autem cædis veniam minime faciendam esse existimabant, ut res quoque inanimatas, lignum, lapidem, ferrum, & talia, queis patrata cædes foret; quasi in exilium agentes, extra terminos projicerent. Æschines, Orat. *in Ctesiphontem*. Τὰ μὲν ξύλα, καὶ τοὺς λίθους, καὶ τὸν σίδηρον, τὰ ἄφωνα καὶ ἀγνώμονα, ἐάν τιν' ἐμπεσόντα ἀποκτείνῃ, ὑπερορίζομεν. *Ligna quidem, lapidesque, item ferrum, quæ & voce & mente carent, si, in aliquem delapsa, eum occiderint, extra terminos projicimus.* Demosthenes, *in Aristocratem*. Ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δὲ εἰδῇ, καὶ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον ἐργασάμενον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. *Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quippiam, illapsum percusserit, atque aliquis ignoret, quis conjecerit, illud vero, quo sit perpetrata cædes, norit ipse, habeatque, de his rebus in hoc loco judicium datur.*

Atque ita lege quadam Draco jusserat. Pausanias, *Eliac.* II. Καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσι τὴν εἰκόνα, ἐπακολουθήσαντες γνώμῃ τῇ Δράκοντος· ὃς Ἀθηναίοις θεσμοὺς γράψας φονικοὺς, ὑπερώρισε καὶ τὰ ἄψυχα, εἴγε ἐμπεσόν τι ἐξ αὐτῶν ἀποκτείνειεν ἄνθρωπον. *Thasii statuam in mare dejiciunt, Draconis sententiam sequuti: qui cum leges Athiensibus scriberet, sanxit, ut inanimata etiam, si eorum quid fortasse corruens hominem occidisset, finibus ejiceretur.* Scholiastes Æschyli, ad *Septem Thebanam*. Ὡς καὶ παρὰ Δράκοντι τῷ νομοθέτῃ. ἐκεῖνος γὰρ, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἁμαρτάνειν, φησὶ, κἂν ὄστρακον ᾖ τὸ ἀποκτεῖναν, κἂν ξύλον, κἂν σίδηρος, κἂν χαλκὸς, συνεκβάλλεσθαι. Suidas, *in* Νίκων. Κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίου, ὑπερορίζοντος φονεύοντα καὶ τὰ ἄψυχα. *Secundum legem Draconis Atheniensis, qui exterminabat & inanimata, si quæ hominem occiderent.* Ac judicium istis proprium, quod *Ad Prytaneum* dicerent, dico pluribus *Areopagi* capite ultimo.

CAP. XVIII.

Impunitæ tamen cædes quædam, ac permissæ: ut athletæ, & in via qui vim aliquam intentaret, tum existimati hostis, atque mœchi. Insuper, & medicus insons habebatur. Denique, qui remp. everteret, aut eversa item ea aliquem magistratum gereret, jure occisus censebatur.

NEC punita tamen quævis homicidia, verum aliqua & permissa. Demosthenes, *adversus Leptinem*. Ὅμως οὐκ ἀφείλετο τὸ τοῦ δικαίου τάξιν, ἀλλ' ἔθηκεν ἐφ' οἷς ἐξεῖναι ἀποκτιννύναι· κἂν οὕτω τις δράσῃ, καθαρὸν διώρισεν εἶναι. *Nec tamen juris ordinem sustulit; sed definivit, propter quæ liceret cædem facere: &, si quis eo modo cædem fecisset, purum fore pronuntiavit.* Legem autem ipsam habemus apud eundem, Orat. *in Aristocratem*. Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα. *Si quis occiderit in certaminibus invitus, aut in itinere prostraverit, aut in bello imprudens, aut deprehensum apud uxorem, aut apud matrem, aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam quam liberorum ingenuorum suscipiendorum causa habeat, ob hanc qui cædem fecerit, ne exulato.* Ac quod primum quidem caput, de athletæ cæde, attinet, id & Alexander memorat, libro *de figuris sensus, & dictionis*, cap. Περὶ ἀντιλογίας. Ἐάν τις ἐν ἄθλοις τινὰ ἀποκτείνῃ, τοῦτον ὁ νομοθέτης ὥρισε μὴ ἀδικεῖν. *Si quis quenquam in certaminibus interfecerit, eum legislator nullam injuriam fecisse statuit.* Atque legis rationem mox Demosthenes exponit, in *citata Oratione*. Καίτοι σκέψασθε, ὡς ὁσίως, καὶ καλῶς, ἕκαστα διεῖλεν ὁ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς διελθών. ἄν τις ἐν ἄθλοις ἀποκτείνῃ τινὰ, τοῦτον ὥρισεν οὐκ ἀδικεῖν. διὰ τί; οὐ τὸ συμβὰν ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. ἔστι δὲ αὕτη τί; ζῶντα νικῆσαι, οὐκ ἀποκτεῖναι. εἰ δ' ἐκεῖνος ἀσθενέστερος ἦν τὸν ὑπὲρ τῆς νίκης ἐνεγκεῖν πόνον, αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ πάθους ἡγήσατο. διὸ τιμωρίαν οὐκ ἔδωκεν ὑπὲρ αὐτοῦ. πάλιν, ἂν ἐν πολέμῳ, φησὶν, ἀγνοήσας, καὶ τοῦτον εἶναι καθαρόν. καλῶς. εἰ γὰρ ἐγώ τινα, τῶν ἐναντίων εἶναι οἰηθεὶς, διέφθειρα, οὐ δίκην ὑπέχειν, ἀλλὰ συγγνώμης τυχεῖν, δίκαιός εἰμι. ἢ ἐπὶ δάμαρτί, φησιν, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, καὶ τὸν ἐπὶ τούτων τινὰ ἀποκτείναντα ἀθῷον ποιεῖ. πάντων γε ὀρθότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἀφιείς. Et quæ sequuntur. *Atqui considerate, quam sancte, & præclare, singula distinxerit is, qui primum hæc percensuit. Si quis in certaminibus aliquem occiderit, hunc insontem esse definiit. quamobrem? non eventum consideravit, sed ejus, qui fecerit, animum. Is vero quis fuit? viventem superare, non occidere. Quod si ille infir-*

mior fuit, quam ut ferre posset eum, quem Victoria requirit, laborem, ipsum ejus mali sibi causam exstitisse censuit: ideoque mortem ejus ulcisci noluit. Rursus. Si in bello, inquit, imprudens, & hunc esse purum. Recte. Si enim ego, hostem esse ratus, quempiam occidero, non dare pœnas, sed veniam impetrare, debeo. Si apud uxorem, inquit, aut apud matrem, aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam, quam ingenuæ sobolis procreandæ causa apud se habuerit, eum etiam, qui propter hæc aliquem occiderit, indemnem facit. Et omnium quidem justissime, Athenienses, hunc dimittis.

Impune etiam licebat vim intentantem e vestigio occidere. Demosthenes, paullo post. Καὶ ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως, εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νηποινεὶ τεθνάναι κελεύει. *Quod si quem per vim injuste spoliantem, aut abducentem, confestim vindicans interfecerit, impune occisum esse jubet.* Libanius, *Declam.* XXXIII. Ἂν μέν τις ἀφαιρῆται τῶν χρημάτων, ἔδωκεν (ὁ νομοθέτης) εὐθὺς ἀμυνομένῳ κτεῖναι· καὶ καθαρὸς ὁ τοῦτο δράσας νενόμισται. *Si quis alium bonis spoliaverit, concessit (legislator) ut illico vindicans interficiat: quique id fecisset, purus censebatur.*

De mœchis, supra a me dictum, *Cap.* V.

Medicum quoque, si interfecisset ægrum, lex insontem judicabat. Antiphon, *Orat.* XII. Εἰ δ' ἔτι καὶ ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ ἀπέθανεν, ὡς οὐκ ἀπέθανεν, ὁ μὲν ἰατρὸς οὐ φονεὺς αὐτοῦ ἐστιν. ὁ γὰρ νόμος ἀπολύει αὐτόν. *Si insuper etiam a medico interfectus fuisset, uti nec est interfectus, non ideo medicus est illius homicida. siquidem lex eum absolvit.*

Etiam qui remp. evertisset, aut eversa quoque ea magistratum tenuisset, impune occidebatur. Repræsentat verba legis Andocides, in Orat. *de Mysteriis.* Ἐάν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησιν, ἢ ἀρχήν τινα ἄρχῃ καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων, καὶ νηποινεὶ τεθνάτω. καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω. καὶ τῆς θεοῦ τὸ ἐπιδέκατον. ὁ δὲ ἀποκτείνας τὸν ταῦτα ποιήσαντα, καὶ ὁ συμβουλεύσας, ὅσιος ἔστω, καὶ εὐαγής. *Si quis popularem Atheniensium statum everterit, aut, eo everso, magistratum ullum gesserit, Atheniensium hostis esto, & impune occidatur; bonaque ejus publica; & pars decima, deæ sacra. quique talia molientem interfecerit, aut consilia qui conjunxerit, innocens, & pius, esto.*

CAP. XIX.

Etiam seipsum licitum interficere, impetrata venia a magistratu: alias qui se occidisset, veluti indignus sepultura civium, familiæ monumento inferri vetitum, simpliciter, & sine ullo honore, terræ mandabatur: tum & manus, quæ id facinus perpetrasset, amputata, seorsim sepeliebatur. In funere interfecti, hastam propinqui efferebant; atque, ad tumulum defigentes, se vindictam cædis cupere testabantur: tum initium ejus rei indicatum. Viro vero Atheniensi extra Atticam interfecto, nisi deditus fuisset, qui occiderat, ejus loco tres e civibus ejus loci lex abducere jubebat, qui pro homicida luerent: & hæc res Ἀνδροληψία, *&* Ἀνδρολήψιον, *dicebatur.*

INSUPER, licebat quoque se occidere, impetrata a magistratu potestate. Libanius, *Declam.* XII. Παραινέσαιμι δ' ἂν ἐπιτρέψαι μοὶ χρῆσθαι τοῖς παρὰ νόμου, ὅς, φησί· τὸν οὐκ ἐθέλοντα ζῆν, πρὸς τὴν βουλὴν τοῦτο εἰπόντα, τυχόντα τῆς χάριτος, ἀπελθεῖν. *Suaderem tamen, ut finerent me beneficio legis uti, quæ sic dicit. Qui vivere nolit, magistratui indicato: gratiaque impetrata, vita excedito.* Et huc pertinent, quæ dicit idem *Declam.* VIII. Συμφορώτατον ὁ πάντων τοῦτον (τὸν νόμον) ἔγραψεν, ὃν νῦν ἔχων ἀρωγὸν ἥκω σύμμαχον. ὅστις, φησί, βαρύνῃ τὸ ζῆν, ἀποθνησκέ. περικλύζῃ κακοῖς, πῖνε κώνειον. πιέζῃ συμφοραῖς, ἄπιθι. λεγέτω μὲν ὁ δυστυχῶν τὰ πάθη, διδότω δὲ ἡ βουλὴ τὸ φάρμακον, λυέσθω δὲ ἡ λύπη τῷ θανάτῳ. *Utilissimam super his omnibus (legem) scripsit, quam nunc adjutricem habens huc veni. Quisquis es, inquit, cui vita gravis est, morere. malis immergeris, bibe cicutam. ærumnis opprimeris, abi, & morere. recitet miser ærumnas suas, & remedium det senatus, ac solvatur morte mœror.* Et observa ipsa illic legis verba. Oportebat vero exponere causas, ob quas mori vellet: nempe, aut mutilatum corpus, aut majorem medicina morbum aliquem, aut orbitatem, aut jacturam facultatum: quæ res vitam acerbam reddebant. Libanius idem, de avaro, moriendi potestatem a senatu, postulante, *Declam.* X. Δεῖξον, φησὶ τὸ σῶμα λελωβημένον, ὅ, τι νόσημα σε κατέχον ἰατρικῆς μεῖζον, ἢ τοὺς παῖδας ἀπολωλεκώς, ἢ τὴν οὐσίαν ὅλην. *Ostende, ait, mutilatum corpus, aut morbum aliquem incurabilem, aut amissos liberos, aut facultates.* Alias, si quis seipsum occidisset, amputata manus seorsim sepeliebatur. Æschines, Orat. *in Ctesiphontem.* Ἐάν τις αὑτὸν διαχρήσηται, τὴν χεῖρα, τὴν τοῦτο πράξασαν, χωρὶς τοῦ σώματος θάπτομεν. *Si quis semet interfecerit, ejus manum, quæ id fecit, seorsim a corpore sepelimus.*

Illud quoque hic dicendum: quod si quis occisus esset, hastam cum cadavere propinqui ejus efferebant: &, ad tumulum illam ipsam defigentes, se vindictam cædis cupere testabantur. Suidas. Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι. ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος ταῦτα πράττεται. διὰ τὸν νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. *In funeris elatione hastam afferre, & ad tumulum compellare. Et hæc fiunt in funere ejus qui morte violenta periit. Nam lex erat, ut propinqui eos, qui occidissent, hoc modo persequerentur.* Quæ totidem verbis Harpocration, & *Etymologici* Auctor. Demosthenes, de tali funere, Orat. *in Evergum.* Εἶπόν μοι. ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα, τὰ δὲ σύμφορα παραινέσομεν. πρῶτον μέν, ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου. *Inquiunt mihi; nos itaque tibi & de jure respondebimus, & utilia consulemus. Primum, ut in efferendo funere hastam adferas, & ad tumulum compelles, si quis ibi mortuæ propinquus adsit.* Atque fieri id cœptum ab Erechtheo usque rege: qui in funere Procridis filiæ, Cephalique, ita fecerit, referunt ex Istro nobis Harpocration, & Suïdas; quos jam proxime citavi.

Neque hoc prætermittendum; si Atheniensis aliquis extra Atticam cæsus foret, nec petenti homicida dederetur, lex sinebat tres e civibus, qui pro homicida luerent, pignori capere. Et hæc res Ἀνδροληψία, & Ἀνδρολήψιον, dicebatur. Suidas. Ἐὰν ἔξω τῆς Ἀττικῆς ἀνὴρ Ἀθηναῖος τελευτήσῃ, καὶ μὴ ἐξεδίδοσαν οἱ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, ἐν ᾗ τὸ ἔργον ἐπράχθη, τὸν δοκοῦντα ἐν τῇ αἰτίᾳ εἶναι, ἐξῆν ἐκ τοῦ νόμου τρεῖς τῶν ἐκείνου πολιτῶν ἄγειν εἰς Ἀθήνας, δίκην ὑφέξοντας τοῦ φόνου. καὶ τοῦτο Ἀνδρολήψιον ἐκαλεῖτο. *Si extra Atticam vir Atheniensis interfectus esset; & illi, qui urbem inhabitabant, in qua facinus patratum, eum, qui in culpa esse videretur, dedere nollent, lege tres ex civibus Athenas abducere permittebatur, cædis judicium & pœnam subituros. resque ea Androlepsion dicebatur.* Idem videre est apud *Etymologici* Auctorem, Harpocrationem, & Pollucem, *lib.* VIII. *cap.* VI. Meminit Demosthenes, in fine *Aristocrateæ.* Τὸ ἀνδρολήψιον, παρ' οἷς ἂν ὁ δράσας ᾖ, ἐὰν μὴ διδῶσι δίκας, κελεύουσιν οἱ νόμοι μέχρι τριῶν εἶναι. *Viros vero pignori capere illic, ubi homicida fuerit, nisi jus dare velint, lex jubet usque ad tres licere.* Ac verba legis alibi refert, in *eadem Oratione.*

Ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσι, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή. Si quis violenta morte occubuerit, in ejus ultionem necessariis corpora pignerare, quoad judicium cædis pœnasque subierint, vel homicidas dediderint. Pigneratio vero ad tres usque, neque amplius, esto.

CAP. XX.

Actio homicidii, cognatorum erat. Juramentum de calumnia rigidissimum, actoris pariter & testium: idque quomodo fieri solitum. Reus autem, vades dabat. Judicium, sub dio factum: & id quare. Pœna ejus qui damnatum homicidam, quive necdum condemnatum, occidisset.

Et actio quidem homicidii, ad cognatos pertinebat. Demosthenes, Orat. *in Evergum.* Κελεύει γὰρ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιαδῶν. καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ διορίζεται, ὅτι προσήκων ἐστὶ, κἂν οἰκέτης ᾖ, τούτων τὰς ἐπισκήψεις εἶναι. *Jubet enim lex, viri Judices, ut cognati cædes prosequantur, usque ad sobrinos: & in jurejurando cavetur, debere, si vel servus sit, bos eosdem eadem persequi.* Verba legis, quæ præscribit & hoc ipsum, & agendi rationem universam, idem memorat Demosthenes, *in Macartatum.* Προσειπεῖν τῷ κτείναντι ἐν ἀγορᾷ ἐντὸς ἀνεψιότητος, καὶ ἀνεψιοῦ. συνδιώκειν δὲ καὶ ἀνεψιῶν παῖδας, καὶ γαμβροὺς, καὶ ἀνεψιοὺς, καὶ πενθεροὺς, καὶ ἀνεψιαδοὺς, καὶ φράτορας. ἐὰν δὲ αἰδέσασθαι δέῃ, ἐὰν μὲν πατὴρ ᾖ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱεῖς, πάντας, ἢ τὸν κωλύοντα κρατεῖν. ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς ᾖ, κτείνῃ δ' ἄκων, γνῶσι δὲ οἱ πεντήκοντα εἷς ἐφέται ἄκοντα κτεῖναι, ἐσέσθων οἱ φράτορες, ἐὰν θέλωσι, δέκα. τούτοις δὲ οἱ πεντήκοντα εἷς ἀριστίνδην αἱρείσθων. καὶ οἱ πρότερον κτείναντες ἐν τῷ θεσμῷ ἐνεχέσθων. τοὺς δὲ ἀπογινομένους ἐν τοῖς δήμοις, οὓς ἂν μηδεὶς ἀναιρῆται, ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν, καὶ θάπτειν, καὶ καθαίρειν τὸν δῆμον, τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἀπογένηται ἕκαστος αὐτῶν. ἐπαγγέλλειν δὲ περὶ μὲν τῶν δούλων τῷ δεσπότῃ, περὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων τοῖς τὰ χρήματα ἔχουσιν. ἐὰν δὲ μὴ χρήματα τῷ ἀποθανόντι, τοῖς προσήκουσι τοῦ ἀποθανόντος ἐπαγγέλλειν. ἐὰν δὲ τοῦ δημάρχου ἐπαγγείλαντος μὴ ἀναιρῶνται οἱ προσήκοντες, ὁ μὲν δήμαρχος ἀπομισθωσάτω ἀνελεῖν, καὶ καταθάψαι, καὶ καθᾶραι τὸν δῆμον αὐθημερὸν, ὅπως ἂν δύνηται, ὀλιγίστου. ἐὰν δὲ μὴ ἀπομισθώσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς τῷ δημοσίῳ. ὅτι δ' ἂν ἀναλώσῃ, διπλάσιον πραξάσθω παρὰ τῶν ὀφειλόντων. ἐὰν δὲ μὴ πράξῃ, αὐτὸς ὀφειλέτω τοῖς δημόταις. τοὺς δὲ μὴ ἀποδιδόντας τὰς μισθώσεις τῶν τεμενῶν, τῶν τῆς θεοῦ, καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, καὶ τῶν ἐπωνύμων, ἀτίμους εἶναι καὶ αὐτοὺς, καὶ κληρονόμους τοὺς τούτων, ἕως ἂν ἀποδῶσι, *Homicida in foro postuletur ab iis qui sunt intra consobrinitatem, & a consobrinis: una persequantur eundem & consobrinorum liberi, & generi, & soceri, & sobrini, & curiales. Sin cum eo in gratiam redeundum fuerit, si pater superstes erit, aut frater, aut filii, aut omnium, aut ejus qui prohibet, valebit auctoritas. Sin horum nemo erit, & cædem invitus fecerit, idque quinquaginta & unus Ephetæ pronuntiaverint, invitum fecisse cædem, intromittantur curiales, si volent, decem. Ab his autem quinquaginta & unus ex optimatibus deligantur: & qui prius cædem fecerunt, hac sanctione teneantur. Qui vero in municipiis desiderantur, quos nemo sustulerit, eos indicet tribunus cognatis, ut tollant, & sepeliant; & populus eo ipso die lustretur, quo die singuli desiderati fuerint. Denuncietur autem de servis domino: de ingenuis, iis qui in bonis sunt. Sin mortuo bona non erunt, mortui cognatis denuncietur. Quod si post tribuni denunciationem cognati non sustulerint, tribunus tollendum cadaver locet, & sepeliendum, & lustrandum eo ipso die populum, quam minimo poterit. Si non locarit, debeto mille drachmas ærario, quicquid autem impenderit, duplum a debentibus exigito. Quod nisi fecerit, ipse debeto popularibus. Qui autem locationes lucorum Minervæ, ac deorum cæterorum, & heroum, non reddiderint, infames & ipsi sunt, & hæredes quoque eorum, donec solverint.*

Verum tamen, antequam admitterentur in judicium, & agendi potestatem impetrarent, jusjurandum de calumnia rigidissimum exhibere tenebantur, qui quem accusare vellent. Demosthenes, *in Aristocratem.* Ἴστε δήπου τοῦθ' ἅπαντες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, οὗ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ κελεύει, φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διεξομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ, καὶ γένους, καὶ οἰκίας, εἴ τινα αἰτιώμενος εἰργάσθη τι τοιοῦτον. *Scitis hoc nimirum omnes, in Areopago, ubi lex de cæde agendi potestatem dat, & mandatum, primum jusjurandum dare, & exitium, si calumnietur, tum sibi ipsi, tum genti, tum familiæ suæ, imprecari cogitur is, qui facinoris istiusmodi accusare quenquam instituit.* Ac videmus apud eundem, Orat. *in Neæram.* Καὶ ἔλεγε τὴν δίκην Στέφανος οὑτοσὶ, διομοσάμενος, ὡς ἔκτεινεν Ἀπολλόδωρος τὴν γυναῖκα αὐτοχειρίᾳ, ἀρώμενος ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γενέει, καὶ οἰκίᾳ. *Ac causam egit Stephanus, jurejurando dato, Apollodorum eam mulierem suis manibus occidisse: exitium imprecatus sibi, & generi, & familiæ.* Meminit juramenti hujus etiam Lysias, *in Theomnestum*, Orat. I. Ἔτι νυνὶ σκέψασθε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὑτοσὶ γάρ μοι δοκῇ ὑπὸ ῥαθυμίας, καὶ μαλακίας, οὐδ' εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι. πάντες γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζονται, οὐ διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος τὰς διωμοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι' οὗπερ ἐγὼ καλῶς ἀκήκοα. ὁ μὲν γὰρ διώκων, ὡς ἔκτεινε διόμνυται. ὁ δὲ φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινεν. *Præterea & hoc considerate, viri Judices, quod hic, præ inertia, & mollitie, ne ad Areopagum quidam unquam ascenderit. Quandoquidem omnino nostis, quod in eo loco, quando de cæde controversia est, non hoc nomine juramentum de calumnia præstatur; sed, ut ego recte audivi, actor, quod interfecerit, jurejurando affirmat: reus autem, quod non interfecerit.*

Mactabant vero aprum, arietem, taurum: & eorum carnibus insistentes jurabant. Demosthenes, *citato loco* mox subjungens, clare dicit. Εἶτ' οὐδὲ κατὰ τυχόντα τὸν ὅρκον τοῦτο ποιήσει, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. ὥστε καὶ ἐκ τοῦ χρόνου, καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων, ἅπαν, ὅσον ἐσθ' ὅσιον πεπρᾶχθαι. *Deinde non vulgare aliquod juramentum dare cogitur; sed, quale nemo in re ulla aliqua jurat, insistens consecratis carnibus apri, arietis, & tauri; qui mactati tum a quibus oportet, tum iis etiam diebus, quibus fieri illud convenit. ut ea, quæ & spatio temporis, & eorum, quæ adhibentur, solemnitate, perfici jus fasque est, omnia præstentur.* Breviter Antiphon, in Orat. *de Saltatore.* Αὐτῶν δὲ τούτων ἕνεκα οἵ τε νόμοι, καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, καὶ αἱ προρρήσεις, καὶ τ' ἄλλ' ὅσα γίνεται τῶν δικῶν τοῦ φόνου ἕνεκα, πολὺ διαφέροντά ἐστιν, ἢ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις. *Propter hæc ipsa & leges, & juramenta de calumnia, & sectæ victimarum carnes, & priores causæ dictiones, cæteraque in causa cædis usitata, longe ab aliis differunt.* Gravitatem juramenti, & cum eo usitatæ item imprecationis, etiam Antiphon commemorat, in Orat. *de cæde Herodis.* Δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον, καὶ ἰσχυρότατον, ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον. *Cum oporteret te maximum illud, & validissimum juramentum præstare, exitium imprecantem tibi ipsi, & generi, & familiæ item tuæ.*

Nec jurabat in hunc modum actor tantum, sed & testes. Apparet apud eundem illum Antiphontem, in eadem *Oratione*, verbis paullo post sequentibus. Αὐτὸς σεαυτῷ τοὺς νόμους ἐξευρὼν, ἀνώμοτος μὲν αὐτὸς ἐμοῦ κατηγορεῖς, ἀνώμοτοι δὲ καὶ οἱ μάρτυρες καταμαρτυροῦσι. δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοι διομοσαμένους, καὶ ἁπτομένους τῶν σφαγίων, καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. *Ipse tibi novas leges inveniens, injuratus me accusas, tum & testes injurati contra me dant testimonium. cum & ipsos, eodem tecum juramento obligatos, & iisdem animalium mactatorum tactis carnibus, testimonium in me dare oporteret.*

Utque testes actor dabat, sic tres idem vades reus, qui pro ejus innocentia fidem suam interponerent. Ecce ejusdem Oratoris illic verba, quæ id innuunt. Ἐθέλοντος γάρ μου ἐγγυητὰς τρεῖς καθιστάναι κατὰ τὸν νόμον, οὕτως οὗτοι διεπράξαντο τοῦτο, ὥστε μὴ ἐγγενέσθαι μοὶ ποιήσασθαι. *Cumque vellem tres sponsores juxta legem exhibere, ipsi ita rem gesserunt, ut id mihi non liceret.*

Ac judicia hæc sub dio dari solita. Rem, & causam, narrat idem, in eadem *Oratione*. Ἔπειτα δὲ, ὃ πάντας οἶμαι ὑμᾶς ἐπίστασθαι, ἅπαντα τὰ δικαστήρια ἐν ὑπαίθρῳ δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου· οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα τοῦτο μὲν. οἱ δικασταὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. τοῦτο δὲ, ὁ διώκων τὴν δίκην τοῦ φόνου, ἵνα μὴ ὁμορρόφιος γένηται τῷ αὐθέντῃ. *Deinde, quod vos omnes nosse scio, omnia tribunalia causas homicidii sub dio judicant: idque non alia de causa, quam partim, ut ne Judices irent in locum eundem cum iis, quibus impuræ manus essent; partim vero, ne actor homicidii atque reus, sub eodem tecto essent.* Ac certe, non licuisse cuiquam sub eodem cum homicida tecto agere, supra ostendi, *Cap.* XV.

Damnatos vero homicidii, occidere licebat, in territorio Attico, aut vinctos abducere; excruciare, aut pecuniam extorquere non licebat: qui fecisset, actio in eum dupli erat. Demosthenes, de his verba faciens, Orat. *in Aristocratem*, ipsa legis verba ponit. Τοὺς δ' ἀνδροφόνους, ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει, λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδ' ἀποινᾶν, ἐν διπλοῦν ὀφείλειν, ὅσον ἂν καταβλάψῃ. *Homicidas liceat occidere in nostro territorio, & in carcerem abducere, ut in axe Solon statuit: excruciare, aut pecuniam ab iis extorquere, non liceat: alioquin duplum dati damni luendum.*

Non damnatos si quis forte occidisset, aut fuisset cædis causa, foro ille collimitio, ludisque, & sacris, Amphictyonicis arcebatur, perinde ac si Atheniensem occidisset. Verba legis, apud eundem, in *Oratione* eadem, ita habent. Ἐὰν δέ τις ἀνδροφόνον κτείνῃ, ἢ αἴτιος ᾖ φόνου, ἀπεχόμενον ἀγορᾶς ἐφορίας, καὶ ἄθλων, καὶ ἱερῶν, Ἀμφικτυονικῶν, ὥσπερ τὸν Ἀθηναῖον κτείναντα, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι. *Si quis autem homicidam ceciderit, aut cædis ei causa fuerit, abstinens foro collimitio, & ludis, ac sacris, Amphictyonicis, perinde ac si Atheniensem occidisset, eodem crimine teneatur.*

JOANNIS MEURSII THEMIDIS ATTICÆ

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

Furum pœna, mors, aut duplum. Sulpitius Victor, & Curius Fortunatianus, emendantur. Etiam decuplum. Vincula dierum quinque, noctiumque. Furtum quinque drachmarum punitum. Actio vel fimi bubuli. Βολίτου δίκη, *proverbium. Fures testimoniis prohibebantur. Actoris, & rei, juramentum: ac convicti illic mulcta, mille drachmæ. Qui tres fures indicasset, præmium accipiebat.*



URTI pœna, mors initio a Dracone constituta. Plutarchus, de eo agens, in *Solone*. Καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας, ἢ ὀπώραν, ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ ἀνδροφόνοις. *Qui olus furati erant, vel fructus hortenses, eodem modo puniri voluit, quo sacrilegos, & homicidas.* Atqui pœna homicidis & sacrilegis mors sancita. De homicidis jam ostendi in præcedentibus. De Sacrilegis statim dicam. Idem & Solonis lex constituebat; quam Diogenes Laertius sic commemorat, in *Solone*, lib. I. Ἃ μὴ ἔθου, μὴ ἀνέλῃς· εἰ δὲ μὴ, θάνατος ἡ ζημία. *Quæ non posuisti, ne tollas: sin autem, morte luito.* Isocrates, Orat. *in Lochitem*. Ὁρῶ δ' ὑμᾶς, ὅταν τοὺς καταγνῶτε ἱεροσυλίαν, ἢ κλοπὴν, οὐ πρὸς τὸ μέγεθος ὧν ἂν λάβωσι τὴν τιμωρίαν ποιουμένους, ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων θάνατον κατακρίνοντας, καὶ νομίζοντας δίκαιον εἶναι, τοὺς τοῖς αὐτοῖς ἔργοις ἐπιχειροῦντας ταῖς αὐταῖς ζημίαις κολάζειν. *Equidem vos, si quem sacrilegii, furtive, damnatis, in irroganda pœna non id spectare video, quantum abstulerint, sed sine discrimine omnes capitis damnare, & æquum putare, qui facinora eadem sunt aggressi, ut easdem pœnas luant.* Alii, pœnam dupli tradunt. Aulus Gellius, *lib.* XI. *cap.* XVIII. *Solon ex septem illis inclytis sapientibus fuit. Is sua lege in fures non, ut Draco antea, mortis, sed dupli pœna vindicandum existimavit.* Hermogenes, in *Partit. Sect.* IV. Ἐξ ἱεροῦ ἰδιωτικά τις ὑφείλετο χρήματα. νόμου κελεύοντος, τὸν μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι, τὸν δὲ κλέπτην διπλᾶ διδόναι, ὡς ἱερόσυλος ὑπάγεται· ὁ δὲ, κλέπτης εἶναι λέγει. *Ex loco sacro quidam privatas pecunias*

abstulit. Lege jubente, sacrilegum interfici, furem vero duplum reddere. Ille, tanquam sacrilegus in judicium abducitur: ipse vero se furem esse dicit. Emendandus Sulpitius Victor, in *Institut. Orat. Quidam de templo sustulit vasa privata, & profana. Petitus ad pœnam, tanquam sacrilegus, offertque duplum, quasi fur.* Hodie non recte editur, *offert quadruplum.* Et Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. 1. *Sacrilegus, capite plectatur: fur, quadruplum solvat. De templo quidam privatam pecuniam sustulit. Petitur ad pœnam, quasi sacrilegus: offertque duplum, quasi fur.* Etiam illic edidit, *offert quadruplum.* Sed sciendum, ut furtum erat, ita & fuisse pœnam; mortem, aut duplum. Accurate est distinguendum. Æschines dicit, furti manifesti reos, atque illud confitentes, morte affectos; negantes, in judicium abductos. Ecce verba, in Oratione ejus *in Timarchum.* Οἱ δὲ νόμοι κελεύουσι τῶν κλεπτῶν τοὺς μὲν ὁμολογοῦντας, θανάτῳ ζημιοῦσθαι· τοὺς δ' ἀρνουμένους, κρίνεσθαι. *Leges vero jubent, fures confitentes, capite plecti: negantes autem, in judicium adduci.* Dupli pœna indicebatur, si quis ea, quæ amiserat, recepisset: verum, si non recepisset, decuplum cum fur solvebat, tum quicunque ejus socii. Demosthenes, Orat. *in Timocratem.* Ὅ, τι ἐάν τις ἀπολέσῃ, ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὸ διπλάσιον καταδικάζειν. ἐὰν δὲ μὴ, τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. *Quicquid aliquis amiserit, si receperit id ipsum, fur in duplum condemnetur. Sin autem, in decuplum ipse, & adjutores, teneantur.* Habes ipsa legis verba. Insuper, interdiu qui furaretur, ultra quinquaginta drachmas, in judicium abductus, ad Undecimviros, si convictus teneatur, mortis pœnam sustinebat: Si quid noctu quispiam furatus esset, qualecunque id demum esset, eum occidere, vulnerare, & ad Undecim viros abducere concedebatur. Ac supplicium, idem erat, si quis aliquid e Lyceo, Cynosarge, aut Academia, & Gymnasiis, portubusve, quod valeret drachmas decem, ampliusve, abstulisset. Sed privato si judicio furti quis convictus foret, is & duplum exhibere tenebatur, &, si ita vellent Judices, quinque dies, atque noctes, in compedibus, omnibus conspiciendus, servabatur. Ipsam legem en Demosthenes, in *citata Oratione*, repræsentat. Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο. τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ ἐγγυητὰς καταστήσαντι ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν. καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι, τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων, ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν εἶναι τὴν ζημίαν. εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθέν. προστιμῆσαι δὲ ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας, καὶ νύκτας ἴσας, ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον. *Si quis interdiu supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Undecimviros. Si quis vero noctu aliquid qualecunque surripuerit, eum & occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad Undecimviros abducere, si cui libet, fas esto. Convicto autem eorum facinorum, propter quæ in vincula abripere licet, non liceat datis vadibus pro furtis satisfacere, sed mors pœna esto. Ac si quis e Lyceo, aut Academia, aut Cynosarge, vestem, aut lagunculam, aut quicquam aliud minimi pretii, aut vasculum aliquod e gymnasiis, portubusve, supra decem drachmarum pretium, surripuerit, etiam bis morte pœnas esse luendas constituit. Si quis vero privato judicio furti fuerit convictus, ei litis æstimatæ duplum solvere licere. Penes judices vero esse, furem, præter argenti mulctam, ad quinque dierum, totidemque noctium, vincula damnare, ut omnes eum vinctum esse videant.* Ac de vinculis, sunt ejusdem quoque Oratoris verba, paullo ante. Λεγόντων τῶν νόμων, οὓς ἔθηκε Σόλων, οὐδὲ ὅμοιος ὢν τούτῳ νομοθέτης, ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς, καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτου, προστιμᾶν αὐτῷ δεσμόν. *Cum dicant leges, quas Solon tulit, nulla in re similis isti legislator; Si quis furti convictus erit, neque tamen capitis, damnatus fuerit, eum in vincula condemnandum.* Sed quod dicitur in citatis verbis legis, in principio, ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς, *supra drachmas quinquaginta.* Adeo autem acriter persequebantur furta quævis, ut, qui drachmas quinque furto subduxisse convictus esset, puniretur. Libanius, sive Theonest, in Paradigmate loci communis, *in Proditorem.* Τοὺς ἐπὶ πέντε δραχμὰς ἁλόντας κολάζετε. *Convictos quinque drachmarum furti supplicio afficitis.* Etiam, si bubulum quis fimum furto abstulisset, non impune id ferebat: unde & proverbio origo data, Βολίτου δίκην. Appendix Vaticana Proverbiorum a V. CL. Andrea Schotto, in lucem edita, *Cent.* I. *Proverb.* XXIV. Βολίτου δίκη. Πρὸς τοὺς ἀξίους καὶ ἐπὶ μικροῖς τιμωρίαν ὑπέχειν. ἐν γὰρ τοῖς ἄξοσι (τοῦ Σόλωνος) νόμος καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει. *Fimi actio. De iis qui juste etiam ob res viles rei fiant. Nam in tabulis (Solonis) lex etiam fimi fures punit.* Scholiastes Aristophanis, *ad Equites.* Καὶ παροιμία, Βολίτου δίκην. πρὸς τοὺς ἐπὶ μικροῖς δίκην ὑπέχοντας. ὁ γὰρ Σόλωνος νόμος καὶ τοὺς βόλιτον ὑφελομένους κολάζει. *Et Proverbium, Fimi judicium: de iis, qui ob res exiguas in judicium vocantur. nam lex Solonis etiam illos, qui fimum furto abstulissent, pœna afficit.* Ac totidem omnino verbis Suidas, *in* Βολίτου δίκην. Nec testimonium ferre furi licitum erat. Sopater, in *Divis. Quæst.* Νεκρὸς γὰρ οὐ μαρτυρεῖ. ὁ λωποδύτης ὁμοίως. *Mortuus enim non fert testimonium, ut nec fur vestimentorum.*

In furti vero actione, actor pariter & reus jusjurandum dabant: quique pejerasse convictus foret, mille drachmis mulctabatur. Suidas. Ἀμφιορκία. ἐπειδὰν ὅ, τε διώκων καὶ ὁ φεύγων ὀμνύωσι, κλοπῆς ἔγκλημά τισιν ἐπιφέροντες. τοῦτο δὲ, πολλάκις ὤφθη μάτην γινόμενον. ἔθεντο οὖν Ἀθηναῖοι νόμον κατὰ τῶν ἀπαγόντων εἰς δεσμωτήριόν τινας ἐπὶ δίκῃ κλοπῆς, χιλίας διδόναι δραχμὰς τοὺς ἁλόντας. *Reciprocum jusjurandum. Quum & actor & reus jurant, furti crimen alicui intentantes. Hoc vero sæpenumero temere fieri animadversum est. Itaque tulere legem Athenienses, in eos, qui ob furti crimen quenquam in carcerem abducerent, ut convicti mille drachmis mulctarentur.*

Adeo vero etiam fures coerceri cupiebant, ut & præmium constituerent ei qui tres indicasset. Cyrus, *de diff. stat.* Τὸν τρεῖς κλέπτας ἐλέγξαντα, (νόμος) δωρεὰν λαμβάνειν. δύο τὶς ἐλέγξας, ἤλεγξε τρίτον ἑαυτὸν, καὶ αἰτεῖ εἰς τὸ γέρας σωθῆναι. *Qui tres fures indicasset, lex erat, ut acciperet præmium. duobus quispiam indicatis, tertium seipsum addit: & salutem loco præmii dari petit.*

CAP. II.

Sacrilegis, & proditoribus, mors supplicium, aut exilium perpetuum, ipsis pariter liberisque. Tum nec sepeliri licitum intra Atticam: ac, si quis post mortem etiam forte deprehensus foret, ossa effodere lex jubebat, & projicere extra regionis fines. Quin proditionem etiam vel duntaxat cogitasse, capitale censebatur: uti quoque, somnum capere in excubiis.

SACRILEGOS, & proditores, eadem lex puniebat: & eodem quoque modo: exilium nempe, & sepulturam extra patriam, ac bonorum omnium

publicationem. Euryptolemus, in Oratione, apud Xenophontem, *Hist. Græc.* lib. I. Τῦτο δ' εἰ βύλεσθε, κατὰ τῦτον νόμον κρίνατε, ὅς ἐστιν ἐπὶ τοῖς ἱεροσύλοις, καὶ προδόταις. Εάν τις ἢ τὴν πόλιν προδιδῷ, ἢ τὰ ἱερὰ κλέπτῃ, κριθέντα ἐν δικαστηρίῳ, ἂν καταγνωσθῇ, μὴ ταφῆναι ἐν τῇ Αττικῇ· τὰ δὲ χρήματα αὐτῦ, δημόσια εἶναι. *Sin hoc maletis, ex ea lege de his cognoscite, quæ de sacrilegis, & proditoribus, lata est. Si quis vel urbem prodiderit, vel res sacras furto abstulerit, causa pro tribunali cognita damnetur: in Attica ne sepeliatur: bonaque ejus publica sunto.*

Si in potestate forent, mortis pœna afficiebantur. Hinc Hermogenes capiendus, *de Partit. Sect.* IV. Νόμυ κελεύοντος, ἢ μὲν ἱερόσυλον τεθνάναι. *Cum lex jubeat, ut sacrilegus quidem moriatur.* De proditore vero, Lycurgus, *in Leocratem.* Τίς γὰρ, ὁρῶν θανάτῳ ζημιωθέντα τὸν προδότην, ἐν τοῖς κινδύνοις ἐκλείψει τὴν πατρίδα. *Nam quis, videns proditorem morte punitum, patriam in periculis deseret?*

Nec fas eos sepelire. Id de proditore clare Syrianus, *in Hermogenem.* Νόμος, τῷ προδότῃ μηδὲν εἶναι μνημεῖον. *Lex est, ut proditoris nullum sit sepulcrum.* Dion Chrysostomus, in *Rhodiaca*. Καθάπερ, οἴμαι, τὸ, μὴ θάπτεσθαι τὺς προδότας. *Quale existimo hoc esse, quod proditores minime sepeliantur.* Thucydides, *lib.* I. Οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν, ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φυγόντος. *Neque enim fas erat sepelire, tanquam proditionis causa exulantem.* Non sepeliebantur autem intra Atticam: nam cadavera extra eam deportari lex jubebat. Id diserte dicit Xenophon, in *citatis* ante *verbis*. Et huc pertinet, quod de Phocione, proditionis damnato, refert Plutarchus, in *ejus Vita*. Εδοξε καὶ τὸ σῶμα τῦ Φωκίωνος ἐξορίσαι, καὶ μηδὲ πῦρ ἐναῦσαι μηδένα πρὸς τὴν ταφὴν Αθηναίων. Et quæ sequuntur. *Placuit etiam ut cadaver Phocionis extra fines portaretur: & ne quis Atheniensium in ejus rogo ignem accenderet.* Æmilius Probus, in *eodem Phocione.* *In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo liber eum sit ausus sepelire. Itaque a servis sepultus est.* Diodorus Siculus *lib.* XVIII. Διὰ δὲ τῆς τῦ κωνείυ πόσεως κατὰ τὸ πάτριον ἔθος τὸν βίον καταλύσαντες, ἐρρίφησαν ἄταφοι πάντες. ὁ μὲν ἦν Φωκίων, καὶ οἱ μετ' αὐτῦ, διαβληθέντες, τοιαύτην ἔσχον τὴν τῦ βίυ καταστροφήν. *Finita vero cicutæ potu ex patriæ instituto vita, universi insepulti sunt projecti. Phocion igitur, & qui cum eo erant, per calumniam circumventi, talem vitæ suæ finem habuerunt.*

Quos in potestate sua non haberent, quique ad hostem aut in aliam quamvis terram, profugissent, ii exilio perpetuo, liberique item ipsorum, damnabantur. Atque hinc est capiendus Marcellinus, *in Hermogenem.* Νόμος, τῷ προδότῃ συμφεύγειν τὺς παῖδας. *Lex est, ut cum proditore liberi quoque exilium subeant.* Apud Quintilianum, in Lemmate *Declam.* CCCLXVI. *Proditor cum liberis exulet.* Ac deinde, in ipsa *Declamatione*: *Lex autem exulare & proditoris liberos jubet.* Et hanc legem innuit Libanius, in Declamatione Hyperidis *pro Demosthene*. Λύεις τὸν νόμον τῆς αὐτομολίας, λύεις τὸν νόμον τῆς προδοσίας. *Solvis legem de transfugio: Solvis legem de proditione.*

Deprehensi, & in carcerem conjecti, servabantur ad tricesimum usque diem; atque eo, ut conscios proderent, torquebantur. Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib. II. *Qui proditionis damnatus fuerit, magistratui detur custodiendus: & trigesima die torqueatur, ut conscios dicat.* Huc pertinent illa Sopatri, in *Divis. Quæst.* Εγκαλύμενος στρατηγὸς προδοσίας. ἐδέδετο κατὰ νόμον παρὰ τῷ συστρατηγῷ, ἕως ἂν εἴπῃ τὺς συνειδότας. *Proditionis accusatus imperator, in vinculis apud collegam juxta legem detinetur, donec conscios indicaverit.*

Quin post mortem etiam si quis proditor deprehensus foret, ossa lex effodere præcipiebat: & quod vivo eventurum omnino erat, mortuo quoque accidebat: ac projecta extra Atticam. Lycurgus, Orat. *in Leocratem.* Ψηφίζεται ὁ δῆμος, Κριτίυ εἰπόντος, τὸν μὲν νεκρὸν κρίνειν προδοσίας. κἂν δόξῃ προδότης ὢν, ἐν τῇ χώρᾳ μὴ τεθάφθαι, τά τε ὀστᾶ αὐτῦ ἀνορύξαι. καὶ ἐξορίσαι ἔξω τῆς Αττικῆς· ὅπως ἂν μὴ κέηται ἐν τῇ χώρᾳ μηδὲ τὰ ὀστᾶ τῦ τὴν χώραν, καὶ τὴν πόλιν, προδιδόντος. *Decernit populus, Critia dicente, mortuum proditionis accusandum: ac, si proditor videatur, ut ne intra Atticam sepeliatur, ossaque effodiantur, atque extra Atticam projiciantur: ut ne ossa quidem ejus, qui prodiderit regionem, atque urbem, intra regionem cubent.* Quin punitus etiam qui cogitasset proditionem, quamlibet non effecisset. Maximus Tyrius, *Dissert.* II. Κολάζει ὁ νόμος καὶ προδότην τὸν μελετήσαντα, κἂν μὴ πράξῃ. *Punit lex etiam proditorem, quique duntaxat cogitaverit, etiamsi non perfecerit.* Proximum proditioni, somnum capere in excubiis: itaque & capitale illud erat. Marcellinus, *in Hermogenem.* Νόμος, τὸν φύλακα μὴ καθεύδειν, ἢ θανάτῳ ζημιῦσθαι. *Lex est, ne excubitor dormiat, aut ut morte puniatur.*

CAP. III.

Qui ærario debebant, munus nullum reip. capessere poterant. Si per annum debuissent, duplum dare tenebantur: venditisque item bonis in carcerem compingebantur, ac detinebantur vincti. Εγκαλοσκελεῖς. *Ac debitorem accusare cuique licitum: etiam eum, qui, non persoluto debito, nomen ejus delevisset.* Αγραφίυ δίκη. *Qui monetam adulteraret, mortis pœna afficiebatur.*

QUI ærario quid debebat, a muneribus in rep. obeundis arcebatur. Anonymus, in Argumento Orationis Demostheneæ *in Androtionem.* Τέταρτος νόμος, τὸν ἔτι ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ πολιτεύεσθαι. *Quarta lex est, ne quod ille in rep. munus gerat, qui ærario adhuc debet.* Themistius, *Orat.* XIV. Καίτοι Αθήνησι τὺς ὀφείλοντας τῷ δημοσίῳ κατείργει νόμος· μὴ κοινωνεῖν τῆς πολιτείας, ἕως ἂν τὸ ὀφειλόμενον ἀπολύσωνται. *Atqui Athenis lex prohibet aliquot in rep. munus gerere, qui ærario debent, donec debitum persolverint.*

Qui per annum distulisset, duplum debebat. Anonymus, quem citavi statim, in Argumento *Timocrateæ.* Νόμυ δὲ προστάττοντος, τὸν χρησάμενον δημοσίοις χρήμασιν ἐπ' ἐνιαυτὸν ὅλον, διπλάσια ταῦτα διδόναι. *Jubente autem lege, ut, qui publica pecunia per annum integrum usus esset, eandem duplam restitueret.* Andocides dicit, nona prytania solvere necesse habuisse, ac post eam, ni solvissent, duplum ærario debuisse. Ecce verba, in Orat. *de Mysteriis*. Οἱ μὲν ἀργύριον ὀφείλοντες τῷ δημοσίῳ, ὁπόσοι εὐθύνας ὤφειλον, ἄρξαντες ἀρχὰς, ἢ ἐξύλας, ἢ γραφὰς, ἢ ἐπιβολὰς ὦφλον, ἢ ὠνὰς πριάμενοι ἐκ τῦ δημοσίυ, μὴ κατέβαλον τὰ χρήματα, ἢ ἐγγύας ἠγγυήσαντο πρὸς τὸ δημόσιον, τύτοις ἡ μὲν ἔκτισις ἦν ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας. εἰ δὲ μὴ, διπλάσιον ὀφείλειν, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν πεπρᾶσθαι. *Qui enim pecuniam ærario debebant, quive rationes reddere tenebantur gesti magistratus, judiciorum de vi, accusationum; aut qui insidiarum rei erant, quique ex publico emerant, neque debitum exsolverant, aut spoponderant apud ærarium, bis solutio præstanda tempore nonæ prytaniæ. Si vero non solvissent, duplum debebant, bonaque eorum venum ibant.* Ubi hoc insuper observa; bona quoque venumdata. Demosthenes, Orat. *in Neæram*, rem ostendit. Μὴ ἐκτιθέντος δὲ τῦ ὀφλήματος ἐπὶ τῆς ἐνάτης πρυτανείας, διπλῦν ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ ὄφλημα, καὶ ἐγγραφήσεσθαι Απολλόδωρος τριάκοντα τάλαντα ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. ἐγγεγραμμένυ δὲ τῷ δημοσίῳ ἀπογραφήσεσθαι ἔμελλεν ἡ ὑπαρ-

χρυσᾶ ἐσία Ἀπολλοδώρῳ δημοσία εἶναι. πραθείσης δὲ αὐτῆς, εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταστήσεσθαι καὶ αὐτὸς, καὶ παῖδες οἱ ἐκείνου, καὶ ἡ γυνή. *Debito vero non persoluto nona prytania, duplum id futurum erat: ita ut Apollodorus inscribendus esset triginta talentorum debitor. Quo inscripto in publicas tabulas, res Apollodori familiaris publica futura erat. ea autem vendita, in extremam paupertatem redigendus erat cum ipse, tum & liberi ejus, atque uxor.* Conjiciebantur & in carcerem, & includebantur cippo. Idem Anonymus. Προστάττοντος γὰρ νόμου, τὸν ὀφείλοντα ἐπὶ τοῦ δευτέρου ἐνιαυτοῦ, δεδέσθαι, ἕως ἂν ἐκτίσῃ. *Præcipiente lege, ut, qui secundo anno deberet, in vincula conjiceretur, dum exsolveret.* Huc pertinet Andocidis locus, in *citata Oratione*. Κηφίσιος μὲν οὑτοσὶ, πριάμενος ὠνὴν ἐκ τοῦ δημοσίου, καὶ ἐκ ταύτης ἐπικαρπίας τῶν ἐν τῇ γῇ γεωργούντων ἐννενήκοντα μνᾶς ἐκλέξας, οὐ κατέβαλε τῇ πόλει, καὶ ἔφυγεν. εἰ γὰρ ἦλθεν, ἐδέδετ᾽ ἂν ἐν τῷ ξύλῳ. ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχε, κυρίαν εἶναι τήν τε βουλὴν, ὃς ἂν, πριάμενος τέλος, μὴ καταβάλῃ, δεῖν εἰς τὸ ξύλον. *Cephisius enim iste, cum quid ex publico redemisset, & ex agricolarum frugibus minas sibi nonaginta selegisset, urbi debitum non solvit, ac profugit. etenim si redisset, vinctus in cippo fuisset. nam ex lege hæc senatus est potestas, uti eum, qui redemerit vectigal, neque solverit, in cippo vinciat.* Itaque hoc modo vincti, Ἐγκαλοσκελεῖς facete a quodam, ut videtur, Comico appellati. Observo ecce apud Hesychium. Ἐγκαλοσκελεῖς. Οἱ μὴ ἀποδιδόντες τὰ χρέα, ἐν κάλοις ἐδεσμεύοντο τοὺς πόδας. *Encalosceles. Qui debitum non solvebant, in lignis vinciebantur pedibus.*

Ac debitorem accusare unicuique licitum erat. Demosthenes, Orat. *in Theocrinem*. Ἕτερον δὲ τὸν τρίτον, (νόμον,) ὃς κελεύει, κατά τε τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ τὰς ἐνδείξεις τὸν βουλόμενον ποιεῖσθαι τῶν πολιτῶν. *Aliam vero etiam tertiam, (legem,) quæ similiter jubet, qui ærario deberent, eum ut e civibus quicunque vellet accusaret.*

Qui, non persoluto debito, nomen ejus delevisset, eum licitum apud Thesmothetas, quos vocabant, accusare: eaque actio Ἀγραφίου dicebatur. Demosthenes, *ibidem*. Ὁ νόμος οὐ κατὰ τῶν ὀφειλόντων, καὶ μὴ ἐγγραφέντων, κελεύει τὰς γραφὰς τοῦ ἀγραφίου εἶναι· ἀλλ᾽ οἵτινες ἂν ἐγγραφέντες; καὶ μὴ ἐκτίσαντες τῇ πόλει τὸ ὄφλημα, ἐξαλειφθῶσι. *Lex non in eos qui debent, & inscripi non sunt, neglectæ scripturæ dat actionem: sed in eos, qui quamvis inscripti, non soluto urbi debito, deleti fuerint.* Et mox iterum. Ἀκούετε τοῦ νόμου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὅτι διαῤῥήδην λέγει. ἐάν τις τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ, μὴ ἐκτίσας τὸ ὄφλημα τῇ πόλει, ἐξαλειφθῇ, εἶναι κατ᾽ αὐτοῦ τὰς γραφὰς πρὸς τοὺς θεσμοθέτας τοῦ ἀγραφίου. *Auditis legem, viri judices, aperte dicentem; si quis eorum qui ærario debent, non soluto urbi debito, deleatur, dari in illum actionem nelgectæ scripturæ apud Thesmothetas.* Videre est etiam apud Pollucem, *lib.* VIII. *cap.* VI. Etymologici Auctorem, Harpocrationem, & Suidam, *in* Ἀγραφίου δίκη.

Illud quoque obiter hic dicendum puto: qui monetam publicam adulterassent, pœnam his propositam fuisse mortem. Demosthenes, Orat. *in Leptinem*. Τοῖς μὲν τὸ νόμισμα διαφθείρουσι, θάνατος παρ᾽ ὑμῖν ἐστὶν ἡ ζημία. *Qui monetam quidem adulterant, mortis pœna apud vos afficiuntur.*

CAP. IV.

Donationes populi debere esse ratas: quas necesse fieri in concione, sive Pnyce. Non licebat autem eum coronare, qui rationes necdum retulisset.

DONATIONES populi, ratas esse oportebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὰς τοῦ δήμου δωρεὰς κυρίας εἶναι. *Lex populi donationes jubet esse ratas.* Anonymus, in Argumento *Leptineæ*. Παρέβη ὁ νόμος οὗτος τὸν παλαιὸν νόμον, τὸν λέγοντα, τὰς τοῦ δήμου δωρεὰς εἶναι βεβαίας. *Transgressa est lex hæc veterem legem, quæ dicit, populi donationes ratas esse.*

Donabant autem in concione. Cicero, *de Opt. Gen. Orat. Cum esset lex Athenis, eos qui a populo donarentur, ut concione donari debere.* Æschines, *in Ctesiphontem*. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κελεύει, ἐὰν μέν τινα στεφανοῖ ἡ βουλὴ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνακηρύττεσθαι· ἐὰν δὲ ὁ δῆμος, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Lex enim aperte jubet, si quem corona senatus donet, id in curia proclamari: si vero populus, in concione.* Et mox. Εἰσὶ τῇ πόλει δύο νόμοι κείμενοι περὶ τῶν κηρυγμάτων. Εἷς μὲν, ὃν νυνὶ ἐγὼ παρέχομαι, διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα, τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας. *Duæ sunt urbi leges positæ de renuntiationibus. una est, quam nunc exhibeo; diserte vetans, ne, quem populus coronat, extra concionem renuntietur.* Libanius, in Argumento Orationis *de Corona*. Νόμον παρεχόμενος τὸν λέγοντα· ἐὰν μέν τινα ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων στεφανοῖ, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν στέφανον ἀναγορεύεσθαι. *Legem proferens, quæ jubet: Si quem populus Atheniensis coronaret, ut corona in concione renuntietur.* Hoc ipsum est, quod alii in Pnyce factum esse dicunt: siquidem conciones populi haberi solitæ. Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος (ὄντος,) μὴ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἀλλ᾽ ἐν τῇ Πνυκί. *Cum lex esset, ne in theatro quisquam coronaretur, a populo, sed in Pnyce.* Syrianus, *in eundem*. Νόμος δὲ ἐστὶν ὁ κωλύων, μὴ εἰσφέρειν γράμματα· δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι ἐν θεάτρῳ στεφανοῦσθαι, ἀλλ᾽ ἐν Πνυκί. *Lex est, quæ vetat, ne literæ ullæ inferantur: deinde, ne quis in theatro coronetur, sed in Pnyce.* Æschines, *in Ctesiphontem*. Ὁ μὲν νομοθέτης κελεύει ἐν τῷ δήμῳ ἐν Πνυκὶ τῇ ἐκκλησίᾳ ἀνακηρύττειν τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον. *Jubet quidem legislator, eum qui a populo corona donetur, apud populum in Pnyce, convocata concione, coronari.*

Non licebat vero coronari quenquam, qui necdum rationes retulisset. Cicero, *de Opt. Gen. Orat. Cum esset lex Athenis, ne quis populi scitum faceret, ut quisquam corona donaretur in magistratu prius, quam rationes retulisset.* Æschines, *in Ctesiphontem*. Κατιδὼν δέ τις ταῦτα νομοθέτης, τίθησι νόμον καὶ μάλα καλῶς ἔχοντα, τὸν διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα, τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. *Quibus legislator quidam animadversis, legem tulit, eamque præclaram, quæ expresse vetaret, quenquam, rationibus nondum redditis, coronari.* Et mox iterum. Ἕτερος δὲ ἀπαγορεύει νόμος, ἀρχὴν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν. *Alia vero lex vetat, magistratum ante rationes relatas coronari.* Sopater, *in Hermogenem*. Νόμου ὄντος, τὸν ὑπεύθυνον μὴ στεφανοῦν. *Cum lex sit, ne qui rationes non retulerit, coronetur.* Et Marcellinus. Τίθησι νόμον, μάλα καλῶς ἔχοντα, τὸν διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα, τοὺς ὑπευθύνους μὴ στεφανοῦν. *Legem ponit, bene admodum habentem, quæ aperte vetat, qui rationes non retulerint, coronari.*

CAP. V.

Lex de civibus; ne qui tales censerentur, nisi qui parente utroque cive nati: cumque ita Pericles constituisset, mox id illi fraudi fuit. Itaque placuit, ut sufficeret deinceps, si parentum saltem alter civis esset. Thesmothetæ nemini licebat esse, nisi tertia generatione civi.

CIVIS nullus censebatur, nisi qui parente utroque cive nati forent. Tulit eam legem Pericles, cum florentem filiis haberet domum: sed, his postea orbatus, ne familia inter-

cideret, antiquavit. Plutarchus, in *ejus Vita*. Εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸν περὶ τῶν νόθων νόμον, ὃν αὐτὸς εἰσενηνόχει πρότερον· ὡς μὴ παντάπασιν ἐρημίᾳ διαδοχῆς τὸν οἶκον ἐκλίποι τοὔνομα, καὶ τὸ γένος. εἶχε δ' οὕτω τὰ περὶ τὸν νόμον· ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων, ὥσπερ εἴρηται, γνησίους, νόμον ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας. *Suasit abrogandam legem de spuriis, quam ipse antea tulerat: ne omnino, successionis orbitate, familiæ nomen, atque genus, interiret. De lege autem, ita sese res habebat. Multo ante Pericles, cum floreret in republica, legitimosque, uti dictum, haberet filios, legem tulit; ut Athenienses cives ii soli censerentur, qui Atheniensibus duobus essent procreati.* Ælianus, *Var. Hist.* lib. VI. cap. X. Περικλῆς, στρατηγῶν Ἀθηναίοις, νόμον ἔγραψεν, ἐὰν μὴ τύχῃ τὶς ἐξ ἀμφοῖν ὑπάρχων ἀστῶν, τούτῳ μὴ μετεῖναι τῆς πολιτείας. *Pericles, Atheniensium prætor, legem tulit; cui non uterque parens civis foret, is ne particeps civitatis haberetur.* Huc faciunt illa Demosthenis, Orat. *in Eubulidem*. Οὐκοῦν ὅτι μὲν καὶ τὰ πρὸς μητρὸς εἰμὶ ἀστὸς, καὶ τὰ πρὸς πατρὸς, τὰ μὲν, ἐξ ὧν ἄρτι μεμαρτύρηται, μεμαθήκατε πάντα· τὰ δ' ἐξ ὧν πρότερον περὶ τοῦ πατρός· λοιπὸν δέ μοι περὶ ἐμαυτοῦ εἰπεῖν, τὸ μὲν ἁπλούστατον οἶμαι, καὶ δικαιότατον, ἐξ ἀμφοτέρων ἀστῶν ὄντα με, κεκληρονομηκότα καὶ τῆς οὐσίας, καὶ τοῦ γένους, εἶναι πολίτην. *Me igitur & a matre civem esse, & a patre, partim ex dictis testium modo cognovistis omnia; partim ex iis, quæ de patre antea dicta. Reliquum itaque est, ut de me ipso apud vos dicam. Quod igitur simplicissimum est, & justissimum: cum ex utroque parente sim civis, hæreditatemque item, & genus consequutus, civem equidem me censeo.* Itaque cum inquisitio civium fieret, si qui deprehenderentur non parente utroque cives, nomen horum ex albo civium delebatur, atque ipsi inter inquilinos deinceps censebantur. ac, sententiæ popularium si qui non acquiescentes provocarent, & superiores forent in judicio, civitati reddebantur: sed, si causa cecidissent vendebantur. Anonymus, in Argumento Orationis *in Eubulidem*, quam citavi. Γράφεται νόμος παρ' Ἀθηναίοις, γενέσθαι ζήτησιν πάντων τῶν ἐγγεγραμμένων τοῖς ληξιαρχικοῖς γραμματείοις, εἴτε γνήσιοι πολῖται εἰσὶν, εἴτε μή. τοὺς δὲ μὴ γεγονότας ἐξ ἀστοῦ καὶ ἀστῆς, ἐξαλείφεσθαι· διαψηφίζεσθαι δὲ περὶ πάντων τοὺς δημότας· καὶ τοὺς μὲν ἀποψηφισθέντας, καὶ ἐμμείναντας τῇ ψήφῳ τῶν δημοτῶν, ἐξαληλίφθαι, καὶ εἶναι μετοίκους· τοῖς δὲ μὴ βουλομένοις, ἔφεσιν εἰς δικαστὰς δεδόσθαι. κἂν μὲν ἁλῶσιν καὶ παρὰ τῷ δικαστηρίῳ, πεπράσθαι· ἐὰν δὲ ἀποφύγωσιν, εἶναι πολίτας. *Scribitur lex apud Athenienses, ut inquiratur in eos, qui in album civium relati forent, ecquid veri cives illi, an non, essent. quique non parente utroque cive nati, delerentur: tum sententiam de omnibus uti populares ferrent; quique eam ratam haberent, inter inquilinos essent: si qui nollent, iis quoque provocationem dari. sed, si etiam in judicio convincerentur, vendebantur: si vicissent, inter cives habebantur.* Vendebantur vero victi, uti dixi, & bona eorum publica erant. Dionysius Halicarnasseus, in *Isæo*. Ἐγράφη γὰρ δή τις ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων νόμος, ἐξέτασιν γενέσθαι τῶν πολιτῶν κατὰ δήμους. τὸν δὲ ἀποψηφισθέντα ὑπὸ τῶν δημοτῶν, τῆς πολιτείας μὴ μετέχειν· τοῖς δὲ ἀδίκως ἀποψηφισθεῖσιν, ἔφεσιν εἰς τὸ δικαστήριον εἶναι, προκαλεσαμένους τοὺς δημότας. καὶ ἐὰν τὸ δεύτερον ἐξελεγχθῶσι, πεπράσθαι αὐτοὺς, καὶ τὰ χρήματα εἶναι δημόσια. *Scripta enim lex est ab Atheniensibus, ut per populos civium inquisitio fieret. quique a popularibus abjudicatus foret, ne jus civitatis haberet. qui injuste abjudicati, his potestas provocare, & populares accusare. sed, si etiam iterum convincerentur, tum & vendebantur, ipsi, & eorum bona item publica erant.*

Postea vero parentem alterum suffecisse, ex Demosthenis quoque verbis, *in Eubulidem*, satis patet. Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονώς, ὥστε εἰ καὶ κατὰ θάτερα ἀστός ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. *Illis porro temporibus natus fuit, ut etiamsi ex altera duntaxat parte civis foret, civem eum haberi conveniret. nam natus fuit ante Euclidem.* Ubi etiam istud observare licet, sub Euclide, qui arcontis munus gessit, Olymp. XCIV. anno II. legem de parente utroque revocatam.

Ut autem civibus sufficiebat, parentem utrinque Atheniensem unum habere, ita tres in Thesmothetis requirebant. Pollux *lib.* VIII. *sect.* I. Ἐκαλεῖτο δέ τις θεσμοθετῶν ἀνάκρισις· εἰ Ἀθηναῖοι εἰσὶν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας. *Dicebatur & quædam Thesmothetarum inquisitio: an Athenienses nempe utrinque essent generatione tertia.* Meminitque ejus Demosthenes, in citata Oratione *in Eubulidem*, Ὥσπερ γὰρ τοὺς Θεσμοθέτας ἀνακρίνετε, ἐγὼ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐμαυτὸν ὑμῖν ἀνακρίνω. *Ut enim in Thesmothetas vos inquiritis, ad eundem ego modum apud vos in me inquiram.*

CAP. VI.

Civitatis donatio, & quo modo ea facta: ac negata his qui servi nati forent: aut perpetuo exilio damnati non essent, neve cum tota familia, vitæ tolerandæ causa, se Athenas contulissent. Civem, torquere non licebat. Non civi, haud permissum concionem advocare, vel jus dicere, vel cum aliquo jure agere: nec cum cive matrimonium contrahere, aut in foro quæstum facere. Civis denique judicari nusquam poterat, nisi Athenis.

ITAQUE Athenis nemo civis habitus, qui non patre Atheniensi, & matre, natus: nisi si donatus civitate foret. Atque id secundum leges fieri solitum. Demosthenes, Orat. *in Neæram*. Ὁ γὰρ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, κυριώτατος ὢν τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, καὶ ἐξὸν αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούληται, οὕτω καλὸν, καὶ σεμνὸν, ἡγήσατ' εἶναι δῶρον, τὸ Ἀθηναῖον γενέσθαι, ὥστε νόμους ἔθετο αὐτῷ, καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ, ἐάν τινα βούλωνται, πολίτην. *Populus enim Atheniensis, cujus summa est in rebus omnibus, ad remp. pertinentibus, auctoritas, cuique facere, quod voluerit, licet, ita præclarum, & splendidum, esse donum censuit, Atheniensem fieri, ut ipse sibi leges præscripserit, juxta quas oporteat facere, si donatum civitate quenquam velint.* Itaque inprimis cautum, iis tantum civitas ut donaretur, qui præclare de rep. meriti essent: quin jam data, nullo modo rata erat, nisi proxima concione viri amplius sex mille, occultis suffragiis, conprobassent. Senatores quoque & capsulas ponere, & calculos dare accedenti ad ipsos populo, jubebantur, antequam peregrini illi ingrederentur, deinde ut liber unusquisque, ac sui juris, reputaret apud sese, quem facturus civem esset, an honore eo dignus. Demosthenes postea, in *eadem Oratione*. Πρῶτον μὲν γὰρ νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ, δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην, ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεὰν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι, ψηφίζωνται, κρύβδην ψηφιζόμενοι. τοὺς δὲ πρυτάνεις κελεύει τιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος· καὶ τὴν ψῆφον διδόναι, προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι, καὶ τὰ γέρρα ἀναιρεῖν· ἵνα κύριος ὢν αὐτοῦ ἕκαστος σκοπεῖται πρὸς αὑτὸν, ὅντινα μέλλει πολίτην ποιήσασθαι, εἰ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς ὁ μέλλων λήψεσθαι. *Primo enim lata hæc lex est populo, ne quem facere liceat Atheniensem, nisi qui, propter strenuam Atheniensi populo navatam operam, & fortitudinem, fieri civis mereatur. Deinde, si persuasum populo fuerit, ut det id munus, ratum esse non sinit,*

nisi concione sequenti amplius sex mille viri Athenienses occultis suffragiis comprobarint. Senatores vero jubet ea lex proponere capsulas, & calculos dare accedenti populo, priusquam peregrini ingrediantur, & præmia tollant: ut unusquisque, sui juris adhuc, secum ipse deliberet, quem civem sit facturus, an sit eo munere dignus is qui illud accepturus. Post hæc omnia, actio violatarum legum publica erat: licebatque in judicium ingresso redarguere, nullo jure, meritove, datam civitatem esse. Demosthenes *ibidem*. Επειτα μετὰ ταῦτα παρανόμων γραφὴν ἐποίησε κατ' αὐτῆς τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων, καὶ ἔστιν, εἰσελθόντα εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελέγξαι, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε. *Post hæc violatarum legum actionem, cuique Atheniensium volenti in eum dedit: licetque ingresso in judicium, redarguere, indignum eum illo munere, sed contra leges factum Atheniensem esse.* Inter eos, qui indigni censebantur, servi habiti: qui natura, non calamitate aliqua, tales esset. Dion Chrysostomus, *Orat.* xv. Οὐκ οἶσθα τὸν Ἀθήνησιν, ἔφη, νόμον· ὅτι τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Ignoras, inquit, legem, quæ Athenis est: qua ei, qui natura servus sit, non permittitur civitatis participem fieri.*

Nec in civitatem recipi permittebat etiam Solon, nisi qui exilio perpetuo damnati essent, aut qui tota cum familia, vitæ tolerandæ causa, se Athenas contulissent. Plutarchus, in *ejus Vita*. Παρέχει δὲ ἀπορίαν καὶ ὁ τῶν δημοποιήτων νόμος, ὅτι γενέσθαι πολίταις οὐ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. *Præbet vero etiam scrupulum lex de civibus adscriptitiis: quia recipi in civitatem vetat, nisi qui e patria sua in exilium perpetuum sint ejecti, aut Athenas, artis exercendæ gratia, cum familia universa commigraverint.*

Habebant vero illud privilegium cives, ut torquere eos non liceret. Lysias indicat, Orat. *in Agoratum*. Ἀλλὰ μὲν δὴ οὐχ ὅμοιά γέ σοι καὶ ἐκείνοις ὑπῆρχε. πρῶτον μὲν γὰρ, Ἀθηναῖοι ἦσαν· ὥστε οὐκ ἐδεδίεσαν βασανισθῆναι. *Verum sane non eadem tibi cum illis erat conditio. nam primo quidem, ipsi Athenienses: ita ut non metuerent ne torquerentur.*

Non civi, non licebat concionem advocare, judicare, aut cum aliquo jure agere. Lysias, in eadem *Oratione*. Οὕτω μέντοι οὗτος πολὺ ὑμῶν καταφρονεῖ, ὥστε, οὐκ ὢν Ἀθηναῖος, καὶ ἐδίκαζε, καὶ ἐξεκκλησίαζε, καὶ γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο. *Adeo quidem hic vos contemsit, ut, quamvis non sit Atheniensis, tamen & jus dixerit, & concionem advocarit, & actiones instituerit.* Et mox. Ἐὰν δὲ οὐ φάσκῃ, ἔρεσθε αὐτὸν, διότι φησὶν Ἀθηναῖος ποιηθῆναι. ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι, τιμωρεῖσθε αὐτὸν, ὅτι καὶ ἐδικάζετο, καὶ ἐξεκκλησίαζε, καὶ ἐσυκοφάντει πολλοὺς, ὡς Ἀθηναῖος τοὔνομα ἐπιγραφόμενος. *Si negaverit, quærite ex eo, quare se Atheniensem factum dicat. Quod si nequeat demonstrare, pœnas de eo sumite, quod & jus dixerit, & concionem advocaverit, & falso multos accusaverit, adscripto nomine, ceu Atheniensis foret.*

Nec licebat peregrino mulierem Atticam uxorem ducere, ut nec civi peregrinam. Si fecisset peregrinus, bonis omnibus mulctabatur, insuperque ipse etiam venum ibat: civis vero, si duxisset peregrinam, mille drachmas persolvebat: parsque tertia actoris erat. Demostenes, Orat. *in Neæram*, ipsa legis verba ponit. Ἐὰν δὲ ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν. ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω καὶ αὐτὸς καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔστω τοῦ ἑλόντος. ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀστῷ συνοικῇ, κατὰ ταὐτὰ καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς. *Si peregrinus mulierem civem duxerit, quacunque arte, aut machinatione, quilibet Atheniensis, cui id licebit, eum apud Thesmothetas accusato. Qui si convictus fuerit, venum detur cum & ipse, tum & bona ejus cuncta & tertia pars esto ejus qui convicerit. Eodem modo, si & civi peregrina cuipiam nupserit, eaque convicta peregrinitatis fuerit, qui cum illa matrimonium contraxerit, is mulctetur mille drachmis.* Ac subjungit mox Demostenes. Τοῦ μὲν νόμου τοίνυν ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὃς οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην τῷ ἀστῷ συνοικεῖν, οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ, οὐδὲ παιδοποιεῖσθαι τέχνῃ, οὐδὲ μηχανῇ οὐδὲ μιᾷ, ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιῇ, γραφὴν πεποίηκε κατ' αὐτοῦ εἶναι πρὸς

B τοὺς θεσμοθέτας κατά τε τοῦ ξένου καὶ τῆς ξένης· κἂν ἁλῷ, πεπρᾶσθαι κελεύει· *Legem igitur audivistis quidem, viri judices, quæ nec peregrinam civi nubere, neque civem mulierem peregrino, nec suscipere ex ea liberos, arte ulla, aut machinatione, sinit. Quæ si quis violaverit, actionem contra eos dedit apud Thesmothetas, tam contra peregrinum, quam contra peregrinam: qui si convincantur, eos venum dari jubet.*

Neque etiam in foro quæstum facere ullum poterat: idque ex Solonis lege, quæ deinde renovata ab Aristophonte fuit. Idem Orator, in eadem *Oratione*. Τούτου ὅλως τοὐναντίον ἐπιδείξω, ὅτι οὐκ ἔξεστι

C ξένῳ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργάζεσθαι. καί μοι λαβὼν ἀνάγνωθι πρῶτον τὸν Σόλωνος νόμον. ΝΟΜΟΣ. Λάβε δὴ καὶ τὸν Ἀριστοφῶντος. οὕτω γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἔδοξεν ἐκεῖνος καλῶς, καὶ δημοτικῶς, νομοθετῆσαι, ὥστε ψηφίσασθαι πάλιν ἀνανεώσασθαι. *Ego hujus omnino contrarium probabo, non licere peregrino in foro quæstum facere. Cape primum, ac lege mihi, Solonis legem.* LEX. *Cape etiam Aristophontis legem. Is enim eam adeo recte, & populariter, latam censuit, ut decreverit renovandam.* Denique civis judicari nusquam poterat, nisi Athenis. Libanius, *Declam.* XIII. Ἀναγνώσομαι μὲν τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, οἳ τὸν Ἀθηναῖον Ἀθήνησι κρίνουσιν. *Recitabo leges Solonis, quæ Atheniensem Athenis judicant.*

D

CAP. VII.

Vetita convitia in mortuos, atque vivos: & his quidem, certis locis. Pœna etiam peccantium indicata. Neque servo licitum convitiari homini libero: actioque adversus eum apud Thesmothetas data.

LEX quoque maledicta vetuit. Aristoteles, *Ethic. Nicomach.* lib. v. cap. I. Προστάττει δὲ ὁ νόμος καὶ μηδὲ κακηγορεῖν. *Præcipit vero etiam lex non maledicere.* Estque id a Solone vetitum; ne in vivos, mortuosve usquam fieret. Ac mortu-

E is quidem, universim male dicere prohibebat: vivis vero, apud sacra, judicia, curias, & ludos. quique isthic deliquisset, drachmis quinque mulctabatur; quarum tres, cedebant læso; duæ reliquæ, ærario. Plutarchus, in *Solonis Vita*. Ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κωλύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν. καὶ γὰρ ὅσιον, τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, καὶ δίκαιον ἀπέχεσθαι τῶν οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ πολιτικὸν ἀφαιρεῖν τῆς ἔχθρας τὸ ἀΐδιον. ζῶντα δὲ κακῶς λέγειν, ἐκώλυσε πρὸς ἱεροῖς, καὶ δικαστηρίοις, καὶ ἀρχείοις, καὶ θεωρίας οὔσης ἀγώνων. ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον, ἔ-

F ταξε. *Commendatur item lex Solonis, quæ maledicta in defunctum jacere vetat. Pium enim est, vita functos putare sanctos; ac justum, abstinere ab iis qui non exstant; tum civile, tollere odii eternitatem. Vivis autem convitium dicere, vetuit, in sacris, & judiciis, & curiis, & ludis: aut tres drachmas læso, persolvendas statuit, duasque alias ærario.* De mortuis, ita Suidas. *in* Ἀποιχόμενοι. ἔθος δὲ ἦν τοῖς ἀρχαίοις, τοὺς ἀποιχομένους μὴ λοιδορεῖν. *Moris erat apud Veteres, mortuis non male dicere.*

Demostenes, *adversus Leptinem*. Καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων κεῖσθαι νόμων Σόλωνός ἐστι· μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων. *Quin & illa etiam Solonis lex e numero est laudatarum; Mortuo non male dicendum, etiam si quis a liberis defuncti lacessatur*. Huc pertinet illud Aristophanis.

> Παῦε, παῦε, νεκρὸν γὰρ ὄντ' ἐλοιδόρει.
>
> *Compesce, compesce, nam jam mortuo convitiabatur*.

De vivis, atque illis locis, ubi haud fas convitiari, clare dicit etiam Lysias, in Orat. *Pro Milite*. Τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ παρὰ τὸν νόμον, ζημιῶσαι ἠξίωσαν. *Cum lex vetet, ne quis magistratui in consessu publico contra legem convitietur, mulctandum censuerunt*. Ac mox iterum. Τοῦ μὲν νόμου, διαῤῥήδην ἀγορεύοντος, τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ λοιδοροῦντας ζημιοῦν, ἀκηκόατε. *Audivistis legem, quæ disertis verbis jubet mulctare eos, qui in publico consessu convitia dicant*.

Quin & servus si convitiis hominem liberum proscidisset, actio in eum data apud Thesmothetas. Pollux, ubi de iis agit, tum & causis, quæ ad cognitionem ipsorum pertinerent, inter cæteras hanc exponit, *lib.* VIII. *cap.* VIII. *sect.* I. Καὶ ἐὰν δοῦλος κακῶς ἀγορεύῃ τὸν ἐλεύθερον. *Etiam si servus homini libero convitium dicat*.

CAP. VIII.

Legati, accepto viatico, intra trigesimum diem proficisci tenebantur. Marcellinus emendatus. Plures si essent, eadem navi vehi prohibebantur. Annulario non licebat retinere sigillum annuli, quem vendidisset. Fulgure icti, ibi sepeliebantur, ubi cecidissent. Syrianus correctus. Maritum cæcum uxor ducere tenebatur. Captivi in Thesmophoriis dimittebantur. Qui concursum excitasset, capite luebat. Sopater duobus locis emendatus.

LEGATI ante trigesimum diem legationem inire jubebantur. Marius Victorinus, *in Cic. Rhet. lib.* II. *Est tarditas, ut in illa lege. Legatus intra diem trigesimum proficiscatur*. Ita tamen tenebatur, si viaticum a quæstore accepisset. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Remotivus quemadmodum fit? Modis fit duobus: cum aut in personam removemus, aut in rem. In personam quemadmodum? Legatus intra trigesimum diem naviget. Legatus, non accepto a quæstore viatico, non navigavit intra trigesimum diem: reus est male gestæ legationis. Hic enim removet crimen in quæstorem*. Marcellinus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν πρεσβευτὴν, λαβόντα παρὰ τοῦ ταμίου τὰ ἐφόδια, ἄχρι τῶν τριάκοντα ἡμερῶν, ἐξελθεῖν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν. *Lex est, ut legatus, postquam viaticum a quæstore acceperit, usque ad trigesimum diem, ad legationem proficiscatur*. Sed legendum eo loco, πρὸ, pro ἄχρι, *ante trigesimum diem*: ut apparet ex citatis Rhetorum Latinorum verbis.

Alia quoque de legatis lex fuit: si plures essent, ne eadem navi veherentur. Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τοὺς πρεσβευτὰς μὴ συμπλεῖν. *Lex est, ne legati una navigent*.

Annulario non licebat, annuli, quem vendidisset, sigillum retinere. Diogenes Laertius, in *Solone* lib. I. Δακτυλιογλύφῳ μὴ ἐξεῖναι σφραγῖδα φυλάττειν τοῦ πραθέντος δακτυλίου. *Annulario non licere sigillum servare annuli, quem vendidisset*.

Fulguriti ibi sepeliebantur, ubi cecidissent. Marcellinus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν σκηπτῷ βληθέντα, αὐτοῦ θάπτεσθαι οὗ ἔπεσεν. *Lex erat, ut, qui fulgure ictus esset, ibi sepeliretur, ubi cecidisset*. Emendandus est Syrianus, *ad eundem*. Νόμος, τὸν κεραυνῷ βληθέντα ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ᾧ ἐβλήθη, θάπτεσθαι. *Lex est, qui fulgure ictus esset, ut sepeliretur eo loco, in quo ictus*. Corrupte hodie editur, ᾧ ἐβουλήθη, *in quo voluit*. Artemidorus, *Onirocrit.* l. II. cap. VIII. Οὐ γὰρ οἱ κεραυνωθέντες μετατίθενται, ἀλλ', ὅπου ἂν ὑπὸ τοῦ πυρὸς καταληφθῶσιν, ἐνταῦθα θάπτονται. *Non enim, qui fulmine icti sunt, transferuntur, sed ubi ab igne correpti sunt, ibi sepeliuntur*.

Maritum cæcum uxor ducere tenebatur. Marcellinus *in Hermogenem*. Νόμος, τῷ ἀνδρὶ τυφλωθέντι ὀρεγέτω χεῖρα ἡ γυνή. *Lex est, ut marito, qui cæcus sit, uxor manum porrigat*.

Captivi in festo Thesmophoriorum liberi dimittebantur. Marcellinus idem, *in eundem*. Νόμος, ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις λύεσθαι τοὺς δεσμώτας. *Lex est, ut captivi in Thesmophoriis solvantur*.

Qui concursum in populo excitasset, capite luebat: Sulpitius Victor, in *Institut. Orat. Pauper orator, & dives, inimici. Dives fortiter fecit: petivit pauperis oratoris linguam, præmii nomine: accepit. postea concionante illo, stetit in concione, & flevit lapidatione facta, occisus est dives: reus est pauper cætus, & concursus facti, secundum legem illam: Qui cætum, & concursum fecerit, capite puniatur*. Sopater, *in Hermogenem*. Τῷ ἀτίμῳ δίκης οὐ μέτεστιν. ἄτιμος, ἰδὼν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μοιχευομένην, ἕπεται τῷ μοιχῷ κλαίων· κατέλυσεν ὁ δῆμος τὸν μοιχὸν, καὶ κρίνεται δημοκοπίας. *Infami non licebat in jus vocare. Infamis, uxorem in adulterio deprehendens, adulterum persequitur plorans. Solvit adulterum populus, & ille populi concitati condemnatur*. Sed corruptus ille locus, ac scribendum, κατέλευσεν ὁ δῆμος τ. μ. *Lapidavit adulterum p.* Πότερον, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι δικάζεσθαι ἔκλαε, ἢ τῇ ἀληθείᾳ θόρυβον βουλόμενος ποιῆσαι, καὶ ἐκκαλέσεσθαι πρὸς ὀργὴν τὸν δῆμον. *Utrum, quod jure experiri haud posset, flevit; an revera, tumultum concitare volens, & ad iram evocare manifestum*. Etiam illic corrigendum, τὸν δῆμον, *populum*.

CAP. IX.

Mulieres divertere a marito cupientes, ipsæ archontem accedebant, & divortii libellum apud eum deponebant. Contrahere non poterant supra pretium medimni hordei. Nec licebat interesse orationibus funebribus: Et medicinam facere probibebantur: quod permissum tamen postea. De gravidis supplicium sumere non licebat, nisi post partum: Viduæ in filii puberis potestate erant.

FOEMINÆ, quæ virorum contumelias ferre non poterant, si divertere ab illis vellent, divortii literas ad archontem ipsæ ferre tenebantur. Observare est apud Plutarchum, in *Alcibiade*. Εὔτακτος δ' οὖσα, καὶ φίλανδρος, ἡ Ἱππαρέτη, λυπουμένη δ' ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὸν γάμον, ἑταίραις ξέναις καὶ ἀσταῖς συνόντος, ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιοῦσα, πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤχετο. Τοῦ δ' Ἀλκιβιάδου μὴ φροντίζοντος, ἀλλὰ τρυφῶντος, ἐδεῖτο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθαι, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παροῦσαν. ὡς οὖν παρῆν τοῦτο πράξουσα κατὰ τὸν νόμον, ἐπελθὼν ὁ Ἀλκιβιάδης, καὶ συναρπάσας αὐτὴν, ἀπῆλθεν δι' ἀγορᾶς οἴκαδε κομίζων. *Hippareta vero, modesta quæ esset, & viri amans, mærore ab eo affecta circa matrimonium, quod consuesceret cum meretricibus peregrinis, & urbanis, domo egressa, ad fratrem concessit. Alcibiade vero nil curante, & luxui insuper dedito, oportebat eam divortii litteras apud archontem deponere, ipsam quidem præsentem, non per alios. Postquam itaque adfuit, hoc factura juxta legem, irrumpens Alcibiades, rapuit eam, ac per forum domum abduxit*. Hoc ipsum est, quod dicit Andocides, Orat. *in Alcibiadem*. Ηνάγκασε τὴν γυναῖκα, σωφρονεστάτην οὖσαν, ἀπολιπεῖν, ἐλθοῦσαν πρὸς τὸν ἄρχον-

τα, κατὰ τ̃ νόμον. *Coegit uxorem, quæ castissima erat, ut divortium faceret, & archontem accederet, secundum legem.*

Mulieri pariter ac puero non licebat cum aliquo contrahere de re, quæ medimni hordei pretium excederet. Hoc est, quod Harpocrationis verba volunt. Παιδὶ, καὶ γυναικὶ, ἐκ ἐξῆν συμβάλλειν πέρα μεδίμνε κριθῶν. *Puero, & fœminæ, non licet contrahere, supra medimnum hordei.* Suidas totidem pene verbis: nisi quod non recte illic legitur ἐμβάλλειν pro συμβάλλειν. quod & aliis observatum. Isæus, Orat. *de hæreditate Aristarchi.* Ο γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, παιδὶ μὴ ἐξεῖναι συμβάλλειν, μηδὲ γυναικὶ, πέρα μεδίμνε κριθῶν. *Lex enim diserte vetat, ne puero, neve mulieri, contrahere liceat supra medimnum hordei.* Hinc est, quod mulieres Concionatrices apud Aristophanem in ea *fabula*, quasi mutata reip. forma, dicant de viris.

—— ἀλλ' ἐ κύριος
Υπὲρ μέδιμνον ἐς' ἀνὴρ ἔτι.
—— *Sed non dominus*
Super medimnum est vir nullus amplius.

Ubi Scholiastes vetus. Νόμος ἦν τ̃ γυναιξὶν, ὑπὲρ μέδιμνον τὶ μὴ συναλλάσσειν. ἐκ ἔσονται ἔν, φησὶν, οἱ ἄνδρες ὑπὲρ μέδιμνον κύριοι, ἐπειδὴ ἀντέστραπται ἡ πολιτεία. *Lex erat mulieribus, ne quid contraherent supra medimnum; at nunc, inquit, nihil viri valebunt supra medimnum, quando nunc conversa est reip. administratio.*

Non licebat item interesse orationibus funebribus. Libanius, *Declam.* VI. Tom. I. Οὐ γὰρ νόμος τοῖς περὶ τῶ θανάτε λόγοις ἐκείνην παρεῖναι. *Vetat enim lex, ne mulier orationibus funebribus intersit.*

Nec licebat medicinam facere. Hyginus, *Mytholog.* cap. CCLXXIV. *Athenienses caverant, ne quis servus, aut fœmina, artem medicinam disceret.* Sed postea ingenuis permissum est. Idem Hyginus *ibidem* paullo post. *Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuæ artem medicinam discerent.*

Neque gravidas supplicio afficere concedebatur, nisi postquam peperissent. Anonymus, *Probl. Rhet.* XXV. Τὴν ἐπὶ θανάτῳ καταδικασθεῖσαν, ἔγκυον ἔσαν, μὴ ἀναιρεῖν, ἕως τέκῃ. *Eam quæ capitis damnata est, ne liceat supplicio afficere, quoad pepererit.*

Viduæ si filium haberent puberem, in ejus potestate erant. Vide quæ ubertim dixi *Attic. Lect.* lib. III. cap. XXIV.

CAP. X.

Pupilli sub tutela archontis. Pupillæ vero, item matri pupillorum nubere tutori, aut ejus filio, non licebat: neque matri cum tutore, ejusve filio, habitare. Si pupillus agere cum tutore vellet, intra quinquennium illud facere tenebatur. Prodigi infames erant; & suggesto arcebantur.

PUPILLI sub cura ac tutela archontis erant. Æschines *in Timarchum.* Καὶ τὲς νόμες λέγων, οἱ κελεύεσι τ̃ ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι. *Etiam leges dicens, quæ jubent archontem pupillorum curam gerere.* Etiam in utero matris. Demosthenes *in Macartatum.* Νόμος. Ο ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων ἐξερημεμένων. καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένεσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκεσαι κυεῖν, τέτων ἐπιμελείσθω. *Lex. Archon curam gerat pupillorum, & pupillarum, quæ ex asse hæredes erant; item ædium vacuarum: insuper mulierum, quæ in ædibus manent maritorum defunctorum, ac se gravidas esse dicunt, harum curam gerat.*

Virgini pupillæ non licebat nec tutori, neque filio ejus, nubere. Marcellinus, *in Hermogenem.* Νόμος. μὴ γαμεῖσθαι τὴν ὀρφανὴν μήτε τῷ ἐπιτρόπῳ, μήτε τῷ ἐπιτρόπε παιδί. *Lex est; ne pupilla aut tutori suo nubat, aut ejus filio.* Cyrus, *de Diff. Stat.* Νόμος, τὴν ὀρφανὴν μήτε τ̃ ἐπίτροπον γαμεῖν μήτε τ̃ τῶ ἐπιτρόπε παῖδα. *Lex prohibet, ne pupilla tutori nubat, ejusve filio.*

Sed & viduæ ejus, cujus sub curatela essent, atque filii item ejus, matrimonio abstinere jubebantur. Syrianus *in Hermogenem.* Νόμος, τὴν ἐπιτροπευομένην γυναῖκα μήτε τ̃ ἐπίτροπον, μήτε τ̃ παῖδα αὐτῶ, γαμεῖν. *Lex est, ne mulier, sub curatela constituta, sive curatori suo, sive filio ejus, nubat.* Etiam nec cohabitare curatori licebat; nec tutelam pupillorum gerere ei, ad quem bona eorum, si defungi contigisset, perventura erant. Verba ecce, in *Solone*, lib. I. Κάλλισον δὲ κἀκεῖνο· Τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν, μηδ' ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ ἐσία ἔρχεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων. *Præclarissimum item illud: ne cum pupillorum matre habitaret tutor; neve is tutelam gereret, qui futurus pupillorum defunctorum hæres esset.*

Si quid in pupillos tutor deliquisset, iis intra annos quinque agendum erat. Demosthenes, Orat. *adversus Nausimachum.* Βέλομαι καὶ τῶτον ὑμῖν τ̃ νόμον εἰπεῖν, ὅςις διαῤῥήδην λέγει· ἐὰν πέντε ἔτη παρέλθῃ, καὶ μὴ δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην περὶ τῶν ἐκ τῆς ἐπιτροπῆς ἐγκλημάτων. *Eam quoque vobis legem recitabo, quæ aperte dicit; Si quinquennium præterierit, neque venerint in judicium, non licere agere pupillis de iis quæ in tutela delicta fuerint.* Et mox. Ακέετε, ὦ ἄνδρες δικαςαὶ, τῶ νόμε λέγοντος ἄντικρυς, ἐὰν μὴ πέντε ἐτῶν δικάσωνται, μηκέτ' εἶναι τοῖς ὀρφανοῖς δίκην. *Auditis, viri judices, legem contra dicentem; nisi intra quinquennium egerint, non licere deinceps agere.* Et postea. Τῶν μὲν γὰρ ἀρχῆς ἀδικημάτων ἐ δίδωσιν ἔξω πέντε ἐτῶν τὰς δίκας τοῖς ὀρφανοῖς ὁ νόμος, κατὰ τῶν ἐκ ἀφειμένων ἐπιτρόπων. *Lex pupillis primarum etiam injuriarum actionem non dat extra quinquennium, in tutores nondum absolutos.* Meminit etiam in Orat. *pro Phormione.*

Prodigi infames erant. Idem Diogenes, *loco citato.* Εαν τις μὴ τρέφῃ τὲς γονέας, ἄτιμος ἔςω. ἀλλὰ καὶ ὁ τὰ πατρῷα κατεδηδοκὼς, ὁμοίως. *Si quis parentes non alat, infamis esto: eodem modo, qui bona paterna abligurierit.* Anonymus *Problem. Rhet.* XLIV. Ο καταναλώσας πατρῴαν ἐσίαν, ἄτιμος ἔςω. *Qui paternas facultates prodegerit, infamis esto.* Itaque suggesto etiam arcebantur. Æschines, *in Timarchum.* Τέταρτον τίσι διαλέγεται (ὁ νομοθέτης;) εἰ τὰ πατρῷα φησὶ κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται. Τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν· καὶ ἐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ, τ̃ αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δὲ χρηςόν. ἐ δ' ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τ̃ ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' ἐ τῶ βίε. *Quarto loco cum quibus agit (legislator?) si quis patrimonium, aut hereditaria bona, per luxum absumserit. Nam qui suam familiam male administraverit, eodem modo etiam remp. curaturum censuit. neque fieri posse existimavit legislator, ut idem homo & privatim esset improbus, & publice bonus: aut decere, ut orator suggestum conscenderet, qui orationis habendæ prius, quam degendæ vitæ, rationem duxisset.*

CAP. XI.

Non licebat servos civitatis participes fieri, neve etiam manumitti in theatro. Probibebantur quoque vinum bibere, sicce ungi, puerosque amare ingenuos: quique id facerent, publico flagello urbis quinquaginta verbera accipiebant. Neque ad Eumenidum pompam, aut Thesmophoria admittebantur. Belli tempore non licebat eos verberare; si quis verberasset tamen, manumittere cogebatur. Ne-

que extra illud etiam ulla injuria afficere. Si quis affecisset tamen, in hunc actio dabatur. Venditorum morbum indicare venditores oportebat. Artem medicinam discere illis non licebat: nec Harmodii, aut Aristogitonis, nomine appellari. In illos vero actio erat apud tribum dominorum.

SERVIS civitatem dare non licebat, si natura tales essent. Dion Chrysostomus, *Orat.* XV. Οὐκ οἶσθα τὸν Ἀθήνησιν, ἔφη, νόμον, παρὰ πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις, ὅτι τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Nescis, inquit, Atheniensium legem, quæ & apud alios multos obtinet, quæ illum, qui natura servus est, participem civitatis fieri non permittit.*

Nec licebat in theatro manumittere. Æschines, *in Ctesiphontem*. Καὶ διαῤῥήδην (ὁ νόμος) ἀπαγορεύει μήτε οἰκέτην ἀπελευθεροῦν ἐν θεάτρῳ. *Et expresse (lex) edicit, ne vel servus in theatro liberetur.*

Vinum quoque bibere prohibebantur, nisi primo Anthesteriorum die, qui Πιθοιγία dicebatur. Proclus, *ad Hesiodi* Ἔργων lib. I. Καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοιγία, καθ' ἣν οὔτε οἰκέτην οὔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν. *Inter patria festa est Pithœgia, qua nec servum, nec mercenarium, usu vini probibere est concessum.*

Prohibebantur quoque sicce ungi, & pueros amare ingenuos. Plutarchus, in *Solonis Vita*. Καὶ νόμον ἔγραψε, διαγορεύοντα, δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν, μηδὲ παιδεραστεῖν. *Legem etiam scripsit, quæ diserte vetabat, ne se servi sicce ungerent, neve pueros amarent.* Idem in *Amatorio*, Καὶ Σόλων δούλοις μὲν ἐρᾷν ἀῤῥένων παίδων ἀπεῖπε, καὶ ξηραλοιφεῖν. *Et Solon servis quidem interdixit sicca unctione, & amore puerorum.* Ac rursum occurrit in *Convivio Sapientum*. De amore puerorum, sunt & Marcellini verba, *in Hermogenem*. Δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μὴ ἐρᾷν. *Ne servus puerum ingenuum amet.* Si quis faceret, publico flagello urbis verbera accipiebat quinquaginta. Æschines *in Timarchum*. Πάλιν ὁ αὐτὸς οὗτος εἶπε νομοθέτης, δοῦλον ἐλευθέρου παιδὸς μήτ' ἐρᾷν, μήτ' ἐπακολουθεῖν· ἢ τύπτεσθαι τῇ δημοσίᾳ μάστιγι πεντήκοντα πληγάς. *Rursus idem legislator edixit, ne servus puerum ingenuum vel amet, vel assectetur: aut publico flagello quinquaginta plagis afficiatur.*

Neque ad Eumenidum pompam admittebantur. Philo, *lib.* Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. Διό μοι δοκοῦσιν οἱ τῶν Ἑλλήνων ὀξυδερκέστατοι Ἀθηναῖοι, τὴν ἐπὶ ταῖς Σεμναῖς θεαῖς πομπὴν ὅταν στέλλωσι, δοῦλον μηδένα προσλαμβάνειν τὸ παράπαν. *Ideo mihi videntur perspicacissimi Græcorum Athenienses, cum pompam Eumenidibus ducunt, nullum omnino servum adhibere.*

Ita quoque a Thesmophoriis arcebantur. Euripides, apud Aristophanem, in *Thesmoph.*

—— Σὺ δ' ἄπιθ', ὦ Θρᾶττ', ἐκποδών.
Δούλοις γὰρ οὐκ ἔξεστ' ἀκούειν τῶν λόγων.
—— *Tu vero, Thratta, facesse te hinc.*
Neque enim servis licet hos sermones audire.

Belli tempore, verberare non licebat; si quis tamen verberasset, manumittere cogebatur. Anonymus, *Problem. Rhet.* LIX. Νόμος ἐκέλευεν, ἕως ἂν συνίστηται ὁ πόλεμος, μηδένα ἔχειν ἐξουσίαν τύπτειν τὸν δοῦλον· εἰ δὲ μὴ, ἵνα ἐλευθεροῦται ὁ δοῦλος. *Lex jubebat, ne quis servum, quam diu duraret bellum, verberaret: si quis faceret, uti servus libertati traderetur.* Sed nec alias afficere injuria qualicunque fas erat. Demosthenes, *adversus Midiam*. Νόμος. Ἐάν τις ὑβρίζῃ τινὰ, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινὰ, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων οἷς ἔξεστιν. *Lex. Si quis aliquem contumelia affecerit, sive puerum, sive mulierem, sive virum, ex ingenuis, aut servis, aut quid legibus interdictum in eorum quendam admiserit, eum quicunque volet Atheniensium, cui id licet, apud Sexviros deferto.* Et postea iterum. Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦ νόμου τῆς φιλανθρωπίας, ὃς οὐδὲ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ. *Auditis, o viri Athenienses, humanitatem legis, quæ nec servos contumelia vult affici.* Itaque injuriarum quoque actio dabatur. Athenæus *lib.* VI. Ἀθηναῖοι δὲ, καὶ τῆς τῶν δούλων προνοοῦντες τύχης, ἐνομοθέτησαν, καὶ ὑπὲρ δούλων γραφὰς ὕβρεως εἶναι. *Athenienses vero, etiam servorum fortunæ prospectum cupientes, lege lata statuerunt, uti de injuria illata servis actio esset.* Quin puniti sæpe morte, qui in illos deliquissent, pro injuriæ gravitate. Demosthenes, *adversus Midiam*. Ὅμως οὐδ' ὅσων ἂν τιμὴν καταθέντες δούλους κτήσωνται, οὐδὲ τούτους ὑβρίζειν ἀξιοῦσιν· ἀλλὰ νόμον δημοσίᾳ τὸν ταῦτα κωλύοντα τέθεινται τουτονί· καὶ πολλοὺς ἤδη, παραβάντας τοῦ νόμον τοῦτον, ἐζημιώκασι θανάτῳ. *Tamen ne illos quidem, quos pretio sibi comparatos servos habeant, affici injuria volunt: sed & legem, publice hæc probibentem, statuerunt: ac jam multos, qui hanc legem violassent, mortis pœna affecerunt.*

Si quis morbo laborantem servum venderet, ille morbum indicare tenebatur: ni fecisset, jure cum hoc agere permittebatur. Suidas, *in* Εἰσαγωγὴ οἰκέτου. Τοῦ παραθέντος οἰκέτου, εἴ τι ἔχει νόσημα, εἰ μὴ προεῖπεν ὁ πωλῶν, ἐφίησιν ὁ νόμος τῷ ὠνησαμένῳ, διακρίνεσθαι πρὸς τὸν πεπρακότα, πρότερον ἀπογραψάμενον πρὸς τὰς ἀρχὰς τὴν αἰτίαν. *Venditi servi morbum, si quem habeat, nisi venditor prædixerit, permitti lex emptori agere cum venditore, exposita per scriptum ante causa apud magistratum.*

Nulli artem medicam discere permittebatur. Hyginus, *Mythologici* cap. CCLXXIV. *Athenienses caverant, ne quis servus artem medicinam disceret.*

Nec Harmodii nomen cuiquam, neque Aristogitonis, imponi concedebatur. Libanius, in *Apologia Socratis*. Εἰ γ' οὖν ἡγεῖτο δεινὸν ὁ Σόλων εἶναι τινὰ περὶ τῶν ἐπῶν ἐξουσίαν τῷ βουλομένῳ, πάντως ἂν ἔθηκε νόμον, εἴργοντ' Ἀθηναίους τοῦ βασάνου τῶν ἐπῶν· εἰ δὲ μὴ Σόλων, ἕτερος ἄν· ὥσπερ τῶν ὀνομάτων Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἔδοξεν ἡμῖν μηδένα δοῦλον τοῖς τύραννον καθελοῦσι ποιεῖν ὁμώνυμον. *Quocirca si grave esse existimasset Solon, de carminibus libere volenti loqui licere, legem omnino condidisset, quæ Athenienses versuum exploratione probiberet: & ni Solon, alius fecisset quisquam. sicut de nominibus Harmodii, & Aristogitonis, nobis placuit; ne quis tyrannicidarum nomine appellaretur.*

Si quis vero accusare servos vellet, ei faciendum illud apud tribum dominorum. Harpocration. Πρὸς τὴν φυλὴν τοῦ κεκτημένου αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι. *Apud tribum domini actiones adversus servos instituebantur.* Eadem & Suidas tradit, totidem verbis.

CAP. XII.

Nothi non habiti inter propinquos; itaque paternis bonis, sacris omnibus, publicisque arcebantur: & accipiebant tantum mille drachmas, quæ Νοθεῖα *dicebantur. Scholiastes Aristophanis, & Suidas, emendati. Si legitimos eos facere pater vellet, referebat in tribules, atque nomen illis suum imponebat, idque fieri, nisi concedente populo, non licebat. Inde in domum introducti, bonorum paternorum hæreditatem cum aliis legitimis liberis æqualiter accipiebant: ita tamen, ut legitimorum esset distributio, & electio nothorum. Ea de re locus Cyri emendatus. Inter nothos, etiam illi censebantur qui ex matre peregrina nati. Dissidium Athenæi, & Plutarchi conciliatum.*

INTER genere propinquos nothi minime censebantur. Discimus ex Aristophanis *Avibus*.

Ερῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον.
Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχι-
Στείαν, παίδων ὄντων γνη-
Σίων. ἐὰν δὲ παῖδες
Μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς
Ἐγγυτάτω τοῦ γένους
Μετεῖναι τῶν χρημάτων.
Dico autem jam & Solonis tibi legem.
Spurio autem non esse affi-
Nitatem, filiis existentibus legi-
Timis. si vero filii
Non sint legitimi, his,
Qui proximi sunt genere,
Participationem esse rerum.

Et observa, in verborum istorum fine, nec venisse in bonorum aliquam partem, si legitimi deessent, sed in genere proximos hereditate recidisse. Scholiastes, eo loco, dicit tantum exclusos nothos, si legitimæ filiæ essent. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, γνησίας μὲν οὔσης θυγατρὸς, μὴ κληρονομεῖν τὸν νόθον τὰ πατρῷα. *Lex erat Atheniensibus, si legitima esset filia, ne paternam hæreditatem nothus cerneret.* Dabantur vero ex facultatibus paternis mille drachmæ; eaque Νοθεῖα appellabantur. Aristophanes, *fabula citata.*

Τί δὲ ἦν ὁ πατὴρ ἐμοὶ διδῷ τὰ χρήματα
C *Τὰ νοθεῖ' ἀποθνήσκων;*
Quid vero si pater det mihi pecuniam
Notham debitam moriens?

Quem locum respexit Pollux, *lib.* III. *cap.* II. Ἀριστοφάνης δὲ, νοθεῖα τὰ χρήματα καλεῖ, τὰ τοῖς νόθοις διδόμενα. *Aristophanes vero, Nothea vocat pecuniam, quæ nothis datur.* Ac fuisse mille drachmas, tradit Harpocration. Νοθεῖα, τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρώων διδόμενα οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. *Nothea, ita dicuntur, quæ nothis dantur ex bonis paternis: erantque ad mille drachmas.* Totidem verbis etiam Suidas, *in* Νοθεῖα. D Corruptus autem locus Scholiastæ Comici, *loco citato*; ubi exponit, quænam τὰ νοθεῖα fuerint. Νόμος δὲ ἦν Ἀττικὸς, τοῖς νόθοις μέχρι πέντε μνῶν καταλιμπάνειν. *Lex erat Attica, ut nothis relinquerentur minæ quinque.* Repone, μέχρι δέκα μνῶν, *minæ decem.* Et idem mendum est apud Suidam, *in* Ἐπίκληρος. Nam una mina drachmas continebat centum: itaque, ad constituendas mille drachmas requiruntur minæ decem. Natum est mendum ex confusione numerorum ε' & ι'.

Ut vero paternis bonis, ita quoque sacris omnibus, publicisque, arcebantur. Isæus in Orat. *de hæreditate Philoctemonis.* Τοὐναντίον τοίνυν συμβέβηκεν, ἢ ὡς ὁ νόμος γέγραπται. E ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι. νόθῳ, μηδὲ νόθῃ, εἶναι ἀγχιστείαν μήθ' ἱερῶν, μήθ' ὁσίων, ἀπ' Εὐκλείδου. *Itaque contra factum est, atque lex scripta habet. In ea enim edicitur; ne ad sacra, publicave, nothus, aut notha, admittatur: idque ab Euclide.*

Si legitimos eos facere pater vellet, in tribules referebat: quod licebit observare apud Comicum, *eodem loco*; ubi ita loquitur Hercules nothus.

ΗΡ. Ἐμοὶ δ' ἄρ' οὐδὲν τῶν πατρῴων χρημάτων
Μέτεστιν; ΠΕΙ. οὐ μέντοι νὴ Δία. λέξον δέ μοι.
Ἤδη σ' ὁ πατὴρ εἰσήγαγ' εἰς τοὺς φράτορας;
ΗΡ. Οὐ δῆτ' ἐμέγε. ——
F HER. *An vero mihi non licet, paternarum facultatum*
Participem fieri? PI. *non quidem, per Jovem. sed dic mihi,*
An ne pater te introduxit ad tribules?
HER. *Non certe me.* ——

Meminit etiam Plutarchus, in *Pericle*, ubi dicit, orbatum filiis duobus legitimis, & unicum tantum nothum habentem, veniam a populo accepisse, ut eum in tribules referret, & suo nomine appel-

A laret. Ubi illud quoque disce; non legitimum sibi ullum facere cuiquam licuisse, nisi prius populo consentiente: tum & nomen item illis immutatum. Ἡ παροῦσα δυστυχία τῷ Περικλεῖ περὶ τὸν οἶκον, ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους· καὶ δόξαντες αὐτὸν νεμεσητά τε παθεῖν, ἀνθρωπίνως τε δεῖσθαι, συνεχώρησαν ἀπογράψασθαι τὸν νόθον εἰς τοὺς φράτορας, ὄνομα θέμενον τὸ αὐτοῦ. *Præsens domestica Periclis calamitas infregit Athenienses: ac, rati eum indigna pati, & humanitus afflictum, concessere, ut referret in tribules filium nobtum, nomenque ei suum imponeret.*

Post quæ in domum introducebantur, & hæreditatem patris cum legitimis aliis filiis æqualiter B accipiebant. Marcellinus, *in Hermogenem.* Νόμος, τὸν γνήσιον, καὶ τὸν νόθον, ἰσοκληρονόμους εἶναι, ἐὰν τὸν νόθον ὁ πατὴρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσαγάγῃ. *Lex est, ut legitimus, & nothus, æqualiter hæreditatem cernat, si nobtum pater in domum introduxerit.* Hæc legitimorum tamen his prærogativa erat, ut hæreditatem ipsi distribuerent, & electionem partis notho darent. Sopater alibi, *ad eundem Hermogenem.* Ἐξεῖναι τοῖς πατράσιν, ἰσοκληρονόμους θεῖναι τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις. ἔχων τίς νόθον ἐκ δούλης, καὶ γνήσιον, ἔταξεν ἀμφοτέρους ἰσοκληρονόμους. ὁ νόμος δέδωκε τῷ γνησίῳ τῆς διανομῆς τὴν ἐξουσίαν. ὃς τὴν παροῦσαν οὐσίαν. μερίδα θεὶς, C ἀντέθηκε τῇ ἑτέρᾳ μερίδι τὴν τοῦ νόθου μητέρα, καὶ ἐπέτρεπεν ἐκλέγεσθαι. *Licere patribus æqualiter hæredes statuere nothos cum legitimis. quidam, habens nothum ex serva, & legitimum, ambos æqualiter hæredes scripsit. Lex dat legitimo distribuendi potestatem; qui, in una parte posita universis facultatibus, matrem nothi in altera ponit: inde imperat ut eligat.* Cyrus, *de Diff. stat.* cap. Περὶ κατασοφισμοῦ. ἔχων τις γνήσιον, ἔσχε καὶ ἐκ δούλης παῖδα. νόμου κελεύοντος, διανέμειν μὲν τὸν πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δὲ τὸν νεώτερον, &c. *Quidam habens filium legitimum, habuit alterum etiam natum ex serva. Lege juben-* D *te, ut distribueret major natu, eligeret minor,* &c. Ita locum eum emendo; in quo nimium corrupte editur, διαμένειν μὲν τὸν πρεσβύτερον, αἱρεῖσθαι δὲ τὸν πρεσβύτερον. *Ut permaneret quidem major natu, & eligeret major.* Sulpitius Victor, in *Institut. Orat. Qui habebat ex legitimis nuptiis filium, alterum ex ancilla suscepit. Lex erat, ut patrimonium commune divideret, qui esset major ex fratribus; eligeret minor.*

Inter nothos, etiam illi censebantur, qui e matre peregrina nati essent: lexque ea sub Euclide archonte lata, ab Aristophane rherore. Athenæus, *lib.* XIII. Ἀριστοφῶν δὲ ὁ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσε- E νέγκων ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδου τοῦ κωμικοῦ ἐκ Χλωρίδος τῆς ἑταίρας παιδοποιησάμενος. *Aristophon vero rhetor, qui archonte Euclide legem tulit, uti nothus censeretur ex non cive matre natus, ipse a Calliade comico est ostensus liberos ex Chloride scorto sustulisse.* Quin hoc ipsum multo ante sciverat Pericles; ut Plutarcho, in *ejus Vita*, memoratur. Εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸν περὶ τῶν νόθων νόμον, ὃν αὐτὸς εἰσενηνόχει πρότερον. *Legem de nothis, quam ipse antea tulerat, suasit antiquandam.* Moxque, legem explicans, addit: Εἶχε δ' οὕτω τὰ περὶ τὸν νόμον. ἀκμάζων ὁ Περικλῆς ἐν τῇ πο- F λιτείᾳ πρὸ πάνυ πολλῶν χρόνων, καὶ παῖδας ἔχων, ὥσπερ εἴρηται, γνησίους, νόμον ἔγραψε, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας. *Quod ad legem autem attinet, ita habet. Pericles, cum multo ante tempore in republ. floreret, filios, ut dictum est, legitimos habens, legem tulit, ut Athenienses demum illi soli censerentur, qui parente utroque Atheniensi nati essent.* Confirmat tamen ista Athenæi verba Demosthenes, *in Eubulidem.* Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονὼς, ὥστε, εἰ κα-

τὰ θάτερα ἀςὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. *Illis itaque temporibus natus fuit, ut, etiamsi ex altera duntaxat parte civis fuisset, civem eum haberi oporteret, natus enim fuit ante Euclidem.* Sed diſſidium compono: ac ſciendum, legem a Pericle latam quidem, verum mox & abrogatam; ut videre eſt, in *verbis* Athenæi, jam *citatis*, poſteaque ab Euclide reſtitutam.

C A P. XIII.

Liberos habenti legitimos non licebat teſtamentum facere: & initio etiam ſi quis non haberet: donec Solon id mutavit. qui conſtituit nihilominus, ut teſtator ſanæ mentis, atque ſuæ ſpontis, eſſet. Inteſtatis, liberoſque non habentibus, genere proximi ſuccedebant: & in iſtis mares omnes, quique ex iis nati eſſent, feminis præferebantur, quive ex illis proceſſiſſent.

LIBEROS legitimos habenti non licebat teſtamentum ullum facere. Iſæus in Orat. *de hæred. Philoctemonis*. Ὁ νόμος ἀποδίδωσι τῷ υἱεῖ τὰ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐδὲ διαθέσθαι ἐᾷ ὅτῳ ἂν ὦσι παῖδες γνήσιοι. *Lex dat filio bona patris, nec permittit teſtamentum facere ei qui liberos habeat legitimos.* Niſi tamen abdicati illi erant; nam hæreditate illi arcebantur. Hermogenes, in *Partit.* Ὁ ἀποκήρυκτος μὴ μετεχέτω τῶν πατρώων. *Abdicatus ne ſit particeps bonorum paternorum.* Syrianus. Ὁ νόμος λέγων, τὸν ἀποκήρυκτον μὴ μετέχειν τῶν πατρώων. *Lex dicens, abdicatum non eſſe participem bonorum paternorum.*

Initio vero neque jus condendi teſtamenti erat, ſi liberi legitimi non eſſent ulli: ſed mox Solon id correxit; & permiſit liberam illis poteſtatem, ſi qui liberos non haberent. Plutarchus, in *ejus Vita*. Εὐδοκίμησε δὲ κἀν τῷ περὶ διαθηκῶν νόμῳ. πρότερον γὰρ οὐκ ἐξῆν, ἀλλ' ἐν τῷ γένει τοῦ τεθνηκότος ἔδει τὰ χρήματα, καὶ τὸν οἶκον, καταμένειν. ὁ δ' ᾧ βούλεταί τις ἐπιτρέψας, εἰ μὴ παῖδες εἶεν αὐτῷ. δοῦναι τὰ αὐτοῦ, φιλίαν τε συγγενείας ἐτίμησε μᾶλλον, καὶ χάριν ἀνάγκης· καὶ τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν. *Magnam quoque ſibi exiſtimationem peperit lege de teſtamentis lata. Antea enim non licebat teſtamentum condere; nam defuncti opes domumque, penes genere proximos manere oportebat. Hic liberum fecit, ſi liberi non eſſent, res ſuas, cui vellet, dare: prætulitque amicitiam generi, & gratiam neceſſitati: & effecit, ut pecuniæ poſſeſſorum propriæ eſſent.* Demoſthenes, *adverſus Leptinem*. Ὁ μὲν Σόλων ἔθηκε νόμον, ἐξεῖναι δοῦναι τὰ ἑαυτοῦ ὅτῳ ἂν τις βούληται, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι. *Solon quidem legem tulit; licere, ſi liberi non ſint legitimi, quemvis hæredem inſtituere.* Meminitque iterum, *in Stephanum*, Orat. II.

Oportebat eum tamen ſanæ mentis, atque ſuæ ſpontis, eſſe: nec uxore per blanditias, aliove per vim illud extorquente. Plutarchus indicat, in *ſubjunctis* ſtatim *verbis* Οὐ μὴν ἀνέδην γε πάλιν, οὐδ' ἁπλῶς τὰς δόσεις ἐφῆκεν, ἀλλ' εἰ μὴ νόσων ἕνεκεν, ἢ φαρμάκων, ἢ δεσμῶν, ἢ ἀνάγκῃ καταχεθεὶς, ἢ γυναικὶ πειθόμενος. *Nec temere tamen, aut ſimpliciter, dare indulſit: ſed, ſi non per morbum, pharmacumve, neque vinculis, aut neceſſitate conſtrictus, vel uxoris blanditiis inductus eſſet.* Et in *Quæſt. Rom.* Ὡς Σόλων, γράψας, τὰς δόσεις κυρίας εἶναι τῶν τελευτώντων, πλὴν εἰ μή τις ἀνάγκῃ συνεχόμενος, καὶ γυναικὶ πειθόμενος, τὴν μὲν ἀνάγκην ὡς βιαζομένην ὑπεξείλετο, τὴν δὲ ἡδονὴν ὡς παραλογιζομένην. *Quemadmodum Solon, qui legem tulit, ut donationes mortuorum ratæ eſſent: niſi quis, aut neceſſitate coactus, aut ab uxore perſuaſus, exepiſſet, neceſſitatem vim intuliſſe, aut voluptatem in errorem induxiſſe.* Demoſthenes, *in Stephanum*. Orat. II. Ὅτε Σόλων εἰσῄει τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ, ἂν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἂν μὴ μανιῶν, ἢ γήρως, ἢ φαρμάκων, ἢ νόσων ἕνεκεν, ἢ γυναικὶ πειθόμενος, ὑπὸ τούτων του παρανόμων, ἢ ὑπ' ἀνάγκης, ἢ ὑπὸ δεσμοῦ καταληφθείς. *Cum Solon magiſtratum iniret, ſua legare, quo modo velit, liceat, niſi liberi ſint legitimi mares: niſi quis fuerit furore percitus, aut ſenactute, aut veneficio, aut morbo præpeditus, aut a muliere impulſus, aut earum rerum aliqua, quæ legibus interdictæ ſunt, aut neceſſitate, aut vinculis, circumventus.* Et mox iterum. Σκέψασθε δὲ, καὶ διατὶ οὐδ' ἂν ἄπαις τὶς ᾖ, κύριός ἐστι τὰ αὐτοῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ εὖ φρονῇ, νοσοῦντα δὲ, ἢ φαρμακῶντα, ἢ γυναικὶ πειθόμενον, ἢ ὑπὸ ἀνάγκης τινος καταληφθέντα, ἄκυρον κελεύουσιν εἶναι οἱ νόμοι. *Conſiderate porro, quare, nec ſi quis orbus eſt, faciendi teſtamenti poteſtatem habeat. Si, inquit, deliret, aut ægrotet, aut venenum biberit, aut mulieri obſecutus, aut ſenio, aut furore, aut aliqua neceſſitate ſit circumventus, ei poteſtatem leges negant.* Iſæus, in Orat. *de hæreditate Nicoſtrati*. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, οὐκ, ἐάν τις διαθῆται, μόνον, κυρίας εἶναι κελεύει τὰς διαθήκας, ἀλλ' ἐὰν εὖ φρονῶν. *Atqui lex, o viri, non etiam, ſi quis tantum teſtetur, rata jubet eſſe teſtamenta, verum ſi ſit ſanæ mentis.* Et mox iterum. Δοῦναι μὲν γὰρ ὁ νόμος οὐδενὶ ἐᾷ τὰ ἑαυτοῦ, ἐὰν ὑπὸ γήρως, ἢ ὑπὸ νόσου, ἢ ὑπὸ τῶν ἄλλων, ἃ καὶ ὑμεῖς ἴστε, παρανοήσῃ. *Neque enim lex cuiquam res donare ſuas permittit, ſi aut ſenectute, aut morbo, aut aliis de cauſis, quas vos etiam noviſtis, deliraverit.* Rurſum, *de hæred. Philoctemonis*. Οὑτοσὶ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες, κοινὸς ἅπασι κεῖται, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι, ἐὰν μὴ παῖδες ὦσι γνήσιοι ἄῤῥενες, ἐὰν μὴ ἄρα μανεὶς, ἢ ὑπὸ γήρως, ἢ δι' ἄλλο τι τῶν ἐκ τῶν νόμων παρανοῶν, διαθῆται. *Hæc lex, o viri, omnibus comunis poſita eſt, ut de ſuis cuique bonis teſtamentum facere liceat; niſi legitimi ſint liberi maſculi: aut niſi furioſus ſit, aut ſenio aut aliis rebus, quæ in legibus expreſſæ, deliret is qui teſtamentum condere velit.*

Inteſtatis, liberoſque non habentibus, ſuccedebant genere proximi. Suidas, *in* Ἀνεπίδικα. Τῶν μὴ θεμένων διαθήκας ἐπιδικάζεσθαι τοῖς κλήροις ὁ νόμος συγχωρεῖ τοὺς ἐγγυτάτω γένους. *In illorum, qui teſtamenta non fecerunt, hereditatem in judiciis agere lex ſinit genere proximos.* Ita tamen, uti mares, & progeniti ex illis, propiores cenſerentur, quamlibet emotiores genere forent. Luculentus admodum locus eſt Demoſthenis, Orat. *in Macartatum*. Ὅςις ἂν μὴ διαθέμενος ἀποθάνῃ, ἐὰν μὲν παῖδας καταλίπῃ θηλείας, τοὺς υἱοὺς σὺν ταύτῃσι· ἐὰν δὲ μὴ, τούς δε κυρίους εἶναι τῶν χρημάτων. ἐὰν δ' ἀδελφοὶ ὦσιν ὁμοπάτορες, καὶ ἐὰν παῖδες ἐξ ἀδελφῶν γνήσιοι, τὴν τοῦ πατρὸς μοῖραν λαγχάνειν. ἐὰν δὲ μὴ ἀδελφοὶ ὦσιν, ἢ ἀδελφῶν παῖδες, ἐξ αὐτῶν κατὰ ταυτὰ λαγχάνειν. κρατεῖν δὲ τοὺς ἄῤῥενας, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων, ἐὰν ἐκ τῶν αὐτῶν ὦσι, καὶ ἐὰν γένει ἀπωτέρω. ἐὰν δὲ μὴ ὦσι πρὸς πατρὸς μέχρι ἀνεψιαδῶν παίδων, τοὺς πρὸς μητρὸς τοὺς ἄνδρας κατὰ ταυτὰ κυρίους εἶναι. ἐὰν δὲ μηδὲ ἑκατέρωθεν ἦν ἐντὸς τούτων, τὸν πρὸς πατρὸς ἐγγυτάτω κύριον εἶναι. *Quiſquis inteſtatus moritur, ſiquidem liberos muliebris ſexus reliquerit, filii cum hiſce: ſin minus, hi bona poſſidento. Sin fratres fuerint conſanguinei, liberique ex fratribus legitimi, patris partem ſortiuntor. Præferuntur autem mares, & matribus prognati, ſi qui ex iiſdem fuerint, etſi, illi genere remotiores. Si varo non fuerint a patre uſque ad ſobrinorum liberos, ii qui ſunt e matre maſculi pari ratione poteſtatem habento. Sin ex neutra parte intra hos fuerint, a patre proximus obtineto.* Videndus quoque Iſæus, in Orat. *de hæred. Apollodori*, &, *de hæred. Hagniæ*. Potiores vero eſſe mares, & e maribus progenitos, tradit etiam Demoſthenes, uno atque altero loco, in Orat. *in Leocharem*.

CAP.

CAP. XIV.

Non licebat peregrinam pro propinqua elocare: quæque pœna delinquentibus constituta. Quæ ter nuberet, infamis. Nuptura a parentibus ad tribules introducta, & legitima declarata: tum & sacrum illic factum, Γαμηλία *appellatum: quod & sponsi faciebant.*

NEQUE fœmina viro peregrino nubere, neque viro peregrinam ducere permissum fuit. Ac si peregrinus quidem cum fœmina cive matrimonium contraxisset, venditus cum ipse fuit, tum res ejus publicatæ; quarum triens ejus erat, quisquis reum peregisset: ac si civis peregrinam adscivisset, mille drachmis mulctabatur. Demosthenes, Orat. *in Neæram*. Ἐὰν δὲ ξένος ἀςῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ᾗτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος, οἷς ἔξεστιν, ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω καὶ αὐτὸς, καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ, καὶ τὸ τρίτον μέρος ἔςω τοῦ ἑλόντος, ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀςῷ συνοικῇ κατὰ ταυτὰ καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς. *Si peregrinus mulierem civem duxerit, quacunque arte, aut machinatione, quivis Atheniensium, cui id licet, eum apud Sex-viros accusato. qui si damnatus fuerit, venundetur tum ipse, tum facultates ejus: ac triens sit ejus qui reum peregerit. Similiter si & peregrina civi cuipiam nupserit, pari ratione is etiam, qui peregrinitatis convictam duxerit, mille drachmis mulctetur*. Si quis cuipiam peregrinam, veluti propinquam sibi, elocasset, is infamis censebatur, bonisque item universis mulctabatur, & actori pars eorum tertia concedebatur. Demosthenes postea in eadem *Oratione*. Ἐὰν δέ τις ἐκδιδῷ ξένην γυναῖκα ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ, ὡς ἑαυτῷ προσήκουσαν, ἄτιμος ἔςω καὶ ἡ οὐσία αὐτοῦ δημοσία ἔςω· καὶ τοῦ ἑλόντος τὸ τρίτον μέρος. γραφέσθω δὲ πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, οἷς ἔξεστι, καθάπερ τῆς ξενίας. *Si quis autem viro Atheniensi mulierem peregrinam, veluti propinquam sibi, elocaverit, ignominiosus esto; bonaque ejus publicentur: ac trientem, qui convicerit, accipito; accuset autem apud Sex-viros, quisquis potest, tanquam peregrinitatis.*

Quæ ter nupserat, infamis erat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὴν τρὶς γαμηθεῖσαν ἄτιμον εἶναι. *Lex est, quæ tertium nupsit, ut infamis habeatur.*

Parentes filiam nupturam ad tribules adducebant, & legitimam sibi filiam eam esse testabantur: tum & sacrum faciebant, Γαμηλίαν appellatum, idque in arce, & Minervæ in honorem. Ad tribules adduxisse, & legitimam filiam professos esse, observare est apud Isæum, in Orat. *de hæreditate Pyrrhi*. Ἀλλὰ μὲν ὥσγε οὔτε γαμηλίαν εἰσήνεγκεν ὁ θεῖος ὑμῶν οὔτε τὴν θυγατέρα, ἣν φασὶ γνησίαν αὐτῷ εἶναι οὗτοι, εἰσαγαγεῖν εἰς τοὺς φράτορας ἠξίωσε. *Sed quidem ut neque munus nuptiale offerre avunculus vester voluerit, neque filiam, quam legitimam ipsi esse illi dicunt, ad tribules introducere*. De sacro, clare Pollux dicit, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXVIII. Εἰς τούτους (τοὺς φράτορας) τούς τε κούρους, καὶ τὰς κούρας, εἰσῆγον. καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων, ἐν τῇ καλουμένῃ Κουρεώτιδι ἡμέρᾳ, ὑπὲρ μὲν ἀῤῥένων, τὸ Κούρειον ἔθυον. ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν, τὴν Γαμηλίαν. *Ad hos (tribules) pueros, & puellas, adducebant. ac, postquam adolevissent, die Cureotide, quam appellant, pro juvenibus quidem, sacrum juvenale faciebant; pro puellis, Nuptiale*. Et *lib.* III. *cap.* III. Ἡ ἐπὶ γάμου θυσία ἐν τοῖς φράτορσι, Γαμηλία. καὶ τὸ ἔργον, Γαμηλίαν εἰσενεγκεῖν. *Sacrum, quod inter tribules nuptiarum causa factum, Nuptial dicebatur: atque id facere, Nuptiale sacrum offerre.*

Fiebat item aliud Minervæ sacrum, idque in arce; quo nuptura a parentibus ducebatur, die qui προτέλεια appellabatur. Suidas. Προτέλεια. ἡμέραν οὕτως ὀνομάζουσιν, ἐν ᾗ εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν γαμουμένην παρθένον ἄγουσιν οἱ γονεῖς εἰς τὴν θεὸν, καὶ θυσίας ἐπιτελοῦσι. *Protelea. ita diem appellant, quo virginem nubentem parentes in arcem ad deam (Minervam) adducunt, & sacra peragunt.*

Verum ut parentes sponsæ sacra sua faciebant, ita sua quoque sponsus. Manifestum ex Demosthene, *in Eubulidem*. Καὶ ἐγὼ, ὅτι ὁ πατήρ μου κατὰ τοὺς νόμους ἔγημε, καὶ γαμηλίαν τοῖς φράτορσιν εἰσενήνοχε, μεμαρτύρηται. *Etenim, secundum leges matrimonium contraxisse patrem meum, ac tribulibus sacrum quoque nuptiale obtulisse, est testatum*. Mentio vero hujus sacri est præterea apud Isæum, & Libanium, non uno loco.

CAP. XV.

Tyranni interfecti cadaver extra fines abjiciebatur: ac cum eo liberi occidebantur, & qui genere proximi quinque: eaque de re locus Marii Victorini emendatus. Qui tyrannum occidisset, præmium accipiebat, quod Olympionicis datum.

TYRANNUS cæsus extra fines abjiciebatur. Marcellinus *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν τύραννον ὑπερόριον ῥίπτεσθαι. *Lex est, ut tyrannus ultra fines projiciatur.*

Cum eo occidebantur etiam liberi. Sopater *in Hermogenem*. Ὡς ἐπὶ τῆς ἀποκτεινάσης γυναικὸς τύραννον τὸν ἄνδρα, καὶ αἰτούσης εἰς τὴν δωρεὰν τὴν σωτηρίαν τῶν τέκνων. νόμου ὄντος, τῷ τυράννῳ συναποθνήσκειν τὰ τέκνα. *Quemadmodum in muliere, quæ, post tyrannum maritum a se interfectum, præmium petit liberorum salutem: cum lex esset, uti liberi cum tyranno una interficerentur*. Et huc referenda illa apud Anonymum, *Problem. Rhet.* IX. Ἐξῆλθέ τις, ἵνα ἀποκτείνῃ τὸν τύραννον. ἐκεῖνον μὴ εὑρὼν, ἀνεῖλε τὰ τέκνα αὐτοῦ. εἶτα ὕςερον ὁ τύραννος ἐλθὼν, καὶ εὑρὼν τοὺς παῖδας αὐτοῦ ἀποτεθνηκότας, ἀνεῖλεν ἑαυτόν. ὁ δὲ ἀποκτείνας αὐτὰ, αἰτεῖ παρὰ τῆς πόλεως δωρεάν. *Egressus est quidam, ut tyrannum interficeret. Illo autem non invento, liberos ejus interfecit. ac reversus mox tyrannus, cum occisos inveniret, se occidit. qui tyrannum sustulisset, præmium a civitate sibi petit.*

Nec duntaxat liberi occidebantur, sed & quinque proximi cognatione. Cicero, *Rhet.* lib. II. *Et altera lex. Tyranno occiso, quinque ejus proximos cognatione magistratus necato*. Corruptus est in eum locum Marius Victorinus. *Deinde alteram legem proponit, ut tyranno occiso quinque proximi facile interficiantur*. Interpungo, & emendo, *ut, tyranno occiso, quinque proximi facito interficiantur*. Nam, quod apud Ciceronem est, *necato*, ille dixit, *facito interficiantur.*

Qui tyrannum occidisset præmium accipiebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Ἀνῆλθέ τις ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν, ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον, καὶ ἐδίωξεν. ἕτερος ἐντυχὼν, ἐφόνευσε. νόμου ὄντος, τὸν τυραννοκτόνον λαμβάνειν δωρεὰν, ἀμφισβητοῦσιν ἀλλήλοις περὶ τῆς δωρεᾶς. *Quidam, cum arcem ascendisset, ceu tyrannum occisurus, eum ejecit. alius nactus, interfecit. lege lata, ut acciperet præmium tyrannicida, ambo inter se disceptant, utri præmium debeatur*. Hinc est illud apud Anonymum, *Probl. Rhet.* IV. Ἐξελθόντες ἐπὶ μονομαχίαν, ἐπέδραμον ἐξαίφνης, καὶ ἀπέκτειναν τὸν τύραννον, καὶ αἰτοῦσι παρὰ τῆς πόλεως δωρεάν. *Ad duellum progressi, tyrannum invadunt derepente, & occidunt, præmiumque postulant a civitate*. Videatur idem, *Problem.* V. & LXVI. LXVII. Sed, quod præmium illud erat, quod dabatur? nempe, quod Olympionicis: ac præterea, quicquid peterent, Cicero, *loco citato*. *Lex est; qui tyrannum*

occiderit, Olympionicarum præmium capito: &, quam volet, sibi rem a magistratu deposcito: & magistratus ei concedito.

CAP. XVI.

Causas agere in foro ei non permittebatur, qui turpiter viveret, qui parentes male babuisset, qui expeditiones non obiisset, qui corpus prostituisset, & bona sua prodegisset, aut talentum haud possideret: sive peregrinus foret. Quique contra ea faceret, in hunc cuilibet e populo actio erat. In dicendo gravitas retinenda erat; neque de eadem causa bis dicendum.

CAUSAS agere vetabantur, qui turpiter viverent, ac parentes non haberent ex decoro. Æschines, Orat. *in Timarchum*. Τίνας δ' (ὁ νομοθέτης) οὐκ ᾤετο δεῖν λέγειν; τοὺς αἰσχρῶς βεβιωκότας, τούτους οὐκ ἐᾷ δημηγορεῖν· καὶ ποῦ τοῦτο δηλοῖ; δοκιμασία φησὶ ῥητόρων· ἄν τις λέγῃ ἐν τῷ δήμῳ, τὸν πατέρα τύπτων, ἢ τὴν μητέρα, ἢ μὴ τρέφων, ἢ μὴ παρέχων οἴκησιν, τοῦτον οὐκ ἐᾷ λέγειν. *Quos vero existimavit non oportere causas agere? Qui vitam turpiter egerint, eos causas agere apud populum non permittit. Ubi vero id declarat? in exploratione oratorum: in qua, si quis causam agat apud populum, qui patrem, sive matrem, verberat, aut non alit, aut non præbet etiam domum, eum agere non sinit.*

Nec permittebatur ei, qui obire expeditionem jussam detrectasset, clypeumve abjecisset. Æschines *ibidem*. Καὶ τίσι δεύτερον ἀπεῖπε μὴ λέγειν; εἰ τὰς στρατείας, φησὶ, μὴ ἐστρατευμένος, ὅσαι ἂν αὐτῷ προσταχθῶσιν, ἢ τὴν ἀσπίδα ἀποβεβληκώς. *Et quibus secundo loco causis agendis interdixit? Si quis, inquit, imperatas sibi expeditiones non obierit, aut clypeum abjecerit.*

Vetabantur etiam illi, qui prostituissent corpus. Æschines *ibidem*. Τρίτον τίσι διαλέγεται; εἰ πεπορνευμένος, φησὶν, ἢ ἡταιρηκώς. *Tertio cum quibus agit? Si quis, inquit, meretricium quæstum fecerit, aut pudicitiam prostituerit.* Etiam illi, qui ex meretrice nati. Vide supra, *lib.* I. *cap.* VI.

Etiam, qui bona sua prodegissent. Subjungit idem Æschines, *eodem loco*. Τέταρτον τίσι διαλέγεται; εἰ τὰ πατρῷα, φησὶ, κατεδηδοκὼς, ἢ ὧν ἂν κληρονόμος γένηται. *Quarto loco cum quibus agit? Si quis, inquit, bona paterna, aut quæ ex hæreditate obvenere, absumpserit.* Huc pertinet illud apud Anonymum, *Problem. Rhet.* LIV. Ἄσωτος τὴν οὐσίαν καταναλώσας, τάλαντον ἑαυτῷ ὑπελείπετο. καὶ κωλύεται λέγειν. *Luxuriosus, facultatibus consumptis, talentum sibi reliquum fecerat: & probibetur causas agere.* Deinde concludit Æschines, in *citata Oratione*. Τὸν γὰρ τὴν ἰδίαν οἰκίαν κακῶς οἰκήσαντα, καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως παραπλησίως ἡγήσατο διαθήσειν. καὶ οὐκ ἐδόκει οἷόν τ' εἶναι τῷ νομοθέτῃ τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον ἰδίᾳ μὲν εἶναι πονηρὸν, δημοσίᾳ δὲ χρηστόν. οὐδ' ᾤετο δεῖν ὁ νομοθέτης τὸν ῥήτορα ἥκειν ἐπὶ τὸ βῆμα, τῶν λόγων ἐπιμεληθέντα πρότερον, ἀλλ' οὐ τοῦ βίου. καὶ παρὰ μὲν ἀνδρὸς καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, κἂν πάνυ κακῶς, καὶ ἁπλῶς, ῥηθῇ λόγος, χρήσιμα τὰ λεγόμενα ἡγήσατο εἶναι τοῖς ἀκούουσι. παρὰ δὲ ἀνθρώπου βδελυροῦ, καὶ καταγελάστως μὲν κεχρημένου τῷ σώματι, αἰσχρῶς δὲ τὴν πατρῴαν οὐσίαν κατεδηδοκότος, οὐδ' ἂν εὖ πάνυ λεχθῇ, συνοίσειν ἡγήσατο τοῖς ἀκούουσι. τούτους οὖν ἐξείργει τοῦ βήματος. τούτους ἀπαγορεύει μὴ δημηγορεῖν. *Nam qui suam familiam male administraverit, eodem modo etiam rempublicam curaturum censuit: neque fieri posse existimavit legislator, ut idem homo & privatim improbus esset, & publice bonus: aut decere, ut orator suggestum conscenderet, qui habendæ orationis prius, quam degendæ vitæ, rationem censuisset. Nam viri boni orationem, quamvis male, ac simpliciter, proferatur, auditoribus profuturam; improbi vero, qui & corpus deridendum exposuerit, & patrimonium abligurierit, quantumvis ornatam, auditoribus nullo modo utilem est arbitratus. Hos igitur suggestu probibet; & edicit, ne in populo causas agant.*

Præter ista, neque causas agere permittebatur, cujus bona non æquarent pretium talenti. Anonymus, *Probl. Rhet.* LIV. Τὸν ἐλάττονα ταλάντου οὐσίαν ἔχοντα, (νόμος,) μὴ λέγειν ἐν δικαστηρίῳ. *Qui talento minus possidet, (lex est,) ne in foro causas agat.* Etiam neque peregrino. Libanius, Tom. I. *Declam.* XXVIII. Πάντας μὲν οὖν ἔγωγε νόμους συμφέροντάς τε ἑώρων, καὶ φυλάττειν ἀξίους, μάλιστα δὲ τὸν, ὡς οὐ χρὴ ξένον τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν μετέχειν ἀγορεύοντα. *Omnes igitur equidem leges utiles videns, atque dignas quæ serventur: maxime vero illam, qua cavetur, ne nostrarum concionum particeps quis peregrinus causas agat.*

Si quis tamen contra legem niteretur, in hunc actio cuilibet e populo concedebatur. Æschines, *Oratione* aliquoties *citata*. Ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα μὴ μόνον λέγῃ, ἀλλὰ καὶ συκοφαντῇ, καὶ ἀσελγαίνῃ, καὶ μηκέτι τοιοῦτον ἄνθρωπον δύνηται φέρειν ἡ πόλις, δοκιμασίαν μὲν, φησὶν, (ὁ νομοθέτης,) ἐπαγγειλάτω Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστιν. *Quod si quis contra hæc non tantum causas agat, verum & calumnietur, ac se petulanter gerat, eumque civitas nequeat diutius ferre, in eum, inquit (legislator) civium quicunque volet, poteritque, censoriam actionem instituat.*

Utque illi dicere prohibebantur, sic invitus quoque nemo cogebatur. Libanius, in *Apologia Demosthenis*. Ὅπου γὰρ τὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ γνώμης ὡρμημένον ὁ νόμος καλεῖ, τὸ βούλεσθαι θέμενος ὅρον τοῦ λέγειν, αὐτὸς ἀφεῖται τοῦ λέγειν, ὅτῳ μὴ μέτεστι τοῦ θέλειν. ὁ Σόλων μὲν οὖν οὕτως. οὗτοσι δὲ, ἄκοντα κελεύει λέγειν. *Ubi enim sponte sua impulsum lex vocat, limitem dicendi statuens voluntatem, is solutus a dicendo est, cui defuerit voluntas. ac si quidem Solon statuit: sed hic vero, dicere invitum jubet.*

Si quis in agendis causis quibuscunque a decoro abiisset, drachmis ille quinquaginta, graviusve, mulctabatur. Æschines rursum, in citata sæpius Oratione, *in Timarchum*. Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ ἐν βουλῇ, ἢ ἐν δήμῳ, περὶ τοῦ εἰσφερομένου, ἢ χωρὶς περὶ ἑκάστου, ἢ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς, ὅτι ἢ λοιδορεῖται, ἢ κακῶς ἀγορεύει τινὰ, ἢ χρηματίζων μεταξὺ ἀνηκέστως λέγῃ περὶ τῶν μὴ ἐπὶ τοῦ βήματος, ἢ παρακελεύηται, ἢ ἕλκῃ τὸν ἐπιστάτην, ἀφειμένης τῆς ἐκκλησίας, ἢ τῆς βουλῆς, κυριευέτωσαν οἱ πρόεδροι μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν. εἶθ' ἕκαστον ἀδίκημα ἐπιγράφειν τοῖς πράκτορσιν. ἐὰν δὲ πλέονος ἄξιός ἐστι ζημίας, ἐπιβάλλοντες μέχρι πεντήκοντα δραχμῶν, εἰσφερέτωσαν εἰς τὴν βουλὴν, ἢ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. ὅταν δὲ διεξίωσι κλήσεις, κρινάτωσαν· καὶ, ἐὰν καταγνωσθῇ αὐτοῦ, κρύβδην ψηφιζόντων τῶν βουλευτῶν, ἐγγραψάτωσαν οἱ πρόεδροι τοῖς πράκτορσι. *Si quis oratorum in senatu, aut pro concione, de re proposita, aut seorsim de re quaque, vel bis de re eadem apud eosdem dixerit; seu convitietur quoque, aut cuiquam maledicat, aut supplodat, vel locutus importune inter decernendum fuerit, de his rebus, quæ non pertinent ad suggestum; sive aliquem concitaverit, aut præfectum item traxerit, post dimissam concionem, aut senatum; ejus mulctandi usque ad drachmas quinquaginta potestas esto. Deinde unaquæque injuria exactoribus inscribatur. Quod si graviorem pœnam meruisse existimabitur, drachmas alias quinquaginta adjicientes, ad senatum, aut primam in curia concionem, deferunto; ac, citationes ubi recensuerint, judicanto. &, si condemnatus fuerit, senatoribus clam suffragia ferentibus, præsides eum exactoribus inscribunto.* Et hoc est, quod breviter dicit Aristides, in *Plat.* II. Περικλῆς τοίνυν κάλλιστον νόμον περὶ δημηγοριῶν ἔθηκε, μηδαμοῦ τῆς σεμνότητος ἀφίεσθαι. *Ac Pericles quidem pulcherrimam de*

concionibus legem tulit, ne de gravitate quisquam ullo modo quid remitteret.

Sed nec de eadem causa apud eosdem bis permissum fuit agere; neu sententiam semel latam retractare. Vides in citatis statim verbis Æschinis. Τῶν ῥητόρων ἐάν τις λέγῃ δὶς περὶ τοῦ αὐτοῦ ὁ αὐτὸς τοῖς αὐτοῖς. *Si quis oratorum bis de re eadem idem apud eosdem dicat.* Demosthenes, *adversus Leptinem*. Οἱ νόμοι δὲ οὐκ ἐῶσι δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν, ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, οὔτε δίκας, οὔτε εὐθύνας, οὔτε διαδικασίαν, οὔτ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν εἶναι. *Leges vero non permittunt, uti de iisdem rebus apud eosdem, judicio ullo, aut quacunque ratione agatur.* Sulpitius Victor, in *Institut. Orat. Lex est; De eadem re bis agi non liceat.* Terentius, in *Phormione*, Act. II. Sc. III.

At tu, qui sapiens es, magistratus adi,
Judicium de eadem causa ut reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa judicium adipiscier.

Ad quem locum sic Eugraphius. *Bis de eadem re actio ne sit. Quidam quasi orbam in judicio coactus est ducere, absente patre. Pater, cum rediisset, vult agi, an illa sit proxima. Contradicitur. Hic prima præscriptio est, quod non licet ex eadem re bis agere.* Observare quoque licet apud Andocidem, Orat. *in Alcibiadem*, Demosthenem, *pro Phormione*, *adversus Pantænetum*, *& Nausimachum*, item apud Syrianum, *in Hermogenem*, Apsinem, lib. *De Arte Rhet.* cap. περὶ προοιμίου, Sopatrum, in *Divis. Quæst.* & Anonymum, *Problem. Rhet.* XXI.

CAP. XVII.

Bovem aratorem occidere non licebat; neque alium quemquam, in parentatione: immo aliquando nullum omnino, ob defectum. Idem cautum & de agnis, quæ & tonsæ nondum essent, & quæ nondum peperissent. Lupi occisi; præmiumque varium interfectori exsolutum.

OLIM interdictum fuit, ne quis bovem aratorem interficeret. Ælianus, *Var. Hist.* lib. V. c. XIV. Νόμος καὶ οὗτος Ἀττικὸς, βοῦν ἀρότην, καὶ ὑπὸ ζυγὸν πονήσαντα σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ σὺν τῇ ἁμάξῃ, μηδὲ τοῦτον θύειν, ὅτι καὶ οὗτος ἂν εἴη γεωργὸς, καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. *Lex etiam hæc est Attica; ne & bos arator mactetur, qui sub jugo laboravit, sive aratro, sive plaustro: quod & ipse agricola esset, & laborum inter homines socius.* Varro, *de Re Rust.* lib. II. cap. V. *Hic (bos) socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capitale sanxerint, si quis occidisset.* Columella, in *Proœmio*, lib. VI. *Cujus tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capitale esset bovem necasse, quam civem.* Eustathius, *ad Odyss.* μ. Καὶ Ἀθηναίοις ἀπώμοτον ἦν, θύειν βόας ἐργάτας. *Et apud Athenienses cautum erat, ne boves operarios mactarent, ut vel juramento factum amolirentur.*

Nec ex aliis quoque bubus mactare in parentatione aliquem concedebatur. Plutarchus, in *Solonis Vita*, ubi de funerum legibus agit. Ἐναγίζειν δὲ βοῦν οὐκ εἴασεν. *Bove vero parentare non permisit.*

Aliquando ob defectum plane nullum interfectum cupiebant. Athenæus, *lib.* IX. Κατὰ χρόνον δέ τινα, ἐκλιπόντων τῶν βοῶν, φησὶν ὁ Φιλόχορος νομοθετῆναι, διὰ τὴν σπάνιν, ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν ζώων· συνάγειν βουλομένους, καὶ πληθῦσαι, τῷ μὴ καταθύεσθαι. *Cum quodam tempore boves defecissent, ait Philochorus, ob raritatem, lege cautum esse, ut ab illis animalibus abstinerent; uti, non sacrificando, cogerentur, & abundarent.*

Itidem de ovibus quoque constitutum, ne intonsæ, ac quæ nondum peperissent, mactarentur. Φιλόχωρος δὲ ἱστορεῖ, καὶ κεκωλῦσθαι Ἀθήνησιν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως. *Philochorus memoriæ prodit, etiam Athenis vetitum, ne quis agnum intonsum gustaret, cum quandoque horum animalium soboles defecisset.* Ac plenius paulo, *lib.* IX. Ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος, ὥς φησιν Ἀνδροτίων, τῆς ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν θρεμμάτων μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον, ἢ ἄτοκον. *Erat vero etiam lex antiqua, uti auctor est Androtion, ut consuleretur soboli, ne inter pecora ovis intonsa, aut quæ nondum peperisset, mactaretur.* Eustathius, *ad Iliad.* ω. Καὶ Ἀθήνησι νόμος ἦν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι, ἐπιλιπούσης ποτὲ, φασι, τῆς τῶν ζώων τούτων γενέσεως; *Et Athenis lex erat, ne quis agnum intonsum gustaret; deficiente, ajunt, horum animalium sobole.*

Contra factum est in lupis, quos occidere lex jubebat: præmiumque a Solone constitutum, qui interfecisset masculum, ut acciperet drachmas quinque; qui femellam, huic ut una solveretur. Plutarchus in *Solonis Vita*. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδα δὲ, μίαν. *Lupum vero qui attulisset, ei quinque drachmas dedit: qui lupam, unam.* Postea vero, cum luporum, ut videtur, multitudo excrevisset, auctum præmium: quique lupi catulum interfecisset, huic talentum persolutum; qui adultum, duo is accipiebat. Scholiastes Aristophanis, *Avibus*. Λύκους ἀπέκτεινον τὸ παλαιὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ καὶ νόμος ἦν, λυκοκτονεῖν. διὸ ὁ μὲν φονεύων λύκου τέκνον, τάλαντον ἐλάμβανεν. ὁ δὲ τέλειον, δύο. *Lupos olim in Attica interficiebant: & lex erat, quæ occidere juberet. itaque, qui lupi catulum occidisset, is talentum: qui adultum, ille duo accipiebat.* Eadem inveniuntur apud Suidam, *in* Φεισμονή. Ac mandata hæc captura, quibus agri pascui plus, quam arvi, esset: utpote ad quos damnum magis pertineret, propter pecora, quæ pascebant. Plutarchus postea. Ἀρχαῖον δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πολεμεῖν τοῖς λύκοις, βελτίονα νέμειν, ἢ γεωργεῖν, χώραν ἔχουσι. *Olim autem Atheniensibus usitatum, bellum adversus lupos gerere; iis quidem, quibus ager pascuus magis, quam arvus, esset.* Quin occisos sepelire lex jubebat: quique eos occidisset, necessaria sepulturæ procurare tenebatur: quia nempe in honore animal id habebatur. Scholiastes Apollonii, *lib.* II. Τίμιον τὸ ζῶον παρ' Ἀθηναίοις. ὁ γὰρ ἀποκτείνας λύκον, ἀγείρει αὐτῷ τὰ πρὸς τὴν ταφήν. *Honoratum enim animal apud Athenienses. quique lupum interfecit, colligit ipsi, quæ ad sepulturam ejus requiruntur.* Causa erat, ut videtur, quod Apollini lupus sacer putaretur: ut videre est apud Ælianum, *Hist. Anim.* lib. X. cap. XXVI. Hesychium, *in* Λυκοκτόνου θεοῦ. & Scholiasten Sophoclis, in principio *Electræ*.

CAP. XVIII.

Ignaviæ, & injusti item quæstus, pœna, Areopagitis demandata. Qualis ea a Dracone constituta; qualis item a Solone: qui & eam ex Ægypto transtulisse memoratur.

IGNAVIÆ pœnam, Areopagitis mandavit; ac præcepit, ut inquirerent, qua quis arte vitam suam toleraret. Plutarchus, in *Solonis Vita*. Ταῖς τέχναις ἀξίωμα περιέθηκε, καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. *Artibus dignitatem addidit, & curiæ Areopagitarum præcepit, uti, quo se quisque quæstu tueretur, observaret, & ignavos pœna afficeret.* Diogenes Laertius, in commemoratione legum ejus, actionem in ignavos cuilibet dedisse refert. Καὶ, ὁ ἀργὸς ὑπεύθυνος ἔστω παντὶ

τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι. *Et, qui otiosus est, in eum* **A** *actio cuilibet esto.* Et infamia ter convictus notabatur. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* VI. Τῆς δὲ ἀργίας, ἐπὶ μὲν Δράκοντος, ἀτιμία ἦν τὸ τίμημα· ἐπὶ δὲ Σόλωνος, εἰ τρὶς τις ἁλῴη, ἠτιμοῦτο. *Otii vero, ex Draconis lege, pœna erat infamia: ex Solonis, qui convictus tertium esset, is infamia notabatur.* Ubi quæ de pœna infamiæ, ex Draconis lege dicit, vereor, ne memoria destituatur: cum is capitale id pronuntiaverit, idque apparet ex Plutarchi istis verbis, ubi de Draconis legibus. Μία γὰρ, ὀλίγου δεῖν, ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία· ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν. *Una enim fere cunctis delinquentibus pœna mortis constituta: ut & otii convicti* **B** *capitis supplicio afficerentur.* Et hanc quoque a Solone indictam pœnam tradunt alii, & acceptam ab Amaside Ægyptio legem. Herodotus, *lib.* II. Νόμον τε Αἰγυπτίοισι τόνδε Ἄμασίς ἐστι ὁ καταστήσας· ἀποδεικνύναι ἔτεος ἑκάστου τῷ νομάρχῃ πάντα τινὰ Αἰγυπτίων, ὅθεν βιοῦται· μηδὲ ποιεῦντα ταῦτα, μηδὲ ἀποφαίνοντα δικαίην ζωὴν, ἰθύνεσθαι θανάτῳ. Σόλων δὲ ὁ Ἀθηναῖος, λαβὼν ἐξ Αἰγύπτου τοῦτον τὸν νόμον, Ἀθηναίοισι ἔθετο· τῷ ἐκεῖνοι ἐς αἰεὶ χρέωνται, ἐόντι ἀμώμῳ νόμῳ. *Legemque hanc qui Ægyptiis constituit, Amasis est; ut demonstret unusquisque annis singulis apud præsidem ejus loci, unde vivat: qui non fecerit, neque vitæ rationem demonstrare justam possit,* **C** *is ut morte puniretur. Solon vero Atheniensis, cum hanc legem ex Ægypto accepisset, Atheniensibus promulgavit, qua perpetuo illi utuntur, tanquam plane inculpata.* Diodorus Siculus, *lib.* I. Προσετέτακτο δὲ καὶ πᾶσι τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀπογράφεσθαι πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ἀπὸ τίνων πόρων, καὶ τρόπων, ἕκαστος πορίζεται τὸν βίον. καὶ τὸν ἐν τούτοις ψευσάμενον, ἢ πόρον ἄδικον ἐπιτελοῦντα, θανάτῳ περιπίπτειν ἦν ἀναγκαῖον. λέγεται δὲ καὶ τοῦτον τὸν νόμον ὑπὸ Σόλωνος, παραβαλόντος εἰς Αἴγυπτον, εἰς τὰς Ἀθήνας μετενεχθῆναι. *Insuper injunctum erat Ægyptiis omnibus, ut nomina apud præfectos profiterentur; indicantes simul, quo proventu, vitæ genere, victum sibi unusquisque com-* **D** *pararet: ac mentitus, vel injustum agitans quæstum, mortis pœnam incurrebat. Quam legem Solon, ad Ægypti imitationem, Athenas transtulisse fertur.* Ubi observa, etiam injusti quæstus pœnam eandem constitutam. Meminit legis de ignavia, verum non expressa pœna. Demosthenes, Orat. *in Eubulidem.* Ἔστι καὶ ἕτερος περὶ τῆς ἀργίας νόμος, ᾧ αὐτὸς ἔνοχος ὢν, ἡμᾶς τοὺς ἐργαζομένους διαβάλλεις. *Est, Eubulide, alia quoque lex de ignavia, cui cum ipse sis obnoxius, nos, qui opus facimus, calumniaris.*

CAP. XIX.

E

Isthmionicis, drachmæ centum; Olympionicis quingentæ decretæ. Putei communis, atque aliorum, ratio. Equestre curriculum quatuor stadiorum. Hesychius correctus. Arboris plantandæ, scrobisque, aut sepulchri ducendi modus. Plutarchi locus emendatus. Alveariorum quale intervallum observandum. Fructus, præter oleum, exportari haud licuit. Canis, si momordisset, pœna.

PRÆMIUM constituit Solon Isthmionicis, centum drachmas; quingentas Olympionicis. Plutarchus, in *ejus Vita.* Τῷ δ' Ἴσθμια νική- **F** σαντι, δραχμὰς ἔταξεν ἑκατὸν δίδοσθαι. τῷ δ' Ὀλύμπια, πεντακοσίας. *Qui ludis Isthmiis vicisset, ei drachmas centum dari; qui Olympia, huic constituit quingentas.* Diogenes Laertius itidem in *ejus Vita* lib. I. Συνέστειλε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶνι ἀθλητῶν· Ὀλυμπιονίκῃ μὲν, τάξας πεντακοσίας δραχμὰς Ἰσθμιονίκῃ δὲ, ἑκατόν. *Contraxit quoque præmia certantium athletarum: & Olimpiis quidem qui vicisset, huic quin-* **A** *gentas drachmas dari; Isthmiis vero, centum jussit.*

Quia aquarum penuria esset, lege lata, unum habere puteum communem jussit, qui curriculi equestris spatio circum eum adhabitarent. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ οὔτε ποταμοῖς ἐστιν ἀενάοις, οὔτε λίμναις τισὶν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασι ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν, ὅπου μὲν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δ' ἱππικὸν διάστημα, τεσσάρων ἦν σταδίων·) ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας. ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν. *Postquam vero, quod aquam atti-* **B** *net, neque fluviis perennibus, neque lacubus, fontibusve copiosis, sat instructa erat regio, sed plerique puteis factis utebantur, legem tulit; ubi puteus publicus esset, intra curriculi equestris spatium, quod est quatuor stadiorum, eo uti uterentur: ubi longius abesset, uti aquam propriam quærerent. sed si, postquam ad decem ulnarum altitudinem effodissent, minime eam invenissent, tum ut peterent e proximo, & quotidie hydriam sex congiorum bis implerent. Etenim inopiæ subveniendum, non alendam ignaviam, existimabat.* Ubi quod curriculum equestre quatuor esse stadiorum explicatur, revocat in mentem mihi Hesychii locum, sed corruptum. Ἱππικὸν, τὸ **C** στάδιον. *Equestre, stadium.* Emendo. Ἱππικὸν, τετραστάδιον. *Equestre, quadristadium.* Ita recte paulo ante ibidem legitur. Ἵππειος δρόμος, τετραστάδιός τις. *Equestre curriculum, quadristadium quoddam.* Meminitque hujus curriculi etiam Hero, *de Geodusia,* Propos. III. *juxta latitudinem hippici ad sinistram fundæ partem observetur.*

Qui arborem plantare qualemcunque vellet, a vicini ille agro quinque pedum intervallum abstinere cogebatur: qui ficum, aut oleam, novem: quisquis scrobem, aut sepulcrum, fodere vellet, quam profunde effodisset, tam a fundo alieno longe abesse tenebatur. Plutarchus, in *Solonis Vita.* **D** Ὥρισε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλ' ἐμπείρως· τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας· τοὺς δὲ συκῆν, ἢ ἐλαίαν, ἐννέα. βόθρους δὲ, καὶ τάφους, τὸν βουλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύσσειν, ὅσον ἐμβάλοι βάθος, ἀφιστάμενος μῆκος τ' ἀλλοτρίου. *Modum vero plantationum admodum perite determinavit. qui enim aliam quampiam arborem in agro suo plantaret, eum a vicino absistere pedes quinque imperavit: qui ficum, aut oleam, novem. qui scrobes, aut sepulcra, fodere vellet, eum ita fodere jussit, uti, quam profunde foderet, tanto etiam intervallo ab alieno abstineret.* Ita enim e- **E** mendandum locum illum esse censeo. Male editur, Βόθρους δὲ, καὶ τάφρους. *Scrobes vero, aut fossas.* Firmat emendationem meam Cajus Jureconsultus, *lib.* IV. *ad legem* XII. *Tabularum:* cujus verba repræsentantur in l. *Sciendum est.* D. *Finium regundorum,* in hunc modum. *Sciendum est, in actionem finium regnundorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est.* Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολιπεῖν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας· ἐὰν δὲ τάφον, ἢ βόθρον, ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον **F** ἀπολιπεῖν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ, ἢ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δὲ ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας. Habes, ecce, ipsa ejus legis verba. Vide quoque Constantinum Harmenopulum, *lib.* II. *tit.* IV. περὶ φυτῶν.

Alvearia quisquis collocare vellet, absistere a prius positis ad trecentos illum pedes lex jubeat. Plutarchus, in *eadem Vita.* Καὶ μελισσῶν σμήνη καθιστάμενον, ἀπέχειν τῶν ὑφ' ἑτέρου πρότερον ἱδρυμένων

(ἐκέλευσε) πόδας τριακοσίους. *Apum alvearia collocantem, abesse ab iis, quæ alter prior collocasset, (jussit) pedes trecentos.*

Fructus Attica exportare, præter oleum, non licebat. Si quis tamen id fecisset, ab archonte necessario devovebatur: qui si illud neglexisset, drachmis centum mulctabatur. Idem Plutarchhs, *ibidem*. Τῶν δὲ γιγνομένων διάθεσιν πρὸς ξένους ἐλαίου μόνον ἔδωκεν, ἄλλα δ' ἐξάγειν ἐκώλυσεν· καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων, ἀρὰς τὸν ἄρχοντα ποιεῖσθαι προσέταξεν, ἢ ἐκτίνειν αὐτὸν ἑκατὸν δραχμὰς εἰς τὸ δημόσιον. *Ex fructibus distrahere quicquam apud peregrinos vetuit, præter oleum duntaxat: & archontem exportantes devovere diris jussit, aut ærario centum drachmas ipsum exsolvere.*

Canis si quem momordisset, catena quatuor cubitorum alligatum noxæ dari cupiebat. Plutarchus, paulo post. Ἔγραψε δὲ καὶ βλάβης τετραπόδων νόμον, ἐν ᾧ καὶ κύνα δακόντα παραδοῦναι κελεύει, κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. *Legem præterea scripsit, de quadrupedum pauperie: in qua canem, qui momorderit, catena quatuor cubitos longa alligatum, noxæ dandum esse jubet.* Quo respexit Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. Ὥσπερ οἱ τοὺς δάκνοντας κύνας κλοιῷ δήσαντες παραδιδόασιν, οὕτω κἀκεῖνοι ὑμᾶς παραδόντες τῷ ἠδικημένῳ τούτῳ δήμῳ, οἴχονται ἀπιόντες. *Quemadmodum, qui canes eos, qui momorderint catena vinctos noxæ dedunt, ita illi, populo huic, quem injuria affecistis, vos tradentes, abeunt.*

CAP. XX.

Consilii utilis, ac grati, præmium. Daduchum vitæ probatæ esse oportebat. Nominatim in comœdia aliquem taxare, vetitum. Sulpitii Victoris hallucinatio. Mas si templum Cereris ingressus foret, capite luebat, aut oculis. In foro, nec mendacium licitum, neque quæstus exprobratio.

QUI consilium dedisset utile, ac gratum populo, præmium accipiebat. Anonymus, *Problem. Rhet.* LXV. Νόμος ἐκέλευσεν, ὅστις εἶπε καλὴν βουλὴν, καὶ δέξεται αὐτὴν ἡ πόλις, ἵνα λαμβάνῃ δῶρον. *Lex jussit, quisquis bonum consilium dederit, & a populo approbatum, is ut præmium acciperet.*

Qui daduchi munere functurus esset, hunc probatæ esse vitæ oportebat. Scholiastes Aphthonii. Νόμος, τὸν μέλλοντα δᾳδουχεῖν δοκιμάζεσθαι. *Lex est, futurus daduchus ut probaretur.*

Vetitum erat, ne quis nominatim in comœdia perstringeretur. Hermogenes. Ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν ὁ νόμος ἐκώλυσε. *Nominatim in comœdia perstringere, lex probibuit.* Syrianus, *ad eundem*. Νόμος, ὀνομαστὶ μὴ κωμῳδεῖν. *Lex est, nominatim in comœdia non perstringere.* Et Sopater, Τί βουλόμενος ὁ νομοθέτης, τὸ κωμῳδεῖν ὀνομαστὶ κεκώλυκεν; *Quid volens legislator, nominatim in comœdia perstringere vetuit?* Cyrus Sophista. Περὶ διαφορᾶς στάσεως. Νόμος ἐκώλυεν ὀνομαστὶ μὴ κωμῳδεῖν τὰ Πρόσωπα. *Lex vetabat, ne quæ personæ in comœdia nominatim traducerentur.* Alius mihi animus fuit, cum Κωμῳδεῖν interpretarer, *Comœdiam agere*, *de Archontibus Atheniensibus* lib. III. cap. I. Et hallucinatur quoque Sulpitius Victor, in *Instit. Orat.* cum inquit. *Comœdiam alienam edere sub nomine ne liceat. Quidam edidit comœdiam, non addito nomine. Cum ageretur, succlamavit populus: In illum dixisti. reus es, quod sub nomine comœdiam edideris. Jam primum hic, id quod initio diximus, animadverti potest finem fieri, cum ex parte aliquid est factum, ex parte non factum. Nam si in comœdia addidisset nomen, soluta esset quæstio, relicta defensio: sed quoniam edidit comœdiam, descriptis moribus, non tamen addidit nomen, finitiva quæstio est, an hoc fecerit, quod lex probibuit: nec*

A *quicquam intersit, utrum addiderit nomen, an prodiderit: cum intellexerit populus, & subjecerit nomen.* Iterumque in sequentibus: quæ, si libet, est videre. Quando autem fuerit lex ista lata, quando item abrogata, a me dictum est, *de Arch. Athen.* lib. III. cap. I.

Mas, si templum Cereris ingressus esset, capite luebat. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Qui auxilium parentibus non tulit, capite plectatur: &, mas, templum Cereris si ingressus fuerit, capite puniatur: in templo Cereris matri auxilium filius tulit, petitur ad pœnam. Hic quæritur per comparationem, secundum quam legem filius facere debuerit.* Alia lex,
B oculis tantum privabat. Sulpitius Victor, in *Instit. Orat. Qui templum Cereris intraverit, oculos amittat: qui parenti auxilium non tulerit, capite puniatur. quidam, cum mater ejus in templo Cereris vapularet, ingressus est templum, opitulatus est matri. petitur ad pœnam, lege, quæ jubet excæcari eum, qui templum Cereris intraverit.*

In foro non licebat mentiri. Demosthenes, *adversus Leptinem*. Πῶς γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν νόμον γεγράφθαι, ἐφ' οἷς οὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος εἴτις ψεύδεται. ἐν δὲ τῷ κοινῷ μὴ χρῆσθαι τῷ νόμῳ τούτῳ τὴν πόλιν; *Quomodo*
C *enim non est turpe, Athenienses, in foro ne quis mentiretur, lege interdictum esse, ubi nullum reip. detrimentum est: at in publico ea lege urbem haud uti.*

Neque quæstum item ulli in hoc ipso facienti exprobrare erat licitum. Idem, *contra Eubulidem*. Οὐ μόνον παρὰ τὰ ψηφίσματα τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν, διέβαλεν ἡμᾶς Εὐβουλίδης, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοὺς νόμους. οἳ κελεύουσιν, ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ, τὸν τὴν ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἢ τῶν πολιτῶν, ἢ τῶν πολιτίδων, ὀνειδίζοντά τινι. *Non modo contra decreta forensem quæstum nobis objecit Eubulides; sed etiam contra leges, quæ convitii crimine teneri jubent eum, qui quæstum in foro, ulli civium, sive viro, sive fœminæ, expro-*
D *braverit.*

CAP. XXI.

Jure agere nolentibus, arbitrum licebat capere, cujus sententia standum erat. De puellis pupillis dotalibus civibus, disceptatio apud archontem instituenda: de inquilinis, apud polemarchum. Partem judices utranque audire lege, & juramento, tenebantur. Qui inceptam actionem destitueret, persequensve quintam partem suffragiorum non acciperet, mille drachmis mulctabatur.

DETRECTANTIBUS jure inter se experiri, arbi-
E trum licebat capere: qui quidquid constituisset, eo stare partem utramque oportebat. Demosthenes, *adversus Midiam*. Ἐὰν δέ τινες περὶ συμβολαίων ἰδίων πρὸς ἀλλήλων ἀμφισβητῶσι, καὶ βούλωνται διαιτητὴν ἑλέσθαι ὀντινοῦν, ἐξέστω αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ὃν ἂν βούλωνται διαιτητήν. ἐπειδὰν δὲ βούλωνται κατὰ κοινὸν, μενέτωσαν ἐν τοῖς ὑπὸ τούτου διαγνωσθεῖσι. καὶ μηκέτι καταφερέτωσαν ἀπὸ τούτου ἐφ' ἕτερον δικαστήριον ταυτὰ ἐγκλήματα, ἀλλ' ἔστω τὰ κριθέντα ὑπὸ τοῦ διαιτητοῦ κύρια. *Lex est. Si qui de privatis contractibus litigarint, & arbitrum sumere voluerint quemcunque, eis liceat sumere arbitrum, quemcunque velint. Quod si*
F *communiter voluerint, acquiescant in ejus sententia, neque ab hoc in aliud judicium eadem crimina deferant: sed, quæ ab arbitrio judicata fuerint, ea rata babento.*

De puellis pupillis dotalibus civibus, disceptationem fieri oportebat apud archontem: de inquilinis, apud polemarchum. Demosth. *in Stephanum*, Orat. II. Τὸν τοίνυν νόμον ἐπὶ τούτοις ἀνάγνωθι, ὃς κελεύει ἐπιδικασίαν εἶναι τῶν ἐπικλήρων ἁπασῶν, καὶ ξένων, καὶ ἀστῶν. καὶ περὶ μὲν τῶν πολιτίδων, τὸν ἄρχοντα εἰσάγειν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι. περὶ δὲ τῶν μετοίκων, τὸν πολέμαρχον.

jam legem his de rebus latam legito, quæ jubet: disceptationem fieri de puellis pupillis dotalibus omnibus, tam civibus, quam peregrinis, ac de civibus, actionem dare archontem, & curare; de inquilinis vero, polemarchum.

Partem utramque ex æquo audire lege judices jubebantur, & obstricti juramento tenebantur. Demosthenes, in Orat. *Pro corona*. Ἀλλὰ τοὺς νόμους, καὶ τὸν ὅρκον· ἐν ᾧ, πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις δικαίοις, καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι. *Sed leges & jusjurandum: quo illud etiam, præter cætera æquitatis plena omnia, continetur: eadem ratione utrumque esse audiendum.* Et non multo post. Περὶ πάντων δ' ὄντος τούτου τοῦ ἀγῶνος, ἀξιῶ, καὶ δέομαι, πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀκοῦσαί μου περὶ τῶν κατηγορημένων ἀπολογουμένου δικαίως, ὥσπερ οἱ νόμοι κελεύουσιν. οὓς ὁ τιθεὶς ἐξ ἀρχῆς Σόλων, εὔνους ὢν ὑμῖν, καὶ δημοτικός, οὐ μόνον τῷ γράψαι κυρίους ᾤετο δεῖν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς δικάζοντας ὑμᾶς ὀμωμοκέναι· οὐκ ἀπιστῶν ὑμῖν, ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται, ἀλλ' ὁρῶν, ὅτι τὰς αἰτίας, καὶ τὰς διαβολάς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, εἰ μὴ τῶν δικαζόντων ἕκαστος ὑμῶν, τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων, καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέξηται. καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατήν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσηται περὶ πάντων. *jam cum de his in hoc juditio agatur, peto, & oro vos omnes pariter, ut me audiatis crimina juste refutantem, ut jubent leges. quas qui principio tulit Solon, vir vestri amans, ac popularis, non sanctione tantum, sed judicum etiam jurejurando, firmandas esse censuit. non quod vobis, ut equidem puto, diffideret; sed quia videbat, criminationes, & calumnias, quibus accusator ob priorem dicendi locum pollet, reo evitare non licere, nisi quisque vestrum, qui pro tribunali sedetis, deorum immortalium religione servata, etiam posteriore loco dicentis excusationes benigne admitteret: seque æquum, & communem auditorem præbendo, sic de tota controversia sententiam ferret.*

Si quis aliquem detulisset, nec persequeretur item actionem, aut suffragiorum partem quintam non obtinuisset, mille drachimis mulctabatur: nec in foro dicere permittebatur, dum solvisset. Anonymus in Argumento Orationis *in Theocrinem*. Νόμος ἦν, ἐάν τίς τινα φήνας μὴ ἐπεξίῃ, ἢ ἐπεξιὼν μὴ λάβῃ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, χιλίας ἐκτίνειν τῷ δημοσίῳ· τοῖς δὲ ὀφείλουσι, μὴ ἐξεῖναι λέγειν. *Lex erat, si quis aliquem detulisset, nec actionem persequeretur, aut persecutus quintam partem suffragiorum non tulisset, ut ærario drachmas mille is persolveret. nec in foro dicere permittebantur, qui debebant.* Verum de hoc ago pluribus, *Lect. Attic.* lib. v. c. XIII.

CAP. XXII.

Damnatis pœnæ optio data: gravior facta, si minorem culpa sua elegissent. Capite plectendi e civium albo delebantur. Adoptivo in paternam domum regredi non libebat, nisi ei, qui adoptaverat, liberos relinqueret. Æginam ingredi, capitale. Leges, de contumelia, corruptela, & re semel judicata nullo modo retractanda.

DAMNATIS pœnæ optio concedebatur: ita tamen, ut, si leviorem eligerent, quam promeriti censebantur, graviore afficerentur. Eugraphius, *in Andriam*, Act. III. Sc. v. *Ab Atheniensibus hæc lex fuerat constituta, uti damnatis pœnæ proponerentur; ut eligerent, quam vellent: & si leviorem eligerent, graviore afficiebantur.*

Qui ad mortem condemnati, horum nomina, antequam supplicio afficerentur, in albo civium delebantur: ne quis civis scelus illud admisisse diceretur. Dion Chrysostomus, in *Rhodiaca*. Βούλομαι τοίνυν ὅπερ Ἀθήνησιν οἶδα γιγνόμενον, οἶμαι δὲ κἀνταῦθα γίγνεσθαι κατὰ νόμον, πάνυ καλῶς ἔχοντα, εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς. ἐκεῖ γάρ, ὅταν δημοσίᾳ τινὰ δέῃ τῶν πολιτῶν ἀποθανεῖν ἐπ' ἀδικήματι, πρότερον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐξαλείφεται· τίνος ἕνεκα; ἑνὸς μέν, ὅπως μηκέτι δοκῶν πολίτης εἶναι πάσχῃ τι τοιοῦτο, ἀλλ', ὡς δυνατόν, ἀλλότριος γεγονώς. *Volo igitur, quod Athenis quidem factum scio, puto autem & hic fieri, juxta legem, bene admodum habentem, vobis dicere. Illic enim, quando publice civium quendam mori oportet, ob admissum scelus, prius nomen ejus expungitur. quam ob causam? unam quidem; ne quis, civem quem censerent, tale quicquam pateretur; verum, quantum fieri posset, peregrinus qui existeret.*

Adoptivos in domum paternam redire lex vetabat, nisi ei, qui adoptaverat, liberos ipsi reliquissent: ac, si aliter rediissent, non cernendæ jus hæreditatis ullum in ea habebant domo, e qua ante exiissent. Vide *Lectiones Atticas*, lib. II. c. IV.

Qui Æginam insulam ingressus esset, eum occidere non adductum in judicium licitum erat. Diogenes Laertius, in *Platone*, lib. III. Κἀκεῖνος, ἀγαγὼν αὐτὸν εἰς Αἴγιναν, ἐπίπρασκεν. ὅτε καὶ Χάρμανδρος Χαρμανδρίδου ἔγραψεν αὐτῷ δίκην θανάτου, κατὰ τὸν αὐτοῖς τεθέντα νόμον, τὸν πρῶτον ἐπιβάντα Ἀθηναίων τὴν νῆσον, ἄκριτον ἀποθνήσκειν. *Et ille, cum in Æginam eum abduxisset, vendidit. Quo tempore Charmander, Charmandridis filius, eum capitis reum egit, juxta legem, quæ, Atheniensium qui primus esset in hanc insulam ingressus, indemnatum mortis reum statuebat.*

Si quis quenquam cujuscunque ætatis, sexus, ordinisve, contumelia affecisset, in eum cuivis actio erat, Sexvirique intra mensem actionem apud Heliæam dabant, nisi publicum aliquod impedimentum objiceretur; tum, cum primum facere possent, tenebatur: ac post condemnationem, statim crimen Heliæa æstimabat. Verba legis ecce ista, apud Demosthenem, in *Mediana*. Νόμος. ἐάν τις ὑβρίζῃ τινά, ἢ παῖδα, ἢ γυναῖκα, ἢ ἄνδρα, τῶν ἐλευθέρων, ἢ τῶν δούλων, ἢ παράνομόν τι ποιήσῃ εἰς τούτων τινά, γραφέσθω πρὸς θεσμοθέτας ὁ βουλόμενος Ἀθηναίων οἷς ἔξεστιν. οἱ δὲ θεσμοθέται, εἰσαγόντων εἰς τὴν Ἡλιαίαν τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφή. ἐὰν μή τι δημόσιον κωλύῃ. εἰ δὲ μή, ὅταν ᾖ πρῶτον οἷόν τε. ὅτου δ' ἂν καταγνωσθῇ, ἡ Ἡλιαία τιμάτω περὶ αὐτοῦ παραχρῆμα, ὅτου ἂν δοκῇ ἄξιος εἶναι παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. *Lex. Si quis aliquem contumelia affecerit, sive puerum, sive mulierem, sive virum, ex ingenuis, sive servis, aut aliquid legibus interdictum in horum aliquem admiserit, eum, quicunque volet Atheniensium, cui id licet, deferto apud Sexviros. Illi vero, actionem danto intra dies triginta apud Heliæam, ab eo die, quo res in judicium allata fuerit, nisi publicum quid impediat: tum vero, cum primum fieri poterit. Qui autem damnatus fuerit, statim Heliæa æstimet, quidnam pati ille dignus, aut persolvere, videatur.* Si pecunia æstimata contumelia, & ea ingenuus affectus esset, vinciebatur, quoad solveret. Idem, *ibidem*. Ἐὰν γὰρ ἀργυρίου τιμηθῇ τῆς ὕβρεως, δεδέσθω, ἐὰν ἐλεύθερον ὑβρίσῃ, μέχρις ἂν ἐκτίσῃ. *Si vero pecunia æstimata fuerit contumelia, eaque affecerit ingenuum, vinciatur, donec solvat.*

Si quis aliquem corrupisset, aut coruptus ipse esset, ad Rempubl. lædendam, aut privatim civium aliquem, infamis erat, liberique item ejus, & quicunque ipsius essent. Demosthenes idem, in eadem *Mediana*. Νόμος. Ἐάν τις Ἀθηναίων λαμβάνῃ παρά τινος, ἢ αὐτὸς διδῷ ἑτέρῳ, ἢ διαφθείρῃ τινὰς ἐπαγγελλόμενος, ἐπὶ βλάβῃ τοῦ δήμου, ἢ τινὸς τῶν πολιτῶν, τρόπῳ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, ἄτιμος ἔστω, καὶ παῖδες, καὶ τὰ ἐκείνου. *Lex. Si quis Atheniensium ab aliquo acceperit, aut ipse alteri dederit, aut promissis aliquos corruperit, ad nocendum populo,*

aut civium cuiquam, quo id modo, aut machinatione fecerit, infamis esto, cum ipse, tum & liberi ejus, ac quæcunque sunt illius. Qui pecuniam, ad prodendam patriam, accipere ausi, vel luebant capite facinus, vel pecuniæ, quam acceperant, decuplum solvere tenebantur. Dinarchus, Orat. *in Demosthenem.* Δεῖξον τοῖς ϗ δικασαῖς, σύ Δημοσθένης, τὰ νυνὶ, ὡς τὸ δῶρα λαμβάνειν κατὰ τ πατρίδος συγγνώμης ἐςὶν ἄξιον. ἀλλ' οἱ νόμοι περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀδικημάτων, τῶν εἰς ἀργυρίυ λόγον ἀνηκόντων, διπλῆν τὴν βλάβην ὀφείλειν κελεύουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν δωροκούντων, δύο μόνον τιμήματα πεποιήκασιν, ἢ θάνατον, ἢ δεκαπλῦν τῦ ἐξ ἀρχῆς λήμματος τὸ τίμημα τῦ δώρυ. *Ostende & judicibus, tu Demosthenes, in hac causa, venia dignum esse, capere munera contra patriam. Leges in aliis quidem pecuniariæ rationis injuriis duplum rependere jubent: in eos vero, qui muneribus corrupti sunt, duas duntaxat pœnas constituerunt; mortem, aut accepti muneris decuplum.*

Rei quoque judicatæ non licebat gratiam facere, nec damnationem factam abolere. Plutarchus docet, in *Demosthene.* Τῆς δὲ χρηματικῆς ζημίας αὐτῷ μενούσης, (ὐ γὰρ ἐξῆν χάριτι λῦσαι καταδίκην,) ἐσοφίζοντο πρὸς τ νόμον. *Cum vero mulcta pecuniaria teneretur, (nec enim permissum gratia rem judicatam abolere,) callide legem eluserunt.*

CAP. XXIII.

Actio in sycophantas data apud Sexviros, & senatum, populumque: idque intra quintum annum. Eorum pœna, mille drachmæ. In præterita criminantes, post triginta tyrannorum ejectionem, exceptio, & dicendi prior locus. In quibusdam, falsa detulisse, capitale erat. Qui depositum negasset, infamia notabatur. Per furorem acta, irrita censebantur. Falsas literas in Metroum inferre, non licebat.

SYCOPHANTES apud Sexviros, apud senatum, & apud populum, accusare licitum erat, cum in cæteros maleficos uno tantum in prætorio actio concederetur. Isocrates, in Orat. *de permutatione.* Περὶ δὲ τῶν συκοφαντῶν, χαλεπωτέρυς, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακύργων, τὺς νόμυς ἔθεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίςοις τῶν ἀδικημάτων, ἐν ἑνὶ τῶν δικαςηρίων τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο. κατὰ δὲ τύτων, γραφὰς μὲν πρὸς τὺς θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δὲ εἰς τ βυλὴν, προβολὰς δὲ ἐν τῷ δήμῳ. *De Sycophantis vero, graviores, quam de aliis maleficis, leges tulerunt. nam de maximis injuriis, in uno judicari prætorio voluerunt: hos vero, & ad Sexviros citari, & deferri apud Senatum, & apud populum accusari sinunt.* Intra quintum vero annum instituere actionem oportebat. Demosthenes, *pro Phormione.* Δοκεῖ γάρ μοι ϗ ὁ Σόλων ὐδενὸς ἄλλυ ἕνεκα θεῖναι αὐτὸν, (τ νόμον,) ἢ τῦ μὴ συκοφαντεῖσθαι ὑμᾶς. τοῖς μὲν γὰρ ἀδικυμένοις ἱκανὰ τὰ πέντε ἔτη ἡγήσατο εἶναι εἰσπράξασθαι. *Videtur vero mihi etiam Solon non alia de causa legem hanc constituisse, quam ne a sycophantis circumveniri possetis. nam injuria affectis satis esse annos quinque existimavit ad pœnam exigendam.*

Qui bona civium tanquam publica detulissent, ac convicti falsi essent, mille drachmis mulctabantur. Suidas. Εθεντο Αθηναῖοι νόμον· τὺς ὐσίας ἀπογράψαντας τῶν πολιτῶν τινάς, ὡς τῷ δήμῳ προσηκύσας, εἰ συκοφαντῦντες ἁλοῖεν, χιλίας διδόναι δραχμάς. *Legem tulerunt Athenienses: si qui bona civium, ut ad populum pertinentia, descripsissent, ac falsi deprehenderentur, mille drachmas uti solverent.* Huc respectum est a Demosthene, Orat. *in Timocratem.* Εμοὶ δ' ἐν χιλίοις ὑπὲρ ὑμῶν ἐσθ ὁ κίνδυνος. *Mihi vero de mille drachmis est periculum.* Ad quæ verba Ulpianus. Εὰν ἡττηθῶ, ὡς συκοφάντης, παρέχω τὰς χιλίας. *Si succubuero, ut sycophanta, mille drachmas solvere teneor.*

Cum Athenas Thrasybulus a tyrannis vindicasset, ad concordiam inter cives, atque pacem, confirmandam, non duntaxat omnium præteritorum est oblivio constituta, verum etiam lex lata, si quis veteres offensas renovaret, aliquemque contra statum juramentum in jus vocaret, ut exceptione reus uteretur, atque causam prior diceret, cum actorem cæteroquin facere id moris esset. Isocrates, in Orat. *contra Callimachum.* Μηδεὶς ὑμῶν θαυμάσῃ, διότι φεύγων τὴν δίκην, πρότερος λέγω τῦ διώκοντος. ἐπειδὴ γὰρ, ἐκ Πειραιέως κατελθόντες, ἐνίυς ἑωρᾶτε τῶν πολιτῶν συκοφαντεῖν ὡρμημένυς, ϗ τὰς συνθήκας λύειν ἐπιχειρῦντας, βυλόμενοι τύτυς τε παῦσαι, ϗ τοῖς ἄλλοις ἐπιδεῖξαι, ὅτι ὐκ ἀναγκασθέντες ἐποιήσασθε αὐτὰς, ἀλλ' ἡγύμενοι τῇ πόλει συμφέρειν, εἰπόντος Αρχίνυ, νόμον ἔθεσθε, ἄν τις δικάζηται παρὰ τὺς ὅρκυς, ἐξεῖναι τῷ φεύγοντι παραγράψασθαι, τὺς δὲ ἄρχοντας περὶ τύτυ πρῶτον εἰσάγειν, λέγειν δὲ πρότερον τ παραγραψάμενον· ὁπότερος δ' ἂν ἡττηθῇ, τὴν ἐπωβελίαν ὀφείλειν. ἵν' οἱ τολμῶντες μνησικακεῖν, μὴ μόνον ἐπιορκῦντες ἐξελέγχοιντο, μηδὲ τὴν παρὰ τῶν θεῶν τιμωρίαν ὑπομένοιεν, ἀλλὰ ϗ παραχρῆμα ζημιοῖντο. *Nemo vestrum miretur, me, qui reus sim, priorem dicere actore. Postquam enim, e Piræeo in urbem reversi, quosdam cives ad calumniandum vidistis concitatos, & instituentes item pacta solvere, cum ut illos compesceretis, tum ut aliis ostenderetis, vos non coactos, sed utilitate reip. adductos, ea ipsa iniisse, Archino rogante, legem tulistis; si quis actionem contra datum jusjurandum instituisset, ut reo excipere liceret, utque archontes ea de re primum referrent, quique exciperet prior diceret; atque mulctam solveret, qui causa caderet; ut, memoriam offensarum veterum qui refricare ausi essent, non tantum perjurii convincerentur, nec divinam ultionem exspectarent, sed & statim pœnas darent.*

In quibusdam rebus, qui falsa detulisset, capite luebat. Andocides, *de Myst.* Ο γὰρ νόμος ὕτως εἶ[illegible] εἰ μὲν τ' ἀληθῆ μηνύσειέ τις, εἶναι τὴν ἄδειαν. εἰ δὲ [illegible] ψευδῆ, τεθνᾶναι. *Etenim lex sic habebat. Si quis vera judicasset, uti id impune ferret: quod si falsa, moreretur.*

Qui depositum non reddidisset, infamis erat. Michael Ephesius, in *Aristotelis Ethicorum* lib. v. Ο μὲν γὰρ νόμος καθόλυ κελεύει, τ μὴ ἀποδιδόντα τὴν παρακαταθήκην ἄτιμον εἶναι. *Lex enim universim jubet, qui depositum non reddiderit, infamem esse.*

Quæ in furore acta, irrita erant. Syrianus, *in Hermogenem.* Νόμος, τὰ ἐν μανίᾳ, ἄκυρα εἶναι. *Lex est, quæ in furore acta sint, ut irrita ea habeantur.* Sulpitius Victor, in *Institut. Orat.* *Quæ per furorem acta fuerint, irrita sint.* Et mox. *Cum lex irrita esse præcipiat, quæ facta sint per furorem.*

Falsas literas in Metroum inferre non licebat. Anonymus, in Argumento Orationis Demosthenicæ *de Corona.* Ο δὲ τρίτος νόμος κελεύει, μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῷον εἰσάγειν. *Tertia vero lex jubet, nunquam falsas literas in Metroum inferre.* Hoc est, quod concise dicit Syrianus, *in Hermogenem.* Νόμος ἐςὶν ὁ κωλύων ψευδῆ εἰσφέρειν γράμματα. *Lex est prohibens, ne literæ falsæ inferantur.*

CAP. XXIV.

Mercatoribus frumentariis alio frumentum vehere, quam Athenas, non licebat: neque civibus frumentum sibi emere, supra corbes quinquaginta. Die festo injuriam facere, nulli licitum; neu quid aliud decernere, quam quod ad festum pertineret: Actioque in delinquentes, Προβολὴ dicta. Ludi quando aperiri, & claudi, debuerint: quive hic admitti item, aut excludi: morsque delinquenti pœna. In Mercurialibus festis gymnasiarchæ adultum quenquam intromittere vetabantur: quæque pœna non parentibus constituta.

MERCATORIBUS Athenienſibus frumentariis alio frumentum vehere, quam Athenas, non licebat: & extremæ delinquentibus pœnæ poſitæ. Demoſthenes, Orat. *in Phormionem*. Τῶν νόμων τὰ ἔσχατα ἐπιτίμια προστεθεικότων, εἴ τις οἰκῶν Ἀθήνησιν ἄλλοθί που σιτηγήσῃ· ἢ εἰς τὸ Ἀττικὸν ἐμπόριον. *Cum leges ultimum ſupplicium ponant illi, qui, cum habitet Athenis, alio quopiam frumentum vexerit, quam in Atticum mercatum*. Et *in Lacritum*. Ἴστε γὰρ δήπου, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν νόμον, ὡς χαλεπός ἐστιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ, ἢ Ἀθήναζε. *Noſtis enim profecto, viri judices, legem, quam ea ſevera ſit, ſi quis Athenienſium alio quopiam, quam Athenas, frumentum vexerit*. Lycurgus, *in Leocratem*. Οἱ ὑμέτεροι νόμοι τὰς ἐσχάτας τιμωρίας ὁρίζουσιν, ἐάν τις Ἀθηναίων ἄλλοσέ ποι σιτηγήσῃ, ἢ ὡς ὑμᾶς. *Leges veſtræ extrema ſupplicia decernunt, ſi quis Athenienſium alio frumentum vehat, quam ad vos*. Emere vero, in familiæ ſuæ uſum, ſupra quinquaginta corbes, civibus prohibitum fuit. Lyſias, *Orat.* XXI. Ἡμεῖς γὰρ ὑμῖν παρεχόμεθα τὸν νόμον, ὃς ἀπαγορεύει, μηδένα τῶν ἐν τῇ πόλει σῖτον πλείω πεντήκοντα φορμῶν συνωνεῖσθαι. *Nos enim vobis legem exhibuimus, quæ vetat, ne frumentum aliquis in civitate ſupra corbes quinquaginta ſibi coemat*. Ac propoſita delinquenti pœna capitis. Obſervare eſt apud Lyſiam eundem, in eadem, *Oratione*. Ἄλλο τι οὖν ἄξιος ἢ ἀποθανεῖν, εἴ τι πεποίηκας παρὰ τοὺς νόμους, ἐφ' οἷς θάνατος ἡ ζημία; ἔγωγε. ἀπόκριναι δή μοι· εἰ ὁμολογεῖς πλείω σῖτον συμπρίασθαι πεντήκοντα φορμῶν, ὧν ὁ νόμος ἐξεῖναι κελεύει. *Aliudne igitur quid vis, quam mori, ſi quid commiſiſti contra eas leges, quæ ſupplicium capitis ſtatuunt? Ego quidem. Reſponde mihi. an fateris, cœmiſſe te frumentum ſupra quinquaginta corbes, quos lex jubet?*

Die feſto vetitum injuriam cuiquam facere quoquo modo; aut decernere, niſi quod ad feſtum iſtud pertineret. Demoſthenes, Orat. *in Timocratem*. Ἁπάντων ὑμῶν ἀγόντων ἱερομηνίαν, καὶ νόμου κειμένου, μήτ' ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, μηδὲ χρηματίζειν, ὅ, τι ἂν μὴ περὶ τῆς ἑορτῆς ᾖ, αὐτὸς οὐχ ἕνα τὸν τυχόντα, ἀλλὰ ὅλην ἀδικῶν φανήσεται τὴν πόλιν. *Cum vos feſtum celebraretis, lexque lata eſſet, ne quis quenquam eo tempore, ſeu privatim, ſive publice, injuria afficeret, neve quicquam decernatur, niſi quod ad feſtum illud pertineret; is non unum aliquem civium, verum totam civitatem injuria affeciſſe deprehendetur*. Ac ſi quis in eam legem deliquiſſet, in hunc actio dabatur, Προβολὴ dicta. Ulpianus, *ad eum locum*. Προβολὴ γάρ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων. *Probole enim eſt nomen actionis, in eos, qui die feſto injuriam faciunt*.

Choragum oportebat quadragenario majorem eſſe, quo minus ab eo periculi eſſet puerorum pudititiæ. Æſchines, *in Timarchum*. Κελεύει γὰρ (ὁ νόμος) τὸν χορηγὸν, τὸν μέλλοντα τὴν ἑαυτοῦ εἰς ὑμᾶς ἀναλίσκειν, ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη γεγονότα τοῦτο πράττειν. ἵν' ἤδη ἐν τῇ σωφρονεστάτῃ αὐτοῦ ἡλικίᾳ ὢν οὕτος, ἐντυγχάνῃ τοῖς ὑμετέροις παισίν. *Jubet enim (lex) choragum, qui ſuis ſumptibus veſtris inſervire commodis ſtudeat, id facere, ubi quadrageſimum annum exceſſerit: ut is in modeſtiſſima jam ætate conſtitutus, cum liberis veſtris verſetur*. Et mox iterum, in verbis legis. Οἱ δὲ χορηγοὶ οἱ καθιστάμενοι ὑπὸ τοῦ δήμου, ἔστωσαν τὴν ἡλικίαν ὑπὲρ τὰ τεσσαράκοντα ἐτῶν. *Choragi autem, qui a populo conſtituentur, annum ætatis quadrageſimum exceſſiſſe debent*. Huc reſpexit Harpocration. Ὅτι νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισὶν, Αἰσχίνης τε ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου φησὶ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ. *Legem eſſe, ut tricenario ſit major, qui choragum pueris agat, dicit Æſchines in Timarchum, & Ariſtoteles in Athenienſium Republ.* Breviter Suidas. Νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισίν. *Lex eſt, ut ſit major tricenario, qui pueris choragus ſit*.

Ludi magiſtri, aperire eum poſt ſolis exortum, claudere vero ante occaſum jubebantur: neque fas majorem puero illuc ingredi, præter filium magiſtri, fratrem, aut generum. Si quis alius ingreſſus eſſet, capite luebat. Itidem feſtis Mercurialibus gymnaſiarchæ adultum quenquam intromittere vetabantur: ſi permitterent, lege de ingenuorum puerorum corruptela tenebantur. Ipſa legum verba habes apud Æſchinem eundem, in eadem *Oratione*. Νόμοι. Οἱ δὲ τῶν παίδων διδάσκαλοι ἀνοιγέτωσαν μὲν τὰ διδασκαλεῖα μὴ πρότερον ἡλίου ἀνιόντος. κλειέτωσαν δὲ πρὸ ἡλίου δύνοντος. καὶ μὴ ἐξέστω τοῖς ὑπὲρ τὴν τῶν παίδων ἡλικίαν οὖσιν εἰσιέναι, τῶν παίδων ἔνδον ὄντων, ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα εἰσίῃ, θανάτῳ ζημιούσθω. καὶ οἱ γυμνασιάρχαι τοῖς ἑρμαίοις μὴ ἐάτωσαν συγκατιέναι μηδένα τῶν ἐν ἡλικίᾳ τρόπῳ μηδενί. ἐὰν δὲ ἐπιτρέπῃ, καὶ μὴ ἐξείργῃ τοῦ γυμνασίου, ἔνοχος ἔστω ὁ γυμνασιάρχης τῷ τῆς τῶν ἐλευθέρων φθορᾶς νόμῳ. *Leges. Puerorum Magiſtri ludos ante ſolis ortum ne aperiunto: ante occaſum vero ne claudunto. Neque fas eſto iis, qui puerilem ætatem exceſſerunt, eo ingredi, dum pueri ſunt intus, præter filium magiſtri, aut fratrem, aut generum. Præter illos, ingreſſus quiſquam fuerit, capite luat. Et gymnaſiis præfecti, Mercurialibus nullo modo quenquam adultum ingredi cum pueris ſinunto. Sin permiſerint, neque arceant gymnaſio, lege teneatur de corruptela ingenuorum puerorum*.

CAP. XXV.

De gallorum gallinaceorum certamine: quæque origo legis fuerit. Æliani, & Luciani, diſſenſus. Homeri poemata ſingulis Panathenæis recitata, ex Hipparchi inſtituto. In urbe obſeſſa ac fame preſſa, turba inutilis occidebatur.

QUOTANNIS uno die certamen erat gallorum gallinaceorum. Ælianus, *Var. Hiſt.* lib. II. cap. XXVIII. Μετὰ τὴν κατὰ τῶν Περσῶν νίκην, Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο, ἀλεκτρυόνας ἀγωνίζεσθαι δημοσίᾳ ἐν τῷ θεάτρῳ μιᾶς ἡμέρας τοῦ ἔτους. *Poſt victoriam de Perſis, legem tulerunt Athenienſes; ut quotannis uno die gali galinacei in theatro certarent*. Quin & juvenes quotquot erant id ſpectare tenebantur. Diſco ex Solonis verbis apud Lucianum, *De Gymnaſiis*. Καὶ τί ἂν πάθοις, εἰ θεάσαιο καὶ ὀρτύγων καὶ ἀλεκτρυόνων ἀγῶνας παρ' ἡμῖν, καὶ σπουδὴν ἐπὶ τούτοις οὐ μικράν; ἢ γελάσῃ δηλονότι, καὶ μάλιστα ἢν μάθῃς, ὡς ὑπὸ νόμῳ αὐτὸ δρῶμεν, καὶ προστέτακται πᾶσι τοῖς ἐν ἡλικίᾳ παρεῖναι, καὶ ὁρᾷν τὰ ὄρνεα διαπυκτεύοντα μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀπαγορεύσεως. *Et quo modo affecereris, ſi apud nos coturnices & gallos gallinaceos, inter ſe certantes videres, & in his non parvam curam? rideres nempe; ac multo magis, ſi id ſcires lege fieri a nobis: tum præterea imperatum, uti juvenes omnes adſint, ſpectentque aves, uſque ad extremam virium defectionem decertantes*. Originem legis refert *loco* jam *citato* Ælianus. Πόθεν δὲ τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν ὅδε ὁ νόμος, ἐρῶ. Ὅτε Θεμιστοκλῆς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἐξῆγε τὴν πολιτικὴν δύναμιν, ἀλεκτρυόνας ἐθεάσατο μαχομένους, οὐδὲ ἀργῶς αὐτοὺς εἶδεν. ἐπέστησε δὲ τὴν στρατιὰν, καὶ ἔφη πρὸς αὐτούς· ἀλλ' οὗτοι μὲν, οὔτε ὑπὲρ πατρίδος, οὔτε ὑπὲρ πατρῴων θεῶν, οὐδὲ μὴν ὑπὲρ γονικῶν ἡρώων, κακοπαθοῦσιν, οὐδὲ ὑπὲρ δόξης, οὐδὲ ὑπὲρ ἐλευθερίας, οὐδὲ ὑπὲρ παίδων· ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ μὴ ἡττηθῆναι ἑκάτερος, μηδὲ εἶξαι θατέρῳ τὸν ἕτερον. ἅπερ οὖν εἰπὼν, ἐπέρρωσε τοὺς Ἀθηναίους. τὸ τοίνυν γενόμενον αὐτοῖς σύνθημα εἰς ἀρετὴν, ἐβουλήθη διαφυλάττειν καὶ εἰς τὰ ὅμοια ἔργα ὑπόμνησιν. *Unde vero initium hæc lex ſumpſerit, dicam. Cum Themiſtocles civium exercitum educeret adverſus barbaros, gallos gallinaceos vidit pugnantes: neque ille oſcitan-*

ter eos vidit, sed, adductis ad spectaculum militibus; at hi, inquit, nec pro patria, nec pro diis, item patriis, aut sepulcris progenitorum, malum sustinent; nec pro gloria, neque etiam libertate, liberisve; sed duntaxat, ne vincantur, neve alter alteri cedat. Quibus dictis confirmavit Athenienses: quodque ad virtutem eos incitasset, voluit in memoriam similium rerum conservare. Sed, Themistocli quæ adscribit, Iphicrati Diogenes Laertius tribuit, in *Vita Socratis*, lib. II. Ἐπῆρε δὲ καὶ εἰς φρόνημα Ἰφικράτην τὸν στρατηγὸν, δείξας αὐτοῦ τοῦ Κουρέως Μίδου ἀλεκτρυόνας ἀντίον τῶν Καλλίου πτερυξαμένους. *Iphicrati quoque duci animos adjecit, cum ostendisset ei gallos gallinaceos tonsoris Midæ, adversus eos, qui Calliæ erant, alis pugnantes.*

Homeri poemata quinto quoque anno in Panathenæis recitari lex jubebat. Leocrates, Orat. *in Lycurgum*. Βούλομαι δ᾽ ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν. οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ᾽ ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνου τῶν ἄλλων ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. *Volo vero vobis etiam Homerum exhibere laudans. Adeo enim majores vestri gravem esse hunc poetam, uti legem constituerint, quinto quolibet Panathenæorum anno, hujus unius poemata, præ cæterorum poetarum carmina, canenda esse sancientes.* Institutum vero illud ab Hipparcho, Pisistrati filio: ut testatum Plato facit, in *Hipparcho*, & Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. II.

Qui thesaurum invenisset, mille drachmas urbi dare tenebatur. Sopater, *de Diff. Quæst.* Νόμος τὸν εὑρόντα θησαυρὸν διδόναι χιλίας. *Lex est: Eum, qui thesaurum invenerit, mille drachmas dare.* Anonymus, in Protheoria Orationis Libanianæ, *de avaro se deferente*. Νόμος. Τὸν εὑρόντα θησαυρὸν, χιλίας τῇ πόλει διδόναι δραχμάς. *Lex est: qui thesaurum invenisset, ut mille drachmas urbi daret.* Et ipse Libanius, in *citata Oratione*. Καὶ παραχρῆμα ἐφεστήκει τὶς, συνάγων τὸ πρόσωπον· καὶ, ὦ φίλτατε, φησὶ, γνώριζε τὸν νόμον· καὶ, θησαυρὸν εὑρηκὼς, κατάβαλε τὰς χιλίας. *Ac confestim adstitit quis, vultum contrahens: &, o amicissime, inquit, agnosce legem; &, cum thesaurum inveneris, mille pendito.*

Ætatem inutilem occidere oportebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν ἀποκτείνειν. *Lex est, ut inutilis ætas occidatur.* Nempe in obsessa urbe, & fame pressa. Anonymus, *Problem. Rhet.* XLVI. Ἐν λιμῷ, καὶ πολιορκίᾳ, ἔγραψέ τις, τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν ἀποκτεῖναι. *In fame, & obsidione urbis, legem quis tulit, de occidenda turba inutili.*

CAP. XXVI.

Qui vitæ alicujus insidiatus esset, homicida censebatur. Jurabant judices, se non esse jus prodituros. Qui aliquem per injuriam in libertatem vindicasset, dimidium pretii ærario solvebat. Murum ascendere, peregrino non licebat: si fecisset, impune a cive occidebatur. Mercatoribus actio dabatur de rebus, tam quæ Athenas aliunde vehebantur, quam quæ alio Athenis; qui damnatus, in custodia tenebatur, dum solvisset: sed necesse tamen erat, ut contractus tabulæ exstarent, actionem vero institui oportebat ante diem trigesimum.

QUI vitæ alicujus insidiatus esset, homicida censebatur. Antiphon, *Orat.* XI. Ἀπολύει δέ με καὶ ὁ νόμος, καθ᾽ ὃν διώκομαι. τὸν γὰρ ἐπιβουλεύσαντα κελεύει φονέα εἶναι. *Liberat vero me lex, secundum quam reus agor. Vult enim eum, qui insidias struxerit, homicidam esse.*

Jurabant judices, jus se minime prodituros. Libanius, *Declam.* XIV. Εἰ δὲ νόμον παρειλήφατε παρὰ τῶν πατέρων ἔργῳ κεκυρωμένον, διὰ μηδένα φόβον προέσθαι τὸ δίκαιον, μηδὲ ἐμὲ νῦν ἐκδῶτε. *Quod si legem a patribus accepistis, re ipsa confirmatam, nullo metu jus prodere vetantem, ne me quoque nunc dedatis.* Verba legis exstant apud Demosthenem, Orat. *in Timocratem*. Οὐ δὲ δῶρα δέξομαι, τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα, οὔτ᾽ αὐτὸς ἐγὼ ἄλλος ἐμοὶ, οὔτ᾽ ἄλλοι εἰδότος ἐμοῦ, οὔτε τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, ὁμοίως ἀμφοῖν· καὶ διαψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ, οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις. *Neque dona accipiam, judicii causa, neque ipse ego, neque alius meo nomine, neque alii me gnaro, neque arte, neque machinatione ulla: audiamque, cum actorem, tum rem, eodem modo utrumque: & sententiam feram de eo, de quo erit controversia.* Vide quoque Pollucem *lib.* VIII. *cap.* X. Meminitque item Plato, in *Apologia Socratis*.

Qui aliquem per injuriam in libertatem vindicasset, dimidium pretii æstimati ærario pendere tenebatur. Anonymus, in argumento Orationis *in Theocrinem*. Τρίτος (νόμος,) ἐὰν μή τις δόξῃ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι τινα, τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ. *Tertia (lex,) si quis aliquem haud juste in libertatem asseruisse videatur, semissem pretii æstimati ærario ut debeat.* Et Demosthenes inde ipse in *Oratione* ea. Καί μοι λέγε τὸν νόμον, ὃς κελεύει τὸ ἥμισυ τοῦ τιμήματος ὀφείλειν τῷ δημοσίῳ, ὃς ἂν δόξῃ μὴ δικαίως εἰς ἐλευθερίαν ἀφελέσθαι. *Ac legem mihi recita, quæ jubet dimidium pretii æstimati ærario debere eum, qui injuste asserere in libertatem videatur.*

Peregrino murum ascendere non licebat. Apsines, *cap.* Περὶ λύσιων. Ξένος κεκώλυται ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ τεῖχος. *Peregrinus murum ascendere prohibetur.* Marcellinus, *in Hermogenem*. Ποῖον γὰρ ἀδίκημα, τὸ ἀνελθεῖν ξένον εἰς τὸ τεῖχος, εἰ μὴ νόμος ἐκώλυεν; *Nam quid injusti est, si peregrinus murum ascendat, nisi lex probibuisset?* Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Quod simplex legale? quum lex unam facit quæstionem: ut, Peregrinus murum ne ascendat.* Qui fecisset, eum occidere civi licitum. Michael Ephesius, *ad Aristotelis Ethicorum* lib. V. Ὁ μὲν γὰρ νόμος καθόλου κελεύει, τὸν ξένον, εἰ ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνέλθῃ, ἀναιρεῖσθαι ὑπὸ τῶν πολιτῶν. *Lex enim universim jubet, peregrinum, si murum ascenderit, a civibus occidi.* Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ἀνελθόντα ξένον ἐπὶ τὸ τεῖχος τεθνάναι. *Lex est, qui murum ascenderit peregrinus, ut morte luat.* Curius Fortunatianus, *libro citato*: *Peregrinus, si murum ascenderit, capite plectatur.*

Mercatoribus actio dabatur tam de iis rebus, quæ Athenas aliunde, quam vicissim quæ Athenis alio adveherentur. Demosthenes, *in Zenothemidem*. Οἱ νόμοι κελεύουσιν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις, καὶ τοῖς ἐμπόροις, τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων, περὶ ὧν ὦσι συγγραφαί. *Leges jubent, viri Judices, actiones dari naviculariis, & mercatoribus, in iis contractibus, qui vel Athenas aliunde, vel Athenis alio referuntur, de quibus exstent tabulæ.* Et occurrit iterum, in Orationibus *in Apaturium*, ac *Phormionem*. Qui damnatus, in vincula conjiciebatur, dum mulctam, a judicibus dictam, solveret. Demosthenes, *in Apaturium*, Τοῖς μὲν ἐμπόροις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τοῖς ναυκλήροις, κελεύει ὁ νόμος εἶναι τὰς δίκας πρὸς τοὺς θεσμοθέτας, ἐάν τι ἀδικῶνται ἐν τῷ ἐμπορίῳ, ἢ ἐνθένδε ποι πλέοντες, ἢ ἑτέρωθεν δεῦρο· καὶ τοῖς ἀδικοῦσι δεσμὸν ἔταξε τοὐπιτίμιον, ἕως ἂν ἐκτίσωσιν, ὅ, τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ· ἵνα μηδεὶς ἀδικῇ μηδένα τῶν ἐμπόρων εἰκῇ. *Mercatoribus quidem, Athenienses, & naviculariis, jubet lex actionem dari apud Sexviros, si qua injuria in mercatu afficiantur, sive hinc alio navigante, sive aliunde huc: & sontibus vincula mulctam statuit, tantisper dum judicatum solvant: ut ne quis temere mercatorem ullum injuria afficiat.* Memi-

nitque Oratione *in Theocrinem*. Requirebatur vero, ut contractus scripto consignatus esset. Judicant verba Orationis *in Zenothemidem*, jam citata. Τῶν συμβολαίων, περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. *Contractuum, de quibus sint tabulæ.* Oportebat vero in jus vocare ante diem trigesimum. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, τὸν ἔμπορον εἴσω τριάκοντα ἡμερῶν δικάζεσθαι. *Lex est, ut mercator intra trigesimum diem in jus vocet.*

CAP. XXVII.

A munere publico unius anni intermedii vacatio erat. Cum noverca rem habere, capitale. Actio in eum, qui metalli opera interturbasset. Qui in argenti fodinis opus novum inchoabat, populo vicesimam quartam dabat; & inceptum indicare præfectis tenebatur: sin fecisset, actio cuivis erat non inscripti metalli.

A MUNERE publico anni unius intervallum vacuum concedebatur. Demosthenes *in Leptinem*. Ἔτι τοίνυν ὑμᾶς κἀκεῖνο ἐπιθυμεῖσθαι δεῖ, ὅτι ἐκ τῶν νῦν ὑπαρχόντων νόμων, καὶ πάλαι κυρίων, οὓς οὐδ' ἂν αὐτὸς οὗτος ἀντείποι ἄν, μὴ οὐχὶ καλῶς ἔχειν, ἐνιαυτὸν διαλιπὼν ἕκαστος λειτουργεῖ· ὥστε τὸ ἥμισυ ἔστ' ἀτελὴς τοῦ χρόνου. *Præterea illud etiam vobis considerandum est, ex legum, quibus etiam hodie utimur, quæque per multos annos viguerunt, instituto, quas ne iste quidem præclaras esse negare ausit, unumquemque, anno uno quiescentem, publica obire munia: ita ut dimidiam temporis partem sint immunes.*

Qui cum noverca rem habuisset, capitis supplicio luebat crimen: quique cum uxore, semel repudiata, pecunia mulctabatur. Marcellinus, *in Hermogenem*. Ἐρασθείς τις τῆς μητρυιᾶς, ᾔτησε τὸν πατέρα· φάσκων ἀπολεῖσθαι, εἰ μὴ λάβοι. δίδωσιν ὁ πατήρ. μετὰ τριήμερον, ἀποδίδωσιν αὐτὴν τῷ πατρὶ πάλιν, ὡς πληρωθέντος τοῦ ἔρωτος. ὕστερον ἑάλω συνὼν αὐτῇ· καὶ ὁ μὲν πατὴρ τεθνάναι αὐτὸν ἀξιοῖ, κατὰ τὸν νόμον, τὸν λέγοντα, τὸν συνόντα τῇ μητρυιᾷ τεθνάναι. ὁ δὲ παῖς, ἀξιοῖ χρήματα ἐκτίνειν κατὰ τὸν κελεύοντα νόμον, εἴ τις ἀποπεμψάμενος τὴν γυναῖκα, καὶ αὖθις ἁλῷ συνὼν αὐτῇ, χρήματα ζημιοῦσθαι. *Amore aliquis novercæ captus, eam petiit a patre; inquiens, se moriturum, nisi acciperet. Dat hanc pater; ille, triduo post reddit, jam amore saturato. postea cum illa rursum rem habere deprehenditur. ac pater quidem, affici ipsum morte cupit; juxta legem, quæ congressum cum noverca occidi jubet: filius vero, pecuniam offert, juxta legem, quæ pecuniam pendere jubet, si uxorem quis dimiserit, ac cum ea postea deprehendatur consuevisse.*

In metallis, si quis aliquem expulisset, actio in eum erat. Demosthenes, Orat. *in Pantænetum*. Σαφῶς ὁ νόμος διείρηκεν, ὧν εἶναι δίκας προσήκει μεταλλικάς. οὐκοῦν ὁ μὲν νόμος, ἐάν τις ἐξείλλῃ τινὰ τῆς ἐργασίας, ὑπόδικον ποιεῖ. *Lex perspicue constituit, quibus in rebus dandæ sint actiones metallicæ. itaque, si quis aliquem ex opere expulerit, in eum lex dat actionem.* Et aliæ quoque actiones quædam erant; quæ Demostheni paulo post commemorantur, in eadem *Oratione*. Ἀλλὰ κἂν ἄλλο τις ἀδικῇ τι περὶ τὰ μέταλλα, καὶ τούτων εἰσὶ δίκαι· ὀρθῶς γὰρ ὦ Πανταίνετε. ἀλλὰ ταῦτα τί ἐστιν; ἂν ὑφάψῃ τις, ἂν ὅπλα ἐπιφέρῃ, ἂν ἐπικατατέμνῃ τῶν μέτρων ἐκτός. *Si quis aliter etiam in metallis ullum damnum dederit, etiam earum rerum actio datur. Recte quidem, o Pantænete: verum, age, quæ sunt ea? Si quis succenderit, si arma intulerit, si secuerit supra modum.*

Qui in argenti fodinis opus novum inchoabant, quartam & vicesimam redituum partem populo pendere tenebantur. Isque aliquos statuebat, quibus id significare oporteret. Quod si quis non judicasset, in hunc actio cuilibet concedebatur, quæ dicebatur, Μετάλλου ἀγράφου. *Metalli non inscripti.* Suidas, Ἀγράφου μετάλλου δίκη. οἱ τὰ ἀργύρεια μέταλλα ἐργαζόμενοι, ὅπου βούλοιντο καινοῦ ἔργου ἄρξασθαι, φανερὸν ἐποιοῦντο τοῖς ἐπ' ἐκείνοις τεταγμένοις ὑπὸ τοῦ δήμου· καὶ ἀπεγράφοντο, τοῦ τελεῖν ἕνεκα τῷ δήμῳ εἰκοστὴν τετάρτην τοῦ καινοῦ μετάλλου· εἴ τις οὖν ἐδόκει λάθρα ἐργάζεσθαι μέταλλον, τὸν μὴ ἀπογραψάμενον ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, καὶ ἐλέγχειν. *Non inscripti metalli actio. Qui in argentifodinis operabantur, quum novum incipere opus vellent, iis, quos populus præfecisset his fodinis, indicabant, & inscribebantur, ut metalli novi partem vicesimam quartam populo penderent: si quis igitur clam metallicum opus facere videretur, hunc, qui non inscriptus esset, accusare, & redarguere, cuilibet permittebatur.*

In bonorum permutatione, cum opes suas universas indicare tenerentur, & jurare, nil se harum reticere, eas tamen, quæ in fodinis, excipere licebat. Demosthenes, Orat. *in Phænippum*. Ὑμεῖς δ' ἴστε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὑμεῖς γὰρ ἔχεσθε τὸν νόμον, ὃς διαρρήδην ὑπολέγει. τοὺς ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύειν καὶ τόνδε τὸν ὅρκον. ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς, καὶ δικαίως, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρίοις, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελῆ πεποιήκασι. *Vos vero scitis, Judices, nam ipsi tulistis, legem, quæ expresse ita dicit: eos, qui inter se permutent, postquam dato jurejurando, opes suas indicaverint, illud insuper jurare: Declaro facultates meas recte, & juste; præter eas, quæ sunt in argentifodinis; quas immunes leges esse voluerunt.* Mox id ipsum verbis dicit paucioribus. Πρῶτον δέ μοι τὸν νόμον ἐκεῖνον ἀνάγνωθι, τὸν οὐκ ἐῶντα τῶν ἐν τοῖς ἔργοις ἀποφαίνειν. *Sed primum legem mihi illam legito, quæ non sinit, quicquam, quod est in fodinis, declarare.*

CAP. XXVIII.

Ad triremes instruendas tenebantur omnes, præter novem archontes: & in hanc rem, si navalia non sufficerent, cives, quæ deficerent, suppeditabant. Qui a navalibus aliquid surripuisset, capite is plectebatur, aut exilio sempiterno, & bonorum publicatione. Qui in navi mansisset, tempestate oborta, navem, & onus, præmium accipiebat. Naufragio ejecta bona, ad publicanos pertinebant. Noctu cum telo esse, non licebat.

A TRIREMIBUS instruendis nemo immunis habebatur, nisi soli novem archontes. Demosthenes, Orat. *in Leptinem*, ipsa legis verba ponit. Νόμος. Ἀτελῆ δὲ μηδένα εἶναι τριηραρχίας, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων. *Lex. Triremis vero instruendæ nemo sit immunis, præter novem archontes.* Ac mox ipse sic adjungit. Ὁρᾶτε, ὡς σαφῶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδένα εἶναι τριηραρχίας ἀτελῆ, διείρηκεν ὁ νόμος, πλὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων. *Videtis, quam clare, Athenienses, lex dicat, ne quis instruendarum triremium sit immunis, exceptis novem archontibus.* Ad has autem instruendas, si navalia non sufficerent, cives, quæ deficiebant, exhibere tenebantur. Demosthens idem, *in Evergum*. Καὶ, νόμου ἐπιτάξαντος, εἰσέπραξα τοῦτον, ὀφείλοντα τῇ πόλει σκεύη τριηραρχικά. *Ac, lege jubente, exegi ab eo triremium instrumenta, quæ debebat reipublicæ.* Et occurrit ibi mentio, locis pluribus. Qui navalibus remum, aliudve instrumentum, suffuratus esset, capite, aut perpetuo exilio, & bonorum publicatione, luebat. Marcellinus, *in Hermogenem*. Ἐάν τις ὑφέληται κώπην, ἢ σκεῦος, ἀπὸ τῶν νεωρίων, θανάτῳ, ἀειφυγίᾳ, ἢ δημεύσει, ζημιοῦ (ὁ νόμος) τοῦτον. *Si quis remum, aut instrumentum, e navalibus surripuerit, eum morte, perpetuo exilio, ac bonorum publicatione, (lex) mulctat.*

Qui in navi mansisset, tempestate oborta, ejus erat & navis, & onus. Cicero, *de Invent.* lib. II. *Lex. Qui in adversa tempestate navim reliquerint, omnia amittunto: eorum navis, & onera, sunto, qui in navi remanserint.* Syrianus *in Hermogenem*. Οὐδὲ γὰρ ἐναντίος ὁ νόμος, ὁ λέγων, τὸν ἀποκήρυκτον μὴ μετέχειν τῶν πατρώων, τῷ λέγοντι, τὸν ἐναπομείναντα χειμαζομένῃ νηΐ, δεσπότην εἶναι τῆς νηός. *Nec vero contraria est lex, quæ dicit, abdicatum bonorum paternorum participem non esse, dicenti, eum, qui in tempestate in navi manserit, navis dominum esse.* Et Marcellinus, *in eundem*. Δίδωσιν ὁ νόμος τὴν ναῦν τῷ ἐναπομείναντι. *Dat lex navem ei qui in ea manserit.* Curius Fortunatianus. *Rhet.* lib. I. *Qui navim, in periculo positam, rexerit, ejus sit navis, cum onere: & , qui navim reliquerit, is navim, & onus, amittat.*

Naufragio ejecta bona, erant publicanorum. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Naufragia ad publicanos pertineant.* Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τὰ ναυάγια τῶν τελωνῶν εἶναι. *Lex est, ut naufragia sint publicanorum.*

Noctu cum telo esse non licebat. Curius Fortunatianus, *Rhet.* lib. I. *Peregrinus murum ne ascendat: & , Nocte nemini liceat esse cum telo. Peregrinus murum cum telo nocte ascendit, & hostem propulsavit; petitur ad pœnam. Hic enim contra duas leges fecisse dicitur: & , quod peregrinus murum ascenderit; & , quod nocte cum telo fuerit.* Iterum alibi, *lit.* II. *Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, vinciatur. cum massa ferri inventus est vir: vult magistratus eum alligari cædis. apparet enim, latorem legis de telo, non de massa, cavere voluisse.* Anonymus, in *Probl. Rhet.* c. XXVII. Νόμος ἐκέλευε, νύκτωρ ὅπλα μὴ φέρειν. *Lex jussit, Noctu arma ne gestentur.*

CAP. XXIX.

Sumptibus ferendis munerum publicorum qui se impares negarent, bona cum altero ditiore permutabant. Jusjurandum etiam de bonis datum: post quod, declarare ea die tertio oportebat: nisi tempus longius alteri forte alter concessisset. Lex hæc lata a Solone.

ERAT Athenis classis quædam trecentorum, e ditissimis civitatis, qui gravissima munia obirent. Lege vero, qui non ferre sumptus posset, classe excedere sinebatur, dum ostenderet extra eam locupletiorem alium, qui si illud detrectaret, ac se ditiorem esse pernegaret, bona inter se permutare oportebat. Anonymus, in Argumento Orationis Demosthenicæ *in Phænippum*. Ἦν σύνταγμα παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τριακοσίων ἀνδρῶν, κατὰ τὸν πλοῦτον ἐξειλεγμένων, οἷς ἀνέκειντο τῶν λειτουργιῶν αἱ μείζονες. νόμος δὲ ἐδίδου τῷ πεπονηκότι τούτων ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ συντάγματος, εἴ τινα ἑαυτοῦ πλουσιώτερον σχολάζοντα ἐπιδείκνυε. καὶ, εἰ μὲν ὁ προβληθεὶς ὡμολόγει πλουσιώτερος εἶναι, εἰς τοὺς τριακοσίους ἀντικαθίστατο· εἰ δὲ ἠρνεῖτο τὴν οὐσίαν ἀντεδίδοσαν. *Erat apud Athenienses classis trecentorum virorum, juxta opes electorum, quorum erat maxima quæque munia obire. Lex autem ei, qui sumptus tolerare haud posset, concedebat, ut excederet e classe, alio quodam extra eam ditiore indicato. ac, si quidem, qui propositus, ditiorem esse sese fateretur, hic pro illo in trecentos referebatur: sin negaret, bona utrinque commutabant.* Constituti autem erant hi trecenti a Demosthene, antea mille, & ducenti. Pollux, *lib.* VIII. *c.* IX. *sect.* XVII. Ἐγένοντο χίλιοι, καὶ διακόσιοι. ἀπὸ τούτων ἦσαν, οἱ λειτουργοῦντες. Δημοσθένης δὲ, νόμον γράψας, ἀντὶ τούτων τριακοσίους, τοὺς πλουσιωτάτους ἐποίησε. *Erant mille, ac ducenti. Ex his erant, munia publica obeuntes. Demosthenes vero, lege lata, pro tam multis trecentos, qui ditissimi essent, constituit.*

Ac in permutatione quidem illa lex jubebat, uti facultates suas dato quisque juramento indicaret, præter istas, quas haberent in fodinis: nam excipere has licebat. Demosthenes, in illa ipsa *Oratione*, quam citavi. Ὑμεῖς δ᾽ ἴστε, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ὑμεῖς γὰρ ἔθεσθε, τὸν νόμον, ὃς διαῤῥήδην οὕτω λέγει· τοὺς ἀντιδιδόντας ἀλλήλοις, ὅταν ὀμόσαντες ἀποφαίνωσι τὴν οὐσίαν, προσομνύνειν καὶ τόνδε τὸν ὅρκον. ἀποφαίνω τὴν οὐσίαν τὴν ἐμαυτοῦ ὀρθῶς, καὶ δικαίως, πλὴν τῶν ἐν τοῖς ἔργοις τοῖς ἀργυρίοις, ὅσα οἱ νόμοι ἀτελῆ πεποιήκασι. *Vos vero, Judices, scitis legem; siquidem tulistis ipsi, quæ expresse ita dicit: qui bona inter se permutant, postquam dato juramento ea declaraverint, illud etiam jurare; Recte, & juste, facultates meas declaro: præter istas, quæ in argenti fodinis: quas immunes lex constituit.*

Oportebat autem bona declarare tertio post jusjurandum datum die. Demosthenes, *ibidem*. Ἀλλ᾽ ἀνθ᾽ ἑνὸς δύο νόμους ἥκει πρὸς ὑμᾶς παραβεβηκώς· ἕνα μὲν, τὸν κελεύοντα, τριῶν ἡμερῶν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ὀμόσῃ, τὴν οὐσίαν ἀποφαίνειν· ἕτερον δὲ, τὸν κελεύοντα, κυρίους εἶναι τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας, ἃς ἐναντίον μαρτύρων ποιήσωνται. *Sed ad vos ingreditur, duabus legibus loco unius violatis: una, quæ jubet, triduo post jusjurandum rem familiarem declarare; altera, qua ratas habet pactiones, testibus præsentibus factas.* Nisi si dilationem alteri alter concessisset. Idem alibi, in eadem *Oratione*. Ἀντὶ μὲν τοῦ τριῶν ἡμερῶν, ἀφ᾽ ἧς ὤμοσε, τὴν ἀπόφανσιν δοῦναί μοι τῆς οὐσίας τῆς αὐτοῦ κατὰ τὸν νόμον· ἢ, εἰ μὴ τότε ἐβούλετο, τῇ γε ἕκτῃ δοῦναι τοῦ Βοηδρομιῶνος μηνὸς, ἣν δεηθεὶς μου ἔθετο. *Nam, cum intra triduum, ex quo juraverat, declarationem rei suæ familiaris mihi ex lege dare debuisset, aut, si tum nollet, sexto saltem Boedromionis die, quem precibus a me impetraverat.* Et iterum postea. Τοῦ νόμου διαῤῥήδην λέγοντος, τριῶν ἡμερῶν, ἀφ᾽ ἧς ἂν ὀμόσῃ, διδόναι τὴν ἀπόφανσιν, ἐδεῖτό μου, προσελθὼν πρὸ τοῦ δικαστηρίου, μετὰ Πολυεύκτου τοῦ Κριωέως, καὶ Τερεντίου, πρῶτον μὲν περὶ διαλύσεως συνελθεῖν ἑαυτῷ, (πάντα γάρ μοι τὰ δίκαια ποιήσειν) ἔπειτα τὴν ἀπόφανσιν τῆς οὐσίας ἀναβαλέσθαι μὴ πολλὰς ἡμέρας. οὐ γὰρ ἀγνοεῖν μου τὰ πράγματα. *Cum lex expresse jubeat, declarationem dari tertio post jusjurandum die, convenit me ante prætorium, cum Polyeucto Crioense, & Terentio, rogans, primum ut transactionis causa secum congrederer, (præstaturum enim mihi quæ æqua essent omnia,) deinde, ut declarationem rei familiaris differrem in dies non multos. neque enim ignotas sibi esse res meas.*

Tulit vero hanc de permutatione legem Solon. Docet itidem Demosthenes, in *Orationis* ejus ipso principio. Πολλὰ κἀγαθὰ γένοιτο, ὦ ἄνδρες, δικασταὶ, πρῶτον μὲν ὑμῖν ἅπασιν, ἔπειτα δὲ καὶ Σόλωνι, τῷ νομοθετήσαντι τὸν περὶ τῶν ἀντιδόσεων νόμον. *Multa, eaque bona, Judices, eveniant primum vobis omnibus, deinde etiam Soloni, qui legem de permutationibus tulit.*

CAP. XXX.

Peregrino minime saltare licitum. Si saltasset, tum choragus drachmis mille mulctabatur, & expellebatur ipse. Qui convictus peregrinitatis esset, venum ibat. Si in concione quis conspectus esset, capitis supplicio afficiebatur. Qui potestate eminebant, ostracismo in exilium mittebantur, in decennium. Portas noctu aperire non licebat. Philosophi ne præessent scholis, interdictum; sed ipsum anno proximo revocatum: Sophoclesque, qui statuerat, quinque talentis mulctatus. Tabellam, in qua scriptum erat plebiscitum, non revellere licebat.

De peregrinis supra quædam sparsim dicta, cum occasio se offerret, nunc & alia memorabo.

Nec saltare peregrino licitum erat: ac choragus, si quem talem adhibuisset, mille drachmis mulctabatur. Plutarchus, in *Phocione*. Νόμου γὰρ ὄντος Ἀθήνησι τότε, μὴ χορεύειν ξένον, ἢ χιλίας ἀποτίνειν τὸν χορηγόν, ἅπαντας εἰσαγαγὼν ξένους τοὺς χορεύοντας, ἑκατὸν ὄντας, ἅμα καὶ τὴν ζημίαν, ἀνὰ χιλίας ὑπὲρ ἑκάστου, εἰσήνεγκεν εἰς τὸ θέατρον. *Nam Athenis cum id temporis lege interdictum esset, ne saltaret peregrinus, aut choragus mille drachmis mulctaretur, peregrinis universis, qui saltarent, introductis, numero centum, simul mulctam, mille in unumquemque drachmas, in theatrum apportavit.* Ipsos vero saltatores expellere volenti licitum. Andocides, Orat. *in Alcibiadem*. Κελεύοντος τοῦ νόμου, τῶν χορευτῶν ἐξάγειν ὃν ἄν τις βούληται ξένον. *Cum lex jubeat, expellere saltatorem peregrinum, quem quis velit.*

Qui convicti peregrinitatis essent venum ibant. Libanius, in Oratione Hyperidis. *pro Demosthene*. Εἴρηται, φησι, πιπράσκειν τὸν τῆς ξενίας ἁλόντα. *Dictum est, ait, qui convictus peregrinitatis fuerit, ut vendatur*. Et Anonymus in *Orationis* ejus Argumento. Νόμος, τὸν ξενίας ἁλόντα, πιπράσκεσθαι. *Lex est, peregrinitatis convictum, venum dari.*

Si quis in exercitu se concioni miscuisset, capitis supplicio afficiebatur. Libanius idem, in *Apologia ducis*. Πάντας μὲν οὖν (τοὺς νόμους) ἔγωγε συμφέροντάς τε ἑώρων, καὶ φυλάττειν ἀξίους· μάλιστα δὲ τὸν, ὡς οὐ χρὴ ξένον τῶν ἡμετέρων ἐκκλησιῶν μετέχειν, ἀγορεύοντα. *Omnes quidem (leges) ego utiles vidi, atque dignas conservari: præcipue vero illam, quæ vetat, ne peregrinus concionibus nostris intersit.* Et Anonymus, in *Argumento*. Νόμος, τὸν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ὀφθέντα ξένον, ἀποθνήσκειν ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ. *Lex est, qui peregrinus in concione conspectus fuerit, eum a duce morte puniri.*

Quorum Athenis nimia potestas esset, ideoque timebantur, urbe ea in decennium, salvis bonis, & honore, pellebantur. Aristides, in *Oratione Platonica* II. Θεμιστοκλῆς μὲν, καὶ Κίμων, ἐξωστρακίσθησαν. τοῦτο δ' ἦν οὐ μῖσος, οὐδ' ἀλλοτρίωσις τοῦ δήμου πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ἦν νόμος αὐτοῖς περὶ ταῦτα. *Themistocles quidem, & Cimon, ostracismo ejecti sunt. atque id non odium erat, neque alienatio ab illis populi: sed lex illis de his erat.* Et paulo post. Νόμῳ γὰρ, ὥσπερ εἴπομεν, ἐγίγνετο· ἦν δὲ οὗτος ὁ νόμος. ἐκέλευον τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάναι ἐς ἔτη δέκα. *Lex enim, ut diximus, erat: & quidem ista. Jubebant eos, qui eminebant, in exilium ire in annos decem.*

Portas noctu aperire non licebat. Syrianus, *in Hermogenem*. Νόμος, μὴ ἀνοίγειν νύκτωρ τὰς πύλας τῆς πόλεως. *Lex est, ne noctu portæ urbis aperiantur.* Anonymus, *Problem. Rhet.* cap. LIII. Νόμος ἦν, ὁ κωλύων στρατηγὸν μὴ ἀνοίγειν νύκτωρ τὰς πύλας. *Lex erat, quæ imperatorem noctu portas aperire prohibebat.* Meminit etiam Arsines, lib. *de Rhet.* cap. Περὶ ἐσχηματισμένων.

Legem tulit Sophocles quidam Amphiclidis, ne philosophus aliquis præesset scholæ, ni senatus, populusque, id permitteret: qui delinqueret, capite lueret. Diogenes Laertius, in *Theophrasto*, lib. V. Σοφοκλέους τοῦ Ἀμφικλείδου νόμον εἰσενεγκόντος, Μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ, δόξῃ· εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Cum Sophocles, Amphiclidis filius, legem tulisset; uti ne philosophorum aliquis præesset scholæ, ni senatui, populoque, id placuisset: sin autem, capitale isthoc fore.* Jul. Pollux, *lib.* IX. *cap.* V. Ἔστι δὲ καὶ νόμος Ἀττικὸς, κατὰ τῶν φιλοσοφούντων γραφείς· ὃν Σοφοκλῆς, Ἀμφικλείδου, Σουνιεὺς, εἶπεν. ἐν ᾧ, τινὰ κατ' αὐτῶν προειπὼν, ἐπήγαγε· μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τῶν φιλοσόφων διατριβὴν κατασκευάσασθαι. *Est vero etiam lex Attica, contra philosophos lata: quam Sophocles, Amphiclidis F. Suniensis, tulit. in qua, quædam adversus ipsos præloquutus, addit: non licere ulli philosopho scholam instituere.* Sed lex ea anno proximo revocata, Sophocle illo quinque talentis mulctato. Diogenes, *citato loco*. Ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον (οἱ φιλόσοφοι) εἰς νέωτα, Φιλλίωνος τὸν Σοφοκλέα γραψαμένου παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι, τὸν δὲ Σοφοκλέα πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν. *Verum anno proximo reversi sunt (philosophi) Sophocle a Phillione accusato perperam rogatæ legis. Quo tempore & legem abrogarunt Athenienses, & Sophoclem talentis quinque mulctaverunt.* Meminit quoque Athenæus, *lib.* XIII.

Tabulam, in quam relatum plebiscitum, revellere prohibitum erat. Plutarchus, in *Pericle*, Καὶ τοῦ Περικλέους νόμον τινὰ προβαλλομένου, κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν, εἰπεῖν Πολυάρκη, τῶν πρέσβεων τινά. Σὺ δὲ μὴ καθέλῃς, ἀλλὰ στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον. οὐ γάρ ἐστι νόμος, ὁ τοῦτο κωλύων. *Et cum Pericles legem quandam obtenderet, quæ vetaret revellere tabulam, in qua scriptum esset plebiscitum, dixisse Polyarcen, unum e legatis; Tu vero ne revelle, sed converte intra tabulam: illud enim quæ prohibeat, nulla lex est.*

CAP. XXXI.

Rerum pignoratarum non dabatur actio in possessorem. Arma, aut triremium instrumenta, ad Philippum transferre, capitale erat. Piscarii rigare aqua in foro pisces vetabantur; tum sedentes quoque vendere: idque Aristonici legibus.

Rerum pignoratarum nomine non dabatur actio in possessorem. Demosthenes, *contra Spudiam*. Λάβε δή μοι πρῶτον μὲν τὸν νόμον, ὃς οὐκ ἐᾷ τῶν ἀποτιμηθέντων ἔτι δίκην εἶναι πρὸς τοὺς ἔχοντας. *Cape igitur primum legem, quæ non sinit rerum pignoratarum agere in possessores.*

Arma ad Philippum regem, aut triremium instrumenta, transportare, capitale censebatur. Libanius, in Oratione Hyperidis *pro Demosthene*. Καὶ νόμον μὲν ὑμεῖς τεθείκατε, ἄν τις ὡς Φίλιππον ὅπλα ἄγων ἁλῷ, ἢ σκεύη τριηραρχικὰ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν. *Ac legem quidem vos tulistis: Si quis ad Philippum arma, aut triremium instrumenta, transtulisse convincatur, capite luat.*

Piscarii in foro vetabantur pisces aqua rigare, ne nimirum fucum facerent emptoribus, atque recens capti esse viderentur, qui non essent. Videmus in fragmento Xenarchi, in Comœdia, cui titulus, Πορφύρα, apud Athenæum, *lib.* VI.

Τῶν δ' ἰχθυοπωλῶν φιλοσοφώτερον γένος
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν, οὐδὲ μᾶλλον ἀνόσιον.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτοῖς οὐκέτ' ἔστ' ἐξουσία
Ῥαίνειν, ἀπείρηται δὲ τοῦτο τῷ νόμῳ,
Εἴ τις θεοῖσιν ἐχθρὸς ἄνθρωπος πάνυ
Ξηραινομένους εἰσεῖδε τοὺς ἰχθῦς, μάχην
Ἐποίησεν αὐτὸς ἐξεπίτηδες εὖ πάνυ.
Ἦσαν δὲ πληγαὶ, καιρίαν δ' εἰληφέναι
Δόξας, καταπίπτει· καὶ, λιποψυχῶν δοκῶν,
Ἔκειτο νεκρὸς οἷα μετὰ τῶν ἰχθύων.
Βοᾷ τὶ, ὕδωρ· ὁ δ', εὐθὺς ἐξάρας πρόχουν
Τῶν ὁμοτέχνων τις, τοῦ μὲν ἀκαρῆ παντελῶς
Κατέχει, κατὰ δὲ τῶν ἰχθύων ἀπαξάπαν.
Εἴποις ἂν αὐτοὺς ἀρτίως ἡλωκέναι.
Piscariorum aut philosophum magis genus
Non est ullum, neque magis impium.
Etenim, quia non licet illis
Rigare, legibusque id probibitum est,
Si quisquam diis plane invisus homo
Arescentes conspicetur pisces, pugnam

Instituit ipse de industria belle sane.
Erant autem vulnera: ac, ceu letali vulnere accepto,
Concidit, velutque animo delinquens
Instar mortui jacet inter pisces.
Clamat aliquis, Aquam: ac confestim sublato urceo,
Sodalium aliquis illum quidem leviter omnino
Perfundit, pisces vero planissime:
Diceres eos recenter captos.

Quia vero nimis care venum darent, legem tulit Aristonicus; si quis pluris indicaret, ac minoris inde venderet, is ut in custodiam abduceretur. Alexis, in B *Lebete* fabula, apud eundem Athenæum, *libro citato*.

Οὐ γέγονε κρείττων νομοθέτης τοῦ πλουσίου
Ἀριστονίκου. τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον,
Τῶν ἰχθυοπωλῶν ὅς τις ἂν πωλῶν γε τὸν
Ἰχθὺν ὑποτιμήσας, ἀποδῶτ' ἐλάττονος
Ἧς εἶπε τιμῆς, εἰς τὸ δεσμωτήριον
Εὐθὺς ἀπάγεσθαι τοῦτον, ἵνα δεδοικότες
Τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν, ἢ τῆς ἑσπέρας
Σαπροὺς ἅπαντες ἀποφέρωσιν οἴκαδε.
Κἀνταῦθα καὶ γραῦς, καὶ γέρων, καὶ παιδίον,
Πεμφθεὶς ἅπαντες ἀγοράσουσι κατὰ τρόπον.
C *Non fuit melior legislator divite*
Aristonico. legem enim nunc statuit,
Piscariorum si quis vendens
Piscem indicaverit, ac minoris det
Quam æstimaverit, in carcerem
Statim ut abducatur. ut metuentes
Justo pretio sint contenti, aut vesperi
Marcidos omnes referant domum,
Jamque hac anus, senex, & puer,
Vivos adhuc pisces ement æquo pretio.

Inde alia lege jussit, uti venderent pisces stantes, non sedentes, quo citius domum redire e foro, ac sine mora, ementes possent. Idem Alexis, postea in eadem *fabula*.

D Οὐ γέγονε μετὰ Σόλωνα κρείττων οὐδὲ εἷς
Ἀριστονίκου νομοθέτης· τά τ' ἄλλα γὰρ
Νενομοθέτηκε πολλὰ καὶ παντοῖα δέ.
Νυνὶ δὲ καινὸν εἰσφέρει νόμον τινὰ
Χρυσοῦν τὸ μὴ πωλεῖν ἔτι καθημένους
Τοὺς ἰχθυοπώλας, διὰ τέλους δ' ἑστηκότας.
Non fuit post Solonem melior, ne unus quidem,
Aristonico legislator. Nam is cum alia,
Tum multa, omnisque generis, lege cavit quadam
Aurea, ne vendant sedentes
Piscarii, sed perpetuo stantes.

CAP. XXXI.

E *In Piræeo pernoctare non licebat; neque in communi terra carbones facere, vitium soboles amputare, neve eas exstirpare. Senatus in curia non tractare negotia incipiebat, nisi prius vota præco nuncupasset, ac fausta apprecatus esset: neque ulli esse senatori licitum, nisi post tricesimum ætatis annum. Fœminam sacerdotem, oportebat esse virginem. Qui diis sacra vellent facere, Telluri τῇ Κουροτρόφῳ præsacrificabant. Artem eloquentiæ docere, sub triginta Tyrannis vetitum. Sponsiones ultra annum minime exigebantur.*

F LEGEM tulit Diopithes, ne Atheniensis quisquam in Piræeo pernoctaret: & in eam ipse postea peccavit. Ælianus, in Fragmento, quod exstat apud Suidam, *in* Γοργών. Λέγει δὲ περὶ Διοπείθους τοῦ Ἀθηναίου· ὃς νόμον εἰσάγει, τὸν ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πειραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι. οὗτος οὖν ὤφθη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ, καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκην ὑπάγουσι. *Dicit vero de Diopithe Atheniensi qui legem tulit, ut, quisquis urbanus in Pi-*

A *ræeo permansisset, capitis supplicio afficeretur. Hic igitur aliquando serius invitus venit, & in Piræeo mansit: adversariique ipsum in jus vocant.*

In terra communi, nec carbones facere licebat, nec stolones vinearum amputare, neque etiam exstirpare. Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXXII. Ἐν γοῦν τῷ Ἀττικῷ νόμῳ, τῷ περὶ τῶν κοινῶν, γέγραπται· Μὴ ἀνθρακεύειν, μηδὲ κολούειν, μηδὲ πρεμνίζειν. *Itaque in lege Attica, quæ est de communibus rebus, scriptum habetur: Neque carbones facere, neque vitium stolones amputare, neque item exstirpare.*

Cum in curiam senatus convenisset, antequam ad B negotia tractanda accederet, vota præco nuncupabat, & apprecabatur fausta. Dinarchus, *in Aristogitonem*. Ὁ μὲν νόμος δεξάμενον κελεύει τὸν κήρυκα μετ' εὐφημίας πολλῆς, οὕτως ὑμῖν τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν πραγμάτων παραδιδόναι. *Lex quidem jubet præconem, postquam vota nuncupavit, multa fausta apprecatum, consultationem de negotiis vobis tradere.*

Senatori vero nulli esse licebat, ante tricesimum ætatis annum. Indicat Xenophon, *Memorab.* lib. I. Καὶ ὁ Σωκράτης, ἵνα τοίνυν, ἔφη, μὴ ἀμφίβολον ᾖ, ὡς ἄλλο τι ποιῶ, ἢ τὰ προηγορευμένα, ὁρίσατέ μοι, μέχρι πόσων ἐτῶν δεῖ νομίζειν νέους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους. καὶ ὁ Χαρικλῆς· ὅσου περ, εἶπε, χρόνου βουλεύειν οὐκ ἔξεστιν, C ὡς οὔπω φρονίμοις οὖσι. μηδὲ σὺ διαλέγου νεωτέροις τριάκοντα ἐτῶν. *Et Socrates; ne itaque, ait, sit ambiguum, an aliquid faciam, quam quæ prædicta, definite mihi, ad quot usque annos existimandum sit, homines esse juvenes. tum Charicles; quo usque, ait, senatoribus esse non licet, nimirum hominibus istis prudentiam necdum consequutis. neque tu cum illis loquitor, qui trigesimum ætatis annum nondum attigere.*

Fæminam sacerdotem, esse virginem oportebat. Marcellinus, *in Hermogenem*. Τὴν ἱέρειαν, νόμος παρθένον εἶναι. *Fæminam sacerdotem, lex jubebat virginem esse.*

Sponsalia haberi rata oportebat. Sopater, *in Hermogenem*. Νόμος, τὰς μνηστείας βεβαίας εἶναι. *Lex est, ut sponsalia sint firma.*

D Lex antiquissima, ab ipso Erichthonio lata, quisquis Deo cuicunque sacra faceret, is ut prius Telluri, τῇ Κουροτρόφῳ cognomento, sacra faceret. Suidas. Κουροτρόφος, γῆ. ταύτῃ δὲ θῦσαι φασὶ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ γῇ τῶν τροφείων. καταστῆσαι δὲ νόμιμον, τοὺς θύοντας τινὶ Θεῷ, ταύτῃ προθύειν. *Curotrophos, Tellus. Huic autem sacrificasse ajunt primum Erichthonium in arce, atque aram dedicasse, gratiam referentem Terræ pro alimentis: tum & legem statuisse, si qui Deo alicui sacrificarent, ut huic prius sacra facerent.*

Critias, & Charicles, cum tyranni, inter quos & E ipsi erant, urbem in potestate haberent, lege caverunt, odio Socratis, ne quis artem eloquentiæ juventutem doceret. Xenophon, *Memorab.* lib. I. Ἐξ ὧν δὲ καὶ ἐμίσει τὸν Σωκράτην ὁ Κριτίας, ὥστε καὶ, ὅτε, τῶν τριάκοντα ὤν, νομοθέτης μετὰ Χαρικλέους ἐγένετο, ἀπεμνημόνευσεν αὐτῷ, καὶ ἐν τοῖς νόμοις ἔγραψε, λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν. *Quibus de causis usque adeo Socratem oderat Critias, ut, cum Trigintavirum unus esset, & cum Charicle legum ei condendarum cura mandata fuisset, hoc ipsum ei in memoriam revocaverit, atque in legibus perscripserit, tradi artem eloquentiæ non debere.*

Qui pro altero spopondisset, non præstare sponsio- F nem ultra annum tenebatur. Demosthenes, *in Apaturium*. Λάβε δή μοι καὶ τὸν νόμον, ὃς κελεύει τὰς ἐγγύας ἐπετείους εἶναι. *Cape sane mihi etiam legem, quæ jubet, sponsiones annuas esse.*

CAP. XXXIII.

Qui in templum confugisset, hunc occidere non licebat. Pecuniam theatralem convertere velle in militarem, capitale erat. Viro artem unguentariam exercere non licebat. Qui erranti viam monstrare noluisset, sacris arcebatur.

VETABATUR occidi, qui in templum confugisset. Anonymus *Probl. Rhet.* cap. xv. Νόμος ἐκέλευε, τὸν τύραννον ἀναιρεῖν. ἄλλος ἐκέλευε, τὸν ἐν ἱερῷ καταφυγόντα, μὴ ἀποθνήσκειν. τύραννον ἐν ἱερῷ τις καταλαβὼν φυγόντα, ἀπέκτεινε. καὶ B κρίνεται ὡς ἀσεβής. *Lex jubebat, tyrannum interficere. alia, qui ad templum confugisset, occidere vetabat. Tyrannum quidam, in templo, ad quod confugerat, deprehendens, eum occidit, accusatur velut impius.*

Pecuniam theatralem in militarem qui convertere vellet, is capite lueret. Libanius, in Argumento *Olynthiacæ primæ*. Καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι, μετατεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν, καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. *Et legem tulerunt de theatrali hac pecunia,* C *quæ mortem minaretur ei, qui auctor esset, ut ea in veterem ordinem reponeretur, fieretque militaris.* Suadet vero eam legem abrogandam Demosthenes, *Olynthiaca* III.

Ne vir artem unguentariam exerceret, Solon vetuit. Athenæus, *lib.* XIII. Καλόν γε τὸ τέλος τῆς εὐδαιμονίας τῷ φιλοσόφῳ, ἡ μυρεψικὴ τέχνη. ἀκόλουθός τε τῇ τοῦ Σωκράτους φιλοσοφίᾳ, ἀνδρὸς τοῦ καὶ τὴν τοιαύτην χρῆσιν τῶν μύρων ἀποδοκιμάσαντος. Σόλωνος δὲ τοῦ νομοθέτου οὐδ᾽ ἐπιτρέποντος ἀνδρὶ ταύτης προΐστασθαι τέχνης. *Pulcher sane vitæ beatæ finis philosopho ars unguentaria, ac philosophiæ Socratis consectanea, qui hujusmodi unguentorum usum improbavit: cum nec legislator Solon viro artem exercere hanc permittat.* D

Qui erranti viam monstrare detrectasset, sacris arcebatur. Cicero, *de Officiis* libro III. capit. XIII. *Quid enim est aliud, erranti viam non monstrare, quod Athenis exsecrationibus publicis sancitum est, si hoc non est?*

CAP. XXXIV.

Testimonia in tabulis perscripta, ne aut demi in illis quicquam, aut addi posset. Nec testari audita licitum: nisi ex mortuo, aut invalido, vel peregre profecto. Neque sibi testis esse quisquam poterat. Erat etiam actio in falsos testes; & eosdem, ter convictos E *pœna infamiæ.*

TESTIMONIUM qui diceret, id in tabula perscribebat, ut adimere, neque addere, quid liceret. Testari vero non licebat, nisi quæ quis certo nosset, & quibus interfuisset. Audita testari, nisi e mortuo, aut invalido, aut peregre profecto, haud concessum. Demosthenes, *in Stephanum*, Orat. II. Οἱ δέ γε νόμοι, οὐ ταῦτα λέγουσιν, ἀλλ᾽ ἂν εἰδῇ τις, καὶ οἷς ἂν παραγένηται πραττομένοις, ταῦτα μαρτυρεῖν κελεύουσιν, ἐν γραμματείῳ γεγραμμένα. ἀκοὴν δ᾽ οὐκ ἐῶσι ζῶντος μαρτυρεῖν, ἀλλὰ τεθνεῶτος. τῶν δὲ ἀδυνάτων, καὶ ὑπερορίων, ἐκμαρτυρίαν γεγραμμένην ἐν τῷ F γραμματείῳ, καὶ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπισκήψεως τήν τε μαρτυρίαν καὶ ἐκμαρτυρίαν ἀγωνίζεσθαι ἅμα· ἵν᾽ ἐὰν μὲν ἀναδέχηται ὁ ἐκμαρτυρήσας. ἐκεῖνος ὑπόδικος ᾖ τῶν ψευδομαρτυριῶν· ἐὰν δὲ μὴ ἀναδέχηται, οἱ ἐκμαρτυρήσαντες τὴν μαρτυρίαν. *Leges autem, non hæc dicunt, sed quæ norit aliquis, & quibus, cum fierent, interfuerit, ea testari jubent, atque tabulæ inscribere: ut nec adimere liceat quicquam his quæ scripta, neque addere. Rem vero e vivente auditam, testari non sinunt, sed* A *e mortuo; ab invalidis vero, & peregre profectis, testimonium tabulæ est inscribendum: & eadem actione, cum ipsum quoque testimonium, tum quod ex relatu dictum, simul in judicium adduci opportet; ut, si in se receperit is, qui ipse testimonium dixerit, sit obnoxius falso dicti testimonii; si autem non receperit, ii, qui ex relatu aliorum testimonium dixerunt.*

Testari vero non licuisse, nisi audita ex defunctis, aut invalidis, vel peregere profectis, iterum ostendit postea, idque ipsis legis verbis. Νόμος. Ἀκοὴν εἶναι μαρτυρεῖν τεθνεῶτος· ἐκμαρτυρίαν δὲ, ὑπερορίου, καὶ ἀδυνάτου. *Lex. Rem e mortuo auditam, testari liceat: testimonium vero ex relatu, non nisi peregre profecti,* B *aut invalidi.*

Nec licebat in re sua esse testem. Demosthenes, *ibidem*. Μαρτυρεῖν γὰρ οἱ νόμοι οὐκ ἐῶσιν αὐτὸν αὐτῷ, οὔτ᾽ ἐπὶ ταῖς γραφαῖς, οὔτ᾽ ἐπὶ ταῖς δίκαις, οὔτ᾽ ἐν ταῖς εὐθύναις. *Ipsum enim sibi esse testem, leges sinunt neminem, nec in publicis, nec in privatis caussis, nec in rationibus referendis.* Ac licebat tantum partibus, mutuo se interrogare, & respondere, non testari. Idem Orator, non multo post. Νόμος. τοῖν ἀντιδίκοιν ἐπάναγκες εἶναι, ἀποκρίνασθαι ἀλλήλοις τὸ ἐρωτώμενον, μαρτυρεῖν δὲ μή. *Lex. Adversarii necessario alter alterius interrogatis respondeant, non testentur.*

C Eratque actio in falsos testes: graviorque illis pœna, quam qui male falsi aliquem testimonii accusassent. Idem Demosthenes, *in Evergum*. Καλῶς μοι οἱ νόμοι δοκοῦσιν ἔχειν, ὦ ἄνδρες δικασταί. ὑπόλοιπον ἀγῶνα ἀποδιδόντες ταῖς δίκαις τῶν ψευδομαρτυριῶν. ἵνα, εἴ τις μάρτυρας, τὰ ψευδῆ μαρτυροῦντας, παρασχόμενος, ἢ προκλήσεις, μὴ γενομένας, ἢ μαρτυρίας, παρὰ τὸν νόμον μαρτυρηθείσας, ἐξηπάτησε τοὺς δικαστὰς, μηδὲ αὐτῷ πλέον γένηται· ἀλλ᾽ ἐπισκηψάμενος ταῖς μαρτυρίαις ὁ ἀδικηθεὶς, καὶ εἰσελθὼν ὡς ὑμᾶς, καὶ ἐπιδείξας περὶ τοῦ πράγματος τοὺς μάρτυρας τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας, παρά τε τούτων δίκην λάβῃ, καὶ τὸν προβαλόμενον ὑπόδικον ἔχῃ τῶν κακοτεχνιῶν, καὶ διὰ τοῦτο τῷ μὲν διώκοντι ἐλάττω D ἐποίησαν τὰ ἐπιτίμια, ἐὰν ἡττηθῇ, ἵνα μὴ διὰ τὸ πλῆθος ἀποτρέποιτο διώκειν τοὺς μάρτυρας τῶν ψευδομαρτυριῶν ὁ ἀδικούμενος· τῷ δὲ φεύγοντι, μεγάλας ἐπέθηκαν τιμωρίας, ἐὰν ἁλῷ, καὶ δοκῇ ὑμῖν τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκέναι. *Præclaræ mihi leges esse videntur, Judices, quæ post judicia falsi testimonii actionem largiuntur: ut, si quis, testibus mendacibus productis, aut provocationibus non factis, aut testimoniis contra legem dictis, judices deceperit, nihil ea re proficiat: is autem, cui facta est injuria, testimoniis reprehensis, quum apud vos ostenderit, testes de re dixisse falsum, tum ab iis pœnas expetat; tum illius, a quo producti sunt, malas artes ulciscatur; propterea que minorem accusatori,* E *si succubuerit, mulctam statuerunt: ne pœnæ magnitudine deterreatur læsus a persequendis testibus: reo autem, magnas pœnas constituerunt, si convictus fuerit, & vobis pro testimonio mentitus esse videatur.*

Erat vero pœna falsi testimonii, si quis ter hic deliquisset, infamia. Andocides, in Orat. *de Myst.* Ὁπόσοι τρὶς ψευδομαρτυριῶν ὄφλοιεν, ἄτιμοι ἦσαν. *Quicunque ter dixissent falsum testimonium, infames erant.*

CAP. XXXV.

F *Mercede initiari jussi, cum antiquitus gratis illud fieri obtinuisset. Non licebat autem quenquam peregrinum initiari: uti nec mysteria effari ulli, nec libellum supplicem in templo Cereris Eleusiniæ ponere: quæque hic delinquenti pœna. Postridie mysteriorum habitus senatus: ac judicium tunc datum in hos, qui mysteriorum tempore aliquid forte deliquissent. Ludos Panathenaicos in veste tincta spectare, interdictum. Inquilini in pompis, veste amicti punicea, ferebant scaphas: filiæ vero urceos, & umbellas.*

CUM antiquitus gratis initiarentur sacris Eleusiniis, adducto ad inopiam ærario, legem tulit Aristogiton, ut persolverent mercedem, qui initiari vellent. Syrianus, *in Hermogenem*. Ἀριστογείτων, ἐν ἀπόρει χρημάτων, γράφει νόμον παρ' Ἀθηναίοις, μισθοῦ μυεῖσθαι. *Aristogiton, in pecuniæ inopia, legem tulit apud Athenienses, ut mercede initiarentur.* Apsines, *de Arte Rhet.* cap. Περὶ καταστάσεως. ἐν ἀπόρει χρημάτων, ἔγραψε νόμον ὁ Ἀριστογείτων, μισθοῦ μυεῖν. *In pecuniæ egestate, legem scripsit Aristogiton, ut mercede initiarent.* Meminitque iterum, capp. Περὶ λύσεως, &, Περὶ διηγήσεως. Et exemplum habes apud Demosthenem, *in Neæram*. Λυσίας ὁ σοφιστὴς, Μετανείρας ὢν ἐραστὴς, ἠβουλήθη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασιν, οἷς ἀνήλισκεν αὐτῇ, καὶ μυῆσαι. *Lysias sophista, Metaniram amans, præter alios sumptus, quos in illam fecit, voluit ut etiam initiaretur.*

Non licebat autem quenquam peregrinum initiari. Scholiastes Aristophanis, in *Pluto*. Νόμος ἦν Ἀθηναίοις, μηδένα ξένον μυεῖν. *Lex erat Atheniensibus, ne quis peregrinus initiaretur.* Apollodorus, *lib.* II. Ἦν δὲ οὐκ ἐξὸν ξένοις τότε μυεῖσθαι. *Non licebat vero peregrinis tunc initiari.*

Nec licebat mysteria effari, pœna mortis constituta. Sopater, in *Divis. Quæst.* Νόμος, τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι. *Lex est, qui mysteria eloquutus fuerit, ut morte luat.* Quæ totidem verbis Marcellinus etiam, *in Hermogenem*.

Qui libellum supplicem in templo Cereris Eleusinæ posuisset, itidem luebat capite. Andocides, in Orat. *de Myst.* Κατηγόρησαν δέ μοι καὶ περὶ ἱκετηρίας, ὡς καταθείην ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. νόμος δὲ ἦν πάτριος, ὃς ἂν θῇ ἱκετηρίαν μυστηρίοις, τεθνάναι. *Accusabant vero me etiam de libello supplice, quasi ego in Eleusinio posuissem. Lex autem est patria, qui libellum supplicem in mysteriis posuerit, is ut morte afficiatur.* Et mox iterum. Πάλιν ὁ Καλλίας στὰς ἔλεγεν, ὅτι νόμος εἴη πάτριος, εἴ τις ἱκετηρίαν θείη ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ, ἄκριτον ἀποθανεῖν. *Rursum stans Callias dicebat, legem esse patriam, qui in Eleusinio libellum supplicem posuisset, ut indicta ille causa moreretur.* Verum negat id Andocides: & duntaxat mille drachmas mulctam dicit. Ἡ δὲ στήλη, παρ' ᾗ ἕστηκας, χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν, ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Sed columna, ad quam constitis, mille drachmis præcipit mulctare eum, qui in Eleusinio libellum supplicem posuerit.*

Die a mysteriis exactis proximo, conveniebat Senatus in Eleusinium, judicaturus de illis, qui in mysteria per id tempus deliquissent. Andocides, in citata statim Oratione, *de Mysteriis*. Ἀπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευόν ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε, κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει, τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Jusserunt mihi, & Cephisio, denuntiari, ut ad Eleusinium adessemus. nam sessurum illic senatum, juxta legem Solonis: quæ præscribit, ut senatus postridie mysteriorum in Eleusinio considat.*

Panathenaicos ludos spectare in veste tincta, non licebat. Observare est apud Lucianum, in *Nigrino*. Ὅτι δὲ οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων. ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι, βαπτὸν ἔχων τὸ ἱμάτιον, ἐθεᾶτο. τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε, καὶ παραιτεῖσθαι. καὶ, τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος, ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε, τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας, ὥσπερ ἐσκεμμένους συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ, τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ, μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. *Quod autem non pudeat eos paupertatem confiteri, referebat mihi vocem quandam, quam ajebat publice emissam a cunctis se audiisse in certamine Panathenaico. Deprehensum enim quendam ex civibus fuisse, & ad præsidem certaminis adductum, quod, amictus veste tincta, spectavisset. Illos vero, qui videbant, misertos ejus, veniam precatos esse: cumque præco proclamaret, quod in leges deliquisset, postquam ludos tali in veste spectavisset, omnes, tanquam antea deliberassent, una voce exclamasse, ut induto tali veste venia concederetur; neque enim aliam habere ipsum.*

Inquilini in pompis ligones ferre; filiæ vero eorum, urceosque, & umbellas, tenebantur. Harpocration, *in* Σκαφηφόρος. Προσέταττεν ὁ νόμος τοῖς μετοίκοις ἐν ταῖς πομπαῖς, αὐτοὺς μὲν, σκάφας φέρειν· τὰς δὲ θυγατέρας αὐτῶν, ὑδρεῖα, καὶ σκιάδια. *Lex jubebat inquilinos in pompis, ipsos quidem, ligones ferre; filias eorum vero, urceos, item umbellas.* Induti autem erant veste punicea, ut est discere ex Suida, & Auctore Etymologici, *in* Ἀσκοφορεῖν. Vide *Atticas Lectiones* nostras, lib. IV. cap. IX.

CAP. XXXVI.

Lex regia, eaque non una: ac quædam in his, de parasitis. Uxorem regis, civem esse, virginemque, quando nuberet, oportebat: lexque ea de re Thesei, lapideæ columnæ, in templo Bacchi, quod in Limnis, juxta aram, inscripta: etiam Demosthenis tempore, literis evanidis exstans. Πρωτόποσις *fœmina.*

ERAT lex quædam, *regis* dicta; sive, *regia*. Meminit ejus Jul. Pollux, *libro* III. *cap.* III. *sect.* IV. Ἡ δὲ παρθενίας τινὶ γεγαμημένη, πρωτόποσις ἐκαλεῖτο· γέγραπται δὲ τοὔνομα, ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ. *Quæ alicui a virginitate nupta; hæc* πρωτόποσις *dicebatur: exstatque id nomen, in lege regis.* Meminitque iterum, *lib.* VI. *cap.* VII. Καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι παρασίτιον καλούμενον· ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἐστὶν εὑρεῖν. *Et curia quædam Athenis erat, Parasitium appellata: ut in lege regis est invenire.* Athenæus, *lib.* VI. Καὶ ἐν τῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ γέγραπται ταυτί. *Et in lege regis hæc scripta sunt.* Neque una tanto lex, sed plures erant. Indicat idem Athenæus, *libro citato*. Κἀν τοῖς τοῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται, θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τοὺς Ἀχαρνέων παρασίτους. *Et in legibus regis scriptum est, ut Apollini sacra facerent parasiti Acharnensium.* Xenophon, *Memorab.* lib. V. Καὶ ἄλλα τῶν βασιλικῶν νόμων προφερόμενος, πειρῶμαι δικαίους περὶ τὰ διαχειριζόμενα ἀπεργάζεσθαι τοὺς οἰκέτας. *Et alia de legibus regiis producens, famulos in his, quæ in manibus habuerint, pertractandis, justos facere conor.* Et mox iterum. Οἱ δὲ βασιλικοὶ νόμοι, οὐ μόνον ζημιοῦσι τοὺς ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελοῦσι τοὺς δικαίους. *Regiæ vero leges, non injustos tantum puniunt, sed & justis afferunt emolumentum.* Eratque una inter has de parasitis: ut videre est apud Athenæum, & Pollucem, locis antea citatis. De uxore autem regis, illud etiam sciendum; eam civem, neque ulli ante nuptam, esse debuisse: idque ex antiqua quadam lege Thesei, pilæ inscripta, & in templo Bacchi posita, quæ Demosthenis etiam tempore, literis antiquitate pene evanidis, ostendebatur. Insignis in hanc rem est locus, apud illum Oratorem, *in Neæram*. Τὸ γὰρ ἀρχαῖον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δυναστεία ἐν τῇ πόλει ἦν, καὶ ἡ βασιλεία τῶν ἀεὶ ὑπερεχόντων, διὰ τὸ αὐτόχθονας εἶναι, τὰς δὲ θυσίας ἁπάσας, ὁ βασιλεὺς ἔθυε· καὶ τὰς σεμνοτάτας, καὶ ἀρρήτους, ἡ γυνὴ ἐποίει· εἰκότως, βασίλισσα οὖσα. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνῴκισεν αὐτοὺς, καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγένετο, τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο ἐκ προκρίτων, κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ, νόμον ἔθετο, ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσε-

βῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται· καὶ τοῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις· καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα τὰ γεγραμμένα. *Olim dominatu respublica regebatur: & regnum erat eorum, qui præ cæteris eminerent, siquidem indigenæ essent. Sacra autem rex obibat universa: ac eorum religiosissima, & arcana, uxor ejus faciebat: idque merito, uti quæ regina esset. Postquam autem Theseus cives in unum congregavit, liberamque rempublicam instituit, & urbs civibus frequens fieret, regem quidem populus sibi nihilominus capiebat, delectu ex præstantissimis habito: uxorem vero ejus, lege civem esse jussit, neque viro ante junctam, sed virginem: ut ritu patrio sacra pro republica arcana fierent, ac justa diis pie etiam solverentur: utque nil abrogaretur, neve item novaretur. Et hanc legem, lapideæ inscriptam pilæ, in Bacchi fano, quod in Limnis, juxta aram statuerunt: statque etiamnum hæc pila, literis Atticis obscuris indicans, quæ illic scripta.* Et hæc sane lex putanda est, in qua vox Πρωτόποσις, id est, *mariti primi uxor*, habeatur: cujus Pollux meminit, & Athenæus. Ac Pollucis quidem locum, jam citavi: Athenæi vero, exstat *libro sexto*, itidem a me citato.

CAP. XXXVII.

Oleas, Minervæ sacras, excidere nefas. Plutarchi locus emendatus. Pœna delinquenti, exilium. Cæterarum, quot effodere licitum fuerit, quoque anno, & in quem usum: tum quæ delinquenti pœna. Oleum ex sacra olea præmii loco datum his, qui Panathenæis vicissent: idque solum Attica exportare licitum.

A OLEAS, Minervæ sacras, Μορίας appellatas fuisse, ut & Σηκὰς, ostendi in *Lectionibus Atticis*, lib. IV. cap. VI. Has excidere non licebat. Plutarchus, in *Symposiac.* lib. VII. Quæst. IV. Καὶ συκῆν τινα προσηγόρευσαν ἱερὰν Ἀθηναῖοι, καὶ μορίαν ἐκκόπτειν ἀπαγορεύουσι. *Et ficum quandam Athenienses sacram appellarunt, & sacram oleam excidere vetant.* Ita locum eum corrigo. Male hodie editur, μοραίαν. Neque Interpres etiam recte vertit *morum*; μορέαν, ut videtur, legens. Ac, quod oleam non licuerit excidere, tota Lysiæ Oratio, quæ inscripta, Ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ, sat ostendit. Eam, si quis volet, videat. Pœna autem deliquenti posita exilium fuit: B idque ex Lysiæ, in *Oratione* ea, verbis istis manifestum. Πάντων γὰρ ἀθλιώτατος ἂν γενοίμην, εἰ φυγὰς ἀδίκως καταστήσομαι. *Omnium enim sim miserrimus, si injuste exul fiam.* Cæterarum vero olearum, quæ publicæ essent, in privatum usum effodere tantum duas annis singulis licebat: quique hunc numerum transiisset centum is in singulas drachmis mulctabatur, in ærarium inferendis: ita tamen, ut Minervæ decem cederent, insuper in singulas & aliis centum mulctabatur: quæ actori, postquam reum peregisset, debebantur. Alia tamen ratio erat, si ad templum Atheniensium, aut municipale aliquod, sive & in funeC ris usum, effodisset. Exstat lex hæc, sed corruptis admodum verbis, apud Demosthenem, in *Macartatum*.

Ex Minervæ sacra olea oleum honoris ergo dari solitum illis, qui victoriam in Panathenæis retulissent: neque oleum Attica efferre licitum, nisi istis. Vide quæ ex Scholiaste Comici *ad Nubes*, Sophoclis *ad Oedipum Colonensem*, & Pindari *ad Nemeonicarum* Oden decimam, commemoro, *Lect. Attic.* libro, & capite jam citato.

F I N I S.

JOANNIS MEURSII

SOLON.

SIVE,

DE EJUS VITA, LEGIBUS, DICTIS, ATQUE SCRIPTIS,

LIBER SINGULARIS.

VIRO ILLVSTRI, ET GENEROSO,

CHRISTIANO
THOMAEO,
TANNERVPAE, ET STOGARDAE,
DOMINO,
REGNI DANIAE
CANCELLARIO,
ET CALLOI PRAESIDI
REGIO,

SOLONEM
ISTVM,
LEGVM ATTICARVM
AVCTOREM,
LEGVM DANICARVM
CVSTODI
OBSERVANTIAE LONGE
MAXIMAE
MONVMENTVM, QVANQVAM
EXIGVVM,
CONSECRABAM
JOANNES MEVRSIVS,
SORAE DANORVM,
AD DIEM XXI. MARTII, cIↄ. Iↄc. xxxII.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
SOLON.
SIVE
DE EJUS VITA, LEGIBUS, DICTIS ATQUE SCRIPTIS,
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Solon Platæensis, Smyrnæus, Rhinocururensis; & alius quidam incertus. Julius, Solon cognomento. Eunostus, Solorum Cypriorum rex; & Jacobi Dalechampii de hoc error.



SOLONES plures extiterunt, quos commemorare obiter in principio operis libet. Fuit quidam Platæensis, cujus meminit Plutarchus inter Phocionis amicos, in *ejus Vita*: *Phocion autem, & amici, qui apud eum remanserant, concesserunt ad Polyperchontem: quos Phocionis gratia comitati sunt Solon Platæensis, & Dinarchus Corinthius, Polyperchontis necessarii, & familiares, habiti.* Memoratur & Smyrnæus, medicus professione, ut videtur, apud Plinium, *lib.* XX. *cap.* XX. *Miror quare difficulter in Italia id nasci tradiderit Solon Smyrnæus.* Citaturque libris pluribus subsequentibus. Fuit item Solon Rhinocururensis, monachus, & deinde episcopus. Sozomenus *Hist. Eccles. lib.* VI. *cap.* XXX. *Rhinocurura vero, illo tempore viris piis non aliunde advocatis, sed indigenis, floruit: quorum optimos sapientiæ sese studio hic dedisse intellexi. Novi Melanem, tunc Ecclesiæ episcopum; & Dionysium, monasterium ad Septentrionem urbis moderantem: ac Solonem Melanis fratrem, ac successorem in episcopatu.* Meminit ejus iterum postea; ut Nicephorus Callistus, *lib.* XI. *cap.* XXXVIII. Nominatur etiam quidam in *Inscriptione* antiqua, Operis Gruteriani pag. MCXXVIII.

F ΕΤΕΙΜΗΡΑΝ ΣΟΛΟΝΑ, ΚΑΙ ΑΦΗΝ, ΤΕΚΝΑ ΑΓΑΠΗΤΑ, ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΑΙ ΑΠΦΙΑ, ΦΙΛΟΚΑΛΟΣ, ΔΟΜΝΟΣ, ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ.

C HONORARUNT SOLONEM: ET HAPHEN, LIBEROS DILECTOS, SOCRATES, ET APPHIA, PHILOCALUS, DOMNUS, MEMORIÆ ERGO.

Et Julius quidam, Solon cognomento, legitur apud Xiphilinum, in *Commodo*. *Jamque multi, consumptis omnibus facultatibus, in ordinem Senatorium cooptabantur: ita ut dictum sit de Julio Solone, homine ignobili, eum, facultatibus suis spoliatum, in senatum esse relegatum.* Fuitque ejus iterum mentio apud eundem, in *Severo*. Putarunt etiam viri docti Eunostum Solonem fuisse, Cypriorum regem, inducti loco Athenæi *lib.* XIII. Αὕτη δὲ ἡ Θαὶς καὶ, μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, Πτολεμαίῳ ἐγαμήθη, τῷ πρώτῳ D βασιλεύσαντι Αἰγύπτου· καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον, Λεοντίσκον, καὶ Λάγον. θυγατέρα δὲ, Εἰρήνην, ἣν ἔγημεν Εὔνοστος, ὁ Σόλων τῶν ἐν Κύπρῳ βασιλεύς. Quæ Jacobus Dalechampius ita vertit: *Hæc ipsa vero Thais, post obitum Alexandri, Ptolemæo, qui primus Ægypti regnum adeptus est, nupsit, ex eoque liberos concepit, Leontiscum, & Lagum, mares: filiam autem, Irenen; quæ Solonis Eunosti, Cypriorum regis uxor fuit.* Sed erroris eum ante jam redarguit vir insignis, Isaacus Casaubonus. Certe meminit Eunosti hujus, Solorum Cypriorum regis, Eustathius, *ad Iliad.* ↓. Ἦσαν δὲ καὶ Κύπριοι Σόλοι, ὧν ἱστορεῖται βασιλεὺς Εὔνοστος. E *Erant vero etiam Cyprii Soli, quorum rex commemoratur Eunostus.* Sed clarissimus omnium noster; de quo nobis sermo deinceps instituetur.

CAP. II.

Genus ejus nobilissimum. Pater vero Execestides; frater Dropides: a quo quartus Critias, unus de triginta: sextus, Plato. Filius ignoti nominis: &, per hanc occasionem, Thaletis cum Solone, de matrimonio contrahendo, liberisque procreandis, dissertatio memorata: tum Solonis quoque dictum.

GENUS illi nobilissimum; & quod Codrum autorem haberet. Et hoc e Plutarcho nobis ma-

nifestum est, in *ejus Vita*. *Execestide enim omnes ipsum (Solonem) uno ore genitum memorant; viro, uti ferunt, inter cives facultatibus, & potentia, mediocri: sed familia primaria oriundo, quæ ad Codrum se referret*. Diogenes Laertius, eum a Neleo, & Neptuno, ortum dicit, in *Vita Platonis* lib. III. *Solon autem ad Neleum, & Neptunum, genus suum referebat*. Neleus vero, uti constat, Codri filius erat. Materno genere, Pisistratum contingebat. Plutarchus *loco citato*. *Matrem vero Solonis Heraclides Ponticus refert, Pisistrati matris propinquam fuisse*. Certe propinquum Pisistrato Solonem commemorat etiam Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. *Ipse vero non admisit: verum etiam Pisistratum, genere propinquum, ut ait Sosicrates, cum idipsum præsentiret, pro virili prohibuit*. Patrem illi ex Philocle quodam retulit Didymus Euphorionem; cum Scriptores cæteri omnes consensu Execestidem dicant. Plutarchus. *Didymus grammaticus testimonium citat Philoclis cujusdam, quo Solonis patrem ostendit Euphorionem: contra omnium, quotquot ejus meminerunt, opinionem. Nam consensu dicunt cuncti, Execestidæ eum esse*. Sane Execestidem dicunt, præter Plutarchum, etiam Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, Suidas, *in Σόλων*, Proclus, *in Timæum* Platonis, Ælianus *Var. Hist.* lib. VIII. cap. XVI. Lucianus in *Dialogo Menippi, & Æaci*, & Stobæus, *Ecloga* XXIX. Memoratur etiam Execestides quidam apud Aristophanem *Avibus*; semel, atque iterum: Sed is allus ab isto, ut ex Scholiaste liquet, qui videndus. De matre, nihil aliud constat quam Pisistrati propinquam, ut ostendi hanc fuisse: nomen ejus, nemo tradit. Frater ipsi, Dropides fuit. Diogenes Laertius, in *Vita Platonis*, lib. III. *Genus suum ad Solonem referebat. Hujus enim frater erat Dropides*. Libanius *Declam.* XXVI. *Dropidæ, qui Solonis frater*. Proclus, *in Timæum* Platonis. *Execestidæ filii fuerunt, Solon, & Dropides*. Et hic ipse etiam post Solonem fratrem archon fuit. Philostratus, in *Critia, Sophist.* lib. I. *Ad Dropidem genus referebat, qui Atheniensium post Solonem archon fuit*. Atque ab eo quartus Critias, unus e triginta tyrannis Atheniensium: ita ut illius iste proavus fuerit. Nam ipse Critias, apud Platonem in *Timæo*, ita de semet testatur: *Cum illo enim magna intercedebat necessitudo, & amicitia, Dropidæ, proavo nostro*. Et particulatim ostendit Libanius *Declam.* XXVI. *Neque enim unquam dicere cessabam; Critia Callæschri filius es, qui Critiæ, qui Dropidæ*. Plato vero ab eo sextus, per Perictionem matrem. Diogenes, in *ejus Vita*. *Plato, Aristonis, & Perictiones, sive Potones, filius, Atheniensis: quæ (Perictione) a Solone genus ducebat. Ejus enim frater erat Dropides, hujus Critias, hujus Callæschrus: hujus Critias, unus de triginta tyrannis; item Glaucon; hujus Charmides, & Perictione: e qua, & Aristone, Plato, sextus a Solone*. Ubi obiter, quod jam dixi Critiam ab eo quartum observa. Et utrumque repræsentat Proclus quoque *in Timæum*. *Historia de Solonis genere, & Platonis cum ipso cognatione, hunc in modum sese habet. Execestidæ filii erant, Solon, & Dropides; ac Dropidæ quidem rursum Critias, cujus meminit in Poesi sua Solon: dicens.*

Dic Critiæ flavicomo, ut patrem audiat:
Neque enim mente erranti obediet duci.

Critiæ vero, Callæschrus, & Glaucon; Callæschri rursum, Critias hic: idque ipse in Charmide Critias manifestum facit, Glauconem, Charmidæ patrem, avunculum suum appellans. Glauconis vero, Charmides, & Perictione: Perictiones autem, Plato. Atque hæc de patre, matre, item fratre. Filium item unum habuit, cujus nomen non expressum. Observo ex eo, quod narratur in hunc modum. Cum Miletum, ad Thaletem, accessisset, atque huic di-

A xisset ipse, se mirari; cur non nuptiis, liberisque operam daret: ac Thaletem, in præsens quidem tacuisse; verum postea aliquanto peregrinum subornasse, qui Athenis se venire, & jam decimum diem esse, ex quo inde discessisset, memoraret. & Solone interrogante, ecquid novi inde afferret; illum, ut edoctus erat, Nihil aliud, respondisse: quam quod adolescens quidam efferretur, cujus funus tota civitas deduceret: siquidem, ut ferebatur, viri clari, & virtute inter cives suos primi, filius esset: patrem vero, jam ab aliquo longo tempore peregre profectum esse. Ad quæ Solon, cum eum infelicem diceret, & percunctaretur nomen: isque audisse fateretur, sed oblitum sese diceret: at hoc unum meminisse, sapientia, & justitia, majorem in modum celebrari: graviter perculsus animo, nomen ipse suum suggerit, & interrogat, an Solonis filius esset; atque ipso annuente, vehementer se afflixit. Sed Plutarchum, hæc narrantem, audiamus. *Quum profectus esset Miletum, ad Thalem, Solon; ajunt mirum sibi eum dixisse videri, quod nuptias, & sobolis procreationem, omnino negligeret: Thalem autem in præsentia quidem tacuisse, aliquot vero dierum intervallo subornasse peregrinum quendam, qui modo decimo die Athenis profectum se diceret. Quærente Solone, numquid Athenis novi esset; hominem, quæ diceret edoctum, Nihil, respondisse, aliud, nisi sane, quod adolescens efferretur, & prosequeretur funus tota civitas. Nam erat, ut ferebatur, clari viri filius, & virtute inter cives primi. Nec aderat ille, sed longo iam spatio dixerunt eum peregre esse. O hominem infortunatum, dixisse Solonem. Quodnam ferebant ejus nomen? Audivi equidem, inquit, nomen, homo; sed excidit mihi: memini tantum, multam habitam mentionem ejus sapientiæ, & justitiæ. Ita scilicet admoto ad singulas interrogationes metu, Solonem tandem commotum, ipsum hospiti suggessisse nomen, ac requisisse, Solonisne ille defunctus esset filius. Quo annuente, cœpisse illum caput cædere, aliaque & facere, & dicere, quæ mærore oppressi assolent. Tum Thalem, repressso Solone, ridentem dixisse; at hæc me, Solon, a connubio deterruerunt, & a liberis tollendis: quæ te etiam infringunt, virum constantissimum. Te vero nihil hic nuncius moveat, cum non sit verus*. Narrat rem eandem in hunc modum Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. V. cap. V.

Thales, amicus existens Solonis, cælibem agens vitam,
Sæpe impellebatur quidem a Solone ad nuptias:
Thales vero instruxit quendam Milesium,
Veluti qui Athenis recens ipsis, advenisset.
Solon autem interrogavit eum, ecquid novi accidisset:
Atque ille dixit; filius obiit patris peregre profecti,
Civitas vero deducebat universa funus juvenis.
Cumque Solon diceret: Annon Solonis erat?
Atque ille affirmaret, Solonis filium illum juvenem fuisse.
Cœpit ejulare Solon, & evellere comam.
Tum statim Thales, cum risu complexus virum,
Meum, inquit, commentum est; desine flere Solon:
Hæc me privarunt nuptiis, & liberorum generatione,
Quæ te Solonem, illum magnum, dejiciunt.

Huc pertinet illud apud Diogenem Laertium. *Et ipsum refert Dioscorides in Memorabilibus, cum fleret filium dictum, de quo nihil nos accepimus, dicenti; Atqui nihil proficis: respondisse, Imo vero, ideo fleo, quod nihil proficiam*. Stobæus, *Sermone* CXXI. *Solon, amisso filio, flebat. Et cum quidam diceret, Nihil eum flendo proficere: Atqui, inquit, ob hanc causam fleo*.

CAP. III.

Ejus patria, statuaque Salamine. Etymologici error. Fortunæ, studiumque mercaturæ.

DE patria, controverti video apud Auctores, Diogenes Laertius, Salaminium eum dicit, in *ejus Vita*. *Solon Execestidæ filius, Salaminius, primum quidem Atheniensibus novas tabulas induxit.* Et huc pertinet, quod in foro Salamine ejus quoque statua fuerit dedicata a Salaminiis, tanquam civi præstantissimo, & præclarissimo natalis soli sui ornamento. Quin & ipse hac de causa, cum in Cypro diem obiret, transferri in Salaminem ossa, ac, in cinerem redacta, spargi illic voluisse, videri potest. Qua de re nos infra agemus, capite ultimo. Censeo vero, natum quidem Salamine: qua occasione autem, id non liquet. Sed, parentes cum Athenienses essent, inde translatus Athenas, vitam hic deinceps egit. Unde factum, ut Atheniensis esse diceretur. Et sic Thales, in *Epistola*, apud Diogenem: *Sane enim annon dementes essemus, ego & Solon Atheniensis.* Herodotus, *lib.* I. *Ac sane Solon, vir Atheniensis, qui, cum leges Atheniensibus jubentibus tulisset, annos decem peregrinatus est.* Ausonius, in *Sapientum dictis.*

Expectare Solon finem jubet, ortus Athenis.

Cicero, *De Divinat.* lib. I. *Alii autem, in Rep. exercitati, ut de Atheniensi Solone accepimus, orientem tyrannidem multo ante prospiciunt.* Suidas. *Solon, Execestidæ filius, Atheniensis, Philosophus, legislator, & populi ductor.* Videndum etiam est Antipatri Epigr. quod habetur *Antholog.* lib. III. cap. XXXIII. Denique Atheniensem ipse quoque se dicit, in Elegia, de Salamine recuperanda, e qua distichon istud Diogene producitur:

Utinam sane ego tunc essem Pholegandrius, aut Sicinites,
Pro Atheniensi, patria commutata.

Sed Autore *Etymologici* quid faciemus, qui hunc Cilicem esse dicit? Ecce verba: *Solœci, barbari, a Solone Cilice.* Manifeste nugatur, neque est refutare opus. Ac de patria quidem ejus, ista mihi observata: nunc fortunas videamus. Eæ quidem nullo modo pro familia tam illustri suppetebant. Aristoteli inter cives mediocres numeratur, *Polit.* lib. IV. cap. XI. *Argumentum autem existimandum est, optimos legumlatores esse ex numero mediocrium civium: nam & Solon ex his erat, idque ex poesi ejus manifestum.* Sed hanc mediocritatem de potentia, non de opibus, intelligo; quippe, quod ad illas attinet, infra mediocres erat: & se ipse inter pauperes recenset, in poesi illa ipsa, cujus meminit Aristoteles. Ecce enim tibi istam a Plutarcho, qui sic exhibet. *Nam quod in pauperum se potius numero, quam opulentorum, reponeret, ex hisce liquet:*

Multi sane mali opulenti sunt, boni vero egeni:
Sed nos istis non permutabimus.
Virtute divitias: quandoquidem illa semper firma est,
Opes vero hominum alias alius habet.

Lucianus in *Scytha*, ubi de Solone agit. *Est hic vir sapiens, & indigena, sed qui multum peregrinatus, cum in Asiam, tum Ægyptum, sit profectus, ac cum optimis quibuscunque hominum conversatus: cætera, non inter divites, sed majorem in modum pauper.* Manuel Palæologus *Orat.* I. *Erat hic Atheniensis ille legislator, cui nomen Solon, quem Athenis illis aureis homines admirabantur, non quod aurum possideret, aut suppedi-*

A *taret: neque enim auro ille abundabat, nec argentum in pretio habebat.* Et profecto, unde, quæso, opes illi amplæ essent, cui pater, ut potentia in rep. sic divitiis, mediocris? En Plutarchi tibi verba. *Omnes enim uno ore Execestidæ filium dicunt, viri opibus, & potentia, inter cives mediocris.* Et has ipsas, quanquam mediocres, opes multum attriverat comitate, & beneficentia: unde & Solon, ab aliis sumere, quanquam large offerentibus, erubescens, tanquam ex ea domo natus, quæ aliis subvenire sueta, adhuc admodum adolescens, mercaturæ se applicuit. Etiam hoc Plutarchus tradit: *Igitur Solon, cum facultates suas pater munificentia, ut ait Hermippus,*
B *& largitionibus, attrivisset, nec deessent, qui vellent ei necessaria suppeditare, erubescens accipere ab aliis, quod ex ea natus esset domo, quæ succurrere consuevisset aliis, contulit se etiamnum adolescens ad mercaturam.*

CAP. IV.

Doctrinæ studium, & eloquentiæ, sapientiæque. Ac primus sophista dictus, & inter septem Sapientes numeratus.

C ALII peregrinatum tradunt, non ut quæstum ullum faceret, sed doctrinam compararet: ac discendi adeo cupidum fuisse, ut, ætate cum provectior etiam esset, diceret; se senescentem multa discere. Plutarchus: *Quamvis alii dicant multarum rerum usus, & cognitionis potius gratia, quam quæstus, Solonem per orbem vagatum fuisse. Erat enim sapientiæ ex professo amator; quippe qui vel gravis jam ætate diceret; senescere se, multa indies addiscentem.* Estque istud ejus dictum, longe sane celebratissimum. Plato, in *Amatoribus*. *Quid aliud vero, nisi quod sensit Solon? Solon enim alicubi dixit: Senesco vero, semper multa discens.* Iterum, *De Rep.*
D lib. VII. *Nec Soloni est credendum; Hominem senescentem posse indies multa discere.* Cicero, *de Senectute.* *Quid, quod etiam (Senes) addiscunt aliquid? ut Solonem versibus gloriantem videmus, qui, se quotidie aliquid addiscentem senem fieri, dicit.* Et huc respexit Dion Chrysostomus *Orat.* XVIII. *Quippe inter veteres optimi quique non solum adolescere, sed etiam senescere, se dixerunt discendo.* Commemorat hoc ipsum etiam Valerius Maximus; & alterum addit, *lib.* VIII. *cap.* VII. *Jam Solon, quanta industria flagraverit, & versibus complexus est, quibus significat; se quotidie aliquid addiscentem senescere: & supremo vitæ die confirmavit. Cum, assidentibus ami-*
E *cis, & quadam de re sermonem inter se conferentibus, fatis jam pressum caput erigeret: interrogatusque quapropter id fecisset, respondit; Ut, cum istud, quicquid est, de quo jam disputatis, percepero, moriar.* Occurrit idem apud Johannem Salisberiensem, *de Nugis Curialium*, lib. VIII. cap. XIII. Quod postremum istud attinet, aliqui narrant, hoc dixisse, cum nepotem carmina Sapphus decantantem audivisset. Stobæus, *Serm.* XXIX. *Solon Atheniensis Execestidæ, cum ejus nepos ex fratre inter pocula carmen quoddam Sapphus cecinisset, delectatus eo, docere illud ipsum jussit. Cum autem interrogasset quispiam, curnam*
F *isthoc? nempe, ait, cum didicero, ut e vita discedam.* Neque eloquentiæ studium, aut sapientiæ, insuper habuit; atque in eloquentia quidem, tantam laudem est consequutus, ut & inter eloquentes numerandum censeat Cicero, *de Orat.*, lib. I. *Jam vero, de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis, de vectigalibus, de jure civium generatim in ordines ætatesque descripto, dicant vel Græci, si volunt, Lycurgum, aut Solonem, (quanquam illos quidem censemus in numero eloquentium reponendos,) scisse melius, quam Hyperidem, aut Demosthenem.* Itaque

inter Oratores, sed ingenuos, ac veros, collocat Dion Chrysostomus, *Oratione* XXI. *Aristidem vero & Lycurgum, & Solonem, & Epaminondam, ac si quis alius talis fuit, in repub. Philosophos censeri oportet, aut oratores, secundum ingenuam, & veram rhetoricen.* Aristides, *Orat. Plat.* II. *Veruntamen Solon ea quidem, quæ ad Megarenses pertinebant, cecinisse dicitur: sed nec leges, nec orationes, quas tum pro divitibus ad plebem, tum pro plebe ad divites habuit, nec quæcunque gessit alia in republica, cecinit, vel carmine complexus est: verum oratoriam adhibuit formam, ac in his omnibus pulcherrime ostendit, quod optima sane ratione ipse orator, sapiensque habendus esset, & utramque appellationem certe, & facultatem, est consequutus.* In quibus postremis verbis illud merito observandum, quod ab arte oratoria, & sapientia, etiam appellationem acquisivit: quod & verum est. Nam ob sapientiam quidem, inter Græciæ Sapientes nominari dignus existimatus fuit, ut mox dicam: &, ob artem oratoriam, sophistæ nomen illi datum, quandoquidem sic Veteres isti appellabant eos philosophos, qui facunde animi sensa explicarent: ut videre est apud Philostratum, *Sophist.* lib. I. cujus ista ibi verba: *Sophistas autem Veteres appellabant, non tantum eos oratorum, qui eximii in dicendo, & illustres; verum etiam ex philosophis, qui facunde se exponerent.* Hoc Synesius item tradit, in *Dione*. Itaque sophista quoque Solon dictus, quod ab Aristide innuitur, in *citatis* statim *verbis*: & diserte commemoratur a Themistio, *Orat.* IV. *Quod igitur honorifica illa, ac plena dignitatis fuerit appellatio, Solonemque adeo sophistam ab ejus temporis hominibus vocatum fuisse, ex Comicorum, & Historicorum, scriptis narrare vobis, esset hominis insulsi.* Atque adeo primus fuit, qui isto nomine diceretur. Isocrates, in Orat. *de Permut. Apud majores quidem certe, ita sese res habebat; nam eos, qui Sophistæ dicebantur, magni faciebant, eorumque familiares beatos judicabant: Sycophantas autem, perniciosissimos homines judicabant. Cujus rei maximum signum est, quod Solonem, qui primus civium hoc cognomen sortitus est, gubernatorem principemque civitatis esse voluerunt: in Sycophantas autem, graviores, quam in alios maleficos, leges tulerunt.* Hoc ipsum est, quod Cicero vult dicere, in *Bruto*: *Ante Solonis ætatem, de nullo, ut diserto, memoriæ proditum est.* Et eloquentiæ quidem ejus monumentum extiterunt Δημηγορίαι; quas scripsisse eum, refert Diogenes Laertius. Jam quod attinet ad sapientiam, & ab ea cognomentum, quod in Aristidis etiam *verbis* erat, hic innuere orator voluit, cum dicit, eum inter temporis sui Sapientes numeratum. Seneca, *Ep.* XC. *Solon, qui Athenas æquo jure fundavit, inter septem ævi sapientia notus.* Aulus Gellius, *lib.* XI. *cap.* XVIII. *Postea legibus aliis mitioribus, a Solone compositis, usi sunt. Is Solon ex septem illis inclutis sapientibus fuit.* Videndus item Diogenes Laertius, in *Thalete*, libr. I. & Ausonius, *Ludo septem Sapientum*. Atque hoc ipsum maximopere studuisse, ut obtineret, ait Demosthenes, in *Amatoria*, *E alios honores (Solon) consecutus est: nam & fortitudinis, tropæum Megarense monumentum reliquit: & consilii, Salaminis recuperationem: & cæteris in rebus sapientiæ leges: quibus etiam hodie plurimi Græcorum utuntur. qui, quanquam tot ornamentis cumulatus, tamen nihil perinde studuit, atque ut in septem sapientum numerum referretur.* Adjungamus denique etiam laudem, quam Macrobius ei tribuit, in *Somn. Scip.* lib. II. cap. XVII. *Sint in tertio, ac mixto, genere, apud Græcos, Lycurgus, & Solon: inter Romanos, Numa, Catones ambo, multique alii; qui & Philosophiam hauserunt altius, & firmamentum reip. præstiterunt.* Et profecto verum dicit. ideo enim philosophiam est sectatus, ut ea ad Rempublicam confirmandam uteretur: habuitque inde multos sectatores, inter quos Mnesiphilus fuit, Themistoclis familiaris. Plutarchus, in *Vita Themist. Credendum ergo illis potius, qui Themistoclem scribunt Mnesiphili Phrearrii fuisse sectatorem: qui non quidem orator fuit; neque e philosophis illis, quos vocabant physicos: verum eam quam dicebant sapientiam, quæ scientia erat reip. administrandæ, & prudentia in gerendis rebus acris, amplexus est, retinuitque velut sectam, per successionem a Solone traditam.* Ac Mnesiphili, Solonis nostri in hoc studio sectatoris, meminit item Clemens, *Strom.* I. *Solonem vero imitatus scribitur Mnesiphilus, cum quo Themistocles est versatus.*

CAP. V.

Poetices studium, ac poemata: a pueris in Apaturiis, die Cureotide, recitari solita, parentum jussu.

POETICEN quoque est sectatus; sed initio, otii tantum oblectandi: mox sententias philosophicas, & quæ ipse in rep. gessisset, versibus complecti cœpit. Plutarchus: *Poetica ab initio, non ullam ob rem gravem, verum ludibundus, videtur temporis fallendi gratia usus obiter, atque in ea se exercuisse; postea vero, etiam sententias inclusit versibus philosophicas, resque gestas in rep. multas intexuit: non historiæ quidem causa, sed ad actiones suas defendendas; interdum etiam, ad exhortandos, castigandosque, & objurgandos Athenienses.* Quidam vero sunt Auctores, etiam leges suas carmine scribere instituisse. Plutarchus: *Tradunt vero nonnulli, etiam leges suas aggressum carmine efferre; ac principium recensent, ita se habens:*

Oramus primum, rex ut Saturnius hisce.
Legibus aspiret, velit & concedere laudem.

Ac ποιήματα ejus in genere laudat Phrynichus, in *Ecloga Dict. Attic.* Καὶ γὰρ Σόλων, ἐν τοῖς ποιήμασιν, οὕτω χρῆται. *Etenim Solon, in poematibus, ita utitur.* Memoratque etiam Plato, in *Timæo*, & *Critia*: ac in *Timæo* quidem amplius, festo quoque Apaturiorum, die Cureotide, a pueris, parentum jussu, recitata. *Erat Apaturiorum dies Cureotis, quo, ut solet isto festo, propositis a parentibus, recitandorum carminum præmiis, multa multorum poetarum poemata recitabantur: ac plures de nobis Solonis versus, quod tunc novi illi essent, decantavimus.* Quin mox Critiam sic de eo loquentem introducit. *Si, o Aminander, non quasi aliud agens poeticam tractasset, sed, quemadmodum cæteri poetæ, se totum illi tradidisset, eamque historiam, quam ex Ægypto attulit, absolvisset, non vero coactus esset illius studium curamque abjicere, seditionibus, aliisque incommodis, quibus conflictantem patriam redux comperit, mea quidem sententia, neque Hesiodus, neque Homerus, neque alius quisquam poetarum, illustrior ipso extitisset.* Speciatim commemorantur a Diogene. Γέγραφε δὲ δῆλον μὲν ὅτι καὶ εἰς ἑαυτὸν ΥΠΟΘΗΚΑΣ, ΕΛΕΓΕΙΑ, καὶ τὰ ΠΕΡΙ ΣΑΛΑΜΙΝΟΣ, καὶ ΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ἔπη πεντακισχίλια, καὶ ΙΑΜΒΟΥΣ καὶ ΕΠΩΔΟΥΣ. *Constat eum scripsisse, ad seipsum quasdam EXHORTATIONES, ELEGIAS, & DE SALAMINE, item DE ATHENIENSIUM REPUBLICA, quinque millia versuum: tum etiam JAMBOS, & EPODOS.* Quod ad *Exhortationes* attinet, eas nominat etiam Suidas, *in* Σόλων. Meminit earum quoque Aristides, in *Orat.* περὶ παραφθέγματος. *Jam ut intelligas, Solonem quoque legislatorum clarissimum, proferre paraphthegmata, hunc etiam audi. Atque adeo me audacia, & insolentia, (nam hæc illi nomina per tuam criminationem conveniunt,) ille superavit: ut, cum nos extra orationem, & orationis causa, commoti, nonnihil nugati simus; ille, quemadmodum nos in Minervam, sic ipse in se, suamque reipublicæ administrationem, li-*

bellum studiose conscripserit; in quo cum alia, tum hæc habentur:

Nam simul & insperata cum Diis egimus,
Nec egimus frustra. ——

Ubi obiter quoque observa rerum a se in rep. gestarum mentionem, quarum scriptionem statim in Plutarchi *verbis istis*, mox *citatis*, memorari animadvertimus. & existimo, illud ipsum opus esse, quod Diogenes appellat, *De Atheniensium Rep. Elegias*, & versibus quinquies mille constitisse nobis tradit. commemorat etiam Pausanias, *Atticis*. *Solonem vero ajunt postea, compositis versibus Elegiacis, eos exhortatum esse*. Et Philo, περὶ κοσμοποιΐας. *Has ætates etiam descripsit Solon, Atheniensium legislator, versibus istis Elegiacis*. Censorinus, *cap.* XIV. *Fere enim post septimum quemque annum articulos quosdam, & in his aliquid novi, natura ostendit: ut & in Elegia Solonis cognoscere datur*. Anonymus, in *Vita Arati*, laudat *Elegias ad Cypranorem*, istis verbis. *Meminit vero horum Solon, in Elegiis, quas scripsit ad Cypranorem regem*. videndus quoque Suidas, *in* Σόλων. *Jambos* vero citat etiam Athenæus, *lib.* XIV. *Gurus, quod placentæ sit species, etiam Solon testatur in* Jambis. Aristides, in *citata Oratione*. *Et hæc quidem sunt in Jambis ejus trimetris*. Loquitur autem de Solone. Iterum, *Orat. Plat.* II. *At Plato quid ait? inter poetas eum se collocare. per Jovem, propter trimetra*. Iterum ipsi sermo de Solone habetur. Carminum, *De Salamine*, meminit etiam Plutarchus, centum versuum fuisse dicens. *Ingenti concursu facto, præconis lapidem conscendit, & cantu eos versus pronunciavit, quorum hoc est exordium*.

Adsum præclara præco Salaminis ab ora,
In cœtum vestrum dulce poema ferens.

Hujus poematis inscriptio, Salamis est, & versus continet centum, sane quam venuste scriptos. Neminit poematis hujus etiam Suidas, *loco citato*. *Epodos* qui laudaret, nondum alibi legere memini.

CAP. VI.

Peregrinatio, Delphis, & Corinthi: ubi convivium Periandri. Certamen de tripode, cum cæteris sex Sapientibus: idque varie memoratum. Anacharsidis, ejus fama excitati, ad ipsum adventus, & colloquium. Miletum proficiscitur, & sermonem cum Thalete illic habet: item in Cretam.

PEREGRE profectus, cum cæteris sex Sapientibus Delphis egit, & Corinthi: ubi convivium institutum a Periandro. Plutarchus: *Omnino sola tunc videtur Thaletis sapientia usum excessisse speculatione; reliqui civilibus ab artibus sapientiæ nomen invenerunt. Fuisse una perhibentur & Delphis, & rursum Corinthi: cum conventum eorum communem, & convivium, Periander instituisset*. Sed profectionem istam Corinthiacam, quam Plutarchus ante tyrannidem Pisistrati refert, Dion Chrysostomus jam oppressa a Pisistrato rep. factam tradit, *Orat.* XXXVII. *Sub istud ipsum tempus vero etiam Solon Corinthi erat, fugiens Pisistrati tyrannidem, non autem fugiens Periandri*. De convivio vero isto Periandri, cujus mentio occurrit in Plutarchi *verbis*, est ejusdem liber quidam singularis; legiturque inter opera Philosophica. Memoratur vero maxime, tripodis cujusdam, propter Apollinis oraculum, inter illos Sapientes circumlatio. Val. Max. *lib.* IV. *cap.* I. *A piscatoribus in Milesia regione, verriculum trahentibus, quidam jactum emerat. Extracta deinde magni ponderis aurea mensa Delphica, orta controversia est: illis, piscium se capturam vendidisse, affirmantibus, hoc, fortunam tractus se emisse dicente. Qua conditione, propter novitatem rei, & magnitudinem pecuniæ, ad universum ejus civitatis populum delata, placuit Apollinem Delphicum consuli, cuinam adjudicari mensa deberet. Deus respondit illi esse dandam, qui sapientia cæteros præstaret. Tum Milesii consensu Thaleti mensam dederunt, ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alii, deincepsque per omnium septem Sapientium orbem: ad ultimum, ad Solonem pervenit: qui & titulum amplissimæ sapientiæ, & præmium, ad ipsum Apollinem transtulit*. Quæ totidem verbis transcripta refert Joannes Salesberiensis, *Epist.* CLXXII. Narrat etiam Plutarchus, verum non eodem modo. *Majorem iis autoritatem & gloriam mensæ circuitus, & per omnes circulatio, mutuaque inter ipsos cum honorifica modestia concessio conciliavit. Nam cum Coi, ut ajunt, verriculum traherent, cujus jactum adhuc incertum hospites Milesii emerant, auream mensam conspexerunt extractam; quam ab Helena, Troja redeunte, cum veteris oraculi reminisceretur, ibi dejectam fuisse tradunt. Concertatione de mensa inter hospites & piscatores extorta, excipientibus inde civitatibus contentionem, quæ in bellum usque erupit, respondit Pythia, utrisque uti mensam sapientissimo donarent. Ita primum Miletum missa est, ad Thalem; Cois uni illi id, de quo cum universis Milesiis bello certaverant, ultro dono concedentibus. Thale Biantem se sapientiorem affirmante, ad illum pervenit: ab illo rursus ad alium missa est, tanquam sapientiorem. Inde ita circumiens, & remissa, rediit iterum ad Thalem. Tandem, ex Mileto Thebas deportata, Apollini Ismenio consecrata est*. Multifariam res hæc tradita a Veteribus. Vide *ibidem* Plutarchum; ac potissimum Diogenem Laertium, qui recenset accurate, in *Thalete*, lib. I. Tanta vero ejus sapientiæ fama fuit, ut excitatus ea Anacharsis, Athenas se ad eum contulerit. Et colloquia utriusque memorantur a Plutarcho, in *hujus Vita*, & Diogene, in *Anacharside*: item Luciano, in *Scytha*, ac *Anacharside*. Factum autem hoc Olymp. XLVII. anno I. uti autor est Diogenes, in *Anacharside*. Mox Miletum ipse abit; & Thaletem illic videt, ac compellat: quem sermonem, ex Hermippo, qui acceperat a Patæco, memorat nobis Plutarchus: nosque eum proposuimus supra, *Cap.* II. Quin in Cretam etiam ivit: uti locuples nobis testis Thales, in Epistola quadam, *ad Pherecydem*. *Neque enim adeo amentes sumus, ego & Solon Atheniensis, ut, quum navigio Cretam petierimus, visendi studio; etiam Ægyptum, ut istic cum sacerdotibus, & Astronomis, quotquot erant, versaremur; ad te non item navigaturi simus.*

CAP. VII.

Ut Salamina recuperandam Atheniensibus persuaderet, furorem simulat: &, dux belli constitutus, mox recuperat. Astus ejus, quem Pisistrato quidam tribunt. Megarensium hac de re traditio vetus. Lacedæmoniorum judicium. Versus Homeri Catalogo insertus. Atheniensium in sepeliendo prisca consuetudo indicata. Salamis ab Ajacis filiis, tradita Atheniensibus. Controversia quinque Spartanorum judicio permissa.

INDE ad recuperandam Salaminem animum vertit; neque destitit, priusquam hanc Atheniensibus restitueret: qua in re, cum fortitudinis, tum prudentiæ, magnum documentum dedit. Suntque in hanc rem Demosthenis ista verba, in *Erotico*. *Scio equidem multos ex obscuris, & contemtis, per eam professionem illustres esse factos: ac Solonem viventem, mortuumque maxima gloria floruisse, cui reliqui honores negati non fuerunt. nam & fortitudinis suæ, tropæum Megarense, monumentum reliquit; & prudentiæ, Salaminis recuperationem.* Ve-

A Verum ſeriem rei geſtæ univerſam videamus. Quum Athenienſes diuturno & gravi bello de Salamine cum Megarenſibus jam defatigati eſſent, lege ſanxerunt, ne quis unquam de recuperanda inſula verba facere auderet: ſi quis faceret, ille audaciam capite lueret. Hanc infamiam Athenienſium ſummam eſſe cenſens Solon, & iniquo animo ferens, cum videret plurimos e juventute occaſionem renovandi belli quærere, nec audere, legis metu, mox, dementia ſimulata, pileatus in forum proſilit: ac, præconis ſaxo aſcenſo, compoſitos in hanc rem verſus populo frequenti recitat. quo peracto, cum amici collaudare incepiſſent, ac Piſiſtratus excitatos ad parendum inflammaret, illico, B reſciſſa lege, iterum decretum bellum, ac præfectus illi Solon. Hæc pluribus commemorantur a Diogene Laertio, & Plutarcho, in *ejus Vita*; item Polyæno, *Strateg.* lib. I. Breviter Demoſthenes, in orat. *de falſa legatione. Quum Salamis ab Athenienſibus deſciviſſet, & capite ſancitum eſſet, ne quis de recuperanda verba faceret, proprium ſibi periculum faciens Solon, quum compoſuiſſet verſus Elegiacos, eos cecinit: atque ita Inſulam quidem, urbi mox recuperavit: ignominiam, jam acceptam, abolevit.* Pauſanias, in *Atticis. Fatentur vero Athenienſes, defeciſſe aliquando a ſe inſulam (Salamina) ad Megarenſes: Solonem vero, factis verſibus elegiacis, ipſos C exhortatum eſſe, ac diſceptatum hiſce de rebus inter illos fuiſſe, bello autem, cum viciſſent, Salamina recuperaſſe.* Cicero, *De Officiis*, lib. I. furoris duntaxat meminit, cæteram rem ſubindicat. *Imprimiſque verſutum, & callidum, factum Solonis: qui, quo tutior vita ejus eſſet, & plus aliquando reip. prodeſſet, furere ſe ſimulavit.* Meminit etiam Libanius, *Declam.* XVI. & Juſtinus *lib.* II. Atque id accidit, Olymp. XLIX. anno I. Anonymus in *Deſcriptione Olympiadum*, in eo anno. *Solon, furorem ſimulans, Megarenſes ſtratagemate ſuperavit.* Quanquam ſane falli eum vehementer hic exiſtimo; cum hoc D factum ſit ante alia, quæ hoc tempus multum certe antevertunt, ut oſtendam in ſequentibus. Solon vero, præfectus bello, ut jam dixi, cum Piſiſtrato ad Coliadem navigavit; ibique cum omnes fæminas ſacra Cereri facientes offendiſſet, hominem fidum, qui ſe trasfugam ſimularet, Salamina ablegavit, moniturum, ſi matronas Athenienſium primarias capere vellent, uti ſecum quam ocyſſime ad Coliadem navigarent. ac pellecti Megarenſes, cum in navem viros aliquot impoſuiſſent, eamque Solon advenientem animadverteret, mulieres abſcedere juſſit, adoleſcentes vero imberbes, veſtibus earum indutos, mitris quoque calceiſque exornatos, E occultatis intra veſtem pugionibus, in littore ludere, choreaſque agitare, donec hoſtis deſcendiſſet, & expugnari navis poſſet. Dum hæc vero ita aguntur, mox decepti Megarenſes cum applicuiſſent navem, ac certatim, velut fæminas capturi, irruiſſent, Athenienſes, facto impetu, nihil tale expectantes invaſerunt, omnibuſque interfectis, in inſulam profecti, ſibi eam ſubjecerunt. Ita memorat Plutarchus. Eundem in modum Polyænus, *libro primo*, jam *citato. Bellum erat Athenienſibus, & Megarenſibus, de Salamine. Solon navigabat verſus Coliadem, ubi mulieres Cereri feſtum celebrabant. In eo Solon transfugam ablegat mari, nuntiaturum Megarenſi- F bus, ſi Coliadem navigarent, reperturos mulieres Athenienſium tripudiantes, niſi nimis cunctarentur. Itaque dolo inducti, Megarenſes, illuc abeunt. Solon vero, fæminas quidem abire jubet; atque imberbes adoleſcentes, indutos veſtibus earum & coronis exornatos, armatoſque pugionibus occultatis, ludere in littore, ac tripudiare, jubet. itaque Megarenſes, vultu imberbium, & veſtitu muliebri, in fraudem inducti, navibuſque exeuntes, mulieres, quas putabant, comprehendere nitebantur, illi vero ſtrictis derepente gladiis, viros ſe, non fæminas, eſſe oſtendentes, hoſtibus omnibus interfectis, ac conſcenſis item navibus, Salamina in poteſtatem redegerunt.* Rem eandem aliter narrat Ælianus. *Var. Hiſt.* lib. VII. cap. XIX. *Solon belli de Salamine ſucepti dux fuit, & captis duabus navibus Megaricis, duces Atticos illis impoſuit, atque ſuis militibus arma hoſtium inducenda dedit: atque ita trajiciens dolo, multos Megarenſium inermes trucidavit.* Aliter quoque Frontinus, qui factum hoc Piſiſtrato tribuit, *Stratag.* lib. IV. cap. VII. *Piſiſtratus Athenienſis, cum excepiſſet Megarenſium claſſem, qua illi ad Eleuſin noctu applicuerant, ut operatas Cereris ſacro fæminas Athenienſium raperent, magnaque edita cæde eorum ultus eſſet ſuos, eadem, quæ ceperat, navigia Athenienſi milite complevit, quibuſdam matronis habitu captivarum in conſpectu locatis. qua facie decepti Megarenſes, tanquam ſuis, & cum ſucceſſu renavigantibus, effuſi obvii, inermeſque, rurſus oppreſſi ſunt.* Neque aliter Æneas, qui videndus, *Poliorcetici* cap. IV. & Juſtinus, *lib.* II. Cauſa diſſidii, quod Piſiſtratus cum Solone enavigarit; clare enim id Plutarchus nobis dicit in *citatis hiſce verbis. Cum in Coliade cum Piſiſtrato navigaſſent, mulieresque illic omnes, ſacra Cereri facientes, inveniſſet, Salamina virum quendam fidum miſit.* Et profecto, fieri poteſt, ut Soloni id conſilium a Piſiſtrato ſit ſuggeſtum; atque inde factum quoque tribuatur: quod quantumvis vero non ſit tam diſſimile, nihilominus Soloni, tanquam ſummo belli duci, merito id factum adſcribitur. Alii, negant eo modo occupatam Salamina; verum primum Apollinem Delphicum ei oraculum hoc dediſſe:

Heroas terræ proceres venerabere ſacris,
Quos ager Aſopiæ pullata condidit urna:
Et vita functis occumbens conſpicitur Sol.

Solonem autem, quum noctu in Inſulam trajeciſſet, Periphemo & Cichri heroibus ſacra feciſſe. inde ab Athenienſibus quingentos accepiſſe voluntarios, cum decreto, ſi obtinuiſſent inſulam, penes ipſos reipub. conſtituendæ ſummam poteſtatem fore. Inde vectum multis navibus & triginta remi una; appuliſſe Salamina, ad objectum Eubœæ brachium. Megarenſes vero, qui Salamine habitabant, poſtquam illud reſciviſſent, quanquam quidem haud ita certo, arma ſtatim per tumultum rapuiſſe: navem quoque ſpeculatum quid hoſtes agerent, emiſiſſe: qua oppreſſa, ſimul propius veniſſe, & occiſis Megarenſibus, huic Solonem Athenienſium præſtantiſſimos impoſuiſſe, ac juſſiſſe, ut, quam poſſent maxime occulti, urbem peterent: ſimul, cæteris aſſumtis, terreſtri prælio, cum Megarenſibus conflixiſſe. quod dum faceret, eos, qui in navi erant, exſcendentes ocyus urbem occupaſſe. atque ita illis victis, acceptaque obſequii deinceps fide, & erecto in victoriæ monumentum Enyalii ſacello, receſſiſſe. Hæc narrantur a Plutarcho. At Pauſanias commemorat, dictitaſſe Megarenſes, non Solonis iſto aſtu, ſed proditione exulum, inſulam in poteſtatem Athenienſium deveniſſe. *Sed Megarenſes dicunt, quoſdam exules, quos appellant Doricleos, poſtquam a ſe ad colonos, forte ducta ante Salaminem miſſos, abiiſſent, Salaminem Athenienſibus prodidiſſe.* Poſtea vero, Megarenſibus fidem datam non ſervantibus, cum utrinque clades multæ inferrentur, permiſſo arbitrio, & judicio, Lacedæmoniis, a Solone Homeri verſus e *Catalogo* producti, quibus jus Athenienſium in hanc Inſulam tueretur. Terſus autem iſti erant:

Ajax vero Salamine adduxit duodecim naves:
Statuit autem ducens, ubi Athenienſium ſtabant phalanges.

Quorum poſtremum ipſe callide inſeruerat. Sed Plutarchum hac de re nunc audiamus: *Verum*

enim vero cum perseverarent Megarenses, multaque in bello mala facerent, & paterentur, arbitrium rei, & judicium, Lacedæmoniis detulere. ac sunt multi, qui Homeri auctoritate adjutum hic Solonem dicant; qui insertum in Catalogo navium versum in judicio recitaverit:

Ajax vero Salamine adduxit duodecim naves:
Cumque adduxit, statuit, ubi Atheniensium stabant phalanges.

De Homeri loco adhibito, & inserto versu isto, ac judicio item Lacedæmoniorum, refert quoque Ulpianus, Commentario *in Demosthenis orationem, De falsa legatione. Cum de Salamine Megarenses & Athenienses, contenderent; Solon ex Homeri versibus rem ostendit, versu inserto, a se composito: nam post istud.*

Ajax vero Salamine adduxit duodecim naves:
adjecit illud,
Statuitque adductas, ubi Atheniensium stabant phalanges.

Atque hoc versu confícto, Megarenses in judicio superavit: ostendit enim, Salaminem antiquitus Atheniensium fuisse. Diogenes Laertius, in *Solonis nostri Vita*, inserti quidem in *Catalogo* versus meminit; sed de Lacedæmoniorum hic judicio, verbum plane nullum facit. Fuere autem inter veteres Scriptores, qui hoc factum, uti prius quoque istud, quod jam statim memoravi, ad Pisistratum referrent. Strabo indicat, ubi de Salamine agit, *lib.* IX. *Nunc Athenienses possident Insulam: olim vero de ea cum Megarensibus contenderunt. Et ajunt hi quidem Pisistratum, illi vero Solonem, in Catalogo navium, post hunc versum,*

Ajax vero Salamine adduxit duodecim naves:
inserto per fallaciam isto,
Statuitque adductas, ubi Atheniensium stabant phalanges:

Poetam produxisse testem, a principio Atheniensium eam insulam fuisse. Eadem dicit, ex hoc ipso Strabonis loco, Eustathius in Commentario ad Homeri istum locum, *Iliad.* β. sed Plutarchus nobis autor, hæc Athenienses ipsos, tanquam falsa, rejecisse; ac dixisse, judicibus ostensum fuisse a Solone, Philæum, & Eurysacen, Ajacis filios, civitate ab Atheniensibus donatos, insulam ipsis tradidisse: tum, quo magis Megarensibus verum dicere se ostenderet, id sepeliendi ritu, Salamine usitato, evicisse. quippe more Atheniensium mortuos a Salaminiis sepeliri, obversos nempe ad occidentem; cum spectantes orientem Megarenses suos conderent. Verba Plutarchi, ecce ista Latine versa. *Ipsi vero Athenienses, nugas istas esse censent: Solonem autem ajunt, ostendisse judicibus, Philæum, & Eurysacen, Ajacis filios, accepta ab ipsis civitate, insulam iis tradidisse. quin, cum magis etiam vellet Megarenses redarguere, fidem sibi adstruxisse ex sepultis illic mortuis: qui Atheniensium ritu, non Megarensium, humati essent. quippe usitatum erat Megarensibus, spectantes orientem mortuos sepelire, cum Athenienses contra versus occidentem eos collocarent.* Quod ad morem sepeliendi, consentit etiam Ælianus, *Var. Hist.* lib. VII. cap. XIX. ubi in eadem historia ita scribit. *Vicit autem (Solon) etiam eos (Megarenses) oratione; idque quidem non verborum gravitate, sed argumentis potiorem se faciens. quippe cum sepulchra antiqua aperuisset, Athenienses esse omnes, demonstravit: siquidem occidentem versus siti essent, more majorum recepto.* Et huc pertinet oraculi versus, jam citatus:

Quis vita functis occumbens conspicitur sol.

Certe morem Atheniensium hunc fuisse, eumque lege constitutum, ut, cum sepelirent mortuos, eos ita collocarent, ut spectarent occidentem, clarus testis Ælianus, *Var. Hist.* lib. V. cap. XIV. *Lex etiam hæc Attica fuit, ut, qui in cadaver insepultum incideret, omnino terram illi injiceret, sepeliretque oculis in occidentem directis.* Itaque manifestus est memoriæ lapsus Diogenis Laertii: qui, in *Vita Solonis*, rem hanc ipsam narrans, Solonem ait ostendisse Atheniensium cadavera orientem spectantia. *Ut vero non vi tantum, sed & jure Megarenses possidere viderentur sepulchris quibusdam effossis, cadavera ad Orientem versa ostendit, ut sepeliendi mos Atheniensibus.* Dixi vero paullo ante, sub Lacedæmoniorum judicio controversiam hanc fuisse: idque ab Æliano etiam confirmatur in *citato* statim *cap.* XIX. lib. VII. Ἐκρίναν δὲ τὴν δίκην Λακεδαιμόνιοι. *Judicarunt vero litem Lacedæmonii.* Et erant quidem ex illis lecti judices quinque, Critolaidas, Amompharetus, Hypsechidas, Anaxilas, Cleomenes. Plutarchus: *Hanc causam judicarunt e Spartanis viri quinque Critolaidas, Amompharetus, Hypsechidas, Anaxilas, Cleomenes.*

CAP. VIII.

Bellum contra Cirrhæos suadet; &, delecto ad id duci Clisthenі additus consiliarius, duplici consilio efficit, ut Cirrha expugnaretur.

HAC re magna sibi gloria apud suos comparata, etiam summa in existimatione tota Græcia esse cœpit; cum defendi templum Delphicum, & succurri Apollini debere, diceret: neque permittendum esse, ut Cirrhæi oraculum ejus profanarent. Itaque, ab illo inducti, ad arma iverunt Amphyctiones. Plutarchus: *Erat jam vel hinc celebris Solon, & inclitus; majus tamen nomen, & clarius, apud Græcos paravit: cum causam defendit templi Delphici: succurendum ei esse, inquiens: nec permittendum, ut Cirrhæi oraculum profanarent, sed Deum Delphis vindicandum. Ab illo enim persuasi Amphictyones, cum impetu animi, ad bellum capessendum ruerunt: ut cum alii testantur, tum in Pythionicarum descriptione Aristoteles, qui Soloni hanc sententiam attribuit.* Certe Solone suasore bellum hoc decretum, ait etiam Æschines, Orat. *in Ctesiphontem*: ubi totam hanc historiam pluribus narrans, inter alia ita dicit. *Amphictyones, oraculo accepto, de sententia Solonis Atheniensis, viri & legum ferendarum peritia præditi, & in philosophia, ac poesi, versati, decreverunt exercitum ducere contra nefarios, ut oraculum juberet.* Fuit autem huic quoque bello, quemadmodum contra Megarenses, Solon dux constitutus; quod ab aliis tamen negatur, & ab ipso quoque Plutarcho: qui Hermippum ita affirmare tradit, & Evanthem autorem habere, istis verbis. *Non fuit tamen bello huic dux, ut tradere Samium Evanthem Hermippus ait. neque enim id orator Æschines prodidit, & in Delphorum commentariis Alcmæon, non Solon, dux Atheniensium relatus est.* Et ita se rem habere existimo. Copiis, quas bello isti submisere Athenienses, dux Alcmæon est præfectus; at Græcorum totum exercitum Clisthenes duxit, Sicyoniorum tyrannus: atque huic additus Solon, qui consilio illum regeret. Qua re factum, ut, cum omnia ex arbitrio ipsius quodam modo gererentur, is revera exercitui præesse diceretur, summo imperio nomine tenus tantum Clistheni demandato. Ac Solonem quidem Clistheni additum consiliarium, est videre apud Pausaniam, in *Phocicis*. *Aliquanto vero tempore post, cum Cirrhæi & alia impie in Apollinem admisissent, & de terra quoque Dei resecuissent, visum fuit Amphictyonibus bellum cum Cirrhæis gerere, idque Clistheni Sicyoniorum tyranno, demandarunt: Athenisque, cujus*

ille conſilio uteretur, Solonem evocarunt. Suidas. Σόλων. τοῦτον εἵλοντο οἱ Κιῤῥαίοις πολεμεῖν ηρεμένοι σύμβουλον. *Solon. hunc, qui delecti fuerunt, ad bellum cum Cirrhæis gerendum, conſiliarium elegerunt*. Dum id bellum geritur, dato oraculo, invictam Cirrhæorum urbem fore, donec terram ſacram mare attingeret, auctor Cliſtheni fuit Solon, uti Cirrhæorum Deo totam conſecraret, ut hoc modo mare ſacro Dei agro vicinum fieret, urbſque expugnari poſſet. Pauſanias, *libro citato*. *De victoria vero conſulentibus, reſpondit Pythia*.

Non ante hujus urbis turrim captam dejicietis,
Quam meum lucum glaucos oculos habentis Amphitrites.
Fluctus alluat, reſonans in nigrum mare.

Perſuaſit itaque Solon, ut Apollini agrum Cirrhæum conſecrarent, quo ſacro Dei agro mare vicinum fieret. Quæ totidem verbis Suidas hinc deſumta tranſcripſit. Atque Cliſthenis factum illud, quanquam nulla de conſilio Solonis mentione, memorat etiam Polyænus, *lib.* III. *Cliſthenes Cirrham obſidebat. Oraculum erat, Cirrhenſem urbem invictam fore eo uſque, dum terram ſacram mare attingeret. id Cirrhenſes tanquam longe a mari ſiti, inſuper habebant. Cirrha vero terræ ſacræ, quæ ad mare adjacebat, contermina erat. Cliſthenes, cum oraculum reſciviſſet, urbem Deo, & terram ejus, conſecravit: ut ſic, tota ſacra facta, mare attingeret, quod oraculum dicebat*. Sed & aliud a Solone conſilium datum, quo mox Cirrha expugnata commemoratur a Pauſania, *ibidem*, in hunc modum. *Alio etiam idem Solon in Cirrhæos aſtu uſus eſt: quod aquam Pliſti ex alveo, unde in urbem fluebat, alio avertit. Sed, cum obſidentibus reſiſterent oppidani, & partim puteales aquas, partim pluvias e ciſternis potarent, ellebori radices in Pliſtum conjiciendas curavit: atque, ubi ſatis infectam medicamento aquam intellexit, in priſtinum alveum amnem iterum fluere fecit. Ita Cirrhæi, cum avidius de aqua illa bibiſſent, alvi perpetuo profluvio laborantes, mœnium præſidium deſerere coacti ſunt. Amphictyones vero, urbe potiti, ac Cirrhæis male mulctatis, Dei injurias ulti ſunt*. Et hæc quoque apud Suidam, huc tranſcripta, reperiuntur. Frontinus etiam iſtud factum a Cliſthene refert, ſine Solonis mentione, cujus conſilio tamen fiebat: plane uti Polyænum memorare factum illud antecedens, paullo ante indicavi. Verba ejus ecce iſta, *lib.* III. *cap.* VII. *Cliſthenes Cicyonius ductum aquarum, in oppidum Cirrhæorum ferentem, rupit, mox affectis ſiti reſtituit, elleboro corruptam, qua uſos profluvio ventris decipiens cepit.*

Cap. IX.

Diſſidium inter Cylonios, & Megacleos, componit. Urbem luſtrat, advocato Epimenide: a quo quædam item accipit ad conſtituendas leges pertinentia. ac quo tempore iſtud factum. Platonis locus emendatus.

Jam diu flagrabat urbs diſſidio, inter Megaclis familiam, & Cylonis: populuſque in partes etiam diſceſſerat. Solon, qui autoritate excellebat, ut componeret, & periculo imminenti urbem eriperet, intercedens; cum rogando, tum hortando, mox effecit, ut Cylonii in judicio ſeſe ſiſtere, ac cauſſam dicere, animum inducerent. quod cum facerent, lecti judices trecenti e primoribus, qui ſupererant e familia Megaclis, vivos in exilium agunt, mortuorum oſſa effoſſa extra fines projici jubent. Plutarchus: *Porro Cylonium ſcelus jam diu perturbabat civitatem: & Cyloniorum qui ſupererant, rurſum validi facti erant, ac diſſidia cm Megacleis ſempiterna exercebant. Atque hoc tempore cum ſeditio plurimum invaluiſſet, populuſque diſſideret, Solon, qui autoritate jam excel-*

A *leret, adhibitis primoribus Athenienſium, in medium proceſſit: ac rogando, & monendo, induxit illos, qui impiati dicebantur, ut judicio ſe ſubmitterent, atque cauſam dicere vellent, trecentis e primoribus jus dicturis: Itaque Myrone Phlyenſe accuſante, condemnati, qui ſupererant, in exilium ſunt acti: mortuorum vero cadavera, terra eruta, extra fines projecta*. Dum hæc fiunt, inſurgentes Megarenſes, Niſæam eripiunt, iterum Salamina in poteſtatem ſuam redigunt. Cum terror urbem invaſiſſet, ob ſpectra quædam, & vates eam expiandam denunciarent, advocatus eſt Epimenides, uti urbem luſtraret. iſque poſtquam adveniſſet, Solon eo perſa-
B miliariter uſus, multa ab ipſo accepit, quæ ad leges conſcribendas pertinebant. Plutarchus: *Inter hos motus ingruentibus etiam Megarenſibus, amiſerunt Athenienſes Niſæam, & Salamine rurſum exciderunt, & terrores ex ſuperſtitione, pariterque oblata viſa, urbem tenebant: ac vates piacula quædam, noxaſque, quæ expiari deberent, ſacris præſignificari nunciabant. eam ob cauſam e Creta accitus eſt Epimenides Phæſtius; qui, cum veniſſet, Solone uſus amico, multa ei ſuggeſſit, viamque præmuniit ad conſtituendas leges*. Ac Cyloniorum quidem & Megacleorum ſeditio, ac per eam Salaminiorum defectio, ab Anonymo, in *De-*
C *ſcript. Olymp.* commemoratur, Olymp. XLV. an. I. Ita enim ibi ait. *Cylonium piaculum. Salaminiorum ab Athenienſibus ad Megarenſes defectio*. Deinde vocationem Epimenidis collocat quadriennio poſt, id eſt, Olymp. XLVI. an. I. Neutrum recte, ut mox oſtendam. Hoc certiſſimum; amicitia ejus uſum Solonem: quod Plutarchus dicit, neque hoc tantum, verum hoſpitem etiam habuiſſe. Tradit idem hic Plutarchus, in libello, *De convivio Sapientum*. *Subjiciens vero Ardalus: Numnam ergo etiam ſodalem noſtrum, Solonis autem hoſpitem, Epimenidem, lex aliqua abſtinere cibis jubet?* Quod vero dixi, accepiſſe eum quædam ab Epimenide, cum Athenis illo
D tempore verſaretur, & hoſpitio quoque ipſius uteretur, quæ ad legum conſtitutionem facerent; iſthuc pertinet, quod Epiſtolam item quandam Epimenides ad Solonem, de Cretenſium republica, a Minoe conſtituta, ſcripſiſſe perhibeatur. Diogenes Laertius, in *Epimenide* lib. I. *Fertur ipſius* (*Epimenidis*) *etiam ad Solonem legislatorem epiſtola, de republica, quam Cretenſibus Minos conſtituit*. Ad hanc autem Athenarum luſtrationem reſpexit Ammianus Marcellinus, *lib.* XXVIII. *c.* IV. cum inquit; *Nec Epimenides ille Cretenſis, ſi fabularum ritu ab inferis excitatus rediiſſet ad noſtra, ſolus purgare ſufficeret Romam.*
E Quo vero tempore hæc vocatio Epimenidis, & luſtratio, contigerit, varie autores tradunt. Marianus Scotus, *Chron.* lib I. refert in Olymp. XLIII. an IV. Ita enim illic ſcribit: *Epimenides Athenas purgari juſſit*. Suidas memorat, Olymp. XLIV. accidiſſe. *Epimenides urbem luſtravit, a ſcelere Cylonio, Olymp.* XLIV. *jam grandævus*. Anonym. in *Deſcript. Olympiadum*, refert illud in Olymp. XLVI. an. I. ita illic ſcribens. *Epimenides Athenas luſtrat*. Quem confirmat Diogenes Laertius, qui itidem ait Olympiade XLVI. factum. *Athenienſibus, per id tempus peſte laborantibus, oraculo reſpondit Pythia, uti urbem expiarent. illi vero navem mittunt, Niciamque, Nicerati filium, in Cre-*
F *tam, vocantes Epimenidem. atque ille, cum veniſſet Olympiade quadrageſima ſexta, urbem ipſorum luſtravit*. Quæ totidem verbis, hinc tranſcriptis, Apoſtolius etiam refert, *Cent.* VIII. *Proverb.* LXXXIV. ſed Diogenis quidam codices; uti monet Caſaubonus, habent, *quadrageſima ſeptima*. Atque hæc lectio confirmatur ab Euſebio; qui, ad Olympiad. XLVII. ann. II. ita ſcribit. *Epimenides Athenas emundavit*. Sed & vitioſa hæc lectio, & Euſebius erravit. Nam, cum factum hoc appareat, antequam remp. Solon, latis legibus, ordinaſſet. quod evenit Olympiadis XLVI.

anno III. ut mox ostendam: quomodo potest recte dici, Olympiade insequente demum factum? Itaque Suidam, & quos ille Autores sequitur, rectius tradidisse censeo. Sed Platone quid faciemus? apud quem Cretensis Clinias ad Atheniensem hospitem tantum decem ante bellum Persicum annis accidisse illud tradit, istis verbis, *De Leg.* lib. I. Τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας, ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος, ὃς, ἦν ἡμῖν οἰκεῖος· ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ἡμᾶς, κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ μαντείαν, θυσίας τε ἐθύσατο τινὰς, ἃς ὁ Θεὸς ἀνεῖλε· καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν, ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξωσιν. ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται, πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον παθόντες τε ἢ δράσαντες πλείω κακά. *Audiisti fortasse etiam hic Epimenidem, qui e familia nostra erat, virum fuisse divinum. is vero, cum decem annis ante bellum Persicum ad vos venisset, juxta datum a Deo oraculum, sacra quædam, quæ facienda responderat Deus, celebravit; cumque classem Persicam Athenienses formidarent, dixit, intra decem annos non venturam; ac, cum etiam advenisset, nihil eorum, quæ sperassent, Persas effecturos esse: pluribusque quam dedissent, acceptis damnis, recessuros.* Nam si verum est, decem tantum ante bellum Persicum annis Epimenidem Athenas venisse, ad perficienda sacra, ab oraculo mandata, quibus urbem expiaret, necessario factum fuerit Olymp. LXXII. anno III. quod est longe absurdissimum. Omnino corruptum esse locum, Historia clamat; & sequentia ipsius Platonis verba. Τότ' οὖν ἐξενώθησαν ὑμῖν οἱ πρόγονοι ἡμῶν· καὶ εὔνοιαν ἐκ τόσου ἔγωγε ὑμῖν καὶ οἱ ἡμέτεροι ἔχουσι γονεῖς. *Tunc igitur contractum est inter nostros vestrosque majores jus hospitii: & amicitiam a tam longo sane tempore inter se progenitores nostri colunt.* Quid enim? si decem tantum annos dixisset, non hic diceret, οἱ πρόγονοι ἡμῶν, *progenitores nostri, &*, οἱ ἡμέτεροι γονεῖς, *majores nostri*: neque ἐκ τόσου, *a tam longo tempore*. Quam ob rem, pro verbo δέκα, quod, quantumvis nihili existat, priscæ tamen lectionis vestigia servat, utrobique rescribo, ρκα'. ut Plato dicat, annis CXXI. ante Persicum bellum lustratam urbem ab Epimenide. Ac, scripsisse sic Platonem, nulli deinceps dubium futurum puto. Fuit enim bellum Persicum Olymp. LXXV. anno I. a quo tempore si annos CXXI. retro computes, incides in Olymp. XLIV. annum III. quod cum Suida plane convenit, qui lustrationem hanc ab Epimenide factam tradit, ea ipsa Olympiade. De jure vero hospitii & amicitia, tunc contracta inter Cretenses & Athenienses, quod hic a Platone dicitur, est verissimum. nam Epimenides, cum, lustratæ urbis præmium, Athenienses talentum ei dandum decrevissent, id recusans, amicitiam, & societatem, inter suos & Athenienses, constituit. quod ipsum hoc loco innuit Plato, & traditur etiam a Diogene Laertio, in *Vita Epimenidis*, lib. I. *Athenienses vero ei (Epimenidi) talentum decernunt, navemque dandam, quæ in Cretam reduceret, at ille, pecuniam quidem non admisit: sed amicitiam, & societatem, inter Cnossios, atque Athenienses, fecit.*

CAP. X.

Seditionem inter Diacrios, Pediæos, & Paralos, componit. Archon creatur, & leges condit: quo tempore illud fecerit, indicatum. Eusebii, & Mariani Scoti, in hac re error.

POSTQUAM compositus esset tumultus Cylonius, & ejectis sceleri obnoxiis, in seditionem erupit vetus contentio, de rep. administranda suscepta, inter Diacrios, Pediæos, & Paralos. Ac populi dominatum, Diacrii; paucorum, Pediæi

A maxime cupiebant: Parali, cum medium quendam reip. statum vellent, partis ejus utriusque studium impediebant. Plutarchus: *Athenæ vero, Cylonio sopito tumultu, & exterminatis, uti dictum est, iis qui ejus sceleris participes erant, veterem seditionem de rep. administranda renovarunt, divisa urbe in tot partes, in quot regiones distincta erat. Erant enim Diacrii, qui imperio populi addicti erant: Pediæi, qui paucorum dominatui studebant: tertii, Parali dicabantur; qui medium quendam, atque mistum in rep. statum cupiebant; &, utrosque impedientes, prohibebant, ne*
B *summa rerum potirentur.* Plura vero de hac triplici factione pridem dixi, quæ non repeto, in *Pisistrato*, cap. III. Illic, si quis volet, videat. Flagrabat vero eodem tempore pauperum cum divitibus propter inæqualitatem dissensio: itaque in ancipiti plane resp. erat; neque item salva aliter esse posse videbatur, quam, si uni summa rei mandaretur. quippe populus universus, a divitibus ære alieno oppressus, ingemebat: cum aut illis tantum araret, sextam ipsis fructuum partem persolventes; aut, versuram in corpora sua facientes, abduci a fœneratoribus poterant: parsque ibi serviebant, pars in terra peregrina venum dati: alii, etiam liberos
C vendere, & solum vertere, ob duritiem creditorum, cogebantur. Plurimi autem, atque ii validissimi, convenientes, sese mutuo exhortari, ne periculum negligerent: qui eligerent sibi potius ducem unum, virum cui fidere possent; &, ereptis alieno ære oppressis, terram inter se dividerent, atque statum reip. universum commutarent. Plutarchus: *Cum autem summa tunc esset inter divites pauperesque inæqualitas, in lubrico admodum statu civitas versabatur & componi res duntaxat posse videbatur si tyrannis constitueretur. Populus enim universus ære divitum alieno opprimebatur: & aut agros his colebant, sextam partem persolventes; unde*
D *Hectemorii, & Thetes, dicebantur: aut, corporibus pignoratis, abduci a fœneratoribus poterant: ac pars ibi serviebant, pars peregre venundabantur. Multi etiam, nulla lege prohibente, liberos vendere cogebantur, & urbem deserere, ob rigorem fœneratorum. plerique vero, qui validissimi, congregati, sese mutuo hortabantur, ne negligerent, sed, electo duce aliquo, viro fido, ære oppressos liberarent, terram dividerent, atque totum reip. statum inverterent.* Inter illa in Solonem prudentissimi quique oculos conjecerunt, quod, immunis delictorum, neque injuriæ locupletum, nec necessitatis pauperum, particeps esset: rogaruntque, ut remp. capesseret,
E & dissidia componeret. Alii tradunt, ut remp. servaret, circumventa parte utraque distributionem agrorum clam egenis, ac pactorum confirmationem ditibus, ostendisse: verum ipsum primum invadere Remp. detrectasse, cum illorum avaritiam, horum autem insolentiam, vereretur. Plutarchus: *Hic, qui inter Athenienses prudentissimi erant, advertentes, Solonem præcipue criminibus vacare, neque opulentorum injuriæ socium esse, nec necessitatibus inopum implicatum, oraverunt eum, ut ad remp. accederet, & civium dissidia componeret. Atqui Phanias Lesbius tradit, ipsum Solo-*
F *nem, ad servandam remp. dolo partem utramque circumvenisse; ac clam promisisse egenis divisionem, locupletibus vero pactorum confirmationem. sed & ipse ait, Solonem refugisse primum remp. capessere, horum avaritia, illorum insolentia deterritum.* Itaque archon post Cleombrotum constitutus, simul & constituit concordiam, leges tulit, gratus pariter locupletibus & pauperibus: illis quidem, quod & ipse dives esset; his, quod probus. Et vox ejus ferebatur; *æqualitatem nullum bellum concitare.* Plutarchus: *Archon vero est electus post Cleombrotum,*

simulque concordiæ arbiter, & legislator. *fuit autem acceptus divitibus, tanquam dives, & pauperibus, ut probus. Voxque etiam ejus in ore populi fuisse fertur, qua dixerat: Æqualitatem bellum non facere*. Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. X. *Solonem Athenienses ad gerendum magistratum elegerunt, non autem sorte crearunt. Postquam autem electus est, cum aliis rebus multis ornavit civitatem, tum etiam leges, quibus impræsens utuntur, iis scripsit*. Incidit autem hic Solonis magistratus, & legum latio, in Olymp. XLVI. Cyrillus, *in Julianum*, lib. I. *Quadragesima sexta Olympiade Solon sua jura dedit*. Et quidem in annum III. ejus Olympiadis. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*: *Florebat vero circa Olymp.* XLVI. *cujus anno* III. *Archon Atheniensium fuit, uti autor est Sosicrates: quo etiam tempore leges constituit*. Idque confirmat etiam Anonymus in *Descriptione Olympiadum*, ad eundem istius Olympiadis annum. Errat autem Marianus Scotus, *Chron.* lib. I. quæ refert Olymp. XLIX. anno II. propius a vero abest Eusebius, *Chron.* II. qui id tradit accidisse Olymp. XLVI. anno II. unico tantum anno aberrans. Vide, quæ notavi plura in hanc rem, *De Archontibus*, lib. I. cap. XII.

CAP. XI.

Tyrannidem a populo oblatam, suadente etiam oraculo, aliisque recusantem per convitia incitantibus non admisit.

INTER hæc nonnulli ipsi autores esse, uti sibi principatum vindicaret: & oraculum in hanc rem fuisse datum etiam tradunt. quidam insuper convitiis eum quoque incessebant, quod invidiosum nomen monarchiæ, mox in regnum sua virtute commutandum, detrectaret. Plutarchus. *Unde in spem erecti magnam utrinque primores civitatis adhærebant Soloni, tyrannidis pararios sese offerentes, ac persuadere cupientes, ut audacter capesseret remp. quam in potestate sua jam teneret. Multi vero mediocrium quoque civium, cum viderent, operosum ac difficile futurum, urbis statum ex ratione, atque lege, commutare, unum aliquem prudentissimum, ac justissimum, principem facere minime refugiebant. Quidam ajunt, etiam oraculum Soloni datum istiusmodi Pythone*:

Ad puppim residens moderator dirige cursum,
Multus Athenarum populus tua signa sequetur.

Maxime vero insectabantur eum amici familiares, quod deterreretur nomine monarchiæ; quasi non suscipientis eam virtus mox versura in regnum esset. Idque Eubœensibus quondam accidisse, qui Tynnondam: & in præsens, Mitylenæis, qui tyrannum sibi Pittacum elegissent. Sed nihil horum Solonis constantiam concussit; & amicis dixisse fertur: *Pulchrum fundum esse tyrannidem, verum exitum non habere*. Nec non ad Phocum quædam scripsit, in rem illam pertinentia: quin & iis respondit, qui convitiis incessebant. Plutarchus: *Horum nihil Solonem de sententia dejecit; sed, ut fertur, dixit amicis: Pulchrum fundum tyrannidem, sed non habere exitum. Ad Phocum versibus scribens, inquit:*

Quod telluri patriæ peperci;
Tyrannidem vero, & vim immitem,
Non attigi, polluens aut dehonestans gloriam,
Non me pudet: etenim hoc modo me superaturum puto
Omnes homines. ——

Unde patet, eum, etiam priusquam leges ferret, in magna existimatione fuisse. Quæ vero, ipso tyrannidem fugiente, multi irridentes dixerint, ipse hunc in modum scripsit:

A *Neque cordatus est Solon, neque vir multi consilii;*
Bona enim largiente Deo, ipse non accepit:
Ac prædam cum teneret, admiratus, non attraxit magnum
Rete, animo delinquens, & mente captus:
Cum optare debuisset, ut, divitias magnas nactus,
Et tyrannus Athenarum factus vel unico tantum die
Instar utris vapularet inde, & genus suum interiret.

Breviter hæc omnia Diogenes Laertius. *Adhærebat ei deinceps populus, idque benigne; & tyrannum* B *sibi eum cupiebat: verum ille non admisit*. Est in hanc rem elegans locus Aristidis, in *Orat. Plat.* II. *Solon certe, cum posset in civitate, seditione laborante, alterutri parti patrocinando, tyrannidem capere, ab utrisque maluit, propter æquitatem, odio haberi. ac tum a divitibus, quantum honeste poterat, abstulit; tum populo, non, quantum volebat, concessit: mediamque inter omnes fortitudinem, justitiam, collocavit: ceu revera ex præcepto geometriæ circumscriptos limites quosdam tueretur. nec vel metus potentiorum, vel honor populi, vel aliud quicquam istiumodi, eum dimovit, aut incitavit, ut aliud quid, præter id, quod optimum videretur, ageret*. Nec tamen, repudiata tyranni- C de, nimis leniter in rep. administranda sese gessit, nec ambitiose etiam: sed in illis, quæ existimabat posse tolerari, nil mutabat: in cæteris vero, tantum fecit, quantum vel suadendo apud obsequentes, vel cogendo apud reluctantes, obtenturum se sperabat: prudentissimo temperamento justitiam, & vim, permiscens. Unde mox interroganti, an Atheniensi populo leges optimas scripsisset; Optimas earum, inquit, quas accepturi ipsi erant. Plutarchus. *Nec tamen, rejecta tyrannide, remp nimis leniter gessit; neque molliter, potentibus concedens, aut in gratiam eorum, qui ipsum elegissent, leges tulit: verum, ubi id factu optimum, nil correxit, aut muta-* D *vit; veritus, si omnia confunderet, perturbata civitate, ad eam reficiendam, optimaque ratione temperandam, viribus deficeretur. quæ vero apud obsequii promtos verbis persuadere posse se sperabat, aut per vim a recusantibus extorquere, ea fecit; pariter vim, ut ipse ajebat, & justitiam, inter se miscens. unde postea percunctanti, ecquid optimas Atheniensibus leges scripsisset: Optimas earum dixit, quas admissuri erant.*

CAP. XII.

Æs alienum populi abolet, lege lata, quæ Σεισά- E *χθεια nuncupata: eaque unde ita dicta. Ægyptiorum in rem eandem similis lex, quam videtur imitatus. Amicorum, qui χρεωκοπίδαι dicti, turpe factum: propter quod calumnia gravi impeditus, mox se tamen ab ea vindicat, remissis aliquot talentis sibi debitis.*

ARCHON constitutus, nihil prius habuit, quam ut populum, ære alieno oppressum, liberaret: & a tam præclaro opere magistratum inchoavit. Novis autem tabulis conditis, rem Σεισάχθειαν, molliore loquendi modo, ejus exemplo in aliis et- F iam Atticis inde usitato, appellavit. Plutarchus: *Α δ' ὖν οἱ νεώτεροι τοὺς Ἀθηναίους λέγουσι τὰς τῶν πραγμάτων δυσχερείας, ὀνόμασι χρηστοῖς καὶ φιλανθρώποις, ἐπικαλύπτοντας, ἀστείως ὑποκορίζεσθαι. τὰς μὲν πόρνας, ἑταίρας, Τοὺς δὲ φόρους, συντάξεις· φυλακὰς δὲ, τὰς φρουρὰς τῶν πόλεων. οἴκημα δὲ τὸ δεσμωτήριον καλοῦντας· πρῶτον Σόλωνος ἦν, ὡς ἔοικε, σόφισμα, τὴν τῶν χρεῶν ἀποκοπὴν σεισάχθειαν, ὀνομάσαντος. τοῦτο γὰρ ἐποιήσατο πρῶτον πολίτευμα. γράψας, τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῶν χρεῶν, ἀνεῖσθαι· πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν, ἐπὶ τοῖς σώμασι μηδένα δανείζειν. Quod autem recentiores ajunt, Athe-*

nienses, asperitatem rerum benignis, & blandis, vocabulis contegentes, invidia nominis urbane emollita, scorta, appellare amicas; tributa, descriptiones; præsidia civitatum, stationes; carcerem, custodiam; id primum, ut videtur, Solonis commentum fuit: qui æris alieni condonationem, oneris excussionem nuncupavit. Hoc enim primum fuit, quod in rep. ab eo actum; lege lata, ut, quæ debita tunc existerent, remitterentur: deinceps autem, ne in corpora quibus fœneraret. Ac σεισάχθειαν appellavit, quasi dicas, oneris excussionem. Hesychius. Σεισάχθεια. Σόλων χρεῶν ἀποκοπὴν δημοσίων, καὶ ἰδιωτικῶν, ἐνομοθέτησεν· ἥνπερ σεισάχθειαν ἐκάλεσε, παρὰ τὸ ἀποσείσασθαι τὰ βάρη τῶν δανείων. *Sisachthia. Solon de remissione publicorum privatorumque debitorum legem tulit: quam sisachthiam appellavit, ab excutiendis oneribus usurarum.* Idem dicit etiam Suidas, & *Etymologici* Autor. Idem cautum a Solone, ut jam dixi, ne fœnori cujusquam corpus deinceps ob noxium esset, condonato vetere ære alieno. Quod ipsum dicit iterum Plutarchus, in libello, *De vitando ære alieno.* Τί γὰρ ὤνησε Σόλων Ἀθηναίους, ἀπαλλάξας τοῦ ἐπὶ τοῖς σώμασιν ὀφείλειν; *Quid profuit Atheniensibus Solon, postquam corpora eorum a fœneratoribus liberavit?* Alii tradunt, non remissione æris alieni, sed usurarum moderatione, sublevatos pauperes, rem hanc Sisachthiam appellasse, quæque adjuncta ei erant, mensurarum augmentum, & pecuniæ precium. quippe minam, cum ad illud usque tempus drachmis septuaginta tribus æstimaretur, centum inde æstimari drachmis fecit. Quamobrem, cum parem numero summam præstarent, verum pretio minorem; plurimum sublevabantur æs alienum persolventes, sine ullo creditorum detrimento. Plutarchus. *Nonnulli autem tradiderunt, inter quos est Androtion, non condonatione æris alieni, sed usurarum allevatos moderatione pauperes, acquievisse, atque hoc beneficium sisachthiam appellasse, gratumque fuisse: simul etiam, quæ adjuncta huic erant, mensurarum augmentum & monetæ pretium. quippe minam, quæ fuerat ante septuaginta trium drachmarum, fecit ut centum valeret. Itaque, cum numero parem summam valore minorem præstarent, multum commodi accessit æs alienum exsolventibus, nihil creditoribus tamen detrimenti.* Breviter hæc *Etymologici* Auctor. *Sisachthia, erat æris alieni remissio, apud Athenienses. Quidam vero dicunt, usurarum moderationem esse, & augmentum mensurarum, & monetæ pretium.* Meminerunt nobilissimi hujus Solonis facti etiam Dionysius Halicarnasseus, *Antiquit. Rom.* lib. v. Dion Chrysostomus, *Orat.* XXXI. Diogenes Laertius, in *Solone*, Heraclides, in *Excerptis de Rebusp.* Similis porro lex apud Ægyptios fuit: quod cum non nesciret Solon, quanquam nondum eo profectus, hinc videtur exemplum sumsisse. Diodorus Siculus, *Biblioth.* lib. I. ubi de Ægyptiorum legibus agit. *Et usuras de facultatibus duntaxat obæratorum exigere, sed in nexum corpus ducere nullo modo permittebat. bona, illorum arbitratus esse, qui vel labore comparassent, vel per donationem ab eo, qui dominus erat, accepissent; sed corpora, civitatibus deberi: quibus ad congrua belli pacisque munia utantur. absurdum enim esse, militem, qui pro patria sese periculis objiciat, a creditore, propter fœnus, si ita usus ferat, nexum abduci: &, ob privatorum avaritiam, communem omnium salutem in discrimen abduci. Videtur vero & hanc legem Athenis Solon invexisse, sisachthiæ nomine ab ipso vocitatam: qua cives universos, ab ære alieno, in corporis nexum credito, liberavit.* Sed turbas hic ingentes illi concitarunt maximi ejus amici, Conon, Clinias, & Hipponicus. Nam, cum illis indicasset, minime agros se moturum, sed æs alienum tantum sublaturum: & gnari ipsi. a divitibus non exiguam vim pecuniæ accepissent, atque, lata lege illa, nihil reddere tenerentur, defraudatis manifeste creditoribus magnæ cum & invidiæ, & calumniæ, objecerunt: Plutarchus. *Evenisse vero rem ei ex hac actione memorant omnium acerbissimam. Namque, ut instituit jam æris alieni gratiam facere; & orationem rei congruentem faceret, atque honestum principium quæreret, ad amicos, quibus maxime fidebat, quibusque imprimis utebatur, Cononem, Cliniam, & Hipponicum, agros retulit se non moturum, sed in animo habere, æs alienum inducere. Hi, prævenientes illico, & prævertentes, fœnerati sunt a divitibus ingentem pecuniam, qua agrorum sibi plurimum compararunt. Proposito inde decreto, quum possessionibus fruerentur, nec redderent argentum creditoribus, effecere, uti plurimi Solonem incusarent, & calumniarentur graviter, non quasi una cum aliis ipse defraudaretur, sed defraudantium socius esset.* Idem etiam est legere apud eundem, in *Præceptis Reip. Administ.* Sed calmniæ huic statim obviam ivit, cum talenta quinque, sive, ut alii tradunt, quindecim, quæ ipsi debebantur, primus expunxisset. Amici vero nihilominus semper deinceps χρεωκοπίδαι, id est, æris alieni expilatores, sunt appellati. Plutarchus, in sequentibus statim verbis. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εὐθὺς ἐλύθη τὸ ἔγκλημα τοῖς πέντε ταλάντοις· πεσχῦτα γὰρ εὑρέθη δανείζων. καὶ ταῦτα πρῶτος ἀφῆκε κατὰ τὸν νόμον· ἔνιοι δὲ, πεντεκαίδεκα λέγουσιν, ὧν καὶ Πολύζηλος ὁ Ῥόδιος ἐστι. τοὺς μέντοι φίλους αὐτοῦ, χρεωκοπίδας καλοῦντες διετέλεσαν. *Verum hoc crimen mox dilutum est quinque talentis: (ea enim summa fœnus exercere est inventus.) quæ ex lege expunxit primus. alii, in quibus Polyzelus Rhodius, quindecim fuisse tradunt. Amicos vero ejus semper æris alieni expilatores nominarunt.* Diogenes Laertius, non quinque talenta, neque quindecim, sed septem refert *Quum vero ipsi septem talenta e patrimonio deberentur, primus ea remisit: aliosque ut idem facerent, exhortatus est.*

CAP. XIII.

Ab Atheniensibus, primo offensis, sed mox ita delinitis, ut sacrificium, cui nomen Σεισάχθεια, *publice instituerent, totam Remp. in potestatem accipit. Leges condit & Draconis abolet omnes, præter eas, quæ de homicidiis essent. Quonam tempore leges utriusque latæ. Joannis Tzetzæ error ostensus. Draconis legum asperitas; & in eam dictum Demadis, ac Herodici.* Θεσμοὶ *dictæ. Libanii locus restitutus. Draco Solonem quanto tempore antecesserit: tum, quomodo diem obierit. Theophili Jureconsulti error reprehensus: aut, quo modo locus ejus legi debeat, indicatum.*

SED nec divitibus satis gratus, nec pauperibus etiam fuit: cum illi, tabulas antiquatas: isti, agros non divisos, quod sperarant, ægre ferrent. Plutarchus. *Neutris vero placuit; verum divites offendit, quia tabulas sustulisset: pauperes autem etiam magis, quod non agros, ut speraverant, divisisset: neque Lycurgi exemplo, fortunas omnium æquales, & pares, fecisset.* Verum tamen, mox decreti commoda percipientes, & querelas omiserunt, publiceque sacrificium, Sisachthiam appellatum, instituerunt: curamque ipsi emendandæ reip. item legum ferendarum, demandarunt. quin & universim ei magistratus, conciones, judicia, curiam, permiserunt: quidlibet quocunque modo constituendi, ac mutandi, potestatem facientes. Plutarchus. Ταχὺ μέντοι, τοῦ συμφέροντος αἰσθόμενοι, καὶ τὰς ἰδίας αὐτῶν μέμψεις ἀφέντες, ἔθυσάν τε κοινῇ, σεισάχθειαν τὴν θυσίαν ὀνομάσαντες, καὶ τὸν Σόλωνα τῆς πολιτείας διορθωτὴν, καὶ νομοθέτην, ἀπέδειξαν· οὐ τὰ μὲν, τὰ δ' οὐχὶ, πάντα δ' ὁμαλῶς ἐπιτρέψαντες, ἀρχὰς, ἐκκλησίας, δικαστήρια,

βουλάς· καὶ τίμημα τούτων ἑκάστου, καὶ ἀριθμὸν, καὶ καιρὸν, ὁρίσαντα· λύοντα, καὶ φυλάττοντα, τῶν ὑπαρχόντων, καὶ καθεστώτων, ὅ, τι δοκοίη. Cito tamen, commoditatem sentientes, querelas suas privatas deponentes, publice sacrificarunt, & sacrificium Sisachthiam, appellarunt, & Solonem reip. emendatorem, ac legislatorem, constituerunt. nec particulatim tantum, bis concessis, illis vetitis, verum omnia universim permiserunt, magistratus, judicia, curias: ut cujusque horum censum, numerum, ac tempus, definiret: quæque in præsens constituta, pro arbitrio abrogaret, aut firmaret. Hac accepta potestate, ad Remp. emendandam animum vertit: &, initio a Draconis legibus facto, eas omnes præter illas, quæ de homicidiis essent, abrogavit, ob asperitatem nimiam, & pœnarum magnitudinem. Plutarchus. *Ac primum leges Draconis, ob asperitatem, & pœnarum magnitudinem, cunctas rescidit, præterquam latas de homicidiis.* Cyrillus, *Adversus Julianum* lib. I. *Quadragesima sexta Olympiade Solon, abrogatis Draconis legibus, sua jura dedit.* Ælianus, *Var. Hist.* lib VIII. cap. X. *Solonem Athenienses, lectum sibi, non sorte creatum, reip. principem constituerunt. Postquam vero electus esset, tum aliis rebus multis ornavit urbem, tum & leges ipsis scripsit, quæ etiamnum servantur. Atque tunc Athenienses Draconis legibus uti desierunt: easque duntaxat, quæ de homicidio erant, retinuerunt.* Nescio certe quibus autoribus Suidas nobis quatuor legumlatores Atheniensium commemoret, Draconem, Solonem, Thaletem, & Æschylum: istis verbis: *Legumlatores apud Athenienses fuerunt, primus, Draco; post eum, Solon: post hunc, Thales; & post hunc, Æschylus.* Itidem facit Cedrenus. *Leges tulit Atheniensium primus Draco; post illum Solon, leges ejus abrogavit: post hunc alias Thales Milesius tulit: ac rursum Æschylus, cum tyrannidem obtineret, annum unum, & menses septem.* Quod Solonis factum attinet, de quo nobis hic tractatur, accidisse illud Olympiade quadragesima sexta, consentiunt Auctores omnes: quanquam non in ejus anno. Anonymus enim, in *Descript. Olymp.* annum III. Eusebius vero, *Chron.* lib. II. secundum assignat. Cyrillus, in *citatis verbis*, Olympiadem indicasse contentus, annum omittit. Tulerat autem leges suas Draco Olymp. XXXIX. anno I. uti referunt, Suidas, *in Δράκων*, & Anonymus, in *Descript. Olymp.* Unde etiam illo anno inclaruisse eum maxime tradit Clemens, *Strom.* I. & Tatianus, in Orat. *contra Græcos.* Marianus vero Scotus, *Chron.* lib. I. ponit Olympiadis XXXVII. annum IV. Freculphus, *Chron.* Tom. I. lib. IV. c. XV. nullum tempus certum asscribit. Eodem modo nec Josephus: contentus dicere, paullo eum ante tyrannidem Pisistrati extitisse. Ita enim ait, *contra Appionem* lib. I. *Non solum apud alios Græcos neglecta fuit conscriptio, verum neque apud ipsos Athenienses, quos indigenas esse dicunt, & cultores disciplinæ, quicquam hujusmodi reperitur: sed publicarum literarum antiquissimas esse dicunt leges, a Dracone de cædibus scriptas, homine, qui paullo ante tyrannidem Pisistrati extitit.* Ineptit plane Joannes Tzetzes; qui septennium solum ponit inter leges a Dracone, & Solone, constitutas, *Chil.* V. *hist.* V.

Post septem annos Draconis legumlatoris,
Fit Solon Atticis secundus legumlator

Nam septem minimum Olympiades fuere inter utriusque leges: siquidem illæ latæ feruntur, ut jam dixi, Olympiade XXXIX. istæ vero, XLVI. Certe ejus leges, ob asperitatem nimiam, partim observari desitas, partim etiam a Solone abrogatas, tradit quoque Aulus Gellius, *lib.* XI. *cap.* XVIII. *Draco Atheniensis vir bonus, multaque esse prudentia, existimatus est; jurisque divini, & humani, peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. in illis legibus furem, cujusmodicunque furti, supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraque, nimis severe censuit, sanxitque. Ejus igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto, jussoque, sed tacito illiteratoque Atheniensium consensu, obliteratæ sunt. Postea legibus aliis, mitioribus, a Solone compositis, usi sunt.* Adeo vero asperæ erant, ut delictis fere cunctis pœnam capitis sanciret; unde lepide postea a Demade dictum: *Ejus leges sanguine, non atramento, scriptas fuisse.* ipse autem, causam facti interrogatus, respondisse memoratur; *Parvas, pœna illa dignas se putare: magnis vero, majorem non habere.* Plutarchus. *Noxas pæne omnes capitali supplicio persecutus est, ut & otii damnati morte multarentur, ac qui olus surripuerant, vel poma, in hos non secus atque in sacrilegos, & homicidas, animadverteretur. Unde postea inclaruit Demades, cum dixisset: sanguine leges, non atramento, Draconem scripsisse. Ipse vero, uti ajunt, interrogatus, qua de re plerisque injuste factis capitis pœnam irrogasset, respondit. Exiguas, se mereri eam existimare: ad magnas, majorem non habere.* Ubi quæ de pœna furti memorantur, etiam tradit A. Gellius, in *citatis* statim *verbis*; quæ vero de otii pœna, Pollux tantum infamiam fuisse dicit *l.* VIII. *c.* VI. Demadis vero de his dictum, refert & Johannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. V. Hist. V.

Primus Draco fuit Athenis legumlator,
Omnibus delictis, usque ad furtum olerum,
Cædem pœnam sine misericordia statuens.
Ob quem deinde Demades, elegans pulchritudine,
Sed multo elegantior scite dictorum sermonibus,
Majorem in modum placuit, cum in judicio dixisset:
Videtur, viri judices, Draco legumlator
Non atramento, sed sanguine, leges exarasse.

Ut autem sanguine eleganter scriptas leges, non atramento, ajebat Demades; ita draconem eum appellabat Herodicus, quod draconis illæ essent, & non hominis. Arist. *Rhet.* lib. II. cap. XXIII. *Et Herodicus Draconem legislatorem draconem appellabat; quod leges ejus non hominis essent, sed draconis, quia asperæ.* Et certe earum asperitatem, taxat etiam idem Aristoteles, *Polit.* lib. II. cap. X. *Draconis autem leges quidem sunt: verum ille jam institutæ reip. leges dedit. in his vero legibus nihil est præcipuum, quod quidem memoratu sit dignum, præter acerbitatem, propter pœnæ magnitudinem.* Quia vero abolitæ omnes a Solone, præter eas, quæ de homicidii latæ, ideo ejus ita meminit Pausanias, tanquam nullas, quam de homicidiis, tulisset. Verba ejus ista extant, *Eliac.* lib. II. *Ac Thasii quidem statuam in mare abjiciunt, Draconis sententiam secuti: qui, cum Atheniensibus leges de homicidiis scriberet, sanxit, etiam inanimata exterminanda, si quid forte hominem, in eum corruens, occidisset.* Dicebantur vero ejus leges Θεσμοὶ, *Sanctiones*, ut Solonis, Νόμοι, *Leges*. Observare est apud Pausaniam in *citatis* statim *verbis*: & apud Andocidem, in Orat. *de Mysteriis*. Δόξαντα δὲ ὑμῖν ταῦτα εἵλεσθε ἄνδρας εἴκοσι· τούτους δὲ ἐπιμελεῖσθε τῆς πόλεως ἕως ἂν οἱ νόμοι τεθεῖεν. τέως δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος νόμοις, καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς. *Quæ cum vobis placuissent, viginti viros elegistis: quibus curæ esset resp. donec leges conderentur: interim vero legibus Solonis, & Draconis sanctionibus, utendum esse.* Ac mox iterum. Τισαμενὸς εἶπε, πολιτεύεσθαι Ἀθηναίους κατὰ τὰ πάτρια· νόμοις δὲ χρῆσθαι τοῖς Σόλωνος, καὶ μέτροις, καὶ σταθμοῖς· χρῆσθαι δὲ καὶ τοῖς Δράκοντος θεσμοῖς, οἷσπερ ἐχρώμεθα ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ. *Tisamenus dixit, ut remp. Athenienses gubernarent, more a majoribus tradi-*

to; Solonis vero uterentur legibus, mensuris, ac ponderibus: insuper Draconis quoque sanctionibus, quibus superiori tempore usi essemus. Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. X. Καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι (νόμοις) τοῖς Δράκοντος. ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι θεσμοί. *Et tunc Athenienses legibus Draconis, quæ Sanctiones dicebantur, uti destiterunt.* Videndus etiam *Etymologici* Auctor in θεσμοθέσαι. Et intelligit Draconis leges Proculus, *in Timæum*, lib. V. Ὃ δὴ καὶ οἱ θεσμοὶ τῶν Ἀθηναίων εἰδότες, προσέταττον, Οὐρανῷ καὶ Γῇ προτελεῖν τοὺς γάμους. *Quod sane etiam Sanctiones Atheniensium scientes, mandarunt, Cœlo & Terræ præinitiare nuptias.* Causam vero appellationis video; quia hoc procemium fere earum erat: Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. *Sanctio perpetua Atticam incolentibus, rata in universum tempus.* Observo apud Porphyrium, *De Abstin.* lib. IV. Καὶ Δράκοντος νόμος μνημονεύεται τοιοῦτος. Θεσμὸς αἰώνιος τοῖς Ἀτθίδα νεμομένοις, κύριος τὸν ἅπαντα χρόνον. Θεοὺς τιμᾶν, καὶ ἥρωας ἐγχωρίους, ἐν κοινῷ, ἑπομένους νόμοις πατρίοις ἰδίᾳ κατὰ δύναμιν, σὺν εὐφημίᾳ, καὶ ἀπαρχαῖς καρπῶν, πελάνοις ἐπετείοις. *Et Draconis lex ejusmodi memoratur. Sanctio æterna Atticam incolentibus, quæ rata habeatur in omne tempus. Deos honorare, & heroas indigenas, communiter, secundum leges patrias: ac privatim, pro virili; cum fausta apprecatione, fructuumque primitiis, & libis anniversariis.* Restituendus vero per hanc occasionem Libanii locus, qui nunc mutilus vulgatur, *Declam.* XV. Ἀδικεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν Σόλωνα, καὶ τὸν Δράκοντα, καὶ τοὺς παραδεδομένους ὑμῖν ὑπὸ τῶν προγόνων νόμους τε καὶ ** ἐν οἷς ἐκεῖνοι μένοντες ἐστράτευον. *Injuriam facitis, viri Athenienses, Soloni, & Draconi, traditisque vobis a majoribus vestris legibus, & ** in quibus illi permanentes militabant.* Suppleo lacunam, ac rescribo, νόμους τε καὶ θεσμούς, ἐν οἷς, *legibusque, & sanctionibus, in quibus.* Nam sine dubio, ut, νόμους, dixit, ob Solonem; ita θεσμοὺς quoque dixerit, ob Draconem. Fuit vero Draco ante Solonem, annis XLVII. Ulpianus, *in Demosthenis Timocrateam. Sciendum est, Solonem Athenis fuisse tyrannorum tempore, ante Persica tempora: Draconem vero quadraginta septem annis ante eum, ut est auctor Diodorus.* Quomodo obierit, memorat Hesychius Milesius, libro *de Viris doctrina claris*: & ex eo item Suidas, *in* Δράκων, & Πέτασος. Non possum vero silentio transire magnum errorem Theophili Jureconsulti, qui Lacedæmoniorum legislatorem ipsum facit, in, *Paraphrasi Institutionum*, lib. I. Tit. II. Ἀλλὰ τὸ πολιτικὸν νόμιμον. ἐκ μιᾶς ἑκάστης πόλεως προϊὸν, ἐν ᾗ καὶ κρατεῖ, δέχεται τὴν ὀνομασίαν· οἷον τῶν Ἀθηναίων, ἢ Λακεδαιμονίων. εἰ γάρ τις ἐθέλει τοὺς νόμους τοῦ Σόλωνος, τοῦ τῶν Ἀθηναίων νομοθέτου, ἢ τοῦ Δράκοντος τοῦ τῶν Λακεδαιμονίων, ἀποκαλέσαι, οὐκ ἂν διαμάρτοι οὐδὲ σφαλῇ τῆς ἀληθείας. *Sed jus quidem civile, ex unaquaque civitate, in qua obtinet, appellationem sumit: veluti Atheniensium aut Lacedæmoniorum. Nam si quis leges Solonis Atheniensium legislatoris, aut Draconis Lacedæmoniorum, jus civile Atheniensium, vel Lacedæmoniorum, appellare velit, non omnino is peccaverit, nec a veritate etiam aberraverit.* Aut, ut imperitia eum, & errore, liberemus, est legendum: ἢ τοῦ Δράκοντος, ἢ τοῦ Λυκούργου τῶν Λακεδαιμονίων. *Aut Draconis, aut Lycurgi Lacedæmoniorum.*

CAP. XIV.

Remp. in quatuor partes dividit; & quid quæque contribuerit. Aristotelis confusio; Schol. Aristophanis, Etymologici Auctoris, Harpocrationis item, & Suidæ, error. Quot mensuras aridorum, ac liquidorum, quæque habuerit; & argenti quantum pondus contribuerit: eaque de re Andocidis locus illustratus.

HINC Remp. ordinare animum inducens, civitatem in quatuor classes divisit: & appellavit Pentacosiomedimnos, Equites, Zeugitas, Thetes. Ac primos quidem ita dixit, quod quingentas mensuras aridorum, & liquidorum, reddere possint; Equites, quod equum alere illi valerent, & trecentas mensuras possiderent: Zeugitas, quod utriusque generis ducentas: Thetes vero, erant capite censi, & proletarii. Tres priores, magistratuum, muniumque cæterorum, potentes erant: quartus autem, nullam partem reip. capessebat, sed suffragium duntaxat in concione, calculumque in judicio habebat: quod cum nihili in principio putaretur, postea tamen magnum apparuit. Plutarchus: *Deinde Solon, cum magistratus omnes, ut ante erant, penes divites relinquere statueret, reliqua autem rep. munia, quorum plebs exors fuerat, promiscua facere, civium censum egit. Ac, quorum facultates aridorum, simul & liquidorum, mensuras quingentas redderent, hos primæ classis fecit, & Pentacosiomedimnos appellavit. Secundæ classis, eos, qui equum alere, aut trecentas efficere possent; hos ordinem equestrem nuncupavit. Tertiæ classis, Zeugitæ dicti: quorum utriusque generis simul ducentæ erant. Cæteri omnes, Thetes vocati. His nullum magistratum permisit: cæterum hactenus in societatem reip. veniebant, ut in concionem pariter, & judicium, venirent, quod initio quidem, nihil; postea, magnum omnino apparuit: cum pleræque controversiæ ad judices devolverentur. nam quæcunque magistratibus indicanda permisisset. ab his provocationem ad judices dedit, si quis provocare vellet.* Aristot. *Polit.* lib. II. cap. X. *Solon certe populo videtur tribuisse potestatem maxime necessariam, magistratus & designandi, & rationes ab iisdem reposcendi. Nam, si ne hujus quidem rei dominus sit populus, servus sit, & hostis, necesse est. Magistratus autem, ex honestis, & divitibus, omnes constituit; ex Pentacosiomedimnis, & Zeugitis: ac tertio censu, quem Equitum vocant. nam quarto, Thetico, nullus patebat magistratus.* Ubi certe confundit ordinem; nam secunda classis, Equitum; tertia, Zeugitarum erat, ut Plutarchus recte tradidit. Et sic Pollux, *lib.* VIII. *c.* X. *Ordines præterea erant quatuor; Pentacosiomedimnorum, Equitum, Zeugitarum, & Theticorum. Et illi quidem, quod quingentos medimnos liquidorum, & aridorum, facerent, dicti: & ærario talentum solvebant. Illi vero, Equitum censum pendentes, quod equos alere possent, dicti videntur. Colligebant vero mensuras trecentas, & pendebant semitalentum. Qui tributum Zeugitarum persolvebant, a Ducentis mensuris nomen acceperunt, solvebantque minas decem. Thetes vero, ubi neque magistratum ullum obibant, ita neque quicquam dabant.* Breviter *Etymologici* Auctor, in Θητεία. *Cum Resp. Atheniensium in classes quatuor divisa esset, maxime egeni, Thetes dicti. Quatuor vero classes erant: Pentacosiomedimnus, Eques, Zeugita, & Thes.* Eodem modo tradunt etiam, Nicephorus Gregoras *in Synesium, De Insomniis*: Et Thucydidis Scholiastes *lib.* III. Ut vero hos ordines confundit Aristoteles, ita alii imminuunt. Scholiastes Aristophanis, *ad Equites*, tres duntaxat classes ponit; Pentacosiomedimnos, Equites, & Thetes. *In tres partes olim populus Atheniensis divisus erat; in Pentacosiomedimnos,*

ita

ita dictos, quod tot mensuras ex agricultura haberent; item in Equites, & Thetes. Et *Etymologici* Auctor, quanquam *in* θητεία postea quatuor classes dicat, tamen tres duntaxat memorat *in* ζευγίσιον. *Tres Atheniensium classes erant; Pentacosiomedimni, qui ditissimi: Equites, qui equitatum suppeditabant; & Thetes*. Harpocration etiam magis; & duas tantum classes dicit, *in* ἱππάς: sed corrupta ejus verba, &, pro Σόλων εἰς δύο διεῖλε τέλη τὸ πᾶν πλῆθος Ἀθηναίων: rescribendum, Σόλων εἰς δʹ. διεῖλε τέλη: ut ostendi *Lectionum Atticarum* lib. v. cap. xx Suidas vero, *in* ἱππὰς, etiam auget: & enumerat classes quinque. Itidem male; ut ibidem a me ostenditur. Quod autem mensuras attinet Pentacosiomedimnorum, Equitum, & Zeugitarum, eæ ipsæ intelligi debent, de quibus Andocides loquitur, in Orat. *De Mysteriis*. *Tisamenus dixit, ut remp. Athenienses gubernarent, more a majoribus tradito: Solonis vero uterentur legibus, mensuris, ac ponderibus*: Quæ vero illic pondera dicit, tributa intelligit, quæ iidem persolvebant: nam talentum Pentacosiomedimni, Equites semitalentum, ac Zeugitæ minas decem tribuebant; ut videre est in Pollucis proxime *citatis verbis*. Atque Solon, Rep. quidem hunc in modum ordinata, quandam quasi omnium æqualitatem introduxit. Huc respexit Seneca, *Ep*. xc. *Solon Athenas æquo jure fundavit*. Et Justinus, *lib*. II. *Tanto temperamento (Solon) inter plebem Senatumque egit, ut ab utrisque parem gratiam traheret*. Item Æneas Gazæus, in *Theophrasto*. *Solonis quidem (lex) non sinit viro alicui peculiarem dari legem, sed eandem omnibus hominibus poni*. Et hanc exæquationem ipse sibi, etiam compositis versibus, gratulabatur. Plutarchus. *De hac exæquatione ipse sibi applaudit, in hunc modum:*

Nam vires populo tribui, quantum satis essent:
Non detractus ei, aut amplificatus, honos.
Sed neque divitiis, & opum splendore, superbis
Plus cessi, quam quod sum ratus esse satis.
Utraque prævalidis munivi pectora scutis,
Injuste & neutros vincere sustinui.

CAP. XV.

Areopagum constituit & alteram curiam; item accusationum judices mille, ac Demarchos. Tum legem fert in eos, qui seditione exorta neutri patri se addicerent. Ciceronis memoriæ lapsus.

MOX Areopagum quoque constituit, & alteram curiam, qua ferocientem populum coerceret: ita sese, veluti duabus anchoris, remp. fundare existimans. Plutarchus. *Porro consilium Areopagitarum, quum ex annuis magistratibus constituisset, in quo ipse erat, quod archon fuisset, & populum nihilominus videret ex remissione æris alieni ferocientem, ac inflatum, alteram insuper curiam conscripsit; legitque ex singulis quatuor tribubus centenos viros, qui ut decretum facerent ante concionem, sanxit; nec quicquam, nisi ex Senatus consulto, populus rogaretur. Superiorem vero Senatum, omnium legum arbitrum, & custodem, statuit: arbitratus, quasi in anchoris duabus stantem, minus fluctuaturam civitatem: seque populum multo tranquilliorem redditurum*. Ac de Areopagi quidem constitutione, est & Ciceronis locus, *De Off*. lib. I. *Quamvis enim Themistocles jure laudetur, & sit nomen ejus, quam Solonis, illustrius; citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit Areopagitas*. Et paulo post, *Et Themistocle quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille adjuvit Themistoclem. est enim bellum gestum consilio Senatus ejus, qui a Solone erat constitutus*. Sed quod ad Senatum Areopagiticum attinet, hoc tenendum est; eum diu ante Solonem extitisse, & allectos in eundem promiscue omnes, quotquot cæteros nobilitate, autoritate, opibusque antecellerent: sed is statuit, ut deinceps illi tantum legerentur, qui archontum pridem munus obiissent: & ante Ephetas etiam posuit: ut ostendo, ex Plutarcho, & Polluce, *Areopagi* cap. III. Instituit quoque ut de accusationibus judices mille judicarent. Pollux, *lib*. VIII. *cap*. VI. χίλιοι δὲ κατὰ μὲν τὸν Σόλωνα, τὰς εἰσαγγελίας ἔκρινον. *Mille vero, ex Solonis instituto, accusationes judicabant*. Sunt & qui Nauclaros eum, qui iidem cum Demarchis, instituisse arbitrantur. Scholiastes Aristophanis, *ad Nebulas*. *Demarchi, qui prius Nauclari, sive ii a Solone constituti, sive ante*. Et mox, ex Demetrio Phalereo. *Et Demarchos Solon constituit*. Quod ad institutionem autem curiæ alterius; de ea sunt Plutarchi etiam ista verba in *Publicola*: *Curiam alteram, uti Solon, non instituit: sed, quæ erat, eam auxit, numero pæne duplicato*. Inde ad condendas leges animum adhibuit; inter quas imprimis illa memoratur, quæ infamem esse jubebat, si quis, seditione exorta, neutri parti se addictum tenuisset. Plutarchus: *Ex cæteris ejus legibus, peculiaris quidem maxime est, & præter communem opinionem, illa quæ eum, qui in seditione partem neutram sequutus fuisset, infamia notat*. Iterum, in *Præceptis Reip. gerendæ*. *At vero is, cui Deus ratione donati, ac civilis, examinis curam imposuit, tranquillitate præcipue, & placiditate, populi felicitatem æstimans, Solonis reliqua & probabit, & pro viribus imitabitur: id tamen in dubium vocabit, mirabiturque, quid in mentem illi venerit, ut legem scriberet, qua qui, seditione in civitate coorta, neutri parti se adjunxisset, infamia notatur*. Rursum meminit, lib. *De sera numinis vindicta*; &, *De sollertia animalium*. Elegantissimus est locus A. Gellii, *lib*. II. *cap*. XII. *In legibus Solonis, illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut æternæ manerent, pœnis, & religionibus, sanxerant, legem esse Aristoteles refert, scriptam ad hanc sententiam: Si ob discordiam, dissensionemque, seditio atque discordia populi in duas partes fieret, & ob eam causam, irritatis animis, utrinque arma caperentur, pugnareturque, tum qui, in eo tempore, in eoque casu civilis discordiæ, non alterutræ parti sese adjunxerit, sed solitarius, separatusque, a communi malo civitatis secesserit, is domo, patria, fortunisque omnibus careto; exsul, extorrisque esto*. Joannes Cantacuzenus, *Hist*. lib. IV. cap. XIII. *Lycurgi legum parum observantes, uni tantum Solonis studiose obediunt, notantis infamia cives, qui in civitate neutrarum partium fuissent*. Nicephorus Gregoras, *lib*. IX. *Neque enim æquum erat, nos neutri parti studere, cum Solon ad id exhortetur*. Observa autem, omnes uno ore dicere, pœnam hic fuisse infamiam. Itaque memoria destituit Ciceronem; qui commemorat, capitale fuisse: ista enim ejus verba sunt, *ad Atticum*, lib. x. epist. I. *Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei, legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset*. Exponitur vero legis hujus ratio ab ipso Plutarcho, hunc in modum. *Vult enim, ut videtur, ne quis, rebus suis in tuto collocatis, nullo publici incommodi sensu afficiatur, aut se nullo publici doloris affectu commoveri glorietur: sed ut illico partibus se melioribus justioribusque multo applicando, in periculi communis societatem veniat, opemque ferat, potius, quam sine periculo sustineat, dum victorem fors ostendat*. A. Gellius, *loco citato*. *Quum hanc legem Solonis, singulari sapientia præditi, legissemus, tenuit*

nos gravis quædam in principio admiratio, requirentes, quam ob causam dignos esse pœna existimaverit, qui se procul a seditione, & civili pugna, removissent. Tum, qui penitus, atque alte, usum ac sententiam legis inspexerat, non ad augendam, sed ad desinendam seditionem, legem hanc esse dicebat. Et res prorsum se sic habet. Nam, si boni omnes, qui in principio coercendæ seditioni impares fuerint, populumque partitum, & amentem, non deterruerint, & ad alterutram partem divisi sese adjunxerint, tum eveniet, ut, quum socii partis seorsum utriusque fuerint, eoque partes ab iis, ut majoris auctoritatis viris, temperari, ac regi cœperint, concordia per eos potissimum restitui, conciliarique, possit: dum & suos, apud quos sunt, regunt, atque mitificant: & adversarios servatos magis cupiunt, quam perditos.

CAP. XVI.

Lex, qua orbæ, impotenti nuptæ, alteri se adjungere permittit. Item illa, quæ proximum genere aut ducere orbam, aut elocare, cum quingentarum drachmarum dote cogebat. Tertia, de cæterarum mulierum dote, & matrimonii instituto. Quarta, de sororum consanguinearum nuptiis. Cornelii Nepoti error.

ALTERA quoque lex ipsius, non absurda minus visa, aut ridicula; qua opulentæ orbæ gratiam facit, si, qui eam ex lege sibi vindicavit, impotens sit ad complexum, proximis viri consanguineis se conjungere. Plutarchus. *Absurda autem, & ridicula, videtur lex illa, quæ orbæ concedit; si ille, qui eam ex lege habet, dominus illius factus, rem cum ipsa habere nequeat; ut ex mariti proximis quenquam admittat.* Sed mox quoque causam reddit. *Atqui ajunt nonnulli, recte id constitutum fuisse in eos, qui, inhabiles ad Venerem cum sint, pecuniæ tamen causa divites illas orbas matrimonio sibi jungunt, inferuntque vim naturæ, ob legis privilegium. Quum enim cernunt, licere orbæ, quem libeat, admittere, vel abstinebunt ab iis nuptiis, vel retinebunt eas: cum opprobrio, avaritiæ, & improbitatis, pœnam dantes. Bene est etiam, quod non quemlibet, sed quem velit ex viri necessariis, admittat orba, quo proles de familia sit, & de stirpe ejus.* In illis vero legis verbis altera quoque memoratur, cum inquit: *qui eam ex lege habeat, dominus illius factus.* Intelligit autem illam legem, etiam a Solone latam, qua jubebat, ut orbam genere proximus duceret, aut, quingentis drachmis datis, elocaret. Diodorus Siculus, *lib.* XII. *Tertia etiam lex de orbis, quam & Solon promulgavit, correcta fuit. Jubebat enim, ut genere proximus orbam jure in matrimonium sibi posceret, & vicissim illa quoque nuptias sibi genere proximi ex lege assereret. Atque huic necesse erat, orbam ducere, quamvis pauperem, aut quingentas ei drachmas in dotem dare.* Et hæc est illa ipsa lex, de qua Terentius, in *Hecyra*, Act. I. Sc. II.

Lex est, ut orbæ, qui sunt genere proximi,
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex jubet.

Ac de elocatione, cum dote quingentarum drachmarum, id est, quinque minarum, in *Phormione*, Act. II. Sc. III.

Etsi mihi facta injuria est, verum tamen,
Potius quam lites secter, aut quam te audiam,
Itidem ut cognata si sit, quod lex jubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.

Vide quæ accurate dixi de hac lege, *Lectionum Atticarum*, lib. V. cap. I. Solis autem his virginibus dotem statuit; in cæteris nuptiis, nihil permittebat dari, quam tres vestes, & nonnullam parvi pretii supellectilem. quippe sic existimabat, non debere matrimonium mercenarium, aut venale, quasi esse: verum liberorum tantum quærendorum, & amicitiæ, gratiæque causa contrahi. Plutarchus: *Cæteris conjugiis dotes detraxit, sponsamque præter tres vestes, & supellectilem parvi pretii, inferre quicquam vetuit. Neque enim meritorium, aut venale, volebat esse fœdus nuptiarum; sed, liberorum causa, & gratiæ, atque amicitiæ, virum ac mulierem consociari.* Neque dubium est, quin supellex quoque ista expressa a Solone fuerit: nam sartaginem nominat Pollux, *lib.* I. *cap.* XII. *sect.* XV. *Solon vero etiam sponsas, ad nuptias euntes, sartaginem ferre jussit.* Certe Solonem voluisse nuptias contrahi liberorum tantum quærendorum causa, idque lege statuisse, refert etiam, quanquam omisso Solonis nomine, Isidorus Pelusiota, *lib.* III. *Epist.* CCXLIII. *Et apud Athenienses legitimum conjugium liberorum quærendorum causa fieri dicebatur.* Et huc respexit Nonnus, *Dionysiacorum* lib. XLI.

Et Themis Ilithyia, tumidum per sinum
Angustato partu, expandens tegumentum,
Acutum telum sustulit maturato partu,
Leges Solonis habens.

Et postea iterum.

Cadmus eloquentis docet orgia vocis
Leges Solon illibatas, & justum Atticæ tædæ.

Statuit etiam, ut sponsa cum sponso concluderetur, malumque cum eo cydonium comederet. Plutarchus. *Huc facit item, quod sponsa cum sponso concludatur, ut malum cydonium cum eo edat.* Iterum, in *Præceptis Conjugialibus. Solon jubebat sponsam cum sponso concludi, ut malum cydonium cum eo comederet: innuens, ut videtur, primam oris, & vocis, gratiam, concinnam, & suavem, esse debere.* Permisit autem matrimonia quam latissime: etiam sororum, quanquam tantum consanguinearum; non item uterinarum. Philo, *de Leg. Spec.* lib. II. *Deinde præceptum est, de non ducenda sorore, omnino honestum, & ad temperantiam tendens, ac modestiam. Et Solon quidem Atheniensis consanguineas ducere permittens, uterinarum tamen nuptiis interdixit: contra vero Lacedæmoniorum legislator, uterinarum concedens, consanguinearum matrimonio abstinere jubet.* Aristophanes ex Euripide profert locum, ubi frater reprehendatur, qui cum sorore uterina rem habuerit. Locus est in *Nubibus*.

Ille vero confestim cecinit ex Euripide locum quendam quomodo consueverit
Frater, mehercle, cum sorore uterina.

Ad quæ verba sic Scholiastes. *Scripta est ab Euripide fabula*, Æolus: *in qua introducebat Macareum, Æoli filium, qui Canacen sororem vitiaverat. Quandoquidem vero apud Athenienses permissum est, sorores consanguineas sibi matrimonio jungere, ut exaggeret delictum, addidit, uterinam fuisse.* Non recte de germana sorore dicit Corn. Nepos in *Proœmio*. *Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio, quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto.* Iterum in *Cimonis Vita*. *Habebat autem in matrimonio sororem germanam suam, nomine Elpinicen: non magis amore, quam more, ductus; nam Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere.* Nimis generaliter, & sine exceptione, Minutius, in *Octavio*. *Athenis cum sororibus legitima conjugia.* Neque enim cum uterinis, ut ostendi; sed cum consanguineis tantum.

CAP. XVII.

Convitia in vivos pariter & mortuos vetat. Testamentifactionem liberam statuit iis, qui sine liberis decederent. Tum profectiones mulierum, item luctum in funeribus, & sumtum, ordinat. In otiosos pœnam sancit: & parentibus alimenta denegat, qui liberos suos artem nullam docuissent, aut ex meretrice prolem suscepissent.

POSUIT & leges convitiis, tam in mortuos, quam in vivos; ita ut illis quidem, universim male dicere non liceret: istis vero, apud sacra, judicia, curias,& ludos. quique in hac re deliquisset, drachmis quinque mulctabatur: quarum tres, læso cedebant; duæ reliquæ, ærario. Plutarchus. *Commendatur item lex Solonis, quæ maledicta vetat in defunctos, in vivum quoque itidem prohibet, apud sacra, judicia, curias, & in ludorum spectaculo: aut mulctam persolvendam statuit privato drachmas tres, & alias duas ærario publico.* De convitiis in mortuos, sunt Demosthenis quoque verba, Orat. *in Leptinem*. *Quin illa etiam lex Solonis est e laudatarum numero: Mortuo nemini maledicendum, etiamsi quis a liberis ejus maledictis incessatur.* Legem quoque de Testamentis condidit, qua permisit unicuique, sine liberis decedenti, quemcunque hæredem instituere; modo vel morbo, aut aliquo veneficio, aut vi coactus, aut blanditiis uxoris inductus, illud faceret. Plutarchus. *Probatur etiam ejus lex de testamentis. Etenim antea non erat jus testamentum condere; sed penes defuncti genus pecunias, & domum, remanere oportebat. Hic vero liberum facit, liberis non existentibus, cui visum esset, sua donare: amicitiamque propinquitati, & gratiam prætulit necessitati: effecitque, ut pecunia, quorum esset, in eorum etiam potestate foret. Nec temere tamen, aut simpliciter, dare indulsit: sed, si non per morbum, pharmacumve, neque vinculis, aut necessitate constrictus, vel uxoris blanditiis inductus esset.* Iterum, in *Quæstion. Rom.* *Quemadmodum Solon, qui legem tulit, ut donationes mortuorum ratæ essent: nisi quis aut necessitate coactus, aut ab uxore persuasus fuisset.* Demosthenes, Orat. *in Leptinem*, jam citata. *Solon quidem legem tulit: licere, cui liberi legitimi non sint, quem libitum sit, hæredem instituere.* Occurrit lex eadem iterum, apud eundem, *in Stephanum*, Orat. II. Profectionibus quoque mulierum, luctibusque, item festis, modum statuit, vetans; ne quo peregre euntes amplius tribus stolis secum ferrent: neve cibi plus, quam obolo coemissent: neque calathum, cubitali grandiorem: denique, ne noctu iter, nisi ad lucernam faceret: & ut curru veheretur. Plutarchus. *Profectiones quoque mulierum, luctusque, & festa, lege adstrinxit, inconditam licentiam coercente. Proficiscenti foras, tres non amplius stolas permittit habere; neque plus cibi, vel potus, secum efferre, quam obolo emtum: neque calathum, cubitali majorem: nec de nocte, nisi curru vectam, ad lucernam iter facere.* Quod luctum attinet, lacerationes plangentium vetuit: tum quæ alia ploratum excitarent, & ejulatum, in funeribus alienis: item, ne plus tribus vestibus cum defuncto conderent: neve ad sepulchra accederent aliorum, nisi quando efferrentur. in festis vero mortualibus, ne, ut ante, bove cæso parentarent. Plutarchus. *Lacerationes plangentium, ploratum excitantia, & ejulatum, in aliorum funeribus, sustulit. parentare bove, interdixit; vel amplius quam tres vestes cum mortuo condere: ad aliena monumenta, nisi in exequiis, accedere.* Ubi, quæ de lacerationibus plangentium, & ejulatibus, ac tribus vestibus, & uni-

A versim funerum sumtu, memorantur; ea quoque a Romanis, cum leges suas ab Atheniensibus peterent, in XII. tabulas translata. Cic. *de Leg.* lib. II. *Jam cætera in duodecim, (Tabulis,) minuendi sumtus sunt, lamentationesque funeris; translata de Solonis fere legibus. Extenuato igitur sumtu tribus viciniis, tollit etiam lamentationem. Mulieres genas ne radunto: neve lessum, funeris ergo, habento: quia Lex Solonis idipsum vetat.* Et postea. *Posteaquam, ut scribit Phalereus, sumtuosa fieri funera, & lamentabilia, cœpissent, Solonis lege sublata sunt. quam legem iisdem prope verbis nostri decemviri in decimam tabulam conjecerunt. Nam*
B *de tribus viciniis, & pleraque illa, Solonis sunt: de lamentis vero, expressa verbis sunt: Mulieres genas ne radunto; neve lessum, funeris ergo, habento.* Præterea, cum videret, urbem indies frequentiorem multo fieri, agrum incultum relinqui, lege cavit; ne filius, quem parens nullam artem docuisset, ipse quoque alimenta ei dare teneretur. Plutarchus. *Porro urbem cum videret hominibus, quotidie in Atticam undique propter libertatem, & securitatem, confluentibus compleri; agrum autem fere infecundum, ac malignum: eos vero, qui mare exerceant, nihil solere apportare iis, qui nihil ha-*
C *beant, quod reddant; traduxit ad artificia cives, ac legem tulit: ne filius patrem, qui ipsum artem non docuisset, alere cogeretur.* Vitruvius, in *Præfat.* lib. VI. *Omnium Græcorum leges cogunt parentes ali a liberis; Atheniensium, non omnes, nisi eos, qui liberos artibus erudiissent.* Galenus, in *Exhort. Orat. ad Artes*. *Laudaverit aliquis etiam legislatorem Atheniensium, qui vetabat, filium alimenta dare patri, a quo arte nulla imbutus esset.* Huc allusit Theophylactus Simocatta, *Epist.* VII. *Lactentem adhuc equum, quum nutrice destitutum viderint, & longius alicubi abesse matrem, ut fit interdum, maternum aliquid faciunt, sicut debet ea, quæ pullum*
D *peperit, (nec enim suæ ipsius naturæ obliviscuntur) & fovere relictum non gravantur, tanquam veros, propriosque fœtus. Et hæ quidem, a natura ita sunt affectæ; neque enim lex Solonis illas cogit.* Alias, si quis parentem non aluisset, eum infamia notabat. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. inter alias ipsius leges hanc quoque recitat. *Si quis parentes non aluerit, infamis esto.* Et huc respexit Ælianus, *Hist. Anim.* lib. IX. cap. I. *Et Solon leonibus non præscribit; qui, lege lata, liberis parentes alendi necessitatem imponit.* Ut autem parentibus, nullam artem liberos suos docentibus, pœnam negligentiæ statuit, ita etiam ignavis: dato
E Areopagitis mandato, ut observarent, quonam quisque modo vitam toleraret. Plutarchus. *Et curiæ Areopagitarum præcepit, quonam se quisque quæstu tueretur, observare, atque in otiosos animadvertere.* Diogenes Laertius, in commemoratione legum ejus. *Quique otiosus est, in eum actio cuilibet esto.* Ter autem convictus, infamia notabatur. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* VI. *Ocii porro, ex Draconis lege pœna erat infamia: ex Solonis vero, si ter reus peractus esset, infamia mulctabatur.* Ubi quæ de pœna infamiæ ex Draconis lege dicit, vereor, ne memoria destituatur, cum illa capitale censeat; ut refer-
F tur a Plutarcho, in *citatis* ante *verbis*, cap. XIII. Et hanc quoque a Solone indictam pœnam dicunt alii; & acceptam ab Amaside Ægyptio legem. Herodotus, *lib.* II. *Hic est autem Amasis, qui legem tulit; demonstrare unumquemque apud præsidem loci, unde vivat: quod qui non fecerit, aut demonstrare vitæ suæ rationem justam non potuerit, hunc morte mulctandum. Solon autem Atheniensis, sumptam hanc legem ex Ægypto Atheniensibus promulgavit; qua illi perpetuo utuntur, lege sane inculpata.* Hoc ipsum est, quod ait Diodorus Siculus, ubi leges

Ægyptiorum recenset, lib. I. *Insuper injunctum erat Ægyptiis omnibus, ut nomina apud præfectos profiterentur, indicantes simul, quo proventu, & vitæ genere, victum sibi unusquisque compararet: ac mentitus, vel injustum agitans quæstum, mortis pœnam incurrebat. Quam legem Solon ad Ægypti imitationem, Athenas traduxisse fertur.* Sed de hac re vide, si est operæ pretium, quæ notavi *Areopagi* cap. IX. Ut autem statuit, ne parentibus ii alimenta darent, qui artem ab ipsis nullam omnino edocti essent; ita etiam id indulsit e meretrice procreatis. Plutarchus. *Illud vero jam durius, quod ad alendos parentes non adstringerentur e meretricibus procreati.*

CAP. XVIII.

Leges ejus in adulteros, raptores, & lenones. Πωλεῖν, & Πωλεῖσθαι, quid in ejus lege quadam. Plutarchi locus explicatus. Tum in servos: ne pueros amarent, aut sicca quoque unctione uterentur.

REPREHENDUNTUR quoque leges, quas de mulieribus tulit, ut absurdæ. Quippe adulterum, deprehensum, occidere permisit: ac raptori, si quidem liberam rapuisset, centum drachmarum mulctam irrogabat: lenoni viginti: nisi scorta manifesta adhibuisset. Plutarchus. *Omnino vero plurimum absurdi videntur habere leges illæ, quæ de mulieribus sunt latæ a Solone. nam adulterum interficere, deprehendenti concessit; ac, si quis ingenuam mulierem rapuerit, centum drachmarum mulctam constituit: si quis vero lenocinaretur, drachmas viginti; exceptis iis, quæ palam commeant.* Ubi, quod adulterum licere occidere constituerit, observare est apud Auctores; qui, quantamvis sine nomine latoris, legis mentionem faciunt. Syrianus, *in Hermogenem. Adulterum quispiam, juxta legem de adulteris, interfecit.* Et Sopater alibi, *in eundem. Lex est, adulterum occidi.* Curius Fortunatianus, *Rhet. Schol.* lib. I. *Adulteros licet occidere.* Verum hoc est observandum; quod concessam cædem dicat, non præceptam. Atque hoc verum est. Nam occidere deprehensum, si volebat, sinebatur; quod si nollet, etiam pecuniariam mulctam exigere licebat. Hinc est illud apud Anonymum, in *Problem. Rhet. Lex jubebat, ut adulter pecuniam daret, aut confestim moreretur.* Et videre est, apud Lysiam, in Orat. *De cæde Eratosthenis*; ubi narrat, ipsum pecuniam obtulisse, quod lex jubebat: se vero, quod licitum erat, interficere voluisse. *Et ille, fatebatur quidem injuriam, sed orabat, & supplicabat, ne se interficerem, sed pecuniam exigerem: ego vero inquiebam, non me occisurum ipsum, verum civitatis legem; quam transgressus, voluptate inferiorem existimasset, ac flagitium istiusmodi in uxorem, liberosque etiam meos, admittere maluisset, quam obedientem legibus, ac modestum, se præbere.* Neque adulterium tantum in uxore lex statuebat, verum & in concubina. Lysias, in *eadem Orat.* non multo post, ubi de eadem lege illi sermo. *Atque ipse legislator adeo justa hæc esse arbitratus est, ut in concubinis etiam, dignitate inferioribus, eandem pœnam constituerit.* Et hoc ipsum sine dubio Jurisconsulti Romani hinc acceperunt. Ita enim habent verba Papiniani, in l. *si uxor* XIII. D. *Ad legem Juliam de adult. coerc. Si uxor non fuerit in adulterio, concubina tamen fuit; jure quidem mariti, accusare eam non poterit, quæ uxor non fuit: jure tamen extranei, accusationem instituere non prohibebitur: si modo ea sit, quæ, in concubinatum se dando, matronæ nomen non amisit: ut puta, quæ patroni concubina fuit. Plane, sive justa uxor fuerit, sive injusta, accusationem instituere vir poterit. nam, ut Sextus Cæcilius ait, hæc lex ad omnia matrimonia pertinet, & illud Homericum adducit: Nec enim soli, inquit, Atridæ, uxores suas amant.*

Οὐ μοῦνοι φιλέους ἀλόχους μερόπων ἀνθρώπων
Ἀτρεῖδαι. ——

Et adulteri quidem pœna ista fuit; nunc, adulteræ quam statuerit, videamus. Non ornari eam licuit, aut intrare templa publica; ne matronas, famæ integras, interventu ullo suo inquinaret, ac corrumperet: quod si tamen se ornasset, aut in fana ingressa esset, cuivis ejus vestimenta lacerare, & diripere ornatum, tum & verberare ipsam, modo ne vel mutilaret, vel occideret, licitum erat. Æschines Orat. *in Timarchum. Solon autem, legumlatorum celeberrimus, scripsit more antiquorum, & graviter, de disciplina matronarum. Mulierem enim, in qua adulter deprehensus fuerit, ornari non sinit, nec in fana publica intrare; ne suo interventu integras matronas corrumpat. quod si intraverit, aut sese ornaverit, quemvis dilacerare ejus vestimenta, & ornatum diripere, jubet, & eam verberare: hactenus tamen, ne vel occidat, vel mutilet. eo modo talem mulierem omni dignitate privans, ac vitam ei morte acerbiorem reddens.* Et Demosthenes, *in Neæram. In qua enim muliere deprehensus fuerit adulter, ei in nullum templum populare licet ingredi; cum in ea & peregrinis mulieribus, & ancillis, liberum aditum præbuerint leges, tum spectandi, tum supplicandi gratia: Solas istas mulieres ingressu publicorum fanorum leges prohibent, in quarum aliqua adulter fuerit deprehensus. Sin ingressæ fuerint, contemtis legibus, impune quovis modo mulctari licere, vitæ modo parcatur: & mulctandi eas potestatem lex cuivis obvio dedit.* Ac mox iterum. *Neque mulieri liceat ingredi in fana publica, in qua fuerit adulter deprehensus. Sin ingressa fuerit; impune quidvis in eam liceat, morte excepta.* Sed nec viro eam ultra in matrimonio habere permittebatur: si fecisset, infamia mulctabatur. Occurrit apud eundem etiam Oratorem, in *eadem oratione. Postquam autem adulterum deprehenderit, ei, qui deprehendit, porro habere in matrimonio mulierem, ne liceat: quod si vero etiam habuerit, infamis esto.* Non dabatur autem judicium, nisi in eos, qui in ipso opere essent deprehensi. Ulpianus, in l. *Quod ait*, XXIII. D. *Ad Legem Jul. de adult. coerc.* clare exprimit. *Quod ait lex, IN FILIA ADULTERUM DEPREHENDERIT, non otiosum videtur. Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehendat. Labeo quoque ita probat: & Pomponius scripsit, in ipsis rebus Veneris deprehensum occidi. & hoc est, quod Solon, & Draco, dicunt, ἐν ἔργῳ.* Lucianus in *Eunucho*. Εἰ δὲ μή, ψεύδονται οἱ περὶ αὐτοῦ λέγοντες, καὶ μοιχὸς ἑάλω ποτέ, ὡς ὁ ἄξων (τοῦ Σόλωνος) φησίν, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. *Alioqui mentiuntur, qui dicunt: eum aliquando in adulterio deprehensum, ut tabula (Solonis) loquitur, membra in membris habentem.* Et hoc indicat loquendi modus Oratorum Græcorum, ex verbis legis desumtus, quo videmus eos uti, in *citatis* ante *verbis*; *In qua adulter deprehensus fuerit*: & in verbis *legis* Latinæ, etiam citatæ ab Ulpiano. *In filia adulterum deprehenderit.* Quod vero Plutarchus de lenone memorat, mulctam ipsi constitutam fuisse drachmarum viginti; dissentit vehementer Æschines, qui supplicium illi capitis positum fuisse ait, Orat. *in Timarchum*, istis verbis. *Lenones item accusari (Solon) jubet, & convictos capite plecti: propterea quod, mercede locata sua impudentia iis, qui quidem delinquere cupiunt, & tamen inter se colloqui dubitant, ac verentur, efficere solent, ut periculum faciant, & colloquantur.* Denique etiam prohibebat, ne quis filiæ, aut sororis, lenonem ageret, nisi quam cum viro virginem consuevisse deprehenderet. Plutarchus. Ἔτι δ᾽ οὔτε θυγατέρας πωλεῖν, οὔτ᾽ ἀδελφὰς, δίδωσι·

πλὼ ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην. *Praeterea neque filias, neque sorores, commeare permittit: nisi quam cum viro virginem rem habuisse deprehendisset.* Ubi non recte eruditissimus Cruserius πωλεῖν, vertit, *vendere*: ut & illud, cum dicit, lenonem viginti drachmis mulctandum, ob conciliatas faeminas, πλὼ ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται: exponit; *exceptis, quae propalam venales sunt*, cum debuisset; *praeter illas, quae propalam ad amatores commeant*: nam πωλεῖν, ibi est, *Ambulare*, *Commeare*: Et ipse Plutarchus, explicare semet cupiens, statim addit: Λέγω δὴ τὰς ἑταίρας· αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας. *Meretrices dico: illae enim palam ad amatores commeant.* Certe hanc verbis πωλεῖσθαι significationem esse in lege Solonis, docet etiam Lysias, *in Theomnestum* Orat. I. ubi, de lege quadam Solonis agens, ita ait. Προσέχετε τὸν νοῦν. τὸ μὲν πεφασμένως ἐστὶ φανερῶς· πωλεῖσθαι δὲ, βαδίζειν. *Animadvertite*; πεφασμένως, *idem est, quod* φανερῶς, *aperte*, *manifeste*: πωλεῖσθαι *vero, est* βαδίζειν, *ire*, *incedere*. Insuper in servos quoque legem posuit; vetuitque, ne aut pueros amarent, aut & sicca unctione uterentur. Plutarchus in *Solone*: Καὶ νόμον ἔγραψε, διαγορεύοντα, δοῦλον μὴ ξηραλοιφεῖν, μηδὲ παιδεραστεῖν. *Legem scripsit, diserte vetantem, ne sicca unctione uteretur servus, neve pueros amaret.* Et iterum in *Amatorio*. Σόλων δούλοις μὲν ἐρᾷν ἀρρένων παίδων ἀπεῖπε, καὶ ξηραλοιφεῖν· χρῆσθαι δὲ συνουσίαις γυναικῶν οὐκ ἐκώλυσε. *Solon puerorum quidem amore, & sicca unctione, servis interdixit: mulierum vero concubitu non item.* Ac causam exprimit utrobique.

CAP. XIX.

Leges de athletarum praemiis, lupi captura, puteis communibus; ubi obiter equestris curriculi spacium indicatum, & Hesychius correctus. Tum de arboribus plantandis, & regundis item finibus. eaque in re Plutarchi locus emendatus: de alveariibus collocandis, fructibusque non exportandis, excepto oleo: de quadrupedis pauperie, civitatis communicatione, & epulo publico.

ATHLETARUM item praemia ordinavit; & Olympionicae quidem, drachmas statuit quingentas; Isthmionicae vero centum. Plutarchus. *Victori ludis Isthmiis, centum drachmas, dari jussit: Olympiis autem, quingentas.* Diogenes Laertius. *Athelatarum quoque praemia contraxit; & Olympiis quidem, qui vicisset, huic quingentas drachmas dari: Isthmiis vero, centum jussit.* Lupum quoque qui, abs se captum, aut occisum, adduxisset, quinque drachmas accipiebat: qui lupam, unam. Plutarchus, *Ei qui lupum adduxisset, quinque drachmas dedit; qui lupam, unam: ut Demetrius Phalereus refert.* Scholiastes Aristophanis, *Ranis*, longe majus pretium tradit; &, qui catulum occidisset, hunc talentum: qui adultum, eum duo accepisse. *Lupos olim in Attica interficiebant; & lex erat, quae occidere juberet: itaque, qui lupi catulum occidisset, is talentum; qui adultum, duo talenta accipiebat.* Quae totidem verbis habes etiam apud Suidam, *in* Θεσμονή. Ac mandata haec captura iis, quibus agri pascui plus, quam arvi, esset: utpote ad quos magis etiam pertineret, propter pecora, quae pascebant. Plutarchus postea. *Olim autem Atheniensibus usitatum, bellum adversus lupos gerere: iis quidem, quibus ager pascuus magis, quam arvus, esset.* Honoratum tamen illis animal id fuisse invenio; ac colligere necessaria sepeliendo tenebatur, si quis lupum occidisset. Scholiastes Apollonii *lib.* II. *Honoratum enim animal (lupus) apud Athenienses: quique interfecit lupum, colligit ipsi, quae ad sepulturam ejus requiruntur.* Nempe quia Apollini sacrum existimabant. Hesychius. *Est enim lupus Apollini sacer.* Idem est videre apud Aelianum, *Hist. Anim.* lib. X. cap. XXVI. & Scholiastem Sophoclis, *in Electram.* Quia vero etiam aquarum penuria Athenienses laborabant, lege statuit, uti puteum communem unum haberent, qui curriculi equestris spatio circum eum adhabitabant; qui remoti longius essent, ipsi fodere tenebantur. ac si, ubi decem passus altum puteum effodissent, nondum aquam invenissent, tum ex proximo hydriam sex congiorum bis quotidie implere sinebatur. Plutarchus. *Postquam vero, quod aquam attinet; neque fluvii perennibus, neque lacubus fontibusve copiosis, sat instructa erat regio, sed plerique puteis factis utebantur, legem tulit; uti puteus publicus esset, intra curriculi equestris spatium, quod est quatuor stadiorum, eo uti uterentur: ubi longius abesset, uti aquam propriam quaererent. sed si, postquam ad decem passuum altitudinem effodissent, minime eam invenissent, tum ut peterent e proximo, & quotidie hydriam sex congiorum bis implerent.* Ubi quod in verbis legis curriculi equestris spatium quatuor esse stadiorum explicatur, revocat in mentem mihi Hesychii locum, huc omnino respicientem, sed corruptum: ita enim hactenus editur. Ἱππικὸν, τὸ στάδιον. *Equestre, stadium.* Emendo, Ἱππικὸν, τετραστάδιον. *Equestre, quadristadium.* Sic paullo ante recte apud eundem legitur. Ἵππειος δρόμος, τετραστάδιός τις. *Equestre curriculum, quadristadium quoddam.* Meminit vero hujus spatii etiam Hero, lib. *De Geodaesia*, Propos. III. *Juxta latitudinem hippici ad sinistram fundae partem observetur.* Ad plantationes quoque curam vertit, ac praescripsit; qui aliam quamcunque arborem in agro suo plantaret, a vicino is absistere pedum quinque intervallo: qui ficum, aut oleam, novem; qui scrobem, aut fossam, ducere vellet, quam profunde effodisset, tantum a fundo alieno is abstineret. Plutarchus. Ὥρισε δὲ καὶ φυτειῶν μέτρα μάλ' ἐμπείρως, τοὺς μὲν ἄλλο τι φυτεύοντας ἐν ἀγρῷ, πέντε πόδας ἀπέχειν τοῦ γείτονος κελεύσας· τοὺς δὲ συκῆν, ἢ ἐλαίαν, ἐννέα. βόθρους δὲ, καὶ τάφρους, τὸν βουλόμενον ἐκέλευσεν ὀρύσσειν, ὅσον ἐμβάλοι βάθος ἀφιστάμενον μῆκος τ' ἀλλοτρίου. *Modum vero plantationum admodum perire determinavit; qui enim aliam quampiam arborem in agro suo plantaret, eum a vicino absistere pedes quinque imperavit: qui ficum, aut oleam, novem. qui scrobes, aut fossas, fodere vellit, eum ita fodere jussit, uti, quam profunde foderet, tanto etiam intervallo ab alieno abstineret.* Sed corruptum leviter verbum sic restituo, βόθρους δὲ, τάφους, τὸν β'. *Qui scrobes, aut sepulcra, fodere v.* Auctor mihi emendationis meae Cajus Jureconsultus, lib. IV. *ad legem* XII. *Tab.* cujus verba repraesentantur in l. *Sciendum est*. XIII. *D. Finium regundorum*, in hunc modum. *Sciendum, est, in actione finium regendorum illud observandum esse, quod ad exemplum quodammodo ejus legis scriptum est, quam Athenis Solonem dicitur tulisse: nam illic ita est.* Ἐάν τις αἱμασιὰν παρ' ἀλλοτρίῳ χωρίῳ ὀρύττῃ, τὸν ὅρον μὴ παραβαίνειν. ἐὰν τειχίον, πόδα ἀπολιπεῖν· ἐὰν δὲ οἴκημα, δύο πόδας. ἐὰν δὲ τάφον, ἢ βόθρον, ὀρύττῃ, ὅσον τὸ βάθος ᾖ, τοσοῦτον ἀπολιπεῖν. ἐὰν δὲ φρέαρ, ὀργυιάν. ἐλαίαν δὲ, καὶ συκῆν, ἐννέα πόδας ἀπὸ τοῦ ἀλλοτρίου φυτεύειν. τὰ δ' ἄλλα δένδρα, πέντε πόδας. Ubi observa differentiam. Videndus quoque Constantinus Harmenopulus, *lib.* II. *Tit.* IV. *cap.* περὶ φυτῶν; & Auctores *De Limitibus Agrorum* a Turnebo olim editi, pag. 180. Qui alverarìa ponere vellet, eum abscedere ab alienis, prius positis, ad trecentos pedes, jussit. Plutarchus. *Qui apum alvearia collocat, (jussit) dissitum esse ab iis, quae ab alio prius collocata fuerint, ad trecentos usque pedes.* Cavit item, ne quid

A fructuum Attica exportaretur, præter oleum: si quis quicquam exportasset, ab archonte devoveri necesse habebat; qui si illud neglexisset, centum drachmis mulctabatur. Plutarchus. *Ex fructibus distrahere quicquam apud peregrinos vetuit, præter oleum duntaxat, & archontem exportantes devovere diris jussit, aut ærario centum drachmas ipsum exsolvere.* Si quadrupes pauperiem fecisset, noxæ dedi statuit; & canem quidem, qui momordisset, catena quatuor cubitorum alligatum exhiberi. Plutarchus. *Scripsit etiam de pauperie, a quadrupedibus facta, legem: in qua canem, qui momorderit, catena quatuor cubitos longa alligatum, noxæ dandum esse præcipit.* B Quo respexit Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. *Quemadmodum, qui canes eos, qui momorderint, catena vinctos, noxæ dedunt.* Et in civitatem recipi nullum sivit, nisi aut perpetui exilii condemnatum, aut cum familia universa, ad artem illic exercendam, advenientem. Plutarchus. *Præbet vero etiam scrupulum lex de civibus adscriptitiis, quia recipi in civitatem vetat, nisi qui in perpetuum exilium e sua patria sint ejecti, aut cum toto domicilio, artis exercendæ gratia, Athenas commigraverint.* Statuit quoque, ut quibusdam, honoris ergo, publice epulum præberetur: ita tamen, ne eidem pluries fieret; C ac si quisquam hunc honorem sibi oblatum recusasset, ei pœnam irrogavit. Plutarchus. *Proprium vero est Solonis etiam istud, de epulo publico exhibendo; quod coepulari ipse nuncupavit, eundem autem sæpius excipi, non permittit: excipique recusantem, cui illud deferatur, pœna afficit: hunc, plus justo appetentem; illum, bonoris publici fastidientem esse ratus.*

C A P. XX.

Leges de prodigis, scortatoribus; & eorum, qui in bello occidissent, liberis publice alendis; de pupillis, D annulariis, unum oculum habentibus, furibusque: & hic Libanii locus quidam emendatus: de archonte ebrio.

Et hæ quidem ejus leges, a Plutarcho memoratæ. Sed & aliæ fuerunt, quarum alii meminerunt. Ita prodigum, quique avitum patrimonium consumsisset, infamem esse statuebat. Diogenes Laertius in *ejus Vita*, lib. I. ubi leges quasdam ejus nobis tradit. *Si quis parentibus alimenta non præbuerit, infamis esto: quique patrimonium suum abligurierit, eodem modo.* Anonymus, in *Probl. Rhet.* *Qui paternas opes prodegerit, infamis esto. insumsit* E *quidam paternas opes, in honores amicorum, & ex lege accusatur.* Huc pertinet, quod Æschines Orat. *in Timarchum*, prodigos recenset quoque quarto loco, inter eos, qui a verbis apud populum e suggestu faciendis, tanquam infames, prohibentur. *Quarto loco cum quibus agit? Si quis patrimonium, aut hæreditaria bona, per luxum absumserit. Nam, qui familiam male administraverit, eodem modo remp. etiam curaturum existimavit: neque fieri posse censuit legislator, ut idem homo & privatim esset improbus, & publice bonus: aut decere, ut orator suggestum ascenderet, qui habendæ orationis prius, quam ducendæ vitæ, rationem instituisset.* Scortator etiam, ut infa-F mis, a suggestu excludebatur: neque verba apud populum facere permittebatur. Diogenes Laertius, *loco citato. Et scortatorem a suggestu arcet.* Syrianus, *Comment. in Hermogenem. Et exceptione submovet ipsum, juxta legem, quæ scortatorem dicere prohibet.* Æschines, *in Timarchum. Tertio cum quibus agit (legislator?) si quis, inquit, meretricium quæstum fecerit, aut scortator fuerit. Nam, qui suum corpus ad ignominiam vendiderit, eum etiam reip. negotia facile venditurum esse existimavit.* Loquitur de iis, quibus suggestu lege interdictum erat: inter quos nunc tertio loco scortatorem refert. Demosth. *in Androtionem. Operæ precium porro est, Athenienses, diligenter inquirere, & spectare, quantæ curæ Soloni fuerit, hujus legis auctori, in omnibus, quas sanxit, legibus, respublica; & quanto de hac, quam de iis rebus, quæ legibus continentur, magis sollicitus fuerit. Quod cum ex aliis multis legibus perspicitur, tum vero ex hac, qua vetat, ne ii, qui se prostituerunt, in publico vel dicant, vel decernant.* Marius Victorinus, *in* II. *Rhet. Cic. Impudicus ne concionetur. Major est autem autoritas legis, quæ vetat; quam illa, quæ imperat. Omnis enim lex, quæ vetat, fortior propterea, quia corrigit illam, quæ permittit, aut imperat. Etenim, cum omnem hominem ad concionem venire liceat, & sit hæc lex, quæ quasi permittat: hæc, quæ vetat, infamis ne concionetur, corrigit illam legem.* Liberos etiam eorum, qui in bello cecidissent, publice enutriendos, & docendos esse censuit. Diogenes Laertius. *Et filios eorum, qui in bellis occubuissent, ex publico alendos, & erudiendos, præcepit.* Meminitque hujus legis Lesbonax, in *Protreptico. Quænam mors dulcior? aut quorum post mortem major gloria est? sepulcro publico digni esse existimantur, sacra in honorem eorum peraguntur, ludi item constituuntur, ac pro corpore mortali monumentum immortale relinquunt: liberi vero eorum, publice enutriuntur.* Alebantur vero, usque ad pubertatem: tunc donati integra etiam armatura, domum suam remittebantur. Aristides in *Panathenaica sua. Soli autem omnium hominum tria hæc sanxistis lege: ut, qui pro patria obiissent, cum ipsi quotannis ad sepulchra publice laudarentur, tum eorum quoque liberi usque ad pubertatem de publico alerentur, postea paternam domum cum integra armatura remittendi: debiles item cives publice nutrirentur.* Neque liberis tantum hoc modo lege hac sua prospexit, verum & parentibus eorum; vetans, ne injuria quisquam eos ulla afficere auderet. Indicat id nobis Plato, in *Menexeno. Et ipsi reip. curam nostis, quæ, cum leges ferret de eorum, qui in bello cecidissent, liberis, ac parentibus, supremo magistratui mandavit, ut curaret, ne in bello defunctorum parentes, supra cæteros cives omnes, injuria ulla afficerentur: liberos vero, ipsa una educat.* Porro statuit, ne pupillorum matrem tutor matrimonio sibi jungeret; neve tutor item fieret, qui futurus hæres esset, post excessum pupillorum: item, ne sigillum ullum annuli, abs se venditi, annularius retineret: tum, qui unum habenti oculum, eum ipsum excussisset, huic excutiendum utrumque: denique, furem, atque ebrium archontem, morte puniendum esse. Diogenes Laertius. *Pulcherrime etiam illud statuit; ne tutor pupillorum matrem uxorem duceret; neve tutor ille fieret, qui, post mortem pupillorum, hæres bonorum esse deberet. Illud etiam, ne liceret annulario, annuli, quem vendidisset, sigillum servare. Et, qui unum habenti oculum, eum ipsum eruisset, huic ut ambo eruerentur. Et, quæ non posuisti, ne tollas: alias, capitale fore. Denique archontem, si deprehensus fuerit ebrius, capite plectendum esse.* Ubi quæ commemorantur de tutore, etiam tradit Syrianus, *in Hermogenem. Lex est, ne mulier, sub tutore constituta, aut ei, aut ejus filio, nubat.* Ecce vero, non duntaxat cum tutore, verum neque ejus filio, mulier, sub tutela posita, nuptias contrahere permittebatur: quod in liberis quoque ejus observatum. Marcellinus, *in Hermogenem eundem. Lex est, ne pupilla vel tutori, vel tutoris filio, nubat.* Cyrus Sophista, *De Diff. Stat. Lex pupillum tutori nubere, ejusve filio, vetat. tutor, filium abdicavit; ille, virginem imminuit: quæ cum ejus sibi nuptias elegisset, pater ipsum in gratiam recepit. accusatur, ceu in fraudem legis fecisset.* Anonymus *Probl. Rhet.* I. *Lex jubebat, ne vel tutor, vel tutoris filius, pupillam uxorem duceret. Tu-*

toris filius, abdicatus, pupillæ stuprum per vim intulit: eumque pater postea in integrum restituit. Accusatur, tanquam in fraudem legis fecisset. Quod autem de pœna furti ait Diogenes, eam capitis fuisse; id confirmat quoque Isocrates, *in Lochitem. Equidem vos, si quem sacrilegii, furtive, damnatis, in irroganda pœna non id spectare video, quantum abstulerint; sed, sine discrimine, omnes capitis damnare.* Nihilominus non est hoc simpliciter verum. Æschines, Orat. *in Timarchum*, eos fures capite luisse ait, qui confessi crimen essent. *Leges vero jubent fures confitentes capite plecti. negantes, judicio sisti.* Alii tradunt dupli tantum condemnatos. A. Gellius, *lib.* XI. *cap.* XVIII. *Solon ex septem illis inclytis Sapientibus fuit. is sua lege in fures non, ut Draco antea, mortis, sed dupli pœna vindicandum existimavit.* Hermogenes, *in Partitionibus*, Sect. IV. *Ex loco sacro quidam abstulit privatas pecunias. Lex jubet, sacrilegum morte mulctari; furem vero, duplum reddere. Ille, tanquam sacrilegus, in judicium abducitur: ipse vero, sese furem esse dicit.* Sed sciendum; ut furtum erat, ita etiam pœnam fuisse: mortem, aut duplum. Verum illud accedebat; ut, qui dupli pœnam meritus, etiam per dies quinque, ac noctes totidem, vinctus prostituereretur, & a cunctis spectaretur. Demosthenes nos istud docet, Orat. *in Timocratem*: cujus ibi in hanc rem insignis locus, & Solonis legem nobis universam repræsentans. *A qui Solon, cui nec ipse Timocrates se ferendarum legum scientia conferendum esse censeat, nusquam id egit, ut ejus generis homines impune grassari possent; sed in hoc potius intentus fuit, ut aut non delinquerent, aut delictorum pœnas darent, legemque tulit. Recita legem.* LEX. *Si quis interdiu supra quinquaginta drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Undecimviros. Si quis vero noctu quippiam surripuerit, eum & occidere, & inter persequendum vulnerare, & ad Undecimviros, si cui libet, abducere fas esto. Convicto autem eorum facinorum, propter quæ in vincula licet abripi, non liceat datis vadibus satisfacere pro furtis, sed mors pœna esto. Ac si quis e Lyceo, aut ex Academia, aut Cynosarge, vestem, aut laguncula m, aut quicquam aliud minimi precii, aut aliquod vasculum e Gymnasiis, aut portubus, surripuerit, supra decem drachmas, etiam his morte pœnas esse luendas constituit. Si quis vero privato judicio furti convictus fuerit, ei licere litis æstimatæ duplum solvere: penes vero judices esse, furem, præter argentum, ad quinque dierum, totidemque noctium, vincula damnare, ut omnes eum vinctum esse videant.* Ubi quod initio dicitur, de drachmis furti quinquaginta, revocat mihi in memoriam Libanii locum, in Exemplis *Progymnasmatum*. Hodie editur: Τὰς ἐπὶ πέντε δραχμὰς ἁλόντας κολάζετε. *Convictos drachmarum quinque punitis.* Rescribo, ἐπὶ πεντήκοντα δραχμάς. *Drachmarum quinquaginta.* Adeo vero diligenter furta vetuit; ut, si fimum quispiam surripuisset, neque huic id impune esse vellet: unde natum & proverbium. Βολίτου δίκην. Schol. Aristoph. *ad Equites. Et proverbium, Fimi judicium: de iis, qui ob res exiguas in judicium vocantur. Nam Lex Solonis etiam illos, qui fimum furto sustulissent, pœna afficit.* Videndus item Suidas, *in* Βολίτου δίκην, & Appendix Vaticana Proverbiorum Andreæ Schotti, *Cent.* I. *Proverb.* XXIV.

CAP. XXI.

Leges de funeribus, quæque ad ea pertinerent: ac Menander hic correctus. tum de legibus novis ferendis, quomodo agi præceperit.

FUNERUM quoque rationem accurate ordinavit; ut proponerentur ea pro arbitrio, ac postridie, ante Solonem orientem, efferrentur: viri ducerent, mulieres sequerentur: neque in defuncti bona ingrederentur, aut cadaver usque ad monumenta deducerent, quæ minores annis sexaginta essent: his exceptis, quæ intra sobrinas forent. Demosthenes, Orat. *in Macartatum. Sed & ex hac lege certius etiam cognoscetis, Judices, quantum Solon studium habeat domesticorum; neque relicta duntaxat iis bona donet, sed etiam difficilia quæque cognatis mandet. Recita Legem.* LEX. *Defunctum intus proponunto, suo arbitratu: cadaver autem, postridie quam collocaverint, ante Solis exortum efferunto. viri, cum effertur funus, antecedunto: mulieres, pone sequuntor. Mulieri autem, nefas esto in bona defuncti ingredi, itemque sequi cadaver, cum in monumenta ducitur, annis sexaginta minori: iis exceptis, quæ intra sobrinas sunt. nec in bona defuncti ingrediatur, postquam elatum cadaver fuerit, mulier ulla: præter eas, quæ sunt intra sobrinas.* Ubi de elatione, & collocatione funeris, quæ traduntur, in memoriam mihi revocant Rhetoris Menandri locum, *lib. De divisione causarum in genere demonstrativo*, cap. πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν: quem sic restituo. ἢ γὰρ περὶ τὴν ἐκφορὰν τῶν τετελευτηκότων αἱ τιμαὶ γίνονται. ἢ περὶ τὰ νομιζόμενα, καὶ τὰ μνήματα, καὶ τοὺς τάφους. περὶ μὲν δὴ τὴν ἐκφορὰν, ὡς τὸ Ἀθήνησι, πρὸ ἡλίου ἀνίσχοντος. καὶ Θουρίοις, νύκτωρ. ἢ πρόθεσις ἢ προθέσεως ἡμέρα, τακτή. ὡς τὸ Ἀθήνησι. *Aut enim circa elationem mortuorum honores fiunt; aut circa justa, monumenta, & sepulchra. circa elationem quidem, uti hoc Athenis, ante Solem orientem; & apud Thurios, noctu: collocatio quoque, & collocationis dies constitutus, ut Athenis.* Corruptissime hodie editur, ὡς τὸ Ἀθήνησι πότε ἡλίου ἀνίσχοντος, καὶ θηρίοις νύκτωρ ἢ πρόσεσις ἢ προθέσεως ἡμέρα τακτή. Cavit etiam, ne sepulchra violare quis auderet. Cicero, *De Leg.* lib. II. *De sepulcris autem, nihil est apud Solonem amplius, quam, ne quis ea deleat, neve alienum inferat: pœnaque est, si quis bustum, (nam id puto appellari* τύμβον*) aut monumentum, inquit, aut columnam violarit, dejecerit, fregerit.* Quod si quis in corpus inhumatum incideret, ei justa quodammodo, injecta gleba, facere jubebat. Ælianus, *Hist. Anim.* lib. II. cap. XLII. *Hominis cadaver accipiter conspicatus, ut ferunt, omnino terram insepulto injicit. neque tamen illum hoc Solon, ut Athenienses, facere jussit.* Meminit hujus legis, etsi nulla Solonis mentione, etiam *Var. Hist.* lib. V. cap. XIV. *Etiam hæc lex erat Attica; ut, si quis in cadaver hominis insepultum incidisset, omnino terram ipsi injiceret.* Ac respexisse hanc legem videtur Valerius Maximus, *lib.* V. *cap.* III. *Phocion certe, post obitum, nullam Atticæ regionis, quæ ossibus ejus injiceretur, glebulam invenit: jussus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat.* Quod si legem aliquis novam ferre vellet, statuit, si quæ, prius lata, adversa esset, ea ut abrogaretur, antequam illa promulgaretur. Demosthenes, *in Leptinem. Nec horum quicquam nostrum est, nuper a nobis excogitatum: sed antiqua lex, quam ille violat, sic leges ferre jubet. Primum, si qua recepta lex mala videatur, eam ut accuset: deinde, illa abrogata, ut ipse aliam substituat; vos vero potiorem præferatis. Nec enim Solon, a quo hæc ferendarum legum ratio proposita est, Sexviros,* &c. Ac mox plenius totam rationem exponit, *istis verbis. Intelligitis, Athenienses, quo pacto, & quam præclare leges ferre Solon jubeat. Primum, apud vos, qui jurati estis, apud quos etiam alia confirmantur. Deinde, contrariis legibus abrogatis, ut singulis de rebus sint; neque homines imperitos id turbet, & efficiat, ut deteriore conditione sint, quam qui universas sibi cognitas, & perspectas, habent: sed ut jura simplicia, & perspicua, legere, & intelligere, liceat omnibus. Quin etiam ante hæc jussit ante statuas*

heroum, a quibus cognominatæ tribus sunt, proponere, & Scribæ tradere, qui eas in concionibus legeret: ut unusquisque vestrum sæpe audita, & per otium considerata, ea quæ justa essent, & utilia, suis suffragiis comprobaret. Quod autem leges ferrentur apud juratos, eosque numero quingentos, dein proponerentur etiam apud heroas, a quibus cognominatæ tribus, ut ab omnibus ad examen vocarentur, discimus quoque ex Andocide, qui hoc addit; postquam approbatæ essent, iterum inscriptas muro, apud heroas cognomines, & propositas fuisse in conspectum quorumcunque: ac mandatum Areopagitico senatui, ut deinceps iis latis uterentur. Verba Andocidis, quæ hoc docent, extant in Oratione, *De Mysteriis. Tisamenus censuit, ut Athenienses more patrio remp. gubernarent; legibus vero uterentur Solonis, & mensuris, ac ponderibus: item sancitis Draconis, quibus olim utebamur. quæcunque insuper opus forent, ea lecti a Senatu legumlatores in tabulis scriberent, ac proponerent ad cognomines heroas, ut inspicere, cui liberet, integrum esset: quin & traderent magistratibus ejus mensis; traditasque ita leges mox Senatus examinaret, & quingenti numero legumlatores, quos post datum jusjurandum populus sibi elegisset. licere autem & privato cuicunque in Senatum ingredi, ac de legibus, quicquid boni ipse habebit, consultare. postquam vero leges jam perlatæ erunt, Senatus Areopagiticus curet, uti legibus jam propositis magistratus porro utatur. inde leges, jam firmatas, in pariete, ubi antea scriptæ erant, denuo scriptas proponant, cuilibet inspiciendas.* De propositione vero ad cognominum heroum statuas, iste quoque locus Suidæ est. *Juxta autem statuas cognominum heroum proponebant leges, antequam ratæ haberentur, ut in iis reprehendere quilibet quodcunque posset.* Jam quod scribæ traditas Demosthenes ait, qui in concionibus eas prælegeret, de secundo capiendum. Nam, cum tres Athenis scribæ haberentur, alter horum a Senatu ad leges lectus: uti autor nobis Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XI. *Et alter (scriba) ad leges a Senatu lectus.*

CAP. XXII.

Leges de liberorum in parentes officio, & parentum in liberos potestate: de militiam detrectantibus, ordinem deserentibus, timidis, unguentariis, infamibus, judicibus, oratoribus, civium judicio, ætate magistratus, supplicio populi, magistratus, ac parricidarum.

NON contentus vero liberis nutriendorum parentum necessitatem imposuisse, ut jam ante a me dictum, etiam cavit, ut officia iis debita exhiberent. Libanii in hanc rem est insignis locus, *Declam.* XVIII. *Ne quisquam igitur istud quoque officium meum calumnietur, quod nulli scriptarum legum repugnat; immo plerisque consentit, quæ pulchre se habere videntur, a Solone in auxilium parentum latæ, cogente non natura probos pœnæ metu debita iis officia præstare.* Adeoque jus vitæ, & necis, parentibus in liberos indulsit. Sextus, Pyrrh. Hyp. *l.* III. *c.* XXIV. *Et Solon Atheniensis legem de indemnatis tulit, per quam unicuique filium suum interficere permisit.* Quanquam sane huic repugnet, quod Dionysius Halicarnasseus, ultra abdicationem, & exheredationem, nullam eum in liberos pœnam statuisse tradat. Verba illius ista exstant, *Antiquit. Rom.* lib. II. *Nam, qui Resp. Græcorum constituerunt, ut ex Solonis, Pittacique, ac Charondæ, legibus accepi, quorum magna celebratur sapientia, pœnas in filios, si parentibus immorigeros se exhibeant, minime graves statuerunt; ædibus eos expellere, & exheredare etiam, ac nihil ultra, permittentes.* Eum qui militiam detrectaret, ordinem desereret, timidumque, eadem

A pœna dignum censuit. Æschines, *in Ctesiphontem. Solon enim, antiquus ille legislator, eadem pœna dignum judicavit eum, qui militiam detrectasset, & qui ordines deseruisset, & hominem timidum.* Ac paullo post pœnam exprimit; nempe, coronari vetitos: item ad lustralia fori septa, ac fana publica, accedere. *Legislator militiæ detrectatorem, timidum, & desertorem, septis arcet fori lustralibus, & coronari vetat, & fana publica ingredi.* Alia lege, qui parentes suos male accepissent, aut militiam detrectassent, aut in locum quoque legibus interdictum ingressi essent, a judicibus Heliastis pro arbitrio mulctabantur: actioque in eos erat popularis. Demosthenes, Orat.
B *in Timocratem. Cum dicant leges, quas Solon tulit, si quis abductus fuerit, ob male tractatos parentes, aut militiam detrectatam; vel, quod contra legum interdictum eo fuerit ingressus, quo non oportebat, undecimviri eum correptum vinciunto, & in Heliæam introducunto: accuset autem, ex his quibus id licet, quicunque voluerit. ac, si fuerit damnatus, æstimato Heliæa, quod supplicium, aut quæ mulcta, irrogari ipsi debeat. quod si mulcta indicta fuerit, in vinculis retineatur, donec solverit.* Viris item quibuscunque unguentariam exercere interdixit. Athenæus, *lib.* XIII. *Pulcher equidem beatitudinis finis Philosopho*
C *ars unguentaria, & conveniens Philosophiæ Socratis; qui unguentorum usum ejusmodi improbavit: cum & legislator Solon neque viro artem talem exercere permittat.* Et iterum, *lib.* XV. *Et Solon sapiens legibus vetuit viros unguenta vendere.* Infamiæ insuper exemit, qui notati, ante ipsum Archontem, ea fuerant; exceptis iis, qui homicidii, latrocinii, aut regni affectati ergo, condemnati, solum verterant. Plutarchus: *Decimus tertius vero axis Solonis octavam legem habet, ita ad verbum scriptam: Qui ante Solonem Archontem infamia notati fuerunt, integra fama sunto; præterquam qui ab Areopago, Ephetisve, aut regibus in Prytaneo, ob homicidium, latroci-*
D *nium, aut regnum etiam affectatum, exularent, cum hæc lex promulgaretur.* Judices quoque jurejurando obstrinxit, se utramque partem æquali benignitate audituros. Demosth. Orat. *de Corona. Hoc (opto) ut Dii vobis in animum inducant, ne adversarium, quo ego pacto sim audiendus, in consilium adhibeatis; (nam id quidem iniquum fuerit) sed leges, & jusjurandum: quo illud etiam, præter cætera, quæ plena sunt æquitatis omnia, continetur: eadem ratione utrumque esse audiendum, quæ verba non hoc volunt, nullum præjudicium esse afferendum, aut par utrique studium præstandum: sed illud etiam, eum reo cuique defensionis ordinem, quem ipse voluit, ac dele-*
E *git, esse permittendum.* Et, hanc esse Solonis legem, in sequentibus clare dicit. *Jam cum hæ res in hoc judicio agantur, peto, & oro vos omnes, pariter, ut me audiatis crimina juste refutantem, ut jubent leges; quas qui in principio tulit Solon, vir vestri amans, ac popularis, non sanctione tantum, sed judicum etiam jurejurando, firmandas esse censuit: non quod vobis, ut mihi quidem persuadeo, diffideret, sed quia videbat criminationes, & calumnias, quibus accusator, ob priorem dicendi locum, pollet, reo evitare non licere, nisi quisque vestrum, qui pro tribunali sedetis, Deorum immortalium religione servata, etiam*
F *posteriore loco dicentis excusationes benigne admitteret: seque æquum, ac communem, utrique auditorem præbendo, sic de tota controversia sententiam ferret.* Libanius, *Declam.* XXIX. *Hæc enim cum penitus perspecta Solon haberet, & censeret, e litigantibus alios apud amicos judicantes causam dicturos, alios autem apud infestos: ne jus ulla ex parte læderetur, jusjurandum constituit, quod non permittit, gratiam, aut simultatem, aut alium prætextum iniquum, judicio obstare.* Lucianus, *De non temere credendo calumniæ. Ea sane extrema est injuria, vel opti-*

morum

morum legumlatorum judicio, Solonis, & Draconis; qui jurejurando judices obstrinxere, ut pari benignitate, gratiaque, tam reum, quam actorem, judex audiat, dum, postquam alter quoque causam dixerit, utrius causa melior pejorve existat, constare possit: sceleſtum enim, & impium, judicium esse, si quid statuatur, priusquam cum accusatione comparata sit defensio. Ut autem judicibus legem judicandi posuit, sic orandi oratoribus. Æschines, *in Ctesiphontem: Vellem autem, Athenienses, etiam leges, quas de Oratorum disciplina tulit Solon, observari: ut liceret primum natu maximo civium cuique, ut leges jubent, suggestu modeste conscenso, sine tumultu, & perturbatione, ex usu rerum optima quæque reip. suadere. deinde, jam cuivis civium, pro ætate, seorsim, & per vices, de unaquaque re pronunciare.* Neque civem quemquam alibi, quam Athenis, judicari permittebat. Libanius, *Declam.* XIII. *Cum quidam Atheniensium, qui astabat, diceret mihi; venisse quempiam, eorum aliquem, qui isthic essent, abductum; non id quidem certe, inquam, me vivente. accedens enim, leges Solonis recitabo, quæ Atheniensem Athenis judicandum esse statuunt.* Porro sanxit, ne ad consilia, aut magistratum obeundum, juvenes adhiberentur, quanquam prudentia valere viderentur. Juncus, lib. *De Senectute*, apud Stobæum, *Serm.* CXII. *Atqui fuerit mihi testis illorum, quæ dico, Solon Atheniensis; qui legesanxit, ne quis magistratum gerat admodum juvenis, neu ad consultationes admittatur, quamvis prudentissimus esse videretur.* Denique populo etiam tarda; magistratui, aliisque in dignitate inter populum constitutis, velocia supplicia statuit. Demosth. *in Aristogitonem*, Orat. II. *Quapropter & Solon tardas plebeiis; magistratibus, populique gubernatoribus, veloces constituit pœnas; quod existimabat, de illis, quovis tempore supplicium sumi posse; hos, moram ultionis non permittere.* Sed inter tot leges, nullam de Diis, aut eorum cultu, tulit Maximus Tyrius, *Dissert.* XXXIX. *Ac, quid Deus quidem, aut quomodo colendus? nec enim hæc curant mille illi judices, faba lecti; neque Solon de his quicquam omnino statuit; nec Draconis venerandæ illæ leges. Sed in jus vocare, accusare, deferre, rationem facti exposcere, calumniæ juramentum exigere, aut præstare, & quæcunque istiusmodi, hæc sunt illa, quæ in Heliæa aguntur.* Sine dubio, quia non putavit fore, ut in Deum impius quisquam inveniretur. Ita neque in parricidas leges tulit; cujus rei quando causam rogaretur: Non sperasse se, respondit, quemquam scelus id ausurum. Cicero, in Orat. *pro S. Roscio Amerino. Prudentissima civitas Atheniensium, dum ea rerum potita est, fuisse traditur. ejus porro civitatis sapientissimum civem Solonem fuisse dicunt; eum, qui leges, quibus hodie quoque utuntur, scripserit. Is, cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit: se id neminem facturum putasse. Sapienter fecisse dicitur, cum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat: ne non tam prohibere, quam admonere, videretur.* Quem locum respexit B. Hieronymus, *Epist.* CLI. *Et Tullius de parricidarum suppliciis apud Athenienses Solonem scripsisse negat: ne non tam prohibere, quam admonere, videretur.* Diogenes Laertius, in *ejus Vita. Interrogatus, (Solon,) quare contra parricidam legem non tulisset: respondit, quod hoc scelus non sperasset patratum iri.* Sopater, *in Hermogenem. Et Solon, interrogatus, cur legem nullam in parricidam scripsisset, respondit; non se credere, posse hoc naturam committere.* Paulus Diaconus, de Publicio Malleolo agens, matris suæ interfectore, *Hist. Misc.* lib. v. *Impleveruntque Romani & facinus, & pœnam; unde & Solon Athenienses decernere non ausus fuerat, dum fieri non posse credidit.* Quæ totidem quoque verbis Orosius, *lib.* v. *cap.* XVI.

CAP. XXIII.

Leges ejus celeberrimæ. Menander Rhetor emendatus. Romani eas per legatos etiam ad se transtulerunt: & suarum quoque legum exemplum eas esse voluit Hadrianus Imperator.

CERTE leges ejus multo celeberrimæ fuere; & earum quoque nomine a quam plurimis ipse passim memoratur. Tacitus illas, tanquam exquisitas, prædicat, *Annal.* III. *Vetustissimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eoque sine pœna, aut coercitionibus, agebant. neque præmiis opus erat, cum honesta suopte ingenio peterentur: &, ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At postquam exui æqualitas, & pro modestia, ac pudore, ambitio, ac vis, incedebat, provenere dominationes: multosque apud populos æternum mansere. Quidam statim, aut postquam regum pertæsum, leges maluerunt. Hæ primo, rudibus hominum animis, simplices erant. maximeque fama celebravit Cretensium, quas Minos; Spartanorum, quas Lycurgus; ac mox Atheniensibus quæsitiores jam, & plures, Solon perscripsit.* Plato, *De Rep.* lib. x. *Dic Sodes, nobis; ecqua resp. per te sit rectius constituta, quemadmodum per Lycurgum Lacedæmon; & per alios multos multæ, magnæ pariter, ac parvæ? Eccujus vero civitatis homines bonum te legislatorem agnoscent, atque ipsis profuisse? Charondam quidem, Italia, & Sicilia, celebrant; nos, Solonem: te vero ecqua, & qualem, agnoscet civitas?* Menander Rhetor, cap. cui titulus, Διαίρεσις βασιλικῦ, per occasionem istam emendandus. Εἰ ἔδει νῦν νομοθετεῖν, ἐνομοθέτησεν ἂν τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ τὸ παλαιὸν ἡ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀθηναίων, τοῖς Ἕλλησι· ποῦ μὲν γὰρ Σόλωνες πλείους ἢ παρ' ἡμῖν; ποῦ δὲ Λυκοῦργος βελτίων; ποῦ δὲ Μίνως, καὶ Ῥαδάμανθος, οἱ τῶν Κρητῶν νομοθέται; *Si nunc leges ferre oportuisset, communi sane hominum generi leges tulisset: quemadmodum olim Lacedæmoniorum, & Atheniensium urbes, cæteris Græcis. Ubi enim plures, quam apud nos, Solones reperiuntur? ubi melior Lycurgus? ubi Minos, & Rhadamanthus, Cretensium legislatores?* Corruptum est, quod hodie editur οἱ τῶν Κελτῶν νομοθέται: unde male etiam vertit Interpres ejus, ut multa alia, *Judicum legislatores*. Hinc Libanii in Argyrippum locus, apud Plautum, in *Asinaria*, Act. III. Sc. III.

——— nunc enim hic est
Negotiosus interdius. videlicet Solon est,
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat. gerræ.

Procopius Sophista, in Epistola quadam, *ad Zachariam. Ecce autem tibi, etiam superbum tueor: ac plane Spartiata factus sum. & quidlibet mihi est Lycurgus, Solon nihil.* Athanasius, in Orat. *contra Gentes. Et leges quidem (invenit) Lycurgus Spartanus, ac Solon Atheniensis.* Et hinc est, quod *Justum* eum appellavit Manilius, *lib.* I.

Quique animi vires, & strictas pondere mentes,
Prudentes habuere viri; quibus omnis in ipsis
Census erat: justusque Solon, fortisque Lycurgus.

In ipsarum autem legum laudem est insignis locus Manuelis Palæologi, in *Protreptico*, ad doctrinam. *Erat hic Atheniensis ille legislator, Solon dictus, quem homines admirabantur Athenis; quæ plenæ id temporis erant viris admirandis; non quod auro abundaret, atque id suppeditaret (neq; enim multum ipsi istud erat, neque in pretio ullo argentum reputabat, nisi recte colligeretur, melius expenderetur, & utrumque oportune*

etiam fieret) sed, quod præter alia multa præclaraque facta, quæ præcesserant, leges bonas civibus omnino bonas tulerit. Tantopere vero præstiterunt priscis legibus eæ, quæ ab ipso conditæ, quanti venit æstimandum, quod postremæ illæ fuerint, & civitati semper manserint. Nam visæ sunt illis, quibus latæ erant, publicis ipsorum ornamentis, quanquam ea civitatum aliarum ornamenta superarent, longe sane illustriores : ipsaque arce, quam munitiorem cæteris, quæ ubique terrarum essent, existimabant, insigniter munitiores : longo denique intervallo rebus ipsis, quibus sese efferebant, meliores. Ac tanta earum fama fuit, ut Romani, cum suas sibi condere vellent, ablegarint, qui Athenis has deferrent. Livius *lib.* III. *Cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet, missi legati Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpitius Camerinus, jussique inclytas leges Solonis describere.* Aurelius Victor, *De viris illustribus*, cap. XXI. *Populus Romanus, cum seditiosos magistratus ferre non posset, decemviros legibus scribendis creavit : qui eas, ex libris Solonis translatas, duodecim tabulis exposuerunt.* Augustinus, *De Civitate Dei*, lib. II. cap. XVI. *Si autem a Diis suis Romani vivendi leges accipere potuissent, non aliquot annos post Romam conditam ab Atheniensibus mutuarentur leges Solonis.* Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. I. *Legati ad Athenienses, propter leges Solonis deferendas, missi.* Hinc est, quod Ammianus ait, *lib.* XXII. *cap. ult. Solon, sententiis adjutus Ægypti sacerdotum, latis justo moderamine legibus, Romano quoque juri maximum addidit firmamentum.* Quin & postea Hadrianum Imp. petentibus leges Atheniensibus, ad exemplum quoque harum eas condidisse, auctor est Marianus, in *Chronico*, in anno imperii ejus VI. *Hadrianus Atheniensibus, leges petentibus, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris, jura composuit.* Nicephorus Callistus, *Hist. Eccles.* lib. III. cap. XXIV. *Leges quoque (Hadrianus Imperator) ad Draconis, & Solonis, Atheniensium legislatorum, imitationem promulgat.*

CAP. XXIV.

Ad auctoritatem legum conservandam, centum annorum tempus postulat : judicesque, & Thesmothetas, jurejurando obstringit. In axibus, & cyrbibus, eædem scriptæ : ac discrimen utrorumque. Etymologici Auctor, & Suidas, emendati. In arce prius constitutæ; hinc deductæ in Prytaneum, atque forum, ab Ephialte. Axes, & quæ in iis leges, numero suo distinctæ : ac quomodo scriptæ fuerint. Varie citantur apud Auctores. Didymi de iis Opus, & fragmentum : ac Seleuci in eosdem Commentarius. Notæ in iis numerorum, quibus usus Solon fuerit. Nicomachus, ad leges describendas constitutus, dato quadrimestri tempore, in sexennium id extendit, & has corrupit.

ATQUE has quidem, ita latas, valere in centum annos jussit. Plutarchus. Ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς ἔδωκε. *Robur vero legibus omnibus dedit in annos centum.* Ac Senatus quidem, communi juramento se obstrinxit, eas sese firmaturum : & privato Thesmothetæ, si quam illarum violassent, auream se Delphis statuam, ejusdem secum magnitudinis, mulctæ vicem dicaturos. Plutarchus : *Senatus autem, stabilituros se Solonis leges, commune jusjurandum dederunt : privatim vero Thesmothetarum unusquisque, in foro juxta lapidem, si quam legem violassent, auream se statuam, paris magnitudinis, Delphis dedicaturos esse.* Hoc est, quod dicit A. Gellius *lib.* II. *cap.* XII. *In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt, quasque latas ab eo Athenienses, ut sempiternæ manerent, pœnis, & religionibus, sanxerant.* Meminit Thesmothetarum juramenti etiam Pollux, *lib.* VII. *cap.* IX. *Sect.* I. Ac fortasse illud ipsum jusjurandum est, quod præstari per tres Deos consuevisse, tradit Hesychius. Τρεῖς θεοί. Παρὰ Σόλωνι, ἐν τοῖς ἄξοσιν, ὅρκος τέτακται. *Tres Dii : apud Solonem, in axibus, jusjurandum constitutum.* Pollux *lib.* VIII. *c.* XII. Τρεῖς θεοὺς ὀμνύναι κελεύει Σόλων, Ἱκέσιον, Καθάρσιον, Ἐξακεστήριον. *Tres Deos jurare jubet Solon; Supplicem, Expiatorium, Depulsorium.* Scriptæ vero eæ erant in axibus ligneis, sicut in citatis statim Gellii verbis animadvertimus; iique axes erant tabulæ quadratæ, ac longiores, & Ἄξονες partim, partim Κύρβεις dicebantur : ac Κύρβεις quidem, quæ de sacris, sacrificiisque, essent : Ἄξονες vero, in quibus cæteræ leges scriptæ. Plutarchus. Καὶ κατεγράφησαν (οἱ τοῦ Σόλωνος νόμοι) εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους· ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. καὶ προσηγορεύθησαν, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κύρβεις. ἔνιοι δέ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ, καὶ θυσίαι, περιέχονται, κύρβεις· ἄξονας δὲ, τοὺς ἄλλους ὀνομάζεσθαι. *Relatæ vero fuerunt (Solonis leges) in axes ligneos, qui vertebantur in lignis oblongis : eorumque in Pritaneo adhuc nostro tempore reliquiæ parvæ asservabantur. Appellabantur autem, ut Aristoteles ait, Cyrbes. nonnulli vero dicunt, proprie Cyrbes appellatas, quibus sacra, ac sacrificia, continerentur : Axes vero, cæteros appellatos fuisse.* De axibus, manifestum est; & mox porro ostendemus : de cyrbibus vero, quod de sacris, sacrificiisque, leges continuerint, clare liquet etiam apud Athenæum, *lib.* VI. ubi illa verba occurrunt. *In Cyrbibus vero, quæ de Deliastis, ita scriptum est : Et præcones duo, e familia Cerycum, mysteriis propria, hi vero per annum integrum in Apollinis Delii templo parasitorum munus obeant.* Porro discrimen illud repræsentat etiam Ammonius, *De Diff. Voc. Axes, & Cyrbes, differunt : nam Axes quidem, quadrati erant : Cyrbes vero, triquetri. Et Axes, leges privatas continebant. Cyrbes, publica sacrificia, & quæ alia istiusmodi.* Ubi istud quoque observa; Axes, quadratos fuisse; Cyrbes vero, triquetros. Hoc ipsum tradit etiam Thomas Magister, in *Collectione Dict. Attic. Axes, qui quadrati erant, leges privatas inscriptas habebant : Cyrbes vero, triangulares, leges publicas, & sacrificia continebant.* Ergo duplices legum Solonis tabulæ erant; illæ, quadratæ, in quibus leges privatæ habebantur, Axes dictæ : istæ, triquetræ, in quibus leges publicæ, ac de sacrificiis, Cyrbes appellatæ. Et Axes quidem, e ligno erant; ita alti, ut e terra usque ad tectum pertingerent; atque sic nuncupabantur, quod quemadmodum axes curruum, verti possent. Etymologici Auctor. *Axes, ligna erant quadrata, a solo usque ad tectum pertingentia, quæ in fibula quadam circumagebantur, in quibus Solonis leges scribebantur, tabulisque, ut axes curruum, vertebantur.* Ligneos fuisse, ac quadratos, etiam docet Harpocration. Οἱ Σόλωνος νόμοι ξυλίνοις ἦσαν ἄξοσι γεγραμμένοι. ἦσαν δὲ, ὥς φησι Πολέμων, ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένην, τετράγωνοι τὸ σχῆμα. Videndus quoque Suidas, & Scholiastes Aristophanis, *ad Nebulas* & *Aves* : item Apollonii, *lib.* IV. Cyrbes vero, e lapide erant, sicuti e ligno axes. Harpocration. *Cyrbes vero, ait Apollodorus, in libris, De Diis, habere inscriptas leges : esse vero eas, lapides rectos stantes.* Originem nominis tradit Suidas. Κύρβεις, αἱ τὰς τῶν θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι. κρύβιές τινες οὖσαι, ἐν αἷς τὰ τῶν θεῶν ἀποκρυπτόμενα ἔδει εἶναι. Ἀσκληπιάδης, ὅτι ἀπὸ Κύρβιος, τοῦ τὰς θυσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐφέσιος. ἢ, ἀπὸ τοῦ ταῦτα κυρωθῆναι τοῖς γράμμασι. Ἐρατοσθένης δὲ, τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι. Ἀριστοφάνης δὲ, ὁμοίας εἶναί φησι τοῖς ἄξοσι, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις θυσίας εἶχον. *Cyrbes, quæ Deorum festa continebant; κρύβιες quædam existentes, in quibus res divinas*

occultatas esse oporteret. Asclepiades tradit, dictas a quodam Cyrbi, qui facultates definiverat, ut auctor est Phanias Ephesius; vel, quod literis firmarentur. Eratosthenes vero, triangulas fuisse tradit; Aristophanes autem, axibus similes commemorat: nisi quod Axes quidem, leges; Cyrbes vero, facultates continerent. Sed corruptum locum censeo; & initio, τῦ τὰς θυσίας ὁρίσαντος, *qui sacrificia definiverat*, & in fine, αἱ κύρβεις, θυσίας εἶχον, *cyrbes vero, sacrificia continebant*, legendum esse. eoque modo laborat etiam Etymologici magni Auctor, in hac *voce*, itidem restituendus. Ac firmant emendationem meam valide verba Plutarchi. Ενιοι δὲ φασιν ἰδίως, ἐν οἷς ἱερὰ, καὶ θυσίαι, περιέχονται, κύρβεις. Alii volunt, ἀπὸ τῦ κεκορυφῶσθαι dictas esse: alii, a corybantibus, quorum eæ inventum erant. Scholiastes Comici, *Avibus*. Κύρβεις, ἤτοι παρὰ τὸ κεκορυφῶσθαι εἰς ὕψος ἀνατεταμένον. ἢ ἀπὸ τῶν Κορυβάντων. ἐκείνων δὲ εὕρημα, ὥς φησι Θεόπομπος, ἐν τῷ περὶ εὐσεβείας. Idem dicit eodem loco, ex ære fuisse; non, quod alii, e lapide. Κύρβεις, χαλκαῖ σανίδες, ἔνθα τὺς νόμυς γράφυσι. *Cyrbes, æneæ tabulæ, in quibus leges perscribunt*. Ita axes æneos fuisse Pollux nobis refert, quos e ligno alii dicunt, *lib.* VIII. *cap.* X. *Axes vero, quadrati, ænei erant*. Hesychius confundit, & axem, cum Cyrbi eundem facit. *Cyrbis, columna triquetra, sive ligneus axis, in quo olim leges scribebantur*. Ecce, clare nullam inter axem & cyrbim, differentiam constituit: quin triangularem quoque axem dicit, quem quadratum alii omnes. & profecto hanc figuram referebat, cum ita statueretur, ut, occultato quarto angulo, tres duntaxat præ se ferret. Atque hoc est, quod dicit Harpocration: Ποιῦσι δ᾽ ἐνιότε (οἱ ἄξονες) φαντασίαν τρίγωνον, ὅταν ἐπὶ στενὸν κλιθῶσι τὴν γωνίας. Certe cyrbes triangulares fuisse, præter Auctores jam citatos, etiam Zenobius dicit, *Cent.* IV. *Proverb.* LXXVII. Ligneas quoque, ut Hesychius; non lapideas, sicut alii, facit Diogenianus, *Cent.* V. *Proverb.* LXXII. Pariter vero axes, ac cyrbes, olim in arce asservabantur: postea in Prytaneum, & forum, deduxerunt, ut cuivis inspicere liceret. Pollux *lib.* VIII. *cap.* X. *Cyrbes vero, atque axes, olim in arce positi erant: postea vero, uti omnibus copia eorum esset, in Prytaneum, & forum sunt deducti*. Verum isthic distinguendum, nam in regiam porticum, quæ foro adjacebat, cyrbes deducti: axes autem, in Prytaneum. De cyrbibus, est iste Aristotelis locus, e lib. *De rep. Atheniensium*, apud Harpocrationem. *Cum leges in cyrbibus descripsissent, in porticu regia collocarunt*. Quæ habes quoque apud Suidam. De axibus in Prytaneum post delatis, indicat nobis Harpocration. *Asservantur vero (axes) in Prytaneo*. Et Pausanias, in *Atticis*: *In propinquo Prytaneum est: in quo & Solonis leges scriptæ extant, & Dearum simulachra, Pacis ac Vestæ*. Huc pertinet, quod Plutarchus ait: etiam suo tempore axium reliquias illic parvas quasdam extitisse. *Et scriptæ sunt (Solonis leges) in ligneis axibus, quorum adhuc nostro tempore exiguæ reliquiæ servabantur*. Facta autem hæc axium cyrbiumque deductio ex arce in curiam Prytaneum, & porticum regiam in foro, ab Ephialte. Id nos docet ex Anaximenis *Philippicis* Didymus, apud Harpocrationem, *in* ὁ κάτωθεν νόμος, istis verbis. *Axes, & cyrbes, de superiore loco, ex arce, in curiam, & forum, transtulit Ephialtes*. Illum ipsum Didymi locum repræsentat etiam Suidas. Erant porro axes illi numero suo distincti. Ita primus nominatur, a Plutarcho. *Et primus axis est, hanc legem continens*. Etiam Decimus tertius. Idem auctor, paullo ante. *Decimus tertiu enim axis Solonis, octavam legem habet, in hunc modum*. Deinde quoque decimus sextus. Ας γὰρ ἐν τῷ ἑκκαιδεκάτῳ τῶν ἀξόνων ὁρίζει τιμὰς τῶν ἐκκρίτων ἱερείων, εἰκὸς μὲν εἶναι πολλαπλασίας. *Quæ enim in decimo sexto axe selectarum hostiarum præfinit pretia, ea multo majora existere, consentaneum est*. Ac veluti axes numero suo distincti, ita quoque leges erant. Clarum illud ex Plutarchi verbis istis, quæ de axe decimotertio jam prolata. Scriptæ vero ita erant, ut a bubus aratoribus sulci duci consueverunt: quod Βυστροφηδὸν γράφειν dicunt. Didymus, in *fragmento* insigni, quod a Suida, & Harpocratione, nobis exhibetur. Διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς ἄξοσι γραφῆς, βυστροφηδὸν γεγραμμένης, τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον, κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γὰρ βυστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες, καὶ οἱ Κύρβεις, γεγραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων, ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. *Propter figuram scriptionis in axibus, boum more in sulcis ducendis se vertentium institutæ, legem, a sinistra parte incipientem, inferiorem vocat Demosthenes. quod vero in axibus, cyrbibusque, scriptura istiusmodi esset, manifestum Euphorion nobis fecit, in Apollodoro*. Et citantur quoque axes ab Auctoribus. Demosthenes, *in Aristocratem*. *Homicidas licere occidere in nostro territorio, & in carcerem abducere, ut in axe promulgat*. Lucianus, in *Eunucho*. *Alioqui mentiuntur, qui dicunt: eum in adulterio deprehensum, ut axis inquit, membra in membris habentem*. Stephanus *in* Αγνῦς. *Et in loco, Agnunte, in axibus: Quandoquidem Agnunte sacrificium est populo*. Hesychius, *in* προπτόρθια. *In axibus vocabulum extat*. Et *in* Τρεῖς θεοί. *Apud Solonem, in axibus, jusjurandum constitutum est*. Appendix Vaticana Proverbiorum Andreæ Schotti, *Cent.* I. *Proverb.* XXIV. *Lex enim in axibus fimi quoque fures punit*. Videndi quoque Suidas, & Harpocration in Σῖτος: quorum loca emendavi *Atticarum Lectionum* lib. I. cap. XXII. Ex iisdem est, quanquam nulla plane eorum mentio fiat, quod Pollux citat, *lib.* I. *cap.* I. *sect.* XXVI. *Solon vero mutila quæ essent, etiam* ἀφελῆ *nuncupavit*. *Lib.* III. *cap.* III. *sect.* IV. *Demosthenes vero*, τὸν ἀνεψιόπτος *dixit: & Solon*. Et *cap.* III. sequenti, *sect.* III. *Isæus vero*, πεζικληρῖτιν *; ut etiam Solon*. *Lib.* V. *cap.* IV. *Solon vero*, στοιχάδας *quoque oleas quasdam dixit; opponens eas illis, quæ* μορίαι *dicebantur: forte intelligens, quæ ordine plantatæ essent*. *Lib.* VI. *c.* XXXVII. *sect.* I. *Apud Solonem* ὁμοερκὲς *ponitur pro duro*, *Lib.* VII. *cap.* XXXII. *Terra vero* ἐπίμοργος *dicitur apud Solonem, quæ ex parte tantum culta est*. Denique *lib.* VIII. *cap.* VI. *Solon quidem furtum in legibus* κλέπος *appellavit*. Ita etiam, quæ citantur ab Hesychio, *in* Αγχιστίνδην, Βείνειν, & Τριταία. Et Lysias, *in Theomnestum*, Orat. I. varia vocabula profert, inde petita: ποδοκάκη, ἐπιορκήσαντα, Δρασκάζειν, Απίλλειν, Στάσιμον, Πεφασμένως, Πωλεῖσθαι, & Οἰκῆος. Didymus denique, proprium de iis opus scripsit, *ad Asclepiadem*: quod Plutarchus, in principio statim ipso *hujus Vitæ*, sic commemorat. *Didymus Grammaticus, in rescripto De axibus Solonis ad Asclepiadem, a Philocle quodam dici refert, Solonem patre Euphorione natum esse*. Ac, si quid judico, ex hoc Opere sine dubio est fragmentum, quod a Suida, & Harpocratione, *in* ὁ κάτωθεν νόμος, in hunc modum exhibetur. *Aut Heliæam dicit, quod tribunalium alia quidem superiora, alia vero inferiora vocarentur. aut, propter figuram scripturæ in axibus, boum sese in arando convertentium instar scriptæ, legem a sinistra parte incipientem, Demosthenes inferiorem vocat. quod vero axes, atque cyrbes, eum in modum scripti essent, declaravit Euphorion, in Apollodoro. aut, quia axes, atque cyrbes, de superiore loco ex arce in curiam, & forum, transtulit Ephialtes: ut auctor est Anaximenes, in Opere De Philippo*. Scripsit porro Commentarium in Solonis istos Axes Seleucus. Suidas, *in* Οργεῶνες. *Seleucus vero, in Commentario in Solonis Axes, ait vocari Orgeonem*,

qui in honorem heroum quorundam, aut Deorum, conveniant. Porro neque illud hic prætereundum; in his legibus multas pecuniarias antiquis numerorum notis expressas fuisse. Indicat Herodianus, in tractatu, *De Numerorum notis*. *Præterea ex notarum genere dicat quispiam etiam eas (literas) esse, quæ numeri notæ sunt. Nam has & inscriptionibus librorum videmus in fine scribi: & apud Solonem quoque, qui Atheniensium leges conscripsit, pecuniarias mulctas iisdem video literis notatas*. Quales vero eæ notæ fuerint, ipse postea valde accurate exponit, multis verbis, uti etiam Priscianus, *De fig. & nom. numerorum*: ac, quantumvis breviter tantum, Velius Longus, lib. *De Orthographia*. Illud quoque hic addendum, quod Nicomacho, cui injunctum a rep. ut describeret, tempus ad id quadrimestre datum fuerit, quanquam ille ad sexennium id extenderit; varieque eas tunc interpolaverit, ac corruperit, pretio accepto. In hanc rem est Lysiæ *Oratio* XXIX. in qua ista alibi verba. *Posteaquam vero legum scriba (Nicomachus) factus est, quis nescit, quantum reip. nocuerit? constitutis enim ipsi quatuor mensibus, ut Solonis leges describeret, ipse se Solonis loco pro legislatore gessit; ac, pro quatuor mensibus, sex annorum magistratum eum fecit. quotidie autem accepto pretio leges illas inscribebat, has delebat; eoque redacti fuimus, ut ex ejus manibus, leges acciperemus: partesque adversæ in judicio diversas producerent leges, quas se a Nicomacho accepisse affirmabant*. Ac de corruptis ab eo legibus, iterum postea ita ait: *Vobis in mari periclitantibus, ipse, hic manens, leges Solonis corrumpebat*.

CAP. XXV.

Dierum a vicesimo mensis numerationem mutat; ac tricesimum, ἕνην, καὶ νέαν: primum, νουμηνίαν appellat. Archontes novem, ut unum in locum convenirent, ad dicendas ibi sententias, instituit. Homeri poemata alternatim cani præcipit; item aciem ad tibiam, & lyram, instruere: in Prytaneo victum habentibus cibum ordinat: meretrices emtas juvenibus prostituit, & Veneris Vulgaris templum ex pecunia meritoria dedicat. Inde, obstrictis prius civibus juramento in leges suas, in decem annos, ultro in exilium abit.

DEINDE instituit, ut tricesimus mensis dies ἕνη καὶ νέα diceretur: & ut archontes, qui seorsim magistratum exercebant, uno in loco, collatis sententiis, jus dicerent. Diogenes Laertius: *Primus autem Solon tricesimum mensis diem ἕνην καὶ νέαν appellavit; & primus novem archontum congregationem, ad sententiis communicatis jus dicendum, instituit: uti auctor est Apollodorus, lib.* II. *De legumlatoribus*. De tricesimi diei appellatione, etiam Plutarchus tradit: qui hoc addit, primum itidem Νουμηνίαν appellasse; & a vicesimo numerationem quoque detrahendo instituisse. *Perspecta autem mensis varietate, nec cursum Lunæ vel cum exortu Solis, vel cum occasu, prorsus congruere: verum subinde eam solem eodem die & assequi, & prætergredi, hunc ipsum diem ἕνην καὶ νέαν, ultimam ac novam, appellare jussit: partem ejus, quæ coitum Lunæ cum Sole antecedit, desinenti; residuam, incohoanti attribuendam arbitratus. Et fuit certe primus, qui Homerum percepit, canentem;*

Hic cum desierit mensis, cum cœperit ille:

insequentem vero diem, νουμηνίαν, novilunium appellavit. A vicesimo qui sequuntur, non addendo, sed detrahendo, & resolvendo, prout lumen lunæ, quam videbat, se haberet, usque ad tricesimum diem numeravit. Insignis est in hanc rem locus Aristophanis in *Nebulis*.

Φ. Φοβεῖ δὲ δὴ τί; ΣΤ. τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.
Φ. Ἔνη γάρ ἐστι καὶ νέα τις ἡμέρα;
ΣΤ. Εἰς ἥν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖά φασί μοι·
Φ. Ἀπολοῦντ' ἄρ' αὔθ' οἱ θέντες· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως
Μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.
ΣΤ. Οὐκ ἂν γένοιτο; Φ. Πῶς γάρ, εἰ μή περ γ' ἅμα,
Αὐτὴ γένοιτο γραῦς τε καὶ νέα γυνή;
ΣΤ. Καὶ μὴν νενόμισταί γ'. Φ. οὐ γάρ, οἶμαι, τὸν νόμον
Ἴσασιν ὀρθῶς, ὅ, τι νοεῖ. ΣΤ. νοεῖ δὲ τί;
Φ. Ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.
ΣΤ. Τουτὶ μὲν οὐδέπω πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν.
Φ. Ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
Ἔθηκεν, εἴς τε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.
Ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Ἵνα δὴ τί τὴν ἕνην προσέθηκεν; Φ. ἵν', ὦ μέλε,
Παρόντες οἱ φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
Πρότερον, ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες· εἰ δὲ μή,
Ἕωθεν ὑπανιῶντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤ. Πῶς δ' οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
Ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἕνῃ τε καὶ νέᾳ;
Φ. Ὅπερ οἱ προτένθαι γὰρ δοκοῦσί μοι παθεῖν,
Ἵν' ὡς τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο·
Διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.

PH. *Quid ergo times, pater?* ST. *diem veterem, & novam.*
PH. *Quid? quasi vero una dies vetus sit, & nova?*
ST. *Certe hac se deposituros in foro mihi*
Minantur fœneratores pecuniam.
PH. *Peribunt, si deponent: neque enim illud potest*
Fieri, una dies ut sit biduum. ST. *quid? non potest?*
PH. *Quomodo? nisi forte una mulier simul fiet*
Anus, & juvenis. ST. *at lege sic cautum est.* PH. *at hi,*
Quid lex velit, non recte intelligunt. ST. *cedo,*
Quid ergo vult? PH. *Solon ille antiquus, fuit*
Natura amans populi. ST. *hoc nil ad veterem, & novam.*
PH. *Atqui is citationem posuit in duos*
Dies: in veterem scilicet, & novam diem:
Ut depositiones fierent primo die:
Calendis nimirum mensis cujuslibet.
ST. *Cur autem veterem apposuit.* PH. *Ideo, fatue homo,*
Ut postulati prius uno die in forum,
Cum apparuissent, ultro abirent: sin minus,
Ii statim ab aurora diei posteri
Calendis ipsis vexarentur postmodum.
ST. *Cur ergo magistratus non capiunt Sportulam*
Calendis, sed die vetere, & nova?
Cur uno prævertunt die? PH. *certe illi idem*
Faciunt, quod prægustatores facere solent:
Nam, ut sportulas præripiant quam celerrime,
Idcirco nummos prægustant uno die.

De dierum computatione, sunt Diogenis Laertii ista verba: *Voluit etiam, ut Athenienses dies secundum lunam putarent*. Homeri item poemata ut alternatim a se invicem excipientibus canerentur, instituit. Diogenes Laertius. *Homeri quoque versus, statuit, ut alternis accinerentur; ita ut, ubi desiisset primus, inde initium alter faceret. magisque ea ratione Homerum Solon illustravit, quam Pisistratus: ut Dieuchidas commemorat, libro quinto Megaricorum. Versus autem isti potissimum erant;*

Qui vero Athenas habitabant, ——

& quæ sequuntur. Quem Diogenis locum transcripsit Suidas, *in* Ὑποβολή. Autor quoque fuit, ut ad tibiam, & lyram, aciem instruerent. Sextus Empiricus, *Adversus Mathematicos*, lib. VI. *Et qui Solonis utebantur adhortationibus, ad tibiam, ac lyram, aciem instruebant, numerosum in armis motum facientes*. Instituit etiam, ut in conviviis vinum dilurum biberent: & caupones quoque ipsi dilutum

venderent. Indicat Alexis Comicus, in *Æsopo*, istis versibus, qui extant apud Athenæum, *lib.* IX.

A. *Lepidum hoc est a vobis, o Solon,*
Athenis dextreque inventum.
B. *Qualenam istud?* A. *in conviviis ne bibatur*
Merum. neque enim id facile est. siquidem vendunt
In plaustris statim dilutum.
Non quod inde lucrum captent, sed quod ementibus
Bene consultum esse velint, ut capita sana habeant
A crapula. ———

B Nec conviviis duntaxat vinum suum ordinavit, sed & Prytaneo cibum; & constituit, ut, qui illic alebantur, mazam in cibum acciperent; in diebus vero festis, etiam panem. Athenæus, *lib.* IV. *Solon vero iis, qui alebantur in Prytaneo, mazam præberi jubet: diebus festis, etiam panem apponi.* Ut autem matrimoniorum honestati, ac securitati, consuleret, emtas mulierculas libidini juvenum in ganeis prostituit; & ex quæstu quoque ipsarum templum struxit Veneri τῇ Πανδήμῳ, seu *Vulgari*, cognominatæ. Idem Athenæus, *lib.* XIII. *Et Philemon in Delphis narrat insuper, quod primus Solon,* C *propter juvenes ætate vigentes, mulieres emtas prostituerit in ganeis: quemadmodum item Nicander Colophonius refert, Colophoniacorum libro tertio, dicens, ipsum quoque, ex eo quæstu, quem fecissent illæ suæ meretrices in prostibulis, Veneris Vulgaris templum primum extruxisse.* De coemtis meretricibus, sunt Philemonis isti versus, apud eundem Athenæum, isto loco,

Tu vero in omnes invenisti homines, Solon,
*(Te enim primum hoc vidisse dicunt *)*
Rem, o Jupiter! popularem, & salutarem,
D *Mihique id dicere est conveniens, Solon:*
Cum plenam videres urbem juvenibus,
Qui necessariis naturæ legibus obsequerentur,
Et delinquebant, in quo non conveniebat,
Mulieres mercatus, statuisti in locis suis,
Communes omnibus, & apparatas.

Harpocration. *Nicander, libro sexto Colophoniacorum,* (tertium dicit Athenæus, in *citatis* statim *verbis*) *narrat Solonem, corpora mercatum formosa, ea in tecto prostituisse, propter juvenes: & ex pecuniis, quas lucratæ illæ essent, Veneris Vulgaris templum dedicasse.* Eustathius, *ad Iliad.* τ'. *Quod auro gau-* E *deat Venus, de qua est in fabula, ille quoque manifestum facit, qui tradit; Solonem Veneris Vulgaris templum dedicasse, e mulierum quæstu, quas coemtas prostituerat in cellis, in adolescentum gratiam.* Postea, quia molesti admodum cives essent, propter latas abs se leges, explicationem alibi, aut mutationem quoque, postulantes, ut effugeret importunitatem eorum, legibusque autoritatem conservaret, naucleriæ prætextu, petita a populo decennalis peregrinationis venia, navigio discessit. Plutarchus: *Quia vero, perlatis legibus, adibant indies aliqui Solonem, qui vel laudarent eas, vel culparent, monerentve,* F *ut tabulis intexeret, vel demeret, quod cuique in mentem veniret: plurimi vero quærerent, juberentque quemadmodum accipiendum quidque esset, quamque haberet sententiam, explicare, & edocere: considerans, nisi faceret, rem insolentem fore; &, si faceret, invidiosam: atque ambiguitates eas statuens omnino declinare, importunitatemque civium, & culpandi studium, effugere cupiens, (nam, ut ipse ait, in magnis rebus omnibus placere, est difficile:) prætexens absentiæ naucleriam, enavigavit; cum prius ab Atheniensibus petiisset, ut decennalis peregrinationis gra-*

A *tiam sibi facerent.* Quin & cives jurejurando obstrinxit, ad servandas per decennium istud leges. Herodotus, *libro* I. *Tum vero Solon, vir Atheniensis, qui cum leges jubentibus Atheniensibus tulisset, decem annos peregrinatus est, prætextu contemplandi navigio conscenso, ne quam legum, quas tulerat, abrogare cogeretur. nam hoc Athenienses ipsi facere nequibant, maximo jurejurando adacti, iis se legibus, quas ipse tulisset, per decennium usuros esse.* Proclus, *in Timæum,* lib. I. *Quod vero Solon in Ægyptum contenderit, non duntaxat ejus perlustrandæ studio, sed ut aliquanto tempore Athenienses viverent secundum leges, quas tulisset. quarumque ab ipso latarum nullam se abrogatu-* B *ros juraverant, manifestum est.* Elias Cretensis, *in Gregorii Nazianzeni Orat.* III. *Solon, cum ab Atheniensibus rogatus fuisset, ut leges eas ipsis statueret, e quarum præscripto viventes quam optimi esset, ipseque eos juramento devinxisset, se totos decem annos continuos ea, quæ sanxisset, servaturos, quo nimirum his assuefacti, ab his postea non facile dimoveri possent, eorum petitioni obsequitur. Legibus autem statutis, ex urbe egressus, totos eos decem annos, quos ipsis præstituerat, peregre egit.* Videndus etiam tibi Nonnus, in *Collectione sua Historiarum,* lib. I. Profectionis vero hujus, meminit item Philiscus, in colloquio cum C Cicerone: apud Dionem Cassium, *libro* XXXVIII. *Quid oportet Aristidem, quid Themistoclem, commemorare? quos exilium gloriosiores fecit. quid Annium? quid Solonem? qui sponte per decem annos peregre fuit.* Marius Victorinus, *in Rhet. Cic. lib.* I. *Atheniensibus Solon leges scripsit: &, quia norat, multos esse in rep. corruptissimos, in exilium ultro profectus est.* Libanius, *Declam.* XVI. *Qui vero e media reip. administratione discesserint, quales multos cum dicere possim, ipsum Solonem sufficere existimo. etenim ille, non, ut alius quivis, particeps reip. factus, sed qui ipse illam constituisset, & civitati leges quoque posuisset, ac pro vobis insaniisset, (nam & Solon, uti ego, cum sic ipsi visum* D *esset, insanivit:) relicto vitæ hoc instituto, discedens oberravit, ac negotia alia gessit.*

CAP. XXVI.

In Ægyptum abit, ubi cum sacerdotibus versatur. Inde in Cyprum proficiscitur, ubi urbem a suo nomine Solos dicit. quanquam alii id Ciliciæ Solis tribuant, quidam utrisque. Hinc in Lydiam se recipit, & cum Crœso rege loquitur. Gregorii Nazianzeni calumnia, Cedreni imperitia, & Ammiani Marcellini error.

E ITAQUE conscensa navi, peregre profectus, Ægyptum abiit, inde Cyprum: hinc, in Lydiam, ad Crœsum. Diogenes Laertius: *Navigio profectus est in Ægyptum, & in Cyprum, ac ad Crœsum.* Dicit autem istud factum. occupata a Pisistrato republica: Cum Plutarchus illud referat accidisse post remp. legibus latis ordinatam, ut robur iis per absentiam decennalem compararet. Ita vero inquit. *Primum in Ægyptum est delatus, ibique commoratus, ut ipse ante dicit,*

Ad Nili fauces, qua littora curva Canobi.

F *Aliquantisper vero etiam cum Psenophi Heliopolita, & Sonchi Saita, literatissimis sacerdotum, philosophatus est: a quibus etiam, ut Plato auctor est, sermonem Atlanticum cum audivisset, versibus efferre ad Græcos eum instituit.* Ejus in Ægypto commorationis, & Sonchis Saitæ, ac Psenophios Heliopolitæ, meminit iterum, lib. *De Iside, & Osiride*: nisi quod Oenuphis illic, qui Psenophis hic, dicatur. De Sermone Atlantico, est apud Platonem, in *Timæo*, & *Critia*, item Strabonem, *l.* II. In colloquio autem illo cum sacerdotibus, cum de rebus antiquis interrogaret,

quidam ipsum seniorum sic affatus est: *O Solon, Solon, Græci semper pueri estis: senex nullus est Græcorum.* Commemorat Plato, in *Timæo*; & ex eo Clemens, *Strom.* I. Justinus Martyr in *Cobort. ad Græcos:* Theodoretus, *Therapeut.* lib. I. Cyrillus, *contra Julianum*, lib. I. ex Ægypto in Cyprum profectus, magna in gratia apud Philocyprum fuit, ejus regionis regem: qui Æpeam quoque urbem, ab ejus nomine, Solos dixit. Plutarchus: *Inde cum in Cyprum navigasset, majorem in modum amatus fuit a Philocypro, quodam e regionis ejus regibus; qui habebat oppidum non magnum, a Demophonte Thesei filio conditum, ad flumen Clarium, in munito quidem loco, verum aspero, sterilique. Ei Solon, quum bonum agrum subjectum haberet, auctor fuit, ut urbem transferret, amœnioremque, & ampliorem, excitaret. Atque ipse præsens, ut frequentaretur oppidum cultoribus, curam egit, sociusque regis fuit in constituendo eo, cum ad vitam, tum ad securitatem, commodissime tuendam. Unde factum, ut incolæ multi ad Philocyprum confluerent, cæterique item reges æmularentur. Qua de causa etiam honorem hunc Soloni habuit, uti urbem, ante Æpeam nominatam, Solos diceret.* Etymologici Auctor. *Soli, urbs Cypri: a Solone, Athieniensium legislatore.* Inde Plutarchi postrema hæc verba profert. Alii non Cypri Solos, sed Ciliciæ, a Solone conditos pariter, & denominatos, tradunt. Diogenes Laertius: *Inde discedens, in Ciliciam abiit: & urbem condidit, quam de suo nomine Solos appellavit.* Stephanus. *Soli, urbs Ciliciæ, quæ nunc Pompejopolis; Hecatæus, in Asia. Nominata vero est, a Solone.* Achilles Statius, in *Vita Arati*, in Solis Cypri cum Plutarcho consentit; sed Cypranorem, quem is Philocyprum, vocat. *Horum (in Cypro) Solorum meminit Solon, in Elegiis, ad Cypranorem regem: qui, consilio ab ipso accepto de condenda urbe, ejus causa eam Solos appellavit, hanc ei pro consilio gratiam rependens.* Propter hunc dissensum Auctorum, utramque urbem, cum Ciliciæ, tum Cypri, ad Solonem conditorem refert Suidas: qui in eo quoque variat, quod profectionem hanc Solonis nostri, non populi causa, ob recenter latas leges negotium ei facessentis, sed Pisistrati, jam tyrannidem exercentis, atque insidias tendentis, institutam esse tradat. *Insidiis vero petitus a Pisistrato tyranno, in Ciliciam secessit: & urbem condidit, quam de suo nomine Solos appellavit: Alii vero, etiam Cypri Solos volunt ab eo nomen accepisse.* Et mox. *Soli, Ciliciæ, & Cypri, urbs: unde solœcismus, quod sua lingua barbare uterentur. Solon vero eam condidit, a quo etiam nomen accepit.* Inde in Lydiam, ad regem Crœsum, id petentem, se recepit. Ac, cum Sardes advenisset, statim in aulam deductus, Crœsum offendit, veste multo splendidissima, auro, ac gemmis coopertа, relucentem, cum se rebus, quæ in oculos maxime incurrerent nil moveri testaretur, jussit ei gazam omnem, regiumque instrumentum universum, aperiri, & ostendi. post quæ, cum rogaret Crœsus, ecquem se beatiorem usquam nosset: Tellum ait nosse sese, civem suum, virum bonum, & bonorum liberorum etiam patrem: qui, cum nil desideraret, fortiter pro patria pugnans, gloriose vitam in acie finiisset. Hic miratus eum Crœsus, & pro stipite arbitratus, quod felicitatem humanam non argento, neque auro affluente, metiretur; quem post Tellum collocaret, inquiiivit: ubi cum Bitonem, & Cleobim, nominasset, fratres geminos, mutuo in se amore, & in matrem pietate, excellentes; qui, cum boves cunctarentur, ipsi plaustrum subiissent, & parentem, sacerdotem tunc Junonis, in ejus ædem pertraxissent, gratulantibus ipsi civibus exultantem: qua de causa cum precata mater esset, ut quod optimum censerent, Dii illis largirentur, epulati cum eadem, somno capto, postero die longe placidissima morte obiisse sunt inventi. Ad hæc, cum iratus Crœsus interrogaret, anne ullo in felicitatis gradu ipsum denique constitueret? mediam inter adulationem turpem, & offensam imprudentem, viam insistens; Græcis, inquit, rex Lydorum, cum alia omnia mediocria Dii dederunt, tum constantem ex mediocritate quandam sapientiam, plebejamque, sed non regiam, splendidamque, quæ, fortunæ obnoxiam esse vitam hominis considerans, nec præsentibus bonis animum unquam extollere, nec felicitatem ullius, temporis vicissitudini oportunam, nimium suspicere sinit, quando ignoremus omnes, quid cuiquam evenire unquam possit. cui vero prosperitatem sine Deus confirmaverit, hunc beatum prædicamus. Hæc locutus, ac digressus, pupugit animum Crœsi Solon, non correxit. Et Æsopus, qui tunc magno in honore apud Crœsum versabatur, dolens, sic dimissum esse, sine ullo humanitatis testimonio, cum alloqueretur ipsum, diceretque; reges, Solon, aut nequaquam, aut quam potest jucundissime, sunt tractandi: immo, Æsope, inquit ille, aut nequaquam, aut quam optime. Ac tunc quidem non Solonis ullam sibi rationem habendam esse Crœsus duxit: postquam vero, acie a Cyro victus, Sardibusque item amissis, in potestatem ejus vivus pervenisset; ac cremandus pyræ extructæ, aspectantibus Persis omnibus, etiamque ipso Cyro adiistente, impositus esset, revocans Solonis dicta tunc ad animum, quantum extendere vocem potuit, ter, O Solon, exclamavit. Id cum miraretur Cyrus, misit, qui ex eo quæreret, quis Deorum, hominumve, Solon esset, cujus ita in extremis meminisset: cumque Crœsus, quæ jam dixi, memorasset, & relata hæc Cyro essent, ille, Crœso sapientior, in præsentia animum flectens, & incerta futurorum secum reputans, vitam Crœso, & honores, est largitus: retulitque illam inde laudem Solon, quod duorum regum alterum uno dicto conservasset, alterum erudiisset. Hujus rei strictim meminerunt multi ex Auctoribus: fuse autem retulerunt, cum Herodotus, *libro* I. tum Plutarchus, in *Solonis hujus Vita*, & Ausonius, in *Ludo septem Sapientum*; qui nonnihil in narratione sua ab his variat: item Demetrius Triclinius in *Comment. ad Trachiniarum initium*: & Joan. Tzetzes, *Chil.* v. *Hist.* v. Imprimis vero in hoc facto ostendit Solon, quam divitias contemneret, animumque supra pecuniam longe haberet: itaque calumniæ non possum absolvere illum in Theologis Græcis inter primos recensendum, Gregorium Nazianzenum: qui cujusdam inexplebilis avaritiæ, sine ulla ratione, Sapientem nostrum accusat; *adversus Julianum*, Orat. I. *Hæc jam sane sapientis illius, ac legislatoris, Solonis inexplebili cupiditate, quam Crœsus auro Lydio coarguit, multo præstantiora sunt.* Et vestigiis quoque hujus temere insistit Elias Cretensis, in *Commentario ad illum locum*; verum omnino Cretensis, juxta illud Callimachium, *Hymno in Jovem*,

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται. ———

Melius Nonnus, qui videtur excusare injuriam manifestam velle, cum exponit in hunc modum, in *Collectione sua Historiarum*. lib. I. *Redeuntem vero a thesauris Solonem, interrogavit Crœsus; Ecquis tandem ex omnibus mortalibus ipsi beatissimus esse videretur: existimans utique, eum felicitatis primas ipsi daturum. Solon autem, Tellum sibi Athieniensem omnium omnino beatissimum videri, respondit. Beatitudinem enim non in opibus, aut superbia, sed in vitæ tranquillitate, & felicitate mortis, constituebat. Inexplebilem itaque Solo-*

nem Crœsus vocat, quod majores auro Lydio opes cernere desideraret. Ut calumniæ vero Gregorium, sic Cedrenum imperitiæ bono jure accusavero, quod Solonem captum potius a Crœso fuisse, quam sponte sua, ac vocatum, ad ipsum ivisse, nobis memoret: cum Auctorum veterum neminem hic consentientem sibi dare possit. Ecce verba: *Crœsus, cum jam ad ignem duceretur, exclamavit; O Solon, Solon. Id Cyrus audiens, causam, cur Solonem nominaret, requisivit. atque is respondit: cum Solonem captivum haberem, abduxi eum, gloriam meam illi jactans, & divitias regni mei, ac rogavi; an quem me beatiorem invenire ipse posset. respondit autem; Diogenem Cynicum illum esse, & alios multos.* Ubi alterum imperitiæ non minoris argumentum mihi nota; quod Soloni mentionem Diogenis tribuat, qui centesimo demum anno, ampliusque vivere incepit, postquam Solon desiisset. Sed, ut merito hic Cedrenum reprehendo, quid Diogene Cynico ipso faciemus; qui in quadam ad Sinopenses suos Epistola, se cum Solone, & iis, qui a Medorum servitute Græciam liberaverant, vivere scribit, istis verbis: *Vos quidem, me exilio damnastis: ego vero, vos mansioni. Habitabitis itaque vos quidem, Sinopen; ego, Athenas, id est, vos quidem, cum mercatoribus: ego autem, cum Solone, atque iis, qui a Medorum servitute Græciam liberarunt.* Atqui a Solonis obitu ad extrema tempora Medica, anni sunt plus septuaginta: & ab iis, ad nativitatem ipsius, etiam plus sexaginta. Verum, ut Cedrenum quidem excusare minime possum, ita huic facile patrocinium invenio. nempe figurate loquitur; & se cum Solone vivere Sinopensibus scribebat, quia sub illius legibus: cum iis vero, qui Medorum ser vitutem propulsaverant, quia Athenienses nempe illud fecerant: quorum filii, ac nepotes, tunc adhuc in vivis erant. Atque hoc obiter, per Cedreni occasionem. De Telli vero, Cleobisque, ac Bitonis, felicitate, a Solone apud Crœsum prædicata, est Plutarchi quoque locus, in libro, *De discr. adul. & amici. Et Solon, Crœso de felicitate inquirente, Tellum, quendam obscurum Athenis hominem, Bitonemque, & Cleobin, feliciores esse ostendit.* Verum, quod commemoratur Crœso suggessisse Solon, non beatum prædicari quenquam posse, ante vitæ suæ finem, id a pluribus celebratur. Juvenalis, *Sat.* x.

Festino ad nostros, & Ponti transeo regem,
Et Crœsum; quem vox justi facunda Solonis
Respicere ad longæ jussit spatia ultima vitæ.

Ubi Interpres ejus vetus; *Cum interrogatus fuisset Solon a Crœso, si aliquem vidisset tam gloriose regnantem: ille dixit, debere vitæ ultimæ eventum exspectare.* Ausonius, in *Sententiis septem Sapientum.*

Exspectare Solon finem docet, ortus Athenis.

Et Solon ipse, apud eundem.

Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata sunt.

Arrianus, *De Exped. Alex.* lib. VII. Ἧς ἕνεκα καὶ Σόλωνα Κροίσῳ παραινέσαι εἰκὸς, τέλος ὁρᾷν μακροῦ βίου, μηδὲ πρόσθεν τινὰ ἀνθρώπων ἀποφαίνειν εὐδαίμονα. *Cujus rei causa Solonem Crœso suasisse verisimile est, ut longæ vitæ exitum spectaret, neque prius mortalium quemquam felicem judicaret.* Sophocles, dictum repræsentans, Solonem, ejus auctorem, designat potius, quam nominat: cum sic loquentem Deianiram introducit, in *Trachiniarum* initio.

Vetus hoc dictum est, priori seculo celebratum:
Quod non liceat de cujusquam vita judicare, priusquam
Mortuus sit, utrum ea bona fuerit, an mala.

Ubi vide Scholiasten, & Demetrium Triclinium: uti etiam ad *Oedipi tyranni* finem. Alludit quoque Euripides, in *Heraclidis.*

Ac vinculis colligatum manus, spolium
Pulcherrimum venit imperatorem ducens,
Illum beatum antea; præsenti vero fortuna,
Mortalibus omnibus clare enunciat, ut discant,
Ei, qui beatus videtur, ne æmulentur, priusquam
Mortuum viderit quispiam. ita fortuna indies variat.

Meminerunt quoque Arrianus, *De rebus gestis Alexandri* lib. VII. Theodorus Ducas, *De Nat. comm.* lib. V. Auctor τῶν θεολογουμένων τῆς ἀριθμητικῆς, ubi de numero quaternario agit; Maximus Tyrius, *Dissert.* XXXV. Theodoretus, *Therapeut.* lib V. Johannes Salisberiensis, *Policratici* lib. VIII. cap. XIV. Niceras, *ad Gregorii Nazianzeni Tetrasticha*; Manuel Palæologus, *Orat.* I. & Anthologia Græcorum Epigrammatum, *lib.* I. *cap.* LXXXVI. Inquirit autem in hoc dictum Aristoteles, *Nicomach.* lib. I. cap. X. *Numquid igitur neque alius quisquam homo, quod vivit, felix dicendus est; sed, ex sententia Solonis, finem spectare oportet? Quod si ita sese habet, neque aliter statuendum est, felixne tunc erit aliquis, ubi diem suum obierit? an absurdum hoc plane existit, & alias quidem, & nobis, qui dicimus, felicitatem esse operationem quandam? Quod si non dicimus, mortuum felicem esse; (neque hoc Solon etiam voluit, sed solummodo, tunc felicem hominem tuto dici posse, quippe qui jam extra mala, & infortunia, sit positus:) etiam illud dubitationem quandam habet.* Ubi vide item Eustathium. Discessit vero a Crœso Solon sua sponte, non ejectus, uti Ammianus tradit, *lib.* XV. *cap.* V. *Crœsum legibus ideo Solonem regno suo expulisse, quia blandiri nesciebat.* Itaque errat manifesto.

CAP. XXVII.

Interim, dissidio Athenis orto, & tripliciter divisa civitate, domum redit: ubi Pisistrato, tyrannidem affectanti, & potentiori, frustra se opponit. Thespin quoque Tragœdum increpat, prohibetque: ac de eo Suidæ error indicatus.

At Athenis, dum sic abest, tota civitas in seditionem exarserat, & Diacrii, Pediæi, Paralique, inter sese dissidebant: ac Lycurgum Pediæi, Parali Megaclem, Diacrii Pisistratum ducem sequebantur. Plutarchus: *Cives vero urbani omnes, peregre absente Solone, inter sese dissidebant. ac dux Pediæorum, erat Lycurgus; Paralorum, Megacles, Admæonis filius; Pisistratus vero, Diacriorum: in quibus erat multitudo capite censa, eaque locupletibus vehementissime infesta.* Inter hæc domum reversus, erat quidem apud omnes in auctoritate summa, & honore: cæterum, robustiorem factionem, quam componi ut verbis posset, & oratione suada, facto aliquo insigni, masculoque, ad opprimendum, non sufficit: cum, ætate jam senecta, labefactatis corporis viribus, animi quoque justum robur destitueret. Plutarchus: *Hoc rerum statu regresso Solone Athenas, omnes quidem & reverebantur eum, & honorabant: cæterum ad dicendum, vel agendum, in publico, neque viribus, neque animo, sufficiebat, præ senio.* Posteaquam factioni componendæ imparem se animadverteret, principes seorsim alloquens, ut reduceret in concordiam, operam dedit; eaque in re Pisistratum maxime sibi auscultantem invenit. Plutarchus: *Capita vero factionum seorsim compellans, dirimere ea, & reducere in concordiam, conatus fuit: Pisistrato maxime, ut videbatur, auscultante.* Sed, cum

postea obstinatius ille pergeret, ut tyrannidem affectaret, Pediæis, Paralisque, jam superior: ac vulneribus sibi inflictis populum pro se concitaret, ille palam compellatum dehortari minime destitit. Plutarchus: *Postquam vero, inflictis sibi vulneribus, in forum Pisistratus venit, curru vectus, populumque concitavit, tanquam Reip. causa insidiis ab inimicis appetitus, multosque haberet indignantes, & clamantes, propius accedens Solon, adsistensque; Non recte, inquit, fili Hippocratis, imitaris Ulyssem Homericum; nunc siquidem eadem ipse facis, ad decipiendos cives, quibus ille, cum se flagris concidisset, hosti imposuit.* Verum, postquam per blanditias nil omnino profecisset, tandem palam se opposuit: &, lorica mox armatus, clypeoque, populum pro concione exhortari non cessavit, ne desererent libertatem, seque ducem ad vindicandam sequerentur. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. *Cum venisset (Solon) in concionem quandam cum lorica, & scuto, prædixit illi Pisistrati insidias: neque id solum, sed & se paratum esse opem ferre.* Hoc est, quod Valerius Maximus dicit, *lib. v. cap. III. Pisistrati tyrannidem primus (Solon) vidit orientem; & solus, armis opprimi debere, palam dictitare ausus est.* Cum vero, neque sic proficeret, positis ante curiam armis; Ego, inquit, quantum potui, patriæ, & legibus, opem tuli. Plutarchus: *At cum nemo, propter metum, auscultaret, domum abiit; sumtisque armis, & in vico ante fores collocatis: Ego quidem, quantum potui, patriæ, inquit, legibusque opem tuli.* Diogenes Laertius. *Jam potito rerum (Pisistrato) ipso, cum nequaqnam persuaderet, posuit arma ante curiam; ac, cum dixisset, Equidem, o patria, verbo, & opere, te adjuvi, in Ægyp'um abnavigavit.* Factum ipsum, eodem modo; verba, aliter narrat ipse Solon, in Epistola *ad Epimenidem: Ego vero, positis ante curiam armis, iis, qui Pisistratum ad tyrannidem contendere nullo modo animadvertebant, prudentiorem me dicebam; iis autem, qui defendere non audebant, fortiorem.* Quo modo etiam Plutarchus refert: *Cum videret pauperes quidem gratificari Pisistrato cupientes, ac tumultuantes, divites vero fugientes, timentesque, abiit, dicens: Ego quidem his prudentior, illis fortior existo. ac prudentior quidem istis, qui non capiunt, quid agatur; fortior autem his, qui isthoc capiunt quidem, sed tyrannidi obviam ire reformidant.* Meminerunt item Aristides, in Orat. *De Smyrna*: & Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. XVI. Cumque custodiam corporis sui, quam petierat, Pisistratus obtinuisset, po stulavit; ut, quas tulerat pridem, leges abrogarentur. Eamque in rem Polemonis declamatio fuit, cum hoc titulo; Ὁ Σόλων αἰτῶν ἀπαλείφειν τὲς νόμες, λαβόντος τὴν φρερὰν τȣ̃ Πεισιςράτȣ. *Solon petens ut leges sibi suas delere liceat, cum custodiam impetrasset Pisistratus*: ut est videre apud Philostratum, in *Polemonis Elogio*, *Sophist.* lib. I. Post hæc, quanquam facto nil prodesse posset, verbis tamen non abstinuit; quæ, in isto rerum statu, dementis potius, quam prudentis, viderentur: qua de re interrogatus, qui fiducia tanta ageret; Senio fretum se, respondit. Plutarchus: *Super his, cum multi ipsum admonerent, a tyranno cæsum iri; quærerentque qua re fretus hunc in modum dementiret, Senio, inquit.* Meminitque hujus dicti iterum, in libro, *An seni sit gerenda Resp.* Cicero, non amicis ipsum admonentibus, sed Pisistrato ita respondisse dicit, lib. *De Senectute: Hoc est illud, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est; cum illi quærenti, Qua tandem spe fretus sibi tam audacter resisteret; respondisse dicitur, senectute.* Inter ista, dum luctatur cum Pisistrato pro Republica, Tespin tragœdias exhibere prohibuit. Diogenes Laertius. Καὶ Θέσπιν ἐκώλυσε τραγῳδίας ἄγειν τε καὶ διδάσκειν, ὡς ἀνωφελῆ τὴν ψευδολογίαν. *Thespin tragœdias agere, ac docere, vetuit, tanquam inutilem falsiloquentiam.* Fusius id Plutarchus memorat: *Cum jam movere Thespis cœpisset tragœdiam, & detineret rei novitas multitudinem, (necdum enim ad certaminis contentionem res devenerat) ac natura Solon audiendi, discendique, studiosus esset, magisque in senecta ætate in otium ludumque sese, immo etiam compotationes, musicamque, remitteret, ipsum Thespin, uti mos Veteribus erat, spectavit. Postquam vero finitum spectaculum esset, compellatum interrogavit; ecquid non puderet ipsum, coram tam multis, tam multa mentiri? cumque Thespis responderet, non esse indignum, ea per ludum dicere, aut facere: Solon vehementer terra baculo concussa; Atqui, inquit, brevi ludum hunc laudantes, & honorantes, in contractibus inveniemus.* Factum vero isthuc ipsum circa initia tyrannidis Pisistrateæ, uti certum ex Plutarcho: id est, Olympiade quinquagesima. Itaque graviter errat Suidas, qui Olympiade sexagesima prima Thespin fabulas primum docuisse nobis tradit, *in* Θέσπις, istis verbis: Ἐδίδαξε δὲ ἐπὶ τῆς πρώτης καὶ ἑξηκοςῆς Ὀλυμπιάδος. *Egit vero fabulas Olympiade sexagesima prima.*

CAP. XXVIII.

Occupata a Pisistrato rep. in Lydiam se, & Cyprum, recipit, varie a multis invitatus. Plutarchi error, & Herodoti, ac Diogenis Laertii, indicatus.

POTIORE jam Pisistrato, & rep. occupata, continuisse se Solonem: & in Urbe remansisse, nec amicis contra suadentibus obsecutum, sed carminibus Athenienses, ob admissam servitutem, incessisse, tradit Plutarchus: *At cum nemo, propter metum, auscultaret, domum abiit: sumtisque armis, & in vico ante fores collocatis; Ego quidem, quantum potui, patriæ, inquit, legibusque, opem tuli. ac deinceps conquievit; nec, suadentibus amicis, uti in exilium iret, morem gessit: sed, poemata scribens, Atheniensibus probra objecit.* Ac conquievisse quidem, & conviviis, cæterisque oblectamentis, se dedisse, paullo ante quoque dixit, istis verbis, ubi de Tragœdo Thespi illi sermo. *Cum Solon audiendi, discendique, studiosus esset: magisque in senecta ætate in otium, ludumque, sese, immo etiam compotationes, musicamque, remitteret.* Quam in rem sunt illi quoque ejus versus, qui ab eo producuntur:

Addiscens vero plurima, fio senex.

Item.

Sunt Veneris, Bacchique mihi nunc munera curæ,
Musarumque, viros quæ recreare solent.

Qui ipsi etiam hujus versus proferuntur ab eodem, in *Convivio septem Sapientum*, ubi quod gaudere sese Baccho dicit, eo quoque referri debent ista Senecæ, *De tranquillitate animi. Ut libertatis, ita vini salubris moderatio est. Et Solonem indulsisse vino credunt.* Et Musarum illi studia grata fuisse, testatur quoque insigne opus, de Atlantico sermone, tunc ab eo inchoatum, sed desertum, magnitudinis suæ tædio. Plutarchus: *At Solon, cum magnum illud opus Atlantico sermone, aut fabula, quam ex doctis Sai acceperat, convenientem Atheniensibus, inchoasset, defecit: non propter occupationes, ut vult Plato; verum magis propter senium, operis magnitudine territus.* Sed, Athenis ut Solon manserit, postquam eæ a Pisistrato occupatæ, suadentibus etiam amicis, ut abiret, quanquam id Plutarchus dicat, mihi non sit verisimile. Quin Diogenem Laertium sequi hic malo; qui, navigio discessisse, nobis tradit, istis verbis: *Jam vero ipso (Pisistrato) rerum potiente, posuit arma ante prætorium, & dicens; O patria, ego tibi verbo, & opere, opem tuli, abnavigavit.*

Quam-

Quamquam etiam ille certe in eo errat, quod Ægyptum petiisse tunc affirmet: cum omnino illud factum, postquam leges condidisset, ut jam ante a me dictum. Urbe vero excessisse, nec in ea remansisse, auctor etiam Aulus Gellius, *lib.* XVII. *cap.* XXI. *Servio autem Tullo regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exilium voluntarium profecto*. Sed non est alio teste opus, quam Pisistrato; qui ad reditum invitat, in *Epistola*, quæ nunc legitur apud Diogenem: in qua ista verba extant. *Te vero ego nullo modo culpo, quod propositum meum detexeris; quippe qui id benevolentia in remp. potius quam odio mei, feceris. insuper, quod ignorares, quomodo ego principatu usurus essem: siquidem, si id scivisses, forte me constituentem principatum æquo animo tolerasses, neque in exilium ivisses. Itaque domum revertere, etiam injurato credens, nil Solonem injucundi a Pisistrato passurum. nosti enim, neque quenquam inimicorum grave aliquid passum esse. quod si locum inter amicos meos cupies, inter primos collocaberis: quando nec dolosum quicquam, aut infidum, in te video. aut, si quocunque alio modo habitare Athenis cupies, integrum illud tibi erit: Dummodo ne nostra causa patria careas*. Et ipse Solon, in *Epistola*, qua respondet huic Pisistrati, apud eundem Diogenem: *Credo equidem, nihil me abs te passurum mali: etenim ante tyrannidem amicus tibi eram. Athenas autem redire, non honestum esse video: ne me quispiam reprehendat, qui remp. æqualem Atheniensibus constituerim, ac tyrannidem, cum liceret, exercere recusaverim, nunc reversus probare videar, quæ tu facis*. Estque hoc ipsum animadvertere ex altera Epistola, ad Epimenidem, quæ ibidem exhibetur. Ergo manifestus est Plutarchi error; & Æliani, qui commemorat: & in urbe remansisse, nullo malo a Pisistrato affectum; & defunctum ibidem esse, ac sepultum, statuaque in foro posita honoratum. Ita enim refert, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. XVI. *Atqui tamen Pisistratus, sive reverentia viri, sive recordatione adolescentiæ, qua in deliciis ipsi fuisse dicebatur, nihil mali fecit Soloni. Solon vero paulo post, ætate grandis, vitam finiit: magna gloria sapientiæ, & fortitudinis, relicta. Atque in honorem ejus ænea statua in foro posita est; quin & publice ipsum sepelierunt, juxta portam, & murum urbis, ad dextram introitus: monumentumque ejus muro circumdatum est*. Quonam ergo se recepit? Invitabat perbenigne Miletum Thales. Ecce tibi verba ejus in *Epistola*: *Si paulisper Athenis excesseris, commodissime mihi Mileti domicilium ponere posse videris, apud colonos vestros. neque enim hic quicquam grave est. Quod si apud Milesios quoque tyrannidem esse indignaris, (siquidem omnes æsymnetas odio habes,) at nobiscum, qui amici tui sumus, vivere gratum tibi erit*. Bias, Prienen evocabat. Id testatur in eadem *Epistola* Thales. *Scripsit etiam tibi Bias, ut Prienen venias*. Epimenides, in Cretam pertrahere est conatus. Ita etiam ad ipsum scribit: *Bono, o amice, animo esto. Si enim jam servientibus, neque bonas leges habentibus, dominaretur Pisistratus, principatum in subjectos sibi cives sempiternum habere posset. nunc, viris non malis servitutem imposuit; qui, Solonis monitorum memores, dolent cum pudore. neque opprimi tyrannide sustinebunt. Verum, etsi civitatem in potestate Pisistratus teneat, non tamen ad liberos ejus imperium perventurum spero. difficile enim est, Viros, antea libertate sub legibus præstantissimis fruitos, servos esse. Tu vero, ne circumerres; quin in Cretam, ad nos veni; non enim tibi tyrannis gravis erit*. Cleobulus, uti Lindum ad se veniret, rogavit, istis literis: *Amici quidem tibi sunt multi, & domus ubique. verum ego, Soloni Lindum, populari imperio utentem, jucundissimam fore affirmo. Et insula undique alluitur; in qua habitanti nihil grave a Pisistrato metuendum: & amici undique ad te accedent*. Denique a Crœso rege Indiam invitatus fuit, utipse nobis Solon testis, in *Epistola* hac ad eum: *Amplector tuam in nos benivolentiam: &, per Minervam, nisi omnino constituissem in libera rep. habitare, mallem tecum in regno tuo commorari, quam Athenis, Pisistrato per vim tyrannidem usurpante*. Et Ausonius in *septem Sapientibus*, sic loquentem eum, de hac vocatione introducit:

Rex, an tyrannus, Lydiæ Crœsus fuit.
Hic in beatis, dives insanum in modum,
Lateribus aureis templa qui divis dabat,
Is me evocavit. ———

Sed, tam multis invitantibus, quonam ivit? si quid judico, in Lydiam, ad Crœsum. atque ita sentiendi mihi ipse Solon auctor; qui, in fine citatæ statim a me epistolæ, ita scribit: *Veniam tamen ad te, ut hospitio tuo ocyus fruar.* Errat igitur Plutarchus, & eo prior quoque Herodotus; qui profectionem ad Crœsum institutam tunc commemorant, postquam, confirmandis legibus, in decennium peregre abiit: uti ante a me dictum. Rectius multo Diogenes; qui, rep. a Pisistrato occupata, id factum dicit: quanquam in eo iterum falsus, quod Ægyptum eodem tempore aditam tradat. hanc enim sine ullo dubio tunc accessit, cum, ad leges per absentiam stabiliendas, decennalem peregrinationem instituit. Non potuisse autem Solonis profectionem hanc ad Crœsum fieri mox a latis legibus, id est, circa Olympiadem XLVII. inde certo sat pronuntiari potest, quod is tegnum demum adierit Olymp. LIV. anno II. ut videre est apud Eusebium, *Chron.* lib. II. Post, a Crœso cum discederet, Cyprum petiit: qua de re, Plutarchum secutus, qui hic quoque itidem errat, supra egi. Nam, tum demum Cyprum eum adiisse, hinc manifestum esse potest, quod ibidem tandem obierit; quemadmodum ostendam infra, cap. ultimo.

CAP. XXIX.

Dicta ejus præclarissima.

HACTENUS, quæ facta ab eo, commemoravi; nunc præclare ab eo dicta mihi referenda puto: quorum ista recensentur a Diogene. *Ajebat, sermonem quidem esse operis imaginem; regem vero, qui potentia plurimum valeret: leges vero, aranearum tectis simillimas; illas enim, si quid leve, & imbecillum, incideret, istud tegere: si quid majus, id diffindere, ac evadere. Sermonem, silentio signari: silentium, tempore. Qui apud tyrannos potentes essent, calculis, quorum in subducendis rationibus usus, similes existere: ut enim illi interdum majorem numerum, interdum minorem significant; ita & tyrannos horum quemque aliquando magnum, ac splendidum, aliquando sine ullo honore habere. Interrogatus, qua ratione homines quam minime injuste agerent; si pariter, inquit, afficerentur, quibus nulla facta injuria est, atque illi, quibus facta est. Insuper, satietatem e divitiis, contumeliam e satietate gigni*. Item ista. *Probitatem juramento fideliorem cense. Mentiri noli. Præclara sedulo meditare. Amicos cito noli parare; quos autem paraveris, ne rejicias. Tunc rege, cum primum didiceris regi. Consule, non quæ suavissima, sed quæ optima. Mentem ducem sequere. Ne cum malis converseris. Deos honora. Parentes reverere*. Rursum istud. Μηδὲν ἄγαν *Ne quid nimis*. Ad primum quod attinet, *Sermonem esse operis imaginem*, fusius commemorat Syrianus, *ad Hermogenem*, in hunc modum. *Quemadmodum etiam Solon clamat. Qualis est vita, talis quoqu*

oratio: & qualis oratio est, tales etiam actiones. Apud Valerium Maximum, ista traduntur *lib.* VII. *cap.* II. *Solon, cum ex amicis quendam graviter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatusque est, ut per omnes subjectorum ædificiorum partes oculos circumferret: quod ut factum animadvertit, cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus sub his tectis & olim fuerint, hodieque versentur, insequentibusque seculis sint habitaturi; ac mitte mortalium incommoda, tanquam propria, deflere. Idem ajebat; si in unum locum cuncti mala sua contulissent, futurum, ut propria deportare domum, quam ex communi miseriarum acervo portionem suam ferre, mallent.* Prius illud, totidem verbis refert Joannes Salisberiensis, *Policratici* lib. VIII. cap. XIV. pro altero, istud repræsentat *Idem (ajebat,) Nihil homini metuendum, nisi ne Philosophiam finis excludat.* Pluscula habet Demetrius Phalereus, in *Apophthegmatis Sapientum*, apud Stobæum, *Serm.* II. quorum partem paullo ante ex Diogene jam produxi. *Ne quid nimis. Ne judex sedeas: sin autem, damnato inimicus fies. voluptatem fuge, parit enim tristitiam. Serva morum probitatem, vel jurejurando fide digniorem. Sermonem quidem, silentio obsigna: silentium, tempore opportuno. Ne mentire, sed verum dicas. Seria meditare. Parentibus justiora ne dixeris: Amicos non cito comparabis: quos vero comparaveris, non statim rejicies. Cum regi didiceris, regere scies. Quam aliis pœnam præscripseris, tu quoque sustineto. Civibus non suavissima, sed optima, consules. Ne sis arrogans: Cum malis ne converseris. Deos consule. Amicos cole. Parentes reverere. Mentem tibi ducem præfice. Quod videris, ne dixeris. Sciens, taceto. In tuos mansuetus esto. Ignota ex notis conjice.* Istiusmodi sunt illa, quæ Soloni, in *Dictis septem Sapientum*, tribuit Ausonius:

Dico tunc beatam vitam, cum peracta fata sunt.
Pars pari jugator conjux: quicquid impar dissidet.
Non erunt honores unquam fortuiti muneris.
Clam coarguas propinquum, quem palam laudaveris,
Pulchrius multo parari, quam creari, nobilem.
Certa si decreta sors est, quid cavere proderit?
Sive sint incerta cuncta, quid timere convenit?

Et ludius *ibidem*.

Delphis Solonem scripse fama est Atticum,
Γνῶθι σεαυτόν· quod Latinum est, Nosce te.
Multi hoc Laconis esse Chilonis putant.
Spartane Chilon, sit tuum, nec ne ambigunt.
Quod in te fertur, τέλος ὅρα μακρῦ βίυ.
Finem intueri longæ vitæ quo jubes;
Multi Solonem hoc dixe Crœso existimant.

Plura leguntur apud Stobæum, *Serm.* XXXIV. *Solon inter pocula tacitus a Periandro interrogatus, an propter verborum inopiam, an ob stultitiam, taceret, respondit: Atqui stultus nemo inter pocula tacere potest. Serm.* XLI. *Solon illam civitatem optime habitari dixit, in qua viros bonos honoribus affici: contra autem, pœnis malos, sic receptum.* Et huc respexit Cicero, *ad Brutum*, Epist. XV. *Ut Solonis dictum usurpem, qui & sapientissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem. Is remp. duabus rebus contineri dixit: præmio & pœna.* Rursum Stobæus, in *citato* proxime *Sermone*. *Solon, rogatus; Quonam ratione nullum in urbe factum injuste admitteretur? respondit: Si tam indignarentur illi, quibus non facta est injuria, quam quibus facta est.* Quod supra quoque est inter illa, quæ protulimus e Diogene, & commemoratur etiam a Plutarcho. Ac mox, in *Sermone eodem*. *Solon rogatus; Quomodo civitates optime regerentur, respondit: Si cives quidem magistratui obediant; magistratus autem, legibus. Serm.* XLVI. *Mihi quidem, ajebat Solon, maxime gloriosus futurus videtur & rex, & tyrannus, si democratiam ex monarchia civibus constituerit.* Denique, *Serm.* LXXXIII. *Solon optimam sibi familiam videri dixit, in qua pecuniæ non injuste possideantur, nec mala fide custodiantur, nec cum pœnitentia expendantur.* De illo vero, *Ne quid nimis*, ex Demetrio Phalereo paullo ante recitato, est Clementis item locus, *Strom.* I. *Rursum Chiloni Lacedæmonio tribuunt illud, Ne quid nimis; Strato autem, in Opere De inventis, adscribit hoc dictum Stratodemo Tegeatæ: Didymus vero, id Solonis esse censet.* Aliud habet Theodoretus, *Therapeut.* lib. V. *Solonem præterea, Atheniensem legislatorem, Herodotus auctor est Crœso dixisse:*

O Crœse, omnis homo est calamitas.

Locus autem is Herodoti, quem respexit, exstat *Hist.* lib. I. Neque negligendum istud, quod recenset Aristoteles, *Ethic. Nicom.* lib. X. cap. VIII. *Quin & Solon felices fortassis recte definivit, dicens; eos esse, qui externis rebus mediocriter fuerunt instructi, & honestissima egerunt, ut existimabat, vixeruntque temperanter.* Ad quem locum Eustratius, sive is est Michael Ephesius. *Solonem etiam testem profert, qui felicem inquiebat, non multis magnisque affluentem; sed, qui utraque hæc haberet, & optima faceret: denique vitam temperanter institueret.* Denique, præclarum & istud, quod refertur a Demosthene, Oratione *in Timocratem*. *Illud etiam vobis recitabo, quod Solonem aliquando dixisse ferunt apud judices, in eo accusando, qui legem perniciosam rogarat, in hanc sententiam. Receptum esse universim apud civitates, qui monetam adulteraverit, ut morte mulctetur. Deinde interrogasse judices, num eis illa lex justa, & laudabilis, videretur? qui cum, videri sibi, respondissent, subjecisse: putare sese, argenti monetam privatorum contractuum causa repertam inter cives; leges autem, monetam esse reip. Judices igitur oportere multo magis, si quis eam, quæ civitatis moneta sit, corrumpat, odisse, ac punire; quam, si quis eam, quæ sit hominum privatorum. Atque, ut intelligerent, haud dubie majus esse delictum, corrumpere leges, quam adulterare monetam, addidisse: multas civitates, quæ haud dissimulanter argento, quod sit ære, & plumbo, contemperatum, utantur, tamen incolumes esse, nec ullum ex ea re detrimentum capere: at, si qui perinde, legibus adulterinis, usi, receptas corrumpi siverint, eorum nullos unquam non internecione periisse.*

CAP. XXX.

Quamdiu reip. a Pisistrato occupatæ, superstes fuerit; quoque ætatis anno, & ubi, vitam finiverit. Profectionis in Lydiam ad Crœsum, itemque Cyprum, verum tempus indicatum. Plutarchi, Æliani, Diogenis Laertii, errores ostensi. Ossa, in Salaminem ferri, & ibidem spargi, jubet. Ejus sepulchrum Athenis, juxta portam; & statua, in foro, ante porticum Pœcilen: etiam altera, Salamine, item in foro: eaque quando dedicata. Libanii error; Demosthenis corruptus locus indicatus, & correctus. Quibus temporibus potissimum claruerit. Theophili error refutatus.

SED an diu, post remp. a Pisistrato occupatam, supervixit? Video in incerto esse; &, illos dicere: hos negare. Plutarchus: *Supervixit vero Solon, postq; tyrannidem incepit Pisistratus, ut Heraclides quidem Ponticus memoriæ tradit, longum tempus: ut Phanias Eresius, minus duobus an. Siquidem cœpit Pisist. tyrannidem, archonte Comia: at Hegestrato archonte, cujus magistratus Comiæ proximus fuit, Solonem obiisse Phanias dicit.* Phaniæ consentit Ælianus, qui ait; non mul-

to post obiisse: *Var. Hist.* lib. VIII. c. XVI. *Solon vero paullo post, ad decrepitam usque senectutem provectus, vitam finivit.* Cum Heraclide Pontico faciunt, qui ad Olympiadem LVI. produxisse eum vitam sunt auctores. Suidas: *Solon, Execestidæ filius, Atheniensis, philosophus, legislator, & Demagogus. Fuit autem Olympiade* XLVI. *Alii vero dicunt, fuisse* LVI. Et profecto, ad hoc tempus pervenisse, vero simile est; siquidem ad Crœsum abiit, qui regnare demum incepit; ut jam paullo ante dixi, Olymp. LIV. anno II. &, in Cyprum hinc profectus, urbem illic, Solos a se dictam, condidit. Illud certum, decessisse ætate grandem. Ita Ællanus tradit, in *citatis* statim *verbis*. *Decrepitus existens vitam finivit.* Diogenes Laertius, octoginta annos natum fuisse dicit. *Obiit vero in Cypro, cum annos vixisset octoginta.* Lucianus, in *Longævis*, centum annos implevisse eum tradit. *Solon autem, & Thales, & Pittacus, qui e septem Sapientum numero fuerunt, singuli centum annos vixerunt.* Sed ubi obiit? etiam hic dissensum quendam Auctorum video. Plutarchus quidem, cum non excessisse eum Urbe dicat, illic quoque mortuum existimasse, facile convinci potest, quanquam non diserte tradat. Ælianus clare dicit, & sepultum juxta portam, apud murum, ad dextram introitus: ac sepulchrum muro cinctum habuisse; ita enim scribit, libro citato. *Et extulerunt eum funere publico, ac sepelierunt prope portam, juxta murum: ac sepulchrum ejus muro cinctum est.* Alii in Cypro mortuum volunt. Diogenes Laertius, in *citatis* statim *verbis*: *Obiit vero in Cypro.* Item in *Pammetro*:

Cipria defunctum subtraxit terra Solonem.

Suidas *in* Σόλων. *Alii vero dicunt, etiam Solos, qui sunt in Cypro, ab eo nomen accepisse: Ipsumque in Cypro, decessisse.* Valer. Maximus, *lib.* V. *cap.* III. *Solon senectutem Cypri profugus exegit; neque ei in patria, de qua optime meruerat, humari contigit.* Ut autem natus Salamine fuerat, ita ossa quoque sua, in cineres redacta, huc referri, & dispergi tota regione, voluit: simul etiam, ut videtur, generosa indignatione animi, ne ingrati Athenienses illi unquam potirentur. Diogenes Laertius: *Obiit vero in Cypro, cum vixisset annos octuaginta; hunc in modum dato suis mandato: ut ossa, in Salaminem relata, ac in cineres redacta, per regionem dispergerent.* Et in *Pammetro*:

Cypria in externa consumsit flamma Solonem;
Ossa, cinis quorum spica, tenet Salamis.

Et Cratinus, in *Chironibus*, apud eundem, ita loquentem eum introducit:

Ego hanc, ut ajunt homines, insulam colo;
Per universum Ajacis oppidum satus.

Aristides, *Orat. Platonica* II. *Quin hoc mihi Solonem antiquum superare videntur; quod ille quidem, per Salaminem dispersus, insulam existimatur Atheniensibus servare: hi, pro qua collocati erant, Atticam totam conservarunt.* Plutarchus fabulosum censet; quanquam ab Aristotele etiam, aliisque, memoratum. *At combusti cineres fuisse per Salaminiorum insulam dissipatos, propter absurditatem, omnino incredibile est, & fabulosum: proditum tamen est, cum ab aliis viris dignis, quorum ratio habeatur, tum ab Aristotele philosopho.* Defuncto, ubicunque demum, statuam in foro honoris ergo, Athenienses posuerunt. Ælianus *Var. Hist.* lib. VIII. cap. XVI. *Ac statuerunt (Athenienses) ipsi (Soloni) statuam ex ære in foro.* Demosthenes, *in Aristogitonem*, Orat. II. *Omnino indignum est, cum Soloni, legum auctori æream in foro statuam decreveritis; ipsas vos leges adeo manifeste negligere, propter quas illi tam eximium honorem habuistis.* Quem Demosthenis item locum profert Apsines, lib. *De Arte Rhet.* cap. Περὶ ἐνθυμημάτων: ac mox iterum cap. Περὶ νομίμου. Libanius, *Declam.* XXIX. *Theseus convenientes honores consecutus est, ut Theseum declarat. Solon, in foro æreus stetit.* Et quidem ante porticum Pœcilen, quæ foro assita. Pausanias, in *Atticis*. *Ante porticum vero, (Pœcilen,) statuæ sunt ex ære positæ; Solonis, qui leges Atheniensibus scripsit: & paullo longius, Seleuci.* Quin & alteram illi quoque Salamii, item in foro, dedicarunt, manu intra vestem condita: monumentum ejus gestus, quo cum populo Atheniensi verba facere solebat. Indicat nobis istud Æschines, Orat. *in Timarchum*. *Satis scio, vos omnes trajecisse Salaminem, & Solonis spectasse statuam. Itaque ipsi testari potestis, Solonem in foro Salaminiorum positum esse, manu intra vestem condita quod est vobis, Athenienses, monumentum, ac simulacrum, ejus habitus, quo sit usus, cum ad populum Atheniensem verba faceret.* Meminit etiam Dion Chrysostomus, *Orat.* XXXVII. *Ad hunc (Periandrum) Solon cum ascendisset, rebusque frueretur communibus (ut communia sunt omnia amicorum,) tamen statuam non est ab eo consequutus: non quidem eam contemnens, quippe qui Salamine sibi æneam poni magni fecerit.* Sed in eo illo errat, quod, Solone ipse vivo, statuam hanc dedicatam esse dicat: cum ducentis demum annis, post remp. latis legibus constitutam, posuisse Salaminios eam constet, ex Demosthene in Orat. *De falsa legatione*; cujus ista illic verba hac de re inveniuntur: Φέρε δὲ, καὶ περὶ τοῦ Σόλωνος ὃν εἶπε λόγον, σκέψασθε. ἔφη γὰρ τὸν Σόλωνα ἀνακεῖσθαι, τῆς τῶν τότε δημηγορούντων σωφροσύνης παράδειγμα εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα ἀναβεβλημένον, ἐπιπλήττων τι, καὶ λοιδορούμενος τῇ τοῦ Τιμάρχου προπετείᾳ, καίτοι τὸν μὲν ἀνδριάντα τοῦτον οὔπω ν'. ἔτη φασὶν ἀνακεῖσθαι Σαλαμίνιοι. ἀπὸ Σόλωνος δὲ ὁμοῦ σ'. ἐστὶν ἔτη, καὶ μ'. εἰς τὸν νυνὶ χρόνον. *Agite vero, &, de Solone, quid dixerit, considerate. Dixit, Solonem dedicatum esse, exemplum modestiæ oratorum, manum intra vestem tenentem: quo reprehendit, & exagitat, Timarchi petulantiam. At, istam statuam nondum ante annos* L. *fuisse dedicatam, dicunt Salaminii. A Solone autem omnino* CC. *sunt anni, &* XL. *ad hanc usque ætatem.* Sed corruptus necessario iste locus. Nam oratio hæc Demosthenis habita fuit Olympiad. CIX. anno II. ut Anonymus auctor docet, in *descriptione sua Olympiadum*, ad eum annum. Ab eo vero tempore, si retro computes ad Olympiad. XLVI. annum III. quo remp. latis legibus Solon noster ordinavit, sunt anni CCLII. Ergo mendum est in posteriore numero, & librarius oscitanter μ'. pro ν'. hoc loco scripsit. Quamobrem omnino restituendum: ἀπὸ δὲ Σόλωνος, ὁμοῦ σ'. ἐστὶν ἔτη, καὶ ν'. εἰς τὸν νυνὶ χρόνον. *A Solone autem omnino* CC. *sunt anni, &* L. *ad hanc usque ætatem.* Jam, si his ducentis quinquaginta & duobus annis, quinquaginta illos dempseris, ante quos Solonis statuam Salamine dedicatam ait Demosthenes, reliqui sunt post id tempus anni ducenti, & duo. Quod si ita sese habet, erit statua hæc dedicata, circa Olympiad. XCVII. annum I. Et hæc ipsa est, ut existimo, de qua agit Diogenes Laertius; & inscriptionem quoque ejus refert, in hunc modum: *Statuæ vero ejus hoc inscriptum est:*

Quæ dudum insanas Medorum propulit iras,
Legiferum Salamis pulchra Solona tulit.

Mortem vero suam, ut hoc quoque hic obiter dicam, lacrymis amicorum petiit decorari. Cicero, *Tusc. Quæst.* lib. I. *Quod si fiat, melior Ennii, quam Solonis oratio. Hic enim noster;*

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. ———

At vero sapiens ille,

Mors mea ne careat lachymis: linquamus amicis
Mœrorem, ut celebrent funera cum gemitus.

A Iterum, in *Catone majore*, *Solonis quidem sapientis eulogium est, quo se negat velle, suam mortem dolore amicorum, & lamentis, vacare, Sed haud scio, an melius Ennius:*

Nemo me lacrymis decoret; nec funera fletu
Faxit, ———

Respexit autem id Solonis distichon:

B Μηδὲ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα, καὶ στοναχάς,

Exstat apud Plutarchum, in *Comparatione Solonis, ac Publicolæ*: & Stobæum, *Serm.* CXXI. Ac claruit quidem potissimum circa Olypiadem XLVI. cujus tertio anno summum magistratum gessit, & leges tulit. Diogenes Laertius; *Floruit quidem maxime circa Olympiadem quadragesimam sextam, cujus tertio anno archon fuit, uti auctor est Sosicrates: quo tempore etiam leges tulit.* Quo quidem tempore regnabat in Judæa Sedechias: qui regnum orsus ab Olymp. XLIV. anno III. id est, octennium ante conditas ab eo leges. Hinc est illud Isidori, in *Chronico*: *Sedechias regnat annos undecim. Per idem tempus Sappho mulier in Græcia diverso poemate claruit, Solon leges Atheniensibus dedit.* Theophilus illi coætaneos facit reges, Cyrum, & Darium; & prophetam Zachariam. Verba ejus ista extant, *ad Autolycum*, lib. III. *Si quis dicat Solonem Atheniensem; hic extitit circa tempora regum, Cyri, & Darii, quo tempore etiam Zacharias Propheta, de quo dixi, floruit.* Sed exacte si quis computet, de Cyro quidem, verum eum dixisse inveniet; qui regnum incœpit Olymp. LIV. anno IV. non multo tempore ante obitum Solonis; de Dario vero, & Zacharia, qui secundo Darii anno vatem egit. non sat illi ratio constat; siquidem Darius regnum est aggressus Olymp. LXIV. anno III. cum jam diem suum Solon annos aliquot obiisset. De Cyri tempore, ex Heraclide Pontico etiam refert Lactantius, *lib.* I. *Octavam (Sibyllam) scribit Heraclides Ponticus, Solonis, & Cyri fuisse temporibus.* Sub Romanorum vero regibus tribus vixit, Anco Marcio, Tarquinio Prisco, & Servio Tullo; quorum sub priore natus, uti colligi certo potest, adolevit: sub altero Remp. tenuit, & leges tulit; sub tertio vero, in exilio voluntario, vita decessit. Ac duorum posteriorum, & sub illis reip. administratæ, atque exilii tolerati, meminit A. Gellius, *lib.* XVII. *cap.* XXI. *Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili numero Sapientum, leges scripsisse Atheniensium, Tarquinio Prisco Romæ regnante anno regni ejus vicemo secundo. Servio autem Tullo regnante, Pisistratus Athenis tyrannus fuit, Solone ante in exilium voluntarium profecto.* Cicero solum Servium Tullum nominat, sub quo, in exilio degens, tandem mortus est. Ita enim ait in *Bruto*: *Ante Solonis ætatem, & Pisistrati, de nullo, ut diserto, memoriæ traditum est. At hi quidem, ut Populi Romani ætas est, senes: ut Atheniensium sæcula numerantur,*
C *adolescentes debent videri. Nam etsi Servio Tullo regnante viguerunt, tamen multo diutius Athenæ jam erant, quam est Roma ad hodiernum diem.* Et hæc quidem de Solone; quæ tu, Lector, & quisquis æquus, candidusque, pro humanitate tua boni consules.

F I N I S.



JOANNIS MEURSII

AREOPAGUS.

SIVE DE,

SENATU AREOPAGITICO,

LIBER SINGULARIS.

NUNC EX IPSIUS AUCTORIS CHIROGRAPHO
AUCTUS.

SERENISSIMO

VENETIARUM DUCI,

ET

SENATUI AUGUSTISSIMO,

JOANNES MEURSIUS

DEDICO, CONSECROQUE.



UI Respublicas consideraverit, Serenissime Princeps, & Vos, Patres Augustissimi, deprehendet, quasdam earum, ut Natura sunt eadem, sic Fortuna in quibusdam usas esse. Ne de aliis quicquam dicam; nunc Athenas, & Venetias illas vestras, vetustate, ac potentia, gloriaque, inter sese contendentes, comparemus. Non minuta quæque persequar; verum quæ præcipua erunt, ea dicam. Ac primo urbs Atheniensium, juxta mare collocata, a Minerva dea condita ferebatur; vestra autem in ipso mari quasi nata, situ est tam admirabili, ut & illam quoque dii, quod in Epigrammate quodam Sannazarius olim eleganter dixit, posuisse videantur. Athenienses, cum sub Regibus primo essent, mox Archontes acceperunt, quos sibi ipsi eligebant; Vos, sub Ducibus, quos Archontes dicere liceat, constituti, qui & ipsi a vobis lecti, postea, Regnis acquisitis, etiam Reges facti estis. Apud illos, in Archontibus est deliquium; & inserti in his Jovis Servatoris sacerdotes, magistratum hunc supremum quinque circiter Olympiades tenuerunt: apud Vos, eodem modo aliquando etiam Duces exciderunt, & Magistri item militum annos quinque Reipublicæ præfuerunt. Ab illis, leges primum Sparta, circa primam Olympiadem: inde Roma, circa octogesimam secundam, per legatos petierunt, & a Vobis Noriberga, anno millesimo quingentesimo octavo. Apud illos, & Senatus Areopagiticus erat; ut illustris jurisdictione sua, ita summa aliquando in Repub. potestate: quem si aliquis comparaverit cum Senatu isto vestro augustissimo, non omnino aberraverit. Hunc cum ego dignum esse censuissem, quem describerem, quanta sane cura possem; ac dispicerem, quibus etiam dedicare oporteret; ad Vos, Princeps Serenissime, atque Patres Augustissimi pertinere visus fuit: sic communi utriusque Genio mihi persuadente. Ad hæc, altera quædam causa, multo gravior, ac quæ plane id juberet, accedebat. Nempe cum Athenæ ipsæ universæ, a Rainerio Acciaiolo Florentino Vobis traditæ, vestro sub imperio fuerint, Areopagum, illustrissimam Urbis partem, uti Vobis exhiberem, Jus, & Ratio, flagitabant. Denique, cum tam arcto fœdere Reip. isti vestræ Serenissimæ nostra hodie sit conjuncta; eoque nomine, quisquis inter bonos cives, & communis libertatis studiosos, Vobis quoque cultum debeat: ego, debitum me agnoscere, hoc libello profitendum existimavi. Ac futurum non ingratum id devoti animi pignus confidebam, propter vestram illam summam, atque Majestati parem, humanitatem; qua Musarum alumnos hactenus, & ingeniorum fœtus, perbenigne excepistis. Scilicet omnibus palam facere voluistis, quanti Literas faceretis; & quod intelligeretis, publicæ felicitatis magnam partem in ingeniorum cultu sitam esse. Et profecto, ita habet. Animus enim humanus, recte studiis imbutus, ut prudentiam, ita quoque sapientiam sibi parat; qua utraque dominum se Fortunæ facit, & in potestate eam sua tenet. Quæ res quantum Remp. bene administrandam valeat, utinam exemplo vestro illi capiant, qui, ambitione acti, sine ullis sæpe meritis, & gerendæ Reip. imperiti, viam sibi ad hanc sternunt; &, cum postea occupaverint, hoc subsidio destituti, ac Fortunæ impotentes, ab eadem evertuntur; cadentesque, etiam ruina sua Remp. interdum involvunt. Vos hoc, inquam, optime intellexistis; ideoque, ut instruerentur prius ad Remp. capessendam juventutis vestræ animi, Academias erexistis, cum in ipsa Urbe vestra, tum Patavii; ita plane existimantes, nullum majus beneficium, ornamentum, munimentum, Reip. dari a Vobis potuisse. Macti hac felicitate, Princeps Serenissime, & Vos, Patres Augustissimi; quam ut maxime diuturnam summus Deus esse velit, supplex veneror. Lugduni Batavorum, Kal. Martii cIↄ Iↄ cxxiv.

AD SERENISSIMAM

VENETORUM REMPUBLICAM.

TOrpere cum mens alta nesciat, Patres;
Antiquitatis acer Atticæ vindex,
Noctes diesque Meursius vacat Musis,
Æternitatis candidatus, & Famæ;
Nil humile certe spirat, atque protritum.
Quæcunque noster Auctor edit in lucem,
Hæc Gloria albo splendida evehit curru.
Et hunc Senatum Martium, sacrum Vobis,
Quam diligenti nuper eruit cura,
Frendente Momo dentibus Theoninis.
Sed tu, Moline, virus omne propelles;
Nec hunc libellum inelegantium sannis,
Contagiove, pollui sines, Heros.
Tu, magne vindex, asseres manu tota
Domo Batavum, fœdere at quasi Italum.
Auguste cœtus, columen Italæ terræ,
Potuitne collocare rectius donum
Vir lectionis plurimæ, atque inexhaustæ?
An forte falli opinione censetis,
Græcum Latino qui Senatui inscribit?
Hoc esse ineptum creditis, Patres? non est.
Summum Senatum dat Senatui summo.

PETRUS SCRIVERIUS.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
AREOPAGUS.
SIVE, DE
SENATU AREOPAGITICO,
LIBER SINGULARIS.

CAP. I.

Areopagus, unde dictus. Ubi fuerit; eaque de re Hesychii error indicatus. Amazonum illic, & Persarum, olim castra; ovesque adductæ ab Epimenide, Urbem a peste liberaturo. Η ἄνω βουλὴ *nuncupatus.*



ATHENIS totis nil illustrius Areopago. Eum equidem, quantum potero, retrahere in lucem, & repræsentare ob oculos studiosis Antiquitatum Atticarum, nunc instituti. Solinus de eo, tanquam obiter, *cap.* XIII. *Atheniensibus judiciis locus est Areopagus.* Hieronymus, *in Epistolam ad Titum, cap.* I. *In Areopago, quæ est curia Atheniensium.* Varro etiam simplicius, *De L. L.* lib. VI. *Areopagitæ, ab Areopago: is locus Athenis.* Juvenali *Martis curia* appellatur, *Sat.* IX.

Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.

Et *Athenæus pagus* Sedulio, lib. I.

Sectantesque magis vitam spirantis odorem.
Legis, Athenæi pædorem linquite pagi.

Auctoribus Græcis nuncupatur Αρειοπάγος; vel disjunctim, Αρειος πάγος. Euripides etiam pluraliter dixit, Αρειοι πάγοι, in *Oreste*.

Πάγοισιν ἐν Αρείοισιν δ' εὐσεβεστάτην
Ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή.
In Areopago justissimam
Sententiam ferent, ubi te vincere oportet.

Et hunc locum respexit Eustathius, *ad Iliados librum*

brum IV. Τοιάτῳ δὲ τρόπῳ καὶ ὄρος τὸ Ἄτλαντα, πληθυντικῶς ἔφη τις Ἄτλαντας· καὶ τὸ Ἄρειον πάγον, Ἀρείας πάγας. *Simili modo etiam Atlantem montem, pluraliter quispiam dixit Atlantas; & Areopagum, Areos pagos.* Nomen autem inde accepit, quod judicium illic primus Mars subierit. Pausanias, in *Atticis*. Καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος καλάμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. *Deinde est Areopagus dictus, quod Mars primus ibi loci judicatus.* Aristides, in *Panathenaica*. Λαγχάνει Ποσειδῶν Ἄρει τὴν ὑπὲρ τᾶ παιδὸς, καὶ νικᾷ, ἐν ἅπασι τοῖς θεοῖς· καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ὁ τόπος λαμβάνει, τὴν αὐτὴν τᾶτε συμβάντος σύμβολον, καὶ δικαιοσύνης ὥσπερ ἄλλο τι μαρτύριον, καὶ πίστιν ἐς ἀνθρώπας· ἃ γάρ ἐστιν ὑπὲρ τὸν Ἄρειον πάγον ἀδὲν εὑρεῖν, εἴ τις ὑπερβολὴν ζητοίη. *Neptunus Marti litem intendit super filio, & causam obtinuit, omnium deorum suffragiis: atque hinc nomen accepit locus, ad memoriam rei gestæ, & justitiæ, fideique apud homines testimonium. Neque enim supra Areopagum quicquam, si quis quærat, quod excellat, invenire est.* Oecumenius, *in Act. cap.* XVII. Ἄρειος δὲ πάγος ἐλέγετο ὁ τόπος, ἐπειδὴ ὁ Ἄρης, ὥς φασι, τὸ μοιχείας ἐκεῖσε δίκας ἔδωκε. πάγος δὲ, ὁ ὑψηλὸς τόπος· ἐν γὰρ ὄχθῳ τινὶ ἦν ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον. *Areopagus vero dicebatur locus, quod Mars illic adulterii damnatus esset; πάγος autem, est locus editus: siquidem in colle quodam hoc tribunal positum erat.* Quæ totidem verbis Theophylactus, *in locum eundem*. Beda *ibidem*, nimis breviter. *Areopagus, est Athenarum curia, nomen a Marte trahens. Siquidem Græce Mars est Ἄρης, & villa πάγος dicitur.* Plenius in libro *De Nom. Loc. in Actis Apostol. Areopagus Athenarum curia, quæ interpretatur* VILLA MARTIS; *quod ipse ibi quondam a duodecim diis judicatus sit.* Alludit Lactantius, *lib.* v. *cap.* III. *Vos homicidam Martem consecrastis, ut Deum; quod tamen non fecissetis, si illum Areopagitæ in crucem sustulissent.* Videndi quoque Isidorus Pelusiota, *lib.* II. *epist.* XCI. XCII. *Etymologici* Auctor, Stephanus, & Suidas, in Ἄρειος πάγος, Augustinus, *De Civit. Dei* lib. XVIII. cap. x. Servius, *ad Georg.* I. Maximus, & Georgius Pachymerius, *in Dionysium Areopagitam*. Æschylus ab his dissentit; & datum loco nomen dicit, quod Amazones, bello contra Theseum, cum Urbem obsiderent, castra illic sua habuerint, & Marti item sacra fecerint. Verba ejus ecce ista, in *Eumenidibus*.

Πάγον δ' Ἄρειον τόνδ', Ἀμαζόνων ἕδραν,
Σκηνάς θ', ὅτ' ἦλθον Θησέως κατὰ φθόνον
Στρατηλατᾶσαι, καὶ πόλιν νεόπτολιν
Τὴνδ' ὑψίπυργον ἀντεπύργωσαν τότε·
Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἔς' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος. ——
Areopagum hunc, Amazonum sedem,
Ac tentoria, cum venissent Thesei invidia
Exercitum adducentes, urbemque recens conditam
Hanc, altis turribus insignem, obsedissent;
Martique sacra fecissent: hinc cognominata
Rupes, Areopagus. ——

Eandem originem adfert etiam *Etymologici* Auctor. Ἄρειος πάγος, δικαστήριον Ἀθήνησιν, ὅτω καλάμενον, ὅτι αἱ Ἀμαζόνες ἐπὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἐστρατεύοντο, Ἄρεος ἅσαι. *Areopagus, tribunal Athenis; ita dictum, quod Amazones, Martis filiæ, castra ibi metatæ fuerint.* Innuitque Eustathius, *Commentario in Dionysium Alexandrinum*, ubi de Amazonibus agit. Ἀφ' ὧν, ὡς ἐξ Ἄρεος καταγομένων, καὶ ὁ Ἄρειος πάγος ἐν Ἀθήναις ὠνόμασται, οἷα μέχρι καὶ ἐκεῖ ἐλθασῶν. *A quibus, tanquam ex Marte genus deducentibus, appellatus est Athenis Areopagus, quia ipsæ eo usque pervenissent.* Et hoc de nomine. Locus, media in Urbe fuit. Joannes Salesberiensis, *Policratici* lib. I. cap. III. *Primus quidem, & medius, Urbis locus*

A *Areopago cessit; unde ad singulas professiones, prout ratio cujusque officii exigebat, dispositione congrua institutas, officiorum jura, quasi quidam salutis, & vitæ rivuli derivarentur.* Hilduinus dicit, in arce fuisse; quæ in medio Urbis erat, ut ostendi nuper, *Cecropiæ nostræ* cap. IV. Verba Hilduini, qui & quartam Urbis regionem statuit, ita habent, *De Vita Dionysii Areopagitæ*, lib. II. *Quarta regio, in eadem Urbe est, ubi idolum Martis, & simulacrum Herculis, in colle Tritonii montis, in medio Urbis positi, steterat; ad colendum multis immolationibus, & delusionibus, Martem & Herculem; quos illi Deos maximos, & fortissimos, adorabant. Ubi etiam exercebantur judicia, & docebantur fora, ingeniique omnis solertia: qui locus* Ἀρεοπάγος *appellatur, a Marte; Mars enim* Ἄρης *a Græcis vocatur.* Non nominat ille quidem Arcem, sed designat, cum dicit, *in Tritonii montis colle* fuisse. Apertis autem verbis Hesychius. Ἄρειος πάγος, ἐν Ἀθήναις δικαστήριον, ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Areopagus, tribunal Athenis, in arce.* Verum errat vehementer; neque enim in Arce erat, sed juxta eam, in rupe adversa. Clarum ex Herodoto, *lib.* VIII. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἑζόμενοι ἐπὶ τὸν καταντίον τῆς ἀκροπόλιος ὄχθον, τὸν Ἀθηναῖοι καλέουσιν Ἀρήϊον πάγον, ἐπολιόρκεον τρόπον τοιόνδε. *Persæ vero, considentes in* C *adverso Arci colle, quem Athenienses vocant Areopagum, hunc in modum obsidebant.* Disjungit quoque Valerius Maximus, *lib.* v. *cap.* III. *Inter ipsum Areopagum, divini atque humani certaminis domicilium, & excelsam præsidis Minervæ Arcem.* Lucianus, in *Piscatore*. Μόνον ἀπίωμεν ἐπ' Ἄρειον πάγον, μᾶλλον δὲ εἰς τὴν ἀκρόπολιν αὐτὴν, ὡς ἂν ἐκ τῆς περιωπῆς ἅμα καταφανείη πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει. *Tantum ad Areopagum abeamus, seu potius in ipsam Arcem; ut, tanquam e specula, simul omnia, quæ in Urbe, conspiciantur.* Errat etiam Maximus, *in Dionysium Areopagitam Prologo*; qui dicit, fuisse extra Urbem. Ἔξω δὲ τῆς πόλεως ἦν τὸ κατὰ Ἄρειον πάγον δικαστήριον, D *Extra Urbem vero erat tribunal Areopagi.* In hoc loco, bello contra Athenienses, prius Amazones, inde Persæ, castra sua habuerunt; ut ostendi partim ex Æschylo, & Auctore *Etymologici*; partim etiam, ex Herodoto. Et Epimenides, Urbem a gravissima peste liberaturus, sumptas oves, nigro candidoque vellere, huc perduxit; & permisit inde abire, quocunqe vellent. Tradit hoc Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Λαβὼν πρόβατα, μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον. κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι, οἷ βάλοιντο. *Cum sumsisset oves nigras, atque albas, adduxit in Areopagum; & inde discedere, quocunque vellent, permisit.* Quia autem in rupe erat, E ut ostendi; tum &, quia supremus omnino senatus erat, Ἡ ἄνω βουλὴ, *Superior senatus*, dicebatur. Plutarchus, ubi de Areopago agit, in *Solone*. Τὴν δ' ἄνω βουλὴν, ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα τῶν νόμων ἐκάθισεν. *Senatum autem superiorem, legum omnium præsidem, & custodem, posuit.* Cnemon, de patre suo loquens, quem innuere vult, Areopagitam fuisse, apud Heliodorum, *Æthiopic.* lib. I. Ἦν μοι πατὴρ ὁ Ἀρίστιππος, τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, βουλῆς δὲ τῆς ἄνω. *Erat mihi pater Aristippus, genere quidem Atheniensis, e senatu superiori.*

F

CAP. II.

Tectum ejus, e luto factum. Ara Minervæ, τῆς Αρείας cognomento, ab Oreste dedicata. Lapides argentei duo; in quibus reus & actor stabant; unus, Ὕβρεως; alter, Αναιδείας dictus. Juxta, aræ earundem: sive & fanum, ab auctore Epimenide. Eumenidum ædes, ab Epimenide structa; earumque sacrifici, ab Areopagitis lecti. De his, Budæi conjectura, si non falsa, at incerta, indicata. Earundem ara, & signa; item Plutonis, & Mercurii, ac Telluris: ad quæ sacra faciebant, qui in Areopago causam obtinuissent. Oedipi monumentum, & ara; deinde locus, unde Orithyia rapta. item navis Panathenaica.

TECTUM illi e luto erat; & sic mansit, usque ad Augusti ævum, quo Vitruvius vivebat: qui commemorat, *libro* II. *cap.* I. *Athenis Areopagi, antiquitatis exemplar, ad hoc tempus luto tectum.* Erat ibidem Minervæ ara τῆς Αρείας, ab Oreste dedicata; & duo ex argento lapides, quibus insistere rei, & actores, soliti: ille, Ὕβρεως; iste, Αναιδείας dictus. Pausanias, in *Atticis*, ubi de Areopago agit. Καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Αρείας, ὃν (Ὀρέστης) ἀνέθηκεν, ἀποφυγὼν τὴν δίκην. τοὺς δὲ ἀργυροῦς λίθους, ἐφ᾽ ὧν ἑστᾶσιν, ὅσοι δίκας ὑπέχουσι, ϗ οἱ διώκοντες, τὸν μὲν Ὕβρεως, τὸν δὲ Αναιδείας αὐτοὶ ὀνομάζουσι. *Est & ara Minervæ Areæ, quam (Orestes) dedicavit, postquam absolutus esset. Verum ex argento lapides, quibus insistunt cum qui rei, tum qui actores, illum Contumeliæ, istum Impudentiæ vocant.* Ad hos lapides, aræ earundem fuerint, dedicatæ ab Epimenide. Meminit illarum Clemens, in *Protreptico*. Ὥσπερ ἀμέλει ϗ Επιμενίδης ὁ παλαιὸς, Ὕβρεως, καὶ Αναιδείας, Ἀθήνησιν ἀναστήσας βωμούς. *Sicut recte priscus quoque Epimenides, qui Contumeliæ, & Impudentiæ, Athenis aras erexit.* Quin mox, ut videtur, templum superstruxere Athenienses; suadente illis Epimenide, qui jam aras dedicaverat. Observo apud Ciceronem, *De Leg.* lib. II. *Illud vitiosum Athenis, quod Cylonis scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ.* Juxta, Eumenidum fanum erat; quæ ab illis Σεμναὶ θεαὶ, *Severæ Deæ*, nuncupatæ. Pausanias, *loco jam citato*. Πλησίον δὲ (τοῦ Αρείου πάγου) ἱερὸν θεῶν ἐστιν, ἃς καλοῦσιν Ἀθηναῖοι Σεμνάς. *Prope (Areopagum) fanum est dearum, quas Severas Athenienses appellant.* Aristides, in *Panathenaica sua*, ubi de Areopago illi est oratio. Ετέρα δὲ γίνεται κρίσις ὕστερον, μικτὴ τοῖς ἀγωνισταῖς, θεία δὲ ϗ αὕτη τοῖς δικασταῖς· ἣν ἀγωνίζεται τῶν Πελοπιδῶν ἀνὴρ δυστυχῶν, πρὸς τὰς νῦν προσοίκους τῷ τόπῳ θεὰς Σεμνὰς καταφυγών. *Alterum deinde ibi habitum est judicium; mixtum, propter contendentes; sed divinum etiam ipsum, propter judices: in quo vir infelix quidam, e Pelopidis, reus actus; postquam ad Severas Deas, quæ nunc locum istum accolunt, confugisset.* Dinarchus, Orat. *in Demosthenem*. Απασαις ταῖς ἀραῖς, ταῖς ἐν τῇ πόλει γενομέναις, ἔνοχος καθέστηκεν, ἐπιωρκηκὼς μὲν τὰς Σεμνὰς θεὰς ἐν Αρείῳ πάγῳ. *Cunctis execrationibus tenetur, cum Severas Deas in Areopago pejeraverit.* Dedicatum autem id fanum, post judicium de Oreste illic habitum. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Τῶν Σεμνῶν θεῶν. τῶν Εριννύων, κατ᾽ ἀντίφρασιν. ἃς μετὰ τὸν Ὀρέστην οἱ Ἀθηναῖοι πλησίον τοῦ Αρείου πάγου ἱδρύσαντο. *Severarum dearum; Erinnyum, per antiphrasin: quas post Orestem Athenienses prope Areopagum dedicarunt.* Putant quidam, fanum hoc exstructum illic, ob Orestem; alii, si senatum forte quid lateret, eæ ut adjutrices essent, ad coarguendum facinus. Ulpianus, *Commentario in Orat. in Midiam.* Καὶ τὸ ἱερὸν (τῶν Εὐμενίδων) πλησίον ἵδρυτο τῆς (ἐν Αρείῳ πάγῳ)

A βουλῆς. ϗ οἱ μὲν φασὶν, ὅτι διὰ τὸν Ὀρέστην ἐκεῖ καθιδρύθη. βέλτιον δὲ λέγειν, ὅτι διὰ τὰ φονικά. ἐπειδὴ γὰρ ἐν Αρείῳ πάγῳ τὰ τῶν φονέων ἐδικάζετο, ἐκεῖ καθιδρύθησαν· ἵν᾽, εἴ τι ϗ λανθάνειν μέλλοι τὴν βουλὴν, αὗται συναγωνίζωνται πρὸς τὸν ἔλεγχον, ἐγγὺς ἐφεστῶσαι. *Ac fanum (Eumenidum) juxta senatum (Areopagiticum) statutum erat; & ajunt quidam, propter Orestem id factum esse: verum rectius dicemus, propter homicidii causas. quia enim in Areopago de homicidiis cognoscebant, eo in loco sunt dicatæ; ut nimirum, si quid clam futurum erat, ad coarguendum facinus ipsæ adjuvare vellent, in propinquo constitutæ.* Addit ibidem Ulpianus sacrificum iis a senatu isto lectum, illis

B verbis. Ἡ ἐξ Αρείου πάγου βουλὴ τὸν ἱεροποιὸν ᾑρεῖτο, ᾧ τὰ τῶν Εὐμενίδων ἐπετέτραπτο. ὧν ϗ τὸ ἱερὸν πλησίον ἵδρυτο τῆς βουλῆς. *Senatus Areopagiticus sacrificum legebat, cui commissa Eumenidum sacra; quarum etiam fanum erat juxta curiam dedicatum.* Immo plures uno erant; & Demosthenes tertium se lectum dicit, in *citata Oratione*. Επαιτιασάμενός με φόνου, περιεῖδε ταῖς Σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ Ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν, ϗ καταρξάμενον τῶν ἱερῶν. *Qui me de cæde accusavit, Severis deabus cum sacrificus lectus essem ex Atheniensibus cunctis numero tertius, jamque sacra auspicatus, minime tamen intercessit.* Non

C assentior Budæo, viro summo, qui tres tantum eos lectos, ex hoc loco asseverat: neque enim, quia Demosthenes tertium se factum dicit, plures hos fuisse vetat. Certe decem numero fuisse eos, clare nobis dicit Auctor Etymologici *in* Ιεροποιοί. Μὴ ἀγνοῶμεν δὲ, ὅτι ϗ ἄλλοι εἰσὶν ἱεροποιοὶ τῶν Σεμνῶν θεῶν, τὸν ἀριθμὸν δέκα. *Neque ignoramus, quod etiam alii sunt sacrifici Severarum dearum, numero decem.* Dinarchus, Orat. *in Lycurgum*. Καὶ τὰς Σεμνὰς θεὰς, αἷς ἐκεῖνος ἱεροποιοὺς καταστὰς, δέκατος αὐτός. *Et Severas deas, quibus ille sacrificos constituens, decimus ipse.* Fanum id vero, de quo dicere orsus eram, Epimenides dedicaverat. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Ιδρύσατο δὲ παρ᾽ Ἀθηναίοις τὸ ἱερὸν τῶν Σεμνῶν θεῶν·

D ὥς φησι Λόβων ὁ Αργεῖος, ἐν τῷ Περὶ ποιητῶν. *Dedicavit etiam apud Athenienses templum Severarum dearum; ut Lobon Argivus ait, in Opere De Poetis.* Quin earum ibidem aræ. Pausanias, in *Achaicis*. Καὶ, ἀθροιζομένων ἐπ᾽ αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, καταφεύγουσιν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον, ϗ ἐπὶ τῶν θεῶν, ἃς Σεμνὰς καλοῦσι, τοὺς βωμούς. *Et, cum in eos Atheniensium concursus fieret, in Areopagum, ad aras dearum, quæ Severæ appellantur, confugerunt.* Et in versu Dodonæi quoque oraculi, quod ibidem memoratur.

E Φράζεο δ᾽ Ἄρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων. ——
Curæ tibi esto Areopagus; & aræ suave olentes
Eumenidum. ——

Etiam earum signa spectabantur, numinumque cæterorum infernalium, cum Plutonis, tum Mercurii, & Telluris, nil terribile præ se ferentia: ad quæ sacra faciebant, qui periculo illic capitis liberati; aliique, sive illi peregrini, sive cives. Pausanias, in *Atticis*, ubi porro de Areopago loquitur. Τοῖς δὲ (τῶν Εὐμενίδων) ἀγάλμασιν οὐδὲ τούτοις ἔπεστιν οὐδὲν φοβερὸν, οὔτε ὅσα ἄλλα ἀνάκειται θεῶν τῶν ὑπογαίων· κεῖται

F δὲ ϗ Πλούτων, ϗ Ερμῆς, ϗ Γῆς ἄγαλμα. ἐνταῦθα θύουσι μὲν, ὅσοις ἐν Αρείῳ πάγῳ τὴν αἰτίαν ἐξεγένετο ἀπολύσασθαι. θύουσί τε ϗ ἄλλως ξένοι τε ὁμοίως ϗ ἀστοί. *His (Eumenidum) simulacris, ut nec cæteris infernalium deorum, quæ hic posita, terribile quicquam inest. Est autem & Plutonis signum; est Mercurii, & Telluris: ad quæ rem divinam faciunt, tum & alii, peregrini, sive cives.* Intra septum, monumentum quoque Oedipodis visebatur. Pausanias *ibidem*. Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου (τοῦ Αρείου πάγου) μνῆμα Οἰδίποδος. *Est intra septum (Areopagi) sepulcrum Oedipi.* Valerius

Maximus aram memorat, inter Arcem, & Areopagum, positam, *lib.* v. *cap.* III. *Oedipodis ossa, cæde patris, nuptiis matris, contaminata, inter ipsum Areopagum, divini atque humani certaminis domicilium, & excelsam præsidis Minervæ arcem, honore aræ decorata, quasi sacrosancta, colis.* Et leges illic quædam, in columna quadam propositæ, servabantur. Observare est apud Lysiam, in Orat. *De cæde Eratosthenis.* Ἀνάγνωθι καί μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον ἐκ τῆς στήλης τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. *Lege vero mihi & istam legem, quæ columnæ incisa in Areopago exstat.* Iterum, *in Andocidem.* Αὐτὸς μὲν, κατὰ τοὺς νόμους, τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται. *Ille quidem, secundum leges, quæ sunt ex Areopago, in exilium ibit.* Quidam etiam, raptam inde Orithyiam a Borea putant. Plato, in *Phædro.* Καὶ οὕτω δὴ τελευτήσασαν, (τὴν Ὠρείθυιαν,) λεχθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάρπαστον γεγονέναι, ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου. λέγεται γὰρ αὖ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐνθένδε, ἡρπάσθη. *Atque ita mortuam, (Orithyiam) dictam esse, a Borea raptam: vel ex Areopago. Nam & istud vulgo fertur, inde, non hinc, raptam esse.* Nec longe inde, navis erat, ad Panathenæorum pompam fabricata. Pausanias. Τοῦ δὲ Ἀρείου πάγου πλησίον δείκνυται ναῦς, ποιηθεῖσα εἰς τὴν τῶν Παναθηναίων πομπήν. *Prope Areopagum, ostenditur navis, facta in pompam Panathenæorum.*

CAP. III.

Quando institutus. Refutata sententia eorum, qui Solonem auctorem faciunt. Is autem quid fecerit, indicatum. Quando desierit.

QUANDO primum institutus Areopagus, in incerto est. Eusebius constituit anno Cecropis, primi Athenarum regis, quadragesimo primo, istis verbis. Ἄρειος πάγος ἐκλήθη, καὶ δικαστήριον κατέστη. Quæ sic interpretatus est Hieronymus. *Hoc tempore Areopagus nomen judicii constitutus.* Cui consentanea sunt, quæ tradit Servius, *ad Georg.* I. aliique, originem fuisse a judicio, inter Martem & Neptunum dato. Marianus Scotus, in *Chronico*, anno Cranai regis quinto, annis quatuordecim post, constitutum esse dicit, istis verbis. *Areopagus, nomen judicii, constitutus est.* Demosthenes, ubi de judicio Areopagitico agit, incertam originem profitetur, Orat. *in Aristocratem.* Οἱ ταῦτ' ἐξ ἀρχῆς τὰ νόμιμα διαθέντες, οἵ τινές ποτ' ἦσαν, εἴθ' ἥρωες, εἴτε θεοί, οὐκ ἐπέθεντο τοῖς ἀτυχήμασιν· ἀλλ' ἀνθρωπίνως ἐπεκούφισαν, εἰς ὅσον εἶχε καλῶς, τὰς συμφοράς. *Qui hæc instituta primi sic ordinarunt, quicunque illi fuerint, sive heroes, sive dii, non insultarunt fortuitis casibus; sed humaniter, quoad ejus fieri honeste potuit, calamitates sublevarunt.* Alii Solonem auctorem faciunt. Cicero, *De Offic.* lib. I. cap. XXII. *Quamvis enim Themistocles jure laudetur, & sit ejus nomen, quam Solonis, illustrius: citeturque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis, ei, quo primum constituit Areopagitas.* Et paulo post. *Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at ille adjuvit Themistoclem. est enim bellum gestum consilio senatus ejus, qui a Solone erat constitutus.* Plutarchus, in *ejus Vita.* Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὥσπερ εἴρηται, Σόλωνα συστήσασθαι φασί· καὶ μαρτυρεῖν αὐτοῖς μάλιστα δοκεῖ, τὸ μηδαμοῦ τὸν Δράκοντα λέγειν, μηδ' ὀνομάζειν, Ἀρειοπαγίτας, ἀλλὰ τοῖς Ἐφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν. *Plurimi igitur, ut dixi, a Solone constitutum Areopagi senatum, sunt auctores; quibus astipulari videtur, quod Draco nusquam dicat, aut nominet, Areopagitas: sed ubique cum Ephetis agat de rebus capitalibus.* Et Lucianus, in *Anacharside*, Solonem ita loquentem introducit. Καί σε, ὦ Ἀνάχαρσι, Ἀρεωπαγίτην ἐν τῷ παρόντι ποιοῦμαι ἔγωγε· καὶ κατὰ τὸν τῆς βουλῆς μου νόμον ἄκουε, καὶ σιωπᾶν κέλευε, ἣν αἴσθῃ καταρρητορευόμενος. *Et te, o Anacharsi, in præsens Areopagitam constituo; ac juxta senatus mei legem, ausculta, & tacere jube, ubi rhetoricantem senseris.* Sed horum opinio eo facile refutatur, quod in lege quadam sua ipse Solon Areopagi mentionem clare faciat. Plutarchus, *ibidem.* Ὁ δὲ τρεισκαιδέκατος ἄξων τοῦ Σόλωνος τὸν ὄγδοον ἔχει τὸν νόμον οὕτως αὐτοῖς ὀνόμασι γεγραμμένον· Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἐπὶ φόνῳ, ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε. ταῦτα δὴ πάλιν, ὡς πρὸ τῆς Σόλωνος ἀρχῆς, καὶ νομοθεσίας, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν οὖσαν ἐνδείκνυται. *At tabula Solonis decimatertia octavam legem ita ad verbum habet descriptam. Qui ante Solonem Archontem infamia notati fuerunt, integra fama sunto; præterquam qui in Areopago, vel apud Ephetas, sive item in Prytaneo, a regibus damnati homicidii, aut latrocinii, aut tyrannidis affectatæ, in exilium sunt missi, cum lex hæc fuit promulgata. Hæc sane rursum, ante Solonis magistratum, & ab eo latas leges, Areopagi senatum exstitisse, ostendunt.* Quid dicemus? Non se explicat Plutarchus; & defectum in tabula putat, aut obscuritatem quandam. Ita enim inquit. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ πρὸ Σόλωνος ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καταδικασθέντες, εἰ πρῶτος Σόλων ἔδωκε τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῇ τὸ κρίνειν; εἰ μὴ, νὴ Δία, γέγονέ τις ἀσάφεια τοῦ γράμματος, ἢ ἔκλειψις· ὥστε τοὺς ἡλωκότας ἐπ' αἰτίαις, ἃς κρίνουσιν οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ Ἐφέται, καὶ Πρυτάνεις, ὅτε ὁ θεσμὸς ἐφάνη ὅδε, μένειν ἀτίμους, τῶν ἄλλων ἐπιτίμων γενομένων. *Nam qui tandem fuissent illi in Areopago condemnati, si primus Solon Areopagitico Senatui judicationem dedit? Nisi, hercules, habuit obscuritatem aliquam hæc tabula, aut defectum; ut convicti criminum, quæ ad cognitionem pertinent Areopagitarum, aut Ephetarum, Prytanumve, quum hæc lex est promulgata, manerent infames, aliis famæ restitutis.* Aristoteles clare dicit, cum antea existeret, non sublatum a Solone. Ita enim verba habent, *Politic.* lib. II. cap. X. Ἔοικε δὲ Σόλων ἐκεῖνα μὲν, ὑπάρχοντα πρότερον, οὐ καταλῦσαι, τήν τε (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ) βουλὴν, καὶ τὴν τῶν ἀρχῶν αἵρεσιν. *Videtur autem Solon illa quidem, cum antea essent, senatum nempe Areopagiticum, & magistratuum electionem, non sustulisse.* Quid ergo est a Solone factum? Nempe certum est, multo ante ejus tempora Areopagum, & senatum, exstitisse; etsi origo plane incerta: & in eum legebantur promiscue omnes, quotquot cæteros nobilitate, auctoritate, opibusve, antecellerent: sed is statuit, ut deinceps illi tantum legerentur, qui archontum munere functi essent. Observo apud eundem Plutarchum alibi, in *ejusdem Vita.* Συστησάμενος δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, ἧς, διὰ τὸ ἄρξαι, καὶ αὐτὸς μετεῖχεν. *Cum senatum Areopagiticum constituisset ex iis, qui magistratum annuum gessisset; cujus ipse item pars erat, quod archon fuisset.* Et ante Ephetas eos posuit; qui ad id tempus, numero quinquaginta unus, cædis alicujus reos, apud quinque tribunalia judicabant. Pollux, *libro* VIII. *capit.* X. Ἐφέται τὸν μὲν ἀριθμὸν εἷς καὶ πεντήκοντα. Δράκων δὲ αὐτοὺς κατέστησεν, ἀριστίνδην αἱρεθέντας. ἐδίκαζον δὲ τοῖς ἐφ' αἵματι διωκομένοις ἐν τοῖς πέντε δικαστηρίοις. Σόλων δ' αὐτοῖς προκατέστησε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλήν. *Ephetæ, numero quinquaginta, & unus. Constituit eos Draco, ex optimatibus lectos. Judicabant vero reos cædis, in quinque tribunalibus. Solon ante illos posuit senatum Areopagiticum.* Certe, Solone multo antiquiorem fuisse Areopagum, vel inde constat, quod Pausanias, ubi commemorat causam primi Lacedæmoniorum

A cum Messeniis belli, ait, eos voluisse Polycharem tradere, judicandum senatui Areopagitico, qui jam tum a multo tempore de homicidiis judicare consuevisset. Verba ejus, inter cætera, ita habent, in *Messenicis*. Ἐπιτρέπειν δὲ καὶ τῷ Ἀθήνησι δικαστηρίῳ, καλουμένῳ δὲ Ἀρείῳ πάγῳ· ὅτι δίκας τὰς φονικὰς τὸ δικαστήριον τοῦτο ἐδόκει δικάζειν ἐκ παλαιοῦ. *Permittere vero tribunali, quod Athenis est, & Areopagus dicitur; quod jam dudum id de cædibus judicare solitum esset*. Atque hoc factum circa Olympiadem nonam, ut Pausanias ille ipse paullo post testatum facit; ante Archontem Solonem, annis centum quinquaginta. Et observa, etiam tum a multo tempore B exstitisse. Quin Lycurgus, ut sequenti capite dicam, senatum Spartæ, ad exemplum Areopagitarum, instituit. Ille autem, uti ferunt, qui quam minimum ei tribuunt, circa primæ Olympiadis tempus vixit; alii, multo ante volunt. Amplius dicam. Ut Orestem prætermittam, quem hic judicatum ajunt, propter interfectam matrem, quia res propinqua fabulæ; Codri tempore, Lacedæmonii, qui in Urbe forte erant, eo cæso, & in ipsos irruentibus Atheniensibus, in Areopagum, ad Eumenidum aras. confugisse memorantur. Pausanias, in *Achaicis*. Ὁ μὲν δὴ ἄλλος στρατὸς τῶν Πελοποννησίων, ἀπεχώρησαν ἐκ τῆς Ἀττικῆς, ἐπειδὴ ἐπύθοντο τοῦ Κόδρου τὴν τελευτήν· Λακεδαιμονίων δὲ ἄνδρες, γενόμενοι μὲν ἐντὸς τείχους, λανθάνουσιν ἐν τῇ νυκτί· ἅμα δὲ ἡμέρᾳ τοὺς τε ἑαυτῶν ἀπεληλυθότας αἰσθάνονται· καὶ, ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, καταφεύγουσιν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον. *Reliquus quidem Peloponnesiorum exercitus, Attica decessit, simul Codri mortem audiisset: Ex Spartanis autem ii, qui intra mœnia erant, ubi abiisse suos animadvertunt, noctu quidem, latuerunt; sed, cum illuxisset dies, & in ipsos impetum facerent Athenienses, in Areopagum confugerunt*. Atqui a prima Olympiade, quam nunc dixi, ad mortem Codri, anni sunt instar trecenti. D Et ante hoc tempus, annis circiter ducentis, regnante Ægeo, Dædalus illic condemnatus, cum nepotem e Perdice sorore Talum occidisset. Apollodorus, de eo loquens, *lib.* III. Φωραθέντος δὲ τοῦ νεκροῦ (ὁ Δαίδαλος) κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ καὶ καταδικασθεὶς, πρὸς Μίνωα ἔφυγε. *Ubi comperta cædes esset, judicatus in Areopago Dædalus, ac damnatus, ad Minoem fugit.* Cephalus quoque, Procride uxore cæsa, ab Areopagitis perpetuo exilio est damnatus. Memorat Apollodorus, *libro citato*. Κέφαλος ἀκοντίζει, καὶ τυχὸν ἀποκτείνει Πρόκριν· καὶ, κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φυγὴν ἀΐδιον καταδικάζεται. *Cephalus jaculatur, ac forte Procrin occidit. Judicatusque in Areopago, perpetuo* E *exilio damnatur*. Factum istud, cum teneret regnum Erechtheus, pater Procridis, annis circiter octingentis ante Solonis magistratum. Ergo satis manifestus eorum error, qui senatum hunc institutum ab ipso censent. Uti vero incerta origo, ita finis; ac facilius erit dicere, quando non fuerit; quam, quando desierit. Theodoretus, qui sub Theodosio utroque ætatem egit, suo tempore jam sublatum, uti cæteros, luculentus nobis auctor, *Therapeut.* lib. IX. Καὶ ἀργεῖ μὲν παρ' Ἀθηναίοις ὁ Ἄρειος πάγος, καὶ ἡ Ἡλιαία, καὶ τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ δικαστήριον, καὶ ἡ τῶν πεντακοσίων βουλή. *Ac cessat quidem apud Athenienses Areopagus; & Heliæa, & judicium in Delphinio, ac* F *senatus Quingentorum*. Videntur sustulisse Romani, redacta in potestatem Urbe. Conjecturam facere licet ex Athenionis ad Athenienses verbis, apud Athenæum, *lib.* V. Τί οὖν, εἶπε, συμβουλεύω; μὴ ἀνέχεσθαι τῆς ἀναρχίας, ἣν ἡ Ῥωμαίων σύγκλητος ἐπισχεθῆναι πεποίηκεν, ἕως αὐτὴ δοκιμάσῃ περὶ τοῦ πῶς ὑμᾶς πολιτεύεσθαι δεῖ. καὶ μὴ περιίδωμεν τὰ ἱερὰ κεκλεισμένα, αὐχμῶντα δὲ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον ἀνεκκλησίαστον, ἄφωνα δὲ τὰ δικαστήρια. *Quidnam igitur vobis, inquit, consulo? ne diutius abrogatos magistratus patiamini, quos Senatus Romanorum cessare fecit, donec ipse rationem vobis præscripserit administrandæ deinceps Urbis. neque insuper habeamus fana clausa, squallida gymnasia, theatrum concionibus privatum, ac muta fora judicialia*. Sed restituerunt postea; meminitque suo tempore clare Cicero, *ad Familiares*, lib. XIII. Epist. I. & Plutarchus, in *Cicerone*. Verba utriusque infra est videre, cap. VIII. ubi de decretis hujus Senatus ago. Certe fuit etiam principatu Claudii Imperatoris; sub quo, Evangelium prædicans Atheniensibus, S. Paulus ad Areopagum ab iis est abductus; uti testis S. Lucas, *Act.* cap. XVII. Sed sublatum mox existimo, Imperatore Vespasiano; qui Achajam universam, in provinciam redactam, & tributum dare jussit, & accipere item leges Romanorum: ut Suetonius nobis auctor, in *ejus Vita*, cap. VIII. Pausanias, in *Achaicis*, Orosius, *lib.* VII. *cap.* IX. Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. IX. Pæanius, in *Metaphrasi Eutropii*, & Freculphus, *Chron.* Tom. II. lib. II. cap. I.

CAP. IV.

Ejus dignitas, & auctoritas; virtus quoque, & ve[illegible], ut ridere coram ipso non liceret. Astri[illegible]men judicia; unde & nomen apud Censores suum dare, & severitatis reddere rationem tenebantur. Quin & provocatio data a judiciis. Georgii Pachymerii error indicatus. Et relatio de quibusdam ad populum imposita; idque Timarchi decreto. Justitia ejus; quæ utrique parti semper satisfecerit, & ab exteris sit petita. Ἀρεοπαγῖται, *qui proverbio appellati. Neque aut corona ornari, aut comœdiam etiam scribere, ipsi licitum. Nec deponebatur quisquam, nisi ob delictum gravius. Cæsaris Baronii lapsus unus, atque alter.*

D FUIT autem senatui huic dignitas maxima. Minerva apud Æschylum, in *Eumenidibus*, de eo dicit,

Ἔρυμά τε χώρας, καὶ πόλεως σωτήριον.
Præsidiumque regionis, & urbis salus.

Ex mox alio elogio ornat.

Κερδῶν ἄθικτον τοῦτο βουλευτήριον,
Αἰδοῖον, ὀξύθυμον, εὑδόντων ὕπερ
Ἐγρηγορὸς, φρούρημα γῆς, καθίσταμαι.
Lucris intactum hoc tribunal,
E *Venerandum, iracundum, pro dormientibus*
Vigilans, præsidium terræ, constituo.

Demosthenes, Orat. *in Aristocratem*, dicit; Σεμνότατον πάντων τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστήριον. *Omnium maxime venerandum Areopagi judicium*. Lysias, *in Andocidem*. Ἐν Ἀρείῳ, ἐν τῷ σεμνοτάτῳ, καὶ δικαιοτάτῳ, δικαστηρίῳ. *In Areopago, judicio maxime venerando, & justissimo*. Valerius Maximus, *libro* II. *capit.* VI. *Urbis sanctissimum consilium, Areopagus*. Seneca, *De Tranquill.* cap. III. *Areopagus, religiosissimum judicium*. Aristides, in *Panathenai-* F *ca*. Εἰ τοίνυν τις ἐρωτῴη, ποῖον τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι δικαστηρίων ἐντιμότατον, καὶ ἁγιώτατον· τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, πάντες ἂν φήσαιεν. *Si quis igitur quærat, quod sit in Græcia tribunal honoratissimum, & sanctissimum; omnes dixerint, Areopagum*. Menander Rhetor, δικαιοσύνης ἀγωνιστήριον appellat. Καθάπερ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν Ἄρειον πάγον δικαιοσύνης ἀγωνιστήριον παρειλήφασιν. *Quemadmodum Athenienses Areopagum assumpserunt locum, in quo de justitia certamen esset*. Immo tota populi virtus quodammodo in eo consistebat. Joannes Salesberiensis, *Policratici* libro IV. capit. IX.

Eum vero Athenienses dicebant Areopagum, eo quod in illis totius populi virtus consisteret; & cum ab iis præclara plurima inventa sint, nihil salubrius, nihil gloriosius, institutum est, quam is senatus. Certe constabat ex viris summa virtute conspicuis; & maxima populi cura erat, in his legendis: ac Lycurgus seniorum apud Spartanos suos senatum, quem illi soliti Γερουσίαν appellare, ad horum imitationem instituit. Isocrates, in *Panathenaica*. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἐρεῖν πολλὰ τῶν καθεστώτων ἐκεῖ, οὐχ ὡς Λυκούργου τι τούτων εὑρόντος, ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένου τήν τε διοίκησιν ὡς δυνατὸν ἄριστα, τὴν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν· καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος. καὶ τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν, τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος, μεθ' ὅσης περ φασὶ καὶ τοὺς ἡμετέρους περὶ τῶν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων. *Ego vero multa me dicturum esse fateor, quæ illis recepta sunt; non quod Lycurgus illa vel invenerit, vel excogitarit; sed quod, majorum nostrorum gubernationem quam optime imitatus, democratiam apud ipsos instituit, aristocratia temperatam, qualis apud nos fuit: & magistratus non sortito, sed per suffragia, creari voluit: legemque tulit, ut seniores, qui rebus omnibus præsunt, tanto studio, & cura, legerentur, quanta ferunt majores nostros legisse eos, qui Areopagitæ futuri essent.* Ac virtutem porro ipsorum, memorat Socrates ad Periclem, apud Xenophontem, *Memorab.* lib. III. Ὁ Σωκράτης ἔφη, ἡ δ' ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, ὦ Περίκλεις, οὐκ ἐκ τῶν δεδοκιμασμένων καθίσταται; *Socrates ajebat; senatus vero Areopagiticus, o Pericles, an non ex probatis constat?* Maximus, in *Prologo in Dionysium Areopagitam*. Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἦν, εἰς τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν τελεῖν. ἀλλ' οἱ παρ' Ἀθηναίοις πρωτεύοντες, ἔν τε γένει, καὶ πλούτῳ, καὶ βίῳ χρηστῷ. *Non cuivis contingebat, Areopagitam fieri; sed iis tantum, qui apud Athenienses genere, opibus, & virtute, excellerent.* Georgius Pachymerius, in *Procemio Paraphraseos*. Οὐ γὰρ παντὸς ἦν, τὸ εἰς Ἀρεοπαγίτας τελεῖν, ἀλλ' ὃν ἂν ἡ συχνὴ σοφία, καὶ ὁ χρηστὸς βίος, καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀνεπίληπτον, εἰς τὸ τοιοῦτον προυκαλεῖτο ἀξίωμα. *Non cujuslibet erat, inter Areopagitas cooptari; sed, quem sapientia insignis, vitaque proba, neque culpæ ulli obnoxia, ad hanc dignitatem provexisset.* Michael Syngelus, in *Encomio ejusdem Dionysii*. Ὅθεν Διονύσιος οὗτος ὡρμᾶτο, καὶ οὗ διασημότατος προηγέτης, καὶ τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστῶν ἐχρημάτιζε πρωτεύων, καὶ πρόκοιτος. ὧν τὸ τοῦ γένους περίοπτον, καὶ μεγαλόδοξον, τοῖς τῶν Ἀτθίδων συγγραφεῦσιν, Ἀνδροτίωνί τε καὶ Φιλοχόρῳ, κατὰ πλάτος ἱστόρηται. ἀφ' ὧν ἐστί τε καὶ τεκμήρασθαι καὶ τὸ τῶν προγόνων αὐτοῦ πρωτεῖον, καὶ ἔντιμον, καὶ διαβόητον· οὐ γὰρ ἂν παρ' Ἀθηναίοις τοῖς ἀγερώχοις εἰς ἀρχὴν προῆκτο τοσαύτην, εἰ μὴ πρὸς τῇ σοφίᾳ, καὶ τῇ τῶν φρενῶν εὐκοσμίᾳ, σωφροσύνῃ τε καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ ἀνδρίᾳ, καὶ τῇ περιβλέπτῳ τοῦ γένους ὑπεροχῇ κατηγλάϊστο. *Unde iste Dionysius est oriundus, & ubi præses nobilissimus, & inter Areopagi judices primas obtinebat. quorum generis præstantia, & insignis gloria, a scriptoribus Rerum Atticarum, Androtione, ac Philochoro, copiose est in literas relata. Unde etiam est conjicere, parentes ejus, primates viros, & honoratos, ac celebres fuisse. Neque enim apud Athenienses, homines admodum elatos, ad magistratum tam insignem evectus esset, nisi præter sapientiam, cæteraque animi ornamenta, temperantiam, & justitiam, ac fortitudinem, etiam genus perillustre habuisset.* Theophanes, *Hymno* in hunc ipsum Dionysium, qui exstat in *Menæis* Græcorum. Πλούτῳ, καὶ δόξῃ, καὶ συνέσει, καὶ σοφίᾳ τῶν ἁπάντων ὑπερέχων, τῶν ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ βουλευτῶν εἷς ἦν. *Divitiis, gloria, solertia, & sapientia, omnibus præstans, unus erat senatorum Areopagi.* Isocrates, in *Areopagitica*, ait, omnibus Græciæ conciliis præstitisse; ac tantam ejus venerationem fuisse, ut suo tempore, si qui moribus forte minus dignis essent, tamen in senatum eum cooptati, virtutem statim, loco convenientem, adsciscerent. Οὕτω γὰρ οἱ πρόγονοι ἡμῶν τὴν σωφροσύνην ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας, ἧς οὐχ οἷόν τ' ἦν μετασχεῖν, πλὴν τοῖς καλοῖς γεγονόσι, καὶ πολλὴν ἀρετὴν, καὶ σωφροσύνην, ἐν τῷ βίῳ ἐνδεδειγμένοις. ὥστε πάντων αὐτὴν εἰκότως διενεγκεῖν τῶν ἐν τοῖς Ἕλλησι συνεδρίων. σημείοις δ' ἄν τις χρήσαιτο περὶ τῶν τότε καθεστώτων, καὶ τοῖς ἐν τῷ παρόντι γιγνομένοις· ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἁπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ δοκιμασίαν, ταύτην καθημένων, ἴδοιμεν ἂν τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οὐκ ἀνεκτοὺς ὄντας, ἐπειδὰν εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, ὀκνοῦντας τῇ φύσει χρῆσθαι, καὶ μᾶλλον τοῖς ἐκεῖ νομίμοις, ἢ ταῖς αὑτῶν κακίαις ἐμμένοντας. τοσοῦτον ἐκεῖνοι φόβον τοῖς πονηροῖς ἐναπειργάσαντο, καὶ τοσοῦτον μνημεῖον ἐν τῷ τόπῳ τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς, καὶ σωφροσύνης, ἐγκατέλιπον. *Majores enim nostri modestiæ tantam rationem habuerunt, ut senatum Areopagiticum censuræ morum præfecerint. in quem ordinem admitti nefas erat, nisi & honesto loco natos, & virtute, ac vitæ modestia, spectatissimos. Quare non mirum est, eum senatum universis totius Græciæ conciliis antecelluisse. Quæ autem olim ejus loci ratio fuerit, ex his, quæ etiam hodie fiunt, intelligitur: cum nunc etiam designatos, & delectos in hunc ordinem, videamus, etiamsi cæteris in rebus intolerabiles sint, ubi in Areopagum ascenderint, non audere naturæ suæ indulgere; sed illis potius institutis uti, quam pravitati suæ immorari. Tantum illi metum improbis injecerunt; ac tam illustre suæ virtutis, & modestiæ, monumentum in eo loco reliquerunt.* Ecce autem, venerationem ejus maximam fuisse dicunt, Lysias, ac Demosthenes, in citatis initio verbis; & argumentum venerationis erat, quod ridere coram ipso non liceret. Æschines, *in Timarchum*. Παρέρχεται Πύῤῥανδρος, ἐπιτιμήσων ὑμῖν· καὶ ἤρετο τὸν δῆμον, εἰ οὐκ αἰσχύνοιντο γελῶντες, παρούσης τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου; ὑμεῖς δ' ἐξεβάλετε αὐτὸν, ὑπολαβόντες. ἴσμεν, ὦ Πύῤῥανδρε, ὅτι οὐ δεῖ γελᾶν, τούτων ἐναντίον. ἀλλ' οὕτως ἰσχυρόν ἐστιν ἡ ἀλήθεια, ὥστε πάντων ἐπικρατεῖ τῶν ἀνθρωπίνων λογισμῶν. *Prodit Pyrrhander, vos objurgaturus; & rogat populum, an non puderet ridere, præsente senatu Areopagitico: Vos autem, rejecto eo, respondistis; scimus, Pyrrhander, coram hoc non esse ridendum: verum tantum valet veritas, ut efficiat, ne quis humanæ dignitatis rationem ullam habeat.* Etsi vero auctoritas illi plane summa, tamen pœnas pro libidine irrogare non licebat. Demosth. *in Neæram*. Εὐθὺς ἡ βουλὴ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐζημίου τὸν Θεογένην, ὅσα κυρία ἐστίν. ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ, καὶ μετὰ κοσμιότητος· οὐ γὰρ αὐτοκράτορές εἰσιν, ὡς ἂν βούλωνται, Ἀθηναίων τινὰ κολάσαι. *Statim senatus Areopagiticus Theogenem, qua poterat, pœna afficit; sed secreto, & cum modestia: nec enim eam potestatem habet, ut pro libitu Atheniensium quenquam puniat.* Immo & nomen suum dare apud Censores, & severitatis reddere rationem, tenebantur. Æschines, *in Ctesiphontem*. Τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐγγράφειν πρὸς τοὺς λογιστὰς ὁ νόμος κελεύει λόγον, καὶ εὐθύνας διδόναι τῆς ἐκεῖ σκυθρωπῶν. *Senatum Areopagiticum jubet lex apud Censores nomina sua profiteri, & severitatis suæ rationem item reddere.* Quin &, si quos condemnassent, iis data provocatio. Negat quidem illud Georgius Pachymerius, in *procemio Paraphraseos Dionysii Areopagitæ*, ac propterea Paulum Apostolum a philosophis huc pertractum esse ait. Ἐδίκαζον δὲ Ἀρεοπαγῖται περὶ τῶν μειζόνων σφαλμάτων. καὶ ἡ τούτων κρίσις, οὐκ ἐδίδου τῷ κριθέντι τὴν ἔφεσιν. διὸ καὶ, ὡς καινῶν δαιμονίων καταγγελέα, τὸν θειότατον τῆς ἀληθείας κήρυκα, Παῦλον, πρὸς τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἕλκουσιν. *Cognoscebant Areopagitæ de gravioribus delictis; neque a sententia, quam ipsi tulissent, condem-*

nato provocatio dabatur: ideoque, ut novorum deorum annuntiatorem, Paulum, diviniſſimum veritatis præconem, ad ſenatum Areopagiticum philoſophi trahunt. Sed contrarium clare apparet apud Dinarchum, Orat. *in Ariſtogitonem*. Ὁ γὰρ πονηρότατος τῶν ἐν τῇ πόλει, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, Ἀριστογείτων, διαδικασόμενος ἥκει τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, περὶ ἀληθείας, καὶ δικαιοσύνης. *Sceleſtiſſimus enim civium, immo aliorum omnium, Ariſtogiton, venit, in diſcrimen, & judicium, vocaturus, verene, ac juſte, ſenatus Areopagiticus pronuntiaverit*. Ac provocatio ad populum erat. Ingerunt Dinarchi verba, mox ſequentia. Τῇ δὲ βουλῇ (τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου,) τὸ δόξαι ψευδῆ κατ᾽ Ἀριστογείτονος ἀποφαίνειν, καὶ τοῦτον ἐκείνης παρ᾽ ὑμῖν, (ὦ Ἀθηναῖοι,) ὑποληφθῆναι δικαιότερα λέγειν, τῶν αἰσχίστων, καὶ δεινοτάτων, ἐστίν. *Nam exiſtimare, ſenatum Areopagiticum contra Ariſtogitonem non recte pronuntiaſſe, ipſumque vobis, Athenienſes, juſtiora illo dicere videri, turpiſſimum omnino eſt, & graviſſimum*. Ac videtur a Solone inſtitutum; qui a cæterorum magiſtratuum judiciis ad populi tribunal provocationem dedit. Refert Plutarchus, in *ejus Vita*. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες, ἐκαλοῦντο Θῆτες· οἷς οὐδεμίαν ἀρχὴν ἔδωκεν ἄρχειν, ἀλλὰ τῷ συνεκκλησιάζειν, καὶ δικάζειν, μόνον μετεῖχον τῆς πολιτείας, ὃ κατ᾽ ἀρχὰς μὲν, οὐδέν· ὕστερον δὲ, παμμέγεθες ἐφάνη. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν διαφορῶν, ἐνέπιπτον εἰς τοὺς δικαστάς. καὶ γὰρ, ὅσα ταῖς ἀρχαῖς ἔδωκε κρίνειν, ὁμοίως καὶ περὶ ἐκείνων εἰς τὸ δικαστήριον ἐφέσεις ἔδωκε τοῖς βουλομένοις. *Reliqui omnes, appellati Thetes; quibus magiſtratum nullum gerere permiſit: ſed eatenus in reip. adminiſtrandæ ſocietatem veniebant, ut ſuffragium in concione, & ſententiæ dicendæ jus, haberent. quod initio quidem, parvum; poſtea, plane magnum apparuit. quippe pleræque controverſiæ, ad judices devolvebantur. quarumcunque autem rerum cognitionem magiſtratibus delegaverat, de iis quoque provocationem ad tribunal populi dedit, ſi qui provocare vellent*. Niſi forte ab Ephialte, qui auctoritatem ejus valde accidit, ut mox dicam, factum cuiquam videatur. Ut autem provocatio data, ita poſtea de quibuſdam, decreto Timarchi, ad populum referre ſunt coacti. Clarum eſt ex verbis Æſchinis, Orat. *in Timarchum*. Τῆς γὰρ βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρόσοδον ποιουμένης πρὸς τὸν δῆμον, κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ τούτου, ὃ οὗτος εἰρήκει περὶ τῶν οἰκήσεων τῶν ἐν τῇ Πνυκὶ, ἦν μὲν ὁ τὸν λόγον λέγων ἐκ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν Αὐτόλυκος. *Nam, cum ſenatus Areopagiticus populum ex iſtius decreto accederet, quod iſte fecerat, de domiciliis in Pnyce, orationem habuit ex Areopagitis Autolycus*. Tam ſancte autem hic judicatum ſemper fuit; ut nunquam neque reus quiſquam, neque actor, de ſententiæ iniquitate merito conqueri potuerit. Demoſthenes, de Areopago verba faciens, Orat. *in Ariſtocratem*. Ἐνταυθοῖ μόνον οὐδεὶς πώποτε οὔτε φεύγων ἁλοὺς, οὔτε διώκων ἡττηθεὶς, ἐξήλεγξεν, ὡς ἀδίκως ἐδικάσθη τὰ κριθέντα. *Hic tantum nemo unquam, vel reus damnatus, vel actor cauſa cadens, oſtendere potuit, judicia perperam data eſſe*. In eandem ſententiam eſt, quod dicit Ariſtides, in *Panathenaica*. Οὐ γάρ ἐστιν ὑπὲρ τὸν Ἄρειον πάγον οὐδὲν εὑρεῖν, εἴ τις ὑπερβολὴν ζητοίη· ἀλλ᾽, ὥσπερ τὰ ὕδατα, ὅσα μαντικὰ, καὶ πνεύματα αὐτόθεν ἴσχει, οὕτω καὶ οὗτος ὁ χῶρος ὥσπερ ἀνιέναι δοκεῖ τὴν τοῦ δικαίου γνῶσιν ἐναργῆ, καὶ τὸ παρὰ τοῖς θεοῖς, ὡς δυνατὸν, ἐγγυτάτω τετίμηται παρὰ πάντων τῷ συγκεχωρηκότι, ὥσθ᾽ οἱ μὲν ἡττώμενοι στέργουσιν ὁμοίως τοῖς κεκρατηκόσιν. *Nihil enim eſt Areopago excellentius invenire, ſi quis quærat. nec ſecus, atque ex aquis vatidicis flatus una ſolent ſubmitti, hic etiam locus perfectam juris ſcientiam, ac prope divinam, videtur emittere. Itaque tanto omnium conſenſu honoratur, ut ejus judiciis, qui vincuntur, pariter ac victores, ſint contenti*. Lycurgus, Orat. *in Leocratem*. Κάλλιστον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον ὃ τοσοῦτον διαφέρει τῶν ἄλλων δικαστηρίων· ὥστε καὶ παρ᾽ αὐτοῖς ὁμολογεῖσθαι τοῖς ἁλισκομένοις, δικαίαν ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. *Pulcherrimum habentes Græcorum exemplum, concilium in Areopago; quod inter cætera tribunalia tantum excellit, ut etiam ipſi, qui convicti fateantur, juſte omnino judicari*. De æquitate, gravitate, & juſtitia judiciorum, eſt & Xenophontis locus, ubi de hoc ſenatu agit. *Memorab.* lib. III. Οἶσθα οὖν τινας, ἔφη, κάλλιον, ἢ νομιμώτερον, ἢ σεμνότερον, ἢ δικαιότερον, τάς τε δίκας δικάζοντας, καὶ τἄλλα πάντα πράττοντας; *An igitur alios noſti, ait, qui vel magis legitime, vel gravius, vel æquius, cauſas in judiciis cognoſcant, aliaque cuncta gerant?* Quin exemplar juſtitiæ habitum fuit. Ariſtides, in *citata Oratione*. Ὥσπερ ἀγωνιστήριον τοῖς θεοῖς ἀνεῖται, καὶ οἷς ἐξ ἐκείνου καθήκει. καὶ πάντες παράδειγμα δικαιοσύνης νομίζοντες, οὕτω τιμῶσιν, αἰδοῖ τῶν θεῶν. *Tanquam certaminis locus diis fuerit; &, qui poſt eos ſuccedunt, dicatus: omneſque eum, ceu juſtitiæ exemplar, deorum veneratione colunt*. Ideo factum, ut ex aliis regionibus cauſas ſuas judicandas huc afferrent. Sic de Meſſeniis narrat Pauſanias, antequam primum cum Lacedæmoniis bellum inirent, cauſam ſuam Areopagitis judicandam proponere voluiſſe. Verba ejus ita habent, in *Meſſenicis*. Πολυχάρη δὲ ἐκδοῦναι μὲν ἐπὶ τιμωρίᾳ Λακεδαιμονίοις (οἱ Μεσσήνιοι) οὔ φασιν, ὅτι μηδ᾽ ἐκεῖνοι σφίσιν Εὐαίφνον. ἐθέλειν μέντοι παρὰ Ἀργείοις, συγγενέσιν οὖσιν ἀμφοτέρων, ἐν Ἀμφικτυονίᾳ διδόναι δίκας. ἐπιτρέπειν δὲ καὶ τῷ Ἀθήνησι δικαστηρίῳ, καλουμένῳ δὲ Ἀρείῳ πάγῳ, ὅτι δίκας τὰς φονικὰς τὸ δικαστήριον τοῦτο ἐδόκει δικάζειν ἐκ παλαιοῦ. *Deditum a ſe non fuiſſe Polycharem Lacedæmoniis (Meſſenii) dicunt, quod neque ipſi dediſſent Euæphnum. voluiſſe tamen ſe, vel apud Argivos, qui utriuſque civitatis eſſent conſanguinei, vel in Amphictyonum conſilio, cauſam cognoſci. voluiſſe etiam rem eandem permittere ſenatui Athenienſium Areopagitico, qui de cædibus jam dudum cognoſcere ſolitus eſſet*. Et de Cn. Dolabella, Aſiæ proconſule, cum alii memorant, tum A. Gellius, *lib.* XII. *cap.* VII. *Dolabella eam rem Athenas, ad Areopagitas, ut ad judices graviores, exercitatioreſque, rejecit*. Ob tam magnam juris, & æqui, obſervantiam, factum eſt, ut Ἀρεοπαγίτης proverbio diceretur, homo ſeverus, & jus gratiæ dare neſcius. Diogenianus, *Cent.* II. *Proverb.* XCI. Ἀρεοπαγίτης· ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν, καὶ ὑπερσέμνων, καὶ σιωπηλῶν. *Areopagita; de tetricis, & taciturnis, ac valde ſeveris*. Quæ totidem verbis Suidas, in Ἀρεοπαγίτης. Inde eſt apud Ciceronem, *ad Atticum*, lib. I. epiſt. XIV. *Romanæ autem res, ſic ſe habent. Senatus*, Ἄρειος πάγος; *nihil conſtantius, nihil fortius*. Et mox, *Epiſt.* XVI. *Clamare præclari Areopagitæ, ſe non eſſe venturos, niſi præſidio conſtituto*. Iterum, *l.* IV. *Epiſt.* XV. *Ex quo intellectum eſt*, τρισαρεοπαγίτας *ambitum, comitia, interregnum, majeſtatem, totam denique Remp. flocci non facere*. Ammianus Marcellinus, *lib.* XXIX. *c.* II. *Ad Areopagitas miſſa eſt, Athenienſes judices triſtiores; quorum æquitas deorum quoque jurgia dicitur diſtinxiſſe*. Item, Εἰς Ἄρειον πάγον ἐκρίθη, proverbialiter dicebatur, de judicio quam juſtiſſimo. Michael Apoſtolius, *Cent.* VII. *Proverb.* LXXX. Εἰς Ἄρειον πάγον ἐκρίθη. Ἐπὶ τῶν ἄγαν δικαίων τυχόντων δικαστῶν. *In Areopagum judicatum eſt. In eos, qui judices admodum juſtos nacti eſſent*. Atque ſane, ob juſtitiæ hunc rigorem, cum interdum cæteri cives, virtutis ergo, & meritorum in Rempublicam, corona donari ſolerent; iſti, ceu qui ipſo munere ad virtutem obſtricti eſſent, coronari minime poterant. Indicat Æſchines, Orat. *in Cteſiphontem*. Οὐκ ἄρα στεφανωθήσεται ἡ βουλὴ, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου· οὐδὲ γὰρ πάτριον αὐτοῖς ἐστίν. *Non itaque coronabitur ſenatus Areopagiticus; neque enim, ut id fiat, a majoribus inſtitutum eſt*. Ut coronæ his negatæ; ita ne quid contra dignita-

tem admitterent, etiam a scribendis comœdiis lege abstinere jussi. Plutarchus, *De Gloria Atheniensium*. Τὴν μὲν κωμῳδοποιΐαν οὕτως ἄσεμνον ἡγοῦντο, καὶ φορτικόν. ὥστε νόμος ἦν, μηδένα ποιεῖν κωμῳδίας Ἀρεοπαγίτην. *Comœdiæ scriptionem adeo censuerunt esse rem indecoram, & importunam; ut lege caverint, ne quis unquam Areopagita scriberet*. Cum autem magistratus alii omnes tantum annui essent, Areopagitæ perpetui erant; neque movebatur quisquam, nisi graviter deliquisset. Scholiastes Demosthenis, in Argumento Orationis *in Androtionem*. Ἡ δὲ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν βουλὴ, ἀδιάδοχος ἦν· εἰ μὴ γάρ τις ἥμαρτε μεγάλως, οὐκ ἐξεβάλλετο. *Areopagitis successores non dabantur; neque enim quisquam, nisi graviter deliquisset, ordine eo movebatur*. Fallitur valde Cæsar Baronius, *Annal. Eccles.* Tom. I. in anno Christi LII. cap. II. ubi ait, ab Areopagitarum numero sponte discedere coactos, Genio tantum impellente, qui, cum in istum ordinem obrepsissent, non inventi essent tales, quales existimati fuissent. Sententiæ vero hujus suæ, in ora libri, auctorem indicat Lucianum, in *Hermotimo*; cum id tamen Lucianus, neque in Dialogo isto, neque alibi, usquam dicat. Nempe induxere eum in errorem verba Budæi, quæ exscripsit, in *Annot. in Pandectas*, ad quæ parum ipse attendit; ubi cum citasset locum Luciani in *Hermotimo*, in quo dicit, noctu eos, & in tenebris, judicasse; mox subjungit alterum quendam, ex Isocratis *Areopagitico*; quo ostendit, tantum priscos Areopagitas monumentum virtutis suæ, ac continentiæ, posteritati reliquisse, ut suo tempore, quo nimirum multum ab antiquis moribus degeneratum, observatum etiam esset, eos, qui intolerandis alioquin moribus fuissent, si in istum forte ordinem obrepsissent, tum demum sibi temperasse; &, ceu loci genio afflatos, ut Plautus loquitur, ex ingenio suo migrasse: ac senatus tam præstantis institutis uti porro maluisse, quam insistere insitis vitiis. Eum nos Isocratis locum, ipsis Oratoris verbis, paullo ante jam citavimus. Vir eximius, qui distractam animi intentionem in tam vasto opere haberet, minus tunc ad ista attendit. Eadem de causa, eodem modo, errat postea, illo quoque ipso Tomo, in anno LVII. cap. XXXV. ubi sacerdotes fuisse Areopagitas ait; quique in his supremus esset, singulorum sententiam rogantem, suffragia collegisse: nam Josephi testimonium, ad quod provocat, plane nullum est; cum in illo ejusce rei neque vola, nec vestigium ullum, appareat.

CAP. V.

Allecti in eum Archontes novem; cum, deposito magistratu, gesti ejus rationem reddidissent: quanquam id non semper obtinuerit. Thesmothetæ interdum prohibiti, qua de causa. Romani quoque postea asciti; neque virtus etiam prisca illis mansit. Demetrii cujusdam exprobratio; & alterius, poetæ Comici, fabula quædam, inscripta Ἀρεοπαγίτης. *Gyllion, parasitus Phrynes. Quo numero fuerint, plane incertum; & Nicephori, item Scholiastæ Æschyli, Maximique, & Georgii Pachymerii, error ostensus.*

DIGNITATIS summæ judicium, & munimentum, quod archontes tantum allecti; cum, deposito magistratu, ejus gesti rationem reddidissent. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* X. Οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες, οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας, ἀεὶ τοῖς Ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο. *Novem archontes, qui annui erant, cum rationem reddidissent, semper Areopagitis adjuncti fuerunt*. Plutarchus, in *Vita Periclis*. Ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς οὐ μετεῖχε, διὰ τὸ μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. *Usus est adversus Areopagi curiam, cujus ipse pars non erat, quod archon, nec thesmothetes, neque rex, nec polemarchus, sorte lectus esset. Hi enim magistratus sortito antiquitus creabantur; quique in iis probati essent, in senatum Areopagiticum ascendebant*. Huc pertinent ista Lysiæ, in *Areopagitica*. Τοὺς ἐννέα ἄρχοντας ἀπήγαγες, ἢ ἄλλους τινὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου. *Novem archontes adduxisses, aut alios quosdam ex senatu Areopagitico*. Idque factum, e Solonis instituto; ut ostendi paullo ante, cap. III. Volunt quidam, solos iis Thesmothetas accessisse. Demosthenis Scholiastes, in Argumento Orationis *adversus Androtionem*. Ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων (βουλὴ,) ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὡρισμένῳ· ἡ δ' (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ,) ἀορίστῳ· ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες, οἱ ἓξ μόνον θεσμοθέται. *Quingentorum (curia,) certo numero subjacebat; Areopagitica vero, cum certum non habebat. nam, ut quidam ex Oratoribus sunt auctores, singulis annis novem archontes illis accenseri soliti; vel, ut alii, sex duntaxat Thesmothetæ*. Prohibebantur tamen illi, si delatos in judicium non introduxissent ex lege. Verba legis sunt apud Demosthenem, Orat. *in Timocratem*. Οἱ δὲ θεσμοθέται, τοὺς ἐνδειχθέντας εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον, κατὰ τὸν νόμον· ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς Ἄρειον πάγον, ὡς καταλύοντες τὴν ἐπανόρθωσιν τῶν νόμων. *Thesmothetæ vero, delatos ex lege in judicium introducunto; aut ne in senatum Areopagiticum ascendunto, ut qui legum emendationem abrogent*. Ac prohiberi eos solitos, licet quoque observare apud eundem, *in Aristogitonem* Orat. II. Ὅσοις τῶν θεσμοθετῶν εἰς Ἄρειον πάγον οὐχ οἷόν τ' ἐστὶν ἀνελθεῖν, παρέντες τὸ βιάζεσθαι, στέργουσιν ἐμμένοντες ταῖς ὑμετέραις γνώσεσι. *Si qui e Thesmothetis in senatum Areopagiticum non admittantur, omissa omni violentia, judiciis vestris æquo animo acquiescunt*. Postquam autem rationem reddidissent, placuissentque, Baccho in Limnis sacris solennibus celebratis, constitutis hic diebus, in senatum hunc transibant. Testis nobis est Demosthenes, Orat. *in Neæram*. Ὡς δὲ ἐγένετο τὰ ἱερὰ ταῦτα (τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις,) ἀνέβησαν οἱ ἐννέα ἄρχοντες εἰς Ἄρειον πάγον, ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. *Peractis sacris (Baccho in Limnis,) ascenderunt novem archontes in Areopagum, certis diebus*. Verum id non semper obtinuisse, certum est; nam Isocrates suo ævo allectos in senatum hunc dicit homines interdum intolerabiles. Ecce, in *Areopagitica*. Ἔτι γὰρ νῦν ἀπάντων τῶν περὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ δοκιμασίαν ταύτην καθῃμελημένων, ἴδοιμεν ἂν τοὺς ἐν τοῖς ἄλλοις πράγμασιν οὐκ ἀνεκτοὺς ὄντας, ἐπειδὰν εἰς τὸν Ἄρειον πάγον ἀναβῶσιν, ὀκνοῦντας τῇ φύσει χρῆσθαι. *Etiam nunc designatos & delectos in hunc ordinem, videamus, quanquam cæteris in rebus intolerabiles sunt, ubi in Areopagum ascenderint, non audere natura sua uti*. Immo allecti promiscue omnes. Ecce tibi apud Lucianum, in *Bis accusato*. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον· ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν· οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. *Quicunque actiones instituerunt, in Areopagum veniunto. Ibi Justitia sorte distribuet judicia, atque ipsa aderit judicantibus; judicesque ex universis Atheniensibus dabuntur*. Et per literas ibidem, ut in cæteris tribunalibus, judices sortito dati. Scholiastes Comici *Pluto*, ad illa verba;

Οὐκ ἐτὸς ἅπαντες οἱ δικάζοντες θαμὰ
Σποδοῦσιν ἐν πολλοῖς γεγράφθαι γράμμασιν.

ista notat. Βούλονται καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, βούλονται δὲ καὶ ἐν ἄλλῳ δικαστηρίῳ, ἀναγράφεσθαι. *Cupiunt & in Areopago, & in alio tribunali, per literas sortito inseri*.

Quin Romani quoque adsciti, cum nimirum in potestatem suam Athenas redegissent. Observo apud Ciceronem, in Orat. *pro L. Cornelio Balbo*. *Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero judicum, atque Areopagitarum*. Et, ecce, in Inscriptione quadam antiqua.

ΤΟΝ. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ. ΤΗΣ. ΕΛΛΑΔΟΣ
ΡΟΥΦΙΟΝ. ΦΗΣΤΟΝ. ΚΑΙ. ΑΡΕ
ΟΠΑΓΕΙΤΗΝ. Η. ΕΞ. ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Η. ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ. ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ. ΚΑΙ. Ο
ΔΗΜΟΣ. Ο. ΑΘΗΝΑΙΩΝ. ΕΥΝΟ
ΙΑΣ. ΕΝΕΚΑ. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ. ΤΗΣ. ΠΕΡΙ. ΤΗΝ. ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ. ΠΡΟΝΟΟΥΝΤΟΣ
ΦΛΑΒΙΟΥ. ΠΡΥΛΑΔΟΥ

Uti vero istud desiit, ita quoque a virtute ipsi prisca descivere, neque eam adeo rigide coluere. Itaque Demetrius apud Athenæum exprobrat illis, esse inter ipsos, qui, muneribus corrupti, jus gratiæ darent, uxoresque alienas item permolerent. Locus Athenæi est insignis, *lib.* IV. Εἰς τοσοῦτον δ' ἀσωτίας ἐληλύθει καὶ Δημήτριος, ὁ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀπόγονος, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, ὥστε Ἀρισταγόραν μὲν ἔχειν τὴν Κορινθίαν ἐρωμένην, ζῆν δὲ πολυτελῶς. ἀνακαλεσαμένων δὲ αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, καὶ κελευόντων βέλτιον ζῆν, ἀλλὰ καὶ νῦν, εἶπεν, ἐλευθερίως ζῶ. καὶ γὰρ ἑταίραν ἔχω τὴν καλλίστην, καὶ ἀδικῶ οὐδένα, καὶ πίνω Χῖον οἶνον, καὶ τἄλλα ἀρκούντως παρασκευάζομαι, τῶν ἰδίων μου προσόδων εἰς ταῦτα ἐκποιουσῶν· οὐ, καθάπερ ὑμῶν ἔνιοι, δεκαζόμενος ζῶ, καὶ μοιχεύων· καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα πραττόντων καὶ ἐπ' ὀνόματος τινας κατέλεξε. *Demetrii vero, unius e posteris Demetrii Phalerei, tam immensus luxus fuit, referente Hegesandro, ut amicam habuerit Aristagoram Corinthiam, magnificeque & splendide vixerit; &, ab Areopagitis vocatus, ad honestiorem vitam cohortantibus, responderit, liberaliter sese vivere: siquidem scortum pulcherrimum habere, neque injuriam ulli facere, tum & vinum Chium bibere, ac cætera, quod satis est, suppetere, eaque proventuum suorum privata copia suppeditari. nec, ut quidam e vobis, ait, vitam sic instituisse, ut muneribus corruptus a recto deflecteret, aliorumve uxores stupraret; quibusdam etiam, qui talia patrarent, nominatim indicatis*. Et Phrynes scorti parasitus erat Gyllion. Athenæus, *lib.* XIII. Παρεσίτει δὲ τῇ Φρύνῃ Γρυλλίων, εἷς ὢν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν. *Parasitus erat Phrynes Gyllion, cum unus esset ex Areopagitis*. Itaque exagitare etiam eos in *Fabulis* suis ausi Comici; & Demetrius quidam alius, poeta Comicus, Comœdiæ cuidam suæ titulum fecit, Ἀρεοπαγίτης. Ecce tibi apud Athenæum, *lib.* IX. Κατὰ τὸν κωμικὸν Δημήτριον, ὃς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἀρεοπαγίτῃ ταῦτ' εἴρηκεν. *Secundum Comicum Demetrium, qui in Fabula, quæ inscripta est Areopagita, ista dixit*. De numero eorum, certi nil proferri potest; neque enim ille certus, postquam novem quotannis archontes, ut ostendi, adderentur. Et id notat Scholiastes Demosthenis, in Argumento Orationis *in Androtionem*. Ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων (βουλὴ,) ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὡρισμένῳ. ἡ δὲ (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ,) ἀορίστῳ. ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο. ὡς δὲ τινες, ὅτι καὶ ἓξ μόνον θεσμοθέται. καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπίπτον ἀριθμῷ. *Quingentorum senatus, sub certum numerum cadit; Areopagitarum, non item. Ut enim quidam Oratores dicunt, quotannis iis novem archontes addebantur; aut, ut alii, sex duntaxat Thesmothetæ: ac propterea certo numero non erant*. Athenæus, *lib.* VI. Καὶ τούτων, οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινῶν, οὔτε τὸ πλῆθος, οὔτε τὰς ὄψεις, οἶδεν οὐδείς. *Atque horum, ceu Areopagitæ quidam essent, neque numerum, neque faciem, quisquam novit*. Ergo vehementer errat Nicephorus Callistus, qui fuisse novem dicit, *Eccles. Hist* lib. II. cap. XX. Καὶ δῆτα εἴσω χειρῶν θέμενοι, ἐπὶ τὸ παρ' αὐτοῖς μέγιστον δικαστήριον ἄγουσιν, ᾧ Ἄρειος πάγος ὄνομα, καὶ τῷ συνεδρίῳ τῶν δικαστῶν παραστήσαντες. ἐννέα δὲ ἦσαν οὗτοι, σοφίᾳ, καὶ γένει, καὶ πλούτῳ, τῶν ἄλλων πάντων ὑπερφέρειν δοκοῦντες, ἐπὶ τῶν δικαστικῶν θρόνων ἀριστίνδην ἐξειλεγμένοι. *Comprehensus, in supremum ibi judicium, cui Areopagus nomen, producitur, ac consessui judicum sistitur. Novem ii erant numero, sapientia, genere, atque opibus, aliis omnibus habiti præstantiores; & ad judiciales sedes, prout quisque eorum optimus visus fuit, electi*. Scholiastes Æschyli, *ad Eumenidas*, triginta unum fuisse ait. Ὁ ἀριθμὸς τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, τριάκοντα καὶ εἷς. *Areopagitæ erant numero triginta unus*. Quinquaginta unum Maximus, *in Dionysium Areopagitam*. Ἐκ γὰρ τῶν ἐννέα καθισταμένων ἀρχόντων Ἀθήνησι τοὺς Ἀρεοπαγίτας ἔδει συνεστάναι δικαστὰς, ὥς φησιν Ἀνδροτίων, ἐν δευτέρᾳ τῶν Ἀτθίδων· ὕστερον δὲ, πλειόνων γέγονεν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. τουτέστιν, ἐξ ἀνδρῶν περιφανεστέρων πεντήκοντα καὶ ἑνός. *Ex novem Archontibus Athenis constitui Areopagitas oportebat, uti auctor est Androtion, Rerum Atticarum libro secundo: postea vero, senatus Areopagiticus e pluribus fuit; nempe ex illustrioribus viris quinquaginta & uno*. Erat is Ephetarum numerus, non Areopagitarum; itaque temere confundit. Eundem errorem errat Georgius Pachymerius, in *Paraphrasi Dionysii*. Ἐκ τῶν ἐννέα καθισταμένων ἀρχόντων Ἀθήνησιν ἔδει τοὺς Ἀρεοπαγίτας εἶναι, ὧν ἀριθμὸς εἰς ἕνα καὶ πεντήκοντα ἐποσοῦτο. *Ex novem Archontibus Areopagitas Athenis esse oportebat, qui erant numero quinquaginta unus*. At, nec novem eos fuisse, nec triginta item & unum, neve quinquaginta unum, verum multo plures etiam, satis constat; quod Diogenes Laertius, ubi Socratem condemnatum nobis memorat, quod ab Areopagitis factum fuit, qui damnarent, ducentos octoginta unum plures fuisse dicat, quam qui absolutum cuperent. Ita ejus verba habent. Κατεδικάσθη διακοσίαις ὀγδοήκοντα μιᾷ πλείοσι ψήφοις τῶν ἀπολυουσῶν. *Damnatus est calculis ducentis octoginta uno pluribus quam absolveretur*. Quin & mox, ex absolventibus, cum is se in Prytaneo alendum esse censuisset, alii quoque octoginta condemnarunt. Hoc Diogenes idem refert, in sequentibus statim verbis. Θορυβησάντων δὲ τῶν δικαστῶν, ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων, τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως. καὶ οἱ θάνατον αὐτοῦ κατέγνωσαν, προσθέντες ἄλλας ψήφους ὀγδοήκοντα. *Cum tumultuarentur judices; Ego, inquit, propter ea quæ commerui, victu mihi in Prytaneo exhibendo litem æstimo. Qua de causa, adjectis calculis octoginta, mortis pœnam irrogarunt*. Habes judices trecentos sexaginta & unum, qui damnarunt. Quibus adde, qui absolverant; &, qui prima quoque sententia condemnaverant, absolventum numero pares: e quibus mox octoginta, ut jam dixi, ad damnantes accesserunt. Sed reponet isthic aliquis, non damnatum ab Areopagitis Socratem; neque hoc Diogenem dicere. Fateor equidem, non expressum id Diogeni; sed res ipsa clare loquitur: postquam accusatus Socrates, quod in Urbem deos novos introduceret, veteresque non existimaret tales. Id Diogenes sat diserte nobis dicit. Τάδε ἐγράψατο Μέλιτος Μελίτου Πιτθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν. Ἀδικεῖ Σωκράτης, οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς, οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος. *Accusavit Melitus Meliti Pithensis Socratem Sophronisci Alopecensem; quod, quos deos Urbs statueret, ipse non existimaret; alios vero novos deos introduceret*. Tertullianus, in *Apologetico*. *Propterea damnatus est Socrates, quia deos destruebat*. Omitto alios Auctores, qui constanter il-

lud

lud tradunt. Atqui hoc de iis judicium, item tota religione, & de rebus sacris omnibus, ad hos Areopagitas pertinuisse, infra ostendo, cap. IX. Illud tamen observandum; quod ducentis octoginta uno calculis superasse, qui damnarent a Diogene memorentur: cum in *Apologia Socratis* dicat Plato, tribus tantum hos vicisse. Ita enim Socratem loquentem facit. Ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων γεγονότα ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε, οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. νῦν δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰ τρεῖς μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀπεπεφεύγειν ἄν. *Multo magis calculorum utrorumque numerum miror; nec tam paucos condemnantes, sed futuros longe plures, opinabar. nunc, si tres duntaxat aliter cecidissent, culpa absolvi debuissem*. Non concilio, aut expedio. Neque enim quicquam juvat, quod τριάκοντα quædam exemplaria legant, aut τριάκοντα τρεῖς nonnulla. An vero & hic Platonis error est dicendus, quales apud Athenæum, *libro quinto*, plures refert Dipnosophista?

CAP. VI.

Senatus, initio tribus tantum diebus habitus; postea, pluribus: tandem, singulis. Decretum Phoci, ut Apaturiorum festum per quinque dies celebraret. Priusquam semper haberetur, per præconem solitus denuntiari. Conveniebat autem, primo in Areopago; postea, in porticu regia: idque noctu, & sub dio: quod postremum in aliis quoque tribunalibus, ubi de cædibus judicabatur, usitatum; idque qua de causa factum.

SED judicii rationem universam, atque ordinem, videamus. Initio senatus tantum haberi solitus tribus ultimis diebus uniuscujusque mensis; quarto, tertio, pridieque Calendarum. Pollux, ubi de eo agit, *lib.* VIII. *cap.* X. Καθ' ἕκαστον δὲ μῆνα τριῶν ἡμερῶν ἐδίκαζον ἐφεξῆς, τετάρτῃ φθίνοντος, τρίτῃ, δευτέρα. *Singulis mensibus per tres continuos dies judicabant, quarto, tertio, pridieque Calendarum*. Sed id postea, sicut alia, immutatum; & observo, etiam septimo mensis die judicasse. Lucianus, in *Bis accusato*, sic loquentem Mercurium introducit. Ἀκούετε λεώς, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ δίκῃ καταστησόμεθα τήμερον, Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου· ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. *Audito popule; forum juri dicundo, quod bene vertat, hodie constituemus, mensis Elaphebolionis die septimo: quicunque actiones instituerunt, in Areopagum veniunto*. Immo denique quotidie factum. Suggerit idem Lucianus, in sequentibus inde verbis. Ἀκροάσεων δὲ, καὶ λόγων τῶν δικανικῶν, ἅλις ἔχοιμι. ὁσημέραι τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀκούων τι. *Auscultationum, & orationum judicialium, abunde habeo; quotidie aliquid litigantium in Areopago audiens*. Adeoque neque in quibusdam festis a jure dicundo abstinebant; &, Cephisodoro archonte, qui supremum magistratum istum tenuit Olymp. CV. anno III. factum est decretum a Phoco, ut festum Apaturiorum, pariter ac senatus alii, quinque diebus celebrarent. Athenæus, *lib.* IX. Εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα, ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος Ἀθήνησι γενόμενον· ἐν ᾧ, ὥσπερ τι σύστημα, οἱ Προτένθαι εἰσὶ, καθάπερ καὶ οἱ Παράσιτοι ὀνομαζόμενοι, ἔχον οὕτως. Φῶκος εἶπεν, ὅπως ἂν ἡ βουλὴ, (ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου,) ἄγῃ τὰ Ἀπατούρια κατὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων, κατὰ τὰ πάτρια, ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ, ἀφεῖσθαι τοὺς βουλευτὰς τὰς ἡμέρας, ἅσπερ καὶ αἱ ἄλλαι βουλαὶ ἀφίενται, ὑπὸ τὰς ἡμέρας, ἃς οἱ Προτένθαι ἄγουσι, πέντε ἡμέρας. *Invenio vero decretum, Cephisodoro archonte Athenis factum; in quo, ceu collegium aliquod, Protenthæ memorantur, non secus atque illi, qui Parasiti appellantur, ita habens: Phocus retulit, ut Apaturia senatus Areopagiticus cum Atheniensibus aliis ritu patrio celebraret, decre-*

A *tum esse, ut ea curia, ad exemplum cæterarum, senatores suos dimittat, ab eo die, quo Portenthæ illa celebrant, dies quinque*. Priusquam quotidie haberetur, per præconem populo indicebatur, si quando habendus esset. Ecce tibi in *Bis accusato* Luciani, in citatis statim verbis, Mercurius, præconis vice fungens, ita loquitur. Ἀκούετε λεώς. ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ δίκῃ καταστησόμεθα τήμερον, Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου· ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. *Audito popule; forum juri dicundo, quod bene vertat, hodie constituemus, mensis Elaphebolionis die septimo: quicunque actiones instituerunt, in Areopagum veniunto*. Conveniebat autem primo in Areopagum; sed, ob loci nempe incommoditatem, cum molestum esset B ascendere, etiam istud est mutatum: placuitque, in porticu regia locum capere. Observo, ecce, apud Demosthenem, *in Aristogitonem*, Orat. I. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ περισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι. *Quod senatus Areopagiticus, cum in porticu regia sedenti funis circumducitur, cum multo silentio inter se agat*. Et noctu quidem, atque in tenebris, ac sub dio. Noctu vero, ut non dicentium, sed eorum quæ dicerentur, rationem haberent. Lucianus, in *Hermotimo*. Κατὰ τοὺς Ἀρεοπαγίτας αὐτὸ ποιοῦντα. οἳ ἐν νυκτὶ, καὶ σκότῳ, C δικάζουσιν· ὡς μὴ εἰς τοὺς λέγοντας, ἀλλ' ἐς τὰ λεγόμενα, ἀποβλέποιεν. *Areopagitarum more hoc facientem; qui noctu, & in tenebris, judicia habent: ut non in dicentes, sed in ea, quæ dicuntur, respiciant*. Iterum, *De domo*. Ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστίν· εἰ μὴ τύχοι τὶς παντελῶς τυφλὸς ὢν, ἢ ἐν νυκτὶ, ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν. *Sed totus in spectando versatur; nisi quis fortasse omnino cæcus fuerit, aut noctu, ut senatus Areopagiticus solet, ad auscultandum venerit*. Itaque facies eorum nemo videre poterat. Inde est, quod Athenæus ait, lib. VI. Καὶ τούτων, οἷον Ἀρεοπαγιτῶν τινῶν, οὔτε τὸ πλῆθος, οὔτε τὰς ὄψεις, οἶδεν οὐδείς. *Atque horum, ceu Areopagitæ quidam essent, neque numerum, neque facies, quisquam noD vit*. Quod sub dio judicaverint, docet Pollux *l.* VIII. *cap.* X. Ὑπαίθριοι δὲ ἐδικάζοντο. *Judicabant autem sub dio*. De Areopagitis loquitur. Sed hoc itidem usitatum in aliis omnibus tribunalibus, in quibus de cædibus judicia habita. Rem, & causam, apud Antiphontem observo, in Orat. *De cæde Herodis*. Ἅπαντα τὰ δικαστήρια ἐν ὑπαίθρῳ δικάζει τὰς δίκας τοῦ φόνου· οὐδενὸς ἄλλου ἕνεκα, ἢ ἵνα τοῦτο μὲν οἱ δικασταὶ μὴ ἴωσιν εἰς τὸ αὐτὸ τοῖς μὴ καθαροῖς τὰς χεῖρας. τοῦτο δὲ ὁ διώκων τὴν δίκην τοῦ φόνου, ἵνα μὴ ὁμόροφος γένηται τῷ αὐθέντῃ. *Omnia tribunalia causas homicidii sub dio judicant; idque non alia de causa, quam ut partim ne Judices eant in locum eundem cum iis, qui impuras* E *manus habent: partim, ne actor homicidii, atque reus, sub eodem tecto essent*.

CAP. VII.

Cum sedisset, populus secedere jussus per præconem; & silere, loco fune circumducto. Inde causæ sorte productæ; judicesque singulis sui assignati: actæ autem sine ullo patrocinio, quod permissum tamen postea. Sextus Empiricus, & Lucianus, inter se conciliati. F *Patroni autem isti, erant numero decem, sorte lecti, & mercedem accipiebant drachmam, in unamquamque causam. Gulielmi Budæi error. Sed & postea hic mutatum est; neque numerus, neque merces ista, stetit. Procemia quoque, & epilogi, verborumque lenocinia; quicquid supervacuum, per præconem interdictum. Denique ad istud facta a cæteris omnibus provocatio*. Κλῆσις. Πρόκλησις.

CUM senatus convenisset, sederetque, populus facessere se inde jussus, & silere, per præco-

nem. Repræſentat hunc morem, in judicio Areopagitico, Æſchylus poeta, in *Eumenidibus*, ubi ſic Minerva loquitur.

Κήρυσσε κῆρυξ, καὶ στρατὸν κατεργάθου,
Ἡ τ' οὖν διάτορος Τυρσηνική
Σάλπιγξ, βροτείου πνεύματος πληρουμένη,
Ὑπέρτονον γήρυμα φαινέτω στρατῷ.
Πληρουμένου γὰρ τοῦδε βουλευτηρίου,
Σιγᾶν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς,
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰωνὰ χρόνον.
Καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.
Edicito præco, & populum probibeto;
Ac ſonora Tyrrbenica
Tuba, mortali ſpiritu impleta,
Intenſum admodum ſonum edat populo.
Impleta enim bac curia,
Silere expedit, legeſque meas diſcere,
Urbem univerſam in perpetuum tempus.
Ut borum recte cognoſcatur judicium.

Ad quæ verba Scholiaſtes. Κληρώσασα Ἀθηνᾶ τοὺς ἀρίστας, ἄγει δικάσοντας. καθισάντων δὲ αὐτῶν, ἐν μέσῳ στᾶσα, κελεύει διὰ τῆς σάλπιγγος, καὶ τοῦ κήρυκος, σιωπὴν γενέσθαι. ὡς μὴ ἀρκοῦντος μόνου τοῦ κήρυκος. ὅρα δὲ, πῶς τὰ νέων ἔθη ἀναχρονίζει. ἃ γὰρ νῦν γίνεται, ταῦτα τὴν Ἀθηνᾶν εἰσήγαγε λέγουσαν. ἐχρῶντο γὰρ τῇ σάλπιγγι, ἀνείργειν τὸ πλῆθος θέλοντες. *Cum Minerva forte optimos delegiſſet, eos jus dicturos adducit. poſtquam autem ipſi conſediſſent, ſtans in medio, per tubam, ac præconem, ſilentium indicit; tanquam ſolus præco non ſufficeret. vide autem, quo pacto mores recentiorum in priora tempora referat, nam, quæ nunc ſunt uſitata, bæc Minervam loquentem introducit: tuba enim utebantur, cum populum probibere vellent.* Atque, ut abſcedere juſſos prohiberent, locum, fune circumſeptum, quaſi muniebant. Demoſthenes, *in Ariſtogitonem*, Orat. I. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι, καὶ ἅπαντας ἐκποδὼν ὑποχωρεῖν. *Quod ſenatus Areopagiticus, cum in porticu regia ſedenti funis circumducitur, cum multo ſilentio inter ſe agat, & omnes inde ſe ſubducant.* Poſt hæc, cauſæ ſorte productæ; ne per gratiam, odiumve, expediri quæquam citius, aut differri, videretur. Ecce indicat, in judicio Areopagitico, Lucianus, in *Bis accuſato*, ubi Juſtitia ſic Mercurium affatur. Οἶσθα ὃ δράσομεν, ὦ Ἑρμῆ; τὰς μὲν ἄλλας δίκας, ἐς τὴν αὔριον ὑπερβαλώμεθα. σήμερον δὲ, κληρῶμεν τὰς τοιαύτας, ὁπόσαι τέχναις, ἢ βίοις, ἢ ἐπιστήμαις, πρὸς ἄνδρας εἰσὶν ἐπηγγελμέναι. καί μοι ταύτας ἀνάδος τῶν γραφῶν. *Scis, quid faciamus, Mercuri? Cæteras quidem lites, in craſtinum rejiciamus; bodie autem, eas tantum partiamur, quæcunque ab artibus, aut vitis, aut ſcientiis, contra bomines denuntiatæ ſunt. Ac bas mibi actiones nunc proferto.* Ac productæ plures ſimul; ſingulīſque judices ſui aſſignati, qui cognoſcerent. Lucianus, *ibidem*. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον. ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν. οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν, κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. *Quicunque actiones inſtituerunt, in Areopagum veniant; ibi Juſtitia ſortietur fora: atque ipſa aderit judicantibus. Judices, ex univerſis Atbenienſibus dabuntur; & tres oboli, cauſæ cujuſcunque merces: numerus judicum, pro ratione cauſæ erit.* Et hi ipſi, etiam ſorte dari ſoliti; ne corrumpi poſſent, cum ignoraretur plane, cujus cauſa cui committenda eſſet. Habes clare, in ſequentibus ſtatim verbis. ΕΡ. Μέθη κατὰ τῆς Ἀκαδημίας, ὑπὲρ Πολέμωνος, ἀνδραποδισμοῦ. ΔΙ. ἑπτὰ (δικαστὰς) κλήρωσον. ΕΡ. Ἡ Στοὰ κατὰ τῆς Ἡδονῆς, ἀδικίας, ὅτι τὸν ἐραστὴν αὐτῆς Διονύσιον ἀπεβουκόλησε. ΔΙ. πέντε ἱκανοί. ΕΡ. περὶ Ἀριστίππου Τρυφὴ πρὸς Ἀρετήν. ΔΙ. πέντε καὶ τούτοις δικασάτωσαν. ΕΡ. ἀργυραμοιβικὴ δρασμοῦ Διογένει. ΔΙ. τρεῖς ἀποκλήρου μόνους. ΕΡ. Ἡ γραφικὴ κατὰ Πύρρωνος, λειποταξίου. ΔΙ. Ἐννέα κρινέτωσαν. MERC. *Ebrietas contra Academiam, pro Polemone, plagii.* JUST. *Sortire (judices) ſeptem.* MERC. *Porticus contra Voluptatem, injuriarum; quod amatorem ipſius Dionyſium a ſe diverterit.* JUST. *Quinque ſufficient.* MERC. *De Ariſtippo Luxuria contra Virtutem.* JUST. *Etiam bis quinque judicent.* MERC. *Menſaria contra Diogenem, fugæ.* JUST. *Tres ſortire ſolos.* MERC. *Pictoria contra Diogenem, ut deſertorem.* JUST. *Novem judicent.* Et mox rurſum Juſtitia dicit. Ἰδοὺ, καὶ τὰς ὑπερορίας ἤδη Ἀθήνησιν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποκληρώσομεν, ἃς ὑπὲρ τὸν Εὐφράτην καλῶς εἶχε δεδικάσθαι. πλὴν ἀποκλήρου ἕνδεκα τοὺς αὐτοὺς ἑκατέρᾳ τῶν δικῶν. *Ecce, peregrinas jam quoque Atbenis in Areopago (cauſas) ſortiamur, quas rectius fuerat ultra Eupbraten diſceptatas fuiſſe. Verum tamen ſorte dato judices undecim eoſdemque utrique liti.* Et deinde. Καθίσατε, οἱ τῇ Στοᾷ πρὸς τὴν Ἡδονὴν λαχόντες. *Sedete, qui Porticui contra Voluptatem ſorte judices dati eſtis.* Inde cauſæ agi cœptæ, ab ipſis partibus, vel patronis. Eſt in hanc rem elegans Luciani locus, in *Anacbarſide*. Ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα (ἡ βουλὴ) εἰς τὸν (Ἄρειον) πάγον συγκαθέζηται, φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαΐας, δικάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων. καὶ λέγουσιν ἐν τῷ μέρει, ὁ μὲν διώκων, ὁ δὲ φεύγων, ἢ αὐτοὶ, ἢ ῥήτορας ἀναβιβάζονται τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ αὐτῶν. οἱ δὲ ἐς ἂν μὲν περὶ τοῦ πράγματος λέγωσιν, ἀνέχεται ἡ βουλὴ, καθ' ἡσυχίαν ἀκούουσα· ἢν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ, πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν, ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κῆρυξ, κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. *Cum ingreſſus in Areopagum ſenatus, conſidet; de cæde, aut vulnere voluntario, aut incendio, cogniturus; utrique contendentium parti dicendi copia permittitur. Dicunt vero per vices, actor, & reus; ſive etiam oratore advocato, qui cauſam agat. ac, quam diu quidem, quæ ad rem pertinent, dixerint, fert ſenatus, placide auſcultans: cæterum, ſi quis procemio utatur, ut benigniores ſibi judices faciat; aut miſerationem, aut vim orationis aliquam extrinſecus ad cauſam adducat, ut ſæpe ſolent apud judices oratores, accedens confeſtim præco, ſilentium indicit, non permittens apud ſenatum nugandi licentiam, ac cauſæ verbis involvendæ poteſtatem; ut, quæ geſta, nude cernere Areopagitæ poſſint.* Et adductum oratorem, etiam alibi oſtendit, in *Bis accuſato*. ΕΡ. Οὐ δύναμαι, φησὶ, τὸν ἀγῶνα εἰπεῖν, ὑπὸ τοῦ ἀκράτου τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλω ἐν τῷ δικαστηρίῳ. μόγις δὲ καὶ ἕστηκα, ὡς ὁρᾷς. ΔΙ. οὐκοῦν συνήγορον ἀναβιβασάτω. MERC. *Non poſſum, inquit, boc certamen perorare, lingua mero impedita; deinde metu, ne me riſui in ſenatu exponam: quin, ut vides, ægre pedibus me ſuſtento.* JUST. *Proinde patronum adducat.* Et poſtea. Ἤκουον δὲ ἔγωγε, ὡς οὐδὲ αὐτὴ παρεσκεύασθαι ποιήσασθαι τοὺς λόγους, ἀλλὰ τὸν Ἐπίκουρον ἀναβιβάσεται συναγορεύσοντα. *Audivi equidem, quod neque orationem ipſa babere ſit parata, ſed patronum Epicurum adductura.* Sed id licuiſſe, negat Sextus Empiricus, *Adverſus Matbematicos*, lib. II. Παρ' ἣν αἰτίαν Ἀθηναίοις τὸ παλαιὸν οὐκ ἐπετέτραπτο συνήγορον παρίστασθαι τοῖς κρινομένοις ἐπὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς. ἀλλ' ἕκαστος, ὡς εἶχε δυνάμεως, ἀδιαστρόφως, καὶ ἀπανούργως, ὑπὲρ ἑαυτοῦ λόγους ἐποιεῖτο. *Quam ob cauſam olim apud Atbenienſes non erat permiſſum adbibere patronum, ad defendendam cauſam eorum, qui in Areopago judicabantur; verum ſinguli, pro virili, ſine ullis verborum ſtropbis, & verſutia, pro ſe verba faciebant.* At conciliare Auctorem hunc utrunque, in proclivi eſt;

quippe olim quidem vetitum, ut diserte Sextus ait; postea vero, ut multa alia, id mutatum, & permitti etiam cœpit. Ac patroni hi causarum non quilibet erant, sed in eam rem electi. Harpocration, *in* Συνήγοροι. Ἐοίκασι παρὰ Ἀθηναίοις τινὲς χειροτονεῖσθαι συνήγοροι. *Videntur apud Athenienses electi fuisse quidam causarum patroni.* Quæ totidem verbis apud Suidam, & Auctorem *Etymologici*, inveniuntur. Sorte itaque legebantur; atque id quidem, decem numero. Scholiastes Aristophanis, *ad Vespas.* Κληρωτοὺς δὲ γενομένους δέκα συνηγόρους, Ἀριστοτέλης φησίν. *Sorte lectos fuisse decem causarum patronos, refert Aristoteles.* Et mercedem accipiebant obolos sex, sive drachmam. Clare dicit Comicus, *Vespis.*

Αὐτὸς δὲ φέρει τὸ συνηγορικὸν, δραχμὴν, κἂν ὕστερος ἔλθῃ.
Ipse vero patrocinii mercedem aufert, drachmam, etsi serior veniat.

Ubi Scholiastes, Ἐλάμβανον γὰρ οἱ ῥήτορες δραχμὴν, ὅτε συνηγόρουν ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἢ ὑπὲρ ἄλλου τινός. *Accipiebant enim drachmam oratores, cum causam egissent civitatis, aut alterius cujusquam.* Atque non diurnum erat, ut vir summus, Gulielmus Budæus, putavit; sed pro causa unaquaque solvebatur: ut judicibus suum triobolum, sicuti ostendo infra, capite ultimo. Verum postea etiam hic mutatum observo. Neque enim ultra sorte legebantur; &, cum quilibet munus isthoc occuparet, multo plures decem erant: tum & merces imminuta; adeo ut essent, qui triobolo, dum adhiberentur modo, operam suam locarent. Manifestum istud fat e Luciano, in *Bis accusato*. EP. Οὐ δύναμαί, φησι, τὸν ἀγῶνα εἰπεῖν, ὑπὸ τοῦ ἀκράτου τὴν γλῶτταν πεπεδημένη, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλω ἐν τῷ δικαστηρίῳ· μόγις δὲ καὶ ἕστηκα, ὡς ὁρᾷς. ΔΙ. Οὐκοῦν συνήγορον ἀναβιβασάτω, τῶν δεινῶν τούτων τινά. πολλοὶ γὰρ, οἳ κἂν ἐπὶ τριωβόλῳ διαρραγῆναι ἕτοιμοι. MERC. *Non possum*, *inquit*, *hoc certamen perorare; lingua mero impedita est; vereorque, ne me risui in judicio exponam: quin, ut vides, ægre pedibus consisto.* JUST. *Proinde patronum adducat, aliquem ex istis gravibus; multi enim, qui disrumpi vel triobolo sint parati.* Atque hoc obiter dicendum erat. Porro ut patroni primitus interdicti, sic prœmia, & epilogi, verborumque lenocinia; quibus aut benevolentiam conciliarent, aut affectus commoverent. Lucianus, in *Anacharside*, in citatis ante verbis. Ἣν δέ τις ἢ φροίμιον εἴπῃ, πρὸ τοῦ λόγου, ὡς εὐνουστέρους ἀπεργάσαιτο αὐτοὺς, ἢ οἶκτον, ἢ δείνωσιν, ἔξωθεν ἐπάγοι τῷ πράγματι, οἷα πολλὰ ῥητόρων παῖδες ἐπὶ τοὺς δικαστὰς μηχανῶνται, παρελθὼν ὁ κῆρυξ, κατεσιώπησεν εὐθὺς, οὐκ ἐῶν ληρεῖν πρὸς τὴν βουλὴν, καὶ περιπέττειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις, ὡς γυμνὰ τὰ γεγενημένα οἱ Ἀρεοπαγῖται βλέποιεν. *Cæterum, si quis prœmio utatur, ut benigniores sibi judices faciat; aut miserationem, aut vim orationis aliquam extrinsecus ad causam adducat, ut sæpe solent apud judices oratores, accedens confestim præco, silentium indicit; non permittens apud senatum nugandi licentiam; ac causæ verbis involvendæ potestatem; ut, quæ gesta sunt, nuda cernere Areopagitæ possint.* Addit vero Lucianus, nec prœmio ullo uti, nec verborum lenocinio, ad captandam benevolentiam, aut affectus commovendos, licuisse; idque alii testantur. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* X. Προοιμιάζεσθαι δὲ, οὐκ ἐξῆν, οὐδὲ οἰκτίζεσθαι. *Exordiis vero uti, aut commiserationem movere, non licebat.* Themistius, *Orat.* XVI. Τάχα ἂν οὐδέ μοι ἐπιτρέψετε ἐπὶ πλέον προοιμιάζεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ὁ νόμος ἐδίδου. *Forsan igitur neque mihi longo uti prœmio permittetis; neque enim illud lex in A-*

A *reopago concedebat.* Et expresse per præconem vetabantur, si qui contra facere vellent. Scholiastes Hermogenis. Ἐπὶ τοῦ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστηρίου, χρῆσις προοιμίων οὐκ ἦν, κῆρυξ γὰρ προσεφώνει τῷ εἰσιόντι, μήτε προοιμιάζου, μήτε ἐπίλεγε. *In judicio Areopagi, exordiorum usus non erat; nam ingresso edicebat præco, ne exordio, neve epilogo, uteretur.* Et postea, alio quodam loco. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστῶν οὐδὲ προοιμιαστέον, ἢ ἐλεεινολογητέον: ἀλλ᾽ αὐτὰ ψιλὰ τὰ πράγματα λεκτέον. *Apud judices in Areopago nec prœmio utendum, nec ad misericordiam conciliandam, aliquid est proferendum: sed res ipsas, ut se habent, dicere oportet.* Apulejus, *Miles.* X. *Tunc*
B *demum clamatus introducitur etiam reus; & exemplo legis Atticæ, Martiique judicii, causæ patronis denuntiat præco, neque principia dicere, neque miserationem commovere.* Respexit Quintilianus, *Instit. Orat.* lib. II. cap. XVI. *Athenis quoque, ubi actor movere affectus vetabatur, veluti recisam orandi potestatem.* Et lib. VI. cap. II. *Id sensisse Atticos credo; quia Athenis affectus movere, etiam per præconem prohibebatur orator.* Rursum, ubi Demosthenem Ciceronemque comparat, lib. X. cap. I. *Salibus certe, & commiseratione, qui duo plurimum affectus valent, vincimus. Et fortasse epilogos illi mos civitatis abstulerit.* Inde item est, quod Isæus, in Oratione
C *de cæde*, exordio uti, dixit, εἰς Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι. *Areopagum incessere.* Notat Pollux, *lib.* VIII. *cap.* VI. Ἰσαῖος δὲ, καὶ τὸ ἐπὶ φόνῳ προειπεῖν, εἰ Ἄρειον πάγον ἐπισκῆψαι, ἔφη. *Isæus vero etiam, in Oratione de cæde prœmio uti, Areopagum incessere, dixit.* Nec prœmia etiam tantum interdicta, aut epilogi, sed oratione cætera quicquid non ad rem præsentem pertineret. Aristoteles, *Rhet.* lib. I. cap. I. Οἱ δὲ, καὶ χρῶνται, καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Hi vero, & utuntur, & prohibent dicere, quod sit alienum a causa, quemadmodum & in Areopago.* Lycurgus, in Orat. *adversus Leocratem.* Τὴν γὰρ ἐξουσίαν ταύτην δεδώκατε τοῖς ἐνθάδε εἰσιοῦσι· καὶ ταῦτα, κάλλι-
D στον ἔχοντες τῶν Ἑλλήνων παράδειγμα, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ συνέδριον. πρὸς ὃ δεῖ καὶ ὑμᾶς ἀποβλέποντας, μὴ ἐπιτρέπειν τοῖς ἔξω τοῦ πράγματος λέγουσιν. *Hanc enim huc ingressis potestatem dedistis; & quidem, cum haberetis pulcherrimum Græcorum exemplum, senatum Areopagiticum; ad quos vos respicientes, permittere non debetis, ut quid præter rem dicant.* Lucianus, in *Anacharside*. Αὐτὸς ἐμαυτῷ σιωπὴν προστάττω, οὐ περιμείνας τὸν κήρυκα, οὐδὲ τὸν Ἀρεοπαγίτην σέ. ὃς ὑπ᾽ αἰδοῦς, οἶμαι, ἀνέχῃ ληροῦντα ἤδη τοσαῦτα ἔξω τοῦ πράγματος. *Mihi ipse silentium injungo, non exspectato præcone, nec te Areopagita; qui,*
E *ut arbitror, reverentia quadam ductus, tam multa nugantem extra causam hactenus toleras.* Certe verborum lenocinio interdictum fuisse, testis quoque elegans locus Juliani, in Orat. *De rebus gestis Constantii Imperatoris.* Ὅστις δὲ ἐθέλει μηδὲν ὑπὸ τοῦ κάλλους ἐξαπατᾶσθαι τῶν ῥημάτων, καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιφερομένων πλασμάτων, Ἀρεοπαγίτης ἔστω κριτὴς, καὶ οὐκ εὐλαβησόμεθα τὴν κρίσιν. *Sed, si quis verborum lepore, atque fuco adscititio, ac lenocinio, decipi nolit, esto judex Areopagita, nec judicium formidabimus.* Agebantur vero causæ, in loco, quem dicebant Βῆμα: nam & illud hic fuisse, in ea voce notat Hesychius, istis verbis. Ἦν
F δὲ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Erat autem etiam in Areopago.* Denique, ab aliis omnibus tribunalibus ad hos provocari solitum, tanquam ad summum: inde Πρόκλησις dicebatur, cum ad illud citarentur; cum ad cætera autem, Κλῆσις. Observare est apud Ammonium, *De Diff. Voc.* Κλῆσις, καὶ Πρόκλησις, διαφέρει. Κλῆσις μέν γάρ ἐστιν, ἡ εἰς ὁτιοῦν τῶν δικαστηρίων γενομένη· Πρόκλησις δὲ, ἡ εἰς Ἄρειον πάγον. *Vocatio, & Provocatio, differunt: nam vocatio qui-*

dem erat, quæ ad quodlibet tribunal fiebat; Provocatio vero, quæ ad Areopagum.

CAP. VIII.

Inter partes, jusjurandum de calumnia utrinque datum; ac juratum per Eumenidas, deosque alios: quique juramentum dabant, in mactatis apri, arietis, tauri, carnibus insistebant. Et actor quidem, si probasset, spectare supplicium, ac nil ultra, permittebatur: reo, postquam orasset causam, foro cedere, & in exilium ire, licebat, bonis interim publicatis. Cum utrinque suam quisque causam egisset, judicatum summo cum silentio fuit, primo conchis, quæ Χοιρίναι *appellatæ; inde calculis, partim albis, integrisque; partim nigris, & pertusis. Urnæ duæ, in quas calculi conjecti; & earum una,* Κύριος, *atque* Ἐλέου; *altera* Ἄκυρος, *&* Θανάτου, *dicebantur.* Κρύβδην ψηφίζειν. Κρύβδην ψῆφος. *Mensæ duæ, urnarum vicem. Triginta tyranni quomodo Areopagitas veterem judicandi morem mutare coegerint. Urna tertia, in quam calculi numerati. Postquam autem calculi numerati essent, in tabella, cera oblita, lineam brevem, si absolverent; si damnarent, longam ungue faciebant. Denique quænam, post judicium peractum, merces fuerit.*

POST hæc, causam suam acturi, antequam verba facere inciperent, jusjurandum de calumnia utrinque dabant. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* X. Ἐγίγνετο δὲ διωμοσία, καὶ μετ' αὐτὴν κρίσις. *Dabatur vero utrinque jusjurandum de calumnia, ac deinde judicium fiebat.* Jurabant autem deas severas, sive Eumenidas, aliosque item deos. Observo apud Dinarchum, Orat. *in Demosth.* Ἁπάσαις ταῖς ἀραῖς, ταῖς ἐν τῇ πόλει γενομέναις, ἔνοχος καθέστηκεν. ἐπιωρκηκὼς μὲν τὰς σεμνὰς θεὰς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, καὶ τοὺς ἄλλους θεούς, οὓς ἐκεῖ διόμνυσθαι νόμιμόν ἐστι. *Omnibus, quæ sunt in Urbe, execrationibus tenetur; cum & severas deas in Areopago pejeraverit, aliosque deos, quos jurare utrinque illic est receptum.* Cum jurarent, mactatis rite apri, arietis, & tauri, carnibus insistebant. Docet Demosthenes, Orat. *in Aristocratem.* Ἴστε δήπου τοῦθ' ἅπαντες, ὅτι ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, οὗ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ κελεύει τοῦ φόνου δικάζεσθαι, πρῶτον μὲν διομεῖται κατ' ἐξωλείας αὐτοῦ, καὶ γένους, καὶ οἰκίας, ὅστις αἰτιώμενος εἴργασθαί τι τοιοῦτον. εἶτ' οὐδὲ τὸν τυχόντα τιν' ὅρκον τοῦτο ποιήσει, ἀλλ' ὃν οὐδεὶς ὄμνυσιν ὑπὲρ οὐδενὸς ἄλλου, στὰς ἐπὶ τῶν τομίων κάπρου, καὶ κριοῦ, καὶ ταύρου, καὶ τούτων ἐσφαγμένων ὑφ' ὧν δεῖ, καὶ ἐν αἷς ἡμέραις προσήκει. ὥστε καὶ ἐκ τοῦ χρόνου, καὶ ἐκ τῶν μεταχειριζομένων, ἅπαν, ὅσον ἐστ' ὅσιον, πεπρᾶχθαι. *Scitis hoc nimirum omnes, in Areopago, ubi lex de cæde agendi potestatem & mandatum dat, primum jusjurandum dare, & exitium, si calumnietur, tum sibi ipsi, tum genti, tum familiæ suæ, imprecari cogitur is, qui aliquem talis alicujus facinoris criminatur. Deinde, non vulgare aliquod juramentum dare cogitur; sed, quale nemo in re ulla aliqua jurat, insistens consecratis carnibus apri, arietis, & tauri; hisque mactatis, tum a quibus oportet, tum iis diebus quibus convenit: ut ea, quæ & spatio temporis, & rerum, quæ adhibentur, solennitate, perfici jus fasque est, omnia præstentur.* De mactatis carnibus apri, arietis, & tauri, innuit etiam Antiphon, in Orat. *De cæde Herodis.* Δέον αὐτοὺς τὸν αὐτὸν ὅρκον σοὶ διομοσαμένους, καὶ ἁπτομένους, τῶν σφαγίων, καταμαρτυρεῖν ἐμοῦ. *Cum oporteret eos, eodem tecum juramento dato, tactisque carnibus mactatis, me accusare.* In eadem Oratione, imprecationis itidem ejusdem mentio occurrit. Δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον, καὶ ἰσχυρότατον, ἐξώλειαν αὐτῷ, καὶ γένει, καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ, ἐπαρώμενον. *Cum oporteret te præstare jusjurandum maximum, & validissimum, perniciem tibi ipsi, & familiæ, domuique universæ, imprecantem.* Juramenti meminit Lysias, Orat. *in Theomnestum* I. Ἔτι τοίνυν σκέψασθε, ὦ ἄνδρες δικασταί. οὑτοσὶ γάρ μοι δοκεῖ ὑπὸ ῥαθυμίας καὶ μαλακίας οὐδ' εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβεβηκέναι. πάντες γὰρ ἐπίστασθε, ὅτι ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ, ὅταν τὰς τοῦ φόνου δίκας δικάζωνται, οὐ διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος τὰς διωμοσίας ποιοῦνται, ἀλλὰ δι' οὗπερ ἐγὼ κακῶς ἀκήκοα. ὁ μὲν γὰρ διώκων, ὡς ἔκτεινε, διόμνυται· ὁ δὲ φεύγων, ὡς οὐκ ἔκτεινεν. *Præterea & hoc considerate, Judices, quod hic, præ inertia, & mollitie, ne ad Areopagum unquam ascenderit. Quandoquidem omnes nostis, quod in eo loco, quando de cæde controversia est, non hoc nomine juramentum calumniæ præstatur; sed, ut ego sæpe audivi, actor, quod interfecerit, jurejurando affirmat: reus autem, quod non interfecerit.* Pejeranti, ultio divina in se, suosque exspectanda; quod si convicisset actor, neque sic in potestate reum habebat; sed spectare tantum pœnam permittebatur. Demosthenes, Orat. *in Aristocratem.* Καὶ κατὰ ταῦτα ὁ τὸν τοιοῦτον ὅρκον ὀμωμοκώς, οὔπω πεπίστευται. ἀλλ' ἐὰν ἐξελεγχθῇ, μὴ λέγων ἀληθῆ, τὴν ἐπιορκίαν ἀπενεγκάμενος τοῖς ἑαυτοῦ παισὶ καὶ τῷ γένει, πλέον οὐδ' ὁτιοῦν ἕξει. ἐὰν δὲ δόξῃ τὰ δίκαια ἐγκαλεῖν, καὶ ἕλῃ τὸν δεδρακότα τοῦ φόνου, οὐδ' οὕτω γίνεται κύριος τοῦ ἁλόντος, ἀλλ' ἐκείνου μὲν οἱ νόμοι κύριοι κολάζειν, καὶ οἷς προστέτακται ταῦτα· τῷ δέ, ἐπιδεῖν διδόντα δίκην ἔξεστιν, ἣν ἔταξεν ὁ νόμος, τὸν ἁλόντα. πέρα δ' οὐδὲν τούτων. *Quanquam autem se tali sacramento obligarit, nondum tamen ei habetur fides; sed, si mendacii convictus fuerit, nihil aliud consequitur, nisi ut liberos suos, & omnem familiam, nefario, & exitioso, perjurii scelere contaminarit. sin jure accusasse videatur, & reum cædis perpetratæ convicerit, ne sic quidem damnatum in sua potestate habet; sed infligendi supplicii jus, & auctoritas, penes leges est, & eos, quibus sententiæ executio est mandata. Interesse spectaculo supplicii, quod damnatum ex lege sequitur, accusatori licet, neque præter id aliud quicquam.* Reo, postquam causam suam primum dixisset, si metueret damnari, subducere sese, & consulere saluti suæ, licebat; neque quisquam prohibere illud poterat. Videre est in Demosthenis verbis, quæ subjungit. Καὶ τῷ μὲν διώκοντι, ὑπάρχει ταῦτα. τῷ δὲ φεύγοντι, τὰ μὲν τῆς διωμοσίας, τοιαῦτα. τὸν πρότερον δὲ ἔξεστιν εἰπόντα λόγον, μεταστῆναι. καὶ οὔθ' ὁ διώκων οὔθ' οἱ δικάζοντες, οὔτ' ἄλλων ἀνθρώπων οὐδείς, κύριος κωλῦσαι. *Et quidem, quæ ad actorem pertinent, hæc sunt. Reus vero, calumniæ jusjurandum dat eodem modo; licetque, causa prima vice dicta, ut cedat foro, salutique suæ consulat: quod nec accusator, neque Judices, neque aliorum hominum quisquam, prohibere potest.* Pollux idem testatur, *l.* VIII. *c.* X. Μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον, ἐξῆν φυγεῖν, εἴτις γονέας εἴη ἀπεκτονώς. *Post primam causæ dictionem, licebat in exilium ire, etiam si quis parentes occidisset.* Meminit Dinarchus, Orat. *in Demosthenem.* Τοῖς αὐτοῖς ἐνόχους εἶναι κελεύουσιν, οἷσπερ ἄν τις τῶν φευγόντων ἐξ Ἀρείου πάγου κατίῃ. *Jubent enim iisdem obnoxium esse, quibus ille sit futurus, qui, cum Areopago excesserit, revertatur.* Pœna tamen illi erat, facultatum publicatio; quæ per publicos venditores fieri solita, quos Πωλητὰς appellabant. Julius Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XV. Πωληταὶ πιπράσκουσι καὶ τὰς τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου κατὰ τὸν πρότερον λόγον φυγόντων οὐσίας. *Venditores vendebant etiam bona eorum, qui, post primam causæ dictionem, ex Areopago in exilium concessissent.* Primam causæ dictionem, uti etiam jusjurandum, in mactatis rite carnibus eorum animalium, quæ jam dixi, indicat item clare Antiphon, in *Orat.* Περὶ τοῦ χορευτοῦ. Καὶ αἱ διωμοσίαι, καὶ τὰ τόμια, καὶ αἱ προρρήσεις, καὶ τἆλλα, ὅσα γίνεται τῶν δικῶν τοῦ φόνου ἕνεκα. *Et juramenta de calumnia, carnes item victimarum, prioresque etiam causæ dictiones, quæque alia in judiciis de cæde adbibentur.* Post hæc,

inter partes acta, sententiam ferebant judices, idque summo cum silentio. Indicat Demosthenes, *in Aristogitonem*, Orat. I. Τὸ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθεζομένη περισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. *Quod senatus Areopagiticus, cum in Porticu regia sedenti funis circumducitur, cum multo silentio inter se agat.* Estque in hanc rem elegans Macrobii locus, *Saturn.* lib. VII. cap. I. *Apud Athenas Atticas Areopagitæ tacentes judicant.* Inde Juvenalis, *Sat.* IX.

Ergo occulta teges, ut curia Martis Athenis.

Et Ἀρεοπαγίτης dicebatur proverbio, quisquis taciturnus esset; ut ostendi, cap. IV. Et, Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος, legitur apud Themistium, *Orat.* I. Ἂν μὲν ἀγαθὸν πύθῃ, στεγανὸς εἶ, καὶ Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος. *Si boni quicquam audiveris, tectus es, & Areopagita taciturnior.* Item, Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος, dicit Alciphon, in Epistola Auchemii, *ad Harmenium.* Εἰ μέν τι δύνασαι συμπράττειν, καὶ δῆτα λέγε πρός με, οὐ πρὸς ἑτέρους ἔκπυστα ποιῶν τἀμά. εἰ δὲ μηδὲν οἷός τε ὠφελεῖν, γένου μοι τανῦν Ἀρεοπαγίτου στεγανώτερος. *Si quid potes auxilii ferre, mihi dicas, non aliis meas res enuntians; sin juvare nihil potes, esto mihi Areopagita in præsens tectior.* Ergo, ut dixi, taciturni judicabant; idque quonam modo factum, explicandum. Urnæ duæ positæ erant, in quas calculos immittebant, ut cognosci minime posset, quis cujusque judicis esset: &, quæ absolventium erat, ea Ἐλέου nuncupata; quæ damnantium, hæc Θανάτου. Scholiastes Comici, *Vespis.* Δύο καδίσκοι ἦσαν τῶν ψήφων. εἷς μὲν, ὁ Ἐλέου, ὁ ὀπίσω· ἕτερος δὲ, ὁ ἔμπροσθεν, ὁ Θανάτου. *Duæ calculorum urnæ erant; una, Misericordiæ, quæ posterior: altera, anterior, & hæc Mortis.* Mortis urnam, *Immitem* vocat Ovidius, *Metamorph.* lib. XV.

Tunc quoque sic lata est sententia tristis, & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

Posterioris, quæ Misericordiæ erat, meminit *illic* ipse Comicus.

Τηνδὶ λαβὼν τὴν ψῆφον, ἐπὶ τὸν ὕστερον
Μύσας παράϊξον· κἀπόλυσον, ὦ πάτερ.
Hunc sume calculum, inque postremam urnam
Mitte connivens; & absolve, o pater.

Anterioris, statim postea.

Ὁ δ' ἐσθ' ὁ πρότερος. ——
Hæc est prior urna.

Qui absolvebant, in posteriorem; qui damnabant, in priorem calculum suum injiciebant. Insuper prior, etiam Κύριος dicebatur; posterior, Ἄκυρος. Scholiastes ejusdem Comici, *ad easdem Vespas.* Φαίνονται δὲ συνήθως καλοῦντες Κύριον ἀμφορέα, τὸν πρότερον· τὸν δὲ ὕστερον, Ἄκυρον. *Videtur usitatum fuisse, ut priorem urnam Propriam vocarent; & posteriorem, Impropriam.* Ac prior quidem, qui & Κύριος, æneus erat; alter autem, qui & Ἄκυρος, ligneus. Idem Scholiastes, *ad ejusdem Comici Equites.* Δύο καδίσκοι ἵσταντο ἐν τοῖς δικαστηρίοις. ὁ μὲν, χαλκοῦς· ὁ δὲ, ξύλινος. καὶ ὁ μὲν, Κύριος ἦν. ὁ δὲ, Ἄκυρος. *Urnæ in judiciis duæ erant; una, ænea; altera, lignea: & illa quidem, Propria dicta; hæc, Impropria.* Habes quoque apud Pollucem, *lib.* VIII. *cap.* X. In has urnas, cum de causa cognovissent, judices, loco surgentes, ipsi calculum immittebant; quidam autem retinebant: itaque præco circumibat, & circumferebat urnam, ut colligeret: sed, cum etiam nihilominus, animi gratia, quidam calculum retinerent, præco eos, qui retinuissent forte, tunc immittere jubebat. Scholiastes Comici, *Vespis.* Ἐν ταῖς δημοσίαις

A δίκαις εἰς ταυτὸ συναγόμενοι οἱ δικασταὶ, τοῦ κήρυκος τὴν κληρωτίδα, ἤτοι τὸν κάδον, περιφέροντος, ἔβαλλον τὰς ψήφους· ἐνίοτε δὲ, καὶ αὐτοὶ ἐγειρόμενοι ἔβαλλον. ἔνιοι δὲ, ὑπὸ φιληδίας, κατεῖχον αὐτάς. τοῦτο οὖν λέγει (ὁ κῆρυξ,) ὁ μὴ ἐψηφοφορηκὼς, ἐγερθεὶς βαλλέτω. *In publicis judiciis postquam convenissent judices, præcone urnam circumferente, calculum illi injiciebant; interdum autem, surgentes ipsi immittebant: nonnulli vero, animi gratia, retinebant. ideo ajebat præco; si quis non immisit calculum, ille surgat, & immittat.* Indicat Comicus, in *ea Fabula*, cum inquit.

—— κεῖθι γενοίμαν,
B Ἵν' ὁ κῆρυξ φησὶ, τίς ἀψήφιστος; ἀνιστάσθω.
—— *illic sim,*
Ubi præco inquit; Quis calculum necdum tulit? surgat.

Quia vero, conjectis in has urnas calculis, clam omnino haberetur, quæ cujusque sententia esset, hoc Κρύβδην ψηφίζειν dictum. Demosthenes, Orat. *in Neæram*, non *in Midiam*, ut Budæus, memoria lapsus, quique eum sequitur Postellus, nobis tradunt. Ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, καὶ δῷ τὴν δωρεὰν, οὐκ ἐᾷ κυρίαν εἶναι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίζωνται,
C κρύβδην ψηφιζόμενοι. *Postquam persuasus fuerit populus, & concesserit istud donum, non ratum esse sinit, nisi proxima concione plus sex mille Athenienses, latis clanculum suffragiis, idem decreverint.* Item Ἡ κρύβδην ψῆφος, apud eundem Demosthenem. Οὐ γὰρ, εἰ κρύβδην ἐστὶν ἡ ψῆφος, λήσει τοὺς θεούς. *Neque enim, si occultum est suffragium, ideo deos latebit.* Lysias, *contra Eratosthenem.* Μηδ' οἴεσθε κρύβδην τὴν ψῆφον. φανερὰν γὰρ τῇ πόλει τὴν ὑμετέραν γνώμην ποιήσετε. *Nec suffragium esse occultum cogitetis; quippe manifestam urbi sententiam vestram facietis.* Alias palam suffragia ferebant, in duabus illic mensis calculos abjicientes. Triginta tyranni, ut in potestate sua A-
D reopagitas haberent, & suffragia pro libidine ferre cogerent, novo more, non in urnis, quod solebant, sed in mensis istiusmodi, calculos suos mittere jusserunt. Testis ejus rei Lysias, Orat. *contra Agoratum.* Νῦν δὲ εἰς τὴν βουλὴν αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ τῶν τριάκοντα, εἰσάγουσιν. Ἡ δὲ κρίσις τοιαύτη ἐγίγνετο, οἵαν καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ ἐπίστασθε. οἱ μὲν γὰρ τριάκοντα, ἐκάθηντο ἐπὶ τῶν βάθρων, οὗ νῦν οἱ πρυτάνεις καθίζονται· δύο δὲ τράπεζαι ἐν τῷ πρόσθεν τῶν τριάκοντα ἐκείσθην. τὴν δὲ ψῆφον, οὐκ εἰς καδίσκους, ἀλλὰ φανερὰν ἐπὶ τὰς τραπέζας ταύτας ἔδει τίθεσθαι. τὴν μὲν καθαιροῦσαν, ἐπὶ τὴν ὑστέραν· τὴν δὲ σώζουσαν, ἐπὶ τὴν προτέραν. *Nunc autem eos ad Senatum, qui Triginta tyrannorum tempore erat,*
E *adducunt. Judicium autem tale fuit, quale ipsi quoque nostis. Nam Triginta in subselliis sedebant, ubi prytanes nunc sedent. Duæ vero ante ipsos mensæ collocatæ erant; neque calculum in urnas, verum palam in mensis istis abjicere oportebat; condemnantem, in posteriorem; absolventem, in priorem.* Ubi istud item observa; in priore illic mensa, absolventes; in posteriore rursus, condemnantes calculos poni, receptum fuisse; contra quam in urnis factum, jam ostendi. Injiciebant vero calculos in has urnas, tribus digitis tenentes; pollice, indice, medioque. Aristophanes, *Vespis.*

F Ὑπὸ τοῦ δὲ τὴν ψῆφον γ' ἔχειν εἰωθέναι,
Τοὺς τρεῖς ξυνέχων τῶν δακτύλων, ἀνίσταται,
Ὥσπερ λιβανωτὸν ἐπιτιθεὶς νουμηνίᾳ.
Tantum tenendo calculo assuefactus est,
Digitos ut exitatus hos tres contrahat,
Ceu thus acerræ imponat in novilunio.

Ad quæ verba Scholiastes. Τούτοις γὰρ (τοῖς δακτύλοις) κατέχουσι τὰς ψήφους οἱ δικασταὶ, τῷ μεγάλῳ, καὶ τῷ λιχανῷ, καὶ τῷ μέσῳ. *His enim (digitis) calculos tenebant judices, pollice, indice, atque medio.* Cal-

culi vero, quibus usi, nam & hoc dicendum impræsens, olim erant e marinis conchis facti, & Χοιρίναι dicebantur; post ad horum similitudinem, ænei haberi cœpti, Σπόνδυλοι dicti. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* V. Πάλαι χοιρίναις ἀντὶ ψήφων ἐχρῶντο, αἵπερ ἦσαν κόγχαι θαλάττιαι. αὖθις δὲ ἐκ χαλκᾶς ἐποιήσαντο κατὰ μίμησιν. καὶ σπόνδυλοι δὲ ἐκαλοῦντο αἱ ψῆφοι αἱ δικαστικαὶ, χαλκοῦ πεποιημέναι. *Olim chœrinis, quæ conchæ marinæ erant, pro calculis utebantur; deinde æneos fecerunt, ad horum similitudinem: ac spondyli sunt appellati calculi judiciales, qui ex ære facti.* De chœrinis, Hesychius. Χοιρίναι, θαλάσσιαι, αἷς καὶ ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἐχρῶντο Ἀθήνησι. *Chœrinæ, (conchæ) marinæ, quibus Athenis in judiciis utebantur.* Scholiastes Aristophanis, *Equitibus*. Ἀντὶ δὲ ψήφων ταῖς χοιρίναις οἱ δικασταὶ ἐχρῶντο. αὗται δὲ κόγχαι τινές εἰσιν, ὥς φησιν Ἐπαφρόδιτος ἐν ταῖς Λέξεσιν. *Pro calculis judices chœrinis utebantur; eæque erant conchæ marinæ, ut tradit Epaphroditus in Lexico.* Et postea. Χοιρίναις ἐχρῶντο πρότερον πρὸ τῶν ψήφων. εἰσὶ δέ τινες κόγχαι θαλάσσιαι. *Antequam calculos haberent, chœrinis utebantur: eæ vero sunt conchæ quædam marinæ.* Et occurrit rursum, *ad Vespas*. Meminit chœrinarum ipse etiam Comicus, in *Equitibus*.

Οὐ χοιρίνων ὄζων, ἀλλὰ σπονδῶν. ——
Non chœrinas redolens, sed pacem. ——

Et in *Vespis*.

Ἦ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' οὗ
Τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσιν. ——
Aut me potius lapidem fac, in quo
Chœrinas numerant. ——

Atque huc respexerit Eustathius, *Odyss.* ξ'. Ὁ δὲ Κωμικὸς, φαίνεται χοιρίνας εἰδέναι καί τινας ψήφους δικαστικάς. *Comicus vero, videtur etiam chœrinas nosse, calculos quosdam judiciales.* Valde errant Interpretes antiqui, quos Ulpianus ait tradere, e porcinis ossibus eos fuisse: ceu nimirum hinc χοιρίναι dicerentur. Verba ejus, *in Timocrateam*, ita habent. Φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγησαμένων, ὅτι ἀπὸ χοιρείων ὀστῶν αὗται (αἱ ψῆφοι) ἐγίνοντο. *Ajunt quidam ex Interpretibus, eos (calculos) e porcinis ossibus factos fuisse.* Certe conchis calculorum loco usos, indicant item Aristophanis ista, *Vespis*.

Ψήφων δὲ δείσας μὴ δεηθείη ποτὲ,
Ἵν' ἔχῃ δικάζειν, αἰγιαλὸν ἔνδον τρέφει.
Neve adferendas calculi sententias
Desint, dat intus operam alendo littori.

Ubi illud quoque observa: non e publico dari illos consuevisse, verum domo attulisse secum judices; ac fuisse, qui idcirco in privatis suis ædibus conchas alerent, ne deessent aliquando. Distinguebantur autem colore suo; & albi erant, qui absolverent; nigri contra, qui damnarent. Oviddius, *Metamorph.* lib. XV.

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpa.

Ulpianus, *loco citato*. Οἱ ψῆφοι ποτὲ μὲν τετρημέναι, καὶ ἄτρητοι· ποτὲ δὲ μέλαιναι, καὶ λευκαί. αἱ μὲν τετρημέναι, καὶ μέλαιναι, ἦσαν καταψηφιζόμεναι· αἱ δὲ λευκαὶ, καὶ ἄτρητοι, ἦσαν αἱ σώζουσαι. *Calculi alias erant perforati, alias integri; albi quoque, atque nigri. ac perforati, qui & nigri, condemnabant; albi, & integri, absolvebant.* Sententiam absolventem, quæ calculis albis ferebatur, *Candidam* vocat Ovidius, *libro citato*.

Candidaque Herculeo sententia numine facta,
Solvit Alemonidem. ——

Albi calculi, pariter ac nigri, meminit Plutarchus, in *Apophthegmatibus*, ubi de Alcibiade agit. Εἰπόντος δέ τινος, οὐκ ἐπιτρέπεις τῇ πατρίδι τὴν περὶ σεαυτοῦ κρίσιν; ἐγὼ μὲν, ἔφη, οὐδὲ τῇ μητρί. μή πως, ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν βάλῃ ψῆφον, ἀντὶ τῆς λευκῆς. *Dicente quodam, an non patriæ judicium de te permittis? ego vero, ne matri, inquit; ne ignara forte nigrum calculum pro albo mittat.* Et in *Vita Alcibiadis*. Τινὸς εἰπόντος· οὐ πιστεύεις, ὦ Ἀλκιβιάδη, τῇ πατρίδι; τὰ μὲν ἄλλ', ἔφη, πάντα· περὶ δὲ τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς, οὐδὲ τῇ μητρί. μή πως, ἀγνοήσασα, τὴν μέλαιναν ἀντὶ λευκῆς ἐπενέγκῃ ψῆφον. *Quodam dicente: An non fidis, Alcibiades, patriæ tuæ? Cætera quidem, inquit, omnia: sed de vita, neque matri quidem meæ: ne imprudens calculum nigrum pro albo ferat.* Illud insuper est tenendum; calculos albos, integros fuisse; nigros autem, perforatos. Vides clare in proximis Ulpiani verbis; & in istis, mox sequentibus. Ἦσαν δὲ αὗται (αἱ ψῆφοι) ποτὲ μὲν τετρυπημέναι, καὶ ἄτρητοι· ποτὲ δὲ μέλαιναι, καὶ λευκαὶ, καθὼς εἴπομεν. *Erant vero calculi aliquando integri, & perforati; aliquando nigri, & albi, uti diximus.* Pollux, *lib.* VIII. *c.* X. Ψήφους δὲ εἶχον χαλκᾶς δύο· τετρυπημένην, καὶ ἀτρύπητον. *Calculos habebant æneos duos, perforatum, integrumque.* Et ostendit locus Æschinis, *in Timarchum*. Φέρε δὴ, πρὸς τοῦ Διὸς, εἰ, ὥσπερ περὶ τοῦ γένους, οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἐπιτηδεύματος τούτου ἔδει νῦν δοῦναι ψῆφον Τίμαρχον, εἴτε ἔνοχός ἐστι, εἴτε μή. ἐκρίνετο δὲ τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ δικαστηρίῳ, εἰσήγετο δὲ εἰς ὑμᾶς, ὥσπερ νυνί· μὴ ἐξῆν δ' ἐκ τοῦ νόμου, ἢ τοῦ ψηφίσματος, μήτε ἐμοὶ κατηγορεῖν, μήτε τούτῳ ἀπολογεῖσθαι. ὁ δὲ κῆρυξ, ὁ νυνὶ παρεστηκὼς ἐμοὶ, ἐπηρώτα ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα· τῶν ψήφων ἡ τετρυπημένη, ὅτῳ δοκεῖ πεπορνεῦσθαι Τίμαρχος· ἡ δὲ πλήρης, ὅτῳ μή. τί ἂν ἐψηφίσασθε; ἀκριβῶς οἶδ', ὅτι κατέγνωτ' ἂν αὐτοῦ. *Age vero, per Jovem, si, quemadmodum de genere, sic de vita acta Timarchi suffragium ferendum fuisset, utrum teneretur, an vero non: & res in judicio disceptata, ac vobis proposita, fuisset, ut nunc: non licuisset autem per legem, aut decretum, vel mihi accusare, vel isti causam dicere; sed præco, qui nunc mihi astat, vos legitimo illo præconio hortatus esset: perforato calculo, suam sententiam declaret is, cui videtur scortum egisse Timarchus: integro autem, cui non: quidnam pronuntiassetis? Satis scio, vos illum condemnaturos fuisse.* Scholiastes Comici, *Vespis*. Ὁπότε δὲ πάντες διεψηφίσαντο, εἰς χαλκοῦν κάδον διηριθμοῦντο αἱ ψῆφοι· κατεδίκαζον μὲν, αἱ τετρυπημέναι· ἀπέλυον δὲ, αἱ πλήρεις. *Postquam omnes calculum tulissent, in urnam æneam numerabantur: damnabantque perforati, integri vero absolvebant.* Calculi perforati, ac damnantis, meminit quoque Lucianus, *Bis accusato*. Βαβαὶ, δέκα ὅλαις κρατεῖς. ὁ γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ πάλαι οὐδὲ νῦν ὁμόψηφός ἐστιν, ἀμέλει, τοῦτο ἔθος ἐστὶ, καὶ πᾶσι τὴν τετρυπημένην οὗτος φέρει, καὶ μὴ παύσαιτο φθονῶν τοῖς ἀρίστοις. *Papæ, totis decem vincis! nam ipse ille neque alias unquam, neque nunc cum aliis sentit; estque hic mos ejus, ut perforatum universis calculum ferat, neque optimis quibusque invidere facile desinat.* Postquam autem calculos judices misissent, prolati ex urnis suis omnes, in aliam conjecti æneam numerabantur. Scholiastes Comici, in *citatis* statim *verbis*. Ὁπότε δὲ πάντες διεψηφίσαντο, εἰς χαλκοῦν κάδον διηριθμοῦντο αἱ ψῆφοι. *Postquam omnes calculum tulissent, in urnam æneam numerabantur.* Cum conchis adhuc uterentur, quas χοιρίνας, ut jam dixi, appellabant, in lapidem eas conjectas numerabant. Aristophanes indicat, *Vespis*.

Ἦ δῆτα λίθον με ποίησον, ἐφ' οὗ
Τὰς χοιρίνας ἀριθμοῦσιν. ——
Aut me potius lapidem fac, in quo
Chœrinas numerant. ——

Ac dinumeratis calculis, si reperti plures nigri, in tabella, cera obducta, ungue lineam longiorem

faciebant; quod si albi superarent, breviorem: lineaque longiore, condemnabant; breviore absolvebant. Scholiastes, *ad citatas Comicis Vespas*. Προείρηται ὑπὲρ τοῦ τοὺς δικαστὰς ἐν πινακίῳ, ἤτοι ἐπὶ σανίδος, κηρῷ ἀληλιμμένης, ὁπότε καταλαμβάνοιέν τινα τῷ τολμήματι, ἕλκειν μακρὰν γραμμὴν· ὁπότε ἀπολύοιεν, βραχεῖαν. τοῦτο δὲ ἐποίουν, μετὰ τὸ ὑποβλέψαι εἰς τὰς ψήφους, τὰς ἐν τῇ κάλπιδι. εἰ γὰρ ἑώρων τὰς μελαίνας πλείους, ἐχάραττον τῷ ὄνυχι τὴν μακράν· εἰ δὲ τὰς λευκὰς, τὴν βραχεῖαν. *Jam ante diximus de eo, quod judices in tabella, cera oblita, si quos delicto obnoxios deprehenderent, lineam longam duxerint; cum absolverent vero, brevem. Factum autem hoc ab ipsis, postquam calculos in urna numeratos conspexissent. nam, si plures nigros esse animadverterent, ungue lineam longam ducebant; at si albos, brevem.* Et mox brevius. Σανίδας φησὶν, ἐν αἷς ἔγραφον τὴν μακρὰν, καὶ τὴν βραχεῖαν, τῆς δίκης. *Tabellas ait, in quibus ducebant lineam longam judicii, ac brevem.* Longæ lineæ, meminit sic *ibi* Comicus.

> Ὑπὸ δυσκολίας δ' ἅπασι τιμῶν τὴν μακρὰν,
> Ὥσπερ μέλιττ', ἢ βομβύλιος, εἰσέρχεται.
> Ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ὑποπεπλασμένος.
> —— *damnat omnes linea*
> *Longa severus: intrat, ut tenax apis,*
> *Penitusque cera sublitos ungues refert.*

Ac judicium isthoc modo denique haberi solitum. Sed, quæ merces illis fuit? nam hoc quoque dicendum. Initio quidem, item postea, cum novemviri tantum essent, carnes datæ. Hesychius. Κρέας, καὶ τὸ σῶμα ἔλεγον, καὶ τὸ διδόμενον τοῖς Ἀρεοπαγίταις. ἡ γὰρ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, κρέας ἐλάμβανεν. *Carnem vocabant, & corpus, & quod Areopagitis dabatur. Senatus enim Areopagiticus carnem accipiebat.* Postea, cum nimirum Judices etiam hic sortito dati, ut in cæteris tribunalibus, triobolum itidem, ut cæteri Judices, acceperunt. Clare ostendit Lucianus, in *Bis accusato*. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν εἰς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὸ δικαστήριον, καὶ αὐτὸ παρέσται τοῖς δικάζουσιν· οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων τῶν Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. *Quicunque actiones instituerunt, in Areopagum veniunto. Ibi Justitia sorte distribuet judicia, atque ipsa aderit judicantibus; judicesque ex universis Atheniensibus dabuntur; merces vero, oboli tres uniuscujusque causæ.* Ac de judicum triobolo, plenius infra dicemus, cap. XI. Quod si duas forte causas judicassent, duplum quoque, id est, sex obolos, accipiebant. Habes postea, apud eundem Lucianum, in *Dialogo eodem*. ὑμεῖς δὲ, (ὦ δικασταὶ,) περιμείνατε· διπλασίονα ἀποισόμενοι τὸν μισθὸν, ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς δίκαις. *Vos autem (Judices) sedentes manete, duplicem accepturi mercedem, pro utraque lite.* Si judicium non absolverent, & in proximum diem differrent, tertiam tantum mercedis partem, sive unicum obolum, accipiebant. Indicium facit ecce idem Lucianus, in eodem illo judicio Areopagitico. ΔΙ. Μὴ λαμβανέτωσαν οὖν τὸ δικαστικόν· ἀδίκαστος γὰρ ἡ δίκη μεμένηκεν αὐτοῖς. ΕΡ. Μάτην οὖν ἀνεληλυθότες ὦσι γέροντες ἄνδρες οὕτω μακρὰν τὴν ἀνάβασιν; ΔΙ. Ἱκανὸν, εἰ τριτημόριον λάβοιεν. JUST. *Ne accipiant hi mercedem judicialem, quia causa hæc ipsis injudicata mansit.* MERC. *Frustra igitur viri senes longo adeo adscensu huc venerint?* JUST. *Satis est, si tertiam partem accipiant.*

CAP. IX.

Judicabant de criminibus fere omnibus; de iis, qui quenquam occidissent; sive etiam destinato vulnerassent: quive incendia procurassent, aut venenum propinassent: etiam, qui occidere quenquam per insidias voluissent: tum qui, patria deserta, ad hostem profugissent: Cædis reos, una cum ipsis rex, qui sistebat, judicabat; ac judicium capitis illic primum habitum: idque quodnam, explicatum. Æschyli locus emendatus; ejusque Scholiastæ error indicatus. Morum quoque censores erant, & præfectos juventuti suos dabant; tum omnis item ordinis hominum vitam regebant. Conventus etiam privatos, in sacrificiis, nuptiisque; tum quæ peregrina essent, nec a majoribus instituta, accurabant. Quare Plato hos timuerit; & cur Paulus Apostolus ad hos abductus. Joannis Chrysostomi error ostensus. Sacra quoque ad curam illorum pertinebant; ac tum, sumpto ex ara calculo, suffragia ferebant. Caroli Sigonii error, & Ulpiani. Viæ item, & ædificia. Undecim viros constituebant, ac decreta faciebant; & legum omnium curam, ac custodiam, habebant: adeoque remp. quasi totam regebant: neque in rebus gravioribus, nisi de consilio ipsorum, a populo quicquam agitatum: qui si perperam judicasset, illi reos comprehensos iterum, & melius, judicandos sistebant. Auctoritas quando maxima illis fuerit; & a quibus mox infracta, ac quo tempore. Judicium rerum capitalium semper illæsum habuerunt. Quæ felicitas reipublicæ, quæque infelicitas fuerit, cum auctoritas illis integra, aut accisa.

JUDICIA autem dabant varia; ac pene de delictis omnibus. Maximus, in *Prologo in Dionysium Areopagitam*. Ἐδίκαζον οὖν Ἀρεοπαγῖται περὶ πάντων σχεδὸν τῶν σφαλμάτων, καὶ παρανομιῶν. ὡς ἀπαντά φησιν Ἀνδροτίων, ἐν πρώτῃ· καὶ Φιλόχορος, ἐν δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ, τῶν Ἀτθίδων. *Judicabant Areopagitæ de omnibus pœne delictis, & crimininibus; ut refert Androtion, libro primo; & Philochorus, secundo, tertioque rerum Atticarum.* Imprimis de cæde, & vulnere voluntario; tum de incendio, & veneficio, si quis eo occideretur. Lex in hanc rem expressa erat; cujus ista verba exstant apud Demosthenem, Orat. *in Aristocratem*. Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν, τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. *Judicet vero Senatus Areopagiticus de cæde, & vulnere consulto facto, de incendio, & venenis, quibus porrectis hominem aliquis occiderit.* Pollux, lib. VIII. cap. X. Ἐδίκαζε δὲ (ὁ Ἄρειος πάγος) φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς. *Judicabat vero (Areopagus) de cæde, vulnere voluntario, incendio, & veneno, quo, qui dedisset, hominem occiderat.* Eadem omnia, prætermisso veneficio, Lucianus memorat, in *Anacharside*. Ὁπόταν γὰρ ἀνελθοῦσα (ἡ βουλὴ) εἰς τὸν (Ἄρειον) πάγον συγκαθέζηται, φόνου, ἢ τραύματος ἐκ προνοίας, ἢ πυρκαϊᾶς, δικάσοντες, ἀποδίδοται λόγος ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων. *Quando ingressus in Areopagum senatus considet, cædis, aut vulneris destinato inflicti, aut incendii, causam cogniturus, utrique contendentium dicendi copia permittitur.* Ac de cædibus voluntariis cognovisse, etiam Helladius testis, in *Chrestomathiis*, apud Photium, in *Bibliotheca*. Ἐν ταῖς Ἀθήναις καὶ οὗτος τέσσαρα δικαστήρια φονικὰ εἶναι λέγει. πρῶτον, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὃ δικάζει τοὺς ἐκ προνοίας τὸν φόνον δεδρακότας. *Athenis etiam hic quatuor de cæde judicia esse dicit; ac primum ex his, in Areopago: quod judicat eos, qui deliberato animo cædem commiserunt.* Demosthenes, *in Leptinem*. Τί μάλιστα ἐν ἅπασι διεσπούδασται τοῖς νόμοις; ὅπως μὴ γενήσονται οἱ περὶ αλ-

λήλοις φόνοι· περὶ ὧν ἐξαίρετος ἡ βουλὴ φύλαξ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τέτακται. *Quid omnibus legibus accuratissime cautum est? ne mutuæ cædes fiant: cujus rei eximius custos constitutus est senatus Areopagiticus.* Lysias, *De cæde Eratosthenis.* Τῷ δικαστηρίῳ τῷ ἐξ Ἀρείου πάγου πάτριόν ἐστι τὰς φόνου δίκας δικάζειν. *A majoribus institutum est, ut senatus Areopagiticus de cæde cognosceret.* Inde est apud Demosthenem, *in Theocrinem.* Ὑπὲρ ὧν δ' ἔπαθεν ἐκεῖνος, μέχρι τούτων χιλιάζων περιῄει, καὶ φάσκων, εἰς Ἄρειον πάγον Δημοχάρην προσκαλεῖσθαι, ἕως διελύσατο πρὸς τοὺς τὴν αἰτίαν (τοῦ φόνου) ἔχοντας. *Illius vero causam hactenus indigne tulit, ut passim quiritaretur, seque Democharin apud Areopagum delaturum profiteretur; donec cum iis, quibus ea cædes crimini dabatur, transegisset.* Iterum, *in Cononem.* Ἀλλὰ πρῶτον μὲν, πρὸ τοῦ τὴν δίκην λαχεῖν, ἡνίκα ἀσθενῶν ἐγὼ κατεκείμην, καὶ, οὐκ εἰδὼς εἰ περιφεύξομαι, πρὸς ἅπαντας τοὺς εἰσιόντας τοῦτον ἀπέφαινον, τὸν πρῶτον πατάξαντα, καὶ τὰ πλεῖστα, ὧν ὑβρίσμην, διαπεπραγμένον· τότ' ἂν εὐθέως ἧκεν, ἔχων μάρτυρας πολλοὺς, ἐπὶ τὴν οἰκίαν· τότ' ἂν τοὺς οἰκέτας παρεδίδου, καὶ τῶν ἐξ Ἀρείου πάγου τινὰς παρεκάλει· εἰ γὰρ ἀπέθανον, παρ' ἐκείνοις ἂν ἦν ἡ δίκη. *Sed primum, ante actionem institutam, dum ego ægrotus decumbebam, &, ignarus an evasurus essem, apud omnes, qui me visebant, profitebar, istum primum verberasse, & plurimarum contumeliarum, quas perpessus fueram, auctorem esse: tum statim, multis testibus adhibitis, ad ædes venire debuit; tum servos noxæ dedere, tum aliquos ex Areopago accersere. Etenim, si obiissem, apud illos causa agi debuisset.* Hesychius, in Δικαστήρια. Ἀθήνησιν Ἄρειος πάγος κρίνει τὰ φονικά. *Athenis Areopagus de cædibus judicat.* Sistebat autem reos cædis Βασιλεὺς qui dicebatur; &, deposita corona, cum Areopagitis ipsis judicabat. Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* III. Καὶ τὰς τοῦ φόνου δίκας (ὁ βασιλεὺς) εἰς Ἄρειον πάγον εἰσάγει· καὶ, τὸν στέφανον ἀποθέμενος, σὺν αὐτοῖς δικάζει. *Et lites de cæde in Areopagum rex introducebat, ac deposita corona, cum ipsis judicabat.* Licet id ipsum animadvertere etiam apud Antiphontem, in *Orat.* Περὶ τοῦ χορευτοῦ, locis pluribus. Quin judicium illic primum capitis habitum fuisse, tradit Plinius, *lib.* VII. *cap.* LVII. *Judicium capitis in Areopago primum actum est.* Etymologici Auctor, *in* Ἄρειος πάγος· Πρώτη γὰρ κρίσις ἐκεῖ ἐγένετο ἀνθρώποις. *Primum enim illic judicium hominibus datum est.* Nempe hoc intelligendum est, quod de cæde Halirrhothii, Neptuni filii, inter deos habitum fuit; de quo infra a nobis agetur, cap. X. Sed quid Æschylo faciemus, qui judicium de Oreste primum hic fuisse ait, in *Eumenidibus*? Illic enim, cum de Oreste judicandum est, Minerva ita alloquitur Athenienses.

Κλύοιτ' ἂν ἤδη θεσμὸν Ἀττικὸς λεὼς,
Πρώτας δίκας κρίνοντες αἵματος χυτοῦ.
Audiant nunc legem Athenienses,
Primas lites judicantes sanguinis fusi.

Ad quæ verba Scholiastes. Σημείωσαι, ὅτι πρώτη ἐπὶ Ὀρέστῃ γέγονε δίκη ἐν τῷ Ἀρείῳ πάγῳ. *Observa, quod primum de Oreste judicium fuerit in Areopago.* Sed erroris eum manifestum teneo; quippe cædes Halirrhothii judicium Orestis antecessit annis amplius trecentis: & interea Cephalus quoque, Dædalusque, sunt ibidem judicati, ante Orestem: neque hoc sane Æschylus ignorare potuit. Sine dubio est corruptus ejus locus; legendumque secundo versu non Κρίνοντες, sed Κρίναντες. Ac sic demum vera erunt verba Minervæ. De cæde autem Halirrhothii primum judicium fuisse, testis etiam est Euripides, *extrema Electra.*

Ἔστιν δ' Ἄρεός τις ὄχθος, οὗ πρῶτον θεοὶ
Ἕζονθ' ἐπὶ ψήφοισιν, αἵματος πέρι,
Ἁλιρρόθιον ἔκταν' ὠμόφρων Ἄρης.

A *Est vero Martis quidam tumulus, ubi primum dii*
Consederunt, ut de cæde cognoscerent;
Cum Halirrhothium occidit sævus Mars.

De vulnere autem voluntario, est Lysiæ locus, *in Andocidem.* Ἂν μέν τις ἀνδρὸς σῶμα τρώσῃ, κεφαλὴν, ἢ πρόσωπον, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, αὐτὸς μὲν, κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν. *Si quis viri corpus vulneraverit, sive caput, sive faciem, sive manus, sive pedes, ille quidem, juxta leges Areopagi, exulare jubetur ex ea urbe, quam inhabitat, qui injuria est affectus.* Et iste Æschinis, *De falsa legat.* Πρότερον δ' ὑπέμεινας τὴν ἐπιβολὴν
B τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου, οὐκ ἐπεξιὼν τῇ τοῦ τραύματος γραφῇ, ἣν ἐγράψω Δημομέλην τὸν Παιανιέα. *Prius autem mulctam, a senatu Areopagitico inflictam, tolerasti; non persecutus vulneris actionem, quam institueras adversus Demomelem Pæaniensem.* Iterum, *in Ctesiphontem.* Τί γὰρ δεῖ νῦν ταῦτα λέγειν, ἢ τὰ ἐπὶ τὴν τοῦ τραύματος γραφὴν αὐτῷ συμβεβηκότα, ὅτ' ἐγράψατο εἰς Ἄρειον πάγον Δημομέλην τὸν Παιανιέα. *Quorsum enim attinet nunc ista dicere; vel, quæ in accusatione vulneris ei acciderunt, cum Demomelem Pæaniensem apud Areopagum in jus vocasset.* Lucianus, in *Timone.* Προκαλοῦμαί σε τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον. *In jus*
C *te voco ob illatum vulnus ad Areopagum.* De veneficiis judicasse, exemplum habemus in muliere Smyrnæa; de qua narrat A. Gellius, *lib.* XII. *cap.* XVII. aliique, ut ostendam capite sequenti. Sunt qui velint, de insidiis itidem judicium dedisse; sive cæsus is fuisset, cui illæ structæ essent, sive etiam evasisset. Harpocration, *in* Βουλεύσεως. Ἐγκλήματος ὄνομα, ἐπὶ δυοῖν ταττόμενον πραγμάτων. τὸ μὲν γάρ ἐστιν, ὅταν ἐξ ἐπιβουλῆς τίς τινι κατασκευάσῃ θάνατον· ἐάν τε ἀποθάνῃ ὁ ἐπιβουλευθεὶς, εἴ τε μή. τὸ δ' ἕτερον, ὅταν ἐγγεγραμμένος, ὡς ὀφείλων τῷ δημοσίῳ, αὐτὸς δικάζηταί τινι, ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν ἐγγεγραφότι. τοῦ μὲν οὖν προτέρου μάρτυς Ἰσαῖος, ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην, ἐν τῷ Παλλαδίῳ λέ-
D γων εἶναι τὰς δίκας· Δείναρχος δὲ, ἐν τῷ κατὰ Πιστίου, ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Actionis nomen, quæ duabus de causis datur. Et hæc quidem est, cum quis cuipiam per insidias mortem machinatus fuerit, sive interfectus fuerit, cui eæ structæ erant, sive incolumis evasisset: altera vero, cum quis, inter ærarios relatus, ei, qui retulit, ceu injuria retulisset, litem intendit. Ac prioris, in Palladio judicium dari, dicit Isæus, in Oratione adversus Euclidem; Dinarchus vero, contra Pistiam, in Areopago.* Habes, iisdem pene verbis, apud exscriptorem Suidam, in eadem dictione. Etiam de furtis judicabant. Manifestum id ex historia, de surrepta ex æde Herculis patera aurea; quam me-
E morat Cicero, *De Divinat.* lib. I. *Adjungamus philosophis doctissimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem: qui, cum ex æde Herculis patera aurea gravis surrepta esset, in somnis vidit ipsum deum dicentem, qui id fecisset: quod semel ille, iterumque, neglexit. Ubi idem sæpius, ascendit in Areopagum, detulit rem. Areopagitæ comprehendi jubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quæstione adhibita; confessus est.* Cognoscebant quoque de transfugis. Observo, ecce, apud Lycurgum, *in Leocratem.* Ἡ μὲν γὰρ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ τοὺς φυγόντας τὴν πατρίδα, καὶ καταλιπόντας, τότε, ὡς πολεμίους καταλαβοῦσα, ἀπέκτεινε. *Senatus enim Areopagiticus*
F *per id tempus: qui, ex urbe profugientes, patriam deseruissent, comprehensos, tanquam hostes, morte affecit.* Habebant quoque morum curam; & inhonestè viventes castigabant. Isocrates, in *Areopagitica.* Οὕτω γὰρ οἱ πρόγονοι ἡμῶν περὶ τὴν σωφροσύνην ἐσπούδαζον, ὥστε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐπέστησαν ἐπιμελεῖσθαι τῆς εὐκοσμίας. *Majores enim nostri tantam modestiæ rationem habuerunt, ut senatum Areopagiticum censuræ morum præfecerint.* Et mox. Τὴν δὲ τοιαύτην βουλὴν, ὥσπερ εἶπον, κυρίαν ἐποίησαν ἐπιμελεῖ-

μελετᾶσθαι τῆς ἀταξίας. *Hunc igitur talem, ut dixi, senatum censuræ morum præfecerunt.* Valerius Maximus, *lib.* II. *cap.* VI. *Est & ejusdem Urbis sanctissimum consilium, Areopagus; ubi, quid quisque ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat: ut homines honestatem, vitæ rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Athenæus, *lib.* IV. Ὅτι δὲ τοὺς ἀσώτους, καὶ τοὺς μὴ ἔκ τινος περιουσίας ζῶντας, τὸ παλαιὸν ἀνεκαλοῦντο οἱ Ἀρεοπαγῖται, καὶ ἐκόλαζον, ἱστόρησαν Φανόδημος, καὶ Φιλόχορος, ἄλλοι τε πλείους. *Quod vero prodigos, quique non ex reditibus suis viverent, Areopagitæ in jus vocaverint, & puniverint, referunt Phanodemus, & Philochorus, aliique plures.* Et exemplum narrat paullo ante, de Demetrio quodam. Εἰς τοσοῦτον δ᾽ ἀσωτίας ἐληλύθει καὶ Δημήτριος, ὁ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως ἀπόγονος, ὥς φησιν Ἡγήσανδρος, ὥστε Ἀρισταγόραν μὲν ἔχειν τὴν Κορινθίαν ἐρωμένην, ζῆν δὲ πολυτελῶς· ἀνακαλεσαμένων δ᾽ αὐτὸν τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, καὶ κελευόντων βέλτιον ζῆν, ἀλλὰ καὶ νῦν, εἶπεν, ἐλευθερίως ζῶ. *Demetrii vero, unius e posteris Demetrii Phalerei, tantus fuit luxus, ut amicam haberet Aristagoram Corinthiam, ac sumptuose vitam ageret; vocantibus autem Areopagitis, & jubentibus vitam melius instituere, ego quidem, inquit, etiam in præsens liberaliter vitam ago.* Mox alterum subdit; ubi ait, Menedemum, & Asclepiadem, ad se vocatos, interrogasse, cum quotidie in philosophiæ studiis tempus tererent, juvenes egeni, corporisque tamen habitu bono essent, unde vitam tolerarent; cumque e dominis pistrinorum, ad quos illi provocabant, rem intellexissent totam, honoris ergo ducentas drachmas exhibendas decrevisse. Verba ejus ita habent, *lib.* IV. Μενέδημον γοῦν, καὶ Ἀσκληπιάδην, τοὺς φιλοσόφους, νέους ὄντας, καὶ πενομένους, μεταπεμψάμενοι ἠρώτησαν, πῶς ὅλας τὰς ἡμέρας τοῖς φιλοσόφοις συσχολάζοντες, κεκτημένοι δὲ μηδέν, εὐεκτοῦσιν οὕτω τοῖς σώμασιν· καὶ οἳ ἐκέλευσαν μεταπεμφθῆναί τινα τῶν μυλωθρῶν. ἐλθόντος δὲ ἐκείνου, καὶ εἰπόντος, ὅτι νυκτὸς ἑκάστης κατιόντες εἰς τὸν μύλωνα, καὶ ἀλοῦντες, δύο δραχμὰς ἀμφότεροι λαμβάνουσι, θαυμάσαντες οἱ Ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς: *Menedemum, & Asclepiadem, philosophos, ætate juvenes, inopesque, accersitos interrogarunt, quo pacto dies totos cum philosophis exigentes, sine ullis facultatibus, tam bono corporis habitu essent: ipsos vero, ut e pistrini præfectis quenquam advocarent, petiisse; qui cum venisset, dixissetque, singulis noctibus eos in pistrinum descendere, ac drachmas duas in mercedem utrumque accipere, admirati Areopagitæ, ducentis eos drachmis honorarunt.* Tale est, quod de Cleanthe etiam narrat Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. VII. Φασὶ δέ, αὐτὸν καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθῆναι, λόγους δώσοντα, πόθεν, ἐς τοσοῦτον εὐέκτης ὢν, διαζῇ· ἔπειτα ἀποφυγεῖν, τόν τε κηπουρὸν μάρτυρα παρασχόντα, παρ᾽ ὃν ἤντλει, καὶ τὴν ἀλφιτόπωλιν, παρ᾽ ᾗ τὰ ἄλφιτα ἔπεττεν· ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς Ἀρεοπαγίτας, ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι. *Ajunt vero, etiam eum in jus abductum, rationem redditurum, unde, cum tam bono corporis habitu esset, sese aleret; evasisse, postquam testem advocasset hortulanum, apud quem aquam hauriebat; ac mulierem, farinarum venditricem, apud quam farinas pinseret: Areopagitas vero, acceptum ipsum decem minis munerandum censuisse.* Itaque juventuti etiam præfectos dabant, qui nimirum morum rationem haberent. Æschines philosophus, in *Axiocho*. Καὶ πᾶς ὁ τοῦ μειρακίσκου χρόνος ἐστὶν ὑπὸ σωφρονιστάς, καὶ τὴν ἐπὶ τῶν νέων αἵρεσιν τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. *Ita omne adolescentiæ tempus sub moderatorum illorum imperiis traducitur, qui, a senatu Areopagitico lecti, juventuti ad temperantiam, morumque honestatem, conformandæ invigilant.* Nec juventutis tantum vitam regebant; sed virorum, senum, ac omnis denique ordinis hominum. Hoc est illud, quod Valerius dicit, in *citatis* statim *verbis*. *Quid* QUISQUE *ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentissime inquiri solebat: ut homines honestatem, vitæ rationem memores reddendam esse, sequerentur.* Idem innuit Joannes Salisberiensis, *Polycrat.* lib. I. cap. III. *Primus quidem, & medius, Urbis locus Areopago cessit; unde ad singulas professiones, prout ratio* CUJUSQUE *officii exigebat, dispositione congrua institutas, officiorum jura, quasi quidam salutis & vitæ rivuli, derivarentur.* Idque munus a Solone demandatum. Plutarchus, in *ejus Vita*. Καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἔταξεν ἐπισκοπεῖν, ὅθεν ἕκαστος ἔχει τὰ ἐπιτήδεια, καὶ τοὺς ἀργοὺς κολάζειν. *Senatui Areopagitico mandavit, ut observaret, quonam se quisque quæstu tueretur, atque in otiosos animadverteret.* Insignis vero in hanc rem locus est Isocratis, in *Areop.* quem, etsi prolixum, quia est omnino unicus, non ascribere pigebit. Ταῦτα δὲ διανοηθέντες, (οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου,) οὐ τοῦτο πρῶτον ἐσκόπουν, δι᾽ ὧν κολάσουσι τοὺς ἀκοσμοῦντας, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἂν παρασκευάζωσι, μηδὲν αὐτοὺς ἄξιον ζημίας βουλήσεσθαι ἁμαρτάνειν. ἡγοῦντο γὰρ τοῦτο, καὶ αὐτῶν ἔργον εἶναι· τὸ δὲ περὶ τὰς τιμωρίας σπουδάζειν, τοῖς ἐχθροῖς προσήκειν. ΑΠΑΝΤΩΝ μὲν οὖν ἐφρόντιζον τῶν ΠΟΛΙΤΩΝ, μάλιστα δὲ τῶν νεωτέρων. ἑώρων γὰρ τοὺς τηλικούτους ταραχωδέστατα διακειμένους, καὶ πλείστων γέμοντας ἐπιθυμιῶν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν παιδευθῆναι μάλιστα δεομένας, ἐν ἐπιθυμίαις καλῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ πόνοις, ἡδονὰς ἐχούσαις. ἐν μόνοις γὰρ ἂν τούτοις ἐμμένειν αὐτούς, ἐλευθέρως τεθραμμένους. ἅπαντας μὲν οὖν ἐπὶ τὰς αὐτὰς ἄγειν διατριβάς, οὐχ οἷόν τ᾽ ἦν, ἀνωμάλως τὰ περὶ τὸν βίον ἔχοντας. ὡς δὲ πρὸς τὴν οὐσίαν ἥρμοττεν, οὕτως ἑκάστοις προσέταττον. τοὺς μὲν γὰρ ὑποδεέστερον πράττοντας, ἐπὶ τὰς γεωργίας, καὶ τὰς ἐμπορίας, ἔτρεπον· εἰδότες, τὰς μὲν ἀπορίας, διὰ τὰς ἀργίας γιγνομένας. τὰς δὲ κακουργίας, διὰ τὰς ἀπορίας. ἀναιροῦντες οὖν τὴν ἀρχὴν τῶν κακῶν, ἀπαλλάξειν ᾤοντο καὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων, τῶν μετ᾽ ἐκείνων γιγνομένων. τοὺς δὲ βίον ἱκανὸν κεκτημένους, περί τε ἱππικὴν, καὶ τὰ γυμνάσια, καὶ τὰ κυνηγέσια, καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἠνάγκαζον διατρίβειν. ὁρῶντες, ἐκ τούτων τοὺς μὲν διαφέροντας γιγνομένους, τοὺς δὲ τῶν πλείστων κακῶν ἀπεχομένους. καὶ ταῦτ᾽ οὐ νομοθετήσαντες, τὸν λοιπὸν χρόνον ὠλιγώρουν· ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν δὲ χώραν κατὰ δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τὸν ἑκάστου, καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας εἰς τὴν βουλὴν ἦγον. ἡ δὲ, τοὺς μὲν, ἐνουθέτει. τοῖς δὲ, ἠπείλει. τοὺς δὲ, ὡς προσῆκεν, ἐκόλαζεν. *Hæc (Areopagitæ) cogitantes, non spectabant, qui immodestos punirent; sed qua ratione cives adduci possent, ut ne quid vellent pœna dignum admittere. Hoc enim ad se pertinere existimabant; suppliciis infligendis invigilare, hostium esse. Curabant igitur cum omnes cives, tum vero adolescentes inprimis. Videbant enim, eam ætatem turbulentissimis affectibus agitari, & plurimis redundare cupiditatibus: maximeque necessarium esse, ita illam institui, ut honestis studiis, & temperatis voluptate laboribus, gauderet. Eos enim, qui liberaliter educati & magnitudini animorum assuefacti essent, in solis illis rebus perseveraturos. Universis porro easdem exercitationes præscribere, in tanta rei familiaris inæqualitate, non potuerunt: sed, ut singulorum facultates ferebant, ita singulis præcipiebant. Nam tenuiores, ad agriculturam, & negotiationes, deducebant: non ignari, & inopiæ causam esse pigritiam, & ad facinus inopia plerosque impelli. Quare, fonte malorum sublato, etiam cætera delicta, quæ inde velut ebullirent, censebant posse præcaveri. Locupletes autem, animum ad rem equestrem, ad gymnasia, ad venationes, & philosophiam, adjungere cogebant: Hoc enim eam vim habere perspiciebant, ut alii virtutibus excellerent; alii flagitiis plurimis abstinerent. Neque contenti solas leges tulisse, de cætero negligentes erant; sed, civitate in vicos, agro in populos distributo, uniuscujusque vitam spectabant, & immodestos in senatum ducebant: isque alios monebat; aliis, minitabatur; alios, ut par erat, puniebat.* Et paucioribus postea. Οὐ μὴν οὐδὲν ἦν ἐπ᾽ ἐκείνης τῆς βουλῆς. ἀπήλλαξε γὰρ τοὺς μὲν πένητας τῶν ἀπορῶν, ταῖς ἐργασίαις, καὶ ταῖς παρὰ τῶν ἐχόντων ὠφελείαις· τοὺς δὲ νεωτέρους τῶν ἀκολασιῶν, τοῖς ἐπιτηδεύμασι, καὶ ταῖς αὑτῶν ἐπιμελείαις· τοὺς δὲ πολιτευομένους τῶν πλεονεξιῶν, ταῖς τιμωρίαις, καὶ τῷ μὴ λανθάνειν τοὺς ἀδικοῦντας. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῶν ῥαθυμιῶν, ταῖς τιμαῖς ταῖς πολιτικαῖς,

καὶ ταῖς παρὰ τῶν νεωτέρων θεραπείαις. *Quarum rerum,* A *cum senatus ille vigeret, nihil erat. Levabat enim is inopia tenuiores beneficiis & locupletum adjumentis; juventutis intemperantiam, honestis institutis, & acri animadversione, coercebat; magistratuum avaritiæ, frenos injiciebat suppliciis, & indagatione solerti injuriarum; senibus torporem excutiebat, honoribus gerendorum magistratuum, & adolescentum observantia.* Præterea conventus quoque privatos, in nuptiis, & sacrificiis, una cum gynæconomis, curabant. Athenæus, *lib.* VI. Καὶ Φιλόχορος δ', ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος, οἱ γυναικονόμοι, φησὶ, κατὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἐσκόπουν τὰς ἐν ταῖς οἰκίαις συνόδους, ἔν τε τοῖς γάμοις, καὶ ταῖς ἄλλαις θυσίαις. *Et Philochorus, rerum Atticarum libro septimo, Gynæconomi, ait, cum Areopagitis* B *observabant conventus, qui fiebant in privatis ædibus, nuptiarum, aut sacrorum aliorum, causa.* De peregrinis, quæque non essent a majoribus instituta, judicium dabant. Harpocration, *in* Ἐπιθέτους ἑορτάς. Ἐλέγετο δὲ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐπίθετά τινα, ὁπόσα, μὴ πάτρια ὄντα, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ἐδίκαζεν. *Dicebantur vero ipsis insititia quædam, quæcunque, cum a majoribus minime instituta essent, senatus Areopagiticus judicabat.* Quæ iisdem verbis Auctor *Etymologici*, & Suidas, in dictionum earundem explicatione. Hinc est, quod Justinus Martyr, in *Exhortatione ad Gentiles*, Platonem ait, cum novam de deo opinionem, C neque a majoribus traditam, concepisset, metuisse Areopagum, nec proferre in publicum ausum. Ταῦτα τοίνυν ἐν Αἰγύπτῳ μαθὼν ὁ Πλάτων, καὶ σφόδρα ἀρεσθεὶς τοῖς περὶ ἑνὸς θεοῦ εἰρημένοις, τοῦ μὲν ὀνόματος Μωϋσέως, διὰ τὸ ἕνα καὶ μόνον διδάσκειν θεὸν, μνημονεῦσαι παρ' Ἀθηναίοις οὐκ ἀσφαλὲς ἡγεῖτο, δεδιὼς τὸν Ἄρειον πάγον. *Hæc ergo cum in Ægypto didicisset Plato, placerentque ei, quæ de uno deo dicta; Mosen quidem, quod is unum, eumque solum, esse deum prædicaret, nominare apud Athenienses, metu Areopagi, tutum non existimavit.* Et de Euripide Plutarchus, *De placitis Philosoph.* Ἔνιοι τῶν φιλοσόφων καθόλου φασὶ, μὴ εἶναι θεούς. καὶ Εὐριπίδης ὁ τραγῳδοποιὸς ἀποκαλύψασθαι μὲν οὐκ ἠθέλησε, δεδοικὼς τὸν Ἄρειον πάγον. *Phi-* D *losophorum quidam omnino negarunt esse deos. Euripides vero tragicus id profiteri noluit, Areopagum veritus.* Eandem ob causam Athenienses Paulum Apostolum, de Christo verba facientem, tanquam novo aliquo deo, in Areopagum pertraxerunt, teste Luca Evangelista, *Actorum* cap. XVII. Ἐπιλαβόμενοί τε αὐτοῦ, ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον ἤγαγον, λέγοντες. Δυνάμεθα γνῶναι, τίς ἡ καινὴ αὕτη ὑπὸ σοῦ λαλουμένη διδαχή; ξενίζοντα γάρ τινα εἰσφέρεις εἰς τὰς ἀκοὰς ἡμῶν. *Et prehensum eum, duxerunt in Areopagum, dicentes; Possumusne scire, quæ sit nova ista, quæ a te prædicatur, doctrina? Peregrina enim quædam in-* E *geris auribus nostris.* Fallitur Joannes Chrysostomus, cum ideo factum esse censet, quia de cædibus illic judicari solitum. Sic enim ait, *in citata statim Acta*, Hom. XXXVIII. Ἦγον αὐτὸν ἐπὶ τὸν Ἄρειον πάγον, οὐχ ὥστε μαθεῖν, ἀλλ' ὥστε κολάσαι, ἔνθα αἱ φονικαὶ δίκαι. *Duxerunt illum in Areopagum, non ut discerent, sed punirent; nam de cædibus ibi judicia habebantur.* Et postea. Διὰ τί εἰς Ἄρειον πάγον αὐτὸν εἷλκον; ὡς καταπλήξοντες, ἔνθα τὰς φονικὰς δίκας ἐδίκαζον. *Quare eum in Areopagum pertraxerunt? ut nimirum perterrerent; quia ibi de homicidiis judicabant.* At Apostolus non ullius homicidii reus erat; sed ob id accusabatur, quod ignotum quendam deum, de quo ipsi F nihil plane a majoribus accepissent, persuadere conaretur. Porro & sacrorum cura illis demandata fuit. Indicio est Demosthenis locus, Orat. *in Neæram.* Ἡ βουλὴ ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὥσπερ καὶ τἄλλα πολλοῦ ἀξία ἐστὶ τῇ πόλει περὶ εὐσέβειαν, ἐζήτει τὴν γυναῖκα ταύτην τοῦ Θεογένους, ἥτις ἦν· καὶ ἐξήλεγχε, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν πρόνοιαν ἐποιεῖτο. *Senatus Areopagiticus, qui in aliis quoque rebus, quæ ad religione pertinent, reipublicæ mul-*

A *tum expedit, inquirit in istam Theogenis uxorem, quænam esset; eamque coarguit, & sacrorum curam suscipit.* Ac de sacris cum ferenda essent suffragia, calculum ex ara sumebant; neque enim id in judiciis quibuscunque usitatum, ut Carolum Sigonium, virum magnum, velle video. Animadverto apud Demosthenem eundem, in Orat. *De Corona.* Τοιγαροῦν εἰδυῖα ταῦτα ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τὰ τότε τούτῳ πεπραγμένα, χειροτονησάντων αὐτὸν ὑμῶν σύνδικον ὑπὲρ τοῦ ἱεροῦ τοῦ ἐν Δήλῳ, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀγνοίας, ἀφ' ἧσπερ πολλὰ προΐεσθε τῶν κοινῶν, ὡς προσείλεσθε κἀκεῖνον, καὶ κυρίαν τοῦ πράγματος ἐποιήσατε· τοῦτον μὲν εὐθὺς ἀπήλασεν, ὡς προδότην, Ὑπερίδην δὲ λέγειν προσέταξε· καὶ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέρουσα τὴν ψῆφον, ἔπραξε. *Itaque gnarus* B *istius facinorum senatus Areopagiticus, cum vos eum Deliaci templi patronum elegissetis, eadem ignoratione, qua multa vobis negotia publica elabuntur e manibus, ut illum etiam senatum in concilium adscivistis, ac negotii universi potestatem ipsi fecistis, istum is statim repudiavit, ut proditorem, & Hyperidi orationem demandavit: idque fecit, sumpto ab ara calculo, suffragium ferens.* Locum eum neque interpres Ulpianus intellexit. Apposite vero, in judiciis de sacris, calculum, quem laturi essent, ex ara sacra accipiebant. De iis vero rebus omnibus, de quibus judicium ipsorum erat, leges illic, in columna propositæ, habeban-
C tur. Ecce tibi apud Lysiam, *De cæde Eratosthenis.* Ἀνάγνωθι δέ μοι καὶ τοῦτον τὸν νόμον, ἐκ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου. *Recita mihi & hanc legem e columna, quæ est in Areopago.* Et, *Contra Andocidem.* Αὐτὸς μὲν κατὰ τοὺς νόμους, τοὺς ἐξ Ἀρείου πάγου, φεύξεται τὴν τοῦ ἀδικηθέντος πόλιν. *Ipse quidem secundum leges, quę in Areopago propositæ, exulabit ex ea civitate, quam habitat is, qui injuria est affectus.* Præterea vias curabant, & ædificia: ac Undecim-viros constituebant. Heraclides, *De Rebusp.* Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ πολλὰ ἐδύνατο, καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελεῖτο· ὅπως μή τινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωσιν. ὁμοίως δὲ καθίστησι καὶ τοὺς ἕνδεκα. *Senatus Areopagiticus plurimum poterat; viasque curabat, ne quis eas obstrueret, neve præsepimenta ædium longius*
D *extenderet: similiter etiam Undecim-viros constituit.* Decreta etiam faciebant, quæ dicebant Ὑπομνηματισμούς. Cicero, *ad Fam.* lib. XIII. epist. I. *Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos, posse tua voluntate decretum istud Areopagitarum, quem Ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli.* Ac decretum quoddam eorum, de Cratippo in Urbe retinendo, memorat Plutarchus, in *Cicerone.* Κρατίππῳ δὲ τῷ περιπατητικῷ διεπράξατο μὲν Ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος, ἄρχοντος ἤδη. διεπράξατό τε τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι, καὶ δεηθῆναι, μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις, ὡς κοσμοῦντα τὴν πόλιν. *Cratippo Peripatetico impetravit a*
E *Cæsare, jam rerum potito, civitatem Romanam; perfecitque, ut Athenis remaneret, & juventutem institueret.* Quin legum omnium cura illis, & custodia, a Solone demandata. Plutarchus, in *Solone.* Τὴν δ' ἄνω βουλὴν ἐπίσκοπον πάντων, καὶ φύλακα, τῶν νόμων ἐκάθισεν. *Senatum autem superiorem legum omnium præsidem, & custodem, posuit.* Inde est apud Andocidem, in Orat. *De Mysteriis.* Ἐπειδὰν δὲ τεθῶσιν οἱ νόμοι, ἐπιμελείσθω ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις χρῶνται. *Postquam legem latæ sunt, curam illarum gerat senatus Areopagiticus, ut utantur iis latis magistratus.* Præterea, ærarii potentes, honoraria, ac stipendia, decernebant. De stipendiis, manifestum
F e Plutarcho, in *Themistocle.* Ἀριστοτέλης μὲν φησὶ, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις. *Auctor est Aristoteles, senatum Areopagiticum, singulis militibus octo drachmis constitutis, potissimum effecisse, ut triremes complerentur.* De honorario, est videre apud Athenæum; qui commemorat, Menedemo, & Asclepiadi, ducentas drachmas honoris ergo largitos esse. Verba ejus inter cætera ita

habent, *lib.* IV. Θαυμάσαντες οἱ Ἀρεοπαγῖται, διακοσίαις δραχμαῖς ἐτίμησαν αὐτούς. *Admirati Areopagitæ, ducentis eos drachmis honorarunt.* Et apud Diogenem Laertium, in *Vita Cleanthis*, lib. VIII. Ἀποδεξαμένους δὲ αὐτὸν τοὺς Ἀρεοπαγίτας ψηφίσασθαι δέκα μνᾶς δοθῆναι. *Areopagitas vero, acceptum ipſum decem minis munerandum cenſuiſſe.* Adeoque totam quaſi rempublica regebant. Cicero, *De Nat. Deorum*, lib. II. *Ut, ſi quis dicat, Athenienſium remp. conſilio regi, deſit illud, Areopagi: ſic, cum dicimus, providentia mundum adminiſtrari, deeſſe arbitror, deorum*, Suidas, in Ἄρειος πάγος. Ἐδίκαζε δὲ καὶ τὰ φονικὰ, καὶ τὰ πολιτικὰ διώκει σεμνῶς. *Judicabat vero cauſas capitales, & cætera quoque reip. negotia magna cum auctoritate adminiſtrabat.* Huc pertinent Lyſiæ verba, in Orat. *De probatione Euandri.* Ταύτης δὲ τῆς ἀρχῆς ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν, καὶ μετὰ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς τὸν ἅπαντα χρόνον τῶν μεγίστων κύριος γενέσθαι, *Hunc autem magiſtratum ſolus ipſe per ſe gerere voluit; & cum ſenatu Areopagitico per omne tempus ſummam rerum maximarum poteſtatem obtinere.* Certe populus, penes quem majeſtas reip. erat, in graviſſimis fere rebus nihil ſine conſilio eorum agitabat. Scholiaſtes Demoſthenis, in Argumento Orationis *in Androtionem.* Ἡνίκα δὲ μεγίστη ἀνάγκη ἐγίγνετο, τότε ἡ (ἐξ Ἀρείου πάγου) βουλὴ περὶ δημοσίων συνήγετο. *Cum maxima neceſſitas incidiſſet, tunc ſenatus Areopagiticus, in commune conſulturus, convocabatur.* Et exemplum eſt apud Demoſthenem, in Orat. *De Corona.* Τοιγαροῦν εἰδυῖα ταῦτα ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου, τὰ τότε τούτῳ πεπραγμένα, ὡς προσείλεσθε κἀκείνην, καὶ κυρίαν τοῦ πράγματος ἐποιήσατε, τοῦτον μὲν εὐθὺς ἀπήλασεν, ὡς προδότην. *Itaque gnarus ipſius facinorum ſenatus Areopagiticus, ut eum etiam in conſilium adhibuiſtis, & negotii poteſtatem permiſiſtis, ceu proditorem, repudiavit.* Quin &, ſi judicia quædam populus perperam tuliſſet, comprehenſos ipſi reos ſiſtebant iterum, pro merito condemnandos. Video apud eundem Demoſthenem, in *eadem Oratione.* Καὶ εἰ μὴ ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου, τὸ πρᾶγμα αἰσθομένη, καὶ τὴν ὑμετέραν ἄγνοιαν ἐν οὐ δέοντι συμβεβηκυῖαν ἰδοῦσα, ἐπεζήτησε τὸν ἄνθρωπον, καὶ συλλαβοῦσα, ἐπανήγαγεν ὡς ὑμᾶς, ἐξήρπαστ' ἂν ὁ τοιοῦτος· καὶ, τὸ δίκην δοῦναι διαδὺς, ἐξεπέμπετ' ἂν ὑπὸ τῆς σεμνολόγου τουτουί. *Quod niſi ſenatus Areopagiticus, re animadverſa, & veſtram ignorantiam, in qua re minime oportebat, conſpicatus, hominem inquiſiviſſet, & comprehenſum iterum vobis ſtitiſſet, ereptus fuiſſet ille talis, evitatoque ſupplicio amiſſus, per iſtum gravem oratorem.* Vel eripiebant etiam, ſi quos ille forſan temere damnaſſet. Narrat de Æſchine, in *Vita ejus*, Philoſtratus, *Sophiſt.* lib. I. Ἐπὶ δὲ τῷ καταψηφισθέντι Ἀντιφῶντι, ἥλω κριθείς· καὶ ἀφείλοντο αὐτὸν οἱ ἐξ Ἀρείου πάγου. *Super condemnato Antiphonte, reus eſt peractus; ſed eripuit eum ſenatus Areopagiticus.* Atque huc pertinet, quod, cum Delii contenderent, utros templo Apollinis Delphici præeſſe oporteret, jamque a populo Æſchines electus eſſet, qui cauſam diceret, hic Hyperidem conſtituit. Plutarchus, in *ejus Vita.* Συστάντος δὲ πρὸς Δηλίους ἀμφισβητήματος, ποτέρους δεῖ προΐστασθαι τοῦ ἱεροῦ, αἱρεθέντος Αἰσχίνου συνειπεῖν, ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ Ὑπερίδην ἐχειροτόνησεν. *Cum orta eſſet controverſia adverſus Delios, utros templo præeſſe oporteret, lecto Æſchine, qui cauſam ageret, Senatus Areopagiticus Hyperidem elegit.* Hoc ipſum eſt, quod Demoſthenes dicit, in Orat. *de Corona*, in citatis ſupra verbis. Maxima autem auctoritas fuit belli Medici tempore. Notat Ariſtoteles *Politic.* lib. V. cap. IV. Ἡ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴ, εὐδοκιμήσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς, ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν. *Senatus Areopagiticus, belli Medici temporibus florens, intendiſſe Remp. videbatur.* Ac Remp. maxime tunc obſtrinxerunt, conſtituto ſingulis militibus octo drachmarum ſtipendio. Narrat Plutarchus, in *Themiſtocle*, ubi de eo bello agit. Ἀριστοτέλης μὲν φησὶ, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς, αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριήρεις. *Auctor eſt Ariſtoteles, ſenatum Areopagiticum, conſtitutis in ſingulos milites octo dracmis, potiſſimum effeciſſe, ut triremes complerentur.* Poſtea infregit Ephialtes, ac diſſolvit. Plutarchus, in *Pericle.* Ὧν ἕνα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἐφιάλτην, ὃς κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. *Quorum unum fuiſſe ferunt Ephialtem, qui ſenatus Areopagitici potentiam diſſolvit.* Iterum, in *Cimone.* Καὶ πρὸς Ἐφιάλτην ὕστερον, χάριτι τοῦ δήμου καταλύοντα τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, διηνέχθη. *Et cum Ephialte poſtea, qui in populi gratiam ſenatum Areopagiticum diſſolvit, contentiones ſuſcepit.* Pauſanias, in *Atticis.* Ἐφιάλτης, ὃς τὰ νόμιμα, τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, μάλιστα ἐλυμήνατο. *Ephialtes, qui Areopagi inſtituta maxime evertit.* Aut potius Pericles, Ephialtis opera uſus. Plutarchus, in *Præceptis gerendæ reip.* Περικλῆς Μενίππῳ μὲν ἐχρῆτο, πρὸς τὰς στρατηγίας· διʼ Ἐφιάλτου δὲ, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ἐταπείνωσε. *Pericles Menippo quidem uſus eſt, ad bella gerenda; Ephialtis vero opera, ſenatum Areopagiticum depreſſit.* Ariſtoteles, *Politic.* lib. II. cap. X. Καὶ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν Ἐφιάλτης ἐκόλουσε, καὶ Περικλῆς. *Ac ſenatum quidem Areopagiticum Ephialtes imminuit, & Pericles.* Quo modo fecerit, tradit alibi Plutarchus, in *Vita ejus.* Θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασι, ἄλλαις τε μισθοφοραῖς, καὶ χορηγίαις, συνδεκάσας τὸ πλῆθος, ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. *Theatralibus & judicialibus ſportulis, aliiſque præmiationibus, ac largitionibus, corrupta plebe, uſus eſt adverſus ſenatum Areopagiticum.* Ademit autem eis plurima judicia. Idem Plutarchus, *ibidem.* Διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ, κατεστασίασε τὴν βουλὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις διʼ Ἐφιάλτου. *Quare cum plus apud populum valeret Pericles, factione ſua oppreſſit ſenatum Areopagiticum; eique, Ephialtis opera, judicia plurima ademit.* Atque id factum Olymp. LXXX. anno I. Diodorus Siculus, in rebus geſtis ejus anni, *lib.* XI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἐν μὲν ταῖς Ἀθήναις Ἐφιάλτης ὁ Σοφωνίδου, δημαγωγὸς ὢν, καὶ τὸ πλῆθος παροξύνας κατὰ τῶν Ἀρεοπαγιτῶν, ἔπεισε τὸν δῆμον, ψηφίσματι μειῶσαι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, καὶ τὰ πάτρια, καὶ περιβόητα, νόμιμα καταλῦσαι. *Dum hæc geruntur, Athenis Ephialtes, concitato in Areopagitas populo, auctor fuit, ut publico decreto ſenatus Areopagitici auctoritatem imminueret, & laudatiſſima inſtituta, a majoribus accepta, abrogaret.* Imminutam auctoritatem hujus Senatus indicat etiam Libanius, in *Apolog. Socratis*, quæ eſt *Declam.* XXIX. Εἰ μὴ μαρτύριον ἦν ἱκανὸν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. οὐχ ἅπαντα νῦν, ἅπερ πρότερον, ἔχουσα. *Niſi ſenatus Areopagiticus idoneum perhiberet teſtimonium; qui non omnia nunc, quæ pridem, habet.* Relictum tamen ipſi fuit, inter cætera, judicium rerum capitalium. Demoſthenes, de hoc ſenatu agens, Orat. *in Ariſtocratem.* Τὰ δʼ ὕστερον, τοῦτο μόνον τὸ δικαστήριον, οὐχὶ τύραννος, οὐκ ὀλιγαρχία, οὐ δημοκρατία, τὰς φονικὰς δίκας ἀφελέσθαι τετόλμηκε· ἀλλὰ πάντες ἀσθενέστερον ἂν τὸ δίκαιον εὑρεῖν ἡγοῦντο περὶ τούτων αὐτοὶ, τοῦ παρὰ τούτοις εὑρημένου δικαίου. *Deinceps autem, ſolum hoc judicium non tyrannus, non paucorum dominatus, non populi imperium, capitalibus cauſis dijudicandis ſpoliare inſtituit: ſed omnes ſe de his controverſiis minus grave jus, quam ab his inventum eſſet, excogitaturos crediderunt.* Quam autem felix Reip. ſtatus fuerit, cum auctoritas huic Senatui ſalva eſſet; quam infelix item poſtea, cum acciſa; eleganter nobis repreſentat Iſoc. multis verbis, in *Areop. ſua:* quæ, ne cupidus Lector illic quærere neceſſe habeat, hic ſubjungam. Et profecto,

est operæ pretium. Τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς σκιραφείοις οἱ νεώτεροι διέτριβον, οὐδ' ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, οὐδ' ἐν τοῖς τοιούτοις συλλόγοις, ἐν οἷς νῦν διημερεύουσιν. ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν ἔμενον, ἐν οἷς ἐτάχθησαν, θαυμάζοντες, καὶ ὁμιλοῦντες, τοὺς ἐν τούτοις πρωτεύοντας. οὕτω δὲ ἔφευγον τὴν ἀγορὰν, ὥστε, εἰ καί ποτε διελθεῖν ἀναγκασθεῖεν, μετὰ πολλῆς αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης, ἐφαίνοντο τοῦτο ποιοῦντες. ἀντειπεῖν δὲ τοῖς πρεσβυτέροις, ἢ λοιδορήσασθαι, δεινότερον ἐνόμιζον εἶναι, ἢ νῦν περὶ τοὺς γονέας ἐξαμαρτάνειν· ἐν καπηλείῳ δὲ φαγεῖν, ἢ πιεῖν, οὐδεὶς οὐδ' ἂν οἰκέτης ἐπιεικὴς ἐτόλμησε· σεμνύνεσθαι δὲ ἐμελέτων, καὶ οὐ βωμολοχεύεσθαι· καὶ τοὺς εὐτραπέλους δὲ, καὶ σκώπτειν δυναμένους, οὓς νῦν εὐφυεῖς προσαγορεύουσιν, ἐκεῖνοι δυστυχεῖς ἐνόμιζον. καὶ μηδεὶς οἰέσθω, με δυσκόλως διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ταύτην ἔχοντας τὴν ἡλικίαν. οὔτε γὰρ ἡγοῦμαι, τούτους αἰτίους εἶναι τῶν γιγνομένων, σύνοιδά τε τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσι ταύτῃ τῇ καταστάσει· δι' ἣν ἔξεστιν αὐτοῖς, ἐν ταῖς ἀκολασίαις ταύταις διατρίβειν. ὥστε οὐκ ἂν εἰκότως τούτοις ἐπιτιμῷημεν, ἀλλὰ πολὺ ἂν δικαιότερον τοῖς ὀλίγῳ πρὸ ἡμῶν τὴν πόλιν διοικήσασιν. ἐκεῖνοι γὰρ ἦσαν, οἱ τὴν ἀρχὴν προτρέψαντες ἐπὶ ταύτας τὰς ὀλιγωρίας, καὶ καταλύσαντες τὴν τῆς βουλῆς δύναμιν· ἧς ἐπιστατούσης, οὐ δικῶν, οὐδὲ ἐγκλημάτων, οὐδὲ εἰσφορῶν, οὐδὲ πενίας, οὐδὲ πολέμων, ἡ πόλις ἔγεμεν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀλλήλους ἡσυχίαν εἶχον, καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἅπαντας εἰρήνην εἶχον. παρεῖχον γὰρ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς μὲν Ἕλλησι πιστοὺς, τοῖς δὲ βαρβάροις φοβερούς. τοὺς μὲν γὰρ, σεσωκότες ἦσαν· παρὰ δὲ τῶν, δίκην τηλικαύτην εἰληφότες, ὥστε ἀγαπᾶν ἐκείνους, εἰ μηδὲν ἔτι κακὸν πάσχοιεν. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα μετὰ τοσαύτης ἀσφαλείας διῆγον, ὥστε καλλίους εἶναι, καὶ πολυτελεστέρας, τὰς οἰκήσεις, καὶ τὰς ἐπισκευὰς, τὰς ἐπὶ τῶν ἀγρῶν, ἢ τὰς ἐντὸς τείχους· καὶ πολλοὺς τῶν πολιτῶν μηδὲ εἰς τὰς ἑορτὰς εἰς ἄστυ καταβαίνειν, ἀλλὰ αἱρεῖσθαι μένειν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς μᾶλλον, ἢ τῶν κοινῶν ἀπολαύειν. οὐδὲ γὰρ τὰ περὶ τὰς θεωρίας, ὧν ἕνεκά τις ἦλθεν, ἀσελγῶς, οὐδ' ὑπερηφάνως, ἀλλὰ νουνεχόντως ἐποίουν. οὐ γὰρ ἐκ τῶν πομπῶν, οὐδὲ ἐκ τῶν περὶ τὰς χορηγίας φιλονεικιῶν, οὐδ' ἐκ τῶν τοιούτων ἀλαζονειῶν, τὴν εὐδαιμονίαν ἐδοκίμαζον· ἀλλ' ἐκ τοῦ σωφρόνως οἰκεῖν, καὶ τοῦ βίου τοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ τοῦ μηδένα τῶν πολιτῶν ἀπορεῖν τῶν ἐπιτηδείων. ἐξ ὧνπερ χρὴ κρίνειν τοὺς ὡς ἀληθῶς εὖ πράττοντας, καὶ μὴ φορτικῶς πολιτευομένους. ἐπεὶ νῦν γε τίς οὐκ ἂν ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις τῶν εὖ φρονούντων ἀλγήσειεν, ὅταν ἴδῃ τινὰς τῶν πολιτῶν, αὐτοὺς μὲν περὶ τῶν ἀναγκαίων, εἴθ' ἕξουσιν, εἴτε μὴ, πρὸ τῶν δικαστηρίων κληρουμένους· τῶν δὲ Ἑλλήνων τοὺς ἐλαύνειν τὰς ναῦς βουλομένους, τρέφειν ἀξιοῦντας· καὶ χορεύοντας μὲν ἐν χρυσοῖς ἱματίοις, χειμάζοντας δὲ ἐν τούτοις, ἐν οἷς οὐ βούλομαι λέγειν· καὶ τοιαύτας ἄλλας ἐναντιώσεις, περὶ τὴν τοιαύτην διοίκησιν γιγνομένας· αἳ μεγάλην αἰσχύνην περιποιοῦσι τῇ πόλει. ὧν οὐδὲν ἦν, ἐπ' ἐκείνης τῆς βουλῆς. *Quare non in lustris adolescentes alea ludebant, nec versabantur apud tibicinas, aut in hujusmodi conventiculis, in quibus nunc totos dies conterunt; sed iis studiis immorabantur, quibus erant destinati: &, qui principem in illis locum tenebant, eos admirabantur, & sectabantur. Forum autem ita fugiebant, ut, si quando transire cogerentur, id magna cum verecundia, & modestia, facere viderentur. Senioribus vero adversari, aut maledicere, gravius esse putabant, quam nunc parentes violare. Jam in caupona edere, aut bibere, nemo ne frugi quidem servus audebat. Gravitati, non scurrilitati, studebant; & homines dicaces, atque ad irridendum paratos, quos nunc facetos vocant, illi calamitosos judicabant. Neque vero me quisquam existimet iratum esse isti ætati; neque enim quicquam harum rerum adolescentibus est imputandum: & plurimos eorum scio ista ratione minime delectari, qua impune licet tam petulanter agitare: illi potius accusandi sunt, qui paullo ante nos rempublicam gesserunt. Isti sunt, qui primi huic licentiæ fenestram, fracta senatus auctoritate, patefecerunt. Penes quem dum summa rerum esset, non accusationibus, non criminationibus, non exactionibus, non paupertate, neque bellis, civitas redundabat: sed cives & inter se concordes, & tranquilli, erant; & cum aliis universis pacati vivebant. Præbebant enim se & Græcis fideles, & Barbaris formidabiles. nam illos quidem, conservarant; hos autem, sic ulti erant, ut bene secum agi putarent, si nullis præterea malis afficerentur. Unde etiam factum est, ut in magna securitate degerent; & pulchriora, ac sumptuosiora, essent ædificia, & apparatus, in agris, quam intra mœnia: multique civium nec in solemnibus festis in urbem descenderent, sed sua re familiari, quam publicis spectaculis, frui mallent. Nec enim illa, quorum gratia venisset aliquis, luxuriose, aut superbe, sed cordate, instruebant: neque felicitatem pomparum, aut ædilitiorum munerum, contentionibus, aut simili quapiam insolentia, metiebantur; sed quotidianæ vitæ modestia, & tali rerum necessariarum copia, ut ne qui cives egerent. Quibus e rebus æstimandi sunt vere felices, & non importune gerentes Rempublicam. Nam quis, quæso, vir prudens est, ut nunc quidem res habet, quem hic status non magno dolore afficiat? cum viderit civium quosdam, an ipsi habituri sint ad victum necessaria, nec ne, ante prætoria sortem ducere: & e Græcis eos, qui remos agere voluerint, ali jubere, in aureis vestimentis saltare; in iis hybernare, quæ ego dicere nolo: sicut & alia multa prætereo, quæ inter se minime consentiunt in hac gubernatione, ac magnum dedecus Reipublicæ inprimunt. Quarum rerum, cum senatui illi auctoritas sua constabat, nihil erat.* Certe mala, quæ rem hanc sunt insecuta, brevibus Plutarchus indicat, in *Vita Periclis*. Κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, πολλὴν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ ἄκρατον, τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοῶν· ὑφ' ἧς, ὥσπερ ἵππον, ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον, οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσι πειθαρχεῖν οὐκ ἔτι τολμᾶν, ἀλλὰ δάκνειν τὴν Εὔβοιαν, καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν. *Senatus Areopagitici fregit potentiam; civibus, ut Plato ait, multam meramque libertatem propinans: qua, equi luxuriantis more, dictitant Comici, non amplius magistratui morem gerere voluisse, sed mordere Eubœam, insulisque insultare, incœpisse.* Quod autem est in Isocratis *verbis*, jam *citatis*, in caupona edere, aut bibere, ne servum quidem aliquem frugi sustinuisse; eadem memorat Athenæus, *lib.* XIII. additque ex Hyperide, Senatum olim Areopagiticum prohibuisse Areopago quempiam, qui in caupona pransus esset. Ὑπερίδης δὲ, ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, τοὺς Ἀρεοπαγίτας φησὶν ἀριστήσαντά τινα ἐν καπηλείῳ κωλῦσαι ἀνιέναι εἰς Ἄρειον πάγον. *Hyperides vero, in Oratione contra Patroclem, si auctorem non mentitur, Areopagitas ait Areopago interdixisse cuidam, qui in caupona pransus esset.*

CAP. X.

Quinam in Areopago judicati fuerint. Mars, Orestes; & de eo Scholiastæ Comici error indicatus. Minervæ calculus. Etiam Cephalus, Dædalusque; ac de eo Hellanici locus, apud Scholiasten Euripidis, emendatus; & Pausaniæ. Dein Pisistratus; mulierque, quæ philtrum dederat: item altera, tertiaque; quæ veneno filium, & maritum, occiderat. Agnodice; aliusque, cædis suasor: tum & puer, qui cornicum oculos eruerat: & Areopagita, passerem accipitri prodens.

NUNC judicia, illic habita, videamus. Duo inprimis memorantur; quæ de Marte, & Oreste: cujus utriusque causam ipsos deos judicasse fabulantur. Demosthenes, *in Aristocratem*. Ἔν δ' οὖν ἰδιαίτατον πάντων, καὶ σεμνότατον, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ δικαστήριον· ὑπὲρ οὗ τοσαῦτά ἐστιν εἰπεῖν καλὰ παραδεδομένα, καὶ μυθώδη, καὶ ὧν αὐτοὶ μάρτυρές ἐσμεν, ὅσα περὶ οὐδενὸς ἄλλου δικαστηρίου. ὧν, ὡσπερεὶ δείγματος ἕνεκεν, ἄξιόν ἐστιν ἓν, ἢ δύο, ἀκοῦσαι. τοῦτο μὲν τοίνυν, τὰ παλαιὰ, ὡς ἡμῖν ἀκοῦσαι παραδέδοται, ἐν μόνῳ τούτῳ δι-

καστηρίῳ θεοὶ δίκας φόνου ϗ δοῦναι, ϗ λαβεῖν, ἠξίωσαν· ϗ δικασταὶ γενέσθαι διενεχθεῖσιν ἀλλήλοις, ὡς λόγος. λαβεῖν μὲν Ποσειδῶν, ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου τοῦ υἱοῦ Ἄρεως. δικάσασθαι δὲ Εὐμενίσι, ϗ Ὀρέστῃ, οἱ δώδεκα θεοί. *Unum vero maxime proprium, & inter cætera nobilissimum, Areopagi judicium; de quo vobis tot præclaræ narrationes, tum fabulosæ, tum nostris testimoniis confirmatæ, suppetunt, quot de nullo alio concilio. E quibus unam, atque alteram, veluti ad specimen exhibendum, audire fuerit operæ pretium. Primum igitur de antiquis, ut ea nobis tradita sunt; in hoc solo judicio dii jus de cæde dare, & accipere, voluerunt; & disceptatores esse inter se, ut ferunt, dissentientes. Nam Neptunus a Marte pœnas exegit interfecti Halirrbothii filii; & Furiis, ac Oresti, jus dixerunt duodecim dii.* Pausanias, in *Atticis*. Ἔστι δὲ ϗ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη. ϗ μοι ϗ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἁλιῤῥόθιον ἀνέλοι, ϗ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. Κριθῆναι δὲ ϗ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν, ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. *Est vero etiam Areopagus, inde nominatus, quod Mars eo in loco primus capitis causam dixerit. Nam & Halirrbothium ab eo occisum, & qua de causa, ante exposuimus. Postea quoque ibi Orestem judicatum esse tradunt, quia matrem occidisset.* De priore, Aristides, in *Panathenaica sua*. Καὶ λαγχάνει Ποσειδῶν Ἄρει τὴν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς, ϗ νικᾷ, ἐν ἅπασι τοῖς θεοῖς. *Neptunus Marti litem intendit de cæde filii; isque causam obtinuit, omnium deorum suffragio.* Æschines, *Epist.* XI. Τί ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ τὴν πόλιν ὤνησε τῶν Ἀθηναίων, ὅτι Ἄρης πρὸς Ποσειδῶνα ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐκρίθη; *Quid in pugna ad Chæroneam profuit urbi Atheniensium, quod Mars suam cum Neptuno causam de Halirrbothio in Areopago disceptavit?* Scholiastes Juvenalis, *Sat.* IX. *In Areopago primus accusatus est Mars a Neptuno, quod filium ejus Halirrbothium peremisset.* De Oreste, mox subjungit Aristides Ἑτέρα δὲ γίνεται κρίσις ὕστερον, μικτὴ τοῖς ἀγωνισταῖς, θεία δὲ ϗ αὕτη τοῖς δικασταῖς· ἣν ἀγωνίζεται τῶν Πελοπιδῶν ἀνὴρ δυστυχῶν, πρὸς τὰς νῦν προσοίκους τῷ τόπῳ θεὰς σεμνὰς καταφυγών. ϗ δοὺς ὥσπερ ἔφεσιν εἰς τὴν πόλιν, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που τὴν δικαίαν φιλανθρωπίαν οὖσαν. ϗ τυχὼν τῆς θεοῦ, τῆς μανιῶν ἀπαλλάττεται. *Altera deinde acta est ibidem causa, diversis constans actoribus, judicibus autem diis; in qua Pelopides quidam ab Eumenidibus, quæ templum nunc propinquum habent, reus agebatur: qui, cum ad civitatem confugisset, & quasi provocasset, tanquam hic saltem æquitatem reperturus esset, deæ favore adjutus, a furore liberatus fuit.* Et Martis quidem, mentionem quoque facit Simeon Metaphrastes, in *Martyrio Dionysii Areopagitæ*. Εἴρηται δὲ (ὁ Ἄρειος πάγος) μυθικῶς οὕτως, καθάπερ ἐκεῖνοι φασὶν, ἀπὸ τῆς δίκης ἐν αὐτῷ τὸν Ποσειδῶ κατὰ τοῦ Ἄρεως ὑποσχεῖν, ὅτι τὸν τούτου υἱὸν ἀπέκτεινεν Ἁλιῤῥόθιον. *Ita autem fabulose dictus est (Areopagus) ut illi ajunt, quod Neptunus ibi Martem accusaverit, de interfecto ab ipso filio Halirrbothio.* Meminerunt etiam Auctores, quotquot etymologiam Areopagi tradiderunt; quos citavi cap. primo. De Oreste, est Pausaniæ iste locus, in *Atticis*; ubi, postquam judicatum illic Martem memoravit, mox subjungit. Κριθῆναι δὲ ϗ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν, ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. *Postea illic judicatum etiam Orestem ferunt, propter interfectam matrem.* Apollinis hac de re ad Orestem est consilium, apud Euripidem, in cognomine *Tragœdia*.

Ἐνθένδε τ' ἐλθὼν τὴν Ἀθηναίων πόλιν,
Δίκην ὑπόσχες αἵματος μητροκτόνου
Εὐμενίσι τρισσαῖς. θεοὶ δέ σοι, δίκης βραβεῖς,
Πάγοισιν ἐν Ἀρείοισιν εὐσεβεστάτην
Ψῆφον διοίσουσ', ἔνθα νικῆσαί σε χρή.
Inde veniens in urbem Atheniensium,
Redde rationem cædis maternæ
Eumenidibus tribus; & dii, judicii arbitri,
In Areopago justissimam.
Sententiam ferent, ubi te vincere oportet.

Ubi Scholiastes. Περὶ τῆς Ὀρέστου κρίσεως ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, ἱστορεῖ ϗ Ἑλλάνικος. *De judicio Orestis, in Areopago habito, refert etiam Hellanicus.* Accidit autem hoc judicium rege Athenis Demophonte. Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*. Ὀρέστης, μετὰ τὸ ἀνελεῖν Αἴγισθον, ϗ Κλυταιμνήστραν, διωκόμενος ὑπὸ Ἐριννύων, φεύγει πρὸς Ἀθήνας, ἐν τῇ τῶν Ἀνθεστηρίων ἑορτῇ, βασιλεύοντος. Δημοφῶντος, ϗ κρίνεται ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Orestes, post occisum Ægisthum, & Clytæmnestram, cum persequerentur ipsum Furiæ, profugit Athenas, festo Anthesteriorum, regnante Demophonte, ac judicatur in Areopago.* Eusebius, *Chron.* I. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη κγ'. ἐπὶ τούτου τὰ περὶ Ὀδυσσέα, ϗ Ὀρέστην. *Atheniensium per annos viginti tres rex fuit duodecimus Demophon, Thesei filius; ac sub eo acciderunt, quæ de Ulysse, & Oreste, commemorantur.* Et confirmat Athenæus, *libro* decimo, qui ex Phanodemo refert, venisse Athenas Orestem, Demophonte illic rege. Itaque errat manifesto Scholiastes Comici, *ad Equites*, item *Vespas*; ubi Orestem advenisse Athenas dicit, sub Pandione, annis ante Demophontem amplius centum. Absolutus autem Orestes in hoc judicio, cum, æqualibus utrinque suffragiis, suum ipsi calculum Minerva adjecisset: unde postea usurpatum, in sententiis ferendis, cum suffragia essent paria, ut absolveretur reus, adjecto calculo, qui Minervæ, in memoriam hujus rei, dicebatur. Aristides, Orat. *in Minervam*. Τὴν δὲ (τῆς Ἀθηνᾶς) φιλανθρωπίαν, οἱ περὶ Ὀρέστην λόγοι μαρτύρονται· ὃν φυγόντα μὲν ἐξ Ἄργους Ἀθήναζε, φεύγοντα δ' Ἀθήνησι δίκην ὑπ' Εὐμενίδων, ἴσων τῶν ψήφων γενομένων, προσθεμένη τὴν παρ' αὑτῆς, σώζει. ϗ τοίνυν ἔτι νῦν σώζει πάντας, ἐὰν ἴσαι γένωνται. *Humanitatem vero Minervæ demonstrant ea, quæ de Oreste memorantur; quem Argis Athenas fugientem, & ibidem ab Eumenidibus accusatum, cum æquales essent calculi, addito suo, Minerva servavit: & nunc etiam quosvis servat, ubi æqualia suffragia fuerint.* Ac Minervæ quidem calculi, meminit etiam Julianus, in *Eusebiæ Encomio*, Orat. II. Ἀθήνησι μὲν οὖν φασὶν, ὅτε τοῖς πρώτοις ἔθεσιν ἐχρῶντο, ϗ ἔζων τοῖς οἰκείοις πειθόμενοι νόμοις, μεγάλην, ϗ πολυάνθρωπον, οἰκοῦντες πόλιν, εἴ ποτε τῶν δικαζόντων αἱ ψῆφοι κατ' ἴσον γένοιντο τοῖς φεύγουσι πρὸς τοὺς διώκοντας, τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπιτιθεμένην τῷ τὴν δίκην ὀφλήσειν μέλλοντι, ἀπολύειν ἄμφω τῆς αἰτίας. τὸν μὲν, ἐπάγοντα τὴν κατηγορίαν, τοῦ δοκεῖν εἶναι συκοφάντην· τὸν δὲ, ὡς εἰκὸς, τοῦ δοκεῖν ἔνοχον εἶναι τῷ πονηρεύματι. *Athenis quidem olim ferunt, cum patriis legibus uterentur, ac domesticis institutis viverent, quo tempore magna erat illorum civitas, & multis hominibus inhabitata, si par reo cum accusatore suffragiorum numerus esset, tum Minervæ calculo, ei, qui condemnandus esset, adjuncto, utrumque a crimine liberatum; ac tam eum, qui litem intenderat, a calumniæ suspicione, quam eum, qui accusatus fuerat, a flagitio immunem evasisse.* Philostratus, in *Aristocle*, *Sophist.* lib. II. Εὐδοκιμοῦντι δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ Πέργαμον, κἀξηρτημένῳ πᾶν τὸ Ἑλληνικὸν, ἐξελαύνων ὁ Ἡρώδης εἰς Πέργαμον, ἔπεμψε τοὺς ἑαυτοῦ ὁμιλητὰς πάντας. ϗ τὸν Ἀριστοκλέα εἶδεν, ὥσπερ τις Ἀθηνᾶς ψῆφος. *Cum Pergami in magna existimatione esset, ac totam Græciam quasi ab ore pendentem haberet, profectus Pergamum Herodes, omnes familiares misit; & Aristoclem vidit, ceu Minervæ aliquis calculus.* Joannes Cantacuzenus, *Hist.* l. II. c. XIX. *Quod si satis virium ad persuadendum non habebunt, fueritque pugna anceps, tum se victoriam illi cessurum, quomodo Athenienses solere fama est, cum Minervæ calculus accesserit.* Judicium vero hoc de Oreste, a Zopyro incisum fuit scyphis duobus, sestertiis duodecim æstimatis. Plinius, *lib.* XXXIII. *cap.* XII. *Zopyrus, qui (cælavit) Areopa-*

gitas, & judicium Orestis, in duobus scyphis, sestertiis duodecim æstimatis. Porro judicati ibidem, idque etiam ante Orestem, uti dixi capite superiori, prius Cephalus, inde Dædalus. Ac Cephalus quidem, cum interfecisset Procrin. Exstat Hellanici insigne fragmentum, apud Scholiasten Euripidis, *in Orestem*; in quo inter cætera ita hac de re scripsit. Εἶτα Κέφαλος ὁ Δηϊονέως, ὅτις, Πρόκριν τὴν Ἐρεχθέως ἔχων γυναῖκα, καὶ ἀποκτείνας, ἐξ Ἀρείου πάγου δίκην ὡς δικασθεὶς ἔφυγεν, ἓξ γενεαῖς ὕστερον. *Inde Cephalus, Deionei filius; qui, cum filiam Erechthei, Procrin uxorem haberet, eamque occidisset, in Areopago judicatus, in exilium abiit, sex ætatibus post id tempus.* Apollodorus, *lib.* III. Κέφαλος ἀκοντίζει, καὶ τυχὸν ἀποκτείνει Πρόκριν· καὶ, κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φυγεῖν ἀΐδιον καταδικάζεται. *Cephalus jaculatur, ac forte Procrin occidit. Judicatusque in Areopago, perpetuo exilio damnatur.* Joannes Tzetzes de hoc ipso, *Chil.* I. *cap.* XX.

Ος πρὸς θηρίον βέλεμνον ἀφεὶς, αὐτὴν ἀνεῖλε.
Ἀρείῳ πάγῳ δὲ κριθεὶς, ἀειφυγίαν φεύγει.
Qui, in feram emisso jaculo, ipsam interfecit,
In Areopago vero judicatus, perpetuum exulat.

Cephalum secutus Dædalus, cæso Talo, e Perdice sorore nepote. Apollodorus, jam *citato lib.* III. Οὗτος (ὁ Δαίδαλος) ἐξ Ἀθηνῶν ἔφυγεν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως βαλὼν τὸν τῆς ἀδελφῆς Περ[illegible] Τάλων, μαθητὴν ὄντα. δείσας, μὴ, διὰ τὴν εὐφυΐαν, αὐτὸν ὑπερβάλλῃ. σιαγόνα γὰρ ὄφεως εὑρὼν, ξύλον λεπτὸν ἔπρισε. φωραθέντος δὲ τοῦ νεκροῦ, κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, καὶ καταδικασθεὶς, πρὸς Μίνωα ἔφυγε. *Hic (Dædalus) Athenis profugit, post dejectum ex arce Talon, Perdicis sororis filium, discipulum suum; cum vereretur, ne, qua erat ingenii præstantia, ipsum superaret: etenim, serpentis mala inventa, lignum tenue dissecuerat. Deprehensa autem cæde, cum in Areopago judicatus esset, ac condemnatus, ad Minoem fugit.* Meminit judicii hujus etiam Hellanicus, in *Fragmento*, statim nobis memorato. Μετὰ τὴν Δαιδάλου δίκην, ἀδελφιδοῦν Ταντάλον ἀποκτείναντος δολοέντι θανάτῳ. *Post Dædali judicium, qui sororis filium Tantalum, dolo circumventum, occiderat.* Sed corrupta illic verba obiter sic emendanda. Ἀδελφιδοῦν τὸν Τάλων ἀποκτείναντος. *Qui sororis filium Talon occiderat.* Per eandem occasionem corrigendus & Pausanias; qui, judicium etsi prætereat, tamen historiam cædis narrat. Ecce, in *Atticis* Ἰόντων δὲ Ἀθήνησιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. Τοῦτον τὸν Κάλων, ἀδελφῆς παῖδα ὄντα, καὶ τῆς τέχνης μαθητὴν, φονεύσας Δαίδαλος, ἐς Κρήτην ἔφυγε. *Athenis in via, quæ a theatro ad arcem ducit, sepultus est Calos. Hunc Calon, sororis filium, & artis discipulum, Dædalus cum occidisset, in Cretam aufugit.* Omnino rescribo. Τέθαπται Τάλως. Τοῦτον τὸν Τάλων. *Sepultus est Talos. Hunc Thalon.* Item Pisistratus. Plutarchus de eo, in *Solone*. Καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον, ἤδη τυραννῶν, ἀπήντησε κοσμίως, ἀπολογησόμενος. *Ac de cæde apud Areopagum accusatus, cum tyrannidem jam teneret, modeste in judicium venit, causam dicturus.* Aristoteles, *Polit.* l. V. cap. XII. Φασὶ δὲ, καὶ Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον. *Ajunt vero, & Pisistratum sustinuisse aliquando, cum in judicium ad Areopagum vocatus esset.* De muliere, quæ philtrum dederat, narrat idem, *Ethicorum magnorum* lib. I. cap. XVII. Φασὶ ποτέ τινα γυναῖκα φίλτρον τινὶ δοῦναι πιεῖν. εἶτα τὸν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν ὑπὸ τοῦ φίλτρου. τὴν δ' ἄνθρωπον ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἀποφυγεῖν· οὐ παροῦσαν, δι' οὐθὲν ἄλλο ἀπέλυσαν, ἢ διότι οὐκ ἐκ προνοίας. *Ajunt aliquando mulierem aliquam amoris poculum cuipiam bibendum dedisse, qui cum eo hausto obiisset, illa ad Areopagum confugiens, ibi absoluta est, non aliam ob causam, quam quod non fecisset destinato consilio.* De altera, quæ venenum alicui propinaverat, legitur apud Ælianum, *Var. Hist.* lib. V. cap. XVIII. Ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ἐπεὶ τινὰ φαρμακίδα συνέλαβον, καὶ ἔμελλον θανατώσειν, οὐ πρότερον αὐτὴν ἀπέκτειναν, πρὶν ἢ ἀπεκύησεν. *Senatus Areopagiticus, veneficam comprehensam cum e medio tollere vellent, non prius eam morte affecerunt, quam peperisset.* De tertia quadam, Smyrnæa, quæ veneno virum, & filium, simul ulta esset, refert Aulus Gellius, *lib.* XII. *cap.* VII. *Ad Cn. Dolabellam proconsulari imperio provinciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnæa est. eadem mulier virum, & filium, eodem tempore, venenis clam datis, vita interfecerat; atque id fecisse se, confitebatur: dicebatque, habuisse se faciendi causam, quoniam iidem illi, maritus, & filius, alterum filium mulieris, ex viro priore genitum, adolescentem optimum, & innocentissimum, exceptum insidiis, occidissent. idque ita factum esse, controversia non erat. Dolabella retulit ad consilium; nemo quisquam ex consilio sententiam ferre, in causa tam ancipiti, audebat; quod & confessum veneficum, quo maritus & filius necati forent, non amittendum impœnitum videbatur; & digna tamen pœna in homines sceleratos vindicatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas, ad Areopagitas; ut ad judices graviores, exercitatioresque, rejecit. Areopagitæ, cognita causa, accusatorem mulieris, & ipsam, quæ accusabatur, centesimo anno adesse jusserunt. sic neque absolutum mulieris veneficium est, quod per leges non licuit; neque nocens damnata, pœnitaque, quæ digna venia fuit.* Habes idem apud Val. Maximum, *lib.* VIII. *cap.* I. Ammianum Marcellinum, *lib.* XXIX. & Joannem Salesberiensem, *Polycratici* lib. IV. cap. XI. De Agnodice, narrat Hyginus, *cap.* CCLXXIV. *Antiqui obstetrices non habuerunt; unde mulieres, verecundia ductæ, interierant. nam Athenienses caverant, ne quis servus, aut fœmina, artem medicinam disceret. Agnodice quædam, puella virgo, concupivit medicinam discere; quæ cum concupisset, demptis capillis, habitu virili, se Herophilo cuidam tradidit in disciplinam. quæ, cum artem didicisset, & fœminam laborantem audisset, ab inferiore parte veniebat ad eam: quæ cum credere se noluisset, æstimans virum esse, illa, tunica sublata, ostendebat se fœminam esse, & ita eam curabat. Quod cum vidissent medici, se ad fœminas non admitti, Agnodicen accusare cœperunt; quod dicerent eum glabrum esse, & corruptorem earum, & illas simulare imbecillitatem. Quo cum Areopagitæ consedissent, Agnodicen damnare cœperunt. quibus Agnodice tunicam allevavit, & se ostendit fœminam esse. Et validius medici accusare cœperunt; quare tum fœminæ principes ad judicium convenerunt, & dixerunt: Vos conjuges non estis, sed hostes; quia, quæ salutem nobis invenit, eam damnatis. Tunc Athenienses legem emendarunt, ut ingenuæ artem medicinam discerent.* De quodam, qui cædem suaserat, est apud Demosthenem, Orat. *in Cononem*. Τὸν γ' οὖν τῆς Βραυρωνόθεν ἱερείας πατέρα, ὁμολογουμένως οὐχ ἁψάμενον τοῦ τελευτήσαντος, ὅτι τῷ πατάξαντι τύπτειν παρεκελεύσατο, ἐξέβαλεν αὐτὸν ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλή. *Patrem sacerdotis e Braurone, quem quidem, non attigisse interfectum, in confesso fuit, quod interfectorem cohortatus esset, ut cæderet, senatus Areopagiticus in exilium ejecit.* De puero, qui cornicum oculos eruerat, est apud Quintilianum, *l.* V. *c.* IX. *Nec mihi videntur Areopagitæ, cum damnaverunt puerum, cornicum oculos eruentem, aliud judicasse, quam, id signum esse perniciosissimæ mentis, multisque malo futuræ, si adolevisset.* De Areopagita, passerem accipitri prodente, Photius, in *Excerptis* ex Helladii Χρηστομαθειῶν lib. IV. Ἱέρακα φεύγων στρουθὸς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, τῶν Ἀρεοπαγιτῶν ἑνὸς κατέπεσεν εἰς τὸν κόλπον. ὁ δὲ τὸν πρόσφυγα, δέον σώζειν, ἀνεῖλε. τὸ δὲ συνέδριον, ἀπεκήρυξεν ὡς οὐχ ὅσια δράσαντα τοῦτον. ἔδωκε τοίνυν οὐχὶ στρουθοῦ χά-

ειν δίκην, τῆς δ' ἰταμότητος τῶν τρόπων. *Accipitrem in Areopago fugiens passer, in sinum unius ex Areopagitis decidit. ille vero, avem eam, quæ ad ipsum confugisset, cum servare oporteret, interfecit. senatus autem, impie fecisse hunc, pronuntiavit. itaque non posseris causa pœnas dedit, verum ob sævitiam morum.* Hæc omnia fortassis, & plura alia, tradiderat Hyginus, *Capite* CCLXXII. cui titulus est, *De iis, qui in Areopago causam dixerunt*. Sed, quia id Caput hodie intercidit, ignorare ea cogimur.

CAP. XI.

Donarium, taurus, in Arce dedicatus. Areopagus litera A signatus; inde etiam Αλφα *dictus. Literæ omnium tribunalium, a quibus hæc appellata: tum tinctura, baculusque judicum concolor. Aristophanis Scholiastæ error ostensus. Tribunalia universim quotnam fuerint.* Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ. *Judicium ejus, & origo; atque in ea variæ sententiæ judicatæ.* Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. *Ejus judicium, & origo. Primus ibi judicatus Theseus. Demosthenis hallucinatio.* Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. *Hic qui judicari soliti, & qui item judicare. Origo ejus.* Τὸ ἐν Φρεάττει. *Demosthenes, Aristoteles, Auctor Etymologici, Helladius, Hesychius, Pollux, Suidas, & Harpocration, emendati. Suidæ, & Auctoris Etymologici, lapsus memoriæ. Phreattus heros, a quo nomen. Teucri defensio; a qua origo.* Ηλιαία. *Id tribunal omnium maximum, unde nomen suum acceperit. Quæ negotia hic tractata; & quot judices. Etymologici Auctoris isthic lapsus. Merces judicum; & quam varie, tractu temporis, aucta fuerit: deinde, jusjurandum eorum.* Παράβυστον. *Sopatri locus restitutus. Undecimviri ibi judices. Ubi esset, & quæ res hic judicatæ. Unde dictum. Duplex erat;* Μεῖον *unum, alterum* Μεῖζον *nuncupatum. Jul. Pollux emendatus. Quatuor in foro loca.* Τρίγωνον. *Unde dictum.* Τὸ ἐπὶ Λύκῳ. *Lyci herois fanum, & statua, lupi forma. Qui corrumpere judices vellent, convenire illic soliti.* Δεκάζειν, Συνδεκάζειν. *Pollux denuo restitutus. Error Harpocrationis, Suidæ, Etymologici Auctoris & Zenobii indicatus. Anytus, & Melitus, primi illud inceperunt. Auctor Etymologici correctus. Lyci statua, apud cætera etiam tribunalia posita; & ab iis, quorum causæ agerentur, vota ad eam nuncupata, ac querelæ a victis factæ; qui interdum, in ultionem, quia causa cecidissent, admingebant, & pedebant: cui injuriæ prohibendæ tegetes circumponi solitæ. Ennii locus explicatus, & correctus.* Τὸ Μητίχου. *Illud magnum, & unde dictum. Metichus architectus.* Αρδηττος. *Unde acceperit nomen. Ardettus heros, populi concordiam sancit. Jusjurandum illic datum.* Βατραχιοῦν, *&* Φοινικιοῦν; *a colore utrumque suo appellatum.* Ωδεῖον. *Suidæ error.* Θησεῖον. *Aristophanes illustratus.* Επώνυμοι. Βουλευτήριον. Δύκειον. Θεσμοθέσιον. *Novemvirorum tribunalia, ante tempora Solonis. Hesychii error, & Pollucis.*

POST judicia, & donarium est dicendum; taurus nempe, quem in Arce dedicarunt. Pausanias, in *Atticis*; ubi de donariis agit, quæ in Arce spectabantur. Εστι δὲ καὶ ταῦρος, ἀνάθημα τῆς βουλῆς τῆς ἐν Αρείῳ πάγῳ. *Est vero etiam taurus, quem senatus Areopagiticus dedicavit.* Illud denique minime mihi omittendum; cum cætera omnia tribunalia litera quæque peculiari signata essent, Areopagum literam Αλφα habuisse. Id ut recte teneamus, res est latius explicanda. Tribunalia decem universim erant, suis unaquæque judiciis destinata. Ex his primum, litera A, alterum B, tertium Γ. ac sic deinceps, usque ad decimum, cujus litera K erat, notabatur. Docet ista, nusquam alibi temere obvia, Scholiastes Comici, *Pluto*. Εν ταῖς Αθήναις πολλὰ ἦν δικαστήρια. καὶ ἐν τισὶ μὲν, ἐδίκαζον περὶ φονικῶν πραγμάτων· ἐν τισὶ δὲ, περὶ δημοτικῶν. καὶ ἕκαστον δὲ τόπον, εἶχεν ἕν τι τῶν στοιχείων εἰδικὸν ὄνομα. οἷον ἦν τι τῶν δικαστηρίων, λεγόμενον Αλφα. ὁμοίως ἄλλο, λεγόμενον Βῆτα. ἄλλο, Γάμμα, καὶ ἑξῆς τὸ, Δέλτα. καὶ τὸ, Εψιλόν· καὶ ἕως τοῦ Κάππα. δέκα γὰρ ἦν τὰ δικαστήρια ἐν Αθήναις. καὶ πρὸ θυρῶν δὲ ἑκάστου δικαστηρίου γέγραπται πυῤῥῷ βάμματι τὸ στοιχεῖον, ᾧτινι τὸ δικαστήριον ὠνομάζετο. *Athenis multa erant tribunalia; & in quibusdam, de rebus capitalibus jus dicebant; in quibusdam, de civilibus, atque ipsorum unumquodque a speciali quadam litera dictum erat. Exempli causa; erat quodpiam tribunal, cui nomen* Αλφα *datum: eodem modo alterum,* Βῆτα *nuncupatum: tertium,* Γάμμα*: quartum,* Δέλτα*: quintum,* Εψιλόν*: usque ad* Κάππα*: siquidem decem tribunalia Athenis erant, singulisque ante fores tinctura rufa notata erat litera sua, a qua nomen accipiebant.* Ac facete ipse Comicus, ludens, in *Ecclesiaz.*

> ΒΛ. Τὰ δὲ κληρωτήρια ποῖ τρέψεις; ΠΡ. εἰς τὴν ἀγορὰν καταθήσω.
> Κᾆτα, στήσασα παρ' Αρμοδίῳ, κληρώσω πάντας, ἕως ἂν
> Εἰδὼς ὁ λαχὼν ἀπίῃ χαίρων ἐν ὁποίῳ γράμματι δειπνεῖ.
> Καὶ κήρυξ ᾖ, τοὺς ἐκ τοῦ Βῆτ' ἐπὶ τὴν στοὰν ἀκολουθεῖν
> Τὴν βασίλειον δειπνήσοντας· τὸ δὲ Θῆτ', εἰς τὴν παρὰ ταύτην.
> Τοὺς δ' ἐκ τοῦ Κάππ', εἰς τὴν στοὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν.
> BL. *At sorte creatos magistratus quo vertas?* PR. *In foro statuam.*
> *Inde, ubi juxta Harmodium collocavero, sortiar omnes, donec*
> *Gnarus quisque, sorte missa, in qua litera sit cœnaturus, lætus abeat:*
> *Ac præco dicat, qui ex Beta sunt, ii in porticum ut sequantur*
> *Regiam, illic cœnaturi; qui e Theta vero, in proximam:*
> *Qui e Kappa, in illam eant, ubi venum sunt farinæ.*

Inde autem certa satis conjectura est, Areopagum uti dignitate primum, ita primam quoque literam habuisse. Ait vero Scholiastes, rufa tinctura literas illas notatas fuisse, in *citatis* statim *verbis*. Καὶ πρὸ θυρῶν δὲ ἑκάστου δικαστηρίου ἐγέγραπτο πυῤῥῷ βάμματι τὸ στοιχεῖον, ᾧ τινι τὸ δικαστήριον ὠνομάζετο. *Et ante fores uniuscujusque tribunalis tinctura rufa scripta erat litera sua, a qua nomen accipiebat*, Aristoteles, libro *de Rep. Atheniensium*, dicit, literam hanc fuisse in obice januæ; tincturam vero, in palo, ad introitum posito: baculumque judici unicuique datum, eo colore, quo tribunal denotatum: & inscripta item litera, quæ in obice exstaret. Fragmentum ejus Scholiastes repræsentat; suntque illius ista verba. Τοῖς δικαστηρίοις χρῶμα ἐπιγέγραπται ἐφ' ἑκάστῳ, ἐπὶ τῷ σφηκίσκῳ τῆς εἰσόδου. ὁ δὲ (δικαστὴς) λαβὼν τὴν βακτηρίαν, βαδίζει εἰς δικαστήριον, τὸ ὁμόχρουν μὲν τῇ βακτηρίᾳ, ἔχον δὲ τὸ αὐτὸ γράμμα, ὅπερ ἐν τῇ βαλάνῳ. *Tribunalium unumquodque colore suo notatum erat, in palo ad introitum. judex autem, accepto baculo, abit ad tribunal illud, quod colore eodem esset; literamque eandem haberet, quæ in obice.* Sed tinctura omniumne rufa fuit? Non existimo; & errare Scholiasten: nam ut litera singula distinguebantur, sic colore; quem & baculi referebant. Et id clare dicunt Scholia, *ad ejusdem Comici Vespas*. Εδίδοντο δὲ καὶ βακτηρίαι τοῖς δικασταῖς, ὁμόχροι τοῖς δικαστηρίοις, ὅπου ἑκάστους εἰσελθόντας δικάζειν ἔδει, ἵνα τὸν

διαμαρτάνοντα ἀπελέγξῃ τὸ χρῶμα. *Dabantur judicibus baculi, concolores tribunalibus, in quæ singulos abire judicatum oporteret, ut errantem augeret color.* Verum obiter, in Epilogo isto Operis, de cæteris quoque tribunalibus dicere lubet; eo magis, quia non sat accurate Gulielmus Postellus, & Carolus Sigonius, pertractarunt. Ac decem ea fuisse, dicit Scholiastes Aristophanis, in *citatis* statim *verbis*. Sed an non hallucinatur? Non immerito videatur; quippe plura multo invenio, ordine nunc indicanda. De Areopago, abunde dictum; sequitur, ΤΟ ΕΠΙ ΠΑΛΛΑΔΙΩ. In hoc de cædibus involuntariis judicabant. Demosthenes, Orat. *in Aristocratem*. Δεύτερον δ' ἕτερον δικαστήριον, τὸ τῶν ἀκουσίων φόνων, φανήσεται συγχέων, τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, καὶ τοὺς παρὰ τοῦτο νόμους παραβαίνων. *Deinde aliud judicium, de cædibus involuntariis pronuntiare solitum, quod ad Palladium nuncupatur, & leges, ibi receptas, confundere deprehendetur.* Hesychius. Ἐπὶ Παλλαδίῳ. δικαστήριον, ἔνθα ἐδίκαζον οἱ Ἐφέται τοῖς ἀκουσίων φόνων δικαζομένοις. *Ad Palladium; forum, in quo Ephetæ jus dicebant de cædibus involuntariis accusatis.* Helladius, apud Photium, in *Excerptis*. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ, ἐτάζει τοὺς ἀκουσίως φόνον δεδρακότας. *Ad Palladium tribunal, inquirit in illos, qui inviti cædem patrarunt.* Videndus quoque Ælianus, *Var. Hist.* lib. v. cap. xv. Originem refert Julius Pollux, *l.* VIII. *cap.* X. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ· ἐν τούτῳ λαγχάνεται περὶ τῶν ἀκουσίων φόνων. κατὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀργείων τινὰς, τὸ Παλλάδιον ἔχοντας, Φαλήρῳ προσβαλεῖν. ἀγνοίᾳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας, ἀπορριφθῆναι. καὶ τῶν μὲν, οὐδὲν προσήπτετο ζώων, Ἀκάμας δὲ, ἐμήνυσεν, ὅτι εἶεν Ἀργεῖοι, τὸ Παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν, ταφέντες, ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν. τοῦ θεοῦ δὲ χρήσαντος, αὐτόθι ἱδρύθη τὸ Παλλάδιον. *Forum ad Palladium. In hoc jus dicitur de involuntariis cædibus. Nam, post expugnatam Trojam, Argivos quosdam in Phalerum appulisse memoratur; quos ignotos incolæ occiderint, & abjecerint insepultos: illos autem, animal nullum attingebat. Acamas vero, indicavit, Græcos esse, qui Palladium haberent. Itaque hi quidem, sepulti, sunt Ignoti appellati; deo vero sic jubente, Palladium ibi consecratum est.* Alii Demophontem hic nominant, non Acamantem. Pausanias, in *Atticis*. Καὶ Ἐπὶ Παλλαδίῳ καλοῦσι, καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ὡς κρίσις καθέστηκε. Καὶ ὅτι μὲν Δημοφῶν πρῶτος ἐνταῦθα ὑπέσχε δίκας, ἀμφισβητοῦσιν οὐδένες. ἐφ' ὅτῳ δὲ, διάφορα ἐς τοῦτο εἴρηται. Διομήδη γάρ φασιν, ἁλούσης Ἰλίου, ταῖς ναυσὶν ὀπίσω κομίζεσθαι, καὶ ἤδη τε νύκτα ἐπέχειν, ὡς κατὰ Φαληρὸν πλέοντες γίγνονται. καὶ τοὺς Ἀργείους, ὡς ἐς πολεμίαν ἀποβῆναι τὴν γῆν, ἄλλην πού δόξαντας ἐν τῇ νυκτὶ, καὶ οὐ τὴν Ἀττικὴν, εἶναι. ἐνταῦθα Δημοφῶντα λέγουσιν ἐκβοηθήσαντα, οὐκ ἐπιστάμενον οὐδὲ τοῦτον τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς εἰσὶν Ἀργεῖοι, καὶ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, καὶ, τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαντα, οἴχεσθαι. Ἀθηναῖόν τε ἄνδρα, οὐ προϊδόμενον, ὑπὸ τοῦ ἵππου τοῦ Δημοφῶντος ἀνατραπῆναι, καὶ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν. Ἐπὶ τούτῳ Δημοφῶντα ὑποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν, τοῦ συμπατηθέντος τοῖς προσήκουσιν, οἱ δὲ, Ἀργείων φασὶ τῷ κοινῷ. *In eo foro, quod ad Palladium appellant, cædis causæ agitantur. Atque in eo quidem primum Demophontem causam dixisse, nemo dubitat; cujus vero ille criminis reus fuerit, varie fertur. Diomedem quidam tradunt, Ilio capto, cum in patriam reveheretur; per noctem ad Phalerum appulisse: ubi cum Argivi, qui cum eo erant, in agrum tanquam hostilem excurrerent, ut qui aliam, quam Atticam, terram inter tenebras crederent; Demophontem ajunt, & ipsum ignarum, Argivorum eam classem esse, ad propulsandas populationes accurrisse. cumque aliquot interfectis, Palladio erepto, domum abiret, ab ejus equo hominem Atheniensem, parum sibi providentem, subversum, ac conculcatum, interiisse: ideoque Demophontem reum actum, a propinquis interfecti, ut quidam volunt; vel, ut alii, a communi Argivorum.* Demophontem hic item nominat, sed rem paullo aliter memorat, Polyænus, *lib.* I. & Clemens, in *Protreptico*. Videndi porro Harpocration, Suidas, *Etymologici* Auctor, & Eustathius, *Odyss.* α'. Meminit Palladii hujus etiam Plutarchus, in *Theseo*, & *De Exilio*. ΤΟ ΕΠΙ ΔΕΛΦΙΝΙΩ. Hic judicabantur ii, qui, commisisse cædem fassi, jure se fecisse contenderent. Demosthenes, *loco citato*. Τρίτον δὲ ἕτερον πρὸς τούτοις δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει, καὶ φρικωδέστατα. ἄν τις ὁμολογῇ μὲν κτεῖναι, ἐννόμως δὲ φῇ δεδρακέναι. τοῦτο δέ ἐστι, τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ. *Tertium etiam est prætorium, inter hæc omnia augustissimum, maximeque formidandum; si quis occidisse quidem fateatur, sed secundum leges tamen se fecisse illud dicat; estque id, quod Ad Delphinium nuncupatur.* Helladius, in *Excerptis Photii*. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, ὃ συνίσταται ἐπὶ τῶν λεγόντων δικαίως τὴν ἀναίρεσιν πεποιηκέναι. *Ad Delphinium prætorium, quod constituitur propter eos, qui se jure cædem commisisse dicunt.* Ælianus, *Var. Hist.* lib. v. cap. xv. Περὶ δὲ τῶν κτεῖναι μὲν ὁμολογούντων, ἀμφισβητούντων δὲ ὅτι δικαίως, ἐπὶ Δελφινίῳ γίνονται αἱ εὔθυναι. *De iis vero, qui cædem fecisse confiterentur, verum, jure se fecisse affirmarent, in Delphinio judicabatur.* Suidas. Ἐπὶ Δελφινίῳ. δικαστήριον Ἀθήνησιν. ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων μὲν δεδρακέναι φόνους, κατὰ νόμους δέ. *Ad Delphinium Prætorium erat Athenis, ad eos pertinens, qui fecisse quidem cædem fatebantur. sed & jure se fecisse affirmabant.* Videndi item Harpocration, & Eustathius, *ad Iliad.* φ'. Non plene Hesychius. Ἐπὶ Δελφινίῳ. τοῦτο δικαστήριον, ἐφ' οὗ οἱ ὁμολογοῦντες, πεποιηκέναι φόνους, ἐκρίνοντο. *Ad Delphinium. Hoc tribunal erat, in quo judicabantur, qui cædes commisisse fatebantur.* Meminit simpliciter Scholiastes Aristophanis, *ad Equites*. Δελφίνιον δὲ, ἱερὸν Ἀπόλλωνος οὕτω καλούμενον. ἔνθα ἦν τὸ ἐν Δελφινίῳ δικαστήριον. *Delphinium vero, erat fanum Apollinis, ita dictum; ubi & tribunal erat, Ad Delphinium appellatum.* Meminit ejus semel, atque iterum, Plutarchus, in *Theseo*, & Theodoretus, *Therapeutic.* l. IX. Constitutum autem id forum est ab Ægeo, primusque hic Theseus judicatus, cum latrones, & Pallantidas, occidisset, quos se jure occidisse contendebat. Pollux, *loco citato*. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. ἐκρίθη δὲ ἐν αὐτῷ πρῶτος Θησεὺς, ἀφοσιούμενος τὸ ἄγος τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων λῃστῶν, καὶ τῶν Παλλαντιδῶν. ὃς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Forum ad Delphinium; ab Ægeo quidem constitutum est, sed dicatum Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ: primusque ibi judicatus Theseus, postquam expiasset scelus interfectorum latronum, & Pallantidarum; quos quidem se occidisse fatebatur, sed id jure abs se factum affirmabat.* Pausanias, in *citatis Atticis*. Ἐπὶ Δελφινίῳ δὲ κρίσις καθέστηκεν, ἐργάσασθαι φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις. ὁποῖόν τι καὶ Θησεὺς παρεχόμενος, ἀπέφυγεν, ὅτε Πάλλαντα ἐπαναστάντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἔκτεινε. πρότερον δὲ, πρὶν ἢ Θησεὺς ἀφείθη. καθεστήκει πᾶσι φεύγειν κτείναντα, ἢ κατὰ ταυτὰ θνήσκειν μένοντα. *In Delphinio causam dicunt, qui se jure occidisse contendunt: quo judicio & Theseus, cum Pallantem, ejusque filios, res novas molientes, interemisset, absolutus est. Ante enim, quam Theseus absolutus esset, interfectorem necesse erat exulare, aut, si maneret, itidem morte puniri.* Ecce Theseum uterque illic judicatum refert. Idem tradit Auctor quoque *Etymologici*. Ἐπὶ Δελφινίῳ δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι. οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκασθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων, ἔσωσεν αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν. ὕστερον δὲ, δικα-

σι

στήριον γενέσθαι τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι, ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα, καὶ Σίνιν. *Ad Delphinium; tribunal Athenis, ubi judicati ii, qui cædem commisisse sese faterentur. Quidam ajunt, cum Cretenses tempestate laborarent, mutatum in delphinem Apollinem hos servasse, & in Atticam eduxisse: qua de causa Apollin. Delphinio structum fanum; quod tribunal postea factum, in quo cædes judicarentur: Theseumque illic etiam judicatum, quia Sinin, & Scironem, occidisset.* At Demosthenes, in *citata Oratione*, post Orestem demum hoc tribunal natum satis manifesto dicit. Ubi enim istud memorat, ita ait. Λογιζόμενοι δ', ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀπεκτονὼς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγγάνει, νομίσαι δίκαιόν τινα εἶναι φόνον. οὐ γὰρ ἂν τά γε μὴ δίκαια θεοὺς ψηφίσασθαι. ὡς δὲ τοῦτο ἐνόμισαν, γράφουσιν ἤδη, καὶ διορίζουσι σαφῶς, ἐφ' οἷς ἐξεῖν ἀποκτινῦναι. *Cum igitur, Orestem, interfecta matre, idque haud negantem, deos judices nactum, cædis absolutum esse reperissent; statuisse, cædem aliquam esse justam: nec enim deos injuste quicquam pronuntiaturos. Proinde, quia sic senserunt, jam scribunt, & definiunt aperte, quibus de causis occidere liceat.* Atqui Theseus, sub Ægeo patre; Orestes, demum sub Demophonte judicatus, teste Eusebio: estque annorum sexaginta, plus minusve, intervallum. Itaque omnino necessarium, aut memoria lapsum esse Oratorem, aut Auctoribus aliis usum, quorum scripta interciderint. ΤΟ ΕΠΙ ΠΡΥΤΑΝΙΩ. In hoc foro judicatæ res inanimæ, quæ cædem commisissent; nempe lapis, lignum, ferrum, aut quid tale; cum is, qui patrasset facinus, nesciretur. Suidas. Ἐπὶ Πρυτανείῳ, δικαστήριον· ὅταν τὸ μὲν ἀποκτεῖναν βέλος, ἢ φανερὸν, ἢ λίθος. ἤ τι τοιοῦτον· ὁ δὲ δράσας, μὴ ᾖ. *Ad Prytaneum, forum; quum manifestum erat telum, sive lapis, sive aliquid hujusmodi, quod interfecisset quenquam, sed auctor cædis ignotus esset.* Harpocration. Ἐπὶ Πρυτανείῳ. δικαστήριόν ἐστι καὶ τοῦτο φονικόν. δικάζει δὲ, ἄν τι τῶν ἀψύχων ἐμπεσὸν ἀποκτείνῃ τινά. τοῦτο δέ ἐστιν, ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον· καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ, αὐτὸ δὲ εἰδῇ, καὶ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον. *Ad Prytaneum. Hoc quoque forum est, cædibus judicandis proprium. Cognoscit autem de inanimis, quæ illapsa occidunt quenquam; videlicet lapis, lignum, ferrum, aut quid tale; cum ignoret, quisnam conjecerit; norit vero, habeatque, id quod cædem perpetraverit.* Demosthenes, *loco jam citato*. Τέταρτον τοίνυν ἄλλο πρὸς τούτοις, τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. τοῦτο δέ ἐστι τί; ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ· καὶ τὸν μὲν βαλόντα, ἀγνοῇ τίς· αὐτὸ δὲ εἰδῇ, καὶ ἔχῃ, τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον. τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται. *Jam ad hæc quartum etiam est prætorium, Ad Prytaneum. Id vero cujusmodi est? si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam, illapsum percusserit; atque aliquis, a quo id conjectum sit, ignoret; telum vero, quo sit perpetrata cædes, norit ipse, habeatque: de his rebus in hoc loco judicium datur.* Videndus quoque *Etymologici* Auctor, in Ἐπὶ Πρυτανείῳ. Judicabant autem illic, qui Φυλοβασιλεῖς dicebantur, remque inanimam, quæ illapsa occidisset, exterminabant. Pollux. Τὸ ἐπὶ Πρυτανείῳ. δικάζει δὲ περὶ τῶν ἀποκτεινάντων, κἂν ὦσιν ἀφανεῖς· καὶ περὶ τῶν ἀψύχων, τῶν ἐμπεσόντων, καὶ ἀποκτεινάντων. προειστήκεισαν δὲ τούτου τοῦ δικαστηρίου φυλοβασιλεῖς· οὓς ἔδει τὸ ἐμπεσὸν ἄψυχον ὑπερορίσαι. *In Prytaneo vero forum, judicat de iis, qui occiderunt, etsi ignotis; tum inanimis, quæ illapsa interfecerint. Præsunt autem, qui dicuntur tribuum reges; eosque rem inanimam illapsam exterminare oportebat.* Origo ei a casu quodam, qui Erechtheo rege accidit. Narrat Pausanias, *isti verbis*. Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον, ἔνθα τῷ σιδήρῳ, καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις δικάζουσιν, ἐπὶ τῷδε ἄρξασθαι νομίζω. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ βουφόνος, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός. καὶ ὁ μὲν, ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων· ὁ δὲ πέλεκυς, παραυτίκα ἀφείθη κριθείς· καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *In Prytaneo quod vocatur, ibi de ferro, rebusque aliis inanimatis, fit judicium; & principium equidem hoc fuisse arbitror. Erechtheo regnante Athenis, bovem sacerdos, is qui Buphonus est appellatus, ad Poliei Jovis aram interfecit: atque is quidem, relicta illic bipenni; e regione in exilium statim ivit; bipennis judicio absoluta est. & quotannis eum omnino ritum servant.* Narrat fuse eandem historiam Porphyrius, περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, l. II. & attingit Ælianus, *Var. Hist.* lib. VIII. cap. III. ΤΟ ΕΝ ΦΡΕΑΤΤΕΙ. Nusquam recte hoc nomen scribitur. Apud Demosthenem, & Aristotelem, ἐν φρεαττοῖ est vulgatum; apud Auctorem *Etymologici*, & Helladium, in *Excerptis Photii*, per τ simplex, ἐν Φρεατοῖ; apud Hesychium, ἐν Φρεάτου; apud Pollucem, ἐν Φρεάτει; apud Suidam, Ἐμφρεάτοι: & ἐν φρεάτοις, in Ἐφέται. Atqui locus, ubi erat id tribunal, in casu recto Φρέαττυς appellabatur. Ecce tibi apud Pausaniam. Φρέαττυς· ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάβῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. *In Piræei maritima parte est Phreattys; ubi rei, si, semel elapsi, alio crimine implicentur, ad eos, qui e terra audiunt, causam suam e navi dicunt.* Ergo omnino apud Auctores illos omnes est scribendum, ἐν Φρεάττει. Ac judicium de iis ibi solitum dari, qui, prioris criminis rei, altero se onerassent; iique e mari, auscultantibus e terra judicibus, causam dicebant. Vides in Pausaniæ verbis. Julius Pollux. Τὸ ἐν Φρεάττει. ἐν τούτῳ ἐκρίνετο, εἴ τις τῶν φευγόντων ὑπ' ἀκουσίου φόνου αἰτία, δευτέραν αἰτίαν ἑκουσίου προσλάβοι. ἦν δὲ ἐν θαλάττῃ τὸ δικαστήριον. καὶ τὸν ἐν αἰτίᾳ προσπλεύσαντα, τῆς γῆς μὴ προσαπτόμενον, ἀπὸ τῆς νεὼς ἐχρῆν ἀπολογεῖσθαι, μήτε ἀποβάθραν, μήτε ἄγκυραν, εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. *In Phreatti. Hic judicabatur, si quis, cædis involuntariæ reus, alteram insuper voluntariam commisisset. Erat vero judicium in mari; & reum quidem adnavigantem, terram non attingentem, e navi causam dicere oportebat, neque scalam, neque ancboram, in terram injicientem.* Photius, in *Bibliotheca*, in *Excerptis Helladii*. Τέταρτον (δικαστήριον) τὸ ἐν Φρεάττει, ὃ δικάζει τὸν χρόνον μέν τινα φεύγοντα ῥητὸν, αἰτίαν γε πρότερον ἔχοντα φόνου. ὃς καὶ κρινόμενος ἐπὶ νηὸς, ἔξωθεν τοῦ Πειραιῶς, ἀπολογούμενος ἄγκυραν καθίει, διότι ὁ νόμος αὐτὸν οὐκ ἐδίδου τῆς γῆς ἐπιβῆναι. *Quartum (tribunal) in Phreatti; in quo judicatur, qui, cædis antea commissæ reus, ad tempus quoddam præstitutum exulabat; ac, dum judicatur, in navi extra Piræeum causam dicens, ancboram demittit: quia lex non permittebat ei in terram descendere.* Nimis breviter Hesychius. Ἐν Φρεάττει, ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ἐν ᾧ ἐδικάζοντο ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ. *In Phreatti, in judicio, in quo de involuntaria cæde cognoscebant.* Item Suidas. Ἐν Φρεάττει. δικαστήριον τῶν ἀκουσίων φόνων ἐν Ἀθήναις. Δημοσθένης, ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος, ἀκριβῶς διέρχεται περὶ αὐτοῦ. *In Phreatti; judicium Athenis, de involuntariis cædibus. Demosthenes, in Oratione in Aristogitonem, accurate de eo disserit.* Totidem verbis Auctor quoque *Etimologici*. Sed memoriæ certus lapsus in utroque est, qui Demosthenem, in Orat. *in Aristogitonem*, de hoc judicio plene disseruisse ajunt; cum in ea illud faciat, quam *in Aristocratem* dixit. Ecce verba. Ἔτι τοίνυν, πέμπτον δικαστήριον ἄλλο θεάσασθε, οἷον ὑπερβέβηκε, τὸ ἐν Φρεάττει. Ἐνταῦθα γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κελεύει δίκας ὑπέχειν ὁ νόμος, ἐάν τις, ἐπὶ ἀκουσίῳ φόνῳ πεφευγὼς, μή πω τῶν ἐκβαλόντων αὐτὸν ᾐδεσμένων, αἰτίαν ἔχει ἑτέρου φόνου ἑκουσίου· καὶ οὐχ ὅτι δεῦρο οὐχ οἷόν τε αὐτῷ ἐλθεῖν, παρεῖδεν αὐτὸν ὁ ταῦτα ἕκαστα διαταξάμενος, οὐδ', ὅτι καὶ πρότερόν τι τοιοῦτον ἐποίησε, καὶ διὰ τὴν ὁμοίαν ἐποιήσατο πιστὴν αἰτίαν κατ' αὐτοῦ, ἀλλὰ τό, τε εὐσεβὲς εὗρεν ὅπως ἔσται, κἀκεῖνον οὐκ ἀπεστέρησε λόγου, καὶ κρίσεως. τί οὖν ἐποίησεν; ἤγαγε τοὺς δικάζοντας ἐκεῖσε, οἷ προσελθεῖν οἷόν τε ἦν ἐκείνῳ, τῆς χώρας ἀποδείξας τόπον τινὰ, ἐν Φρεάττει καλούμενον, ἐπιθαλάττιον. εἶθ' ὁ μὲν, ἐν πλοίῳ προσπλεύσας, λέγει, τῆς γῆς οὐχ ἁπτόμενος· οἱ δ', ἀκροῶνται, καὶ δικάζουσιν, ἐν τῇ γῇ. κἂν μὲν ἁλῷ, τὴν ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις φόνοις δίκην ἔδωκε, δικαίως· ἐὰν δὲ ἀποφύγῃ,

ταύτης μὲν ἀθῶος ἀφίεται· τὴν δ' ἐπὶ τῷ προτέρῳ φόνῳ φυγὴν ὑπέχει. Cujusmodi porro aliud quintum judicium violarit, spectate, quod In Phreatti nuncupatur. In quo causam dicere lege jubetur, si quis ob cædem involuntariam in exilium profectus, nondum reconciliatis cæsi propinquis, alterius voluntariæ cædis insimuletur. Neque vero, quia huc ei venire non est integrum, eum neglexit is, qui hæc singula ordinavit: neque propterea, quod prius etiam tale quid designarit, simile crimen in eo satis probatum esse censuit; sed eam rationem invenit, qua & pietati consuleret, & illum nec defensione, nec judicio, privaret. Quid igitur fecit? Judices illo adduxit, quo illi accedere fas erat, designato quodam regionis nostræ maritimæ loco, qui in Phreatti appellatur. Post ille, nave accedens, verba facit, terra non contacta; illi, in terra auscultant, & judicant. quod si convincitur, pœnas luit, cædi voluntariæ constitutas, idque merito: sin absolvitur, indemnis quidem ejus criminis abit; sed exilium, ob priorem cædem indictum, sustinet. Meminit breviter Aristoteles, *Politic.* lib. IV. cap. XVI. Τέταρτον δέ, ὅσα τοῖς φεύγουσι φόνου ἐπὶ καθόδῳ ἐπιφέρεται· οἷον Ἀθήνησι λέγεται καὶ τὸ ἐν Φρεάττοι δικαστήριον. *Quartum genus est de iis, quæ cædis reis in reditu intenduntur; quale est, quod Athenis tribunal in Phreatti nuncupatur.* Nomen inditum a Phreatto, heroe quodam. Harpocration. Ὠνομάσθαι δ' ἔοικε τὸ δικαστήριον ἀπό τινος Φρεάττου ἥρωος, καθά φησι Θεόφραστος, ἐν τῇ ἕκτῃ καὶ δεκάτῃ τῶν νόμων. *Appellatum vero id tribunal videtur, a Phreatto quodam, heroe; uti auctor Theophrastus, De Legibus libro decimo sexto.* Quæ totidem verbis Suidas refert, & *Etymologici* Auctor. Origo, a Teucro memoratur. Pausanias *verbis* jam *citatis* mox subjungit. Τεῦκρον πρῶτον λόγος ἔχει Τελαμῶνι οὕτως ἀπολογήσασθαι, μηδὲν ἐς τὸν Αἴαντος θάνατον εἰργάσασθαι. *Teucrum ajunt primum omnium Telamoni eo modo se purgasse, cum de Ajacis cæde culpa vacaret.* ΗΛΙΑΙΑ. Id tribunal omnium maximum habebatur. Pausanias. Τὸ δὲ μέγιστον (δικαστήριον,) καὶ ἐς ὃ πλεῖστοι συνίασιν, Ἡλιαίαν καλοῦσι. *Maximum vero omnium (tribunal,) & quo frequentissimi conveniunt, Heliæam vocant.* Ita dictum, quod in loco subdiali esset, & soli exposito, qui ἥλιος Græcis. Suidas. Ἡλιαστής, δικαστής· ἀπὸ μεγάλου δικαστηρίου τῆς Ἡλιαίας. οὕτω δὲ ἐκλήθη, διὰ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ εἶναι τόπῳ, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλεσθαι. *Heliastes, judex, in magno prætorio. Sic autem vocatum fuit, quod in loco subdiali esset, ac a sole feriretur.* Idem tradit *Etymologici* Auctor, & Scholiastes Comici *ad Nebulas*, *Equites*, *Vespas*, *Aves*. Ulpianus, *in Timocrateam*, aliam quoque nominis rationem profert. Ἡ Ἡλιαία λέγεται αὐτὸς ὁ τόπος τοῦ μεγάλου δικαστηρίου, καὶ τὸ ἄθροισμα αὐτῶν, τῶν ἐκεῖσε δικαζόντων. ἡλιαία δὲ ἐκλήθη ὁ τόπος, παρὰ τὸ ἐκεῖσε ἁλίζεσθαι, καὶ συναθροίζεσθαι, τὸ πλῆθος τῶν δικαστῶν. τὸ γὰρ α εἰς η μεταβέβληται, ὡς καὶ πολλαχοῦ. τινὲς δὲ λέγουσιν, ἐκ τοῦ ὕπαιθρον εἶναι τὸν τόπον, καὶ τὸν ἥλιον ἐκεῖ ἔνδον προσβάλλειν. *Heliæa dicitur, ipse magni judicii locus; & conventus eorum, qui ibidem jus dicebant. Dicta autem est Heliæa locus iste, quod ibi conveniret, ac congregaretur, multitudo judicum. Nam in verbo* ἁλίζεσθαι *mutatum est α in η, quod alias sæpe fit. Quidam dicunt, ex eo appellari locum, quod sub dio ille esset, radiosque sol immitteret.* Tractabantur autem hic negotia publica civitatis, ac reipublicæ universæ. Harpocration. Ἡλιαία μέν ἐστι τὸ μέγιστον δικαστήριον τῶν Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων ἐκρίνετο. *Heliæa quidem est maximum tribunal, eorum quæ Athenis; in quo negotia publica tractabantur.* Eadem quoque *Etymologici* Auctor dicit. Et observare est ex Aristotelis *Politic.* lib. V. cap. I. Εἰ δὲ τὴν Ἡλιαίαν ἐπάναγκές ἐστιν ἔτι τῷ αὐτῷ πολιτεύματι βαδίζειν τὰς ἀρχάς, ὅταν ἐπιψηφίζηται ἀρχή τις. *In Heliæam necesse est eorum qui in Republica versantur magistratus abire, quum quis suffragiis magistratus creatur.* E judicibus mille constitisse, ait Auctor *Etymologici*. Ἡ βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. *Senatus constans e viris mille.* Non satis accurate; uti neque Harpocration. Χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων, συνιόντων· συνήεσαν δὲ οἱ μὲν χίλιοι πεντακόσιοι, ἐκ τριῶν. *Mille judicibus, sive & mille quingentis, convenientibus. Congregabantur vero mille quidem, e duobus tribunalibus; mille quingenti, e tribus.* Ita sese res habebat. In Heliæam conveniebat senatus Quingentorum; interdum, si necessitas ferret, duplicatus numerus ille, ac triplicatus. Pollux. Ἡ Ἡλιαία δέ, πεντακοσίων. εἰ δὲ χιλίων δέοι δικαστῶν, συνίσταντο δύο δικαστήρια· εἰ δὲ πεντακοσίων, καὶ χιλίων, τρία. *Heliæa vero, Quingentorum erat. Quod si autem mille judicibus opus esset, duo fora conjungebantur; si mille, & quingentis, tria.* Ac judicii illis merces, oboli terni. Suidas. Ἡλιασταί, οἱ ἐν Ἡλιαίᾳ δικασταί· οἵ τινες ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐτρέφοντο, τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικόν, μετὰ τὸ κρῖναι. *Heliastæ, judices, qui in Heliæa; qui a popularibus suis alebantur, triobolum accipientes pro mercede judiciali, postquam judicassent.* Inde est apud Aristophanem, *Equitibus*.

Ὦ δῆμε, λοῦμε, λοῦσαι πρῶτον, ἐκδικάσας μίαν·
Ἔνθου, ῥόφησον, ἔντραγ', ἔχε τριώβολον.
O popule, lava primum, postquam judicasti causam unam.
Cibum cape, sorbe, ede, accipe triobolum.

Ubi Scholiastes. Ἔχε τριώβολον. τὸν δικαστικὸν μισθόν. ἐπεὶ τριώβολον ἐλάμβανον. *Accipe triobolum, mercedem judicialem. quandoquidem triobolum accipiebant.* Et postea.

Ὦ γέροντες Ἡλιασταί, φράτορες τριωβόλου.
O senes Heliastæ, contribules trioboli.

Ubi videndus iterum Scholiastes: uti etiam Eustathius, *ad Odyss. ά.* Sed non ita semper fuit. Hesychius. Δικαστικόν. Ἀριστοφάνης, ἐν Ὥραις, τριώβολόν φησιν εἶναι. οὐ μέντοι ἔστηκεν, ἀλλ' ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο. *Dicasticum. Aristophanes, in Horis, triobolum esse dicit. sed non stetit, aliasque aliter dabatur.* Et initio obolus tantum unus datus. Observo in Hesychii *Glossis*. Ὀβολοί, νουμμία, καὶ ἐν ἄστει δικαστικοὶ μισθοί. *Oboli, nummi, & in Urbe mercedes judiciales.* Ecce tibi in hanc rem Strepsiadis verba, apud Aristophanem, in *Nebulis*.

Ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον ἡλιαστικόν,
Τούτου πριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.
Quem primum accepi obolum heliasticum,
Eo tibi festo Diasiorum emi plostellum.

Primusque instituit id Callistratus, qui Parnytes cognomento appellatus: unde & proverbio postea dici cœptum, Ὀβολὸν εὗρε Παρνύτης. Appendix Proverbiorum Vaticana, *Cant.* III. *Proverb.* XXXV. Ὀβολὸν εὗρε Παρνύτης. Καλλίστρατος, Ἀθήνησι πολιτευσάμενος, ἐπικαλούμενος Παρνύτης, μισθὸν ἔταξε τοῖς δικασταῖς. *Obolum invenit Parnytes. Callistratus, qui Athenis remp. administravit, Parnytes cognominatus, mercedem constituit judicibus.* Quæ reperiuntur totidem verbis apud Lucillum Tarrhæum. Antea vero, maxime archonte Myronide, nihil plane accipiebant: sed suo sumptu sese quisque sustentabat. Elegans est in hanc rem locus Aristophanis, *Concion.*

—— Πρῶτον μέν, ἡνίκ' ἐλθόντ' ἔδει
Λαβεῖν ὀβολόν, καθῆντο λαλοῦντες.
Νυνὶ δ' ἐνοχλοῦς ἄγαν· ἀλλ' οὐχί, Μυρωνίδης

Ὀτ' ἤρχετ' ὁ γεννάδας, οὐδεὶς ἐνετόλμα
Τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, ἀργύριον φέρων.
Ἀλλ' ἧκεν ἕκαστος, ἐν ἀσκιδίῳ φέρων
Πιεῖν ἅμα τ' ἄρτον αὖ, καὶ δύο κρομμύω,
Καὶ τρεῖς ἂν ἐλάας. νυνὶ δὲ τριώβολον
Ζητοῦσι λαβεῖν, ὅταν πράττωσί τι κοινὸν, ὥσπερ πηλοφοροῦντες.
—— *antea quidem, quando venientem oportebat*
Capere obolum solum, sedebant garrientes.
Nunc autem inter se turbant valde. sed mox, Myronides quando
Archon erat ille generosus, ullus audebat
Res civitatis administare, pecuniam accipiens.
Sed accedebat unusquisque, in utriculo ferens
Potum simul, & panem, & duas cepas,
Et tres olivas. nunc autem triobolum
Quærunt accipere, cum publicum aliquid administrant, tan-
Quam lutum ferentes. ——

Inde bini, & mox terni, solvi cœpti; denique ætate Aristophanis, drachma tota; id est, seni. Scholiastes Comici, *Ranis*. Τὸ δικαστικὸν μισθάριον, δύο ὀβολοὶ ἦσαν· ὕστερον δὲ, ἦν τριώβολον· τοῦτο τῶν στρατηγῶν, κολακείας χάριν, προστιθέντων. ἐπὶ δὲ Ἀριστοφάνους, καὶ δραχμὴν ἦν λαβεῖν. *Judicialis mercedula, oboli duo erant; postea, terni: augentibus prætoribus, ut adulatione devincirent. at vero ætate Aristophanis, etiam drachmam capere erat.* Ecce, drachma etiam data; id est, sex oboli. De uno, altero, tertioque item obolo, est Pollucis quidam locus, *lib.* VIII. *cap.* IX. *sect.* XXXII. Τὸ δικαστικὸν, ὅπερ καὶ τριώβολον, καὶ διώβολον, καὶ ὀβολός. *Et judicialis merces, quæ erat obolus unus, alter, tertiusque.* De tribus, alibi apud eundem est, *libro eodem, cap.* V. Δικαστικὸν τριώβολον, ὁ τῷ δικαστῇ διδόμενος μισθός. *Judiciale triobolum, merces, quæ judici dabatur.* Lucianus, in *Bis accusato*. Οἱ δικασταὶ, ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων· ὁ μισθὸς, τριώβολον ἑκάστης δίκης. *Judices, ex universis Atheniensibus; merces vero, tres in singulas causas oboli.* Et accipiebant hanc mercedem vesperi, cum a jure dicundo discederent, restituta Prytani virga, quam acceperant a præcone eo ipso mane, cum in curiam ingrederentur. Docet nos id Scholiastes Comici, *Pluto*. Ἐδίδου δὲ ὁ κήρυξ αὐτοῖς (τοῖς δικασταῖς) ῥάβδον, ἥτις ἦν σύμβολον τοῦ δικάζειν· ἵνα ἕκαστος καθ' ἑσπέραν, ἀποδιδοὺς τῷ Πρυτάνει τὴν ῥάβδον, τριώβολον λαμβάνῃ, μισθὸν τῆς δικάσεως. *Dabat vero ipsis (judicibus) præco virgam, jurisdictionis tesseram; ut vesperi quisque, cum hanc Prytani restitueret, triobolum acciperet, juris dictionis mercedem.* Neque hæc merces tantum Heliastis propria, sed communis cæteris item judicibus aliorum quorumcumque tribunalium. Inde est, quod ἡλιαστικὸν Aristophanis aliis δικαστικὸν dicitur. Accipiebant autem, ad Lyci herois fanum; quod ad tribunalia singula visebatur. Scholiastes ejusdem Comici, *ad Vespas*. Λύκου ἡρῷον πρὸς τῷ δικαστηρίῳ ἦν. ᾧ ἐμέριζον, ὅτε δικαστήρια ἦν, τὸν παρὰ τοῖς λαχοῦσι τῶν Ἀθηναίων δικάζειν δικαστικὸν μισθὸν τριώβολον. *Lyci herois fanum erat juxta tribunal; ubi, cum judicium haberetur, iis Atheniensibus, quibus sorte judicare contigisset, mercedem judicialem, triobolum distribuebant.* Sciendum vero, judicaturos mane adesse debuisse, ac tempestive, antequam daretur signum: quique serius, eo jam dato, venisset, is mercede excidebat. Aristophanes, *Vespis*.

Ὅταν εἰσελθὸν μειράκιόν σοι καταπύγον, Χαιρέου υἱὸς,
Ὡδὶ διαβὰς, διακινηθεὶς τῷ σώματι, καὶ τρυφερανθεὶς,
Ἥκειν εἴπῃ πρωὶ, κἂν ὥρᾳ, δικάσονθ'· ὡς ὅστις ἂν ὑμῶν
Ὕστερος ἔλθῃ τοῦ σημείου, τὸ τριώβολον οὐ κομιεῖται.
—— *quando in tempore, sub primordia lucis,*
Filius ingressus Chæreæ, ephebus tener, interque cutitus,
Et corpore moto flagitia exercens, in judicium ire
Monet; haud etenim vestrum poterit mercedem auferre forensem
Jure triobolarem, si serus, signoque dato, forum adivit.

Dabant autem Colacretæ. Inde est quod ait Aristophanes, *ibidem*.

Σὺ δὲ χασκάζεις τὸν Κωλακρέτην. ——
At tu Colacretæ inbias. ——

Ad quæ verba Scholiastes. Ἀντὶ τοῦ. ἐπιτηρεῖς, πότε ἔλθῃ ὁ Κωλακρέτης, καὶ ἐνέγκῃ σοὶ τὸ τριώβολον. Κωλακρέτης δὲ καλεῖται, ὁ κατέχων τὰ χρήματα τῆς πόλεως, ὁ ταμίας τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ. *Pro eo quod est, observas, quando adveniat Colacreta, ac triobolum tibi adferat. Colacreta enim vocatur, qui pecuniam publicam penes se habet, quæstor mercedis judicialis.* Inde postea ludens hanc mercedem vocat, Κωλακρετῶν γάλα, *Colacretarum lac.*

Πλὴν Κωλακρέτου γάλα πίνειν.
Præterquam Colacretæ lac bibere.

Ubi Scholiastes. Περιφραστικῶς, τὸν δικαστικὸν μισθόν. *Periphrastice, mercedem judicialem.* Ac solvebant binis drachmam; quam inter se illi ipsi commutantes, singuli triobolum suum accipiebant. Innuit idem in *eadem fabula* Comicus.

Αἴσχιστα γάρ τοι μ' εἰργάσατο Λυσίστρατος
Ὁ σκωπτόλης, δραχμὴν μετ' ἐμοῦ πρώην λαβὼν,
Ἐλθὼν, διεκερμάτιζέ μ' ἐν τοῖς ἰχθύσι.
Factum facetus turpe nam Lysistratus
Admisit in me, debitam qui sumpserat
Utrique drachmam, quam minutam in piscium
Secuit macello. ——

Ubi Scholiastes. Δύο δικασταῖς ἐδίδοτο δραχμὴ μία· καὶ οὕτως ἐμερίζοντο πρὸς τρεῖς ὀβολούς, *Binis judicibus drachma una dabatur; iique inde inter se distribuebant ad tres obolos.* Et mox. Εἰς δύο ἡ δραχμὴ ἐδίδοτο· καὶ αὐτοὶ διῃροῦντο κερματίζοντες, ἵνα μὴ οἱ Κωλακρέται κέρμα εἰσφέρωσιν. *Inter binos drachma una dabatur; quam ipsi commutantes, dividebant, ne nimirum Colacretæ minutias æris inferrent.* Jusjurandum eorum erat plane insigne; idque memorat Demosthenes, Orat. *in Timocratem*, istis verbis. Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων· καὶ τύραννον οὐ ψηφιοῦμαι εἶναι, οὐδὲ ὀλιγαρχίαν· οὐδὲ, ἐάν τις καταλύῃ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ἢ λέγῃ, ἢ ἐπιψηφίζῃ παρὰ ταῦτα, οὐ πείσομαι· οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἰδίων ἀποκοπάς· οὐδὲ γῆς ἀναδασμὸν τῶν Ἀθηναίων, οὐδ' οἰκιῶν, οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ὧν θάνατος κατέγνωσται. οὐδὲ τοὺς μένοντας ἐξελῶ παρὰ τοὺς κειμένους, καὶ τὰ ψηφίσματα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς· οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλον οὐδένα ἐάσω. οὐδὲ ἀρχὴν καταστήσω ὥστ' ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων, καὶ τοῦ ἱερομνήμονος, καὶ ὅσοι μετὰ τῶν ἐννέα ἀρχόντων κυαμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κήρυκος, καὶ πρεσβείας, καὶ συνέδρων. οὐδὲ δὶς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸν αὐτὸν ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. οὐδὲ δῶρα δέξομαι, τῆς ἡλιάσεως ἕνεκα, οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτ' ἄλλος ἐμοὶ, οὔτ' ἄλλοι εἰδότος ἐμοῦ, οὔτε τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ οὐδὲ μιᾷ. καὶ, γέγονα οὐκ ἔλαττον, ἢ τριάκοντα ἔτη· καὶ ἀκροάσομαι τοῦ τε κατηγόρου, καὶ τοῦ ἀπολογουμένου, ὁμοίως ἀμφοῖν· καὶ διαψηφιοῦμαι, περὶ αὐτοῦ οὗ ἂν ᾖ ἡ δίωξις. ἐπόμνυμι Δία, Ποσειδῶνα, Δήμητρα, καὶ ἐπαρῶμαι ἐξώλειαν ἐμαυτῷ, καὶ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ, εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι· εὐορκοῦντι δὲ, καλὰ πολλὰ κἀγαθὰ εἶναι. *Pronuntiabo secundum leges, & decreta, populi Atheniensis, & senatus Quingen-*

torum. Tyrannidem vero, aut paucorum dominatum, mea sententia non comprobabo. neque, si quis populi Atheniensis libertatem oppresserit, aut quicquam contra hæc dixerit, aut decreverit, concedam. neque novas tabulas privatim, neque agrorum Atheniensium divisionem, nec ædium. neque exules revocabo, neque capitis damnatos; neque eos, qui manent, expellam contra leges receptas, & decreta populi Atheniensis, & senatus. neque egomet ipse, neque alium sinam; neque magistratum creabo, ut is imperet, antequam de alio gesto magistratu rationem reddiderit, sive sit novem-vir, sive pontifex, sive quicunque cum novem-viris eodem die creantur, sive præco, sive legatus, sive assessor. neque bis eundem magistratum eundem virum, neque binos magistratus eundem gerere sinam eodem anno: nec accipiam munera propter Heliæam, vel ipse ego, vel alius meo nomine; vel alii, me conscio; non fraude, non machinatione ulla: &, natus sum annos non pauciores triginta; audiamque cum accusatorem, tum reum, eodem modo utrunque: & sententiam de eo feram, quod est in controversia positum. Adjuro Jovem, Neptunum, Cererem: & ipse mihi exitium imprecor, & familiæ meæ, si quid horum neglexero, aut violaro. Sin bona fine præstitero, præclara mihi & bona multa eveniant. Jurabant autem omnes Athenienses, in Ardetto. Harpocration, *in* Ἀρδηττος. Εν τούτῳ, φασὶ, δημοσίᾳ πάντες ὤμνυον Ἀθηναῖοι τὸν ὅρκον τὸν Ἡλιαστικόν. *In hoc, ajunt, publice Athenienses omnes obstringebant sese jurejurando Heliastico.* Quæ totidem verbis tradit Suidas, in eadem dictione. ΠΑΡΑΒΥΣΤΟΝ. Meminit hujus Hesychius. Παράβυστον. Ενιοι δικαστήριον, οὕτω καλούμενον. *Parabystum; quidam tribunal esse volunt, ita dictum.* In eo judicabant Undecim-viri. Harpocration. Παράβυστον, οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων, ἐν ᾧ ἐδίκαζον οἱ Ενδεκα. *Parabystum; ita dicebatur tribunal quoddam Atheniensium, in quo jus dicebant Undecim-viri.* Quæ totidem verbis transscripsit Suidas. Pollux. Εν μέντοι τῷ Παραβύστῳ οἱ Ενδεκα ἐδίκαζον. *In Parabysto quidem Undecim-viri jus dicebant.* Itaque huc respexit Aristophanes, *Vespis*.

—— οἱ δὲ, παρὰ τοὺς ἕνδεκα·
Οἱ δ', ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'. ——
—— *hi vero, apud Undecim-viros;*
Isti autem, in Odeo jus dicunt. ——

Erat autem in obscuro Urbis loco, ac de rebus minimi momenti illic conveniebant. Pausanias. Εστι δὲ Ἀθηναίοις καὶ ἄλλα δικαστήρια, οὐκ ἐς τοσοῦτο δόξης ἥκοντα. Τῶν μὲν οὖν καλούμενον Παράβυστον, καὶ Τρίγωνον, τὸ μὲν ἐν ἀφανεῖ πόλεως ὄν, καὶ ἐπ' ἐλαχίστοις συνιόντων ἐς αὐτό· τὸ δὲ, ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα. *Sunt etiam apud Athenienses alia judicia, sed minus illustria. Eorum unum, Parabystum; alterum, Trigonum nominant; illud, ab obscuro Urbis loco, & quod in eo de levissimis plane causis conveniatur; hoc, a forma nominatum.* Quin judicia quoque illic clanculum habita. *Etymologici* Auctor. Ην δὲ καὶ Παράβυστον δικαστήριον, ὃ λάθρα ἔκρινε. *Erat vero & tribunal Parabystum, quod clanculum judicabat.* Corruptum ejus nomen censeo apud Sopatrum, in *Divis. Quæst.* Ὥσπερ ἐν Μαδραβύστῳ κρινόμενος, καὶ μανδραγόραν πεπωκότων ἡμῶν, ἢ οὐκ εἰδότων. *Tanquam si in Madrabysto judicareris, nosque mandragoram bibissemus, aut ignari essemus.* Legendum omnino: ὥσπερ ἐν Παραβύστῳ κρινόμενος. *Tanquam si in Parabysto judicareris.* Ac fuisse duplex video; unum Μεῖον, sive *Minus*; alterum Μεῖζον, id est, *Majus*, appellatum. Pollux indicat. Μεῖον παράβυστον, μεῖζον παράβυστον· καὶ μείζονος δὲ, μέμνηται Λυσίας. *Minus parabystum, majus parabystum. Ac majoris quidem, meminit Lysias.* Ita enim ibi legendum esse censeo; non, Μέσον παράβυστον, μεῖζον π. *Medium parabystum, majus p.* Scholiastes Comici ait, quatuor in foro loca exstitisse; quorum unus, Παράβυστος; alter, Καινός; tertius, Τρίγωνος; quartus, Μέσος diceretur. Verba ejus ista, *ad Vespas*. Τόπος ἐν τῷ δικαστηρίῳ οὕτω λεγόμενος. εἰσὶ δὲ τέσσαρες. Παράβυστος, Καινὸς, Τρίγωνος, Μέσος. ΤΡΙΓΩΝΟΝ. Pollux. Γνώριμα δικαστήρια, Ἡλιαία, καὶ τὸ Τρίγωνον· οὗ μέμνηται Δείναρχος. *Nota fora sunt, Heliæa, & Trigonum; cujus meminit Dinarchus.* Nomen illi datum a forma; ut Pausanias, in *citatis* statim *verbis*, clare dicit. Alii volunt, locum in foro quendam esse; uti docet Scholiastes Aristophanis, cujus verba jam produxi. ΤΟ ΕΠΙ ΛΥΚΩ. De eo Pollux. Τὸ ἐπὶ Λύκῳ· ἀφ' οὗ καὶ ἡ Λύκου δεκάς. καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι, ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν. πάλαι δὲ συνῄεσαν, οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια. *Forum ad Lycum; a quo Lyci decas. & heros ibi constitutus erat, feræ formam habens; olim vero conveniebant simul judicantes fora.* Ita enim legendum, monui pridem, *Attic. Lect.* lib. III. cap. IX. Sed & aliud ibi mendum, nunc tollendum. Quid est illud? οἱ συνδικάζοντες τὰ δικαστήρια. Quinam erant, fora simul judicantes? Omnino certe rescribendum, οἱ συνδεκάζοντες τὰ δικαστήρια. *Qui simul corrumpebant fora.* Dicebantur Δεκάζειν, qui decem simul convenientes corrumpendis judicibus operam dabant. Hesychius, *in* Δεκάζων. Ελεγον δὲ οὕτω καὶ τὸ κατὰ δέκα διαφθείρειν τὴν δικαστήν, ἢ τοὺς κριτάς. *Dicebant ita etiam, cum deni corrumperent judicem unum, pluresve.* Errat certe Harpocration, qui ipsos judices, ut corrumperentur, eo numero convenisse illic dicit. Verba ejus, *in* Δεκάζων, ita habent. Λύκος ἐστὶν ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τὴν θηρίου μορφὴν ἔχων· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες, κατὰ δέκα γιγνόμενοι, συνεστρέφοντο. *Lycus, heros est; Athenis juxta tribunalia collocatus, feræ specie: ad quem, qui dona acciperent, deni numero, versabantur.* Eundem errorem habent Suidas, *Etymologici* Auctor, & Zenobius, *Cent.* V. *Proverb.* II. hunc secuti. Primi istud factitarunt Anytus, & Melitus; postquam nempe contra Socratem conspirassent. De Anyto, meminit Harpocration, ex Aristotele *De Rep. Atheniensium*. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, Ἄνυτόν φησι καταδεῖξαι τὸ δεκάζειν τὰ δικαστήρια. *Aristoteles, in libro De Rep. Atheniensium, ait primum Anytum judicum corruptionem instituisse.* De Melito, Auctor *Etymologici*, in Δεκάσαι· Πρῶτον δέ φασι δεκάσαι Μέλιτον. *Primum vero ajunt corrupisse Melitum.* Ita enim ibi legendum; perperamque editur hodie, δεκάσαι Μέλητα. *Corrupisse Meletem.* Dictum autem hoc tribunal, quia Lyci herois fanum, ut & statua, lupi forma, juxta erat; ut videmus in Pollucis istis verbis. Καὶ ἥρως δὲ ἵδρυται αὐτόθι, ἔχων τοῦ θηρίου μορφήν. *Et herois ibi statua posita erat, lupi forma.* Quia autem ea statua lupi formam referebat, ideo ludens Aristophanes, in *Vespis*, θηρῷον eam appellavit, cum ἡρῷον debuisset.

Θηρῷον εἴ πως ἐκκομίσαις τοῦ Λύκου.
Imaginem ferinam sicunde exportes Lyci.

Alii dicunt, non ibi tantum, sed ad tribunalia item cætera fuisse. Hesychius, *in* Λύκου δεκάς. Λύκος ἥρως πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις ἵδρυτο, τὴν θηρίου μορφὴν ἔχων. *Lycus heros apud tribunalia, quæ Athenis, dedicatus erat; feræ, (lupi) formam referens.* Harpocration, *in* Δεκάζων. Λύκος ἐστὶν ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις, τὴν θηρίου μορφὴν ἔχων. *Lycus heros est, ad tribunalia, quæ Athenis, positus, feræ formam habens.* Itidem est apud Suidam, & Auctorem *Etymologici*, in eadem dictione. Scholiastes Comici, *Vespis*. Παρὰ τοῖς δικαστηρίοις τὸ τοῦ Λύκου ἱερὸν ἦν, καὶ ἡρῷον. *Juxta tribunalia fanum Lyci, & statua, erat.* Sed de hac re ita statuendum

puto. Initio quidem, in foro, isti heroi proprio, statua ea posita duntaxat fuerit; verum, quia hic judicibus merces sua solvebatur, ut ostendi paullo ante, cum de Heliæa agerem; & molestum iis esset, huc transire: tandem constitutum fuerit, ut ad singula tribunalia statua quædam ejuscemodi poneretur. Ad hanc autem, quibus aliqua in foro causa ageretur, vota heroi nuncupabant, ut obtinere eam possent; victi, lacrymas, & querelas, effundebant: quidam etiam, indignantes, admingebant, pedebantque: unde &, contra hanc contumeliam, tegetes circumdatæ erant. Observo apud Comicum, *Vespis*; ubi sic Philocleon inquit.

Ὦ Λύκε δέσποτα, γείτων ἥρως, σὺ γὰρ οἷσπερ ἐγὼ κεχάρησαι,
Τοῖς δακρύοισι τῶν φευγόντων ἀεὶ, καὶ τοῖς ὀλοφυρμοῖς,
Ὤκησας γοῦν ἐπίτηδες ἰὼν ἐνταῦθ', ἵνα ταῦτ' ἀκροῷς,
Κἀβουλήθης μόνος ἡρώων παρὰ τὸν κλάοντα καθῆσθαι.
Ἐλέησον, καὶ σῶσον, νυνὶ τὸν σαυτοῦ πλησιόχωρον.
Κοὐ μή ποτέ σου παρὰ τὰς κάννας οὐρήσω, μηδ' ἀποπαρδῶ.

O Lyce domine, o vicine heros, etenim lamenta reorum,
Lacrymæque juvant te perpetuo, pariterque ea lætificant me.
Istamque habitas ideo sedem, his facilem quæ præbeat aurem;
Qui solus amas heroum lacrymantibus adsessor adesse:
Miserare tuum, Lyce, nunc salvumque velis præstare propinquum:
Hoc si annueris, non deinde tuas mingam ad tegetes, neque pedam.

Videntur nempe existimasse, in herois hujus manu exitum causæ suæ fuisse; quia nimirum in fano ejus, juxta statuam, Heliastæ, cæterique item judices, mercedem suam accipiebant. Et hunc oppedendi morem innuit nobis etiam ille apud Ennium, in innominata *fabula*; qui, cum causa cecidisset, ita inquit:

Areopagitæ quid dedere, quam pedam?

Quasi hoc velit; postquam in præsens in judicio Areopagitarum causa cecidi, quid mihi illi aliud dedetunt, quam ut pedam ad herois Lyci statuam? Nempe, ut ad alia omnia tribunalia, quod ostendi, ita quoque ad Areopagum statua Lyci istiusmodi posita fuerit. Extat is versus apud Varronem, *De L. L.* lib. VI. sed non recte exhibetur isthoc modo.

Apeopagitæ quid dedere aliud, quam pedam;

Nam τὸ *aliud* plenioris sensus causa a mala manu insertum esse, satis metrum ipsum indicat. Vir magnus emendare volebat,

Areopagiticam ea de re vocant petram.

Et cupiebat esse ex istis Æschyli, in *Eumenidibus*;

—— ἔνθεν ἐστ' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος. ——
—— *unde est cognominis*
Petra, & Areopagus. ——

Sed conjectat, neque certe bene emendat; & refellit ipse Varro; qui, priorem ejus versus dictionem expositurus, statim subdit. *Areopagitæ, ab Areopago; is locus Athenis.* ΤΟ ΜΗΤΙΧΟΥ. Magnum id erat. Hesychius. Μητίχου τέμενος. εἴη ἂν τὸ Μητιχεῖον δικαστήριον μέγα. *Metichi fanum. erit forte Metichi tribunal magnum.* Addit Pollux; nuncupatum esse a Meticho architecto: ac ibidem judicasse viros tricesimum annum egressos, famæ integros, quique ærario nil deberent. Τὸ δὲ Μητίχου δικαστήριον

A μέγα, οὕτω κληθὲν, ἀπ' ἀρχιτέκτονος Μητίχου. ἐδίκαζον δὲ οἱ ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη, ἐκ τῶν ἐπιτίμων, καὶ μὴ ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. *Metichi vero prætorium magnum, ita a Meticho architecto nominatum. judicabant vero ibi, qui tricesimum ætatis annum excessissent, viri integra fama, & ærario nil debentes.* Meminit ejus antea. Ἐν μέν τοι τῷ Παραβύστῳ οἱ ἕνδεκα ἐδίκαζον τὰ Μητίχου κάλλιω. *In Parabysto judicabant Undecim-viri ea, quæ Metycho meliora erant.* Quem locum quomodo emendandum censeam, explicavi *Atticarum Lectionum* lib. II. cap. IX. ΑΡΔΗΤΤΟΣ. Nomen illi ab heroe Ardetto datum. Jurabant autem illic judices Jovem Regem, Apollinem Patrium, Cererem-
B que, se de illis rebus, de quibus leges essent, secundum eas jus dicturos; de quibus vero nullæ essent, quam justissime possent. Pollux. Ὤμνυον δὲ ἐν Ἀρδήττῳ δικαστηρίῳ Ἀπόλλω Πατρῷον, καὶ Δία Βασιλέα, καὶ Δήμητραν. ὁ δὲ Ἄρδηττος, Εἰλισσοῦ μέν ἐστι πλησίον. ὠνόμασται δὲ ἀπό τινος ἥρωος, ὃς στασιάζοντα τὸν δῆμον ὑπὲρ ὁμονοίας ὥρκωσεν. ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν· περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσὶ, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ τῇ δικαιοτάτῃ. *Jurabant vero in Prætorio Ardetto; Apollinem Patrium, Cererem, & Jovem Regem. Eratque Ardettus, prope Ilissum; diciturque ab heroe, qui tumultuantem populum ad concordiam juramento adegit. Ac judicum quidem jusjurandum erat, de quibus leges forent, de iis se secundum illas judicaturos; de*
C *quibus autem nullæ omnino, quam justissime.* Huc respectum a Platone, in *Apologia Socratis*. Καὶ ὀμώμοκεν (ὁ δικαστὴς,) οὐ χαριεῖσθαι οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους. *Ac jusjurandum dedit (judex,) non se gratiam facturum quibus videbitur, verum ex præscripto legum jus dicturum.* Harpocration, & Suidas, omnes illic Athenienses jusjurandum Heliasticum dedisse tradunt; uti supra memoravi, cum de Heliæa dicerem. Videndus quoque est Hesychius, *in* Ἄρδηττος; qui simpliciter juramenti dati meminit. De judicibus, est & apud *Etymologici* Auctorem; apud quem per literam ι scribitur, Ἄρδιττος. Loci mentio exstat etiam apud Plutarchum, in *Vita The-*
D *sei*. ΒΑΤΡΑΧΙΟΥΝ, ut & ΦΟΙΝΙΚΙΟΥΝ, qualia fuerint, ignoratur; nec de iis quicquam constat, quam, sic dicta a colore. Pausanias. Τὸ δὲ (Παράβυστον) ἀπὸ τοῦ σχήματος ἔχει τὰ ὀνόματα· Βατραχιοῦν δὲ, καὶ Φοινικιοῦν, ἀπὸ τῶν χρωμάτων. τὸ δὲ ἐς τόδε διαμεμένηκεν ὀνομάζεσθαι. *Hoc (Parabystum) a loci forma nomen habet; Batrachium vero, ac Puniceum, a colore, quem referrent: eorumque in hunc usque diem nomina permanserunt.* ΩΔΕΙΟΝ. Suidas in hac dictione. Ἐστὶ δὲ ἐν αὐτῷ δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. *Est in eo tribunal archontis.* Sed archontis anne hic tribunal, Suida? Nego omnino. Nam odei, & archontis, tribunalia clare Comicus distinguit, *Vespis*.

E Οἱ μὲν ἡμῶν, οὗπερ ἄρχων· οἱ δὲ, παρὰ τοὺς ἕνδεκα·
Οἱ δ' ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'· οἱ δὲ, πρὸς τοῖς τειχίοις.
Quidam nostrum, ubi archon; quidam, apud Undecim-viros;
Quidam, in Odeo jus dicunt; quidam, apud muros.

Quin tu ipse alibi dicis, ad heroum Eponymorum statuas eum consedisse, ac jus dixisse. Verba tua ista. Ὁ ἄρχων, (καθῆστο) παρὰ τοὺς ἐπωνύμους. *Archon, (sedebat) juxta Eponymos.* Atque hic verum autumare te existimo. Dictum autem in Odeo jus fuisse, etiam Demosthenes indicat, Orat. *in Neæram*. Λαχόντος δὲ τοῦ Στεφάνου αὐτῷ σίτου δίκην εἰς Ὠδεῖον τῆς προι-
F κὸς κατὰ νόμον, ὃς κελεύει ἐὰν ἀποπέμπῃ τὴν γυναῖκα, ἀποδιδόναι τὴν προῖκα· ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέ' ὀβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς Ὠδεῖον εἶναι δικάζεσθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ. *Cum Stephanus ei diem dixisset de victu apud Odeum dotis nomine, ex lege, quæ jubet: Si dimiserit quis uxorem, reddat dotem; sin minus, novem obolos usuram pendat: & curatori mulieris pro ea de victu ad Odeum detur actio.* ΘΗΣΕΙΟΝ. Etiam ad

fanum Theſei locum fuiſſe juri dicundo, ait *Etymologici* Auctor, in Θησεῖον. *Ἐλέγοντο δὲ καὶ δίκαι ἐνταῦθα. Agebantur vero etiam hic cauſæ.* Puto autem hoc Theſeum hic intelligi, quod ad longos muros erat: nam, cum fana Theſei in Urbe multa eſſent, unum ex iis ad hos muros exſtitiſſe, doceo in *Athenis Atticis*, lib. II. cap. V. Atque hoc intelligi putem ab Ariſtophane, in *Veſpis*, in citato ſtatim verſu.

> *Οἱ δ', ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'· οἱ δὲ, πρὸς τοῖς τειχίοις.*
> *Quidam, in Odeo jus dicunt; quidam, apud muros.*

Ad hæc Novem-viri quatuor diverſis locis jus dicebant: archon quidem, ad Eponymos; rex ſacrorum, ad Bucoleum; Polemarchus, in Lyceo; Theſmothetæ, ad Theſmotheſium. Suidas, *in* Ἄρχων. *Ὁ μὲν βασιλεὺς, καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ Βουκολείῳ· ὁ δὲ πολέμαρχος, ἐν Λυκείῳ· καὶ ὁ ἄρχων, παρὰ τοὺς Ἐπωνύμους· οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. Rex quidem, ad jus dicendum conſidebat ad Bucoleum quod vocatum; Polemarcus, in Lyceo; archon vero, ad Eponymos; Theſmothetæ, ad Theſmotheſium.* De archonte, & ejus juriſdictione, eſt & locus Ariſtophanis capiendus, quem citavi paullo ante. Bucolei, ad quod regem jus dixiſſe indicavi, meminit Pollux, *lib.* VIII. *cap.* IX. *ſect.* XXXI. *Οἱ φυλοβασιλεῖς, ἐξ εὐπατριδῶν δὲ ὄντες, μάλιστα τῶν ἱερῶν ἐπεμελοῦντο, συνεδρεύοντες ἐν τῷ βασιλείῳ, τῷ παρὰ τὸ Βουκολεῖον. Tribuum reges, qui e patritiis erant, potiſſimum ſacra accurabant, conſidentes in curia regia, quæ eſt juxta Bucoleum.* De Lyceo Polemarchi, eſt & in Heſychii *Gloſſis*. *Ἐπιλύκιον, ἀρχεῖον τῶν πολεμάρχων Ἀθήνησιν, Epilycium, eſt*

A *Athenis polemarchorum archivum.* Verum errat, mendo inductus; cum Ἐπιλύκιον, *Epilycium*, pro ἐπὶ Λύκειον, *ad Lyceum*, apud Auctorem aliquem ſcriptum a librario oſcitante inveniſſet. Habes, ecce, tribunalia univerſim decem & novem; e quibus priora decem deſtinata gravioribus judiciis, ea fuerint, quæ diſtincta literis ſuis memoravimus. De Ardetto, lapſum exiſtimo Pollucem; neque enim, qui jus ibi dictum tradat, præter eum invenitur: ac conſtanter alii dicunt, tantum iſthic jusjurandum a judicibus datum eſſe. De Batrachio, ac Puniceo, Odeoque, & Theſeo, hoc tenendum, res minores illic agitari ſolitas, ideoque
B ignobiliora habita. Certe qui Batrachii quoque mentionem ullam faciat, aut Punicei, ſi Pauſaniam excipias, non eſt facile invenire. Quæ ſuperſunt quatuor Novem-virorum, ea poſtea ſublata a Solone, qui deinde in unum locum ad jus dicendum convenire eos juſſit. Suidas, *in* Ἄρχων, ubi de illis verba facit. *Καὶ πρὸ μὲν τῶν Σόλωνος νόμων, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἅμα δικάζειν. ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς, καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ Βουκολείῳ;* & quæ ſequuntur, paullo ante jam citata. *Et quidem, ante Solonis leges, non licebat ipſis una jus dicere; ſedebatque rex, ad Bucoleum quod vocatum*, &c. Hoc
C ipſum eſt, quod a Diogene Laertio traditur, in *Solone*, lib. I. *Καὶ πρῶτος τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἐποίησε, εἰς τὸ συνειπεῖν. Ac Novem-viros primus convenire fecit, ut ſententiam ſimul ferrent.* Atque hæc ſunt, quæ *de Areopago* mihi, & judiciis item aliis, quibus uſi Athenienſes, obſervata. Ea tibi ſi accepta, ut futura eſſe ſpero, benigne Lector, bene habet; jamque operæ pretium tuli.

F I N I S.



MARQUARDI FREHERI

CONSILIARII ARCHI-PALATINI

DECISIONUM AREOPAGITICARUM SYLVULA.

IN QUEIS CONTROVERSIARUM APUD VETERES PRO INEXPLICABILIBUS HABITARUM RESOLUTIONES NOVA RATIONE TENTANTUR.

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO
DN. JOHANNI-CHRISTOPHORO
A GRUN IN WEYERSBERG,
SERENISS. ELECTORIS FRIDERICI V. COMITIS PALATINI AD RHENUM ET BAVARIÆ DUCIS CANCELLARIO DIGNISS. MERITISSIMOQUE.

DUDUM *ea me cura movit, qui tot alios aut de me meritos aut non indignos literariis muneribus honestavi, qua ratione a Te me absolvam, qui isto culmine dignitatis positus certatim omnium studiis & officiis ambiris, me vero eximii favoris multiplicibus argumentis jamdiu obstrictum nexumque tenes, & indies magis magisque devincire non desinis. Neque vero circumspicio aut apparo, quod aut dignum oculis tuis, aut par sustinendo gravissimo judicio suppeditet tenuitas nostra (cujus tantæ fiduciæ causas procul habeo, & quod credant etiam iniqui & invidi,*

sum memor ipse mei, atque satis mea frivola novi)

nedum quod beneficiis meritisque tuis ulla parte respondeat: quam tu facultatem mihi ipse ademisti: sed quod saltem testando animo esset grato memorique & tui observantissimo: quod quidem in facultatum inopia fieri quovis modo & potest, & apud Æquum judicem sufficit. Quæ cum tua propria sit virtus, ut a naturæ bonitate insita, ita muneri tuo unice conveniens (ÆQUITATEM *dico) quid si ipsum quod de ea ante aliquot annos pertractatum perire indignum judicavi, inter litteraria mea fortuito repertum, & flagitantibus Typographis concessum, ad Te afferam, non sine accessione tamen Decisionum quarundam? Quod genus cum Te præ aliis scribendi tractandique Juris exercitiis utile æstimare non ignorem, libuit gratuitam operam amicorum ergo in veteribus quæstionibus enucleandis collocatam Tui judicii facere. Judicia aliorum neque capto, neque moror. Diversa esse solere ut scio, ita istos minime omnium aberraturos, qui quod facio, fretum me & modo non abusum insigni illa & nota omnibus humanitate Tua comitateque fecisse dicent: quam inter multas magnasque virtutes, quibus extra ambiguitatem honori tuo decus ipse concilias, omnes boni suspicere & amare, ego etiam implorare & usui meo applicare soleo.*

Neque vero aditum mihi deinceps ad meliora & plura afferenda præclusum putabo, cum in plures Juris utriusque (tam Romani quam Germani) locos, etiam isto sublimiores, quædam minime pervulgata habeam. Quæ sive in ætatem pigriorem reservem, seu plane desperem, & ingentes operum (ut ille ait) minas derelinquam, certe, dum quæ magis & ævi & gentis nostræ usura absolvi puto, DEO *bene favente extrudam:* De Imperio Romano *dico*, utriusque linguæ Teutonicæ Commentarios, Juris Græco-Romani Corpus, Canonici historiam, in Carolinum Chrysobulon, veteres populorum Teutonicorum leges, *item* in Jus Feudale Saxonicum annotationes, *denique* Palatinorum Principum nostrorum Elogia: *ne alia etiam minutiora dicam: quæ omnia* DEI *beneficio propemodum affecta sub manibus & incude mihi versantur, si vitam* DEUS *suppeditet, propediem ruptis claustris in apricum proditura. Tu Perficæ munus illis præstabis, si apud benignissimum Principem, cui me totum ut ultro volens devovi, sic bona fide impendam, aliquid ocii absolvendis impetraveris, quæ absoluta placitura forte & profutura confido; & qui partem sobolis meæ de lustricis aquis lubens suscepisti, hisce etiam ingenii seu fœtibus seu abortubus obstetricari dignere. Quod quia nec rogari operosius (scio) sustines, in publica commoda peccare desino, & Te Principi,* ILLUMQUE *Reipubl. diu salvum & incolumem opto.*

MARQ. FREHERUS.

INDEX CAPITUM.

CAP. I.

Protagoræ & Euathli Controversia apud Agellium, exposita & discussa.

NON injucunda est Agellii *lib.* v. *c.* x. & Apuleii iv. *Florid.* narratiuncula de Protagora Abderite Sophista acerrimo, qui quidem (teste Laertio & Philostrato) τὸ μισθὸν διαλέγεσθαι πρῶτος εὗρε; Euathlum adolescentem nummatum & magna ad forensem eloquentiam animi propensione, in disciplinam suscepisse, pacta mercede grandi, (Quintilianus *lib.* III. *cap.* I. decem millia denariorum exprimit) cujus dimidium statim is prænumerasset, reliquum daturus quo primo die caussam apud judices orasset & obtinuisset. Eundem vero cum multo tempore impenso, magnoque satis in facundia progressu facto, caussis nullis se agendis accingeret, ut eludere sic mercedis reliquæ solutionem velle videretur, atque etiam conaretur, unum hoc caussatus, ἀλλ' ὐδέ πω νενίκηκα, tandem in jus vocasse, & ex pacto super didactro convenisse, usum bicorni argumento, in hæc verba comparato: *Disce adolescens, utroque modo fore, ut solvas quod peto, sive contra te pronunciatum fuerit, sive pro te. Illo enim merces mihi ex sententia debebitur, quia vicero: hoc vero, ex pacto, quia tu viceris.* Quod minus clare apud Laertium: Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἂν νικήσω, ὅτι ἐγὼ ἐνίκησα, λαβεῖν με δεῖ· ἐὰν δὲ σύ, ὅτι σύ. Quod formandæ actionis genus cum considero (libet enim in singulis controversiæ partibus animi nostri sensa exponere) a juris regulis & stylo fori nimis quam alienum, mirari satis juris conditorum prudentiam artisque ejus præstantiam non possum; juxta quam ut controversiæ hujus disceptatio decisioque facilis & expedita fuisset; ita argumentatio illa Magistri plane ridicula, & pedum supplosione excipienda. Quale est enim, quod cum ex pacto agere intendat, sententiam a pacto diversam sperat; pactum vero tum demum cum causa ceciderit, sibi profuturum confidit? *Si non sententiam obtinebo*, inquit, *vincam ex pacto*. Quid audio? victus vinces, & post sententiam novum jus ex ipsa sententia habebis, & invito non minus judice quam adversario obtinebis? *At tu qui sapiens es* (libet illi objectare cum Terentiano Demiphone) *magistratus adi, judicium de eadem causa iterum ut reddant tibi*. Qua denique fronte, sententia inferior, vis superare pacto? Unde igitur jam agis, nisi ex pacto, ex contractu? Hujus nisi jam nunc a cognitore in ferenda sententia ratio habeatur, quando & ubi postea haberi poterit? Nam ut pacta juri communi & consuetudini derogant, ita ipsis res judicata.

Quid ad hoc telum Euathlus? cui quidem ut reo favendum, & præsertim ex veteri lege τῷ πρωτοπείρῳ συγγνώμη parata foret; si non ipsa per se caussa parum favorabilis esset, & quod

Rara venit merces, quæ cognitione Tribuni
Non egeat,

ut Satyricus Juvenalis. *Sat.* VII. conqueritur. Non tamen caussatur hic noster, quod ingrati illi, profectus exiguitatem, *Quid enim scio?* Quod si fecisset, poterat ei replicari, ut periculum artis faceret, in harenam descenderet, aleam judicii experiretur: quæ est omnino unica ex arbitrio boni viri componendæ aut decidendæ litis istius ratio, eaque ab eruditis viris ad hunc ipsum locum tradita. Vid. Vigelius *in Dialect. Jur.* pag. 478. Sed insurgit feroculus in Magistrum, suisque sibi telis eum petit, atque adeo conficere se putat. Quæ qualia sint, videamus. *Poteram*, inquit, *huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam, si verba non ipse facerem, atque*

A *alio patrono uterer*. In quo statim exordio egregie fallitur, dum putat, aut effugere se promissi solutionem, donec ipsi causam apud judices orare libeat, posse; aut lite per Procuratorem suscepta minus se periclitari, quam si ipse causam suam agat. Sed ad rem adgreditur, & seriam actionem in aliud tempus rejiciens, solummodo proludens in hac velitatione, jactat Magistrum non in causa tantum, sed in argumento quoque illo suo vincere velle. Quod quidem hunc in modum retorquet. *Disce docendus adhuc, mi Doctor, utroque modo fieri, uti non solvam quod petis, sive judices pro me pronunciaverint, ex sententia nimirum, quia vicerim; sive*

B *ve contra me, ex pacto quippe, & quod hanc primam causam minime obtinuerim*. Dignissime illo Magistro, vel potius (ut Apulejus vult) veteratore discipule, satis probas quo e ludo prodieris: probe didicisti bicorne istud argumentum in auctorem suum reciprocare. Sed quid tibi vis? te si judex condemnet, pactum absolvet? quo foro? piget plura. Tantum nota mirabilem apud judices agendi rationem, qua uterque partium videatur malle causam perdere, quam obtinere: & tutius putare, pacto niti post sententiam adversam, quam jure ex sententia quæsito. Itaque cum uterque sibi belle ratiocinatus, & inexplicabilibus vinclis induisse adversarium videatur;

C quid aliud egerunt revera, quam quod alteri mulgenti hircum, alter cribrum supposuit, ut est in proverbio. Verissimum ut vel hinc liceat de illo hominum genere scholastico agnoscere judicium Plinii Secundi *lib.* II. *epist.* III. *Nihil eo aut simplicius, aut sincerius. Schola & auditorium, ut ficta causa, ita res inermis & innoxia est. Nos autem*, addit, *qui in foro verisque litibus terimur, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus*.

Et hoc fine stetit disputatio: nec quid aliud a Protagora legimus replicatum. Credo quod suis sibi armis confossus illud vetus ingemeret, οἰκείοις πτεροῖς ἁλισκόμενος. Qui si primoribus labris principia ve-

D ri juris degustasset, ad subtile commentum quod responderet, in promptu habuisset: Sententia quidem judicum, utut inter nos cadet alea, vires & effectum suum sortietur: pacto autem condemnatus te defendere frustra niteris, quasi causam hanc primam non obtinueris: neque enim in ineundo inter nos contractu de tali casu actum fuit aut cogitatum. Egone aut sperare debui, mihi tecum ingrato hanc rem futuram, aut tam stupidus stolidusve fuissem, ut si foret, etiam vincere te vellem? aut tu tam improbus, ut cum præceptore bene merito, omnium primo eloquentiam tuam te experturum meditareris? Periclitare utique quid

E sub me profeceris, sed cum alio: me saltem, qui legem dixi, exceptum habe, Nam ut a me inciperes, mens mea esse qui potuit? Hæc dicere suffragante juris regula *Dd. in L.* 18. *C. de solut.* poterat; si non ipse prius eam viam Euathlo præivisset, pactum ad hunc casum allegando, quod est ab eo remotissimum: non advertens, id si admittatur, posse eodem modo in se retorqueri.

Sed quid tandem Judices? Digni partibus judices, quibus tantum hoc ἀμφίδοξον negotii fecit, ut quod æquius melius esset, perspicere nequirent. Et hi quoque callido commento, dum *Non liquere* fa-

F teri pudet, sententiæ dictionem in diem longissimam distulerunt. Cur non sæculum totum, quod Areopagitæ in quæstione multo planiore aliquando fecerunt, apud eumdem Agellium *lib.* XII. *cap.* VII. *Veriti*, inquit Agellius, *ne sententia sua, utramcumque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet.* Quod quale sit, vix capio. Sententiæ judicum quomodo per appellationem, aut supplicationem, aut in integrum restitutionem rescindantur, scimus; quomodo se ipsæ rescindant, non item. Ista quidem si boni

viri arbitrio innixa Euathlum condemnaſſet (abſolvere enim triconem & fruſtratorem ingratumque qua juris ſpecie poterat?) nullum recidivæ, ut ſic dicam, pacti exceptioni locum reliquiſſet. Quomodo enim contra rem judicatam id, quod jam in quæſtione & diſceptatione fuit, refricare fas erit? poſtquam nec omiſſa peremptoria exceptio amplius auditur, neque nova ſed ſera fortuna reperta demum inſtrumenta, *L. Imperatores D. de re judic. L. 4. C. eod. L. 2. C. ſentent. reſc. non poſſe.* Adeo verum eſt quod vulgo dicitur, poſt rem judicatam nil amplius quæri, niſi an judicatum ſit. Et ut ipſi Rhetores paſſim inculcant, *judicia judiciis non reſcinduntur:* ἐὰν γὰρ ἀρξώμεθα πράγματα κακῶς ἢ καλῶς κεκριμένα μεταχαλεῖν, οὐδὲν τετελεσμένον ἔςαι, dixit Divus Hadrianus apud Doſitheum.

Sed nonne & ego tandem ineptus videri potero, qui hiſce immomor? Poſſem, ſi unam hanc litem ſecandam ſuſcepiſſem, cujus dijudicatio non tam forte e penetralibus juris, quam ſenſu communi & luce naturalis æquitatis ultro ſe ingerit. Nos inſuper glaucomam illam Areopagitarum oculis aſtergere ita voluimus, ſimul ut eadem opera ſimiles ſophiſmatum nebulas, quæ & Rhetorum pulpita, & juris Conſultorum noſtrorum auditoria aliquando exercuerunt, dilueremus, & omnino uno collyrio omnibus illis Sophiſtarum & Legulejorum lippitudinibus mederi doceremus.

CAP. II.

Quæſtio τῶν ἀπόρων ab Africano propoſita, levi negocio diſſoluta.

NEQUE enim ignota juris noſtri auctoribus (quippe qui a Stoicis imbuti) fuit τῶν ἀπόρων quæſtio, qui tractatus apud Dialecticos τοῦ ψευδομένου dicitur, *ubi quicquid conſtituerimus verum eſſe, falſum reperietur*, ait Africanus in quadam quæſtione *ad L. 88. D. ad Leg. Falcid.* quam quia ſub manum ultro venit, quid vetat obiter velutique in tranſitu a nobis explicari?

Qui quadringentos poſſidebat, trecentos inter amicos legando diſtribuit: deinde fundum dignum centum aureis (agnoſcis voculam a Triboniani manu) Titio legavit ſub hac conditione, *Si legi Falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet.* Quo loco quis credat aliud teſtatori in animo & præ oculis fuiſſe, quam quod aut juris ignarus neſciret, quo uſque legando progredi liceret, ne Falcidiæ locus daretur; aut ſummam fortunarum ſuarum non ita liquido ſubduxiſſet, ut inter teſtandum de hac re, an non in Falcidiam impingeret, plane certus eſſet. Id quod multis evenire ſolet, qui aut ſub incerta fortunæ alea poſitas res habent, ut negotiatores, nautæ, fœneratores, aut etiam (ut Juſtinianus *Inſt. quib. ex cauſ. manumit. §. 4.* ait) amplius de facultatibus ſuis ſperant, quam in eis eſt.

Quæritur igitur, quid juris? Ubi ſane proclive eſt reſpondere, quod Africano ſtatim occurrit; ſi legatum Titii valere quis velit, Legi Falcidiæ locus erit; quæ id ipſum abſumet: atque ita deficiente conditione legati, ipſum non debebitur. Et quis ſane ſenſu communi præditus aliter judicaverit? ex voluntate teſtatoris (quæ utramque paginam facere ſolet) ita clara, ut nemo non agnoſcat, noluiſſe eum, cui ad Titii demum mentionem Legis Falcidiæ in mentem veniebat, ob Titii legatum vel cætera minui, vel etiam heredi ſuum quadrantem intercipi. Atque utinam in hoc adquieſſet Africanus, quando dignam relatu quæſtionem putavit.

Jam vero ut τῶν ἀπόρων nobis quæſtionem fabrefaciat, in alteram partem argumentum texit, e ſubtilitate (ſi Diis placet) Stoica concinnatum, vere aranearum operis tenuius atque futilius. Rurſus, inquit, ſi defecta conditione legatum Titii non valebit, Falcidiæ non erit locus. Si Flacidiæ non eſt locus, conditio Teſtatoris evenit. Si evenit, legatum Titio debebitur. Dii boni, quid video? argutationem Stoico nomine dignam, an nebulam pictam in pariete? Quid ais? *Falcidiæ non erit locus.* Credo equidem: non magis quam Aquilæ aut Corneliæ. Nimirum in re nulla Lex nihil operabitur. Si legatum ipſum ſublatum ſit, non habebit Lex illa quod abradat amplius aut defalcet. At non hoc teſtator voluit, cum diceret, *Si Falcidiæ locus non erit in meo teſtamento.* Stare teſtamentum ſuum putavit, etiam in legato Titii: & ſi ſtaret, Titio conſultum volebat, non ſi jam expugnatum eſſet. Quo loco ſingulare tuum acumen, & capitale illud ingenium, Africane, non poſſum non requirere: qui Dialecticorum ſcilicet tendiculas hic oſtenderis, dignumque vindice nodum propoſueris, & non leviſſimam amphibolian prima ſtatim fronte deprehenderis, & riſeris. Evenit conditio, ſi per facultates defuncti liceat omnibus legatis ſatisfacere, & rationem inſuper heredis habere, quæ neceſſario ex jure publico habenda; ſi nihil defalcare opus ſit, denique ſi legatis omnibus hereditas ſufficiat. Non ſi uno alterove legato per ipſam Falcidiam reſciſſo, illa demum excludatur. Quomodo enim tum locum huic denegabimus, cum maxime admiſſa eſt, & jam officium ſuum fecit? quandoquidem quod non debetur legatum, id ipſum per hanc effectum eſt. Denique Falcidiæ non eſt locus, quia jam fuit, neque plus quam ſemel eſſe poteſt aut debet. Itane in hac ἀπορίᾳ laborabas, & æſtuabas, Africane? itane aqua tibi hærebat, ut veluti in ancipiti bivio tandem Herma viſo decerneres. *Magis eſt ut ſtatuere debeamus, conditionem defeciſſe.* Quid facias?

Quandoque bonus dormitat & Apher.

CAP. III.

Pſeudomeni exempla apud varios Auctores una opera extricata.

PSEUDOMENO igitur (cujus etiam apud Tullium, Senecam, Quintilianum, & Auguſtinum, aliosque mentio) pariter ut cæteris cavillationibus nomen factum ab eo exemplo, a quo vel fortuito nata fuit aliquando illa captionis obſervatio, vel quod initio dum excogitatæ fuerunt, in aſſumptionem venit: ut in Cornuto, Εγκεκαλυμμένῃ, Utide, Crocodilite videmus. Ita de iſto quæſtio ſuborta, an credendum ſit ei, quid diceret, *Se mentiri*, quod in utramvis partem anceps & periculoſa fidei alea videretur. Ut ſi Creta oriundus popularibus ſuis impingeret illud tritum: Κρῆτες ἀεὶ ψεῦςαι, magis eos propemodum labe illa liberaret, ipſe falſimoniæ ſuſpecta gente profatus. Sed quis non videt (neque enim diutius mihi tempero) Cretenſem, dum propriam nationem infamat, ſe ſaltem exceptum cupere, ſibique de aliis judicanti fidem conſtare velle? non minus quam Bias Prienæus, cum *Plures malos*, πλεῖςυς κακὺς dicebat, ſe certe non involvebat:

Sed nemo quiſquam tam malus judex fuit,
Qui non bonorum partibus ſe copulet.
Sive ille vere bonus eſt, ſeu dici ſtudet,
Jam fugit illum nomen inviſum Mali.

ut Auſonius *in VII. Sapient.* Neque aliter accipiendum eſt,

Quicquid nil ſtatuens verum Academia duplex
Perſonat,

ut Sidonius ait. Et Arceſilas adverſarius Stoicorum, ignorantiæ Magiſter, cum affirmaret, *Nihil ſciri poſſe* (quod contra eum retorqueri ſolebat,

Denique nil sciri si quis putat, id quoque nescit,
An sciri possit, cum se nil scire fatetur,

ut Lucretius *lib.* IV.) Se saltem scire, & hoc ipsum scire, tacitus subintelligebat. *Nam sibi profecto non adimit scientiam, qui aliquid affirmat, ut cæteris adimat*, ut deprehendit Lactantius. Apertius Socrates, qui palam de se profiteri solebat, *Se unum hoc scire, quod nihil ipse sciat*. In quod aliquando ita lusimus:

Eiron scire nihil professus, hoc, Se
Nil scire, scibat unicum.
Nunc suaves scioli universa callent,
Nil scire se, unum nescii.

Et tale est, quod idem Lactantius *lib.* III. *cap.* VI. meminit, in scholis proponi solitum Asystati generis exemplum: somniasse quendam, *Ne somniis crederet*. Nam quicunque illi Deus hoc immiserat, huic saltem eatenus credi voluit. Et si proponatur, An parendum sit rescripto Principis carenti subscriptione, quo vetatur *parere rescriptis sine subscriptione*; etsi possit eodem modo serra dubitationis reciprocari, manifesta tamen est voluntas Principis, ut deinceps demum talibus rescriptis non pareatur, huic pareatur qualicunque: nec ab hoc incipiatur, sed a sequentibus. Atque ita (ut tandem concludamus) Pseudomenos ille hoc saltem ingenue fatetur, & bona fide credi sibi vult, se veritatis hac vice compendium facere: omnino eadem forma, qua Lucianus in *Veris Narrationibus* de se præfatur, τοῦτο ἀληθεύων λέγω ὅτι ψεύδομαι. Adeo perpetuum est, proferentem nolle verba retorqueri in seipsum: non Protagoram, non Cretensem, non Arcesilam, non alium quemvis. Et quod nostri juris Auctores eleganter observarunt: *In generali sermone semper excipi personam loquentis. Dd. in L.* XVIII. *C. de solutionibus*.

CAP. IV.

Ἀνδραγαθέντων controversia apud Agellium ex jure definita.

QUAM extricavimus controversiam ex eo genere fuit, quod Rhetores scholici Ἀντιστρέφοντα vel *Reciproca* vocant. De quo genere proponit idem Agellius *lib.* IX. *cap.* XVI. & aliam, ex Plinio Secundo: quam itidem facile fuerit dissolvere, si hoc solum intelligamus, Legem illam præmii optionem fortibus facientem, neque optionem rei naturæ improbæ continere debere (ut ipsi Rhetores Quintil. *Declam.* CCCVI. Calpurn. XXII. limitant) & contradictionem justam admittere: neque esse in ipsos fortes (quippe Legis hujus imperatores) & prius meritos convertendam. Atque ideo ut dicis ergo concedamus, primo forti uxorem alienam in præmium cessisse, non tamen valere posterioris argumentationem: *Si placet Lex, redde, quia fortiter feci: si non placet, nec eam admittis, redde, quia meam nullo jure habes*. Omnino jus Connubii in hocce judicio non inspiciendum est, sed Lex sola: quæ quod semel tribuit, pleno & perpetuo jure tribuisse censenda est; & inter duos fortes eum præferre, qui prior ἀνδραγάθημα suum patravit. Quo pertinet & juris regula, *Privilegiatum contra privilegiatum non uti privilegio*. Sed parco in ista Comica lite me diffundere; & patriæ vindices istos, cum piratis catenatis in littore stantibus (quod Petronius ait) & tyrannicidis, Rhetorum pulpitis relinquo: & ad aliud hujus perplexitatis exemplum, magis foro conveniens, & ad recuperatorum cognitionem pertinens, me converto.

CAP. V.

Elegans Antistrephusæ exemplum ex æquo & bono decisum.

CURIUS Fortunatianus Consultus Antistrephusan definit, *cum actionem suam convertunt litigantes, & neuter utitur sua priore sententia, sed adversarii sui*. Exemplum ponit tale. Repetebat Titius ab amico suo Sejo pecuniam cum usuris, quasi mutuam. Sejus offerebat sine usuris, tanquam depositam. Inter moras judicii Lex lata est de Novis Tabulis: ut jam Titius non de interusurio laboret, sed de ipsa sorte periclitetur. Repetit igitur pecuniam tanquam depositam: retinet Sejus quasi creditam. Elegans exemplum, & vere dignus vindice nodus, neque facile etiam ingenioso & docto solvendus, sine Legum & juris ope. *Non enim video*, fatetur ipse Augustinus *Princip. Rhetor.* cap. VIII. *quid sit hic quod in ferenda sententia judici liquere possit: cum petitor idem interdum credidisse, interdum deposuisse se dicat; & ille alter interdum depositam accepisse, interdum creditam: & neuter sua priore, sed uterque alter alterius præterita sententia utatur*. Sed videndum (quod ille non intellexit) an variatione tali, velutique mutata velificatione, vento adverso uti unus ambove possint. Nam & editam intentatamque de mutuo actionem Titius probare habet; mutare post litem contestatam (judicium enim susceptum Curius innuit, *pendens* dicit Augustinus) nequit: & Seii confessionem atque oblationem non acceptaverat, dum usuris inhiat. Et rursus sortem non negabat Sejus: idque ex contractu bonæ fidei, cui omnium minime convenit, & depositum & semel confessum denuo inficiari. Quid quod & casus incidere potest, ubi ambiguum fiat, mutuum an depositum sit: qualis est ab Ulpiano notatus *L.* 4. *L.* 18 *§.* 1. *De reb. cred.* Quo sane casu permittere libelli mutationem videtur ipsa æquitas, quæ hac in parte plurimum potest, ut est ab Impp. rescriptum *L. edita. C. de edendo*. Adde quod Lex de Novis Tabulis forte debitum jam in judicium deductum, velutique novatum, expungere non debet, *arg. L. non potest. D. de judiciis*. Denique cum hic confitentem in sorte reum, & solvere paratum habeamus; non debet ei Novarum Tabularum beneficium prodesse: quod non nisi ex publicæ necessitatis causa ad sublevandos pauperes, qui per se solvere non possent, comparatum est, unde *necessarium in civitate remedium* dicitur Quintiliano patri, *Declam.* CCCXXXVI. Quibus perpensis æquius & melius fore censeo, Sejum in sortem condemnari, expensis (ut hoc saltem τῶν ἀντιστρεφόντων perplexitati condonemus) non abs re compensatis.

CAP. VI.

Areopagitarum in centesimum annum dilata consultatio, tandem post tot sæcula determinatur.

QUÆSTIONEM veneficii parricidiique tandem ex facto habemus actam in consilio Cn. Dolabellæ, & quia assessoribus non liquebat, ab eo Athenas Atticas ad Areopagitas remissam. Vid. Valer. Max. *lib.* VIII. *cap.* I. Agell. *lib.* XII. *cap.* VII. In qua quomodo juris peritiam, quam debebant, Assessores comitesque illi præstiterint, nescio: hoc scio, Areopagitas justitiæ palam illusisse videri, qui dum mediam inter absolvendum & damnandum viam quærunt, ne aut dimitterent veneficam, aut ultrix necessitudinum puniretur (ait Ammianus *lib.* XXIX. *cap.* II.) novo comperendinationis ge-

nere ream cum accusatore centesimo anno adesse jusserunt. Quod quid est aliud, quam judicis a se officium abdicare, Æaco & Rhadamantho transcribere?

Cæterum ipse casus non multum diversus est ab illo vulgato Orestis, de quo ita Author *ad Herennium* lib. I. *Quum usus fuerit Orestes ratione hoc pacto: jure occidi matrem, illa enim patrem meum occiderat: utetur accusator firmamento, hoc modo: Sed non abs te tamen occidi, neque indemnatam pœnas dare oportuit.* Et mox κρινόμενον format hoc modo: *Cum dicat Orestes, se patris ulciscendi causa matrem occidisse, rectumne fuerit, a filio sine judicio Clytemnestram occidi?* Neque etiam ab illo Horatii, elegantissime pertractato a Tullio *de Invent.* lib. II. qui occisis tribus Curiatiis, & duobus amissis fratribus, domum se victor recepit: ubi animadvertens sororem suam de fratrum morte non laborantem, sponsi autem Curiatii nomen appellantem identidem cum gemitu & lamentatione, indigne passus virginem occidit. E quo casu hanc judicationem format: *Cum Horatia fratrum mortem negligeret, hostium lugeret, de fratris & Populi Rom. victoria non gauderet, oportueritne eam a fratre indemnatam necari?*

Nos ut scelerum vindictam Magistratui competentem, a privatis utut offensis, minime præripiendam & usurpandam, neque qualemcunque reum inauditum & indemnatum ab ipso Magistratu neci dari debere (ex XII. Tabb. Salvian. *pag.* 310. ubi Rittershus.) scimus; ita gravem & justum animi motum, affectum desideriumque extinctæ sobolis, sexus imbecillitatem, aliquam mitigandæ Legum severitatis causam præbere, didicimus; & pro culleo cum serpente nigrisque bubus, alterius extra ordinem pœnæ genus, fustium, exilii, Gyarorum, substitui posse usu comperimus. Quod moderamen, eleganti translatione a transactione rei dubiæ & controversæ *Decidere* vocat Callistratus *L.* 2. *D. de termino moto.*

CAP. VII.

Diversis judicum sententiis dictis, quæ ratio ineunda.

SED quid si tali similive casu Areopagitæ Judices diversas dixissent sententias, quidam capitis, alii exilii, alii mulctæ, easque numero pares; quænam harum obtinuisset? Res expedita. Quemadmodum si de re pecuniaria apud Recuperatores agatur, & hi diversas summas dicant, itur in minimam, quippe in quam omnes consenserunt, *L. diem. §. si plures. D. de recept. arbitr.* Ita si apud Triumviros de crimine sit quæstio, paribus sententiis reus absolvitur, vel minimum condemnatur, *L.* 20. *&* 30. *D. de re judic.* Hæc est vetus illa Lex *ἰσοψηφίας* decantata apud Rhetores & Scholiasticos, *Ὅταν ἴσαι γένωνται ψῆφοι, ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος. Lex jubet eos absolvi, qui pares sententias tulerint*, inquit Quintilianus *Decla.* CCLIV. Seneca *contr.* II. *lib.* III. Sed hoc non solum humanitate (ut ibi dicit) publica, & miseratione reorum, verum ipso & mero jure: quandoquidem dici non potest accusator reum in jure sententiis superasse: quam rationem reddit Philosophus *Proble.* sect. XXIX. cap. XV. *Ὅτι ὁ φεύγων ὑπὸ τοῦ διώκοντος οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἐν τοῖς ἴσοις αὐτῷ ἤδη ἔμελλε νικᾶν.* Dixi, *dixissent sententias*: quod accipiendum est, si & retinuissent, nec unus in aliorum sententiam concessisset, quod contigit in casu a Plinio Secundo relato *lib.* VIII. *epistol.* XIV. Addo etiam, nisi superior Judex unam ex sententiis suo calculo approbasset & confirmasset *d. L.* XXVIII. *De re judic.*

Sed quid si ex septem judicibus tres capitis, duo exilii, duo mulctæ vel infamiæ sententiam dedissent? quam quæstionem ceu inexplicabilem idem Agellius proponit *lib.* I. *c.* XV. Vincetne una durior illa capitalis, an cedet duabus mitioribus? quæ utut inter se dissideant, in hoc certe conveniunt, quod vitam non adimunt, facilius inter se quam cum illa coituræ: & ut singulæ inter se diversæ, ita utraque illi contraria. Una enim minuit existimationem rei, altera consumit, ut nostri loquuntur, *L.* 5. *§. existimatio. D. de extraordin. cognition.* At illa totum hominem consumit, ut loquitur *L.* 6. *§. irritum. De injusto rupto irrito testam. L.* 3. *D. de pœnis. Paul. V. sent. Tit.* 17. *L. ult. C. ad Leg. Fab.* Denique hæc summa differentia pœnarum est, quod aut capitales, aut non capitales. Heic vero certum est, plures capitalem abhorrere quam approbare. Et sane si ego judex sedeam, & motum animi mei sequi jubear,

——— ego mitis & osor
Sanguinis humani, condonem crimina nummis,

ut ait Ausonius, vel saltem mediam viam ineam, & in breves Gyaros hominem mittam. Sed vicissim negari non potest, tristem sententiam numero vincere: cæteras duas ut non cum illa, ita nec inter se consentire: & parvulum refert (ut eleganter *ibidem* Plinius loquitur) *an idem displiceat, quibus nec idem placuit.* Neque alia res est, quam si in campo Martio, tres Titio Candidato, duo Mævio, duo item Sempronio honorem tribuant: quo casu quis præferatur, ambigi nequit. Et extat pro hac sententia gravissima & acutissima Quintiliani patris *Declamatio* CCCLXV. quamque miror non laudatam Doctori meo, *Observat.* XII. *cap.* XVI. ubi hanc quæstionem eleganter tractat, & concludit; Diversarum sententiarum non esse coitionem adversus eam, in qua sunt plures idem sentientes. Cui vel invito animo subscribere me jus cogit, & cum Prudentio dicere:

Servemus leges patrias: infirma minoris
Vox cedat numeri, parvaque in parte silescat.

CAP. VIII.

Aporiæ exemplum indicatum, & textu emendato leviter transmissum. Karoli Magni argutum factum.

ADDO mantissæ vicem, aliud in causa capitis ἀπόρων exemplum, magis ut emendem scripturam, quam quod tanti sit ipsum. *Tres similiter agebant* (ait idem Curius Fortunatianus, ubi omnino legendum, *simul iter agebant*) *duo soli reversi sunt. Accusant se invicem cædis. Hic judex non invenit quid sequatur, cum uterque ab altero dicat occisum, & nihil utrinque ad probationem afferri possit, deficiente circumstantia*, id est, hominum præsentia, qui adstiterint circumfusi, & testimonium rei actæ prohibere possint.

Non alienum ab hoc loco est, quod de Karolo M. a Doctoribus nostris refertur, quod apponam fide atque adeo verbis Andreæ de Isernia *in c.* I. *§. publici latrones. De pace tenenda*: *Divæ memoriæ rex Karolus Magnus, cum simul pater & filius arguerentur de homicidio, probato quod alter eorum percusserat, de quo ictu mortuus erat, nec constaret quis percussisset, quantumcumque torqueretur, finxit & mandavit ambos suspendi. Qui credentes in pede furcarum mori, pater dixit, amodo non est remedium, quia non possumus amplius evadere. pro certo quod ipse percusserat confessus est, & sic ipse tantum suspensus est, filio liberato. Hic fuit bonus dolus boni Regis. D. de dolo. L.* I. *§.* I. *Et fuit sicut Regis Salomonis in mulieribus certantibus de puero, quarum quælibet dicebat se matrem: jussit dividi infantem vivum*, III. *Regum.* 3. *Ex. de præsumt. cap. afferte.* Hæc ille: quæ alicubi &

apud Paridem de Puteo, & Hippolytum Marsilium leguntur.

Enimvero quid tali casu factu opus, rei capitalis cognitoribus non est ignotum: & ipse, licet parum in hoc genere exercitatus, oblato isto viatorum pari, cædis auctorem verum non ægre me deprehensurum confidam, viam præsertim monstrante Paulo *L. 10. §. pen. & L. 18. in princ. D. de quæst. Unius facinoris plures rei ita audiendi sunt, ut ab eo primum incipiatur, qui timidior est, vel teneræ ætatis videtur:* & quæ alia Arcadius Charisius suggerit.

CAP. IX.

De lite inter Sosiclem & Chariclem fratres ab Africano decisa. Ubi de Juris Civilis condicione a spinosis argutiis & fictionibus per Naturalem Æquitatem *vindicanda.*

NOBILISSIMO & AMPLISSIMO VIRO, HADRIANO BORCKIO a REGENVVALDE, Cæsarei Judicii Spiræ assessori,

MARQUARDUS FREHERUS
S. P. D.

Si vacat, & integrum tibi est, Vir nobilissime, quæstionem ex facto ortam ad te deferre cupiam: quam tu in ejusmodi nodis secandis, causisque vice sacra dijudicandis sub amplissimo isto munere cotidie occupatus, cum verbulo uno decideris; tuo equidem judicio (quod est mihi *ὥσπερ τῆς Θέμιστος ψῆφος*) statuarum me quavis mulcta obstringam.

Sosicles a Charicle, cum in patris Menæchmi uterque potestate esset, xx. drachmas mutuatus, patre demum defuncto & hereditate divisa ei solvit. Postea repetere parat. Qua fronte, dices, si solvit quod debuit, repetet, quod si non solvisset, solvere adhuc teneretur? Nosti (opinor) hunc Athenis Atticis morem fuisse, ut domini servis, filiis patres de suis facultatibus aliquid decerptum sub manibus darent, quocum illi negociari & commercia exercere discerent, & libere illud ipsum suoque ingenio & arbitrio tractarent: Ita tamen, ut quamdiu superesset illud, & in dominio vivi mortuique patris hereditate censeretur, & ejus emolumenta industria filiorum accedentia ad eundem referrentur; periculum autem male utentium non ultra, quam ipsius peculii fini & quantitate, patrem tangeret. Itaque sive ex eo aliis crederent, obligabant eos non sibi sed patribus, illisque actionem quærebant: sive ipsi ab aliis acciperent, obligabant patres magis quam se, in vires nimirum peculii, non ultra. Si cum patre ipso contraherent, adquirerent & illud, & sibi ipsi patrem debitorem creditoremve facerent: si natura admitteret. Quod si cum fratre altero in eisdem sacris constituto; eadem nascebatur perplexitas. Cum enim omnes una quodammodo persona reputentur, quotquot eo vinculo inter se tenentur, ceu unius capitis, patrisfamilias, plura membra unum corpus efficiunt; nec agere invicem, nec debere sibi possunt. Eo tamen vinculo dissoluto, fieri non potuit (ut facta reddi infecta non possunt) quin ex ipso facto natæ obligationis, naturalis magis (ut sic dicam) quam legitimæ, vestigia quædam superessent.

Hinc ergo color ille, quo Sosicles solutum retrahere tentat. Dicit enim fratri: Quandoquidem tu de peculio quidem nomine tenus tuo, sed revera paterno ære & pecunia mihi credidisti; idem est ac si pater ipse mihi credidisset. Quod si ita factum fuisset, quid patriæ nostræ moribus fuisset statuendum, non est obscurum. Nam aut obligatione A nulla ei fuissem obstrictus; aut si fuissem, tamen hereditatis aditione ea ipsa confusa & absorpta expirasset, ut non fuisset cur solverem. Quod cum errore fecerim, tuum est errorem corrigere, & quod injuria tenes, jure reddere. Plus dico, si & obligatus patri fuissem, solvendique causam habuissem, atque adeo solvissem: tamen ea ipsa pecunia ad me redire debuisset, ut heredem patris. Neque enim negabis, opinor, tam me heredem esse communis parentis, quam sis ipse. Et hactenus certe, quamdiu huic solum aures præbemus, nec iniqua ejus postulatio videtur, nec obscura ratione niti. Repetit enim ut indebitum solutum; aut si debitum B solutum, quod tamen ad ipsum redire alio jure debuisset.

At nec Charicli ingenium deest, quo perspiciat hanc fratris sui tricationem non per omnia claram & expeditam, sed quiddam tectum & involutum latere. Quod enim ille ait, Heredem se & ipsum esse, id non tantum concedit, sed & acceptat Charicles: Et cum coheredes ex æquo simus, & cætera æquis portionibus diviserimus, ait Charicles, qui fit igitur ut tu solus tibi hoc commodum hereditatis hac in parte vindices, ut non ego, sed pater tibi crediderit, obligatio tua hereditate confusa sit, solutum ad te hereditatis jure redire debuerit? Certe C enim si & ego heres sum, & lex hereditaria omnia inter nos in duas æquales portiones dividit, necesse est, quemadmodum una peculii mei pars in hereditate ad te pervenit, pro qua tibi ipse pater credidisse videtur, pro qua confusa est obligatio, pro qua solutum ad te rediisse debere contendis: ita altera apud me remaneat, pro qua ego tibi sim creditor, mihi sis maneasque obligatus, solutum ad te redire non debeat. Ut ergo de priore illa parte tua tibi concedam, de altera tamen hac mea, quam & debuisse te mihi negare non potes, & solvisse mihi antehac, vel aliter satisfecisse, ne allegas quidem, D jure mecum experiri non poteris. Nisi quidem novum tibi genus judicii reddi postulabis, quo non tam creditores ju e accepta tibi reddere, quam inviti donare compellantur.

Hic Sosicles exarmatus alia sibi tela adhibenda videt, & Quid si (ait) allegem, doceamque, pro altera etiam illa dimidia, quam tuam hereditatis jure vocas, ante tibi a me satisfactum, quam nuper in aspero id denuo numerarem? Nonne enim ego peculium, quod patre vivo ejus indulgentia habebam, mortuo in medium totum contulit? tuque ex eo mediam partem pari jure tulisti? Quemadmodum igitur tu ex communi lege successionis nostræ E nonnisi unam partem ejus obligationis, qua tibi & per te patri obstrictus fui, expirasse deprehendisti; alteram vero tibi salvam superesse & satisfactionem admittere: ita eam ipsam jam cum parte illa peculii mei, quam eodem jure percepisti, compensa: compensata & exæquata, bis acceptum restitue.

Nova allegatione perculsus Charicles, subito (& forte non inepte) ita ictum declinat, ut dicat, Nihil huc mentionem peculii pertinere. Nam quod tu (inquit) mihi hic peculium objicis? quod ego utique alias, etiamsi nihil tibi credidissem, tamen eram tecum æqua lance percepturus. Nisi forte nesciam, quod pueri sciunt, morte patris solutaque po- F testate, peculium desinere esse quod dicitur, & in massam hereditatis paternæ revolvi, indeque patrimonii jure liberis pro ratis partibus obvenire.

Ita est, refert Sosicles. Sed quæ injuria sit, cum tu de tuo me peculio tibi debitorem facere pro tua parte possis, me vicissim de meo peculio pro mea parte solvere & liberationem compensatione facere posse? At inquis, peculii illam mediam partem alias ad te fuisse perventuram. Imo vero nihil minus: nec illa ad te pars absque hoc perventura fuisset,

aut certe non tanta. Imo ſi rite & ordine rationem A ineamus, ne peculium quidem ullum meum eſſet aut diceretur, niſi deducto primum eo quod aut patri, aut (ſi hoc mavis) tibi, aut etiam alteri cuivis debuiſſem. Pone enim, quod a te mutuum ſumſi, ab extraneo ſumſiſſe; cumque ei debitor eſſem, paternam hereditatem interea nobis obveniſſe. Hic tu putas, peculii mei portionem te quidem immunem percepturum fuiſſe; mihi autem debiti ejus ſolutionem ſoli incumbere? Falleris longe, neque peculii naturam & conditionem noviſti, quod & acceſſionem per induſtriam utentium admittit, & rurſus deceſſionem culpa male utentium patitur. Et ut peculium ex eo augetur, quod pater, quod tu, quod extraneus in id mihi debet; B ita minuitur per id, quod ego ulli horum. Certe nomen ſuum non ultra tuetur, quam deducto ære alieno ſupereſt; non magis quam hereditas & patrimonium, non magis quam fructus dicuntur, niſi qui deductis expenſis ſuperſunt. Nec pater ipſe aliter peculium computat. Nam extraneo agente intra annum de peculio, quemadmodum ei proficeret quod pater mihi deberet; ita decederet, quod ego illi. Itaque ſive creditor extraneus ille poſt mortem patris me exegiſſet (qui tamen rectius omnes nos coheredes eadem qua ipſum patrem, actione de peculio convenire debuiſſet) egoque ſolviſſem; repetere id ipſum judicio familiæ herciſcundæ a vo- C bis coheredibus potuiſſem, tantum nimirum, quantum & ipſe creditor actione illa ſua in vires peculii conſequi a vobis potuiſſet: ſive nondum me exegiſſet, id tamen ego vererer; certe in hereditatis diviſione, rationem hujus debiti haberi oporteret, ita ut ad quantitatem ſummamque hujus debiti indemnis a coheredibus meis præſtarer. Id ergo ſi ita ſervaretur in extraneo, & boni conſulere deberent fratres qualemcunque illam patrimonii deceſſionem, & paternæ voluntati atque indulgentiæ id quidquid eſt adſcriberent non gravatim: cur non & in ſe idem valere patiatur frater? Niſi forte pu- D tas, extraneo cui civiliter eram obligatus, unam de peculio ſolutionem ſufficere; tibi autem fratri, cui naturaliter tantum, aliam inſuper deberi? Sed tamen utcunque obligatus ſim, ſolvam de eo de quo poſſum commodiſſime, imo de quo debeo, in quod contraxi, nimirum de peculio: denique de quo ipſe, ſi aliter res ferat, accipere omnium maxime velis. Pone enim, ut peculium jam inter nos commune fuit, ita e converſo, mihi a patre prælegatum fuiſſe. Hoc ergo cum mihi tradendum foret, non tu ita ſupinus (credo) fueris, ut non deductionem prius debiti tui ex eo faceres, & reliquum demum, ceu vere peculium, ferre me juberes. Nimirum quia & pater ipſe hoc faceret. Nam E ſive extraneo peculium ex meo contractu conventus dare deberet, deduceret illi prius quod ego ei debuiſſem: ſive etiam me emancipato peculium ſibi retineret, eo ipſo certe id quod ego debuiſſem, ſibi perſolveret, vel ulla deinceps eo nomine tibi heredi in me aut retentio aut petitio eſſet. Utere jure in me vel proprio, vel patris, vel extranei: & videbis tibi vel paterno exemplo, vel communi jure, vel tuo ipſius arbitratu ſatisfactum. Nam ut modo oſtendi, cum dandi & cedendi peculii tibi neceſſitas incumberet, noviſſes tibi debitum tuum prius deducendum. Id ergo quare in iſta noſtra diviſione, cum accipiendi tibi peculii occaſio eſſet, tam cate diſſimulaſti, & peculium quidem me conferente integrum accepiſti; mox debitum me po- F ſtea per errorem efferente, & ipſum accepiſti? Redde debitum ſolutum, quod antea in peculio acceperas: aut ſi non acceperas, redde peculium, quod pro peculio, cum non eſſet, a me accepiſti.

Habes controverſiam inter fratres, non in ipſa diviſione (ut fieri aſſolet) exortam, ſed poſtea natam, & tamen ex ipſa diviſione pendentem, cujus errorem poſtea retractant. In qua ut nihil præſcribam, ita facile conjicio, ſecundum quem ex illis litem ſis daturus. Neque ab Africano illo, hujus controverſiæ arbitro, diverſus (ut puto) abibis. Sed neque illud oculos tuos effugiet, quod Africanus ille capitali ingenio vigens, cernenſque acutius,

Quam aut aquila, aut ſerpens Epidaurius,

ſtatim deprehendit, Soiiclis poſtremam allegationem de peculio jam integre collato, utut evidentem juſtamque rationem habeat, tamen tectum quiddam & involutum adhuc ſubeſſe. Nam quod ait Soſicles, ſe patre mortuo ſuum, quod ab eo tenebat, peculium integrum in medium contuliſſe, indeque utrumque fratrem æquas partes tuliſſe; id vero ut maxime ita contigerit, tamen nimis indefinite dictum, & (ut verbo peritorum noſtrum utar) *in folle rationem* redditam videri. Quis enim ſcit, cum per Soſiclem XX. drachmæ a fratre acceptæ mortis paternæ tempore abeſſent, an tantundem is in peculio ſuo contulerit; vel forte plus abligurierit, aut aliter expenderit, aut etiam ſuppreſſerit? Et ſane conſequens eſt, ſi Soſicles tantum non contulerit in peculio, quo totam debiti ſummam expungat (ex quo ipſo frater ejus dimidium ferens, cum dimidio ſui debiti a confuſione integro compenſabit) ſive quod peculium prodegerit, ſive quod in collatione id ſuppreſſerit, ſive denique quod a patre prælegatum ei ſit; omnibus (inquam) his caſibus conſequens eſt, eum de reliquo fratri ſuo pro ejus parte hereditaria adhuc teneri; æquitate naturali ſuadente, debitum cuique reddi, nedum fratris per fratrem conditionem deteriorem non fieri. Et ſi tenebatur, ſaltem naturaliter; conſequens eſt eum non abs re ſolviſſe, & ſolutum ideo repetere ut indebitum minime poſſe.

Hic tu audiendi pertæſus nimirum increpabis, & dices; *Hicne ille dignus me vindice nodus?* Nam ego iſta profecto tam plana judico, ut etiamſi ab Africano nullo hunc in modum definita eſſent, mediocriter intelligenti ultro in mentem venire non aliter debuiſſent: & qui contra ſentit, nihil ſentire ſit judicandus. Jam vero cum Africani in hanc mentem reſponſum extet, Latinis non Punicis verbis ſcriptum; quid eſt quod ultra requiramus?

Atque ita eſt, vir amiciſſime, nec aliter mihi unquam viſum. Vide tamen, quod fatum ſit hujus ſtudii: ut quæſtionem non intricatiſſimam, reſponſum non obſcuriſſimum, noſtræ tempeſtatis ingenia commentariis ſuis mirifice involverint, velutique ſpinis & aculeis obſeverint, non dico cæci illi ſuperioris ævi interpretes, in quibus perparum ſani, ſed cultiſſimo hoc ſæculo exorti magni viri, artibus omnigenis inſtructi, lumina & columina civilis ſcientiæ, qui cum ſibi diverſas ſuper Africani ſententia ſententias totoque cardine diverſas, naturali hominum diſſentiendi facilitate fabrefecerunt, ſinguli ſuas & acerrimis ſcriptis, & per ſuppares aſſeclaſque ſuos maximo fervore propugnantes, civile propemodum genti ſuæ bellum invexiſſe videntur. Neque ego jam aut hoc mihi ſumam, nondum arbiter captus, velutique ſine populi ſuffragio ædilitatem geſturus, ut palmam ulli adjudicem; neque etiam aut merita circa litteras illorum comparabo, aut ſi quid eſt forte ab aliquo aut calore ſcriptionis, aut audacia corrigendi, aut nimia acuminis affectatione peccatum, tangam inclementius. Sed conceptam jamdudum hac de cauſa animi ægritudinem juſtamque indignationem talibus querelis non deflere difficile mihi fuerit: O miſeram juris civilis, quod tantopere colimus, conditionem!

quæ argutiis meris humanorum ingeniorum fundata, & opinionibus magis fictionibusque nescio quibus quam veritate innixa, sibi constare ipsa tandem vix poterit, neque se ab illo crimine tueri, quo nomine vulgo suspecta, simplicibus invisa, proceribus etiam contemta facta est; Nihil in ea prorsus esse certum. O miseram juventutem! quæ talibus spinis, utiliori & salubriore fruge spreta, ingenia misere conterit, & discere illa ærumnabili labore cogitur, de quibus inter ipsos magistros minime convenit, quæ neutram in partem eximio usui sint futura, quæ denique re penitus perpensa vix statuam, discenda an dediscenda potius judicentur?

Sed missa hæc facio, quæ nec corrigi posse video, & Fatis hoc quoque relinquo. Sed ad fraternam illam tricationem alio consilio te revoco: in qua, quatenus quidem propositum est, res satis in tranquillo videtur, nec incommodi quidquam apparet. At circumstantiis quibusdam mutatis, in quantas difficultates res conjiciatur, mecum quæso considera. Ponamus enim Chariclem, qui fratri crediderat, postea jure exheredatum, non plus de peculio fraterno quam hereditate paterna tulisse, quo pensari ei hoc debitum possit. Quid aget? quomodo repetet? Poni ejusmodi casus possunt complures, inevitabilem iniquitatis suspicionem trahentes; quos non est jam resequi nostri instituti. Ponamus saltem nostro casu, ut Africanus posuit, Sosiclem Charicli solvisse, ita nos eum non solvisse, neque etiam Chariclem de ejus peculio tantum accepisse, aut accipere potuisse, quod in eo etiamsi esset collatum, tantum non superfuisset. Quid fiet? Nam hoc quidem casu apud Africanum proposito, ubi Charicles numos manu oculata tenet, Græca fide cum fratre agit, & acceptum retinet. Qui si non accepisset, consuleretque Africanum, an petere adhuc posset, nihil comperendinans ille, & (ut Satyricus ait) *stans pede in uno*, respondere gestiret; Non posse. Esse enim obligationem tantum naturalem, quæ actionem non producat; retentione, deductione, compensatione, exceptione contenta.

Et hoc est illud ulcus, e multis unum, sed certe sonticum & tabificum, quod in Romanitate illa juris nostri jamdudum observasse videor, nec ullo emplastro ad saniem perduci & coalescere posse spero, sed ferro resecandum & cauterio penitus adacto exurendum, *ne pars sincera trahatur*, animadverto. De quo (& liberam vocem a Germano homine vel invitum hoc seculum ferat) agere paucis instituo. Est enim id quod dico, non in hoc tantum juris articulo, sed multis etiam aliis, mihi magnopere suspectum, & in quæstione *de Pactis*, id est vinculo humanæ societatis unico, plane non ferendum.

Et primo, cum fratrem hoc casu fratri ob datam mutuo pecuniam obligari, *naturalem æquitatem esse* non tantum concedant, sed etiam ita τεχνικῶς dicant & inscribant; quæ est per Deum immortalem illa juris scientia, quæ non ab illa optima duce Natura se informari patitur, sed studio quodam tam longe abit? Natura enim hominem optima docet (ait Tullius primo *de Legibus*) & nati sumus ad justitiam, si modo semina pectoribus nostris insita sponte sequamur. Hoc est illud jus & lux naturalis, quæ a quibusdam Philosophis pro Deo habita est, ut Zenone & Chrysippo, eodem Tullio auctore. Itaque Philosophi ad disciplinæ suæ fidem adstruendam non alio graviore argumento utuntur, quam quod se Naturam ducem sequi profitentur. Quod & Satyricus expressit:

Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia suadet.

Hinc & illa tralaticia: *Naturam nihil facere frustra*: *Sapientem sequi Naturam*: *Artem imitari naturam*. Veteres quoque ipsi Juris auctores non semel id de se profitentur, *Jus sequi naturam*; *Simplicitatem legibus amicam*; *Naturalia jura apud omnes peræque gentes observari*, cujus de fontibus suam ipsi disciplinam hauserint. Quæ quomodo hac in parte sibi constabunt, aut quo colore defendentur? Paulus in *Regulis* definit, Natura debere eum, quem jure gentium dare oporteat, cujusque fidem secuti simus. Alius, Natura deberi id quod natura æquum sit solvi: cujus obligatio solo vinculo æquitatis sustentetur: quod tamen per judicem peti non possit. Jam quid de illo judice dicam, apud quem æquitatis ratio tam parum ponderis habet? Si frater fratri natura debet, non dicam ex pacto (quamquam & hoc mox dicam) sed adeo ex re, ex mutuo, cur non etiam natura exigendus est? Quid enim tam naturale, quam debita reddi, quæ & prius acceperis, & reddere pactus sis? cum etiam de dono acceptis, de quibus nil postulatus es, nil promisisti, naturaliter tamen ad ἀντίδωρον te teneri iidem agnoscant. Quod ut ad actionem dandam non valere concedam (quæ enim fora ingratis sufficerent?) at in mutuo, quæ est usquam gens tam barbara, quæ reddi illud, & ad reddendum cogi debitorem non velit? Ipsi latrones, quibus unum studium alteri suum eripere, inter se accepta restituunt. Et inventa est jure civili ratio, qua deberet quidem aliquis, sed solvere impune detrectaret. Neque ego non intelligo, quæ fuerit juris illius constituendi ratio, ut filii in potestate constituti omnia sua patri adquirerent, ut omnes in eadem familia ex patre ceu capite penderent: & omnia illa non ad subtilitatem aliquam adinventa, sed ad fanciendam paternæ potestatis reverentiam, & ipsam gentium jure sacrosanctam, ita fuisse constituta. Sed tot fictiones inde deduci, totque ex illis consequentias necti, ut interim naturalis rerum æquitas pereat, id vero probare neque hactenus potui, neque judicium super eo meum dissimulare diutius possum. In quo si quis mecum sentire non potest, respondeat ille mihi, quare fratri creditori solutum sibi debitum accipere & retinere fas sit; imo etiam solutione nulla oblata, si compensandi aliquam occasionem habeat, ea uti fas sit; petere autem fas non sit? Et si natura vires suas invito etiam & vix permittente jure in tantum exerit, ut acceptum retinere possim; cur in eo deficiat, ut accipiendum petere & impetrare valeam? Cum fieri non possit, si jure petere non possum, quin acceptum injuria retineam: aut si jure id retineo (uti facio) quin jure etiam accipere debeam.

Sed de hoc fratres, ut poterunt, inter se transigant. In universum dicam, Hominem homini fidem servare, naturam velle: nec alium in usum linguam & aures homini dedisse. In eoque adeo omnes gentes consentiunt, ut ne hostem quidem, quem manu perimere fas est, lingua decipiendum velint: nedum ut quærant, an civi, municipi, vicino, propinquo fidem nostram secuto, promissa præstemus. Prætor quoque Romanus, æquitatis vindex, lex animata, pactorum æquitatem satis commendare non potest. *Quid enim*, inquit, *tam congruum est humanæ fidei, quam ea quæ inter eos placuerunt, servare?* Itaque sesquipedalibus litteris in albo suo, unde de plano recte legi possit, proscribit, *Pacta se, modo nec dolo malo neque adversus jus facta sint, servaturum*. Putes capitis aut existimationis periculum pactifragos manere. Pangeres ergo cum aliquo, eoque mox negante, actionem a Prætore peteres? Frustra es, mi homo, neque in obligatos naturaliter actiones Romæ dantur. Sed tum demum, si id quod pepigisti, apud te sit, aut aliqua ratione perveniat, agatque adversarius; exceptionem illam tanta æquitate nitentem tibi

Prætor accommodabit: ad retinendum tibi præsto erit, non exigendum. A

Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo?

Hoccine est pacta bona fide facta bona fide servare? Quid dolum malum excludis, si bona fide acta perinde eludimus. Quid pacta contra leges damnas, cum legem tu contra pacta ipse feras, quæ servaturum præ te ferebas? Jam non miror, Prætorem pacta civium non servare: cum non servet quod ipse pollicetur. Servabit, & negligit; promittit, & tergiversatur; defendit, & proculcat. Quid enim est illud servare, si pacto proposito, probato, confesso, ad tot distinctiones demum recurritur? an habeat nomen vel causam? an in continenti vel intervallo factum? B circa bonæ fidei an strictum contractum? super substantia vel accidentibus negocii? Quæ omnia eo tendunt, ut si nudum pactum fuerit, nec verba solemnia accesserint, in ventos abeat. Atquin, non dicam de gentibus, apud Quirites ipsos olim ea erat pactorum fides, ut nec hostem decipere Romani sanguinis dicerent: ut *Pacta etiam juri præstare* fere in proverbium abierit, auctore Tullio ad Cornificium. Justinianus scribit: *Nemini licere adversus sua pacta venire, & secum contrahentes decipere*. Cui bono, edictis, constitutionibus pacta sancire, si actione nulla tricones compellantur? C At stipulationis vincula & verba solemnia desunt. Quid tum, si verbis quibusvis, quid si vel nutu quis animum declarasset? Putabam plus in illo, quam in verbis esse positum. Paulus ait. *Magis res quam verba intuenda esse*. Papinianus, *In conventionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placere*. Sed audi. Itane nullum negocii genus est, quo etiam absque illis verbis aut scriptura mens tacite conveniens observetur? Et in aperte expresseque conventis tantum laboramus. Profecto cum Edicti prætorii interpretes veteres illos consultos, & magna nomina (nam συρφετὸς illud recentiorum dudum valere jussimus) tam sollicite hac in quæstione distinguentes lego, D Comici illud in *Hulularia* in eos convenire videtur: *Scio quo pacto soleant perplexarier. Pactum, non pactum est: non pactum, pactum est, cum illis lubet*. Atquin ita ars juris habet, a qua profanum arcetur vulgus, itaque lex scripta est. Et illa delectentur, qui volent; non invidebo. Dummodo noverimus, si ita scripta est, scriptam esse illis, non nobis; Romanis, non Germanis; Paganis, non Christianis. Est enim illa (si ex animi sententia dicendum est) non ars boni & æqui, sed subtilis & in artem redacta calliditas quædam & improbitas, eo periculosior, quo tectior & sub honesti nomine tutior, quo nomine a Satyricis non uno loco taxatur. E Quanto melius & simplicius totam illam Pactorum quæstionem nobis expedit Salisberiensis Antistes in *Polycratico*? *Licet nuda promissio apud Juris (ut dicitur) peritos non parat actionem, promissor omnis apud veritatem (ut dici solet) pollicem fixit, & jure civili cessante fidei naturaliter obligatur. Sed quis actor durius aget, quam fides, si ipsa cœperit accusare? Si agit conscientia, quis absolvet? Si vero ipsa justificat, quis condemnet? Proculdubio qui in illo timetur articulo, dominus est, ubi & dies contemnitur humanus, & conscientia quod obloquatur, non invenit. Si vero animam accusant opera, & illi conscientia testis assistit, & causam Veritas examinat æquitatis, quid quæso Prætor in ream obnoxiam mendacio gravius vindicabit? Sane Prætor etsi viva vox juris esse dicatur, sententiam ejus plerumque retractat. Sed veritatis sententia manet irretractabilis, quod justitia ejus justitia in æternum, & lex ejus æquitas. Econtra in Prætorio summum jus summa injuria est. Quisquis ergo promittit, debitor est; & veritatis urgente sententia sponsionis compellitur fidem adimplere.*

Hæc ad Te, clarissime BORCKI, forte prolixius quam locus exigebat, non tamen præter consuetudinem nostram, nec (ut spero) citra legentium fructum. Cupio enim tandem homines nostros cogitare & animadvertere, in tractando jure isto hunc modum esse servandum, ut quæ luci naturæ & perpetuæ æquitatis normæ consentanea, & certis immotisque rationibus fundata, gentiumque cultarum consensu comprobata sunt, excerpentes; infinita alia partim a mera Reipublicæ illius historia pendentia, partim nescio quibus metaphysicis ratiunculis, & mirifice acutis velutique captum nostrum fugientibus argutiis subnixa, denique subtiliora quam justiora prætereamus: majorem veritatis & æquitatis naturalis, quam opinionis inveteratæ & juris scripti strictique, rerum quam verborum rationem habeamus: denique divinæ legi non adversa, & nostrorum sectæ temporum professæque religioni convenientia, ad usum nostrum assumentes, multa illorum partim Hellenismum & Gentilem Philosophiam redolentia, partim erroneis Græcanicæ gentis Orientaliumque opinionibus imbuta, spiritu illo discretionis & judicii adhibito, ut nihil ad nos pertinentia, libero & magno animo repudiemus.

Sed de his forte alias uberius dabitur differendi locus. Ego hoc interea e re nata nobis ortum subque calamo crescens argumentum acerrimæ tuæ censuræ ita subjicio, ut sive probetur sive minus,

(*Nam volo, judicio stetque cadatque tuo*)

voluntatem certe & publice juvandi, & tibi privatim studium officiumque meum probandi tibi gratam fore sperem, talemque ut habeas, sive pro more, sive etiam amicitiæ nostræ jure a te contendam. Vale. Ex ædibus nostris Plinianis. Non. Martii anno Gratiæ MDXCIX.

MARQ. FREHERUS.

MAR-

MARTINI SCHOOCKII

ACHAJA VETUS,

JUXTA SUUM FATUM

IN USUM PRÆSENTIS SECULI
DELINEATA.

ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO Dn.

D.N RABANO DE CANSTEIN,

SERENISSIMI ELECTORIS

BRANDENBURGICI

CONSILIARIO INTIMO, SUPREMO

AULÆ MARESCHALLO, &c.

HÆREDITARIO

IN CANSTEIN, LINDENBERG, SCHONENBERG,

MOLLENICHEN, &c.

VIRO

VERE INCOMPARABILI ATQUE BONO

HUJUS SECULI NATO, NEC MINUS LITERATISSIMO

QUAM LITERARUM, EORUMQUE QUI

LITERAS PROFITENTUR, FAUTORI

SUMMO, INCULTUM

HOC OPUSCULUM EX ANTIQUA HISTORIA IN

USUM PRÆSENTIS ÆVI

COLLECTUM,

L. M. Q.

OFFERT ET INSCRIBIT

MARTINUS SCHOOCKIUS.

LECTO-

LECTORI SAL.



EBUS cunctis ineſſe quendam orbem *prudentiſſimus Hiſtoricorum Tacitus recte notavit* lib. XIII. Annal. cap. LV. *Nam, ut Stoicus Romanus dicit* ep. XXIV. Nullius rei finis eſt: ſed in orbem nexa ſunt omnia: fugiunt ac ſequuntur, diem nox premit, dies noctem; æſtas in autumnum deſinit, autumno hyems inſtat, quæ vere compeſcitur. omnia tranſeunt, ut revertantur. Velut in orbe aut pila, motu ordo mutatur, & quæ ſequebantur, præcedunt, &, quæ accidebant, oriuntur; omnia, quomodocunque ierint, in idem revertuntur. *Obſervare licet in ipſa re communi, in qua eadem perpetuo fabula (aliæ licet perſonæ in Theatrum introducantur) exhibetur, antiquo-nova, & novo-antiqua. Adeoque rectori populi, non modo decorum & laudabile, verum utile quoque, imo neceſſarium eſt, cognoſcere res geſtas memoriæ veteris, ordinem tenere antiquitatis, exemplorumque omnium habere notitiam. Hinc magnus ille Cæſar, & vere Auguſtus,* in evolvendis utriuſque linguæ Auctoribus *(ut Tranquilli verbis utar* lib. II. cap. LXXXIX. *)* nihil æque ſectabatur, quam præcepta & exempla publice vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum, provinciarumque rectores, aut ad urbis Magiſtratus plerumque mittebat: prout quique monitione indigerent. *Nunquam ita quiſquam (ut Terentianus ille ſenex conqueritur) bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi: aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias: & quæ putaris prima & potiora prudentiæ præcepta, repudies, ſi experire debeas. Cum enim vita fluxa atque fragilis ſit, fieri non poteſt, ut aliquis tantillo tempore prudens evadat, atque varios & mutabiles rerum caſus obſervet. Ut plurimum prothaſin duntaxat fabulæ ſpectare conceditur, non cataſtrophen. etenim cum prolixior aliquando ſit tragœdia, non patitur nos tam diu perſedere in hoc Theatro violenta Diva, quæ omnes violat. Sæpe per ætatem ſapere incipimus, ſed jam ventum eſt ad extremum fabulæ actum, nec quid ſibi velit, quod non liceat audire periocham, perſpicere poſſumus. Hoc datum eſt ſoli hiſtoriarum lectori, ſed* ſapienti & circumſpecto: *qui non modo prothesin aut epithaſin, ſed etiam cataſtrophen ſpectat: nec unius ſeculi, (quo uſus concluditur) ſed omnis ævi res geſtas agnoſcit; & quicquid in orbe terrarum, ex quo ille conditus eſt, actum fuerit, memoria retinet. Hanc prærogativam* circumſpecto *Lectori vindico, neque enim omnibus, qui legunt hiſtoriam, competit. Quinimo ut intemperantibus alimentum nihil proficit: ita ad pleroſque ex lectione hiſtoriarum utilitas prorſus nulla redit, multi amant quidem hiſtorias, eaſque diligenter legunt, ſed tantum legunt, &, ut pueri talis aut teſſeris ludunt, ipſi, quæ otium fallant, præter ludicra & faceta nihil in Hiſtoria ſectantur. Plurimis ad pompam, non vero ad uſum hiſtoria ſervit, qui ſimiles Athenienſibus, quibus Anacharſis jam olim objecit, quod nummis non uterentur, niſi ad numerandum.* Circumſpectus *vero Lector juxta regulam, quam Livius in veſtibulo* lib. I. Hiſtor. *proponit, Hiſtorias legit. Verba, quod cedro digna ſint, hic exhibeo:* Ad illa, *inquit*, mihi pro ſe quiſque acriter intendat animum, quæ vita, qui mores fuerunt; per quos viros, quibuſque artibus domi militiæque & partum & auctum Imperium ſit. labente deinde paulatim diſciplina velut diſſidentes primo mores ſequatur animo. deinde ut magis magiſque lapſi ſint, tum ire cœperint præcipites, donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, perventum eſt. hoc illud eſt præcipue in cognitione rerum ſalubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illuſtri poſita monumento intueri. inde tibi tuæque Reipublicæ quod imitere capias. inde fœdum inceptu, fœdum exitu quod vites. *Hactenus Livius. Tanto viro monente, tam ipſius quam aliorum, qua Græcorum qua Latinorum Hiſtoricorum, monumenta excuſſi, atque Achæorum Rempublicam quo aliis in exemplum ſervire queat, ſuis coloribus delineavi. Operam hanc ſi publice gratam eſſe didicerim, animus mihi addetur, ad alias antiquas Reſp. ſpeciatim Rhodiorum & Maſſilienſium repræſentandas. Interea, mi Lector, vale & fave.*

INDEX CAPITUM.

MARTINI SCHOOCKII
ACHAJA VETUS,
JUXTA SUUM FATUM
IN USUM PRÆSENTIS SECULI DELINEATA.

CAP. I.

Breviter Achajæ situs, Urbes ad eam pertinentes, ac priscum regimen delineantur. Reges optimi, post se successores ut plurimum Tyrannos relinquunt. quorum fatum breve & triste. Achæi, Tyrannis suis ejectis, in societatem Aristocraticam nomen dederunt.



UO historice exhibere possimus Achæorum statum, surgentem primo ad excelsa quæque, dein, ex singulari Dei directione, ad priorem squalorem & tenebras relabentem; præmittere convenit brevem delineationem Geographicam, quæ iis, quæ postmodum enarranda erunt, prælucere possit. Est autem Achaja (de qua hic sermo) Pen-Insula (*Peloponnesus* olim dicta fuit, hodie *Morea*) angustis Isthmi Corinthiaci faucibus continenti annexa, de qua ita Pausanias in vestibulo *Achaicorum* per interpretem: *Quæ terra inter Eleos & Sicyonios media, ad mare Orientem versus excurrit, Achaja hoc tempore dicitur, ab Achæis eam incolentibus: prisco nomine Ægialus appellabatur, & incolæ Ægialenses nominati, ab Ægileo Sicyoniæ rege, ut ipsi dicunt Sicyonii. Alii a regionis situ quæ ægiali* (αἰγιαλῷ) *fere tota* (hoc est *Littoris*) *formam habet*. Hactenus Pausanias. Atque dein refert, quomodo ab Ionibus ex Attica profectis, occupata fuerit, ab iisque tum Ioniæ nomen tulerit, cum in XII. partes divisa sit; ac quomodo Achæi rursum, nomen ferentes ab Achæo Thessalicæ originis principe, cognatos suos solum vertere coegerint, totidemque in eadem urbes statuerint, quot Iones antea habuerant. Nomina vero urbium fuerunt: *Patræ, Dunna, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice*. Summa autem rei initio fuit penes Reges, ex quibus primus commemoratur Tisamenus Orestis filius, circa an. ab O. C. 2899. quamvis Pausanias reges eorum altius deducat a Xutho Erechthei Atheniensium regis genero, & Xuthi filios facit Achæum atque Ionem; addatque illius posteros substitisse in Peloponneso, hinc vero in Atticam pulsos, tandem in Asia Ionicas civitates condidisse. Hoc certum: Achæos multo tempore post Tisamenum (in quibusdam Græcis Codd. *Tisimenus* dicitur) regibus gavisos fuisse, & quidem *continua successione ad Ogygum usque*, ut loquitur Polyb. lib. IV. cap. I. cujus filii cum non ex legum avitarum præscripto, sed tyrannica violentia imperarent, regno abolito, supremum rerum moderamen penes populum esse cœpit: Achæique ab hoc tempore, tanta cum laude remp. administrarunt, ut undecunque ad eos legationes, controversiarum componendarum gratia, confluerent, multique eorundem instituta sibi imitanda proponerent. Qualiscunque hæc societas, coalita verius, quam le-

A gibus in perpetuum valituris devicta, stetit ad Philippi, Alexandrique Macedonum tempora; postquam feliciter admodum defuncta esset non minus externo bello, a Persis universæ Græciæ illato, quam intestinis Græcorum motibus, singulis ferme Græciæ civitatibus, nimium quam gravibus. Cæterum eorundem Macedonum, vulpinam pellem leoninæ sociare solitorum, artibus, aliquandiu urbes sociæ dissociatæ fuerunt; usque adeo, ut singulæ sibi per discordiam relictæ, in partes admodum diversas discesserint, aliis Macedonum præsidia, aliis graviores tyrannos recipientibus. Verum, non multo

B post, pœnitentia, quædam ex urbibus, jam antea commemoratis, ductæ fuerunt, atque quo tempore Pyrrhus in Italiam trajecit, acrius rursum, præsidiis tyrannisque ejectis, coaluere, trecentis propemodum ante Salvatorem nostrum annis, seu Olympiade CXXIV. anno CCCCLXXII. U. C. quod cum non inconvenienter referatur a gravissimo Historico Polybio, non abs re fuerit ejusdem verba exhibere. Ita vero ille per interpretem lib. II. *Hist.* cap. XLI. *Tisamenus*, inquit, *Orestis filius, post reditum Heraclidarum Sparta ejectus, Achajæ loca obtinuit, primusque rex ejus populi fuit:* (nisi forte præponderare debeat Pausaniæ sententia, modo commemo-

C rata) *duravit institutum ab eo regnum, continua stirpis ejusdem serie propagatum ad Gygem usque*. (idem est cum Ogygo, ab eodem hoc Polybio commemorato) *cujus postea filios aversati, quoniam non pro legitimo rege, sed pro hero inter illos se gerebat, priorem Reipublicæ formam, in popularem statum converterunt. neque desierunt insecutis deinceps temporibus, ad dominatum usque Alexandri & Philippi, licet alias aliter, pro temporum necessitatibus, res illorum se haberent: at formam tamen Reipublicæ in populari statu pro viribus retinuere. Ea Democratia e* XII. *urbibus constabat; quæ nunc quoque supersunt, præter Olenum & Helicen, quam paulo ante cladem Leu-*

D *ctricam mare hausit, sunt autem hæ: Patræ, Dunna, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice. Medio tempore inter Alexandri M. mortem & Olympiadem* CXXIV. *tanta inter eos incessit discordia atque vesania, idque regum Macedoniæ opera potissimum, ut dissipata urbium concordia, contrariis consiliis sibi unaquæque privatim consuleret. ex quo factum, ut aliis ipsorum urbibus Demetrius & Cassander, ac postea Gonatas Antigonus præsidia imposuerint. aliæ etiam a tyrannis occuparentur, quorum numerus per Antigonum mirum in modum auctus fuit. at*

E *circa Olympiadem* CXXIV. *quo tempore in Italiam Pyrrhus trajecit, ad concordiam redire cœperunt.* Huc usque maximus ille Polybius. ex iis, quæ hactenus adducta sunt, nos breviter sequentia observamus. I. Degenerant sæpe a majoribus suis illi potissimum, qui in excelso consistunt fastigio, regumque optimorum successores paulatim in tyrannos transformantur. Ultimus Romanorum regum fuit Tarquinius Superbus, ille ipse, quem Numa re-

ligiosus, militiæ artifex Tullius, ædificator Ancus, & prudens Priscus præcesserant. Similiter Macedonica potentia terminata fuit in Antiochis. II. Verissimum illud Æliani lib. VI. *Var. Hist.* cap. XIII. *Pulcherrime a diis immortalibus comparatum est, ut nullam tyrannidem ad tertiam generationem propagent: sed, aut confestim tyrannos, tanquam proceras piceas perdant & exstirpent, aut liberos eorum viribus denudent, ac spolient.* III. Oraculo simile quoque quod habet Halicarnasseus *lib.* VII. *Unius viri dominatus*, inquit, *si fuerit crudelis & insolens, & tyrannica studia sectari cœperit, a paucis, iisque bonis viris evertitur: at paucorum dominatus, qui ex optimis quibusque viris constat, quum divitiis & sodalitiis elatus, justitiam cæterasque virtutes contemnit, a prudenti populo tollitur: populus vero quum a modestia recedere & ad injuriam transire incipit, ab optimo viro ad suum officium vi retrahitur.* Modesti ergo Reges sint, & sic regni habenas moderentur, ut se quoque Regi superiori, Deo scil. Opt. Max. subjectos esse cogitent. Verissime Sallustius Orat. I. *de Ordin. Republ. Cuncta imperia magis acerba, quam crudelia esse.* Quod ipsum calculo suo comprobat Seneca lib. I. *de Clementia*, cap. II. *Cum Reges consenuerint, liberisque ac nepotibus tradiderint regna; Tyrannorum execrabilis ac brevis potestas est.* Hactenus ille. IV. Recte Florus *lib.* I. *cap.* VIII. *Agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenditur.* Nam ut haut præter rationem JCC. dicunt in *l.* 106. *ff. de R. F. Libertas inæstimabilis res est.* Ideo cum Græci liberi pronunciarentur, *Majus gaudium fuit, quam quod universum homines caperent, ut facile appareret, nihil omnino bonorum multitudini gratius quam libertatem esse*, ut inf. ex Liv. patebit. V. Vere Vegetius lib. III. *de re milit.* cap. X. *Nulla, quantumvis minima natio, potest ab adversariis perdeleri, nisi propriis simultatibus seipsam consumpserit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad utilitatem suæ defensionis incautum.* Inde, teste Floro *lib.* IV. *cap.* IX. *Parthi clade Crassi altius animos erexerunt: civilesque populi Romani discordias læti acceperunt.* Neque enim hostibus quid æque acceptum esse potest, atque illos dissidere domi, quos bello se superaturos esse desperant. Inde Romani optarunt discordias Romanorum. *Discordia hostium, præceptum bellum in Cattos*, Tacit. lib. I. *Annal.* cap. LV. *hostique discordiam molitur Vespasianus, annonæ clausis subsidiis*, Tacit. lib. III. *Hist.* cap. XLVIII. Nec frustra est Otho, ita differens apud eundem Scriptorem lib. II. *Hist.* cap. LXXXIV. ad turbidos milites: *Si Vitellio & satellitibus ejus eligendi facultas detur, quem nobis animum, quas mentes imprecentur? Quid aliud, quam seditionem & discordias optabunt.* VI. Quæ sors maneat eos, qui a fœdere resiliunt, tum videmus hic in Achæis; tum luculenter etiam docet prudentissimus Historicus Philippus Cominæus lib. II. *Comment. Quoties illi*, inquit, *qui fœdere conjuncti sunt, secessionem faciunt, & se dissipari patiuntur, dubitari amplius non debet, quin paulatim omnes cladem aliquam accipiant, idque pertinet tam ad principes quam ad civitates.* VII. Macedoniæ reges quo Achæis servitii jugum imponere possent, omnem lapidem moverunt, ut vinculum fœderis, quo constricti erant, dissolveretur: hoc plurimorum omni ævo fuit studium. Artifex vero hac in re singularis fuit Ludovicus XI. de quo sic proxime Cominæus: *Omnium mortalium optime callebat Ludovicus Rex, artes dirimendi societates atque fœdera, in eoque non parcebat ulli vel sumptui vel labori, modo perficeret, quod vellet: neque vero principes tantum, verum etiam familiares ipsorum sollicitabat.* Sed de hoc pluribus infra. Achæi ergo sub regibus Tyrannis diu exerciti, tandem pertæsi jugum, de illo excutiendo cogitarunt. Quod non quidem communicato consilio, sed fato egisse videntur, ut in unam quasi Remp. coalescere possent. Nam, ut loquitur Polybius *lib.* II. *cap.* IV. *Primi omnium concordiam iniere Dymæi, Parenses, Pharæenses: quamobrem ne columna quidem ulla extat testis consensus harum urbium in eandem Reipubl. formam, in quam sunt adscripti, quinto ferme anno post Ægienses, qui præsidium oppido ejecerant, secuti dein Burii, occiso tyranno: simul & Carynenses, pristino statu recepto. Iseas namque, tempestate illa Carineæ tyrannus quum præsidium Ægio cerneret ejectum, occisum vero Buræ tyrannum Marci & Achæorum opera: se quoque sentiret jam jam undique bello petendum: posito dominatu, fideque ab Achæis accepta, fraudi eam rem sibi non fore, ad conventum Achæorum urbem adjecit.* Huc usque Polybius. Ex quibus sequentia notamus. I. Tyrannorum occasum, horribilem non minus quam improvisum esse, observemus. Convenienter Cothurnatus Seneca de iis in *Hercule Octavio*:

Quota pars moritur tempore fati,
Quos felices Cynthia vidit;
Vidit miseros abitura dies.
Rarum est, felix, idemque senex.

Exemplorum affatim collegit Johannes Saresburiensis, scriptor supra seculum suum cultus lib. VIII. *Policrat.* cap. XVIII. & duobus sequentibus. II. Utut validissimo præsidio firmati videantur esse tyranni, facili negotio tamen everti possunt. Non sine ratione dominantibus Maximinis hi olim versus jactati fuerunt:

Et qui ab uno non potest occidi, a multis occiditur:
Elephas grandis est, & occiditur:
Leo fortis est, & occiditur:
Tigris fortis est, & occiditur:
Cave multos, si singulos non times.

III. Convenienter dictum a Paterculo *l.* II. *cap.* III. *Non ibi consistunt exempla, unde cœperunt.* Videmus hic manifesto: vix una urbs tyrannum sive ejecit, sive obtruncavit, aut vicina de eo, qui sibi ut tyrannus incubare videbatur, submovendo, serio consultat. IV. Quamvis ipse Stoicus Romanus sic loquatur lib. VII. *de Benef.* cap. XX. *Si ex toto sanitas* (Tyranni) *desperata fuerit, eadem manu beneficium omnibus dabo, illi reddam:* (hoc est, tyrannum interimam) *quando ingeniis tabulis vitæ exitus remedium est: optimumque est obire ei, qui ad se nunquam rediturus est;* plurimum tamen interest inter tyrannum usurpantem & abutentem: ut hic, si nullis admonitionibus emendari queat, per Ephoros, populive defensores alios juste deponitur; ita pariter haut fas est, eundem (siquidem unctus Jehovæ) interficere. V. Quod Iseas tyrannus emendatus fuerit, referendum inter ea, quæ raro contingunt. Phalaris & ipse Tyrannus, de seipso *epist.* XXIII. sic scribit ad Pythagoram: *Tu mihi persuadebis, ut mitiorem viam ingrediar, si fidem credenti salutarem, præter Pythagoræ sermones, ipsa quoque veritas comprobabit.* Quomodo & testis est Cornelius Nepos in *Dione*: *Parum abfuisse, quin Plato Dionysio persuaserit libertatem reddere Syracusanis, nisi Philistus obstitisset.*

CAP. II.

Reip. Achaicæ facies, salubribus observationibus interjectis, delineatur. Optime de Rep. illa meritus fuit Aratus, cujus vitæ curriculum paucis percurritur. Arato successit Philopœmen: cujus mores describuntur e Polybio. Tristis quoque vitæ exitus notatur. Philopœmeni successit Lycoitas.

CUM ergo in unam quasi rempubl. per fœdus coaluissent Achæi, necessum fuit, ordinaretur

quoque illud communis rei corpus, ex diversis elementis conflatum. Quod qua ratione factum fuerit, docet idem Polybius *libro jam dicto cap.* XLIII. *Quinque & viginti primos annos dictæ urbes Remp. eandem coluerunt, Scribam communem & Prætores duos in orbem eligentes, postea placuit unum designare, cui rerum summam permitterent, eoque honore primus est usus Marcus Carynensis. Quartum annum in Prætura agebat Marcus, quum Aratus Sicyonius, viginti annos natus, ereptam jugo tyranni patriam, virtute sua & fortitudine, Achæorum Reip. attribuit, adeo jam inde a principio ætatis, mores atque instituta illorum adamaverat. octavo deinde anno post, iterum prætor creatus, nonnullis e præsidio, quod in Acrocorintho Antigonus habebat, pollicitationibus pellicit ad loci proditionem: quo mox occupato, ingenti quidem Peloponnesios metu liberavit Aratus; Corinthios vero post libertatem pristinam eis redditam, ad Remp. Achæorum adjunxit. in eadem Prætura etiam Megarensium urbem Achæis contribuit, astu in potestatem redactam: factum hoc anno priusquam Carthaginienses illa afficerentur clade, per quam universa excedere Sicilia, & tributum Romanis pendere tum primum sunt coacti. Quum autem multum brevi tempore in suscepto consilio Aratus promovisset, ita deinceps gentis Achæorum principatum obtinebat, ut quæcunque institueret aut ageret, ad unum hunc finem referret: quo nimirum modo posset Macedonas Peloponneso ejicere, tyrannides amoliri, communem ac patriam libertatem singulis firmare.* Hactenus Polybius. Ex quibus in transcursu sequentia potissimum annotamus. I. Ea demum firma est societas, in qua ut pericula sunt æqualia, ita pariter emolumenta atque honores. Si enim secundum Dionys. Halicarnass. *lib.* VI. *Pudore, modestia, ac justitia omnis civilis societas conservatur:* næ pariter justitiæ ratio exigit hanc æqualitatem. Quæ si negetur, quanti, & quam dubii motus & fluctus non sunt exspectandi in republica? Romani cum aliquando pertinacius sociis, obnixe licet rogantibus & instantibus, jus civitatis negassent, emersit bellum sociale, quod tangunt Livius *Epit.* lib. LXXI. & Florus *lib.* III. *cap.* XVIII. fusius autem describit Appianus lib. I. *B. C.* Paterculus *lib.* II. *cap.* XV. expendens authorem horum motuum, non inconvenienter sic judicat: *Quorum ut fortuna atrox, ita caussa fuit justissima: petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur.* II. Perquam prudenter interim provisum fuit, ut quidam authoritate atque dignitate præcellentes, fœdus moderarentur, eaque, quæ ad illud pertinent, pro tempore exequerentur. Sic enim satisfactum fuit admonitioni prudentissimi Thucydidis, qui ita lib. I. *de B. Pelop. Eos, qui præsunt fœderatis, oportet quidem in privatis rebus æqualitatem servare, in publicis vero plus habere authoritatis, ut aliis prospiciant, eamque ob caussam a cæteris honore afficiuntur.* III. Prudentiæ quoque sua stetit ratio, quod moderatores hi fœderis, non fuerunt perpetui. Idem placuit Romanis post ejectos Tarquinios, sic enim Florus *lib.* I. *cap.* IX. *Ex perpetuo* (imperio) *annuum placuit, ex singulari duplex: ne potestas solitudine, vel mora corrumperetur.* Verum siquidem illud Mamerci est apud Livium lib. IV. *Maximam libertatis custodiam* esse, *si magna imperitia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, quibus juris imponi non posset.* Et illud Porcii Latronis apud Senec. VII. *Contr.* cap. ult. *Nihil tam utile, quam brevem potestatem esse, quæ magna sit.* Ita cum *ordo judicum Carthagine dominaretur, eo maxime, quod iidem perpetui judices essent;* Annibal *legem promulgavit, ut in singulos annos judices legerent, ne quis biennium continuum judex esset,* ut Livius refert lib. XXXIII. IV. Aratus, cujus hic fit mentio, vir summus fuit, tyrannisque usque adeo infestus, ut iis aut ejectis, aut interfectis, de nulla alia re sollicitus fuerit, quam quomodo populo libertas non minus sarta tectaque præstari, quam conservari posset: dissimilis admodum iis, qui postquam contra tyrannos quasi populum, eundem ad pileum vocando, concitarunt; eorum potentiam non solum occupant, verum etiam jugum jugo superimponunt. In quos quadrat illud Taciti ex *Annali* undecimo: *Falso libertatis vocabulum ab iis obtenditur, qui privatim degeneres, in publicum exitiosi, nihil spei, nisi per discordias habent.* V. Quid intersit vero inter tyrannum, & virum principem justitiæ & clementiæ studiosum, quum graphice admodum ostenderit Plutarchus, in illa comparatione, quam instituit inter Aristippum & hunc ipsum Aratum, operæ pretium fuerit ejusdem verba adducere. Ita vero loquitur per interpretem in *Vita Arati: Enimvero,* inquit, *nulla neque melior, neque tutior principi potest esse custodia, quam vera & constans subditorum benevolentia. Cum enim adsueverint plerique, eique potentes, non principem, sed principi suo metuere, multis ille oculis videt, multis auribus audit, præsentitque ea quæ aguntur: Itaque hoc loco parumper ab instituto sermone digrediar, Aristippique vivendi rationem exponam, quam ei, tam multis rivalibus expetita illa tyrannis, & beati famosique regni majestas paravit. Quippe is, qui Antigonum sibi societate junctum haberet, multosque custodiendi corporis sui caussa aleret, nullum inimicorum viventem in urbe reliquisset, stipatores quidem suos & custodes, foris in vestibulo stationem habere jubebat, famulos, simulatque cœnasset, universos exigens, & interiorem domum concludens: ipse cum sua amasia in cœnaculum superius ostio pensili clausum se recipiebat, supra quod lecto collocato somnum capiebat, qualem ab ita perturbato ac meticuloso capi par erat. scalam mater amasiæ removebat, inque alio conclavi includebat: luce facta iterum apponebat, & admirabilem illum tyrannum evocabat, serpentis instar ex pecu prorepentem. Aratus vero, qui non vi & armis, sed legitimum & perpetuum sibi paraverat imperium, in toga aut qualibet chlamyde obambulans, cum quidem omnium tyrannorum manifestum hostem se profiteretur, nobilissimum inter Græcos genus in hunc usque diem propagavit.* Huc usque Plutarchus. Sub hoc Arato, qui Achæorum societati, ut e Polybio & Plutarcho constat, amplius adjecit Megalopolitanos, Argivos, Hermionenses, Phliasios, & Æginenses, Achæi mirum quam floruerunt: nam ut Polybius dicit lib. IV. *Hist.* cap. VIII. *erat Aratus, vir cætera numeris omnibus absolutus ad res gerendas. nam & eloquendi facultate, & mente, ingenioque, & taciturnitate præstabat. in dissensionibus civilibus leviter ferendis, jungendis amicitiis, sociis alliciendis, nemini secundus. in molitionibus occultis, dolis insidiis hosti struendis, iisque laboris improbi tolerantia audacter ad effectum perducendis, solertissimus.* Tandem vero summus hic vir, per Philippum, regem Macedoniæ, veneno sublatus fuit, ut post Polyb. *lib.* VIII. *cap.* IX. refert Plutarchus. In prætura ei successit Philopœmen Megalopolitanus, qui tum quadraginta annos prudenter admodum summæ rei præfuit, tum etiam Lacedæmonem Achajæ addidit, ut videre est apud Plutarchum. Ejus mores vivendique rationem describit Polybius *lib.* XI. *cap.* VIII. ubi ita: *Erat ille in vestitu & victu facilis & parvo contentus. eadem frugalitas & in corporis famulitio. jam in congressibus iis erat moribus, ut importunitatem aliorum facile pateretur, ipse nemini esset odiosus. Ante omnia id summo studio per omnem vitam curabat, ut vera loqueretur, ex eo fiebat, ut quoties aliquid diceret, licet pauca verba proferret, quæque viderentur aliud agenti excidisse, maxime tamen illi apud audientes fides constaret: qui vitam quum ita instituisset suam, ut pro exemplo esset omnibus exposita, facile utique obtinebat, ut ad faciendam fidem*

multis verbis opus non habere. Hæc ille. Ipse vero Philopœmen accepto vulnere, a Messeniis captus, urgente Dinocrate, in carcere, quem subire fuerat coactus, venenum a lictore exhibitum hausit, lætusque, vitæ & superstitibus valedixit, postquam cognovisset plerosque ex suis militibus, (quos occubuisse rebatur) fuga sibi consuluisse, ut fusius refert Plutarchus in *illius Vita*. Philopœmenem Lycertas excepit, pater celeberrimi Historicorum Polybii, qui postquam ultus esset mortem Philopœmenis, sublatis ejus interfectoribus, Messenam deditione accepit, multisque annis tam consilio, quam manu remp. laudatissimam non minus tuitus fuit, quam firmavit: atque firmasset diutius, nisi virtuti illius obex oppositus fuisset, ab ambitione atque nefaria æmulorum cupiditate, qui cum primo concordiam turbassent, deinceps remp. ipsam pessum dederunt; ut deinceps fusius ostendemus. Nos, omissis aliis, quæ hic observari possent, solum notemus, remp. aut societatem plurium populorum, fœdere arctiori quoque unitorum, si obnoxia sit discordiæ, salvam esse non posse, nisi unus aliquis sit constitutus, qui velut supremus, ex delegatione, dissidiorum omnium arbiter sit. Is solus siquidem, quod authoritate polleat, sufficit frænandis turbidorum consiliis, & averruncandis incommodis, quæ discordia alias rei communi procurare solet. Eum in finem olim Romæ *dictaturæ ad tempus sumebantur*, Tacit. l. I. *Ann.* cap. I. Atque cum plebs aliquando tumultuaretur, sic prudenter apud Livium *lib.* II. Appius Claudius disserebat; *Agedum dictatorem, a quo provocatio non est, creemus, jam hic, quorum omnia ardent, conticescet furor, pulset tum mihi lictorem, qui sciat jus de tergo vitaque sua penes unum illum esse*. Hinc & Tacitus lib. I. *Annal.* cap. IX. testatur, *non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab uno regeretur*. & iterum lib. I. *Histor. pacis interfuisse, omnem potestatem ad unum transferri*.

CAP. III.

De Achæorum statis Comitiis, & de quibus in illis deliberaretur.

CARBONE quasi Achæorum Repub. delineata, simul indicatis verius, quam ad vivum exhibitis supremis illius moderatoribus, de statis illius Comitiis & legibus, proxime agendum est. Quod ergo ad comitia, bis quoque anno habebantur, circa Plejadum ortum & Autumnum, & quidem stato quoque loco, sive Ægii: nec solum ab initio confœderationis, verum etiam sub Romanis, sic enim Pausanias in *Achaicis*: *Conventus apud Æginenses Achæorum hac etiam tempestate celebratur*. Ægium ab Helice, civitate quondam florentissima stadiis XL. teste eodem Pausania distabat; crevitque ex funestis illius ruinis. Ita quippe idem hic scriptor: *Agrum Helicensem, quum nemo ex incolis superstes manserit, tenent Ægienses*. Strabo distinctius locum Comitiorum in civitate Ægiensium notat, quando lib. VIII. *Geographiæ* dicit: *Ægium incolis satis frequentatur. Ibi narrant Jovem fuisse a capra nutritum. Est ibi etiam Ænarium, Jovis lucus, Achæorum destinatus comitiis*. Et paulo ante: *Achæorum senatus communis unum in locum coibat, qui locus Arnarium dicebatur, ubi publicis de negotiis deliberabant; sicut & Iones ante*. An non in alterutro loco mendum occurrat, aliquis suspicari posset: nisi forte locus, qui dictus fuit *αἰνάριον*, appellari quoque consueverit *ἀρνάριον*. Alias alibi quoque pro occasione, & arbitratu Prætorum, Achœos convenisse, patet ex Polybio, qui memi-

A nit quoque Sicyonis, Argorum, & Megalopolis. Philopœmen vir alias prudentissimus, aliquando minus tempestive, lege sancire laboravit, ut Concilium per omnes fœderatas urbes ex ordine iret. Inclinante rep. aliquando Corinthus, urbs splendida & opibus potens (ut ex Pausania constat) delecta fuit, in qua Comitia hæc haberentur. Occasione Helicis I. notamus verum esse, quod monet Seneca *Epist.* LXXI. *Omnes*, inquit, *quæ usquam rerum potiuntur urbes, quæque alienorum imperiorum magna sunt decora, ubi fuerint, aliquando quæretur, & vario exitii genere tollentur, alias destruent bella, alias dissidia paxque ad inertiam versa consu-*
B *met, & magnis operibus exitiosa res luxus*. II. *Ut appareat*, (verba sunt Paterculi l. II. c. XI.) *quemadmodum urbium, imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire*. Exemplo potest esse Ægium, enatum e ruinis Helices. Sic Roma surrexit e ruinis Albæ & Carthaginis, novaque Roma, collabente antiqua, caput exerere cœpit. Et, ne extra Belgium abeamus, Slusa occumbente, mercatura concessit Brugas, inde Antuerpiam; qui inferioris Germaniæ ocellus cum hebescere inciperet, Plutus & Mercurius properarunt Amstelodamum; cui utinam moles & magnitudo
C sua non obsint! III. Locus, ubi fœderatorum Comitia habentur, ita debet esse dispositus, ut non solum ab omnibus possit adiri, verum etiam, ut citra periculum, libere ea, quæ publice videntur futura utilia, ab omnibus possint proponi: qui si abjectus quoque fuerit, censeri tamen commodus debet. Neque enim inconvenienter Liv. *lib.* LI. *Omnia loca honesta ducenda sunt, quibus remp. defensuri sumus*. IV. Si tempora tulissent, statuerem prudenter censuisse Philopœmenem, convenire libertati Achæorum ut annua Concilia irent per urbes fœderatorum. Siquidem libertati favet præ cæteris æqualitas. Nam hæc, ut Solon apud Plutarchum disserit, *certaminis author non est*; *eaque tam locupletibus placet, quam pauperibus: quod æquali-*
D *tatem hi mensura & numero se assecuturos confidant, illi dignitate ac virtute*. Alias quando uni loco Concilium ejusmodi affixum est, is non tantum ad invidiam aliarum urbium floret, his interim marcescentibus; verum etiam inquilini illius præ aliis cristas tollunt. Penes hos conventus, belli, pacis, legum, fœderumque arbitrium erat. Ab his quoque conventibus legationes decernebantur, nec alibi quoque quam hic, Regum, aliorumque populorum legati audiri poterant. Si præsens foret Prætor, ad modum Prædidis Concilium regebat, una cum decem aliis, quos *Demiargos* dixerunt, que-
E madmodum ex Pausania & Polybio constat. Quæ omnia quam prudenter constituta fuerunt: Nam I. iniquissimum est, ab uno sociorum, inconsultis aliis, (quos tamen fœdus commune comprehendit) aut pacem præjudiciosam fieri, aut bellum, privatum quasi, sed cui postea alii implicari debeant, decerni. Nam ut egregie differit Thucyd. *lib.* I. *Decet eos, qui prius suas vires cum aliis conjunxerunt, postea communes eventus exspectare*. Nec inconvenienter Paulus Jovius, Historicus licet recentior, lib. XLI. *Hist. Fœdera paribus commodis, exæquatisque sumptibus & mutuis periculis confirmantur*. II. Leges ab omnibus fœderatis observandæ, non nisi communi fœderatorum calculo ferri pos-
F sunt. Interim consultum est, quam paucissimas, & non nisi extrema necessitate cogente, novas ferri. Egregie Octavius Augustus Princeps, apud Dionem Cassium *lib.* LII. *Positas semel leges constanter servate, nec ullam earum immutate. Nam quæ in suo statu eademque manent, etsi deteriora sunt, tamen utiliora sunt reipub. his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur*. III. Prudenter

quoque provisum fuit de legatis: Sæpe siquidem multæ legationes insidiosæ sunt, nec decernuntur nisi aut ad explorandum, aut a fœdere abducendos illos, qui religiose illud colere præsumpserunt. Ex re est, occasione hac, eximium locum Cominæi, legatos & legationes concernentem exhibere; ita vero is loquitur lib. IV. *Comment. de vita Ludovici XI. Sub legationum specie multa sæpe perniciosa tractantur. Quumque sane fieri non potest, quin & multos subinde mittant principes & vicissim accipiant, sed prudentia singulari & dexteritate quadam opus est, in tractandis exterorum legatis. Et principio, meo quidem judicio, amicorum legati, de quibus nullam habemus male suspicandi caussam, liberaliter sunt & honeste tractandi, facta subinde illis potestate conveniendi Principis, ad quem missi sunt, modo sit prudens & honesta specie. Nam alioqui præstat, eum vel rarius conspici, vel non diu insistere colloqutioni. Ad quam quum descendit, provideri debet, ut sit eleganter vestitus, & de iis, quæ pronunciari & responderi oportet edoctus, & mox revocetur a congressu. Nec enim diuturna est Principum benevolentia. Quum autem vel publici, vel privati veniunt, ab aliquo Principe parum amico, tametsi periculum est in ea re non leve, excipiendi tamen sunt non incommode, & destinandi aliquot idonei homines, a quibus tractentur. Hoc enim ad honestatem pertinet, ac simul eo confert, ut agant, & quibuscum loquantur, & quos habeant sibi familiares cognoscatur: nec id modo, verum etiam ut homines leves atque seditiosi non habeant ad ipsos aditum. In omnibus enim Principum familiis semper aliqui existunt, qui mutationem aliquam & res novas cupiunt. Et quoniam periculi plenum est, habere domi suæ hostem, suaserim, primo quoque tempore ejusmodi legatos dimitti: verum ita tamen, ne quam habeant occasionem de inhospitalitate conquerendi.* Hæc Cominæus. Sed de his, pluribus dein agendum fuerit.

CAP. IV.

Proponuntur quinque Leges, ab Achæorum Rep. diligenter observatæ, quandiu floruit. Singulis strictæ quædam observationes adduntur.

PROXIME commendari debent leges, quibus Achæorum societas colligata fuit. Etenim juxta Aristotelem lib. I. *Rhet.* c. IV. ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἐςὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως. *In legibus consistit salus civitatis.* atque ut Æschines dicit initio Orat. *in Ctesiphontem.* Ὅταν διατηρῶσιν οἱ νόμοι τῇ πόλει, σώζεται καὶ ἡ δημοκρατία. *Civitatis legibus conservatis, salva quoque est populi dominatio.* Ex Legibus vero Achaicæ societatis commendari meretur hæc *Prima*, cujus talis formula: *Ne cui exteræ gentis legato concilium detur, nisi editis prius mandatis scriptis, per quæ antea appareat, qua de caussa concilium postuletur.* Cui legi ut satisfieret, senatus non fuit datus Q. Cæcilio Metello, prout distinctius refertur a Polybio in *Excerptis Legationum* excerpt. XLI. cap. VI. ubi ita per interpretem: *Cæcilius postulat ut concilium gentis Achæorum sibi detur: tum vero principes Achæorum ab eo petunt, scripta mandata ederet, quæ de eo acceperat a Senatu. qui cum taceret, negare illi se concionem multitudinis convocaturos: neque enim per leges id prius licere, quam edita essent mandata, scripto comprehensa de iis rebus, quarum caussa postuletur concilium. Cæcilius in tantam exarsit iram, quod nullum suorum postulatorum admitti videret, ut responsum accipere a principibus Achæorum noluerit, sed sine responso abierit.* Hæc ille. Erat hoc quidem cum ignominia conjunctum, siquidem ipse Callicrates Achæorum Prætor apud Liv. XXX. tanquam argumentum iræ implacabilis injuriæque inexpiabilis commemo-

A rat, quod sui Achæi Persei legatos admittere noluerint. Interim Q. Metellus, ut Romæ quoque stomacharetur, injuriam hanc concoquere debuit. Nam quamvis (teste Polyb. *excerp. leg.* XLII.) Achæi suos legatos Romam miserint, ut Senatum edocerent de iis, quæ Metello acciderant, huic tamen nulla ratione satisfactum fuit; quum post diutinam deliberationem hoc tandem S. C. conditum fuerit: *Ut Achæi populi Rom. legatos qui in Græciam mitterentur, observarent, & quanto par esset, cum honore susciperent: sicut Romani facerent in iis, qui ad ipsos venirent.* Quod generale decretum, non tanquam adversarium, sed consentaneum legi patriæ, Achæi B interpretati fuerunt. Siquidem postea, ob eandem caussam Flaminio senatum dare recusarunt. Pausanias in *Achaicis*, sive *lib.* VII. legem hanc propterea adeo severe servatam fuisse innuere videtur, ne legati, qui sæpe ad speculandum mittuntur, aliud agerent, quam in mandatis habebant. Sic enim loquitur: *Metellus cæterique legati, ab Achæorum magistratibus dari sibi concilium postularunt: quo scil. pro concione jure æquiore cum Lacedæmoniis agendum Achæis persuaderent. At enim illi pernegare, aut aliis quibusvis concilium se daturos, qui de qua remissi essent, Senatus decretum non attulissent.* Etenim sæpe (ut jam dictum) insidiosa est legatio. quique ut amiC ci accedunt, exploratores sunt. Sic *Romani* (verba sunt Justini *lib.* XXXI. *cap.* IV. quibus ὁμόψηφοι Livius *lib.* XXVI. & Frontinus lib. I. *Stratagematum* cap. VIII.) *ad Antiochum legatos misere, qui sub specie legationis, & regis apparatum specularentur, & Annibalem, aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum invisumque regi redderent.* Sed & duæ aliæ rationes Achæos moverunt, ut pro lege hac, haud aliter atque pro aris & focis digladiarentur. Nam I. hac ratione providere omnibus modis voluerunt, ne per legatos, homines sæpe subdolos & versipelles, aliquid proponeretur, quod adversaretur fundamentaD libus legibus Achaicæ unionis. Siquidem alias (videatur Justinus lib. XXXIV. cap. I.) ab ipsis Romanis, *legatis occulta mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur.* II. Quum pauci inveniantur, quibus applicari possit Cerealis elogium, qui (teste Tacito lib. V. *Hist.* cap. XXI.) *consiliis subitus, sed eventu clarus erat*; atque consiliis sæpe nihil æque obsit ac præcipitantia, Achæi, ut sua consilia *mora possent valescere*, secundum Tacit. lib. I. *Ann.* in antecessum legatorum mandata cognoscere voluerunt, prudenterque exemplo AE grippinensium, apud eundem Scriptorem lib. IV. *Hist.* cap. LXV. *consultandi spatium sumpserunt.* Utinam observarent mei Belgæ! aut si hoc non placeret, saltem similes se non redderent antiquis Germanis, qui teste hoc eodem Scriptore libel. *de Morib. Germ.* cap. XXII. *Consultabant de pace ac bello in conviviis; tanquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat.* Lex *secunda* pariter concernens legatos, hæc fuit: *Ne cui Achaici concilii civitati seorsim legatos ad externos mittere fas esset.* qua lege non potuit altera excogitari aut salubrior, aut nomini Achaico utilior. Si enim *fœdera* (secundum Jovium *lib.* XLI.) *paribus commodis, exæquatisque sumptibus & mutuis periculis* F *confirmantur*; næ æquissimum est, ut in commune bona fide consulatur, omnibusque confœderatis iidem sint amici, consultores, & adjutores; viamque ad fœderis abolitionem sternunt, quotquot singuli secreto cum exteris capita conferunt, consiliaque miscent. Tam religiose Achæi, quum sui adhuc juris essent, hanc legem servarunt, ut cum Romanis, nisi ea salva pacisci non voluerint: Verum quidem, *postea* (verba sunt Pausaniæ in *Achaicis*) Romani *Lacedæmoniis, ut legatos seorsum mitte-*

rent, concesserunt; cum tamen per fœderis conditionem cautum fuisset, ne civitas ulla, quæ cum Achæis faceret, seorsum ab universo Concilio legatos mittendi liberam facultatem haberet; sed hoc ut factum fuit fraude Appii Claudii, qui, teste eodem Historico, *summo studio Lacedæmoniis favebat*, ita via, hac ratione, strata fuit ad exitium Achaicæ rei. Utinam similia præcaveantur religiosissime ab iis, inter quos simile intercedit fœdus! qui ex sociis hic delinquunt, sane castigari deberent, si non armis, saltem verbis. Nam secundum Livium lib. XLII. *Aut verbis, aut armis castigandus est, qui fœdus rumpit*. Aliqui, rep. nondum firmata, & parum quin nutante, si simile quid impune tulerint, in consequentiam neutiquam trahi debet ab iis, qui religiose jurarunt in leges servientes stabilitæ reipub. Quæ distinctio si attendatur, submovere licebit quasdam difficultates, occurrentes non minus in historia Achæorum, quam aliarum gentium. Lex *tertia* ita concepta erat: *Ne quisquam donum a quoquam Regum capiat*. Lex equidem saluberrima, quæ quandiu non minus publice quam privatim observata fuit, salvæ & incolumes res Achæorum fuerunt. Nam ut recte Plin. cap. XLIII. *Panegyr. Cæsarum munera illitos cibos hamos, opertos præda laqueos æmulantur*. Quod & gnarum Martiali fuit, quum *lib.* V. *ep.* XVIII. caneret;

Odi dolosas munerum & malas artes.
Imitantur hamos dona: namque quis nescit,
Avidum vorata decipi scarum musca.

Quum florerent res eorum, aliud præmium non existimabant sibi convenire pro navata sociis opera, quam quod populis quibusdam libertatem restituissent. Sic enim de illis Polyb. *lib.* II. *cap.* XLII. *Nunquam per occasionem, rei bene gestæ ullum sibi proprium commodum cupiverunt: sed semper pro navata egregie sociis opera, mercedis loco, singularem libertatem, & communem omnium Peloponnesiorum concordiam reportabant*. Hinc sæpe spreverunt variorum regum dona, arma, pecuniam, naves: ut nonnulli existimarint renunciandum amicitiæ Eumenis Regis, quod obtulisset aliquando talenta CXX. de quorum fœnore, obsonia, sumptusque iis, qui ad commune gentis Concilium veniebant, penderentur. Laudabili admodum, si non salutari instituto, uniceque serviente saluti illius reip. Adversus quas sordes, proh dolor! in multas resp. sese exonerare solitas, cum nemo aut elegantius, aut verius dixerit, atque Apollonius Sicyonius aliquando adversus illam Eumenis largitionem, disseruit, opere pretium fuerit integram illam orationem exhibere, prout occurrit apud Polybium in *Legat. Exc.* XLI. cap. II. Ergo ita dixit; *Pecuniam, quæ dono offerebatur, si magnitudo illius spectaretur, dignam Achæis esse, sin animus donantis, & finis quo pertineret illa liberalitas, rem esse turpissimam & iniquissimam. Nam quum legibus cautum esset, ne quis sive privatus, sive in magistratu constitutus, dona a Rege quacunque tandem ex caussa, caperet; iniquissimum facinus futurum, si accepta ea pecunia, omnes palam acceptorum munerum rei essent futuri. Ad hæc dubitare neminem posse, quin summum dedecus cum re esset conjunctum. Nam quis non videat, & probrosum & noxium fore, si quotannis publicum concilium stipendia a Rege Eumene acciperet, & ad deliberandum de publicis rebus velut esca prius deglutita, accederent? Nunc pecunias largiri Eumenem, mox Prusiam largiturum: Seleucum deinde facturum idem. Quum autem Regum & liberarum civitatum res inter se natura sua pugnent, & plurimæ ac maximæ quæque consultationes nostræ sint de controversiis, quas habemus cum regibus; duorum alterum manifesto necessarium erit, aut ut Regum utilitatem nostris commodis anteponamus; aut si aliter fecerimus, ut ingrati videamur, si iis nos opponamus, quorum erimus mercenarii. Hortari igitur Achæos, non solum ut munus recusent, verum etiam, ut Eumenem, quod ei talis largitionis in mentem venerit, odio habeant*. Hactenus apud Polybium Apollonius Sicyonius. At simulac Lex hæc delibata fuit, gliscere primum, dein ruere cœperunt res Achæorum. Accidit hac Menalcidas, antea muneribus delibutus, auro corrupit Callicratem hominem sui commatis, quo tempore teste Pausania in *Achaicis*, inter simplices & artium seculi inexpertos hi jactari cœperunt versus, observatione dignissimi:

Ὡς ἄλλ' ἦν καὶ πῦρ ἐς πλέον ἄλλου πυρὸς καῖον,
Καὶ λύκος ἀγριώτερος λύκων ἄλλων,
Καὶ ὠκύτερος ἱέραξ ἱέρακος πέτεσθαι,
Εἴ γε καὶ Καλλικράτην ἀνοσιώτατον τῶν τότε,
Μεναλκίδας μὲν ὑπερῆρεν ἀπιστίᾳ Καλλικράτην.
Et ignis est alio qui magis urat igne,
Lupisque sævior lupus est aliis,
Accipiter ocyus accipitre volat.
Sic Callicratem ipsum immemorem ante alios
Superavit perfidia Menalcidas.

At, redeundo ad legem saluberrimam Achaicæ reip. occasione illius non incommode quæritur, an ergo Oratori, sive, qui pro rege aut repub. aliqua legationem obit, fas sit dona accipere? Sane jam olim Athenienses & Corinthii, Græcorum politissimi, legem severam admodum tulerunt adversus legatos dona accipientes, ut liquet ex Plut. in *Apophtheg.* Atticæ legis severitate judicatus Epicrates, & capitis damnatus, quod legationem, munerum acceptione incestasset, quem neque reducti ex Piræeo populi beneficium, nec alia in rempublicam merita supplicii gravitate sublevare potuerunt. Condemnatus eandem ob caussam Callias, qui etsi ob gloriosam cum Persis initam pacem gloriosis muneribus dignus erat, accepti tamen in legatione Persica doni pœnam, mulctatus talentis quinquaginta, sustinuit. Nec Philocrates, quod donatus a Philippo Macedone rediisset, impune tulit. Hujus veteris Græcorum sanctionis observantissimi sunt Veneti, quorum scitis, capitale legato est, munera in legationis functione acceptasse. Cujus legis, sed simul patriæ, severitatem non potuit etiam clarissimus oratorum, Hermolaus Barbarus evadere, quin absens condemnatus Senatus populique Veneti suffragiis fuerit, quod contra legem munera Pontificia contrectasset; Jovius in *Elog. illustr. viror. cap.* XXXVI. Sed an ergo in nullo casu fas fuerit legato dona admittere? Aut, an dicemus leges Atticas, Corinthiacas, & Venetas prodiisse e Schola Philosophorum, quorum est pecuniam contemnere, *l.* 8. *§.* 4. *ff. de Vacat.* Certe priscæ simplicitatis Germani, etsi auri & argenti pretium nihili ferme penderent, (uti superioris seculi memoria etiam Helvetios & aurum & gemmas cum Æsopico Gallo ignorasse, testatur Cominæus *lib.* XII. *Comment.*) tamen vasa argentea asservabant, & honoris ergo ostentabant, quæ honorifico legationis titulo ipsis erant foris donata. Tacitus *de mor.* Tam solennia autem & ordinaria in legationibus munera erant, ut ingrata æstimaretur missio & contemta, omnisque honoris expers esse, quam donatio munerum nulla commendabat. Propterea ægre non solum tulisse, sed & indignatos vehementer Germanos fuisse, si vacui munerum ex legationis functionibus rediissent, Amm. Marcellinus scribit, *lib.* XVI. Romani vero ut & fortunæ & imperii splendor ferebat, indonatum (hostium excipio) legatum fere nullum dimittebant, sumptibus immensis in hanc rem collatis, neque hoc solum in urbe,

urbe, sed & in provinciis servabatur, ut si forte exterorum legati transirent, præsidum etiam muneribus nomine principis & reipublicæ afficerentur, *l. divus 6. ff. de bon. damn.* Quid ergo censebimus circa hanc quæstionem, quam definire periculosum? Nihil aliud occurrit, quod cum ratione annotemus, præter illud, quod habet Ulpianus *l. 6. ff. de Off. Proconf. & Legati*, ubi ita JCC. accuratissimus: *Non vero in totum Xeniis abstinere debebit Proconsul: sed modum adjicere: neque morose in totum abstineat; neque avare modum Xeniorum excedat. Quam rem D. Severus & Imp. Antoninus elegantissima epistola sunt moderati, cujus verba hæc sunt. Quantum ad Xenia pertinet, audi, quid sentimus: Vetus proverbium est: οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων, id est*, neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus. *Nam valde inhumanum est a nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & omnia, avarissimum.* Et post paulo: *Sed nec Xenia producenda sunt, ad munerum qualitatem.* Quid quod plurimum interfit inter illa dona, quæ legato, ipso jure quasi hospitalitatis dantur, & illa, quæ eidem velut legato, atque secundum legationis jus atque morem destinantur. Ad hoc despiciendum, quo fine ab iis, ad quos legati missi sunt, hisce munera destinentur. neque enim beneficia, quæ a singulari indulgentia Principum, veras animi dotes in legatis æstimantium, proficiscuntur, temere repudiare fas est, sed potius quam gratiosissime interpretari & exosculari convenit. Nam ut eleganter dicit Javolenus *leg. 3. ff. de Const. Principum: Beneficium Imperatoris, quod a divina scilicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.* Sed progrediendo in legibus, quibus Achæorum resp. firmata fuit, ad eas *Quarta* hæc, teste Livio *lib.* XXXII. referri quoque meretur: *Ne ultra diem tertium Concilium trahatur, at eo omnino decretum fiat.* Provide admodum, siquidem longis consultationum moris, cunctationibus, frustrationibusque, non solum, domi rei præclare gerendæ occasio amittitur, verum hosti quoque audiendi, atque, quæ animo destinavit, maturandi fiducia additur. Damocritus quidem Ætolorum Prætor, apud Livium *lib.* XXXI. *rem magni discriminis consiliis nullam esse tam inimicam, quam celeritatem dixit: celerem enim pœnitentiam, sed eandem seram atque inutilem sequi, cum præcipitata raptim consilia neque revocari, neque in integrum restitui possint.* atque Thucydides *lib.* I. de Lacedæmoniis agens, laudi eorum cedere vult, quando dicit: *Vos soli Græcorum Lacedæmonii quiescitis, non vi aliquem, sed cunctatione repellentes.* Interim exemplo Achæorum spatium deliberandi nimis longum esse non debet, nec eo usque extendi, quam rei gerendæ occasio elapsa fuerit, ne idem eveniat, quod ait Tacit. lib. III. *Hist.* cap. XL. de Fabio Valente: *Qui inutili cunctatione, agendi tempora consultando consumpsit.* Quo nomine, jure summo Seneca quendam reprehendit, *Epist.* LXXI. *Subinde*, inquit, *me de singulis rebus consulis, oblitus vasto nos mari dividi. Cum magna pars consilii sit in tempore, necesse est evenire, ut de quibusdam rebus tunc ad te perferatur sententia mea, cum jam contraria potior est: Consilia enim rebus aptantur: res nostræ feruntur, imo volvuntur. Ergo consilium sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est nimis: sub manu, quod ajunt, sub manu nascatur.* Pro dignitate ergo ipsa res pensanda lente festinanti, sed quantum res & rei gerendæ occasio patiuntur. Ut post Achæos, quorum statutum hic ponderamus, exploratum habuerunt Romani, de quibus agens Polybius lib. VI. sic loquitur per interpretem: *Quoties enim alicujus ab exteris periculi metus ingruens concordare cives, ac sibi invicem ferre opem coegerit, ea tum est ac tanta hujusce Reipublicæ vis, ut neque in deliberationibus quicquam eorum prætermittatur, quæ facto sunt opus, quum, ut quicquid accidit, eo certatim cuncti suas cogitationes referunt: & eorum quæ sunt decreta nihil fiat tardius, quam oporteat, publice privatimque omnibus ad consulta perficienda connitentibus.* Huc usque ille. Consultationes maturas quidem esse oportet, cæterum mature quoque executioni mandari debent, juxta illud Sallust. in *Conjur. Catil. Priusquam incipias, consulto; & ubi consulueris; mature facto opus est*: cui consonat illud Isocratis Orat. *ad Demonicum*: Βουλεύου βραδέως, ἐπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Atque (ut obiter hic illud notemus) reprehensionem merentur, qui circa illud, quod in deliberationem venit, non nisi difficultates conglobare sciunt. Quo cum faciat oratio Xerxis apud Herodotum *lib.* VII. non pigebit partem illius exhibere. Ita ergo ille. *Si velis in rei consultatione omnia perinde considerare, nunquam aliquid efficies. Satius enim omnia alacriter aggredientem, dimidium ærumnarum pati, quam omni in re, præsumpto metu nihil omnino pati. Quod si repugnando omnibus quæ dicuntur, non ostendas quid firmum sit, perinde peccas, atque qui contraria istis dicat. Scire vero aliquem qua ratione quid firmum esse oporteat, nequaquam arbitror. Illi qui facere quid volunt, consuevit plerumque succedere emolumentum: raro autem iis, qui pensant omnia, & quos agere piget.* Hactenus Herodotus. Ex Achæorum legibus, quas pro instituti nostri ratione, considerare convenit, sequitur *Quinta*, quæ hæc fuit, sacramento sociorum quoque firmari solita: *In societatem Achæorum nulli recipiantor ab aliqua civitate, ejusve magistratibus, insciis reliquis sociis.* Pro legis hujus illustratione ex re est audire Polybium lib. IV. *Hist.* cap. IX. sic proloquentem: *Igitur, ut ex Achæorum edicto congregati in armis omnes fuere, qui ætate militari erant, quum ad multitudinem iterum adiissent Messenii, orantes, ne se, tam manifesto scelere oppressos, desererent: cupientes etiam in communis societatis fœdus recipi, & ut columnæ fœderis suum cum cæteris nomen inscriberetur, admodum optantes. de societate quidem principes Achæorum abnuerunt: quod dicerent, insciis Philippo ac reliquis sociis neminem admitti posse. Adhuc enim manebat illius jurisjurandi religio, quo temporibus Cleomenicis Antigonus societatem sanciverat inter Achæos, Epirotas, Phocenses, Macedones, Bœotos, Arcades, ac Thessalos.* Hæc acer ille Græcorum historicus. Nec præter rationem hæc lex, firmandæ Achæorum societati unice serviens, ab iisdem religiose servata fuit, quandiu res eorum stetere, atque incolumes fuerunt. Siquidem existimarunt I. hoc adversari rationi societatis, paribus votis & pari studio in commune commodum initæ. Licet alias proh dolor! jam olim verum fuerit, quod dicit Sall. in *B. J.* cap. LXI. *Per maximam amicitiam maxima copia fallendi est.* cui geminum illud Taciti lib. II. *Ann.* cap. LXVI. *Arcta amicitia accommodatior ad fallendum.* II. Providere voluerunt, ne qui in societatem reciperentur, quorum societas aliqua ratione posset esse gravis. Præterquam enim quod *societas validiorum atterit*, juxta Tac. lib. IV. *Hist.* capit. XII. quidam populi tam corruptis contaminatisque moribus sunt præditi, ut per suam societatem inficiant omnes, integras licet gentes; quæ cum iis conversantur, adeo ut tutum non sit promiscue quoscunque e subditis cum iis conversari. quod experti olim fuerunt Epidamnii, de quibus ita per interpretem Plutarch. in *Quæst. Græc. qu.* XXVIII. *Epidamnii*, inquit, *Illyriorum*

vicini, cum suos cives cum istis commercia agitantes viderent deteriores fieri, & ea de caussa sibi a novis rebus metuerent, ad contractus & permutationes istas quotannis spectatæ vitæ civem delegerunt, qui ad barbaros commeans omnium civium nomine cum his negotiaretur, Poletesque (πωλήτης) ab isto commeatu diceretur. Huc usque Plutarchus. Præclaris hisce, atque id genus aliis institutis, quamdiu præ studio tuendæ libertatis æstuavit, Achaja inconcussa stetit, adeoque floruit per complura secula, ut certatim Græci ad illius societatem, tanquam tutissimum & inconcussum libertatis asylum confugerent. Quanquam inter hæc Achæi ea mala evitare non omnino potuerunt, quæ justæ Unionis Libertatisque fulgor atque æmulatio concitare solet. Hinc adeo assidua his cum finitimis, veluti Ætolis, Lacedæmoniis, Macedonibus, in unum etiam aliquando sociatis, Eleisque bella fuere. Tandem, qui aliis populis pares, est & ubi superiores extiterant, Romanis non magis armis quam artibus & sophismatis ultimum succubuere: ipsi alioquin minime omnium mali, simplicitatique dediti, malis denique artibus vacui, sic ut ne hostes quidem dolo vincere vellent: prout expresse testatur Polyb. *lib.* XIII. *cap.* XI. ubi ita de iis: *Quippe qui victoriam nullam neque satis illustrem, neque stabilem ducerent, nisi quis propalam hostes aggressus, animos ipsos virtute sua fregisset. Propterea convenerat inter ipsos, ut neque occultis telis alter in alterum uterentur, neque missilibus, longinquo jactis. Cernendi namque controversias solam putabant legitimam esse rationem, cum pede collato pugnatur cominus. Idcirco etiam quoties armis decertare statuissent, & bella, & prælia sibi invicem denunciabant, loca item ad quæ aciei instituendæ caussa essent venturi*. Hæc iterum ille. Quibus vero gradibus ad exitium suum eminentissimus hic populus properaverit, breviter (ut mei maxime Belgæ exemplum habeant, quod temporibus hisce difficillimis intueantur) deinceps proponere est animus, cuncta secundum veritatem historicam, pluribus scriptoribus cum judicio inter se comparatis, sic lectorum oculis & animis exhibiturus, ut pro re nata utilissimas pariter admonitiones inspersurus sim.

CAP. V.

Romani, devictis Carthaginensibus, bellum Macedonicum subdolo prætextu juvandorum sociorum auspicati sunt.

ERGO cum jam Romani Italiæ domini essent, (*quam magno labore, ac vix quingentis annis stabilem sibi reddidere*, ut loquitur Appianus Alexandrinus in *Operis Prologo*: siquidem *semper facilius crescit dignitas* (aut potentia) *quam incipit*, secundum Senec. *ep.* CVII. *& primæ dominandi spes in arduo; ubi ingressus fueris, adsunt studia & ministri*, secundum Tacit. lib. IV. *Ann.* cap. VII.) atque viderent opulentissimam in proximo prædam, (sunt verba Flori *lib.* II. *cap.* II.) quodammodo Italiæ suæ abscissam, & quasi revulsam; adeo cupiditate ejus exarserunt, ut quatenus nec mole jungi, nec pontibus posset, armis belloque jungendam, & ad continentem suum revocandam bello censuerunt. Ultro vero *ipsis fatis viam pandentibus* (sunt verba ejusdem Flori) occasione belli Punici primi, (quod secundum Livium in princ. *lib.* XXXI. incidit in annum ab Urbe Cond. CCCCLXXXVIII.) non solum potiti fuerunt Sicilia, eam redigendo ad modum *suburbanæ provinciæ*: verum etiam Sardiniam annexamque Corsicam, duce Lucio Cornelio Scipione occuparunt; tantosque sumpserunt spiritus, ut ausi fuerint in Illyricum arma promovere, (de hoc bello, quod incidit in annum ab V. C. DXXII. videatur Appianus in *Illyricis*) ultroque Pœnos lacessere, cum quibus quamvis ancipiti casu & dubio Marte per integros duodeviginti annos luctati fuerint (consulantur Eutropius in fine *lib.* III. & Oros. *lib.* IV. *cap.* XX.) antea tamen receptui non cecinerunt, quam *præmium victoriæ Africa* foret, ut loquitur Florus sub finem *cap.* VI. *lib.* II. Pœnorum metu liberati, quod maris potentes forent, non unam amplius provinciam, ut antea, sed universum terrarum orbem victoriis suis, Alexandri Magni exemplo, pergrassari laborarunt. Quis enim obex objici iis potuisset, quibus Carthaginenses resistere non potuerant, quique imperium maris, post difficilem licet luctam, per virtutem obtinuerant: hoc enim validissimum esse, non minus ad conservandum quam ad proferendum imperium, omnis ævi memoria testatur, & nos alias ex professo integro opere *de Imperio Maritimo* ostendimus. Initio vero in Macedones arma vertunt, caussam breviter tangit Florus *lib.* II. *cap.* VII. *Caussa*, inquit, *cœpit a fœdere Philippi, quo rex jam pridem dominantem in Italia Annibalem sibi sociaverat: postea crevit, implorantibus Athenis* (Atheniensium exemplum post paulo secuti fuerunt Ætoli) *auxilium contra regis injurias, quum ille ultra jus victoriæ in templam, aras, & sepulchra ipsa sæviret. Placuit senatui opem tantis ferre supplicibus. Quippe jam gentium reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant*. qua postrema sententia, quæ oraculi instar haberi debet, nihil verius est. Quibus favet victoria, eis non solum cuncta cedunt, juxta Tacit. lib. XIV. *Ann.* cap. XXXVI. verum etiam quia *omnia illis prona* sunt, (quemadmodum idem loquitur in *Vita Agricolæ*) quam plurimos habent amicos, a quibus observentur, & qui eorundem opem atque auxilium implorent. Quemadmodum vel soli Romani, de quibus jam agimus, testes esse possunt, idem de iisdem testantibus Rhodiis apud Liv. *lib.* XXXVII. *Omne genus humanum vestrum nomen* (forte *numen*, hæc enim compellatio non abhorret ab adulantibus hisce legatis) *imperiumque, juxta ac Deos immortales jampridem intuetur*. Sed progrediamur in historia. Atheniensium ergo atque Ætolorum legatos avide non minus audiverunt, quam complexi sunt Romani: subserviente amplius occasione, quam tangit Justinus lib. XXX. *Legatos Alexandrini*, inquit, *ad Romanos misere, orantes, ut tutelam pupilli susciperent; tuerenturque regnum Ægypti, quod jam Philippum & Antiochum facta inter se pactione, divisisse* dicebant. Pergit Justinus *cap.* III. *Grata legatio*, dicit, *Romanis fuit, causam belli adversus Philippum quærentibus, qui insidiatus eis temporibus belli Punici fuerat. Huc accedebat, quod Pœnis & Annibale superatis, nullius magis arma metuebant, reputantibus, quantum motus Pyrrhus parva manu Macedonum in Italia fecisset, quantasque res Macedones in Oriente gessissent. Mittuntur itaque legati, qui Antiocho & Philippo denuncient*, Regno Ægypti abstineant. *Mittitur & M. Lepidus in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret. Dum hæc aguntur, interim legationes Attali regis, & Rhodiorum, injurias Philippi querentes, Romam venerunt. Quæ res omnem cunctationem Macedonici belli senatu exemit*. Hæc ille. Incipit igitur bellum Macedonicum, sed specioso prætextu velatum, de quo sic deinceps Justinus: *Statim igitur, titulo ferendi sociis auxilii, bellum adversus Philippum decernitur*. scilicet, idem vult dicere quod sagacissimus Romanorum Cicero non dissimulat; nempe populum

A Romanum *juvandis sociis totum terrarum orbem occupasse.*

Polybius Romanorum nimis quam expertus *lib.* II. *Ῥωμαίοις μὲν κάλλιστον ἔθος ἐστὶ τὰ κατ' ἰδίαν ἀδικήματα κοινῇ μεταπορεύεσθαι, καὶ βοηθεῖν ἀδικουμένοις. Romanis quidem mos est hic pulcherrimus* (scil. sub hoc honesto titulo propriis commodis studendi) *ut privatim factas injurias publice persequantur, & injuriam passis opem ferant.* Quod cum non tam nosset, quam expertus esset Jugurtha, apud Sallust. in *Bello Jugurth.* cap. LXXXI. differit: *Romanos injustos, profunda avaritia, communes omnium hostes esse. eandem illis caussam belli cum Boc-* B *cho habere, quam secum, & cum aliis gentibus; libidinem imperitandi, queis omnia regna adversa sint.* Et tamen subdolum hunc animum, mortalium astutissimi velo religionis & pietatis velare solent, quod quamvis infra forte distinctius considerаturi simus, tamen ex re est audire eundem Ciceronem, qui ita oratione *pro Rullo*: *Quam volumus*, inquit, *P.C. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso hujus gentis, ac terræ domestico, nativoque sensu Italos ipsos, ac Latinos; sed pietate, ac religione, atque hac una sapientia, quod Deorum immortalium numine omnia regi, gubernarique perspe-* C *ximus, omnes gentes, nationesque superavimus.*

CAP. VI.

Quis, & qualis fuerit Philippus Macedoniæ Rex, quem Romani, pace illi oblata, durante bello Punico, in Triumphi materiam seposuerunt.

UT ex iis, quæ dicta sunt, constat; quo prætextu Romani bellum Macedonicum, (hoc Philippicum quoque dictum fuit a rege Philippo) quod in tanta jam olim fama fuit, auspicati fuerint, sic deinceps secundum filum histo- D riæ, ductu variorum historicorum continuandum, expendendum, quomodo eidem implicari contigerit Achæos, in quorum gratiam proxime præcedentia præmisimus. Sic tamen, ut quædam tempore priora, in Lectoris gratiam, præmittantur. Quum Philippus ergo Demetrii filius, (quem moriens pater parvulum reliquerat sub tutela Antigoni, juxta Just. *lib.* XXVIII. *cap.* III.) mortuo Antigono, qui pupilli sui matre in uxorem ducta, pro rege se gerere sustinuerat: (teste eod. itemque Plut. in *Cleom.* cap. XLII.) regnum, velut Philippus ejus nominis quintus, inter reges Macedoniæ, suscepisset; oppido licet juvenis esset, pruden- E ter tamen diu antea prævidit, sibi tamdiu solum in Græcia quietem prorogatum iri, quam inter Romanos & Pœnos, populos ambitiosissimos, de orbis imperio contenderetur, a victore vero & alterutrius nationis eversore, certo sibi suoque imperio portendi exitium: unde & in hunc sensum apud Justin. *lib.* XXIII. *cap.* II. differit: *Siquidem consurgentibus ab occidenti novis Pœnorum & Romanorum imperiis, quibus una hæc a Græcia & Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperii faciunt: cæterum statim victoribus transitum in Orientem fore. Videre se itaque*, ait, *consurgentem* F *in Italia nubem illam, trucis & cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam in quascunque terrarum partes victoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam. Frequenter Græciam ingentes motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa levia fuisse existimaturos, si ea, quæ nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit. Cernere se, quam cruenta & sanguinaria inter se bella, utriusque populi viribus copiarum, & ducum artibus, gerant: quæ rabies finire solo partis alterius interitu, sine ruina finitimorum non possit. Feros igitur animos victorum minus quidem Macedoniæ, quam Græciæ timendos, quia & remotior, & in vindictam sui robustior sit: scire tamen se, eos, qui tantis viribus concurrant, non contentos hoc fine victoriæ fore; metuendumque sibi quoque certamen eorum, qui superiores extiterint.* Cujus oratio, rationesque, quæ in eadem proponuntur, utinam aliquanto diligentius expenderentur, ab illis, qui salutis reip. suæ securi, in futurum, velut otiosi spectatores, duorum præpotentum, sed sibi quoque vicinorum regum certamina, de summa rei, aliud agendo intueri possunt. Quidquid iis quoque præsens tranquillitas suggesserit, quum secundum Senecam lib. III. *de Benef.* cap. III. in universum hic *mortalibus mos sit, ex magnis majora cupiendi*; obtrito altero ex commissis regibus, ipsi præda victoris evadent. Redeundo ad Philippum: is contra hanc procellam, ut videre est apud Liv. *lib.* XXXI. tempestive quidem se munire voluit, inita cum Hannibale societate, parata classe, & percusso fœdere cum Achæis nostris, cæterum Panico terrore correptis ejus classiariis (videatur Polybius *lib.* IV. *cap.* CX.) & per Prætoris M. Valerii Lævini classem, quam Rhodii instruxerant, vastata Græcia, ad hoc Attalo Pergami rege cum Ætolis in eum insurgente (videatur Florus *lib.* II. *cap.* VII.) coactus est pacem facere cum Romanis, *contentis interim* (nam Hannibal adhuc in Italia cum exercitu sedebat) *bellum Macedonicum distulisse*, ut loquitur Justinus *lib.* XXIX. *cap.* IV. Quod bellum, licet præcesserit sollicitationes Atheniensium Ætolorum, (de quibus modo dictum fuit) nihilominus tamen, quod ei contra Romano primitus immixti fuerint Achæi, omnino hoc loco saltem attingi debuit. Duo vero notare convenit circa hunc Philippum. *Primo* commendari debet ejus astutia, quod undiquaque ab hostibus obsessus, retinere sciverit socios: *deinde* ejus fortitudo, quod ne tum quidem animum dimiserit: quum herbam porrigere cogeretur, ut deinceps referetur. Pepercerunt hac vice Philippo Romani, quod districti bello Punico secundo, tot bellis gerendis impares essent. Nihil autem Philippus, classe licet instructus, & ad Italicam expeditionem accinctus proficere potuit: Impeditus a Lævino Prætore, qui pro Romanis rem gerebat, & Dardanis, qui Macedoniæ fines vastare cœperant, ut refert Justinus *lib.* XXIX. *cap.* IV. Atque, hic ut prædicari Romanorum prudentia debet, qui eodem tempore duobus hostibus sibi rem esse noluerunt; (fusius hoc prædicat Polybius hac ipsa occasione *lib.* II. *cap.* XIII. & *cap.* XXIII.) ita nec laude sua fraudandus est Lævinus Prætor, qui Ætolos, parum quin oppressos a Philippo, spe usque adeo sustentavit, ut oppressos licet & parum quin subactos in obsequio populi Romani retinuerit. Huc pertinent sequentia Justini verba *l. d. Propediem auxilia se missurum pollicetur; Non quia facere posset, quæ promittebat; sed, ut spe impletos, in societatis jure retineret.* similiter Livius *lib.* XXXI. *Ætoli cum spe magis, Romanis omnia promittentibus, quam cum auxilio dimissi.*

CAP. VII.

Philippo Macedoniæ Rege infeliciter adversus Romanos rem gerente, Achæi, cum a diversis sollicitarentur, per Aristænum a Philippo Rege alienati fuerunt, Romanisque, magno suo malo, sociati fuerunt.

PRÆLUDIA hæc belli inter Achæos & Philippum, major dein moles subsecuta fuit; suadentibus iis occasionibus, quas jam antea proposuimus. Neutiquam vero Mars, alias licet non iniquus, in hoc bello Macedonicis partibus favit: quamvis enim Philippus quandantenus restiterit, suaque tutus fuerit adversus P. Sulpicium Consulem (videatur Liv. *lib.* XXXI.) prælio licet equestri superaretur; non potuit tamen subsistere adversus L. Quintium Flaminium (in *Fastis Capitolinis* vocatur Flamininus) qui (consulendus Liv. *lib.* XXXII.) tertius eo Cos. missus Philippum in faucibus Epiri superavit, fugatumque coegit in regnum reverti, ad hoc, fidem faciente eodem Historico, Thessalia, quæ vicina Macedoniæ erat, a sociis Romanorum Ætolis & Athamantibus vexata est, navalique bello Romanos Attalo sociisque juvantibus, Eubœa maritimaque ora occupatæ fuerunt: Græciæ item civitates, quæ nihil in Romanos admiserant, quæque Macedoni invitæ paruerant, crudeliter habitæ: Erythria direpta, Corinthus obsessa. Florus poetarum more hæc omnia exaggerans *lib.* II. *cap.* VII. sic loquitur: *Aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant Rhodii, nauticus populus: qui navibus à mari, consul a terris, omnia equis virisque, quatiebat. Bis victus rex, bis fugatus, bis exutus castris: quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipso* VULNERUM *aspectu: quæ non spiculis, non sagittis, nec ullo Græculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant. Enimvero, Flaminio duce, invios antea Chaonum montes, Aoumque amnem per abrupta vadentem, id est, ipsa Macedoniæ claustra penetravimus. Introisse, victoria fuit: nam nunquam postea ausus congredi rex, ad tumulos, quos Cynocephalas vocant, uno, ac ne hoc quidem justo prælio, opprimitur.* Ab hoc tempore inclinari cœpit fortuna Macedonum, quorum majestatem, haut secus, atque subditi, Achæi hactenus inter se coluerant, mutuisque beneficiis firmare laboraverant. Flaminius vero, ut vir catus & circumspectus, mox de Achæis a societate Macedonica ad Romanam amicitiam traducendis, serio cogitare cœpit: Et impetrandi spes quoque inde affulserat, quod Achaja jam in partes diducta erat. Cycliade ad Philippum Achæorum res trahente, eoque Achaja pulso, contra Aristæno Prætore Romanis palam favente. Qua de re ex re est audire Livium, cujus hæc sunt verba lib. XXXII. *Histor. Elatiam obsidenti consuli rei majoris spes affulsit; Achæorum gentem ab societate regia ad Romanam amicitiam avertendi. Cycliadem, principem factionis ad Philippum trahentium res, expulerant. Aristænus, qui Romanis gentem jungi volebat, prætor erat. Classis Romana cum Attalo, & Rhodiis Cenchreis stabat, parabantque communi omnes consilio Corinthum oppugnare. Optimum igitur ratus est priusquam eam rem aggrederentur, legatos ad gentem Achæorum mitti; pollicentes, si ab rege ad Romanos defecissent, Corinthum iis contributuros, in antiquum gentis concilium. Auctore consule legati a fratre ejus L. Quintio, & Rhodiis, & Atheniensibus, ad Achæos missi. Sicyone datum est concilium. Erat autem non admodum simplex habitus animorum inter Achæos. terrebat eos Lacedæmonius, gravis & assiduus hostis: horrebant Romana arma: Macedonum beneficiis & veteribus, & recentibus obligati erant: regem ipsum suspectum habebant: pro ejus crudelitate perfidiaque ex iis, quæ tum ad tempus faceret, æstimantes, graviorem post bellum dominum futurum cernebant. neque solum quid in senatu quisque civitatis suæ, aut in communibus conciliis gentis pro sententia dicerent, ignorabant: sed ne ipsis quidem secum cogitantibus quid vellent, aut quid optarent, satis constabat. Ad homines ita incertos introductis legatis, potestas dicendi facta est. Romanus primum, legatus L. Calpurnius, deinde Attali regis legati, post eos Rhodii disseruerunt. Philippi deinde legatis dicendi potestas facta est. Postremo Athenienses, ut refellerent Macedonum dicta, auditi sunt. fere atrocissime in regem, quia nulli nec plura, nec tam acerba passi erant, invecti sunt. Et illa quidem concio sub occasum solis, tot legatorum perpetuis orationibus, die absumpto, demissa est.* Hæc Livius. Priusquam pergimus in pertexenda ex Livio historia, ac relatione rerum, quæ altero Concilii die acciderent, ex re est, ratione eorum, quæ jam relata sunt, tria distincte annotare. I. Qui sociis suis remissam dederunt operam, his, sive oppressis, sive alia ratione subversis, inter sexcentas easque quam dubias difficultates fluctuare solent: ut hoc loco, quo alii sapiant, suo exemplo Achæi docent. Vere Thucydides (atque utinam observaretur semper!) *lib.* I. *Qui sapiunt*, (inquit) *sociorum seu confœderatorum suorum injurias non negligunt, nec differunt ultionem, cum eorum non differatur injuria.* II. Quod Tacitus observat lib. I. *Ann.* cap. LXXI. & lib. III. *Ann.* cap. IX. circa Achæos est animadvertere *Consilia pavidis in incerto sunt.* Optandum vero fuisset, in hoc rerum articulo Achæis idem animus fuisset, qui Romano militi apud eundem scriptorem lib. IV. *Hist.* cap. II. qui *neque proditoris, neque hostium se profitebatur uti consilio.* Sed ut plurimum, in similibus rerum articulis usu venit, quod idem Doctor monet lib. III. *Histor.* cap. LVIII. *Consilia prudentum, & vulgi rumor in metu juxta audiuntur.* III. Interim in hac ardua deliberatione, tam præcipites non debuissent fuisse hi ipsi Achæi, sed lente potius festinare, consilia sua ordinando ex ejusdem Taciti admonitione, apud quem lib. II. *Histor.* cap. LXXVI. prudens hoc monitum occurrit: *Consilia magnarum rerum qui suscipiunt: æstimare debent, an quod inchoatur, reip. utile, ipsis gloriosum aut promptum effectu, aut certe non arduum sit, simul ipse qui suadet, considerandus est, adjiciat ne consilio periculum suum: & si fortuna cœptis adfuerit, cui summum decus adquiratur.* Sed continuemus ulterius historiam: Ergo quum eo die nihil actum foret, nisi quod auditæ fuissent variorum legatorum orationes, postridie unius Aristæni Prætoris oratione favor in Romanos inclinare cœpit, cujus *orationis* hæc summa fuerit secundum Livium: *Ostensa primo Philippi impotentia, qui Achæos Lacedæmoniis depopulandos vastandosque reliquisset, totque urbes a Romanis capi oppugnarique passus fuisset, atque ipse etiam Romanis cessisset: quare si sua voluntate tot socios hostibus diripiendos reliquisset, quin & socii sibi consulerent recusare non posse: sin metu, Achæis quoque ignoscere oportere, pariter timentibus qui ipse victus armis cesserat: Inde vero, ostensa Romanorum potentia felicitateque, posteaquam ii bello Punico semel defuncti essent, mareque in potestate haberent, ubi Peloponnesus navali bello apertior opportuniorque erat. Commemoratæ & veteres Achæorum injuriæ, crudelitatesque a Philippo exercitæ. Neque mediam viam, quam Macedo ostenderet, mediam esse, sed nullam. Etenim præterquam quod aut accipienda aut aspernanda Romana societas esset, quid aliud Achæos quam nuspiam gratia stabili, velut qui eventum exspectassent, ut fortunæ applicaent sua consilia, prædam victoris futuros? Quare quod omnibus votis petendum erat, oblatum ne fastidi-*

rent: neque enim quemadmodum hodie utrumque Achæis liceret, sic semper liciturum. Sic quidem Aristænus. Eventum priusquam proponimus, velut in transitu expendere convenit, quantum in rep. possit eloquentia, ut non sine ratione apud Plutarch. in *Vitis* x. *Rhetorum*, Lycurgus testetur, se *rempubl. orando agendoque gessisse*, ex multis qui ad suffragium vocari possent, instar omnium esse potest unus Aristides qui ita Orat. *Plat.* I. per interpretem loquitur: *Quod in corpore Gymnastica simul & medicina præstant, id in animo & negotiis civitatum valet Rhetorica. Incerta enim num futura sint, prævidet concionando: alia ne fiant, legibus ferendis providet: quæ autem gesta sunt corrigit, injustos judicibus tradendo. Quicquid horum dixeris, Princeps, præfectus, præceptor: id oratori conveniet, eritque ejus nomen. Nam quod pueris præceptores, id populo præstant oratores. Monstrant quid faciendum sit: sententiis ac decretis instituunt, &c. Choro coryphæus imperat, nautis gubernator, dux militibus, orator populo.* Hæc Aristides. Nec tamen mox persuadere potuit Aristænus, ut ut disertus videretur, ea, quæ cum ratione suadere visus erat. Quod cum distincte referatur loco dicto a Livio, non abs re fuerit, ejus verba exhibere. *Secundum orationem prætoris*, inquit, *murmur ortum aliorum cum assensu, aliorum inclementer assentientes increpantium, &, jam non singuli tantum, sed populi universi inter se altercabantur: tum inter magistratus gentis (Demiurgos vocant, decem numero creantur) certamen nihilo segnius, quam inter multitudinem esse quinque, relaturos se de societate Romana ajebant, suffragiumque daturos: quinque lege cautum testabantur, ne quod adversus Philippi societatem esset, aut referre magistratibus, aut decernere concilio jus esset. Hic quoque dies jurgiis est consumptus. Supererat unus justi concilii dies: (tertio enim lex jubebat decretum fieri) in quem adeo exarsere studia, ut vix parentes a liberis temperaverint. Khisiasus Pellenensis erat, filium Demiurgum, nomine Memnonem habebat; partis ejus, quæ decretum recitare, perrogarique sententias prohibebat. Is diu obtestatus filium, ut consulere Achæos communi saluti pateretur, non pertinacia sua gentem universam perditum iret, posteaquam parum proficiebant preces, juratus se eum sua manu interempturum, nec pro filio, sed pro hoste habiturum; minis pervicit, ut postero die conjungeret iis se, qui referebant. qui quum plures facti referrent, omnibus fere populis haud dubie approbantibus relationem, ac præ se ferentibus, quid decreturi essent; Dymæi, ac Megalopolitani, & quidam Argivorum priusquam decretum fieret, consurrexerunt, ac reliquerunt concilium: neque mirante ullo, neque improbante. Nam Megalopolitanos, avorum memoria pulsos, ab Lacedæmoniis, restituerat in patriam Antigonus: & Dymæis captis nuper direptisque ab exercitu Romano, quum redimi eos ubicumque servirent, Philippus jussisset, non libertatem modo, sed etiam patriam reddiderat. Jam Argivi præterquam quod Macedonum reges ab se oriundos credunt, privatis etiam hospitiis, familiarique amicitia plerique illi grati Philippo erant. ob hæc concilio, quod inclinaverat ad Romanam societatem ineundam, excesserunt: veniaque iis hujus secessionis fuit, & magnis & recentibus obligatis beneficiis. Cæteri populi Achæorum, quum sententiæ perrogarentur, societatem cum Attalo ac Rhodiis præsenti decreto confirmarunt: cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est, in præsentia tres legatos ad L. Quintium mitti placuit.* Hæc Livius. Multa hic possent observari, cæterum sequentia instar omnium esse possunt. I. Achæi, dum Aristæno aures præbent, gravi piaculo se obstrinxerunt, siquidem violarunt legem, quam communibus suffragiis antea sanciverant, quæ vetabat: *quidquam quod adversus*

A *Philippi societatem esset, aut magistratibus referre, aut Concilio decernere.* Fateor quidem, eos non mox se gessisse pro apertis Philippi hostibus: interim verum est, quod dicit Thucydides *lib.* I. *Violant fœdera, non qui deserti alia auxilia quærunt, sed qui socios non defendunt.* At quid manet fœderis violatores? quid? nisi Dei vindicta. Recte Florus *lib.* III. *cap.* XI. Dii *fœderum ultores*. & Plutarchus in *Agesil. Qui rupto fœdere injuriam inferunt, Numinis sunt contemptores.* Utinam Christiani principes, & magistratus hic paria facerent cum Romanis. De illis ex rei veritate Florus *lib.* II. *cap.* VI. *Summa fœderum Romanis religio est.* & Sextus Cæcilius Jurisconsul-
B tus apud Agell. *lib.* XX *cap.* I. *Populus Romanus e parva origine ad tantæ amplitudinis culmen eminuit: sed omnium maxime atque præcipue fidem coluit, sanctamque habuit, tam privatim quam publice.* Et cur non Romanis, imo omnibus mortalibus, summa fœderum sacramento firmatorum religio foret? Notum illud Poetæ, hoc est, Silii Italici *lib.* II.

Audite, o gentes, neu rumpite fœdera pacis,
Nec regnis post ferte fidem.

Qui hoc religiose faciunt, ostendunt se non minus Numinis reverentia duci, quam infamiam metuere.
C Inde Aristoteles *Rhet.* ad Magn. Alexandrum cap. XVIII. homines καλοκαγάθους delineans, dicit: *Non pejerare, timentes & Divinam ultionem, & humanam infamiam. Deus enim fœdera violantibus est infestus.* II. Ut ut Aristænum excusare passim laboret Polybius, jure tamen summo patriæ proditor haberi meretur, quod Achæos abducendo a Philippo, solos, & veluti nudos objecerit violentæ atque avaræ Romanorum ambitioni. Non diffiteor, eum consilia sua admodum latenter instituisse, at propterea magis est execrandus. Recte Xenophon lib II. *de Gest. Græc. Tanto*, inquit, *proditor occultus & clandestinus hoste aperto perniciosior est, quanto difficilius*
D *est a re latente, quam manifesta sibi cavere.* Nam proditorum numero eum eximi non posse, vel ex uno Procopio discere est, sic proloquente *lib.* II. *de Bell. Goth.* per Interpretem: *Proditores jure non solum sunt nuncupandi, qui portas hostibus patefecerint: sed longe magis, qui obsessis & amicitia conjunctissimis ferre dum auxilium queunt, id tamen vel periculum veriti, vel quia otium potius, quam negotium malint, quum negligunt, in hostium ditionem hos tradant.* Hactenus Procopius. III. Quamvis moderatæ in rep. contentiones per omnia improbari non debeant, nimias tamen, easque, quæ legibus præjudiciosæ, ac libertati graves existunt, omnibus modis avertere
E convenit. quo cum faciat eximius Plutarchi locus, non pigebit eum hoc loco exhibere. Ita ergo ille in *Agesilao*: *Quum viderent*, dicit, *Ephori Agesilaum Spartanorum in se studia convertere, potentiamque ejus metuerent, mulctam irrogaverunt, causati, publicos eum cives, privatim suos efficere. Quemadmodum enim Physici existimant lite & contentione ex rerum natura sublatis, fore, ut cælestium corporum motibus cessantibus, rerum omnium mutationes orbesque, quod ea ab illis pendent, nullos futuros: ita Lacedæmonius legumlator, videtur in Rempublicam quasi fomitem virtutis immisisse, studium contendendi,*
F *uti semper aliquid inter bonos certaminis dissidiique esset: eam vero gratiam, qua cives non exploratis prius per mutuas contentiones animis, alter alteri concedunt, ociosam & desidem, concordiæ nomen non mereri statuit. Atque hoc nimirum etiam ab Homero animadversum fuisse putant aliqui: neque enim finxisset Agamemnonem rixa Ulyssis & Achillis gaudentem, nisi is præstantissimorum heroum æmulationem & disceptationem magno Reipublicæ bono esse duxisset. Verum hæc haud ita simpliciter puto quispiam concesserit: quippe nimiæ contentiones civitatum, eas in*

gravia discrimina adducunt. Hæc Plutarchus. v. In hac concione, quæ turbata admodum fuit, locum habuit, quod Sallustius dicit in *Catil. Conjur. Bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant*: utut enim voluerint videri amore reip. æstuare Aristænus, reliquique qui cum eo Romanis favebant, applicari tamen iis ex rei veritate potuit, quod dicit Thucyd. *lib.* III. *Horum omnium causa fuit principatus per avaritiam & ambitionem gestus, & cum ex his in certamen venissent, partium studium. Nam qui in civitatibus præerant, honesto utrique nomine, quum æquabilitatem civilem populi, aut moderatam Aristocratiam præferrent, verbo Remp. curantes, suam rem agebant*. qui sic iterum *lib.* VIII. in eundem sensum: *Reipublicæ mentio obtentus erat; quum plerique eorum privata ambitione in hoc incumberent, per quod maxime aboleretur status paucorum e populari effectus*. Utinam nec hodie compleretur, quod gravissimus hic Historicus dicit! At proh dolor! nimis quam verum est, tum quod ille, tum etiam Livius monet, lib. III. *Hist.* sic loquens: *Natura*, inquit, *hoc ita comparatum est, ut qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit, cui mens nihil præter publicum commodum videt. Nisi forte assentatores publicos, plebicolas istos, qui vos, nec in armis, nec in ocio esse sinunt, vestra vos caussa incitare & simulare putatis. Concitati aut honori aut quæstui illis estis*. VI. Quod affectibus præoccupati, si non excæcati forent, qui hoc tempore in Concilio Achæorum suffragii jus habebant, nihil, quod publice salutare censeri posset, decretum fuit. Præclare Thucyd. *l.* III. *Statui ego*, inquit, *duo esse, quæ rectæ consultationi maxime adversentur, celeritatem & iram: quorum alterum cum amentia conjunctum esset, alterum cum imperitia & inopia judicii*. In quam sententiam ita quoque Liv. lib. II. *Hist.* disserit eleganter: *Dimisso tandem plebis concilio, Senatum consules habent, ubi cum timor atque ira invicem sententias variassent, quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandum advocabantur, eo plus abhorrebant a certatione nimia*. Utinam ergo satisfieret voto C. Julii Cæsaris, qui ita infit apud Sallustium in *Conjur. Catilin. Omnes homines qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet. haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt; neque quisquam omnium lubidini simul & usui paruit*. VII. Quam confœderati populi, non tam communi saluti, quam propriis commodis, servire consueverint, animadvertere hic est in Achæis; ita ut non sine ratione dixerit Thucyd. *l.* I. *Cum in suffragiis ferendis omnes sunt pares, gente dispares, suo quisque commodo vacant. Ex quo nihil perfecti effici consuevit*. VIII. Recte fecerunt Dymæi, Megalopolitani, atque Argivi, quod maluerint a circumventis per Aristænum Achæis, in propatulo secessionem facere, quam iniquo decreto, quod publicæ rei obfuturum esse sciebant, astipulari. Nam juxta Agathiam lib. III. *Hist. Qui varia sentiunt, versari non possunt simul*: imo secessionem ab injustis facere debent, quotquot justitiæ, & fidei sensum retinent. IX. Privatæ interim dissensiones Achæorum, ad Concilium delatæ res eorundem turbarunt, & parum quin etiam everterint. Ab iis, qui ad clavum Reip. sedent, quam stricte observari deberet, quod dicit Appian. Alexand. lib. II. *Bel. Civil. Periniquum est*, inquit, *propter privatas simultates remp. in discrimen adducere, nec abutendum occasione ad explenda odia, sed potius reip. sunt donandæ privatæ injuriæ*. Exemplum est apud Herodotum in *Urania*, de Aristide, qui licet Themistoclis potissimum opera in exilium ejectus esset, tamen omnes injurias in communi totius Græciæ periculo, patriæ condonans, sponteque ad Themistoclem sibi inimicum accedens: *Nos*, inquit, *certare oportet omni tempore non privatis simultatibus & odiis, sed uter nostrum melius de patria mereri, & plura in eam beneficia conferre possit*. Exempla alia suppeditabit Valer. Max. *lib.* IV. *cap.* II. Eleganter Plancus ad Ciceron. lib. X. *Epist. Ciceron. ad Famil. Non me impedient*, inquit, *privatæ offensiones, quo minus pro Reip. salute etiam cum inimicissimo consentiam*. Et certe, ut idem Cicero auctor est *Verr.* I. *Nulla neque justior, neque gravior causa necessitudinis potest reperiri, quam conjunctio fortis, quam provinciæ, quam officii, quam publica muneris societas*. Denique notari hic debet solœcismus Politicus, in communi commissus ab hoc Achæorum consessu, eo quod qui adeo fervide pro Romanis stabant, non prospexerint pericula, quæ in futurum ab iis imminebant. Hæ namque sunt partes viri Politici in regenda civitate, providere & cavere dum adhuc licet: admodum enim præceps in talibus est occasio. Simillimus fuit ille, Marci Tullii viri alioquin prudentissimi, fatalis Reipubl. Rom. error, quando in Octavium juvenem extraordinarios honores congerebat. de quo tot lectu dignissimis epistolis cum ipso M. Brutus expostulat. qui etiam epistola quadam, omnium malorum, quæ esset facturus Octavius, reum Ciceronem pronuntiat. Ipsa Bruti verba, civilis prudentiæ plenissima, juvat ascribere: *Ego*, inquit, *tum & facilitatem & providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis, fore contentum. Alienæ igitur, inquis, culpæ me reum facies? Prorsus alienæ, si provideri potuit, existeret*.

CAP. VIII.

Achæi jam ferme subacti, a Quintio Romanorum Consule, una cum Philippo Macedoniæ Rege, juxta artes Romanas, liberi pronunciati fuerunt, in frequenti Græcorum Panegyri.

HISTORIAM ut deinceps pertexamus, ex Livio constat, paulo post, non solum a Romanis per Quintium pacem datam fuisse Achæis, verum etiam ipsi Philippo: atque, quo Romani se magis desiderabiles redderent, Consul (ad quem tres Roma legati missi erant) in publico ludicro Isthmiorum, Nemeorumque per præconem proquiritari jussit, *Libertatem toti Græciæ redditam* esse. Quod quam acceptum fuerit, ex Floro discere est, qui *lib.* II. *cap.* VII. *Quæ gaudia*, inquit, *quæ vociferationes fuerunt, quum hoc forte Nemeæ in theatro, quinquennalibus ludis a præcone caneretur? quo certavere plausu? quid florum in Consulem profuderunt? Et iterum iterumque præconem repetere illam vocem jubebant, qua libertas Achajæ pronunciabatur: nec aliter illæ consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tibiarum aut fidium cantu, fruebantur*. Plenius eadem narrat Livius *lib.* XXXIII. ubi sequentia occurrunt: *Isthmiorum statum ludicrum aderat; semper quidem & alias frequens; quum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis artium, viriumque, ac pernicitatis visuntur; tum quia propter oportunitatem loci, per duo diversa maria, omnium Græcorum undique conventus erat. Sed exspectatione erecti, qui deinde status futurus Græciæ, quæ sua fortuna esset, alii non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam ferebant. Romani ad spectaculum consederunt, & præco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solenni carmine ludicrum indici solet, processit: & turbæ silentio facto ita pronunciat: Senatus populusque Romanus, & T. Quintius Imperator, Philippo Rege, Macedonibusque devictis, liberos & immunes suis legibus esse jubet Corinthios, Phocenses, Locrensesque omnes, & insulam Eubœam; & Magnetas, Thessalos, Perrœbos, A-*

chæos, *Phthiotas*. *Percensuerat omnes gentes*, *quæ sub ditione Philippi regis fuerant*. *Audita voce præconis*, *majus gaudium fuit*, *quam quod universum homines caperent. Vix satis credere se quisque audisse*: *alii alios intueri mirabundi velut somnii vanam speciem*. *Quod ad quemque pertineret*, *suarum aurium fidei minimum credentes*, *proximos interrogabant*. *Revocatus præco*, *quum unusquisque non audire*, *sed videre libertatis suæ nuncium averet*: *iterum pronunciaret eadem*. *Tum ab certo jam gaudio tantus cum clamore plausus est ortus*, *toties repetitus*, *ut facile appareret*, *nihil omnino bonorum multitudini gratius*, *quam libertatem esse*. *Ludicrum deinde ita raptim peractum est*, *ut nullius nec animi nec oculi spectaculo intenti essent*, *adeo unum gaudium præoccupaverat omnium aliarum sensum voluptatum*: *Ludis vero dimissis*, *cursu prope omnes tendere ad Imperatorem Romanum*, *ut ruente turba in unum*, *adire*, *contingere dextram cupientium*, *coronas lemniscosque jacientium*, *haud procul periculo fuerit*. *Sed erat trium ferme & triginta annorum*, *& quum robur juventæ*, *tum gaudium ex tam insigni gloriæ fructu*, *vires suppeditabant*. *Nec præsens omnium modo effusa lætitia est*: *sed permultos dies gratis & cogitationibus & sermonibus revocata*. *Esse aliquam in terris gentem*, *quæ sua impensa*, *suo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum*: *nec hoc finitimis*, *aut propinquæ vicinitatis hominibus aut terris continenti junctis præstet*. *Maria trajiciat*; *ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit*; *& ubique jus*, *fas*, *lex potentissima sint*. *Una voce præconis liberatas omnes Græciæ atque Asiæ urbes. Hoc spe concipere audacis animi fuisse*: *ad affectum adducere*, *virtutis & fortunæ ingentis*. & quæ sequuntur. Hactenus Livius. Obiter hic notemus duo. I. Quod humanæ naturæ nihil æque consentaneum sit atque libertas. Convenienter Cæsar lib. III. *de B. G. Omnes homines natura libertati student*, *& conditionem servitutis oderunt*. Hinc *Libertas naturalis facultas* a Jurisconsultis dicitur, quam & natura mutis etiam animantibus datam, Civilis apud Tacitum oratio ad milites lib. IV. *Historiarum* testatur. *Servitutem* autem iidem Jurisconsulti *contra naturam esse* ajunt, imo morti fere comparant, ut est in *Regulis Juris*. Ideoque haud mirum, si ut mortem omnes illam homines oderint, fugiantque. Quod de Gallis Cæsar testatur *lib.* VII. in princ. ubi ex eorum ore hæc verba adscribit: *In acie præstare interfici*, *quam non veterem belli gloriam*, *libertatemque quam a majoribus acceperunt*, *recuperare*. Nec sine ratione. Nam ut Salluft. in *Catilin*. *Libertatem nemo bonus*, *nisi cum anima simul*, *amittit*. Convenienter Guicciardinus lib. I. *Hist. Libertas res est desiderabilis ac preciosa*, *talisque*, *quæ digna sit*, *ut nullum periculum defugiamus*, *si qua spes affulgeat minime frivola*, *nos eam posse aliqua saltem ex parte tueri*. II. Quibus libertas sæpe restituta videtur, quique eo nomine cum Græculis & Achæis maxime sibi plaudunt, vix inanem illius umbram possident. Quis enim pronunciare audeat, ab hoc demum tempore pileum indeptos fuisse Achæos, quum verum sit illud Appian. lib. III. *de bello Civili*: *Fieri non potest ut libertatem ament*, *qui largitionibus corrumpuntur*? quid quod ab hoc tempore Achæi fuerint in arbitrio Romanorum, quum tamen Livii vox sit *lib.* XLV. *Suis stat viribus libertas*, *nec ex alieno pendet arbitrio*? Sine fortitudine (quicquid multi somnient, atque utinam omnes, qui illam jactant, credant!) non potest conservari libertas. Vere Thucydides scriptor gravissimus l. I. *Bel. Peloponesf. Existimantes libertatem esse beatitudinem*, *nec sine fortitudine libertatem retineri*, *pericula non defugite*. Is demum liber est, qui paratus est, pro libertate ipsam quoque vitam profundere. Pertinet huc Agidis illud, qui roganti quo pacto aliquis libertatem suam tueri possit, respondit: *Si mortem contempserit*. Nec minoris animi Aristocratidæ illud, qui Agide ad Megalopolim ab Antigono pugna superato, dicenti cuidam, *Quid facietis Spartani*, *an Macedonibus servietis*? respondit, *Quid*? *an impedire potest victor ne pugnantes pro patria mortem oppetamus*? De quorum, pro patria cæsorum, laudibus, plena manu M. Tull. *Philipp.* IV. adde quod Saluft. lib. II. *Histor. statui*, inquit, *certaminis adversa pro libertate potiora esse forti viro*, *quam omnino non certavisse*. Præterea Quintius Cos. quo magis sibi, maxime vero P. R. in futurum Achæos, recentes socios auctoraret, procuravit, (verba sunt Livii *lib.* XXXIII.) *ut iis Corinthus redderetur*, *sed*, *ut in Acrocorintho tamen*, *præsidium esset*. ad hoc *Triphylia & Herea* eodem Cos. operam dante (Peloponnesi & ipsa urbs est) *Achæis* iisdem *reddita*, Achæis quoque ampla gaudii materia obtigit ex bello, quod Romani Quintii ductu adversus Nabim Lacedæmoniorum Regem pro Argis recuperandis gesserunt: quo tempore in pleno Concilio universæ Græciæ (videatur Liv. *lib.* XXXIV.) Cos. dixit ad Græcos: *Hæc consultatio tota de re pertinente ad vos est*; *Romanos nihil contingit*, *nisi quatenus liberatæ Græciæ unius civitatis servitus*, *non plenam nec integram gloriam esse fuit*. Quamvis Alexander princeps Ætolorum non dubitarit (utinam omnes hoc æque perspexissent!) *insimulare fraudis Romanos*, addendo hæc inter alia apud eundem Scriptorem: *Quod vano titulo libertatis ostentato*, *Chalcidem*, *& Demetriadem præsidiis tenerent*: *qui Philippo cunctanti deducere inde præsidia*, *objicere semper soliti sunt*: *Nunquam*, *donec Demetrias*, *Chalcisque*, *& Corinthus*, *tenerentur*, *liberam Græciam fore*. *Postremo*, *manendi in Græcia retinendique exercitus*, *Argos & Nabim caussam facerent*. Cui se opponens Aristænus, in Ætolos acriter admodum invectus est, conversaque amplius oratione ad Quintium reliquosque Romanos, qui præsentes erant, ita inter alia, apud Livium *loco cit.* disseruit: Linguam tantum Græcorum habent, (scil. Ætoli) sicut speciem hominum. Moribus ritibusque efferatioribus quam ulli barbari, imo quam rapacissimæ belluæ, utuntur. Itaque vos rogamus Romani, ut & ab Nabide Argos recuperetis, & ita res Græciæ constituatis, ut a latrociniis quoque Ætolorum satis pacata relinquatis. Hactenus Aristænus pro Achæis. Exinde restituti quoque fuerunt Argi Achæis, in pleno gentis Concilio, contra quam Ætoli (haud absque ratione suspicaces) prædixerant. Amplius eodem Livio, *lib.* XXXV. teste, *Achæis omnium maritimorum Laconum tuendorum ab T. Quintio cura mandata est*: qua ipsi utentes occasione, Lacedæmonem occuparunt, quod tamen postea iis exitio fuit. Multa circa hanc historiam se offerunt, quæ omni observatione digna sunt, in quæ tamen sufficerit digitum intendisse. I. Notemus quam inconstans & lubrica sit illa amicitia, quæ simulatur verius, quam initur ab hominibus ambitiosis, nullam aliam ob caussam, quam ut specioso illo prætextu aliquis subverti, atque regnum & potentia augeri & dilatari queant. Ætoli (uti supra patuit) primi Romanos in Græciam pertraxerant, atque meruerant ab iis socii salutari, quod vero viderent se post subvectos Achæos, & pacem Regi Philippo datam, negligi atque inglorios inter Græcos agere, non destiterunt (sunt verba Liv. *lib.* XXXIV.) Romanos *omnibus consiliis lacerare*. *Cum Philippo non ante desitum bellari*, *quam omnibus excederet Græciæ urbibus*. *Tyranno relictam Lacedæmonem*: *regem autem legitimum*, *qui in Romanis fuerat castris*, *cæterosque nobilissimos cives in exilio victuros*. *Nabidis dominantis satellitem factum populum Romanum*. Ita scil. prima Politicorum hujus sæculi ars habetur, aliquem sub

ſpecie amicitiæ decipere. Unus Tacitus exemplorum farraginem vel in ſolis *Annalibus* habet. Nam ſub amicitiæ ſpecie lib. I. cap. X. deceptus *ab Augusto* Lepidus, *ab Antonio*, Artavaſdes lib. II. cap. III. *a Firmio Cato*, Libo, ib. cap. XXVII. *a Flacco*, Rheſcuporis, ib. cap. LXVII. *a Sejano*, Agrippina, lib. IV. cap. LIV. *a Latiari*, Sabinus, ib. cap. LXVIII. *ab Artabano*, Abdus, lib. VI. *Ann.* cap. XXXII. *a Rhadamiſto*, Mithridates lib. XII. cap. XLIV. *ab Egnatio*, Soranus, lib. XVI. cap. XXXII. & ſeqq. II. Hactenus laudem meretur Quintius Flaminius, quod Achæos, recentes ſocios, honorare & firmare potius, quam exarmare laboraverit. Neque enim ſine ratione Themiſtocles apud Juſtin. *lib.* II. *cap.* XV. Lacedæmonios arguit, *quod non virtute, ſed imbecillitate ſociorum, potentiam quærerent*. III. Idem Quintius (ut oblique Livius & Plutarchus innuunt) ſaluberrimum conſilium, non minus Achæis, quam reliquis Græcis, quo incolumes eſſe poſſent, ſuggeſſit. ſiquidem in hunc ferme ſenſum in Concilio totius Græciæ diſſeruiſſe videtur: Omnes civitates monere, ut ex factis non dictis homines penſarent, intelligereque quibus credendum & a quibus cavendum eſſet. libertate modica uterentur: temperatam eam ſalubrem & ſingulis & civitatibus eſſe: nimiam & aliis gravem, & ipſis, qui habeant, effrænatam & præcipitem eſſe: Concordiæ in civitatibus principes & ordines inter ſe, & in commune omnes civitates conſulerent: adverſus conſentientes nec Regem quenquam ſatis validum, nec tyrannum fore: diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere, cum pars, quæ domeſtico certamine inferior ſit, externo potius ſe applicet, quam cuivis cedat: alienis armis partam, externa fide redditam, libertatem ſua cura cuſtodirent ſervarentque, ut populus Romanus dignis datam libertatem ac merita ſua bene poſita ſciret. Hæc quaſi ex mente Quintii. Sed & Philippo Macedoniæ Regi ſuam dementiam Romani communicari voluerunt, nam, ut ſignanter Florus dicit *lib.* II. *cap.* VII. *Et illi quidem* (Philippo ſcil.) *Conſul* (Quintius ſcil.) *pacem dedit, regnumque conceſſit*. Hæc ſcil. Romanorum artes erant, *acceptis detrimentis, quam maxime pervicaces atque infeſtos hoſtibus ſe oſtendere, victoria vero parta maxime moderatos*, ut obſervat quoque Polybius in *Legationum Excerptis*, *cap.* LXIX. quo & facit Virgilii monitum lib. VI. *Æneid.*

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

CAP. IX.

Achæi hac libertatis ſpecie a Romanis illecti, magno ſuo malo, iis adjutores fuere in opprimendo Nabide, Antiocho Syriæ Rege, Ætolis, & Gallogræcis.

VIDERI poterant Achæi, hoc tempore digito cœlum contingere, quod ſubnixi tantis ſociis, quanti Romani, præ reliquis terræ Græciæ populis honore & potentia præfulgerent. Sed primus hic ſplendentis in ſpeciem felicitatis, revera ad exitium tendentis gradus fuit. Nam ut inde incipiam, quomodo ſalvi eſſe potuerunt, qui ita nequiter Philippum, a quo tot beneficiis affecti fuerant, deſtituerunt, obliti religionis fœderum, toties cum eo renovatorum? Vere Cic. lib. I. *Off.* *Abrogata fide.* (hæc *juſtitiæ fundamentum* eſt ſecundum Liv. *lib.* VI.) *omnis humana ſocietas tollitur*, quæ neque ullo fœdere aut pace reparari poteſt, cum nihil ſit, quod aſtringat. Non poteſt non hoc ſatis inculcari. Nam, ut Tibullus recte monet *lib.* I. *eleg.* X.

—— etſi quis primo perjuria celet:
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus:

ſuntque *fœderum ruptoribus eadem numina, eadem fata expectanda, quæ expertus* olim apud Romanos *Sacrovir, quæ Vindex*, ſicut legere eſt apud Tacit. lib. IV. *Hiſt.* cap. LIV. quæ duobus ab hinc ſæculis Uladislaus Ungariæ rex, induciarum, inſtinctu Juliani Cardinalis Legati Pontificii, ruptarum infamia, & clade Vernenſi notus: qua de re conſuli poſſunt Bonfin. Decad. III. lib. VI. *Hiſt. Ungar.* Chalcondylas *lib.* VII. Cuſpinianus, & Jovius in *Amurathe* II. Leunclavius, & alii. Scriptor prudens & verax Guicciardin. lib. VIII. *Hiſt.* narrat, *proprium id cenſeri Pontificum non curare promiſſa: eſſeque ſtatutum, nullo obſtante contractu, promiſſione, adepto beneficio, poſſe retractari contractus, & contra eos diſerte etiam venire, quos peregerint Prælati ſolemniter:* ita ut minus tuto cum Papa, quam cum Turca fœdus percuti poſſit. Adeo Romana fides, qua olim nihil ſanctius cenſebatur, degeneravit in Punicam! *Atqui nihil tale* (ſunt Quintil. *Decl.* III. verba) *novere Germani*, (addere licet antiqui Belgæ) *& ſanctius apud Oceanum vivitur:* unde (teſte Zennocaro in *Vita*) Carolus V. laudatiſſimus Imp. dicere ſolebat. *Etiamſi fides toto terrarum orbe exularet: tamen Imperatori tenendam eſſe*. atque Waremundus Erenbergius *de reg. ſubdit.* cap. V. ex mente Philippi Haſſiæ Lantgravii, inter notas boni Principis numerat, *dictorum factorumque conſtantiam*: quando ſcil. *verba ab ipſo corde, non ex labiis proferuntur*: ut Cato Cenſorius de antiquis Romanis apud Plut. in *Vit.* dicere ſolet, & quando ſecundum Latinum Pacat. *Panegyr.* *Nihil ita primoribus labris promittitur, quin promiſſo fides ſubdatur, & verba re ſanciantur*. At quo provehor occaſione Achæorum! Eoque ad lineas. Ut ergo divina Nemeſis Achaici perjurii pœnas exigere debuit, ita neque Achæi neque reliqui Græci ſufficienter attenderunt ad conſilium Philippi Macedonum regis, qui prudentiſſime (ut ſupra diximus) monuerat adoleſcenti Romanorum potentiæ, ſociatis viribus, occurrendum, modumque ponendum eſſe. Scilicet cedro digna eſt Porcii Latronis admonitio, qui Orat. *in Catil.* ſic præcipit: *Reſtinguenda eſt itaque flamma nobis ſcelerata & atrox, dum adhuc velata cineribus ac ſopita, facultas reſtinguendi citiſſime data eſt. ne, cum omnia comprehenderit* (*quod immortalis Deus penitus avertat*) *nos fruſtra poſtmodum furibundam atque exſultantem reſtinguere cupiamus*. Hæc prudenter Porcius. Sed dum Achæi paſſi ſunt ſe ſeparari a Macedonibus, reliquiſque Græcis, aliter fieri non potuit, quin illis ſubverſis, ipſi quoque eo tempore, quod Romanis opportunum videbatur, everterentur funditus, etiamſi dominis Romanis in omnibus bellis aſtiterint, & parum quin ſervile obſequium detulerint. Quod priuſquam diſtincte referre inſtituimus, hic ſerio iterum notamus, atque utinam ſerio ad animum revocaretur aureum dictum Vegetii lib. III. *de re milit.* cap. X. *Nulla*, inquit, *quamvis minima natio poteſt ab adverſariis perdeleri, niſi propriis ſimultatibus ſe ipſa conſumpſerit. Nam civile odium ad inimicorum perniciem præceps eſt: ad utilitatem ſuæ defenſionis incautum*. Id quod ad Rempub. Romanam a C. Salluſtio, *rerum Romanarum autore florentiſſimo* (ſic eum ſalutat Tacit. lib. III. *Ann.* c. XXX.) ſpeciatim accommodatum, quid vetat etiam de Belgis & Germanis, velut qualibuſcunque veteris Imperii reliquiis pronunciare? *Ego ſic exiſtimo*, inquit, *quoniam orta omnia intereunt, qua tempeſtate Imperio Romano fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conſerturos: ita defeſſos & exangues Regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque*

cunctæ

cunctæ gentes conglobatæ, movere, aut contundere queunt hoc Imperium. Quæ eadem post Sallustium, & fortassis ex Sallustio, Titus Livius, *eloquentiæ ac fidei præclarus imprimis*, (hoc elogio Livium condecorat Tacit. l. IV. *Ann.* c. XXXIV.) ingeminat: partim l. II. partim l. III. *æternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsos seditionibus sæviant: id unum venenum, eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia essent.* Cum autem ea ratione tot imperia atque Respublicæ in manus exterorum venerint; fit tamen nescio quomodo, ut vel superbia, vel cupiditate cæcati multi, tristem hunc scopulum, & hanc voraginem, tot naufragiis infamem haud declinent: sed ad hujusmodi fraudes semper rudes ac novi existant. Cujus rei causa est, (graviter edisserente Polyb. *lib.* v.) quod priorem casus, a quibus in aliquo est offensum, ut in numerato habeamus & ad manum, operam non ponimus. Sed frumenti quidem & pecuniæ copiam, itemque murorum telorumque fabricas adversus incerta casuum, vexatione magna sumptuque ingenti nobis comparamus: rem vero omnium facillimam, omniumque, ubi quid adversi increpuit, utilissimam, hanc omnes susque deque habemus: quum præsertim facile queamus, honesto fruentes otio atque oblectatione animi, ex historia diligentique rerum ante actarum notitia, hanc nobis peritiam atque prudentiam parare, & *omnis exempli documenta in illustri posita monumento intueri*: (sunt Livii verba in *Procemio*) *inde nobis nostræque Reipub.* lib. VII. *capere quod imitemur, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitemus.* Hinc enim disceremus, Cyrum, (videatur præ aliis Xenophon *Cyrop.*) cum ad componendum bellum civile inter Caros exortum, esset exoratus, bellum quidem illud composuisse; sed Cariam interim exutam libertate, sibi subjugasse: & populum Romanum, quod gloriatur (ut antea quoque diximus) lib. III. *de Repub.* Cicero, *sociis defendendis*, amicitiæque specie *juvandis*, *terrarum omnium* potitum esse: & Rheginorum Aristocratiam (consuli hic debet Justinus *lib.* IV. *cap.* III.) ita pessum iisse, cum civitate per dissensionem in duas partes divisa, veterani ex altera parte, ab Himera urbe in auxilium vocati, pulsis civitate, contra quos implorati fuerant, & mox cæsis, quibus tulerant auxilium, urbem sociorum occupassent: & *Seleucienses, quoties concordes agerent* (sunt verba Taciti lib. VI. *Ann.* cap. XLII.) *sprevisse Parthum: ubi dissensere, dum sibi quisque contra æmulos subsidium vocant, eundem accitum in partem, adversum omnes invaluisse*: & Britannos, advocatis ad expugnandos vicinos Pictos, Scotosque, Saxonibus, (testis præ aliis Gilda *de Excid. Britan.*) ab iisdem oppressos fuisse: & plurimos alios denique (nam quis omnes enumeret?) qui domestico in certamine, externo se applicare, quam civi cedere maluerunt, hujus insani furoris, dura servitute pœnas gravissimas dedisse. Hæc talia, quisquis vir es, in autoribus, & ad usum tuum decerpe, serios omnino Historiarum fructus: ad te, vel solum pertinere existima, quæ apud Thucyd. *lib.* IV. graviter Hermarates Syracusanus Siculos cives suos admonet, ob internas discordias externa vocantes auxilia: mutuam tueantur concordiam, & in pristinam redeant gratiam: nec temere arbitros aut socios accersant Athenienses, qui cum cæteris Græcis antecellant potentia, intenti sint in ipsorum errata & honesto societatis prætextu hostilem animum tegentes hoc agant, ut ipsis mutua clade fractis & oppressis, imperium in Sicilia sibi quærant atque stabiliant. Faxit Deus, ut quæ suadeo, omnibus Christianis, maxime Orthodoxis Principibus, & Rebuspublicis, quarum interest, persuadere queam! At, ut ad Achæos redeat oratio, illi maximo suo malo, ut deinceps liquebit, Romanis, velut eorum socii, nimium quam studuerunt, etiam ibi operam suam exhibendo, & copias concedendo, ubi velut otiosi spectatores, belli fortunam speculari eminus potuissent. Quum tamen solemne foret Romanis, socios, quos suspectabant, spe magis, quam præsentibus auxiliis sustentare. ut supra ex Liv. *lib.* XXXIII. observavimus, apud quem *lib.* XXXIV. Cato auxilia rogantibus *sociis*, *spem pro re ostendendam censet. sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuisse; & credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia & sperando atque audendo servatum.* Ut vero ordine referamus, in quibus nimium quam fidem suam Romanis probaverint Achæi, nec iterum dicamus de Philippo, (quem turpiter ab Achæis desertum fuisse, jam antea patuit) *primo* occurrit bellum gestum adversus Nabidem ab iis solis: de quo licet copiose agat Livius *lib.* XXXIV. & XXXV. sic tamen de eo *lib.* XXXI. *cap.* III. compendiose Justinus loquitur: *Interim in Græcia Flamininus, juncta cum quibusdam civitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus continuis prœliis subegit; & graviter fractum, velut exsanguem, in regno reliquit. Sed libertate Græciæ restituta, deductisque ab urbibus præsidiis, cum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut vacua rursus possessione solicitatus, multas civitates repentino bello invasit. Quibus rebus exterriti Achæi, ne vicinum malum etiam ad se serperet, bellum adversus Nabidem decernunt, ducemque prætorem suum Philopœmenen, insignis industriæ virum, constituunt: cujus in eo bello tanta virtus enituit, ut opinione omnium, Flaminino Romano imperatori compararetur.* Hactenus Justinus. Addere licet ex Livio *lib* XXXV. non ausos fuisse Achæos, bellum hoc, licet necessarium, suscipere, nisi missis antea Romam legatis, atque S. P. Q. R. implorata autoritate. Philopœmen vero vir egregius, cum occiso Tyranno, *societati Achæorum Lacedæmonios adjunxisset*, atque omnium calculo prudenter non minus quam fortiter rem gessisset, bilem movit viro virtutum suarum æmulo Quintio Flaminino, ut non sine ratione Plutarchus in *Vita Philopœm. & Flamin.* inter caussas, cur priori bello parcitum fuerit Nabidi, recenseat Flaminini invidiam & æmulationem honorum Philopœmenis. Nec mirum, inter hos viros æmulationem exortam fuisse, siquidem secundum Mamertinum in *Genethl.* Maximiano dicto: *Obtrectant sibi invicem artifices operum sordidorum, est inter aliquos etiam canoræ vocis invidia, nihil denique tam vile, tam vulgare est, cujus participes malignis æmulationis stimulis non vacent.* Huic vitio jam olim obnoxiæ fuerunt Græciæ civitates, de quibus non sine ratione dici potest, quod mutua æmulatio eas perdiderit: quo cum faciat eximius Herodiani locus, non pigebit eum hic exhibere. Ita vero *l.* III. per interpretem: *Sed ut Severum in Bithynia vicisse fama divulgavit, recens confestim in eis locis seditio discordiaque urbes invasit: non tam quidem ipsorum imperatorum odio aliquo, aut studio, quam æmulatione quadam & contentione, invidiaque inter ejusdem gentis homines funestissima. Antiquum id vitium Græcorum, qui dum seditiones agitant, atque eminentissimum quemque tollere e medio conantur, totam jam consumsere Græciam. Cæterum illi quidem inveterati jam attritique inter se captivi prius Macedonum, dein mancipia quoque Romanorum facti sunt. Ea vero labes æmulationis atque invidiæ florentibus etiamnum ætatis nostræ civitatibus incubuit.* Hæc Herodianus. Plura hic, eaque utilia, possent notari; sed in omnibus rebus modus servandus. Ergo *secundo*, Achæi bello contra Antiochum regem Syriæ, qui ab Ætolis concitatus fuerat Græcique civitates quasdam jam percellebat, quamvis ab eo

tentati, *Uti neutri ſeſe parti adjungerent, verum belli ſpectatores alienæ fortunæ eventum ſine ullo diſcrimine rerum ſuarum operirentur*, in amicitia Romana manſere, auxiliaque his ſubmiſere, cum cæteri ferme Græci a Romanis alieno eſſent animo. Exinde non Antiochus modo apud Thermopylas, Philippo Macedonum rege quoque adjuvante, victus Græciaque pulſus: verum & Bœoti in ordinem redacti, Ætolique ipſi poſt varias pacis conditiones necquicquam tentatas, capta tandem Ambracia, ſubacti fuere: Ætolorumque adeo conſilia, qui primum Romanos, Antiochum deinde in Græciam adduxerant, in ipſorum caput recidere: quemadmodum fuſius refert Liv. *l.* XXXV. & XXXVI. qui *lib.* XXXV. agens de argumentis, quibus primo Antiochus, deinde Ætoli Achæos movere ſtuduerant, ut nomen darent in belli ſocietatem adverſus Romanos, hæc inter alia habet: *Achæorum Philopœmenem principem, æmulatione gloriæ in bello Laconum, infeſtum inviſumque eſſe Quintio credebant*. victus vero potiſſimum eſt Antiochus, quod copiæ ipſius majores eſſent, quam ut commode iis uti poſſet. Non inconvenienter de eo Florus *lib.* II. *cap.* VIII. *Hic rex*, inquit, *incredibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis conſederat. trecenta millia peditum, equitum, falcatorumque curruum non minor numerus. Elephantis ad hoc immenſæ magnitudinis, auro, purpura, argento, & ſuo ebore fulgentibus, aciem utrimque vallaverat. Sed hæc omnia præpedita magnitudine ſua*. Scilicet omnibus in rebus ſuus definiendus modulus. Et bene Tiberius exercitum ſuum, *cum eum majorem, quam ut imperari poſſet, neque habilem gubernaculis cerneret, dimittere ſtatuit*, ut loquitur Vellejus *l.* II. *c.* CXIII. ita & legimus *Panegyrico* dicto Conſtantino Conſtantii filio cap. V. *Magnus Alexander, cum præter Macedonas ſuos, cunctæ Græciæ, univerſo Illyrico innumerabilem delectum poſſet indicere; nunquam majores quadraginta millium copias duxit: inhabile regimini ratus, quicquid excederet, & turbam potius quam exercitum*. Nec hoc prætereundum, quod Florus *l. d.* addat *Antiochum ſua luxuria debellatum eſſe*. Studens enim amoribus in Eubœa, iiſque ut & delitiis intempeſtive vacans, vincendum ſe Romanis præbuit. Adeo vere dictum eſt ab Aug. Imp. apud Dionem Caſſium *lib.* L. *Fieri non poteſt, ut is qui luxui & mollitiei muliebri indulget, viro aliquid dignum conſulat vel agat*. Nec inconvenienter Gnoſander cap. IX. *Strategici*: *Blandimenta voluptatum aſſiduo uſu ferociſſima quoque pectora enervant, atque abſumunt*. Ut pateat quoque ratio belli Ætolici (illud geſſit M. Fulvius Nobilior Cos. cum Gn. Manlio Vulſone) de illo ut agit fuſe Liv. *l.* XXXVIII. ſic memoria digna ſunt, quæ de eodem habet Juſtinus in veſtibulo *lib.* XXXII. ubi ita: *Ætoli, qui Antiochum in bella Romana impulerant, victo eodem, ſoli adverſus Romanos, & viribus impares & omni auxilio deſtituti, remanſerunt: Nec multo poſt victi, libertatem quam illibatam adverſus dominationem Athenienſium & Spartanorum, inter tot Græciæ civitates ſoli retinuerant, amiſerunt. Quæ conditio tanto amarior illis, quanto ſerior fuit, reputantibus tempora illa, quibus tantis Perſarum opibus, domeſticis viribus reſtiterant, quibus Gallorum violentiam, Aſiæ Italiæque terribilem Delphico bello fregerant. Quæ glorioſa recordatio majus deſiderium libertatis augebat*. Hæc Juſtinus. At hi ipſi, quondam in terra Græcia uſque adeo celebrati, & fortitudinis opinione inſignes, temerario & præcipiti conſilio tantum exitium ſibi accerſiverunt. Quod cum diſtincte referat Polybius in *Excerpt. Legat.* XXVI. hic videtur ad ſuffragium vocandus eſſe. Ita vero *ibid.* per interpretem: *Rex Athamanum Amynander, recuperata poſſeſſione tuta, ut rebatur, ſui regni, legatos Romam miſit, & ad Scipiones in Aſiam: adhuc enim Epheſi morabantur: partim excuſans ſeſe, quod per Ætolos in regnum eſſet reſtitutus: partim Philippum incuſans: præcipue vero Romanos rogabat, ut ſe in ſocietatem reciperent. Ætoli opportunum tempus nactos ſeſe rati, ad recuperandam Amphilochiam, & Aperantiam; expeditionem in ea loca ſuſcipiunt. Itaque poſtquam exercitum ex univerſo populo Nicander Prætor congregaſſet, in Amphilochiæ fines impreſſionem faciunt. Quum plerique horum voluntati ſe dedidiſſent, in Aperantiam tranſierunt. ea quoque ultro ſe dedente in Dolopiam duxerunt. Hi aliquamdiu ſpeciem oſtenderunt hominum qui eſſent reſtituri, fide Regi Philippo ſervata: cæterum poſteaquam ob oculos ſibi poſuerunt quæ Athamanibus acciderant, & Philippi fugam; cito pœnitentia ducti, Ætolis ſe conjunxerunt. Ubi Ætolis cuncta ex animo proceſſiſſent, Nicander exercitum domum reduxit; adjectione harum gentium & locorum, ſecuritati Ætoliæ probe conſultum exiſtimans: ita ut hoſtiliter in ejus fines incurſionem facere nemo poſſet. Vix hæc erant peracta, quum Ætolis ſucceſſu rerum ſuarum ferocientibus, fama affertur de pugna in Aſia pugnata totis viribus, qua eſſet penitus fuſus Antiochus: quæ res eorum animos vehementer iterum terruit. Mox ut Damoteles ab Roma rediit, & manere ipſis bellum renuntiavit, Marcum quoque Fulvium Conſulem jam cum exercitu belli gerendi cauſa trajeciſſe: tum enim vero inopia conſilii laborare, & qua ratione imminentis belli molem ſuſtinerent, anxii dubitare. Viſum igitur ipſis faciendum, ut ad Rhodios & Athenienſes mitterent, eoſque rogarent & hortarentur, ad legatos ſua gratia Romam mittendos, qui Romanorum iram deprecati, inſtantibus malis Ætoliam aliquo modo liberarent. ipſi quoque a ſe pariter Romam proficiſci legatos juſſerunt, Alexandrum cognomine Iſium, & Phaneam: cumque his Charopem, nec non Alypum Ambracienſem, & Lycopum*. Hæc Polybius. Quis vero eventus hujus interceſſionis fuerit, idem deinceps docet *Excerpt.* XXVIII. unde ſubſequentia ex re fuerit annotaſſe: *Damoteli vero & Phaneæ* (hi pro Ætolis, ſub titulo legatorum, intercedebant) *ſuggeſſit aliquis, C. Valerium impenſius colerent. hic M. Levini filius erat, qui primus cum Ætolorum gente ſocietatem pepigerat: Marci conſulis frater matre genitus eadem; juvenis alioquin gnavus atque eximie induſtrius; quo præcipue nomine apud Cos. gratia pollebat: qui rogatus a Damotele, ſuique maxime operis id eſſe ratus, ſibique convenire, ut Ætolorum patrocinium ſuſciperet; omne ſtudium atque contentionem animi adhibebat, quo eam gentem tot malis circumſtantibus eriperet. eſtque tandem id negotium omnibus acriter connitentibus ad exitum perductum. Ambracienſes enim a Rege compulſi, Romano Conſuli ſe permiſerunt, & pacti ut ſine fraude abirent Ætoli, urbem tradiderunt: id primum ab iis eſt exceptum, fidem erga ſocios ſervantibus. Marcus vero certis legibus pacem cum Ætolis fieri conſenſit*. Hæc iterum Polybius. Non mirum vero, Ætolos cum hiſce ſimilibuſque difficultatibus luctatos fuiſſe, etiam ante adventum Romanorum in Græciam, ſiquidem, ut quiſque ſuæ fortunæ faber eſt, ita ipſi hæc adverſa omnia nullis, niſi ſibi imputare debuerunt. De iis ita idem Polyb. *l.* IV. *c.* LXVII. *Ætoli neque pacis neque belli leges norunt. ſed utroq; tempore contra jus gentium & omnium hominum inſtituta, quod ſemel deſtinaverunt, perficiunt.* atque iterum de iiſdem *l.* II. *c.* XLV. *Ætoli ſtimulati invidia ob inſitam illorum ingeniis improbitatem, & diteſcendi malis artibus cupiditatem, &, quod præcipuum erat, ſpe diſſolvendi conjunctas invicem urbes, ut olim acciderat*, &c. Interim commendanda eſt prudentia Fulvii Nobilioris, qui ut totam gentem Ætolorum uno quaſi ictu frangere poſſet, ab Ambracia, gentis Metropoli, initium fecit. Inde Florus *l.* II. *c.* IX. *His protinus*, (Fulvius ſcil.) *caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi machinis quatit. Sequuta deditio eſt.* Tan-

ti refert primariam in regione aliqua urbem expugnasse! Florus *lib.* II. *cap.* XIII. *Scordam*, dicit, *caput gentis delesse, sufficit*. Item Livius *lib.* XXI. de Hannibale: *Cartegam*, inquit, *urbem caput gentis expugnat diripitque, quo metu perculsæ civitates minores, stipendio imposito, imperium acceperunt*. Sed omissis Ætolis, ad Achæos redeamus, qui *tertio* cum arma in Asiam quoque a Romanis adversus Antiochum promota fuissent, adjutores iisdem fuere, ut & in Gallogræciam, regibus Macedonum, Pergamenis, Bithyniæ eidem se oneri implicantibus, juvandi nempe Romanos, adversus Antiochum; quo a Scipionibus fratribus inducti fuerant, proposito aliorum Regum exemplo, quorum majestas tantum abest a Romanis imminuta, ut contra adaucta fuisset: Antiocho contra dicente, apud Liv. *lib.* XXXVII. *venire Romanos ad omnia regna tollenda, ut nullum usquam orbis terrarum nisi Romanorum imperium esset: & ut quisque proximus ab oppresso esset, velut continens incendium pervasurum*. O vatem, verum magis quam Apollinem illum Delphicum! Et tamen surdis hæc tum canebantur: Achæique in amicitia Romanorum, & tum, & deinceps stetere: In tantum quoque sive adulationis, sive projectæ servitutis, ut publico aliquando decreto Macedonibus finibus suis interdicerent, ne forte a fide populi Romani distracti crederentur. ut refert Livius *lib.* XXXVI. sub finem.

CAP. X.

Distincte, variis experimentis prolatis, ex Historia ascenditur, quis fructus fuerit pudendi servitii Achæorum, qui se ultro Romanis vendiderant.

AMBITIOSISSIMI mortalium Romani, qui omni occasione solliciti fuerunt de imperii finibus extendendis, non potuerunt non, hanc projectam Achæorum servitutem, more suo in eorum convertere exitium. Rogarat quidem eos Anthiochi legatus apud Liv. *lib.* XXXVII. *Ut memores rerum humanarum, & suæ fortunæ moderarentur, & aliam ne urgerent. Finirent Europa imperium. id quoque immensum esse. Parari singula acquirendo facilius potuisse, quam ut universa teneri posse. quod si Asiæ quoque partem aliquam abstrahere vellent, dummodo non dubiis regionibus finiant; vinci suam temperantiam Romana cupiditate, pacis & concordiæ causa regem passurum*. verum hæc parum potuere apud homines imperii, & potentiæ avidos, quorum a primis imperii, neglecti quoque, incunabulis, hæc unica cura fuit, ut, quo jure quaque injuria imperii sui terminos quam longissime & latissime extenderent. Interim, ne obliti nostrorum Achæorum, abripiamur, atque ad locum communem, quod neutiquam in arduo est, deflectamus; notemus, haut quaquam mirum haberi debuisse, si Romani, felicibus undique, per ipsos Achæos, victoriis sibi procedentibus, pro imperio apud hos paulatim agere instituerint, vimque adeo majestatemque imperii Romani ostentaverint, certissimo eorum, quæ deinceps acciderunt, nisi Achæis mens omnino læva extitisset, augurio atque præsagio. Ex multis, quæ ratione historiæ Achæos concernentis, hic proponi, & distincte atque minutatim excuti possent, pauca solum delibatum ibo. Messenii ab Achæis ad Ætolos defecerant, quo tempore Antiochus bellum gerebat: hos, Antiochico bello confecto, missis legatis, ad concordiam Achæi revocare studuerant, verum Messenii legatis sine responso dimissis bellum moverant: sed obsessi, trepidique jam rerum suarum, legatos ad T. Quinctium misere, ceu auctorem libertatis, qui

A nunciarent, *Messenios Romanis non Achæis & aperire portas & urbem suam dedere paratos*. Auditis Legatis, extemplo profectus Quinctius Megalopolim ad Prætorem Achæorum misit, exercitum a Messene reduceret, atque ad se veniret. Dicto paruit Prætor, solutaque obsidione Quinctio occurrit: Et cum causas oppugnationis exponeret, Quinctius castigatum, *Quod tantum re sine auctoritate sua conatus esset*, dimittere exercitum jussit, neve pacem omnium bono partam turbaret; Messeniisque imperatum, exules reducerent, & Achæorum concilii essent; si quæ haberent, de quibus aut accusare, aut in posterum cavere sibi vellent,
B Corinthum ad se venirent, Prætoremque concilium Achæorum extemplo sibi præbere jussit. Quemadmodum hæc ad verbum propemodum commemorat Livius lib. *Historiarum* XXXVI. circa quæ priusquam quædam observare instituimus, operæ pretium omnino fuerit, unum alterumve specimen Achaici servitii exhibere. *Secundo* ergo quum T. Quintius per Diophanem Achæorum Prætorem Concilium consecutus fuisset, ea acciderunt, quæ *d. lib.* XXXVI. Livius subsequentibus verbis commemorat: *Ibi de Zacyntho intercepta per fraudem insula questus* (T. Quintius scil.) *postulavit, ut restitueretur Romanis. Philippi Macedonum regis*
C *Zacynthus fuerat: eam mercedem Animandro dederat, ut per Athamaniam ducere exercitum in superiorem partem Ætoliæ liceret. qua expeditione fractis animis, Ætolos compulit ad petendam pacem. Animander Philippum Megalopolitanum Insulæ præfecit: postea per bellum, quo se Anthiocho adversus Romanos conjunxit, Philippo ad munia belli revocato, Hieroclem Agrigentinum successorem misit. Is, post fugam ab Thermopylis Antiochi, Animandrumque a Philippo Athamania pulsum, missis ultro ad Diophanem prætorem Achæorum nunciis, pecuniam pactus, insulam Achæis*
D *tradidit. Id præmium belli suum esse, æquum censebant Romani. non enim Manium Acilium consulem legionesque Romanas Diophani & Achæis ad Thermopylas pugnasse. Diophantes adversus hæc purgare interdum sese, gentemque: interdum de jure facti disserere. quidam Achæorum & initio eam se rem aspernatos testabantur, & tunc pertinaciam increpitabant prætoris: auctoribusque iis decretum est, ut T. Quintio ea res permitteretur. Erat Quintius sicut adversantibus asper, ita, si cederes, idem placabilis. Omissa igitur contentione vocis vultusque, Si utilem*, inquit, *possessionem ejus insulæ censerem Achæis esse, autor essem senatui populoque Roma-*
E *no, ut eam vos habere finerent. cæterum sicut testudinem, ubi collecta in suum tegimen est, tutam ad omnes ictus video esse; ubi exerit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere; haud dissimiliter vos Achæi clausos undique mari, quæ intra Peloponnesi sint terminos, ea & jungere vobis, & juncta tueri facile. simul aviditate plura amplectendi hinc excedatis; nuda vobis omnia, quæ extra sint, & exposita ad omnes ictus esse. Assentiente omni concilio, nec Diophane ultra tendere auso, Zacynthus Romanis traditur*. Huc usque eo loco Livius. Urebant hæc quidem
F summum illum Philopœmenem, qui cum paucis Achæorum adhuc nasum habebat a polypo liberum, prospiciendo quo consilia Romanorum spectarent. Sed non auditus fuit vir egregius, aliorumque consiliis præpeditus fuit, quo minus patriæ libertatem tutari potuerit. Cujus rei quum præclarum documentum occurrat apud Plutarchum in *Vita Philopœm.* haud abs re fuerit eum audire. Ita ergo per interpretem: *Cum victo*, inquit, *Antiocho Romani, magis jam Græcis rebus incumberent, Achæosque potentia sua circumveni-*

rent, oratoribus ultro ipsis concedentibus, cumque jam omnis vis fortunam sequeretur, finisque fato destinatus prope adesset: ibi gubernatorem navis bonum imitatus Philopœmen, fluctui pro viribus obluctans, etsi quædam concedere, & tempori obsequi cogebatur, pleraque tamen uti retineret, eos, qui dicendo aut agendo valerent, retrahere ad libertatis studium contendebat. Traditum est, Aristænetum Megalopolitam, magnæ inter Achæos potentiæ virum, cum Romanis maxime cuperet, atque in consilio censuisset, non debere iis reluctari, aut ingratos esse Achæos, a Philopœmene tacente, indigneque ejus verba ferente, auditum: atque hunc ira ad extremum victum in hæc verba erupisse: Quid ita properas Aristænete, Græciæ ut videas fatum? Hæc Plutarchus per interpretem. Ita aliquando oneri in repub. sunt magni viri; quando scil. fatale ei est, ut in præcipitium ruat. Circa excelsum illud Virtutis nomen, (M. Catonem innuo) hoc Romæ quoque, cum Cæsar dominari inciperet, animadvertere licuit. Quo respiciens Senec. *ep.* XIV. eleganter dicit: *Quid aliud quam vociferatus est Cato, & misit irritas voces, cum modo per populi levatus manus, & obrutus sputis, & portandus extra forum traheretur, modo de Senatu in carcerem traheretur?* At quid faciat tamen in tali necessitatis articulo Magistratus, cui non minus conscientia, quam reip. salus curæ est? Reip. videt se non posse prospicere, imo si velit, periculum sibi creat. Conscientia autem non permittit, ut ad omnia conniveat. Si non omnia expedire queat, aliquid tamen conabitur, committendo eventum, quod ad reliqua, Deo. Exemplo præit Philopœmen: de quo *loco dicto* sic deinceps Plutarch. *Cum M. Acilius Glabrio*, inquit, *Romanus consul victo Antiocho peteret ab Achæis, ut reditum exulibus Spartanis concederent, idemque Quinctius postularet: Philopœmen, non quod esset exulibus infensus, sed ut ipsi & Achæi hoc sua voluntate, non in Quinctii Romanorumque gratiam facerent, impedivit: atque post ipse prætor hoc impedivit.* Alii vero viri boni, quibus licet procul a repub. vivere, neutiquam se immisceant patriæ ruinæ, sed potius silentio ætatem suam transigere laborent. Præit exemplo suo laudatissimus ille eques Romanus, Pomponius Atticus, de quo ita Cornel. Nepos loquitur: *In Rep. ita est versatus, ut semper Optimatum partium & esset & existimaretur; neque tamen se civilibus fluctibus committeret; quod non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se iis dedissent, quam qui maritimis jactarentur, honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem; quod neque peti more majorum, neque capi possent, conservatis legibus, in tam effusis ambitus largitionibus, neque retineri sine periculo, corruptis civitatis moribus.* Hactenus Nepos. Cæterum, ut ad Achæos oratio redeat, hæc pauca, quæ commemorata a nobis, haberi possunt, velut manifesta præludia servitutis Romanæ, indies magis atque magis invehendæ. Et tamen hæc velabantur dulci pacis & libertatis nomine. Sic non tantum *servitus misera, falso pax vocatur*, secundum Tacitum lib. IV. *Hist.* c. XVII. verum etiam ut plurimum locum invenit, quod idem Scriptor *eod. lib. cap.* LXXIII. dicit: *Servitium alienum & dominationem sibi haud quispiam concupivit, ut non libertatem & alia speciosa nomina usurparit.* Suo vero juramento, licet Achæi hoc malum sibi accersiverint, dum nimium quam oportet, Romanis credunt, obliti aureæ illius admonitionis, quam habet Plin. *lib.* VI. *epist.* XXII. *Plurimum tibi credas, nec cuiquam satis fidas*: Nihilominus tamen ad caussam superiorem ascendendum est, atque certo credendum, Deum, qui omnibus imperiis certos definivit terminos, corrupisse consilia, quæ pro retinenda hujus reip. libertate inibantur. Ita secundum Lucret. *lib.* V.

Usque adeo res humanas vis abdita quædam
Obterit, & pulchros fasces, sævasque secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.

atque, ut eleganter poeta Christianus Prudentius canit lib. post *in Symmachum*:

—— Sicut variæ nascentibus
Contingunt, pueris animæ, sic urbibus affert
Hora, diesque suum, cum primum mœnia surgunt,
Aut Fatum, aut Genius.

CAP. XI.

Lacedæmon, quam singulari abstinentia probata, Achaicæ societati adjunxit Philopœmen, per improvida ejusdem consilia ad Romanos defecit; via strata ad Achæorum excidium.

PROXIME despiciendum, quomodo in præcipitium ruerit Achæorum respublica: cui ruinæ occasionem præbuit Lacedæmonius. quod, ut liquido cognoscatur, paulo altius omnia accersemus, initio relaturi, quomodo Lacedæmon, æmula a multis seculis urbs, Achaicæ societati juncta fuerit. Refert hoc præ aliis distincte Plutarchus, in *Philopœmenis Vita*, ita per interpretem loquens. *Rebus*, inquit, *Lacedæmone turbatis, Philopœmen arrepta occasione cum exercitu accurrit, Spartanisque partim invitis, partim in suam sententiam adductis, urbem capit, Achæorumque reipublicæ inserit. Id vero facinus mirifice gloriam ejus apud Achæos illustravit, quibus tantæ autoritatis atque potentiæ urbem adjecisset: neque enim parum erat, Spartam Achajæ partem fieri. Optimi quoque Lacedæmoniorum ipsi accesserunt, custodem se eum libertatis habituros rati. Itaque etiam domum & facultates Nabidis cum vendidissent, & centum ac viginti talenta inde coegissent, statuerunt, eam illi pecuniam, missa ad hoc legatione, dono dare. Tum vero integritas viri effulsit, qui non videretur modo, sed esset etiam optimus. Primo enim nullus fuit Spartanorum, qui cum eo viro de accipiendo dono colloqui vellet: sed omnes munus illud metuentes atque subterfugientes hospiti Philopœmenis Timolao negocium mandaverunt. Et vero Timolaus ut Megalopolim venit, convivio exceptus a Philopœmene, cum ejus in conversando gravitatem, victus frugalitatem, eosque mores perspexit, qui neque adiri pecunia, neque capi facile possent, doni mentionem nullam fecit: sed alia sui adventus causa prolata, re infecta domum rediit. Iterum deinde misso idem accidit. Tertio profectus, vixque ausus colloqui, studium tandem civitatis erga ipsum exposuit. Philopœmen delectatus eo judicio, ipse Spartam se contulit. ibi civibus consilium dedit, ne bonos amicos vellent muneribus delinire, qui gratis virtutem suam ipsis utendam darent: malos potius, &, qui incuria civitatem factionibus exagitarent, ea pecunia redimerent & corrumperent, donisque eorum ora obturarent, quo minus ab iis esset turbarum: præstare enim licentiam inimicorum, quam amicorum libertatem tollere. Tam alto Philopœmen animo pecuniam sprevit. Cum vero Diophanes Achæorum dux audivisset, Lacedæmonios consilia novandarum rerum agitare, eosque punire vellet, illi contra bellum molientes Peloponnesum perturbarent: placare Diophanem, iramque ejus mitigare conatus est Philopœmen. eam esse temporis istius conditionem docens, ut quia Antiochus & Romani magnis copiis in Græcia bellum gererent, eo præsertim principi sit respiciendum, potentiusque dissimulanda quædam suorum peccata, quam res domesticæ commovendæ. id consilium cum non admitteret Diophanes, sed adscito in societatem Quinctio, statim in Laconicum agrum invaderet, rectaque ad urbem duceret, indignatione motus Philopœmen, ingens facinus, quod neque legibus, neque jure stricte accepto defendi potuis-*

set, magno animo patravit: Profectus enim Lacedæmonem, privatus ipse prætorem Achæum, & Romanum consulem urbe ea exclusit: tum sedatis intestinis Spartæ tumultibus, civitatem rursus Achæorum reip. adjunxit. Hæc Plutarchus. Non possumus, quin commendemus ante omnia hic raram Philopœmenis abstinentiam, qua adæquavit Epaminondam, laudatissimum illum Thebanorum Ducem, de quo sic Cornel. Nepos in *Vita: Tentata*, inquit, *est ejus* (scil. Epaminondæ) *abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Namque is, rogatu Artaxerxis, Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, & Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & causam eidem adventus Diomedontis ostendit. At ille Diomedonte coram, Nihil, inquit, opus pecunia est. Nam si ea rex vult, quæ Thebanis sunt utilia, gratis facere sum paratus: sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis. namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro patriæ charitate. Te, qui me incognitum tentasti, tuique similem existimasti, non miror. tibi ignosco. Sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me non potueris. Tu Micythe, argentum huic redde, aut, nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui.* Hactenus ille. Et tamen abstinentissimus Philopœmen, victoria de Lacedæmoniis parta, haut bene usus fuit. Nam si tempori scivisset servire, quod præ cæteris necessarium erat, intempestive, atque præter Quintii Cos. sententiam, locum Concilii Achaici alio non transtulisset. Agit de eo Liv. *libro* XXXVIII. sic loquens: *Ægium a principio Achaici concilii semper Conventus gentis indicti sunt; seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est, hunc morem Philopœmen eo primum anno labefactare conatus, legem parabat ferre, ut in omnibus civitatibus quæ Achaici concilii essent, invicem conventus agerentur, & sub adventum consulis Demiurgis civitatum, qui summus est magistratus, Ægium evocantibus, Philopœmen (prætor tum erat) Argos conventum edixit. quo cum appareret omnes fere conventuros; consul quoque quamquam Ægiensium favebat caussæ, Argos venit: ubi quum disceptatio fuisset; & rem inclinatam cerneret, incœpto destitit. Lacedæmonii deinde eum in sua certamina averterunt.* Hæc quoque Livius. Cogitare autem debuisset, vir alias cordatus & prudens Philopœmen, quod prudenter monet Ulpianus JC. *leg. 2. ff. de Constit. Princ. In rebus novis constituendis, evidens utilitas esse debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu æquum visum est.* Tot per secula Ægii fuerat Concilium, præter evidentem rationem, maxime hoc tempore, sive Argos, sive alio transferri non poterat. Apposite Maximus, Cornelii Galli nomine editus, *vers.* 355.

Eventus varios res nova semper habet.
Nonne placet melius certis confidere rebus?

Graviorem solœcismum politicum, idem Philopœmen commisit, dum libertati assuetis Lacedæmoniis durius imperat, quam liberi populi ratio pateretur, metum amplius ab exulibus objiciendo, quasi a se reducendis. Historiam summatim *lib. dicto* complectitur T. Livius, sic deinceps loquens: *Sollicitam* inquit, *eam civitatem* (Lacedæmona) *exules maxime habebant. quorum magna pars in maritimis Laconicæ castellis, quæ omnis adempta erat, habitabat; id ægre patientes Lacedæmonii, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam, aliove quo mitterent legatos, simulque, ut emporium & receptaculum peregrinis mercibus ad necessarios usus esset; nocte adorti vicum maritimum, nomine Lan, improviso occupavere. Vicani, quique ibi exules habitabant, primo inopinata re territi sunt: deinde sub lucem congregati, levi certamine expulerunt Lacedæmonios. terror tamen omnem maritimam oram pervasit: legatosque communiter, & castella omnia vicique, & exules quibus ibi domicilia erant, ad Achæos miserunt. Philopœmen prætor, jam inde ab initio exulum caussæ amicus, auctor semper Achæis minuendi opes & auctoritatem Lacedæmoniorum, concilium querentibus dedit. decretumque eo referente factum est. Quum, in fidem Achæorum tutelamque T. Quintius & Romani Laconicæ oræ castella & vicos tradidissent, & quum abstinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent, Las vicus oppugnatus esset, cædesque ibi facta; qui ejus rei auctores affinesque essent, nisi dederentur Achæis, violatum videri fœdus. Ad exposcendos eos, legati extemplo Lacedæmonem missi sunt. Id imperium adeo superbum & indignum Lacedæmoniis visum est; ut si antiqua civitatis fortuna esset, haud dubie arma extemplo capturi fuerint. maxime autem consternavit eos metus, si semel primis imperiis obediendo jugum accepissent, ne id quod jam diu moliretur, Philopœmen exulibus Lacedæmonem traderet. Furentes igitur ira, triginta hominibus ex factione, cum qua consiliorum aliqua societas Philopœmeni atque exulibus erat, interfectis, decreverunt renunciandam societatem Achæis: legatosque extemplo Cephaleniam mittendos, qui consuli M. Fulvio, quique Romanis Lacedæmonem dederunt: orarentque eum, ut veniret in Peloponnesum ad urbem Lacedæmonem in fidem ditionemque populi Romani accipiendam.* Hæc iterum Livius. Nos antequam filium historicæ narrationis pertexere progrediamur, tria hinc notemus. 1. Recens devictas gentes mollius esse habendas, ne ab imposito jugo resiliant: nam si asperius habeantur, imitabuntur Lacedæmonios. Prudentius equidem consilium Acedux Bostari apud Liv. *lib.* XXII. suggerit: *Itaque, quos metus non teneat, beneficio & gratia devinciendos esse.* Eademque de causa legimus *lib.* ejusdem Livii XXII. de Italiæ populis: *Nullus terror, cum omnia bello arderent, fide socios dimovit, videlicet, quia justo moderatoque imperio regebantur.* Ut ergo tales perpetuo maneant, quos vicisti; præscribendæ iis initio conditiones commodæ; sed nec severius urgendæ. Jucundum quidem legere, illud de Trasybulo Valerii Maximi *lib.* IV. *cap.* 1. *Insignem*, inquit, *deinde restitutione libertatis victoriam, clariorem aliquanto moderationis laude fecit. Plebis scitum enim interposuit, ne quæ præteritarum rerum mentio fieret. hæc oblivio, commissum & labentem civitatis statum in pristinum habitum revocavit.* Sive istud Justini *lib.* XV. *In quo multo major Ptolomæi moderationis gloria, quam ipsius victoria fuit. Siquidem & amicos Demetrii non solum cum suis rebus, verum etiam additis insuper muneribus dimisit; & ipsius Demetrii privatum omne instrumentum ac familiam reddidit: adjecto honore verborum, non se propter dignitatem inisse bellum.* Hactenus Justinus. Præ cæteris dulce etiam auditu quod adfirmat Asdrubal, Livii *lib.* XXX. *Populum Romanum eo invictum esse, quod in secundis rebus sapere, & consulere meminerit. Et hercule mirandum fuisse, si aliter facerent. Ex insolentia, quibus nova bona fortuna sit, impotentes lætitiæ insanire; populo Rom. usitata ac prope jam obsoleta ex victoria gaudia esse, ac plus pene parcendo victis, quam vincendo imperium auxisse.* Legimusque summa animi faventia de Acilio Cons. Liv. *lib.* XXXVI. *Et ceteræ urbes in Eubœa sine certamine traditæ, paucosque per dies omnibus perpacatis sine ullius noxa urbis, exercitus Thermopylas reductus: multo modestior post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior.* Applaudimus vero etiam manibus Theodosio, ubi audimus ei dici a Latinio Pacato: *Clementia, Imperator, tua, quo cœlo, quo pigmento, quo ære aurove ducetur, qua tu ipsius victoriæ victor ita omnem cum armis iram deposuisti, ut cciderit nemo post bellum, certe nemo post Maximum? Paucis Maurorum hostium, quos*

secum velut quodam materno sinu clausit. Nullius bona publicata, nullius mulctata libertas, nullius præterita dignitas imminuta. nemo affectus nota, nemo convitio, aut denique castigatione perstrictus, culpam capitis, aurium saltem molestia, luit. cuncti domibus suis, cuncti conjugibus ac liberis, cuncti denique, quod est dulcius, innocentiæ restituti. Vide Imperator, quid hac clementia consecutus sis: Fecisti ut nemo sibi victus te victore videatur. Hæc Latinius Pacatus. Utinam tu Philopœmen hæc non solum perspecta habuisses, (habuisti dubio procul) verum etiam observasses, non ruissent præcipites res Achæorum! II. Lacedæmonii videntes se aut servituros Achæis, aut opprimendos B esse per exules, quos ad frænandos liberos spiritus reducere meditabatur Philopœmen, omnino decreverunt sequi consilium sapientissimi historicorum Thucydidis, secundum quem lib. I. in *Orat. Legat. Corcyræor.* *Δεῖ προεπιβουλεύειν μᾶλλον, ἢ ἀντεπιβουλεύειν*, simulque tempestive imminens malum, dum superesset adhuc locus remedio, prævertere. Siquidem ut Niceph. Gregor. lib. I. *Hist. Byzant.* cap. V. prudenter monet: *Oportet eos, qui citra periculum velint vivere, antevertere, & occurrere malis impendentibus: &, si in præsentia crescentis plantæ radicem facile præcidere possis; non est cunctandum, neque* C *exspectandum, ut acceptam injuriam cum periculo ulciscaris: cum adversarii male cogitantis conatus opprimere licet.* Hæc ille. Interim III. dum Lacedæmonii ad Romanos mittunt suos legatos, conquestum de injuriis ab Achæis sibi illatis, quid aliud fecerunt, quam ut secundum proverbium (utitur eo Herod. *lib.* III. & Thucyd. *lib.* V.) laborarint *κακὸν κακῷ ἰᾶσθαι, malum malo sanare.* Nam Romani non minus Peloponnesiacæ, quam Achaicæ libertati insidiabantur. Sed male sanum hoc consilium iis suggessit desperatio. Majori interim invidia digni Achæi, quod per asperius eorum imperium, & vix Barbaris tolerabile, Lacedæmonii ad extremum hoc consilium adacti sint. Similiter, ut Justin. loquitur *lib.* D VIII. *cap.* I. *Factum Phocensium, tametsi omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiæ Thebanis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit.* Sed, *dum* (verba sunt Justini *l. d.*) *Græciæ civitates imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: quippe in mutuum exitium sine modo ruentes.* Nam antea non cognovere se miseras esse, quam cum, domesticis certaminibus defatigatæ, venissent in Romanorum potestatem. Idem de Britannis Tacitus in *Agric.* cap. XII. affirmat: *In commune non consulunt: rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus.* E *Ita dum singuli pugnant, universi vincuntur.*

CAP. XII.

Achæi dum defectionem Lacedæmoniorum ulcisci parant, dubio Romani Consulis responso delusi, Lacedæmonem quidem occuparunt: sed, postea cum illis collisi, se mutuo in gratiam Romanorum perdiderunt.

EXPENDAMUS porro quis fructus fuerit hujus legationis, a Lacedæmoniis contra Achæos destinatæ ad Cos. Romanum. De eo ita porro Liv. *lib.* F XXXVIII. loquitur: *Id ubi legati ad Achæos retulerunt, omnium civitatum, quæ ejus concilii erant, consensu, bellum Lacedæmoniis indictum est. ne extemplo gereretur, hyems impediit. Incursionibus tamen parvis, latrocinii magis quam belli modo, non terra tantum, sed etiam navibus a mari fines eorum vastati. Hic tumultus consulem in Peloponnesum adduxit. jussuque ejus Elin concilio indicto, Lacedæmonii ad disceptandum acciti. Magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit. cui Consul, quum alias, satis ambitiose, partem* A *utramque fovendo, incerta respondisset; una denunciatione, ut bello abstinerent, donec Romam legatos ad senatum misissent, finem imposuit. Utrimque legatio missa Romam est. exules quoque Lacedæmoniorum suam caussam legationemque Achæis injunxerunt. Diophanes & Lycortas Megalopolitani ambo, principes legationis Achæorum fuerunt. qui dissidentes in repub. tum quoque minime inter se convenientes orationes habuerunt. Diophanes senatui disceptationem omnium rerum permittebat, eos optime controversias in Achæos ac Lacedæmonios finituros esse. Lycortas ex præceptis Philopœmenis postulabat, ut Achæis ex fœdere & legibus suis, quæ decrevissent, agere liceret: libertatemque sibi illibatam, cujus ipsi auctores essent, præstarent.* B *Magnæ auctoritatis apud Romanos tum gens Achæorum erat: novari tamen nihil de Lacedæmoniis placebat. cæterum responsum ita perplexum fuit, ut & Achæi sibi de Lacedæmone permissum acciperent: & Lacedæmonii non omnia concessa iis interpretarentur. hac potestate immodice Achæi ac superbe usi sunt. Philopœmeni continuatur magistratus, qui veris initio exercitu indicto castra in finibus Lacedæmoniorum posuit.* Huc usque Livius. quod vero idem author, multa particularia immiscendo, prolixus admodum sit in referendis illis, quæ postea acciderunt, suffecerit ex eodem summa duntaxat capita delibasse: Ergo positis castris C in finibus Achæorum, legati ad Achæos missi sunt, qui deposcerent defectionis authores, cum pollicitatione eos indicta caussa nihil passuros esse. Verum impetu ab exulibus Lacedæmoniorum, qui cum Achæis erant, in Lacedæmonios facto, septendecim primo interfecti, mox tres supra sexaginta, a quibus Prætor primum vim arcuerat, damnati atque ad supplicium traditi fuerunt: sic octuaginta in universum ad Compasium cæsi: exinde pulsis seditionis auctoribus, distractisque aliquot servitiorum millibus, muri Spartæ diruti, & Lycurgi leges abrogatæ sunt. Acrius hinc irritatis Lacedæmoniis, res ad Romanos D frequentibus utrimque legationibus relata est, Lacedæmoniis querentibus Achæos Romanorum authoritatem contemnere, Romanis vero frigidam subdole suffundentibus, quo possent Achæos per Lacedæmonios atterere. Recte vero judicii calculum ponit Justinus, quando *lib.* XXXIV. *cap.* I. sic loquitur: *Achæi nimis potentes Romanis videbantur, non propter singularum civitatum nimias opes, sed propter conspirationem universarum. Namque Achæi, licet per civitates veluti per membra divisi sint, unum tamen corpus, & unum imperium habent; singularumque urbium pericula mutuis viribus propulsant. Quærentibus igitur Romanis caussas belli, tempestive fortuna que-* E *relas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis a senatu responsum est: legatos se ad inspiciendas res sociorum, & ad injuriam demendam, in Græciam missuros: sed, legatis occulta mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur: &, si quæ urbes contumaces essent, frangerentur.* Hæc Justinus. Ex pluribus, quæ hinc observari merentur, sequentia, tanquam ad rem præsentem & institutum nostrum cumprimis facientia notemus. I. Quemadmodum in Græcia duæ factiones, Achaica scil. & Lace- F dæmonia commune accelerarunt exitium; ita alias duæ quoque in rep. notari solent factiones, per summam imprudentiam eodem vergentes. Exserte Julius Cæsar lib. I. *de B. Gall.* dicit, *Galliæ totius factiones esse duas.* Duas quoque in Thessalia fuisse idem Cæsar libb. *de Bel. Civ.* testatum reliquit. Totidem observat Athenis Æmil. Probus, seu potius Cor. Nepos in *Phocione.* Sunt autem *factiones*, hominum cœtus, & tanquam catervæ inter se dissidentes. Cæsar *lib.* VI. *qua ex re factiones dissensionesque oriuntur.* *Partes* sæpe vocat Cic. & Sallust. *partium stu-*

dia in *Jugurth.* Quæ civitatibus, Rebuſpublicis, & totis provinciis quantæ ſint perniciei, imo exitio; aurea extat Livii ſententia *lib.* III. *Hiſt.* quam & veram, proh dolor hoc ſæculum experitur: *Fuere eruntque factiones pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames, morbive, quæque alia in Deum iras veluti ultima publicorum malorum vertunt.* Teſtantur & Marii & Syllæ, Cæſaris & Pompeii bella civilia, ab ipſo etiam Horatio deplorata. Utinam Belgium fœderatum ſecurum eſſe poſſet! Clementiſſimus Deus, ante hac Liceſtrenſi factione cum Ordinibus, Mauritiana cum Hollandica commiſſa, bono publico ſervire compulit cauſſam, quæ religioni & libertati videbatur addictior: at quis ſperare auſit, toties irritatum Deum, e tenebris lucem producturum eſſe, in gratiam eorum, a quibus publice ludibrio habetur? II. Viderunt interim Romani ſe ſuperiores non fore Græcis, niſi iiſdem diviſis: quod vel ſolorum Achæorum ratione erat neceſſarium, quum ex mente laudatiſſimi eorundem Prætoris Arati, Plutarchus in *Vita* ſic diſſerat: *Exiſtimabat Aratus urbes ſingulatim imbecilles muto ſervari, tanquam illigatas publico commodo. ac quemadmodum membra corporis viventia & conſpirantia, propterea quod invicem innata ſibi hærent, ſi quod eorum avellatur & a cæteris ſeparetur, non alitur amplius, ſed tabeſcit: ita urbes cenſebat ab iis quæ rempub. divellerent, perdi, augeri autem unam ab alia & omnes mutuo, cum veluti magni alicujus corporis partes communem haberent procurationem.* Hæc eo loco Plutarchus. III. Ne vero aut Achæi, aut alii Græciam adverterent apud Romanos ſe haberi velut adamantes, quorum pluſquam chalybea durities ſoli eorundem pulveri cedit, finxerunt Romani ſe affici ſenſu inteſtinorum motuum, quibus jactabantur: incerta interim reſpondendo, legatoſque ad eoſdem componendos mittendo; quibus tamen occulta, ſed contraria, data ſunt mandata. Simile exemplum habet Tacit. *Annal.* lib. XII. cap. LXVII. Caſperius centurio Romanus miſſus ad Pharaſmanem expoſtulatum de injuria, qua filius illius Rhadamiſtus Mithridatem Armeniæ regem afficiebat, lactatus eſt miſere ab ipſo Pharaſmane, qui, ut acer Scriptor loquitur, *Propalam incerta, & ſæpius molliora reſpondens, ſecretis nuntiis monet Rhadamiſtum, oppugnationem quoquo modo accelerare.* IV. Romani, quo Græci conſumerentur, tantum abeſt, ut inteſtinos eorum motus compoſuerint, illos flabellis occultæ tolerantiæ exſuſcitarunt. Sic Quadratus apud eundem Tacit. lib. XII. *Ann.* cap. LXVIII. conſulit: *Semina odiorum jacienda, ut ſæpe principes Romani Armeniam ſpecie largitionis, turbandis Barbarorum animis præbuerint.* V. Hoc quoque hiſce contentionibus inter Achæos & Lacedæmonios intervenit, quod utrimque ab iis qui rebus ſuis ſtudebant, quibuſque privata ſtimulatio, vile autem decus publicum erat, faces fuerint additæ. Utinam hodie idem non poſſet obſervari, omneſque, qui ad clavum reip. ſedent, cogitarent illud, quod Dion Caſſius dicit *l.* XXXVIII. *Privatim*, inquit, *nemo omnium ita poteſt rebus lætis uti; ut non idem cum Republica corruente pereat: at Reſpublica, ſi proſpero ſucceſſu utatur, etiam privatorum omnes calamitates poteſt ſuperare.* Pulchro Elogio laudatur a Vell. Paterculo Scipio Naſica, *patriam cognationi præferens, & quicquid publice ſalutare non eſſet, privatim alienum exiſtimans.* Enimvero *peſſimum veri affectus venenum ſua cuique utilitas*, ait Tacit. libro I. *Hiſtor.* & queritur Salluſt. *Bello Jugurth. bonum publicum, ut in pleriſque negotiis ſolet, privata gratia devictum. Semper enim res privatæ offecere officientque publicis conſiliis*, ait T. Livius lib. II. *Annal.* VI. Extremæ Achæorum amentiæ imputandum eſt, quod tempeſtive non occurrerint ſurgenti Lacedæmoniorum dominationi. Si, aut apud Romanos eos prævertiſſent, aut una cum iis contra Romanos ſe muniiſſent, primiſve eorundem querelis quadantenus ſatisfeciſſent, plurima prævertere potuiſſent incommoda. Aureum eſt monitum Hyperidis: *Incipientibus vitiis*, inquit, *obſtruendæ ſunt viæ, cum vero ſemel radicem egerint, & inveteraverint, ſicut coalita ægritudo, difficilis eſt extinctu.* In eandem ſententiam M. Tullius *Philipp.* V. *Omne malum naſcens facile opprimitur, inveteratum fit plerumque robuſtius.* itemque Corn. Tac. XIV. *Annal. Sæpe modicis remediis primi motus conſedere*: Sera tunc remedia, cum vulnus jam ad extremum halitum pervenerit.

CAP. XIII.

Achæi non modo cum Lacedæmoniis commiſſi, ſed domi quoque ſeditionibus diſtracti, dum Romanos admittunt arbitros, miſſis Romam quoque ad Senatum legatis, libertatis naufragium fecerunt.

ELEGANTER Agathias lib. IV. *Hiſt. cum duces*, inquit, *in diverſas ſententias ſunt ſecti, atque alii hanc, alii aliam probant, nihil eorum quæ conſuluntur, peragitur, ſed unuſquiſque ægre ferens ſuam ſententiam non valuiſſe, negligentius ad rem gerendam accedit.* Nam ut Cicero auctor eſt *Verr.* VIII. *Nullæ majores inimicitiæ, quam contrariæ ſententiæ, ac diſſimilitudines ſtudiorum & voluntatum.* Exemplo eſſe poteſt vel ſola Achæorum reſp. quam hoc ipſo tempore, quo contendebat cum Lacedæmoniis, arbitrantibus Romanis, domi quoque ſubiit exitialis diſcordiarum fomes: aperte quippe ipſi Achæi inter ſe diſſentire, atque in partes factioneſque diduci: pars quippe Romanæ potentiæ magnitudiniſque admiratione capi, mollioribus deinceps conſiliis agendum, Romaniſque controverſiæ diſceptationem permittendam, imperata denique facienda cenſere: Pars contra patriæ amantes palam obnuntiare, hoc facto, Achajæ Græciæque fatum accelerari, ſuis denique legibus ex fœdere litem hanc dirimendam contendere. Acceſſit & iſtuc mali, quod exules nonnulli hoſteſque publice ab Achæis judicati, eadem ipſa tempeſtate Romam profecti, Romanorum animos cum maxime in Achæos commoverunt, & vel omnium facillime: hinc ſcilicet ita natura ferente, ut miſeris atque in fidem ſuam confugis in tempore ſubveniſſe, quo major quiſque eſt, ita vel maxime velit, & fluctuantibus ſtationem ſe præbere feſtinet. Omiſſis aliis hiſtoriis, convenienter pro continuando filo hiſtoriæ, exhibere licet Pauſaniam, in *Achaicis* ſic loquentem per interpretem: *Metellus tunc cæterique legati, non eſſe Lacedæmoniorum querelas contemnendas cenſuerunt, quare ab Achæorum magiſtratibus dari ſibi concilium poſtularunt, quo ſcilicet, pro concione, jure æquiore cum Lacedæmoniis agendum, Achæis perſuaderent. At enim illi pernegare aut illis, aut aliis quibuſvis concilium ſe daturos, qui, de qua re miſſi eſſent, Senatus decretum non attuliſſent. Metellus, & collegæ, quod Achæos ſe dicto audientes non præbuerunt, durius accepere; ac Romam reverſi, multa de illis ad invidiam conflandam, neque omnino vera omnia, ad ſenatum detulerunt. Sed invidioſius multo Achæos criminarunt Areus & Alcibiades Lacedæmonii: illi quidem apud ſuos exiſtimatione ſumma, ſed in Achæos iniquiores. nam cum eos Nabis ejeciſſet, apud Achæos exularant; moxque ab iiſdem, Nabide mortuo, in patriam contra populare Lacedæmoniorum decretum reducti fuerant. verum & ipſi tunc in ſenatum Romanum intromiſſi, in magnam invidiam Achæos vocarunt. Qua laceſſiti injuria Achæi, ſimulac ex urbe Romam diſceſſiſſe eos audierunt, clarigatio uti eſſet,*

A *edixerunt. Romani Appium Claudium, & alios legatos miserunt, qui inter Achæos, & Lacedæmonios disceptarent. Sed minime fuit eorum adventus Achæis gratus. secum enim illi Areum & Alcibiadem, quos hostes Achæi judicaverant, adduxerunt. Illud certe homines multo gravius offendit, quod in Achæorum conventum Romani iracundius, & minime ad persuadendum accommodate verba fecerunt. In eo conventu erat Lycortas Megalopolitanus Arcadum facile princeps, & qui amicitia Philopœmenis fretus, animum paulo elatiorem ad sententiam dicendam afferebat. Is causam Achæorum summa libertate dixit, & Romanos etiam oratione sua nonnihil pupugit. Legati Lycortæ dicta quasi illudentes pro nihilo habere:* B *quin Areum & Alcibiadem, sententia sua, nihil grave in Achæos commisisse declararunt: & Lacedæmoniis, ut Romam legatos mitterent concesserunt, cum tamen per fœderis conditiones cautum fuisset, ne civitas ulla, quæ cum Achæis faceret, seorsum ab universo concilio legatos mittendi liberam facultatem haberet. Missa etiam ab Achæis contraria legatio est. Cum multis utrinque disceptationibus in Senatu res agitata fuisset, eosdem iterum legatos misere, ejusque legationis principem Appium, cum liberis mandatis de Achæis & Lacedæmoniis, quod visum esset, statuendi. In primo statim adventu, & quos Achæi exilio multassent, Spartam reduxerunt,* C *& damnatos ab Achæis, antequam ipsi de criminibus cognoscerent, omni scelere & pœna liberarunt. Immunitatem præterea omnium, quæ in commune pro consilio obeunda essent, mœniorum, Lacedæmoniis dederunt. Judicia præterea capitis, ab externis ut hominibus fierent, decreverunt, leviorum causarum, cum Spartanis ipsis tum Achæorum reip. cognitione relicta. Novo denique murorum ambitu Spartanum oppidum muniendum curarunt. Recepta exules patria, consilia sua ad Achæos exagitandos omnia contulerunt, quocirca, hoc se illos pacto probe ulcisci posse sperantes, Messenius omnibus iis, Achæis etiam, qui eo crimine hostes judicati fuissent, qui ejus conjurationis,* D *qua Philopœmen occisus fuerat, conscii essent, persuasere, ut Romam querelas ad Senatum deferrent. Et iis quidem cum & ipsi adfuissent; haud magno negotio reditum confecerunt. Favente enim summo studio Lacedæmoniis Appio, Achæorum vero causam acriter impugnante, ea Senatus decrevit, quæ maxime voluerunt Messenii & Achæi exules. Missæ itaque Athenas & in Ætoliam literæ,* quibus imperabant Romani, *ut Messeniis & Achæis exulibus suum unicuique jus, suaque bona restituerentur.* Huc usque Pausanias. Quæ ut illustriora sint, non pigebit partem concionis Lycortæ, prout occurrit apud Liv. *lib.* XXXIX. hic exhibere: Hæc ergo ille inter alia dixerit: E *Scio ego, Appi Claudi, hanc orationem, qua sum adbuc usus, neque sociorum apud socios, neque liberæ gentis esse: sed servorum verius disceptantium apud dominos. Nam si non vana illa vox præconis fuit, qua liberos esse omnium primos Achæos jussistis, si fœdus ratum est, si societas & amicitia ex æquo observatur; cur ego, quid Capua capta feceritis Romani, non quæro, vos rationem reposcitis, quid Achæi Lacedæmoniis bello victis fecerimus? Interfecti aliqui sunt, finge, a nobis. Quid? vos senatores Campanos securi non percussistis? Muros diruimus. vos non muros tantum, sed urbem & agros ademistis. Specie, inquis, æquum est fœdus apud Achæos, re precaria libertas:* F *apud Romanos etiam imperium est. Sentio, Appi: & si non oportet, non indignor, sed oro vos, quantumlibet intersit inter Romanos & Achæos, modo ne in æquo essent, nos fecimus, quum leges iis nostras dedimus, quum ut Achæi concilii essent, effecimus. Parum est victis, quod victoribus satis est. plus postulant hostes, quam socii habent. Quæ jurejurando, quæ monumentis literarum in lapide insculptis, in æternam memoriam sancta atque sacrata sunt, ea cum perjurio nostro tollere parant. Veremur quidem vos, Romani, & si ita vultis, etiam timemus: sed plus & veremur & timemus Deos immortales.* Hæc Lycortas apud Livium. Quæ Lycortæ oratio quamvis cordata admodum fuerit, nec suis caruerit aculeis Romanos pungentibus, parum tamen profuit, Romanis certo persuasis, Achæos commissos cum Lacedæmoniis consumptum iri. Imo non dubitavit, teste eodem Scriptore, Appius dicere, *suadere se magnopere Achæis, ut, dum liceret voluntate sua facere, gratiam inirent, ne mox inviti & coacti facerent.* Cum ratione vero addit Historicus: *Hæc vox audita quidem cum omnium gemitu est, sed metum injecit imperata recusandi.* Imo paruerunt Achæi, ut modo e Pausania didicimus, & pluribus commemorat Liv. *loco dicto*: atque hoc primum fuit libertatis publicæ naufragium, quod per Romanos, suos quasi amicos fautoresque, Achæi fecerunt. Quis non exclamet cum Dione Cassio lib. XXXIX. *Hist. Facillimo momento mutantur animi hominum: usque venit, ut a quibus se vel adjutum vel læsum iri quis existimet, eos longe alios experiatur.* In Romanis vero, hoc tempore, quod utile foret, negligentibus Achæos, quos antea visi fuerant præ omnibus aliis sociis æstimare, ejusdem Dionis monitum recognoscamus completum fuisse, qui ita *lib.* XLI. per interpretem loquitur: *Diversæ sententiæ sunt & actiones eorum, qui rem aliquam expetunt, eorumque, qui ea potiti jam sunt, quando initio iis, qui resistere inceptis eorum possunt, acceptissima quæque promittentes, re, quam consequendam proposuerant, perfecta, neque pollicitorum meminerunt, & suis viribus, contra eos ipsos, a quibus eas accepere, utuntur.* Hæc Dion Cassius. Ut vero, quemadmodum antea notatum fuit, in multis gravissime deliquerunt per imprudentiam Achæi; ita hujus præ cæteris arguendi sunt, quod Romam suas querelas detulerunt, atque sic profitendo suam infirmitatem, pariter arcana reipub. insidiatoribus suis exposuerint. Contentiones hæ in ipsa Græcia componi & sopiri debuissent, ut olim Macedonum reges, Græcis licet imperarent, observari voluerunt. Signanter Pausanias in *Achaicis*: *Neque enim*, inquit, *aut Philippus Amyntæ filius, aut Alexander, qui Macedoniæ regum longe potentissimi fuere, adversarios unquam suos e Græcia in Macedoniam disceptandi causa mitti postularunt; sed facile passi sunt, quibus de rebus ambigeretur ab Amphictyonibus cognosci.* Amphictyones autem, quorum meminit Pausanias, erat supremum Græcorum tribunal, ad quod ut duodecim gentes suos legatos mittebant; ita ibi expendebantur & definiebantur lites publicæ, seu graviores caussæ, inter civitates populosque controversæ. Utinam a Philippo quoque civitates & provinciæ instar Achaicæ societatis conjunctæ, adigi possent, ut controversias suas alibi non paterentur terminari, quam coram consessu, cujus eadem tum sanctitas tum existimatio foret, atque Concilii Amphictyonici.

CAP. XIV.

Romani Achæos relinquentes intercutaneis dissidiis, & omnibus potestatem facientes discedendi a societate illorum, viam sibi muniverunt ad totius Græciæ imperium.

QUO magis gliscentes Achæos, Romani exterminare possent libertatis suæ possessione, consenserunt, non quidem per modum imperii, sed tolerantiæ, ut populi, societati eorundem conjuncti, a fœdere possent recedere. Quo cum faciat eximius præ cæteris Polybii locus, eum hic exhibeo. Ita ergo per interpretem *Excerpt.* LI. *De rebus Peloponnesi hæc retulerat Marcius: Achæos nihil ad Sena-*

Senatum referre velle; sed sublatis spiritibus, id agere, ut omnia per se administrent, hos si in præsentia negligenter solum audirent, & significationem quamvis levem darent, sibi facta illorum displicere; extemplo Lacedæmonem & Messenem consensuras. quod si accideret, cum multis precibus Romam, velut ad perfugium suum, venturos Achæos affirmabat. Idcirco Patres legationi Lacedæmoniorum, cujus princeps erat Serippus, quum exspectatione suspensam civitatem illam vellent relinquere, responderunt: Se illos antea omni ope adjuvisse: nunc vero ita existimare Senatum, ad curam suam id negotium non pertinere. Petentibus Achæis, ut si fieri posset, auxilia sibi secundum fœderis leges mitterent, adversus Messenios; sin hoc nollent, providerent certe, ne quis ex Italia, arma, frumentumve, Messenam importaret: neglectis hisce postulatis, responderunt: Etiamsi Lacedæmonii aut Corinthii, aut Argivi ab iis se abjungerent, mirari Achæos non debere, si nihil ad se eam rem pertinere Patres ducerent. Hoc edito responso, quod instar præconii fuit, si quis vellet ab Achæorum concilio recedere, ut per Romanos id sibi sciret licere, legatos Romæ detinuerunt, avide exspectantes, quem exitum Achæi habituri essent, eorum quæ contra Messenios parabant. Hactenus eo loco Polybius. Notemus ex his tria duntaxat. I. Quoniam Romani ad exteros hostes opprimendos, amplius non indigebant Achæis, atque Lacedæmonii oppressi utcunque erant, securi gratiæ utrorumque, parum solliciti fuerunt de auxiliis alterutris præstandis. Egregie Thucyd. lib. I. *Bel. Peloponnes. Facile est*, inquit, *petere defensionem ab illis, qui antea beneficium acceperunt, aut cum quibus est vetus societas. Sed hæc ubi desunt, ostendendum est societatem fore utilem iis, a quibus defensio petitur, aut certe non damnosam. Deinde defensos etiam firmam gratiam habituros esse. Hæc si quis non demonstret, non graviter ferat, si nihil impetrat.* II. Quod Tacitus lib. III. *Hist.* cap. III. disserit, jam olim Patribus Romanis perquam gnarum fuit. Scil. *Incerta plerique disserunt, huc illuc tracturi interpretationem, prout conduxerit.* III. Quandoquidem Romanis certum erat, non minus Achæis, quam reliquis Græcis servitii jugum imponere, permiserunt iis discordias, quo iis se mutuo attererent, & consumerent. Ita astutissimus Principum Tiberius Germanicum per literas monet, apud Tac. *Ann.* II. *Posse Cheruscos; reliquasque rebellium gentes, internis discordiis relinqui.*

CAP. XV.

Achæi amplius proditi fuerunt, per suum Callicratem hominem pessimum, qui consilia suæ gentis solitus erat Romanis prodere.

AD hæc omnia mala, quæ Achæis incumbebant, accessit proditio. Insignis vero præ aliis proditor Callicrates memoratur: cui cum patriæ defensio Romæ adversus Lacedæmonios mandata fuisset, clam eam, ejusque jus optimum prodidit, Romanis omni ope in Achæos concitatis: unde vafra Senatus Rom. consilia, causam Lacedæmoniorum contra Achæos, qui hactenus societatem cum Romanis ex æquo coluerant, suscipientis: Et post omnia tamen, Callicrates ipse munerum largitione corruptus, tanquam bonus civis, cujus consiliis pareret, patriæ remissus commendatusque, summo mox Præturæ honore, a bonis Achæis, hujus rei ignaris, auctus fuit. Quum vero hanc Callicratis proditionem, quæ jugulum præcidit reipubl. Achæorum, præ aliis signanter notet Polybius, operæ pretium fuerit eundem adduxisse. Ita ergo ille *Excerpt.* LVIII. per interpretem loquitur: *Ad hunc usque diem, Achæi societatem ex*

A *æquo cum Romanis aliquo saltem modo colebant: quoniam ex quo sectam populi Romani cœperunt sequi, fidem constanter temporibus maxime insignibus servaverant: tempore dico bellorum, quæ Philippus & Antiochus gesserunt. Quum igitur gens Achæorum, ab iis temporibus quæ historia nostra complectitur, præclaris institutis usa, incrementa assidue accepisset; per Callicratis audaciam factum, ut in deterius mutare inciperet. Nam Romani etsi pro sua humanitate, magnitudine animi, & honesto proposito, omnium infortuniis moveri solent, & omnibus opem ferre qui ad præsidium ipsorum confugiunt, enituntur: si qui tamen*
B *expertæ fidei socii juris sui illos admoneant, ut plurimum ad sese confestim redeunt, & secius admissa pro virili corrigunt. At Callicrates legatione ad populum Romanum ea tempestate functus, ut causam Achæorum tueretur: quum plane contrarium ejus fecisset, cujus causa missus fuerat; quum etiam Messeniorum negotium accivisset, licet eo nomine querela Romanorum nulla unquam fuisset audita; ubi in Achajam est reversus, metum Pop. Rom. omnibus incutere & renuntiatione legationis suæ omnes terrere: universæ denique multitudinis animos dejicere. Itaque ergo, quod nihil quidquam eorum populus sciret, quæ revera ipse in Senatu dixerat, primum quidem Prætor est creatus: ho-*
C *mo, ut cætera sileam vitia, etiam munerum largitione corruptus, deinde postquam Magistratuum iniisset, exules Lacedæmoniorum & Messeniorum in suam quemque patriam restituit.* Hactenus Polybius. Quis non detestetur hunc nequam hominem? atque ut Prætorianus miles apud Tacit. lib. II. *Hist.* cap. XLIV. fremit, *proditione se victum, non virtute*: ita eadem ratione stomachari licuisset Achæis, proditione unius scelerati Callicratis, se cum libertate pessumdari. In hoc vero Callicrate discamus quam verum esse, quod Sallustius dicit in *Conjur. Catilin. Avaritia fidem, probitatem, cæterasque artes bonas subvertit; probis superbiam, crudelitatem, deos negligere, omnia ve-*
D *nalia habere docuit.* Crispo consonat Cicero, quando Oratione *pro Quintio* sic loquitur: *Qua ex re intelligi satis potuit, nullum esse officium tam sanctum atque solemne, quod non avaritia comminuere ac violare soleat. Etenim si veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur: necesse est iste qui amicum, socium, affinem fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum & impium esse fateatur.* Hæc Cicero. Subvertit quidem Romanus, corrupto pecunia Callicrate, homine avarissimo, Achæos; cæterum postea iisdem artibus perditus est a Jugurtha. Ex re est audire Florum, qui l. III. *Hist.* c. I. sic loquitur: *Rex callidissimus populum Roma-*
E *num armis inclytum & invictum opibus aggressus est. Quum in Adherbalem se convertisset, isque Romam profugisset, missa per legatos pecunia, traxit in sententiam suam Senatum. Et hæc fuit ejus de nobis prima victoria. Missos deinde qui regnum inter illum Adherbalemque dividerent, similiter aggressus, quum in Scauro ipsos Romani imperii mores expugnasset, inchoatum nefas perfecit audacius. In Numidiam Calpurnius Bestia Consul immittitur: sed rex, peritus fortius adversus Romanos aurum esse, quam ferrum, pacem emit. Sequens ultio mandatur Albino. Sed hujus quoque (proh dedecus!) ita corrupit exercitum,*
F *ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida, castrisque potiretur. Addito etiam turpi fœdere in pretium salutis, quod prius emerat, dimisit exercitum.* Huc usque Florus. Multa possemus notare. Sed quid proficeremus? vix tantundem atque celebratissimus ille Diogenes Cynicus, qui cum prolixam, teste Laertio, de virtute concionem habuisset, eandem cantu obsignavit. Suffecerit Ciceronis verba adduxisse ex lib. II. *de Officiis*: ubi ita illibatus ille flos Romanæ Suadæ loquitur: *Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora*

me fortuna reservavisset, & tunc essem natus, Quando Romani accipere dona cœpissent, non essem passus, diutius eos imperare. Itaque quod Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse. Hæc iterum Cicero. Ut vero proditione Callicratis, Achæorum libertas subversa est hoc tempore; ita alias quoque, Græcis fatale fuit, maximo suo malo proditores experiri, prout observavit Pausanias, quando in *Achaicis* sic loquitur per interpretem: *Neque vero scelus hoc, ut semel in Græcia usurpari cœptum est, ullum finem reperit. Dario primum Hystaspis filio in Persis regnante; Ionum res afflictæ prope sunt, classe prodita ab omnibus Samiarum triremium præfectis, undecim duntaxat exceptis. Post oppressos Ionas subegerunt Eretriam Persæ, cum civitatis suæ principes Philargus Cynei filius, & Alcimachi Euphioribus, patriam suam hostibus prodidissent. Nam Xerxi in Græciam irruenti Thessaliam Alevadæ; Thebas Attaginus & Timagenidas Thebanorum primores prodiderunt. At Peloponnesiaco bello, quod inter Athenienses & Spartanos gestum est, Agidi Lacedæmoniorum duci Xenias Eleus Elin ipsam tradere est aggressus. Lysandro dehinc, qui hospites ejus appellabantur, donec patrias proderent suas, quiescere numquam potuerunt. Philippo vero Amyntæ filio, ad Græciæ imperium aspirante, unam invenias proditionis immunem Spartam: ceteras Græcorum urbes non magis pestilentia superiorum temporum, quam proditiones deleverunt. Alexandri felicitas effecit, ut nullum magnopere insigne proditionis exemplum, quo res ejus adjutæ fuerint, possit commemorari. Post acceptam ad Lamiam cladem, cum Antipater festinaret in Asiam transmittere, conversisque ad illud bellum opibus, facile videretur Atheniensibus pacem daturus, quod rationibus suis minime alienum putabat; si Athenas ipsas, atque adeo universam Græciam liberam esse sineret, Demades, & alii consiliorum socii, homini a sententia oratione sua deducto, nihil mite aut benignum in Græcos cogitandum persuaserunt. quin cum Atheniensem populum vehementer perterrefactum viderent, & Athenis, & aliis urbibus ut Macedonum imponerentur præsidia autores fuere. Confirmat orationem meam rerum eventus. Athenienses enim etsi magnam acceperant in Bœotiis cladem, bis mille ex acie sua captis, mille occisis, non continuo tamen Philippi imperata fecerunt. Ad Lamiam vero ducentis ferme ac nihilo pluribus militibus amissis, Macedonibus succubuere. Atque ita nullis temporibus hæc proditionum quasi pestis quædam, Græciæ desiit negotium facessere.* Hæc eo loco Pausanias.

CAP. XVI.

Bellum Macedonicum, quod Romani cum Perseo gesserunt, conducere admodum Achæis potuisset, modo ipsi oblata occasione uti scivissent: sed a Romanis pellecti in societatem belli, atque iterum proditi a Callicrate, passi fuerunt eam elabi.

QUAM hactenus miserandum in modum non tam gliscere, quam ruere res Achæorum cœperunt, ex præcedentibus constat: interim aliquid intervenit, quod salutem iis & pristinam libertatem restituere potuisset, modo ipsi occasione oblata uti scivissent. Scilicet, Romani iterum implicati fuerunt bello Macedonico, concitato a Perseo, cujus descriptionem, (eam prolixius proponit Liv. *lib.* XL. & seqq.) sic exorditur Florus lib. II. *Hist.* cap. XII. *Fortissimum populum memoria & recordatio suæ nobilitatis agitabat: & successerat Philippo filius Perses; qui semel in perpetuum victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. Multo vehementius sub hoc Macedones, quam sub patre consurgunt. quippe Thracas in vires suas traxerant: atque ita industriam Macedonum, viribus Thracum; ferociam Thracum, disciplina Macedonum temperaverunt.* Si unquam, hoc omnino tempore Achæis evigilandum erat, cum Romanus successus suos urgens, bellaque ex bellis serendo, paulatim fluminis incendiive instar, vicina quæque lamberet vexaretque: omnibus in prædam cessuris, ni juncto umbone phalanges in tempore opponerentur. Neque deerat vicinus Macedo, reconciliandæ cum Achæis gratiæ; hac tempestate atque hoc communi periculo, jam ante bellum ipsum, viam diu quæritans. Diceret forte aliquis, fractos Achæos, non fuisse eosdem, quales olim agnoscebantur, atque proinde ex præscripto prudentiæ, hanc qualemcunque occasionem neglexisse: at, quid dicit gravissimus Historicorum Thucydides lib. III. *Histor. Aggressuros aliquid juvat occasio, quæ cum se offert præter opinionem, etiamsi vires alioqui minores sunt, incitat ut periculum adeant, præcipue civitates.* Item Livius *lib.* XXXV. *Rebus in asperis & tenuibus fortissima quæque consilia tutissima sunt, quia si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omissam queraris.* Romani interim, quibus polypus æque molestias non exhibebat atque Achæis, sibi a Græcorum rebellione metuentes, antequam Perseo bellum indicerent, quam solliciti fuerunt, de sociis, speciatim Achæis, suspectantes lubricam eorundem fidem, confirmandis; missis duobus Lentulis, sub titulo legatorum ad illos, qui quomodo ab Achæis nostris excepti fuerint Liv. *lib.* XLII. his verbis refert: *Lentuli circumeuntes Peloponnesi oppida, quum sine discrimine omnes civitates adhortarentur, ut quo animo, qua fide adjuvissent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello, eodem adversus Persea juvarent; fremitum in concionibus audiebant: Achæis indignantibus, eodem se loco esse (qui omnia a principiis Macedonici belli præstitissent Romanis, & Macedonum Philippi bello hostes fuissent) quo Messenii atque Elii, qui pro Antiocho hoste arma adversus populum Romanum tulissent: ac nuper in Achaicum contributi concilium, velut præmium belli, se victoribus Achæis tradi quererentur.* Hactenus Livius. Ut vero laudanda Romanorum prudentia, quod dubios socios tempestive per legatos suos firmaverint, ita iterum indignor, quod Achæi nostri non aliter torpuerint, atque si veterno correpti fuissent. Sed existimandum est, eorum consilia pro republica inita, Romanis prodita fuisse a Callicrate. qui ut avertit legatos Persei auxilia rogantis, simulque remittentis servos, qui ab Achæis in Macedoniam fugerant; ita prodidit quoque præcipuos patriæ libertatis fautores, atque in his Lycortam & Polybium, qui censuerant ex re Achæorum fore, si bello huic se non immiscerent. Quorum consilia ut eludi possent, accidit illud, quod verbis subsequentibus Polybius *Excerpt.* LXXIII. per interpretem refert: *Per idem tempus Aulus Hostilius proconsul, hiberna cum copiis in Thessalia habens, legatos circum civitates Græciæ misit, C. Popilium & Cn. Octavium: qui Thebas primo venerunt; ubi laudatis civibus, hortati eos sunt, ut in populi Rom. amicitia manerent. Secundum hæc Peloponnesi omnes urbes adeunt, & Senatusconsultum, de quo paullo ante sumus locuti, ostentantes clementiam humanitatemque Senatus, ubique prædicant: simul in sermonibus significationem dabant, notos sibi esse in singulis civitatibus, eos, qui ab ami-*

citia Romanorum longius quam par esset recederent: similiterque illos, qui pronis animis in eam incumberent: eratque omnibus manifestum, non minus offensæ apud ipsos contrahi, si quis lentum se præberet, quam si palam factionis esset contrariæ. Quæ res solicitos & anxios plerosque reddebat, quibus dictis factisve, suas rationes ad præsentem statum satis accommodare possent. Enimvero Popilius cæterique legati, convocato Achaico concilio, accusaturi Lycortam, Achonem, & Polybium dicebantur; & probatum, alienos eos esse a consiliis populi Romani; eosque, in præsentia quiescere, non quod quietis & publicæ tranquillitatis studio ducantur; sed quia exitus rerum observent, & temporum oportunitatibus immineant. Id tamen facere non sunt ausi legati; ut qui nihil haberent quod dictis viris cum aliqua similitudine veri objicerent. Itaque posteaquam coactum Ægii concilium adiissent, benigneque omnes salutassent, cohortatique essent, in Ætoliam trajecerunt. Hæc Polybius. Quam vero iidem Achæi, sic proditi, sic in Colloquio publico de gradu dejecti, properarint ad auxilia Romanis submittenda contra Perseum; patet ex eodem Polybio, qui in iisdem *Excerpt.* exc. LXXVIII. sic loquitur: *Quo tempore dicebatur Perseus in Thessaliam cum exercitu venturus & probabili ratione adducti homines credebant, universo bello finem impositum iri; visum Achoni, rebus ipsis, suspiciones & calumnias in Achæos collatas, iterum refutare. Idcirco auctor Achæis fuit, ut decretum facerent, de expeditione cum universæ gentis copiis suscipienda versus Thessaliam, ut omnes fortunæ periculum una cum Romanis adirent. Hoc facto decreto, placuit Achæis, ut conscribendi curam Achon susciperet, & eorum omnium parandorum, quæ expeditioni essent necessaria; ad Consulem legati ut mitterentur in Thessaliam, qui de hoc Achæorum decreto certiorem illum facerent: & ab eo discerent, quando, & quo in loco ipsorum copias velit Romano exercitui conjungere. Ac statim decrevere legatum Polybium & alios, summoque studio Polybio mandarunt, ut si placeat Consuli mitti exercitum, reliquos legatos extemplo mitteret, id renuntiaturos, ne serius, quam oporteret, ad illum copiæ Achaicæ venirent. Interea vero prospiceret ipse, ut quascunque urbes in transitu aditurus esset exercitus, in iis commeatus haberet, quo ne militibus quicquam deesset. his mandatis acceptis, Polybius cæterique abiere. Decreverunt insuper Achæi legatum Telocitum ad Attalum; qui decretum ei afferret, quo restituti erant Eumeni omnes honores. Per idem tempus, quum fama esset allata Achæis, celebrata fuisse in honorem Ptolemæi Regis Anacleteria, sicut est moris Ægypti Regibus, ubi ad legitimam regnandi ætatem pervenerunt; officii sui esse existimantes, ut suam ob id quod gestum erat lætitiæ significationem darent, legatos decreverunt mittere; ad renovandam amicitiam, quæ genti Achæorum erat cum Ægypti regibus. Statim igitur Alcithus & Persidas sunt delecti. At Polybius nactus Romanos ex Thessalia progressos, & inter Azorsum ac Dolicnem stativa habentes, convenire quidem illos propter circumstantia pericula in præsentia omisit, certaminum vero omnium quæ in Macedonis ingressu habita sunt, fuit particeps. deinde, ubi jam Heracleam usque exercitus pervenisset, opportunum visum est tempus Imperatoris conveniendi: utpote quum videretur Cos. partem jam maximam susceptæ expeditionis confecisse. Tum igitur ut primum ejus faciendi opportunitatem est nactus, decretum Achæorum Q. Marcio tradit, & studium Achæorum illi exponit, qui cum universis suis viribus certaminum ac periculorum omnium fieri participes decreverint. Ad hæc ostendit, quomodo ad omnia, de quibus vel scripsissent, vel aliquod mandatum dedissent Romani, toto belli hujus tempore, obsequentes fuissent. Marcius eorum voluntate verbis magnificis laudata, laboris & impensæ gratiam Achæis fecit; quod nihil jam opus esset amplius ad hoc bellum sociorum auxiliis.* Hæc iterum Polybius. Quid ad hæc dicimus? I. Quoniam ne hoc quidem tempore Achæi, ex consilio Taciti lib. II. *Hist.* cap. V. scivere *positis odiis in medium consulere*, sibi suæque reipubl. acceleraverunt exitium. Interim, quod idem observat lib. XIV. *Ann.* cap. XXXII. *consilia* fuerunt *turbata ab occultæ rebellionis consciis*. Utinam ab omnibus deliberationibus publicis in perpetuum avertantur, qui Callicrati similes! II. Idem historicus lib. XVI. *Ann.* cap. VIII. notat de L. Silano, quod *exitio patrui ad præcavendum intentior fuerit*. At Achæi quibus explorata erant ambitio & avaritia Romanorum, ac quibus ob oculos versabantur Syrorum, Macedonum, & Ætolorum exitia, ne quidem potuerunt excitari, ut sibi præcaverent. Beatum illum, qui cum Silio apud Tacit. lib. XI. *Ann.* cap. XXVI. imo cum ipso Tacito lib. III. *Hist.* cap. LX. *periculorum imminentium remedium*, *ipsa pericula* agnoscit! At quid dicit Polybius, hæc similiaque exempla considerans *lib.* XV. *Quum per eadem, & per eosdem, cuncti mortales decipiamur, amentiæ tamen desinere non possumus*. III. Interim non possum affici serio sensu miseriarum, quas Achæi stolidi sibi accersiverunt, quia identidem recurrit illud Flavii Josephi lib. II. *de B. J.* sub finem. *Hi qui in improvisa mala inciderint, superest ut digni miseratione videantur: qui vero in apertum & jam ante cognitum discrimen se injecerint, etiam opprobrium & increpationem merentur*. Cui geminum illud Tertulliani ex *carm. ad Senat.*

—— ne forte bis unum
Incurrant lapsum: quia vere dicitur illud:
Qui pedis offensi lapidem vitare secundo
Nescit, & incautus iterum vexaverit artus;
Imputet ipse sibi, nec casibus imputet ullis.

IV. Quod Q. Marcius suspectorum Achæorum auxilia non admiserit, imputarim summæ illius prudentiæ. Nam auxilia non sunt advocanda, nisi cum cautione illa T. Livii *lib.* XXXV. *ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris, suarumque proprie virium in castris habeant*. Aliter si fiat, pejus victoribus, quam victis accidet, ut Sequanis; qui contra Æduos sibi in subsidia Germanos mercede accersiverant. Hinc Cæsar lib. II. *de Bello Gallico*: *Belgis inter conjurandi causas, quod ut Germanos diutius in Gallia versari noluerant, ita populi Romani exercitum hiemare atque inveterascere in Gallia moleste ferebant*. Notus apologus de cervo & equo apud Aristotelem lib. II. *Rhetoricorum* cap. X. ex Stesichori ad Himærenses oratione, versibus ab Horatio celebratus *libro* I. *epist.* X.

Cervus equum pugna melior communibus herbis
Pellebat, donec minor in certamine longo, &c.

CAP. XVII.

Confecto per Romanos bello cum Perseo, Achæi, fidam licet Romanis operam dedissent, a Callicrate domestico proditore accusati fuerunt, quod Persea juvissent. Accusati Romæ caussam dicere debuerunt.

CONFECTO per Romanos Macedonico bello, tempestas vehementior incubuit Achæis, dolo præsertim illius Sisyphi, cujus jam antea sæpius meminimus, sive Callicratis, qui, ut omnes eos, qui pro patria libertate stabant, perdere posset, finxit, eos occultis non tam votis, quam auxiliis quoque, juvisse Perseum: quod quo-

niam præ aliis quam distincte retulit Pausanias in *Achaicis*, operæ pretium fuerit eum audire, sic per interpretem loquentem: *Cum Romani Perseum, totumque ejus regnum in potestatem redegissent, missi a Romano Senatu sunt decem legati ad Macedoniæ res, uti in rem suam foret maxime, ordinandas. Eos omni obsequii, & ad assentationem appositæ orationis genere Callicrates circumvenire aggressus, ex illis etiam unum ad justitiam tuendam minime propensum, in consilium produxit. is frequentissimo Achæorum conventu criminose queri cœpit, a potentioribus pecunia & aliis studiorum significationibus contra Romanos Perseum adjutum: postulare ut capitis rei damnarentur: se damnatos demum suo quemque nomine indicaturum. Id enimvero periniquum universæ concioni videri: contendere, ut quos diceret Perseo favisse, palam nominaret: jus omnino non esse quenquam condemnari, cujus nondum esset nomen delatum. Ibi Romanus, cum ab omnibus ejus postulatio coargueretur, ex composito nominare non dubitavit omnes, qui aut prætores Achæorum exercitus duxissent; & omnes affirmare eam noxam commisisse, quod scilicet Persei partes fovissent. Hæc ille, a Callicrate subornatus. Tunc Xenon non minimæ inter Achæos autoritatis vir: Quod ad hoc (inquit) crimen attinet, ipse etiam Achæorum rei præfui: sed neque ulla unquam Romanos in re læsi, neque ulla mihi omnino fuit cum Perseo amicitia: atque hujus quidem criminis, vel in Achæorum conventu, vel in ipso Romanorum Senatu non dubitarim judicium sustinere. Hoc a Xenone dictum, ex ignorantiæ conscientia fidenter, arripuit Romanus tanquam accommodatum fraudi suæ consilium. quare quoscunque in proditionis crimen Callicrates vocarat, eos omnes Romam ad causam dicendam mitti imperat.* Hæc Pausanias. Ex quibus breviter sequentia observamus. I. Alias *libertas unius aliorum silentium rumpere solet*, ut Tacitus lib. VI. *Ann.* cap. IX. loquitur: at hic, libertatis patriæ memor Xenon, solus loquitur, & ab omnibus aliis destituitur: qui si pariter in Callicratem cum Xenone insurrexissent, ut intercessérant capitali sententiæ, ruborem pariter legatis Romanorum incussissent. Certe apud Tacitum lib. XIV. *Ann.* cap. XLIX. tempore æque periculoso, unius *Thraseæ libertas servitium aliorum rupit*. II. Quid possint delatores, hinc discamus. Vere Tacitus lib. IV. *Ann. Delatores genus hominum publico exitio repertum, & pœnis quidem nunquam satis coercitum.* Eleganter Lautrecus, sapiens ille Gallus, apud Arnold. Ferron. lib. V. *Hist. Didicisse*, inquit, *videor a majoribus, quo gravius sit crimen, id quod ostenditur esse falsum, hoc majorem ab eo fieri injuriam qui confingat. Paratus est enim gravitate criminis, ita occupare animos ejus qui audiit, ut difficilis aditus defensioni relinquatur.* Quid vero acciderit bonis Achæis Romam deportatis, deinceps docet Pausanias, *loco dicto* sic loquens: *At Romani tunc Achæorum quencunque, cujus modo nomen Callicrates detulisset, nocentem innocentemve, Romam edicto suo deduci imperarunt. Fuerunt qui deducti sunt, plures fere quam mille: quos Senatus, quasi Achæorum præjudicio damnatos, in publicas custodias per Hetruriæ oppida diviserunt. Alios deinde super alios, ab Achæis missos legatos deprecatores, nihili omnino fecerunt. Post septimum ac decimum demum annum, trecentos ferme viros, atque eo etiam pauciores, qui ex omni Achæorum numero reliqui erant in Italia, e custodiis dimiserunt, satis jam eos pœnarum dedisse rati. At eos qui effugere conati sunt, vel ex ipso itinere, antequam Romam perducerentur, vel ex iis in quas relegati fuerant urbibus, a fuga retractos, nulla accepta excusatione, capitali supplicio affecerunt.* Hæc iterum Pausanias. Atque sic viris patriæ amantibus, quibus ceu munimentis & columnis respubl. nititur, exhausta Acha-

A ja, proditoribus relicta est, opportuno tempore cessura Romanis, quemadmodum infra liquebit. Qui defensores libertatis reipubl. eripit, eam insidiis quorumcunque exponit. Facit huc quod habet Plutarchus in *Vita Demosthenis*: *Alexander*, inquit, *Athenas misit, qui decem sibi oratores dedi juberent. Cum quidem fabulam de ovibus canes lupis dedentibus referens Demosthenes, se & reliquos oratores canibus pro populo propugnantibus comparavit, Alexandrum autem Macedonem lupum solitarium appellavit. Addidit etiam hoc, Quemadmodum videmus mercatores in macello specimen tritici circumferentes, paucis granis universum vendere: sic vos non intelligitis* B *paucis nobis dedendis vos omnes dedere.*

CAP. XVIII.

Astu Callicratis Romanis studentis, Achæi violant fœdus, quod cum Ægypti regibus & Rhodiis hactenus coluerant, quibus neque auxilia, ut oportebat, miserunt.

QUI in Achaja remanserant, interim si non C omnia, saltem aliqua pro libertate experiri voluerunt, *more anguium, qui obtrito capite, postremum cauda minantur*, ut Florus loquitur *lib.* III. *cap.* V. sed præpediti fuerunt per unum Callicratem, cujus opera denegata non minus fuerunt Ægypti regibus, quam Rhodiis auxilia: adeoque ruptis fœderibus labefactata respublica. De hac arte Callicratis agit Polybius *excerpt. Leg.* LXXXIX. & XCI. fuit autem longa deliberatio circa negotium Ægyptiacum: Lycorta cum suis censente Ægypti regibus auxilia esse mittenda: Callicrate vero pertendente; Legatos oportere mitti ad pacem inter Reges & Antiochum facien- D dam. Sed cum hic videret se non posse perrumpere, numero prævalente Lycorta, fecit illud, quod *Excerpt.* XCI. his verbis per interpretem refert Polybius: *Perstiterunt aliquandiu Andronidas & Callicrates in suscepta sententia suadenda, de pace inter Reges facienda: sed quum ipsis nemo se adjungeret, astu adversarios aggrediuntur. Inductus est enim in theatrum recta ab itinere, tabellarius literas Q. Marcii afferens: quibus Achæos hortabatur, ut Romanorum voluntatem secuti, conciliare invicem Reges conarentur. Nam & Senatus legationem miserat, cujus princeps erat Nemesius ad pacifi-* E *candum inter Reges. Hoc vero aliud nihil erat, nisi prætextus quidam. Titus enim quum eos conciliare non potuisset, re penitus infecta, Romam redierat. Tum Polybius, respectu Marcii, contradicere epistolæ nolens, publicarum rerum cura & administratione se abdicavit. atque ita evenit, ut auxiliorum, quæ petebant, spe, Reges exciderunt. Decretum igitur ab Achæis factum est, de mittendis legatis, qui de pace agerent. ea legatio mandata est Archoni Ægiratæ, Arcesilao & Aristoni Megalopolitanis. Legati vero Ptolomæi, spe auxiliorum amissa, epistolam Regum, quam paratam habebant, magistratibus tradiderunt; quibus petebant ab Achæis, ut ad bel-* F *lum quod sustinebant, Lycortam & Polybium sibi mitterent.* Hæc eo loco Polybius. Hinc I. observemus, quod qui genti alicui procurare volunt exitium, non possint hoc commodiori ratione agere, quam ei suadere, ut resiliat a fœderibus, quæ cum vicinis sive rebuspublicis, sive regibus iniit: neglecto enim, quod hac ratione multum virium & auxiliorum subducatur, amplius fœdifragi, præterquam quod suo tempore ultorem experientur Deum, hoc lucrantur, ut nemo illis in

posterum credere aut fidere velit. Certe Romani, exploratum habentes, quod Achæi, fœdus Macedonicum, Ægyptiacum, & Rhodium violassent, parum aut nihil fidei iis habuerunt. Annibalem Pœnum, qui toties violaverat federa cum aliis inita, admisit quidem Rex Antiochus, sed voluit *expertem esse totius consilii*, imo *veluti hostem proditoremque suum odisse cœpit*, ut *lib.* XXXI. *cap.* IV. Justinus loquitur. II. Callicrates homo astutus, quomodo quis in deliberatione possit esse superior, suo exemplo docet. Cui prorogatur tempus, ejus sententia vincit, etiamsi pro tempore nullos suffragatores habeat. *Tempus* siquidem, secundum Plutarchum in *Pericle*, *omnium consiliariorum est optimum*; atque, ut idem testis in *Sertorio*, idem illud *omnem superat, exscinditque potentiam.* III. Idem Callicrates, quo posset voti reddi compos, Concilio metum a Romanis incussit, simulque triumphavit. Ita verum, quod dicit Procopius lib. II. *de B. Pers. Timor mentem agens attonitam, non sinit utiliora decernere.* Interim observent consiliarii; immo qui Patriæ patres habentur, id, quod monet Plutarch. in *Comp. Niciæ & Crassi*: *Nimia in republ. timiditas viri ad omnem strepitum expavescentis, nihil audentis, pessimisque sese submittentis, gravissimas meretur reprehensiones.* Ut enim dicit prudentissimus Guicciardinus lib. I. *Hist. Non minus ad temeraria consilia timidus desperatione, quam temerarius sua temeritate convertitur.* IV. Sed, an Polybius recte fecit, quod hoc temporis articulo, quo efflagitabat ejus consilium cum maxime respub. se eidem subduxerit? Si salva alias esse queat res communis, licet Consiliario redire ad vitam privatam, si sibi non nisi difficultates privatim, ab hoc illove creandas videat: quomodo teste Paterc. *libro* II. M. Agrippa *sub specie ministrorum principalium profectus in Asiam, ob tacitas, ut fama loquebatur, cum Marcello offensiones, præsenti tempori se subduxit.* Alias si laboret patriæ salus, haut magis aliquis ex Patribus se subducere potest, atque nauclerus oborta tempestate: Hic, si vectores in tali temporis articulo deserat, procurat iis exitium; ille vero, in tanta virorum prudentum atque & fortium egestate, & tanta improborum multitudine, si non quidem detrimentum rei communi acceleret, minimum indignis, harpyis, & proditoribus eandem dilacerandam tradit, atque ut ut videatur consuluisse, communi implicabitur exitio, quod si in statione mansisset, ex parte saltem avertere potuisset.

CAP. XIX.

Amplius, dolo Romanorum Ætoli a fœdere Achæorum seducti sunt, ipsique Achæi impliciti bello, quod Atheniensibus cum Oropiis intercedebat. De Certamine Callicratis & Menalcidæ.

PER idem quoque tempus, Ætoli, artibus Romanorum ab Unione sunt sejuncti, ipsique Achæi bello non necessario immixti, quod intercedebat Atheniensibus cum Oropiis: quod quia præ aliis distincte retulit Pausanias in *Achaicis*, lubet ejus verba exhibere: *Miserunt*, inquit, *Romani ad dirimendas inter Lacedæmonios & Argivos de finibus controversias, senatorium virum Sulpicium Gallum: qui multa & dixit & fecit insolenter, & plane utramque civitatem ludibrio habuit. namque rerum gestarum gloria aliquando floruerant, quæque de agrorum finibus magno & diutino bello certaverant, eas tunc dignas non putavit, quarum causam cognosceret, cum & Philippum antea Amyntæ filium disceptatorem habuisset, sed eam Gallus*

A *totam cognitionem ad Callicratem impurissimum hominem, cunctæque Græciæ infensissimum, rejecit. Præterea cum Ætoli e Pleurone ad eum venientes, sejungi se ab Achæorum concilio postulassent, eis permisit ut suis propriis auspiciis legatos Romam mitterent. Est vero Senatus autoritate eorum ab Achæis defectio comprobata; & Sulpicio mandatum, ut quam posset plurimas civitates ab Achæorum conventu disjungeret: quod ille impigre effectum reddidit. Interea cum Athenienses egestate potius, quam libera voluntate impulsi, sociam civitatem Oropum diripuissent, nempe qui Macedonico bello rebus accisis, Græcorum jam prope omnium essent egentissimi;* B *Rom. Senatum Oropii appellarunt. qui cum injuriam factam illis censuisset, Sicyonios jussit ab Atheniensibus multam petere, quanti scilicet illatam Oropiis injuriam ipsi æstimasent. Sicyonii, cum diem judicii non obiisent Athenienses, multam illis talentum quingentorum irrogarunt. Recusantes eam pendere Athenienses, ad Senatum R. provocarunt; cujus decreto omnis ea multa ad* C. *duntaxat talenta redacta est: quod ipsum etiam non est persolutum. quin Oropios cum promissis, tum muneribus delinitos adduxerunt Athenienses, ut obsidibus datis præsidium intra oppidum acciperent; ea tamen lege, ut si novæ factæ esent ab Atheniensibus injuriæ,* C *& præsidium quod imposuissent ultro deducerent, & obsides redderent. Non ita multo post a præsidiariis in oppidanos injuriæ factæ. quocirca legatis expostulatum Athenas missis, contendebant Oropii ut ex pacto convento, & præsidium deduceretur, & obsides redderentur. Verum non esse publicas illas populi injurias Athenienses responderunt, sed paucorum qui in præsidio eo fuisent; & illos, quam commeruisent pœnam, suscepturos. At Oropii Achæorum auxilium implorarunt. quod cum illi ferendum non censerent, amicitiam, quæ sibi cum Atheniensibus intercedebat, veriti, Menalcidæ homini Spartano quidem,* D *sed qui tunc copiis Achæorum imperabat,* X. *talenta se daturos pollicentur, si Achæorum sibi auxilium præsto ut esset, effecisset. Menalcidas cum intelligeret magnas esse, propter Romanorum amicitiam, inter Achæos Callicratis opes, cum illo æqua parte precium communicat. Porro conjunctis studiis efficiunt, ut Oropiis adversus Athenienses auxilium decernatur. Id cum rescisent Athenienses, quanta maxime potuerunt celeritate, Oropium adorti, prædæ superioris reliquiis, si quæ forte supererant, asportatis, præsidium deducunt. Achæis, cum serius quam oportuerat auxilium misisent, persuadent Menalcidas & Callicrates, ut Atticam terram* E *hostiliter invadant. verum cum & ex aliis Græciæ partibus, & e Lacedæmone ad hostem repellendum auxilia convenisent; exercitum Achæi tum domum reduxerunt. Ab Oropiis certe, etsi nulla ex parte ad eorum salutem quicquam profecerat Achæorum societas, promissum tamen Menalcidas precium exigit. Quo ille accepto, alienum omnino rationibus suis putavit, quæstus participem Callicratem facere. quare hominem primum expectationibus eludere, mox dolo circumvenire, postremo aperte etiam fraudare.* Hæc Pausanias. Ex iis sequentia observemus. I. Quemadmodum Callicrates, bipedum pessimus & F sacerrimus, acceptissimus fuit Romanis; ita insidiatoribus alicujus reipub. illi in ea, præ cæteris chari esse consueverunt, quorum fides venalis est, quique nescii ruinæ, quam sibi per patriæ interitum struunt, hoc solum agunt, ut fimbrias suæ potentiæ dilatent, unctioribusque fortunis affluant. His ipsis quoque alii in delitiis non sunt, quam eorundem scelerum aut consortes aut capaces, juxta illud Juvenalis *sat.* III.

Charus erit Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accusare potest.

II. Verum illud Livii *lib.* XXXIX. de iis qui stant pro reip. libertate: *Major eorum apud suos, quam exteros gratia.* III. Inter sceleratos facile convenire non solum privatim, sed publice quoque, patet ex Callicrate & Menalcida, qui licet occultis odii stimulis sese invicem fodicarent, prædæ tamen pariter inhiantes patriam libertatem prodere non dubitarunt. Uterque autem probitate ficta & specie justitiæ, antea authoritatem sibi quæsiverat inter cives & socios. Adeo verum est, quod dicit Lactant. lib. VI. *Divin. Inst.* cap. VI. *Quidam probitate ficta viam sibi ad potentiam muniunt, faciuntque multa, quæ boni viri solent; eo quidem promtius, quod fallendi gratia faciunt. Utinam tam facile esset præstare, quam simulare bonitatem! Sed ii cum esse cœperint sui propositi ac voti compotes, tum vero simulatione deposita mores suos detegunt, rapiunt omnia, vexant, eosque ipsos bonos, quorum causam susceperant, sequuntur, & gradus per quos ascenderunt, amputant, ne quis illos contra ipsos possit imitari.* Hæc ille. Sic Marius in *Jugurthino*: *Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere, & postquam adepti sunt, gerere; primo industrios, supplices, modicos esse, dein per ignaviam & superbiam ætatem agere.* Ita Marius. Denique Seneca *Epist.* XLII. *At odit eos, qui subita & magna potentia impotenter utuntur. Idem faciet, cum idem poterit. Multorum, quia imbecilla sunt, latent vitia: non minus ausura, cum illis vires suæ placuerint, quam illa quæ jam felicitas aperuit: instrumenta illis explicandæ nequitiæ desunt. Sic tuto serpens etiam pestifera tractatur, dum riget frigore. Non desunt tunc illi venena, sed torpent. Multorum crudelitas, & ambitio, & luxuria, ut paria pessimis audeat, fortunæ favore deficitur. Eadem velle eos cognosces; da posse quantum volunt.* Hactenus Seneca. IV. Deploranda illa resp. in qua proditoribus, nec non peculatus & repetundarum reis, paratum est patrocinium, per eos, qui iisdem deformati sunt flagitiis. Menalcidas, Diæo offerendo rapinæ partem, evadit. Verres dum Romæ Siculam prædam distribuit, Ciceronis fulmina eludit. Quid vero procurat hæc impunitas? *illecebram peccandi*, ut prudenter Cicero differit Orat. *pro Milone*.

CAP. XX.

Diæus ut eximi posset judicio, Achæos cum Lacedæmoniis commisit: inde Romam legati missi fuerunt ab utrisque. Orestes nomine Romanorum cum dixisset, Lacedæmonios ab Achæis sejungendos esse, Achæi, omnes, qui ex Lacedæmoniis aderant, in carcerem conjecerunt, atque ex consilio Critolai non modo Lacedæmoniis, sed & Romanis bellum indixerunt.

MENALCIDAS pro tempore quidem se liberaverat; at in luto hærebat quam profunde Diæus, qui, quo eximi posset, etiam eo seculo gnarus fuit artium, præsenti ætate exerceri solitarum, quarum summa sequentibus verbis *loco dicto* comprehensa est a Pausania: *Ea res cum Diæo publice & privatim, magno esset probro, homo vafer avertendæ invidiæ causa ad majorum negotiorum cogitationes, & secundarum rerum spem, Achæorum animos erigit. Lacedæmonii suas de finibus agrorum controversias ad Roman. Senatum detulerant: Senatus omnia omnium rerum, præterquam capitis, judicia, ad Achæorum conventum rejecerat. At Diæus gratioso mendacio multitudinis animos mulcens, judicio Achæorum, capitis etiam crimina permissa comminiscitur. Et Achæi quidem cum ei fidem habuissent, de Spartanorum capitalibus causis, judicia facere aggressi sunt. Recusabant Lacedæmonii, & mendacii Diæum arguentes, rursus Roman. Senatum ea de re se per legatos consulturos ajebant. At Achæi, hoc ipsum arripere, & in crimen vocare, cum dicerent, earum urbium quæ secum facerent, nullam omnino sui esse juris, aut posse earum aliquam privatim sine publico universi concilii decreto Romam legatos mittere. Ex his concertationibus belli causæ inter Achæos & Lacedæmonios extitere. Satis intelligebant Spartani, multo se esse Achæis opibus inferiores. quare dimissis per urbes, quæ Achaicæ ditionis erant, ad ipsum etiam Diæum privatim legatis, bellum deprecabantur. A Civitatibus responsum tulere, cum jam prætor suus, ut juventutem armatam educerent, denunciaret, oportere se dicto audientes esse; Prætor ipse Diæus non Spartæ ajebat se, sed iis qui ejus civitatis otium turbarent, bellum illaturum. Ac rogante senatu quotnam esse putaret otii & tranquillitatis hostes, optimatum ille viginti quatuor nomina edidit. In ea rerum trepidatione probata est Agasisthenis sententia, hominis clari etiam prius & honorati, sed ad cujus laudes ex hoc ipso civibus suis dato consilio, magnus accessit cumulus. Persuasit illi ipsis primoribus, quos Diæus Achæis dedi postularat, ut voluntario exilio, belli in patriam suam conflati incendium restinguerent: futurum enim, ut, si Romam confugerent, primo quoque tempore a Romanis restituerentur. Cum itaque exilii causa solum vertissent, absentes capitis a Spartanis damnati sunt.* Hæc iterum Pausanias. Notemus hinc I. quod facillime commoveatur multitudo, si ei objiciatur aut spes libertatis, aut persuadeatur, libertatis possessionem plene non concedi. Diæus non concitasset Achæos in Lacedæmonios, neque bellum hoc civile in suum commodum convertisset; nisi vulgo persuasisset, inique cum nomine Achaico actum iri, si ei non permittantur judicia capitalia. Adeo verum illud Taciti libro XVI. *Ann.* cap. XXII. *Ut imperium evertant, libertatem præferunt: si perverterint, ipsam aggredientur.* Et iterum lib. IV. *Hist.* cap. LXXVIII. sic differit Cerealis: *Eadem semper causa Germanis transcendendi in Gallias, libido, atque avaritia, & mutandæ sedis amor: ut relictis paludibus & solitudinibus suis fœcundissimum hoc solum, vosque ipsos possiderent. Cæterum libertas & speciosa nomina prætexuntur. nec quisquam alienum servitium & dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula observaret.* II. Multi civile bellum amant cum Diæo, quo scelerum impunitate gaudere possint. Inde illud Egesippi *lib. IV. cap.* VII. *Ideo ad bellum prosiliunt, ne in judicium vocentur: in bello enim contentus furor est, in pace veritatis examinatio.* III. Agasisthenis hæc media sententia, quanquam probata fuit ab iis, a quibus periculum grandius averti videbatur; non tamen per omnia oportuna fuit. Siquidem hi exules, postea incentores belli fuerunt, quod Romani Achæis moverunt. Notum etiam ex Plutarcho, quantum mali Romæ patriæ suæ procurarit unus Coriolanus exul. Sic & majores nostri cum e suo exularent Belgio, Philippo II. Hispaniarum Regi bellum machinati sunt. Postea contigit a parte Achæorum Diæum & Callicratem (qui tamen Rhodi post paulo morte sua defunctus est) a parte vero Lacedæmoniorum Menalcidam Legatos destinari Romam, quo quasi causæ componi & lites dirimi possent; sed Menalcidas, mortuo suo Callicrate, cum despe-

raret se conficere posse, quæ animo destinarat, *epoto veneno* (ut loquitur Pausanias) *mortem sibi conscivit*. Interea supervenerunt ab Urbe legati, quorum caput erat Orestes, contigeruntque, quæ subsequentibus verbis narrat *l. d.* Pausanias: *Corinthum, inquit, cum magistratus Achajæ civitatum singularum venissent. Et in primis Diæus, Orestes renunciavit Senatum censere, neque Lacedæmonios, neque Corinthum ipsam Achæis contribuere se debere: Argos præterea: Heracleam quæ ad Oetam est, Orchomenios Arcadici nominis, ab Achæorum concilio sejungendos. Neque enim his esse populis ullam cum Achæis cognationem; & eas civitates cœpisse cum illis secius facere. Hæc dum Orestes exponeret, Achaici magistratus prius etiam quam ille peroraret, e diversorio Orestis exiverant, & convocarunt mox ad concionem multitudinem. Ea cognita Romani senatus sententia, repente in Spartanos eos qui forte Corinthi erant, impetum fecit; omnesque quos vel ex tonsura, vel ex calcatu, & reliquo vestitu Lacedæmonios esse vel agnoscebat, vel suspicabantur, spoliavit: quin eos etiam qui se fugientes in diversorium Oreste recepissent, ut inde extractos violarunt. Legati furorem illum compescere conati, monere identidem & queri, ab ipsis prioribus injuria se & contumelia lacessitos. Paucis post diebus Lacedæmonii omnes, qui deprehensi captique fuerant, in carcerem ab Achæis conjecti, dimissis iis quos non esse Laconici nominis constitisset. Missi deinde Romam & alii primores, & Theridas legationis princeps. Ii cum in via aliis legatis, a Romanis, eadem de causa post illam Orestis legationem missis, obvii facti essent, pedem retulerunt. Jam Diæus imperii sui tempus expleverat, ei successerat Critolaus. Huic acris & inconsiderata incesserat cupiditas cum Romanis bellandi. Quocirca cum novi jam adessent a Romanis missi arbitri, occurrit illis quidem ad Tegeam Arcadiæ urbem. Ne vero in publico Achæorum concilio mandata exponerent, arte cavit. Nam legatis quidem audientibus edici concilium jussit: clam vero per literas consiliariis denunciavit, concilii diem ne obirent. Conventu in diem dictam frustra expectato, se plane elusos Romani intellexerunt, præsertim vero cum aliud Critolaus juberet, legatos certum & statum concilium in mensem sextum expectare, neque enim jus esse agendi sibi ajebat, de rebus publicis alibi, quam in concilio. Legati igitur cum elusos se cognovissent, domum redierunt. Critolaus, edicto Corinthum concilio, Achæis pro concione persuadet, Spartanis bellum inferant, atque ut aperte contra Romanos arma capiant.* Hæc iterum Pausanias. Ratione Menalcidæ notemus hic I. homines sceleratos, si pœnam flagitiis eorum debitam, alii non infligant, eam sibi ipsis infligere: quod non tum demum faciunt; quando cum Menalcida, in semet manus convertunt, sed simulac delinquunt. Eleganter Seneca *ep.* LXXXVII. *Maximum scelerum supplicium in ipsis est. Erras si illa ad carnificem seu carcerem differs. Statim puniuntur dum facta sunt, imo dum fiunt.* Itaque, quisquis es

Patiare potius ipse, quam facias scelus.

Seneca *Thebaide*. II. Unius Critolai temeritas, quæ non incommoda Achæis procuravit? Homo hic gloriam e bello dum venatur, remp. & domum suam perdidit. Tu, qui sapis, illud Thuc. *libro* I. cogita. *Quicquid præter opinionem evenire potest, priusquam bellum ingrediare, cogita.* Videtur vero Critolaus bellum optasse, non ut patriam liberaret, sed ut posset, rebus Achæorum turbatis, facilius dominari. Nam ut vere Tacitus libro I. *Hist.* cap. LIV. *Facilior inter malos consensus ad bellum, quam in pace ad concordiam.* rationem reddit libro IV. *Hist.* capit. I. *In turbas & discordias pessimo cuique plurima vis, pax & quies bonis artibus indigent.* Extimulavit quoque eum gloriæ cupido, juxta illud Ciceronis lib. II. *Off. Multi bella quæsiverunt propter gloriæ cupiditatem.* Possumus convenienter quoque ei applicare, illud Dionis Cassii ex *libro* XLV. *Semper posteriores priorum conatus excedere cupiunt, ac similia priorum facinoribus facinora, vilia jam, propter quod jam antea visa sunt, esse censent: inaudita autem tanquam sola ipsis digna, propter novitatem sibi proponunt.* Nullus ex prioribus Prætoribus Achæis bello ausus fuerat lacessere Romanos, hunc Critolaum si excipias, ambitiosum & belli inexpertum virum.

CAP. XXI.

Achæi Corinthi congregati indignis modis legatos a Romanis missos excipiunt, atque, incentore Critolao, his bellum moliuntur.

UT vero liqueat, quam stolidum unius hominis consilium, præsumpta victoria excæcati, atque per artes quasdam edocti plebem effascinare, universæ genti struere possit exitium, Critolaum præludentem excidio Achæorum hic exhibebimus, de quo *Excerpt. ult.* ita per interpretem Polybius: *Critolaus civitates omnes per hiemem circumiens, populum ubique in concionem vocare: in speciem quidem, ut quæ acta cum Lacedæmoniis essent, & cum aliis qui Tegeam convenerant, exponeret: re autem vera, ut Romanos accusaret, omnia illorum dicta in deterius interpretans: qua ratione efficiebat, ut vulgi turba promiscua inimicitias atque odium ingens Romani nominis conciperet. Simul cum magistratibus egit, ut exigendi nomina jus nulli esset, neve ducentem sequi æris alieni gratia necesse esset, ad belli finem usque debitorum solutione dilata. His artibus delinita plebes, quicquid ille diceret, pro certo habere: quicquid imperaret, velle exsequi. Quippe multitudo futuri improvida, præsenti ejus beneficio, & commodo, quod inde capiebat, inescabatur. Q. Cæcilius Macedoniæ Præses cognito quam pravis consiliis, & quam perturbate res in Peloponneso administrarentur, Cn. Papirium & Scipionem Africanum juniorem legatos misit; & una cum his Aulum Gabinium & C. Fannium. Hi quum Achæorum concilium Corinthi celebraretur, forte & ipsi eodem tempore illuc adveniunt: productique ad populum, singulari humanitate conditos sermones habent: iis plane geminos quibus ante Sextus fuerat usus: summo studio impedire contendentes, ne Achæi vel propter discordias, quæ illis cum Lacedæmoniis, vel propter alienatam mentem a populi Romani amicitia, odium illius penitus susciperent. Hæc turbæ quum audirent, continere se nequiverunt: sed legatos subsannantes cum tumultu ac clamore concione ejecerunt. tanta enim hominum in officinis degere assuetorum, & sordidas artes exercentium multitudo convenerat, quanta vix temere alias, & quum omnes tunc civitates, stultitia quasi populari quadam tenerentur; Corinthiorum tamen præ cæteris publica extitit amentia insignita. Pauci quidam fuere, quibus legatorum oratio adprime placebat. at Critolaus occasionem nactus qualem ferme poterat optare, concionem etiam pariter secum furentem, & alienatam mente, adversus magistratus cœpit insurgere, eos quoque irridens, qui a se in Rep. dissidebant: tum autem Romanos legatos licenter appellabat, & amicos quidem velle se habere Romanos dicebat. sin dominos sibi ipse accivisset, nunquam in eo acquieturum. hortari denique Achæos,*

ac dicere, si viri essent, socios non defuturos: sin autem semiviri, dominos. multa item alia in eam sententiam proprii lucri caussa jactans, & ad fallendum comminiscens, hominum fæcem commovebat, atque concitabat. Quinetiam ex dictis factisque suis intelligi volebat, non temere hæc se moliri; verum & Regum nonnullos, & quasdam etiam Respub. conspirare secum in eodem proposito. & quum reprehendere ipsum Senatus vellet, & ne ejusmodi sermones haberet impedire, manu militari succinctus, ad vim faciendam se comparabat; jubens magistratum ut accederet, appropinquaret sibi, auderet aliquis vel chlamydem suam attingere. Postremo dixit, quum perdiu se continuisset, ægre temperare jam sibi non posse, quo minus animi sui sententiam aperiret: debere Achæos, non tam de Lacedæmoniis aut Romanis sollicitos esse, quam de civibus qui cum hostibus facerent. esse enim nonnullos, qui Romanis & Lacedæmoniis magis quam suæ Reip. faveant. ejus vero certius argumentum esse dicebat, quod Evagoras Ægiensis, & Strategius Tritbæensis omnia quæ arcano dicerentur, in conventibus magistratuum, Gnæo renuntiarent. Strategio vero, locutum quidem se cum Romanis fatente, & posthac etiam locuturum confirmante; utpote qui amici ac socii gentis Achæorum essent; sed renunciasse quicquam illis eorum quæ in conventibus magistratuum essent dicta, cum jurejurando pauci fuere qui fidem illius verbis haberent; plures proni auribus calumnias admiserunt. Critolaus vero criminatione istorum multitudine concitata, Achæis persuasit, ut denuo bellum decernerent, verbis quidem adversum Lacedæmonios: re vera adversus Romanos. hoc amplius, iniquum alterum decretum expressit; ut quæcunque aliquis loca expeditione ista cepisset, eorum dominus esset. Hæc Polybius: Sequentia brevissime ex jam dictis observentur. I. Unus homo, imprudens, & malis moribus non minus præditus, quam artibus instructus; modo sui opinionem concitarit apud plebem, quam facile eandem concitare possit, in hoc Critolao videre licet. Ita & Sallustius de Catilina: *Boni complures præsidium in eo putabant.* atque de L. Vitellio Tacitus libro III. *Hist.* capit. XXXVIII. *L. Vitellio, quamvis infami, inerat industria: nec virtutibus, ut boni, sed, quomodo pessimus quisque, vitiis valebat.* II. Quo posset plebem obæratam, & jam pronam ad conspirandum (notum illud Cicer. ex lib. V. *ep. Famil. ad Sext. Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam conjurare, si quis me recipiat.*) in suam pertrahere sententiam atque concitare, novas non tam tabulas (hoc postea teste Sall. fecit Catilina) promisit Critolaus, quam ad tempus prohibuit, ne cum sacco suos debitores creditores interpellarent. His stimulis dominantes plebem ad res novas ut plurimum impellere solent. Livius *lib.* XXXII. de Nabi Lacedæmoniorum præfecto, Corintho per Philoclem Philippi Maced. prætorem tradita: *Concione deinde advocata, rogationem promulgavit; unam de tabulis novis; alteram de agro viritim dividendo. duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.* Item lib. XLII. de altero quodam: *Confudit & miscuit omnia in Thessalia Perræbiaque spe novarum tabularum, ut manu debitorum obnoxia sibi, optimates opprimeret.* III. Quando turbidus hic homo, in turbida, atque se uno digna, concione, mentionem facit sociorum, qui quasi nomen parati fuerint dare in temerarium hoc bellum, cogitemus ita usu venire, ut oblata qualicunque occasione afferendi rempubl. avide eam amplectantur omnes illi, quibus ad recuperandam libertatem, nihil deesse visum fuit præter occasionem. Testis quoque Cicero Orat. *de Harusp. respon.* sic loquens: *Inest*, inquit, *hoc*

A *tempore haud obscurum odium, atque id insitum penitus, & inustum animis hominum amplissimorum: dissident principes: captatur occasio: qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam ac tempus expectant.* Hæc scil. ratio fiduciam Critolao, iisque, qui ab illo stare videbantur, addidit. IV. Quod Critolaus ratione belli neutiquam necessarii, & cæco impetu suscepti fecit; prudens Magistratus, etiam quando bellum per omnia necessarium ei aut incumbit, aut ingruit, sequatur. Scil. famam quam amplam tum suorum apparatuum, tum auxiliorum concitet. Nam ut vere Alex. apud Curt. *libro* VIII. *Fama bella constant, & sæpe etiam, quod falso creditum est, veri vicem*
B *obtinuit.* similiter Cato apud Liv. *libro* XXXIV. *Sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuere.* Nec abludit, quod Dionys. Halicarnas. libro III. *Antiquit. Roman.* ex mente quasi Metii Suffetii differit: *Plurimum autem in bello valet vel vana de sociorum perditione, aut de novorum hostium adventu, opinio, multosque jam ac magnos exercitus, non tam ullo casu adverso, quam inani metu funditus deletos novimus.* V. Interim improvidus hic consiliarius, quod bellum non necessarium concitarit, alienoque tempore gesserit, patriam suam perdi-
C dit. Ita Cicero libro III. *de Nat. Deor.* mecum judicat: *Critolaus*, inquit, *evertit Corinthum: Carthaginem Asdrubal: hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt.*

CAP. XXII.

Romani oblatam belli causam avide amplexi fuerunt, putantes bellum justum piumque esse, quod sui legati adeo male habiti essent ab Achæis. Eoque Corinthum per Mummium obsederunt: Critolao, ut belli inexperto, multiplicem solœcismum committente, atque in voragine submerso.

D DEVENIENDO tandem ad caussam proximam excidii Achaici, de ea ita loquitur *libro* XXXIV. Justinus: *Quærentibus igitur Romanis causas belli, tempestive fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis a senatu responsum est; legatos se ad inspiciendas res sociorum, & ad injuriam demendam in Græciam missuros. Sed legatis occulte mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur. Igitur Legati omnium civitatum Principibus Corinthum evocatis, decretum Senatus recitant,*
E *quid consilii habeant aperiunt. Expedire omnibus dicunt, ut singulæ civitates sua jura & suas leges habeant. Quod ubi omnibus innotuit; velut in furorem versi, universum peregrinum populum trucidant: Legatos quoque ipsos Romanorum violassent, nisi audito tumultu trepidi fugissent.* Hæc Justinus. An vero vere violati Romanorum legati fuerint in incerto est. quia Romani occasionem captabant evertendi Achæos, illius quoque speciem arripuerunt. Cic. Orat. *pro lege Manil.* duntaxat dicit, *propter legatos superbius appellatos*, Corinthum eversam esse. Florus suo more circumspectus *libro* II. *capit.* XVI. contentus est dicere de
F solo Critolao; *Legatosque Romanos, dubium an & manu, certe oratione violavit.* respiciunt vero qua Justinus qua Florus, illa, quæ superiori capite e Pausania relata sunt. Ut ut sit, neutiquam legatos, minime eos, qui a Romanis missi erant, sive Critolaus, sive, qui alii Achæorum temerare debuissent. Convenienter M. Tullius *Verr.* I. *Legati nomen ejusmodi esse debet, quod non modo inter sociorum jura; sed etiam inter*

hostium tela incolume versetur. Hinc justa & acerba illa Hannonis querela apud T. Livium lib. XXI. *Annal.* cap. X. *Legatos a sociis & pro sociis venientes bonus Imperator vester in castra non admisit, jus gentium sustulit*. quo scilicet jure legatos sacrosanctos & inviolatos etiam in hostibus esse plurimis veterum auctorum testimoniis docet JC. præcipuus Jacobus Cujacius *ad lib.* V. D. *de pactis*. unde & *hostium jus* Tacitus appellat lib. I. *Annal. hostium quoque jus*, inquit, *& sacra legationis & fas gentium rupistis*. Nam ut dicit Cæsar lib. III. *B G. Vel ipsum legati nomen apud omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuit*. Ut ut sit, hæc legatorum quasi violatio male habuit Romanos, atque ne diu quæsita belli occasio elaberetur, Mummium destinarunt ad bellum Achaicum, invidente licet Metello, qui ei præripere gloriæ materiam laboravit, ut subsequentibus verbis Pausanias refert: *Metellus accepto de successore nuncio, omni studio contendebat bello finem imponere, ne Mummius ejus ipse gloriæ compos fieret. Per nuncios itaque Achæis edicit, ut Lacedæmonios, & alias omnes civitates quæ se in Populi Romani clientelam tradidissent, ab Achaico consessu discedere æquo animo ferrent: id si facere non recusassent, pristinæ in Romanos contumaciæ veniam pollicebatur. Eodem tempore in Macedoniam per Thessaliam præter Lamiacum sinum ducit. Critolaus tantum abfuit ut ullam orationem quæ ad concordiam spectaret habuerit; ut Heracleam recusantem Achæis parere, circumsessam magnis Achæorum copiis tenere ausus fuerit. Cum audissent e speculatoribus Metellum cum exercitu Sperchion transiisse, Scarpheam, Locrorum ea urbs est, confugit: neque, cum posset in iis quæ sunt inter Heracleam & Thermopylas angustiis consistere, Metellum ausus est expectare: sed tanto pavore consternatus est, ut ne ex ipsa quidem loci commoditate in meliorem se spem erigere potuerit: cum ex eo tamen loco Lacedæm. contra Persas, & contra Gallos Athenienses præclara dedissent virtutis documenta. Fugientes prius quam Scarpheam se reciperent, Metellus assecutus, maximum eorum numerum cecidit; viri haud minus mille capti. Critolaus neque vivus uspiam post pugnam, neque inter cadavera repertus. Quod si forte in cœnosam maris sub Oeta monte paludem se demisit, mirum nihil fuit cœca & profunda voragine absorptum evanuisse. Sed alia etiam de ejus morte conjici possunt*. (Liv. *Epit.* lib. LII. *Critolaus veneno sibi mortem conscivit*.) *Arcadum cohors lectissimorum hominum circiter mille, qui cum Critolao ad bellum exierant, Elateam in Phocidem contenderunt, in eam urbem cum propter veterem nescio quam cognationem recepti fuissent, paulo post Critolai & Achæorum clade, eos inde Phocenses excedere jusserunt. In Peloponnesum retrocedentes, in Metelli exercitum ad Chæronem inciderunt. ibi ad internecionem cæsi, divinitus scelere suo dignas dedisse pœnas videri possunt, eo potissimum loco a Romanis oppressi, quo Græcos cum Philippo Macedonum rege acie dimicantes deseruerant*. Hæc Pausanias. Vel hæc specimine hujus belli improvide suscepti, imprudentius, si non stolidius gesti, (ut fusior descriptio, quæ apud Pausaniam occurrit, docet) evincunt, recte calculum posuisse M. Tullium Ciceronem, cum libro I. *de Off.* sic loqueretur: *Expetenda magis est decernendi ratio, quam decertandi fortitudo*. & Orat. pro *A. Cæcina*: *Considerati hominis esse qua de re jure decertari oportet, armis non contendere*. Atherbal apud Sallustium *Jugurth*. *prius omnia pati decrevit, quam bellum sumere*. nam ut auctor est idem Sallustius: *Omne bellum sumitur facile, cæterum acerrime desinit. non in ejusdem potestate initium ejus & finis est. incipere cuivis etiam ignavo licet, deponere, cum victores velint*. Enimvero prudentis Imperatoris & Principis est, certam pacem, etsi non speciosam, quam incerta belli præoptare. &, quod Thucydides auctor est *libro* IV. *Pax tuta cuivis bello etiam justo est præferenda*. Itaque merito laudatur magnus ille Augustus, qui usque *adeo turbas, bella, simultates, exsecratus est, ut nisi justis de caussis nunquam genti cuiquam bellum intulerit. Jactantisque esse ingenii & levissimi dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, id est, folia infructuosa, in discrimen per incertos eventus certaminum, securitatem civium præcipitare*. Ut in *ejus Vita* refert Sextus Aurel. Victor, & Suet. *cap.* XXI. At, quando furibundo populo stolidus dux contigit, tam temere bellum incipitur, quam totius reip. clade terminatur. tum armis quid pro libertate experiundum fuisset, cum in armis essent Antiochus & Perseus. II. Mirum vero, quam cito Critolai ejusque militum animi minori quoque clade fracti, si non plane projecti fuerint, quum alias per cladem, generosi ducis animus non tam dejici, quam augeri consueverit. De C. Mario Florus *lib.* III. *cap.* XXI. *Redit ab Africa Marius clade major.* & apud Justin. *lib.* XXVII. *cap.* II. Seleucus *lætus malis suis, & damnis ditior redditur*; & ejusdem Mithridates ita victus est, *ut major clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior redderetur*. Idem *lib.* XXXVIII. *cap.* I. quibus non sine ratione accensueris antiquos illos Saxones, quibuscum negotium fuit Carolo Magno. At, ut Deus bellis præsidet; ita existimandum est, eum neutiquam benedixisse armis a fœdifragis non amore patriæ, sed proprii commodi ergo expeditis. III. Altercatio, quæ Metello cum Mummio intercessit, ex parte sufflaminavit prosperum cursum armorum Romanorum, simulque nos docet, reip. ministros, si non tam publico commodo studeant, quam propriæ aut gloriæ, aut emolumento, aliis quoque rerum bene gestarum famam invidere. Tacitus lib. I. *Hist.* cap. XXVI. *Laco consilii, quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, & adversus peritos pervicax*. & Justin. *lib.* XXXI. *cap.* VII. agens de Annibalis sententia, quam dixerat apud Antiochum; *Huic sententiæ obtrectatores amici regis erant, non utilitatem rei cogitantes, sed verentes, ne probato consilio ejus, primum apud regem locum gratiæ occuparet*. V. Sed, ut Critolaus temerario consilio bellum auspicatus fuit & gessit, sic speciatim suam stoliditatem prodidit, quum negligeret occasionem, ad Thermopylas rem præclare gerendi. Nam occasionem in bello observandam esse, non sine ratione Scriptores monent. Polybius *libro* IX. *Valet in omnibus rebus & pollet occasio, sed maxime in bellicis*. Livius *libro* XXV. *Si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paullum fueris, nequicquam mox omissam querare*. Veget. libro III. *de re milit*. *Occasio in bello amplius solet juvare, quam virtus*. Itaque solent optimi duces, ut Cæsar ait, libro I. *de Bello Civil. occasione & beneficio fortunæ ad opprimendos hostes uti*. VI. Speciatim gravius adhuc impegit Critolaus, quod Thermopylas non occuparit, ad quas cum suis trecentis olim, contra Xerxis nubes non solum substiterat, sed parum quin victor evaserat, decantatissimus ille Leonidas, (videantur Justinus *libro* II. Herod. *libro* VII. Diodorus Siculus *libro* XI.) & ad quas teste eodem Just. *lib.* VIII. Philippus Macedo Græcos oppresserat. Paulus Æmilius apud Agellium *libro* XIII. capit. III. docere solitus, *perraro bonum Imperatorem signis collatis decertare, nisi summa necessitudo, aut summa ei occasio data esset*. quod ita extulit Vegetius libro tertio *de re milit.* capit. vigesimo sexto: *Boni duces publico certamine nunquam nisi ex occasione, aut nimia necessitate confligunt*. *Magnam*

autem partem victoriæ, teste eodem Veget. cap. decimo tertio, *ipse locus in quo dimicandum est, possidet*. Hirtius de bello Alexand. *multum*, inquit, *adjuvante natura loci*. quem idcirco in prœlio dispiciendum monet idem Veget. cap. IX. Hinc Datames (quod in *ejus Vita* refert Cornelius Nepos) *ut inferior copiis, ita superior omnibus prœliis discedebat, quod nunquam manum consereret, nisi adversarios locorum angustiis clausisset*. & passim apud Jul. Cæsar. hæc occurrunt *libro* II. *neque nostros in locum iniquiorem progredi pugnandi caussa viderunt*. *libro* V. *erat magni periculi res cum tantis copiis iniquo loco*. VII. Quantum momentum sit in Duce, & quomodo eo salvo salvus sit exercitus, occumbente vero eodem, hic facile profligetur. videre est in Critolao. Livius libro XXX. *Annal. donec stetit ante signa Mago, gradum sensim referentes ordines tenorem pugnæ servabant: postea quam femore transfixo cadentem, auferrique ex prœlio prope exanguem videre, extemplo in fugam omnes conversi*. Horatius lib. IV. *Ode* IV.

—— Occidit, occidit
Spes omnis, & fortuna nostri
Nominis, Asdrubale interempto.

Testis est enim T. Livius lib XXVI. *Annal.* Annibalem Asdrubalis capite conspecto, agnoscere se fortunam Carthaginis, dixisse. Quippe verum est quod Hegesippus scribit *lib.* V. *cap.* XXX. *In milite unius sors est, in Imperatore universorum*. cui, ut scribit Sext. Aurel. Victor in *Juliano*, *salus propria cum semper ad securitatem omnium, tum maxime in bello conservanda est*.

CAP. XXIII.

Capta per Mummium Corintho, non modo societas Achæorum dissoluta, sed eorum quoque nomen eversum fuit.

CÆTERUM bellum, ut solet dulce esse inexpertis, amarum vero iisdem, postquam cladem acceperunt; ita Critolai atque Diæi tumultuario exercitu difflato per Metellum, Mummius occupata Corintho, nomen Achaicum non tam evertit, quam sepelivit. Unum Florum suffecerit adduxisse, qui ita *lib.* II. *cap.* XVI. *Hic* (nempe Mummius) *alterius ducis Diæi late exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit, geminosque portus sanguine infecit. Tandem ab incolis deserta civitas, direpta primum, deinde tuba præcinente deleta est. Quid signorum, quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum atque projectum est? Quantas opes & abstulerit & cremaverit, hinc scias, quod quicquid Corinthii æris toto orbe laudatur incendio superfuisse comperimus. Nam & æris notam preciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit injuria: quia incendio permistis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri, argentique venæ in commune fluxere*. Nec sola Corinthus periit, verum etiam cum ea omnium Græcorum, (Lacedæmoniorum quoque, nedum Achæorum tantum) libertas. Sic enim Pausanias *l. d.* loquitur: *Aliarum urbium, quæ contra Romanos bellum susceperant, muros Mummius dejecit, arma civibus ademit. atque hæc omnia egit priusquam ab urbe mitterentur, quorum consiliis in Græciæ rebus ordinandis uteretur. Ubi vero adfuerunt illi, statim omnem e civitatibus popularem administrationem sustulit: Magistratus ex censura instituti: tributa universæ Græciæ imposita: locupletibus extra fines suos agri possessione interdictum: concilia omnia singulorum Achaicæ nationum sive in Bœotia, sive in Phocensibus haberentur, abolita*. Hæc ille. Omissis aliis, quæ obvia, notemus a parte Romanorum, eos valde prudenter scivisse, vitiis, maxime intestina Græcorum discordia, uti. Inde Galgalus apud Tacitum *Agr.* cap. XXXII. de iisdem: *Nostris illi dissensionibus clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt*. Didicerunt alii a Romanis. Idem Tacitus lib. IV. *Histor.* cap. XXXIV. *Civilis non minus vitiis hostium, quam virtute suorum fretus*. & Flor. de Mithrid. *lib.* III. *cap.* V. *Spem ac fiduciam dabant nostra vitia*. atque iterum apud eundem *lib.* IV. *cap.* II. filius Mithridatis, magis discordiæ Romanæ *fiducia*, *quam suæ virtutis*, bellum cœpit. II. Quæ ratio arbitrorum potentiorum, in litibus imperiorum dirimendis esse soleat, hinc discamus. Qui Græcorum litem dijudicare debuissent, iis jugum imponunt, similes leoni Æsopico in partienda præda. De Macedonum rege Philippo sic Justin. *lib.* VIII. *cap.* IV. loquitur: *Philippus, more ingenii sui, ad judicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus instructo exercitu supervenit: & regno utrumque non judicis more sed fraude latronis ac scelere spoliavit*. Hæc Justinus. III. Quod non minus Lacedæmonii, quam reliqui quoque Græci, communi exilio cum Achæis per Romanos fuerint involuti, exhibet non minus Romanorum ingenium, quibus solemne erat secundum Tacit. lib. IV. *Hist.* XVII. *quærere provinciarum sanguine provincias*; quam omnes docet, ne qua ratione patiantur se collidi intestinis dissidiis, sive cum sociis, sive quacunque alia ratione domi. Externus siquidem aut hostis, aut etiam socius, qui fomenta & materiam huic dissidio suppeditat, laborat *ex ipso bovæ lora sumere*, (ut alibi eleganter Plut. loquitur) atque omnibus ex æquo evectis servitii jugum imponere, quemadmodum suo tempore deplorant illi, qui pro sperata libertate, cum Græcis hoc loco, omnibus suis privilegiis & immunitatibus mulctantur. Superiori seculo (videantur Sleid. *lib.* XXIV. & Thuan. lib. II. *Hist.*) Carolus V. Imp. mira versutia Principes Protestantes in Germania inter se commisit, atque privatas Alberti & Joannis Brandeburgicorum contra Hessum simultates, & ucculta Mauritii Saxonis in Joannem Fridericum odia & ambitionem, in suam convertit utilitatem; eoque illos furore cæcos adegit, ut religionis, quam pariter profitebantur, & libertatis Germanicæ spreto periculo, arma pro patria contra communem hostem expediunda, in sese ipsi stringerint. Ipse certe Mauritius (consulatur omnino Sleidan. *l. d.*) ita se circumscriptum ad postremum agnovit, editoque publico programmate, coram universo orbe serio conquestus fuit. *Utinam, utinam, sapiatis omnes Protestantes tum Principes tum respublicæ!* apud vos (ut cum Seneca loquar lib. II. *de Ira* cap. XXIII.) *plurimum mali credulitas fecit*: tantoque vobis hic perniciosior est error, *quanto* sunt (Tacitus *Germ.* cap. XXI.) ad quas Papana fraude, toties licet delusi, vos agi patimini, *periculosiores inimicitiæ juxta libertatem*: hanc tueri non potestis, nisi junctis animis & viribus. Lapidem e Scyro insula (videatur Plinius *lib.* XXXVI. *cap.* XVII.) integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Qui simplex & solus, infirmus est: *triplicatus* autem *funis ægre rumpitur*, ipso Salomone teste *Eccles.* IV. com. XII. Agite ergo, atque, ut invicti subsistatis, adversus consilia, quæ Babylone cuduntur, in vestram perniciem, *unum omnes sentite ac probate*, Cæs. lib. V. *B. Gal.* cap. XXX. IV. Ideo Corinthus, celebratissima illa Urbs a Romanis eversa fuit, quod loco commodissimo posita, cuivis dominationis duntaxat avido, occasionem præbere posset inchoandarum novarum rerum. Cicero lib. I. *de Officiis*: *Quare suscipienda quidem bella sunt*, inquit,

ob eam causam, ut sine injuria in pace vivatur; parta autem victoria conservandi sunt ii, qui non crudeles in bello, nec immanes fuerunt; ut majores nostri Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem & Numantiam funditus sustulerunt. Nollem Corinthum: sed credo illos secutos oportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Ita Cicero scapham scapham vocans. Noluerunt tamen hanc caussam eversæ Corinthi publice agnosci. nam teste Livio lib. LII. in *Epitome*, Memmius *omni Achaja in deditionem accepta, Corinthum ex Senatusconsulto diruit; quia ibi legati Romani violati erant.*

CAP. XXIV.

Concluditur, atque serio in omnibus imperiis studium Concordiæ urgetur. Speciatim in fœderato Belgio haud absimili Achæorum societati. Arceantur Imperiorum speculatores, domi castigentur δωροφάγοι, nec, qui sapiunt, socios opprimi patiantur, ne, illis eversis, ipsi victoris præda fiant.

ATQUE sic hactenus, aspirante Dei Opt. Max. gratia, post summos viros, consideravimus, aliquanto distinctius, quam ab iis factum, Remp. Achæorum. quoniam propositum nobis fuit, presse historiæ inhærere, omniaque ad usum transferre, multa occurrerunt, quæ notare potuissemus in iis, quæ viri illi celeberrimi negligentius annotarunt, sed non libuit laureolam in mustaceo quærere. Quod vero huic celebratissimæ apud antiquos reip. in plurimis respondeat fœderati nostri Belgii status, ut a plurimis jam diu annotatum, nostrum institutum fuit proponere speculum, quod si omnes, non minus qui cum imperio sunt, quam quibus obsequii gloria relicta est, diligenter intuerentur, mala (quæ certo brevi ingruent, & jam magno passu ad nos properant) minimum prævideri, si non etiam præcaveri possent. Quoniam vero *primo Discordia*, illa fatalis rerumpublicarum pestis, Achæos perdidit, temperare mihi non possim (quod meos Belgas in Achæis mihi repræsentem) quin iterum monstro illi occurram. Senecæ verbum est *Epist.* XXVII. in fine: *Nunquam nimis dicitur, quod nunquam satis discitur. Quibusdam remedia monstranda, quibusdam inculcanda sunt*, atque iterum *ep.* XCIV. *Quæcunque salutaria sunt, sæpe agitari debent, sæpe versari: ut non tantum nota sint nobis, sed etiam parata. Non enim reposita illa esse oportet, sed in promptu.* Certe si talia hæc in promptu habuissent multæ florentissimæ gentes atque Respublicæ: si *memoriam simultatum, patriæ* (Livius *lib.* IX.) *remisissent*: Nec se sivissent *odii privati pertinacia* (Tacit. I. *Hist.*) *in publicum exitium stimulari*, non coacti fuissent, isto Bucolico planctu nimium sero (Virg. *Eccl.* I.) damnare stultitiam suam:

—— en quo discordia cives
Perduxit miseros! en queis consevimus agros!

Hoc enim usu venire solet, ut suspicionis, (Polybius *lib.* V.) *rixæ, omnia plena sint, cum incepta nostra deserunt successus*: cumque publica aliqua clades imminet, tum ut Lucan. *lib.* VII.

Dira subit rabies: sua quisque ac publica fata
Præcipitare cœpit.

Exempla pauca ut proponamus. Quid Italiæ ruinam acceleravit aliud, nisi Guelphorum & Gibellinorum illa celebratissima factio? Numquid Armeniacorum Burgundorumque in Gallia dissidium olim occasionem præbuit Anglis, per annos complurans potiendi Galia? Quid mali non adduxit illa, tempore Caroli Burgundionum Ducis, stultissima, sed omnium perniciossima dissensio, omnibus in duas factiones divisis, quarum alteri nomen erat *ab hamo*, alteri *a pisce asello*? Pugnabat civitas cum civitate, vicus cum vico, domus cum domo, sæpe quos idem lectus jungebat, factio diversa segregabat, & fratrem a fratre ruptis naturæ vinculis, distrahebat; passim latrociniis, jurgiis, cædibus, rapinis, fervebant omnia. Quid Athenæ? Magna illa urbs, lateque rerum domina, post cladem Siculam in sociorum defectione, & hostium multitudine, substitit tamen, (Thuc. *libro* II.) *neque adeo prius collapsi sunt cives, quam intestinis discordiis in sua viscera sævientes, se præcipitarent.* Imo quid universæ Græciæ ab ea causa acciderit, adscripto magni autoris integro loco demonstrabimus, *obvia* in plerisque (Tacit. lib. IV. *Annal.*) *similitudine, ab iisdem causis pares exitus animo præcepturi*: vel potius *inde nobis nostræque Reipub. capturi*, (Livius *præf.*) *fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vitemus.* Ergo sic de Philippo Mac. Demost. *Phil.* III. *Neque Græcia, neque Barbaria, hominis avaritiam capit. Quæ quum Græci omnes & audiamus, & videamus; non alii legatos mittimus ad alios: non indignamur: sed adeo sumus amentes, atque oppidatim, tanquam fossis interjectis & vallis, separati, in hunc usque diem neque rationibus nostris consulere quicquam, neque officio ulla ex parte fungi possumus: neque inire concordiam: neque societatem auxilii & amicitiæ ullam facere: sed incrementa potentiæ Philippi secure negligamus; idque tempus, dum alius pereat, unusquisque in lucro deputet: non de procuranda Græcorum salute, cogitationis aliquid laborisque suscipiat: eodem modo, quo qui grandinem spectant, optat quisque, ne in suos agros deferatur, prohibere conatur nemo. Atqui eum, tanquam conversionem atque accessionem febris, aut alterius mali, etiam in illum, qui sibi procul a periculo nunc abesse videtur, invasurum, nemo est qui nesciat.* Hæc Demosthenes Græcis ingerebat: sed surdis, ut ajunt, fabulam: Itaque (Herodian. *libro* III.) *æmulatione, contentione, invidiaque inter ejusdem gentis homines funestissima invicem attriti, captivi prius Macedonum, dein mancipia quoque Romanorum facti sunt.* Tale malum o Deus avertas! Tu facias, ut in Rep. nostra compleatur illud Sallustii: *Jurgia, discordias, iras, simultates cum hostibus exercebant; cives cum civibus de virtute certabant.* Rationem reddit Polybius *lib.* VI. *δυοῖν ὄντων δι' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, καὶ τῆς πρὸς τὰς πολεμίους ἀνδρείας, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτὰς ὁμονοίας. Cum duobus his omnis civitas contineatur, fortitudine adversus hostes, consensuque inter cives.* Secundo quum improvidi, intestinisque discordiis parum quin efferati Achæi, viam compendiosam ad ruinam reip. straverint, admittendo Romanos velut quotidianos actuum suorum speculatores; optandum foret, quam diligenter a talibus Status insidiatoribus, (non refert socii an hostes haberi velint) resp. sibi caveret. Ludovicus XI. teste Comin. *lib.* VIII. XVI. millia Coronatorum quotannis minimum erogabat, ut secreta Angliæ regum consilia cognosceret: at proh dolor! multas notare est resp. & civitates, ubi vix sedecim ei florenis Imperialibus sit opus, qui cupit arcanissima Patrum patriæ consilia cognoscere; quæ non poterunt non publice propalari, quam diu, ridente Agamemnone (videatur Homerus lib. VIII. *Odyss.*) usque ad convitia muliebria inter se Achilles & Ulysses contendent. Utinam Carthaginenses non haberent posteros, in quibus Punicum ingenium agnosci posset! alias illis familiare

erat hostium pariter & amicorum *speculari consilia*, ut post Justinum *lib.* XVIII. *cap.* II. notat Frontin. lib. I. *Stratag.* cap. II. num. III. & IV. Tertio, optandum non minus foret, persuaderi posse, brevi ruituram esse illam rempubl. in qua, sive Callicrati, sive aliis, qui ejus ingenium referunt, contra leges impune dona accipere licet. Crepent licet venales hi domini pro rostris, in Conciliis, & inter suos libertatem, quia stipendiarii aliorum sunt, iis, quibus clancularium sacramentum dixerunt, eandem operam exhibebunt, quam (videatur Diod. Siculus *lib.* XVI. *cap.* LIV.) Lasthenes & Euthycrates dederunt Philippo Macedonum regi, qui Juven. *Sat.* XII. *Callidus emptor Olynthi* dictus. Sed postremo, quum prima scaturigo calamitatum reipubl. Achaicæ merito censeatur, quod compressis sedendo manibus, & somniculosis inertibusque oculis connivendo, violata insuper (ut vidimus) federum religione, alienam calamitatem, nec non vicinorum sociorumque suorum interitum, secura & quasi defæcata mente speculari potuerit; viderint cognatæ resp. ne hac in parte pariter delinquant. non exaudiendo aut preces, imo sæpe obtestationes sociorum, aut falso sibi persuadendo, illos dominationi suæ terminos ad fines stertentium definituros esse, qui desertos vicinos undiquaque impune depopulantur. Recte Thebanorum legati apud Justinum *lib.* IX. cum Græciam oppidatim occuparet Philipppus, disseruere: *Communem hostem communibus viribus submovendum, neque enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerint, nisi omnem Græciam domuerit.* atque ut verba Thucydidis lib. VI. immutem: *Belli pericula cum vicinis communia nobis sunt: & pro certo habendum est, si nos vicinos negligamus, extemplo, postquam illi conflagraverint, ad nos incendium trajecturum.* Do lubens, otium gratum maxime mercantibus esse. Sed vere Sall. in *Catil. Otium, divitiæ, optandæ, aliis oneri miseriæque fuere.* atque iterum in *Jugurth. Quod in adversis rebus optaverant otium, postquam adepti sunt, asperius acerbiusque fuit.* Sed abrumpendum est. finio ergo cum Thucyd. *lib. dicto*: *Existimate Rempubl. si ocio indulgeat, ipsam suis opibus attritam iri, ut quælibet alia, & futurum, ut omnis disciplina consenescat: ac per certamina quotidie in experientia profecturam, & usum, quo non verbis, sed factis potius, hostes propulsare possit, adepturam.* Tu, o Deus, interim miserere tui populi, eorumque qui te invocant. Tibi, qui es unicus imperiorum Stator, atque (Pacuvius in *Peribæo* vers. 200.) *Regum imperator, æternum morum sator*, sit laus & gloria in sempiterna secula, AMEN.

FINIS.



JOAN-

JOANNIS MEURSII

DE

REGNO LACONICO

LIBER SINGULARIS.

VIRO GENERIS, DIGNITATIS, ET VIRTUTIS SPLENDORE ILLUSTRI

CONSTANTINO
CONSTANTINI FILIO
HUGENIO SELEMIO
ARAUSIONENSI PRINCIPI
A SECRETIS.

S. D. P.

JOANNES GEORGIUS GRÆVIUS.



FFERO Tibi, vir nobilissime, Joannis Meursii, viri celeberrimi tres postumas Lucubrationes, quas acceptas refero bibliothecæ Potentissimi Regis Suecorum, ex qua illas mecum communicavit, ut olim plures alias, quæ mea cura lucem adspexerunt, vir amplissimus & mihi amicissimus, Samuel Pufendorfius. Persuasum habeo munusculum hoc, quamvis ex aliena sit depromtum arca, tibi non ingratum futurum, qui gentilitium decus, magnis cum erga publicam, tum litterariam rem meritis partam, non modo tueris, sed propagas & amplificas. Nam de magno parente Tuo, qui jam nonagenario major fama sui fruitur, & quasi posteritati suæ interest, de te, tuisque fratribus vere dici potest, quod de Scipione Africano Latinus Historicus dixit, vos in magna occupationum mole tam elegantes liberalium studiorum, omnisque doctrinæ auctores & admiratores esse, ut nemo elegantius vobis intervalla negotiorum otio dispungat. Hinc & Musæum instruxisti rarissimorum omnis generis librorum, & lectissimorum veteris ævi numismatum copia, in quod te, ubi curis aulicis defunctus es, tanquam in gratum quendam secessum recipis, & animum & oculos pascis. Non nunquam tamen in societatem hujus voluptatis admittis homines, qui his Musarum deliciis capiuntur. Me sane istam voluptatem non semel cepisse memini, semperque meminero. Hinc cum me tanta sis semper benevolentia complexus, non potui non hanc occasionem arripere meam in Te observantiam Tibi probandi. Spero facultatem aliquando mihi futuram luculentiore monumento & significatione illam testificandi. Vale, Vir Nobilissime, & me amare perge. Trajecti, Idibus Novembris cIↃ IↃc LXXXVI.

INDEX CAPITUM.

CAP. I. *Reges Laconicæ antiquissimi. Lelex: a quo regio* Λελεγία *dicta. Ejus uxor Cleocharea, ex Najadibus Nymphis una, sive Peridia. Filii, Myles, Polycaon, Amyclas, & Bomolochus; filia vero, Therapne; a qua etiam loco nomen: pater, Spartus. Scholiastes Euripidis emendatus. Mortuo successit Myles, qui molam invenit in Alesiis. Pausaniæ locus de eo mutilus indicatus. Uxor ejus, Teledica: & ex illa Eurotas, filius; filia vero Cepedia: quanquam alii matrem illi Taygetam tribuant. Stephani error. Successit filius, Eurotas: qui ab aliis dicitur Lelegis. Ejus mors; & fluvii, qui antea appellabatur Himerus, transnominatio: etsi alii aliam assignant causam. Uxor ejus, Cleta fuit: & ex ea filiæ tres; Sparta, Mecionica, quæ Neptuno Euphemum peperit; ac Tiasa a qua fluvio nomen datum. Cleta autem, inter deas est relata, idque a genero Lacedæmone; Gratiæque nomine culta, cum Phaenna: eique templum a Lacedæmone dedicatum.*

II. *Succedit Eurotæ Lacedæmon, gener; & urbem Spartam, ab uxoris nomine, dicit; ut a suo, regionem Lacedæmonem; a Taygetæ vero matris nomine, Taygetum montem. Erat autem filius Jovis, ex Taygeta, Atlantis filia: vel, ut alii tradunt, Semela. Filium, Amyclam habuit, successorem; filiam vero, Eurydicen, Acrisio nuptam: quæ Junoni Argivæ templum dedicavit. Alter quoque illi filius ex Taygeta memoratur, nomine Himerus; uti filia, Cleodice: quam cum Himerus vitiasset, animi mœrore actus, desilit in Marathonem illic flumen, Himerum deinde ab ipso nominatum. Vita functo filius succedit, Amyclas: & de suo nomine Amyclas condit. Stephani locus restitutus. Uxor illi, Diomeda. Scholiastes Nicandri emendatus. Filii vero, quatuor erant; Argalus, Cynortas, Leucippus, & Hyacinthus: quem nonnulli, Oebali dicunt; alii, Veneris, & Adonidis. Filia, una, Daphne dicta: quæ in laurum transmutata fabulose memoratur.*

III. *Succedit patri Amyclæ Argalus, etiam Agigæus dictus. Pausaniæ locus restitutus. Ejus filius, Derites. Argalo succedit Cynortes; ejus frater, ex Diomeda, Lapithæ filia. Post hunc, Oebalus regnavit, ejus filius: sive, sicut alii volunt, nepos, ex Periere. Apollodori, & Pausaniæ, dissidium. Liberi ejus: & in istis, filiæ, Pirene, & Arene: de qua Scholiastes Euripidis, & Eustathius, emendati. Arene, Aphareo nupta: qui de illa urbem Arenen nominavit. Oebali monumentum, ubi fuerit.*

IV. *Oebalo succedit Tyndarus: cui cum Hippocoon frater controversiam moveret, impar ei; regno cedit: & ab Hercule deinde, interfecto Hippocoonte, filiisque, restituitur. Joannes Tzetzes emendatus. Apollodori, & Diodori, de Hippocoontis filiis dissidium. Hippocoon, nothus a quibusdam memoratus; & Nicostrata matre natus. Icarion, qui & Icarius, utriusque frater, utri parti se addixerit. Apollodori, & Pausaniæ, dissidium. Tyndari Uxor, Leda, Thestii filia: ex qua nati illi filii, Castor, & Pollux; filiæ autem, Clytæmnestra, Helena, Philonoe, & Timandra. Servii locus correctus.*

V. *Tyndaro filii, Castor, ac Pollux; & ex filia Helena gener, Menelaus, successere: quorum Castor, atque Pollux, Minervæ Asiæ fanum condunt. Castor, Argis sepultus; &* Μιξαρχαγεύας *appellatus. Ubi mortuus. Helenæ excellens forma, & procorum multitudo. Tyndari metus, ne tumultum illi aliquem excitarent: & hunc quomodo evitaverit, de consilio Ulyssis. Locus Laconicæ,* Ἵππου μνῆμα *appellatus: & id quare. Menelaus; quo regnante, bellum accidit Trojanum: ad quod ille naves sexaginta duxit e Laconica. Hygini error indicatus. Oraculum Delphicum cum Ulysse de hoc ipso bello consulit, & monile Minervæ Protemplari dedicat. Eustathii locus emendatus. Ejus navis gubernatores: Phrontis; cujus pictura Delphis, in Lescha: Canobus, qui in Ægypto mortuus: & Cinadus, cujus monumentum erat ad Onugnathum. Denique & proreta, Pharus, in insula Pharo vita functus, & sepultus. Ejus filia, Hermione; filii, Nicostratus, Megapenthes, Xenodamus, Diæthus, Morathini, & Æthiolas: e quibus & Nicostratus, & Æthiolas, inter deos apud Lacedæmonios culti; Maraphius, qui Morrhaphion aliis, auctor generis Maraphiorum apud Persas. Ejus forma, liberi, domus, templum, & sepulcrum. Successor, gener Orestes. Ejus cum Pylade amicitia, & matricidium: item colonia in Lesbum deducta: tum statura septem cubitorum. Mors ubi acciderit, & qualis fuerit. Ossa postea Spartam relata: ac quomodo, quando, & a quo, inventa. Sepulchrum ubi. Filii, Tisamenus, Orestes, Penthilus.*

VI. *Succedit Oresti, filius Tisamenus: sub quo redeunt Heraclidæ; filiique Aristodemi, Patrocles, & Eurysthenes, regnum Spartanum, sortito accipiunt. a quibus postea, suasu oraculi, duo, ex posteritate utriusque, diu illud tenuerunt. Tisamenus ejectus Achajam petit; novumque regnum, a se ibi constitutum, posteris tradit, quorum ultimus fuit Ogygus. Polybii locus emendatus. Tisamenus, adversus Jones pugnans, in acie cadit, Helicaque sepelitur: unde ossa, oraculi monitu in Laconicam translata, & Spartæ condita. Aristodemus, quctus ab Hercule. Vellejus, & Isaacius Tzetzes, corriguntur. Heraclidæ quonam jure regnum Spartæ repetierint. Ab Heraclidarum reditu, initium Historiæ suæ habuere, Theopompus, Ephorus, Callisthenesque. Hylli filio Cleodæo, aut Cleolao, nomen suum vindicatum: & Herodotus, ac Pausanias, Ælianus, Scholiastes Pindari, Isaacius Tzetzes, & Porphyrius, restituti.*

VII. *Heraclidæ, ter conati in Peloponnesum redire, bis frustrati, tertio demum, quod volebant, effecerunt. Ac primo quidem, occiso Eurystheo, voto sane sunt potiti, sed, oborta intra annum gravi peste, ab oraculo, ceu intempestive nimium rediissent, jussi exire, sedem suam Marathone posuere. Deinde iterum conati, duce Hyllo, & oraculo, quod rogarant, male intellecto, rursum voto exciderunt: & ex pacto, cæso Hyllo in certamine singulari, annis quinquaginta, aut centum, ut alii tradunt, emanere ac redire Tricoryntbum, sunt coacti. Quantum temporis inter primam & secundam expeditionem fuerit. Oraculum autem, quod his datum, quale fuerit. Expeditionem vero hanc evenisse, non Tisameno regnante, nec Oreste, verum Atreo, demonstratum: & Apollodori error indicatus.*

VIII. *Tertio conatu demum patriam recuperarunt Heraclidæ; paratis in Ætoliæ loco quodam navibus, cui hinc* Ναύπακτος *nomen datum. Marcianus Heracleota emendatus. Ac dum istis hærent, fulmine Aristodemus ictus obit, & exercitus dissolvitur. Quo mox iterum collecto, jussu oraculi, & trioculo duce sumpto, Oxylo, Andræmonis filio, capiunt Peloponnesum, ac sortito partiuntur, structis Jovis Patrio*

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
REGNUM LACONICUM.
SIVE,
DE REGIBUS LACEDÆMONIORUM,
ET SUBJECTA HIS LACONICA.

CAP. I.

Reges Laconicæ antiquissimi. Lelex: a quo regio Λελεγία *dicta. Ejus uxor Cleocharea, ex Najadibus Nymphis una, sive Peridia. Filii, Myles, Polycaon, Amyclas, & Bomolochus; filia vero, Therapne; a qua etiam loco nomen: pater, Spartus. Scholiastes Euripidis emendatus. Mortuo successit Myles, qui molam invenit in Alesiis. Pausaniæ locus de eo mutilus indicatus. Uxor ejus, Teledica: & ex illa Eurotas, filius; filia vero Cepedia: quanquam alii matrem illi Taygetam tribuant. Stephani error. Successit filius, Eurotas: qui ab aliis dicitur Lelegis. Ejus mors; & fluvii, qui antea appellabatur Himerus, transnominatio: etsi alii aliam assignant causam. Uxor ejus, Cleta fuit: & ex ea filiæ tres; Sparta, Mecionica, quæ Neptuno Euphemum peperit; ac Tiasa a qua fluvio nomen datum. Cleta autem, inter deas est relata, idque a genero Lacedæmone; Gratiæque nomine culta, cum Phaenna: eique templum a Lacedæmone dedicatum.*



REGIBUS Atheniensium opere peculiari pertractatis, itidem Lacedæmoniorum reges, ab antiquitate ultima repetitos, in lucem producendos duxi. Inter eos omnium occurrit primus,

LELEX: a quo incolæ Leleges tunc appellati. Pausanias, in ipso principio *Laconicorum*. Λέλεξ, αὐτόχθων ὢν ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν
A τῇ γῇ ταύτῃ· καὶ ἀπὸ τούτου Λέλεγες, ὧν ἦρχεν, ὠνομάσθησαν. *Lelex, qui indigena erat, primus in hac terra regnavit: & ab eo, quibus imperabat, Leleges sunt appellati.* Scholiastes Euripidis, *ad Orestem.* Λακεδαίμονος πρῶτος ἦρξε Λέλεξ, ἀφ' οὗ καὶ Λέλεγες ὠνομάζοντο. *Lacedæmonis principatum primus tenuit Lelex, a quo Leleges dicebantur.* Et regio ipsa. Λελεγία dicta fuit: uti dixi *Antiq. Lacon.* lib. II. cap. XVI. Meminit Lelegis etiam Apollodorus, *lib.* III. & Pausanias iterum, in principio *Messenicorum*: item Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Uxor ejus, Cleocharea, una ex Najadibus Nymphis. Apollodorus, *libro citato.* Ὃς ἦν ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθονος, καὶ Νύμφης Νηΐ-
B δος, Κλεοχαρείας. *Qui erat filius Lelegis indigenæ, & Nymphæ Najadis, Cleochareæ.* Scholiastæ Euripidis, *loco citato*, Peridia dicitur: ut ostendam in sequentibus mox verbis. Filii duo illi erant; Myles, atque Polycaon. Pausanias. Λέλεγος δὲ, γίνεται Μύλης· καὶ νεώτερος, Πολυκάων. *Lelege vero, nascitur Myles; juniorque, Polycaon.* Myles, patri mox succedit in regno Laconicæ; quæ Lelegia, sicut dixi, tunc vocata; Polycaon, regnum in Messenios tenuit: ut est videre apud Pausaniam, in *Messenicorum* initio. Stephanus, *in* Λακεδαίμων, etiam Amyclantem memorat: quem alii Lacedæ-
C monis dicunt, uti paulo post ostendam. Scholiastes vero Euripidis, in Polycaonis nomine, est corruptus: & Bomolochum quoque nominat. Ecce verba, *ad Oresten.* Ἔσχε δὲ (ὁ Λέλεξ) παῖδας ἐκ Περιδίας, Μύλην, Πολύκλωνα, Βωμολόχον, Θεράπνην. *Habuit vero (Lelex) liberos ex Peridia, Mylen, Polyclonem, Bomolochum, Therapnen.* Omnino scribendum est, Μύλην, Πολυκάωνα, *Mylen, Polycao-*

nem. Et observa, Peridiam hic uxorem ejus dici; non, ut supra referebam, Cleochaream: tum Therapnen quoque filiam memorari; cujus meminit & Pausanias, & ab illa nomen vico datum tradit, istis verbis. Θεράπνη δὲ ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. *Therapne vero nomen quidem loco fuit a Lelegis filia*. Pater autem, Spartus erat. Indicat Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Ἀπὸ Σπαρτοῦ, τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος, τοῦ Σπαρτοῦ. *A Sparto, filio Amyclantis, qui Lelegis, qui Sparti erat*. Monumentum illi positum, ceu heroi, in ulteriore viæ Aphetaidis parte, juxta Jopis, & Amphiarai: ut videre est apud Pausaniam, in *Laconicis*. Alius vero est, ne confundas, cujus idem mentionem semel iterumque facit in *Atticis suis*. Lelege vero vita functo, regnum ejus excepit.

MYLES. Pausanias, in *Messenicis*. Ἀποθανόντος Λέλεγος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν τῇ νῦν Λακωνικῇ, τότε δὲ ἀπ' ἐκείνου Λελεγίᾳ καλουμένῃ, Μύλης μέν, πρεσβύτερος ὢν τῶν παίδων, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Mortuo Lelege, qui regnavit in Laconica, ut nunc dicitur, sed ab ipso tunc Lelegia nominata, Myles quidem, filiorum natu maximus, principatum tenuit*. Hic molam invenisse traditur, in Alesiis, ita dictis. Pausanias. Προελθόντι ὡς ἐπὶ τὸ Ταΰγετον, ὀνομάζουσιν Ἀλησίας χωρίον· Μύλητα, τὸν Λέλεγος, πρῶτον ἀνθρώπων μύλην τε εὑρεῖν λέγοντες, καὶ ἐν ταῖς Ἀλεσίαις ταύταις ἀλέσαι. *Taygetum versus procedenti, vicus est, quem Alesias dicunt: Myletem, filium Lelegis, primum hominum cum molam invenisse memorantes, tum & fruges in Alesiis item bisce moluisse*. Idem Auctor, in principio *Laconicorum*, cum successionem regum omnium accurate referat, de Myle hoc, patri suo succedente, mentionem nullam facit: & omissa successionis mentione, obitum memorat. Sed omnino mutilatus est putandus iste locus; & exciderint verba illa, quibus de successione ejus egerat. Uxor ipsi, Teledica fuit: & ex ea Eurotas, filius; filia vero, Cepedia. Scholiastes Euripidis, *loco citato*. Τούτων ὁ Μύλης, ἐκ Τηλεδίκης ἴσχει Εὐρώταν, καὶ Κηπηδίαν. *Horum Myles, habuit ex Teledica Eurotam, & Cepediam*. Stephanus vero, Taygetam nobis Eurotæ matrem tradit. Ταΰγετον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς· ἀπὸ Ταϋγέτης τῆς μητρὸς Εὐρώτα. *Taygetum, mons Laconicæ: a Taygeta, matre Eurotæ*. Ac successit patri,

EUROTAS. Pausanias. Μύλητος δὲ τελευτήσαντος, παρέλαβεν ὁ παῖς Εὐρώτας τὴν ἀρχήν. *Postquam vero diem Myles obiisset, principatum filius Eurotas cepit*. Meminit Eurotæ hujus etiam Apollodorus, *lib.* III. & Stephanus, *in* Ταΰγετον. Hic morte sua flumen, ante Himerum dictum, a se Eurotam dici fecit. Exstat Historia apud Plutarchum, *De flum* ubi de Eurota agit. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων, καὶ τὴν πανσέληνον περιμενόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν προειρημένων στρατηγός, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας, συνέβαλε τὴν παράταξιν, καίπερ ὑπὸ ἀστραπῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος. ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ σχεθείς, ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Ἵμερον, ὃ ἀπ' αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη. *Lacedæmoniis bellum contra Athenienses gerentibus, ac plenilunium exspectantibus, Eurotas, illorum imperator, superstitionem omnem aspernatus, manum conseruit; quanquam fulgura, fulminaque prohiberent. Sed, exercitu amisso, & mærore animi confectus, in Himerum fluvium se conjecit: qui ab ipso mox Eurotas, nomine mutato, dictus*. Pausanias dicit, stagnantem in campis aquam in mare alveo deduxisse, atque ita nomen suum fluvio imposuisse. Pausanias, ubi de Eurota verba facit. Οὗτος τὸ ὕδωρ, τὸ λιμνάζον ἐν τῷ πεδίῳ, διώρυγι κατήγαγεν ἐπὶ θάλασσαν· ἀπορρυέντος δέ, ἦν γὰρ δὴ τὸ ὑπόλοιπον ποταμοῦ ῥεῦμα, ὠνόμασεν Εὐρώταν. *Hic cum stagnantem in campis aquam ad mare alveo deduxisset, quod fuit aquarum reliquum, amnis instar defluens, Eurotan nuncupavit*. Scholiastes Euripidis, *ad Oresten*. Εὐρώτας δέ, ἄρξας μετὰ τὸν κατακλυσμόν, λιμναζόμενον ἐργασάμενος, καὶ ποταμὸν ποιήσας, Εὐρώταν ὠνόμασεν. *Eurotas vero, qui post diluvium regnavit, cum stagnantem multo labore coluisset, ac fluvium fecisset, eum Eurotam nominavit*. Apollodorus, non Myletis filium facit, verum Lelegis, *lib.* III. Λακεδαίμονος δέ, καὶ Σπάρτης, τῆς Εὐρώτα, ὃς ἦν ἀπὸ Λέλεγος αὐτόχθοντος. *Lacedæmonis vero, & Spartæ, filiæ Eurotæ, qui indigenæ Lelegis filius*. Uxorem vero, Cletam habuit: & ex ea, filiam Spartam. Scholiastes Euripidis, *loco citato*. Οὗτος (ὁ Εὐρώτας) ἐκ Κλήτης ἴσχει θυγατέρα Σπάρτην. *Hic (Eurotas) e Cleta habet filiam Spartam*. Sed & altera ejus filia memoratur, Mecionica: quæ ex Neptuno filium Euphemum peperit. Scholiastes Pindari *Pyth.* Od. IV. Ὁ δὲ Εὔφημος, παῖς Ποσειδῶνος ἦν, καὶ Μηκιονίκης, τῆς Εὐρώτα θυγατρός. *Euphemus vero, filius Neptuni erat, & Mecionicæ, Eurotæ filiæ*. Erat item tertia quædam, nempe Tiasa: a qua fluvius Tiasa accepit nomen. Pausanias. Ἐς Ἀμύκλας δὲ κατιοῦσιν ἐκ Σπάρτης, ποταμός ἐστι Τίασα. θυγατέρα δὲ νομίζουσιν εἶναι τοῦ Εὐρώτα τὴν Τίασαν. *Sparta vero Amyclas descendentibus, Tiasa occurrit fluvius: Tiasamque filiam Eurotæ putant*. Cleta vero, postea inter deas habita: & exstruxit ei fanum, sicut etiam Phaennæ, Lacedæmon, uti socrum honoraret: ac nominibus Gratiarum hanc, & illam, consecravit. Pausanias. Καὶ πρὸς αὐτῇ (τῇ Τιάσῃ) Χαρίτων ἱερόν, Φαέννας, καὶ Κλήτας, καθὰ δὴ καὶ Ἀλκμὰν ἐποίησεν. ἱδρύσασθαι δὲ Λακεδαίμονα Χάρισιν ἐνταῦθα ἱερόν, καὶ θέσθαι τὰ ὀνόματα, ἡγοῦνται. *Proximum vero ipsi (Tiasæ) Gratiarum est fanum, Phaennæ, ac Cletæ: ut & in poemate suo Alcman dicit. Arbitrantur autem, Lacedæmonem fanum illud Gratiis constituisse, nominaque imposuisse*. Et hæc quidem in *Laconicis*: iterum vero alio loco, in *Bœoticis*. Λακεδαιμόνιοί γε εἶναι Χάριτας δύο, καὶ Λακεδαίμονα ἱδρύσασθαι τὸν Ταϋγέτης φασὶν αὐτάς· καὶ ὄνομα θέσθαι, Κλήταν, καὶ Φαένναν. *Lacedæmonii duas esse Gratias dicunt; ac Lacedæmonem, Taygetæ filium, eas dedicasse: tum & Cletam, ac Phaennam, nominasse*.

CAP. II.

Succedit Eurotæ Lacedæmon, gener; & urbem Spartam, ab uxoris nomine, dicit; ut a suo, regionem Lacedæmonem; a Taygetæ vero matris nomine, Taygetum montem. Erat autem filius Jovis, ex Taygeta, Atlantis filia: vel, ut alii tradunt, Semela. Filium, Amyclam habuit, successorem; filiam vero, Eurydicen, Acrisio nuptam: quæ Junoni Argivæ templum dedicavit. Alter quoque illi filius ex Taygeta memoratur, nomine Himerus, uti filia, Cleodice: quam cum Himerus vitiasset, animi mœrore actus, desilit in Marathonem illic flumen, Himerum deinde ab ipso nominatum. Vita functo filius succedit, Amyclas: & de suo nomine Amyclas condit. Stephani locus restitutus. Uxor illi, Diomeda. Scholiastes Nicandri emendatus. Filii vero, quatuor erant; Argalus, Cynortas, Leucippus, & Hyacinthus: quem nonnulli, Oebali dicunt; alii, Veneris, & Adonidis. Filia, una, Daphne dicta: quæ in laurum transmutata fabulose memoratur.

VITA autem functo Eurota, regnum accepit LACEDÆMON, ejus gener: qui uxorem Spartam duxerat, ejus filiam. Et hic nomen regioni, hactenus Lelegiæ dictæ, a se dedit: statuitque, ut Lacedæmon diceretur; sicut urbs quoque Sparta, ab uxore. Pausanias. Οὐκ ὄντων αὐτῷ (τῷ Εὐρώτῃ) παίδων ἀρρένων, βασιλεύειν καταλείπει Λακεδαίμονα, μητρὸς μὲν Ταϋγέτης ὄντα, ἀφ' ἧς καὶ τὸ

ὄρος ὠνομάσθη, ἐς Δία δὲ πατέρα ἀνήκοντα κατὰ τὴν φήμην· συνῴκει δὲ ὁ Λακεδαίμων Σπάρτῃ, θυγατρὶ τοῦ Εὐρώτα· Τότε δὲ, ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν τῇ χώρᾳ, καὶ τοῖς ἀνθρώποις, μετέθετο ἀφ᾽ ἑαυτοῦ τὰ ὀνόματα· μετὰ δὲ τοῦτο, ᾤκησέ τε καὶ ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς γυναικὸς πόλιν, ἣ Σπάρτη καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς. *Cum autem (Eurotas) liberos masculos non haberet, regnum reliquit Lacedæmoni: cujus mater, Taygeta erat, a qua mons denominatus; pater, Jupiter ferebatur. Uxorem vero habebat Spartam, Eurotæ filiam. Postquam autem principatum accepisset, primo quidem regionem, incolasque, a suo nomine appellavit: inde urbem pariter condidit; & de nomine uxoris Spartam dixit, sicut etiamnum vocatur.* Scholiastes Euripidis, *in Orestem.* Οὗτος (ὁ Εὐρώτας) ἐκ Κλήτης ἴσχει θυγατέρα Σπάρτην. ἣν ἀγαγόμενος Λακεδαίμων, ὁ ταύτης ἄρξας, τοὺς μὲν Λέλεγας Λακεδαιμονίους, τὸ δὲ ὄρος Ταΰγετον, καὶ πόλιν, ἣν ἔκτισε, Σπάρτην ὠνόμασε. *Hic (Eurotas) ex Cleta habet filiam Spartam: quam uxorem Lacedæmon, qui tunc principatum tenebat, cum duxisset, Lelegas quidem Lacedæmonios, montem Taygetum, ac, quam condidit urbem, Spartam appellavit.* Meminit ejus Stephanus, *in* Ἀμύκλαι, & Λακεδαίμων, Apollodorus, *lib.* III. & Scholiastes Apollonii, *lib.* IV. Hic est, puto, qui Cedreno Lacon dicitur, & Laconicæ a se nomen regioni posuisse: etiam Lapathi, regis tunc Europæ Filius; ac regnasse per tres & triginta annos. Ἐν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τῶν Κριτῶν, ἐβασίλευσε τῆς Εὐρώπης Λάπαθος· ἔσχε δὲ δύο υἱοὺς, Ἀχαιὸν, καὶ Λάκωνα. τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς, εἰς δύο κατεμερίσθη ἡ ἀρχή. ὁ τοίνυν Λάκων, τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν, Λακωνικὴν ἐκάλεσεν· ἃς τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας, ἔκτισε πόλιν παράλιον, τὴν Γαθυνίαν. *Iisdem judicum temporibus, regnum Europæ tenuit Lapathus. Habuit vero duos filios; Achæum, & Laconem. Mortuo autem patre, principatus in duas partes est divisus. Lacon itaque, dimidiam regionem sortitus, eam Laconicam appellavit: in qua cum regnasset annos triginta tres, Gathyniam condidit, urbem maritimam.* Erat vero hic Lacedæmon, Jovis ex Taygeta filius: ut Pausanias, in *Laconicorum* initio, Apollodorus, *lib.* III. Hyginus, *Fab.* CLV. Euripidis Scholiastes, *ad Orestem*, & Dictys, *lib.* I. Eusebius, matrem Semelen tribuit, istis verbis, interprete Hieronymo. *Lacedæmon condita a Lacedæmone, Semelæ filio*, Quæ transcripsit totidem verbis Marianus Scotus, *Chron.* lib. I. cap. III. Bartholemæus Anglicus, *De proprietatibus rerum*, lib. XV. cap. LXXXVI. *Lacedæmonia, quæ alio nomine dicitur Spartania, in finibus Græciæ juxta Thraciam est provincia, in Europa: cujus habitatores dicuntur Lacedæmones, a quodam Lacedæmone, Semeles filio.* Filium habuit, Amyclam; qui successit, ut mox dicam: item filiam, Eurydicen Ecrisio nuptam, quæ Junonis Argivæ templum condidit. Meminit Pausanias alibi, in *Laconicis.* Τοῦ δὲ ἥρωος λόφος ἐστὶν οὐ πόῤῥω, καὶ Ἥρας ἐπὶ τῷ λόφῳ ναὸς Ἀργείας. ἱδρύσασθαι Εὐρυδίκην φασὶ, Λακεδαίμονος θυγατέρα, Ἀκρισίου δὲ γυναῖκα. *Ab heroico vero illo monumento non longe est tumulus, & in eo Junonis Argivæ fanum. dedicasse autem ajunt Eurydicen, Lacedæmonis filiam, Acrisii vero uxorem.* Idem refert etiam Apollodorus, *lib.* II. & III. Habuisse quoque filium Himerum dicitur, filiamque Cleodicen, ex Taygeta Nympha: Himerumque, cum sororem vitiasset, animi mœrore adactum, se in Marathonem inde fluvium præcipitasse: qui ab illo Himerus ob eam causam appellatus. Plutarchus, lib. *De flum.* ubi de Eurota agit. Ἵμερος, Ταϋγέτης Νύμφης, καὶ Λακεδαίμονος, παῖς, διὰ μῆνιν Ἀφροδίτης κατ᾽ ἄγνοιαν ἐν παννυχίδι τὴν ἀδελφὴν Κλεοδίκην βιασάμενος ἔφθειρεν. τῇ δὲ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν κατηχηθεὶς περὶ τῶν συμβεβηκότων, καὶ ἀθυμήσας, διὰ λύπης ὑπερβολὴν, ἔῤῥιψεν ἑαυτὸν εἰς ποταμὸν Μαραθῶνα, ὃς ἀπ᾽ αὐτοῦ Ἵμερος μετωνομάσθη. *Himerus, Taygetæ Nym-*A *phæ, & Lacedæmonis, filius, ob iram Veneris, inscius in pervigilio quodam sororem Cleodicen violavit. Postridie vero factum dolens, adjecto animo, ob mœroris magnitudinem, in Marathonem fluvium, qui ab eo Himerus denominatus, se conjecit.* Mortuo vero Lacedæmone,

AMYCLAS filius regnum accepit: qui de suo nomine Amyclas condidit. Pausanias. Ἀμύκλας δὲ, ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος ὑπολιπέσθαι τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην, πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Amyclas vero, Lacedæmonis filius, cupiens & ipse aliquod sui monumentum relinqueres, oppidum condidit in Laconica.* Intelligit autem Amyclas, quas non exprimit. B Sed diserte Stephanus dicit. Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατὸν πόλεων· ἣν Ἀμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος παῖς, ἔκτισε. *Amyclæ, urbs Laconica, una de centum urbibus; quam Amyclas condidit, Lacedæmonis filius.* Eadem Eustathius dicit, *ad Iliad β'.* & *Dionysium Periegetam.* Lacedæmonis vero filium Amyclam, dicit & Apollodorus, *lib.* III. Λακεδαίμονος δὲ, καὶ Σπάρτης τῆς Εὐρώτα, Ἀμύκλας. *Lacedæmonis vero, & Spartæ, filiæ Eurotæ, Amyclas.* Et Dictys, *lib.* I. *Agapenoris porro, Taygetam: eamque ex Jove habuisse Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum.* Apud Stephanum, non recte Lelegis filius C dicitur, *in* Λακεδαίμων. Ἀπὸ Σπαρτοῦ, τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λέλεγος. *A Sparto, filio Amyclantis, qui Lelegis erat.* Sed omnino mutilus locus, atque sic restituendus, Τοῦ Ἀμύκλαντος, τοῦ Λακεδαίμονος, τοῦ Εὐρώτα, τοῦ Μύλητος, τοῦ Λέλεγος. *Amyclantis filio, qui Lacedæmonis, qui Eurotæ, qui Myletis, qui Lelegis.* Certe Lacedæmonis filium, etiam ipse in citatis verbis dicit, *in* Ἀμύκλαι: ubi Amyclas condidisse eum refert. Uxor illi, Diomeda. Indicat Nicandri istud Scholiastes, *ad Theriaca.* Ὑάκινθος, υἱὸς ἦν Ἀμύκλου, καὶ Διομήδης. *Hyacinthus, filius erat Amyclæ, & Diomedæ.* Ita scribo: male editur, Ἀμυκλαίου, *Amyclæi.* Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. D I. cap. XI.

Ὑάκινθος, Κυνόρτου μὲν ἦν ἀδελφὸς ὡραῖος.
Υἱὸς Ἀμύκλου δὲ πατρὸς, μητρὸς τῆς Διομήδης.
Hyacinthus, Cynortæ quidem frater erat formosus;
Filius vero Amyclæ patris, matris Diomedæ.

Et Apollodorus *lib.* III. Ἀμύκλου δὲ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ vero, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cynortes.* Ubi illud quoque observa, eam Lapithæ fuisse filiam. Filii autem, fuere quatuor: Argalus, Cynortes, Leucippus, & Hyacinthus, natu inter omnes minimus. Ex his Argalus, & Cynortes, patri in regno, suo ordine, succes- E serunt, ut mox dicam. Leucippi vero meminit Aristides Milesius; libro *de Cnido*, cujus hoc fragmentum exstat apud Scholiasten Pindari, *ad Pyth. Od.* III. Ἀσκληπιὸς, Ἀπόλλωνος παῖς, καὶ Ἀρσινόης. αὕτη δὲ, παρθένος οὖσα, ὠνομάζετο Κορωνίς. Λευκίππου δὲ θυγάτηρ ἦν, τοῦ Ἀμύκλα, τοῦ Λακεδαίμονος. *Æsculapius, Apollinis filius, & Arsinoæ. hæc vero, cum virgo esset, Coronis appellabatur. Erat vero filia Leucippi, filii Amyclæ, qui Lacedæmonis.* Ultimus autem, Hyacinthus, ab Apolline adamatus, & occisus imprudenter. Pausanias, ubi de Amycla verba facit. Γενομένων δὲ οἱ παίδων, Ὑάκινθον μὲν, F νεώτατον ὄντα, καὶ τὸ εἶδος κάλλιστον, κατέλαβεν ἡ πεπρωμένη πρότερον τοῦ πατρός. *Cum vero ei filii essent, Hyacinthum, natu minimum, & pulcherrimum, ante patrem mors eripuit.* Amyclæ filium, dicit & Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. I. cap. XI.

Ὑάκινθος Κυνόρτου μὲν ἦν ἀδελφὸς ὡραῖος,
Υἱὸς Ἀμύκλου δὲ πατρὸς, μητρὸς τῆς Διομήδης,
Ἐκ γῆς ἀνδρῶν τῶν εὐγενῶν Λακώνων Ἀμυκλαίων.

Hyacinthus Cynortæ quidem erat frater formosus;
Filius vero Amyclæ patris, matris Diomedæ,

Ex terra virorum nobilium Laconum Amyclæorum. At Philostratus junior, in imagine Hyacinthi, filium eum Oebali dicit, qui Amyclæ ex Cynorte filio nepos. Οὐκοῦν ὁ μὲν Ὑάκινθος εἶναι φησὶν ὁ Οἰβάλου. *Itaque hic quidem se Hyacinthum esse dicit, Oebali filium.* Eodem modo Lucianus, in *Dialogo Mercurii, & Apollinis*. ΑΠ. Ἀλλ' ἐρώμενον πενθῶ τὸν Λάκωνα, τὸν Οἰβάλου. ΕΡ. Τέθνηκε γὰρ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; ΑΠ. Καὶ μάλα. *Sed amasium lugeo Laconem, Oebali filium. MER. Mortuusne enim est, dic mihi, Hyacinthus? AP. Atque admodum.* Apollodorus, Veneris illum & Adonidis filium facit, *lib.* I. Ὠνείδισε γὰρ αὐτῇ (τῇ Ἀφροδίτῃ) τὸν τοῦ Ἀδώνιδος ἔρωτα· συνελθοῦσα δὲ ἐγέννησεν ἐξ αὐτοῦ παῖδα Ὑάκινθον. *Exprobravit enim ipsi (Veneri) amorem Adonidis: cum quo postquam coiisset, filium peperit Hyacinthum.* Erat etiam filia Amyclæ, Daphne quæ amata ab Apolline, & in laurum commutata, fabulose memoratur. Meminit ejus Plutarchus, in *Agide*. Ὁ δὲ Φύλαρχος, Ἀμύκλα θυγατέρα, Δάφνην τοὔνομα, φησὶν, ὑποφεύγουσαν Ἀπόλλωνα, βουλόμενον αὐτῇ μιγῆναι, καὶ μεταβάλλουσαν εἰς τὸ φυτὸν, ἐν τιμῇ τοῦ γενέσθαι, καὶ μαντικὴν λαβεῖν δύναμιν. *Phylarchus vero dicit, Amyclæ filiam, nomine Daphnen, cum Apollinem, stuprum intentantem, fugeret, in plantam versam, a deo honoratam fuisse, & vaticinandi peritiam accepisse.* Parthenius, *Erot.* cap. XV. περὶ δὲ τῆς Ἀμύκλα θυγατρὸς τάδε λέγεται Δάφνης. *De Amyclæ autem filia Daphne hæc feruntur.*

CAP. III.

Succedit patri Amyclæ Argalus, etiam Agigæus dictus. Pausaniæ locus restitutus. Ejus filius, Derites. Argalo succedit Cynortes; ejus frater, ex Diomeda, Lapithæ filia. Post hunc, Oebalus regnavit, ejus filius: sive, sicut alii volunt, nepos, ex Periere. Apollodori, & Pausaniæ, dissidium. Liberi ejus: & in istis, filiæ, Pirene, & Arene: de qua Scholiastes Euripidis, & Eustathius, emendati. Arene, Aphareo nupta: qui de illa urbem Arenen nominavit. Oebali monumentum, ubi fuerit.

VITA autem functo Amycla, successit ARGALUS, filiorum natu maximus. Pausanias. Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον, τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος, ἀφίκετο ἡ ἀρχή. *Mortuo autem Amycla, ad Argalum, inter filios Amyclæ natu maximum, ac deinde ad Cynortam, postquam Argalus decessisset, regnum devenit.* Emendandus vero idem, in *Achaicis*. Ὁ δὲ Ἄμπυξ, Πελίου, τοῦ Αἰγινήτου, τοῦ Δηρείτου, τοῦ Ἀργάλου, τοῦ Ἀμύκλα, τοῦ Λακεδαίμονος. *Ampyx vero filius erat Peliæ Æginetæ, qui Deritæ, qui Argali, qui Amyclæ, qui Lacedæmonis.* Hodie non recte editur, τοῦ Ἀρπάλου, *qui Harpali*. Fuit idem Agigæus appellatus. Hesychius. Ἀγιγαῖος, Ἄργαλος καλεῖται παρὰ Λάκωσιν, ὁ Ἀμύκλαντος υἱός. *Agigæus, Argalus vocatur apud Lacedæmonios, Amyclantis filius.* Filius illi fuit, Derites; ut videmus in *citatis* proxime Pausaniæ *verbis*, quæ correxi. Sed videtur diem ille ante patrem obiisse: qua de causa etiam

CYNORTAS frater regnum accepit. Clarum ex Pausaniæ *verbis* jam *prolatis*. Ἀποθανόντος δὲ Ἀμύκλα, ἐς Ἄργαλον, τὸν πρεσβύτατον τῶν Ἀμύκλα παίδων, καὶ ὕστερον ἐς Κυνόρταν, Ἀργάλου τελευτήσαντος ἀφίκετο ἡ ἀρχή. *Mortuo autem Amycla, ad Argalum, inter filios Amyclæ natu maximum, ac deinde ad Cynortam, regnum devenit, postquam Argalus decessisset.* Et sepulcrum idem ejus refert postea. Πλησίον δέ ἐστι μὲν Κυνόρτου, τοῦ Ἀμύκλου, τάφος. *In propinquo vero quidem est Cynortæ, Amyclæ filii, sepulcrum.* Erat autem Amyclæ filius ex Diomeda, Lapithæ filia. Id Apollodorus docet, *lib.* III. Ἀμύκλου δὲ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ vero, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cynortes.* Amyclæ eum esse filium, dicit etiam *lib.* I. Πολλοὶ δὲ Περιήρην λέγουσιν οὐκ Αἰόλου παῖδα, ἀλλὰ Κυνόρτα, τοῦ Ἀμύκλα. *Multi autem Perieren dicunt non Æoli esse filium, sed Cynortæ, Amyclæ filii.* Huic successit filius,

OEBALUS. Pausanias. Κυνόρτα δὲ, ἐγένετο Οἴβαλος. *Cynortæ vero, Oebalus fuit.* Non dicit quidem, regnum eum tenuisse, sed hoc alii nos docent. Lutatius, *ad Theb. lib.* II. *Oebaliosque. Accipiamus Laconicos: Oebalus enim, rex Laconum fuit.* Eustathius, *ad Iliad.* β'. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. *Oebalus, filius Perieris, imperavit Lacedæmoniis.* Corruptum est illius nomen apud Scholiasten Euripidis, *ad Orestem.* Βάλου, τοῦ Περιήρους, παῖδες οὗτοι, Τυνδάρεως, Ἴκαρος, Ἄρνη. καὶ ἐκ Νικοστράτης, Ἱπποκόων. οὗτοι, μετὰ θάνατον Βάλου, ἐστασίασαν περὶ τῆς ἀρχῆς. *Bali, filii Perieris, liberi erant, Tyndarus, Icarus, Arne: & ex Nicostrata, Hippocoon. Hi, post mortem Bali, de principatu contenderunt.* Utrobique pro, Βάλου, *Bali*, legendum certe est, Οἰβάλου, *Oebali*. Observa autem ejus liberos, filiamque in his Arnen: quos commemorat & Eustathius, *ad Iliad.* β'. Sed Arene filia dicta; itaque rescribe, Ἀρήνη, loco Ἄρνη: quæ Aphareo, Messenes regi, fratri uterino, nupsit. Clare id Pausanias docet, in *Messenicis*: ubi Arenen quoque urbem, ab hoc conditam, de illius appellatam nomine refert. Οὗτος (ὁ Ἀφαρεὺς) βασιλεύσας, πόλιν ᾤκισεν Ἀρήνην, ἀπὸ τῆς Οἰβάλου θυγατρὸς, αὐτοῦ δὲ γυναικὸς, τῆς αὐτῆς καὶ ἀδελφῆς ὁμομητρίας. καὶ γὰρ Οἰβάλῳ συνῴκησε Γοργοφόνη. *Hic (Aphareus) dum regnaret, Arenen urbem condidit, a filia Oebali, uxore sua, & eadem sorore, ex eadem matre genita. siquidem Gorgophone Oebalo nupta fuit.* Et, Aphareo nuptam illam, etiam Appollodorus nobis refert; filiosque peperisse, Lynceum, Idam, atque Pisum. Ecce verba *lib.* III. Ἀφαρέως μὲν οὖν, καὶ Ἀρήνης, τῆς Οἰβάλου, Λυγκεύς τε, καὶ Ἴδας, καὶ Πεῖσος. *Itaque Aphareo quidem, & Arenæ, Oebali filiæ, nati Lynceus, Idas, & Pisus.* Meminit vero & Arenes Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*. Ergo satis manifestum, apud Euripidis Scholiasten Ἀρήνη scribi oportere. Fertur autem altera quoque ejus filia, quæ Pirene appellata. Idem id Pausanias docet alibi, in *Corinthiacis*. Πεποίηται δὲ ἐν Ἠοίαις μεγάλαις, Οἰβάλου θυγατέρα εἶναι καὶ Πειρήνην. *Proditum vero est, in Eœis magnis, Oebali etiam filiam fuisse Pirenen.* Uxor ejus, Gorgophone fuit: ut Pausanias, in *citatis* ante *verbis*, nobis tradit; sicut etiam in *Laconicorum* initio; ubi dicit, Tyndarum ex ea filium suscepisse. Κυνόρτα δὲ, ἐγένετο Οἴβαλος. οὗτος Γοργοφόνην τε, τὴν Περσέως, γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ἄργους, καὶ παῖδα ἔσχε Τυνδάρεων. *Cynorta vero, natus Oebalus, hic uxorem habuit Gorgophonem, Persei filiam, Argivam, filiumque sustulit Tyndarum.* Apollodorus etiam Batem tradit, Nympham Najadem, & ex illa natum Tyndarum. Verba ejus ita habent, *lib.* III. Οἰβάλου δὲ, καὶ Νηΐδος Νύμφης, Βατείας, Τυνδάρεων. *Oebali vero, & Bateæ, Nymphæ Najadis, Tyndareum.* Illud quoque hic dicendum: non Cynortæ filium Oebalum, sed nepotem ex filio Periere a quibusdam memorari. In his est Apollodorus, *libro citato*. Κυνόρτου δὲ Περιήρην· τοῦ δὲ Οἴβαλον. *Cynortæ autem filium esse Perieren: hujus vero Oebalum.* Et Eustathius, *ad Iliad.* β'. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. *Oebalus, filius Perieris, imperavit Lacedæmoniis.* Alii Argali filium tradunt. Dictys, *lib.* I. *Agenoris porro Taygetam: eamque ex Jove habuisse Lacedæmonem, ex quo Amyclam natum, & ex eo Argalum, patrem Oebali.* Ejus vero sepulcrum,

haud

haud longe a theatro aberat. Pausanias testis, in *Laconicis*. Τοῦ θεάτρου δὲ οὐ πόρρω, Ποσειδῶνός τε ἱερόν ἐστι Γενεθλίου, καὶ ἡρῷα, Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, καὶ Οἰβάλου. *Non procul a theatro, ædes est Neptuni Natalitii, & heroica monumenta, Cleodæi, Hylli filii, Oebalique.*

CAP. IV.

Oebalo succedit Tyndarus: cui cum Hippocoon frater controversiam moveret, impar ei; regno cedit; & ab Hercule deinde, interfecto Hippocoonte, filiisque, restituitur. Joannes Tzetzes emendatus. Apollodori, & Diodori, de Hippocoontis filiis dissidium. Hippocoon, nothus a quibusdam memoratus; & Nicostrata matre natus. Icarion, qui & Icarius, utriusque frater, utri parti se addixerit. Apollodori, & Pausaniæ, dissidium. Tyndari Uxor, Leda, Thestii filia: ex qua nati illi filii, Castor, & Pollux; filiæ autem, Clytæmnestra, Helena, Philonoe, & Timandra. Servii locus correctus.

OEBALO mortuo, filius succedit, TYNDARUS, sive, ut alii scribunt, TYNDAREUS. Hic, dejectus ab Hippocoonte fratre, mox ab Hercule restituitur: ut Eustathius, ac Pausanias, & Apollodorus, tradunt. Ac corrigendus Joannes Tzetzes, ubi de rebus ab Hercule gestis, *Var. Hist.* Chil. II. cap. XXXVI.

Καὶ Τυνδαρέῳ δίδωσι Λακώνων βασιλείαν,
Κτείνας τὸν Ἱπποκόωντα.
Et Tyndaro dat Laconum regnum,
Occiso Hippocoonte.

Male editur, *Λακώνων βασιλέα, Laconum regem*. Erat vero alius etiam illi frater, natu, ut videtur, minimus, nomine Icarion dictus, sive, ut nonnulli, Icarius; qui Tyndareum adjuvabat, ut duodecim filii Hippocoontem: itaque una cum Tyndareo ejectus fuit. Apollodorus, *lib.* III. Οἰβάλου δὲ, καὶ Νηΐδος Νύμφης Βατείας, Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκαρίωνα. *Ἱπποκόωντος μὲν οὖν ἐγένοντο παῖδες, Δορυκλεὺς, Σκαῖος, Εμάρσφορος, Εὐτύχης, Βουκόλος, Λύκων, Τέβρος, Ἱππόθοος, Εὔρυτος, Ἱπποκορυστὴς, Αλκίνους, Αλκων. τούτους Ἱπποκόων ἔχων παῖδας, Ἰκαρίωνα, καὶ Τυνδάρεων, ἐξέβαλε Λακεδαίμονος. Oebali vero, & Nymphæ Naidis Bateæ, Tyndareum, Hippocoontem, Icarionem. At Hippocoontis filii fuere, Dorycleus, Scæus, Emarsphorus, Eutyches, Bucolus, Lycon, Tebrus, Hippothous, Eurytus, Hippocorystes, Alcimus, Alcon. Hos Hippocoon habens filios, Icarionem, ac Tyndareum, Lacedæmone ejecit.* Ubi observa, filios duodecim Hippocoontis memorari; quos viginti Diodorus Siculus dicit, *lib.* IV. Υἱωνὸν δὲ, τὸν Λικυμνίου, φίλον ὄντα Ηρακλέους, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἱπποκόωντος, εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἀπέκτειναν. *Hyionum vero, Licymnii filium, Herculis amicum, filii Hippocoontis, qui viginti numero erant, occiderunt.* Quod Icarionem attinet, is Icarius a Pausania, Icarusque ab Eustathio, nominatur: & Hippocoontis partes, non Tyndarei, secutus traditur. Ac Pausaniæ quidem verba ita habent. *Καὶ παῖδα (ὁ Οἴβαλος) ἔσχε Τυνδάρεων, ᾧ περὶ τῆς βασιλείας Ἱπποκόων ἠμφισβήτει. καὶ κατὰ πρεσβείαν ἔχειν ἠξίου τὴν ἀρχήν. προσλαβὼν δὲ Ἰκάριον, καὶ τοὺς στασιώτας, παρὰ πολύ τε ὑπερεβάλετο δυνάμει, Τυνδάρεων, καὶ ἠνάγκασεν ἀποχωρῆσαι. Et filium (Oebalus) habebat Tyndareum, cum quo Hippocoon de regno contendit: principatum, quod ætate major esset, sibi vindicare cupiens. Itaque, adscito Icario, iisque, qui factionem suam adjuvabant, & Tyndarum potentia superavit, & decedere coegit.* Vides iterum hos Auctores inter se dissentientes. Eustathio, Hippocoon dicitur Hippothoon; filiusque non natu maximus, verum nothus; & Icarion, sive Icarus, nam sic eum illic vocat, Hippocoontis, qui Hippothoon est aliis, partes secutus, sicut etiam a Pausania, memoratur. *Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους, ἦρχε Λακεδαιμονίων. οὗ παῖδες, Τυνδάρεως, ἢ Τυνδάρης, καὶ Ἴκαρος, καὶ Αρνη, γνήσιοι οὗτοι, νόθος δὲ Ἱπποθόων· Ὅς, συμφραξάμενος Ἰκάρῳ, Τυνδάρην ἀπελαύνει. καὶ ἄρχει, πολλοῖς πλήθων υἱοῖς. Oebalus, filius Perieris, imperabat Lacedæmoniis. cujus filii erant, Tyndareus, sive Tyndares, & Icarus, & Arne, legitimi illi, spurius vero Hippothoon: qui, adjutus ope Icari, Tyndarum ejicit; & regnum tenet, multis filiis abundans.* Sed pro Αρνη, hic legendum esse Αρήνη, capite superiori a me dictum. Potuit vero Hippothoon & nothus esse, & natu maximus: atque sic auctores hi conciliandi. Mater autem ei Nicostrata. Docet Euripidis Scholiastes, *ad Orestem.* Οἰβάλου, (sic enim legendum, haud, Βάλου, supra monui, τοῦ Περιήρους, παῖδες οὗτοι· Τυνδάρεως, Ἴκαρος, Αρήνη· (nam & ita hic legendum, non Αρνη, itidem monui,) καὶ ἐκ Νικοστράτης, Ἱπποκόων. *Oebali, filii Perieris, liberi isti fuere; Tyndareus, Icarus, Arene; & e Nicostrata, Hippocoon.* De Tyndarei vero restitutione, videndus etiam Diodorus, *lib.* IV. & Euripidis Scholiastes, *ad Orestem*. Uxor, Leda illi fuit, Thestii filia. Apollodorus, *lib.* III. Καὶ γαμεῖ Τυνδάρεως Θεστίου τοῦ Αἰτωλοῦ Λήδαν. *Et Tyndarus uxorem Ledam ducit, Thestii Ætoli filiam.* Ex eaque Helenam, & Clytæmnestram, filias sustulit. Hyginus, *Fab.* LXXVIII. *Tyndareus, Oebali filius, ex Leda, Thestii filia, procreavit Clytæmnestram, & Helenam.* Ac Helenam quidem, designat Moschus, *Idyll.* III.

Χ' ὁ μὲν Τυνδαρέοιο καλὰν ἄεισε θύγατρα.
Et hic quidem Tyndari formosam cecinit filiam.

Et frequenter a Poetis *Tyndaris* appellitatur. Verum eam Jovis filiam Veteres sunt fabulati, ut est notum. Sed & aliæ Tyndari ex Leda filiæ memorantur: Philonoe, immortalis facta, uti tradunt fabulose, a Diana; & Timandra, Echemo nupta. Apollodorus, *libro citato*. Τυνδάρεω, καὶ Λήδας, Τιμάνδρα, ἣν Ἔχεμος ἔγημε. καὶ Κλυταιμνήστρα, ἣν ἔγημεν Αγαμέμνων. ἔτι δὲ Φιλονόη, ἣν Αρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. *Tyndari, & Ledæ, filia Timandra fuit, quam uxorem Echemus duxit; Clytæmnestra, Agamemnoni elocata; & Philonoe, quam Diana immortalem esse fecit.* Ac Philonoen inter deas cultam, tradit etiam Athenagoras, in *Leg. pro Christ.* Ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, Αγαμέμνονα Δία, καὶ Φιλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, σέβουσι. *Lacedæmonius vero, Agamemnonem Jovem, & Philonoen, Tyndari filiam, colit.* De Timandra vero, omnino emendandus Servii locus, *ad Æneid.* VIII. *Quidam ajunt, Thestii filias Ledam, & Hypermnestram, fuisse: Ledæ & Tyndarei filias, Clytæmnestram, Helenam item, & Timandram, fuisse, quam duxit uxorem Cobemus.* Rescribendum, *Quidam ajunt, Thestii filias Ledam, & Hypermnestram, fuisse; Ledæ, & Tyndari, filias, Clytæmnestram, Helenam, & Timandram, fuisse: quam duxit uxorem Echemus.* Cedrenus, Tyndareum non Oebalo patri successisse, verum socero Thestio, tradit: quem Laconiæ regem memorat, Thestiamque item urbem ad Eurotam condidisse, & de suo nomine appellavisse. Καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοι τινες ἦρξαν, ἕως Θεστίου, ὃς παρὰ τὸν Εὐρώταν ποταμὸν πόλιν οἰκοδομεῖ τὴν Θεστίαν. Οὗτος ὁ Θέστιος, τῶν Λακώνων βασιλεύσας, τίκτει θυγατέρας τρεῖς, εἰς ὑπερβολὴν εὐπρεπεῖς, Λήδαν, καὶ Κλυτίην, καὶ Μελίππην· αἳ καὶ Λακωνίδες ἐκαλοῦντο. Τὴν μέν τοι Λήδαν Τυνδάρεως λαβὼν εἰς γυναῖκα, καὶ μετὰ Θέστιον τῆς τῶν Λακώνων χώρας ἐπεκράτησεν. *Et post ipsum, alii quidam principatum tenuerunt, usque ad Thestium, qui ad fluvium Eurotam urbem Thestiam condidit. Hic Thestius, rex Laconum,*

tres filias longe pulcherrimas generavit, Ledam, Clytiam, & Melippam: quæ Laconides etiam dictæ. Ac Leda quidem Tyndarus uxore accepta, etiam post Thestium obtinuit Laconicæ regnum. Quod ad patrem vero Tyndari, variatum inter Veteres: &, ut Oebali filium quidam, ita rursum alii Cynortæ esse, tradiderunt. Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*. Οἰβάλου, κατά τινας, Τυνδάρεως· κατὰ ἑτέρους, Κυνόρτου, καὶ Γοργοφόνης. *Oebali enim, ut nonnulli prodiderunt, filius Tyndarus: & vero alii, Cynortæ, & Gorgophones.* Inchoavit autem Tyndarus Minervæ Chalciœcæ templum ædificare: uti dixi *Antiqu. Lacon.* lib. I. cap. III. Ejus cum Euryto duellum, obiter memorat Pausanias, in *Laconicis*. Παρέντι δὲ Ἡρακλέους μάχην πρὸς Θούριον τὸν γίγαντα, καὶ Τυνδάρεω πρὸς Εὔρυτον, ἔστιν ἁρπαγὴ τῶν Λευκίππου θυγατέρων. *Ut Herculis vero cum gigante Thurio pugnam, & Tyndari cum Euryto, prætermittam, visitur ibi Leucippi filiarum raptus.* Sepulcrum ejus Spartæ erat in porticu, quæ meridiem versus excurrebat, ante Jovis Cosmetæ fanum. Idem Pausanias, *ibidem*. Ἐς δὲ τὴν πρὸς μεσημβρίαν στοὰν, Κοσμητᾶ τε ἐπίκλησιν Διός ναός, καὶ Τυνδάρεω πρὸ αὐτοῦ μνῆμά ἐστιν. *In ea porticu, quæ meridiem versus sita, & Cosmetæ cognomento Jovis templum est, & Tyndarei ante illud monumentum.*

CAP. V.

Tyndaro filii, Castor, ac Pollux; & ex filia Helena gener, Menelaus, successere: quorum Castor, atque Pollux, Minervæ Asiæ fanum condunt. Castor, Argis sepultus; & Μιξαρχαγεύας appellatus. Ubi mortuus. Helenæ excellens forma, & procorum multitudo. Tyndari metus, ne tumultum illi aliquem excitarent: & hunc quomodo evitaverit, de consilio Ulyssis. Locus Laconicæ, Ἵππου μνῆμα appellatus: & id quare. Menelaus; quo regnante, bellum accidit Trojanum: ad quod ille naves sexaginta duxit e Laconica. Hygini error indicatus. Oraculum Delphicum cum Ulysse de hoc ipso bello consulit, & monile Minervæ Protemplari dedicat. Eustathii locus emendatus. Ejus navis gubernatores: Prontis; cujus pictura Delphis, in Lescha: Canobus, qui in Ægypto mortuus: & Cinadus, cujus monumentum erat ad Onugnathum. Denique & proreta, Pharus, in insula Pharo vita functus, & sepultus. Ejus filia, Hermione; filii, Nicostratus, Megapenthes, Xenodamus, Diæthus, Morraphion, & Æthiolas: e quibus & Nicostratus, & Æthiolas, inter deos apud Lacedæmonios culti; Maraphius, qui Morrhaphion aliis, auctor generis Maraphiorum apud Persas. Ejus forma, liberi, domus, templum, & sepulcrum. Successor, gener Orestes. Ejus cum Pylade amicitia, & matricidium: item colonia in Lesbum deducta: tum statura septem cubitorum. Mors ubi acciderit, & qualis fuerit. Ossa postea Spartam relata: ac quomodo, quando, & a quo, inventa. Sepulcrum ubi. Filii, Tisamenus, Orestes, Penthilus.

POST Tyndareum, filii ejus, CASTOR scilicet, & POLLUX, & ex filia Helena gener, MENELAUS regnum adepti. Id Pausanias nos docet, istis verbis. ἐβασίλευσαν δὲ καὶ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ Μενέλαος ὁ Ἀτρέως, Τυνδάρεω γαμβρὸς ὤν. *Regnarunt vero etiam Tyndarei filii, Atreique Menelaus, ejus gener.* Ac Tyndarei quidem filios, dicit Castorem, & Pollucem: quorum etiam Pindarus meminit, cui a quo Ταμίαι Σπάρτης, *Præsides Spartæ*, dicuntur, *Nemeonic.* Od. X. Ac de Polluce, etiam Theocritus, in *Dioscuris*, Idyll. XXII.

Καί κε τυχὼ ἔβλαψεν Ἀμυκλαίων βασιλῆα.

Et assecutus læsit Amyclæorum regem.

Ubi Amyclæos dicit Lacedæmonios, ut Poetæ item alii. Condidere autem Minervæ Asiæ fanum, e Colchis reversi: cujus rudera etiam Pausaniæ tempore visebantur. Ἔστι δὲ ἐν τοῖς ἐρειπίοις ναὸς Ἀθηνᾶς, ἐπίκλησιν Ἀσίας. Ποιῆσαι δὲ Πολυδεύκην καὶ Κάστορα φασὶν, ἀνασωθέντας ἐκ Κόλχων. *In ruderibus jacet templum Minervæ, cognomento Asiæ. Condidisse autem Pollucem ajunt, Castoremque, cum e Colchis sospites reversi essent.* Ac Castor quidem, Argis sepultus, & Mixarchagevas dictus ab Argivis. Plutarchus, in *Quæst. Græc.* Τίς ὁ Μιξαρχαγέας ἐν Ἄργει; Μιξαρχαγέαν τὸν Κάστορα καλοῦσι, καὶ νομίζουσι παρ' αὐτοῖς τεθάφθαι. *Quis est Mixarchagevas Argis? Mixarchagevan appellant Castorem, & apud se sepultum putant.* Cecidit autem bello contra Athenienses. Interpres Germanici, ubi de Geminis. *Castor, & Pollux, fratres gemini, maxima concordia. Ex quibus cum unus cecidisset in pugna, quam adversus Athenienses gerebant, alter immortalitatem accepit.* In mari periisse, correptum tempestate, dicit Dares *De excidio Trojæ: Castor & Pollux, in recenti, postquam audiverunt Helenam sororem suam raptam, navem ascenderunt, & secuti sunt. Lesbo navim solverunt, maxima tempestate correpti, nusquam comparuerunt,* Et ex eo Josephus Devonius, *De bello Trojano*, lib. III.

Ast ubi gesta Phrygum geminos vulgata Lacones
Concussere, fremunt ambo, dolor excitat ambos.

Et mox.

Haud mora, conscendunt classem, Lesboque relicta,
Dum præceps animus, & nil decoctius audet
Ira recens, nullos exspectatura sequentes,
Haurit iter fluidum pietas memor. Alta tenebat
Castor, & Iliacas jamjam poscebat arenas
Exilium latura ratis, nox obviat atra,
Defensura Phryges, armatique aeris ira
Instrepit, & geminis expugnat vela procellis.

Et quæ sequuntur. Pollux, ut notum, immortalis erat. Helenæ vero, tam excellens forma erat, ut accensi ea plurimi conjugem sibi postularent; eosque omnes memorat Apollodorus, *lib.* III. & Hyginus, *Fab.* LXXXI. a quo plures, ac nonnulli item alii, referuntur. Itaque Tyndarus, cum metueret, ne in se insurgerent illi, quibus Helenam denegaret, consilio Ulyssis usus, omnes juramento obstringit, se injuriam, si quis cuperet inferre ei, quem eligeret generum, junctis viribus propulsuros. Apollodorus, *libro citato*, postquam procos enumeravit, mox subjungit. Τούτων ὁρῶν τὸ πλῆθος Τυνδάρεως, ἐδεδοίκει, μὴ, κριθέντος ἑνὸς, στασιάζωσιν οἱ λοιποί. ὑπισχομένου δὲ Ὀδυσσέως, ἐὰν συλλάβηται πρὸς τὸν Πηνελόπης αὐτῷ γάμον, ὑποθέσθαι τρόπον τινὰ, δι' οὗ μηδεμία γενήσεται στάσις. ὡς ὑπέσχετο αὐτῷ συλλήψεσθαι ὁ Τυνδάρεως, πάντας εἶπεν ἐξορκῶσαι τοὺς μνηστῆρας βοηθήσειν, ἐὰν ὁ προκριθεὶς νυμφίος ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀδικῆται περὶ τὸν γάμον. ἀκούσας δὲ τοῦτο Τυνδάρεως, ἐξορκίζει τοὺς μνηστῆρας. *Horum multitudinem conspicatus Tyndareus, metuebat, ne, si uni desponderet, reliqui tumultum darent. Promittente vero Ulysse, si Penelopes nuptiis conciliandis operam adhiberet suam, se vicissim rationem suggesturum aliquam esse, qua id ipsum prohiberet. Tyndareoque id pollicito, jubet procos universos juramento obligare, se auxilium laturos, si quis sponso designato propter nuptias injuriam faceret. Quod cum Tyndareus audivisset, procos juramento obstringit.* Refert idem, verum aliter, etiam Hyginus, *Fab.* LXXXVII. cujus

verba mox producam. Cum Apollodoro vero etiam Isocrates Historiam hanc fuse tradit, in *Encomio Helenæ*: verum, de consilio Ulyssis illud factum esse, non commemorat; sicuti neque Pausanias, qui mactato equo dicit jusjurandum id exactum: & ab eo locum illum, in quo is defossus esset, Ἵππου μνῆμα appellatum. Ecce verba in *Laconicis*. Προϊοῦσι δὲ, ἵππου καλούμενον μνῆμά ἐστιν. Τυνδάρεως γὰρ, θύσας ἐνταῦθα ἵππον, τοὺς Ἑλένης ἐξώρκου μνηστῆρας, ἱστὰς ἐπὶ τοῦ ἵππου τῶν τομίων. ὁ δὲ ὅρκος ἦν, Ἑλένῃ, καὶ τῷ γήμαντι τὴν Ἑλένην προκριθέντι, ἀμύνειν ἀδικουμένοις. ἐξορκώσας δὲ, τὸν ἵππον κατώρυξεν ἐνταῦθα. *Progressis vero, occurrit Equi, quod appellant, monumentum. Tyndareus enim, equo ibi mactato, Helenæ procos juramento obstrinxit, equi extis insistens. Erat vero id jusjurandum, eos Helenam, quique Helenæ in nuptiis cæteris prælatus foret, adjuturos, si qua his injuria fieret. Exacto autem hoc juramento, equum ibi loci defodit*. Itaque sic Helenam uxorem nactus

MENELAUS, regnum accipit dotale a Tyndareo, etiam vivo, atque ultro decedente. Apollodorus, *libro citato*. Τυνδάρεως, μεταπεμψάμενος Μενέλαον εἰς Σπάρτην, τούτῳ τὴν βασιλείαν παρέδωκεν. *Tyndareus, Spartam accersito Menelao, regnum ei tradidit*. Sed post mortem demum ipsi successisse, Hyginus tradit, *Fab.* LXXVIII. *Tyndareus, Oebali filius, ex Leda Thestii filia, procreavit Clytæmnestram, & Helenam. Clytæmnestram, Agamemnoni, Atrei filio, dedit in conjugium: Helenam, propter formæ dignitatem, complures ex civitatibus proci petebant. Tyndareus, cum repudiaret filiam suam Clytæmnestram, & ab Agamemnone vereretur, timeretque, ne quid ex ea re discordiæ nasceretur, monitus ab Ulysse, jurejurando se obligavit, & arbitrio Helenæ posuit, ut, cui vellet nubere, coronam imponeret. Illa, Menelao imposuit: cui Tyndareus eam dedit uxorem, regnumque moriens Menelao traderet*. Regnante vero Menelao, bellum exortum est Trojanum: cum uxorem Paris Helenam, dum in Creta abesse cogitur, abduxisset: ad quod ille naves duxit sexaginta, e Laconica universa. Dictys, *lib.* I. *Menelaus ex omni Lacedæmone naves sexaginta*. Dares. *Menelaus ex Sparta navibus numero sexaginta*. Clarus error est Hygini, qui Mycenis adduxisse naves scribit, unde adduxerat Agamemnon. Vide eum, *Fab.* XCVII. Antequam vero bellum istud inchoaret, ad oraculum consulendum cum Ulysse Delphos petiit: ibique Minervæ Protemplari, προναίᾳ Græcis dictæ, monile Helenæ dedicavit. Eustathius *ad Odyss. libro* III. Ὁ δὲ Φαληρεὺς Δημήτριος ἱστορεῖ, ὅτι Μενέλαος ἅμα Ὀδυσσεῖ ἐλθὼν εἰς Δελφοὺς, ἤρετο περὶ τῆς εἰς Ἴλιον στρατείας. *Demetrius vero Phalereus auctor est, Menelaum, cum Ulysse Delphos profectum, de bello Ilio inferendo consuluisse*. Ac mox addit, de monili dedicato. Τότε δὴ Μενέλαος μὲν τῇ Προνοίᾳ Ἀθηνᾷ τὸν τῆς Ἑλένης ὅρμον ἀνέθηκεν ἐν Δελφοῖς. *Tunc sane Menelaus Providæ Minervæ monile Helenæ Delphis dedicavit*. Sed scribendum hic omnino, τῇ Προναίᾳ Ἀθηνᾷ, *Protemplari Minervæ*. Vide quæ notavi olim de utroque hoc Minervæ cognomento, *Lectionum Atticarum* lib. II. cap. XVII. Cum ad bellum id abiret, habuit gubernatores navis suæ, Phrontim, Cinadum, & Canobum. Ac Phrontis quidem, ab Homero nominatur, *Odyss.* lib. III.

Ἔνθα κυβερνήτην Μενελάου Φοῖβος Ἀπόλλων
Οἷς ἀγανοῖσι βέλεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνε,
Πηδάλιον μετὰ χερσὶ θεούσης νηὸς ἔχοντα,
Φρόντιν Ὀνητορίδην, ὃς ἐκαίνυτο φῦλ᾽ ἀνθρώπων
Νῆα κυβερνῆσαι, ὁπότε σπέρχοιεν ἄελλαι.
Illic Menelai gubernatorem Phœbus Apollo
Ejus suavibus telis superveniens occidit,
Clavum in manibus currentis navis habentem,
Phrontim Onetoriden, qui vincebat nationes hominum
Navem gubernando, quoties ingruebant procellæ.

Quem locum respexit Hesychius. Φρόντις, ὄνομα τοῦ κυβερνήτου Μενελάου. Φρόντιν Ὀνητορίδην. *Phrontis, nomen gubernatoris Menelai. Phrontin Onetoriden*. Eum Delphis in Lescha depictum, in Menelai navi, contos disponentem, tradit Pausanias, in *Phocicis*. Mortuo subrogatus est Canobus. Observare est apud Eustathium, *in Dionysii Periegesin*. Μετὰ θάνατον Φρόντιδος, (κυβερνήτης δὲ ἄριστος Μενελάου ὁ Φρόντις, υἱὸς Ὀνήτορος,) ἐξωσθέντες ἀνέμῳ Βορρᾷ οἱ περὶ Μενέλαον, προσίσχουσι τῇ Ῥόδῳ, ὑπὸ κυβερνήτῃ ὄντες τῷ Ἀμυκλαίῳ Κανώβῳ. *Post mortem Phrontidis, (optimus Menelai gubernator erat Phrontis, Onetoris filius,) Menelaus, vento Borea ejectus, Rhodum appellit, sub gubernatore Canobo Amyclæ*. Hic in Ægypto diem obiit. Vide Eustathium *ibidem*, Etym. Auctorem, *in* ἐλέλειον, Nicandrum in *Ther.* & *ibidem* Scholiasten. Memoratur a Pausania etiam Cinadus quidam, in *Lac.* ejusque item monumentum, ad promontorium Onugnathum. Verba ejus, ubi de Onugnatho agit, ita habent. Ἔστι δὲ καὶ μνημεῖον Κινάδου. νηὸς τοῦ Μενελάου καὶ οὗτος κυβερνήτης ἦν. *Est vero etiam Cinadi monumentum: navis vero Menelai & hic gubernator erat*. Præter istos, etiam proreta quidam, Pharus nomine, refertur; in Pharo, insula Ægypti, ad Alexandriam sita, tumulatus. Stephanus, *in* Φάρος. Ἔστι καὶ νῆσος, ἡ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ. Φάρος δ᾽, ὁ πρωρεὺς Μενελάου, ἐν τῇ νήσῳ δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως, ἐτάφη. *Est & insula, ad Alexandriam sita. Pharus vero, Menelai proreta, in hac insula, morsus a serpente, sepultus est*. Forma autem Menelai qualis fuerit, describit Dares, lib. *De excidio Trojæ*, Isacius Porphyrogenneta, in *Characteribus Græcorum, & Trojanorum*, Philostratus, in *Heroicis*, & Josephus Devonius, *lib.* IV. Sustulit vero ex Helena quidem filiam Hermionem; filios autem, e Pieride, serva Ætola, Nicostratum; e Teridae, Megapenthem; & ex nympha quadam Cnossia, Xenodamum: ut Apollodorus tradit, *lib.* III. Nicostrati, & Megapenthis meminit etiam Pausanias *Corinthiacis*. Alii, Nicostratum ex Helena illi natum tradunt, sicut etiam Æthiolam, Diæthum, & Morrhaphionem: ac Nicostratum quidem, & Æthiolam, inter deos a Lacedæmoniis cultos; a Morrhaphione vero, apud Persas Morraphiorum genus ortum. Scholiastes Homeri, *ad Iliad.* γ᾽. Ἑλένης καὶ Μενελάου παῖδες Δίαιθος, καὶ Μορράφιων· ἀφ᾽ οὗ τὸ τῶν Μορραφίων γένος, ἐν Πέρσαις. Κιναίθων δέ φησι. Νικόστρατος, καὶ Αἰθιόλας, παρὰ Λακεδαιμονίοις Ἑλένης δύο παῖδες τιμῶνται. *Helenæ & Menelai filii, Diæthus, & Morrhaphion: a quo Morrhaphiorum genus inter Persas. Cinæthon vero ait; Nicostratus, & Æthiolas, duo Helenæ filii, apud Lacedæmonios coluntur*. Apud Eustathium, qui idem dicit, *ad eundem Homeri librum*, Morrhaphion scribitur Maraphius; & Maraphii, qui ab eo oriundi. Ecce verba. Ἕτεροι δὲ, καὶ υἱοὺς αὐτῇ, (τῇ Ἑλένῃ) καὶ Μενελάῳ, γεννῶσι, Νικόστρατον, καὶ Αἰθιόλαν· οὓς καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμᾶσθαι φασίν. ἄλλοι δὲ, Δίαιθον, καὶ Μαράφιον· ἀφ᾽ οὗ γένος φασὶ τὸ τῶν Μαραφίων, ἐν Πέρσαις. *Alii vero, etiam filios ipsi, (Helenæ) ac Menelao, tribuunt, Nicostratum, Æthiolamque: quos & coli apud Lacedæmonios dicunt. Alii autem, Diæthum, & Maraphium: a quo genus Maraphiorum apud Persas natum volunt*. Ejus domum, quæ id temporis hominis privati erat, sua etiam ætate exstitisse, Pausanias dicit, extra Dromum, quem vocabant. Τοῦ Δρόμου δὲ ἐκτὸς, κατὰ τοῦ Ἡρακλέους τὸ ἄγαλμα, ἐστὶν οἰκία, τὰ ἐφ᾽ ἡμῶν ἰδιώτου, Μενελάου τὸ ἀρχαῖον. *Extra Dromum, juxta Herculis simulacrum domus exstat, in præsens privati hominis, olim vero Menelai*. Templum ejus, in quo ipse, & Helena, sepulti erant, Therapnæ fuit. Pausanias. Θεράπνη μὲν ὄνομα τῷ χωρίῳ γέγονε, ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. Μενελάου δέ ἐστιν ἐν αὐτῷ

ναός· ἐ Μενέλαον, καὶ Ελένην, ἐνταῦθα ταφῆναι λέγουσι. *Therapna autem locus dicitur, a Lelegis filia. Menelai vero hic templum est: & Menelaum, Helenamque, ibi tumulatos ferunt.* Ejus filiam Hermionem, duxit

ORESTES: & cum ea regnum accepit. Testis Pausanias, in *Laconicis*. Ἐβασίλευσαν δὲ καὶ οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ Μενέλεως ὁ Ατρέως, Τυνδάρεω γαμβρὸς ὤν, Ορέστης τε Ερμιόνῃ τῇ Μενελάου συνοικῶν. *Regnarunt etiam Tyndarei filii, Atreique Menelaus, qui Tyndarei gener erat: & Orestes, qui Hermionem, Menelai filiam, uxorem duxerat.* Iterumque, in *Corinthiacis*. Ορέστης, ὁ Αγαμέμνονος, τὸ Αργος κατέσχε. παροικῶν τε ἐγγὺς αὐτῷ, καὶ, ἄνευ τῆς πατρῴας ἀρχῆς, προσπεποιημένος μὲν Αρκάδων τοὺς πολλοὺς, παρειληφὼς δὲ καὶ τὴν ἐν Σπάρτῃ βασιλείαν, συμμαχικὸν δὲ ἐκ Φωκέων ἀεί ποτε ἐπ᾽ ὠφελείᾳ ἑτοίμου παρόντος. Λακεδαιμονίων δὲ ἐβασίλευσεν Ορέστης, Λακεδαιμονίων ἐφέντων αὐτῷ. *Orestes, Agamemnonis filius, Argos occupavit: quippe qui non tantum in propinquo habitaret, sed etiam, præter paternum principatum, multos sibi ex Arcadibus conjunxisset, ac Spartanum quoque regnum accepisset: sociosque e Phocensibus ad auxilium paratos semper haberet. Lacedæmoniorum vero regnum tenuit, permittentibus id ipsi Lacedæmoniis.* Celebrata a Veteribus ejus cum Pylade amicitia: de qua sic Valerius Maximus, *lib.* IV. *cap.* VII. *Orestes Pylade pene amico, quam Agamemnone patre, notior est. Siquidem illorum amicitia, in consortione deliciarum, & luxuriæ, contabuit: horum, duræ atque asperæ conditionis solatium, ipsarum miseriarum experimenta enituit.* Bion in fragmento Idyllii cujusdam, apud Stobæum, *Serm.* LXI.

Ολβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν ἀξείνοισιν Ορέστης,
Οὕνεκά οἱ ξυνὰς Πυλάδας ἄρητο κελεύθους.
Beatus erat duros inter Euxini accolas Orestes,
Quia communes cum eo Pylades susceperat vias.

Et occurrit passim mentio. Ejus quoque matricidium, & quæ illud sunt secuta, satis nota ex Poetis: estque in hanc rem tragœdia item Euripidis, quæ inscribitur Ορέστης. Coloniam in Lesbum duxit cum Pisandro: ut videre est apud Pindarum, *Nem.* Od. XI. & illius eo loco Scholiasten, ac Strabonem, *lib.* XIII. Statura ejus septem cubitorum fuit: ut videre est apud Herodotum, ubi de inventis ejus ossibus a Licha agit, *lib.* I. Obiit ex serpentis morsu in Arcadia, annos natus septuaginta. Id ex Asclepiade docet Scholiastes Euripidis, Commentario *in Oresten*. Ασκληπιάδης ἐν Αρκαδίᾳ φησὶ τὸν Ορέστην ὑπὸ ὄφεως ἀναιρεθῆναι ἑβδομήκοντα ἐτῶν. *Asclepiades in Arcadia ait Oresten a serpente interfectum annos natum septuaginta.* Et paulo ante. Ὁ δὲ Ασκληπιάδης ἱστορεῖ, ὑπὸ ὄφεως αὐτὸν δηχθέντα, ἐκεῖ τελευτῆσαι. *Asclepiades vero tradit ipsum, a serpente morsum, diem illic obiisse.* De serpentis autem morsu, etiam Stephanus, qui & locum, Ορέστιον nuncupatum, indicat, *in* Ορέσται. Αὐτὸς δὲ, (ὁ Ορέστης) ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον Αρκαδίας, τὸ λεγόμενον Ορέστιον. *Ipse vero, (Orestes) a serpente morsus, obiit in Arcadiæ loco, quem Orestium appellant.* Sepultus vero fuit Tegeæ: unde postea ejus ossa, oraculi jussu, Lacedæmonii retulerunt; & sepulcrum Tegeatæ adhuc tempore Pausaniæ ostendebant. Ipse dicit, in *Arcadicorum* fine. Ἡ δ᾽ εὐθεῖα ἐπὶ Θυρέας τε καὶ κώμας ἐν τῇ Θυρεάτιδι ἐκ Τεγέας παρεῖτο ἐς συγγραφὴν Ορέστου τοῦ Αγαμέμνονος μνῆμα· καὶ ὑφελέσθαι Σπαρτιάτην τὰ ὀστᾶ αὐτόθεν οἱ Τεγεάται λέγουσι. καθ᾽ ἡμᾶς δὲ, οὐκέτι πυλῶν ἐντὸς ἐγίνετο ὁ τάφος. *Quæ vero via recta Thyream Tegea ducit via, & in vicos regionis Thyreatidis, dignum quod scribatur habet, sepulcrum Orestis, Agamemnonis filii: ex quo abduxisse ossa virum Spartanum ferunt Tegeatæ. Nostra vero ætate, sepulcrum ejus non erat amplius intra muros.* Itaque Spartæ ei structum est sepulcrum; juxta ædem Parcarum. Idem Pausanias, in descriptione Spartæ, in *Laconicis*. Καὶ Μοιρῶν Λακεδαιμονίοις ἐστὶν ἱερόν. Ορέστου δὲ, τοῦ Αγαμέμνονος, πρὸς αὐτῷ τάφος. κομισθέντα γὰρ ἐκ Τεγέας τοῦ Ορέστου τὰ ὀστᾶ κατὰ μαντείαν, θάπτουσιν ἐνταῦθα. *Lacedæmoniis etiam est Parcarum fanum; & juxta id sepulcrum Orestis, Agamemnonis filii. nam e Tegea deportata, oraculi jussu, Orestis ossa, eo in loco sepelierunt.* Atque id factum, Aristone, & Anaxandride, regnantibus: repperitque maxima sagacitate, & industria, Lichas quidam. Fuse rem Herodotus narrat, & oraculum ipsum refert, *lib.* I. Etiam Pausanias, in *Laconicis:* verum ille paulo strictius, & Anaxandriden tantum regem nominat. Filios ejus, duos invenio: unum Tisamenum, natu maximum, successorem, de quo statim sum dicturus; alterum itidem Oresten, apud Arcadas in exilio suo natum: de quo hunc in modum Stephanus, *in* Ορέσται. Ἐπὶ ἀφείθη τῆς μανίας Ορέστης, φεύγων διὰ τὴν αἰδῶ μετὰ τῆς Ερμιόνης, εἰς ταύτην ἦλθε τὴν γῆν, καὶ παῖδα ἔσχεν Ορέστην. *Orestes, a furore liberatus, præ pudore fugiens cum Hermione, in hanc terram venit, filiumque Oresten sustulit.* Fuit item tertius, Penthilus, qui inceptam a patre coloniam in Lesbo mox perfecit; ut videre est apud Strabonem, in principio *libri* XIII. Illum vero nothum fuisse, ex Erigone, Ægisti filia, a Pausania memoratur, in *Corinthiacis*. Τὸν δὲ Ορέστου νόθον Πένθιλον, Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν, Ηριγόνην, τὴν Αἰγίσθου, τεκεῖν. *Nothum vero Orestis Penthilum, scripsit in versibus suis Cinæthon, Erigonem, Ægisthi filiam, peperisse.*

CAP. VI.

Succedit Oresti, filius Tisamenus: sub quo redeunt Heraclidæ; filiique Aristodemi, Patrocles, & Eurysthenes, regnum Spartanum, sortito accipiunt. a quibus postea, suasu oraculi, duo, ex posteritate utriusque, diu illud tenuerunt. Tisamenus ejectus Achajam petit; novumque regnum, a se ibi constitutum, posteris tradit, quorum ultimus fuit Ogygus. Polybii locus emendatus. Tisamenus, adversus Jones pugnans, in acie cadit, Helicaque sepelitur: unde ossa, oraculi monitu in Laconicam translata, & Spartæ condita. Aristodemus, quotus ab Hercule. Vellejus, & Isaacius Tzetzes, corriguntur. Heraclidæ quonam jure regnum Spartæ repetierint. Ab Heraclidarum reditu, initium Historiæ suæ habuere, Theopompus, Ephorus, Callisthenesque. Hylli filio Cleodæo, aut Cleolao, nomen suum vindicatum: & Herodotus, ac Pausanias, Ælianus, Scholiastes Pindari, Isaacius Tzetzes, & Porphyrius, restituti.

ORESTI, successit filius,

TISAMENUS. Pausanias, in *Corinthiacis*. Ορέστου δὲ ἀποθανόντος, ἔσχε Τισαμενὸς τὴν ἀρχὴν, Ερμιόνης, τῆς Μενελάου, καὶ Ορέστου, παῖς. *Oreste autem vita functo, principatum tenit Tisamenus, Hermione, Menelai filia, & Oreste, natus.* Ejus strategema quoddam memoratur a Frontino, *lib.* I. *cap.* II. Sub hoc Heraclidæ in Peloponnesum redierunt. Apollodorus, *lib.* II. Τοσοῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ στρατῷ κατῆγε τοὺς Ηρακλείδας ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ, τοῦ Ορέστου υἱοῦ, βασιλεύοντος Πελοποννησίων. *Postquam tantum temporis exspectasset, cum exercitu Heraclidas in Peloponnesum reducit; Tisameno, Orestis filio, apud Peloponnesios regante.* Pausanias, in *Corinthiacis*. Ἐπὶ δὲ Τισαμενοῦ τούτου, κατίασιν ἐς Πελοπόννησον Ηρακλεῖδαι, Τήμενος μὲν, καὶ Κρησφόντης, Αριστομάχου· τοῦ τρίτου δὲ Αριστοδήμου προτεθνεῶτος, εἵποντο οἱ παῖδες. *Sub hoc Tisameno vero, redere in*

Peloponnesum Heraclidæ : Temenus quidem , & Cresphontes , Aristomachi ; tertius autem , Aristodemus , cum jam mortuus esset , ejus filii sequebantur . Et, ejectum ab his Tisamenum postea dicit. Ἐκβάλλουσι μὲν οὖν ἐκ Λακεδαίμονος, καὶ Ἄργους, Τισαμενόν· ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας, τοὺς Νέστορος ἀπογόνους. *Ejiciunt itaque Lacedæmone quidem , & Argis , Tisamenum ; Messenia vero Nestoris posteros .* Idque factum regni ejus anno tertio. Vellejus, *lib.* I. *Post Orestis interitum, filii ejus , Penthilus & Tisamenus , regnavere triennio . Tum , fere anno octogesimo post captam Trojam , centesimo & vigesimo quam Hercules ad deos excesserat , Pelopis progenies , quæ omni hoc tempore , pulsis Heraclidis , Peloponnesi imperium obtinuerat , ab Herculis progenie expellitur .* Eusebius, annum decimum ponit. Apollodorus vero, Tisamenum occisum tradit, *libro citato.* Καὶ συμβαλόντες (οἱ Ἡρακλεῖδαι) τοῖς πολεμίοις, καὶ τῷ πεζῷ, καὶ τῷ ναυτικῷ, προτεροῦσι στρατῷ· κτείνουσι δὲ Τισαμενὸν, τὸν Ὀρέστου. *Et (Heraclidæ) commisso cum hoste prœlio , terra pariter marique vincunt : occidunt vero Tisamenum , Orestis filium .* Verum errat: nam ejectus, & Achajam occupavit, & regnum ibi constituit, quod duravit usque ad Ogygum. Polybius, de Achæorum statu agens, *lib.* II. Ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέστου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης, κατέσχε τοὺς περὶ τὴν Ἀχαΐαν τόπους· ἀπὸ τούτου κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ κατὰ τὸ γένος, ἕως Γύγου βασιλευθέντες. *A Tisameno enim , qui Orestis quidem filius erat , sed post reditum Heraclidarum Sparta ejectus , Achajæ loca obtinuit , sub rege constituti , ab hoc , serie continua , & successione generis , ad Gygen usque regem suum habuerunt .* Sed scribendum ibi est, ἕως Ὠγύγου, *usque ad Ogygum .* Et auctorem habeo Polybium ipsum, in principio *libri quarti*: ubi de eadem re ab illo agitur. Ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ Τισαμενοῦ, τῶν Ὀρέστου παίδων ἑνὸς, καὶ φήσαντες, αὐτοὺς ἀπὸ μὲν τούτου βασιλευθῆναι κατὰ τὸ γένος εἰς Ὤγυγον. *Orsi namque a Tisameno , Orestis filiorum uno , & dicentes , inde sese , serie continuata , ac successione generis , regibus subjectos fuisse , usque ad Ogygum .* Et confirmat idem Strabo, *lib.* VIII. Ἀπὸ μὲν οὖν Τισαμενοῦ, μέχρι Ὠγύγου, βασιλευόμενοι (οἱ Ἀχαιοὶ) διετέλεσαν. *Itaque a Tisameno quidem , usque ad Ogygum , sub regibus (Achæi) permansere .* Achajam vero Tisameno occupatam, a Strabone, quem citavi, *eodem libro* pluribus locis memoratur: sicut etiam a Pausania, in *Corinthiacis*, & *Achaicis*. Cecidit vero in acie, cum Ionibus manum conferens, ac sepultus Helicæ fuit: unde ossa, oraculi jussu, in Laconicam translata & Spartæ condita. Quin sepulcrum quoque ejus suo etiam tempore Pausanias exstitisse refert, in *Achaicis*. Ἰώνων δὲ οὐ προσιεμένων τοῖς Ἀχαιῶν λόγοις, ἀλλὰ ἐπεξελθόντων σὺν ὅπλοις, Τισαμενὸς μὲν ἔπεσεν ἐν τῇ μάχῃ, Ἴωνας δὲ Ἀχαιοὶ κρατήσαντες ἐπολιόρκουν, καταπεφευγότας ἐς Ἑλίκην, καὶ ὕστερον ἀφιᾶσιν ἀπελθεῖν ὑποσπόνδους. Τισαμενοῦ δὲ τὸν νεκρὸν Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων, ὕστερον χρόνῳ Λακεδαιμόνιοι, τοῦ ἐν Δελφοῖς σφισιν ἀνειπόντος χρηστηρίου, κομίζουσι τὰ ὀστᾶ ἐς Σπάρτην. καὶ ἦν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι αὐτῷ τάφος, ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ φειδίτια καλούμενα. *Cum ergo ea in re Iones minime Achæis assentirentur , sed cum armis in illos prodirent , Tisamenus quidem in pugna cecidit , Achæi vero victores , fugientes Helicen Ionas obsidebant , ac deinde abire sinunt sub conditione certa . At Tisameni cadaver cum Achæi Helicæ sepeliissent , postea Lacedæmonii , Delphici oraculi monitu , ossa transtulerunt . quin & meo tempore erat ejus monumentum illic , ubi convivia celebrant Lacedæmonii , quæ phiditia appellant .* Fuere autem Heraclidæ illi Temenus, & Cresphontes, & Aristodemi, pridem mortui, duo filii, Eurysthenes, & Patrocles: qui, sortitione acta, universam inter se Peloponnesum divi-

A debant : sic ut Argos quidem Temeno, Messene Cresphonti, Eurystheni vero, ac Patrocli, Lacedæmon obveniret. Plato, *De Leg.* lib. III. Καὶ βασιλεὺς μὲν Ἄργους, Τήμενος ἐγίγνετο. Μεσσήνης δὲ, Κρεσφόντης. Λακεδαίμονος δὲ, Πατροκλῆς, καὶ Εὐρυσθένης. *Et res quidem Argi, Temenus fuit ; Messenes vero , Cresphontes ; Lacedæmonis autem , Patrocles , & Eurysthenes .* Pausanias, in *Laconicis*. Κατελθόντων δὲ Ἡρακλειδῶν, ἐπὶ Τισαμενοῦ τοῦ Ὀρέστου βασιλεύοντος, Μεσσήνη μὲν, καὶ Ἄργος, ἑκατέρα μοῖρα Τήμενον, ἡ δὲ Κρεσφόντην, ἔσχεν ἄρχοντας. ἐν Λακεδαιμονίᾳ δὲ ὄντων διδύμων τοῦ Ἀριστοδήμου παίδων, οἰκίαι δύο βασίλειαι γίνονται. συναρέσαι γὰρ τῇ Πυθίᾳ φασίν. B *Reversis vero Heraclidis , Tisameno regnante , Orestis filio , Messene quidem , & Argos , altera Temenum , altera Cresphontem sibi regem habuit . cumque Lacedæmone Aristodemi filii gemini essent , familiæ duæ regiæ exortæ sunt : idque etiam Pythiæ oraculo complacuisse , sunt qui tradant .* Meminit item Pindarus, *Pyth.* Od. V. & *ibidem* Scholiastes, ac Porphyrius, *De Abstin.* lib. I. Alii dicunt, non Aristodemi filios, sed Aristodemum, una cum Cresphonte, & Temeno, regnum avitum, ejecto Temeno, vindicasse. Ac sic ipsi Lacedæmonii, qui nimirum a majoribus id acceperant, memorabant. Herodotus, C *lib.* VI. Λακεδαιμόνιοι γὰρ, ὁμολογέοντες οὐδενὶ ποιητῇ, λέγουσιν, αὐτὸν Ἀριστόδημον, τὸν Ἀριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, βασιλεύοντα, ἀγαγεῖν σφέας ἐς ταύτην τὴν χώρην, τὴν νῦν ἐκτέαται, ἀλλ᾽ οὐ τοὺς Ἀριστοδήμου παῖδας. *Etenim Lacedæmonii , nulli poetæ assentientes , dicunt , ipsum Aristodemum , filium Aristomachi , qui Hylli , regnantem , se in eam regionem , quam nunc possident , deduxisse , non Aristodemi filios .* Eodem modo & Vellejus, *lib.* I. *Pelopis progenies , qui omni hoc tempore , pulsis Heraclidis , Peloponnesi imperium obtinuerat , ab Herculis progenie expellitur . Duces recuperandi imperii fuere , Temenus , Cresphontes , Aristodemus : quorum atavus fuerat .* D Sed corruptus leviter locus, & emendo, *quorum abavus fuerat*. Nam Temeni, Cresphontis, & Aristodemi, abavus Hercules erat, non atavus. Ecce stemma; ipso Herodoto, in *citatis* statim *verbis* memorante. Aristodemo, fratribusque, pater erat Aristomachus, avus Cleodæus, proavus Hyllus, abavus Hercules. Ergo sic restituendum. Male stemma computat Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*; &, omisso Aristomacho, patrem Temeni esse Cleodæum dicit: quem Cleodotum ipse nominat. Ὁ Τήμενος οὗτος, ἔκγονος ἦν Ἡρακλέους. Ἡρακλέους γὰρ καὶ Δηϊανείρας, Ὕλλος. Ὕλλου δὲ, καὶ Ἰόλης, τῆς Εὐρύτου, Κλεόδοτος, Λίχας, καὶ Κήϋξ. Κλεοδότου, καὶ Πε- E ριδέας, ὁ Τήμενος οὗτος, καὶ ἕτεροι. *Temenus hic , Hercule oriundus erat . Herculis enim , & Dejaniræ , Hyllus fuit ; Hylli vero , & Iolæ , Euryti filiæ , Cleodotus , Lichas , Ceyx ; Cleodoti , & Perideæ , Temenus hic , aliique .* Sortitos autem regionem inter sese, abunde docui, *Antiquit. Lacon.* lib. III. cap. IX. De oraculo vero Pythiæ, quo utrumque filium Aristodemi regem sibi constituere Lacedæmonii jubebantur, adeundus est Herodotus: qui rem accurate narrat, *lib.* VI. Locus est prolixus admodum: itaque remittere Lectorem eo, quam transcribere hic, malo. Sciendum vero, Heraclidas jure quo- F dam regnum Spartæ, velut sibi proprium, repetiisse. quippe Hercules, cum, Hippocoonte cæso, armis id acquisivisset; Tyndarum in id restituit: ea lege, uti liberis illud suis, dum maturam ad ætatem pervenirent, conservaret. Diodorus, *lib.* IV. Ἀγανακτήσας Ἡρακλῆς, ἐστράτευεν ἐπ᾽ αὐτούς. μεγάλῃ δὲ μάχῃ νικήσας, παμπληθεῖς ἀπέκτεινε. τὴν δὲ Σπάρτην ἑλὼν κατὰ κράτος, κατήγαγεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Τυνδάρεων, τὸν πατέρα τῶν Διοσκούρων, καὶ τὴν βασιλείαν, ὡς δορύκτητον, παρέθετο, προστάξας τοῖς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ γενομένοις φυλάττειν. *Indignatus Her-*

cules, bello illos petiit: atque, magno prælio victor, multos admodum interfecit. Sparta autem vi redacta in potestatem, Tyndarum, Dioscurorum patrem, in regnum reduxit: idque, velut armis partum, ejus fidei commisit; cum mandato, uti suis illud liberis adservaret. Ab hoc vero reditu Heraclidarum, ut id quoque hac occasione moneam, Theopompus, Ephorus, Callisthenesque, Historiam suam inchoarunt. Diodorus ille idem, in principio *libri quarti*, quem citavi. Εφορος μὲν ὖν ὁ Κυμαῖος, Ισοκράτυς ὢν μαθητὴς ὑποσησάμενος γράφειν τὰς κοινὰς πράξεις, τὰς μὲν παλαιὰς μυθολογίας ὑπερέβη, τὰ δὲ ἀπὸ τ͂ Ηρακλειδῶν καθόδυ πραχθέντα συνταξάμενος, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῆς ἱςορίας. Ομοίως τούτῳ Καλλισθένης, καὶ Θεόπομπος, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν γεγονότες, ἀπέςησαν τῶν παλαιῶν μύθων. *Itaque Ephorus quidem Cumanus, Isocratis discipulus, cum, quæ publice gesta essent, scribere instituisset, veteres quidem fabulationes omisit; illa vero, quæ evenerant post Heraclidarum reditum, literis prodens, hoc Historiæ initium fecit. Similiter autem & Callisthenes, Theopompus, qui fuere eodem ævo, ab antiquis fabulis abstinuerunt*. Ac de Ephoro, idem quoque dicit Taurus, in Commentario *in Timæum Platonis*: cujus est fragmentum insigne apud Philoponum, contra Proclum, *de Æternitate mundi*, lib. VI. cap. VIII. Ως φαμὲν, Εφορον ἀρχὴν εἰληφέναι τῆς ἱςορίας ὑπὲρ τῆς Ηρακλειδῶν καθόδυ. *Quemadmodum dicimus, Ephorum Historiæ suæ principium sumpsisse ab Heraclidarum reditu*. Verum, in Heraclidarum quando mentionem incidimus, in Herodoti istis verbis, quæ citavi paullo ante, minus recte Hylli filius appellatur Cleodæus: ita enim illic legitur, τῦ Κλεοδαίυ, τῦ Υλλυ, *qui Cleodæi, qui Hylli*. Apud Pausaniam, in *Laconicis*, scribitur sine diphthongo. Καὶ ἡρῶα Κλεοδέυ, τῦ Υλλυ, καὶ Οἰβάλυ. *Et heroica monumenta Cleodei, Hylli filii, Oebalique*. Suidas. Κλεοδαῖος, ὄνομα κύριον. *Cleodæus, nomen proprium*. Apud Ælianum, *Hist. Anim.* lib. XII. cap. XXXI. item Pindari Scholiasten, *Isthm.* Od. VII. *Cleadas* scribitur; ut *Cleodotus*, apud Isaacium Tzetzen, *ad Lycophronem*, in citatis ante verbis: corruptissime vero omnium, *Aridæus*, in Porphyrii fragmento, apud Eusebium, *De Præp. Evangelica*, lib. V. cap. XX. Equidem fuisse verum nomen censeo, *Cleodemus*: & auctorem habeo Satyrum, cujus fragmentum illud exstat apud Theophilum, *ad Autolycum*, lib. II. Τῆς δὲ, (Δηϊανείρας,) καὶ Ηρακλέυς, τῦ Διὸς, οἶμαι Υλλον, τῦ δὲ Κλεόδημον, τῦ δὲ Αριςόμαχον. *Hujus vero, (Deianiræ,) & Herculis, Jovis filii, filium esse Hyllum puto: hujus vero Cleodemum, & illius Aristomachum*. Lacedæmoniis, quorum lingua erat Dorica, Κλεόδαμος dicebatur: & in *Corinthiacis* Pausanias non aliter scribit. Ες δὲ Σικυῶνα ἦλθεν ὁ Φάνης, ὅ τε Αριςόμαχος, ὁ Κλεοδάμυ. *Sicyonem vero venit Phanes, & Aristomachus, Cleodami filius*. Hinc librarii negligentes fecere nobis Κλεοδαῖος, Κλεόδοτος, & Κλεάδας: ac, qui pessime scripsere, Αριδαῖος. Et confirmat emendationem meam, quod Apollodoro ille, nomine æquivalente, Κλεόλαος appelletur.

CAP. VII.

Heraclidæ, ter conati in Peloponnesum redire, bis frustrati, tertio demum, quod volebant, effecerunt. Ac primo quidem, occiso Eurystheo, voto sane sunt potiti, sed, oborta intra annum gravi peste, ab oraculo, ceu intempestive nimium rediissent, jussi exire, sedem suam Marathone posuere. Deinde iterum conati, duce Hyllo, & oraculo, quod rogarant, male intellecto, rursum voto exciderunt: & ex pacto, cæso Hyllo in certamine singulari, annis quinquaginta, aut centum, ut alii tradunt, emanere ac redire Tricorynthum, sunt coacti. Quantum temporis inter primam & secundam expeditionem fuerit. Oraculum autem, quod bis datum, quale fuerit. Expeditionem vero hanc evenisse, non Tisameno regnante, nec Oreste, verum Atreo, demonstratum: & Apollodori error indicatus.

VERUM de Heraclidarum in Peloponnesum reditu, varie Scriptores tradunt; quæ hic pluribus explicare, illustrandæ Antiquitati, minime alienum fuerit. Bis conati patriam recuperare, duce Hyllo, Herculis filio, primo quidem, interfecto Eurystheo, ejusque filiis, in Peloponnesum suam rediere, sed, oborta intra annum gravi peste, ab oraculo, ceu intempestive nimis rediissent, jussi exire, Marathonem Atticæ se receperunt. Apollodorus, *lib.* II. Αθηναῖοι δὲ, ὐκ ἐκδιδόντες αὐτοὺς, (τοὺς Ηρακλείδας,) πρὸς τὸν Εὐρυσθέα, πόλεμον ὑπέςησαν. καὶ τὺς μὲν παῖδας αὐτῦ, Αλέξανδρον, Ιφιμέδοντα, Εὐρύβιον, Μέντορα, Περιμήδην, ἀπέκτειναν· αὐτὸν δὲ Ευρυσθέα, φεύγοντα ἐφ᾽ ἅρματος, καὶ πέτρας ἤδη παριππεύσαντα Σκειρωνίδας, κτείνει διώξας Υλλος. καὶ τὴν μὲν κεφαλὴν ἀποτεμὼν, Αλκμήνῃ δίδωσιν. ἡ δὲ, κερκίσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν αὐτῦ· ἀπολομένυ δὲ Ευρυσθέως, ἐπὶ Πελοπόννησον ἦλθον οἱ Ηρακλεῖδαι, καὶ πάσας εἷλον τὰς πόλεις. ἐπὶ ἐνιαυτῦ δ᾽ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένη φθορὰ, πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχε· καὶ ταύτην χρησμὸς διὰ τὺς Ηρακλείδας ἐδήλυ, πρὸ γὰρ τῦ δέοντος αὐτὺς κατελθεῖν. ὅθεν, ἀπολιπόντες τὴν Πελοπόννησον, ἦλθον εἰς Μαραθῶνα, κἀκεῖ κατῴκουν. *Athenienses vero, non dedentes eos (Heraclidas) Eurystheo, bellum sustinuerunt: & ejus filios, Alexandrum, Iphimedontem, Eurybium, Mentorem, ac Perimedem, occiderunt. ipsum autem Eurystheum, in curru fugientem, ac Scironides jam petras prætervectum, persecutus Hyllus cædit, atque caput amputatum dat Alcmenæ: illa vero, oculos ei radiis textoriis effodit. Itaque occiso Eurystheo, Heraclidæ in Peloponnesum redeunt, atque urbes omnes capiunt. Verum, intra annum, postquam ipsi rediissent, pestis totam Peloponnesum invadebat; quam oraculum propter ipsos, quod nimis intempestive reversi essent, evenisse indicabat: ideoque, Peloponnesum relinquentes, Marathonem retrogressi, ibi sedem posuere*. Diodorus, pro Marathone Tricorynthum, & hanc item Atticæ Tetrapoleos urbem, quam inhabitandam illis ab Atheniensibus fuisse datam ante dixit, rediisse illos tradit. Vide eum, *libro* IV. De secunda vero expeditione, Apollodorus ita ait. Υλλος δὲ, τὴν μὲν Ιόλην, τὴν Εὐρύτου, κατὰ τὴν τῦ πατρὸς ἐντολὴν ἔγημε· τὴν δὲ κάθοδον ἐζήτει τοῖς Ηρακλείδαις κατεργάζεσθαι. διὸ παραγενόμενος εἰς Δελφὺς, ἐπυνθάνετο πῶς ἂν κατέλθοιεν. ὁ δὲ θεὸς ἔφησε, περιμείναντας τὸν τρίτον καρπὸν κατέρχεσθαι. νομίσας δὲ Υλλος, τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ ςρατῷ κατῄει τὺς Ηρακλείδας ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενῦ, τῦ Ορέςυ υἱῦ, βασιλεύοντος τῶν Πελοποννησίων. καὶ, γενομένης πάλιν μάχης, νικῶσι Πελοποννήσιοι, καὶ Αριςόμαχος θνήσκει. *Hyllus vero, ut a patre jussus erat, Jolen quidem, Euryti filiam, conjugem cepit; reditum autem Heraclidis ut perficeret, operam dabat. Itaque, profectus Delphos, quomodo reverterentur, sciscitatur. deus vero respondebat, tertio fructu exspectato redituros. Atque Hyllus, tertium fructum pro triennio accipi debere ratus, eo tempore exspectato, Heraclidas cum exercitu in Peloponnesum reducit; cum Peloponnesiis Tisamenus, Orestis filius, tunc rex esset. ac, commissa rursum pugna, referunt victoriam Peloponnesii, & occumbit Aristomachus*. Diodorus, non de Aristomacho dicit, sed de Hyllo, &, duello, ut convenerat, depugnantem cecidisse: atque inde Heraclidas, ex eodem illo pacto, totos quinquaginta annos absti-

nere Peloponneso coactos esse: oraculi vero, quod Apollodorus refert, mentionem nullam facit. Verba ejus, ecce ista, *lib.* IV. Μετὰ δὲ ταῦτα, οἱ μὲν Ηρακλεῖδαι πάντες περιβοήτῳ μάχῃ νενικηκότες τὸν Εὐρυσθέα, καὶ διὰ τὴν εὐημερίαν συμμάχων εὐπορήσαντες, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον, Ὕλλου στρατηγοῦντος. Ἀτρεὺς δὲ, μετὰ τὴν Εὐρυσθέως τελευτὴν καταλαβόμενος τὴν ἐν Μυκήναις βασιλείαν, καὶ προσλαβόμενος συμμάχους Τεγεάτας, καὶ τινας ἄλλους, ἀπήντησε τοῖς Ηρακλείδαις. κατὰ δὲ τὸν Ἰσθμὸν τῶν στρατοπέδων ἀθροισθέντων, Ὕλλος μὲν ὁ Ηρακλέους εἰς μονομαχίαν προεκαλέσατο τῶν πολεμίων τὸν βουλόμενον, ὁμολογίας θέμενος τοιαύτας. εἰ μὲν Ὕλλος νικήσει τὸν ἀντιταχθέντα, παραλαβεῖν Ηρακλείδας τὴν Εὐρυσθέως βασιλείαν· εἰ δὲ Ὕλλος λειφθείη, μὴ κατιέναι τοὺς Ηρακλείδας εἰς Πελοπόννησον ἐντὸς ἐτῶν πεντήκοντα. καταβάντος δὲ εἰς τὴν πρόκλησιν Ἐχέμου, τοῦ βασιλέως τῶν Τεγεατῶν, καὶ τῆς μονομαχίας γενομένης, ὁ μὲν Ὕλλος ἀνῃρέθη, οἱ δὲ Ηρακλεῖδαι, κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἀπέστησαν τῆς καθόδου, καὶ τὴν εἰς Τρικόρυνθον ἐπάνοδον ἐποιήσαντο. *Post hæc vero, Heraclidæ quidem omnes, insigni de Eurystheo victoria potiti, socisque, propter statum rerum prosperum, abundantes, Hyllo duce, arma in Peloponnesum infesta ducunt. Atreus vero, post Eurysthei interitum, regnum Mycenarum nactus, & accitis in auxilium Tegeatis aliisque, objicit se Heraclidis. Postquam vero in Isthmum copiæ convenissent, Hyllus quidem, Herculis filius, hostium quicunque vellet ad duellum provocabat, addita conditione; ut, si quidem ipse vinceret, regnum Eurysthei Heraclidis traderetur; sin succumberet, illi in Peloponnesum intra annos quinquaginta ne redirent. Progresso vero juxta provocationem rege Tegeatarum Echemo, cum inter se depugnarent, Hyllus quidem est occisus, Heraclidæ vero, ut convenerat, a proposito redeundi desistentes Tricorynthum sunt reversi.* A prima vero expeditione eorum, ad secundam hanc, anni intererant viginti. Scholiastes Thucydidis, ubi duos ultimos conatus redeundi refert, *lib.* I. Ἡ δὲ πρώτη ἐσβολὴ, πρὸ ἐτῶν εἴκοσιν ἦν. *Prima vero impressio, annis viginti præcessit.* Observa autem, in his Diodori verbis, in Isthmo congressos esse: nam irrumpere per hunc ipsum Heraclidæ constituerant, male intellecto oraculo, cujus iste versus erat.

Νίκην σοι φαίνουσι, θεοὶ δι' ὁδοῖο στενύγρων.
Victoriam tibi ostendunt Dii per viam angusti maris.

Vide insigne fragmentum Porphyrii, de defectu oraculorum, apud Eusebium, *De Præp. Evang.* lib. V. cap. XX. Certe dixerat oraculum non de Isthmo, verum de Crissæo sinu. Scholiastes Thucydidis, de secunda, & tertia, expeditione narrans, *libro* I. Οἱ γὰρ Ηρακλεῖδαι, βουλόμενοι κατελθεῖν εἰς Πελοπόννησον, ἤροντο τὸν Ἀπόλλωνα· ὁ δὲ αὐτοῖς ἀνεῖλε, διὰ τῶν στενῶν εἰσβαλεῖν· οἱ δὲ, νομίσαντες τὸν Ἰσθμὸν λέγειν αὐτὸν, καὶ ἀστοχήσαντες τοῦ χρησμοῦ, προσβάλλουσι τοῖς Πελοποννησίοις κατὰ τὸν Ἰσθμόν· καὶ ἡττηθέντες, ἐποιήσαντο σπονδὰς, ὥστε ἑκατὸν ἔτη παραχωρῆσαι τὴν χώραν Πελοποννησίοις. μετὰ δὲ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πάλιν ἤροντο τὸν Ἀπόλλωνα περὶ τῆς καθόδου. ὁ δὲ ἀνεῖλεν αὖθις, διὰ τῶν στενῶν εἰσβάλλειν. ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Δωριέων, ὡς καὶ πρότερον εἶεν ἠπατημένοι, εἶπεν, ὡς οὐ συνήκατε τὸν χρησμόν. στενὰ γὰρ, λέγω τὸν Κρισαῖον κόλπον. οἱ δὲ, ἐντεῦθεν ἐπιχρήσαντες, ἔτυχον τῆς καθόδου, ὕστερον τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. *Heraclidæ enim, redire in Peloponnesum cupientes, Apollinem sciscitantur: isque respondet ipsis, uti per angusta irrumperent. illi vero, Isthmum eum dicere existimantes, nec oraculum assecuti, impetum secundum Isthmum in Peloponnesios faciunt. Ac devicti, paciscuntur, se Peloponnesiis per centum annos regionem relicturos. Post quod tempus, iterum de reditu Apollinem rogant: isque iterum respondet, uti per angusta irrumperent. Cumque contra responderent Dorienses, ante se etiam sic deceptos esse; ille regerit, haud intellexisse oraculum; nam angusta, sinum se Crissæum dicere. Itaque per hunc aggressi, reditum sunt consecuti, annis post Trojanum bellum octoginta.* Dicit vero Diodorus, in *citatis* ante *verbis*, Heraclidas, si succumberent, tantum in annos quinquaginta pactos esse: ac confirmat, dum mox, prosequens historiam, ita ait. Οἱ δ' ἄλλοι: (Ηρακλεῖδαι) πάντες, ἐν Τρικορύνθῳ κατοικήσαντες, ὡς ὁ πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον. *Cæteri autem (Heraclidæ) omnes, qui Tricorynthi habitaverant, cum elapsi quinquaginta anni essent, in Peloponnesum redierunt.* Sed dissentiunt hic alii; atque annos centum tradunt. Vides in *citatis verbis* Scholiastæ. Καὶ ἡττηθέντες, ἐποιήσαντο σπονδὰς, ὥστε ἑκατὸν ἔτη παραχωρῆσαι τὴν χώραν Πελοποννησίοις. *Ac devictis paciscuntur, se Peloponnesiis per centum annos regionem relicturos.* Et mox. Μετὰ δὲ τὰ ἑκατὸν ἔτη, πάλιν ἤροντο τὸν Ἀπόλλωνα περὶ τῆς καθόδου. *Et, elapsis centum bis annis, iterum de reditu Apollinem rogant.* Neque aliter Herodotus, *lib.* IX. Τότε ὦν λόγος, Ὕλλον ἀγορεύσασθαι, ὡς χρεὼν εἴη, τὸν μὲν στρατὸν τῷ στρατῷ μὴ ἀνακινδυνεύειν, συμβαλόντα· ἐκ δὲ τοῦ Πελοποννησίου στρατοπέδου, τὸν ἂν σφέων αὐτέων κρίνωσι εἶναι ἄριστον, τοῦτόν οἱ μουνομαχῆσαι ἐπὶ διακειμένοισι. ἔδοξέ τε τοῖσι Πελοποννησίοισι, ταῦτα εἶναι, ποιητέα. καὶ ἔταμον ὅρκιον ἐπὶ λόγῳ τοιῷδε. ἢν μὲν Ὕλλος νικήσῃ τὸν Πελοποννησίων ἡγεμόνα, κατιέναι τοὺς Ηρακλείδας ἐπὶ τὰ πατρῷα. ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν Ηρακλείδας ἀπαλλάσσεσθαι, καὶ ἀπάγειν τὴν στρατιήν. ἑκατόν τε ἐτέων μὴ ζητῆσαι, κάτοδον ἐς Πελοπόννησον. *Tunc dixisse Hyllum ferunt, non oportere, ut exercitus uterque confligendo periclitetur. Verum ut conditionibus propositis, secum pugna singulari dimicaret, quem Peloponnesii e suo exercitu præstantissimum judicarent. Ac Peloponnesiis conditio placuit: victimaque immolata, jusjurandum præstiterunt in hæc verba. Si Peloponnesiorum ducem Hyllus superaret, ut in patriam Heraclidæ reverterentur: sin inferior autem fieret, retro Heraclidæ recederent, & exercitum abducerent; neu redire in Peloponnesum quærerent annis centum.* Sed, quod porro ad hanc Hylli expeditionem pertinet, magnus certe error est Apollodori, qui regnante jam Tisameno factam tradit; cum is nondum eo tempore natus fuerit. Verba ejus, ecce ista, *lib.* II. Νομίσας δὲ Ὕλλος τρίτον καρπὸν λέγεσθαι τὴν τριετίαν, τοσοῦτον περιμείνας χρόνον, σὺν τῷ στρατῷ κατῄει τοὺς Ηρακλέους ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου υἱοῦ, βασιλεύοντος Πελοποννησίων. *Arbitratus vero Hyllus, tertium fructum tempus triennale dici, cum exercitu Heraclidas in Peloponnesum reducit, Tisameno, Orestis filio, apud Peloponnesios regnante.* Neque recte etiam alii sub Oreste accidisse sunt auctores, quos refutat & Pausanias, in *Arcadicis*. Λυκούργου δὲ ἀποθανόντος, Ἔχεμος, ὁ Ἀερόπου, τοῦ Κηφέως, τοῦ Ἀλέου, τὴν Ἀρκάδων ἔσχεν ἀρχήν. ἐπὶ τούτῳ Δωριέας κατιόντας ἐς Πελοπόννησον, ὑπὸ ἡγεμόνι Ὕλλῳ τῷ Ηρακλέους, Ἀχαιῶν περὶ Ἰσθμὸν τὸν Κορινθίων κρατοῦσι μάχῃ, καὶ Ἔχεμος ἀποκτείνουσιν Ὕλλον μονομαχήσαντα κατὰ πρόκλησιν. Τάγε γὰρ ἐφαίνετο εἰκότα εἶναί μοι μᾶλλον ἢ ὁ πρότερος λόγος, ἐν ᾧ βασιλεύειν τε Ἀχαιῶν τηνικαῦτα Ὀρέστην ἔγραψαν, Ὕλλον ἐπὶ Ὀρέστου βασιλεύοντος ἀποπειράσαι καθόδου τῆς ἐς Πελοπόννησον. *Mortuo vero Lycurgo, Echemus, Aeropi filius, Cephei nepos, Alei pronepos, regnum Arcadum obtinuit. Hoc regnante, Achæi Dorienses ad Isthmum Corinthiorum prælio fuderunt, duce Hyllo, Herculis filio, reditum in Peloponnesum molientes: eaque in pugna Hyllum interfecit Echemus, cum eo singulari certamine ex provocatione congressus. Hæc autem vero mihi propria videbantur, quam quod a nonnullis dictum, qui scripsere, tunc regnasse apud Achæos Oresten: & regnante Oreste Hyllum reditum in Peloponnesum tentavisse.* Vera res est, Atreum tunc regnavisse. Clare Diodorus, in *citatis*

ante *verbis*, ubi Hylli hanc secundam expeditionem refert. Ατρεὺς δὲ, *μετὰ τὴν* Ευρυθέως *τελευτὴν καταλαβόμενος τὴν ἐν* Μυκήναις *βασιλείαν*, *καὶ προσλαβόμενος συμμάχους* Τεγεάτας, *καί τινας ἄλλους*, *ἀπήντησε τοῖς* Ηρακλείδαις. *Atreus vero, post Eurysthei interitum regnum Mycenarum nactus, & accitis in auxilium Tegeatis, ac nonnullis item aliis, objicit se Heraclidis*. Et hoc magis cum oraculo, quod jubebat generationem tertiam exspectare, consentaneum. quippe Atrei, prima generatione, erat Menelaus, secunda Orestes, tertia Tisamenus: sub quo in Peloponnesum, ut promissum ab oraculo, Heraclidæ rediere.

CAP. VIII.

Tertio conatu demum patriam recuperarunt Heraclidæ; paratis in Ætoliæ loco quodam navibus, cui hinc Ναύπακτος *nomen datum. Marcianus Heracleota emendatus. Ac dum istis hærent, fulmine Aristodemus ictus obit, & exercitus dissolvitur. Quo mox iterum collecto, jussu oraculi, & trioculo duce sumpto, Oxylo, Andræmonis filio, capiunt Peloponnesum, ac sortito partiuntur, structis Jovi Patrio aris: in quis sacra cum fecissent, signum unicuique suum sua in ara est repertum. Tempus autem, quo Peloponnesum suam receperunt Heraclidæ, varie admodum ab antiquis indicatum: & nonnulli evenisse anno sexagesimo post Trojam expugnatam tradunt, alii vero octogesimo; quidam, centesimo, & vicesimo, aut octogesimo.*

BIS conatus sui frustra Heraclidæ, explicato jam oraculo, uti dixi, & intrandum per Crissæum sinum edocti, denuo redire tentant, & proposito potiuntur. Erant vero illi, Temenus, ac Cresphontes, & Aristodemus, fratres: & dux expeditionis ipse Temenus, inter fratres natu major. Isque, exercitu parato, naves etiam sibi parat in Ætoliæ loco quodam, cui Naupacto inde nomen. Apollodorus, *lib.* II. Ταῦτα Τήμενος *ἀκούσας*, *ἡτοίμασε τ̃ στρατὸν*, *καὶ ναῦς ἐπήξατο ἐν τῷ* Αἰτωλίας *τόπῳ*. *ἔνθα νῦν ἀπ' ἐκείνου ὁ τόπος* Ναύπακτος *λέγεται*. *Hæc cum audiisset Temenus, exercitum paravit, & naves fabricavit, in Ætoliæ eo loco, qui nunc ex re hac Naupactus appellatur*. Emendandus Marcianus Heracleota, in *Periegesi* sua.

Πρὸς τῷ ῥίῳ δὲ κεῖται Ναύπακτος πόλις.
Ην Δωριεῖς κτίζουσιν, οἱ σὺν Τημένῳ.

Promontorioque adjacet Naupactus urbs:
Quam condidere Dorienses, qui cum Temeno.

Hodie corrupte editur, *οἱ σὺν* Τιμέσῳ, *qui cum Timeso*, Strabo, *lib.* IX. Ναύπακτος, *ὠνόμασαι ἀπὸ τ̃ ναυπηγίας*, *τ̃ ἐκεῖ γενομένης*, *τῶν* Ηρακλειδῶν *ἐκεῖ ναυπηγησαμένων τ̃ στόλον*. *Naupactus, nominata est a navibus ibi fabricatis: cum classem illic Heraclidæ suam struerent*. Videndus quoque Stephanus, in Ναύπακτος. Ac, dum hærent ad Naupactum, Aristodemus, Temeni, & Cresphontis, frater, fulmine percussus obit, filios relinquens geminos, Eurysthenem, & Patroclem, sive, ut alii vocant, Proclem. quin exercitus universus in ingentem morbum incidit, ob occisum ab Hippote vatem quendam, quem existimabant magum, a Peloponnesiis missum, in exercitus perniciem. quo facto, rei navalis apparatus, classe perdita, disperiit; ac cum fame peditatus itidem divexaretur, mox exercitus dilabitur. Temeno vero, de hac clade oraculum rursum consulenti, est responsum; ea ipsi propter vatem interfectum evenisse: itaque & homicidam in decennium relegaret, & trioculo belli duce in

A

biennium uteretur. Quorum primum cum fecisset, & trioculum item ducem invenisset, Oxylum, Andræmoniis filium, inita deinde pugna, terra ac mari victores, Peloponnesum redigunt in potestatem. Vide fuse hæc narrantem Apollodorum, *libro citato*. Ac de Oxylo quidem duce, speciatim etiam Scholiastes Pindari, *Olymp.* Od. III. Strabo, *lib.* VIII. & X. ac Pausanias, *Eliacorum* lib. I. Stephanus, in Σφακτηρία, nomen istud loco illi datum tradit, quod, peractis ibi sacris, Heraclidæ amicitiam cum eo contraxerint. Accepisse vero Elidem, pretium navatæ operæ, refert Strabo, *lib.* VIII. & Scholiastes Pindari, *ad Olymp.* Od. III. Ac Laconicam quidem ipsam,

B

prodidit Philonomus quidam: qui proditionis præmium urbem Amyclas est adeptus, ut mox dicam. Post redactam vero in potestatem Peloponnesum, constitutis Jovi Patrio tribus aris, cum in his sacrificassent, urbes inter se sortito patiuntur; Temenoque Argos quidem, Cresphonti Messene, filiis Aristodemi, Eurystheni, ac Procli, Lacedæmon obvenit. Apollodorus, *libro citato*. Επειδὴ *ἐπεκράτησαν* (*οἱ* Ηρακλεῖδαι) Πελοποννήσου, *τρεῖς ἱδρύσαντο βωμοὺς πατρῴου* Διός· *καὶ ἐπὶ τούτων ἔθυσαν*, *καὶ ἐκληροῦντο τὰς πόλεις*. *πρώτη μὲν οὖν λῆξις*, Αργος· *δευτέρα* Λακεδαίμων· *τρίτη δὲ*, Μεσσήνη. *κομισάντων δὲ ὑδρίαν*

C

ὕδατος, *ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστος*. Τήμενος *οὖν*, *καὶ οἱ* Αριστοδήμου *παῖδες*, Πρόκλης, *καὶ* Εὐρυσθένης, *ἔβαλον λίθους*. Κρεσφόντης *δὲ*, *βουλόμενος* Μεσσήνην *λαχεῖν*, *γῆς ἐνέβαλε βῶλον*. *ταύτης δὲ διαλυθείσης*, *ἔδει δύο κλήρους πρώτους ἀναφανῆναι*. *ἑλκυσθείσης δὲ πρώτης μὲν τ̃* Τημένου, *δευτέρας δὲ τ̃ κλήρου τῶν* Αριστοδήμου *παίδων*, Μεσσήνην *ἔλαβε* Κρεσφόντης. *Postquam vero (Heraclidæ) Peloponneso potiti sunt, tres aras Jovi Patrio dedicarunt: &, in istis factis sacris, urbes sorte partiebantur. Ac prima quidem sortitio, Argos fuit; secunda, Lacedæmon; tertia vero, Messene. Cum autem situlam aquæ plenam intulissent, placitum cuique fuit, ut injicerentur sortes. Itaque Temenus, & A-*

D

ristodemi filii, Procles, & Eurysthenes, calculos injecerunt: Cresphontes vero, cupiens Messenen habere, glebam terræ injecit: qua resoluta, priores illas duas sortes ante prodire necesse erat. Educta itaque primo quidem Temeni sorte, cum secunda filiorum Aristodemi esset, Messenem accepit Cresphontes. Sed de hac sortitione plura dixi, *Antiqu. Lacon.* lib. III. cap. IX. Post peracta vero sacra, signum quisque in ara sua deprehendit. Est in hanc rem unicus Apollodori iste locus, qui subjungitur præcedenti. Επὶ *δὲ τοῖς βωμοῖς*, *οἷς ἔθυσαν*, *εὗρον σημεῖα κείμενα*· *οἱ μὲν λαχόντες* Αργος, *ἐπὶ τ̃ ἰδίου*, *φρύνον*· *οἱ δὲ* Λακεδαίμονα *λαχόντες*, *δράκοντα*· *οἱ δὲ* Μεσσήνην, *ἀλώπεκα*. *περὶ*

E

δὲ τ̃ σημείων, *ἔλεγον οἱ μάντεις*, *τοῖς μὲν τ̃ φρύνον καταλαβοῦσιν*, *ἐπὶ τ̃ πόλεως μένειν ἄμεινον*· *μὴ γὰρ ἔχειν ἀλκὴν πορευόμενον τὸ θηρίον*· *τοὺς δὲ δράκοντα καταλαβόντας*, *δεινοὺς ἐπιόντας ἔλεγον ἔσεσθαι*. *τοὺς δὲ ἀλώπεκα*, *δολίους*. *Porro in aris, in quibus immolaverint, signa jacentia invenerunt. Nam privatim quibus Argos obtigerit, rubetam; quibus Lacedæmon, draconem; quibus autem Messene, vulpem. De signis vero, ita vates interpretabantur, ut rubetam quidem nactis, melius foret in urbe manere: nam hoc animal, si incedat, vires minime habere: qui draconem nacti essent, eos invadentes formidabiles futuros: qui adepti vulpem es-*

F

sent, dolosos fore. Quando vero reditus Heraclidarum hic acciderit, varie Auctores tradunt. Strabo, refert evenisse annis post deletam Trojam sexaginta. Εξήκοντα *ἔτεσι τ̃* Τρωϊκῶν *ὕστερον*, *ὑπ' αὐτὴν τὴν τ̃* Ηρακλειδῶν *εἰς* Πελοπόννησον *κάθοδον*. *Annis post excidium Trojæ sexaginta, sub Heraclidarum ipsum in Peloponnesum reditum*. Tantundem temporis etiam Pausanias tradit, qui ætates duas dicit: nam, ut notum, apud Græcos Γενεὰ triginta annos comprehendit. Verba ejus ecce ista, in *Messenicis*. Διαπολεμηθέντος *δὲ τ̃* πρὸς Ιλιον *πολέμου*, *καὶ* Νέστορος

ω;

ὡς ἐπανῆλθεν οἴκαδε, τελευτήσαντος, Δωριέων στόλος, καὶ ἡ κάθοδος Ἡρακλειδῶν γενομένη δύο γενεαῖς ὕστερον, ἐξέβαλε τοὺς Νηλέως ἀπογόνους ἐκ τῆς Μεσσηνίας. *Post confectum ad Ilium bellum, & defuncto Nestore post reditum suum, reduces postliminio Dorienses, cum Heraclidis, duabus post ætatibus, Nelei posteros e Messenia ejecerunt.* Alii vero, annos octoginta memorant: Strabo. Τὰ δὲ περὶ τοὺς Ἡρακλείδας, λείπεται τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσιν ὀγδοήκοντα. *Heraclidarum autem res gestæ, annis post excidium Trojæ octoginta acciderunt.* Tatianus, Orat. *contra Græcos.* Τούτων δὲ οἱ περὶ Κράτητα πρὸ τῆς Ἡρακλειδῶν καθόδου φασὶν αὐτὸν ἠκμακέναι, μετὰ τὰ Τρωϊκὰ ἐνδοτέρω τῶν ὀγδοήκοντα ἐτῶν. *Ex istis Crates, ante Heraclidarum reditum floruisse Homerum tradit, intra octoginta annos post bellum Trojanum.* Eodem modo Vellejus, *lib.* I. Clemens, *Strom.* I. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. XIII. cap. CCCCXCI. Nonnulli extendunt tempus, & centum ac viginti annos, alii, centum & octoginta nobis memorant. Clemens, *Strom.* I. Ἀπὸ Τροίας ἁλώσεως, ἐπὶ τὴν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι, ἢ ἑκατὸν ὀγδοήκοντα. *A captivitate Trojæ, ad Heraclidarum reditum, anni centum & viginti, vel centum octoginta.*

CAP. IX.

Duo semper Spartæ reges. Ampelii de illis locus emendatus. Duarum regiarum Spartæ familiarum origo: e quarum prima, oriundi, Ἀγιάδαι, *sive* Ἀγίδαι, *appellati, a secundo rege Agide, Eurysthei, sive Eurysthenis, filio. Eorum monumenta, ubi: isque locus,* Ἀγιάδαι *nuncupatus. Et Eurystheus ille quidem, regnum annos quadraginta duos tenuit. Ejus domus: ab Aristodemo patre structa, posteaque ab Agesilao rege habitata. Successit ei filius, Agis; qui regnavit annum unicum: sicut Echestratus, ejus filius, triginta quinque. Huic, Labotas successit: qui est aliis Leobotes. Herodoti de eo error indicatus. Huic, successit filius, Doryssus: atque illi, Agesilaus: Tempus regni utriusque. Doryssus, aliis Doryssæus, vel Doryagus, nominatur. Pausaniæ duplex error ostensus. Agesilao, successit Archelaus: deque ejus regni annis emendatus Marianus Scotus. Archelao, succedit Teleclus; deque eo Diodori Siculi locus emendatus: huic, Alcamenes; qui regnavit annos septem & triginta; sicut iste, quadraginta.*

POST Heraclidarum reditum, quem jam pluribus enarravi, duos semper reges sibi Lacedæmonii habuerunt: neque aliunde legere eos licitum. Inde Nazarius, in *Panegyrico Constantini. Nec Lacedæmoniis magis licuerit hoc instituto remp. suam tueri, cum regem nisi ex stirpe Herculis, non haberent.* Ac de regibus duobus, elegans est Mamertini iste locus, in *Panegyrico Maximiani. Sic fit, ut vobis tantum imperium sine ulla æmulatione commune sit, neque ullum vos discrimen esse vitæ patiamini; sed plane, ut gemini illi reges Lacedæmonis Heraclidæ, rempublicam pari sorte teneatis.* Et initium regni Laconici hic ab Eusebio constituitur: cum apud Hebræos Samuel, & Saul, rerum potirentur. Itaque hunc sequûtus Beda, lib. de *Temp. Samuel, & Saul, annis* XXXII. *Lacedæmoniorum regnum exoritur.* Quæ totidem verbis Isidorus Hispalensis, in *Chronico*, & Lambertus Schafnaburgensis. Honorius, *De imag. mundi*, lib. III. *Samuel judicat Israel duodecim annis. Lacedæmonium regnum tunc oritur.* Nec aliter Marianus Scotus, *l.* I. *æt.* III. Primi autem duo reges fuerunt, Eurysthenes, & Procles: ut ostendam in sequentibus. In præsens emendandus est Ampelii de illis locus, in libro Monoriati. *Eurysthenes, & Procles, gemini: qui, genus ab Heraclidis deducentes primus, parte regna regnaverunt.* Restituo, *qui, genus ab Heraclidis deducentes, primi Spartæ regnaverunt.* Illud *regna*, est ab oscitante librario, qui duas primas Syllabas dictionis *regnaverunt*, negligenter geminaverat: cætera emendatio, clara est, & certa. Primus vero familiæ primæ, fuit

EURYSTHENES, sive EURYSTHEUS, ut ab aliis appellatur: qui regnavit annos quadraginta duos. Eusebius. Λακεδαιμονίων πρῶτος ἐβασίλευσεν Εὐρυσθεύς, ἔτη μβ'. Quæ sic vertit Hieronymus. *Lacedæmoniorum primus Eurystheus, annis* XLII. Marianus Scotus. *In Lacedæmone primus regnavit Eurystheus, annis* XLII. Ab hoc reges ejus familiæ Εὐρυσθενίδαι appellati. Auctor Anonymus, *De Regibus Lacedæmoniorum*, quem, a Casaubono exhibitum, ex illustri Bibliotheca Christianissimi Galliæ regis, Scaliger in lucem dedit, cum Eusebianis suis. Πρῶτος, Εὐρυσθένης Ἀριστοδήμου, ἑνὸς τῶν Ἡρακλειδῶν· ἀφ' οὗ πρῶτος οἶκος βασιλέων Εὐρυσθενίδαι ἐκλήθησαν. *Primus, Eurysthenes Aristodemi, unius ex Heraclidis: a quo reges primæ familiæ Eurysthenidæ nuncupati.* Ejus domus memoratur; & inhabitata regi postea Agesilao. Cornelius Nepos, in *ejus Vita. Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes, progenitor majorum suorum, fuerat usus.* Ac videtur ab Aristodemo structa, ejus patre. Indicat Plutarchus illud, in *Agesilai Vita*, ubi de illius domo. Οὐκ οἰκίας (ἤλλαξε) κατασκευήν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν, οὕτως οὔσας σφόδρα παλαιάς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Ἀριστόδημος. *Haud (mutavit) domus fabricam, sed reliquit etiam fores, quæ adeo vetustæ erant, ut hæ ipsæ viderentur, quas Aristodemus apposuerat.* Successit ei filius

AGIS: a quo reges insecuti Ἀγίδαι dicti; sive, ut alii Ἀγιάδαι. Pausanias. Εὐρυσθένει, πρεσβυτέρῳ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων ἡλικίαν, γενέσθαι λέγουσιν υἱὸν Ἆγιν. ἀπὸ τούτου δὲ, τὸ γένος τοῦ Εὐρυσθένους καλοῦσιν Ἀγίδας. *Eurystheni, filiorum Aristodemi natu maximo, filium fuisse dicunt Agin: ab hoc vero Eurysthenis posteros vocant Agidas.* Anonymus, *De Reg. Lacedæm.* Δεύτερος, Ἆγις. ἀπὸ τούτου οἱ Εὐρυσθενίδαι καλοῦνται καὶ Ἀγίδαι. *Secundus, Agis. Ab hoc Eurysthenidæ vocantur etiam Agidæ.* Meminit Plutarchus, in *Lysandro*, & Themistius, *Orat.* I. Ac sepulcra illis propria erant, juxta Theomelidam. Pausanias. Καλεῖται δὲ ἐν τῇ Σπάρτῃ Θεομηλίδα χωρίον. κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως, τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσί. *Est Spartæ vicus Theomelida. In hac urbis parte, sepulcra sunt regum Agiadarum.* Meminitque iterum postea. Εἰς τοῦτον τὸν Δρόμον ἰόντι ἀπὸ τοῦ τάφου τῶν Ἀγιδῶν, ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ μνῆμα Εὐμέδους. *In Dromum hunc eunti a sepulcro Agidarum, ad sinistram monumentum est Eumedis.* Estque sine dubio hic ipse locus, Ἀγιάδαι, ea ex re, appellatus. Hesychius. Ἀγιάδαι, τόπος ἐν Λακεδαιμονίᾳ. *Agiadæ, locus Lacedæmoniæ.* Quæ totidem verbis *Etymologici* quoque Auctor. Sub hoc rege, Lacedæmonii una cum Patreo urbem Patras in Achaja condidere: ut Pausanias nos docet, in *Laconicis*, & *Achaicis*, & Anonymus, *libro citato*. Regnum vero Agis iste annum tantum unum tenuit, ut Eusebius nobis tradit; & ex eo Marianus quoque Scotus. Dicitur vero *Hegesis* Herodoto, *l.* VII. Successit filius

ECHESTRATUS. Anonymus, lib. *De Reg. Laced.* Τρίτος, Ἐχέστρατος, ὁ τοῦ Ἄγιδος. *Tertius, Echestratus, filius Agidis.* Indicat etiam Pausanias. Ἐπὶ δὲ Ἐχεστράτου, τοῦ Ἄγιδος, βασιλεύοντος ἐν Σπάρτῃ. *Sub Echestrato vero, Agidis filio, Spartæ regnante.* Sub hoc ejecti sedibus suis Cinyrenses: ut Pausaniæ, & Anonymo, memoratur. Regnavit autem annis quinque, & triginta. Eusebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε τρίτος Ἐχέστρατος, ἔτη λε. Hieronymus. *Lacedæmoniorum tertius Echestratus, annis* XXXV. Marianus Scotus. *Lacedæmoniorum secundus,*

Agis, anno regnavit uno. Post quem tertius, Echestratus, annis triginta quinque. Meminit ejus & Herodotus, *lib.* VII. Successit vero filius

LABOTAS. Anonymus, *De Reg. Laced.* Τέταρτος, Λαβώτας, ὁ Ἐχεστράτου. *Quartus, Labotas, Echestrati filius.* Pausanias. Ἔτεσι δὲ ὕστερον οὐ πολλοῖς, Λαβώτας, ὁ Ἐχεστράτου, τὴν ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Σπάρτῃ. *Annis vero nonnullis post, Labotas, Echestrati filius, Spartæ principatum tenuit.* Meminit ejus & Herodotus, cui *Leobotes* dicitur, Dorica dialecto, *lib.* I. Αὐτοὶ δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον, ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου μὲν ἑωυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. *Ipsi Lacedæmonii dicunt, Lycurgum, qui Leobotæ, nepotis ex fratre, tutor fuit, & regnavit apud Spartanos, hæc e Creta attulisse.* Quem locum respexit Pausanias, istis verbis. Ἡρόδοτος, ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Κροῖσον, ὑπὸ Λυκούργου, τοῦ θεμένου τοὺς νόμους, φησὶν, ἐπιτροπευθῆναι παῖδα ὄντα. Λεωβώτην δὲ οἱ τίθεται τὸ ὄνομα, καὶ οὐ Λαβώταν. *Herodotus ubi de Crœso verba facit, dicit, sub Lycurgi, qui leges tulit, tutela eum fuisse, cum puer esset: & Leoboten, non Labotam, ipsum appellat.* Et Leobotes, etiam Mariano dicitur. Sed Herodoti, qui nepotem Lycurgi ex fratre facit, & tutorem item illum ejus nominat, est memoriæ magnus lapsus: siquidem, Leobote puero, necdum natus erat Lycurgus, quem sub rege Archelao, anno regni ejus tricesimo, leges demum suas tulisse, doceo *Laconicarum Antiquitatum* lib. II. cap. I. Ac tricesimus iste Archelai annus, erat a Labotæ morte tertius jam & centesimus. Insuper, nec patruus Labotæ hujus potuit Lycurgus esse, cum is ex Agidis foret, ipse vero Eurypontidis, regis Polydectis frater. qui, cum moriens filium posthumum, Charilaum, seu Charillum, ut alii scribunt, reliquisset, hujus mox tutorem egit. Hoc verissimum est: ut ostendam, cum de eo sum acturus. Itaque Herodoti est manifestus satis error, qui, pro Charilao rege, Leoboten, Lycurgi pupillum facit. Regnavit autem hic Labotas annis septem & triginta. Eusebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε τέταρτος Λαβώτης, ἔτη λζ΄. Hieronymus. *Lacedæmoniorum quartus regnavit Labotes, annis* XXXVII. Eodem modo est apud Marianum Scotum. Ejus apophthegma quoddam memoratur a Plutarcho, inter Laconica. Post hunc, filius

DORYSSUS regnum tenuit. Anonymus, *De Reg. Laced.* Πέμπτος, Δόρυσσος, ὁ Λαβώτα. *Quintus, Doryssus, Labotæ filius.* Regnavit autem annos novem & viginti. Eusebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσε πέμπτος Δόρυσσος ἔτη κθ΄. Hieronymus. *Lacedæmoniorum quintus Doryssus, annis* XXIX. Herodoto, Doryagus dicitur, *lib.* VII. ac Clementi Doryssæus, *Strom.* I. Meminit Pausanias ejus; non duntaxat in *Laconicis*, verum etiam *Messenicis*: sed Doryssus utrobique, ut Eusebio, Hieronymo, & Anonymo, appellatur. Apud Marianum Scotum, est Doriachus. *Lacedæmoniorum quintus Doryachus, annis* XXIX. Ejus filius,

AGESILAUS I. succedebat. Anonymus. Ἕκτος Ἀγησίλαος, ὁ Δορύσσου. *Sextus Agesilaus, Doryssi.* Regnavit annis quatuor & quadraginta. Eusebius. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἕκτος Ἀγησίλαος, ἔτη μδ΄. Hieronymus. *Lacedæmoniorum sextus Agesilaus, annis* XLIV. Marianus. *Lacedæmoniorum sextus Agesilaus annis* XLIV. *regnavit.* Itaque Pausaniæ est manifestus satis error, qui Doryssum istum, patrem, & Agesilaum, filium, haud diu vixisse tradit, illis verbis. Τοὺς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντας τῆς οἰκίας ταύτης, Δορυσσὸν τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου, δι᾽ ὀλίγου σφᾶς τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν ἀμφοτέρους. *At qui ex ea familia deinde regnarunt, Doryssus, Labotæ filius, & Doryssi Agesilaus, intra breve uterque tempus decesserunt.* Nam quo modo dici illi decessisse intra breve tempus possunt, qui regnarunt annos tres & septuaginta? Eodem modo, quod subjungit; Ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους, ἐπὶ τῆς Ἀγησιλάου βασιλείας. *Tulit vero etiam Lacedæmoniis Lycurgus leges regnante Agesilao.* Etiam hic est magnus error: uti clare docui, *Laconic. Antiqu.* lib. II. cap. V. Meminit vero Agesilai hujus Pausanias iterum, in *Messenicis*; ut & Clemens, *Strom.* I. Herodoto vero, utenti Ionica dialecto, Ἡγησίλεως nuncupatur, *lib.* VII. Successit autem ei filius

ARCHELAUS. Anonymus. Ἕβδομος, Ἀρχέλαος, ὁ Ἀγησιλάου. *Septimus, Archelaus, Agesilai filius.* Pausanias. Ἀγησιλάου δὲ παῖς ἐγένετο Ἀρχέλαος. *Agesilai vero filius fuit Archelaus.* Regnavit annis sexaginta. Λακεδαιμονίων ἕβδομος ἐβασίλευσεν Ἀρχέλαος ἔτη ἑξήκοντα. Hieronymus. *Lacedæmoniorum septimus Archelaus, annis* LX. Corruptus numerus apud Marianum Scotum. *Lacedæmoniorum septimus Archelaus, annis* XL. Restitue, & transpone literas numerales, *annis* LX. Ejus anno tricesimo, latæ a Lycurgo leges, ut ostendo *Lacon. Antiquit.* lib. II. cap. V. Urbem Ægyn, adjuvante Charilao, alter familiæ regiæ, expugnavit: ut Pausanias commemorat, in *Laconicis*; & Anonymus, *De Reg. Laced.* Huic

TELECLUS successit, ejus filius. Anonymus. Ὄγδοος, Τήλεκλος, Ἀρχελάου. *Octavus, Teleclus, Archelai filius.* Regnum vero tenuit annos quadraginta. Eusebius. Λακεδαιμονίων ὄγδοος ἐβασίλευσε Τήλεκλος, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Lacedæmoniorum octavus Teleclus, annis* XL. Totidem verbis Marianus. Sub eo Lacedæmonii urbes finitimas, Amyclas, Pharin, & Geranthras, cum Achæi adhuc eas retinerent, bello in potestatem redactas everterunt. Pausanias. Ἀρχελάου δὲ ἦν Τήλεκλος· ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων, πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον, Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γεράνθρας, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. *Archelai autem filius erat Teleclus. Hujus temporibus urbes finitimas, Amyclas, Pharin, & Geranthras, bello captas, everterunt, cum Achæi illas adhuc obtinerent.* Ac de Amyclis, meminit Pindarus, *Isthm.* Od. VII.

> Ἢ Δωρίδ᾽ ἀποικίαν ἡνίκ᾽ ὀρθῷ
> Ἔστασας ἐπὶ σφυρῷ
> Λακεδαιμονίων· ἕλον δ᾽ Ἀμύκλας
> Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι.
> *An quando Doricam coloniam recto*
> *Constituisti in talo*
> *Lacedæmoniorum; ceperunt vero Amyclas*
> *Ægidæ, tui progenitores?*

Vitam finiit, interfectus a Messeniis, in fano Dianæ. Pausanias. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον τούτων, ἀπέθανεν ὑπὸ Μεσσηνίων Τήλεκλος, ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. *Non multo post hæc, Teleclus a Messeniis occisus est, in Dianæ fano.* Diodorus Siculus, ubi res Messeniorum narrat, in prælio cecidisse refert, *lib.* XV. Μετὰ δὲ ταῦτα, Τηλέκλου, τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων, ἀποθανόντος ἐν ἀγῶνι, κατεπολεμήθησαν ὑπὸ Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι. *Post hæc vero, cum Teleclus, Lacedæmoniorum rex, in acie cecidisset, Messenii a Lacedæmoniis sunt debellati.* Ita locum hunc restituo: male enim hodie editur, Μετὰ δὲ ταῦτα, Τηλεκλύτου βασιλέως τῶν Λ. *Post hæc vero, cum Teleclytus, rex L.* Meminitque ejus, in Dianæ Limnatidis fano interfecti, idem iterum Pausanias, in *Laconicis*, alio loco, & *Messenicis*. Apophthegma ejus quoddam memoratur a Plutarcho, in *Apophthegmatibus*. Telecli vero filius

ALCAMENES fuit: & post patrem regnum tenuit. Anonymus. Ἔνατος, Ἀλκαμένης, ὁ Τηλέκλου. *Nonus, Alcamenes, Telecli filius.* Regnavit autem annis septem & triginta. Eusebius Λακεδαιμονίων

ἐβασίλευσεν ἔννατος Ἀλκαμένης ἔτη λζ΄. Hieronymus *Lacedæmoniorum nonus Alcamenes, annis triginta septem*. Mariano, nescio unde sumpto nomine, LOCHO dicitur. Pausanias, ut solet, regem nominat, regni annos prætermittit. Τηλέκλου δὲ ἀποθανόντος, Ἀλκαμένης ἔσχεν ὁ Τηλέκλου τὴν ἀρχήν. *Teleclo autem vita functo, Alcamenes, Telecli filius, principatum tenuit.*

CAP. X.

Novem priorum regum Agidarum tempus, quo regnarunt, computatum. Cedreni, Eusebii, Bedæ, Mariani Scoti, Lamberti Scafnaburgensis, & Lucæ Tudensis, de defectu regni Lacedæmoniorum, magnus error. Procles, familiæ secundæ primus, Eurysthene fratre anno uno minus vixit. Utriusque inter se discordia, nisi in condenda Thera. Alcamenis filius, Polydorus. Ejus gesta; & collega, Theopompus: virtus item, atque cædes, a Polemarcho perpetrata. Honores, qui defuncto habiti. Domus, ab uxore vendita, & Βοώνητα appellata.

HABES, en, familiæ Agidarum primos reges, numero novem: ex quibus Eurysthenes primus, ut ostendi, regnum tenuit annos quadraginta duos, Agis unum, Echestratus triginta quinque, Labotas triginta septem, Doryssus viginti novem, Agesilaus quadraginta quatuor, Archelaus sexaginta, Teleclus quadraginta, Alcamenes triginta septem. Suntque anni universim trecenti quinque: ac rectissime computatum a Cedreno. Τότε δὲ Εὐρυσθεὺς ἐκράτει τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τεσσαράκοντα δύο. καὶ ἄλλοι μετ᾽ αὐτὸν ὀκτώ. τὰ δὲ πάντα ἔτη κατέσχεν ἡ ἀρχὴ αὐτῶν τριακόσια, καὶ εἴκοσι πέντε. *Tunc etiam Eurystheus regnum in Lacedæmonios tenuit annos quadraginta duos: aliique post hunc octo. Anni vero ejus regni universi trecenti viginti quinque.* Sed, Cedrene, an hic reges Lacedæmonii desierunt? Sic statuere videris, cum haud ullum esse subsecutum tradas. Verum, quod tu innuis tantum, alii aperte dicunt: & in prima Olympiade, in quam annus ultimus Alcamenis incidit, defecisse. Eusebius, ad illud tempus. Οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ἕως τοῦδε διήρκεσαν. Quæ sic vertit Hieronymus. *Lacedæmoniorum reges defecerunt.* Et alibi, *lib.* I. Λακεδαιμονίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Ἀλκαμένης, ἔτη λζ΄. Οὗτος τελευταῖος ἐστὶ τῆς πρώτης οἰκίας· τῆς δὲ δευτέρας οἰκίας, κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ἐβασίλευσαν, ἓξ βασιλεῖς. *Lacedæmoniorum nonus rex Alcamenes, annis* XXXVII. *Hic ultimus fuit primæ familiæ: e secunda vero, per eadem tempora, reges sex regnarunt.* In quibus verbis nihil recti, nihil veri est. Etenim nec primæ familiæ ultimus Alcamenes fuit, nec secundæ per hæc tempora sex duntaxat regnaverunt: cum Charilaus, qui illius septimus fuit, regnum tenuerit cum collega Archelao, item septimo prioris: uti constat ex Pausania, & Plutarcho. Et Eusebium sequuntur alii; Beda, Marianus Scotus, Lambertus Scafnaburgensis, & Lucas Tudensis. Sed profecto est hic manifestus error: ac fuere post Alcamenem, in quo illi defecisse regnum volunt, reges plurimi. Vide omnes, cum qui eum sunt secuti, tum familiæ secundæ, apud Pausaniam: qui recenset accurate universos in *Laconicis*: item Anonymum, pluribus jam citatum locis, & citandum etiam deinceps. Ego carptim quædam de nonnullis dicam, & quæ maxime memorantur. Inter duos priores reges, Procles quidem, ut junior, ita anno minus vixit, verum rebus gestis clarior. Cicero, *De divin.* lib. II. *Procles, & Eurysthenes, Lacedæmoniorum reges, gemini fratres fuerunt. Ac hi nec totidem annos vixerunt: anno Proclis vita brevior fuit, multoque is fratri rerum gestarum gloria clarior.* Et uterque animis inter se valde dissidebant: tantum in condenda Thera colonia concordes. Vide Pausaniam, hæc dicentem, in *Laconicis*. Sed ad reges Agidas jam revertamur: inter quos Alcameni patri, de quo dixi, successit filius,

POLYDORUS. Anonymus *de Reg. Laced.* Δέκατος, Πολύδωρος, ὁ Ἀλκαμένους. *Decimus, Polydorus, Alcamenis filius.* De eo, atque rebus ejus, sic Pausanias. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλκαμένους, Πολύδωρος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους, καὶ ἀποικίαν τε ἐς Ἰταλίαν Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐς Κρότωνα ἔστειλαν, καὶ ἀποικίαν ἐς Λοκροὺς, τοὺς πρὸς ἄκρᾳ Ζεφυρίῳ. καὶ ὁ πόλεμος, ὁ καλούμενος Μεσσηνιακὸς, Πολυδώρου βασιλεύοντος μάλιστα ἐς ἀκμὴν προῆλθε. *Alcamene autem mortuo, ejus filius Polydorus regnum adiit: & coloniam Lacedæmonii in Italiam deducere, cum Crotonem, tum & Locros, ad Zephyrium promontorium. Bellum etiam Messeniacum appellatum, regnante Polydoro maxime flagravit.* Quæ ex eo quoque Anonymus. Collega ei in regno fuit, ex altera familia, Theopompus, Nicandri filius, cujus ductu maxime id bellum gestum est. Pausanias, *ibidem*. Τοσοῦτον δ᾽ ἐν τῷ παρόντι μνησθησόμεθα αὐτῶν. τὰ πολλὰ ἡγήσασθαι Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ προτέρῳ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ Θεόπομπον, τὸν Νικάνδρου, βασιλέα ὄντα τῆς οἰκίας. *Tantum vero in præsens de iis referemus; primum adversus Messenios bellum maxima ex parte, Theopompi, alterius familiæ regis, ductu gestum esse.* Memoratque strategema Polydori, quo, dissidio cum collega Theopompo simulato, circumventos astu Messenios profligavit, Polyænus, *lib.* I. Rhetram utriusque refert Plutarchus, in *Lycurgo*. Ὕστερον μέντοι, τῶν πολλῶν ἀφαιρέσει, καὶ προσθέσει τὰς γνώμας διαστρεφόντων, καὶ παραβιαζομένων, Πολύδωρος, καὶ Θεόπομπος, οἱ βασιλεῖς, τάδε τῇ ῥήτρᾳ παρενέγραψαν· Αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δῆμος ἔροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας, καὶ ἀρχαγέτας, ἀποστατῆρας εἶμεν. *Postea, cum multi detrahendo, & addendo, decreta perverterent, & adulterarent, Polydorus, & Theopompus, reges, hæc inseruerunt rhetræ: Quæ prave populus rogaverit, ea senatui, ac principibus, retractandi jus esto.* Quin & apophthegmata quædam Polydori referuntur ab eodem hoc Plutarcho, inter Apophthegmata Laconica. Meminit ejus & Herodotus *l.* VII. Virtutem ejus, & commissam a Polemarcho quodam cædem, postquam bellum cum Messeniis confecisset, tradit Pausanias, istis verbis. Διαπεπολεμημένου δὲ τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου, καὶ ἤδη Λακεδαιμονίοις δορικτήτου τῆς Μεσσηνίας οὔσης, Πολύδωρον, εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρτῃ γνώμῃ Λακεδαιμονίων μάλιστα ὄντα τῷ δήμῳ· οὐ γὰρ βίαιον, οὔτε ὑβριστὴν, λόγον παρείχετο ἐς οὐδένα, ἐν δὲ ταῖς κρίσεσι τὰ δίκαια ἐφύλασσεν, οὐκ ἄνευ φιλανθρωπίας. ἔχοντος δὲ ἤδη Πολυδώρου λαμπρὸν ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὄνομα, Πολέμαρχος, οἰκίας ἐν Λακεδαίμονι ἀνὴρ οὐκ ἀδόξου, θρασύτερος δὲ, ὡς ἐδήλωσε, γνώμην, φονεύει τὸν Πολύδωρον. *Confecto autem bello Messeniaco, & redactis in potestatem Messeniis, spectatus erat apud Spartanos Polydorus, & acceptus maximopere Lacedæmoniorum populo: neque enim per vim unquam quicquam egerat, aut in ullum contumeliose dixerat, & justitiam in judiciis, non sine humanitate, observabat. Itaque cum clarum ejus inter Græcos universos nomen esset, Polemarchus, homo Spartanus, & familia non obscura, sed audacia, ut testatum ipse fecit, insignita, interfecit.* De interfecto, sic Anonymus, lib. *De Reg. Laced.* Ὁ δὲ Πολύδωρος, ὑπὸ Πολεμάρχου, ἀνδρὸς Λάκωνος, ἀναιρεῖται. *Polydorus vero, a Polemarcho, viro Lacedæmonio, e medio tollitur.* Interfecto, honores magnos Lacedæmonii decreverunt: inter quos & istud fuit, ut in iis, quæ deinde publice obsignanda forent, ejus imagine magistratus pro sigillo uteretur. Pausanias. Παρὰ δὲ τοῦ Ὀρέστου τὸν τάφον, ἐστὶν εἰκὼν Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένους. ὃν βασιλέων ἐς τοσοῦτο τιμῆς προήκασιν, ὥστε οἱ τὰς ἀρ-

χὰς ἔχοντες, ὁπόσα δεῖ σημαίνεσθαι, τοῦ Πολυδώρου σημαίνονται τῇ εἰκόνι. *Prope Orestis sepulcrum, est effigies Polydori, Alcamenis filii: cui, præ cunctis aliis regibus, tantum honoris tribuerunt, uti magistratus omnes, si quid obsignari oporteat, ea imagine Polydori obsignent.* Vides quoque, effigiem illi collocatam, juxta sepulcrum Orestis. Domus ejus, postquam interfectus esset, ab uxore bubus aliquot venum data, & Βοώνητα ea ex re appellata est. Idem Pausanias. Λακεδαιμονίοις δὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδόν ἐστιν, ὡς ἤδη λέλεκταί μοι, τὰ ὀνομαζόμενα Βοώνητα, Πολυδώρου ποτὲ οἰκία τοῦ βασιλέως. ἀποθανόντος δὲ, παρὰ τοῦ Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἐπρίαντο, ἀντιδόντες βοῦς. *In hac ipsa via, ut jam dixi, sunt Booneta, quæ vocantur. ea fuit regis Polydori domus: quam, eo mortuo, ab uxore ejus emerunt, datis in pretium bubus.* Respexisse Hesychius videri potest, ubi inquit. Βοώνητα, ἐπὶ ὠνῇ βοῶν δοθέντα. *Booneta, quæ, æstimato bubus pretio, venum data.*

CAP. XI.

Eurycrates I. sub quo se Messenii continuere. Ejus filius, Anaxander: sub quo, postquam defecissent, debellati, & Peloponneso ejecti, per ducentos nonaginta novem annos patria extorres egere: donec, victis pugna Leuctrica Lacedæmoniis, eam postliminio recuperarunt. Pausanias, Dinarchus, & Lycurgus, emendati. Eurycrates II. & Leon, reges: ac sub illis Lacedæmonii varie a Tegeatis profligantur, & affliguntur: quos debellant tamen tandem, sub Anaxandride rege, inventis Orestis ossibus: idque quando factum fuerit.

POST Polydorum, regnavit filius,

EURYCRATES I. Anonymus. Ἑνδέκατος Εὐρυκράτης, ὁ Πολυδώρου. *Undecimus, Eurycrates, Polydori filius.* Sub hoc se Messenii continuere. Ἐπὶ μὲν δὴ Εὐρυκράτους τοῦ Πολυδώρου βασιλεύσαντος, Μεσσήνιοί τε ἠνείχοντο ὑπήκοοι Λακεδαιμονίοις ὄντες, καὶ παρὰ τοῦ δήμου τῶν Ἀργείων οὐδέν σφισιν ἀπήντησε νεώτερον. *Eurycrate, Polydori filio, regnante, Messenii Lacedæmoniis æquo satis animo paruerunt; neque Argivorum populus novi quicquam adversus ipsos est molitus.* Meminit ejus etiam Herodotus *lib.* VII. Succedit illi filius,

ANAXANDER: cujus itidem Herodotus meminit, *libro citato*. Anonymus. Δωδέκατος Ἀνάξανδρος, ὁ Εὐρυκράτους. *Duodecimus, Anaxander, Eurycratis filius.* Sub hoc Messenii, cum se rursum commovissent, tota demum Peloponneso sunt ejecti. Pausanias. Ἐπὶ δὲ Ἀναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτους, (τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη Μεσσηνίους ἤλαυνεν ἐκτὸς Πελοποννήσου πάσης,) ἀφίστανται Λακεδαιμονίων οἱ Μεσσήνιοι. καὶ χρόνον μὲν ἀντέσχον πολεμοῦντες, ὑπόσπονδοι δὲ, ὡς ἐκρατήθησαν, ἀπῄεσαν ἐκ Πελοποννήσου. *Sub Anaxandro vero, Eurycratis filio, (etenim Messenios jam e Peloponneso tota fatum suum ejiciebat,) Messenii a Lacedæmoniis deficiunt. ac bellando aliquamdiu sustinebant; sed postremo superati, certis pactis, Peloponneso excesserunt.* Breviter Anonymus. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Ἀναξάνδρου,) Λακεδαιμονίων ἀφίστανται Μεσσήνιοι. *Sub hoc, (Anaxandro,) Messenii a Lacedæmoniis desciscunt.* Duravit autem bellum id viginti annis, uti notum ex Historia: & Messenii, patria ejecti sua, in exilio permanserunt; dum Epaminondas illos, superatis pugna Leuctrica Lacedæmoniis, revocavit, & Messenen instauravit. Ejecti autem Olymp XXVIII. anno I. Pausanias diserte dicit, in *Messenicis*. Ἑάλω δὲ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Capta autem est Ira, bellumque secundum Lacedæmoniorum cum Messeniis finem habuit, archonte Atheniensium Autosthene, anno primo Olympiadis vicesimæ octavæ.* Rem, non tempus, dicit iterum, in *Messenicis*. Ex altera familia, regnabat Anaxidamus, Zeuxidami filius. Idem Pausanias, in *Laconicis*. Ζευξιδάμου δὲ Ἀναξίδαμος ὁ παῖς ἐκδέχεται τὴν ἀρχήν. ἐπὶ τούτου Μεσσήνιοι φεύγουσιν ἐκ Πελοποννήσου, πολέμῳ τὸ δεύτερον κρατηθέντες ὑπὸ Σπαρτιατῶν. *Zeuxidami vero filius Anaxidamus regnum suscipit: eoque regnante Messenii, a Lacedæmoniis bello iterum superati, excedunt Peloponneso.* Restituti autem demum postliminio Olympiadis centesimæ secundæ anno tertio. Videre est apud Diodorum, *lib.* XV. memoratque idem Pausanias, in *Messenicis citatis*, aliquanto post. Κατῆλθον δὲ ἐς Πελοπόννησον οἱ Μεσσήνιοι, καὶ ἀνεσώσαντο τὴν αὐτῶν ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον μετὰ Εἴρας ἅλωσιν· Δυσνικήτου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Rediere autem in Peloponnesum Messenii, patriamque postliminio receperunt, ducentis & octoginta septem annis postquam Ira expugnata: Dysniceto quidem Athenis archonte, Olympiadis vero centesimæ secundæ anno tertio.* Sed corrupta sine dubio illa verba: siquidem ab Olympiadis vicesimæ octavæ anno primo, ad tertium centesimæ secundæ, anni sunt ducenti nonaginta novem. Computato, quisquis volet, & rem ita se habere deprehendet. Ergo omnino rescribendum, καὶ ἀνέσωσαν τὴν αὐτῶν, ἐννέα καὶ ἐννενήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. *Patriamque postliminio receperant annis ducentis nonaginta novem post.* Ac confirmat emendationem meam ipse Pausanias, in sequentibus mox verbis, ubi, numero rotundo, annos memorat trecentos; anno nempe trecentesimo, qui inceptus, pro completo computatur. Μεσσήνιοι δὲ ἐκτὸς Πελοποννήσου τριακόσια ἔτη μάλιστα ἠλῶντο. *Messenii vero extra Peloponnesum trecentis ad summum annis extorres agebant.* Neque tempus etiam Isocrates dicit, in *Archidamo*. Ἡμᾶς δὲ Μεσσήνης ἀποστεροῦσιν, οἱ πλεῖον ἢ διπλάσιον χρόνον, ἢ τοσοῦτον, τυγχάνομεν ἔχοντες αὐτήν. καὶ Πλαταιὰς μὲν, καὶ Θεσπιὰς, ἐχθὲς καὶ πρώην πεποιήκασιν ἀναστάτους· ταύτην δὲ, διὰ τριακοσίων ἐτῶν κατοικίζουσιν. *Nobis autem Messenam, quam duplo longius tenuimus, ereptum eunt: ac Platæas quidem, & Thespias, nuper admodum everterunt: hanc autem, post trecentos annos instaurant.* Dinarchus, oratione *in Demosthenem*, valde exerrat, annos dicens quadringentos. Τότε τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐνίκησεν ἡ τῶν Θηβαίων πόλις, τότε εἰς τὴν, ἀπόρθητον νομιζομένην εἶναι, Λακεδαιμονίων χώραν εἰσέβαλον. κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους πολλὰ, καὶ καλὰ, διεπράξαντο ἔργα. Μεσσήνην τετρακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν. *Tunc victoriam Leuctricam obtinuere Thebani; tunc Lacedæmoniorum regionem, quæ vastari nunquam posse putabatur, invaserunt: tum res multas, ac præclaras, gesserunt: Messenam quadringentesimo anno instaurarunt.* Sed, correctione levi, locum eum sic restituo, Κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους πολλὰ καὶ καλὰ, διεπράξαντο ἔργα, Μεσσήνην τε τριακοσιοστῷ ἔτει κατῴκισαν. *Tum res multas, ac præclaras, gesserunt, Messenamque trecentesimo anno instaurarunt.* Quin ulterius excedit Lycurgus oratione *in Leocratem*, & quingentos annos tradit. Μεσσήνην πεντακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον ἐκ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων συνοικισθεῖσαν. *Messenam quingentis annis post a quibusvis hominibus instauratam.* Sed & illic rescribendum, τριακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον. *Trecentis annis post.* Temere confusi a librariis numeri: neque enim rerum Græciæ adeo imperitum fuisse hunc Auctorem existimandum est. Anaxandro vero huic, in regno successit

EURYCRATES II. qui Herodoto Eurycratides, *lib.* VII. Anonymus, *De Reg. Laced.* Τρισκαιδέκατος, Εὐρυκράτης ὁ δεύτερος, ὁ Ἀναξάνδρου. *Decimus tertius, Eurycrates secundus, Anaxandri filius.*

Memorat ejus apophthegmata quædam Plutarchus, inter Laconica. Post hunc ejus filius,

LEO. Idem Anonymus. Τεσσαρεσκαιδέκατος, Λέων, Εὐρυκράτυς. *Decimus quartus, Leo, Eurycratis filius*. Sub utroque hoc, patre, ac filio, Lacedæmonii variis a Tegeatis cladibus affecti fuere. Pausanias. Αναξάνδρυ δὲ, υἱὸς Εὐρυκράτης γίνεται. Εὐρυκράτυς δὲ τῦ δϛτέρυ, Λέων. ἐπὶ τύτων βασιλϛόντων, Λακεδαιμόνιοι προσέπταιον ἐν τῷ πρὸς Τεγεάτας πολέμῳ τὰ πλείονα. *Anaxandro vero, filius Eurycrates nascitur; Eurycrati autem secundo, Leo. His regnantibus, pluribus Lacedæmonii cladibus a Tegeatis sunt affecti*. Anonymus, de solo Leone dicit. Meminit Eurycratis quidem etiam Herodotus, *lib.* VII. & Leonis item, *lib.* I. ac VII. Cujus quoque Hegesiclem collegam tradit, e familia secunda; ut & clades, quas intulerant Tegeatæ. Ecce verba, *libro* I. Επὶ γὰρ Λέοντος βασιλϛοντος, καὶ Ηγησικλέυς, ἐν Σπάρτῃ, τοὺ ἄλλυς πολέμυς ϛτυχέοντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, πρὸς Τεγεήτας μόνυς προσέπταιον. *Sub Leone, & Hegesicle, Spartæ regnantibus, Lacedæmonii, cæteris bellis prospere gestis, adversus solos Tegeatas infeliciter pugnarunt*. Ac de cladibus iterum postea. Αεὶ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) τῷ πολέμῳ ἑσσῶντο ὑπὸ Τεγεητέων. *Semper (Lacedæmonii) a Tegeatis vincebantur*. Adeo autem afflixere superatos Tegeatæ, uti agros, quos vastarant, denuo juberent chœnices tenentes colere. Libanius, in *Panegyrico Juliani*. Ην ἔτεμον Σπαρτιᾶται γῆν Τεγεατῶν, ταύτην εἰργάζοντο τοῖς νενικηκόσι χοίνικας ἔχοντες. *Spartani, quam Tegeatarum terram devastaverant, hanc ipsam colebant, ad victorum imperium chœnices gestantes*. Successit huic filius

ANAXANDRIDES. Anonymus. Πεντεκαιδέκατος, Αναξανδρίδης, ὁ Λέοντος. *Decimus quintus, Anaxandrides, Leonis filius*. Sub hoc, versa in melius fortuna, tandem plane Tegeatas debellarunt. Pausanias. Επὶ δὲ Αναξανδρίδυ τῦ Λέοντος, ἐπικρατέστεροι Τεγεατῶν γίγνονται τῷ πολέμῳ. *Regnante vero Anaxandride, Leonis filio, Tegeatas bello superarunt*. Illud autem quanam demum ratione factum fuerit, Orestis ossibus, monitu oraculi, quæsitis, & inventis, narrat fuse, in sequentibus statim verbis: & Herodotus, *lib.* I. Accidisse autem illud Olympiade quinquagesima, & octava, auctor nobis est Solinus *cap.* V. *Priscorum autem molem testantur etiam Orestis suprema: cujus ossa Olympiade quinquagesima, & octava, Tegeæ inventa a Spartanis, oraculo monitis*.

CAP. XII.

Anaxandridæ patri succedit Cleomenes I. & quæ gesserit: inter quæ ejectio Pisistratidarum. Huic succedit Leonidas, frater. Ejus pugna memorabilis ad Thermopylas, contra Persas. Quotus ab Hercule. Suidæ locus ea de re emendatus. Ejus uxor: Gorgo, aut Gorgone, dicta. Huic successit Plistarchus, admodum puer, sub Pausaniæ tutela. Thucydides conciliatus. Huic Plistonax succedit: qui dejectus, & reductus. Quam diu regnaverit. Huic ordine successere, Agesipolis I. Cleombrotus, Agesipolis II. & Cleomenes II.

ANAXANDRIDÆ successit filius CLEOMENES. Anonymus. Εκκαιδέκατος, Κλεομένης. Hic quæ gesserit, vide apud eundem Anonymum, & Pausaniam; a quo fuse memorantur. Inter cætera, Athenienses a Pisistratidis liberavit: quod, præter Pausaniam, Anonymumque, etiam Herodotus refert, *lib.* V. Quam graviter autem Argivos afflixerit, tradit Anonymus; & Pausanias, non duntaxat in *Laconicis*, verum & in *Corinthiacis*: meminitque item Aristoteles, *Politic.* lib. V. cap. III. Verum tamen, arma in urbem Argivorum infesta ducens, a mulieribus repulsus fuit: uti testis est Plutarchus, lib. *De Virt. Mul.* Refert Apophthegmata ejus Plutarchus, in *Apopthegm. Lac.* item strategema quoddam Polyænus, *lib.* I. tum res item ejus plures, & dejectum regno Demaratum, e familia altera regem, tradit Herodotus, *lib.* VI. & ex eo Athenæus, *lib.* X. ac Pausanias, in *Laconicis*: e quo etiam Anonymus. Tandem, in furorem actus, semet ipse interfecit: uti memorant, Herodotus, *lib.* VI. Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* Eustathius, *ad Iliad.* μ'. & *Odyss.* α'. Pausanias in *Laconicis*. Et Anonymus, in ejus rebus. Breviter meminit Aristides, in Oratione *de Concordia*. Καὶ τὴν Κλεομένυς τῦ Λακωνικῦ νίκην ἀναμένειν, ὃς τὸ αὐτῦ σῶμα κατεχόρδϛσεν, ἐκποδῶν ἀρξάμενος. *Et Cleomenis Lacedæmonii victoriam expectare, qui seipsum minutatim dissecuit, a pedibus exorsus*. Itaque postquam decessit, sine mascula prole ulla, successit ei

LEONIDAS, frater: celeberrimus pugna illa ad Thermopylas, contra Persas depugnata; cujus plurimi meminerunt. Anonymus. Επτακαιδέκατος, Λεωνίδας, Αναξανδρίδυ, Δωριέως ἀπ' ἀμφοτέρων τοκέων ἀδελφὸς, ὁ ἐν τῇ ἐς Θερμοπύλας μάχῃ ἡρωικῶς καταστρέψας τὸν βίον. *Decimus septimus, Leonidas, Anaxandridæ filius, Dorici ex utroque parente frater, qui in pugna ad Thermopylas heroica morte vitam finiit*. Est de eo corruptissimus Suidæ locus, per occasionem istam emendandus. Λεωνίδας, Λακεδαιμονίων βασιλϛὺς, Αναξανδρίδης, ἀφ' Ηρακλέυς η'. βασιλϛὺς. *Leonidas, rex Lacedæmoniorum, Anaxandrides, ab Hercule octavus rex*. Primo legendum, Αναξανδρίδυ, *Anaxandridæ*. Neque enim Anaxandrides cognomento dicebatur, sed erat Anaxandridæ filius: uti constat ex Herodoto, & Pausania; ac *citatis* Anonymi *verbis*. deinde, illud quoque falsum, octavum ab Hercule fuisse, cum vicesimus certe esset. Ecce testem mihi Herodotum, qui progeniem accurate valde memorat, ubi de hac pugna agit, *lib.* VII. Ο δὲ θωυμαζόμενος μάλιστα, καὶ παντὸς τῦ στρατϛματος μάλιστα ἡγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν, Λεωνίδης Αναξανδρίδεω, τῦ Λέοντος, τῦ Εὐρυκρατίδεω, τῦ Αναξάνδρυ, τῦ Εὐρυκράτεος, τῦ Πολυδώρυ, τῦ Αλκαμένος, τῦ Τηλέκλυ, τῦ Αρχέλεω, τῦ Ηγησίλεω, τῦ Δορυάγυ, τῦ Λεωβώτεω, τῦ Εχεστράτυ, τῦ Ηγήσιος, τοῦ Εὐρυσθένυς, τῦ Αριστοδήμυ, τῦ Αριστομάχυ, τῦ Κλεοδαίυ, τῦ Υλλυ, τῦ Ηρακλέυς. *Qui vero maxima in admiratione habebatur, duxque exercitus universi, Lacedæmonius erat, Leonides, filius Anaxandridæ, qui Leonis, qui Eurycratidæ, qui Anaxandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Agesilai, qui Doryagi, qui Leobotæ, qui Echestrati, qui Agidis, qui Eurysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui Cleodæi, qui Hylli, qui Herculis*. Vides ibi seriem generis. Ab Hercule I. est Hyllus, II. Cleodæus, III. Aristomachus, IV. Aristodemus, V. Eurysthenes, VI. Agis, sive, ut Herodotus appellat, Hegesis, VII. Echestratus, VIII. Leobotes, sive Labotas, IX. Doryagus, X. Agesilaus, XI. Archelaus, XII. Teleclus, XIII. Alcamenes, XIV. Polydorus, XV. Eurycrates, XVI. Anaxander, XVII. Eurycrates secundus, sive Eurycratides, XVIII. Leo, XIX. Anaxandrides, XX. Leonidas. Ergo mendum est a librario: qui, cum nimium festinaret, η'. pro κ'. nobis scripsit, lapsu admodum proclivi. Ejus Apophthegma quoddam memoratur a Plutarcho, in *Lycurgo*: ac plura alia, in *Laconicis*. Uxor illi, Gorgo nomine: cujus meminit idem Plutarchus, in *Lycurgo*, & *Apotbthegm. Lac.* item Herodotus, in ipso fine *libri* VII. Stobæo, ex *Chris*

Aristotelis, Gorgone dicitur, *Sermon.* VII. Filius

PLISTARCHUS fuit. Qui cum puer moriente patre esset, tutelam ejus Pausanias gessit; is qui Lacedæmonios ad Platæas ducebat, & inde classe in Hellespontum transmittebat. Vide Pausaniam, in *Laconicis*. Anonymus. Ὀκτωκαιδέκατος, Πλείσταρχος. τούτου ἐπιτροπεύων Παυσανίας, ὁ Κλεομβρότου μὲν υἱὸς, τοῦ δὲ Πλειστάρχου ἀνεψιὸς, Μαρδόνιον περὶ Πλαταιὰς ἐνίκησε. *Decimus octavus, Plistarchus. Hujus tutelam gerens Pausanias, Cleombroti quidem filius, at Plistarchi patruelis, Mardonium ad Platæas vicit.* Ac Thucydides idem refert, de Pausania verba faciens, *lib.* I. Καὶ φανερὸν μὲν εἶχον οὐδὲν οἱ Σπαρτιᾶται σημεῖον· οὔτε οἱ ἐχθροὶ, οὔτε ἡ πᾶσα πόλις, ὅτῳ ἂν πιστεύσαντες βεβαίως, ἐτιμωροῦντο ἄνδρα, γένους τε τοῦ βασιλείου ὄντα, καὶ ἐν τῷ παρόντι τιμὴν ἔχοντα. Πλείσταρχον γὰρ, τὸν Λεωνίδου, ὄντα βασιλέα, καὶ νέον ἔτι, ἀνεψιὸς ὢν, ἐπετρόπευσεν. *Et signum quidem evidens nullum Spartiatæ habebant, neque inimici, neque tota civitas: quo persuasi, supplicium sumerent de homine cum regii generis, tum impræsens constituto in dignitate. nam Plistarchi, Leonidæ filii, regis, atque adhuc pueri, postquam patruelis esset, tutelam gerebat.* Recte itaque Pausanias dicit: regem non fuisse. Παυσανίας δὲ, ὁ Κλεομβρότου, βασιλεὺς μὲν οὐκ ἐγένετο· ἐπιτροπεύων γὰρ Πλείσταρχον, τὸν Λεωνίδου, καταλειφθέντα ἔτι παῖδα, ἐς Πλαταιάν τε Λακεδαιμονίους ἤγαγε, καὶ ὕστερον ναυσὶν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον. *Pausanias vero, Cleombroti filius, rex quidem non erat, sed Plistarchi, Leonidæ filii, qui puer adhuc relictus, tutelam gerens, duxit Lacedæmonios ad Platæas, inde classe in Hellespontum.* Minus proprie Thucydides eum semel, iterumque, qui regnum pro pupillo gubernabat, regem vocat, *lib.* I. Ὑπὲρ Πλειστοάνακτος, τοῦ Παυσανίου βασιλέως, νέου ὄντος ἔτι. *Pro Plistoanacte, Pausaniæ regis filio, Lacedæmoniorum filio, adhuc puero.* Et postea. Πλειστοάνακτος, τοῦ Παυσανίου βασιλέως, Λακεδαιμονίων ἡγουμένου. *Plistoanacte, Pausaniæ regis filio, Lacedæmoniorum duce.* Diem obiit, vixdum annos pubertatis, atque regnum, consecutus: ac successit

PLISTOANAX, Pausaniæ tutoris filius. Pausanias. Πλείσταρχος μὲν, ὁ Λεωνίδου, νεωστὶ τὴν βασιλείαν παρειληφὼς, ἐτελεύτησε. Πλειστοάναξ δὲ ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ὁ Παυσανίου, τοῦ Πλαταιᾶσιν ἡγησαμένου. *Jam vero Plistarchus, in principio ipso regni diem obiit: tenuitque principatum Plistoanax, Pausaniæ filius, qui dux ad Platæas fuerat.* Anonymus. Ἐννεακαιδέκατος, Πλειστοάναξ, ὁ Παυσανίου. *Decimus nonus, Plistoanax, Pausaniæ filius.* Hic annis quatuordecim ante bellum Peloponnesiacum in exilium actus fuit; uti testis est Thucydides, *lib.* II. ac reductus postea valde honorifice; sicut idem nobis tradit, *lib.* V. Ejus Apophthegma quoddam, memoratur a Plutarcho, in *Lycurgo*. Obiit vero, Olymp. XCIII. anno I. postquam regnum tenuisset annos totos quinquaginta: uti refert Diodorus, *lib.* XII. Ei successit filius

PAUSANIAS. Anonymus. Εἰκοστὸς, Παυσανίας, ὁ Πλειστοάνακτος, *Vicesimus, Pausanias, Plistoanactis filius.* De eo vide, quæ Pausanias in *Laconicis*: qui ejusdem etiam in *Atticis* meminit. Eum in exilium actum a senatu, ephorisque, & collega item rege, Tegeam abiisse refert Pausanias. Accidisse autem id anno regni ejus decimoquarto, tradit Diodorus Siculus, *libro* XIV. in rebus Olymp. XCVI. anni III. istis verbis. Παυσανίας δὲ, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἐγκαλούμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἔφυγεν, ἄρξας ἔτη δεκατέσσαρα. *Pausanias vero, rex Lacedæmoniorum, a civibus accusatus, in exilium ivit, cum regnasset annos quatuordecim.* Meminit item Plutarchus, in *Agide*. Ac successit ei filius

AGESIPOLIS I. Pausaniæ vero, quando in exilium ibat, duo sane filii erant; Agesipolis, & Cleombrotus, ambo impuberes: itaque habiti sub tutela Aristodemi, genere proximi. Et adeptus pubertatem, regnum adiit; & illato Argivis bello, cum perficere id ex voto cælitus prohiberetur, in Olynthi obsidione diem obiit. Vide Pausaniam, & Anonymum. Bellum intulit etiam Mantinensibus, & eorum urbem cepit: ut videre est apud Pausaniam, in *Arcadicis*. Tenuit autem regnum annis quatuordecim, sicut pater. Diodorus subjungit *verbis citatis*. Τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος ὁ υἱὸς Ἀγησίπολις, ἦρξε τὸν ἴσον τῷ πατρὶ χρόνον. *Regnum vero suscipiens Agesipolis filius, totidem quot pater annis illud tenuit.* Ejus Apophthegma quoddam narrat Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* uti quoque strategema Polyænus, *lib.* II. Cum decederet sine liberis, successit

CLEOMBROTUS, frater. Vide narrantem hæc Pausaniam: qui in *Atticis* quoque refert. Anonymus. Εἰκοστὸς δεύτερος, Κλεόμβροτος, Ἀγησιπόλιδος ἀδελφός. *Vicesimus secundus, Cleombrotus, Agesipolidis frater.* Factum autem anno primo Olympiadis centesimæ: ut in ejus anni rebus tradit Diodorus, *lib.* XV. Meminit illius etiam Plutarchus, in *Agide*. Cecidit in pugna ista celeberrima, quæ ad Leuctra depugnata, contra Epaminondam quam fortissime præliatus, Olymp. CII. anno II. Vide ibi memorantem Diodorum, *lib.* XV. & Pausaniam in *Laconicis*, ac *Bœoticis*. Anonymus, ubi de ipso agit. Ἐπὶ τούτου ἡ ἐν Λεύκτροις ἐγένετο μάχη· ἧς ἀρχομένης, ἀνὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, ἔπεσε. *Sub hoc pugna ad Leuctra fuit: qua incepta, cum vir strenuus esset, cecidit.* Ejus Apophthegma quoddam refert Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* Successit filius

AGESIPOLIS II. teste Pausania, in *Laconicis*, *Atticisque*. Anonymus. Εἰκοστὸς τρίτος, Ἀγησίπολις, ὁ πρεσβύτερος τῶν Κλεομβρότου παίδων. *Vicesimus tertius, Agesipolis, Cleombroti filiorum natu maximus.* Eum non diu regnasse, neque liberos habuisse, dicit Plutarchus, in *Agide*. Ἐκ δὲ Κλεομβρότου, πάλιν ἄλλος Ἀγησίπολις ἦν, καὶ Κλεομένης. ὧν Ἀγησίπολις μὲν, οὔτε ἦρξε πολὺν χρόνον, οὔτε παῖδας ἔσχε. *Ex Cleombroto vero, rursum alius Agesipolis natus erat, & Cleomenes: e quibus Agesipolis quidem, neque diu regnum tenuit, neque liberos ullos habuit.* Diodorus, unicum duntaxat annum regnasse dicit, *libro citato*. Καὶ Ἀγησίπολις, ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, μετήλλαξεν, ἄρξας ἐνιαυτόν. *Et Agesipolis, Lacedæmoniorum rex vita decessit, cum annum tantum unum regnasset.* Ejus tria Apophthegmata refert Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* Successit autem illi frater

CLEOMENES II. Refert Plutarchus, in *citato* sæpius *Agide*; & Pausanias, in *Laconicis*, *Atticisque*. Anonymus. Εἰκοστὸς τέταρτος, Κλεομένης, ὁ τοῦ Ἀγησιπόλιδος ἀδελφός. *Vicesimus quartus, Cleomenes, Agesipolidis frater.* Regnum tenuit annos quatuor, & triginta. Diodorus, *libro citato*, ubi de excessu Agesipolidis agit. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Κλεομένης ὁ ἀδελφὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα, καὶ τέτταρα. *Principatum vero excipiens Cleomenes frater, regnavit annos triginta quatuor.*

CAP. XIII.

Cleomeni II. ſuccedit Areus. Ejus cum Cleonymo, Cleomenis filio, controverſia: tum & ſtatuæ, apud Elidem, duobus locis. Gortyniis, bello infeſtatis, fert ſuppetias. Apud Joſephum, Αρειος *ſcribitur: ejuſque epiſtola ad Oniam, ſummum Judæorum pontificem, memoratur. Huic Acrotatus ſuccedit: qui Chelidonidem, Cleonymi uxorem, ab ea amatus, redamabat. Parthenii locus emendatus. Fortitudo ejus bellica. Ad Megalopolin in prælio cæſus, filium reliquit, itidem Areum, & regnantem, ſub Leonida tutore.*

CLEOMENI II. ſucceſſit AREUS, ex filio majore Acrotato nepos. Anonymus. Εἰκοστὸς πέμπτος, Ἀρεύς, τοῦ Ἀκροτάτου, τοῦ Κλεομένους. *Viceſimus quintus, Areus, Acrotati filius, Cleomenis nepos.* Plutarchus, in *Agide, & Cleomene.* Κλεομένης δὲ, βασιλεύσας μετὰ Ἀγησίπολιν, τὸν μὲν πρεσβύτερον τῶν υἱῶν Ἀκρότατον, ἔτι ζῶν ἀπέβαλε· νεώτερον δὲ Κλεώνυμον, κατέλιπεν· ὃς οὐκ ἐβασίλευσεν, ἀλλ' Ἀρεύς, υἱωνὸς ὢν Κλεομένους, Ἀκροτάτου δὲ υἱός. *Cleomenes autem, qui poſt Ageſipolin regnavit, Acrotatum quidem, filiorum natu maximum, vivus etiam amiſit; ſed Cleonymum, minorem, ſibi ſuperſtitem reliquit: qui non regnavit, verum Areus, Cleomenis ex filio Acrotato nepos.* Pauſanias, in *Laconicis.* Κλεομένης δὲ ὁ νεώτερος, μετὰ τὸν ἀδελφὸν τελευτήσαντα ἔσχε τὴν ἀρχήν. γενομένων δὲ αὐτῷ παίδων, Ἀκροτάτου, καὶ μετ' αὐτὸν Κλεωνύμου, κατήγαγε τὸ χρεὼν Ἀκρότατον ἔτι πρότερον ἢ αὐτὸν Κλεομένη. καὶ, ὡς Κλεομένης ἀπέθανεν, ὕστερον ἐς ἀντιλογίαν ἀφίκοντο ὑπὲρ τῆς βασιλείας Κλεώνυμός τε ὁ Κλεομένους, καὶ Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου. δικάζουσιν οὖν οἱ γέροντες Ἀρεῖ τῷ Ἀκροτάτου, καὶ οὐχὶ Κλεωνύμῳ, πατρῴαν εἶναι τὴν τιμήν. *Cleomenes vero, natu minor, regnum poſt defunctum fratrem eſt adeptus. cumque filii ipſi eſſent, Acrotatus, & poſt illum Cleonymus, fato Acrotatus conceſſit ante Cleomenem. ac, Cleomene vita functo, mox de regno inter ſeſe contendebant, Cleonymus, Cleomenis filius, & Acrotati, Areus. itaque ſenatus ſtatuit; regnum ad Arei Acrotatum, non Cleonymum, pertinere.* Idem dicit quoque in *Atticis*: ſed ſententiæ, ſecundum Areum pronuntiatæ, in controverſia de regno, nullus meminit. Κλεομένους δὲ παῖδες γίνονται, πρεσβύτατος μὲν Ἀκρότατος, νεώτατος δὲ Κλεώνυμος. Ἀκρότατον μὲν οὖν πρότερον κατέλαβεν ἡ τελευτή. Κλεομένους δὲ ἀποθανόντος ὕστερον, ἐς ἀμφισβήτησιν κατέστησαν περὶ τῆς ἀρχῆς, Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου, καὶ Κλεώνυμος. *Cleomeni vero filii naſcuntur, major quidem natu, Acrotatus; minor autem, Cleonymus. Et Acrotatus quidem diem prior obit: Cleomene autem inde mortuo, inter ſe de principatu contenderunt Areus, filius Acrotati, & Cleonymus.* Ejus ſtatuas, duobus locis in Elide poſitas, refert Pauſanias, *Eliac.* II. Meminit vero Arei hujus; ſicut & Acrotati filii, qui ſucceſſit, Athenæus, *lib.* IV. ubi dicit, veterem illos Spartanorum diſciplinam corrupiſſe. Καὶ τούτων ἦρξαν οἱ μικρὸν πρὸ Κλεομένους βασιλεύσαντες, Ἀρεὺς καὶ Ἀκρότατος, αὐλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσαντες. *Et hoc primum inceperunt, qui paulo ante Cleomenem regnaverunt, Areus, & Acrotatus, aulicam licentiam æmulati.* Inde ſubjungit. Οὓς τοσοῦτον ὑπερῆράν τινες τῶν ἰδιωτῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ γενομένων κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τῇ πολυτελείᾳ τῇ καθ' αὐτοὺς, ὥστε δοκεῖν, τὸν Ἀρέα, καὶ τὸν Ἀκρότατον. εὐτελείᾳ πάντας ὑπερβεβληκέναι τοὺς ἀφελεστάτους τῶν πρότερον. *Quos adeo ſuperarunt homines quidam privati, qui tunc Spartæ habitabant, ſua magnificentia, ut Areus, & Acrotatus, frugalitate priores omnes ſuperaſſe videantur.* Gortyniis, bello laborantibus, opem tuliſſe memoratur, a Plutarcho, in *Vita Pyrrbi.* Ὁ δὲ Ἀρεὺς, οὐκ ἐτύγχανε παρών. ἀλλ'

A ἐν Κρήτῃ, Γορτυνίοις πολεμουμένοις βοηθῶν. *Areus vero, non aderat: ſed in Creta agebat, Gortyniis, bello impetitis, ſuppetias ferens.* Apud Joſephum, Αρειος ſcribitur: ejuſque Epiſtola, ad pontificem Judæorum ſummum, Oniam, memoratur, *Antiqu.* lib. XII. cap. IV. & V. ac lib. XIII. cap. IX. item Freculphum, *Chron.* Tom. I. lib. V. cap. IV. Areo vero, ad Corinthum interfecto, filius ſucceſſit

ACROTATUS. Anonymus. Εἰκοστὸς ἕκτος, Ἀκρότατος Ἀρέως. *Viceſimus ſextus, Acrotatus, Arei filius.* Plutarchus, in *Agide.* Ἀρέως δὲ πεσόντος περὶ Κόρινθον, υἱὸς ὢν Ἀκρότατος, τὴν βασιλείαν κατέσχεν. *Areo vero ad Corinthum profligato Acrotatus, qui filius erat, regnum accepit.* Vide etiam Pau-
B ſaniam, in *Laconicis.* Ejus Apophthegma quoddam refert Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* Cecidit vero hic in prælio, inito ad Megalopolin, cum tyranno Ariſtodemo, relinquens uxorem gravidam: quæ cum filium peperiſſet, cui

AREUS nomen fuit, is ſucceſſit, ac regnavit, ſub Leonida tutore. Et octavo anno exceſſit. Anonymus. Εἰκοστὸς ἕβδομος, Ἀρεὺς Ἀκροτάτου. Ὀκταέτης ἐτελεύτησε νόσῳ. *Viceſimus ſeptimus, Areus, Acrotati filius. Octennis ex morbo deceſſit.* De parentis apud Megalopolin nece, filiique poſthumi tutore Leonida, ſic in *Agide* Plutarchus. Ἀπέθανε δὲ καὶ οὗτος, (ὁ Ἀκρότατος,) ἡττηθεὶς μάχῃ περὶ τὴν Μεγάλην πόλιν
C ὑπὸ Ἀριστοδήμου τοῦ τυράννου, καταλιπὼν ἐγκύμονα τὴν γυναῖκα. παιδίου δὲ ἄῤῥενος γενομένου, Λεωνίδας ὁ Κλεωνύμου τὴν ἐπιτροπὴν ἔσχεν. εἶτα πρὶν ἐν ἡλικίᾳ γενέσθαι, τελευτήσαντος, οὕτως εἰς αὐτὸν ἡ βασιλεία περιῆλθεν, οὐ πάνυ τοῖς πολίταις, εὐάρμοστον ὄντα. *Mortuus vero etiam hic, (Acrotatus,) prælio victus apud Megalopolin a tyranno Ariſtodemo, uxorem relinquens gravidam. qua mox filium enixa, Leonidas, Cleonymi filius, tutelam accepit: ac, pupillo ante pubertatem mortuo, regnum ad eum, civibus non plane gratum, nec cum his convenientem, devolutum eſt.* Pauſanias, ubi Acrotatus quidem mortem obierit, aut quo modo, minime refert, ut nec conjugem reli-
D ctam item gravidam; verum, filium habuiſſe, nomine Areum: quo octavo ætatis ſuæ anno mortuo, Leonidam, tutorem prius, regem factum, plane ſenem. Ecce verba. Ἀρέως δὲ ἐγίνετο υἱὸς Ἀκρότατος, τοῦ δὲ Ἀρεύς, ὃς, ὀκτὼ μάλιστα ἔτη γεγονὼς, τελευτᾷ νόσῳ. καὶ, ἐλείπετο γὰρ τῆς Εὐρυσθένους οἰκίας γένος τὸ πρὸς ἀνδρῶν, Λεωνίδας, ὁ Κλεωνύμου, παντάπασιν ἤδη γέρων, τούτῳ διδόασιν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀρχήν. *Areo autem Acrotatus gignitur, huic vero rurſum Areus. Is, annos maxime octo natus, vita fungitur. & cum genus maſculum in familia Euryſthenis intercidiſſet, ſucceſſit Leonidas, Cleonymi filius, jam grandævus.
E Huic Lacedæmonii dedere imperium.* Hic Acrotatus, adoleſcens etiamnum, & formoſus, adamatus a Cleonymi uxore, eam invicem amabat. Parthenius, *Erotic.* cap. XXIII. Κλεώνυμος ὁ Λακεδαιμόνιος, βασιλείου γένους ὢν, καὶ πολλὰ κατορθωσάμενος Λακεδαιμονίοις, ἔγημε Φειλωνίδα, προσήκουσαν αὐτῷ κατὰ γένος, ταύτῃ σφοδρῶς ἐπιτεταγμένου τοῦ Κλεωνύμου, καὶ τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέροντος, τοῦ μὲν κατηλόγει. πᾶσα δὲ ἀνέκειτο Ἀκροτάτῳ, τῷ τοῦ βασιλέως υἱεῖ. καὶ γὰρ ὁ μειρακίσκος αὐτῆς ἀναφανδὸν ὑπεκαίετο, ὥστε πάντας ἀνὰ στόμα ἔχειν τὴν ὁμιλίαν αὐτῶν. *Cleonymus Lacedæmonius, qui regii generis erat, & præclare multa geſſit pro Lacedæmoniis, uxorem duxit Philonidam, propin-
F quam ſuam, quam cum arcte contineret, & amaret vehementer, illa ejus nullam rationem habuit: tota autem tenebatur amore Acrotati, regis filii. Etenim & adoleſcens palam eam deperibat, ut eorum conſuetudo omnibus in ore eſſet.* Sed corruptus ille locus; & legendum, ἔγημε Χελιδωνίδα. *Uxorem duxit Chelidonidem.* Auctor mihi eſt Plutarchus, narrans rem eandem, in *Pyrrbo.* Ὁ δὲ Κλεώνυμος, γένους μὲν ἦν βασιλικοῦ, δοκῶν δὲ βίαιος εἶναι, καὶ μοναρχι-

νὸς, οὔτε εὔνοιαν, οὔτε πίστιν εἶχεν, ἀλλ᾽ Ἀρεὺς ἐβασίλευε. καὶ τοῦτο μὲν ἦν κοινὸν ἔγκλημα, καὶ πρεσβύτερον, αὐτῷ πρὸς τοὺς πολίτας. γυναῖκα δὲ καλὴν, καὶ γένους βασιλικοῦ, Χελιδωνίδα, τὴν Λεωτυχίδου, πρεσβύτερος ὤν, ἔγημεν ὁ Κλεώνυμος. ἡ δὲ, Ἀκροτάτῳ, τῷ Ἀρέως ἐπιμανεῖσα, μειρακίῳ καθ᾽ ὥραν ἀκμάζοντι, λυπηρὸν ἐρῶντι τῷ Κλεωνύμῳ, καὶ ἄδοξον ὁμοῦ, παρεῖχε τὸν γάμον. οὐδένα γὰρ ἐλάνθανε Σπαρτιατῶν καταφρονούμενος ὑπὸ τῆς γυναικός. *Erat vero Cleonymus hic regia quidem e stirpe; sed, quod violentus esse, & solus velle dominari, videretur, nec amabat eum quisquam, neque fidem item habebat; ac communis hæc de eo, & antiqua, civium querela erat. Uxorem autem, forma insignem, & e regia familia, Chelidonidem, Leotychidæ filiam, Cleonymus, provectior jam ætate, duxerat. Hæc vero Acrotatum, Arei filium, perdite amans, adolescentem forma florentem, amanti Cleonymo acerbum simul & infame, matrimonium exhibebat. Neque enim, sperni ipsum ab uxore, quisquam erat Spartanorum, qui nesciret.* Ejus fortitudinis illustre exemplum, in pugna contra Pyrrhum editum, memoratur a Plutarcho in *citata Pyrrhi Vita*.

CAP. XIV.

Areo, Acrotati filio, succedit Leonidas tutor, & dejicitur a Cleombroto II. Quo vicissim item postea deturbato, iterum Leonidas in regnum redit, & Cleomenem inde filium sibi successorem habet: in quo stirps Agiadarum desiisse memoratur. Quanquam alii successisse filium ejus Aretam tradunt; alii autem, Agesipolin, Cleombroti ex filio Agesipolide nepotem. Pausaniæ, Diodori Siculi, & Polybii, dissidium conciliatum.

DEFUNCTO autem hoc Acrotato, ac post ipsum filio Areo, vix octenni, ut jam dixi, regnum accepit tutor ejus,

LEONIDAS II. ut apparet ex Plutarcho, & Pausania: quorum verba jam produxi. Sed non diu illud tenuit. quippe movit controversiam Lysander: & Cleombroto, qui Leonidæ filiam uxorem habuit, contra eum concitato, mox dejecit. Anonymus. Εἰκοστὸς ὄγδοος, Λεωνίδας, ὁ Κλεωνύμου, παντάπασι γέρων ὤν, ἐγκαλούμενος ὑπὸ Κλεομβρότου τοῦ γαμβροῦ ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Σπάρτης, ἐπαύθη τῆς ἀρχῆς. *Vicesimus octavus, Leonidas, Cleonymi filius, omnino senex, a Cleombroto genero de proditione Spartæ accusatus, regno dejectus est.* Hinc

CLEOMBROTUS II. regnum accipit. Anonymus idem. Εἰκοστὸς ἔννατος, Κλεόμβροτος, ὁ τοῦ Λεωνίδου γαμβρός. *Vicesimus nonus, Cleombrotus, Leonidæ gener.* Sed nec ille regni sui diu potens. nam non ita multis annis post id tempus, & in patriam, & in regnum, quo dejectus pridem fuerat, revocatus est Leonidas: ac defuncto post successit filius

CLEOMENES III. Stricte hæc Pausanias dicit, in *Laconicis*; ac diffuse memorantur a Plutarcho, in *Vita Agidis*: quem videre, operæ pretium est. Ejus vitam, atque cladem, tum & fugam in Ægyptum, obitumque ibi loci generosum, est videre apud Plutarchum, in *ejus Vita*, & Polybium, *lib.* V. Meminitque cum Pausanias, in *Laconicis* & *Corinthiacis*, tum Polybius, *lib.* IV. Justinus, *lib.* XXVIII. & Anonymus, *De Reg. Laced.* Et hic quidem primæ familiæ, Agidarum appellatæ, ultimus fuit, si Pausaniæ fidem habemus: qui familiæ ejus finem in hoc statuit, istis verbis. Γένους δὲ τοῦ Εὐρυσθένους, καλουμένων δὲ Ἀγιαδῶν, Κλεομένης, ὁ Λεωνίδου, βασιλεὺς ὕστατος ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ. *Ac familiæ quidem Eurysthenis, quæ Agiadarum dicta, Cleomenes, Leonidæ filius, ultimus rex Spartæ fuit.* Sed confusa hic Historia est: ac Cleomeni, quem regnasse annos sexaginta tradit, & menses decem, filium successisse Aretam: ac regnasse annos quadraginta quatuor, Diodorus Siculus dicit, *lib.* XX. in rebus Olymp. CXVII. anni IV. Κλεομένης δ᾽ ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἐτελεύτησεν· ἄρξας ἔτη ἑξήκοντα, καὶ μῆνας δέκα. τὴν δὲ βασιλείαν διαδεξάμενος Ἀρέτας υἱὸς, ἦρξεν ἔτη τέσσαρα πρὸς τοῖς τεσσαράκοντα. *Cleomenes autem, rex Lacedæmoniorum, diem obiit; cum regnasset annos sexaginta, & menses decem. in regno vero qui successit Aretas filius, tenuit illud annis quadraginta quatuor.* At Polybius, auctor maximus, subrogatum illi dicit Agesipolin, Cleombroti, quem Leonidæ dejecto successisse statim dixi, ex Agesipolide filio nepotem. Ecce verba, *lib.* IV. Οἵ γε (Λακεδαιμόνιοι) χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πάτρια, σχεδὸν ἤδη μετὰ τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ᾽ ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης· ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι, τά τε πλήθη καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. καὶ κατέστησαν οἱ κοινωνοῦντες ἔφοροι τῆς αἱρέσεως τοῖς στασιώταις, (οἱ καὶ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συνθέμενοι συμμαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν ἄρτι λόγον ἐποιησάμην,) τὸν μὲν ἕνα νομίμως, καὶ καθηκόντως, Ἀγησίπολιν· ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν δὲ Ἀγησιπόλιδος, τοῦ Κλεομβρότου. τὸν δὲ συνέβαινε βεβασιλευκέναι, καθ᾽ οὓς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν ἔγγιστα τῆς οἰκίας ταύτης. ἐπίτροπον δὲ τοῦ παιδὸς εἵλοντο Κλεομένην, Κλεομβρότου μὲν υἱὸν, Ἀγησιπόλιδος δὲ ἀδελφόν. *Hi sane (Lacedæmonii) præter alios, cum resp. ipsorum patriis tum legibus administraretur, tertio fere post Cleomenis fugam anno, reges Spartæ constituere, animum nunquam induxerunt: ac simul vero fama de Cleomenis morte accepissent, statim ad creandos reges se verterunt, populus juxta curiaque ephororum. Et constituerunt sane ephori, qui ejusdem cum seditionis auctoribus factionis erant, qui societatem inierant cum Ætolis, cujus modo mentio a me est facta, alterum quidem, rite sane, ac legitime, Agesipolin, puerum ætate quidem, sed Agesipolidis filium, Cleombroti nepotem. atque hic tenuerat regnum, cum Leonidas principatu excidisset, quia genere huic domui proximus esset, ac tutorem puero Cleomenem apposuerunt, Cleombroti filium, & Agesipolidis fratrem.* Vides hic dissensum Auctorum maximorum, quem non video qui conciliare possis. Collega autem Agesipolidi datus Lycurgus, ex non regia familia, corruptis largitione ephoris. Polybius, in sequentibus verbis. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου, ζῶντος δὲ Ἱππομέδοντος ἀκμὴν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου τοῦ Εὐδαμίδου, καὶ ἑτέρων δὲ πλειόνων ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀποτέρω μὲν τῶν προειρημένων, προσηκόντων δὲ κατὰ τὸ γένος, τούτους μὲν ἅπαντας ὑπερεῖδον, Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστησαν, οὗ τῶν προγόνων οὐδεὶς ἐτετεύχει τῆς προσηγορίας· ὃς, δοὺς ἑκάστῳ τῶν ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπόγονος, καὶ βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρτης. *Ex altera vero familia, cum ex Hippomedontis filia Archidamo, Eudamidæ filio, duo filii essent, viveretque adhuc Hippomedon, qui Agesilai filius, & Eudamidæ nepos erat, aliique etiam plures ex eadem domo essent, qui, remotiores quanquam, tamen genere contingebant, hosce tamen universos aspernati, faciunt Lycurgum regem: ex cujus majoribus nemo nomen illud nactus fuerat. sed hic, talento unicuique ephororum donato, Herculis progenies, & rex Spartæ, factus est.* Sed Lycurgus mox Agesipolidem dejecit regno, & tyrannidem invasit: ac sic porro sub tyrannis Sparta fuit, ut mox dicam, cum familiæ alterius reges exhibuero.

CAP.

CAP. XV.

Altera familia regia, cujus princeps Procles erat, seu Patrocles: cui successit filius, Sous. Herodoti locus restitutus. Eurypon, sive Eurytion: a quo reges insequuti Eurypontidæ, seu Eurytionidæ, dicti: atque illud quam ob causam. Bellum gessit cum Arcadibus, & finivit strategemate. Polyænus emendatus. Post hunc, Prytanis regnum tenet: & infesta Cynurensibus, Argivisque, arma infert.

NUNC ad alteram familiam, cujus princeps Procles erat, seu Patrocles, filius Aristodemi, Eurysthenis, qui prioris caput, frater minor, transeamus. Anonymus, *De reg. Laced.* Βασιλέων Λακεδαιμονίων οἰκία ἡ ἑτέρα, οἱ λεγόμενοι Προκλεῖδαι, καὶ Εὐρυπωντίδαι. Πρῶτος, Προκλῆς, ὁ Ἀριστοδήμου. *Regum Lacedæmoniorum familia altera, qui Proclidæ, sive Eurypontidæ, dicti. Primus, Procles, Aristodemi filius.* Pausanias. Τὰ δὲ ἐς τὴν οἰκίαν τὴν ἑτέραν, τοιάδε ἤκουσα εἶναι. Προκλῆς, ὁ Ἀριστοδήμου, τὸ παιδίον τίθεται ὄνομα Σόον. *Quæ vero ad alteram familiam pertinent, sic habere se audivi. Procles, Aristodemi filius, filium adoptat, nomine Soum.* Primus itaque secundæ regum apud Lacedæmonios familiæ,

PROCLES fuit; ut apparet ex Pausania, aliisque. Ei successit filius, sed adoptivus, nomine

SOUS. Anonymus, *De reg. Lacedæm.* Δεύτερος, Σόος, Προκλέους παῖς θετός. *Secundus, Sous, Proclis filius adoptivus.* Et vides in Pausaniæ *citatis verbis.* Plutarchus, in *Lycurgi Vita.* Οἱ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλογοῦσιν· ἀλλὰ Πατροκλέους μὲν, τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον. Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα. *Plerique vero originem non sic deducunt: sed ex Patrocle, Aristodemi filio, natum Soum; Soo vero, Eurytionem.* Mutilus est Herodoti locus, exciditque ibi Sous, *lib.* VIII. Στρατηγὸς δὲ, καὶ ναύαρχος, ἦν Λευτυχίδης, ὁ Μενάρεος, τοῦ Ἡγησίλεω, τοῦ Ἱπποκρατίδεω, τοῦ Λευτυχίδεω, τοῦ Αναξίλεω, τοῦ Ἀρχιδήμου, τοῦ Ἀναξανδρίδεω, τοῦ Θεοπόμπου, τοῦ Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Προκλέος. *Præfectus exercitui terrestri, & navali, erat Leutychides, qui Menaris filius, qui Agesilai, qui Hippocratidæ, qui Leutychidæ, qui Anaxilai, qui Archidami, qui Anaxandridæ, qui Theopompi, qui Nicandri, qui Charilli, qui Eunomi, qui Polydectis, qui Prytanis, qui Euryphontis, qui Proclis.* Euryphon non fuit Proclis filius, sed ex Soo nepos: itaque defectum supple, & rescribe, τοῦ Εὐρυφῶντος, τοῦ Σόου, τοῦ Προκλέος. *Qui Euryphontis, qui Soi, qui Proclis.* Eo rege, redacti in servitutem Helotes, & Arcadiæ magna pars Laconicæ subjecta fuit. Plutarchus, in *Lycurgo.* Μάλιστα ἐθαυμάσθη Σόος, ἐφ' οὗ καὶ τοὺς Εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ χώραν προσεκτήσαντο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι. *Maxime in admiratione Sous fuit: sub quo Helotas Lacedæmonii in servitutem redegerunt, & ereptam Arcadibus partem non exiguam regionis suis finibus adjecerunt.* Vide aliud ejus factum, quod ibidem ille narrat, in sequentibus statim verbis. Eo vero vita functo regnum adiit filius,

EURYPON; sive, ut alii, EURITION: a quo posteri Eurypontidæ, sive & Eurytionidæ, appellati. Pausanias. Εὐρυπῶντα δὲ τὸν Σόου φασὶν ἐς τοσοῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυποντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτοῦ λαβεῖν, Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλουμένους. *Eurypontem vero, Soi filium, tantum gloriæ consecutum esse tradunt, ut familiæ ejus reges Eurypontidæ de illius nomine appellarentur, qui Proclidæ ante dicti.* Idem Anonymus quoque tradit, ubi de Euryponte hoc agit. Causa singillatim exponitur a Plutarcho; quod fastigium principatus inclinaret, & captaret populi gratiam. Verba ejus, in *Lycurgo*, ita habent. Ἀλλὰ καίπερ ἐπὶ τούτῳ θαυμάζοντες αὐτὸν, (τὸν Σόον,) οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, προσηγόρευσαν Εὐρυτιωνίδας. δοκεῖ γὰρ πρῶτος Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν, καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. *Sed quanquam eum (Soum) propter ista admirarentur, non ab ipso tamen familiam, verum a filio, Eurytionidas dixerunt. Videtur enim primus Eurytion quod in regno nimium monarchicum erat, demisisse, & ad populi gratiam conciliandam totum se composuisse.* Bellum gessit cum Arcadibus, quod finivit, Mantinea occupata strategemate: uti refert Polyænus, *lib.* II. Εὐρυτίων, βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, ὁρῶν τὸν πρὸς Ἀρκάδας πόλεμον μηκυνόμενον, στάσιν αὐτοῖς ἐμποιῆσαι μηχανώμενος, κήρυκα ἔπεμψεν, ἀγγέλλοντα, Λακεδαιμόνιοι παύονται πολεμοῦντες, ἐὰν τοὺς ἐναγεῖς ἐξελάσητε. τούτους δὲ εἶναι τοὺς Αἴγιναν ᾑρηκότας. οἱ δὲ τοῦ φόνου τὴν αἰτίαν ἔχοντες, προσδοκῶντες ὑπὸ τοῦ δήμου διωχθήσεσθαι, διὰ τὴν τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίαν, σὺν ἐγχειριδίοις ἐλθόντες, ἀπέσφαξαν, ὅσους ἠδύναντο. πολλοὺς δὲ συμμάχους προσεποιήσαντο, τὴν ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. οἱ δὲ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμήσαντες, προελθόντες παρετάξαντο. οἱ δὲ τὰ δήμου φρονοῦντες, ἡττηθέντες, πρὸς μέρος τι τοῦ τείχους καταφυγόντες, τὰς πύλας ἀνοίξαντες, Λακεδαιμονίους ἐδέξαντο. οἱ δὲ, κατέσχον τῇ στάσει Μαντίνειαν, ἧς τῷ πολέμῳ κρατεῖν οὐκ ἠδύναντο. *Eurytion, rex Lacedæmoniorum, videns bellum cum Arcadibus protrahi, ut factionem inter ipsos concitaret præconem misit, qui nuntiaret; Lacedæmonii a bello desistunt, si nocentes expuleritis. eos vero esse, qui Æginam ceperant. Itaque, qui rei cædis, metuentes, ne a populo, pacis studio, ad supplicium raperentur, cum pugionibus venientes, quotquot poterant, occiderunt. Multos etiam sibi socios adsciverunt, libertatem promittentes. Qui vero pacem concupierant, progressi, ad pugnam se instruebant: at qui a populi partibus stabant, victi, se ad mœniorum partem quandam recipiebant; &, apertis portis, Lacedæmonios admittebant. atque hi per factionem Mantineam occuparunt, quam non poterant bello capere.* Sed mendosus ille locus. nam qui isti, queis necesse, ut in partes suas traherent, libertatem polliceri? certe, servos hos fuisse, plane oportet. itaque rescribendum censeo, Δούλους δὲ συμμάχους προσεποιήσαντο, τὴν ἐλευθερίαν ὑπισχνούμενοι. *servos etiam sibi socios adsciverunt, libertatem promittentes.* Apud Herodotum, Euryphon scribitur, loco citato, *lib.* VIII. Successit autem ei filius

PRYTANIS: qui cum Cynurensibus prius, inde etiam cum Argivis, bellum gessit. Pausanias. Εὐρυπῶντος δὲ υἱὸς γίνεται Πρύτανις. ἐπὶ μὲν δὴ Πρυτάνιδος, τοῦ Εὐρυπῶντος, τὸ ἔχθος τε Λακεδαιμονίοις ἤρξατο τὸ ἐς Ἀργείους· καὶ, ἔτι τοῦ ἐγκλήματος τούτου πρότερον, Κυνουρεῦσιν ἐπολέμησαν. *Euryponti nascitur Prytanis: eoque regnante, Lacedæmoniis inimicitiæ cum Argivis sunt exortæ: & jam ante, quam Argivis crimini daretur quicquam, cum Cynurensibus bellum gesserant.* Quæ totidem fere verbis etiam Anonymus, *de reg. Laced.* Certe Prytanin Eurypontis etiam agnoscit filium Plutarchus, in *Lycurgi Vita.* Πατροκλέους μὲν, τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα. *Patroclis quidem, filii Aristodemi, fuisse Soum; Soi vero, Eurytionem.* Herodotus, *lib.* VIII. Τοῦ Πρυτάνιος, τοῦ Εὐρυφῶντος. *Qui Prytanis, qui Euryphontis.* Anonymus. Τέταρτος, Πρύτανις, ὁ Εὐρυπῶντος. *Quartus, Prytanis, Eurypontis filius.*

CAP. XVI.

Eunomus rex, & post illum Polydectes: sub quo utroque pax Lacedæmoniis constans. Eunomum Polydectis patrem esse: & Herodotus ea de re emendatus; ut & Suidas. Lycurgus, Eunomi filius, Polydectis frater, verum ex diversa matre. Simonidis, Phlegontis, & Joannis *Tzetzæ, error. Eunomus quomodo interierit. Polydectes, regno non diu potitus, moritur, uxore gravida: quæ cum filium peperisset, Charilaus ille a Lycurgo dictus, seu Charillus, & in regno constitutus. Ejus gesta, apophthegmata, & regni tempus.*

PRYTANIS vero postquam vita excessisset, regnum accepit filius,

EUNOMUS. Anonymus. Πέμπτος, Εὔνομος, ὁ Πρυτάνιδος. *Quintus, Eunomus, filius Prytanidis.* Et ab eo filius item

POLYDECTES. Idem Anonymus. Ἕκτος, Πολυδέκτης, ὁ Εὐνόμου. *Sextus, Polydectes, Eunomi filius.* Sub hoc Sparta in pace vixit. Anonymus subjungit. Ἐπὶ τούτου τοῦ Εὐνόμου ἐν εἰρήνῃ διετέλεσεν οὖσα ἡ Σπάρτη. *Sub hoc Eunomo pacem semper Sparta habuit.* Pausanias etiam de patris regno affirmat. Τὰς δ' ἐφεξῆς ταύτῃ γενεὰς, Εὐνόμου τε τοῦ Πρυτάνιδος, καὶ Πολυδέκτου τοῦ Εὐνόμου, βασιλευόντων, ἐν εἰρήνῃ διετέλεσεν οὖσα ἡ Σπάρτη. *Ac proximas quidem deinceps ætates, Eunomo scilicet Prytanidis, & Polydecte Eunomi filio, regnantibus, perpetua pax Spartanis fuit.* Meminitque utriusque regis, inter alios, etiam in *Corinth.* Καὶ τοῦ βασιλέως Νικάνδρου, τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιδος. *Et rege Nicandro, filio Charilli, Polydectis nepote, Eunomi pronepote, Prytanidis abnepote.* Eunomum Polydectis patrem fuisse, dicit etiam Plut. in *Lycurgo.* Προκλέους μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου, γενέσθαι Σόον. Σόου δὲ, Ἐρυτίωνα· τούτου δὲ, Πρύτανιν· ἐκ τούτου δὲ, Εὔνομον· Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην. *Proclis quidem, filii Aristodemi, filium fuisse Soum; Soi autem, Eurytionem; hujus, Prytanim; ex hoc inde natum Eunomum; & ex Eunomo Polydecten.* Itaque luxatus est Herodoti locus, incuria exscribentis librarii, qui Eunomum, Polydectis patrem, filium illius facit; & Charillum, filium Eunomi, qui Charilli avus erat. Ecce verba, *lib.* VIII. Τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Πρυτάνιος. *Qui Charilli filius erat, Eunomi nepos, Polydectis pronepos, Prytanidis abnepos.* Omnino sic restituendum, Τοῦ Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτεος, τοῦ Εὐνόμου, τοῦ Πρυτάνιος. *Qui Charilli filius erat, Polydectis nepos, Eunomi pronepos, Prytanidis abnepos.* Certe Charillus patrem Polydecten habuit, & non Eunomum: quod præter Pausaniam, ac Plutarchum, & Anonymum, etiam testatum nobis e Sosibio, Scriptore Lacedæmonio, Clemens facit, *Strom.* I. Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων, ἐν χρόνων ἀναγραφῇ, κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει. *Sosibius vero Lacedæmonius, in descriptione temporum, Homerum refert ad Charillum, Polydectis filium, cum regnaret annum octavum.* Ergo res est satis plana. Mutilus autem Suidæ locus, *in* Λυκοῦργος. Ἦν θεῖος πρὸς πατρὸς Χαριλάου, τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Εὐνόμου ἀδελφός. *Erat patruus Charilai, qui Spartæ rex fuit, Eunomi frater.* Restitue, Τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Πολυδέκτους, τοῦ Εὐνόμου, ἀδελφός. *Qui Spartæ rex fuit, Polydectis, Eunomi filii, frater.* Erat enim Eunomi Lycurgus filius, non frater, quanquam haud ex eadem matre. Nam uxores Eunomo fuere duæ: ac prognatus ex priore Polydectes; ex secunda, cui nomen Dianassa, Lycurgus. Plutarchus, in *ejus Vita.* Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην (γενέσθαι) ἐκ προτέρας γυναικός· Λυκοῦργον δὲ, νεώτερον, ἐκ Διωνάσσης. *Eunomo vero, Polydecten (natum esse) ex priore uxore; Lycurgum autem, minorem natu, e Dianassa.* Eunomi Lycurgum filium, etiam Ælianus facit, *lib.* XIII. *cap.* XXIII. Λυκοῦργος ὁ Λακεδαιμόνιος, ὁ Εὐνόμου παῖς, δικαίους βουλόμενος ἀποφῆναι τοὺς Λακεδαιμονίους, ὑπὲρ τούτου γε οὐ καλοὺς τοὺς μισθοὺς ἠρύσατο. *Lycurgus Lacedæmonius, Eunomi filius, justos reddere cupiens Lacedæmonios, haud mercedem ejus rei bonam retulit.* Nimis exerrabat Simonides, qui Prytanidis eum filium faciebat. Plutarchus, in *Lycurgo.* Καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς, οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος. *Ac Simonides poeta, Lycurgum non Eunomo patre natum dicit, sed Prytanide.* Eodem quoque modo Phlegon, in Fragmento *de Olympiis.* Λυκοῦργος δὲ, ὁ Λακεδαιμόνιος, υἱὸς ὢν τοῦ Πρυτάνιος. *Lycurgus vero Lacedæmonius, filius existens Prytanidis.* Errat & Joannes Tzetzes; qui Lycurgum Charilai, qui ex fratre nepos erat, fratrem facit, *Hist. Var.* Chil. VIII. cap. CCXXXVIII. Χάριλλος Λάκων ἀδελφὸς ὑπῆρχε τῷ Λυκούργῳ. *Charillus Laco frater erat Lycurgo.* Eunomus quidem quonam modo interierit, refert Plutarchus, in *citato* jam *Lycurgo.* Ἀνομία, καὶ ἀταξία, κατεῖχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον· ὑφ' ἧς καὶ τὸν πατέρα τοῦ Λυκούργου (τὸν Εὔνομον) βασιλεύοντα συνέβη τελευτῆσαι. διείργων γὰρ ἀψιμαχίαν τινα, μαγειρικῇ κοπίδι πληγεὶς, ἀπέθανε· τῷ πρεσβυτέρῳ παιδὶ, Πολυδέκτῃ, καταλιπὼν τὴν βασιλείαν. *Conculcatio legum, & confusio, Spartæ erat: ex qua patrem Lycurgi (Eunomum) regem mori contigit. cum enim manum conserentes dirimeret, cultro coquinario ictus, occubuit: filio majori natu, Polydectæ, regnum relinquens.* Interfecto itaque hunc in modum Eunomo, ei in regno successit filius, Polydectes. Sed non diu patri ipse supervixit; ac decessit, gravida relicta uxore: quæ dum pareret, regnum administravit Lycurgus, pro hærede, si forte filius nasceretur. Plutarchus, in *ejus Vita.* Ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου, (τοῦ Πολυδέκτου,) μετ' ὀλίγον χρόνον, ἔδει βασιλεύειν, ὡς πάντες ᾤοντο, τὸν Λυκοῦργον· καὶ πρίν γε τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν γενέσθαι κύουσαν, ἐβασίλευεν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο τάχιστα ᾔσθετο, τὴν μὲν βασιλείαν ἀπέφηνε τοῦ παιδὸς οὖσαν, ἄν περ ἄῤῥην γένηται, τὴν δ' ἀρχὴν αὐτὸς ὡς ἐπίτροπος διεῖπε. *Mortuo vero etiam, (Polydecte,) non multo post, regnum ad Lycurgum, ut existimabant omnes, pertinebat: ac priusquam uxorem fratris uterum constaret ferre, regnavit. simul autem id cognovit, pueri, si masculus is nasceretur, regnum esse declaravit: idque ceu tutor administravit.* Vide etiam Strabonem, *lib.* X. Et octavo mense post cum filium vidua Polydectis peperisset,

CHARILAUS, seu, ut alii, CHARILLUS, a Lycurgo appellatus, & rex publice salutatur. Vide Plutarchum, in *Lycurgo,* & *de fort. Alex.* lib. II. item Suidam, *in* Λυκοῦργος. Hic Argivorum terram devastavit, & bellum Tegeatis intulit: sicut auctor est Pausanias, in *Laconicis,* & Anonymus, *de Reg. Lacedæm.* Sed infelix illi ejus belli finis: quippe captus, & dimissus, ea lege, ne deinceps quid tentaret, fidem minime servavit: ut Pausanias idem refert, in *Arcadicis.* Ejus apophthegmata quædam refert Plutarchus, in *Lycurgo,* & *Apophthegm. Lac.* Sub hoc quidam floruisse Homerum volunt. Clemens, *Strom.* I. Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων, ἐν τῇ χρόνων ἀναγραφῇ, κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου, τοῦ Πολυδέκτου, βασιλείας Ὅμηρον φέρει. *Sosibius vero Lacedæmonius, in Descriptione temporum, exstitisse Homerum tradit anno regni Charilli, Polydectis filii, octavo.* Anonymus, de hoc Charilao verba faciens. Κατὰ τὸ ὄγδοον τῆς Χαρίλλου βασιλείας ἔτος Ὅμηρον γνωρίζεσθαι φησὶ Σωσίβιος ὁ Λάκων, ἐν χρόνων ἀναγραφῇ. *Circa octavum regni Charilli annum claruisse Homerum dicit Sosibius Lacedæmonius, in Descriptione temporum.* Regnavit autem annos sexaginta quatuor Clemens, *Strom.* I. Βασιλεύει μὲν δὲ Χάριλλος ἔτη ξ'

ξήκοντα τέσσαρα. *Itaque regnavit quidem Charillus annis sexaginta quatuor*. Et Anonymus. Ἑβδομος Χάριλλος, ὁ Πολυδέκτου, ἐβασίλευσεν ἔτη ἑξήκοντα. *Septimus, Charillus, Polydectis filius, regnavit annis sexaginta quatuor*.

CAP. XVII.

Nicander patri Charilao succedit. Teleclum collegam non habuit, sed Alcamenem. Pausaniæ error indicatus. Sub eo Olympia instituta: & bellum, in Argivos motum. Quot annis regnaverit. Succedit ei Theopompus, a quo ephori instituti. Huic succedit Leuxidamus, ex filio nepos: illi, filius Anaxiamus: cui mox Archidamus I. cui Agasicles, sive Hegesicles. Huic Aristo: cujus uxor formosissima, antea deformis maxime. Succedit filius, Demaratus: sed dejicitur. Leotychides, seu Leutychides, dejecto succedit; ipse quoque paria passus: & succedit Archidamus II. a quo bellum Archidamium nomen accepit. Ejus uxores: Lampido, & Eupolia. Plutarchi locus emendatus. Quam diu regnaverit.

POSTQUAM vita Charilaus excessisset, regnum accepit filius

NICANDER; & collegam ex familia priore Teleclum habuit: quem occisum a Messeniis in Dianæ fano supra memoravi. Pausanias. Μετὰ δὲ Χάριλλον τελευτήσαντα, Νίκανδρος ὁ Χαρίλλου διαδέχεται τὴν ἀρχήν. καὶ τὰ Μεσσηνίων ἐς Τήλεκλον, τὸν τῆς ἑτέρας βασιλέα οἰκίας, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Λιμνάδος συμβάντα, ἐπὶ Νικάνδρου γίνεται βασιλεύοντος. *Mortuo vero Charillo, Nicander, Charilli filius, regnum suscipit: quæque a Messeniis in Teleclum patrata, in Dianæ Limnadis fano, Nicandro regnante acciderunt*. Sed Pausaniam equidem memoria hic lapsum putem: cum mors Telecli potius inciderit in Charilli tempora, Nicandri patris. Nam Nicander, regnum adiit Alcamenis demum, Telecli filii, anno quarto. Estque certum ejus rei argumentum, quod Olympia instituta anno Alcamenis tricesimo septimo, ultimoque, qui Nicandri tricesimus quartus. Clemens, ex Sosibio Lacedæmonio, *Strom.* I. Βασιλεύει μὲν οὖν ὁ Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα· μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ἐννέα. τούτου κατὰ τὸ τριακοστὸν τέταρτον ἔτος τεθῆναι φησὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. *Ac regnavit quidem Charillus annos sexaginta quatuor: post quem filius Nicander annis novem & triginta. Ejus vero anno tricesimo quarto Olympiadem primam institutam esse dicit*. Argivis quoque hic Nicander bellum intulit, & pleramque regionem devastavit. Pausanias. Ἐσέβαλε δὲ καὶ ἐς τὴν Ἀργολίδα ὁ Νίκανδρος στρατιᾷ, καὶ τὰ πολλὰ ἐκάκωσε τῆς χώρας. *Etiam copias infestas in Argivorum terram duxit, & magnæ regionis parti malum dedit*. Regnavit vero annis novem & triginta: ut apparet ex Clemente, in *citatis* statim *verbis*. Anonymus. Ὄγδοος, Νίκανδρος ὁ Χαρίλλου, ἐβασίλευσεν ἔτη τριάκοντα ἐννέα. *Octavus, Nicander, Charilli filius, regnavit annis triginta novem*. Suidas, annum unum demit, ac triginta octo dicit. Μεθ' ὃν (ἐβασίλευσεν) ὁ Νίκανδρος ἔτη τριάκοντα ὀκτώ. *Post quem (regnavit) Nicander annis triginta octo*. Huic successit filius

THEOPOMPUS. Anonymus. Ἔνατος, Θεόπομπος, ὁ Νικάνδρου. *Nonus, Theopompus, Nicandri filius*. Ab hoc ephoros institutos, dixi *Antiq. Lac.* lib. II. cap. IV. Apophthegmata ejus quædam memorantur a Plutarcho, in *Lycurgo*, & *Apophthegm. Lac.* & lib. *ad indoctum principem*. Meminit ejus etiam Herodotus, *lib.* VIII. Eo regnante, cum Argivis de Thyreatum quoque finibus dimicatum est: verum prælio Theopompus non interfuit; partim senio impeditus, partim animi mærore, ob Archidami filii mortem: uti testis est Pausanias, in *Lac.* item Anonymus, *De Reg. Laced.* De ejus morte variatum. Myron enim Prienensis, bello cum Messeniis ab Aristomene cæsum tradit: uti auctor est Pausanias, in *Messenicis*. Sed refutat eum ille: & non nisi post id bellum, cui finem imposuerat, mortuum refert; ac defendit se Tyrtæi auctoritate. Certe inter trecentos fuisse, quos Jovi Ithomatæ Aristomenes immolavit, refert Clemens, in *Protreptico*. Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος τῷ Ἰθωμάτῃ Διῒ τριακοσίους ἀπέσφαξεν· ἐν οἷς καὶ Θεόπομπος ἦν, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεύς, ἱερεῖον εὐγενές. *Aristomenes Messenius Jovi Ithomatæ trecentos immolavit: in quibus etiam erat Theopompus, rex Lacedæmoniorum, nobilis victima*. Idem & Cyrillus tradit, *adversus Julianum*, lib. IV. Mortuo successit

ZEUXIDAMUS, ex Archidamo filio nepos. Anonymus. Δέκατος, Ζευξίδαμος, ὁ Ἀρχιδάμου, τοῦ Θεοπόμπου. *Decimus, Zeuxidamus, Archidami filius, Theopompi nepos*. Idem videre est apud Pausaniam. Huic rursum successit filius

ANAXIDAMUS: cujus tempore Messenii e Peloponneso ejecti. Anonymus; Ἑνδέκατος, Ἀναξίδαμος Ζευξιδάμου. Ἐπὶ τούτου Μεσσήνιοι φεύγουσιν ἐκ Πελοποννήσου, πολέμῳ τὸ δεύτερον ὑπὸ Σπαρτιατῶν. *Undecimus, Anaxidamus, Zeuxidami filius. Sub hoc Messenii, iterum bello a Spartanis superati, Peloponneso excedunt*. Idem tradit & Pausanias. Huic succedit

ARCHIDAMUS I. & illi AGASICLES: qui Herodoto Jonice HEGESICLES dicitur, libro primo, septimoque. Utriusque pacatum admodum regnum fuit: neque turbas habuit, aut dedit ullas: ut Pausanias, & Anonymus, nobis tradunt. Huic autem filius succedit,

ARISTO. De hoc memorat Pausanias, cum uxorem duxisset, maxime deformem, mulierem factam, formosissimam derepente evasisse, ope Helenæ. quod qua ratione factum, fuse tradit & Herodotus, *lib.* VI. Erat autem uxor tertia: quam duabus, quia steriles, superinduxit. Eam vero quonam modo ab Ageto, cui illa nupta erat, circumvento impetraverit, ab Herodoto itidem commemoratur, *libro citato*. Ex hac autem septimo ei mense natus est

DEMARATUS, qui succedit: sed dejicitur a Leutychide, quem Cleomenes, rex alterius familiæ, contra ipsum concitaverat, patris imprudentis dicto pro se usus. Strictim exponunt Pausanias, & Anonymus; & Herodotus prolixe, *lib.* VI. ubi & plura de eodem referuntur. Bello contra Argivos, cum in urbem pervenisset, & Pamphyliacum occupasset, a mulieribus ejectus fuit. Vide narrantem Plutarchum, lib. *De Virt. Mul.* Meminit ejus Sextus Empiricus, *contra Mathematicos* lib. I. cap. XII. Ejus apophthegmata quædam memorantur a Plutarcho, in *Apophthegm. Lac.* Atque ita

LEOTYCHIDES, qui Leutychides Herodoto, regno potitus, illud tenuit: sed non semper. nam Demarato pœnas dedit; &, ob crimen accusatus, Tegeam, relicto regno, fugere necesse habuit: atque illic tandem exul vitam finiit. Ejus res, Pausaniæ commemorantur, & Anonymo, tum Herodoto, *lib.* VI. Literas ad Spartanos arcanas, quibus illos certiores de exercitu Xerxis faceret, refert nobis Polyænus, *lib.* II. Meminit ejus & Thucydides, *lib.* I. & Diodorus, *lib.* XI. Successit vero

ARCHIDAMUS II. Leotychidæ e Zeuxidamo filio nepos: nam Zeuxidamus diem ante patrem obierat. Ejus res gestas, & sub ipso concitatum bellum Peloponnesiacum, breviter Pausanias refert: sed diffusius Thucydides, tribus prioribus libris. Adeoque primum ejus belli decennium, Ἀρχιδάμιος πόλεμος, *Archidamium bellum*, ab eo denominatum. Harpocration. Τὰ πρῶτα δέκα ἔτη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, Ἀρχιδάμιος ἐκλήθη πόλεμος· ὡς ἔοικεν, ἀπὸ τοῦ τὸν Ἀρχίδαμον εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλεῖν. *Priores decem anni belli Peloponnesiaci, Archidamium bellum sunt appellati: quia,*

ut videtur, Archidamus Atticam invasit. Quæ totidem quoque verbis Suidas, in Ἀρχιδάμιος πόλεμος, & Βρασίδας: meminitque ſtrictim etiam Auctor Etymologici, *in* Δεκελεικὸς πόλεμος. Ejus ſtrategemata quædam referuntur a Polyæno, *lib.* IV. Duas autem uxores habuit: unam Lampridonem, e qua filium Agidem ſuſtulit; alteram vero, Eupoliam, e qua natus Ageſilaus. Plutarchus, in principio *Ageſilai*. Ἀρχίδαμος, ὁ Ζευξιδάμου, βασιλεύσας ἐπιφανῶς τῶν Λακεδαιμονίων, κατέλιπεν υἱὸν ἐκ γυναικὸς εὐδοκίμου Λαμπριδοῦς, Ἆγιν· καὶ πολὺ νεώτερον ἐξ Εὐπωλίας, τῆς Μελεσιππίδα θυγατρός, Ἀγησίλαον. *Archidamus, Zeuxidami filius, qui præclare apud Lacedæmonios regnavit, reliquit filium ex illuſtri uxore Lampridone Agin; & multo minorem natu ex Eupoliæ, Meleſippidæ filia, Ageſilaum*. Sed corruptus leviter locus, etenim prioris uxoris nomen erat Lampido. Plato, in *Alcibiade* I. Οἶμαι δὲ, κἂν Λαμπιδὼ, τὴν Λεωτυχίδου μὲν θυγατέρα, Ἀρχιδάμου τε γυναῖκα, Ἄγιδός τε μητέρα, οἳ πάντες βασιλεῖς γεγόνασι, θαυμάσαι ἂν καὶ ταύτην. *Arbitror vero, etiam Lampidonem, Leotychidæ quidem filiam, Archidamique uxorem, & Agidis matrem, qui omnes fuerunt reges, hanc quoque admiraturam fuiſſe*. Herodotus item, *lib.* VI. Θυγάτηρ δὲ (Λευτυχίδου) Λαμπιδώ· τὴν Ἀρχίδημος ὁ Ζευξιδήμου γαμέει. *Filia autem (Leotychidæ) Lampido: quam Archidamus, Zeuxidami filius, uxorem duxit*. Altera harum exigua ſtatura fuit: propter quam mulctatus etiam ab ephoris, dictitantibus, Regulos eum, non reges gignere velle. Memorant cum alii iſtud, tum Plutarchus, in *Ageſilai Vita*, & lib. *De educ. puerorum*. Regnavit vero annos quadraginta duos. Diodorus, de eo verba faciens, *lib.* XII. Κατὰ δὲ τὴν Ἑλλάδα Ἀρχίδαμος, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, ἐτελεύτησεν, ἄρξας ἔτη τεσσαράκοντα δύο. *In Græcia autem Archidamus, rex Lacedæmoniorum, diem obiit, cum regnaſſet annos quadraginta duos*.

CAP. XVIII.

Succedit Archidamo filius, Agis I. iſque quam diu regnaverit. Uxor, Timæa: cum qua creditus Alcibiades conſueviſſe. Succedit frater, Ageſilaus II. cujus regnum clade Leuctrica infelix: ejuſque cauſæ quænam fuerint. Dionyſii Halicarnaſſei, Plutarchi, Ariſtidis, & Pauſaniæ, error. Quam diu vixerit, ac regnaverit.

SUCCESSIT vero Archidamo filius

AGIS I. De quo, ejuſque rebus, Pauſanias, Thucydides, Xenophon, & Diodorus. Ejus ſtrategemata quædam memorantur Polyæno, *lib.* I. Regnavit annos XXVII. Subjungit Diodorus, ad citata ante verba. Τὴν δὲ ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις, ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιεπτά. *Succedens vero in principatu Agis, regnavit annos viginti ſeptem*. Hujus uxor, Timæa erat: cui ſtuprum intuliſſe Alcibiades ferebatur. Meminit Plutarchus, in *Alcibiade*, *Lyſandro*, & *Ageſilao*, item, *De animi tranquillitate*. Vita exceſſit, adeo grandi ſenectute, ut, exhauſtis corporis viribus, lecto plurimum decumberet, uti memorat Plutarchus, extremo libro, *An ſeni ſit gerenda reſp.*. Illi vero, excluſo filio Leotychide, ſucceſſit frater

AGESILAUS II. De quo plurima Diodorus, ac Pauſanias: &, propriis libris, Xenophon, Cornelius Nepos, & Plutarchus: qui & apophthegmata quædam ejus refert, in *Apophthegm. Lac.* Strategemata memorantur Polyæno *lib.* II. & Frontino, *lib.* I. *cap.* XI. Sub hoc accidit pugna ad Leuctra; maxima Lacedæmoniorum clade, qua eorum principatus eſt everſus, memorabilis, Olymp. CII. anno II. Eſt videre apud Diodorum Siculum in illius anni rebus, *lib.* XV. & Pauſaniam, in *Arcadicis*. Cecidere vero eo prælio Lacedæmonii quater mille, cum Bœoti vix trecentos e ſuis deſiderarent. Diodorus Siculus, *loco citato*, ubi de ea pugna agit. Ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ, τῶν Λακεδαιμονίων οὐκ ἐλάττους τῶν τετρακισχιλίων, τῶν δὲ Βοιωτῶν, περὶ τριακοσίους. *Ceciderunt autem in prælio, Lacedæmoniorum haud pauciores quatuor millibus; Bœotorum vero, circiter trecenti*. Minuit numerum Dionyſius Halicarn. mille tantum, & ſeptingentos, eos dicens. Ecce verba, *lib.* II. Σπαρτιᾶται μέν γε, πταίσαντες μάχῃ τῇ περὶ τὰ Λεῦκτρα, ἐν ᾗ χιλίους καὶ ἑπτακοσίους ἄνδρας ἀπέβαλον, οὐκέτι τὴν πόλιν ἠδυνήθησαν ἐκ τῆς συμφορᾶς ταύτης ἀναλαβεῖν, ἀλλ' ἀπέστησαν τῆς ἡγεμονίας σὺν αἰσχύνῃ. *Spartani certe, poſt acceptam ad Leuctra cladem, in qua viros amiſerunt mille atque quadringentos, nunquam poſtea in integrum reſtituere civitatem potuere, ſed ceſſerunt principatu cum opprobrio*. Magis etiam Pauſanias; ubi mille, aut paullo plures tantum interfectos dicit: & Bœotos, vix deſideraſſe ſeptem & quadraginta. Ecce verba de hac pugna, in *Bœoticis*. Ἀπέθανον δὲ Θηβαίων, καὶ ὅσοι παρέμειναν Βοιωτῶν, ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἄνδρες· Λακεδαιμονίων δὲ αὐτῶν πλείους ἢ χίλιοι. *Occubuerunt de Thebanis, & Bœotis, qui permanſerant, viri quadraginta ſeptem; e Lacedæmoniis ipſis, plures mille*. Neque aliter Plutarchus, in *Ageſilai Vita*. Ἀπέθανον δὲ χίλιοι Λακεδαιμονίων, καὶ Κλεόμβροτος ὁ βασιλεὺς, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ κράτιστοι τῶν Σπαρτιατῶν. *Cæſi vero e Lacedæmoniis mille, atque rex Cleombrotus, ac fortiſſimi circa eum Spartanorum*. Ariſtides etiam, de re eadem, *Leuctrica* I. Εἰ γὰρ καὶ πάνδεινα πεποιήκασι Λακεδαιμόνιοι, καὶ πάσης μείζω τιμωρίας, ὁ καιρὸς αὐτοὺς, ὦ Ἀθηναῖοι, παραιτεῖται, καὶ τὸ μὴ καλῶς ἔχειν ὑμῖν ἐπιτίθεσθαι τοῖς ἀτυχήμασιν αὐτῶν. ὧν γὰρ πλείους μὲν ἢ χίλιοι τεθνᾶσι, ἀφεστᾶσι δὲ οἱ σύμμαχοι, κεκόσμηται δὲ τοῖς ὅπλοις τὰ τῶν Θηβαίων ἱερὰ, αἱ δὲ ἐλπίδες εἰς ἡμᾶς μόνους ἀνήρτηνται, πῶς ἄξιον αὐτόχειρας τούτων γενέσθαι, καὶ μὴ συνδιατηρῆσαι τὰς ὑπολοίπους ἀφορμάς; *Ut enim Lacedæmonii graviſſima quaque, & omni ultione majora, commiſerint, tamen tempora, o Athenienſes, deprecantur pro iis, nec vos decet illorum inſultare miſeriis. Nam quorum plures mille reciderunt, ſociique defecerunt, armis templa Thebanorum ſunt ornata, ſpes omnis in vobis eſt repoſita, eos quomodo poſſitis occidere, & illorum reliquias non conſervare?* Sed profecto magnus eſt eorum error, adſtruitque Diodoro fidem Xenophon: qui hoc prælio cecidiſſe plures refert, quam ſuperſtites remanſerint. Habe verba ejus, in *Ageſilao*. Αὐτῶν Σπαρτιατῶν οὐ μειόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, ἢ λειπομένων. *Cum ex Spartanis ipſis in pugna Leuctrica haud pauciores cecidiſſent, quam ſuperſtites manſiſſent*. Atqui Spartanorum civium octo millia fuiſſe, dicit rex Demaratus, apud Herodotum, *libro* VII. Et omnino veritati eſt conſentaneum, majorem numerum millenario fuiſſe, quo amiſſo, amiſſus principatus fuit, nec reſtitui deinde potuit. Quæ autem victoriæ potiſſima Bœotis cauſa tunc extiterit, a Plutarcho memoratur, *Sympoſ.* lib. II. cap. V. Τῶν μαχομένων πρῶτον ἔργον ἐστὶ τὸ πατάξαι, καὶ φυλάξασθαι. δεύτερον δὲ, συμπεσόντας ἤδη, καὶ γενομένους ἐν χερσὶν, ὠθισμοῖς τε χρῆσθαι, καὶ περιτροπαῖς ἀλλήλων. ᾧ δὴ μάλιστα φησὶν ἐν Λεύκτροις τοὺς Σπαρτιάτας ὑπὸ τῶν ἡμετέρων, παλαιστρικῶν ὄντων, καταβιβασθῆναι. *Eorum qui pugnant primum opus eſt ferire, atque ictus evitare: alterum vero, ubi congreſſi ſunt, & ad manus venerunt, invicem trudere, & ſubvertere adverſarium. quare maxime ajunt apud Leuctra Spartanos a noſtris, luctandi peritis, oppreſſos fuiſſe*. Polyænus, etiam cauſam tradit: ideoque victos eſſe Lacedæmonios, quod, oraculo inſuper habito, quo pugnare ad cantum tibiarum juſſi, & idcirco etiam id

facere soliti, prælium tunc sine tibiis iniissent. Verba ejus ita habent, in strategemate Proclis, *libro* I. Οἶδα ἐγὼ, καὶ τὸν θεὸν ἀνελθόντα νίκην Λάκωσιν, εὖτ' ἂν πολεμῶσι μετ' αὐλητῶν, καὶ μὴ πρὸς αὐλητάς. τὸ λόγιον ἤλεγξε Λεύκτροις ἡ μάχη. ἐν γὰρ Λεύκτροις, αὐλητῶν οὐχ ἡγουμένων, οἱ Λάκωνες παρετάξαντο πρὸς Θηβαίους, οἷς πάτριον ἀσκεῖν αὐλητικήν. ὥστε δῆλος ἦν ὁ θεὸς προαγορεύσας, ὅτι νικήσουσί ποτε Θηβαῖοι Λάκωνας, αὐλῷ μὴ στρατηγουμένους. *Scio ego, respondisse deum, victores fore Lacedæmonios, quando cum tibicinibus pugnarent, non contra tibicines. Ostendit oraculum pugna Leuctrica. nam ad Leuctra Lacedæmonii, non præeuntibus tibicinibus, dimicabant cum Thebanis, qui artem tibia canendi more patrio exercebant. Itaque clare apparebat, prædixisse deum, fore, ut Thebani vincerent Lacedæmonios, qui sine tibia pugnam inirent.* Atque hæ secundæ sane causæ erant, prima vero, quod punire deus vellet ingens scelus, in filias commissum Leuctri, Scedasique, & ab ephoris neglectum. Vide Diodorum Siculum, *libro* XV. Plutarchum, in *Narrat. Amat.* & *Præceptis Reip. Ger.* item *Pelopida*: tum & Pausaniam, in *Bœoticis*, & Isocratem, in Orat. *De Pace*. Thebani vero, ut hoc obiter nunc dicam, quia lævo cornu hic superiores, etiam victoriam obtinuissent, postea quibusvis præliis principem sinistræ aciei locum tribuerunt. Plutarchus, in *Quæst. Rom.* Καὶ γὰρ Θηβαῖοι τῷ ἀριστερῷ κέρατι τρεψάμενοι τοὺς πολεμίους, καὶ κρατήσαντες ἐν Λεύκτροις, διετέλεσαν ἐν πάσαις ταῖς μάχαις τῷ ἀριστερῷ τὴν ἡγεμονίαν διδόντες. *Etenim Thebani, quod lævo cornu in pugna Leuctrica hostem fudissent, ac vicissent, etiam deinceps in omnibus præliis principem locum sinistræ aciei tribuerunt.* Regnavit vero Agesilaus annos quadraginta unum, vixit octoginta quatuor. Plutarchus, in *ejus vita*. Ἀποθνήσκει (ὁ Ἀγησίλαος) βιώσας μὲν ὀγδοήκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη. βασιλεύσας δὲ τῆς Σπάρτης, ἑνὶ καὶ τεσσαράκοντα πλέον. *Moritur, (Agesilaus,) cum vixisset annos octoginta quatuor, regnasset vero Spartæ unum supra quadraginta.* Gemistus, de eodem, *Hellenici* lib. I. Νόσῳ τελευτᾷ, βιοὺς μὲν ἔτη τέτρασι πλείω τῶν ὀγδοήκοντα. βασιλεύσας δὲ τῆς Σπάρτης, ἓν καὶ τεσσαράκοντα.

CAP. XIX.

Succedit Agesilao filius, Archidamus III. Ejus victoria illustrissima. Ἄδακρυς μάχη. Ἄδακρυς πόλεμος. *Proverbium. Victum Laconicum contemnit. Tarentinis imploratus fert auxilium, & ibi cadit, neque traditur sepulcro: ideoque statua ei Olympiæ posita. Ubi ceciderit. Plutarchi locus emendatus. Quam diu regnaverit. Succedit frater, Agis II. cui Eudamidas I. uti illi Archidamus IV. cujus nomen in Pausania restitutum. Ei vero, succedit Eudamidas II. Pausaniæ locus de eodem emendatus. Post hunc, Agis III. cui successit Eurydamidas; sicut illi Epiclidas. Præter istos, Glaucus, Dion, Thestiusque, extra ordinem memorati. Quam diu sub regibus Sparta fuerit.*

AGESILAO filius successit ARCHIDAMUS III. de quo Xenophon, *Hist. Græc.* lib. VII. Diodorus *lib.* XVI. Pausanias, in *Laconicis*, & Anonymus. Ejus apophthegmata quædam refert Plutarchus, in *Apophthegm. Lacon.* Stratagemata memorantur a Polyæno, *lib.* I. & Frontino, *lib.* I. *cap.* XI. Hoc ductore, accidit nobilissima Lacedæmoniorum victoria, de Arcadibus reportata; quorum supra decem millia ea pugna ceciderunt, e Lacedæmoniis contra nemine desiderato, sicut memorat Diodorus, *lib.* XV. in rebus Olymp. CIII. anni I. Fuitque ex re ea pugna Ἄδακρυς μάχη, *Illacrymabilis pugna*, dicta. Plutarchus, in *Agesilao*. Ἀρχίδαμος δὲ, ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἐνίκησεν Ἀρκάδας τὴν λεγομένην Ἄδακρυν μάχην. οὐδεὶς γὰρ ἔπεσε τῶν μετ' αὐτοῦ, συχνοὺς δὲ τῶν ἐναντίων ἀνεῖλεν. *Archidamus vero, ejus filius, Arcadas vicit, ea pugna, quæ Illacrymabilis dicta. nam, suorum nemine desiderato, magnam hostium stragem edidit.* Meminit Julianus, *Orat.* II. Ταύτην ἐγὼ τὴν νίκην κρίνω τῆς Λακωνικῆς μακρῷ σεμνοτέραν. ἡ μέν γε, ἦν ἄδακρυς μόνον τοῖς κρατοῦσιν, ἡ δὲ, οὐδὲ τοῖς κρατηθεῖσιν ἤνεγκε δάκρυα. *Hanc ego victoriam Laconica illa longe gloriosiorem judico. Hæc enim, solis victoribus illacrymabilis fuit: illa vero, neque victis lacrymas tulit.* Et Themistius, *Orat.* XIV. Ὑμνοῦσι μὲν οὖν καὶ Σπαρτιᾶται ἀναίμακτόν τινα, καὶ ἄδακρυν, νίκην. δι' ἧς Ἀρκάδων ἐκράτησαν, μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις συμφοράν. *Prædicant itaque Spartani victoriam quandam incruentam, & illacrymabilem; qua Arcadas vicerunt, post cladem Leuctricam.* Abiitque in proverbium, Ἄδακρυς πόλεμος, *Illacrymabile bellum*: de quo Suidas, & Zenobius, *Cent.* I. *Proverb.* XXVIII. ac Diogenianus, *Cent.* I. *Proverb.* LIII. Uxor ejus, Dinicha fuit. Observare est apud Pausaniam, in *Laconicis*. Θεόπομπος δὲ ὁ Δαμασιστράτου, τόν τε Ἀρχίδαμον μεταχεῖν τῶν πραγμάτων αὐτόν, καὶ ἔτι Δεινίχαν, τὴν Ἀρχιδάμου γυναῖκα, παρὰ τῶν δυναστευόντων ἐν Φωκεῦσιν ἔφη λαμβάνουσαν δωρεὰν, ἑτοιμότερον ποιεῖν σφίσιν ἐς τὴν συμμαχίαν Ἀρχίδαμον. *Theopompus vero, Damasistrati filius, Archidamum ait & rerum participem ipsum fuisse, & uxorem Dinicham, acceptis a primariis Phocensium muneribus, promptiorem ad societatem ineundam Archidamum fecisse.* Laconico contempto victu, convivia externo more instituebat; ideoque patria libenter absens, implorantibus Tarentinis, etiam suppetias tulit: atque ibi in pugna cecidit, & sepulcri honore caruit. Athenæus, *lib.* XII. Ἀρχίδαμος ὁ Λάκων, ἀποστὰς τῆς πατρίου διαίτης, συνειστία ξενικῶς, καὶ μαλακῶς. διόπερ οὐκ ἠδύνατο τὸν οἴκου βίον ὑπομένειν, ἀλλ' ἐσπούδασεν ἀεὶ, δι' ἀκρασίαν, ἔξω διατρίβειν. καὶ, Ταραντίνων πρεσβευσαμένων περὶ συμμαχίας, ἔσπευσε συνελθεῖν αὐτοῖς βοηθός. κἀκεῖ γενόμενος, καὶ ἐν τῷ πολέμῳ ἀποθανὼν, οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθη, καίτοι Ταραντίνων πολλὰ χρήματα ὑπισχομένων τοῖς πολεμίοις, ὑπὲρ τοῦ ἀνελέσθαι τὸ αὐτοῦ σῶμα. *Archidamus Lacedæmonius, omisso victu patrio, externorum more molliter convivabatur. nam domesticam vitæ rationem ferre haud poterat, sed studebat, propter luxum, in externis oris vivere. itaque, cum Tarentini legatos misissent de ineunda societate, summo studio ad ipsos auxiliaturus concessit. ubi cum esset, in prælio mortem oppetiit, nec sepulcro dignus habitus fuit, quamvis multum pecuniæ hostibus Tarentini offerrent, ut ejus corpus auferri sinerent.* Vocatum a Tarentinis eum, ad suppetias ferendas, etiam est auctor Strabo, *lib.* VI. Cædem vero, memorat item Diodorus, *lib.* XVI. in rebus Olympiadis CVIII. anni III. & Pausanias, in *Laconicis*: qui hoc addit, ideo statuam Olympiæ ei collocatam esse. Verba ejus, ita habent, *Eliacorum* II. Παρὰ δὲ Σωδάμαν, Ἀρχίδαμος ἕστηκεν, ὁ Ἀγησιλάου, Λακεδαιμονίων βασιλεύς. πρὸ δὲ τοῦ Ἀρχιδάμου τούτου βασιλέως, εἰκόνα οὐδενός γε ἔν γε τῇ ὑπερορίᾳ Λακεδαιμονίους εὕρισκον. Ἀρχιδάμου δὲ ἄλλων τε καὶ τῆς τελευτῆς, ἐμοὶ δοκεῖν, εἵνεκα ἀνδριάντας ἐς Ὀλυμπίαν ἀπέστειλαν, ὅτι ἐν βαρβάρῳ τε ἐπέλαβεν αὐτὸν τὸ χρεὼν, καὶ βασιλέων μόνος τῶν ἐν Σπάρτῃ δῆλός ἐστιν ἁμαρτὼν τάφου. *Prope Sodaman vero, Archidamo, Agesilai filio, Lacedæmoniorum regi, statua est collocata. Ante hunc autem regem Archidamum, nulli cuiquam extra fines statuam Lacedæmonios posuisse compertum habeo. Archidamo vero, cum ob alia, tum & mortem, ut opinor, dedicandam in Olympia statuam existimarunt, quod & inter barbaros obiit, & honore sepulturæ solus regum Spartanorum caruit.* Cecidit autem ad urbem Italiæ Mandonium. Plutarchus, in *Agide*. Ἦν γὰρ Ἀγησιλάου μὲν Ἀρχίδαμος, ὁ περὶ Μανδόνιον τῆς Ἰταλίας ὑπὸ Μεσ-

σαπίων ἀποθανών. *Erat enim Agesilai quidem filius Archidamus, qui circa Mandonium Italiæ est occisus a Massapiis.* Sed scribendum est Μανδύριον, & Μεσσαπίων: nam sic eam urbem vocant, Stephanus, Plinius, *lib.* II. *cap.* CIII. Livius, *lib.* XXVII. Vita excessit, cum regnasset annos tres & viginti. Diodorus, libro antea citato, postquam illum eo prœlio cecidisse fortiter pugnantem ait, addit. Ἀρχίδαμος μὲν ὦν ἐβασίλευσε τῶν Λακεδαιμονίων ἔτη τρία πρὸς τοῖς εἴκοσι. *Archidamus itaque regnavit apud Lacedæmonios annis tribus & viginti.* Successit illi filius

AGIS II. qui regnavit annis quindecim. Diodorus ecce subjungit. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἆγις ὁ υἱὸς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντεκαίδεκα. *In principatu vero succedens Agis filius, regnum tenuit annis quindecim.* Cecidit autem in prœlio cum Antipatro, fortissime pugnans. ut est videre apud eundem Diodorum, in rebus Olymp. CXII. anni I. *lib.* XVII. Successit autem ei frater

EUDAMIDAS I. Pausanias. Τοῦ δὲ Ἀρχιδάμου τούτου τὸν μὲν πρεσβύτατον παῖδα, Ἆγιν, κατέλαβεν ἀποθανεῖν, Μακεδόσιν ἐναντία, καὶ Ἀντιπάτρῳ, μαχεσάμενον. Εὐδαμίδας δὲ ὁ νεώτερος, Λακεδαιμονίοις ἐβασίλευσεν, ἄγουσιν εἰρήνην. *Hujus Archidami filium majorem, Agin, contigit occumbere in pugna contra Macedones, & Antipatrum. Minor vero, Eudamidas, regnavit Spartæ, rebus maxime pacatis.* Plutarchus, in *Agide*. Ἀρχιδάμου δὲ πρεσβύτερος μὲν υἱὸς, Ἆγις, Εὐδαμίδας δὲ, νεώτερος. ὃς, Ἄγιδος ὑπὸ Ἀντιπάτρου περὶ Μεγάλην πόλιν ἀναιρεθέντος ἀτέκνου, τὴν βασιλείαν ἔσχεν. *Archidami autem natu quidem major filius, Agis; minor vero, Eudamidas: qui, occiso ab Antipatro apud Megalopolin Agide, regnum tenuit.* Ejus Apophthegmata quædam, refert Plutarchus, in *Apophtheg. Lac.* Successit ei filius

ARCHIDAMUS IV. Plutarchus, in *citato Agide*. Τούτου, (τοῦ Εὐδαμίδου,) Ἀρχίδαμος. Ἀρχιδάμου δὲ, ἕτερος Εὐδαμίδας. Εὐδαμίδου δὲ, Ἆγις, ἐπὶ οὗ τάδε γέγραπται. *Hujus vero, (Eudamidæ,) filius fuit Archidamus, hujus autem Eudamidas alter: Eudamidæ vero, Agis iste, de quo hæc scripta.* Sed Archidami hujus nulla mentio est apud Pausaniam, uti neque apud Anonymum, qui Pausaniam semper sequitur: exciditque ejus nomen, quod restituendum censeo, ex Plutarcho. Quin Polybius quoque agnoscit, *lib.* IV. dicitque, uxorem habuisse filiam Hippomedontis; & ex ea filios duos sustulisse. Ecce verba. Ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰκίας ὄντος ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυγατρὸς Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου. *Cum ex altera familia Archidamo, qui Eudamidæ filius erat, duo filii existerent, ex Hippomedontis filia.* Successit huic filius

EUDAMIDAS II. Vides in Plutarchi *verbis*, jam *citatis*. Ἀρχιδάμου δὲ ἕτερος Εὐδαμίδας. *Archidami vero filius fuit, Eudamidas alter.* Apud Pausaniam, male Εὐρυδαμίδας scribitur, *Eurydamidas*. Corrige secundum Plutarchum. Sine dubio, avi repetito nomine, dictus fuerit Eudamidas. Meminit ejus & Polybius, *libro* IV. Huic successit filius

AGIS III. cujus vitam describit Plutarchus. Regnum tenuit annis novem: ut videre est apud Diodorum Siculum, in ipso fine partis primæ *lib.* XVII. Post hunc

EURYDAMIDAS obtinuit regnum: quem Cleomenes, adhuc puerum, cum veneno sustulisset, frater ejus

EPICLIDAS, ipso id tradente, accepit: sicut auctor est Pausanias, in *Corinthiacis*, & Anonymus, *De Reg. Laced.* In hoc familia secunda defiit, sicut prima in Cleomene III. Hinc tyranni tenuerunt, quos sequenti Capite commemorabo. Illud vero hic addendum: extra seriem hanc regum, etiam

GLAUCUM nominari, a Pausania, in *Corinthiacis*. Ἡ Πυθία, Γλαύκῳ τῷ Ἐπικύδους, Σπαρτιάταις βασιλεύσαντος, ἐπίορκα ὀμόσαντος, καὶ τοῦδε εἶπεν ἐς τοὺς ἀπογόνους κατιέναι τὴν δίκην. *Pythia, cum Glaucus, Epicydis filius, rex Spartanorum, pejerasset, ejus pœnam in nepotes etiam descensuram esse.* Etiam

DION memoratur apud Servium, *ad Eclog.* VIII. *Dion, rex Laconiæ fuit, qui habuit uxorem Iphitheam, Prognai filiam.* Præter hosce, item

THESTIUS. Cedrenus. Ὁ Θέστιος, τῶν Λακώνων βασιλεύσας, τίκτει θυγατέρας τρεῖς, εἰς ὑπερβολὴν εὐπρεπεῖς, Λήδαν, καὶ Κλυτίαν, καὶ Μελίππην. *Thestius, Laconum rex, tres gignit filias, supra modum formosas, Ledam, & Clytiam, & Melippam.* Sed Lacedæmonii quam diu reges habuerunt? Dividenda erunt tempora, ut quid certi statuamus. Nam eorum, qui Heraclidas præcessere, plane tempus ignoratur; Heraclidæ vero reges, quorum primi, Eurysthenes, & Patrocles, fratres, serie continuata, usque ad captam ab Antigono urbem Spartam, & Cleomenem ejectum, regnum id per octingentos & viginti quinque annos tenuerunt. Quippe cepit Spartam Antigonus, & Cleomenem, regum ultimum, ejecit Olymp. CXXV. anno I. Ita enim Eusebius, ad illud tempus. *Antigonus, cognomento Gonatas, Lacedæmonem obtinuit.* Ecce, ab Olympiade prima anni sunt integri quingenti. Novem autem primi reges, qui fuere ante instituta Olympia, per trecentos & viginti quinque annos regnaverunt; ut ostensum a me supra, *Cap.* X. Ergo habemus illud tempus, quod jam dixi, nempe annos octingentos viginti quinque.

CAP. XX.

Tyranni illic: primus Cleomenes; ac Pausaniæ de eo error ostensus. inde, Lycurgus: cujus exitus incertus. hinc, Machanidas, a Philopœmene occisus. Post hunc, Nabis: qui mox, dolo circumventus ab Ætolis, ab Alexameno interficitur: filiusque ejus, Armenes, Romanis obses datus, a Tito Quintio Flaminino triumphante ante currum ducitur. Gotfridi Viterbiensis locus emendatus. His successit Philopœmen, qui gravissime vexavit: &, nonnullis interfectis, aut Peloponneso ejectis, tribus millibus belotarum venum datis, muris etiam dejectis, denique eripuit leges, a Lycurgo olim latas, & invexit Achæorum instituta: a quo tempore Lacedæmon sub Achaja semper habita. Apulejus illustratus.

NUNC tyrannos videamus: de quibus Polybii exstant ista verba, *lib.* IV. Λακεδαιμόνιοι μὲν ὦν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλλίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὐτῆς ἐπὶ τἀναντία τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης, τέλος πλείστων μὲν πόνων, καὶ στάσεων ἐμφυλίων, πεῖραν εἶχον, πλείστοις δ' ἐπάλαισαν ἀναδασμοῖς, καὶ φυγαῖς. πικροτάτης δὲ δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος. οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοὔνομα δυνηθέντες ἀνασχέσθαι αὐτῆς. *Lacedæmonii itaque, qui post latas a Lycurgo leges pulcherrima reip. forma usi fuerant, maximamque potentiam, ad pugnam usque Leuctricam, obtinuerant, postquam fortuna ipsis in contrarium verterat, cœpitque eorum resp. indies magis magisque retro sublabi, & in pejus ferri; ad extremum ærumnas plurimas, seditionesque intestinas, sunt experti; repetitis agrorum divisionibus, & exiliis, sæpissime sunt agitati. acerbissimam denique servitutem servierunt, ad tyrannidem Nabidis usque: qui tamen tyrannidis ne no-*

men quidem ipsum ferre olim poterant. Livius, *lib.* XXXIV. *Multi jam erant per aliquot ætates, ex quo tyranni tenebant Lacedæmonem, alii ab aliis pulsi.* Et a Strabone, *lib.* VIII. Lacedæmonii dicuntur τυραννούμενοι, καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς. *Sub tyrannis habiti, & in misero reip. statu degentes.* Primus autem Cleomenes fuit. Livius, *libro citato*. *Post mortem Cleomenis, qui primus Lacedæmoniorum tyrannus fuit.* Ac mox iterum sic appellat. *Quo in loco Antigonus, Macedonum rex, cum Cleomene, Lacedæmoniorum tyranno, signis collatis dimicasse dicebatur.* Polybius, *lib.* II. Τοῦ μὲν Κλεομένους τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα καταστήσαντος. *Cum Cleomenes constitutam in patria Reip. formam dissolvisset; & regnum legitimum convertisset in tyrannidem.* Pausanias, in *Corinthiacis*. Κλεωμένης, ὁ Λεωνίδου, τοῦ Κλεωνύμου, παραλαβὼν τὴν βασιλείαν ἐν Σπάρτῃ, Παυσανίαν ἐμιμεῖτο, τυραννίδος τε ἐπιθυμῶν, καὶ τοῖς νόμοις τοῖς καθεστηκόσιν οὐκ ἀρεσκόμενος. *Cleomenes, Leonidæ filius, Cleonymi nepos, regnum adeptus Spartæ, Pausaniam sibi imitandum proposuit, tyrannidem affectans, legibusque constitutis minime sibi standum putans.* Et mox subjungit, libenter ipsos, hanc videlicet ob causam, liberatos Lacedæmonios, reges sibi nullos ultra voluisse. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἄσμενοι Κλεομένους ἀπαλλαγέντες, βασιλεύεσθαι μὲν οὐκέτι ἠξίωσαν. τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἐς τόδε διαμένει σφίσι τῆς πολιτείας. *Lacedæmonii vero, non inviti a Cleomene liberati, regem nullum ex eo tempore voluerunt: reliqua vero reip. illius, quæ tunc constituta fuerat, forma hactenus permanet.* Sed nec recte, libenter Lacedæmonios ab eo liberatos dicit; neque regem deinceps alium voluisse. ac profecto valde errat: siquidem, accepto de ejus morte nuntio, quod hactenus, affectu in ipsum, & reverentia facere minime voluerant, reges iterum sibi duos elegerunt: uti patet ex Polybio, *lib.* IV. Et affectum quidem in ipsum, ita refert. Οὐχ ἥκιστα δὲ διὰ Κλεομένην, καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν. Ἐλπίζοντες ἀεὶ, καὶ προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας. *Idque propterea maxime fecerunt, quia Cleomenem amabant; ac sperabant fore, ut salvus rediret.* Quod electionem vero novi regis, ejus causa, in annum tertium distulerint, dum de ejus morte certo accepissent, verbis statim subsequentibus testatur. Οἵ γε, (Λακεδαιμόνιοι,) χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πατρῷα, σχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ᾽ ἐπειόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης. ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἱκέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι, τά τε πλήθη, καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. *Hi sane, (Lacedæmonii,) præter alios, cum resp. ipsorum patriis tunc legibus administraretur, tertio vero post Cleomenis fugam anno, reges Spartæ constituere animum ne induxere quidem. Simul vero fama de Cleomenis morte accepissent, statim ad creandos se verterunt populus pariter curiaque ephororum.* Inde lecti, Agesipolis, & Lycurgus: ut Polybius, in sequentibus illic verbis fuse narrat. Atque Agesipolis quidem, adhuc puer, a Lycurgo, qui tyrannidem invadebat, est dejectus. Livius, *libro citato*. *Princeps erat exulum Agesipolis: cujus, jure gentis, regnum Lacedæmone erat, pulsus infans, ab Lycurgo tyranno.* Meminitque ejus item exulis, & regno pulsi, Polybius, in *Excerptis Legationum*, cap. XLIX. Κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐξαπεστάλησαν ὑπὸ τῶν ἐκ Λακεδαίμονος φυγάδων πρέσβεις εἰς τὴν Ῥώμην. ἐν οἷς ἦν Ἀρκεσίλαος, καὶ Ἀγησίπολις· ὃς, ἔτι παῖς ὢν, ἐγενήθη βασιλεὺς ἐν τῇ Σπάρτῃ. *Eo tempore, missi sunt legati Romam ab iis, qui Lacedæmone exulabant: inter quos erant, Arcesilaus, & Agesipolis, qui, cum adhuc puer esset, rex Spartæ fuerat.* Ac Lycurgum, Chilon quidam mox dejicere est conatus, verum frustra: ut videre est apud Polybium, *lib.* IV. aliquoties *citato*. Ac mox, ephori cum suspectum rerum novandarum haberent, ipse in Ætoliam fugit: posteaque, rei veritate cognita, revocatur: ut Polybius commemorat, *lib.* V. Quo defuncto, aut dejecto etiam tandem, neque enim certi quicquam est statuere in silentio Historiæ, tyrannidem Machanidas tenuit. Haud Pausanias satis recte, aut accurate; qui Lycurgo prætermisso, hunc Cleomeni successisse nobis tradit, in *Messenicis*. Λακεδαιμονίοις δὲ, ἀπηλλαγμένοις Κλεομένους, ἐπανίσταται τυραννίδος Μαχανίδας. *Lacedæmoniis vero, a Cleomene liberatis, exoritur tyrannus Machanidas.* Meminit ejus Livius, *lib.* XXVII. *Quos & Machanidas, Lacedæmoniorum tyrannus, haud procul Argivorum finibus positis castris, terrebat.* Eum occidit Philopœmen: ut videre est apud Polybium, *lib.* XI. & Plutarchum, in *Philopœmene*, ac Pausaniam, in *Arcadicis*. Post hunc vero, tyrannidem obtinuit Nabis. Pausanias idem, in *Messenicis*, jam *citatis*. Λακεδαιμονίοις δὲ, ἀπηλλαγμένοις Κλεομένους, ἐπανίσταται τυραννίδος Μαχανίδας· ἐκείνου δὲ ἀποθανόντος, Νάβις ἀνέφυ σφίσιν αὖθις τύραννος. *Lacedæmoniis vero, a Cleomene liberatis, exoritur tyrannus Machanidas: quo sublato, rursus ipsis exstitit tyrannus Nabis.* Et in *Arcadicis*, post narrationem de cæde Machanidæ. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, αὖθις ἐπανέστη τύραννος Νάβις. *Lacedæmone vero rursus exortus est tyrannus Nabis.* Hic triennio fere toto cum sat moderato illos habuisset, ex eo tempore tyrannidem exercere gravissimam instituit. Polybius, in fine, *lib.* XIII. Ὁ δὲ τῶν Λακεδαιμονίων τύραννος Νάβις ἔτος ἤδη τρίτον τὴν ἀρχὴν, ὁλοσχερὲς μὲν οὐδὲν ἐπεβάλλετο πράττειν, οὐδὲ τολμᾶν, διὰ τὸ πρόσφατον εἶναι τὴν ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἧτταν τοῦ Μαχανίδου· καταβολὴν δ᾽ ἐποιεῖτο, καὶ θεμέλιον ὑπεβάλλετο πολυχρονίου, καὶ βαρείας τυραννίδος. *Lacedæmoniorum vero tyrannus Nabis, qui tertium jam annum rerum potiebatur, nihil quidem majoris rei aggredi, vel moliri, audebat; quod recens adhuc esset memoria devicti ab Achæis Machanidæ: sed tyrannidis diuturnæ, atque gravis, fundamenta jaciebat.* Ac sævitiam vis scire, quam exercuit? Vide referentem hanc Polybium, eodem loco, in sequentibus mox verbis. Titus Quintius Flamininus de eo apud Livium, *lib.* XXXV. *Cum tyranno instituere amicitiam: & eo tyranno, quam qui unquam fuit, sævissimo, & violentissimo, in suos.* Itaque non immerito dicitur a Plutarcho, in *Præceptis reipubl. administrandæ*, Νόσημα, καὶ ἀπόστημα πόλεως. *Morbus, & vomica urbis.* Bello cum Romanis inito, a Tito Quintio Flaminino coercetur. Vide fuse hoc narrantem Livium, *libro* XXXV. Ac strictim illud, sicut omnia, Florus dicit, *libro* II. *Grassantem sub Nabide Lacedæmona compescuit.* Et ad pacem, quam petebat, confirmandam, obsidem coactus fuit filium dare. Idque breviter Aurelius Victor, ubi de hoc Quintio agit, libro *de Viris Illustribus*: *A Nabide quoque Lacedæmonio filium obsidem accepit.* Et hic Armenes dicebatur: posteaque ante currum triumphantis ejus ductus fuit. Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. IV. *Duxit ante currum nobilissimos obsides, Demetrium, Philippi filium, & Armenem, Nabidis.* Freculphus, *Chron.* Tom. I. lib. V. cap. IX. *Deinde cum Lacedæmoniis pugnavit: & victo Nabide, duce eorum, nobilissimos obsides, Demetrium, Philippi filium, & Armenem, Nabidis filium, ante currum duxit.* Videndus quoque Eutropius, *libro* IV. & Pæanius metraphrastes. Male *Armidem*, pro *Armenem*, editur apud Gotfridum Viterbiensem, in fine *Chronici* Partis XI. *Post hæc (Q. Flamininus) Lacedæmonios devicit; obsidesque nobilissimos ab iis accepit, Demetrium, Philippi filium, & Armidem, Navidis filium.* Rescribe, *& Armenem, Nabidis F.* Ac Nabis ipse, dolo circumventus, ab Ætolis est occisus. Plutarchus,

in *Philopœmene*. Ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. *Moritur vero Nabis, ab Ætolis dolo occiſus*. Pauſanias, in *Arcadicis*. Μετὰ δὲ ταῦτα, Νάβις μὲν, εἰς εἰρημένον χρόνον σπονδὰς παρὰ Ῥωμαίων εὑράμενος, τελευτᾷ, πρὶν ἢ οἱ τοῦ πολέμου τελευτὰς ἐξήκειν, ὑπὸ ἀνδρὸς Καλυδωνίου, κατὰ μὲν συμμαχίας πρόφασιν ἥκοντος, πολεμίου δὲ τῷ ἔργῳ, καὶ ἐπ' αὐτὸ ἐσταλμένου ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν. *Poſt hæc autem, Nabis quidem, poſtquam in prædictum tempus cum Romanis pepigiſſet, moritur, ante belli finem, a viro quodam Calydonio, velut in auxilium miſſo, ſed revera hoſte, in id ab Ætolis miſſo, interfectus*. Nomen autem occidenti Alexamenus. Vide Livium, qui rem totam plene refert *libro* XXXV. Nabide autem ſic occiſo, cum ſeditio orta eſſet, Philopœmen eos Achæis ſubjecit. Plutarchus in *ejus Vita*. Ἀποθνήσκει δὲ ὁ Νάβις, ὑπὸ Αἰτωλῶν δολοφονηθείς. τεταραγμένης δὲ τῆς Σπάρτης, ὁ Φιλοποίμην, ἁρπάσας τὸν καιρὸν, ἐπιπίπτει μετὰ δυνάμεως, καὶ, τοὺς μὲν ἀκόντων, τοὺς δὲ συμπείσας προσηγάγετο, καὶ μετεκόσμησεν, εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς τὴν πόλιν. *Nabis vero, dolo circumventus ab Ætolis, occumbit. Turbatis vero rebus Spartæ, Philopœmen, arripiens occaſionem, irruit cum valida manu: ac, quibuſdam quidem invitis, aliis vero perſuaſis, eo adduxit univerſos, ut Achæis ſubderentur*. Pauſanias, de hoc ipſo tempore, in *Arcadicis*, cum occiſum ab Ætolis Nabidem commemoraſſet. Φιλοποίμην δὲ, ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐμπεσὼν τοῦτον εἰς Σπάρτην, ἠνάγκασεν εἰς τὸ Ἀχαϊκὸν Λακεδαιμονίους συντελέσαι. *Philopœmen vero, facta per id tempus in Spartam irruptione, Lacedæmonios adegit, ut ſe Achæorum concilio ſubjicerent*. Cumque poſtea iterum nova molirentur, ac propterea Diophanes, prætor Achæorum, & dux Romanorum Quintius, arma inferrent, objicit ſe Philopœmen; ac compoſitis illis turbis, mox reducit ſub Achæos: &, exulibus reductis, tum occiſis octoginta, aut, ut alii, trecentis ac quinquaginta, & tribus millibus helotarum venum datis, tum dejectis etiam muris, quod duriſſimum erat omnium, leges eripit, quas Lycurgus olim dederat: ac compellit pueros pariter juveneſque, tanquam alias nunquam moderate acturos, patriæ ſuæ inſtituta cum Achaicis commutare. Fuſe id Plutarchus narrat, in *citata ejus Vita*: quam, ſi tanti eſt, videto. Brevius autem Pauſanias, in *Arcadicis*, aliquoties memoratis. Λακεδαιμονίων δὲ τὴν ἐκαῦτα ἐς ἔμφυλον προηγμένων στάσιν, τριακοσίους μὲν, τῆς στάσεως μάλιστα αἰτίους, ἐξέβαλεν ἐκ Πελοποννήσου, καὶ τῶν εἱλώτων ἀπέδοτο ὅσον τρισχιλίους. τείχη δὲ περιεῖλε τῆς Σπάρτης, καὶ τοῖς ἐφήβοις προεῖπε, μὴ τὰ ἐκ τῶν νόμων τοῦ Λυκούργου μελετᾷν, ἐφήβοις δὲ τῶν Ἀχαιῶν κατὰ ταυτὰ ἀσκεῖσθαι. *Lacedæmoniis vero iterum tumultuantibus*, (de Philopœmene illi ſermo eſt,) *trecentos, qui ſeditionis maxime auctores erant, ejecit Peloponneſo, & ſervorum tria circiter millia vendidit. quin & Spartæ muros dejecit, & ephebis denuntiavit, ut Lycurgi legibus ne uterentur, verum eadem inſtituta, quæ ephebi Achæorum, ſectarentur*. Ubi vides, variare item paulum; & trecentos, non occiſos, ſed ejectos Peloponneſo, memorare. Ac poſtrema, iterum refert in *Achaicis*. Τάτε οὖν τείχη τῆς Σπάρτης οἱ Ἀχαιοὶ καθεῖλον, καὶ τὰ ἐς μελέτην τοῖς ἐφήβοις ἐκ τῶν Λυκούργου νόμων καταλύσαντες, ἐπέταξαν τοῖς Ἀχαιῶν ἐφήβοις τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύειν. *Muros itaque Spartæ Achæi ſuſtulerunt, & Spartanorum liberis interdicta diſciplina, quam legibus Lycurgus ſanxerat, iiſdem cum Achæorum juventute ſtudiis teneri juſſerunt*. Exponunt pluribus legati eorum, Areus, & Alcibiades, apud Polybium, in *Excerptis Legationum*, cap. XLII. ac prolixe quoque Livius, *lib*. XXXVIII. Et ex eo ſane tempore ſub Achaja manſit Sparta, & Laconica univerſa: etiam cum Romanorum poſtea imperio ſubjiceretur. Inde eſt, quod Apulejus, ævi ſequioris auctor, Lacedæmonem, ſive Spartam, civitatem Achajæ dicat, *Mileſ*. lib. VI. *Lacedæmon, Achajæ nobilis civitas, non longe ſita eſt*. Ubi fruſtra torquent ſeſe viri docti.

C A P. XXI.

Veterem diſciplinam, & inſtituta Romani reſtituerunt; cum id peterent per legatos, Areum, & Alcibiadem: tum & quando illud factum. In amicitia Romanorum, diu admodum floruerunt, in tutela gentis Claudiæ. Turbæ ibi datæ, a Chærone, & Eurycle: tum quo modo hæ repreſſæ. Leonis Chamareti tyrannis. Habita autem Laconica fuit inter provincias prætorias: poſtea vero, inter conſulares relata. Auguſtus, iis inſulam Cythera reddidit: & honore item menſæ eſt dignatus: inſuper donavit urbes, Cardamylen, atque Pharas; & Meſſeniis ademit, qui tenebant. Cum prætorias provincias partiretur, eos in ſeptima collocavit.

POST hæc autem, Laconica ſub Romanis fuit: qui avita inſtituta, atque leges, quas ademerant, uti dixi, Philopœmeni redacta in poteſtatem Achaja, reddiderunt. Pauſanias, in *Arcadicis*. Καὶ τοῖς μὲν (Λακεδαιμονίοις) ἀποδώσειν ἔμελλον Ῥωμαῖοι παιδείαν τὴν ἐπιχώριον. *Sed futurum erat, ut Romani patriam illis (Lacedæmoniis) reſtituerent diſciplinam*. Plutarchus, in *Philopœmene*, de re eadem. χρόνῳ δ' ὕστερον, αἰτησάμενοι παρὰ Ῥωμαίων, τὴν μὲν Ἀχαϊκὴν ἔφυγον πολιτείαν, ἀνέλαβον δὲ, καὶ κατεστήσαντο, τὴν πάτριον. *Poſtea vero, cum id ipſi petiiſſent a Romanis, inſtituta Achæorum evaſerunt, atque ſua receperunt, & conſtituerunt*. Et obſerva, petiiſſe a Romanis: nempe per legatos ſuos, Areum, & Alcibiadem; ut videre eſt apud Polybium, in *Excerptis Legationum*, cap. XLII. item Livium, *lib*. XXXIX. Reſtituerunt vero Romani, poſt Macedonas debellatos, & devictum regem Perſeum, cum jam etiam Achæos ſua in poteſtate haberent. Indicat Strabo, *lib*. VIII. Καταλυθέντων δὲ τούτων (τῶν Μακεδόνων βασιλέων) ὑπὸ Ῥωμαίων, μικρὰ μὲν τινα προσέκρουσαν (οἱ Λακεδαιμόνιοι, τοῖς πεμπομένοις ὑπὸ Ῥωμαίων στρατηγοῖς, τυραννούμενοι τότε, καὶ πολιτευόμενοι μοχθηρῶς. ἀναλαβόντες δὲ σφᾶς ἐτιμήθησαν διαφερόντως, καὶ ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδέν. *Hos vero (Macedonum reges) cum Romani ſubegiſſent, offenderunt quidem (Lacedæmonii) in parvis quibuſdam rebus miſſos a Romanis præfectos, quippe qui in tyrannorum poteſtate, miſeroque reip. ſuæ ſtatu, verſarentur. verum, ut remp. recuperarunt, ſummo in honore habiti ſunt, liberique permanſerunt, præter amicorum operas nil pendentes*. Ex eo tempore, in Romanorum amicitia diu admodum floruerunt, & id quidem in tutela gentis Claudiæ. Obſervare eſt apud Suetonium, in *Tiberio*, cap. VI. *Per Siciliam quoque, & Achajam, circumductus; ac Lacedæmoniis publice, quod in tutela Claudiorum eſſent, demandatus*. Sub Romanis, Chæron quidam ſe commovit, & remp. invaſit; ſed, potentia aliquamdiu nimis immoderate uſus, mox in ordinem redigitur a prætore, qui provinciæ Achajæ, quæ Laconicam etiam complectebatur, a Romanis præfectus erat. Suidas pluribus id tradit, *in* Χαίρων. Poſt hunc, aliquo intervallo, & ſub Cæſare Auguſto, etiam Eurycles turbas dedit: quæ, cum is defunctus eſſet, mox ceſſarunt. Strabo docet, ubi res Laconicas narrat, *lib*. VIII. Νεωστὶ δ' αὐτοὺς (τοὺς Λακεδαιμονίους) Εὐρυκλῆς ἐτάραξε, δόξας ἀποχρήσασθαι τῇ Καίσαρος φιλίᾳ, πέρα τοῦ μετρίου, πρὸς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν. ἐπαύσατο δὲ ἡ ἀρχὴ, ἐκείνου μὲν παραχωρήσαντος εἰς τὸ χρεὼν, τοῦ δ' υἱοῦ τὴν φιλίαν ἀπεστραμμένου τὴν τοιαύτην πᾶσαν. *Nuper vero Eurycles turbarum aliquid ex-*

excitavit, cum in iis (Lacedæmoniis) gubernandis videretur supra modum amicitia Cæsaris abuti. sed is tumultus ocyus mox sedatus fuit, cum is vita functus esset, filiusque omnem talem amicitiam aversaretur. Et hic quidem qualis fuerit, a Josepho memoratur, *Antiquit. Jud.* lib. XVI. cap. XVI. Εὐρυκλῆς ἀπὸ Λακεδαίμονος, ὀκ ἄσημος τ̃ ἐκεῖ, κακὸς ἢ τ̃ ψυχὴν ἄνθρωπος, ϗ περὶ τρυφὴν, ϗ κολακείαν, δεινὸς ἑκατέρων αὐτ̃ ἔχειν τε ϗ μὴ δοκεῖν, ἐπιδημήσας ὡς τ̃ Ἡρώδην, δῶρά τε δίδωσιν αὐτῷ, ϗ πλείω παρ' ἐκείνη λαβὼν, ταῖς δ' καιρίαις τῆς ἐντεύξεως ἐπραγματεύσατο φίλος ἐν τοῖς μάλιςα γενέσθαι βασιλέως. *Eurycles Lacedæmonius, vir domi non ignobilis, sed ingenio homo pessimo, delitiis perditus, & adulatione, sed utrumque egregie dissimulans, cum Herode agens, datis muneribus, & majoribus acceptis, captatis colloquendi commodis occasionibus, ut se quæque offerebant, id omnino operam dabat ut quam maxime fieret amicus regis.* Eum, ceu Laconiæ principem, insulæque Cytherorum dominum ætate sua, narrat Strabo alibi, *eodem libro.* Πρόκει) δὲ κατὰ τὰ Κύθηρα, ἐν τεσσαράκοντα ςαδίοις, νῆσος εὐλίμενος, πόλιν ἔχουσα ὁμώνυμον. ἣν ἔσχεν Εὐρυκλῆς ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας, ὁ καθ' ἡμᾶς τῶ Λακεδαιμονίων ἡγεμών. *Ante hoc Cythera sita est, intervallo quadraginta stadiorum, insula bonum habens portum, & ejusdem nominis urbem: quam ut sibi propriam possedit Eurycles, nostra ætate Lacedæmoniorum princeps.* Et ejectus Sparta fuit, ac Laconica universa, ob malitiam. Josephus paulo post subjungit, *loco citato.* Εὐρυκλῆς μὲν ὖν, ὀδὲ ἐν τῇ Λακεδαίμονι, παυσάμενος εἶναι μοχθηρὸς, ἐπὶ πολλοῖς ἀδικήμασιν ἀπεςερήθη τ̃ πατρίδος. *Eurycles itaque, neque Lacedæmone malus esse desinens, ob injuste facta multa patria ejectus fuit.* Idem de eodem dicit, & his turbis, quæ Straboni referuntur, causam tribuit. *De bello Judaico*, lib. I. cap. XVII. Δὶς γῦν ἐπὶ Καίσαρος κατηγορηθεὶς, (ὁ Εὐρυκλῆς) ἐπὶ τῷ ςάσεως ἐμπλῆσαι τ̃ Ἀχαιάν, ϗ περιδύειν τὰς πόλεις, φυγαδεύεται. *Bis itaque apud Cæsarem accusatus, (Eurycles,) quod seditione Achajam implevisset, & civitates spoliaret, in exilium relegatur.* Ac videre plura licet de eodem, illo ipso item capite. Balduino vero Flandro imperante, tyrannidem ibi Leo Chamaretus exercebat. Nicetas Choniates, lib. *De Balduini Flandri imperio.* Ὁ δὲ Χαμάρετος Λέων, τ̃ κοίλης κρατῶν Λακεδαίμονος, τύραννος ἦν τ̃ Λακώνων. *Leo vero Chamaretus, qui concavam Lacedæmonem tenebat, tyrannus Laconum erat.* Fuit autem Laconica inter provincias prætorias, ad quas prætor gubernandas mittebatur. Observare est in istis Suidæ verbis, *in* Χαίρων. Τ̃ δὲ πλήθους ἀγανακτήσαντος ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, ὁ ςρατηγὸς, παραγενόμενος εἰς Λακεδαίμονα, τ̃ Χαίρωνα παρήγαγεν εἰς κρίσιν ὑπὲρ τ̃ φόνε τ̃ κ϶ τ̃ Ἀπολλωνίδην. *Quæ cum facta populus indigne ferret, prætor, Lacedæmonem accedens, Chæronem in judicium adduxit, propter cædem Apollonidis.* Et Augustus, cum imperium ordinaret, ac provincias prætorias decem omnino constitueret, Laconicam, sub Achaja comprehensam, septimo loco esse voluit: ut videre est apud Strabonem, *extremo libro* XVII. Postea tamen idem Augustus consularem eam fecit, sicut Græciam universam: ut videre est apud Dionem Cassium. *lib.* LIII. Itaque proconsul illuc pro prætore mitti cœpit: & proconsul Achajæ legitur Gallio apud D. Lucam, *Act. Apost.* cap. XVIII. Γαλλίωνος δ' ἀνθυπατεύοντος τῆς Ἀχαΐας, κατεπέςησαν ὁμοθυμαδὸν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ Παύλῳ. *Quum autem Achajæ proconsul esset Gallio, uno animo Judæi in Paulum insurrexerunt.* Et Firmicus, *Astronom.* lib. II. cap. XXXII. *Deinde in Achajæ proconsulatum, post vero ad similem Asiæ proconsulatum est evectus.* Inscriptio Vetus.

CONSVLARI. LVSITANIÆ.
PROCONSULI. ACHAIÆ.

Laconicam autem sub Achaja comprehensam, satis

A constat etiam ex minore Plinio: ubi ad proconsulem Achajæ, Maximum, ita scribit, *lib.* VIII. *epist.* XXIV. *Cogita te missum in provinciam Achajam. Habe ante oculos, Athenas esse, quas adeas: Lacedæmonem esse, quam regas.* Idem Augustus, insulam Cythera reddidit Lacedæmoniis, & honore eos mensæ est dignatus. Dion Cassius, *lib.* LIV. Καὶ Λακεδαιμονίους μὲν τοῖς τε Κυθήροις, ϗ τῇ συσσιτίᾳ, ἐτίμησεν. *Et Lacedæmonios quidem Cytheris, ac convictu suo, honoravit.* Causam subjungit. Ὅτι ἡ Λιβία, ὅτε ἐκ τ̃ Ἰταλίας σὺν τῷ ἀνδρὶ, ϗ τῷ υἱεῖ, ἔφυγεν, ἐκεῖ διέτριψεν. *Quia Livia cum marito, filioque ex Italia fugiens, ibi commorata fuisset.* Et honorem illis habitum, sed simpliciter,
B nec quid speciatim addens, memorat item Xiphilinus de eodem hoc Augusto verba faciens. Περαιωθεὶς δὲ εἰς Ἑλλάδα, τὰς μὲν Λακεδαιμονίους ἐτίμησε, διὰ τὸ φυγοῦσάν ποτε μετὰ τ̃ Νέρωνος τ̃ ἀνδρὸς τ̃ Λιβίαν ἐκεῖ διατρῖψαι. *Cum vero in Græciam trajecisset, Lacedæmonios quidem honoravit, quod Livia olim, cum Nerone viro fugiens, ibi commorata fuisset.*

CAP. XXII.

Urbes etiam Augustus aliquot, subjectas Spartæ ad id tempus, liberas fecit; quique eas incolebant, Ἐλευθερολάκωνες *dicti. Tiberius prætoriam ex consulari-*
C *moxque iterum consularem Claudius Achajam facit, & Laconicam cum ea. Libertatem Lacedæmoniis minuit Domitianus. Sub Trajano, nomen tantum libertatis retinebant. Constantinus Magnus, cum Imperium partiretur, præfecto prætorii secundo subjecit. Julianus urbes quasdam instaurasse videtur. Sub Arcadio, & Honorio, misere vastati ab Alaricho, Lacedæmonii. Christiani per quos facti: ac, cum essent, jurisdictio ecclesiastica, penes metropolitanum veterum Patrarum erat; civilis, ad Achajæ principem pertinebat. Hinc, donata Constantino-politano Imperatori, Dispotæ regenda Sparta demandatur: qui cum vendere equitibus Rhodiensibus conaretur, turbis ortis, impeditur. Inde in Tur-*
D *carum venit potestatem.*

INSUPER & urbes quasdam Augustus, antea subjectas Spartæ, liberas fecit: quique eas incolebant, Ἐλευθερολάκωνες dicti, velut *Liberi Lacones.* Pausanias, ubi de urbe Gytheo, in *Laconicis*, Ἐςιν ἤδη τ̃ Ἐλευθερολακώνων.. ὓς βασιλεὺς Αὔγουςος δουλείας ἀφῆκε Λακεδαιμονίων, τ̃ ἐν Σπάρτῃ κατηκόους ὄντας. *Est nunc inter Eleutherolaconas; quos Augustus Imperator, cum Spartanis antea subjecti essent, servitute liberavit.* Erant autem ex urbes numero vi-
E ginti quatuor: quarum octodecim duntaxat Pausaniæ tempore, qui sub Adriano vixit, reliquæ erant. Vide eundem, de iisdem, in sequentibus statim verbis. Ac præterea idem Augustus, uti Spartæ urbes, quas jam dixi, ademit: ita Cardamylen dedit, & Messeniis eripuit. Pausanias idem, sub *Laconicorum* finem. Καρδαμύλη δὲ, Λακεδαιμονίων ἐςὶν ὑπήκοος, τῶ ἐν Σπάρτῃ, βασιλέως Αὐγούςου τῆς Μεσσηνίας ἀποτεμομένου. *Cardamyle vero, Lacedæmoniis, qui Spartam habitant, est subjecta, ab Augusto Imp. a Messenia avulsa.* Neque Cardamylen tantum, sed & Pharas. Idem rursus, in *Messenicis*. Βασιλεὺς δὲ Αὔγουςος τὰς ἐν Φαραῖς Μεσσηνίας συντελεῖν ἐπέταξεν
F εἰς τὸ Λακωνικόν. *Imperator vero Augustus Messenios qui Pharas habitant, Laconibus adjunxit.* Ut autem consularem Augustus Laconicam fecerat, sic Tiberius iterum prætoriam fecit, pariter ac Macedoniam: & sic mansit usque ad Claudium, qui mox populo restituit, denuoque consularem esse jussit. Hoc est, quod Suetonius dicit, in *Vita Claudii*, cap. XXV. *Provincias, Achajam, & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit.* Multo explica-

tius id Dion Cassius, *lib.* LX. Τήν τε Ἀχαΐαν, καὶ τὴν Μακεδονίαν, αἱρετοῖς ἄρχουσιν, ἐξ οὗπερ ὁ Τιβέριος ἦρξε, διδομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τότε τῷ κλήρῳ· καὶ τοὺς στρατηγοὺς, τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως, καταλύσας, ταμείαις αὐτὰς, κατὰ τὸ ἀρχαῖον, ἐπέτρεψεν. οὐχ ὥστε καὶ ἐτησίους σφᾶς (ὅπερ ἐπί τε ἐκείνων πρότερον, καὶ ἐπὶ τῶν στρατηγῶν μετὰ ταῦτα, ἐγίγνετο,) ἄρχειν, ἀλλ' οἱ δύο οἱ αὐτοί τρία ὅλα ἔτη αὐτὴν διῴκουν. *Achajam, & Macedoniam, quæ jam inde a Tiberii principatu a præfectis electis administratæ, Claudius tunc sorti reddidit, ac prætoribus, qui præfuerant, abrogatis, eas quæstoribus, juxta vetus institutum, demandavit: non quidem ut annui illi essent, (sicut prius pariter ipsi, ac prætores postea, fuerant) verum ut iidem duo triennium integrum præessent.* Sane, Tiberium iterum prætoriam fecisse eam, sicut item Macedoniam, dicit idem, *lib.* LVIII. in rebus anni ab Urbe condita DCCLXXXVIII. Libertatem tenuere adhuc sub Vespasiano: itaque dicit Plinius major, qui Opus ei suum inscripsit, *lib.* IV. *cap.* V. *Dehinc a Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis.* Mox videtur minuisse Domitianus: quam ob causam sub Trajano nomen potius libertatis, quam antiquam libertatem, habuisse, dicit Plinius Junior, qui illius tempore, ut notum, vixit, *lib.* VIII. *epist.* XXIV. *Habe ante oculos, Athenas esse, quas adeas; Lacedæmonem esse quam regas; quibus reliquam umbram, & residuum libertatis nomen, eripere, durum, ferum, barbarumque est.* Itaque Lycurgi leges post id tempus desierunt: & huc pertinent hæc Theodoreti verba, ubi de iisdem agit *Therapeut.* lib. IX. Ἅμα τε γὰρ προσέταξαν οἱ Ρωμαῖοι τούτους ἀργεῖν, καὶ τοὺς σφετέρους κρατεῖν καὶ διελύθη τῶν Λυκούργου τὸ ἄμαχον κράτος. *Simul & Romani & has jusserunt cessare, & suas accipi: itaque vis illa legum Lycurgicarum inexpugnabilis dissoluta est.* Et quæ plura illic refert; quibus testatur, tum sublatas Lacedæmoniorum leges. Constantinus autem Magnus, cum prætorii præfectos quatuor constituisset, Laconicam secundo, nomine Græciæ comprehensam, sine dubio, subjecit. Qua de re videndus Zosimus, *lib.* II. Videtur quasdam illic urbes instaurasse Julianus Imperator: colligique ex Mamertini *Panegyrico* illud potest, istis verbis. *Universas urbes, ope Imperatoris refotas, enumerare, longum est. Scire satis est, cunctas Macedoniæ, Illyrici, Peloponnesi, civitates unis, aut binis, epistolis maximi Imperatoris, repentinam induisse, novatis mœnibus, juventutem.* Sub Arcadio, & Honorio, misere vexata fuit; incursante Græciam tunc, & vastante, Alaricho, Gothorum rege. Tradit nobis idem Zosimus, in istorum Cæsarum rebus, *lib.* V. Εὐθέως οὖν ἡ Κόρινθος πρώτη κατακράτος ἡλίσκετο, καὶ τὰ πρόσοικα ταύτῃ πολίχνια· καὶ ἐπὶ ταύτῃ τὸ Ἄργος, καὶ ὅσα ἦν αὐτῆς τε καὶ Λακεδαίμονος ἐν μέσῳ χωρία. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Σπάρτη συναπήγετο τῇ Ἑλλάδος ἁλώσει, μήτε ὅπλοις ἔτι, μήτε ἀνδράσι μαχίμοις, τετειχισμένη, διὰ τὴν τῶν Ρωμαίων πλεονεξίαν, ἀλλ' ἄρχουσιν ἐκδεδομένη προδόταις, καὶ τῇ τῶν κρατούντων ἡδονῇ προθύμως ὑπηρετουμένοις εἰς ἅπαντα, τὰ πρὸς κοινὸν ὄλεθρον φέροντα. *Confestim ergo prima Corinthus, cum finitimis oppidis, vi capitur: & secundum hanc Argos, una cum iis locis, quæ inter hanc, & Lacedæmonem interjacent. Ipsa quoque in societatem captæ Græciæ Sparta venit; nec idoneis ad pugnam viris, muri instar communita, ob Romanorum avaritiam, sed iis exposita magistratibus, qui & proditores essent, & illorum libidini, qui rerum potirentur, percupido in omnibus, ad perniciem publicam spectantibus, inserviret.* Atque de hoc ipso statu capiendus Claudianus, *in Rufinum*, lib. II.

Prodita non tantas vidisset Græcia clades;
Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent:
Starent Arcadiæ, starent Lacedæmonis arces:
Non mare flagrasset medium, fumante Corintho.

Et in Panegyrico. *De* IV. *Consulatu Honorii.*

Excutiat cineres Ephyre, Spartanus, & Arcas,
Tutior exangues pedibus proculcet acervos,
Fessaque pensatis respiret Græcia pœnis.

Et Hieronymus, *ad Heliodorum*, Epist. III. *Quid putes nunc animi habere Corinthios, Athenienses, Lacedæmonios, Arcadas, cunctamque Græciam, quibus imperant Barbari.* Tenuerunt vero illam Imperatores Constantinopolitani, usque ad Balduinum Flandrum; qui Constantinopolin cum expugnasset, uti Græciam reliquam cepit, sic Laconicam. Nicetas Choniates. lib. *De Imperio Balduini Flandri.* Μεθίσταται πρὸς Ἄργος, περιπαπταίνει τοὺς Λάκωνας, ἐς Ἀχαΐαν ἔνθεν προσβάλλει. *Transit Argos, Laconicam pervagatur, inde Achajam invadit.* Sed, dejectis mox Latinis, denuo rediit in Græcorum potestatem, donec tandem Turcæ eam occuparunt. Fidem in Christum sunt amplexi, prædicante illic verbum S. Paulo: ut videre est in *Apostolorum Actis*, cap. XVIII. & XIX. De S. Luca, est videre apud Chrysostomum, *Orat.* XXV. De S. Andrea, est apud Abdiam, ut inscribitur, *Hist. Apost.* lib. III. & Nicephorum Callistum, *lib.* II. *cap.* XXXIX. Ac, cum Christiani essent, in ecclesiasticis, subjecti erant metropolitano Patrensi. Leo Philosophus Imp in *Novella* quadam sua. Τῷ Πατρῶν, (μητροπολίτῃ,) Πελοποννήσου, (ὑπόκειται) ὁ Λακεδαιμόνιος. *Patrarum (metropolitano) Peloponnesi, (subjacet) metropolitanus Lacædemonius.* Et Balsamon, in *Syn. Chalced.* Can XII. Ἡ μητρόπολεως τῶν παλαιῶν Πατρῶν. *Metropoli Lacedæmoniæ, episcopatus erat metropoleos veterum Patrarum.* Quod civilem vero jurisdictionem attinebat, erant sub Achajæ principe; uti observare licet apud Phrantzen, *lib.* I. *cap.* IV. *Achajæ princeps, redimendæ libertati, Romanorum Imperatori donavit urbes munitissimas tres, Monembasiam, Leuctrum, sive Mainam, quæ antiquitus Tænarum, a Tænaro vicino promontorio, dicebatur, & Spartam, Laconiæ caput.* Idem tradit etiam Nicephorus Gregoras, *lib.* IV. Ecce vero, Achajæ princeps Romanorum Imperatori id est, Constantinopolitano, dono dedit etiam Spartam: isque despotam deinde hic constituit; uti suo eam nomine, cum Laconica universa, ut videtur, gubernaret. qui, obsessa postea Constantinopoli a Turcarum Imperatore Bajazeto, desperata rerum summa, Rhodientibus, S Joanni Baptistæ sacris, venum dedit. Idem Phrantzes, *libro citato, cap.* XX. *Theodorus Despota, cum rem Romanam tantis fluctibus agitatam, & urbem Imperatoriam tam diu obsessam, tamque dira fame oppressam, periculosum insuper in Peloponneso bellum & Christianorum principum succurrere neminem velle cernens, omni spe abjecta, una trireme Rhodum navigans, Spartæ principatum societati Joannis Baptistæ, & prophetæ, vendidit.* Quamquam certa hæc venditio, incolis propterea tumultuantibus, atque arma opponentibus, non successit; uti fuse in sequentibus illic verbis memoratur, sicut etiam a Laonico Chalcocondyla, *De reb. Turc.* lib. II. Despotæ vero Spartani, meminit etiam Auctor anonymus *Hist. Constantinop.* lingua Græco-barbara scriptæ, apud Crusium, *Turcogr.* lib. I. Αὐτὸς δὲ, ἄρας τὸν Ἀσὰν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ στρατιώτας, ἐπορεύθη, ὅπου ἦν ὁ Δεσπότης εἰς Μυζήθρα τῇ Λακεδαιμονίᾳ. *Ipse vero, assumpto Asano, & ejus militibus, profectus est in regionem Lacedæmoniam, ubi Despota agebat.* Postea subjecit sibi totam eam regionem, uti reliquam item Græciam, Turcarum Imperator Amurathes II. per præfectum Turachanem: ut videre est apud Laonicum Chalcocondylam, in principio *libri* VI. Mox, sub filio Mahomete Thomas Palæologus recuperavit: verum neque diu tenuit, & recepit Mahometes; uti auctor nobis idem est Laonicus, *lib.* IX. Postea ad Venetos cum descivissent, brevi interjecto tempore, sub ejusdem potestatem sunt redacti. Vide Laonicum eundem, *lib.* X.

CAP. XXIII.

Reges duorum calculorum, in suffragiis ferendis, jus habebant; aut, ut rectius dicamus, unicum habebant tantum, qui duorum instar esset. Partem quoque e præda bellica tertiam accipiebant. Duo illis in conviviis additi contubernales, Ποίθιοι *sive* Πύθιοι *dicti, idque unde. Suidæ lectio mendosa indicata, & correcta. Custodes corporis additi in bello, equites pariter peditesque, juvenes selecti. Cum e vita excessissent, fœminæ, per urbem totam circumeuntes, lebetes pulsabant. In ædibus propriis, non in publicis, habitabant. & in rem eam Menelai, Eurysthenis, Polydori, & Agesilai, ædes indicatæ. Xenophontis locus illustratus. Minime vero illustres erant, aut magnificæ, ut conveniebat regibus. Themistius, & Julianus, illustrati.*

POSTQUAM reges, & eorum successores qualescunque, ac Laconici regni statum universum, ad postrema usque tempora jam deduxi, reliquum est, ut quædam ipsis propria dicam. Multa accurate Cragius, uti cætera: ego pauca, seu in dicta, seu Auctorum aliorum testimoniis confirmata, hic adjungam. Itaque reges, inter alia eximia, id habebant, ut, ferendis in suffragiis, duos calculos haberent. Herodotus, ubi de honore ipsis habito, verba facit, *lib.* VI. Καὶ παρίζειν βȣλεύȣσι τοῖς γέρȣσιν, ἐȣ̃σι δυῶν δέȣσι τριήκοντα. Ην δὲ μὴ ἔλθωσι, τȣ̀ς μάλιςά σφι τῶν γερόντων προσήκοντας, ἔχειν τὰ τῶν βασιλέων γέρεα, δύο ψήφȣς τιθεμένȣς, τρίτην δὲ τὴν ἑωϋτῶν. *Liceat quoque assidere consultantibus senatoribus, qui sunt octo & viginti. aut, si non eant, eorum maxime propinqui e senatoribus jus habeant duos calculos ponendi; tertium vero, pro se ipsis*. Lucianus, in *Harmonide*. Οἱ μέν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάςȣ μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δύο ἔφερον. *Lacedæmoniorum reges, cum alii omnes unum tantum calculum ferant, illi soli quisque eorum duos ferebant*. Sed refutat id Thucydides, *lib.* I. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, ἔτι καὶ νῦν ὄντα, καὶ ȣ̓ χρόνῳ ἀμνηςȣ́μενα, καὶ οἱ ἄλλοι Ελληνες ȣ̓κ ὀρθῶς οἴονται· ὥσπερ τȣ́ς τε Λακεδαιμονίων βασιλέας μὴ μιᾷ ψήφῳ προςίθεσθαι ἑκάτερον, ἀλλὰ δυεῖν. *Multa vero etiam alia, quæ etiamnum sunt, nec memoria tractu temporis exciderunt, minus recte cæteri Græci opinantur: sicut istud, quod Lacedæmoniorum reges non uno calculo sententiam ferant, sed duobus*. Atque sic se rex habebat. quippe uno tantum calculo utebantur, sed qui pro duobus esset. Ita, *ad eundem locum*, Scholiastes. Οἱ Λακεδαιμονίων βασιλεῖς ψήφȣς ἔφερον ἐν τῇ γερȣσίᾳ ἕκαςος ἕνα, διττὴν ἔχοντα δύναμιν. *Lacedæmoniorum reges in senatu unum uterque calculum ferebant, sed qui duos valeret*. Illud porro etiam honori eorum datum fuit, uti prædæ, bello partæ, partem tertiam haberent. Polybius, de Cleomene rege, *lib.* II. Ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς μεγάλης πόλεως λαφύρων, ἑξακιχίλια τάλαντα (φησὶ) τοῖς Λακεδαιμονίοις πεσεῖν· ὧν τὰ διχίλια Κλεομένει δοθῆναι, κατὰ τȣ̀ς ἐθισμȣ́ς. *Ex præda urbis Megalopoleos, talentorum sex millia (ait) ad Lacedæmonios rediisse: quorum duo millia ex veteri consuetudine, Cleomeni cesserint*. Additi contubernales illis quatuor, bini singulis, qui appellabantur Ποίθιοι. Suidas Ποίθιοι, τέσσαρες ἄνδρες αἱρετοὶ παρὰ Λάκωσι, δύο καθ' ἕκαςον βασιλέα, σύσσιτοι. *Pœthii, quatuor viri delecti apud Lacædemonios, bini singulis regibus attributi, convivæ*. Verum incidit in mendosum sine dubio codicem Suidas: quippe rectum nomem, Πύθιο. Xenophon, *De Rep. Lacedæmoniorum*, extremo libro. Ἔδωκε δ' αὖ καὶ συσκήνȣς δύο ἑκατέρῳ (τῶν βασιλέων) προσελέσθαι, οἳ δὴ καὶ Πύθιοι καλȣ̃νται. *Præterea dedit utrique (regum) potestatem binos contubernales legendi, qui Pythii dicuntur*. Quare autem ita dicti, ex Herodoto est discere: quod nimirum, cum oraculum Apollinis Pythii consulendum foret, eo illi mitterentur. Ecce verba, *lib.* VI. Καὶ τȣ́τοισι (τοῖς βασιλεῦσι) προσκεῖσθαι καὶ Πυθίȣς αἱρέεσθαι, δύο ἑκάτερον· οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεόπροποι εἰς Δελφȣ̀ς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια. *Et his (regibus) licere, uti duos habeant Pythios, binos singuli. Sunt autem Pythii, qui Delphos, ad consulenda oracula mittuntur; & publice cum regibus cibum accipiunt*, Et observa, ipsos reges illos delegisse; ac cum iis una cibum, in conviviis quidem publicis, accepisse. Atque inde regum Σύσσιτοι, seu *Convivæ*, apud Suidam; uti Σύσκηνοι, veluti *Contubernales*, apud Xenophontem dicuntur. In militia, additi custodes corporis, equites pariter peditesque, e selecta juventute. Dionysius Halicarnass. *Rom. Antiqu.* lib. II. Παρ' ἐκείνοις (τοῖς Λακεδαιμονίοις) οἱ γενναιότατοι τῶν νέων φύλακες ἦσαν τῶν βασιλέων· οἷς ἐχρῶντο κατὰ τȣ̀ς πολέμȣς παρασπιςαῖς, ἱππεῦσί τε ȣ̓̃σι καὶ πεζοῖς. *Apud illos (Lacedæmonios) generosissimi quique juvenum erant regum custodes: quibus utebantur protectoribus in bellis, equitibus juxta & peditibus existentibus*. Hi ipsi sunt, quos συνασπίζοντας, *propugnantes*, circa regem Cleombrotum, in pugna Leuctrica, commemorat Diodorus Siculus, *lib.* XV. Εως μὲν ȣ̓̃ν ὁ βασιλεὺς τῶν Λακεδαιμονίων Κλεόμβροτος ἔζη, πολλȣ̀ς ἔχων τȣ̀ς συνασπίζοντας, καὶ προθύμως πρὸ αὐτȣ̃ ἀποθνήσκοντας, ἄδηλος ἦν ἡ ῥοπὴ τῆς νίκης. *Quam diu ergo Lacedæmoniorum Cleombrotus superstes fuit, multos habens propugnantes, ac pro ipso prompto animo occumbentes, incertum erat, quo victoria inclinaret*. Postquam autem vita excessissent, inter alia, quæ Herodotus facta refert, fæminæ, circumeuntes totam urbem, lebetes pulsabant. Verba ejus, *libro citato*, ita habent. Κατὰ δὲ τὴν πόλιν περιιȣ̃σαι, λέβητας κροτέȣσι. *Per urbem vero (fœminæ) circumeuntes, lebetes pulsant*. Hoc ipsum est, quod dicit Theocriti Scholiastes, *Idyll.* II. Καὶ παρὰ Λάκωσι, βασιλέως θανόντος, εἰώθασι κρȣ́ειν λέβητας: *Apud Lacedæmonios, defunctis regibus, lebetes pulsare solent*. Sed, priusquam finem imponam, de ipsorum quoque ædibus aliquid hic dicendum puto: quia Cragium falli video, ubi de regibus illi sermo, *lib.* II. *cap.* II. Ait, domos regias fuisse Spartæ publicas quasdam, ubi semper habitarent, qui ad id honoris fastigium evecti essent. Ego contra edocebo, errare virum eruditum; ac privatim sibi unumquemque habuisse. Ita domus Menelai, extra Dromum a Pausania memoratur, quæ privati sua ætate hominis fuerit. Verba ista, in *Laconicis*. Τȣ̃ Δρόμȣ δὲ ἐκτὸς, κατὰ τȣ̀ Ηρακλέȣς τὸ ἄγαλμα, ἔςιν οἰκία, τὰ ἐφ' ἡμῶν ἰδιώτȣ, Μενελάȣ τὸ ἀρχαῖον. *Extra Dromum, juxta Herculis simulacrum, domus est, nostro tempore hominis privati, olim autem Menelai*. Eurystheni quoque domus sua, quam Agesilaus post inhabitavit. Cornelius Nepos, in *Agesilai Vita*. *Domo eadem fuit contentus, qua Eurysthenes, progenitor majorum suorum, fuerat usus*. Et Eurysthenes has possedit veluti hæreditarias, quippe ab Aristodemo patre structas. Indicat Plutarchus illud, in *Agesilai Vita*, ubi de illius domo verba facit. Οὐκ οἰκίας (ἤλλαξε) κατασκευὴν, ἀλλὰ καὶ τὰς θύρας ἀφῆκεν, ȣ̔́τως ȣ̓́σας σφόδρα παλαιὰς, ὡς δοκεῖν εἶναι ταύτας ἐκείνας, ἃς ἐπέθηκεν Αριςόδημος. *Haud (mutavit) domus fabricam, sed reliquit etiam fores; quæ vetustæ adeo erant, ut hæ ipsæ viderentur, quas Aristodemus apposuerat*. Et Hippocoon, cum, dejecto fratre Tyndaro, Laconicæ regnum invasisset, domum Spartæ propriam inhabitavit. Pausan. in *citatis Laconicis*. Ως ἐγίνετο κατὰ μὲν Ιπποκόωντος οἰκίαν, ἐνταῦθά οἱ κύων ἐπεφέρετο οἰκȣρός. *Cum ad ædes Hippocoontis accessisset, eum custos domus canis invadebat*. Eodem modo Polydorus propriam sibi domum habuit: quæ, post mortem, ab uxore bobus aliquot venum data, ea ex re

Βοώνητα nomen habuit. Pausanias iterum. *Λακεδαιμονίοις δὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδόν ἐστιν, ὡς ἤδη λέλεκταί μοι, τὰ ὀνομαζόμενα Βοώνητα. Πολυδώρου ποτὲ οἰκία τοῦ βασιλέως. ἀποθανόντος δὲ, παρὰ τοῦ Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἀπρίαντο ἀντιδόντες βοῦς*, *In hac ipsa via, ut a me jam dictum est, sunt Booneta, quæ vocantur. ea fuit regis Polydori domus: quam, cum vita functus esset, ab uxore ejus emerunt, datis in pretium bobus.* Ecce, post defunctum virum, vendidit uxor: non factura, & nec facere licuisset, nisi propria fuisset. Menelai quoque domus, ut videmus, in *citatis* antea Pausaniæ *verbis*, eo mortuo, ad privatos, emptione, aut hæreditate venit. Ac sententiam suam tuetur Cragius, isto Xenophontis loco, *De rep. Laced.* *πρὸς τῇ οἰκίᾳ δὲ λίμνη ὕδατος ἀφθονίαν παρέχει*. *Propter domum vero stagnum aquæ copiam suppeditat*. Et hinc infert, non sic esse potuisse, nisi in iisdem semper ædibus eorum habitatio fuisset. Verum, pace tua, Cragi, non hic Xenophon publicam regum domum memorat, quæ profecto nulla fuit, sed, quod extra urbem erat, tabernaculum, assignatum a Lycurgo, ad convivia illic publica peragenda. nam præmisit: *Ὅπως δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκηνοῖεν, σκηνὴν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε*. *Ut vero reges etiam foris aliorum contubernio uti possent, publicum iis tabernaculum ordinavit*. Et huc referenda omnino illa verba. Nec magnificæ certe illæ ædes erant, aut illustres, quales esse regum solent, verum ad Laconicam frugalitatem comparatæ: quanquam sane aliud Themistius nobis indicare velle videtur, cum ait, *Orat.* VII. *Οὐδ' ἂν οἴκησιν μὲν οἰκοίη τοῦ Σπαρτιάτου βασιλέως ἀμείνονα, ἀμφιέννυιτο δὲ λεπτότερα τῶν ἀραχνίων*. *Non si quidem ædes habitet Spartani regis ædibus præstantiores, aut aranearum telis subtiliori veste induatur*. Sed, aut fallor, aut, quia numero tantum singulari loquitur, Menelaum dicere voluit; cujus ædes, poetica licentia usus, etsi præter veritatem, admodum magnificas Homerus facit, *Odyss.* lib. IV.

Ὣς οἱ μὲν δαίνυντο καθ' ὑψερεφὲς μέγα δῶμα
Γείτονες, ἠδὲ ἔται, Μενελάου κυδαλίμοιο.
Sic siquidem epulabantur per excelsam magnam domum
Vicini, & socii, Menelai gloriosi.

Et mox.

Δῶμα καθ' ὑψερεφὲς Μενελάου κυδαλίμοιο.
Domum per excelsam Menelai gloriosi.

Ac respexit sine dubio Julianus, *Orat.* II. *Καὶ ἔχομεν σὲ ἐν τούτοις ἐπαινεῖν, οἰκίαν τε, οἶμαι, Ἀλκινόου, καὶ τὰ τοῦ Μενελάου δώματα. καταπληξάμενα καὶ τὸν τοῦ πολύφρονος Ὀδυσσέως παῖδα, καὶ τοιαῦτα ληρεῖν ἀναπαύσαντα, τοῖς σοῖς παραβαλεῖν ἀξιώσομεν*. *Et habemus, cur in his te prædicemus: domumque, opinor, Alcinoi, ædesve Menelai, quæ vel prudentis Ulyssis filio stuporem incusserunt, atque adeo nugari persuaserunt, cum his conferre non dubitabimus*. Et hæc quidem *de Lacedæmoniorum Regibus* mihi observata, boni consule, Lector bone.

FINIS.



JOANNIS MEURSII

MISCELLANEA LACONICA,

SIVE

VARIARUM ANTIQUITATUM

LACONICARUM,

LIBRI IV.

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO COMITI

DOMINO

OTTONI GUILIELMO KONIGSMARCK,

COMITI IN WESTERWYCK ET STEGHOLM, DOMINO IN ROTENBURG. ET NEVHAUS, ETC. S. R. M. SUECIAE CUBICULARIO SUPREMO, ET EJUSDEM NOMINE HODIE AD SERENISS. MAGNÆ BRITANNIÆ REGEM EXTRA ORDINEM ABLEGATO, DOMINO MEO BENIGNISSIMO.

ILLUSTRISSIME ATQUE EXCELLENTISSIME COMES.



NTER *feliciſſima Reip. capeſſendæ auſpicia, dum pari tua ac patriæ cum laude expromere in publico incipis indolem, quam a prodiga dotatam natura eruditorum cura, & cum præclariſſimis quibuſque viris converſatio formavit, ſimulque induſtria curioſitas cominus arbitrandi & obſervandi, quidquid ubique per cultiora Europæ egregii expolivit; commodum accidit, ut V. CL.* Joannis *Meurſii* Laconica *nunc primum a me in lucem proferantur. Opus quidem, in iis potiſſimum occupatur, queis antiquior locupletatur literatura, poſtquam Nicolai Cragii eruditum ſcriptum pleraque ejus Reip. inſtituta ſatis explicata dederat; ſed nec iſto tamen nomine Te indignum, ut qui gravioribus tuis ſtudiis amæna iſta nunquam ſociare non amaveris. Scilicet ea fuit divini ingenii tui rectitudo, ea felicitas, ut in omni eruditionis genere verſari præclarum duceres, nec, quod plurimis iſto loco natis, labe non hujus modo ſeculi, ſolemne eſt, leviter duntaxat literas delibares, ſed penitus iis Te immergeres. Sic jam olim graviſſime, quod inſolens admodum in iſta ætatis immaturitate, earundem dignitatem æſtimaſti, & iis nunc admodum familiaribus uteris, ipſis tanti poſſeſſionem ingenii velut ultro ambitioſè affectantibus. Videbatur Te ſuo ſibi jure depoſcere Gradivus, poſtquam inter maximos ævi noſtri Heroas Parentem tuum virtus ſua dedicavit; eouſque dudum ipſius genium adprobante fama, ut ſolo ejuſdem nomine abſoluti inſtar Ducis potiſſimum exprimere gaudeat. Aſt Tibi parto per Tuos decore adquieſcere ignavum viſum, & ne qua pars gloriæ familiam veſtram deficeret, eum quoque ſplendorem, qui ex pacis reſultare ſolet actibus, adjungere inſtituiſti. quibus quidem tam locuples es, ut iſtæ non Tibi ſolum, ſed & familiæ tuæ in famam abunde ſufficiant. Ingenium rectum, ſubtile, quarumvis rerum capax, memoria fidiſſima, ſumma oris ſuavitas, amabilis in geſtu venuſtas, eloquentia profluens, omnibus Gratiis condita. Quibus cum blandiſſima morum ſuavitas accedat, animique compoſiti gratia omnem vitæ actum temperans, quis miretur, certatim Te omnes ſuſpicere, Tibique favere, queis cominus Tui inſpiciendi copia contigit? Nec minus tamen intrepidum Parentis animum, Martiumque illum vigorem in Te agnoſcere licet, quem meditationes bellicæ, quales quidem extra caſtra dari poſſunt, non parum aluere, ut ſi quando in militiam conſilium Te aut neceſſitas patriæ vocaverit, poſt brevia tirocinia magnis Te ducibus ſis inſerturus. Nec vero parum Suecia veſtra intelligit, quantum ſibi ornamenti abs tali cive accedat; aut maligne dotes tuas æſtimant, per quos ſumma rerum apud Vos adminiſtratur. Scilicet uſque adeo ad primum velut conſpectum Te adprobaſti Reginarum Optimæ, cujus animum, per ſapientiam & cunctarum decus virtutum ſplendentem, velut ſalutare aliquod ſidus Suecia veneratur, Inclytiſque Regni veſtri Proceribus, ut Te apud Filium Regemque ſuum intimæ admiſſionis præcipuum eſſe juſſerint, quo ipſe in tenella adhuc ætate familiarius ſi-*

bi observantem haberet eum, cujus consilio & manu olim inter primos uti poterit, quando vestigia immortalis memoriæ Heroum GUSTAVI ADOLPHI Avunculi magni, Patrisque CAROLI GUSTAVI haud dispari premere passu aggredietur. Cui muneri tuo vel præcipuum splendorem conciliat antecessorum claritas, quæ & liquido spes tuas omine firmat, & efficacibus animum stimulis solicitat, ne minus idem abs Te lucis mutuetur. Ac ne illustrior campus desit virilis operæ specimen edendi, in ipso maturæ ætatis limine ad Serenissimum Magnæ Britanniæ Regem Orator jam mitteris, qui sine dubio mittentis animum ex tam gratioso interprete prolixius æstimabit.

Me vero, Illustrissime Comes, ut ea nunc potissimum commemoratione apud Te publice defungerer, impulit singularis Tua adversum me benevolentia, Fratre meo parario mihi parta, quem quondam per biennium in Germania studiis tuis formandis adhibere voluisti, & nunc itineris in Angliam comitem Tibi adjungere; quo expressius aliquod signum addicti virtutibus tuis animi mei haberes. Nec aptior in præsens testandæ obligationi meæ materia suppetebat, quam quæ antiquitates explicaret Reipublicæ, disciplinæ militaris studiosissimæ, cujus sibi possessionem velut propriam hoc seculo Tui cives adscitum ivere.

Illustrissimo Nomini Tuo
addictus perpetuum cliens

Lugduni Batavorum d. 20.
Martii Anno 1661.

SAMUEL PUFENDORF.

LECTOR BENEVOLE.



SI quis ex isthoc Opere in rem literariam fructus redundat, aut si quam gratiam habet, doctorum lucubrationes virorum blattarum ereptas pabulo publicæ luci inserere, eam suo sibi jure vindicat Vir Per-Illustris Dn. PETRUS JULIUS COYET, Eq. Aur. S. R. M. SVECIÆ Consiliarius Aulicus, &c. Patronus meus magnus. Ex cujus liberalitate hoc, quod heic habes, tum alia quædam adhuc nondum publici juris facta ejusdem MEURSII scripta possideo, præter Curas secundas in pleraque antehac ab ipso edita. Eorum itidem copiam Tibi faciam, quam primum suas Typographus operas accomodabit. B. V.

INDEX CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

INDEX CAPITUM.

Liber Secundus.

Cap. I. *Armorum gloria. Fuga, turpis: quique in tergo vulnerati, haud sepulcro digni habiti, & abjecti. ac sepulcris leo impositus, fortitudinis monumentum. Spolia, erepta hostibus, minime diis dedicata, qua de causa? imo neque capere ea, nisi hoste profligato, licitum erat: & trecenti in rem eam constituti, qui id semper observarent. Victo autem hoste, bovem, aut gallum, pro victoriæ modo, Marti immolabant. Galeam, ipsi suam, sibi invenerunt: obiterque de Bœotica, & Corinthia, Paphlagonicaque dictum. Galeam amittere, aut loricam, ignominiosum haud erat; idque quare? Gladius, brevis, velut pugio,* Ξυήλη *dictus. Pollucis locus emendatus. Quare autem brevis fuerit? Antalcidæ dictum.*

II. *Hasta, itidem ab his inventa: & peculiaris quoque. Hac fortissime pugnarunt: ac de ea Agesilai, Archidamique, & Alcidamantis, apophthegmata. Epigrammatis locus illustratus. Symbolum quasi gentis quoddam: puerisque, simul atque nati essent, juxta clypeum apponebatur. A Cleomene abrogata, & sarissa substituta. Clypeus quoque eorum inventum, idque ubi. Et insculpta litera* Λ. *Quomodo gestari solitus: & mutatio a Cleomene. Fœminæ in clypeo enitebantur, & in eo filium natum collocabant, cum acclamatione quadam. Matres etiam, ituris ad bellum filiis clypeum dabant; & addebant eadem verba, quæ dedissent recens positis in clypeo. Gorgona, Leonidæ uxor: eique dictum hoc tributum. Lex, quæ jubebat, ut in acie caderent potius, quam captivos sese dederent. Acies Laconica. Cohors,* Πιτανάτης *dicta, quæ non fuit. Dionis Chrysostomi memoriæ lapsus indicatus. Eodem nomine cohors quædam Antonini Caracallæ, sicut & Spartana phalanx. Carmina Tyrtæi, data lege, jussis in tentorium regis ante pugnam convenire, recitata; ac de iis emendatus Ampelii locus: ipsam vero pugnam inibant ad tibiæ cantum. quin in expeditionibus, in conviviis, cum pæanes canerentur, constitutum, ut Tyrtæi quisque versus decantaret, præmiumque a Polemarcho judice victor carnem acciperet: idque quando, & quamobrem, institutum. In acie, juxta regem positi, pugnabant qui certamine coronario vicissent. Duellum,* ἡ ἀπ' ἄκρας μάχη.

III. *Ætates hominis: &, secundum eam, nomina.* Πρωτῆρες. Μίτυλλος. Βȣ̃α. Βȣάγορ. Μελλείρην. Εἴρην. *Hesychii locus emendatus. Puerorum curatores,* Αμπαιδες. Σφαιρεῖς. *Juvenum curator,* Ιππαρχος. *Ephori eorum vestem quotidie inspiciebant: corpora, decimo quoque die. Viri, plurimi fiebant, qui pulcherrimi: fœminæque, ibi fere formosissimæ nascebantur. idque ut fieret, ars adhibita: ac propositæ uterum ferentibus formæ excellentes. Qui virginem violasset, capite luebat. Pœnæ cælibatus plures: etiam ista, quod in festo quodam cælibes, circum aram a fœminis tracti, colaphis cædebantur: item viduitas, post exactum matrimonium. Clementis locus illustratus. Tamen vetabantur illi uxorem ducere, filiamve aliis suam elocare, quos Tresantes appellabant. Neque cælibatus tantum pœnam habebat, sed & serum matrimonium, atque malum: tum quod ante eos item, etsi ætate grandiores, considerent juniores, queis uxores, liberique. Nuptias vero contracturi, cum virginibus in obscura quadam domo includebantur; &, quam quisque hic cepisset, indotatam abducebat. Virginum nubentium matres, pro felici filiarum matrimonio, Veneri cognomento Junoni, sacra faciebant. Seniores, a convivio redeuntes, a junioribus honoris ergo deducebantur.*

IV. *Ephori, a Chilone instituti; ac fuerunt numero quinque: Athenis item constituti, redacta in potestatem Lacedæmoniorum urbe. Quam diu manserint. Senatus,* Γερωνία *dictus: ac constabat senatoribus numero viginti & octo. Eorum auctoritas; & quales lecti. Abrogati a Cleomene, qui patronomos substituit. Harmostæ: urbani, aut externi. Urbani, quot numero fuerint: Pindarique Scholiastæ de his locus illustratus. Externi vero, quando initium habuerint, quando finem.* Κρεωδαίτης. Αρχοντες, *qui etiam* Τέλη: *item* Πρυτάνεις. *ac de illis opus Charontis Lampsaceni.* Ιππαγρέται. Ιππαρμοσταί. Κυθηροδίκης. *Hesychii locus emendatus. Prætoria, bidiæorum, ephororum, nomophylacum; & incertum quoddam quartum,* Εμπαστήτας *appellatum: deinde etiam, ubi illa ipsa fuerint. Epimenidis monumentum: & de eo asservando oraculum Lacedæmoniis datum.*

V. *Leges, ad Apollinem auctorem relatæ: atque his quam diu usi. Ciceronis error ostensus. Nero Spartam quare ingredi noluerit. Quando latæ, inquisitum. Plutarchi locus expensus, & illustratus: sicut etiam Tatiani, & Thucydidis. Pausaniæ error indicatus. Reipublicæ forma qualis. Menander rhetor emendatus.*

VI. *Helotes, iidem qui* Πενέσαι *apud Thessalos. Ammonius correctus. Medii erant inter servos liberosque. Pollucis locus emendatus. Dura servitus eorum: & nonnulli,* Αργεῖοι *dicti; ut* Μονόμοιτοι, *præfecti. Hesychii locus emendatus.* Μόθωνες *qui, item* Μόθακες: *ac discrimen inter illos indicatum. Hesychius iterum emendatus. Et mothaces quidem liberi erant; sed non plena civitate fruebantur. Cum filiis locupletiorum ad gymnasia mittebantur; pariterque disciplina qualicunque imbuebantur: interque istos in principio Callicratidas, Gylippus, & Lysander. Maxima servorum multitudo apud Lacedæmonios. Ancillæ,* Χαλκίδες *dictæ.*

VII. *Liberti, varii, varieque appellati.* Επεύνακτοι. Αφέται. Αδέσποτοι. Ερυκτῆρες. Δεσποσιοναῦται. Νεοδαμώδεις. *Ac de his, sententiæ antiquorum variæ: aliis, eos ex helotis factos esse dictitantibus; aliis, diversos eos ab helotis facientibus. Quare ita appellati.* Δαμώδεις, *qui. De his Hesychii locus restitutus.*

VIII. *Pecunia ferrea. Nummus quidam,* Πέλανορ *dictus: tum & quantum is valuerit. Vati pro mercede datus. Hesychii error indicatus. Quem laudatum cupiebant, virum divinum dicebant.* Σεῖορ, *&* Σιὸρ, *dictiones Laconicæ. Aristoteli, Auctori Etymologici, & Plutarcho, vera lectio restituta. Cui male vellent, imprecabantur, ut ædificaret domum, equos aleret, aggeres faceret, & mœchum uxor ut haberet. Imprecationis formula. Quid a diis precarentur: ac precatio eorum,* Εὐφημία *ab oraculo appellata. Supplicia, sumebant noctu. Fures quosnam punierint. Jurabant vero per Dioscuros: quos* τὼ σιὼ *appellabant. Ipsum jurare,* Απαλοῖξαι *dicebant.*

IX. *Antequam inirent pugnam, plenilunium observabant. Quam antiqua lex hæc fuerit. Eurotas sprevit, & contemptum infelici pugna luit. Quando de hac abolenda consultatum. Etiam festa observabant. Arabant, occidente Orione. idque* Βοωνεῖν *dicebant. Literas non discebant, nisi quantum*

INDEX CAPITUM.

necessarium: multi, ne discebant quidem. Isocratis locus illustratus. Multi etiam, neque numerare norant. Nemini pro concione verba facere licebat, nisi qui esset triginta annorum. Peregrinos urbe arcebant, nisi diebus constitutis. Apsinis locus emendatus. In spectaculis, quemnam locum assignaverint. Liberos suos indurabant aqua Taygeti. Vibii Sequestri error. Itaque paternas semper artes exercebant, ac vilibus prohibebantur: verum tibia canere, omnes discebant. Aurigandi, proprium habebant modum. Sortiebantur per digitos: idque Helenæ inventum.

X. Triplex chorus, per ætates distributus. Viri eruditi error, qui Lycurgum auctorem facit; & Pollucis, qui Tyrtæum. Plutarchi locus restitutus: item Apostolii, Diogeniani, & Zenobii. Chorus puerorum, Ταλκάδαι dictus. Σαρσίτειος Χορὸς, ad molam saltans. Laconistarum chori quadrati.

XI. Carmina Laconum qualia. Εμβατήριον, quod & Μεσηνιακὸν, & Ενόπλιον, appellatum: constans ex anapæstis, & spondeis: Lesbiis, Αδώνιον dictum. Quin & tibiæ ad hoc ipsum habitæ peculiares, Εμβατήριοι αὐλοὶ inde nominatæ. Aliud, Βȣκολικὸν dictum, & Αςραβικὸν: ejusque origo. Λακωνικὸν denique, quod Alcmani usitatum.

XII. Saltationes variæ: inter quas excellit pyrricha; quam ab anno ætatis quinto pueri discebant. Hæc a Dioscuris tradita, qui acceperant a Minerva, vel, ut quidam, a Pyrrhicho Lacedæmonio, aut Cretensi. Pollucis locus restitutus. Veterum Auctorum hic dissidium conciliatum. Caryatis; quam & ipsam Dioscuri docuere: Caryis agitari solita, in Dianæ Caryatidis honorem, a virginibus, ac quotannis. Viri docti error geminus indicatus. Sigillum Clearchi. Βίβασις, & ea qualis: Aristophanisque locus illustratus. Leonidas, & Callicratidas.

XIII. Certamina varia. Unum epheborum, in Platanista; in quo partes Herculis, & Lycurgi, nominibus distinguebantur: cujusque finis, cum in aquam altera alteram deturbasset. Aliud, ad Pausaniæ, & Leonidæ, sepulcra. Tertium, Pitanæ: gymnicum, & Πιτανάτης ἀγὼν dictum. Quartum, thymelicum, Cereri sacrum, Εἰλήθυα appellatum. Quintum, virginum, numero undecim, festo Bacchi; unde eæ Διονυσιάδες dictæ, ejusque rei quæ origo. Cursus virginum, Ενδριώνας nominatus. Sextum, iterum gymnicum, Εφιπτος dictum. Septimum, in Dianæ honorem, Καλαοίδια. Octavum, festo Carneorum: quo Terpander primus vicit. Scholiastes Aristophanis emendatus. Nonum, Συρμαία: atque unde ita dictum. Διαμαςίγωσις. Lydorum pompa.

XIV. Marti, hominem immolabant: &, apud se natum esse eum, credi cupiebant. Etiam virginem quandoque, incerto deo, sive deæ, ut a peste liberarentur: idque sacrum quando omiserint, & per quam occasionem. Epheborum nocturna sacra. Qui ephebis excessissent, Herculi in Dromo sacra faciebant. Sacrificia incerta: Αψίαι, & Καρυατέα, sive potius, Καρυάτια. Hesychii locus emendatus. Bryseis occulta fœminæ sacra Baccho faciebant. Εκατόμβαια Soli, in Taygeti vertice, præter alia etiam equi, immolati. Sacra incerta, Σῆνα, & Σιάδες. Achilli, ephebi, in Platanista certaturi, rem divinam faciebant. Facta etiam Dioscuris; & Dianæ Corythalliæ, in Tithenidiis. Apollini, in Hyacinthiis: idque ab hedera coronatis, & nocturno item tempore. Hyacintho inferiæ missæ. Minervæ Chalciœcæ pompa, ab armata juventute ducta: item sacra, ab ephoris facta. Alia, pro frugibus. Προλογία. Sacrum denecale. Θεσσαλῶπις. Principium sacrificiorum, Αμφιςερῆ. Festa varia.

XV. Dionysiades, & Leucippides, sacra Baccho Colonatæ faciebant. Dionysiades, aliæ a superius commemoratis, duæ tantum. Leucippides, & deæ dictæ; & earum sacerdotes, atque templum. Deæ, filiæ Leucippi; & a Dioscuris raptæ, a Messena, aut Aphidna; & in matrimonium ab his acceptæ. Propertii locus restitutus: & ejusdem item error indicatus. Emendatus & Hyginus. Sacerdotes vero earum, sicut ipsæ deæ, duæ. Lyciades, sive Lycaides, virgines, triginta numero: quæ aquam in Lyceum. Venus, sicut dii omnes, atque deæ, armata colebatur: cujus templo aliud quoque superstructum, eidem deæ, Μορφὼ cognomento dictæ, dedicatum. Viri docti error istic indicatus. Ea etiam Julio Cæsari pro sigillo usitata. Dioscuri, ubi sepulti; & quando in deos relati. Sepulcra eorum, Λόκανα dicta.

XVI. Antiquissimum Laconiæ nomen, Lelegia. Vindicianus emendatus. Laconica, medicamentorum ferax. Ultimum ejusdem nomen, Τζακωνία: & Lacones, Τζάκωνες dicti. Martianus Capella, & Isacius Tzetzes emendantur. Peste antea sæpenumero conflictata, propter æstum a Taygeto monte nimium, sacris monitu Abaridis factis, nunquam postea laboravit. Jamblichi locus restitutus. Seditio, a Terpandro composita. Terræ motu conflictata: & inprimis sub Archidamo, quo urbs tota eversa. Is qua causa ortus fuerit: & prædictus, ab Anaximandro Physico. Σεισματίας. Furor mulierum, a Bacide curatus.

XVII. Res Laconicæ nonnullæ: & in istis, Nepeta, Resina, Cerussa, Tithymallus, Cosmosandalum, ipsorum inventum: Cicuta. Charisium; ejusque inter fœminas usus, ad virorum mutuum amorem sibi obstringendum. Aristoteles emendatus. Helenium quoque. & Arundo: qua coronabantur in Promachiorum festo. Baculus item, & is incurvus: cum quo etiam prodire in concionem usitatum; donec postea sub Lycurgo is mos desiit, & quamobrem. Claves Laconicæ: quæ occultæ: &, intrinsecus januam aperientes, ac foris claudentes, tres dentes habebant. Januæ quoque bifores.

XVIII. Balneum Laconicum, siccum, & duntaxat ad sudandum institutum; quale Romæ & Agrippa ædificavit. Ferrum: ejusque temperandi quænam ratio, & ad quas res utile fuerit. Flagella. Marmor. Juvenalis Interpres vetus emendatus. Lapis alius: & lapicidinæ, in Tænaro promontorio Laconiæ; cujus lapis duplex erat. Cotes denique, & smaragdi, ex Taygeto monte.

XIX. Metallum, in Taygeto monte. Purpura, & ex ea chlamys: in qua & inibant prælia, &, post fortitudinis exempla edita illustrissima, mortui sepeliebantur; cum cæteri coronis tantum oleaginis ornarentur. Plutarchi error, & confusio, indicata. Currus, ex suberi-quercu, quia ilice carebant. Mensuræ, hic peculiares: & quartarius in his nominatim dictus. Gnomon item illic primus: ab Anaximandro positus, aut discipulo Anaximene. Cycni quoque insigniores, maxime in Eurota flumine: & interioribus eorum plumis lecti a Romanis farti.

LIBER TERTIUS.

CAP. I. Canes Laconici, maximopere celebrati: & in illis, sexus quoque differentia prædicata. Masculi, pastoribus grati, & custodiendo pecori usitati: ac veloces, & laboris patientes. Fœminæ, generosæ habitæ; ac præstabant odoratu: itaque ad venationem exhibebantur, ut investigarent feras. Eorum autem tria genera: & hi, e Laconico utroque erant; illi vero, ex Laconico, & Molosso; isti autem, ex cane, & vulpe; & Αλωπεκίδες

LIBER QUARTUS.

INDEX CAPITUM.

JOANNIS MEURSII
MISCELLANEORUM LACONICORUM
LIBER I.

Cap. I.

Σκοτιτὰ, *locus quidam: ubi Jupiter, cognomento* Σκοτιτᾶς, *colebatur. Stephani locus emendatus. Item* Επιδότας, *aut* Επιδώτης: *sive genius quidam fuit.* Κακεδαίμων *quoque, &* Οὐράνιος: *cujus utriusque sacerdotium ad reges pertinebat. Apollo, cum quatuor manibus, auribusque. Idem,* Θοράτης *cognomento, &* Θόρναξ, *ac* Δρομαῖος.



DE Republica Lacedæmoniorum egregium Opus scripsit Nicolaus Cragius, magnum Daniæ ornamentum. Ego, quæ neglexit ille, ceu minuta, ut sunt certe, nec ad institutum suum pertinentia, hic proponam: quædam etiam, quæ exposuit, pluribus illustraturus. Et initium mihi quidem a diis erit, quorum summus illis Jupiter. Qui

A ΣΚΟΤΙΝΑΣ cognomento, quodam in loco colebatur. Stephanus. Σκοτινὰ, τόπος ἐν Λακεδαίμονι, ἐν ᾧ τιμᾶται Ζεὺς Σκοτινᾶς, ὡς Παυσανίας δεκάτῳ. Ιοῦσι δὲ ἀπὸ τῶν Ερμῶν, ἐςὶ τόπος ὗτος, δρυῶν πλήρης· ὄνομα δὲ τῷ χωρίῳ Σκωτινά. ὃ ὐ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς, ἐπίκλησιν Σκοτινᾶς. *Scotina, locus Lacedæmone, in quo colitur Jupiter Scotinas: ut Pausanias auctor, libro decimo. Hermis vero discentibus, locus hic occurrit, quercubus plenus. Nomen loco, Scotina: quod non frequentia arborum fecit, verum Jupiter, Scotinas cognominatus.* Pausaniæ locus, quem respexit, in *Laconicis* reperitur, qui est liber Περιηγήσεως ejus tertius: ita-
B que scribendum, τρίτῳ, pro δεκάτῳ. Insuper, pro Σκοτινὰ & Σκοτινᾶς, scribe Σκοτιτὰς, & Σκοτιτᾶς. Verba ejus, quæ truncata profert Stephanus, ita habent. Ιοῦσι δὲ ἀπὸ τῶν Ερμῶν, ἐςὶν ὁ τόπος ὗτος, ἅπας δρυῶν πλήρης· τὸ δὲ ὄνομα τῷ χωρίῳ, Σκοτιτάς. τὸ δὲ σκότος, ὐ τὸ συνεχὲς τῶν δένδρων ἐποίησεν, ἀλλὰ Ζεὺς ἐπίκλησιν ἔχε Σκοτιτᾶς. καί ἐςιν ἐν ἀριςερᾷ τῆς

ὁδοῦ, δέκα μάλιστά που στάδια ἐκτραπομένοις, ἱερὸν Σκοτιτᾶ Διός. *Hermis vero discedentibus, locus hic se offert, totus quercubus plenus. nomen vero loco, Scotitas, quasi Tenebrosum dicas. tenebras autem, non fecit arborum continuitas, sed Jupiter cognomentum habebat Scotitas. estque ad sinistram viæ, decem maxime stadia deflectentibus, Jovis Scotitæ fanum.* Loci certe meminit ad eum modum & Polybius, extremo *lib.* XVI. Ἐξαπέστειλε τοὺς ἐπιλέκτους, ὥστε, νυκτερεύσαντας περὶ τὴν Σελλασίαν, ἅμα τῷ φωτὶ κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπιτρέχειν τὴν Λακωνικήν· ἐὰν δ' οἱ μισθοφόροι βοηθήσαντες παρενοχλῶσιν αὐτοὺς, συνέταξε ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὸν Σκοτίταν, καὶ τὰ λοιπὰ πειθαρχεῖν Διδασκαλώνδᾳ τῷ Κρητί. *Emisit selectos, jussos, ubi ad Sellasiam pernoctassent, die sequenti, ubi illuxisset, Laconicam incursare. ac, si milites conductitii ad ferendam opem accurrerent, & negotium facesserent, præcepit, uti ad Scotitam se reciperent, ac de cætero Didascalondæ Cretensi parerent.* Etiam

ΕΠΙΔΟΤΑΣ. Hesychius. Ἐπιδότας, Ζεὺς, ἐν Λακεδαίμονι. *Epidotas, Jupiter, Lacedæmone.* Apud Pausaniam, in *Laconicis*, Ἐπιδώτης scribitur, & genius quidam incertus dicitur. Λακεδαιμόνιοί τε ἐκτελοῦντες πρόσταγμα ἐκ Δελφῶν, τάς τε εἰκόνας ἐποιήσαντο τὰς χαλκᾶς, καὶ δαίμονα τιμῶσιν ἐπιδώτην· τὸ ἐπὶ Παυσανίου τοῦ Ἱκεσίου μήνιμα ἀποτρέπειν τὸν Ἐπιδώτην λέγοντες τοῦτον. *Lacedæmonii, facientes, quod oraculum Delphicum jusserat, & imagines æreas constituerunt, & genium venerantur, Epidotem nominem, Hicesii iram, ob Pausaniæ facinus, ab hoc Epidota averti dicentes.*

ΛΑΚΕΔΑΙΜΩΝ, & ΟΥΡΑΝΙΟΣ: cujus utriusque sacerdotium ad reges pertinebat. Herodotus, *lib.* VI. Γέρεα τε δὴ τάδε τοῖσι βασιλεῦσι Σπαρτιῆται δεδώκασιν, ἱρωσύνας δύο, Διός τε Λακεδαίμονος, καὶ Διὸς Οὐρανίου. *Honores hos regibus Spartiatæ dederunt, duo sacerdotia, Jovis Lacedæmonis, & Jovis Cælestis.* Apollo, cum quatuor auribus, & totidem manibus. Zenobius, *Cent.* I. *proverb.* LIV. Οὐδεὶς ἀψευδέστερος Ἀπόλλωνος· ὃν τετράχειρα, καὶ τετράωτον, ἱδρύσαντο Λακεδαιμόνιοι, ὡς φησὶ Σωσίβιος, ὅτι τοιοῦτος ὤφθη τοῖς περὶ Ἀμύκλαν μαχομένοις. *Nemo veracior est Apolline: quem cum quatuor manibus, & quatuor auribus, Lacedæmonii dedicarunt, ut refert Sosibius, quod talis conspectus esset ad Amyclam pugnantibus.* Quæ totidem verbis Lucillus Tarrhæus, in *Collect. Proverb. in* Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ἔχοντος ὦτα. De quatuor manibus, meminit etiam Hesychius *in* Κουρίδιον, & Κυνακίας: de totidem auribus, etiam Diogenianus, *Cent.* I. *Proverb.* V. Ἄκουε τοῦ τέτταρα ἔχοντος ὦτα. ἐπὶ τῶν πολλὰ εἰδότων, καὶ πολλὰ ἀκουόντων. τὸν γὰρ Ἀπόλλωνα Λακεδαιμόνιοι τετράωτον ἵδρυσαν. *Audi eum, cui quatuor sunt aures. De iis, qui multa vident, & multa audiunt. Apollinem enim Lacedæmonii cum quatuor auribus dedicarunt.* Etiam

ΘΟΡΑΤΗΣ cognomento dictus. Hesychius. Θοράτης, Ἀπόλλων, παρὰ Λάκωσι. *Thorates, Apollo, apud Lacedæmonios.* Item

ΘΟΡΝΑΞ. Idem Hesychius, non multo post. Θόρναξ, ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐν τῇ Λακωνικῇ, ἀπὸ Θόρνακος. Θόρναξ, Ἀπόλλων. *Thornax, fanum Apollinis, in Laconica, a Thornace. Thornax, Apollo.* Meminit etiam Herodotus, *lib.* I. Πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τούτῳ, τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Ἀπόλλωνος. *Cum misissent Lacedæmonii Sardes, aurum emebant, quo uti vellent ad id simulacrum Apollinis, quod nunc est in Thornace Laconicæ.* Item

ΔΡΟΜΑΙΟΣ. Plutarchus, *Sympos.* l. VI. c. IV. Πύκτῃ μὲν Ἀπόλλωνι Δελφούς. Δρομαίῳ δὲ Κρῆτας ἱστοροῦσι θύειν, καὶ Λακεδαιμονίους. *Pugili quidem Apollini Delphos, Dromæo vero sacra facere Cretenses tradunt, & Lacedæmonios.*

CAP. II.

Diana, Χελύτις. *Quid* Χελύττειν, *Laconica lingua. Hesychii locus emendatus.* Ποδάγρα *item, &* Σελασία; *tum* Οὖπις, *accepto a Cretensibus cognomento.* Ἐνοδία. *Athenagoras correctus.* Καρυᾶτις; *sive, ut Lacones dicebant,* Καροιᾶτις: *nam* Κάροια *illi, &* Κάροιον, *pro* Κάρυα, *&* Κάρυον, *scribebant. Hesychius iterum emendatus: item Servius.* Λιμενῆτις, *seu Laconice* Λιμενᾶτις. *Taciti locus vindicatus: ac Pausanias, Tacitique locus alter, restituti. Delthenii, urbs in confinio Laconicæ, & Messeniæ. Apollonides correctus. Strabonis error indicatus. Mercurius,* Κυβαΐζων.

DIANA, ΧΕΛΥΤΙΣ cognomento colebatur, quia Χελύττειν *Tussire* dicebant. Clemens, in *Protreptico*. Καὶ Χελύτιδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν· ἐπεὶ τὸ Βήττειν, Χελύττειν καλοῦσιν. *Dianam vero etiam Chelytidem Spartani colunt: siquidem Tussire,* Χελύττειν *dicunt.* Tussire vero, etiam Χελύττειν dici, quanquam nulla Spartanorum mentione, auctor quoque Hesychius, sed mendosus. Χελύσσεται, βύσσει. nam omnino corrigendum, Χελύσσεται, βήσσει. Etiam

ΠΟΔΑΓΡΑ dicta. Clemens, in *Protreptico*. Ἔστι δὲ καὶ Ποδάγρας ἄλλης Ἀρτέμιδος ἐν τῇ Λακωνικῇ ἱερὸν, ὥς φησι Σωσίβιος. *Est vero & Dianæ alterius, Podagræ cognominatæ, in Laconica fanum, uti auctor est Sosibius.* Eadem

ΣΕΛΑΣΙΑ dicta. Hesychius. Σελασία, Ἄρτεμις. Σελασία, τόπος τῆς Λακωνικῆς· ὅθεν εἰκὸς κληθῆναι τὴν Ἄρτεμιν. *Selasia, Diana. Selasia, locus Laconicæ: unde Diana dicta videtur.*

ΟΥΠΙΣ. Palæphatus, in *Hist. Incredib.* ubi de Phorcynis filiabus agit. Καλοῦσι τὴν Ἄρτεμιν Θρᾷκες, Βένδειαν. Κρῆτες δὲ, Δίκτυνναν· Λακεδαιμόνιοι δὲ, Οὖπιν. *Appellant Dianam Thraces, Bendeam; Cretenses autem, Dictynnam; Lacedæmonii vero, Upin.* Callimachus dicit, sic vocatam a Cretensibus, *Hymno in eam*.

Οὖπι ἄνασσ', εὐῶπι, φαεσφόρε, καὶ δέ σε κείνης
Κρηταέες καλέουσιν ἐπωνυμίην ἀπὸ Νύμφης.
Upi regina; formosa, lucifera, etenim te illa
Cretenses vocant cognomento a Nympha.

Sed Spartanos, uti leges, cæteraque reip. instituta, fere omnia a Cretensibus acceperunt, sic deorum quoque cultum, & cognomina nonnulla, accepisse, vero est simile. Eodem modo,

ΕΝΟΔΙΑ. Athenagoras, in *legatione pro Christianis*. Ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φυλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, καὶ τὴν Ἐνοδίαν σέβει. *Lacedæmonius vero, etiam Agamemnonem Jovem, & Phylonoen, Tyndari filiam, & Enodiam colit.* Ita enim locus ille corrigendus. Hodie corrupte editur, καὶ Τέννην Ὀδίαν. *& Tennen Hodiam.* Diana vero, inter cætera cognomenta, etiam Ἐνοδία dicta. Hesychius. Ἐνοδία, Ἄρτεμις. *Enodia, Diana.* Alii, Hecaten, & Proserpinam, dicunt, quæ eædem censebantur. Scholiastes Sophoclis, *ad Antigonen*, Ἐνοδίαν θεὸν, τὴν Ἑκάτην, ἢ τὴν Περσεφόνην. *Enodiam deam, Hecaten, aut Proserpinam.* Et Demetrius Triclinius, *ibidem*. Ἐνοδίαν δὲ, τὴν Περσεφόνην λέγει, τὴν ἐν ταῖς τριόδοις πορευομένην. ἡ αὐτὴ γάρ ἐστι τῇ Ἑκάτῃ. *Enodiam vero, dicit Proserpinam, quæ in triviis versatur. nam hæc ipsa est quæ Hecate.*

ΚΑΡΥΑΤΙΣ. Vide Hesychium, *in* Καρυᾶτις. Diomedem, *lib.* III. Pausaniam, in *Laconicis*. Ita autem ab aliis Græcis dicebatur, sicut ipsa urbs Καρύαι: verum a Lacedæmoniis, Καροιᾶτις; sicut

item urbs, Κάρριαι. Iudicat Stephanus, istis verbis. Κάρυαι, χωρίον τῆς Λακωνικῆς. Θεόπομπος πεντηκοςῷ καὶ πέμπτῳ. Ὁ οἰκήτωρ, Καρυάτης, καὶ Καρυάτις· καὶ Καρυαῖος, καὶ Καροιεύς. καὶ Καροιάτις μέλισσα, ἀντὶ τῆς Λακωνική. Κάροια γὰρ αὐτόθι τόπος. *Caryæ, locus Laconicæ. Theopompus libro quinquagesimo quinto. habitator, Caryates, Caryatis. item Caryæus, & Caræus. tum Carœatis apis, pro Laconica. Carœa enim ibi locus.* Ac confirmat etiam Servius, *ad Eclogam* VIII. apud quem *Carœa* scribitur quatuor diversis locis Nympha, a qua nomen datum. Itaque Κάροια quoque, & Κάροιον, iidem dicebant, quod alii Græci Κάρυα, & Κάρυον. & apud Hesychium male librarius imperitus υ pro ι scripsit. Καρῦα, Κάρυα, Λάκωνες. Debuisset scribere, Κάροια, Κάρυα, Λ. Idem Servius confirmat, *loco* antea *citato*: *Caræam vero, quam amaverat, in eodem monte in arborem sui nominis vertit, quæ Latine nux dicitur: quod post Diana ita factum Laconas docuit. unde templum Carysatidi Dianæ a Laconibus consecratum.*

ΛΙΜΕΝΗΤΙΣ. Tacitus, *Annal.* IV. *Auditæ dehinc Lacedæmoniorum, & Messeniorum, legationes, de jure templi Dianæ Limenetidis: quod suis a majoribus, suaque in terra, dicatum Lacedæmonii firmabant annalium memoria, vatumque carminibus, sed Macedonis Philippi, cum quo bellassent, armis ademptum: ac post, C. Cæsaris, & M. Antonii, sententia redditum. Contra Messenii, veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere: suoque Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse.* Locum hunc prolixius adscribendum censui, ut a mendo, de quo pridem viri summi, maximis ingenii, & eruditionis, viribus, inter sese contenderunt, vindicarem. Apollonides, *Anthologiæ* lib. VI. cap. III.

Τρίγλαν ἀπ' ἀνθρακιῆς, καὶ φυκίδα, σοί, Λιμενῆτι
Ἄρτεμι, δωρεῦμαι Θῆρις ὁ δικτυβόλος.
Mullum a carbonum strue, & phycidem, tibi, Limeneti
Diana, dono Theris piscator.

Tibi, inquit, Diana Limeneti, ego Theris piscator dono mullum recens assum, ut & phycidem. Ita autem locum eum esse emendandum censeo: neque recte edi hactenus,

—— καὶ φυκίδα σοι λιμενῆτιν.

quasi dicat, *phycidem in portu captam*: ceu in portu melior esset, quam in mari. Lacedæmoniis, Dorica utentibus dialecto, Λιμενᾶτις dicebatur: ut observare est apud Pausaniam, in *Messenicis*. Ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους. ἐπὶ τῆς Φίντα βασιλείας, διαφορὰ πρῶτον, ἀπὸ αἰτίας ἀμφισβητουμένης μὲν περὶ ταύτης, γενέσθαι δὲ οὕτω λεγομένης. Ἐστιν ἐπὶ τοῖς ὅροις τῆς Μεσσηνίας ἱερὸν Ἀρτέμιδος, καλουμένης Λιμενάτιδος. μετεῖχον δὲ αὐτοῦ μόνοι Δωριέων, οἵ τε Μεσσήνιοι, καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Exortum vero est dissidium cum Lacedæmoniis, regnante Phinta, de incerta quidem causa, sed quæ ita memoratur. Est in finibus Messeniæ fanum Dianæ, Limenatidis appellatæ; commune solis Doriensium, Messeniis, & Lacedæmoniis.* Ecce, in confinio Laconiæ erat, & Messeniæ: unde etiam contentio inter populum utrumque de eadem; prima, rege illic Phinta; quam Pausanias, *loco* jam *citato*, refert: altera, posterior multo, sub Tiberio Imperatore; quæ a Tacito memoratur, *loco* itidem *citato*. Corruptus vero hodie Pausaniæ locus, & Διμνᾶτις illic editur: sed omnino reponendum, Λιμενᾶτις. Ac Diana quidem Λιμνᾶτις, utrobique colebatur. Apud Lacedæmonios, in via, quæ Bœis Epidaurum ducebat. Audi Pausaniam, in *Laconicis* hæc tradentem. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν, τὴν ἐκ Βοιῶν ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηρὰν ἄγουσαν, Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστιν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίων Λιμνάτιδος. *Juxta viam, quæ Bœis ducit Epidaurum Limeram, templum est Dianæ Limnatidis.* Apud Messenios vero, in mediterranea regione, ad vicum, quem vocabant Calamas; ubi locus quidam, Λίμναι. Idem Pausanias, in *Messenicis*. Ἐστι δὲ ἐν τῇ μεσογαίᾳ κώμη Καλάμαι, καὶ Λίμναι χωρίον. ἐν δὲ αὐτῷ, Λιμνάτιδος ἱερόν ἐστιν Ἀρτέμιδος. *Est vero in media regione vicus Calamæ, & Limnæ locus: & in ipso, Limnatidis fanum est Dianæ.* En, uterque ille populus eo cognomento deam fano proprio colebat: itaque haud vero simile, deam communi istam, in confinio, sibi colendam existimasse. Ergo certa est emendatio, Λιμενᾶτις: quæ cum neutri propria foret, utrique communis fuit, ubi fines concurrebant. Nec tentandus ullo modo locus Taciti, quod a doctis factum video. Neque recte item Strabo confundit Dianam Λιμενᾶτιν, in confinio, ut ostendi, coli solitam, cum ea quæ Λιμνᾶτις dicta, & a Lacedæmoniis pariter ac Messeniis loco proprio colebatur, uti constat ex Pausania. Ac Strabonem ipsum vide, *lib.* VIII. Sed in ultimis Taciti verbis, quando nunc in eo sumus, mendum nobis est tollendum: in quo viri sane maximi graviter hactenus laborarunt. Ita autem sese habent. *Suoque Dentheliatem agrum, in quo id delubrum, cessisse.* Mira hic comminiscuntur viri docti, & se torquent. Levicula mutatione ita corrigo, duabus literis inter sese commutandis. *Suoque Deltheniatem agrum.* Nam Δελθήνιοι, ut scribebant cæteri Græci, vel Δελθάνιοι, ut Lacones, & Messenii, quibus Dorica dialectus usitata, oppidum erat, in confinio utrorumque: unde & belli aliquando causa fuit. Hujus rei testis sat disertus Stephanus, istis verbis. Δελθάνιοι, πόλις, μία τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίων καὶ Λακεδαιμονίων. *Delthanii, urbs, una ex iis, de quibus inter se pugnabant Messenii ac Lacedæmonii.* Itaque res manifesta: neque opus, viros doctos de correctione loci ultra inter se contendere. Dicta autem hæc Diana Λιμενᾶτις, quod præesse portubus existimarent. Id Callimachus clare docet, *Hymno in eam.*

—— καὶ μὲν ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ, καὶ λιμένεσσιν, ἐπίσκοπος. ——
—— *& quidem viis*
Eris, & portubus, inspectrix. ——

Ac mox iterum, in *Ejusdem Hymni* fine.

Πότνια Μουνυχίη, λιμενοσκόπε, χαῖρε Φεραίη.
Diva Munychia, portuum inspectrix, salve Pheræa.

Et hæc de Diana satis. Mercurius, ΚΥΒΑΙΖΩΝ dictus. Hesychius. Κυβαΐζοντα, Λάκωνες τὸν ἐνθουσιῶντα, ἢ τὸν Ἑρμῆν. *Cybaizontem, Lacedæmonii lymphaticum, aut Mercurium.*

CAP. III.

Minerva, Ὀπτιλέτις; *a Lycurgo dedicata qua de causa.* Χαλκίοικος, *a quibus structum ejus templum: in quo multi lapides, dicti* Θρασύδειλοι, *dedicati. Bacchus*, Συκίτης, *sive* Συκεάτης. *Æsculapius*, Ἀγλαόπης, *&* Αἰγλάηρ. *Venus*, Τυμβωρύχος. *Mars*, Θηρίτας. *Adonis*, Κίρις. *Pausaniæ locus emendatus. Ceres*, Ἐπιπολά. *Proserpina*, Φλοιά: *&, proprio nomine*, Πυροφόνεια.

MINERVA, ΟΠΤΙΛΕΤΙΣ; a Lycurgo dedicata: quod oculos ei, qui Ὄπτιλοι lingua Spartanorum dicti, conservasset. Plutarchus, in *ejus Vita*. Τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα Λυκοῦργος ἱδρύσατο τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, ἣν Ὀπτιλέτιν προσηγόρευσε. τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς, ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς καλοῦσιν. *Hujus casus monumentum Lycurgus struxit ædem Minervæ, quam vocavit Optiletin: quod hujus regionis Dores oculos* ὀπ-

τίλυς *dicant*. Erat autem in Minervæ Chalciœcæ sacro agro. Idem docet, in *Apophthegm. Lac.* Τοῦ δὲ πάθους ὑπόμνημα ἱδρύσατο ἐν τῷ τῆς Χαλκιοίκου τεμένει ἱερὸν Ἀθηνᾶς, Ὀπτιλέτιν προσαγορεύσας. τοὺς γὰρ ὀφθαλμοὺς, ὀπτίλους οἱ τῇδε Δωριεῖς λέγουσι. *Monumentum autem casus posuit in sacro Chalciœcæ agro fanum Minervæ, Optiletin eam vocans. oculos enim, ejus regionis Dorienses* ὀπτίλους *dicunt*, Pausaniæ, communi Græcorum dialecto, Ὀφθαλμῖτις nuncupatur, in *Laconicis*. Ἰόντι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ Ἄλπιον καλούμενον, ναός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ὀφθαλμίτιδος. ἀναθῆναι δὲ Λυκοῦργον λέγουσιν, ἐκκοπέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον ὑπὸ Ἀλκάνδρου· διότι, οὓς ἔθηκε νόμους, οὐκ ἀρεστοὺς συνέβαινεν εἶναι τῷ Ἀλκάνδρῳ. διαφυγὼν δὲ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, Λακεδαιμονίων ἀμυνάντων, μὴ προσαπολέσθαι οἱ καὶ τὸν λειπόμενον ὀφθαλμὸν, οὕτω ναὸν Ὀφθαλμίτιδος Ἀθηνᾶς ἐποίησε. *Euntibus prope ad Alpium, quod appellatur, Minervæ Ophthalmitidis occurrit ædes. dedicasse autem hanc Lycurgum ferunt: quod, cum alterum ei Alcander oculum excussisset, cui latæ ab illo leges non placebant, in hunc vicum confugisset: ubi, propugnantibus Lacedæmoniis, conservatus, quo minus & oculum, qui reliquus erat, amitteret, Minervæ templum Ophthalmitidis exstruxit.* Erat etiam,

ΧΑΛΚΙΟΙΚΟΣ: cujus plurimi meminerunt; Thucydides, Polybius, Lycurgus, Diodorus Siculus, Æmylius Probus, Plutarchus, Livius, Pausanias, & alii multi. Nomen datum, vel quod templum ex ære esset, vel quod firmum, vel quod exules Chalcidenses id struxissent. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Χαλκίοικος, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ· ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὸ στερεὸν εἶναι, ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς, τοὺς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας, κτίσαι. *Chalciœcus, Minerva Spartæ: seu quod æneam haberet domum, seu quod firma ea esset, seu quod etiam Chalcidenses, ex Eubœa exulantes, exstruxissent*, Quod ex ære domus esset, aut struxissent Chalcidenses, auctor etiam est Suidas. Χαλκίοικος, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Σπάρτῃ· ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὸ τοὺς Χαλκιδεῖς, τοὺς ἐξ Εὐβοίας φυγάδας, κτίσαι. *Chalciœcus, Minerva Spartæ; seu quod æneam domum haberet, seu quod eam Chalcidenses exstruxissent, qui Eubœa exulabant.* De ænea domo, etiam Livius, *lib.* XLV. *Ætoli circa Chalciœcum, (Minervæ est templum æreum) congregati cæduntur.* Et Pausanias, in *Phocicis*. Τὸ δὲ ἐς τὸν τρίτον τῶν ναῶν, ὅτι ἐγένετο ἐκ χαλκοῦ, θαῦμα οὐδέν. εἴγε Ἀκρίσιος μὲν θάλαμον χαλκοῦν τῇ θυγατρὶ ἐποιήσατο, Λακεδαιμονίοις δὲ Ἀθηνᾶς ἱερὸν Χαλκιοίκου καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι λείπεται. *Nam quod attinet tertium delubrum, fuisse ex ære, non mirandum: siquidem Acrisius & filiæ thalamum æreum fecit; & hac nostra quoque ætate exstat apud Lacedæmonios Minervæ templum, cognomento Chalciœci.* Struere id Tyndareus cœpit, ac continuarunt filii: sed, cum illi quoque imperfectum relinquerent, ipsi post Lacedæmonii perfecerunt. Erat vero in colle urbis editissimo, quem & arcem appellabant. Pausaniæ in hanc rem locus plane unicus, in *Laconicis*. Λακεδαιμονίοις καὶ ἡ ἀκρόπολις μὲν, ἐς ὕψος περιφανὲς ἐξέχουσα, οὐκ ἔστι. ὄντων δὲ ἐν τῇ πόλει λόφων καὶ ἄλλων, τὸ μάλιστα ἐς μετέωρον ἀνῆκον, ὀνομάζουσιν ἀκρόπολιν. ἐνταῦθα Ἀθηνᾶς ἱερὸν πεποίηται, Πολιούχου καλουμένης, καὶ Χαλκιοίκου τῆς αὐτῆς. τοῦ δὲ ἱεροῦ τῆς κατασκευῆς Τυνδάρεως, καθὰ λέγουσιν, ἤρξατο. ἀποθανόντος δὲ ἐκείνου, δεύτερα οἱ παῖδες ἐξεργάζεσθαι τὸ οἰκοδόμημα ἤθελον. ἀφορμὴ δὲ σφισιν ἔμελλε τὰ ἐξ Ἀφιδναίων ἔσεσθαι λάφυρα. προαπολιπόντων δὲ καὶ τούτων, Λακεδαιμόνιοι πολλοῖς ἔτεσιν ὕστερον τόν τε ναὸν ὁμοίως καὶ ἄγαλμα ἐποιήσαντο Ἀθηνᾶς χαλκοῦν. *Lacedæmonii arcem, in excelso exstructam loco, non habent. sed, cum in urbe multi sint colles, eorum eminentissimum arcem appellant. In eo, Minervæ est ædes, cui Poliuchi, & Chalciœci, nomen est. Ejus ædificationem Tyndareus exorsus est: eoque mortuo, liberi opus perficere instituerunt, destinatis in hanc rem manubiis Aphidnæorum. verum, illis ante mortuis, multis post annis Lacedæmonii, & delubrum Minervæ, & ejusdem ex ære signum, dedicarunt.* Inde plurima commemorat, quæ in eo spectabantur. Erant porro, quod non memorat, multi in eo dedicati lapides, θρασύδειλοι appellati. Plutarchus, lib. *De flum.* ubi de Eurota agit. Γεννᾶται δ᾽ ἐν αὐτῷ λίθος, περικεφαλαίᾳ παρόμοιος, θρασύδειλος προσαγορευόμενος. ἅμα γὰρ σάλπιγγος ἀκούει, ἐπὶ τὴν ὄχθαν προχωρεῖ· τῶν δ᾽ Ἀθηναίων ὀνομασθέντων, εἰς τὸν βυθὸν ἅλλεται. κεῖνται δὲ πολλοὶ καθιερωθέντες ἐν τῷ ναῷ τῆς Χαλκιοίκου Ἀθηνᾶς. *Nascitur autem in eo lapis, galeæ similis, thrasydeilus, quasi audax, timidusque, appellatus: simul enim tubam audit, in ripam progreditur; verum, si Athenienses nominentur, rursum in profundum desilit. multi vero in Minervæ Chalciœci templo consecrati jacent.* Erat Bacchus etiam,

ΣΥΚΙΤΗΣ dictus, quia ficum invenisset. Athenæus, *lib.* III. Σωσίβιος δ᾽ ὁ Λάκων, ἀποδεικνὺς εὕρημα Διονύσου τὴν συκῆν, διὰ τοῦτο φησὶ καὶ Λακεδαιμονίους Συκίτην Διόνυσον τιμᾶν. *Sosibius vero Lacon, postquam ostendit, ficum Bacchi inventum esse, ideo inquit Lacedæmonios etiam Bacchum* Συκίτην *colere.* Hesychio est Συκεάτης: quanquam Lacedæmoniorum nulla prorsus mentione. Συκεάτης, ὁ Διόνυσος. *Syceates, Bacchus.* Æsculapius,

ΑΓΛΑΟΠΗΣ dicebatur. Idem Hesychius. Ἀγλαόπης, ὁ Ἀσκληπιὸς, Λάκωνες. *Aglaopes, Æsculapius, Laconés.* Neque alius est

ΑΙΓΛΑΗΡ: quod Lacones dicebant pro Αἰγλήεις. Hesychius. Αἰγλάηρ, Ἀσκληπιός. *Æglaer, Æsculapius.* Venus vero,

ΤΥΜΒΩΡΥΧΟΣ. Clemens, in *Protreptico*. Ἀφροδίτην Τυμβωρύχον θρησκεύουσιν Ἀργεῖοι, καὶ Λάκωνες. *Venerem* Τυμβωρύχον, *(sive dicas Sepulcra effodientem) colunt Argivi, & Lacones.* Ejus amasius Adonis,

ΚΙΡΙΣ. Hesychius. Κίρις, λύχνος, ὄρνεον, ἢ Ἄδωνις, Λάκωνες. *Ciris, lychnus, avis, aut Adonis, Lacones.* Et omnino emendandus est Pausanias, in *Laconicis*. Ἐπείργασται δὲ τῷ βωμῷ, τοῦτο μὲν, ἄγαλμα Κίριδος, τοῦτο δὲ, Ἀμφιτρίτης. *Inscalpta sunt in ara, cum Ciridis, tum Amphitrites, signa.* Quod Sylburgio etiam placuisse video. Mars,

ΘΗΡΙΤΑΣ. Hesychius. Θηρίτας, ὁ Ἐνυάλιος, παρὰ Λάκωσι. *Theritas, Enyalius, apud Lacedæmonios.* Ceres, culta

ΕΠΙΠΟΛΛΑ cognomento. Hesychius. Ἐπιπόλλα· οὕτως ἐν Λακεδαίμονι ἡ Δημήτηρ ἱδρυμένη τιμᾶται. *Epipolla. Ita Ceres Lacedæmone consecrata colebatur.* Ejus filia, Proserpina,

ΦΚΟΙΑ dicta. Idem Hesychius. Φλοιὰν τὴν Κόρην τὴν θεὸν οὕτω καλοῦσι Λάκωνες. *Phlœam, Proserpinam deam ita appellant Lacones.* Proprio autem nomine, sicut aliis Περσεφόνεια, ita Πηρεφόνεια Lacedæmoniis dicebatur. Hesychius. Πηρεφόνεια, Περσεφόνεια, Λάκωνες. *Perephonea, Proserpina, Lacones.*

CAP. IV.

Phylonoe. Pasiphae. Pausaniæ locus emendatus. Chalcedane. Cassandra, Alexandra appellata. Agamemnon, cognomento Ζεύς: *deque eo Hesychii locus illustratus; & Isacii Tzetzæ error ostensus. Clytæmnestra. Menelaus. Helena: ejusque duo filii, Nicostratus, & Æthiolas. Ulysses. Astrabachus, sive Astrobacus. Lycurgus. Paris, qui & Alexander dictus: & Deiphobus.*

COLEBATUR etiam ab illis PHILONOE, Tyndari filia. Athenagoras, in *Legat. pro Christianis*. Ὁ δὲ Λακεδαιμόνιος, καὶ Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φυλονόην, τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα,

τέρα, σέβει. *Lacedæmonius vero, etiam Agamemnonem Jovem: & Phylonoen, Tyndari filiam, veneratur.* Certe immortalem etiam illam a Diana factam, memorat Apollodorus, *lib.* III. Τυνδάρεω, καὶ Λήδας, Φυλονόη. ἣν Αρτεμις ἀθάνατον ἐποίησε. *Tyndari, & Ledæ, Phylonoe: quam Diana immortalem fecit.*

PASIPHAE. Plutarchus, in *Agide, & Cleomene.* Συνέβη δὲ περὶ τὰς ἡμέρας ἐκείνας, καὶ τῶν ἐφόρων ἕνα, κοιμώμενον ἐν Πασιφάης, ὄναρ ἰδεῖν θαυμαστόν. *Accidit vero per hos dies, uti ephororum uni, in fano Pasiphaes dormienti, somnium offerretur admirandum.* Hanc nonnulli, unam Atlantidum; alii, Cassandram dicunt, Priami filiam, ibi mortuam; alii, Amyclæ Daphnen: cultam vero fuisse Thalamis, oppido Laconiæ; & oraculum illic suum habuisse: ac Pasiphaen appellatam, παρὰ τὸ πᾶσι φαίνειν τὰ μαντεῖα, *quod oracula omnibus declararet.* Idem Plutarchus, in *eodem Agide.* Ιερὸν δὲ Πασιφάης, καὶ μαντεῖον ἦν ἐν Θαλάμαις τιμώμενον. ἣν τινὲς μὲν ἱστοροῦσι, τῶν Ατλαντίδων μίαν οὖσαν, ἐκ τοῦ Διὸς, τὸν Αμμωνα τεκεῖν. τινὲς δὲ, Κασσάνδραν, τὴν Πριάμου, τελευτήσασαν ἐνταῦθα. καὶ, διὰ τὸ πᾶσι φαίνειν τὰ μαντεῖα, Πασιφάην προσαγορευθεῖσαν. ὁ δὲ Φύλαρχος, Αμύκλα θυγατέρα Δάφνην τοὔνομα. *Templum vero Pasiphaæ, & oraculum, Thalamis erat honoratum. quam Atlantidum unam, Jovis filiarum, Ammonem peperisse quidam tradunt: nonnulli, Priami Cassandram, illic mortuam: &, quia omnibus oracula declararet, Pasiphaen fuisse dictam. Phylarchus vero, Amyclæ filiam, Daphnen nomine.* Cicero, *De divin.* lib. I. *Etiam qui præerant Lacedæmoniis, non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaæ fano; quod est in agro extra urbem, somniandi caussa excubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Meminit strictim etiam Tertullianus, in *Apologetico suo: Oraculis hoc genus stipatus est orbis: ut Amphiarai, apud Oropum; Amphilochi, apud Mallum; Sarpedonis, in Troade; Trophonii, in Bœotia; Mopsi, in Cilicia; Hermiones, in Macedonia; Pasiphaæ, in Laconica.* Corruptum ejus nomen est apud Pauſ. in *Lacon.* ubi de urbe Thalamis agit; in qua cultam, ex Plut. jam excepimus. Χαλκᾶ δὲ ἑστήκεν ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ τοῦ ἱεροῦ, τῆς τε Παφίης, καὶ Ηλίου. *Ex ære stant, in ea fani parte, quæ sub dio est, signa Paphiæ, & Solis.* Et mox subjungit. Καὶ οὐ Θαλάμαις ἐπιχώριος δαίμων ἐστιν ἡ Παφίη. *Neque Thalamis patrium numen est Paphia.* Scribendum omnino est, Πασιφάης, & Πασιφάη. Colebatur &

CHALCEDANE. Hesychius. Χαλκεδάνη. ταύτης ἱερὸν ἐν Σπάρτῃ. *Chalcedane. Hujus fanum Spartæ.*

CASSANDRA, apud ipsos *Alexandra* appellata. Pausanias, in *Laconicis.* Πεποίηται δὲ καὶ Κασσάνδρης τῆς Πριάμου ναὸς, καὶ ἄγαλμα, Αλεξάνδρας ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλουμένης. *Est ibi Cassandræ, Priami filiæ, structa ædes, & simulacrum, Alexandræ ab indigenis appellatæ.* Alio loco, in *Laconicis* iisdem, sic vocatam memorat ab Amyclæis. Αμύκλαι δὲ, ἀνάστατος ὑπὸ Δωριέων γενομένη. καὶ ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα, θέας παρείχετο ἄξιον ἱερὸν Αλεξάνδρας, καὶ ἄγαλμα. τὴν δὲ Αλεξάνδραν οἱ Αμυκλαεῖς Κασσάνδραν τὴν Πριάμου φασὶν εἶναι. *Amycla vero, a Doriensibus eversa, ex eo tempore vicus manens, dignum spectatu exhibebat fanum Alexandræ, & signum. Alexandram vero Amyclæi Cassandram esse dicunt, Priami filiam.* Hesychius. Κασσάνδρα, Αλεξάνδρα, ἐν Λακεδαιμονίᾳ. *Cassandra, Alexandra, in Lacedæmonia.* Colebantur item illic, Agamemnon, cum uxore Clytæmnestra: sicut etiam Menelaus, ejus frater; & illius uxor, Helena: Et imprimis

AGAMEMNON, cognomento Ζεὺς vocatus. Athenagoras, in *Apologia.* Ο δὲ Λακεδαιμόνιος, Αγαμέμνονα Δία σέβει. *Lacedæmonius vero, Agamemnonem Jovem colit.* Clemens, in *Protreptico.* Αγαμέμνονα γοῦν τινα Δία ἐν Σπάρτῃ τιμᾶσθαι, Στάφυλος ἱστορεῖ. *Agamemnonem certe quendam Jovem Spartæ coli, Staphylus refert.* Clytæmnestra, ejus uxor, apud Lycophronem ita loquitur.

Εμὸς δ' ἀκοίτης, δμωΐδος νύμφης ἄναξ,
Ζεὺς Σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται,
Τιμὰς μεγίστας Οἰβάλου τέκνοις λαχών.
Meus vero maritus, captivæ dominus sponsæ,
Jupiter a Spartanis argutis vocabitur,
Summos honores ab Oebali filiis consecutus.

Ad quem locum ita Isaacius Tzetzes. Οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἱδρύσαντες Αγαμέμνονος Διὸς ἱερὸν, εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος. *Lacedæmonii, qui Agamemnonis Jovis fanum dedicarunt, in honorem herois.* Errat autem vehementer, alio loco, cum Lapersas populum quendam Atticæ tradit, atque ibi eum cultum. Λαπέρσαι, δῆμος Αττικῆς, ἔνθα Διὸς Αγαμέμνονός ἐστιν ἱερόν. *Lapersæ, populus Atticæ, ubi Jovis Agamemnonis est fanum.* Nec enim Lapersæ in Attica locum ullum habuere; neque ibi Jovem cultum Agamemnonem quisquam antiquorum tradit. Quia vero Jovem antiqui ætherem censebant esse, Metrodorus Agamemnonem allegorice ætherem dixit. Itaque illustro locum illum Hesychii. Αγαμέμνονα, τὸν αἰθέρα Μητρόδωρος εἶπεν ἀλληγορικῶς. *Agamemnonem, Metrodorus ætherem dixit allegorice.* Ejus uxor,

CLYTÆMNESTRA, ibidem Amyclis culta: & signum ejus memoratur, juxta virum Agamemnonem, a Pausania, in *Laconicis*, aliquoties citatis. Καὶ Κλυταιμνήστρας ἐστὶν ἐνταῦθα εἰκὼν, καὶ ἄγαλμα, Αγαμέμνονος νομιζόμενον μνῆμα. *Et Clytæmnestræ est ibidem effigies, & simulacrum, quod in memoriam Agamemnonis collocatum putabatur.* Eodem modo

MENELAUS, ejus frater; & uxor, HELENA. Isocrates, in *Encomio Helenæ*, de ea, & Menelao, loquens. Εν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς θυσίας αὐτοῖς ἁγίας καὶ πατρίους ἐπιτελοῦσιν, οὐχ ὡς ἥρωσιν, ἀλλ' ὡς θεοῖς ἀμφοτέροις οὖσιν. *Therapnis Laconicæ sacra ipsis sancta patriaque faciunt, non ut heroibus, sed utrique tanquam diis.* Et observa, Therapnis factum. Sic Æneas Gazæus, in *Theophrasto.* Τὸν γοῦν Μενέλεων, καὶ νὴ Δία τὴν Ελένην, ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμοῦντες, μετ' ἐκεῖνον ᾄδουσι, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. *Menelaum itaque, & per Jovem etiam Helenam, Therapnis Laconicæ diis adnumerantes, post illum canunt, sacrificiisque, & donariis, colunt.* De Menelao solo, loquitur Athenagoras in *Legat.* Λακεδαιμόνιοι δὲ, Μενέλεων (ἵδρυνται θεόν·) καὶ θύουσιν αὐτῷ, καὶ ἑορτάζουσιν. *Lacedæmonii vero, Menelaum (fecerunt deum:) & sacra illi, ac festum, celebrant.* Pausanias, in *Laconicis*, ubi de Therapnis agit, idem dicit. Meminitque templi ejus, quod dicebant Μενελάϊον, locis pluribus Polybius, *lib.* V. & Livius, *lib.* XXXIV. Pariter quoque Helenæ templum separatim memoratur ab Herodoto, *lib.* VI. Εφόρεε αὐτὴν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην ἐς τὸ τῆς Ελένης ἱρὸν, τὸ ἐστιν ἐν τῇ Θεράπνῃ καλεομένῃ. *Ferebat ipsum quotidie ad Helenæ templum, quod est in loco, quem Therapnen vocant.* Memorat itidem Hesychius, *in* Κανάθρα. Ejus festum, Ελένια dictum, apud eundem alibi legitur. Ελένια, ἑορτὴ, ἀγομένη ὑπὸ Λακώνων. *Helenia, festum, a Laconibus celebratum.* Credebantur vero ipsi, ut & fratribus, Dioscuris, curæ esse, qui in mari navigabant. Sic Apollo dicit, apud Euripidem, in fine *Orestis.*

Εσται σπονδαῖς ἔντιμος ἀεὶ,
Σὺν Τυνδαρείδαις, τοῖς Διὸς υἱοῖς,
Ναύταις μεδέουσα θαλάσσης.
Erit semper honorabilis sacrificiis,
Cum Tyndaridis, Jovis filiis,
Nautarum in mari curam gerens.

Quin & duo ejus filii, NICOSTRATUS, & ÆTHIOLAS, pro diis culti. Scholiastes Homeri, *ad Iliad.* γ'. Κιναίθων δέ φησι, Νικόστρατος, καὶ Αἰθιόλας, Ελένης δύο παῖδες, παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμῶνται. *Cinæthon vero ait, Nicostratus, & Æthiolas, duo Helenæ filii, a Lacedæmoniis coluntur.*

ULYSSES quoque inter deos collocatus. Observare est apud Plutarchum, in *Quæst. Græc.* Ἐν Λακεδαίμονι, παρὰ τὸ τῶν Λευκιππίδων ἱερὸν, ἵδρυται τοῦ Ὀδυσσέως ἡρῷον. *In Lacedæmone, juxta Leucippidum fanum, Ulyssi, tanquam heroi sacellum est conditum.* Item

ASTRABACUS. Clemens, in *Protreptico*, Ἔστι μὲν ἐφευρεῖν καὶ ἀναφανδὸν ἔτι κατὰ πόλεις δαίμονας ἐπιχωρίους, τιμὴν ἐπιτρεπομένους. παρὰ Κυθνίοις μὲν Ἔδημον, παρὰ Τηνίοις Καλλισταγόραν, παρὰ δ' Ἠλείοις Ἄνιον, παρὰ Λάκωσιν Ἀστράβακον. *Licet etiam in civitatibus aperte invenire genios indigenas, qui honorantur: apud Cythnios quidem Edemum, apud Tenios Callistagoram, apud Eleos vero Anium, apud Lacedæmonios Astrabacum.* Pausanias, in *Laconicis*. Πλησίον, δὲ, Ἀστραβάκου καλούμενόν ἐστιν ἡρῷον. *Juxta vero, est heroum, quod Astrabaci appellant.* Apud Herodotum, duobus locis Astrobacus scribitur, *lib.* VI. Οἱ στέφανοι ἐφάνησαν ἐόντες ἐκ τοῦ ἡρώου, τοῦ παρὰ τῇσι θύρῃσι τῇσι αὐλείῃσι ἱδρυμένου, τὸ καλέουσιν Ἀστροβάκου. *Compertumque est, illas coronas fuisse sumptas ex heroo, quod est juxta januam aulæ structum, & Astrobaci vocatur.* Nec multo post iterum. Ἐκ τοῦ ἥρωος τούτου γέγονας, καί τοι πατήρ ἐστι Ἀστρόβακος ὁ ἥρως. *Ex hoc heroe natus es, paterque tibi est Astrobacus heros.*

LYCURGUS. Idem Herodotus, de Lacedæmoniis agens, *lib.* I. Τῷ δὲ Λυκούργῳ τελευτήσαντι ἱρὸν εἱσάμενοι, σέβονται μεγάλως. *Lycurgum vero mortuum, structo fano, majorem in modum colunt.* Et Pausanias, in *Laconicis*. Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Λυκούργῳ, τῷ θεμένῳ τοὺς νόμους, οἷα δὴ θεῷ πεποιήκασι καὶ τοῦτο ἱερόν. *Lacedæmonii vero Lycurgo, qui leges tulit, tanquam deo, etiam templum hoc posuerunt.* Ac quotannis sacra ipsi faciebant. Strabo, *lib.* VIII. Μόνῳ γοῦν Λυκούργῳ (Ἔφορός φησιν) ἱερὸν ἱδρύσθαι, καὶ θύεσθαι κατ' ἔτος. *Soli itaque Lycurgo (Ephorus ait) templum esse dedicatum, ac quotannis sacra fieri.* Plutarchus in *ejus Vita*. Ἀριστοτέλης ἐλάττονας σχεῖν φησι τιμὰς, ἢ προσῆκον ἦν αὐτὸν ἔχειν, ἐν Λακεδαίμονι, καίπερ ἔχοντα τὰς μεγίστας. ἱερόν τε γάρ ἐστιν αὐτοῦ, καὶ θύουσι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὡς θεῷ. *Aristoteles minores ipsum, quam conveniret, honores habere in Lacedæmone dicit, quamquam maximos habentem. Nam est ejus illic templum, & quotannis velut deo sacra faciunt.* Videndus etiam est Suidas, in Λυκούργῳ τῷ νομοθέτῃ.

PARIS, qui & *Alexander*, ac DEIPHOBUS, itidem Therapnis culti, cum Menelao, Helenaque. Æneas Gazæus, in *Theophrasto*. Τὸν γοῦν Μενέλεων, καὶ νὴ Δία τὴν Ἑλένην, μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον, μετὰ τὸν Δηΐφοβον, ἐν Θεράπναις τῆς Λακωνικῆς τοῖς θεοῖς συναριθμοῦντες, μετ' ἐκεῖνον ᾄδουσι, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι θεραπεύοντες. *Menelaum itaque, & per Jovem etiam Helenam, post Alexandrum, post Deiphobum, Therapnis Laconicæ diis adnumerantes, post illum canunt, sacrisque, & donariis, colunt.*

CAP. V.

Juno, cognomento Αἰγοφάγος. *Ejus templum, a quo conditum, & quamobrem. Capræ illi immolatæ. Hesychii locus emendatus. Corona illi imposita,* Πυλεών *dicebatur. Apollo,* Φοῖβος *cognomento.* Φοιβαῖον, *locus ei consecratus: & ibidem templum Dioscurorum, in quo Marti Enyalio catulum canis ante pugnam ephebi sacrificabant. Pausanias correctus, & Herodotus illustratus. Quare Marti sacrum fecerint, & cur canem immolaverint: quare denique in Phœbæo, & Dioscurorum templo, accurate inquisitum. Dioscuri, hominum Servatores crediti: unde & parotides, in morbis enatæ, eorum nomine appellatæ.*

JUNO culta, Αἰγοφάγος appellata cognomento: ita dicta, quod huic capras immolarent. Fanum primus struxit Hercules, quod in pugna cum Hippocoonte, ejusque filiis, semper adversari sueta, nullum ipsi impedimentum objecisset: tum & capras immolavit, cum non alia hostia ad manum esset. Pausanias, in *Laconicis*. Μόνοις δὲ Ἑλλήνων Λακεδαιμονίοις καθέστηκεν Ἥραν ἐπονομάζειν Αἰγοφάγον, καὶ αἶγας τῇ θεῷ θύειν. Ἡρακλέα δὲ λέγουσιν ἱδρύσασθαι τὸ ἱερὸν, καὶ αἶγας θῦσαι πρῶτον, ὅτι μαχομένῳ οἱ πρὸς Ἱπποκόωντα, καὶ τοὺς παῖδας, οὐδὲν ἐκ τῆς Ἥρας ἀπήντησεν ἐμπόδιον. ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐδόξαζεν ἐναντιοῦσθαί οἱ τὴν θεόν. αἶγας δὲ αὐτὸν θῦσαί φασιν, ἱερείων ἀπορήσαντα ἄλλοίων. *Soli e Græcis omnibus Lacedæmonii solemne habent Junonem cognomento Ægophagon appellare, & immolare illi capras. Herculem vero dedicasse fanum ajunt, & primum capris sacra fecisse, quod pugnanti adversus Hippocoontem, & filios ejus, nullum plane impedimentum obtigisset. nam, quemadmodum in aliis, deam sibi obversaturam existimaverat. capras vero immolasse ipsum dicunt, quod alterius generis victimæ non suppeterent.* Emendandus est Hesychius, apud quem corrupte editur: Αἰγοφάγος, Χήρα, ἐν Σπάρτῃ. *Ægophagus, Vidua, Spartæ.* Rescribo, Αἰγοφάγος, Ἥρα. *Ægophagus, Juno.* Huic deæ & coronam imponebant, quæ Πυλεών dicebatur. Athenæus, *lib.* XV. Πυλεὼν, ὥς φησι καλεῖται ὁ στέφανος, ὃν τῇ Ἥρᾳ περιτιθέασιν οἱ Λάκωνες. *Pyleon. Ita dicitur corona, qua Lacones Junonem circumdabant.* Hujus coronæ etiam Hesychius meminit, sed Junonis nullam mentionem facit. Apud Alcmanem mulier quædam, ei talem coronam dedicans, ita loquitur,

> Καί τυν εὔχομαι, φέροισα τόνδ' ἑλιχρύσω πυλεῶνα,
> καὶ ἀκηράτω κυπαίρω.
> *Et tibi votum nuncupo, ferens hunc, ex helichryso*
> *& illibato cypero, pyleonem.*

Apollo, ut notum, Φοῖβος cognomento dictus: ac Φοιβαῖον, locus illi consecratus, ad Therapnen: ubi Dioscurorum fanum, in quo juvenes sacra facere Enyalio consueverant. Pausanias, in iisdem *Laconicis*. Θεράπνης δὲ οὐ πόρρω, Φοιβαῖον καλούμενόν ἐστιν. ἐν αὐτῷ, Διοσκούρων ναός. καὶ οἱ ἔφηβοι τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσιν ἐνταῦθα. *Haud procul Therapna, est Phœbæum quod vocatur: ibidem vero, Dioscurorum ædes: & ephebi eo in loco sacrum Enyalio faciunt.* Immolabant vero catulum canis, idque antequam pugnarent. Idem hoc Pausanias docet, alio ejus Operis loco, sed omnino corrigendo. Νόμους δὲ ἔς τε τὴν ἄλλην πολιτείαν, καὶ ἐς τὴν μάχην τῶν ἐφήβων, ἔθηκεν ὁ Λυκοῦργος. καὶ τάδε ἄλλα τοῖς ἐφήβοις δρώμενά ἐστι. θύουσι πρὸ τῆς μάχης ἐν τῷ Φοιβαίῳ. τὸ δὲ Φοιβαῖόν ἐστι μὲν ἐκ τῆς πόλεως, Θεράπνης οὐ πολὺ ἀφεστηκός. ἐνταῦθα ἑκάτερα λοῖρα τῶν ἐφήβων σκύλακα κυνὸς τῷ Ἐνυαλίῳ θύουσι. *Leges vero cum ad cæteram rempublicam, tum ad pugnam epheborum, Lycurgus tulit. & alia quædam ephebi faciunt, & in Phœbæo ante pugnam sacra faciunt. Est autem Phœbæum etiam extra urbem, Therapna non longe distans: ubi classis epheborum utraque caninum catulum Enyalio sacrificat.* Nec multo post. Τοσάδε μὲν δρῶσιν ἐν τῷ Φοιβαίῳ. *Et hæc quidem in Phœbæo peragunt.* Ita enim in duobus istis locis ex priore rescribendum, pro Ἐφηβαίῳ, & Ἐφηβαῖον. Equidem contrarium senti, ante hos viginti annos, *Lect. Attic.* lib. I. cap. XXVI. sed retracto: & auctores, supra omnem exceptionem, Livius, Herodotusque. Et hic quidem, *lib.* VI. Ἐφόρεε αὐτὴν ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν ἐς τὸ τῆς Ἑλένης ἱρὸν, τὸ ἐστὶν ἐν τῇ Θεράπνῃ καλεομένῃ, ὕπερθε τοῦ Φοιβηΐου ἱροῦ. *Ferebat eam singulis diebus ad Helenæ templum, quod est in loco quem Therapnen vocant, supra Phœbeum fanum,* Livius vero, *lib.* XXXIV. *Jussi, clamore sublato, subire undique omnes; ut, qua primum occurrerent, quave opem ferrent, ad omnia simul paventes Lacedæmonii ignorarent. Quod*

roboris in exercitu erat, trifariam divisum. Parte una a Phœbeo, altera a Dictynnæo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, (omnia autem hæc aperta sine muro loca erant,) aggredi jubet. Observa autem, ab Herodoto Phœbeum appellari fanum, cum Pausanias locum dicat, & Dioscurorum illic fanum memoret, in quo sacra ephebi facerent. Verba illustro; &, ὕπερθε τῦ Φοιβνΐυ ἱρῦ, sic expono, *supra Phœbei fanum*: ut Dioscurorum id intelligatur, quod dicatum in Phœbeo, ex Pausania cognoscimus. Sed rem totam paullo accuratius examinemus, & in causas ejus facti inquiramus. Itaque cur Marti sacra Enyalio faciebant? nempe uti ante pugnam belli deum sibi redderent propitium: atque id convenienter. Verum canis quare catulum immolabant? ipse id Pausanias dicit, istis verbis. Σκύλακα κυνὸς τῷ Ενυαλίῳ θύουσι, θεῶν τῷ ἀλκιμωτάτῳ κρίνοντες ἱερεῖον κατὰ γνώμην εἶναι τὸ ἀλκιμώτατον ζῶον τῶν ἡμέρων. *Catulum canis Enyalio mactant, deorum fortissimo animal fortissimum e cicurum genere gratam esse victimam existimantes.* Et Plutarchus, in *Quæst. Rom.* Εν δὲ Λακεδαίμονι τῷ φονικωτάτῳ τῶν θεῶν Ενυαλίῳ σκύλακας ἐντέμνουσι. *Lacedæmone vero Enyalio, deo cædibus addictissimo, canum catulos immolant.* Quare autem in sacrato Apollini campo? quia nempe in hujus dei se tutela juvenes credebant esse, sicut virgines in Dianæ: unde & natalem ejus celebrabant. Horatius, *lib.* I. *Od.* XXI.

Dianam teneræ dicite virgines,
Intonsum pueri dicite Cynthium.

Ubi Acron. *Hymni Apollini, Dianæque, dicebantur: quos pueri Apollini, Dianæ virgines canebant.* Et ad libri secundi *Oden* XII. *Natalis Dianæ a virginibus celebrabatur, sicut Apollinis a pueris.* Denique, quare in Dioscurorum templo? ut nimirum a periculo, quod in pugna imminebat, liberatos conservarent: nam hoc facere Dioscuri invocati credebantur, ideoque etiam Σωτῆρες dicti, quasi hominum Servatores. Theocritus, in *Idyllio*, quod inscripsit, Διόσκουροι.

Ανθρώπων σωτῆρας, ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων.
Hominum servatores, jam in acie novaculæ existentium.

Interpres Germanici, de Geminis. qui putati Dioscuri. *Jupiter utrosque cœlo intulit, sideribusque. Geminos nominavit, qui Salutares sunt appellati.* Huc pertinet Inscriptio Vetus.

CASTORI. ET. POLLVCI
DIS MAGNIS
SVLPICIAE. Q. SVPLICI F.
VOTVM
OB. FILIVM. SALVTI
RESTITVTVM

Hinc in gravissimorum morborum declinatione enatæ parotides, veluti salutis indices, Διόσκουροι appellantur. Cassius Iatrosophista, *Problem.* XXX. Εν ταῖς παρακμαῖς τῶν χαλεπῶν νοσημάτων ὡς ἐπίπαν παρωτίδες γίνονται, ἃς καὶ Διοσκούρους τινὲς καλοῦσιν, ὡς ἐπίλυσιν γίνεσθαι τῶν κακῶν. *In declinationibus gravium morborum magna ex parte fiunt parotides, quas nonnulli etiam Dioscuros dicunt, quod malorum solutio instet.* Et respexit istum locum, ut existimo, Eustathius, *ad Iliad. lib.* III. Εν ἰατρικῷ βιβλίῳ εὕρηνται αἱ παρωτίδες καλούμεναι Διόσκουροι. *In libello quodam medico inventæ sunt parotides Dioscuri appellari.* Ac speciatim navigantibus salutares censebantur. Artemidorus, *Onirocrit.* lib. II. cap. XLII. Διόσκουροι τοῖς πλωϊζομένοις, χειμῶνος εἰσὶ σημαντικοί. τοῖς δὲ ἐν γῇ οὖσι, στάσεως, ἢ δικῶν, ἢ πολέμου, ἢ μεγάλης νόσου. πάντων δὲ τῶν δεινῶν εἰς τέλος ἀζημίους ἀπαλλάττουσι. σωτῆρες γάρ εἰσιν οἱ θεοί, ἀλλὰ τῶν πρότερον ἐπί τινι φόβῳ, ἢ κινδύνῳ, γενομένων. *Dioscuri navigantibus tempestatem portendunt; his vero, qui in terra degunt, seditionem, aut lites, aut bellum, aut magnum morbum. tandem vero omnibus malis indemnes liberant: eosque, qui jam in aliqua clade versantur, eripiunt. Servatores enim hi dii sunt; sed eorum, qui prius in aliquo metu, aut periculo fuerint.* Arrianus, *in Epictetum*, lib. II. cap. XVIII. Εκεῖνον ἐπικαλοῦ βοηθὸν, καὶ παραστάτην, ὡς τοὺς Διοσκούρους ἐν χειμῶνι οἱ πλέοντες. *Illum invoca adjutorem, sociumque, ut, qui navigant, Dioscuros in tempestate.* Exstat in hanc rem etiam Homeri in illos Hymnus, qui videndus. Unde est Horatii illud, *lib.* I. *Od.* III.

Sic te diva potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sidera,
Ventorum regat pater,
Obstrictis aliis, præter Iapyga,
Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium. ——

Et nonnulli quoque nautæ hanc ob causam hos pingebant in tutela navis suæ. Hoc videre est apud D. Lucam, in *Actis Apost.* cap. XXVIII. Μετὰ δὲ τρεῖς μῆνας ἤχθημεν ἐν πλοίῳ, παρακεχειμακότι ἐν τῇ νήσῳ, Αλεξανδρίνῳ, παρασήμῳ Διοσκούροις. *Tribus itaque post mensibus vecti sumus navi Alexandrina, quæ in insula hiemaverat, & insigne sibi habebat Dioscuros.*

CAP. VI.

Matton, sive Dæton, & Ceraon. Athenæus emendatus. Timor, ejusque ædes, semper clausa: isque quam ob causam cultus. Talthybius: ejusque fanum, monumentum, item sacra. Mors, & Risus: cujus parvum simulacrum, a Lycurgo dedicatum. Somnus, tanquam frater Mortis. Pudor: ejusque simulacrum, ubi, & quare, dedicatum. Fames: ubi, & quomodo, picta. Αλκεῖδαι. Δειόδωνες. Οἱ παρὰ μικρὸν θεοί.

MATTON & CERAON, a coquis in phiditiis dedicati. Athenæus, *lib.* II. Πολέμων φησὶ, παρὰ Σπαρτιάταις Μάττωνα, καὶ Κέρδωνα, ἥρωας, ὑπό τινων μαγείρων ἱδρῦσθαι ἐν τοῖς φειδιτίοις. *Polemon ait, apud Spartanos Mattonem, & Cerdonem, heroas, a coquis quibusdam dedicatos, in phiditiis.* Sed legendum est, Κεράωνα, *non* Κερδωνα. Nam dedicati erant ab iis, qui in phiditiis mazam faciebant, & vinum miscebant. Colebantur autem in via Hyacinthide. Docet idem Athenæus, alio loco, *lib.* IV. Δημήτριος δ' ὁ Σκήψιος, ἐν ἑκκαιδεκάτῳ τοῦ Τρωϊκοῦ Διακόσμου, ἐν τῇ Λακωνικῇ φησιν, ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, τῆς καλουμένης Υακινθίδος, ἱδρῦσθαι ἥρωας, Δαίτωνα, καὶ Κεράωνα, ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις, ποιούντων τὰς μάζας, καὶ κεραννύντων τὸν οἶνον, διακόνων. *Demetrius Scepsius, libro decimo sexto Troici Apparatus, scribit, in Laconica, in via, Hyacinthide dicta, dedicatos fuisse heroas, Dætonem, & Ceraonem, ab iis ministris, qui in phiditiis mazam faciunt, & vinum miscent.* Nam Κεράων sine dubio dictus fuerit, a Κεράω, quod est, *Misceo*: ut res ipsa satis loquitur. Verum, ut priorem locum Athenæi ex hoc certo emendamus, sic hunc quoque ex priore: & Μάττων potius, quam Δαίτων, dictus fuerit, a Μάττω, quod est, *Pinso*: unde & Μάζα nominatur. Tamen vetus est hoc mendum & Eustathius repræsentat, *ad Odyss.* α'. Ωσπερ τῆς Δαιτὸς παρώνυμον Δαίτων κύριον, καὶ Δαίτης, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ Κερᾷν ἦν τις Κεράων, κατὰ τὸν τοῦ Αθηναίου εἰπόντος, ὅτι ἐν τῇ Λακωνικῇ που λέγεται, ἱδρῦσθαι ἥρωας, Δαίτωνα, καὶ Κεράωνα, ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς φειδιτίοις ποιούντων μάζας διακόνων, καὶ κεραννύντων οἶνον. *Sicut a* Δαίς, *quod est Epulum, Dæton, nomen proprium, denominatur, ita quod a* Κερᾷν *quod est Miscere, erat & Ceraon quidam, uti*

Athenæus memorat : dicens , alibi in Laconica dedicatos esse heroas , Dætona , & Ceraona , a ministris , qui in phiditiis mazas faciebant . & vinum miscebant .

Colebatur etiam TIMOR : & illius ædes erat semper clausa. Plutarchus, in *Agide*, *& Cleomene*. Ἔλαθεν εἰς τὶ δωμάτιον εἰσερπύσας μικρὸν, ὃ Φόβου μὲν ἦν ἱερὸν, ἄλλως δὲ κεκλεισμένον ἀεὶ, τότε δὲ ἐκ τύχης ἀνεῳγμένον ἐτύγχανεν. *Irrepsit clam in ædiculam, quæ Timoris fanum erat , aliasque perpetuo clausum , tunc autem forte patebat*. Quare vero hunc coluerint, mox subjungit : Τιμῶσι δὲ τὸν Φόβον, οὐχ, ὥσπερ οὓς ἀποτρέπονται δαίμονας, ἡγούμενοι βλαβερὸν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι φόβῳ νομίζοντες. *Timorem autem colunt , non quod , ut quos detestantur genios , noxium arbitrentur , sed quod maxime rempublicam metu contineri putent*.

TALTHYBII quoque fanum erat. Herodotus, *lib.* VI. Ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν. *Nam est Spartæ fanum Talthybii*. Monumentum ejus ut & sacra refert etiam Pausanias , in *Laconicis* , & *Achaicis*.

Eodem modo MORTIS, RISUS, & affectuum istiusmodi aliorum, templa habebant. Idem Plutarchus, *eodem loco*. Ἔστι δὲ καὶ Λακεδαιμονίοις οὐ Φόβου μόνον, ἀλλὰ καὶ Θανάτου, καὶ Γέλωτος, καὶ τοιούτων ἄλλων παθημάτων, ἱερά. *Sunt vero Lacedæmoniis non Timoris tantum templa, sed Mortis , atque Risus , & affectuum ejuscemodi aliorum*. Ac Risus quidem, etiam Lycurgus parvum dedicavit simulacrum. Tradit idem Plutarchus, in *ejus Vita*. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἦν ἀκρατῶς αὐστηρὸς ὁ Λυκοῦργος. ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ Γέλωτος ἀγαλμάτιον ἐκεῖνον ἱδρύσασθαι, Σωσίβιος ἱστορεῖ. *Neque sane præfracte austerus erat ipse Lycurgus : quin & parvum eum Risus simulacrum dedicasse , auctor nobis est Sosibius*.

MORTIS vero, ut & SOMNI, simulacrum refert etiam Pausanias, in *Laconicis*. Τῶν δὲ ἀνδριάντων τοῦ Παυσανίου πλησίον, ἐστὶν Ἀμβολογήρας Ἀφροδίτης ἄγαλμα, ἱδρυμένον κατὰ τὴν μαντείαν. ἄλλα δὲ, Ὕπνου, καὶ Θανάτου. καὶ σφᾶς ἀδελφοὺς εἶναι, κατὰ τὰ ἔπη τὰ ἐν Ἰλιάδι, ἥγηνται. *Prope Pausaniæ autem statuas, est Ambologeræ Veneris simulacrum, ex oraculo dedicatum. Tum & alia, Somni, ac Mortis. Fratrem , & sororem esse , ex Homeri in Iliade versibus, putant*.

PUDORIS quoque simulacrum memoratur a Pausania, in *Laconicis* iisdem, alio loco: ubi refert , & quis illud dedicaverit, & quamobrem. Τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Αἰδοῦς, τριάκοντά που στάδια ἀπέχον τῆς πόλεως, Ἰκαρίου μὲν ἀνάθημα εἶναι, ποιηθῆναι δὲ ἐπὶ λόγῳ φασὶ τοιῷδε. ὅτε Ὀδυσσεῖ Πηνελόπην γυναῖκα Ἰκάριος, ἐπειρᾶτο μὲν, κατοικῆσαι καὶ αὐτὸν Ὀδυσσέα ἐν Λακεδαίμονι. διαμαρτάνων δὲ ἐκείνου, δεύτερα τὴν θυγατέρα ἱκέτευε καταμεῖναι. καὶ ἐξορμωμένης εἰς Ἰθάκην ἐπακολουθῶν τῷ ἅρματι ἐδεῖτο. Ὀδυσσεὺς δὲ, τέως μὲν ἠνείχετο. τέλος δὲ, ἐκέλευε συνακολουθεῖν Πηνελόπην ἑκοῦσαν, ἢ, τὸν πατέρα ἑλομένην, ἀναχωρεῖν ἐς Λακεδαίμονα. καὶ τὴν μὲν, ἀποκρίνασθαί φασιν οὐδέν. ἐγκαλυψαμένης δὲ πρὸς τὸ ἐρώτημα, Ἰκάριος τὴν μὲν, ἅτε δὴ συνιεὶς, ἀπιέναι μετ' Ὀδυσσέως, ἀφῆσιν. ἄγαλμα δὲ ἀνέθηκεν Αἰδοῦς. ἐνταῦθα γὰρ τῆς ὁδοῦ προϊοῦσαν ἤδη τὴν Πηνελόπην λέγουσιν ἐγκαλύψασθαι. *Pudoris vero simulacrum, quod triginta stadiis ab urbe abest , Icarii quidem donarium ferunt : factum vero hanc ob causam. Cum Penelopen Icarius Ulyssi uxorem dedisset , eum tentavit , nunquid vellet Lacedæmone habitare. qua in re cum frustra esset , filiam orare cœpit , uti secum permaneret . Quin & in Ithacam proficiscentem , currum sequens , porro etiam rogabat . Ulysses vero , hactenus quidem se continuit : tandem autem , jubet eam , si vellet , sequi ; aut , si mallet , Lacedæmonem cum patre reverteretur . & hanc quidem , nihil respondisse tradunt : verum caput postquam sibi obvolvisset , ipsam Icarius , ceu , quod cuperet abire cum Ulysse , sat intelligens , & dimisit , & in ea parte viæ , quo Penelope , postquam faciem velaret , pervenisset , Pudoris signum dedicavit .*

Erat & pictura FAMIS, in Minervæ Chalciœcæ fano: eratque fæmina, pallens, tenuis, manibusque in tergum revinctis. Polyænus, in Hippodamantis strategemate, *lib.* II. Ἦν γὰρ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Χαλκιοίκου ἀνακειμένη Λιμοῦ γραφή. γυνὴ γεγραμμένη, ὠχριῶσα, λεπτὴ, τὼ χεῖρε ὀπίσω δεδεμένη. *Erat enim in æde Chalciœcæ dedicata Famis pictura. Ac picta mulier, pallens , tenuis , manibus retrorsum vinctis*. Athenæus tradit , hic Apollinis fanum, non Minervæ Chalciœcæ, *lib.* X. Ἱπποδάμας ὁ Λάκων, εἷς ὢν τῶν πολιορκουμένων, διεκελεύετο τῷ παρὰ Λακεδαιμονίων πρὸς αὐτοὺς ἥκοντι κήρυκι, δηλῶν ἐν αἰνιγμῷ τὴν περὶ αὐτοὺς κατάστασιν, ἀπαγγέλλειν τῇ μητρὶ λύεσθαι τὸ γύναιον δεχ' ἡμερῶν, τὸ ἐν Ἀπολλωνίῳ δεδεμένον, ὡς οὐκ ἔτι λύσιμον ἐσόμενον, ἐάν τι παρέλθωσι. καὶ διὰ ταύτης τῆς γνώμης ἐμήνυε σαφῶς τὸ μήνυμα. αὕτη γάρ ἐστιν ἐν τῷ Ἀπολλωνίῳ, παρὰ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος θρόνον, διὰ γραφῆς ἀπομεμιμημένος Λιμὸς, ἔχων γυναικὸς μορφήν. *Hippodamas Lacon , unus ex obsessis , præconem , a Lacedæmoniis missum , per ænigma renuntiare matri jussit , ut vinctam in Apollinis templo mulierculam intra decem dies solveret : quos si aliquid preterirent , fore , ut non ultra solvi queat . & hoc modo , quidnam vellet , satis clare indicavit . Etenim mulier , quam dicebat , in Apollinis templo , juxta ejus solium , picta , Fames erat , formam muliebrem habens .*

Erant porro etiam nonnulli dii, qui ΑΛΚΕΙΔΑΙ nominati. Hesychius. Ἀλκεῖδαι, θεοί τινες, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Alcidæ , dii quidam , apud Lacedæmonios*.

Etiam alii , ΔΡΙΩΔΟΝΕΣ. Idem Hesychius. Δριωδόνες, θεοὶ, παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμώμενοι. *Driodones , dii , apud Lacedæmonios culti*.

Erant &, ΟΙ ΠΑΡΑ ΜΙΑΡΟΝ ΘΕΟΙ , dicti Res, & causa , a Simplicio memorantur, in *Phys.* lib. II. cap. V. Ἐτίμων τοὺς ΠΑΡΑ ΜΙΚΡΟΝ καλουμένους ΘΕΟΥΣ οἱ Λακεδαιμόνιοι, ὡς σωτῆρας. ὅτι τοὺς μέλλοντας κινδυνεύειν, παρὰ τὸ μικρὸν τοῦ κινδυνεῦσαι διδόντες, ἔσωζον. *Colebant Lacedæmonii deos , quos* Παρὰ μικρὸν, *veluti non longe absentes , appellabant , ut servatores : quoniam eos , qui venturi in periculum quoddam erant , servabant : concedentes , ut parum abesset , quin inciderent in periculum.* Denique & plura erant, seu deorum , seu dearum , apud illos nomina , & cognomenta: quæ Pausanias quia retulit accurate , in *Laconicis* , hic exponere supersedo .

CAP. VII.

Lacedæmonii , Judæorum cognati . Eorum coloni ; Plutarchi locus emendatus . Tenedii , Pelasgi : ac de his Strabonis locus vindicatus . Canobitæ . Byzantini , Cyrenæi , Gortynii , Æginetæ , Lycti , Magnesii , Scyllæi , Latini , Noricii , Trachinii , Cnidii . Thucydidis locus illustratus . Theræi . Cornelius Nepos , Xenophonque , emendati . Selgenses , Lesbii , Hiniochi , Zygii , Crotoniatæ , Cytherii , Locrenses , Melii : ac de his Cononis locus restitutus . Quam diu sub illis liberi vixerint . Pentapolitani , Brutii , Campani , Sabini , Samnites , Tarentini : a quibus Minervæ signum Lacedæmone dedicatum . Amyclæi item . Etiam in Hispania Laconimurgum , Ossigique : quod Laconicum cognomento appellatum . Catalani , Hispaniæ Lacones *dicti . Tribus duæ :* Παμφυλὶς, *&* Δυμανὶς *sive* Δύμη.

COGNATOS se Judæis ferebant, & ab Abrahamo item oriundos. Areus , rex Lacedæ-

moniorum, in epistola quadam ad Oniam, Judæorum tunc pontificem, quæ exstat apud Josephum, *Antiqu. Jud.* lib. XII. cap. V. Ἐντυχόντες γραφῇ τινι, εὕρομεν, ὡς ἐξ ἑνὸς εἶεν γένους Ἰουδαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἐκ τῆς πρὸς Ἀβραὰμ οἰκειότητος. *Cum in scripturam quandam incidissemus, invenimus, ex eodem genere esse Judæos, & Lacedæmonios, ceu e domo Abrahami oriundos.* Etiam Jonathas, itidem Judæorum pontifex, ut testatur idem Josephus, *lib.* XIII. *cap.* IX Τοῖς δ' αὐτοῦ πρεσβευταῖς ἐπέστειλεν, ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἀναστρέφουσι, πρὸς τοὺς Σπαρτιάτας ἀφικέσθαι, καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς ὑπομνῆσαι φιλίαν, καὶ τὴν συγγένειαν. *Legatis suis mandavit, uti, Roma redeuntes, Lacedæmonios accederent, ac de amicitia, & cognatione, admonerent.* Et epistolam ejus ipsam, qua illius ab Areo olim missæ etiam mentionem facit, ibi vide. Et Arei quidem epistolam ad Oniam, memorat etiam Freculphus, *Chron.* Tom. I. lib. V. cap. IV. *Pontifex vero Judæorum, Onias erat, existens filius Simeonis: ad quem rex Spartanorum, Areus nomine, legationem direxit, & epistolas: in quibus continebatur, Judæos, & Lacedæmonios, ex uno extitisse genere, & familiaritatem cum Abrahamo socialiter habuisse.* Fœderis autem, quod cum Jonatha renovarunt, meminit etiam Zonaras, *Annal.* I. Καὶ (ὁ Ἰωνάθης) εἰς Ῥώμην πρεσβείαν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν φιλίαν, ἣν πρὸς τὸ ἔθνος εἶχον, ἀνανεώσασθαι. οἱ δὲ τῆς βουλῆς, τὰ πρότερον ἐψηφισμένα καὶ αὖθις ἐκύρωσαν. ἐπανερχόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις, καὶ εἰς τὴν Σπάρτην ἀφίκοντο, καὶ τοῦτο ἐντεταλμένον ἔχοντες παρὰ τοῦ Ἰωνάθου. καὶ οἱ Σπαρτιᾶται δὲ τοὺς πρεσβευτὰς φιλοφρόνως προσήκαντο, καὶ ψήφισμα περὶ φιλίας, καὶ συμμαχίας, πρὸς Ἰουδαίους ἔθεντο. *Et (Jonathas) legatos Romam misit, ad pristinam amicitiam, quæ cum populo intercedebat, renovandam. ac senatus, priora decreta confirmavit. revertentes vero legati, quod a Jonatha jussi erant, Spartam etiam accedunt, & benigne a Spartanis sunt accepti; ac decretum item factum, de servanda cum Judæis amicitia, & societate.* Habes, ecce, eorum originem: nunc colonos, qui originem item suam ipsis debent, videamus.

Inter illos, sunt AEGINETAE, quorum ductor fuit Æacus. Isacius Tzetzes, *ad Lycophronem.* Ἡ δὲ Αἴγινα αὕτη, νῆσος μία τῶν Σποράδων ἐστὶν, ἀντικρὺ κειμένη τῆς Ἀττικῆς, ἄποικος Ἀργείων ὑπάρχουσα. μετὰ γὰρ Λακεδαιμονίων ἐλθὼν Αἰακὸς, ταύτην κατῴκησε. *Ægina vero hæc, insula est, una Sporadum, ex adverso Atticæ sita, Argivorum existens colonia. Adveniens enim Æacus cum Lacedæmoniis, eam inhabitavit.* Ubi illud quoque observa, Lacedæmonios dici Argivos; sicut olim etiam Laconica dicebatur: uti paullo post ostendam, ubi de Pelasgis agam.

CANOBITAE; sive, uti alii scribunt, CANOPITAE. Tacitus, *Annal.* II. *Germanicus, nondum comperto, profectionem eam incusari, Nilo subvehebatur, orsus oppido a Canopo. Condidere id Spartani, ob sepultum illic rectorem navis Canopum: qua tempestate Menelaus, Græciam repetens, diversum ad mare, terramque Libyam, delatus.* Eustathius, *ad Dionysium.* Κάνωβος ἀποθνήσκει, ὃν θάψας ἐντίμως ὁ Μενέλαος, συνοικίζει πόλιν ἐπὶ τῷ μνήματι, τοὺς ἀχρειοτάτους τοῦ στόλου ἀφεὶς μένειν ἐκεῖ, καὶ τὴν πόλιν ἐπ' αὐτῷ Κάνωπον ὀνομάζει. *Canobus moritur, quo sepulto honorifice, Menelaus, supra ejus monumentum, urbem condit: ac dimissis, ad inhabitandam illam, qui inutiles maxime classi, de ipsius nomine Canopum dicit.*

TENEDII. a Pisandro, & Oreste, deducti, Scholiastes Pindari, *Nemeonic.* Od. XI. Οὗτος δὲ, (ὁ Πείσανδρος,) φησὶ, σὺν Ὀρέστῃ ἀπῴκησεν ἐκ Σπάρτης, καὶ τὴν Τένεδον κατῴκησε. *Hic vero, (Pisander,) inquit, Sparta coloniam cum Oreste deduxit, & Tenedum incoluit.*

A PELASGI. Apud Æschylum, in principio *Supplicantium mulierum*, dicunt Danaides, patrem Danaum

> Κέλσαι Ἄργους γαῖαν, ὅθεν δὴ
> Γένος ἡμέτερον. ——
> *Venisse in Argi territorium, unde sane*
> *Genus nostrum.* ——

Et ex eo loco Strabo, ubi de Pelasgis agit, *lib.* V. Αἰσχύλος δ' ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν, ἐν Ἱκέτισιν, ἢ Δαναΐσιν, τὸ γένος αὐτῶν. *Æschylus vero, in Supplicibus mulieribus, seu Danaidibus, Argis eos juxta Mycenas esse oriundos dicit.* Neque recte viri
B magni locum eum vel movendum, vel omnino inducendum, arbitrantur. Argos dicit, pro Laconica: quæ olim eo nomine appellabatur: uti notum ex Strabone, *lib.* VIII. Pindari Scholiaste, *ad Isthm.* *Od.* II. & Eustathio, *ad Dionysium*, & Homeri *Iliad.* β'. unde Ἀργεία illic Helena dicitur, ut Virgilio *Argiva*, *Æneid.* I. Ac diserte Laconum colonos dicit Pelasgos Servius, *ad Æneid. lib.* VIII. *De his (Pelasgis) varia est opinio. nam alii eos ab Atheniensibus, alii a Laconibus, alii a Thessalis dicunt originem habere.* Sane Danaum Argos ventu-
C rum, prædicit Prometheus apud Æschylum, in *Tragœdia* sui nominis.

> Πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντόπαις
> Πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται.
> *Quinta vero ejus progenies quinquaginta filias habens*
> *Rursus Argos haud volens veniet.*

Ubi etiam videndus Scholiastes.

BYZANTINI. Postea *Constantinopolitani* dicti. Justinus, ubi de Byzantio agit, *lib.* IX. *Hæc namque urbs, condita primo a Pausania, rege Spartanorum, & per septem annos possessa fuit.* Gotfridus Viterbiensis, *Chron.* parte X. *Philippus civitatem By-*
D *zantium cinxit obsidione, quæ hodie Constantinopolis appellatur: & condita fuerat a Pausania, rege Spartanorum.* Otho Frisingensis, *lib.* II. *c.* XXIV. *Florentissimum, ac libertate propria usum, Græciæ corpus libertate privavit; Byzantiumque, urbem sibi resistentem, obsidione cinxit. Hæc urbs a Pausania, Spartanorum rege, condita.* Meminit etiam Isidorus Hispalensis, *Orig.* lib. XV. c. I. Joannes Salisberiensis, *Polycratici* Lib. I c. V. & Constantinus Porphyrogeneta, *lib.* II. *Them.* I.

CYRENÆI. Isocrates, in Orat. *ad Philippum*. Εἰς ὅνπερ (τόπον) Λακεδαιμόνιοι Κυρηναίους ἀπῴκι-
E σαν. *Cujusmodi in locum Lacedæmonii Cyrenæos in coloniam miserunt.* Dionysius Alexandrinus, in *Descriptione Orbis*.

> Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν
> *Et Cyrene bonos habens equos, Amyclæorum genus virorum.*

Ad quem locum vide Eustathium. Deduxit vero hanc coloniam Cattus, Olympiade XLI. Solinus, *cap.* XXX. *Cyrenas Battus Lacedæmonius, Olympiade prima & quadragesima, condidit.*

GORTYNII, in Creta. Rem, ejusque occasionem, ac ductores, refert Conon, *Narrat.* XXXVI. Τρίτῃ δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες (οἱ Ἀμυκλαῖοι) πρὸς
F Δωριέας, μετανίστανται Ἀμύκλων. συμπαραλαβόντες δὲ καί τινας τῶν Σπαρτιατῶν, ἡγουμένων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κρήτης. Ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦ στόλου. Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει. καὶ τὸ τῶν Μηλίων (ita mox legendum dicam) γένος ἐνθάδε οἰκεῖοῦται Σπαρτιάταις. οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες, Γόρτυναν, μηδενὸς εἴργοντος, λαβόντες, ταύτην ἅμα τοῖς περιοίκοις Κρησὶ συνοικίζουσι. *Tertia vero ætate,* [illegible]
Amyclæi adversus Dorienses concitassen[illegible]

luntur. itaque, assumptis secum aliquibus Spartanorum, sub ductoribus Polide & Delpho, in Cretam navigarunt. sed, dum classis praeternavigat, in Melum Apodasmus colonos ducit: atque hinc Spartanis genus Meliensium est cognatum. Caeteri vero omnes, Gortynam occupantes, nemine prohibente, eam una cum Cretensibus, qui accolebant, inhabitarunt. Quod ductorem Delphum attinet, de eo est Plutarchi locus emendatus, lib. *De Virt. Mul.* ubi de Tyrrhenis agit. Ταῦτα ἔπραττον οἱ Πελασγοί, Πόλλιν ἡγεμόνα, καὶ Δελφὸν, καὶ Κραταΐδα, Λακεδαιμονίους, λαβόντες. *Haec Pelasgi faciebant, acceptis ducibus, Polli, Delpho, & Crataida, Lacedaemoniis.* Hodie editur, καὶ ἀδελφόν. Operae vero pretium erit, totam illic historiam videre, luculenter descriptam. Bis quoque ἀδελφὸν, pro Δελφὸν, apud eundem scribitur, in *Quaest. Graec.* ubi agit de Cretensium Catacautis. In eadem Creta, etiam

LYCTII. Aristoteles *Politic.* lib. II. cap. VIII. Ἄποικοι γὰρ οἱ Λύκτιοι τῶν Λακώνων. *Nam coloni Lacedaemoniorum Lyctii.* Plura in Opere *De Creta*, ubi de urbe Lycto ago. Quomodo autem Spartanorum Lyctii coloni facti, est videre apud Plutarchum, libro *De virtute mulierum*, ubi de Tyrrhenis agit.

MAGNESII. Vellejus, *lib.* I. *Athenienses in Euboea Chalcida Eretriam colonis occupavere; Lacedaemonii in Asia Magnesiam.*

Ac videntur & SCYLLAEI, qui Scylletium illic montem accolebant, partim quoque Lacedaemoniorum coloni fuisse: quod conjicere inde licet, quia Jovem ibi cum Curetibus deposuerunt: uti auctor nobis Stephanus, istis verbis. Σκυλλήτιον, ὄρος Κρήτης. οἱ παροικοῦντες, Σκυλλαῖοι. Σκυλλαῖος γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται. ἔνθα φασὶ τοὺς Κουρῆτας ἀποθέσθαι μετὰ τῶν Σπαρτιατῶν τὸν Δία. *Scylletium, mons Cretae, qui accolunt, Scyllaei. Scyllaeus enim ibi Jupiter colitur: ubi ajunt Curetas cum Spartanis Jovem deposuisse.* Ut autem in Creta Jovem deposuerunt, sic in LATIO Italiae, cui nomen inde datum, uti Latium diceretur, quod est eruditis notum, etiam Saturnum patrem, profugum tunc, absconderunt. Unus hoc nos Firmicus docet, lib. *De errore prof. relig. Saturnus, regno timens, devorat filios. Hic, Creta fugiens, in Italia a Spartanis absconditur.*

MORICII, in Phrygia: quorum urbem condidit Pisistratus Lacedaemonius. Plutarchus, lib. *De flum.* ubi de Marsya illi sermo. Κατὰ δὲ χρησμοῦ προσαγὴν, Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος, παρὰ λείψανα τοῦ Σατύρου πόλιν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος κτίσας, Νώρικον αὐτὴν προσηγόρευσεν. *Pisistratus vero Lacedaemonius, cum, jussu oraculi, urbem ad reliquias Satyri condidisset, eam Noricum appellavit.*

TRACHINII. Conditi Olympiadis LXXXVIII. anno I. Diodorus, in illius anni rebus, *lib.* XII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, Λακεδαιμόνιοι τὴν Τραχῖνα καλουμένην ᾤκισαν, καὶ μετωνόμασαν Ἡράκλειαν. *Haec dum geruntur, Lacedaemonii urbem, Trachinem appellatam, colonis instaurant, & mutato nomine Heracleam dicunt.* Vide etiam, quae sequuntur: & narrantem item Thucydidem, *lib.* III. Eusebius, conditam eam dicit Olympiadis LXXXVIII. anno IV. Ibi enim dicit. Λακεδαιμόνιοι ἀπῴκισαν Ἡράκλειαν. Quod Hieronymus vertit. *Lacedaemonii, ver sacrum Heracleam destinantes, urbem condunt.* Imposuere autem habitatorum decem millia. Diodorus, *libro citato.* Καὶ τὴν Τραχῖνα μυρίανδρον ποιήσαντες, καὶ τὴν χώραν κατακληρουχήσαντες, ὠνόμασαν τὴν πόλιν Ἡράκλειαν. *Et Trachinem fecerunt, ut decem millia habitantium in ea essent: ac, per sortem distributa regione, urbem Heracleam nominarunt.* Marcianus Heracleota, in *Periegesi sua.*

Εἶτα παρ' αὐτοῖς Ἡράκλει' ἐστὶ πόλις.
Ἣν οἱ Λάκωνες, μυρίους οἰκήτορας
Πέμψαντες εἰς Τραχῖνα, πρότερον ἔκτισαν.
Inde apud ipsos urbs est Heraclea:
Quam Lacones, decies mille habitatoribus
Missis Trachinem, antea, condiderunt.

CNIDII. Herodotus, *lib.* I. Οἰκέουσι δὲ καὶ ἄλλοι, καὶ Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κνίδιοι. *Habitant autem cum alii, tum Lacedaemoniorum coloni Cnidii.* Hinc Xenares, cum esset Cnidius, etiam Lacedaemonius dicitur a Thucydide, *lib.* V. Καὶ Ξενάρης ὁ Κνίδιος Λακεδαιμόνιος, ἄρχων αὐτῶν, ἀπέθανε. *Et Xenares Cnidius Lacedaemonius, dux illorum, occubuit.*

THERAEI. Pausanias in *Laconicis.* Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀθηνᾶς, ἰόντι ἑτέραν ὁδὸν ἀπὸ τοῦ Δρόμου. Θήραν δὲ ἀναθεῖναι, τὸν Αὐτεσίωνος, τοῦ Τισαμενοῦ, τοῦ Θερσάνδρου, φασὶν, ἡνίκα ἀποικίαν ἔστελλεν ἐπὶ τὴν νῆσον. ἣ νῦν ἀπὸ Θήρα τούτου τὸ ὄνομα ἔσχηκε, τὸ δὲ ἀρχαῖον ἐκαλεῖτο Καλλίστη. *Est Minervae etiam aliud fanum, in via altera, quae e Dromo ad laevam ducit. Dicatum tradunt a Thera, Autesionis filio, Tisameni nepote, Thersandri pronepote, quo tempore coloniam deduxit in eam insulam, quae nunc de ipsius nomine Thera dicitur, olim vero Calliste appellabatur.* Erat vero Theras ille Lacedaemonius, ut Pausaniae genealogia indicat. Atque inde Strabo Theram dicit νῆσον Λακωνικὴν, *insulam Laconicam, lib.* XVII. Emendandus Cornelius Nepos, in *Conone. Omnibus unus insulis praefuit: in qua potestate Theran cepit, coloniam Lacedaemoniorum.* Xenophon, in re eadem *Hist. Graec.* lib. IV. Ἐπλεύσεν ὁ Φαρνάβαζός τε καὶ ὁ Κόνων μετ' αὐτοῦ, διὰ νήσων εἰς Μῆλον, ἐκεῖθεν δὲ ὁρμώμενοι εἰς τὴν Λακεδαίμονα. καταπλεύσας δὲ πρῶτον εἰς Θήραν, ἐδῄωσε ταύτην τὴν χώραν. Male editur apud Nepotem, *Pheras*; apud Xenophontem, Φηράς. nec Lambinus recte *Pharas*, in Nepote, ut in Xenophonte Φαράς, emendandum arbitratur. Non enim de urbe aliqua, sed de insula, loqui utrunque, sat ex verbis utriusque, si attendas, manifestum. De Lacedaemoniorum vero in Theram deducta colonia, vide etiam Scholiasten Pindari, *ad Pythionic. Od.* IV.

SELGENSES. Stephanus. Σέλγη, πόλις Πισιδίας, ἄποικος Λακεδαιμονίων. *Selge, urbs Pisidiae, colonia Lacedaemoniorum.* Strabo, *lib.* XII. Σέλγη δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκτίσθη πόλις. *Selge urbs etiam ab initio a Lacedaemoniis condita est.* Dionysius in *Descript. orbis.*

—— καὶ, ἣν ἐπολίσσατο λαὸς,
Πρὶν ποτ' Ἀμυκλαίων, μεγαλώνυμος ἐν χθονὶ, Σέλγη,
—— *&, quam condidit populus,*
Olim aliquando Amyclaeorum, magni nominis in terra, Selge.

Ubi Eustathius. Ὧν πόλις ἡ Σέλγη, ἣν καὶ κτίσμα λέγει λαοῦ Ἀμυκλαίων. *Quorum urbs est Selge, quam a populis Amyclaeorum conditam esse dicit.* Et mox. Λέγεται δὲ ὑπὸ Κάλχαντος ἡ Σέλγη κτισθῆναι, εἶτα ὑπὸ Λακεδαιμονίων. *Condita vero Selge fertur a Calchante, inde a Lacedaemoniis.* Constantinus Porphyrogeneta, *lib.* I. *Them.* XIV. Εἶτα Σέλγη, ἡ τῶν Λακεδαιμονίων ἄποικος. *Inde Selge, Lacedaemoniorum colonia.* Et huc pertinet, quod Lacedaemoniorum hos cognatos dicit Polybius, *lib.* V. Σελγεῖς μὲν δὴ οὖν, διὰ τὴν Λογβάσιος ἀσέβειαν τῇ πατρίδι κινδυνεύσαντες, διὰ τὴν σφετέραν εὐτολμίαν τὴν πατρίδα διετήρησαν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ κατῄσχυναν, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς Λακεδαιμονίους συγγένειαν. *Ac Selgenses quidem igitur, cum impietate Logbasii in periculum amittendae patriae adducti essent, sua*

virtute, & felici audacia, patriam servarunt; neque aut libertatem, aut cognationem, quæ ipsis cum Lacedæmoniis intercedit, dehonestarunt.

LESBII. A Pisandro, & Oreste, deducti. Pindarus, *Nemeon.* Od. XI.

Συμβαλεῖν λίαν εὐμαρὲς ἦν, τό, τε Πεισάνδρου πάλαι
Αἷμ' ἀπὸ Σπάρτας. Ἀμύκλαθεν γὰρ ἔβα σὺν Ὀρέστᾳ,
Αἰολέων στρατιὰν χαλκεντέων δεῦρ' ἀνάγων.
Conjicere valde facile erat, Pisandri antiquum
Sanguinem e Sparta esse. Amyclis enim venit cum
Oreste,
Æolensium exercitum armatorum adducens.

Ad quem locum Scholiastes. Τοῦ Λακωνικοῦ Πεισάνδρου ἀπόγονος ἦν, τοῦ ποτὲ σὺν τῷ Ὀρέστῃ ἀποικίαν ἀπὸ τῆς Λακεδαίμονος εἰς Λέσβον στειλαμένου τὸ τῶν Αἰολέων γένος. *A Pisandro Laconico originem ducit, qui Lacedæmone aliquando cum Oreste coloniam misit in Lesbum Æoles.*

HENIOCHI. Strabo, *lib.* XI. Φασὶ δ', ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατείας, τοὺς μὲν Φθιώτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαΐαν οἰκῆσαι, Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, ὧν ἦρχον Ῥέκας καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι. *Ajunt vero, ab Jasonis expeditione, Phthiotas Achæos Achajam, quæ istic est, habitasse; Lacedæmonios vero Heniochiam: quorum duces fuerunt, Rhecas, & Amphistratus, Dioscurorum aurigæ.* Dionysius, in *Descript. orbis.*

Ἡνίοχοι, Ζύγιοί τε, Λακωνίδος ἔκγονοι αἴης.
Heniochi, Zygiique, e Laconica terra oriundi.

Ubi Eustathius, e Strabonis isto loco hunc in modum commentatur. Ὁ δὲ γεωγράφος (ὁ Στράβων) φησὶν, ὅτι ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατείας τῆς εἰς Κόλχους οἱ μὲν Φθιῶται Ἀχαιοὶ τὴν ἐν Ἀσίᾳ Φθίαν ᾤκισαν· Λάκωνες δὲ, τὴν Ἡνιοχίαν χώραν. ὧν ἦρχε Ῥέκας τε καὶ Ἀμφίστρατος, ἡνίοχοι Διοσκούρων. *Geographus vero (Strabo) tradit, ab Jasonis in Colchos expeditione Phthiotas quidem Achæos Phthiam in Asia habitasse; Laconas vero, regionem Heniochiam: ducibus Rheca & Amphistrato, aurigis Dioscurorum.* Consentit Plinius, nisi quod nonnihil variet in nominibus aurigarum, *lib.* VI. *cap.* V. *Sunt qui conditam eam ab Amphito, & Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis, putent: a quibus ortam Heniochorum gentem feram constat.* Ammianus, lib. XXII. *Inter civitatis alias Phasie est, nomine fluvii dictitata; & Dioscurias, nunc usque nota: cujus auctores Amphitus, & Telchius, Spartani, traduntur, aurigæ Castoris, & Pollucis, a quibus Heniochorum natio est instituta.*

ZYGII. Habes ecce in *citato* statim *versu* Dionysii.

CROTONIATAE, & LOCRENSES, Epizephyrii cognomento. Pausanias, in *Laconicis*. Τελευτήσαντος δὲ Ἀλκαμένους, Πολύδωρος τὴν βασιλείαν παρέλαβεν ὁ Ἀλκαμένους. καὶ ἀποικίαν τε ἐς Ἰταλίαν Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰς Κρότωνα ἔστειλαν, καὶ ἀποικίαν ἐς Λοκροὺς, τοὺς πρὸς ἄκρᾳ Ζεφυρίῳ. *Alcamene mortuo, regnum accepit Polydorus, ejus filius: & Crotonem in Italiam Lacedæmonii coloniam deduxerunt; & alteram Locros, ad Zephyrium promontorium habitantes.* Aliud tamen Strabo dicit, *lib.* VI.

CYTHERII. Thucydides, *lib.* VII. Οἱ μὲν Λακεδαιμονίων ἄποικοι Κυθήριοι. *Lacedæmoniorum quidem coloni Cytherii.*

MELII. Herodotus, *lib.* VIII. Μήλιοι μὲν, γένος ἐόντες ἀπὸ Λακεδαίμονος, δύο παρείχοντο. *Melii quidem, Lacedæmone oriundi, duas præbebant.* Thucydides, *lib.* V. Μήλιοι, Λακεδαιμονίων μέν εἰσιν ἄποικοι, τῶν δ' Ἀθηναίων οὐκ ἤθελον ὑπακούειν. *Melii Lacedæmoniorum quidem sunt coloni, sed Atheniensibus parere recusabant.* Xenophon, *Hist. Græc.* lib. II. Οἷα ἐποίησαν Μηλίους, Λακεδαιμονίων ἀποίκους ὄντας, κρατήσαντες πολιορκίᾳ. *Quæ patraverant in Melios, Lacedæmoniorum colonos, quos obsidione ceperant.* A quo autem, quando, & qua occasione item, hæc colonia deducta, refert Plutarc. lib. *de Virt. Mul.* ubi de Tyrrhenis agit. item Conon, *Narrat.* XXXVI. Φιλόνομος Σπαρτιάτης, προδοὺς Λακεδαίμονα Δωριεῦσι, δῶρον ἔχει Ἀμύκλας. καὶ συνοικίζει ταύτην ἐξ Ἴμβρου, καὶ Λήμνου. τρίτῃ δὲ γενεᾷ, στασιάσαντες πρὸς Δωριέας, μετανίστανται Ἀμυκλῶν. συμπαραλαβόντες δὲ καί τινας Σπαρτιατῶν, ἡγουμένων αὐτοῖς Πόλιδος καὶ Δελφοῦ, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Κρήτης. ἐν τῷ παράπλῳ δὲ τοῦ στόλου, Μῆλον Ἀπόδασμος οἰκίζει. καὶ τὸ τῶν Μηλιέων γένος ἐνθάδε οἰκειοῦται Σπαρτιάταις. *Philonomus Spartanus, prodita Doriensibus Lacedæmone, Amyclis donatur: in easque ex Imbro, & Lemno, incolas cogit. Qui, cum tertia deinde ætate adversus Dorienses seditionem inceptassent, Amyclis pelluntur. Itaque, assumptis secum aliquibus Spartanorum, usi ductoribus Polide & Delpho, in Cretam navigarunt. sed dum classis prænavigat, Melum Apodasmus colonis instruit: atque inde Meliensium genus Spartanis cognatum est.* Ita vero locum illum in fine emendo: nam male editur, Τῶν Πηλιέων γένος, *Peliensium genus.* Mansere autem sub Lacedæmoniis liberi annis septingentis. Ipsi de se, in oratione ad Athenienses, apud Thucydidem, *lib.* V. Οὔτ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πόλεως, ἑπτακόσια ἔτη ἤδη οἰκουμένης, τὴν ἐλευθερίαν ἀφαιρησόμεθα. ἀλλὰ τῇ τε μέχρι τοῦδε σωζούσῃ τύχῃ, ἐκ τοῦ θείου αὐτὴν, καὶ τῇ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ Λακεδαιμονίων, τιμωρίᾳ πιστεύοντες, πειρασόμεθα σώζεσθαι. *Neque libertatem urbis, septingentos jam annos conditæ, brevi tempore amittemus: sed fortuna, quæ nos ad hunc diem divinitus tutata est, & ope cum aliorum hominum, tum vero Lacedæmoniorum, freti, tueri conabimur.* Ubi Scholiastes. Ἑπτακόσια Μῆλος ἡ νῆσος, ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐλευθέρως οἰκισθεῖσα, ὕστερον ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπὶ δουλείᾳ ἐξεπολιορκήθη. *Melus insula, per annos septingentos libere sub Lacedæmoniis habitata, postea, expugnata ab Atheniensibus, in servitutem est redacta.*

PENTAPOLITANI, in regione Cyrenaica. Inde colligo, quod Synesius, civis Pentapolitanus, ad Eurysthenem, Lacedæmoniorum regem, genus referat. Ecce verba, *epist.* LVII. Εὐρυσθένους, τοῦ καταγαγόντος Δωριέας εἰς Σπάρτην, μέχρι τοῦ μοῦ πατρὸς, αἱ διαδοχαὶ ταῖς δημοσίαις ἐνεκολάφθησαν κύρβεσιν. *Ab Eurysthene, qui Dorienses in Spartam deduxit, ad meum usque patrem, generis successiones publicis tabulis sunt incisæ.*

CAMPANI, BRUTII, SABINI, SAMNITES, & TARENTINI, a Justino memorantur istis verbis, *libro* XX. *Quid tractus omnis Campaniæ? quid Brutii, Sabinique? quid Samnites? quid Tarentini? quos Lacedæmone profectos, Spuriosque vocatos, accepimus.* Inter istos quod SABINI memorantur, id confirmat Dionysius Halicarnasseus, *Antiquit. Rom.* libro II. Ἔστι δέ τις καὶ ἄλλος ὑπὲρ τῶν Σαβίνων ἐν ἱστορίαις ἐπιχωρίοις λεγόμενος λόγος, ὡς Λακεδαιμονίων ἐποικησάντων αὐτοῖς, καθ' ὃν χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν ὁ Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ τοὺς νόμους. *Quin & alia de Sabinis, in Historiis ipsorum domesticis, exstat narratio: Lacedæmonios illuc coloniam deduxisse, quo tempore Lycurgus, Eunomi ex fratre nepotis tutor, Spartæ leges tulit.* Plutarchus, in *Vita Numæ*. Σαβῖνοι δὲ βούλονται, Λακεδαιμονίων ἑαυτοὺς ἀποίκους γεγονέναι. *Sabini vero, se colonos Lacedæmoniorum ferunt.* Servius, *ad Æneid. lib.* VIII. *Sabini a Lacedæmoniis originem ducunt, ut Hyginus ait, De origine urbium Italicarum.* Et mox iterum. *Cato autem, & Gellius, a Sabo Lacedæmonio trahere eos (Sabinos) originem referunt.*

Gemistus, *De rebus Peloponnes.* Orat. I. *Σαβῖνοι ἐκ Πελοποννήσου, τε, καὶ Λακεδαιμόνιοι. Sabini vero e Peloponneso, & Lacedæmonii.* Iterum, *Orat.* II. *Χρόνῳ ὕστερον Ῥώμην ἅμα Σαβίνοις, Λακεδαιμονίοις οὖσιν, ἐπὶ τοῖς ἴσοις, καὶ ὁμοίοις, κατῴκισαν. Paullo post una cum Sabinis, qui Lacedæmonii erant, pari jure Romam habitarunt.* Denique in Justini verbis ultimi occurrunt nobis TARENTINI. De his auctor quoque certus est Hesychius, istis verbis. *Τάρας, πόλις Ιταλίας, ἀπὸ Τάραντος, τοῦ Ποσειδῶνος. ἔστι δὲ Λακώνων ἄποικος. Tarentum, urbs Italiæ, a Tarante, Neptuni filio. Est vero Lacedæmoniorum colonia.* Vide Aristotelem, *Politic.* lib. V. cap. VII. Platonem, *De Leg.* lib. I. Dionysium, in *Periegesi*, & Eustathium, in Commentario *ad eundem*. Marcianus, in *Periegesi sua*.

Εἶτ' ἔστι μεγίστη τῶν ἐν Ιταλίᾳ Τάρας,
Ἀπό τινος ἥρωος Τάραντος λεγομένη,
Λακεδαιμονίων ἄποικος. ——

Inde est Italicarum maxima Tarentum,
Ab heroe quodam Tarante dicta,
Lacedæmoniorum colonia. ——

Inde *Lacedæmonium Tarentum* dicitur ab Horatio, *lib.* III. *Od.* V.

Tendens Venefranos in agros,
Aut Lacedæmonium Tarentum.

Ubi recte *Lacedæmonium* exponit Acron, *A Lacedæmoniis conditum*. Vide eundem, uti & Porphyrionem, *lib.* II. *Od.* VI. Meminere etiam plures: Florus, *lib.* I. *cap.* XVIII. & ex eo verbo tenus Jornandus, *De regn. success.* item Paulus Diaconus, *Hist. Misc.* lib. II. Freculphus, *Chron.* Tom. I. lib. IV. cap. XIX. Paulus Orosius, *lib.* IV. cap. I. Otho Frisingensis, *lib.* II. *cap.* XXXI. Junius Philargyrius, *ad Georg. lib.* IV. Qui Tarentum in coloniam mittebantur, Minervæ signum Lacedæmone dedicarunt, non longe a via Aphetaide. Pausanias, in *Laconicis*. *Οὐ μακρὰν δὲ (τῆς Ἀφεταΐδος ὁδοῦ) Ἀθηνᾶς ἄγαλμα. ὃ ἐς Ιταλίαν τε καὶ Τάραντα ἀποικισθέντας ἀναθεῖναι λέγουσι. Non longe vero, (a via Aphetaide,) Minervæ signum est: quod dicasse ferunt eos, qui in Italiam, & Tarentum, in coloniam sunt deducti.* Vide historiam deductæ coloniæ, satis fuse memoratam, apud Eustathium, *loco citato*, Strabonem, *lib.* VI. Pausaniam, in *Phocicis*, Servium, *ad Georg. librum* IV. & *Æneid.* III. Acronem, & Porphyrionem, *ad Horatii lib.* II. *Od.* VI. Accidit vero, tempore Manassis regis. Petrus Comestor, in *Hist. Scholast.* in *Regum* lib. IV. cap. XXXIII. *In diebus Manasse Parthenii Tarentum condiderunt.* Quia vero dux coloniæ Phalantus erat, hinc *Tarentum Phalanteum* dicit Silius, *lib.* XI.

Inde Phalanteo levitas animosa Tarento
Ausonium laxare jugum.

Præter istos, in eadem quoque Italia, exstiterunt

AMYCLAEI. Horum meminit Virgilius, *Æneid.* X.

—— *ditissimus agri*
Qui fuit Ausonidum, & tacitis regnavit Amyclis.

Ubi Servius. *Inter Cajetam, & Tarracinam, oppidum constitutum est a Laconibus, qui comites Castoris, & Pollucis, fuerunt; & cum Glauco, filio Minois, in Italiam venerunt: & ab Amyclis, provinciæ suæ Laconicæ civitate, ei inditum nomen est.* De his capiendus Martialis, *lib.* XIII. *epigram.* CXV.

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis.

Quin & in Hispaniam venisse eos, & Cantabriæ illic partem habitasse, ex Asclepiade Myrleano, aliisque, tradit Strabo, *lib.* III. *Τῆς δὲ Κανταβρίας μέρος τι κατασχεῖν Λάκωνας, καὶ οὗτος φησὶ, καὶ ἄλλοι. Cantabriæ vero partem aliquam Lacedæmonios tenuisse, & ille perhibet, & alii.* Neque dubium, quin in Lusitania quoque, ad amnem Durium, sedes fixerint: siquidem illius accolas more Laconum vixisse, idem nobis Strabo refert, paullo ante. *Ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίῳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασὶν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων, καὶ ψυχρολουτροῦντας, καὶ μονοτροφοῦντας καθαρίως. καὶ λιτῶς. Quosdam eorum, qui ad Durium flumen accolunt, Laconica vitæ ratione uti ferunt, bis unguento utentes, & caldariis ex lapidibus ignitis, tum frigida lavantes, ciboque simplici, pure juxta, ac frugaliter, victitantes.* Et ab illis ibi certe condita fuerit urbs, *Laconimurgum* dicta, ipso nomine conditores attestante. Nam in Lusitania hanc clare memorat Ptolemæus, in descriptione Hispaniæ, *libro* II. Plinio, *Lacimurgi* appellatur, *libro* III. *capite* I. Dexter, in *Chronico*, itidem meminit, in anno CXX. *Diocles, agitator Lusitanus, ex oppido Laconimurgi, prope Caparam, mirabilium agitationum operatione floret.* Neque audiendum puto virum doctum, qui in Commentario *ad eum locum*, nomen urbi a vicino lacu datum arbitratur. Erat etiam *Ossigi* oppidum, quod *Laconicum* cognomento appellatum, in conventu Cordubensi. Plinius, in descriptione Hispaniæ, *loco citato*. *Conventus vero Cordubensis, circa ipsum flumen, Ossigi, quod cognominatur Laconicum; Illiturgi, quod forum Julium.* Certe, in Hispaniam colonias Lacedæmonios deduxisse, præter ista, quæ jam dixi, illud itidem manifestum argumentum, quod & hodie Catalani, ob frugalitatem victus, a Laconibus, ut videtur, olim acceptam, *Hispaniæ Lacones* appellentur: ut tradit Bernardinus Goniczius, *De vita Jacobi* I. Arragonum regis, libro V. Tribus denique illis erant, præter eas, quæ a Cragio memorantur, *libro* I. *cap.* VI. *Παμφυλὶς*, & *Δυμανὶς*; a Pamphylo dictæ, & Dymanæ, Ægimii filiis. Scholiastes Pindari, *Pyth.* Od. I. *Πάμφυλος, καὶ Δύμας, καὶ Δῶρος, υἱοὶ Αἰγιμίου, ἀφ' οὗ Παμφυλὶς, καὶ Δυμανὶς, φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι. Pamphylus, & Dymas, & Dorus, Ægimii filii: unde Pamphylis, & Dymanis, tribus in Lacedæmone.* Vide etiam Stephanum, *in Δυμᾶν.* Hesychio *Δύμη* dicitur. *Δύμη, ἐν Σπάρτῃ φυλὴ, καὶ τόπος. Dyme, Spartæ tribus, & locus.*

CAP. VIII.

Victus rigidus: & cujusdam Sybaritæ de hoc dictum. Pausaniæ cœna. Jus nigrum: & id quale. Dionysii Siculi factum. Βάφα.

VICTUS Lacedæmoniorum, erat parcus, atque rigidus. Hieronymus breviter, *in Danielem*, cap. VII. *Rigidum enim, & parcioris victus, in morem Lacedæmoniorum, regnum Persarum fuit.* Etymologici Auctor, *in Γαλακτοφάγος*. *Λυκοῦργος κοινὴν, καὶ οὐ περιττὴν, Λακεδαιμονίοις τράπεζαν εἰσηνέγκεν. Lycurgus vulgarem, neque superfluam, Lacedæmoniis mensam introduxit.* Philo, *De vita contemp.* *Τὴν μὲν γὰρ Λακωνικὴν σκληραγωγίαν ὑπανιᾶσιν, ἀεὶ δὲ, καὶ πανταχοῦ, τὴν ἐλευθέριον εὐκολίαν ἐπιτηδεύουσιν. Laconicam enim illam vitæ duritiam paullulum remittunt: semper vero, & ubique, liberalem frugalitatem summo studio sectantur.* Musonius, lib. *De supellectile*; cujus fragmentum quoddam insigne exstat apud Stobæum, *Serm.* LXXXIII. *Τῶν γε νομοθετῶν τοὺς ἀρίστους, καὶ ἐν πρώτοις Λυκοῦργον, εὕροιμεν ἂν, πολυ-*

πολυτέλειαν ἐξελαύνοντα τῆς Σπάρτης, ἀντεισάγοντα δ' εὐτέλειαν· καὶ τὸ ἐνδεὲς τῆς διαίτης, τὰ περιττὰ προτιμῶντα πρὸς ἀνδρείαν. *Legislatores optimos, & Lycurgum in primis, inveniemus, relegata sumptuositate extra Spartam, in ejus locum frugalitatem introducentem: ac victum tenuem superfluo prætulisse, ad comparandam fortitudinem.* Huc pertinet Sybaritæ dictum, quod commemorat Athenæus, *lib.* IV. Φασὶ δέ τινες, καὶ ἄνδρα Συβαρίτην, ἐπιδημήσαντα ἐν Σπάρτῃ, καὶ συνεστιαθέντα ἐν τοῖς φειδιτίοις, εἰπεῖν· Εἰκότως ἀνδρειότατοι ἁπάντων εἰσὶ Λακεδαιμόνιοι. ἕλοιτο γάρ τις ὢν φρονῶν μυριάκις ἀποθανεῖν, ἢ οὕτως εὐτελοῦς διαίτης μεταλαβεῖν. *Narrant vero quidam, virum etiam Sybaritam, Spartæ degentem, cum phiditiis interfuisset, dixisse: Merito fortissimi omnium sunt Lacedæmonii. quemvis enim sanæ mentis mori potius decies millies optaturum, quam participem vilis adeo victus fieri.* Idem est, quod ex Sereno, quamvis paullo aliter, Stobæus refert, *Serm.* XXIX. Συβαρίτης. ἐπιδημήσας Λακεδαίμονι, καὶ τὰ ἔθη ἰδὼν, καὶ τὰς καρτερήσεις, αἷς ἐκ παίδων ἀνατρέφονται, οὐδὲν ἔφη θαυμαστὸν αὐτοὺς ποιεῖν, ῥᾳδίως ἐν τοῖς πολέμοις ἀποθνήσκοντας, ὑπὲρ τοῦ μὴ οὕτω ζῆν. *Sybarita, Lacedæmone degens, & mores videns, ac tolerantiam, ad quam a pueris educantur, nihil mirum præstare ipsos inquiebat, quod in bellis facile obirent mortem, ne sic viverent.* Etiam huc referenda Pausaniæ cœna: de qua Herodotus, *lib.* IX. & ex eo Athenæus, *lib.* IV. Inprimis autem celebratum jus, quod nigrum appellabant. Plutarchus, in *Lycurgo*: ubi de conviviis Lacedæmoniorum agit. Τῶν δὲ ὄψων εὐδοκίμει μάλιστα παρ' αὐτοῖς ὁ μέλας ζωμός. *Inter pulmenta laus apud ipsos erat juri nigro.* Iterum, in *Alcibiade*. Καὶ μάζῃ συνόντα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον. *Et maza victitantem, & jure nigro utentem.* Et occurrit rursum in *Agide*. Pollux, *lib.* VI. *cap.* IX. Ὁ δὲ μέλας καλούμενος ζωμὸς, Λακωνικὸν μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὸ ἔδεσμα. *Jus autem, quod nigrum dicitur, Laconicum ut plurimum est edulium.* Huc pertinet illud Dionysii, quod refertur a Plutarcho, in principio *Institutorum Laconicorum*. Δοκιμαζομένου μάλιστα παρ' αὐτοῖς τοῦ μέλανος λεγομένου ζωμοῦ, ὥστε μὴ κρεαδίων δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, παραχωρεῖν δὲ τοῖς νεανίσκοις. λέγεται Διονύσιος, ὁ τῆς Σικελίας τύραννος, τούτου χάριν Λακωνικὸν μάγειρον πρίασθαι, καὶ προστάξαι, σκευάσαι αὐτῷ, μηδενὸς φειδόμενον ἀναλώματος· ἔπειτα γευσάμενον, καὶ δυσχεράναντα, ἀποπτύσαι, καὶ τὸν μάγειρον εἰπεῖν. Ὦ βασιλεῦ, τοῦτον δεῖ τὸν ζωμὸν, γυμνασάμενον Λακωνικῶς, τῷ Εὐρώτᾳ λελουμένον, ἐπορροφᾶσθαι. *Cum maxime apud ipsos æstimaretur jus nigrum quod appellant, ita ut seniores carnem non requirerent, sed eam junioribus concederent, fertur Dionysius, Siciliæ tyrannus, coquum Laconicum emisse, ac jussisse, ut id appararet, neque sumptui ulli parceret. inde, cum gustasset, & indignatus exspuisset, dixisse coquum: O rex, oportet prius Laconice exercitatum, & ablutum in Eurota, illud jus deinde edere.* Paullo aliter Cicero, *Tuscul. Quæst.* lib. V. *Quid? victum Lacedæmoniorum in phiditiis nonne vidimus? ubi cum tyrannus cœnavisset Dionysius, juravit, se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, non delectatum. Tum is, qui illa coxerat; Minime mirum. condimenta enim defuerunt. Quæ tandem? inquit ille, Labor in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* Stobæus, *Serm.* XXIX. Διονύσιος, Λακωνικὸν μάγειρον πριάμενος, ἐκέλευσεν αὐτὸν σκευάσαι τὸν Λακωνικὸν ζωμόν. καὶ σκευάσαντος, οὐκ ἤσθιεν. ἤρετο δὲ, καὶ τί αὐτῷ ἥδονται, ἀηδεστάτῳ ὄντι, οἱ Λάκωνες. ὁ δὲ, οὐκ ἔχειν ἔφη τὰ ἡδύσματα, ἃ ἐκεῖνος ἔχει, διὰ τοῦτο μὴ αὐτῷ ἀρέσαι· καὶ ὃς ἐπύθετο, τίνα εἴη ταῦτα; αὐτὸν γὰρ κελεῦσαι τῷ ταμίᾳ πάντα ἔκπλεα αὐτῷ δοῦναι. ὁ δ' εἶπεν· ἃ μὴ ἐστὶ παρά σοι, πρὸ τοῦ δείπνου πόνοι, καὶ τὸ ἐν Εὐρώτᾳ λουτρόν. *Dionysius, cum servum Laconicum*

A *emisset, parare eum jusculum Laconicum jussit. cum vero is parasset, non comedit. sed interrogavit, quidnam illius, quando insuavissimum esset, Lacedæmonios delectaret. Tum coquus: non habere condimenta, quæ Laconico adessent. Ille rogat, quænam ista? etenim mandasse promo, uti ei omnia suppeditaret. Ac tum coquus. Quæ non habes: ut labores ante cœnam, & lavacrum in Eurota.* Quale autem illud fuerit, nemo certo explicaverit. Si quis tamen conjecturæ locus datur, sal fuisse, & acetum, item carnes, arbitrari quispiam possit, ex Plutarchi istis verbis, *De tuenda sanitate*. Οἱ Λάκωνες, ὄξος, καὶ ἅλας, δόντες τῷ μαγείρῳ, τὰ λοιπὰ κελεύουσιν ἐν τῷ ἱερείῳ ζητεῖν.

B *Lacedæmonii, acetum, & sal, dantes coquo, reliqua quærere in victima jubent.* Confirmat locus Dicæarchi, ex Tripolitico, apud Athenæum, *lib.* IV. unde etiam illud discimus, carnes eas, quas jam dixi, suillas fuisse. Ὄψον δὲ, (de phiditiorum cœna illi sermo,) ταὐτὸ ἀεί ποτε πᾶσίν ἐστιν, ὕειον κρέας ἑφθόν. ἐνίοτε δ' οὐδ' ὁ, τιοῦν πλὴν ὄψον τι μικρὸν, ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μνᾶς, καὶ παρὰ τοῦτο ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὁ γε ἀπὸ τούτων ζωμὸς, ἱκανὸς ὢν παρ' ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτὸ παραπέμπειν. *Opsonium vero, semper idem universis, suilla caro elixa. interdum aliud nihil, præter opsonii paullulum, quod quadrantem li-*

C *bræ pendat, ac omnino nil præterea, excepto harum carnium jusculo: quod tantum est, ut per cœnam universam omnibus transmitti possit.* Quod acetum vero attinet, eo multo in cœnis suis usos esse, docet versus iste Diphili. qui est apud Athenæum *lib.* II.

Δειπνεῖ δὲ καταδὺς, πῶς δοκεῖς; Λακωνικῶς.
Ὄξους δὲ κοτύλην. ——
Cœnatque abditus, qui putas? Laconice.
Aceti vero cotylam. ——

D Jus vero illud suum, βάφα Lacones dicebant. Hesychius. Βάφα, ζωμὸς, Λάκωνες. *Bapha, jus, Lacones.*

CAP. IX.

Φειδίτια, unde dicta. Etiam Φιδίτια: & de eo Hesychii locus emendatus. Ita autem appellata, quasi Φιλίτια: quo modo apud plures legitur. Aristoteli vetus lectio restituta. Ἐδίτια item nuncupata: &, nomine antiquissimo, Ἀνδρία.

E CELEBERRIMA erant convivia eorum, quæ Φειδίτια appellabant. Eustathius, *ad Odyss.* α'. Τὰ φειδίτια συσσίτιον ἦν Λακωνικὸν, περιώνυμον μὲν, εὐτελὲς δέ. *Phiditia convivium erant Laconicum, celebratum quidem, sed non sumptuosum.* Pausanias, in *Achaicis*, Ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ φειδίτια καλούμενα. *Ubi convivia Lacedæmoniis celebrantur, quæ phiditia dicuntur.* Eodem modo pluribus locis apud Athenæum scribitur, *lib.* IV. Dicta autem sunt Φειδίτια, a parsimonia, quæ est φειδώ. Alii, Φιδίτια scribunt. Hesychius. Φιδίτια, συσσίτια. *Phiditia, convivia.* Plutarchus, in *Agide & Cleomene*. Συνέταξεν δὲ τούτων εἰς πεντεκαίδεκα γενέσθαι φιδίτια. *Et eos in quindecim phiditia com-*

F *poni.* Ac mox iterum. Ζωμὸν αὐτοῖς μέλανα, καὶ μᾶζαν, ὥσπερ ἔθος ἦν ἐν τοῖς φιδιτίοις, παρέθηκεν. *Jus ipsis nigrum, & mazam, ut consuevit in phiditiis, apposuit.* Eodem modo apud Aristotelem scribitur, *Politic.* lib. II. cap. VII. & VIII. Corrigendus est Hesychius, *in* Διαφοιγομὸρ, ubi male φιτιδίοις scribitur, pro φιδιτίοις. Locum ipsum mox producam. Et dicta volunt, quasi φιλίτια, ab *amicitia*, quæ est φιλία. Porphyrius, *De Abstin.* lib IV. Διὸ καὶ φιδίτια προσηγόρευον ταῦτα. εἴτε ὡς φιλίας, καὶ φιλοφροσύνης, ὑπάρχοντα αἴτια, ἀντὶ τοῦ λάμδα τὸ δέλτα λαμβάνοντες.

εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν, καὶ φειδῶ, συνεθίζοντα. *Unde & phiditia ea appellabant: sive quod amicitiam, & benevolentiam, causarentur, lambda pro delta sumentes; seu quod ad frugalitatem, & parsimoniam, adsuefacerent.* Quæ totidem verbis etiam Plutarchus dicit, in *Lycurgo*. Ac certe apud plures φιλίτια dicuntur, nomine ab amicitia derivato. Xenophon, *De Rep. Lacedæmoniorum*. Καὶ ἐπειδὰν εἰς τὸ φιλίτιόν γε ἀφίκωνται, ἀγαπητὸν, αὐτῶν καὶ τὸ ἐρωτηθὲν ἀκοῦσαι. *Et cum ad philitium venerint, satis habendum, hic ex iis audiri, de quo sint interrogati.* Et mox iterum. Καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώριον ἐν τοῖς φιλιτίοις λέγεσθαι, ὅ, τι ἂν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ. *Nam more patriæ commemoratur in philitiis, quicquid in rep. præclare quisque fecerit.* Aristoteles, *Rhet.* lib. III. cap. X. Ὁ Κύων δὲ (ἐκάλει) τὰ Ἀττικὰ φιλίτια. *Canis vero, vocabat cauponas Attica philitia.* Ita enim Aristotelem scripsisse, non, ut editur, φιδίτια, *phiditia*, testis vetus *ad hunc locum* Scholiastes: qui sic citat, explicatque. Ἀττικὰ φιλίτια. ἐν τούτοις γὰρ τοῖς καπηλείοις, εἰσερχόμενοι, τὰς φιλίας ἐποίουν. τὰ φιλίτια, συμπόσια ἦσαν τῶν Λακεδαιμονίων. *Attica philitia. In his enim cauponis, cum ingressi essent, amicitias contrahebant. Philitia, convivia erant Lacedæmoniorum.* Nec aliter scribitur apud Plutarchum, *Sympos. Quæst.* libro VII. quæst. IX. Dionysium Halicarnasseum, *Antiquit. Rom.* lib. II. Dionem Chrysostomum, *De regno*, Orat. II. Philostratum, *lib.* IV. *cap.* IX. item Suidam, *in* Λυκοῦργος, & Φιλίτια, Quidam etiam, φ abjecto, per ε dicebant Εδίτια, nomine ab edendo facto. Plutarchus, in *Lycurgo*. Οἱ Λακεδαιμόνιοι δὲ, φιδίτια προσαγορεύουσιν· Εἴτε ὡς φιλίας, καὶ φιλοφροσύνης, ὑπαρχόντων, ἀντὶ τοῦ λάμβδα τὸ δέλτα λαμβάνοντες. Εἴτε ὡς πρὸς εὐτέλειαν, καὶ φειδὼ, συνεθιζόντων. οὐδὲν δὲ κωλύει, καὶ τὸ πρῶτον ἔξωθεν ἐπικεῖσθαι φθόγγον, ὥσπερ ἔνιοί φασιν, ἐδιτίων, παρὰ τὴν δίαιταν, καὶ τὴν ἐδωδὴν, λεγομένων. *Lacedæmonii vero, phiditia appellant: vel quod amicitiam, & benevolentiam, concilient, delta pro lambda sumentes; vel quod ad frugalitatem, & parsimoniam, adsuefaciant. Potuit etiam prima litera aliunde adjecta fuisse, ut nonnulli volunt; & editia dicta, a victu, & edendo.* Primitus vero, Ανδρια appellabantur: sicut & convivia Cretenses sua nominabant. Aristoteles, *Politic.* lib. II. c. VIII. vel, ut alii distribuunt, X. Καὶ τόγε ἀρχαῖον ἐκάλουν οἱ Λάκωνες (τὰ συσσίτια) οὐ φιδίτια, ἀλλὰ ἄνδρια, καθάπερ οἱ Κρῆτες. *Et antiquitus Lacedæmonii (convivia) vocabant non phiditia, sed andria, sicut Cretenses.* Et Strabo, *lib.* X. Τὴν δὲ συσσιτίαν, ἀνδρεῖα, παρὰ μὲν τοῖς Κρησὶν, ἔτι καὶ νῦν καλεῖσθαι· παρὰ δὲ Σπαρτιάταις, μὴ διαμεῖναι, πρότερον καλουμένην. *Convivium vero istud, Andria apud Cretenses quidem etiam nunc appellari, apud Lacedæmonios vero, non permansisse, cum sic prius diceretur.*

CAP. X.

Conferebant ad hæc singuli: qui nequirent, a rep. arcebantur. Quænam contulerint: tum &, quoties celebraverint. Qualia fuerint: &, quot numero in iisdem convivati. Convivabantur autem accumbentes: primitus, in nudo lecto; cubito in cavum lapidem, sive lignum, reclinati: postea, in stragulis magnis, pretiosis, varie elaboratis; cubitis in pulvinaria incumbentes. Et in istis accumbebant, cum in cæteris conviviis assiderent: ac bibebant ex cothone, aut doliolis. Ubi autem celebraverint, & quam diu. Διαφοιγομὸρ, *vox in illis usitata. Dies subsequens,* Αφίδιτος *dictus: & in eo sacra facta. Liberi illic ad cavilla jacienda, & ferenda, instituti; modo tamen imperato.*

CONFEREBANT autem singuli in hæc ipsa, prout lege constitutum: etiam quantumvis

A pauperes. Aristoteles, ubi de phiditiis loquitur, *lib.* II. *c.* VII. aut, secundum alios, IX. Παρὰ δὲ τοῖς Λάκωσιν, ἕκαστον δεῖ φέρειν, καὶ σφόδρα πενήτων ἐνίων ὄντων, καὶ τοῦτο τὸ ἀνάλωμα μὴ δυναμένων δαπανᾶν. *Apud Lacedæmonios vero, conferre unumquemque oportet: quanquam admodum pauperes existant multi, & qui sumptum hunc facere nequeant.* Ac conferre qui haud possent, a reip. administratione arcebantur. Aristoteles *ibidem*, paullo post. Μετέχειν γὰρ οὐ ῥᾴδιον τοῖς λίαν πένησιν. ὅρος δὲ τῆς πολιτείας οὗτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ πάτριος, τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς. *Nam haud facile est, ut participes fiant, qui sunt valde pauperes. estque illis reipu-*

B *blicæ patria hæc constitutio, qui hunc sumptum ferre nequeat, ut ne sit illius particeps.* Et capite sequenti. Ἐν μὲν γὰρ Λακεδαιμόνιοι κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον. εἰ δὲ μὴ, μετέχειν νόμος κωλύει τῆς πολιτείας. *Nam in Lacedæmone quidem unusquisque in caput confert, quod constitutum est; nisi faciat, eum lex remp. administrare prohibet.* Sed quid illud, quod a lege constitutum? medimnus farinæ, vini congii octo, casei libræ quinque, ficuum duæ & dimidia: tum pecuniæ aliquid, ad opsonandum. Plutarchus, in *Lycurgo*. Εφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσιτίων, ἀλφίτων μέδιμνον, οἴνου χόας ὀκτὼ,

C τυροῦ πέντε μνᾶς, σύκων ἡμίμνεα πέντε. πρὸς δὲ τούτοις, εἰς ὀψώνιον, μικρόν τι νομίσματος. *Adferebat quisque eo mense, quo convivia celebranda, farinæ medimnum, vini congios octo, casei libras quinque, ficuum duas & dimidiam: præter ista autem, parum admodum pecuniæ.* Quæ iisdem pene verbis etiam Porphyrius, *De Abstin.* lib. IV. Et hoc quidem ex Lycurgi instituto fieri solitum: postea vero, cum invaluisset luxus, aucta omnia. Vides aqud Athenæum: qui ex Dicæarchi nobis Tripolitico ista profert, *lib.* IV. Συμφέρει δὲ ἕκαστος εἰς τὸ φειδίτιον, ἀλφίτων μὲν ὡς τρία μάλιστα ἡμιμέδιμνα Ἀττικὰ, οἴνου δὲ χόας ἕνδεκά τινας, ἢ δώδεκα. παρὰ δὲ ταῦτα, τυροῦ

D σταθμόν τινα, καὶ σύκων. ἔτι δὲ, εἰς ὀψώνιον, περὶ δέκα τινὰς Αἰγιναίους ὀβολούς. *Confert vero quisque in phiditia, farinæ quidem ad summum sesquimedimnum Atticum, vini congios undecim, vel duodecim: ad hæc, casei, & ficuum, pondus quoddam. insuper vero, ad opsonium, circiter decem quosdam obolos Ægineticos.* Sed hæc quoties agitata? uno tantum mense, an singulis? Certe unum aliquem constitutum hic fuisse, satis clarum ex Plutarchi *istis verbis*, jam *citatis*. Εφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσιτίων. *Adferebat vero unusquisque eo mense quo convivia celebranda.* Interpres doctus, pro συσσιτίων, *conviviorum*, videtur legisse, συσσίτων, *convivarum*:

E quasi singulis ea mensibus celebrarent. itaque vertit: *Singuli convictores mense conferebant.* Ac certe, συσσίτων, *convivarum*, scribitur quoque apud Porphyrium, *lib.* quem citavi, IV. Εφερε δὲ ἕκαστος κατὰ μῆνα τῶν συσσίτων. *Adferebat unusquisque convivarum in mensem.* Convivium autem universum, sic describitur ab Athenæo, ex Dicæarchi Tripolitico, *lib.* IV. Περὶ δὲ τοῦ τῶν φειδιτίων δείπνου Δικαίαρχος τάδε ἱστορεῖ, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Τριπολιτικῷ· Τὸ δεῖπνον πρῶτον μὲν ἑκάστῳ χωρὶς παρατιθέμενον, καὶ πρὸς ἕτερον κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχον. εἶτα μάζαν μὲν, ὅσην ἂν ἕκαστος ᾖ βουλόμενος· καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἦν θυμὸς, ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. ὄψον δὲ, ταὐτὸ ἀεί ποτε πᾶσιν

F ἐστὶν, ὕειον κρέας ἑφθόν. ἐνίοτε δὲ οὐδ᾽ ὅ, τι οὖν πλὴν ὄψον τι μικρὸν, ἔχον σταθμὸν ὡς τέταρτον μνᾶς μάλιστα, καὶ παρὰ τοῦτο ἕτερον οὐδὲν πλὴν ὅγε ἀπὸ τούτων ζωμὸς, ἱκανὸς ὢν παρ᾽ ἅπαν τὸ δεῖπνον ἅπαντας αὐτοὺς παραπέμπειν. κἂν ἄρα ἐλάα τις, ἢ τυρὸς, ἢ σύκον. ἀλλὰ κἄν τι λάβωσιν ἐπιδόσιμον, ἰχθῦν, ἢ λαγὼν, ἢ φάτταν, ἤ τι τοιοῦτον. εἶτ᾽ ὀξέως ἤδη δεδειπνηκόσιν, ὕστερα περιφέρεται ταῦτα τὰ ἐπάϊκλα καλούμενα. *De phiditiorum vero cœna, hæc commemorat Dicæarchus, in eo Opere, quod inscripsit Tripoliticum. Primo quidem seorsim cœna singulis ap-*

ponitur, nulla cum altero communicatione: deinde maza, quantum quisque cupit: ac rursum, bibere volentibus, poculum appositum est. opsonium vero, semper universis idem, caro suilla elixa. nonnunquam autem tantum paullulum opsonii, quod ad summum quartam libræ partem pendat, ac præterea nihil aliud, quam istius carnis jusculum, quod sufficiat, ut transmitti tota cœna ad convivas omnes possit: aut, si additamentum acceperint, piscem, leporem, aut columbam, sive quidpiam ejusmodi. ac cœnatis properanter. hæc postremo afferuntur, quæ epaicla appellantur. Cœnabant vero simul in singulis phiditiis plus minus quindeni. Porphyrius, ubi de illis agit, *libro citato.* Συνήρχοντο δὲ ἀνὰ πεντεκαίδεκα, καὶ βραχεῖς, τούτων ἐλάττους, ἢ πλείους. *Conveniebant autem quindecim, aut aliquanto pauciores, pluresve.* Quæ totidem verbis Plutarchus, in *Lycurgo*. Postea civitas universa distributa in quindecim phiditia: & in singulis ducenti, aut, numero etiam duplicato, quadringenti, epulabantur, idque ex Agidis instituto. Plutarchus, in *ejus Vita*. Σύνταξιν δὲ τούτων εἰ πεντεκαίδεκα γενέσθαι φιδίτια, κατὰ τετρακοσίους, καὶ διακοσίους· καὶ δίαιταν, ἣν εἶχον οἱ πρόγονοι, διαιτᾶσθαι. *Ut collocarentur in quindecim phiditiis, quadringenti, aut ducenti, in singulis: & victum haberent, quem majores habuissent.* Convivabantur autem accumbentes, sine ulla veste stragula, cubito in cavatum lapidem, sive lignum, reclinato. Suidas. Φιλίτια, συμπόσια, μεμιγμένους ἔχοντα ταῖς ἡδοναῖς τοὺς πόνους. οὐ γὰρ στρωμνή τις ὑπέκειτο δειπνοῦσιν, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ἀγκῶσι κοιλανθεὶς λίθος, ἢ ξύλον. *Philitia, convivia, quæ permixtos voluptatibus labores habebant. neque enim convivantibus aliquid substernebatur: sed sub cubitis erat lapis cavatus, aut lignum.* Vide iterum eundem, *in* Λυκοῦργος. Athenæus, de Sybarita loquens, a Lacedæmoniis ad phiditium invitato, *lib.* XII. Κληθεὶς εἰς φιδίτιον, ἐπὶ τῶν ξύλων κατακείμενος, καὶ δειπνῶν μετ' αὐτῶν. *Vocatus ad phiditium, in ligno reclinatus, & cum ipsis cœnans.* Lignum vero, in quod sese accumbentes reclinabant, quernum erat. Id e Cicerone apparet, in Orat. *pro L. Muræna: Lacedæmonii quotidianis epulis in robore accumbunt.* Post invalescente luxu, pro nudo lecto vestes stragulas adhibebant, magnas admodum, pretiosas, & varie elaboratas: ac, pro lapide cavato, sive ligno, pulvinaria. Phylarchus, ea de re agens, *Historiarum* libro quinto & tricesimo, apud Athenæum *lib.* IV. Λακεδαιμόνιοι εἰς μὲν τὰ φειδίτια οὐκ ἤρχοντο, κατὰ τὸ πάτριον ἔθος. ὅτε δὲ καὶ παραγένοιντο, μικρὰ συμπεριενεχθεῖσι νόμου χάριν παρεσκευάζετο. καὶ πάλιν αὐτοῖς στρωμναί τε τοῖς μεγέθεσιν οὕτως ἐξησκημέναι πολυτελῶς, καὶ τῇ ποικιλίᾳ διαφόρως, ὥστε τῶν ξένων ἐνίους παραληφθέντων ὀκνεῖν τὸν ἀγκῶνα ἐπὶ τὰ προσκεφάλαια ἐρείδειν. οἱ δὲ πρότερον, ἐπὶ τοῦ κλιντηρίου ψιλοῦ διεκαρτέρουν τῆς κλίνης παρ' ὅλην τὴν συνουσίαν, ὅτε τὸν ἀγκῶνα ἅπαξ ἐρείσειαν. *Lacedæmonii in phiditia quidem non veniebant, more patrio: &, si quando adessent, pauca quædam convivantibus parabantur. Ac rursum. Erant ipsis stragulæ vestes, magnæ, & sumptu tanto, ac varietate, eximie elaboratæ, ut adsciti hospites, quidam cubito inniti pulvinaribus vererentur. Veteres vero, quam diu convivabantur, postquam semel cubitum fulcierant, in nuda lecti sponda perdurabant.* Observandum vero, accubuisse in phiditiis; nam alias, mensis assidebant. Servius, *ad Æneidos* VII. *Majores nostri sedentes epulabantur: quem morem habuerunt a Laconibus.* Bibebant vero e cothone. Dicæarchus, in Tripolitico, in *citatis* ante *verbis*. Καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ἦν θυμὸς, ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. *Ac rursum unicuique bibere volenti, cothon appositus est.* At etiam ex doliolo. Polemon, in *Epistola ad Adæum*. cujus elegans fragmentum repræsentat Athenæus, *lib.* XI. Ἐν Λακεδαίμονι δὲ, κατὰ τὰς ἑορτὰς, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις, καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων, πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις, καὶ φειδιτίοις, ἐν πιθάκναις. *Lacedæmone, cum festa celebrant, & in epiniciis, ac virginum nuptiis, bibunt e poculis fictilibus: in cæteris vero conviviis, ac phiditiis, e doliolis.* Solita vero celebrari ad Tisameni sepulcrum: uti nos Pausanias docet, in *Achaicis*. Τισαμενοῦ δὲ τὸν νεκρὸν Ἀχαιῶν ἐν Ἑλίκῃ θαψάντων, ὕστερον χρόνῳ Λακεδαιμόνιοι, τοῦ ἐν Δελφοῖς σφισιν ἀνειπόντος χρηστηρίου, κομίζουσι τὰ ὀστᾶ ἐς Σπάρτην. καὶ ἦν καὶ ἐς ἐμὲ ἔτι αὐτῷ τάφος, ἔνθα τὰ δεῖπνα Λακεδαιμονίοις ἐστὶ, τὰ φειδίτια καλούμενα. *Tisameni vero cadaver cum Achæi Helicæ sepeliissent, Lacedæmonii postea, Delphici oraculi monitu, ejus ossa Spartam deportarunt. & meo quoque tempore erat ejus sepulcrum, quo loco cœnas celebrant Lacedæmonii, quas phiditia appellant.* Ubi illud quoque observa; etiam Pausaniæ tempore, id est, Cæsare Hadriano, celebrari consuevisse. Illud item non prætermittendum censeo, quanquam incertum, quid significet, quod vox Διαφοιγομὸρ tunc usitata, toto phiditiorum die. Id accipio ex Hesychii quodam loco. Διαφοιγομὸρ ὑπὸ Λακώνων, ἐπὶ πάσῃ ἡμέρᾳ τῆς τῶν φιδιτίων (sic scribendm, supra monui) σιτήσεως. Dies, qui phiditia subsequebatur, Ἀφίδιτος appellabatur, eoque sacra faciebant. Colligo ex ejusdem Hesychii alio loco. Ἀφίδιτος, ἡμέρα, παρὰ Λάκωσιν, ἐν ᾗ θύουσιν. *Aphiditus, dies, apud Lacones, quo sacrificant.* Inter alia vero, illic fieri solita, liberi quoque ad convitia toleranda exercebantur; ac licebat libere dicteriis quemcunque incessere; ita tamen, ut, si quisquam minus ferret, abstinere juberentur. Plutarchus, in *Lycurgo*. Εἰς δὲ τὰ συσσίτια καὶ παῖδες ἐφοίτων, ὥσπερ εἰς διδασκαλεῖα σωφροσύνης ἀγόμενοι. καὶ λόγων ἠκροῶντο πολιτικῶν, καὶ παιδευτὰς ἐλευθερίους ἑώρων. αὐτοί τε παίζειν εἰθίζοντο, καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι μὴ δυσχεραίνειν. σφόδρα γὰρ ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεσθαι· μὴ φέροντα δὲ, ἐξῆν παραιτεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. *Ad convivia pueri etiam, tanquam in ludum temperantiæ ducti, ventitabant. Ibi sermones de rep. audiebant, & doctores ingenuos videbant: & adsuescebant cum ipsi jocari, & dicteria citra scurrilitatem jacere, tum dicteriis aliorum non offendi. Etenim magnopere Laconicum id videbatur, cavillantes tolerare. qui autem non ferret, ei licitum deprecari: & cavillis, qui incesseret, abstinebat.* Quæ Porphyrius iis ipsis verbis tradit, *De Abst.* lib. IV. Ac Plutarchus quidem, iterum ista dicit, *Sympos.* lib. II. cap. I. Macrobius, *Saturnal.* lib. III. cap. III. *Apud Lacedæmonios, inter cætera vitæ exactæ instituta, hoc quoque exercitii genus a Lycurgo est institutum, ut adolescentes & scommata sine morsu dicere, &, ab aliis in se dicta, perpeti discerent. Ac, si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, ulterius ei in alterum dicere non licebat.* Quæ & ipsa quoque verba, ut Porphyrius Plutarchi, transscripsit Joannes Salisberiensis, *Polycratici* lib. VIII. cap. X.

CAP. XI.

Κοπίς. Αἶκλον, *sive* Ἄϊκλον: *aut* Αἶκνον, *&* Ἄϊκνον *nam diverse vox hæc scribitur.* Κοπὶς, *duplex: una, extra urbem habita; altera, intra.* Συσκηνία. Διασκηνεῖν. *Xenophontis locus illustratus. Lycurgi institutum. Athenæi locus mutilus: isque quomodo suppletus. Tithenidia, festum. Fanum Dianæ Corythalliæ, & Cletæ. Pueri mares a nutricibus eo exportari soliti. Tiassa, fons, aut fluvius. Copidis utriusque discrimen* Αἶκλον: *& de eo antiquorum controversia.*

ERANT & convivia alia: quorum unum, Κοπὶς dictum; alterum, Αἶκλον sive Ἄϊκλον. quidam

& ſcribebant Αἴκνον, quidam Αἴκνον. Atque Κοπὶς quidem, duplex: una, intra urbem haberi; altera, extra eam, ſolita. Extra urbem, hunc in modum peragi ſolita. In tentoriis, juxta dei templum erectis, lectos, e palea, fronde, & gramine, ſtratos, tapetibus tegebant: & in his diſcumbere convivas jubebant, advenas, indigenaſque, nulla habita ratione. Immolabant vero capras; & convivis carnes harum comedendas dividebant; addito exiguo pane, cum rotundo, tum compreſſo, quem dicebant Φυσίκιλλον. Addebatur caſeus recens, item ventris, & omaſi fruſtum quodam; tum, bellariorum loco, caricæ, fabæ, & phaſeoli item recentes. Eſt Polemonis in hanc rem inſignis locus, apud Athenæum, *lib.* IV. Δεῖπνον δ' ἐςὶν ἰδίως ἔχον ἡ κοπὶς, καθάπερ καὶ τὸ καλούμενον ἄικλον. ἐπὰν δὲ κοπίζωσι, πρῶτον μὲν δὴ σκηνὰς ποιοῦνται τοῦ θεόν. ἐν δὲ ταύταις, ςιβάδας ἐξ ὕλης. ἐπὶ δὲ τούτων, δάπιδας ὑποςρωννύουσι, ἐφ' αἷς τοὺς κατακλιθέντας εὐωχοῦσιν, οὐ μόνον τοὺς ἐκ τῆς ἡμεδαπῆς ἀφικνουμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιδημήσαντας τῶν ξένων. θύουσι δὲ ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον, καὶ τῶν κρεῶν διδόασι μοίρας πᾶσι, καὶ τὸν φυσίκιλλον. ὅς ἐςιν ἀρτίσκος, ἐγκρίδι παραπλήσιος τὴν ἰδέαν. διδόασι τῶν συνιόντων ἑκάςῳ τυρὸν, καὶ γαςρὸς, καὶ φύσκης, τόμον. καὶ τραγήματα, σῦκά τε ξηρὰ καὶ κυάμους, καὶ φασήλους χλωρούς. *Cœna vero quædam & peculiaris*, Κοπὶς *dicta: ſicut &, quam* Αἴκλον *vocant. Copidem vero cœnaturi, principio quidem tentoria faciunt juxta dei fanum: & in his, ſtramenta e ſilva: quibus tapetas inſternunt, & accumbere convivantes in his jubent; non indigenas duntaxat, ſed & advenas peregrinos. Immolant vero in copidibus tantum capras, neque victimam ullam aliam. tum ex carnibus dant cuique portionem; &, quem phyſicillum vocant, panem parvum encridi ſimilem, ſed figura rotundiore. dant & ſingulis eorum, qui convenerunt, caſeum recentem, ventris, & omaſi, fruſtum: ac, pro bellariis, caricas, fabas, & phaſeolos recentes.* Quod tentoria autem attinet, in quibus ſumpſiſſe victum eos tradit, illa Xenophon reſpexit, ubi dixit, Lycurgum Spartanorum Συσκήνια in publicum eduxiſſe in *Republ. Lacedæm.* iſtis verbis. Λυκοῦργος τοίνυν, παραλαβὼν τοὺς Σπαρτιάτας, ὥσπερ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, οἴκοι σκηνοῦντας, γνοὺς ἐν τούτοις πλείςοις ῥᾳδιουργεῖσθαι, εἰς τὸ φανερὸν ἐξήγαγε τὰ συσκήνια, οὕτως ἡγούμενος ἥκιςα ἂν παραβαίνεσθαι τὰ προςαττόμενα. *Lycurgus itaque, cum Spartanos accepiſſet, more Græcorum aliorum, domi ſuæ in tentoriis victitantes; ac noviſſet, pleroſque in his remiſſius agere; illa contubernia in publicum eduxit: quia ſic futurum eſſe exiſtimaret, uti juſſa minime tranſgrederentur.* Inde etiam Διασκηνεῖν, *In tentorio agere*. Idem Xenophon, paullo poſt. Ὥςε οὔτε ἐρημός ποτε ἡ τράπεζα βρωτῶν γίγνεται, ἔςτ' ἂν διασκηνῶσι, οὔτε πολυδάπανος. *Ita ut nunquam vacua cibis menſa fiat, quam diu in tentoriis agunt, nec ſit tamen ſumptuoſa*. Addit poſtea ex Polemone Athenæus, *loco citato*. Θύουσι δ' ἐν ταῖς κοπίσιν αἶγας, ἄλλο δ' οὐδὲν ἱερεῖον. *Immolant vero in copidibus tantum capras, neque victimam ullam aliam*. Hic ſciendum, a Lacedæmoniis ſolis capram conſueviſſe: idque Junoni, ea ex re Αἰγυφάγῳ appellatæ. Vide ſupra, *Cap.* V. Et hæc quidem ea Κοπὶς, quæ conſueta extra urbem agitari; ex Lycurgi inſtituto, ut apparet ex *citatis* Xenophontis ante *verbis*. Ac licebat inſtituere, cuicunque Spartanorum id liberet. Patet ex Polemonis verbis, apud eundem Athenæum mox ſequentibus. Κοπίζει δὲ καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος ἐν δὲ τῇ πόλει, κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθηνιδίοις καλουμένοις, ὑπὲρ τῶν παίδων. *Copidem autem parare, etiam aliis Spartanorum, quibus libet, eſt permiſſum. In urbe vero, copidas celebrant etiam in Tithenidiis, quæ appellant, pro ſalute puerorum.* Verum mutila certe eſſe ea verba, arguunt iſta: Ἐν δὲ τῇ πόλει, *in urbe vero*. quæ ſat manifeſtum faciunt, eam copidem, quam commemoravit prius, extra urbem agitari conſueviſſe. Itaque reſtituendum, Κοπίζει δὲ καὶ ἔξω τῆς πόλεως, καὶ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ὁ βουλόμενος. ἐν δὲ τῇ πόλει, &c. *Copidem autem extra urbem parare, etiam aliis Spartanorum, quibus libet, eſt permiſſum: in urbe vero*, &c. Et id video viro quoque erudito, Jacobo Dalechampio, veniſſe in mentem, cum ſic vertat. *Copidem parare licet extra civitatem Spartiatarum cuicunque collibitum eſt*. Miror tamen, nihil illum ejus rei in *Notis ſuis*, quod debebat, meminiſſe. Ita vero celebrabant. Feſto Tithenidiorum mares liberos nutrices extra urbem exportabant ad Dianam, Corythalliam cognomento appellatam; cujus templum ad Tiaſſam fontem erat; ea parte, in qua Cletæ quoque fanum viſebatur. Polemon, *ibidem*. Ἐν δὲ τῇ πόλει, κοπίδας ἄγουσι καὶ τοῖς Τιθηνιδίοις καλουμένοις, ὑπὲρ τῶν παίδων. κομίζουσι γὰρ αἱ τίτθαι τὰ ἄρρενα παιδία κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ἀγρὸν, καὶ πρὸς τὴν Κορυθαλλίαν καλουμένην Ἄρτεμιν. ἧς τὸ ἱερὸν παρὰ τὴν καλουμένην Τίασσαν ἐςὶν, ἐν τοῖς πρὸς τὴν Κλήταν μέρεσιν. *In urbe vero, copidas celebrant etiam Tithenidiorum feſto, quod appellant, pro ſalute liberorum. tum enim mares pueros in agrum nutrices exportant, ad Dianæ, quam Corythalliam vocant, templum, prope Tiaſſam nuncupatum, in iis partibus, ubi Cletæ fanum exſtat.* Tiaſſa vero, cujus meminit, fons erat: vel, ut alii volunt, fluvius. Heſychius. Τίασσα, κρήνη ἐν Λακεδαιμονίᾳ· τινὲς δὲ, ποταμόν. *Tiaſſa, fons in Lacedæmonia: quidam vero, fluvium tradunt*. Ac fluvium quidem, Pauſanias dicit, in *Laconicis*. Ἐς Ἀμύκλας δὲ κατιοῦσιν ἐκ Σπάρτης, ποταμός ἐςι Τίασα. *Sparta autem abeuntibus Amyclas, fluvius occurrit Tiaſa*. In utraque vero copide id diſcrimen habebatur, quod in una porcellos lactentes darent, ac furnaceum item panem; in altera vero, capram cæderent, atque panem, encridi ſimilem, phyſicillum appellatum, exhiberent. Polemon idem, apud eundem Athenæum. Τὰς κοπίδας παραπλησίως, ταῖς λελεγμέναις ἐπιτελοῦσι. θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθραγορίσκους ἐν τῇ θοίνῃ ἰπνίτας ἄρτους. *Ac copidas quidem, ſicut has, quas dixi, peragunt. Immolant vero etiam lactentes porcellos, & apponunt in cœna panes furnaceos*, Fercula copidis, magis ſpeciatim refert Molpis, apud Athenæum, *libro* ſæpius *citato*. Ποιοῦσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας κοπίδας. ἔςι δὲ ἡ κοπὶς δεῖπνον, μάζα, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὠμὸν, ζωμὸς, σῦκον, τράγημα, θέρμος. *Faciunt vero etiam copidas, quas vocant. Eſt vero copis cœna, maza, panis, caro, olus crudum juſculum, ficus, & lupinus, pro bellariis*. Confundit illic copidis utriuſque fercula: quæ diſtincte memoravi paullo ante e Polemone. Heſychius transſcripſit ipſa Molpidis verba, *in* Κοπίς. Illic videat, qui volet. Quod ad Αἴκλον vero attinet, & ſcripturam ejus variam, de qua dixi initio capitis, vide Euſtathium, *ad Iliad.* σ'. & *Odyſſ.* μ'. Quidnam fuerit, controverſum eſt: & nonnulli cœnam faciunt, alii bellaria phiditiorum. Vide varios Auctores apud eundem Athenæum, *lib.* IV. ubi illi de his cœnis multus ſermo. Certe ipſi Veteres inter ſe diſſident: ſicut etiam de copide, & phiditiis,

CAP. XII.

Triticum Laconiæ, quale: & ſiligo. Panes varii. Φυσίκιλλος. Βέσκερος. Πητείτης. Πήτεα. *Heſychii locus emendatus.* Μάζα. *Placentæ, lauri foliis involvi ſolitæ.* Κάμματα. Καμματίδες. Παλλιχίαρ. *Farinæ, oleo ſubactæ,* Αμφίτοροι: *ſive melle,* Αμφιμάντορα. Κελβάνας. *In nuptiis circumferri quando, & cur, conſueverit: tum quæ forma ejus fuerit. Athenæus emendatus.* Συρμαία; *ex adipe, & melle, præmium victoriæ, in certamine quodam, inde nomen conſecuto. Bellaria,* Τρωγάλια *dicta. Poma,* Μῆλα Εσπερίδων, *diis ſacra. Pira,* Αρκαδες *vocata: inde* Απια, *a Peloponneſo dicta, quæ antiquitus* Απία, *quia illic primum viſa. Pruna,* Οξύμαλα Περσικὰ *dicta.*

POST convivia hæc præcipua, reliquum eorum victum ut exponam, eſt omnino conſectaneum. Erat illis

TRITICUM, ſed leviuſculum. Theophraſtus, ubi de variis tritici generibus agit, *Hiſt. Plant.* lib. VIII. cap. IV. Κοῦφος δὲ καὶ (ὁ πυρὸς) ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Leve vero etiam (triticum) in Laconica.*

SILIGO a Plinio memoratur, *lib.* XVIII. *cap.* X. *Far, ſine ariſta eſt. Item ſiligo; excepta, quæ Laconica appellatur.*

PANIS, illis varius erat. quidam, qui Φυσίκιλλος dictus, encridi ſimilis, & rotundus: quem in copide, extra urbem peragi ſolita, exhibebant: ac furnaceus, in urbana uſitatus. De utroque quia dixi ex Athenæo, capite ſuperiori, hic omittam. Erat vero etiam

ΒΕΣΚΕΡΟΣ, quem vocabant, nomine peculiari, Heſychius. Βέσκεροι, ἄρτοι, ὑπὸ Λακώνων. *Beſceri, panes quidam, ita dicti a Laconibus.* Uſi etiam furfuraceo: qui

ΠΗΤΕΙΤΗΣ apud ipſos, ſicut Πήτεα quoque furfures, appellati. Idem Heſychius. Πήτεα, πίτυρα. Πητεῖται, πιτυρίαι ἄρτοι. Λάκωνες. *Petea, furfures. Petitæ, furfuracei panes. Lacones.* Ita ſcribo. Hodie non recte editur: Πητεῖται, πιτυρίαι ἄρτοι. Proxima pani dignitate

MAZA erat. Unde illud eſt Heſiodi,

—— ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον.
—— *bona etiam maza poſt panem.*

Et peculiaris quædam Lacedæmoniis. Obſervare licet apud Ariſtophanem, in *Equitibus.*

—— καὶ πρώην γ᾽, ἐμοῦ
Μάζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Λακωνικὴν,
Πανουργότατά πως παραδραμὼν, ὑφαρπάσας
Αὐτὴν, παρέθηκε τὴν ὑπ᾽ ἐμοῦ μεμαγμένην.
—— *& pridem quidam, cum ego.*
Mazam pinſuiſſem in Pylo Laconicam,
Callidiſſime accurrens, ſurreptam
Ipſam, appoſuit a me piſtam.

Uſuſque ejus apud illos erat in phiditiis. Plutarchus, *in Agide.* Επετίμησέ τινι τῶν φίλων, ἀκούσας, ὅτι, ξένους ἑστιῶν, ζωμὸν αὐτοῖς μέλανα, καὶ μάζαν, ὥσπερ ἔθος ἦν ἐν τοῖς φιδιτίοις, παρέθηκεν. οὐ γὰρ ἔφη δεῖν, ἐν τούτοις, οὐδὲ πρὸς τοὺς ξένους, λίαν ἀκριβῶς Λακωνίζειν. *Reprehendit amicorum quendam, cum audiviſſet, quod exceptis convivio peregrinis nigrum juſculum & mazam, uti ſolitum in phiditiis, appoſuiſſet. nec decere inquiebat, in his, ne apud peregrinos quidem, nimis exacte morem Laconicum uſurpare.* Dicæarchus, ubi de phiditiis agit, apud Athenæum, *lib.* IV. Μάζαν μὲν, ὅσην ἂν ἕκαστος ᾖ βουλόμενος. *Mazam quidem, quantam unuſquiſque vellet.* Etiam in copide apponebatur. Molpis, in Opere *de Rep. Lacedæmoniorum*, apud eun-

A dem Athenæum, *libro citato.* Εστι δὲ ἡ κοπὶς δεῖπνον, μάζα, ἄρτος, κρέας. *Eſt vero copis cœna, maza, panis, caro.* Sed & extra ea convivia domi quiſque hanc edebat. Plutarchus, in *Alcibiade*: ubi dicit, eum ſedulo ad Laconum mores ſe accommodaſſe. Καὶ μάζῃ συνόντα, καὶ ζωμῷ μέλανι χρώμενον. *Et maza victitantem, & jure nigro utentem.* Quænam vero μάζα fuerit, varie Auctores tradunt: & nos alibi dicemus. Poſt panem, & mazam, occurrit

PLACENTA. Quædam erat, Κάμμα dicta, ex ſubacta oleo farina, lauri foliis involuta, quæ idcirco Σαμματίδες appellatæ, puerisque in epæclis
B comedendæ apponi ſolitæ. Athenæus, *lib.* IV. Εστιν ἡ παρασκευὴ τῶν ἐπαίκλων οὐχ ἁπλῆ, καθάπερ ὁ Πολέμων ὑπείληφεν, ἀλλὰ διττή. ἣν μὲν γὰρ τοῖς παισὶ παρέχουσι, πάνυ τις εὔκολός ἐστι, καὶ εὐτελής. ἄλφιτα γάρ ἐστιν, ἐλαίῳ δεδευμένα. ἅ φησι Νικοκλῆς ὁ Λάκων κάπτειν αὐτοὺς μετὰ τὸ δεῖπνον ἐν φύλλοις δάφνης· παρὸ καὶ καμματτίδας μὲν καλεῖσθαι τὰ φύλλα αὐτὰ δὲ τὰ ψαιστὰ, κάμματα. *Eſt vero epæclorum apparatus non ſimplex, ut exiſtimavit Polemon, ſed duplex, nam, quod pueris exhibetur, plane facile eſt, & vile. etenim farinæ ſunt, ſubactæ oleo: quas poſt cœnam, ſicut auctor Nicocles Lacon, lauri foliis*
C *involutas comedebant. atque inde folia quidem,* Καμματίδας *appellari: ac placentas ipſas,* Κάμματα. Heſychius non recte Κάμματα, & Καμματίδας, confundit. Κάμματα, φύλλα δάφνης, ἐν οἷς σκέπουσι τὰ ψαιστά. ὁμοίως καὶ αἱ καμματίδες. *Cammata, folia lauri, quibus tegunt placentas. ſimiliter etiam Cammatides.* Et fortaſſe eamdem eſt hæc placenta, quam

ΠΑΛΛΙΧΙΑΡ vocatam, nempe ἀπὸ τῶν παλλήκων, *a pueris*, quibus dari ſolita, uti dixi, *alibi* tradit. Παλλιχίαρ, πεμμάτιόν τι, παρὰ Λάκωσι. *Pallichiar, placentula quædam, apud Lacedæmonios.* Farinæ vero illæ ipſæ, antequam placentæ fierent,

D ΑΜΦΙΤΟΡΟΙ appellabantur. Idem id Heſychius docet. Αμφίτοροι, ἄλφιτα, ἐλαίῳ δεδευμένα, Λάκωνες. *Amphitori, farinæ, oleo ſubactæ, Lacones.* Quod placentas vero, e farina oleo ſubacta, attinet, eſt de iis etiam Perſæi locus, in Opere *De Rep. Laced.* cujus fragmentum exſtat apud Athenæum, *lib.* IV. Καὶ εὐθὺς τοὺς μὲν εὐπόρους ζημιοῖ εἰς ἐπαῖκλα. ταῦτα δ᾽ ἐστὶ μετὰ δεῖπνον τραγήματα. τοῖς δ᾽ ἀπόροις ἐπιτάττει κάλαμον, ἢ στιβάδα, ἢ φύλλα δάφνης φέρειν· ὅπως ἔχωσι τὰ ἐπαῖκλα κάπτειν μετὰ δεῖπνον. γίνεται γὰρ ἄλφιτα, ἐλαίῳ ἐρ᾽ῥαμένα. *Ac confeſtim divites quidem mulctat pecunia, in epæcla impendenda. ea vero ſunt bellaria, quæ poſt cœnam exhibentur. at*
E *pauperibus imperat, ut arundinem afferant, aut torum e frondibus, aut lauri folia: ut haberent, quibus involuta epæcla avide poſt cœnam ederent. ſiquidem farinæ, erant oleo inſparſæ.* Aliquando ſubigebant etiam farinas melle: ac vocabant

ΑΜΦΙΜΑΝΤΟΡΑ. Heſychius. Αμφιμάντορα, ἄλφιτα, μέλιτι δεδευμένα, Λάκωνες. *Amphimantora, farinæ, melle ſubactæ, Lacones.* Erat etiam, quæ

ΚΡΙΒΑΝΑΣ dicebatur: & in nuptiis circumferebatur, cum encomium ſponſæ virginis in choreis aſſeclæ puellæ cantaturæ eſſent. Athenæus, de ea
F agens, *lib.* XIV. Χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς Λάκωνας πρὸς τὰς τῶν γυναικῶν ἑστιάσεις. περιφέρειν τε αὐτοὺς, ὅταν μέλλωσιν ᾄδειν τὸ παρεσκευασμένον ἐγκώμιον τῆς παρθένου αἱ ἐν τῷ χορῷ ἀκόλουθοι. *Uti vero illis Lacedæmonios, in nuptiis epulantes: ac circumferre, cum paratum ſponſæ virginis encomium, quæ ſaltantem in chorea ſequebantur, cantaturæ eſſent.* Et obſerva, in nuptiis eam conſueviſſe circumferri: cum voto ſcilicet, & omine, liberorum, quos lactare oporteret. Inde conjecturam facio, quia formam uberis præſeferebat. Ita corrigendus eſt, in præcedentibus illic verbis, A-

thenæus. Τὸ σχῆμα μαςοειδεῖς εἶναι φάσκων αὐτὰς. *Figura eas uberibus similes esse dicens*. Male hodie voces duæ in unam coaluere, editurque, Τὸ σχηματοειδεῖς φάσκων εἶναι αὐτὰς. Certe, uberis figuram prætulisse, tradit idem Athenæus, *lib.* III. Σωσίβιος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Αλκμᾶνος, κριβάνας φησὶ λέγεσθαι πλακοῦντάς τινας, τῷ σχήματι μαςοειδεῖς. *Sosibius libro tertio De Alcmane, cribanas ait placentas quasdam appellari, uberis formam referentes*. Quoddam edule, ex adipe, & melle, factum,

ΣΥΡΜΑΙΑ fuit dictum: & præmium constitutum victoriæ & datum in certamine, ab eodem appellato. Hesychius. Συρμαία, ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν. ἐςι δὲ βρωμάτιον, διὰ ςέατος, καὶ μέλιτος. *Syrmæa, certamen quoddam Lacedæmone, præmium victoriæ habens Syrmæam. Est vero edulium, ex adipe, & melle, factum*. Bellaria, vocabant

ΤΡΩΓΑΛΙΑ. Idem Hesychius. Τρωγάλια, τὰ τραγήματα, Λάκωνες. *Trogalia, bellaria, Lacones*. Quanquam sane utitur quoque ea voce Aristophanes, Auctor, uti notum, Atticus, *Pluto* pariter & *Pace*. Occurit quoque apud Pollucem, ceu communis dialecti, *lib.* VI. *cap.* XI. & Eustathium, *ad Odyss.* α'. Quin simpliciter & Suidas, Veteres bellaria hoc nomine apellasse scribit. Τρωγαλίων, τῶν τραγημάτων. οὕτω γὰρ τὰ τραγήματα ἐκάλουν οἱ παλαιοί. *Trogaliorum, bellariorum: nam bellaria veteres sic appellabant*. Sed Hesychium, virum omnis antiquitatis peritissimum, quique suos sine dubio Auctores habuit, quos sequtus sic exponit, minime damnandum puto. Poma habebant,

ΜΗΛΑ ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ dicta. Hesychius. Εσπερίδων μῆλα, ἐν Λακεδαιμονίᾳ βρωτά τινα μῆλα. *Hesperidum mala, in Lacedæmonia edulia quædam poma*. Rescribo, cum Causabono, ἐν Λακεδαιμόνι ἄβρωτά τινα μῆλα. *Lacedæmone non edulia quædam poma*. Illis enim tanquam sacris, abstinebant: nec edebant unquam ipsi, verum diis apponebant. Id docet apud Athenæum Pamphilus, *lib.* III. Εσπερίδων δὲ μήλων οὕτω καλεῖσθαί τινα, φησὶ Τιμαχίδας, ἐν τῷ τετάρτῳ, εἰπών. ** Καὶ ἐν Λακεδαίμονι παρατίθεσθαι τοῖς θεοῖς φησι Πάμφιλος ταῦτα. εὔοσμα δὲ εἶναι, καὶ ἄβρωτα. καλεῖσθαι δ' Εσπεριδωνμῆλα. *Hesperidum vero malorum sic vocari quædam, tradit Timachidas, libro quarto, dicens: ** Et Lacedæmone diis hæc apponi, refert Pamphilus: suaveolentia vero esse, sed non edi. vocari autem Hesperidum mala*. Alia tamen poma habebant: quorum, ex Androtionis *Georgico*, meminit idem Athenæus, *lib. cit.* Pira,

ΑΧΡΑΔΕΣ dicebantur. Hesychius. Αχράδα, ἄπιον, Λάκωνες. *Achrada, pirum, Lacones*. Respexit temporis antiquissimi appellationem. Nam olim pira primitus in Peloponneso, cujus regio Laconica, habebantur; cum nimirum illa adhuc Απία appellaretur: postea vero, inde abducta cæteri Græci, ab Apia regione, ubi inventa, Απια nominaverunt. Plutarchus, in *Quæst. Græc.* Αχράδας γὰρ (λέγουσι) πρῶτον ἐν Πελοποννήσῳ φανῆναι τοῖς Ελλησιν, ἔτι τῆς χώρας ἐκείνης Απίας προσαγορευομένης. ὅθεν ἄπιοι αἱ χράδες μετωνομάσθησαν. *Pira vero (ajunt) in Peloponneso primum a Græcis visa, cum adhuc ea regio Apia diceretur: unde, nomine mutato, pira ἄπια nuncupata*. Scholiastes Nicandri, Cretensibus hanc vocem tribuit: & ab his silvestres piros ita appellatos tradit, ex Hermonacte, libro *De vocabulis Creticis*. Verba ejus, *ad Theriaca*, ita habent. Ερμώναξ, ἐν ταῖς Κρητικαῖς Λέξεσι, τὴν ἀγρίαν ἄπιον ἀχράδα φησὶν εἶναι. *Hermonax, in Vocabulis Creticis, achrada silvestrem pirum esse dicit*. Pruna habebant, quæ vocabant Οξύμαλα Περσικά. Athenæus, *lib.* III. Αριςοφάνης δὲ ὁ γραμματικὸς, ἐν Λακωνικαῖς γλώσσαις, τὰ κοκκύμηλά φησι τοὺς Λάκωνας καλεῖν ὀξύμαλα Περσικά. *Aristophanes Grammaticus, in glossis Laconicis, pruna ait Lacedæmonios appellare oxymala Persica*.

CAP. XIII.

Sus, Βωλώρυξ, *&* Σίκα: *porcellus lactens*, Βορθάκεος, *&* Βορθαγόρισκος: *sive item* Ορθαγόρισκος, *&* Ορθαγόρισκος, *ac scripturæ ejus ratio. Hesychii locus emendatus. Perdices, anseres, aliaque, in bellariis: etiam ficus, cæteris illic grandiores; &* Οἰκάδες, *quæ in istis immaturæ, appellatæ. Olea: & ejus duo genera*, Καμπύληρ, *ac* Σεκουάνη. *Panicum. Hesychii locus quidam alter restitutus: & ejusdem glossa quædam insititia indicata. Caseus, recens: & illius genus*, Ατροθος, *Lactuca denique, & cucumis*.

SVILLA carne utebantur, in phiditiis etiam, & copide: ut videre est apud Athenæum, ubi convivia illa describit, *lib.* IV. locis, quæ produxi antea, cum de istis ipsis agerem. Ac sus, Βωλώρυξ appellata. Hesychius. Βωλόρυχα, τὴν σῦν, Λάκωνες. *Bolorychem, suem, Lacones*. Etiam Σίκα. Idem Hesychius, alio loco. Σίκα. ὗς, Λάκωνες. *Sica, sus, Lacones*. Porcellus, isque adhuc lactens, Βορθάκεος dictus. Apparet ex eodem Hesychio, ubi inquit, Βορθαγορίσκεια, χοίρεια κρέα. καὶ μικροὶ χοῖροι, βορθάκεοι, Λάκωνες. *Borthagoriscea, porcinæ carnes: & parvi porci, borthacei, Lacones*. Ubi observa, quod & Βορθαγόρισκος appellabatur: unde adjectivum illud, ut Grammatici loquuntur, Βορθαγόρισκος, *Porcinus*. Sed scribebant etiam omisso β. Ορθαγόρισκος. Polemon, apud Athenæum, *lib.* IV. Θύουσι δὲ καὶ τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθαγορίσκους. *Mactant vero etiam lactentes porcellos*. Sed scripturam Didymus ibidem illam reprehendit: & affirmat, Ορθραγόρισκος scribendum, ρ. inserto, παρὰ τὸ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται. *quod mane venderentur*. Res eodem quidem recidit: sed respiciendum est τὸ ἔτυμον, quod dicunt, vocis, Ecce vero Didymi verba. Αλλὰ μὲν οὐδὲ ὀρθαγόρισκοι λέγονται, ὡς φησὶν ὁ Πολέμων, οἱ γαλαθηνοὶ χοῖροι, ἀλλ' ὀρθραγόρισκοι, ἐπεὶ πρὸς τὸν ὄρθρον πιπράσκονται. *Cæterum neque recte orthagorisci, ut Polemon ait, porcelli lactentes dicuntur, sed orthragorisci, siquidem mane venduntur*. Ac scripturæ hujus testem inde producit Persæum, Dioscoridem, & Aristoclem, in libris *De Rep. Lacedæmoniorum*. Neque aliter scribit Plinius, *lib.* XXXII. *cap.* II. *Apion, maximum piscium, esse tradit porcum, quem Lacedæmonii orthragoriscum vocant: grunnire enim, cum capiatur*. Tamen, etiam *r.* omisso scribi solitum, manifestum ex Hesychii isto loco. Ορθαγόρισκος, χοιρίδιον μικρόν. *Orthagoriscus, porcellus exiguus*. Ita enim illic scribo, non Ορθαγόρικος. Insuper, præter porcellos, etiam

PERDICES illic, ANSERESQUE, adhiberi consueverunt. Menippus Cynicus, in *Arcesilao*, apud Athenæum, in fine libri XIV. Πότος ἦν ἐπικωμασάντων τινῶν, καὶ ματτύην ἐκέλευσεν εἰσφέρειν Λάκαινά τις. καὶ εὐθέως περιεφέρετο περδίκια ὀλίγα, καὶ χήνια ὀπτὰ, καὶ τρυφὴ πλακούντων. *Erat compotatio quorundam comessantium, & mattyam inferre jubebat mulier quædam Lacæna. ac confestim afferebantur perdiculæ quædam, anserculique assi, & deliciæ placentarum*. Ac plura item memorat Molpis, libro *De Rep. Lacedæm.* apud eundem Athenæum, *lib.* IV. Εςι δὲ ἡ ματτύα, φάτται, χῆνες, τρυγόνες, κίχλαι, κόσσυφοι, λαγὼ, ἄρνες, ἔριφοι. *Constat vero mattya columbis, anseribus, turturibus, turdis, merulis, leporibus, agnis, hœdis*. Erant porro etiam

FICUS, uti vidimus. Et Laconicæ ficus mentio apud Theophrastum occurrit, *Hist. Plant.* lib. II. c. VIII. Συκῆ δὲ, ἀβλαστοτέρα μὲν, ὑδρευομένη. τὸ δὲ καρπὸν ἴσχει χείρονα, πλὴν τῆς Λακωνικῆς. αὕτη δὲ φίλυδρος. *Ficus vero, magis germine viret, si rigetur: fructum vero minorem habet, præterquam Laconica. ea enim rigari amat.* Meminit etiam Athenæus, *lib.* III. Ac cæteras ficus magnitudine superabat. Plinius, *lib.* XVI. *cap.* XXVI. *Ficus in Laconico genere maximæ sunt.* Immaturæ, Οἰκάδες dictæ. Pollux, *lib.* VI. *cap.* XI. Τὰ δὲ ὅπω πέπειρα τῶν σύκων, Οἰκάδες καλοῦνται παρὰ Λάκωσι. *Ficus vero, nec dum maturæ, Οἰκάδες a Lacedæmoniis appellantur.* Deinde

OLEA est dicenda; cujus genus quoddam erat, quod Καμπύλη vocabatur. Hesychius. Καμπύλη, ἐλαίας εἶδος, Λάκωνες. *Campuler, oleæ genus, Lacones.* Et alterum item, Σεκκάνη appellatum. Idem Hesychius, alio loco. Σεκκάνη, ἐλαίας εἶδος, Λάκωνες. *Secuane, oleæ genus, Lacones.* Meminit oleæ Laconicæ Virgilius, in *Ciri*.

Pergit Amyclæo spargens altaria thallo.

Etiam Plinius, *lib.* XVII. *cap.* XVIII. ubi dicit, seri eam consuevisse sub Etesiarum flatum. *In Cyrenaica regione, sub Etesiarum flatum conserunt: nec non & in Græcia oleam, maxime in Laconica.* Etiam

PANICUM inter cibos habebatur. *Etymologici* Auctor. Ἔλυμος, σπέρμά τι, ὃ ἑψῶντες οἱ Λάκωνες ἤσθιον. *Panicum, semen quoddam, quo cocto Lacones vescebantur.* Suidas. Ἔλυμος, σπέρμα, ὃ ἑψοντες οἱ Λάκωνες ἐσθίουσιν. *Panicum, semen, quod Lacones coquentes edunt.* Male editur apud Hesychium, una voce, Ἐλυμόσπερμα: & multo pejus paullo ante, Ἐλεμοσπέρμα, ὅπερ ἑψῶντες οἱ Λάκωνες ἐσθίουσιν. *Elemosperma, quod coquentes Lacones edunt.* Estque ea glossa certe ab indocto quodam insita: qui, in locum cum corruptum incidisset, minime mendum animadvertit. nam, hoc ab Hesychio esse uti credam, singularis ejus viri eruditio non permittit. Et profecto, præstantissimo isti Lexico, quod antiquæ eruditionis penu, quædam passim inserta esse ab indoctis, satis viri docti norunt.

CASEUS vero, isque recens, singulis apponebatur, in extraurbana copide. Polemon, de ea agens, apud Athenæum, *lib.* IV. Διδόασι τῶν συνιόντων ἑκάστῳ τυρὸν χλωρόν. *Dant eorum, qui convenerunt, unicuique caseum recentem.* Erat quidam, Ἄτροφος dictus. Hesychius. Ἄτροφος, τυρὸς ὁ πησσόμενος, ὑπὸ Λακώνων. *Atrophus, caseus compactus, a Laconibus dicebatur.* Demetrius Zenus, in Barbaro-Græca versione *Batrachomyomachiæ*.

Οὐδὲ μυζήθραις ἁπαλαῖς, καὶ τὰ τυρία τ' ἄλλα.

Quæ sic vertit Martinus Crusius, *Turco-Gr.* lib. VI.

Nec Laconici casei delicati, & casei alii.

Laudabantur autem maxime, qui fiebant Gythii. Observare est apud Lucianum, in *Dialogo Dorionis, & Myrtales*. Οὐ σάνδαλα Παταρικὰ, καὶ τυρὸν Γυθιακόν. *Non sandalia Patarica, nec caseos Gythienses.* Et in ipso fine. Κρόμμυα γὰρ αὐτῇ οἴσεις ἐκ Κύπρου, καὶ τυρὸν, ὅταν ἐκ Γυθίου καταπλέῃς. *Cepas autem ipsi feres e Cypro; & caseum, cum e Gythio navigabis.* Atque grandiores erant. Indicat idem Lucianus, in *Dialogo eodem*. Καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι (κομίσασθαι) τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου. *Et caseum memini quandoque (attulisse) magnum illum e Gythio.* Erat etiam

LACTUCA, illis propria: quæ, translata alias in regiones, nomen tamen retinebat, & Laconica dicebatur. Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. VII. cap. IV. Ὡσαύτως δὲ καὶ τῆς θριδακίνης· γένη δὲ αὐτῆς ἐστιν ἄλλα τρία. τό, τε πλατύκαυλον, καὶ τὸ στρογγυλόκαυλον, καὶ τρίτον τὸ Λακωνικόν. *Pariter vero & lactucæ. Genera autem ejus sunt alia tria: laticaule, rotundicaule, & tertium Laconicum.* Plinius, *lib.* XIX. *cap.* VIII. *Lactucæ Græci tria fecere genera. unum, laticaulis; adeo ut hostiola olitoria ex his factitari prodiderint. folium his paullo majus herbaceo, & angustissimum, ut alibi consumpto incremento alterum, rotundicaulis: tertium, sessile, quod Laconicum vocant.* Theophrasti locum, quem citavi, profert etiam Athenæus, ubi de lactucis agit, *lib.* II. Denique etiam

CUCUMIS commemoratur: de quo idem Theophrastus, *libro citato, & eodem* item *capite*. Τοῦ δὲ σικύου, (γένη) τρία. Λακωνικὸν, Σκυτάλιον, Βοιώτιον. τούτων δὲ, ὁ μὲν Λακωνικὸς, ὑδρευόμενος κρείττων. *Cucumeris vero, (genera) tria: Laconicum, Scytalium, Bœotium. Ex his Laconicum, melius fit irrigatum.* Plinius, *lib.* XIX. *cap.* V. *Cucumerum Græci tria genera fecere: Laconicum, Scytalicum, Bœoticum. Ex his tantum Laconicum aqua gaudere.* Meminit & Athenæus, *lib.* III.

CAP. XIV.

Potus paucus; & is tantum, cum sitirent: idque ex Lycurgi lege. Erat vero ille ex lacte, Κιρρὸς dictus. Theocriti locus illustratus. Vinum, multiplex: Δένθις; & e collibus quinque, septimo a Sparta stadio. Etiam e Denthiadibus, Ocnunte, Onoglis, atque Stathmis, prope Pitanen: tum Carysto, ad Arcadiam. Alcman apud Athenæum restitutus: Vinum etiam, quod Ulysses plantavisse memoratur. Corippi locus emendatus. Aliud item, decoctum, & quarto demum anno potum. Neque propinare cuiquam usitatum: quin & suum unusquisque habebat calicem; e quo quantum ebibisset, puer rursus affundebat. Pocula, erant doliola: & hæc lignea, aut fictilia: quibus tamen usi tantum diebus festis, & in nuptiis filiarum, aut conviviis, ad victoriam celebrandam institutis. Κώθων: isque qualis fuerit. Ejus in militia usus. Heniochi locus emendatus. Etiam Ἐπιδειπνὶς dictus: & Hesychius super ea re correctus. Λάκαινα. Σκαφίς. Patera, quam Jupiter Alcmenæ dederat, cum, Amphitryoni similis, rem cum ea habuisset.

QUOD illorum potum attinet, eo utebantur pauco. Indicat id Leotychidas, suo isto apophthegmate, quod refertur a Plutarcho, inter cætera *Laconica*. Πυνθανομένου δέ τινος, διὰ τίνα αἰτίαν ὀλιγοποτοῦσιν οἱ Σπαρτιᾶται, ἔφη, ἵνα μὴ ἄλλοι ὑπὲρ ἡμῶν βουλεύωνται, ἀλλ' ἡμεῖς ὑπὲρ ἄλλων. *Interrogante autem quodam, quam ob causam parum biberent Spartani: ne de nobis alii consultent, inquit, sed nos de aliis.* Nec bibebant, nisi ad restinguendam sitim, cum hæc posceret: idque ex Lycurgi lege. Xenophon, *De rep. Laced.* ubi de Lycurgi legibus illi sermo. Ἐφῆκεν, ὁπότε διψῴη ἕκαστος, πίνειν. *Permisit unicuique bibere, cum sitiret.* Estque illud observare in his Dicæarchi verbis, ubi de phiditiis agit, apud Athenæum, *lib.* IV. Καὶ πιεῖν πάλιν ὅταν ᾖ θυμὸς, ἑκάστῳ κώθων παρακείμενός ἐστιν. *Ac rursum cum bibere libet, cuique cothon est appositus.* Confectus autem potus is ex lacte erat, Κιρρὸς dictus. Hesychius. Κιρρὸς, πόμα γάλακτος, Λάκωνες. *Cirrhus, potus e lacte, Lacones.* Itaque Lacon ille apud Theocritum, ex more gentis suæ, *Idyll.* V.

Στασῶ δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς Νύμφαις. —
Statuam vero cratera magnum albi lactis
Nymphis. —

A Utebantur quoque vino, cui nomen Δένθις, erat Idem Hesychius. Δένθις, οἶνος, Λάκωνες. *Denthis, vinum, Lacones.* Meminit quoque Athenæus, cujus verba mox subjungam, *lib.* I. Cæteroquin vina habebant e quinque collibus, qui distabant stadiis a Sparta septem: item Denthiadibus, munito loco circa Pitanen: etiam Oenunte, Onoglis, Stathmis; locis pariter haud procul Pitane sitis: denique, etiam Carysto, loco Arcadiæ objacente. Ecce verba Athenæi, quorum memini, in rem istam. Αλκμὰν δέ πε ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθεος ὄσδοντα, φησὶ τὸν ἐκ πέντε λόφων. ὅς ἐςι τόπος, Σπάρτης ἀπέχων ςαδίες ἑπτά. καὶ τὸν ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος, B καὶ τὸν ἐξ Οἰνῦντος, καὶ τὸν ἐξ Ονόγλων, καὶ Σταθμῶν. χωρία δὲ ταῦτα, τὰ δὲ πλησίον Πιτάνης, καὶ τὸν ἐκ Καρύςυ, ὅς ἐςι πλησίον Αρκαδίας. *Alcman memorat alicubi vinum apyrum, & flores olens, e collibus quinque. qui est locus, Sparta stadiis septem distans. Etiam e Denthiadibus, loco quodam munito; & Oenunte, Onoglis, ac Stathmis: quæ & ipsa loca sunt vicina Pitanæ: & e Carysto, prope Arcadiam.* Versus autem Alcmanis, quos deinde illic profert, sic emendo, & constituo.

> Οἶνον δ' Οἰνυντιάδην,
> C Καρύςιον, ἢ Δένθιν,
> Ονόγλιον, ἢ Σταθμίταν,
> *Vinum vero Oenuntiadem,*
> *Carystium, aut Denthin,*
> *Onoglium, aut Stathmiten.*

Erant vero etiam vina, quorum vites olim Ulysses, cum nimirum Spartæ ageret, & Penelopen ambiret, aut fortasse jam duxisset, plantavisse ferebatur. Meminit Corippus, *De laudibus Justini*, lib. III.

> *Quæque ferunt veteres maturo robore vites,*
> D *Quas manibus propriis Ithacus plantavit Ulysses,*
> *Arce sub Oebalia, Laertia lumina servans.*

Ita eum locum emendo: qui corrupte hodie editu, *Arce sub Ibalia*. *Oebaliam* autem dixit Laconiam: quam sic dictam a Veteribus, scilicet a rege Oebalo, norunt docti. Ac sane *Arcem Oebaliam*, dicit Spartam, sicut *Oebaliæ turres* Virgilius, *Georgic.* lib. IV.

> *Namque sub Oebaliæ memini me turribus altis*
> *Corycium vidisse senem.* ——

E Et hæc quidem obiter, Corippi causa. Memorat Lacedæmoniorum vites & Libanius, *Orat.* XIV. Ὀδυρομένων τὰς εἰσβολὰς, οὐκ ἐπὶ τὰς ἀμπέλους τῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν οἶνον, καὶ τοὺς πίθους. *Deplorantium irruptiones, non in vites Lacedæmoniorum, sed in ipsum vinum, ac dolia.* Porro vero etiam coquebant vinum, dum pars quinta periisset: idque demum anno quarto post bibebant. Democritus, *Geoponic.* lib. VII. cap. IV. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ἕως τοσούτου εἰς τὸ πῦρ ἐῶσι τὸν οἶνον, ἕως ἂν τὸ πέμπτον μέρος ἀφεψηθῇ, καὶ μετὰ τέσσαρα ἔτη χρῶνται. *Lacedæmonii vero, tam diu vinum supra ignem relinquunt, dum pars quinta decoquatur, & post quadriennium eo utun-* F *tur.* Palladius *lib.* XI. *tit.* XIV. *Lacedæmonii vero eo usque (jubent) decoquere, donec vini quinta pars pereat, & quarto anno usibus ministrare.* Dixi autem, bibere non consuevisse, nisi cum urgeret sitis: addo etiam, nec cuiquam præbibisse. Athenæus, *lib.* X. Προπόσεις δὲ, τὰς γενομένας ἐν τοῖς συμποσίοις, Λακεδαιμονίοις οὐκ ἦν ἔθος ποιεῖν, οὐδὲ φιλοτησίας πρὸς ἀλλήλους ποιεῖσθαι. *Præbibere vero, quod fit in conviviis, Lacedæmoniis non est moris, nec benevolentiam eo inter se conciliare.* Critias, in *Elegia quadam*.

> Καὶ τόδ' ἔθος Σπάρτῃ μελέτημά τε κείμενόν ἐςι,
> Πίνειν τὴν αὐτὴν οἰνοφόρον κύλικα.
> Μηδ' ἀποδωρεῖσθαι προπόσεις, ὀνομαςὶ λέγοντα.
> *Hic mos Spartæ, & institutum, positum est,*
> *Bibere ex eodem calice vino repleto:*
> *Neque propinatum tradere, nominatim compellantem.*

Et habebat suum sibi quisque calicem: e quo quantum ebibisset, tantum puer, qui adstabat, refundebat. Idem Critias, *De Rep. Laced.* ubi varios bibendi modos refert, apud eundem Athenæum, *lib.* XI. Λακεδαιμόνιος δὲ, τὴν παρ' αὐτῷ ἕκαςος πίνει· ὁ δὲ παῖς οἰνοχοεῖ, ὅσον ἂν ἀποπίῃ. *Lacedæmonius vero, appositum sibi quisque calicem bibit: puer vero rursum infundit, quantum ex eo ebibisset.* Contrarium est, quod in *citato versu* dicitur,

> Πίνειν τὴν αὐτὴν οἰνοφόρον κύλικα.
> *Bibere ex eodem calice vino repleto.*

Neque facile concilio, nisi in conviviis diversis variatum fuerit. Postquam vero potum dixi, restat ut & pocula commemoremus. Ea erant, doliola quædam: & ex ligno, ut videtur, unde fere ista fiunt. Ac fictilibus utebantur, sed diebus tantum festis, nuptiisque filiarum, & conviviis, ob victoriam celebratis. Et fictilibus bibisse, clare docet Athenæus, *lib.* XI. Κεραμέοις ἀγγείοις ἐχρῶντο οἱ Λακεδαιμόνιοι. *Fictilibus poculis utebantur Lacedæmonii.* Plene, ac distincte Polemon, in Epistola *ad Adæum, & Antigonum*, apud eundem Athenæum, *libro citato*. Ἐν Λακεδαίμονι δὲ, κατὰ τὰς ἑορτὰς, ἔν τε τοῖς ἐπινικίοις, καὶ τοῖς γάμοις τῶν παρθένων, πίνουσιν ἐκ κεραμέων ποτηρίων. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις συμποσίοις, καὶ φειδιτίοις, ἐν πιθάκναις. *Lacedæmone vero, diebus festis, & in conviviis ob victoriam institutis, nuptiisque item virginum, ex fictilibus poculis bibunt: in conviviis autem aliis, & phiditiis, e doliolis.* Inter pocula, Κώθων erat. Pollux, *lib.* VI. *cap.* XVI. Περσικὸν δὲ ἦν ἔκπωμα, ὡς κώθων Λακωνικόν. *Erat vero poculum Persicum, sicut cothon Laconicum.* Athenæus. *lib.* XI. Κώθων, Λακωνικὸν ποτήριον. *Cothon, Laconicum poculum.* Et quidem fictile. Scholiastes Aristophanis, *Equitibus*. Κώθων, εἶδος ἐκπώματος ὀςρακίνου. *Cothon, genus poculi testacei.* Unicam autem ansam habebat. Hesychius. Κώθων, μόνωτον ποτήριον κεράμεον. *Cothon, poculum fictile, unicam ansam habens.* Scholiastes Aristophanis, *Pace*. Κώθωνα δὲ λέγει τὸν νῦν λεγόμενον κύθον, εἶδος ποτηρίου Λακωνικοῦ, μονώτου, ὀςρακίνου. *Cothonem vero dicit, qui nunc cysthus appellatur, genus poculi Laconici, ansam unicam habentis, & testacei.* De unica ansa, etiam testatur Suidas. Κώθων, εἶδος ποτηρίου Λακωνικοῦ, μονώτου. *Cothon, genus poculi Laconici, unicam habentis ansam.* Quod testacea autem fuerint, seu fictilia, idem postea testatur. Κώθωνες, εἴδη ποτηρίων, ἃ ἐλάμβανον οἱ ςρατιῶται, ὀςράκινα. *Cothones, genera poculorum, quæ accipiebant milites, testacea.* Ubi observa, milites ea accepisse. Et hoc est, quod postea dicit explicatius. Ἐπειδὴ μεμεριςμένον ὕδωρ ἐλάμβανον οἱ ναῦται, κώθωνας εἶχον. *Quoniam nautæ aquam distributam accipiebant, cothones habebant.* Quæ commemorat etiam Scholiastes Comici, *Equitibus*. Κώθων, εἶδος ἐκπώματος ὀςρακίνου. ἢ εἶδος ποτηρίου Λακωνικοῦ, καὶ ςρατηγικοῦ. ἐπειδὴ μεμεριςμένον ὕδωρ ἐλάμβανον οἱ ναῦται, κώθωνας εἶχον. *Cothon, genus poculi testacei: sive genus poculi Laconici, & militaris. quia aquam distributam nautæ accipiebant, cothones habebant.* Causam exponit Critias, lib. *De Rep. Lacedæmoniorum*: cujus hoc fragmentum exstat apud Athenæum, *libro* XI. Κώθων, Λακωνικὸν ἔκπωμα, ἐπιτηδειότατον εἰς ςρατείαν, καὶ εὐφορώτατον ἐν γυλίῳ. οὗ δὴ ἕνεκα ςρατιωτικὸν πολλάκις ἀναγ-

ἀνάγκη ὕδωρ πίνειν οὐ καθαρόν. πρῶτον μὲν οὖν, τὸ μὴ λίαν κατάδηλον εἶναι τὸ πόμα· εἶτα ἄμβωνας ἔχων ὁ κώθων, ὑπολείπει τὸ οὐ καθαρὸν ἐν αὐτῷ. *Cothon, poculum Laconicum, aptissimum ad militiam, ac facillimum in canistris militaribus circumferri. & hoc ideo, quia, cum militibus sit sæpenumero necessarium, aquam minime puram bibere, primum, potus quis sit, minus manifestum fieri soleat: inde, quia latera habeat sua cothon, id resideat, quod in illo est impurum.* Ac Porphyrius, ex hoc ipso Critiæ loco, *De Abstin.* lib. IV. Καὶ κώθων, ὡς φησὶ Κριτίας, Λακωνικὸς εὐδοκίμει μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας. τὰ γὰρ ἀναγκαίως πινόμενα τῶν ὑδάτων, καὶ δυσωποῦντα τὴν ὄψιν, ἀπεκρύπτετο τῇ χρόᾳ· καὶ τοῦ θολεροῦ προκόπτοντος ἐντὸς, καὶ προσισχομένου τοῖς ἄμβωσι, καθαρώτερον ἐπλησίαζε τῷ στόματι τὸ πινόμενον. *Et cothon, ut Critias ait, Laconicus potissimum ad expeditiones commendabatur. nam, quæ necessario bibebantur aquæ, oculosque offendebant, colore occultabantur: quodque turbidum illic inerat, cum lateribus impingeret, & retineretur intus, ori, id quod bibebatur, purius appropinquabat.* Quæ totidem verbis Plutarchus, in *Lycurgo*: quæ transscripsit hic Porphyrius, uti alia præcedentia, nulla ejus mentione. Dixi vero, ansam unicam habuisse; addo, etiam exiguam. Ostendit Heniochus in *Gorgonibus*, apud Athenæum, *libro citato*.

Πιεῖν τις ἐγχείτω λαβὼν πυριγενῆ, κυκλοτερῆ,
Βραχύωτον, καὶ παχύστομον, κώθωνα, παῖδα φάρυγγος.
Aliquis bibendum infundat, accipiens in igne genitum, rotundum,
Brevem ansam habentem, & os crassum, cothonem, filium gutturis.

Quo in loco ultima ista, παῖδα Φάρυγγος, *filium gutturis*, merito suspecta vitii habet magnus Casaubonus, verum tamen non emendat: ego autem sic restituendum censeo, παῖγμα φάρυγγος, *lusum*, sive *delicias*, *gutturis*. Et apposite, quatenus, bibendo ex eo, quidam se inebriabant. Κωθωνίζειν id dicebant: & Ακρατοκώθωνες appellabantur, qui id facerent. Idque docet mox ibidem idem ille Athenæus. Observa autem etiam porro, in Heniochi istis verbis, formam ejus ulteriorem; ac, rotundum, non quadratum, uti alia nonnulla, istud poculum fuisse; tum, os crassum habuisse: dicit enim κυκλοτερῆ & παχύστομον. Insuper, videtur quoque collum incurvum habuisse. idque in *Fæminis militantibus*, quod Comœdiæ nomen fecit, Theopompus sat ostendit.

——ἐγὼ κώθωνος ἐκ στρεψαύχενος
Πιοίμαν, τὸν τράχηλον ἀνακεκλασμένης.
——*ego cothone ex incurvicervice*
Bibebam, collum reflexum habente.

Dicebatur alio nomine Επιδειπνίς. Hesychius. Επιδειπνὶς, Λακωνικὸς κώθων. *Epidipnis, Laconicus cothon.* Ita corrigo: siquidem hactenus perperam editur, Μακεδονικὸς κώθων. *Macedonicus cothon.* nam, non Macedonicum fuisse id poculum, sed Laconicum, satis jam, superque, ostensum. Erat etiam poculum quoddam, λάκαινα dictum. Athenæus, *libro quarto*, aliquoties jam citato. Λάκαιναι, κυλίκων εἶδος. οὕτω λεγόμεναι, ἢ ἀπὸ τοῦ κεράμου, ἢ ἀπὸ τοῦ σχήματος, ἐπιχωριάσαντος ἐκεῖ. *Lacænæ, calicum genus: ita dictum, vel a terra singulari, vel a figura, quæ in ea regione usitata.* Deinde profert & fragmentum Aristophanis, *Convivantibus*, quod reperitur *libro* etiam *duodecimo*. Et respexit Hesychius, etsi haud Auctorem nominet. Χῖον τὸν ἐκ λακαίνης, ἐκ κύλικος λακαίνης, οἶνον. *Chium ex lacæna, ex calice, quem lacænam dicunt, vinum.* Me-

A minit crateris Laconici Callixenus Rhodius, in descriptione pompæ Ptolemæi Philadelphi, apud Athenæum, *lib.* v. Προέκειτο δὲ αὐτῶν κρατὴρ Λακωνικὸς χρυσοῦς, μετρητῶν δεκαπέντε. *Propositus vero ipsis erat crater Laconicus aureus, quindecim metretas capiens.* Et mox iterum. Εχόμενα δὲ τούτων ἐπόμπευον οἱ τὰ χρυσώματα φέροντες, κρατῆρας Λακωνικοὺς τέσσαρας. *Continuo post hos incedebant vasa aurea gestantes, crateras Laconicos quatuor.* Erat etiam poculum quoddam, e quo potum calidum sumebant, eique nomen Σκαμβὶς datum. Idem Hesychius. Σκαμβὶς, θερμοποτὶς, Λάκωνες. *Scambis, poculi genus, e quo calidum bibebatur, Lacones.* Sed de poculis Laconum quando egi, non
B incomode huic capiti instar corollarii hic addi posse arbitrabar, asservatam apud eos illam pateram, quam Alcmenæ Jupiter donasse dictus, cum in forma Amphitryonis rem cum ea habuisset. Tradit illud Athenæus, ex Charone Lampsaceno, *lib.* XI. Χάρων δ' ὁ Λαμψακηνὸς παρὰ Λακεδαιμονίοις φησὶν, ἔτι καὶ εἰς αὐτὸν δείκνυσθαι τὸ δέπας, τὸ δοθὲν Αλκμήνῃ ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅτε Αμφιτρύωνι εἰκάσθη. *Charon vero Lampsacenus ait, etiam suo tempore apud Lacedæmonios ostendi pateram, quam Alcmenæ dederat Jupiter, cum Amphitryonis formam induisset.*

C

CAP. XV.

Vestitus, pariter vilis, & brevis. Proverbio dictum, Λακωνικὸς χιτών. *Aristoteles quare eum reprehenderit. Talis erat, ut dignosci ex eo possent. Penula, ipsorum inventum, propter ludos. Vestis anno toto unica juniorum, ab anno ætatis duodecimo: ideoque Comici Platonis jocus. Vestium genera.* Ανέντωνον. Δαμοφανές. *Vestes pellucidæ: ac rubræ,* Πυτὰ *dictæ. Clavi in iis.* Ιωπάτερ. *Insignia in fimbriis.* Σαμέα.

UTI victus vilis erat, sic vesttitus. Vide Cra-
D gium, *libro* III. *tab.* VI. *cap.* I. & II. Adeo quidem, ut proverbio, Λακωνικὸς χιτών, *Laconica tunica*, pro vili usurparetur. Hesychius. Λακωνικὸς χιτὼν, λεπτὴ ἐσθής. *Laconica tunica, tenuis vestis.* Sed simplicitatem istam, tanquam arrogantiæ habentem speciem, reprehendit Aristoteles, *Ethic. Nicom.* lib. IV. cap. VII. Οἱ δὲ τὰ μικρὰ, καὶ τὰ φανερὰ, προσποιούμενοι, βαυκοπανοῦργοι λέγονται, καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσι. καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεία φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακώνων ἐσθής. καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ, καὶ ἡ λίαν ἔλλειψις, ἀλαζονική. *Qui autem parva, & manifesta, simulant, versute gloriosi dicuntur, & contemnendi sunt: & aliquando arrogantia*
E *videtur, ut Lacedæmoniorum vestitus. nam excessus pariter, & defectus nimius, arrogantiæ speciem habet.* Ubi Aspasius. Η τῶν Λακώνων ἐσθὴς, διὰ τὴν σφόδρα εὐτέλειαν, προσποίησις ἐδόκει καὶ ἀλαζονεία τις εἶναι. *Lacedæmoniorum vestis, propter magnam vilitatem, simulatio, & arrogantia quædam, esse videbatur.* Neque vilis tantum erat eorum vestis, sed & brevis. Plato, de iis, qui Laconas imitabantur, in *Protagora*. Φιλογυμναστοῦσι, καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν. *Amant exercitia, & breves amictus gestant.* Itaque dignosci etiam ex vestitu suo poterant. Est videre apud Pausaniam, in *Achaicis*.
F Αὐτίκα ἐτρέποντο ἐπὶ τοὺς Σπαρτιάτας, οἳ Κορίνθῳ ἔτυχον τότε ἐπιδημοῦντες. συνήρπαζον δὲ πάντα τινὰ, καὶ ὃν Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίσταντο, καὶ ὅτῳ κουρᾶς ἢ ὑποδημάτων ἕνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ κατ' ὄνομα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Confestim in Spartanos, qui Corinthi tunc agebant, impetum faciunt: ac corripiunt unumquemque, quem Lacedæmonium esse aut certo scirent, aut ex tonsura, calceisve, aut veste, aut nomime, suspicarentur.* Penulam primi excogitarunt, qua in ludis uterentur. Tertullianus, in *Apologetico*.

Nam, ne vel hieme voluptas impudica frigeret, primi Lacedæmonii penulam ludis excogitaverunt. Unica vero tantum veſte per totum annum utebantur, ex Lycurgi inſtituto. Juſtinus, de eo verba faciens, *lib.* III. *Juvenibus non amplius una veſte uti toto anno permiſit*. Et obſerva: non id omnibus indiſtincte imperabat, ſed juvenibus, idque ab ætatis anno duodecimo. Ita nos Plutarchus docet, in *Lycurgo*. Γενόμενοι δὲ δωδεκαετεῖς, ἄνδυ χιτῶνος ἤδη διετέλυν, ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες. *Duodecennes autem facti, jam ſine tunica agebant, unam veſtem quotannis accipientes*. Xenophon id diſtincte dicit lib. *De Rep. Laced.* Ενόμιζεν, ἑνὶ ἱματίῳ δι' ἔτυς ἐθίζεσθαι. *Statuit, ut ad unam veſtem ſe per annum adſuefacerent*. Ea veſtis, quod detrita tandem eſſet, poſt geſtationem aliquam, laceraque, Τρίβων dicta, ut *Lacerna* apud Romanos. Plutarchus, in *Agide, & Cleomene*. Φεύγων τὴν μάζαν, καὶ τὸν τρίβωνα. *Fugiens mazam, & lacernam*. Iterum, *ibidem*. Εγκαλλωπίζεσθαι τῷ Τριβωνίῳ, καὶ δεῖπνα, καὶ λυτρὰ, καὶ διαίτας Λακωνικὰς ζητεῖν. *Lacernula ſe oſtentare, & cœnas, balnea, ac victum Laconicum, quærere*. Et in *Phocione*, de Archibiade Laconiſta. Ην δέ τις Αρχιβιάδης, ἐπικαλύμενος Λακωνιςὴς, πώγωνάτε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει, καὶ τρίβωνα φορῶν ἀεί. *Erat vero Archibiades quidam, quem dicebant cognomento Laconiſtam, barbam promittens immenſa magnitudine, & lacernam ſemper geſtans*. Rurſum, verba faciens de Alcibiade, lib. *De diſcrim. ad. & am.* Εν δὲ Λακεδαίμονι, κηρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν. *Lacedæmone vero, cute tenus raſo capillo, & lacerna indutus*. Demoſthenes, Orat. *in Cononem*. Οἳ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασὶ, καὶ τρίβωνας ἔχυσι. *Qui interdiu quidem vultum corrugant, & Laconice vivere ſe dicunt, ac lacernas geſtant*. Atque inde Ελκοτρίβων, *Lacernitrabus*, per irriſum dicitur Spartanus quidam, apud Comicum Platonem, in *Legatis*. Et fragmentum reperitur apud Aſpaſium, *ad Ethic. Nicom.* lib. IV. cap. VII. Η τῶν Λακώνων ἐσθὴς, εὐτελὴς ἄγαν, ἱςορεῖται Ξενοφῶντι. διὰ ταῦτα καὶ σκώπτυσιν αὐτὺς οἱ κωμῳδοποιοί· ὡς Πλάτων, Πρέσβεσι.

Χαίροις, οἶμαι, μεταπεττεύσας, αὐτὸν διακλιμακίζεσθαι,
Τὸν ὑπηνόβιον, Σπαρτιοχαίτην, ῥυποκόνδυλον, ἑλκοτρίβωνα.

Τῦτο γὰρ Λάκωνες ἐποίυν, ἐγκράτειάν τινα, καὶ καρτερίαν ἐπαγγελλόμενοι. *Laconum veſtis, admodum vilis, Xenophonti memoratur. qua de cauſa & Comici perſtringunt eos: uti Plato, in Legatis.*

Gaudes, puto, quod, tranſpoſitis calculis, ipſum ſupplantaveris,
Barbatum, Sparticomum, ſordidimanum, lacernitrabum.

Hoc enim Lacedæmonii faciebant, temperantiam quandam, ac tolerantiam, profitentes. Treſantum, quos vocabant, lacernæ, ignominiæ cauſa, erant colore tinctæ, & pannoſæ. Plutarchus, in *Ageſilao*, ubi variam eorum pœnam refert, etiam hanc nobis memorat. Τρίβωνάς τε προσεῤῥαμμένυς χρώματος βαπτῦ φορῦσι, *Lacernas etiam pannoſas colore tinctas geſtant*. Erat illi veſtis quædam, quæ Ανέντονον dicebatur. Heſychius. Ανέντονον, ἱμάτιον, Λάκωνες. *Anentonum, veſtis, Lacones*. Etiam altera, quæ Δαμοφανὲς nuncupata, quod pellucida nempe eſſet. Idem Heſychius. Δαμοφανὲς, τὸ ἱμάτιον, οἱ Λάκωνες. *Damophanes, veſtis, Lacones*. Certe pellucidæ Laconum veſtes, etiam Chryſoſtomo commemorantur, *in Eſaiæ cap.* III. Καὶ τὰ ἐνώτια, καὶ τὰ περιπόρφυρα, καὶ τὰ μεσοπόρφυρα, καὶ τὰ ἐπιβλήματα κατὰ τὴν οἰκίτιδαν, καὶ τὰ διαφανῆ Λακωνικά. *Et inaures, & prætextas purpura veſtes, purpuraque intertextas, & exteriores, quæ domi geſtantur, & pellucidas Laconicas*. Erant etiam veſtes rubræ, Πυζὰ dictæ, Heſychius. Πυτὰ, Λάκωνες τὰ ἐρυθρὰ ἱμάτια. *Pyta, Lacones rubras veſtes*. In bello, veſtibus utebantur purpureis: de quibus Cragius, *lib.* III. *tab.* VI. *cap.* VI. Clavi veſtium, Ιωπάτερ appellati. Heſychius. Ιωπάτερ, τὰ ἐν τοῖς ἱματίοις σημεῖα, Λάκωνες. *Iopater, clavi in veſtibus, Lacones*. Inſignia item, quæ in fimbriis, Σάμεα dicebant. Heſychius rurſum. Σάμεα, τὰ ἐν ταῖς ὤαις τῶν ἱματίων παράσημα, Λάκωνες. *Samea, inſignia, quæ in fimbriis veſtium, Lacones*.

CAP. XVI.

Barba, prolixa: & coma; ex quo noſci etiam poterant: niſi tamen, quod tonderi in ſuperiori labro barba ſolita, ephoris præcipientibus, cum inirent magiſtratum: in Treſantibus, quos vocabant, ſemiraſa, ac ſemipromiſſa. Comam vero alere, quando inſtituerint: quanquam tamen & radendi quidam morem retinuerint: quod & in virginibus factum, matrimonium inituris. Lucianus illuſtratus.

POST membrorum cæterorum veſtimenta, barba etiam, faciei quaſi veſtis, eſt dicenda: quam prolixam valde habebant. Obſervare iſtud licet apud Plutarchum, in *Phocione*, ubi de Archibiade agit, in citatis ante verbis. Ην δέ τις Αρχιβιάδης, ἐπικαλύμενος Λακωνιςὴς, Πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει. *Erat vero Archibiades quidam, quem dicebant cognomonto Laconiſtam, barbam promittens immenſa magnitudine*. Et Laconis apophthegma eo facit, quod commemorat Plutarchus, in *Apophthegm. Lac.* Λάκων ἐρωτηθεὶς, δι' ἣν αἰτίαν τὰς τῦ πώγωνος τρίχας ἐπὶ πολὺ κομώσας ἔχει, εἶπεν, ἵνα, βλέπων τὰς πολιὰς, μηδὲν ἀνάξιον αὐτῶν πράττω. *Laco interrogatus, cur prolixam haberet barbam, ut, reſpondit, canos videns, nil indignum ipſis faciam*. Item ex Nicandri iſto, apud eundem. Πυθομένυ δέ τινος, διὰ τί οἱ Σπαρτιᾶται κομῶσι, καὶ πωγωνοτροφῦσιν· ὅτι, ἔφη, πάντων κάλλιςος, καὶ ἀδαπανώτατος ἀνδρὶ ὁ ἴδιος, κόσμος. *Interrogante quodam, quare Spartani comam, atque barbam, alerent; quia, inquit, pulcherrimus, minimoque ſumptu conſtans, viro eſt ornatus proprius*. Ita tamen barbam alebant, ut ab ephoris quotannis, magiſtratum ineuntibus, non mentum quidem univerſum, quod vir eruditus tradit, ſed ſuperius tantum labrum, attondere juberentur. Clarum ex Plutarcho, in *Agide*. Προεκήρυττον οἱ ἔφοροι τοῖς πολίταις, εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσιόντες, ὡς Αριστοτέλης φησὶ, κείρεσθαι τὸν μύςακα, καὶ προσέχειν τοῖς νόμοις, ἵνα μὴ χαλεποὶ ὦσιν αὐτοῖς. *Per præconem civibus denuntiari jubebant ephori, magiſtratum ineuntes, ut ſuperius labrum tonderent, legibuſque animum adverterent, ne ipſis graves fierent*. Iterum, lib. *De ſera num. vind.* Εν Λακεδαίμονι κηρύττυσιν οἱ ἔφοροι, παριόντες εὐθὺς τὴν ἀρχὴν, μὴ τρέφειν μύςακα. *Lacedæmone denuntiant ephori, ſimul ac magiſtratum ineunt, ne quis labri ſuperioris barbam alat*. Quia vero cæteram prolixam gererent, hinc dicterio perſtingitur Laco quidam; & Υπηνόβιος, tanquam *in barba ſua vivens*, a Platone Comico dicitur, in *Legatis*, verſu antea citato. Treſantes, quos vocabant, inter cætera ignominiæ genera, etiam eo notabantur, ut promiſſam partim barbam, partiam tonſam geſtarent. Plutarchus in *Ageſilao*, ubi de illorum pœna, Ξυρῶνται μέρος τῆς ὑπήνης, μέρος δὲ τρέφυσι. *Barbæ partem radunt, partem alunt*.

Υπηνόβιον, Σπαρτιοχαίτην. ——

Ubi, quod appellat idem Σπαρτιοχαίτην, *Sparticomum*, etiam de coma monet, quam ſimiliter alebant:

adeo quidem, ut dignosci ex ea possent. Ecce in Pausaniæ *verbis*, quæ citavi capite superiori. Καὶ ὃν Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίσταντο, καὶ ὅτῳ κουρᾶς, ἢ ὑποδημάτων ἕνεκα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quemcunque certo scirent esse Lacedæmonium, aut ex tonsura, calceisve, suspicarentur*. Et apud Strabonem, ubi de Phalantho agit, impetum in Lacedæmonios facturo, *lib.* VI. Γνώριμοι δ' ἦσαν ἀπὸ τῆς κόμης οἱ τοῦ δήμου. *Nam e coma poterant cognosci cives*. Et id facere inceperunt, cum florerent laude bellica. Apollonius Tyaneus, in Orat. *ad Domitianum Imp.* apud Philostratum, *lib.* VIII. *cap.* III. Τὸ γὰρ κομᾷν, ἐκ Λακεδαιμονίων ἧκεν· κατὰ χρόνους ἐπιτηδευθὲν αὐτοῖς, ἐς ὃ μαχιμώτατα τὰ αὐτῶν εἶχεν. *Nam comam alere, a Lacedæmoniis ortum est: iis temporibus institutum, cum bellicosissimi haberentur*. Herodotus ipsum tempus notat, quo ex lege illud facere instituerunt: nempe bello cum Argivis Thyrearum causa cœpto. Verba ista, *lib.* I. Ἀργεῖοι μὲν νῦν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου, κατακειράμενοι τὰς κεφαλὰς, πρότερον ἐπάναγκες κομῶντες, ἐποιήσαντο νόμον τε καὶ κατάρην, μὴ πρότερον θρέψειν κόμην Ἀργείων μηδένα, μηδὲ τὰς γυναῖκάς σφι χρυσοφορήσειν, πρὶν ἂν Θυρέας ἀνασώσωνται. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τἀναντία τούτων ἔθεντο νόμον, (οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου,) ἀπὸ τούτου κομᾷν. *Quo ex tempore Argivi, tonsis capillis, cum antea necessario comati essent, legem condiderunt, ac se devoverunt, ne prius comam Argivorum quisquam aleret, neve fœminæ aurum ferrent, quam Thyreas recepissent. Lacedæmonii vero, contrariam tulere legem: nempe ut deinceps ipsi comam alerent, ante illud non comati*. Alii dicunt: cum Bacchiadæ Corintho Lacedæmonem profugissent, speciemque sordidam capillis tonsis, præ se ferrent, comam in honore habere Lacedæmonios cœpisse. Sed utrunque falsum esse, & ab ipso adeo Lycurgo illud institutum, docet Plutarchus, in principio *Lysandri*. Οὐ γὰρ, ὡς ἔνιοι φασὶν, Ἀργείων, μετὰ τὴν μεγάλην ἧτταν, ἐπὶ, πένθει καρέντων, οἱ Σπαρτιᾶται πρὸς τὸ ἀντίπαλον αὐτοὶ τὰς κόμας, ἀγαλλόμενοι τοῖς πεπραγμένοις, ἀνῆκαν. οὐδὲ Βακχιαδῶν, τῶν ἐκ Κορίνθου φυγόντων εἰς Λακεδαίμονα, ταπεινῶν, καὶ ἀμόρφων, διὰ τὸ κείρασθαι τὰς κεφαλὰς, φανέντων, εἰς ζῆλον αὐτοὶ τοῦ κομᾷν ἦλθον ἀλλὰ καὶ τοῦτο Λυκούργειόν ἐστι. καὶ φασὶν, εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς ἡ κόμη τοὺς μὲν καλοὺς, εὐπρεπεστέρους ὁρᾶσθαι ποιεῖ, τοὺς δὲ αἰσχροὺς, φοβερωτέρους. *Neque enim, ut nonnulli volunt, tonsis post magnam cladem Argivis, quam acceperant, Spartani comam ex adverso, rebus gestis elati, submisere: nec, cum Bacchiadæ, qui Corintho Lacedæmonem profugerunt, sordidam & fœdam speciem, tonsis capillis, præ se ferrent, comam alere contenderunt. Sed Lycurgi est & illud institutum. quem dixisse ajunt, formosos comam adspectu magis decoros reddere; ac deformes si qui essent, terribiliores multo*. Et hoc libertatis signum censebatur. Aristoteles, *Rhet.* lib. I. cap. IX. Ἐν Λακεδαίμονι κομᾷν, καλόν. ἐλευθερίας γὰρ σημεῖον. οὐ γάρ ἐστι κομῶντα ῥᾴδιον οὐδὲν ποιεῖν θητικόν. *Lacedæmone comam alere pulcrum est: nam id libertatis signum. neque enim facile comatus quisquam opus homine mercenario dignum facit*. Ad quem locum Scholiastes. Ἐν Λακεδαίμονι τὸ κομᾷν, σημεῖον ἐλευθερίας; καὶ εὐγενείας. *Lacedæmone, comam alere, signum est libertatis, & nobilitatis*. Non est tamen dubitandum, quin radendi morem antiquum quidam etiam retinuerint. Ac Plutarchus Alcibiadem, Lacedæmone exulantem, & ad mores se Laconicos sedulo accommodantem, inter alia, dicit quoque ad cutem rasum, istis verbis, lib. *De discr. ad. & am.* Ὧν ὁ μέγιστος Ἀλκιβιάδης· Ἀθήνησι μὲν σκώπτων, καὶ ἱπποτροφῶν, καὶ τρυφῶν, καὶ μετὰ εὐτραπελίας ζῶν, καὶ χάριτος. ἐν δὲ Λακεδαίμονι, κειρόμενος ἐν χρῷ, καὶ τριβωνοφορῶν, καὶ ψυχρολουτρῶν. *Quorum maximus Alcibiades: Athenis quidem salse dicta jaciendo, equos alendo, ac vitam facetam, & gratiosam, agendo: Lacedæmone vero, comam radens, lacernam gestans, & frigida lavans*. Lucianus, in *Fugitivis*. Εἴ τινας τρεῖς γόητας ἅμα εἴδετε, καὶ γυναῖκα, ἐν χρῷ κεκαρμένην, εἰς τὸ Λακωνικόν, *Num tres aliquos simul præstigiatores vidistis, & mulierem, ad cutem usque rasam, more Laconico?* Ubi observa, etiam mulierem rasam, in Laconicum modum, dici: quo respexit ad Laconum eum morem, quo & virgines, matrimonium inituræ, ut amiculo virili a pronuba induebantur. ita quoque ad cutem usque, sicut viri, radebantur. Plutarchus docet, in *Lycurgo*. Τὴν δὲ ἁρπασθεῖσαν ἡ νυμφεύτρια καλουμένη παραλαβοῦσα, τὴν μὲν κεφαλὴν ἐν χρῷ περιέκειρεν, ἱματίῳ δὲ ἀνδρείῳ, καὶ ὑποδήμασιν, ἐνσκευάσασα, κατέκλινεν ἐπὶ στιβάδα. *Raptam pronuba, quam vocabant, abducens, caput quidem ejus cute circumtondebat, inde tunica virili calceisque, indutam, in toro collocabat*. Ac radendi quidem labri superioris, ut huc redeam, diu morem, uti quoque vestem tenuem, servavere: sed, in luxum postea versis, lævigare etiam femora, & induere vestes molles, annulosque in digitis gestare multos, & Ionicis uti calceis, inceperunt. Hoc perstringit Apollonius Tyaneus, in Epistola quadam *ad Lacedæmonios*. Ἄνδρας ὑμῶν ἐθεασάμην, ὑπήνην μὴ ἔχοντας. τοὺς μηροὺς, καὶ τὰ σκέλη. λείους τε καὶ λευκούς· μαλακὰς χλανίδας ἠμφιεσμένους λεπτάς· δακτυλίους πολλοὺς, καὶ καλοὺς, περικειμένους· ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ἰωνικόν. οὐκ ἐπέγνων οὖν τοὺς λεγομένους πρέσβεις. ἡ δὲ ἐπιστολὴ Λακεδαιμονίους ἔφασκε. *Viros vestros vidi, superioris labri barbam non habentes; femoribus, cruribusque, lævibus, & candidis: vestibus indutos mollibus, ac tenuibus; annulos multos, atque pulcros, digitis circumpositos; & calceamenta Ionica gestantes. non agnovi legatos, quales esse dicebantur: sed epistola illos vestra Lacedæmonios dicebat*. Meminit illius rei etiam Philostratus, *lib.* IV. *cap.* IX. Plura autem in rem istam, vide apud Cragium, *lib.* III. *tab.* VI. *cap.* IV.

CAP. XVII.

Pileus, isque densus: &, in bello, galeæ instar. Dion Chrysostomus emendatus. Dioscuri etiam efficti pileati, & Ulysses: atque illud qua de causa. Helotes, & Partheniæ, pilei loco galerum gestabant, e canis fluvialis pelle. Erat autem pileus Laconibus peculiaris, ut dignosci inde possent: veluti dimidiati ovi testa, idque unde. Aures concisæ, & loris circumvolutæ.

CAPITA tegebant pileo. Id videre est apud Dionem Chrysostomum. *Orat.* LXXI. Ἔνθα γὰρ ἐνίοτε βλέπουσιν ἀνθρώπους, τοὺς μέν τινας πίλους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς ἔχοντας, ὡς νῦν τῶν Θρακῶν τῶν Γετῶν λεγομένων, πρότερον δὲ Λακεδαιμόνιοι. *Hic interdum vident homines quosdam, pileos in capitibus habentes, ut nunc Thracum quidam, ut dicuntur, antea autem Lacedæmonii*. Sed is locus per occasionem hanc emendandus, ac scribendum, Τῶν Γετῶν λεγομένων, *qui Getæ appellantur*. Nam id dicere vult Orator; quosdam e Thracibus, qui appellabantur Getæ, non omnes universim Thraces, pileos gestasse. Getas autem in Thraciæ parte clare Stephanus commemorat, *in* Γέται. Et hoc obiter. ac revertor ad Lacones. Quos fuisse pileatos, etiam Erotianus nobis testis, in *Lexico Hippocrateo*. Πῖλοι καλοῦνται παρὰ Λάκωσι τὰ σκεπάσματα, σκιᾶς χάριν πεποιημένα. *Pilei vocantur apud Lacedæmonios tegumenta, umbræ causa facti*. Ac peculiaris illic pileus erat. Strabo, *lib.* VI. Ἐπεβουλεύοντο τοῖς Λακεδαιμονίοις, καὶ συνέθεντο ἆραι σύσσημον ἐν τῇ ἀγορᾷ πῖλον Λακωνικόν. *Insidias struebant Lacedæmoniis, sic re composita, uti*

signum in foro tollerent pileum Laconicum. Quin præ cæteris laudabatur. Pollux, *lib.* I. *cap.* X. *sect.* XIII. Εὐδόκιμα δὲ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτουργὲς, πῖλος, καὶ ἐγχειρίδιον, Λακωνικά. *Laudatur vero, lorica Attica, galea Bœotica, pileus, & pugio, Laconici*. Ubi observa, inter arma recenseri: & sic certe habebatur a Laconibus, qui in bello utebantur, instar galeæ. Dico, in militia usos, loco galeæ: indicatque id Thucydides, *lib.* IV. Τότε ἔργον ἐνταῦθα χαλεπὸν τοῖς Λακεδαιμονίοις καθίστατο, οὔτε γὰρ οἱ πῖλοι ἔστεγον τὰ τοξεύματα. *Tunc res molesta Lacedæmoniis accidit: neque enim pilei sui a sagittis protegebant*. Describit vero Lacedæmoniorum cum Atheniensibus pugnam. Clare Festus. *Lacones erant, quibus pileatis pugnares mos est*. Et pileos Dioscurorum Lycophron dicit

—— —— ῥῦμα φονίου δορός.
—— *munimentum contra letalem hastam*.

Ecce vero, etiam Dioscuri efficti olim pileati, quia Lacedæmonii erant. Festus. *Pilea Castori, & Polluci, dederunt, quia Lacones erant*. Et testatur idem Philo, *de Virt.* Ὥσπερ ἐν θεάτρῳ σκευὴν ἄλλοτε ἀλλοίαν ἐλάμβανε· ποτὲ μὲν λεοντῆν, καὶ ῥόπαλον, ἀμφότερα ἐπίχρυσα, διακοσμούμενος εἰς Ἡρακλέα· ποτὲ πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους. *Veluti in theatro alias alium cultum sumebat: modo pellem leoninam, atque clavam, utramque auratam, Herculis habitu; modo pileum in capite, quoties Dioscuros ageret*. Inde *Pileati fratres* appellantur a Catullo, *epigramm.* XXXVIII.

Salax taberna, vosque contubernales,
A pileatis nova fratribus pila.

Et supra pileos, stellæ effictæ. Sextus Empiricus, ubi de illis, *adversus Mathem.* lib. VIII. Πίλους τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀστέρας, αἰνισσόμενοι τὴν τῶν ἡμισφαιρίων κατασκευήν. *Pileosque iis imponunt, & super eos stellas: tacite innuentes hemisphæriorum constitutionem*. Apulejus *cassides* dicit; quia pileis, uti dixi, pro iisdem utebantur, *Miles.* X. *Singulas virgines, quæ deæ putabantur, sui obibant comites: Junonem quidem, Castor, & Pollux: quorum capita cassides æratæ, stellarum apicibus insignes, contegebant*. Latinus Pacatus, in *Panegyrico Theodosii: Olim severi credidere majores, Castoras geminos, albentibus equis, & stellatis apicibus, insignes, pulverem cruoremque Thessalicum aquis Tiberis abluentes, & nuntiasse victoriam, & imputasse militiam*. Quod pileati Dioscuri, eo pertinet etiam Pausaniæ locus, in *Laconicis*. Καὶ ἐπ' αὐτῇ (τῇ ἄκρᾳ) χαλκοῖ ποδιαίων ἑστήκασιν οὐ μείζονες, πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχοντες. οὐκ οἶδα, ἢ Διοσκούρους σφᾶς, ἢ Κορύβαντας, νομίζουσι. *Et in eo (promontorio) ænei stant, nihilo pedalibus majores, pileati: haud scio, an Dioscuros illos esse, an Corybantas, arbitrentur*. Et occurrit in *Messenicis* alius in hanc rem locus, quem exscribere supersedeo. Præter hos, Ulysses etiam pileatus pingebatur: quod nimirum, propter conjugem Penelopen, quæ Lacæna, ut est discere e Pausania, in *Laconicis*, ac Plutarcho, in *Quæstionibus Græcanicis*, Lacedæmoniis insertus, ac Laconica civitate itidem donatus esse censeretur. Soranus, in *Vita Hippocratis*. Ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰκόσιν, ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν γράφεται· ὡς μέν τινες λέγουσιν, ἐν πίλῳ, ὃ παράσημον εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεύς. *In multis autem imaginibus, capite velato pingitur: ut nonnulli quidem dicunt, pileatus, ut Ulysses, quod nobilitatis est insigne*. Servi vero, quos Helotas appellabant, pileo non utebantur, qui ex lana confiebat, sed galero, e canis fluvialis pelle, quæ antiquis capitis tegumentum erat, & Κυνέη ea ex re, sive Κυνῆ, dicebatur: uti docet nos Eustathius, *ad Iliad.* γ'. De Helotis indicat Myron, *Messenicorum*. secundo: cujus hoc fragmentum exstat apud Athenæum, *lib.* XIV. Τοῖς δὲ Εἵλωσι πᾶν ὑβριστικὸν ἔργον (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἐπιτάττουσι, πρὸς πᾶσαν ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν, ἐπάναγκες ὥρισαν. *Helotibus vero omne contumeliorum opus (Lacedæmonii) mandant, quodque ad ignominam quancunque ducat. Etenim galerum ferre unumquemque, necessarium constituerunt*. Eodem modo etiam spurii, quos Parthenias appellabant, observare licet apud Strabonem, ubi illi de iis sermo, & Phalantho, eorum duce, *lib.* VI. Συνέκειτο μὲν δὴ, τοῖς Ὑακινθίοις, ἐν τῷ Ἀμυκλαίῳ συντελουμένου τοῦ ἀγῶνος, ἡνίκα τὴν κυνῆν περιθῆται ὁ Φάλανθος, ποιεῖσθαι τὴν ἐπίθεσιν. *Compositum quidem fuit, ut Hyacinthiis, dum in fanno Amyclæo ludi peragerentur, cum galerum Phalanthus imponeret, impressionem faceret*. Et mox. Ἐξαγγειλάντων δέ τινων λάθρα τὰ συγκείμενα τῶν περὶ Φάλανθον, καὶ τοῦ ἀγῶνος ἐνεστῶτος, προσελθὼν ὁ κῆρυξ εἶπε, μὴ ἂν περιθεῖναι κυνῆν Φάλανθον. *Sed cum quidam factionis Phalantheæ clam propositum indicassent; cum certamen jam instaret, prodiens præco edicit, ne Phalantus capiti galerum imponeret*. Confundit autem pileum ingenuorum cum galero spuriorum, & servorum, Æneas, in *Poliorcetico*, illud ipsum factum memorans, cap. XI. Ὁμότροπον δ' ἐστὶ τοῦτο, καὶ παλαιὸν, ἐν Λακεδαίμονι γενέσθαι. μηνυθείσης γὰρ ἐπιβουλῆς τοῖς ἄρχουσιν, ὅτι, ὅταν ὁ πῖλος ἀρθῇ, ἐπιθήσονται, ἔπαυσαν τοὺς ἐγχειροῦντας ἐπιθέσθαι, κήρυγμα ἀναγγείλαντες, τοὺς τὸν πῖλον μέλλοντας ἄραι μὴ ἄραι. *Simile vero quid, & antiquum, Lacedæmone evenisse. nam, cum indicata esset magistratui conjuratio, & quod, pileo sublato, impressio futura esset, cum denuntiasset illis per præconem, sulaturi pileum ne eum tollerent, conjuratos inhibuit*. Eodem modo Polyænus, in secundo ephororum strategemate, *lib.* II. Sed ut de Laconico pileo dicam plenius, siquidem is peculiaris plane fuit, sic, ut etiam dignosci, quod ostendi, inde possent; qualis fuerit, est omnino explicandum. Nullum autem dubium censeo, quin ejusmodi certe essent, quales ipsi Dioscuris, civibus suis, imponebant: scilicet, dimidiati ovi instar; quod ex ovo, ut ferebant, ii nati. Tales autem pileos Dioscurorum exstitisse, ex Lycophrone manifestum. Ita enim, de his loquens ille, ait.

Ὧν ὀστράκου στρόβιλος ἐστεμμένος
Κόρσην σκεπάσει, ῥῦμα φονίου δορός.
Quorum ovalis testæ vertex incisus
Caput teget, munimentum contra letalem hastam.

Ad quem locum Isaacius Tzetzes. Ἐῤῥέθη πάλαι, ὅπως ὁ Ζεὺς, κύκνῳ ὁμοιωθεὶς, ἐξ ᾠοῦ, ὡς ληροῦσι, τούτους γεννᾷ· ὧν ἑκάτερος τῷ ἡμίσει τοῦ ὀστράκου τοῦ ᾠοῦ περικεφαλαίᾳ ἐχρῆτο. *Olim dictum est, quomodo Jupiter, cycni forma adsumpta, ex ovo, ut nugantur, eos genuerit: quorum uterque galea dimidiati ovi testam referente utebatur*. Ut autem capita tegebant pileis, ita aures concidebant, ac circumvolvebant loris. Plato indicat, in *Protagora*. Νῦν δὲ, ἀποκρυψάμενοι ἐκεῖνο, ἐξηπατήκασι τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι Λακωνίζοντας. καὶ οἱ μὲν, ὦτά τε κατάγνυνται, μιμούμενοι αὐτοὺς, καὶ ἱμάντας περιειλίττονται, καὶ φιλογυμναστοῦσι, καὶ βραχείας ἀναβολὰς φοροῦσιν· ὡς δὴ τούτοις κρατοῦντας τῶν Ἑλλήνων τοὺς Λακεδαιμονίους. *Nunc vero, hoc occultantes, eos circumvenerunt, qui in urbibus mores Laconicos imitantur. & hi quidem, aures sibi concidunt, ad illorum imitationem, & lora circumvolvunt, & exercitationes amant, & amictus breves gestant: ceu nimirum illis rebus Lacedæmonii cæteros Græcos antecellant*.

CAP. XVIII.

Calceorum varia genera. Λακωνικαὶ: qui viris proprii, & colore rubro, erant. Dignosci ex his soliti Lacedæmonii. Αρπίδες. Απλαῖ, Αμυκλαΐδες. Hesychii locus emendatus. Calcei pretiosiores. Empedoclis, ex ære facti. Auctor anonymus apud Suidam restitutus. Calcei, ephebis proprii, Ευνήϊσκλοι appellati. Postea, invalescente apud ipsos quoque luxu, Jonicis cœperunt uti.

DIXI pileum, proprium capitis vestimentum: nunc & calceos, qui sunt pedum, explicabo. Erant vero & hi Lacedæmoniis proprii: itaque Λακωνικαὶ simpliciter appellabantur. Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Καὶ Λακωνικὴ, τὸ θηλυκὸν, εἶδος ὑποδήματος. *Et Laconica, fœmininum, genus calcei.* Et ex eo quoque Eustathius, *ad Iliad. β'.* Εστι ϗ ϗ κλεὶς Λακωνικὴ, καινοτέρα τις. ϗ εἶδος δὲ ὑποδήματος. *Est autem etiam clavis Laconica, magis nova quædam: immo vero, etiam genus calcei.* Scholiastes Aristophanis, *ad Concionatrices.* Λακωνικὰς, εἶδος ὑποδήματος. *Laconicas, genus calceamenti.* Ac virorum proprium fuisse, docet Suidas. Λακωνικαὶ, ἀνδρεῖα ὑποδήματα. *Laconicæ, viriles calcei.* Itaque Bdelycleon ait ad Philocleontem, apud Aristophanem, *Vespis*.

Τασδὶ δ' ἀνύσας ὑπόδυθι τὰς Λακωνικάς.
Et has, cum feceris, indue Laconicas.

Et inter indumenta virilia refert mulier Praxagora, apud Comicum eundem, in *Concion.*

Λακωνικὰς γὰρ ἔχετε, ϗ βακτηρίας,
Καὶ θοιμάτια τ' ἀνδρεῖα. ——
Laconicas enim habetis, & baculos,
Et indumenta virilia. ——

Erant vero colore rubro. Pollux, varia calceorum genera recensens, *lib.* VII. *cap.* XXII. Αἱ δὲ Λακωνικαὶ, τὸ μὲν χρῶμα ἐρυθραί. Τοὔνομα δὲ, δηλοῖ τὸν τ̃ εὑρήσεως τόπον. *Laconicæ vero, colore quidem rubræ erant: nomen autem, locum inventionis indicat.* Verum Lysias, qui tyrannidem affectabat, albis iis utebatur. Athenæus, de eo verba faciens, *lib.* V. Υποδέμενος λευκὰς Λακωνικάς. *Indutus calceis Laconicis albis.* Sed & forma ut peculiaris fuerit, est necesse: itaque Lacedæmonios etiam ex illis nosci potuisse, auctor nobis est Pausanias, in *Achaicis.* Ον Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίσαντο, ϗ ὅτῳ ὑποδημάτων ἕνεκα προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quemcunque Lacedæmonium vel certo esse cognovissent, vel ex calceis suspicarentur.* Sed & genera diversa: & Αρπίδες quidam dicti. Hesychius. Αρπίδες, κρηπῖδες, ἢ ὑποδήματα, Λάκωνες. *Arpides, crepidæ, aut calceamenta, Lacones.* Militares fuisse, docet Pollux, *lib.* VII. *cap.* XXII. Κρηπῖδες, τὸ μὲν φόρημα στρατιωτικὸν, ἔνιοι δ' αὐτὰς τ̃ ποιητῶν ϗ ἀρπῖδας ὠνόμασαν. *Crepidæ, gestantur quidem a militibus: sed nonnulli poetarum eas arpidas dixerunt.* Erant etiam Απλαῖ, *simpliciores.* Etymologici Auctor. Απλᾶς, ὑποδήματος εἶδος Λακωνικοῦ. ὠνομάσθη δὲ, ἀπὸ τοῦ ἁπλῶς, ϗ οὐ τετεχνημένως, γεγενῆσθαι. *Haplas, genus calceamenti Laconici. ita vero appellatum, quod simpliciter, & sine ulla arte, fieret.* Unicam autem tantum soleam habebant. Harpocration. Απλᾶς, Καλλίστρατος φησὶ, τὰ μονόπελμα τ̃ ὑποδημάτων οὕτω καλεῖσθαι. *Haplas, Callistratus ait, eos calceos, qui unicam tantum soleam haberent, sic vocari.* Quæ totidem verbis etiam Suidas. Strattis Comicus, in *Lemnomeda.*

Υποδήματα σεαυτῷ πρίασθαι τ̃ ἁπλῶν.

Laconicum autem calceamentum hoc fuisse, etiam

A Demosthenes docet, Orat. *in Cononem.* Οἱ μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, ϗ λακωνίζειν φασὶ, ϗ τρίβωνας ἔχουσι, ϗ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. *Qui interdiu quidem vultum corrugant, ac Laconice vivere se dicunt, & lacernas gestant, & calceamentis unica tantum solea utuntur.* Erant & Αμυκλαΐδες, pretiosiores. Hesychius. Αμυκλαΐδες, εἶδος ὑποδήματος πολυτελοῦς Λακωνικοῦ. ϗ πόλις, Αμύκλαι. *Amyclaides, genus calceamenti pretiosi Laconici. Et urbs, Amyclæ.* Ita enim locus ille emendandus: perperamque literis transpositis scribitur, Αμυκαλίδες, & Αμυκάλαι. *Amycalides, & Amycalæ.* Alibi eosdem facit cum Laconicis, de quibus jam a me dictum, istis verbis.

B Λακωνικαὶ, ὑποδήματα, ἃ καλεῖται Αμυκλαΐδες. *Laconicæ, calceamenta, quæ vocantur Amyclaides.* Neque illic recte scribitur, Αμυκλάδες, *Amyclades.* Recte est apud Pollucem, *loco citato.* Αμυκλαΐδες δὲ, ἐλευθεριώτερον ὑπόδημα μὲν, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. *Amyclaides, calceamentum quidem liberalius, sed locum nomine declarans.* Ubi ἐλευθεριώτερον dicit, quod Hesychius πολυτελές. Dicebantur autem ab Amyclis, urbe Laconiæ: inde ait, δηλοῖ δὲ κλήσει τὸν τόπον. *Sed locum nomine declarat.* Has Empedocles gestabat, sed ex ære. Auctor anonymus, apud Suidam, *in* Αμύκλαι. Εἶχε γὰρ (ὁ Εμπεδοκλῆς) χρυσοῦν στέμμα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ϗ ἀμυκλαΐδας ἐν τοῖς

C ποσὶ χαλκᾶς. *Habebat enim (Empedocles) coronam in capite auream, & in pedibus æneas amyclaidas.* Ita eum quoque locum corrigendum esse censeo: & inciderit in corruptum codicem Suidas, in quo erat, καὶ ἀμύκλας ἐν τοῖς ποσὶ, *& amyclas in pedibus.* Natum mendum e compendio scriptionis. Sed Empedoclem quod attinet, alii simpliciter attribuunt calceos, universi tamen æneos. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, crepidas illi tribuit, lib. VIII. Υστερον δὲ γνωσθῆναι, ἀναρριπισθείσης αὐτοῦ μιᾶς τ̃ κρηπίδων· χαλκᾶς γὰρ εἰθιστο ὑποδεῖσθαι. *Postea vero agnitum esse, una ex illius crepidis sursum ejecta: quippe æneis*

D *uti solitus.* Nec aliter Hesychius Milesius, in *Empedocle*, & Ælianus, *Var. Histor.* lib. XII. cap. XXXII. Sed hoc obiter. Proprios calceos ephebi habebant, qui Ευνήϊσκλοι dicebantur. Hesychius. Ευνήϊσκλοι, ὑποδήματα Λακωνικῶν ἐφήβων. *Enneiscli, calcei Laconicorum ephebeorum.* Postea, in luxum versi, Jonicis etiam uti cœperunt. Videre est in *Epistola* quadam Apollonii Tyanei, qua perstringit luxum legatorum Lacedæmoniorum. cujus verba etiam citavi supra. Ανδρας ὑμῶν ἐθεασάμην, ὑποδεδεμένους ὑπόδημα τὸ Ιωνικόν. *Viros vestros vidi, calceis indutos Jonicis.*

CAP. XIX.

E *Peplus Laconicus mulierum: qualis fuerit. Eo laxato, nuda femora ostendebant: unde & Φαινομηρίδες dictæ, ficto ab Ibyco vocabulo. Quare nudæ incessisse a poetis dictitatæ? Mulieres, quæ proceræ essent, æstimatæ: &, uxores regum esse tales, placitum. Archidamus ob id mulctatus, quod pusillam duxisset.*

IN vestitu muliebri memoratur peplus Laconicus. Hedylus, in Epigrammate quodam, *Anthologiæ* lib. VI. cap. VIII.

Α μίτρα, τό θ' ἁλουργὲς ὑπένδυμα, τοί τε Λάκωνες
Πέπλοι. ——
Mitra, & purpurea vestis superior, & Laconici

F *Pepli.* ——

Quæ verba etiam exstant apud Suidam, *in* Αλουργά. Observare item licet apud Plutarchum, in *Agide & Cleomene*, ubi de Crateciclea, Clemeonis rege. Αὕτη τότε τὴν Κρατησίκλειαν, ὑπὸ τ̃ στρατιωτῶν ἐξαγομένην, ἐχειραγώγει. τόν τε πέπλον αὐτῆς ὑπολαμβά-

ουσα, καὶ θαῤῥεῖν παρακαλοῦσα. *Hæc tum Cratesicleam, cum a militibus produceretur, manu ducebat; peplumque ejus sublevans, & bono esse animo jubens.* Etiam Peleus, apud Euripidem, in *Andromacha*, de Spartanis mulieribus verba faciens.

——οὐδ' ἂν, βούλοιτό, τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη.
Αἳ ξὺν νέοισιν, ἐξερημοῦσαι δόμους,
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις,
Δρόμους, παλαίστρας τ', οὐκ ἀναχετοὺς ἐμοὶ,
Κοινὰς ἔχουσι.——

——*nec, si velit, aliqua*
Casta esse possit e Spartanis virgo:
Quæ cum juvenibus, relinquentes vacuas domos,
Nudis femoribus, & peplis laxatis,
Cursus, & palæstras, mihi non ferendas,
Communes habent.——

Ita autem se habebat, uti, fibulis laxatis, nuda femora ostenderent: unde & Φαινομηρίδες fæminæ appellabantur. Pollux. *lib* VII. *cap.*XIII. Ὁ δὲ χιτὸς χιτὼν, περόναις κατὰ τοὺς ὤμους διῆρτο· ἡ δὲ πόρπη, κατὰ τὰ στέρνα ἐνήπτετο. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ὁ τῶν παρθένων οὗτος χιτωνίσκος. οὗ παραλύσαντες ἄχρι τινὸς τὰς πτέρυγας, ἐκ τῆς κάτω πέζης παρέφαινον τοὺς μηρούς. μάλιστα αἱ Σπαρτιάτιδες, ἃς διὰ τοῦτο φαινομηρίδας ὠνόμαζον. *Tunica soluta, fibulis circa humeros constringebatur: fibula vero juxta pectus annectebatur. Ita autem dicebatur etiam virginum tunicula: cujus postquam aliquo usque pinnas solvissent, a malleolo inferiore pedis femora ostendebant. maxime Spartanæ, quas idcirco phænomeridas appellabant.* Breviterque meminit iterum, *lib.*II. *cap.*IV. *sect.*XXXIX. Καὶ ἡ Λάκαινα, φαινομηρίς. *Et Lacæna, phænomeris.* Finxit autem id vocabulum primus Ibycus; ut est videre apud Plutarchum, in extremo *Numa*. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἡ περὶ τὰς παρθένους φυλακὴ, κατέσταλτο τῷ Νουμᾷ πρὸς τὸ θῆλυ καὶ κόσμιον. ἡ δὲ τοῦ Λυκούργου, παντάπασιν ἀναπεπταμένη, καὶ θῆλυς οὖσα, τοῖς ποιηταῖς λόγον παρέσχηκε. φαινομηρίδας τε γὰρ αὐτὰς ἀποκαλοῦσιν, ὡς Ἴβυκος. *Magis vero virginum custodia Numæ est restricta ad decorum muliebre: Lycurgi vero, omnino soluta, & effæminata, in dicteria poetarum incurrit. nam phænomeridas eas vocant, sicut Ibycus.* Idque ob hanc vestem fuisse, satis manifestum facit, cum Euripidis istos versus, jam citatos, testes capit. Καὶ ἀνδρομανεῖς λοιδοροῦσιν. ὡς Εὐριπίδης, λέγων.

Αἳ ξὺν νέοισιν, ἐξερημοῦσαι δόμους:
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμμένοις.

Quæ cum juvenibus, relinquentes vacuas domos,
Nudis femoribus, & peplis laxatis.

Hinc est, quod poetæ eas nudas dicunt. Ovidius, in *epistola Paridis ad Helenam*.

More tuæ gentis nitida dum nuda palæstra
Ludis, & es nudis fæmina mixta viris.

Et Propertius, *lib.*III. *eleg.*XIII.

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palæstræ,
Sed mage virginei tot bona gymnasii:
Quod non infames exercet corpore ludos
Inter luctantes nuda puella viros.

Nec poetæ tantum, sed & illæ apud Athenæum, *lib.*XIII. Ἡμεῖς δὲ οὐχὶ καὶ τῶν ἀψύχων τὰ κάλλιστα προκρίνομεν, ἐπαινοῦντες τὸ Σπαρτιατικὸν τὸ ἔθος, τὸ γυμνοῦν τὰς παρθένους τοῖς ξένοις; *Nos vero nunquid inanimatorum quæ pulcherrima sunt præferimus, laudantes Spartanorum morem, qui virgines peregrinis nudas ostendit?* Meminit etiam Scholiastes Euripidis, *ad Hecubam*. In ipsis vero mulieribus, ut id obiter hic dicam, has laudabant maximopere, quæ statura eminebant. Itaqua laudare Helenam, quæ Spartana erat, cupiens Theocritus, in ejus Encomio, proceritatem item prædicat, *Idyll.*XVIII.

Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἁμῖν,
Πιείρα, μεγάλα. ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρᾳ.
Ἢ κάπῳ κυπάρισσος.
Sic & aurea Helena elucebat inter nos,
Valida, procera: quemadmodum procurrit sulcus in arvo,
Aut in horto cupressus.——

Ac Plutarchus, in *Agide, & Cleomene*, de uxore Pantei, quæ maritum cum Cleomene in Ægyptum secuta erat. Ἡ δὲ τοῦ Παντέως γυνὴ, περιζωσαμένη τὸ ἱμάτιον, εὔρωστος οὖσα, καὶ μεγάλη, τῶν ἀποθνησκουσῶν ἑκάστην σιωπῇ, καὶ μεθ' ἡσυχίας, ἐθεράπευε. *At Pantei uxor, veste succincta, valida existens, & procera, unamquanque morientium cum silentio, & animo sedato, curavit.* Itaque reges etiam suos ducere tales cupiebant: & Archidamum ideo mulctarunt ephori, quod pusillam is duxisset. Plutarchus, in *principio Agesilai*. Ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστορεῖ, καὶ Ἀρχίδαμον ἐζημίωσαν οἱ ἔφοροι. γήμαντα γυναῖκα μικράν. οὐ γὰρ βασιλεῖς, ἔφασαν, ἄμμιν, ἀλλὰ βασιλείδια, γεννάσει. *Ut autem Theophrastus refert, Archidamo ephori mulctam irrogarunt, quod parvam uxorem duxisset: non enim reges, inquiebant, verum regulos, nobis gignet.* Iterum, lib. *De lib. educ.* Πάνυ δὲ ἄξιον ἐπαινεῖν καὶ Λακεδαιμονίους τῆς μεγαλοφροσύνης· οἵτινες Ἀρχίδαμον, τὸν βασιλέα ἑαυτῶν, ἐζημίωσαν χρήμασιν, ὅτι μικρὰν τὸ μέγεθος γυναῖκα γάμῳ λαβεῖν ὑπέμεινεν· ἐπειπόντες, ὡς οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους, παρασχεῖν αὐτοῖς διενοεῖτο. *Omnino autem laude digni sunt Lacedæmonii, ob animi magnitudinem; qui Archidamum, regem suum pecunia mulctarunt, quod pusillam ducere uxorem non esset veritus: causam subjungentes, quod non reges, verum regulos, dare ipsis statuisset.* Alii tradunt, mulctatum fuisse, quod divitem, & deformem, formosæ prætulisset. Vide Athenæum, *lib.*XIII.

JOANNIS MEURSII MISCELLANEORUM LACONICORUM LIBER II.

CAP. I.

Armorum gloria. Fuga, turpis: quique in tergo vulnerati, haud sepulcro digni habiti, & abjecti. ac sepulcris leo impositus, fortitudinis monumentum. Spolia, erepta hostibus, minime diis dedicata, qua de causa? imo neque capere ea, nisi hoste profligato, licitum erat: & trecenti in rem eam constituti, qui id semper observarent. Victo autem hoste, bovem, aut gallum, pro victoriæ modo, Marti immolabant. Galeam, ipsi suam, sibi invenerunt: obiterque de Bœotica, & Corinthia, Paphlagonicaque, dictum. Galeam amittere, aut loricam, ignominiosum haud erat; idque quare? Gladius, brevis, velut pugio, Ξυήλη dictus. Pollucis locus emendatus. Quare autem brevis fuerit? Antalcidæ dictum.



ARMORUM gloria, bellicaque fortitudine, Laconas eminuisse, ex Historicis est notum. Et egregie Seneca Rhetor, *Suas.* II. *Magnum, & alumnum virtutis, nasci Laconem. ad certam victoriam, omnes remansissent; ad certam mortem, tantum Lacones.* Et mox iterum. *Turpe est cuilibet viro fugisse: Laconi, etiam deliberasse.* Deinde. *Omnibus sua decora sunt: Athenæ, eloquentia inclytæ sunt; Thebæ, sacris; Sparta, armis. Ideo hanc Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam* Manilius, *lib.* IV.

Sparta manu, Thebæ divis, & rege vel uno
Thessalia, Epirusque potens. ——

Valerius Maximus, *lib.* II. *cap.* VI. *Egregios virtutis bellicæ spiritus Lacedæmoniorum, prudentissimi pacis moribus Athenienses subsequuntur.* Huc pertinet, quod primos eos, sicuti Athenienses, urbes capere cœpisse, & subigere nationes, dicat Salustius, in *Catilina: In Græcia Lacedæmonii, & Athenienses, cœpere urbes, atque nationes, subigere.* Adeo autem fuga turpis apud illos censebatur, ut in tergo si quis vulnus accepisset, eum sepulcro & indignum judicarent, & abjicerent insepultum. Eustathius, *ad Iliad.* ε. Βούλεται γὰρ ὁ στρατηγὸς, εἰ καὶ πληγείς τις, κατὰ στέρνα δέξασθαι τὸ τραῦμα, καὶ μὴ προτροπάδην φυγεῖν, καὶ νῶτα δοῦναι τοῖς ἐχθροῖς. πάνυ γὰρ ἐν αἰσχρῷ τοῦτο τοῖς παλαιοῖς ἔκειτο, καὶ μάλιστα τοῖς Λάκωσι. οἳ καὶ ἄταφον ἐρρίπτουν τὸν ὀπισθότρωτον. *Vult enim belli dux, si quis etiam vulneretur, eum in pectore vulnus accipere; non autem quanta possit fugere celeritate, atque hostibus terga dare. etenim omnino turpe id antiquis censebatur, & Laconibus inprimis: qui in tergo vulneratum etiam abjiciebant insepultum.* Itaque sepulcris suis & leonem, fortitudinis insigne, imponebant: idque ab Herculis usque tempore, & quamobrem factitatum, refert Ptolemæus Hephæstionis, *Nov. Hist.* lib. II. Ἡρακλῆς, ἀποβρωθέντος αὐτῷ τῶν δακτύλων ἑνὸς ὑπὸ τοῦ Νεμεαίου

A λέοντος, ἐννεαδάκτυλος γέγονε. καὶ ἔστι τάφος τοῦ ἐκκεκομμένου δακτύλου. λέοντα δ' ἔστιν ἰδεῖν τῷ τοῦ δακτύλου τάφῳ ἐφεστῶτα λίθινον ἐν Λακεδαίμονι, σύμβολον τῆς τοῦ Ἡρακλέους ἀλκῆς. ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τοῖς ἄλλων τάφοις λιθίνους ἐφεστῶσι λέοντας. *Hercules, cum digitum ipsi unum leo Nemeæus devorasset, novem tantum digitos habuit. estque etiam digiti exsecti tumulus. leonem vero lapideum, digiti sepulcro impositum, est videre Lacedæmone, roboris Herculei signum. & ex eo aliorum itidem sepulcris lapideum leonem imponunt.* Itaque Leonidæ tumulo, qui tam fortiter pugnando ad Thermopylas occubuerat, leo impositus, usitato Laconum more, memoratur ab Hero-
B doto, *lib.* VII. Ὁ δὲ κολωνὸς οὗτός ἐστι ἐν τῇ ἐσόδῳ, ὅκου νῦν ὁ λίθινος λέων ἕστηκε ἐπὶ Λεωνίδῃ. *Est autem tumulus in ingressu, ubi nunc lapideus leo, Leonidæ sepulcro impositus.* Et huc pertinet, quod nec spolia, hostibus a profligatis reportata, diis suis dedicabant. Rem, & causam, discimus ex Cleomenis isto apophthegmate, quod Plutarcho memoratur, in *Apophthegm. Lac.* Πυνθανομένου δέ τινος αὐτοῦ, διὰ τί Σπαρτιᾶται τοῖς θεοῖς οὐκ ἀνατιθέασι τὰ ἀπὸ τῶν πολεμίων σκῦλα, ὅτι, ἔφη (ὁ Κλεομένης) ἀπὸ δειλῶν ἐστι. τὰ γοῦν ἀπὸ τῶν κεκτημένων διὰ δειλίαν θηραθέντα, οὔτε τοὺς νέους ὁρᾶν καλὸν, οὔτε τοῖς θεοῖς ἀνατεθῆναι. *In-*
C *terroganti, cur Spartani capta ex hostibus spolia non dedicarent diis, quia, inquit (Cleomenes) sunt de timidis. ea vero, quæ a captis per ignaviam reportata, nec videre juvenes pulcrum est, neque diis consecrari.* Quin &, neque capere ea, nisi hoste profligato, licitum erat: ac trecenti in id viri constituti, quorum illud munus esset, uti sedulo observarent, si edictum quispiam transgrederetur. Docet illud nos Eustathius, ubi Græcos idem facere Nestor vetat, *Iliad.* ζ. Τοῦτο δέ, φασι, καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐνομοθέτησαν ὕστερον· τριακοσίους ἄνδρας τεταχότες, φύλακας τοῦ τοιούτου θεσπίσματος. *Hoc vero, ajunt, & Lacedæmonii postea lege lata caverunt; constitutis*
D *trecentis viris, qui edictum istiusmodi observarent.* Profligato vero hoste, domum reversi, dux, deposito imperio, si astu vicisset, bovem immolabat; si pugna, gallum gallinaceum. Plutarchus, in *Vita Marcelli.* Θύει ἐν Σπάρτῃ τῶν ἀποστρατήγων ὁ μὲν, δι' ἀπάτης, ἢ πειθοῦς, ὃ βούλεται διαπραξάμενος, βοῦν· ὁ δὲ διὰ μάχης, ἀλεκτρυόνα. *Spartæ dux, deposito imperio, si astu, aut suada, rem perfecisset, bovem immolabat; si acie, gallum gallinaceum.* Factum autem id sacrum Marti. Idem docet, in *Lac. Instit.* Ὁ ταν στρατηγήματι τοὺς πολεμίους νικήσωσι, βοῦν τῷ Ἄρει θύουσιν. ὅταν δ' ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἀλεκτρυόνα. *Cum strategemate hostem vicissent, bovem Marti immolant;*
E *cum aperte, gallum.* Ac de gallo, meminit in *Agesilao.* Σύνηθες ἡγοῦντο, καὶ προσῆκον ἔργον αὐτοῖς εἶναι, τὸ νικᾶν τοὺς πολεμίους, ὥστε μή τι θύειν τοῖς θεοῖς, πλὴν ἀλεκτρυόνα νικητήριον. *Consuetum censebant, & competens ipsis opus, vincere hostes, ut nec diis immolarent, nisi gallum, in victoriæ testimonium.* Sed nunc arma, quibus gloriose usi, singillatim exponamus.

GALEA, ipsorum inventum. Plinius, *lib.* VII. *cap.* LVI. *Galeam, gladium, hastam,* (*invenere*) *Lacedæmonii.* Intelligo autem, propriam illorum quandam hanc fuisse; sicut hastam, gla-

diumque, ut mox dicam: uti ſuam quoque habebant Bœoti, Corinthii, & Paphlagones. Ac Bœotiæ quidem galeæ, ut hoc obiter nunc dicam, meminit Pollux, *lib.* I. *cap.* X. *ſect.* XIII. Εὐδόκιμα δὲ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτουργές. *Laudantur vero, lorica Attica, galea Bœotica.* Theophraſtus, *Hiſt. Plant.* lib. III. cap. X. Παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. *Simile maxime galeis Bœoticis.* Ælianus, de Xenophonte, *Var. Hiſt.* lib. III. cap. XXIV. Λέγεται οὖν ὁ τοῦ Γρύλλου τὴν μὲν ἀσπίδα, Ἀργολικὴν ἔχειν· τὸν δὲ θώρακα, Ἀττικόν· τὸ δὲ κράνος, Βοιωτουργές. *Dicitur itaque Grylli filius clypeum quidem, Argolicum habere; loricam vero, Atticam; at galeam, Bœoticam.* Corinthiacæ, apud Herodotum eſt mentio, *lib.* IV. Κυνῇ τε Κορινθίῃ, καὶ πανοπλίῃ Ἑλληνικῇ. *Galeaque Corinthia, & armatura Græcanica.* Paphlagonicam, memorat Xenophon, *De exped. Cyri*, lib. V. Λόγχας ἔχοντες, καὶ κνημίδας, καὶ κράνη Παφλαγονικά. *Habentes haſtas, & tibialia, & galeas Paphlagonicas.* Apud Lacedæmonios vero, ut ad illos nunc revertar, galeam in bello amittere, aut loricam, minime ignominioſum cenſebatur; ſcutum, maxime. Patet ex Demarati quodam apophthegmate, quod refertur a Plutarcho, in *Lac. Apophthegm.* Ἐρωτήσαντος δέ τινος, διὰ τί τοὺς μὲν τὰς ἀσπίδας παρ' αὐτοῖς ἀποβαλόντας ἀτιμῶσι, τοὺς δὲ τὰ κράνη, καὶ τοὺς θώρακας, οὐκ ἔτι. Ὅτι, ἔφη, ταῦτα μὲν, χάριν ἑαυτῶν παρατίθενται· τὴν δὲ ἀσπίδα, τῆς κοινῆς τάξεως ἕνεκα. *Percunctato autem quodam, quare apud ipſos, qui clypeos abjicerent, ignominia notarent; eos vero, qui galeas, aut loricas, non item; Quia inquit, iſtas quidem, ſua ipſi cauſa geſtant, clypeum vero, ordinis communis gratia.*

Uti vero galea Lacedæmoniis propria excogitata, ita GLADIUS: & is brevis, velut pugio. Ac brevitatem oſtendit Plutarchus, in *Licurgo.* Σκώπτοντος Ἀττικοῦ τινος τὰς Λακωνικὰς μαχαίρας, εἰς τὴν μικρότητα. *Cum Athenienſis quidam Laconicos gladios derideret, propter brevitatem.* Quod iterum refert inter Agidis apophthegmata, in *Lac. Apophthegm.* dicitque, eum Athenienſem fuiſſe Demadem. Δημάδου λέγοντος, ὅτι τὰ Λακωνικὰ ξίφη, διὰ μικρότητα, καταπίνουσιν οἱ θαυμασοποιοί. *Demade dicente, Laconicos gladios, quia parvi eſſent, devorare præſtigiatores.* Idem rurſum, in *Dione.* Ὑπὸ Λεπτίνου, καὶ Πολυπέρχοντος, ἀνῃρέθη, χρησαμένων ξιφιδίῳ κατὰ τύχην. ᾧ καὶ Δίωνα πληγῆναι φασίν. ἐγνώσθη δὲ τῷ μεγέθει. βραχὺ γὰρ ἦν, ὥσπερ τὰ Λακωνικά. *A Leptine, & Polyperchonte, occiſus fuit, eodem forte gladio uſis, quo percuſſum Dionem ferunt. nam ex magnitudine agnoſcebatur. etenim brevis erat, velut Laconici.* Erant autem Laconici gladii tanquam pugiones quidam. Apparet illud ex Plutarcho, in *Lycurgo*: ubi Agis, deridenti gladios Laconicos Athenienſi, ob brevitatem, ſic reſpondet. Ἡμεῖς ἐφικνούμεθα τοῖς ἐγχειριδίοις τῶν πολεμίων. *Nos his pugionibus hoſtes attingimus.* Et mox iterum. Τῶν νέων οἱ ἄρχοντες διὰ χρόνου τοὺς μάλιστα νοῦν ἔχειν δοκοῦντας εἰς τὴν χώραν ἄλλως ἐξέπεμπον, ἔχοντας ἐγχειρίδια, καὶ τροφὴν ἀναγκαίαν. *Qui inter juvenes maxime ſolertes eſſe viderentur, eos præfecti per regionem emittebant, habentes pugiones, & cibaria neceſſaria.* Et hi maxime laudati, Pollux, *lib.* I. *cap.* X. *ſect.* XIII. Εὐδόκιμα δὲ, θώραξ Ἀττικουργὴς, κράνος Βοιωτουργὲς, πῖλος, καὶ ἐγχειρίδιον, Λακωνικά. *Laudantur vero, lorica Attica, galea Bœotica, pileus, & pugio, Laconici.* Dicebatur vero is gladius Lacedæmoniis Ξυήλη. Xenophon, *De exped. Cyri*, lib. IV. Εἶχον δὲ καὶ κνημίδας, καὶ κράνη, καὶ παρὰ τὴν ζώνην μαχαίριον, ὅσον ξυήλην Λακωνικήν. *Habebant vero etiam tibiarum tegumenta, & galeas, & ad cingulum gladiolum, inſtar xyelæ Laconicæ.* Et poſtea, ſub finem *libri.* Εἵλοντο δὲ Δρακόντιον Σπαρτιάτην, ὃς ἔφυγε παῖς ὢν οἴκοθεν, παῖδα ἄκων κατακτανὼν, ξυήλῃ

A πατάξας. *Ceperunt vero Dracontium Spartanum, qui puer adbuc domo profugerat, cum imprudenter puerum interfeciſſet, xyela percuſſum.* Erat inſuper incurvus, inſtar falcis. Colligere licet ex Polluce, qui falcatis armis accenſet, *lib.* I. *cap.* X. *ſect.* VI. Δρεπάνη, δορυδρέπανον, πέλεκυς ἀμφίστομος, ἑτερόστομος. τάχα δ' ἂν προσθείη τις τούτοις καὶ τὴν ξυήλην τὴν Λακωνικήν. *Falx, haſta falcata, bipennis, ſecuris. ac fortaſſe quiſpiam adjungat iſtis etiam xyelam Laconicam.* Nam omnino etiam ſcribendum cenſeo, ξυήλην, ut Auctores alii conſtanter habent, non ξυίνην. Falcatum autem fuiſſe, clare dicit Heſychius. Ξυήλη, ξυάλη. ἔστι δὲ καὶ ξιφί-
B διον, ὅ τινες δρέπανον λέγουσιν. *Xyele, xyale: eſt vero etiam gladiolus quem nonnulli falcem dicunt.* Atticis, Κνῆστις dicebatur. Suidas. Ξυήλην, ἣν ξυάλην λέγομεν. Ἀττικοὶ κνῆστιν, Λάκωνες δὲ ξυήλην λέγουσι. *Xyela, quam xyalam dicimus. Attici cneſtin, Lacones vero xyelam dicunt.* Euſtathius generaliter Dorienſibus adſcribit, inter quos Lacones primi, *ad Iliad.* λ'. Ἡ Ἀττικῶς κνῆστις, ξυήλη ἐλέγετο Δωρικῶς. *Quæ Attice cneſtis, Dorice xyela dicitur.* Cur tam breves autem gladios facerent Lacedæmonii, ratio redditur in Antalcidæ reſponſo: quod Plutarcho memoratur, in *Apophthegm. Lac.*
C Πρὸς δὲ τὸν ἐπιζητοῦντα, ὅτι ἐγχειριδίοις βραχέσι κατὰ πόλεμον χρῶνται Λακεδαιμόνιοι, διότι, εἶπεν (ὁ Ἀνταλκίδας,) πλησίον τοῖς πολεμίοις μαχόμεθα. *Interroganti, cur in bello pugionibus brevibus Lacedæmonii uterentur; quia, inquit (Antalcidas,) cominus cum hoſtibus pugnamus.*

CAP. II.

Haſta, itidem ab his inventa: & peculiaris quoque. Hac fortiſſime pugnarunt: ac de ea Ageſilai, Archidamique, & Alcidamantis, apophthegmata.
D *Epigrammatis locus illuſtratus. Symbolum quaſi gentis quoddam: puerisque, ſimul atque nati eſſent, juxta clypeum apponebatur. A Cleomene abrogata, & ſariſſa ſubſtituta. Clypeus quoque eorum inventum, idque ubi. Et inſculpta litera* Λ. *Quomodo geſtari ſolitus: & mutatio a Cleomene. Fæminæ in clypeo enitebantur, & in eo filium natum collocabant, cum acclamatione quadam. Matres etiam, ituris ad bellum filiis clypeum dabant; & addebant eadem verba, quæ dediſſent recens poſitis in clypeo. Gorgona, Leonidæ uxor: eique dictum hoc tributum. Lex, quæ jubebat, ut in acie caderent potius, quam captivos ſeſe dederent. A-*
E *cies Laconica. Cohors,* Πιτανάτης *dicta, quæ non fuit. Dionis Chryſoſtomi memoriæ lapſus indicatus. Eodem nomine cohors quædam Antonini Caracallæ, ſicut & Spartana phalanx. Carmina Tyrtæi, data lege, juſſis in tentorium regis ante pugnam convenire, recitata; ac de iis emendatus Ampelii locus: ipſam vero pugnam inibant ad tibiæ cantum. quin in expeditionibus, in conviviis, cum pæanes canerentur, conſtitutum, ut Tyrtæi quiſque verſus decantaret, præmiumque a Polemarcho judice victor carnem acciperet: idque quando, & quamobrem, inſtitutum. In acie, juxta regem poſiti, pugnabant qui certamine coronario viciſſent. Duellum,* ἡ ἀπ'
F ἄκρας μάχη,

NUNC de haſta eſt dicendum; quam ſimiliter, uti galeam, gladiumque, invenere, ut apparet ex citatis capite ſuperiori verbis Plinii. Sed & hæc peculiaris plane erat. ſicut galea, gladiuſque. at omnino, qualis fuerit difficillimum explicari. Illud conſtat, quod fortiſſime hac pugnaverint: & exemplum eſt in Iſada, apud Plutarchum, in *Ageſilai Vita.* Γυμνὸς δὲ ὅπλων τῶν σκεπόντων,

καὶ

καὶ ἱματίων, λίπα χρισάμενος τὸ σῶμα, καὶ τῇ μὲν ἔχων χειρὶ λόγχην, τῇ δὲ ξίφος, ἐξήλατο τῆς οἰκίας, καὶ διὰ μέσων τῶν μαχομένων ὠσάμενος, ἐν τοῖς πολεμίοις ἀνεστρέφετο, παίων τὸν προστυχόντα, καὶ καταβάλλων. ἐτρώθη δὲ ὑπ' οὐδενός. *Nudus autem tum armis, quæ tegerent, tum vestibus, cum unxisset corpus oleo, una manu hastam, altera gladium tenens, ex ædibus prosiliit, & in medios pugnantes se conjecit: obvium quenque feriens, & prosternens; nec a quoque vulneratus ipse fuit.* Et huc pertinent apophthegmata: unum quidem, Agesilai; alterum, Archidami; tertium, Alcidamantis. quæ Plutarcho memorantur, in *Apophthegm. Lac.* Et Agesilai quidem, hunc in modum sese habet. Ερωτηθεὶς δέ ποτε, ἄχρι τίνος εἰσὶν οἱ τῆς Λακωνικῆς ὅροι· τὸ δόρυ κραδάνας, εἶπεν, Αχρις οὗ τοῦτο φθάνοι. *Interrogatus autem aliquando, quousque se Laconicæ extenderent fines; hastam vibrans, quo hæc, inquit, pertinget.* Et Archidami, est tale. Ερωτηθεὶς δὲ, πόσης χώρας κρατοῦσι Σπαρτιᾶται, ὅσης ἂν, ἔφη, τῷ δόρατι ἐφίκωνται. *Cum interrogatus esset, quantam Spartani regionem possiderent; quantam, inquit, hasta attigerint.* Deinde Alcidamantis, istud erat. Ελεγε δὲ οὗτος, τείχη εἶναι τῆς Σπάρτης, τοὺς νέους· ὅρια δὲ, τὰς ἐπιδορατίδας. *Hic autem dicebat: muros Spartæ, juvenes esse; fines vero, hastarum cuspides.* Inde Sparta Δορυστέφανος, *hasta coronata*, dicitur, in *Epigrammate*, ab Auctore quodam incerto: quod Spartani, hasta fortiter pugnando, inter cæteros eminerent; & coronam, fortitudinis suæ præmium, mererentur. Exstat apud Diogenem Laertium, in *Chilone*, lib. I.

Τὸν δὲ δορυστέφανος Σπάρτα Χείλων' ἐφύτευσεν,
Ος τῶν ἑπτὰ σοφῶν πρῶτος ἔφυ σοφίῃ.
Hasta coronata Sparta Chilonem genuit,
Qui inter septem sapientes primus fuit sapientia.

Hinc Gregorii item Nazianzeni dictum, *Epist.* CXXXIX. Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, ὦμος τοὺς Πελοπίδας. *Spartanos hasta notos facit, humerus Pelopidas.* Procopius, in *Epist. ad Musæum*. Αλλοις μὲν γὰρ ἄλλος μέγα φρονεῖ. ὁ Λυδὸς χρυσῷ, ὁ Σπαρτιάτης τῷ δόρατι, χορδαῖς Αρίων. *Alius enim rebus aliis gloriatur: Lydus auro, Spartanus hasta, Arion fidibus.* Et symbolum quasi Spartanorum ea erat. Julianus, *Orat.* II. Λόγχη δὲ λέγεται περὶ τὴν Βοιωτίαν τοῖς Σπαρτιάταις ἐντυπωθῆναι, παρὰ τῆς τεκούσης, καὶ θρεψαμένης αὐτὴν, βώλου. καὶ τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ πολὺ διασωθῆναι τοῦτο τῷ γένει σύμβολον. *In Bœotia vero dicitur, hasta Spartanis impressa esse a parente, & nutrice gleba: idque inde longo tempore huic genti symbolum permansisse.* Pertinetque eo etiam, quod in clypeo pueri, ut nati essent, ponerentur, ominis causa, & apponeretur hasta, velut fortitudinis symbolum. Docet nos Thucydidis id Scholiastes, de Lacedæmoniis loquens, *lib.* II. Εὐθὺς, ὡς ἐτίκτετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεσαν αὐτὸ, καὶ δόρυ πλησίον. *Statim, ut nascebatur puer, in clypeo collocabatur, & juxta hasta.* Cleomenes, hasta abrogata, sarissa ipsos ejus loco uti voluit. Plut. in *ejus Vita* Διδάξας αὐτοὺς ἀντὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δι' ἀμφοτέρων. *Cum docuisset ipsos hastæ loco sarissa uti ambabus manibus.* Permansitque ab illo tempore ejus usus: & est observare etiam sub Machanida tyranno, apud Polybium, *lib.* XI. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι, χωρὶς παραγγέλματος, ἐπαρθέντες ταῖς διανοίαις ἐπὶ τῷ τῶν ξένων προτερήματι, καταβαλόντες τὰς σαρίσσας, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. *Lacedæmonii vero victoria mercenariorum suorum inflati, sine mandato, sarissas inclinantes, impetum in hostes faciunt.*

Restat nunc dicendus CLYPEUS. Sed & hic peculiaris certe fuerit, sicut ab iisdem inventus, uti galea, gladius, hasta; quod abunde jam exposui. Invenire autem sibi in Pieriæ quodam vico, qui & Σάκος, sive *Clypeus*, ea ex re appellatus. Stephanus. A Σάκος, κώμη τῆς ἐν Λακεδαίμονι Πιερίας. ἀπὸ τοῦ ὅπλου, ὅτι αὐτοὶ τοῦτο εὕραντο. *Sacus vicus Pieriæ, quæ est Laconicæ: ab eo armaturæ genere, quia ipsi id invenerunt.* Insculptam autem huic habebant literam Λ, regionis suæ primam, ut dignosci inde possent. Eustathius, *ad Iliad.* β'. Ιστορεῖται δὲ, ὅτι Λακεδαιμόνιον λάμβδα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσιν αὐτῶν εἰς παράσημον ἔγραφον, ἐκ τοῦ κατάρχοντος στοιχείου χαρακτηρίζοντες ἑαυτούς. *Fertur autem, quod Lacedæmonii in clypeis suis, ceu insigne, lambda pingebant, nominis initiali litera se ipsos denotantes.* Atque hæc sunt illa signa, in clypeis Laconica, de quibus Pausanias, in *Messenicis*. B Τῶν δὲ Μεσσηνίων λογάδες χίλιοι φθάνουσιν ἀφικόμενοι πρὸς τὴν Ηλιν, σημεῖα ἐπὶ ταῖς ἀσπίσι Λακωνικὰ ἔχοντες. *Ex Messeniis vero mille selecti raptim Elidem veniunt, signa in clypeis Laconica habentes.* Hinc cum antea e collo gestarent, loco fibula substricto, instituit Cleomenes, uti ansam intrinsecus facerent, & per hanc insererent sinistrum brachium. Hoc est, quod Plutarchus dicit, in *ejus Vita*. Διδάξας αὐτοὺς ἀντὶ δόρατος χρῆσθαι σαρίσσῃ δι' ἀμφοτέρων, καὶ τὴν ἀσπίδα φορεῖν δι' ὀχάνης, μὴ διὰ πόρπακος. *Cum docuisset ipsos hastæ loco sarissa uti ambabus manibus, & clypeum ex ansa, non ex substricto fibula loro.* Illud quoque per occasionem istam C commode monendum censeo, fœminas Laconicas, quæ nil magis exoptabant liberorum fortitudine, ominis captandi causa, clypeo parturientes insedisse, ut in eo eniterentur. Nonnus, *Dionisiac.* lib. XLI.

—— Λακωνίδες οἷα γυναῖκες
Υἱέας ὠδίνουσιν ἐπ' εὐκύκλοιο βοείης.
—— *ut Laconicæ mulieres*
Filios pariunt in rotundo e bovis tergore clypeo.

Atque, cum enixæ essent, filium, quem peperissent, mox in clypeo collocabant; acclamantes, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. Scholiastes Thucydidis, *lib.* II. D Απὸ μικρᾶς ἡλικίας (οἱ Λακεδαιμόνιοι) εἰς τὰ πολέμια ηὐτρεπίζοντο. καὶ εὐθὺς, ὡς ἐτίκτετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεσαν αὐτὸ, καὶ δόρυ πλησίον· καὶ ἐπεβόων, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. τοῦτ' ἔστιν, ἢ ταύτα σῶσον, ἢ μετ' αὐτῶν ἀναιρέθητι. *A tenera ætate (Lacedæmoni) ad res bellicas instruebantur. & confestim, simul natus esset puer, in clipeo eum collocabant, & hastam juxta. tum acclamabant: Aut hunc, aut in hoc. id est, aut hæc serva, aut cum istis interficitor.* Postquam vero adolevissent, & ad bellum aliquod ituri essent clypeum itidem filiis tradebant matres, & iisdem illos verbis admonebant, uti fortiter se gererent. E Sextus Empiricus *Pyrrh. Hypotyp* lib. III. cap. XXIV. Καὶ ἡ τὴν ἀσπίδα τῷ παιδὶ ἐπὶ πόλεμον ἐξιόντι διδοῦσα Λάκαινα, Σὺ ἔφη, τέκνον, ἢ ταύτην, ἢ ἐπὶ ταύτην. *Et Lacæna illa mulier, cum in bellum exeunti filio clypeum daret, Tu, inquit, fili, aut hunc, aut in hoc.* Aristænetus, *lib.* II. *epist.* XVII. Τὴν ἀνδρίαν μιμήσομαι τῶν Λακώνων. παρ' ἐκείνοις γὰρ αἱ μητέρες πρὸς τοὺς παῖδας ἔφασκον· ἢ ταύτην, ἢ ἐπὶ ταύτῃ. *Fortitudinem imitabor Laconum. apud illos enim filiis dicebant matres; Aut hunc, aut in hoc.* Ausonius, *Epigramm.* XXIV.

Mater Lacæna, clypeo obarmans filium,
Cum boc, inquit, aut in boc, redi.

F Aristoteles, in *Chriis*, dictum id Gorgonæ tribuit Leonidæ uxori: ut ex eo Stobæus refert, *Serm.* VII. Γοργόνη Λακεδαιμονία, Λεωνίδου γυνὴ, τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ἐπὶ στρατείαν πορευομένου, τὴν ἀσπίδα ἐπιδιδοῦσα, εἶπεν, ἢ ταύταν, ἢ ἐπὶ ταύταν. *Georgona Lacedæmonia, Leonidæ uxor, filio, in bellum eunti, clypeum tradens, inquiebat; Aut hunc, aut in hoc.* In hanc rem, Libanii est iste locus, in *Antiochica*. Εμειναν, ἐχόμενοι τῆς πατρίδος, ἀκριβέστερον ἢ Λακεδαιμόνιοι τῶν ἀσπίδων. *Remanserunt, patriam majore cura retinentes,*

quam Lacedæmonii clypeos. Et huc pertinet, quod in acie potius occumbere lege jubebantur, quam se dedere. Scholiastes Thucydidis. *lib.* II. Βέλτιόν ἐστι πεσεῖν, ἢ αἰχμαλώτους ληφθῆναι, ὡς νόμος Λακεδαιμονίοις. *Præstat cadere, quam captivum abduci, ut est lex Lacedæmoniis.*

Post Laconicam armaturam, etiam dicenda est ACIES: quæ præ cæteris celebratur. Suidas. Λακωνικὴ τάξις, ἣ κατὰ τοὺς ἄνω πολέμους ἀρίστη τῶν πρόσθεν γενέσθαι δοκεῖ. *Laconicæ aciei ordinatio, quæ in superiorum temporum bellis, inter eas quæ prius fuerunt, optima fuisse videtur.* Hesychius innuit magis, quam dicit. Λάκων, εἶδος παρὰ τακτικοῖς. *Lacon, genus quoddam apud eos qui de aciebus ordinandis scripserunt*. Est sine dubio locus mutilus. In ea, duces isti erant: rex, polemarchus, lochagus, pentecont▪ter, enomotarcha. Elegans in hanc rem est Thucydidis locus, ubi de Lacedæmoniorum exercitu illi sermo, *lib*.v. Βασιλέως γὰρ ἄγοντος, ὑπ' ἐκείνου πάντα ἄρχεται. καὶ τοῖς μὲν πολεμάρχοις, αὐτὸς φράζει τὸ δέον· οἱ δὲ, τοῖς λοχαγοῖς. ἐκεῖνοι δὲ τοῖς πεντηκοντατῆρσιν· αὖθις δ' οὗτοι, τοῖς ἐνωμοτάρχαις. *Quum enim rex exercitum ducit, cuncta ejus imperio subsunt: ac, quæ fieri oporteat, ille polemarchis dicit; hi, lochagis; isti, pentecontateribus; ipsi vero, enomotarchis*. Ad quem locum Scholiastes. Ορα τὴν τάξιν τῆς ἀρχῆς. πρῶτος, βασιλεύς. δεύτερος, πολέμαρχος. τρίτος, λοχαγός. τέταρτος, πεντηκοντήρ. πέμπτος, ἐνωμοτάρχης. *Vide ordinem principatus. primus, rex; secundus, polemarchus; tertius, lochagus; quartus, penteconter; quintus, enomotarcha*. Ubi observa, quod πεντηκοντὴρ dicatur, qui Thucydidi πεντηκοντατὴρ, Xenophonti πεντηκοστὴρ appellatur, lib. *De rep. Lacedæm.* Partes vero aciei, idem *ibi* sic describit. Λόχοι μὲν γὰρ ἐμάχοντο ἑπτὰ, ἄνευ Σκιριτῶν, ὄντων ἑξακοσίων. ἐν δὲ ἑκάστῳ λόχῳ, πεντηκοστύες ἦσαν τέσσαρες. καὶ ἐν τῇ πεντηκοστύι, ἐνωμοτίαι τέσσαρες· τῆς τε ἐνωμοτίας, ἐμάχοντο ἐν τῷ πρώτῳ ζυγῷ τέσσαρες. ἐπὶ δὲ βάθος, ἐτάξαντο μὲν οὖν οὐ πάντες ὁμοίως, ἀλλ' ὡς λοχαγὸς ἕκαστος ἐβούλετο. ἐπίπαν δὲ κατέστησαν ἐπὶ ὀκτώ. *Quippe lochi quidem pugnabant septem, præter sciritas, qui erant sexcenti. in unoquoque vero locho, pentecostyes erant quatuor: ac pentecostys, habebat enomotias quatuor. & enomotiæ quidem in prima parte, quaterni pugnabant: densitas autem, non ubique eadem erat, sed ut lochagus volebat: erant vero omnino octoni collocati*. Ubi ista Scholiastes nobis tradit. Η πεντηκοστὺς, συνίσταται ἀπὸ ἀνδρῶν ἑκατὸν εἰκοσιοκτώ. ὁ δὲ λόχος, τούτων τετραπλασίων, γίνεται ἀνδρῶν πεντακοσίων καὶ δυοκαίδεκα· οἱ δὲ ἑπτὰ λόχοι, ἄνδρες τρισχίλιοι πεντακόσιοι ὀγδοηκοντατέσσαρες. ὥστε μετὰ τῶν ἑξακοσίων Σκιριτῶν γίνονται ἄνδρες οἱ πάντες Λακεδαιμονίων, τετρακισχίλιοι ἑκατὸν ὀγδοηκοντατέσσαρες. ἡ γὰρ πεντηκοστὺς, ἑκκαίδεκα εἶχε τοὺς πρωτοστάτας. ὁ δὲ λόχος, ἑξηκοντατέσσαρας. οἱ δὲ ἑπτὰ λόχοι, γίνονται τετρακόσιοι τεσσαρακονταοκτώ. *Pentecostys, constituitur ex viris centum viginti octo. lochus vero, quadruplo major, est virorum quingentorum & duodecim. septem autem lochi, continent viros ter mille quingentos octogintaquatuor: ita ut, adjunctis sexcentis sciritis, viri Lacedæmonii sint universim quater mille centum octoginta quatuor. nam pentecostys, antesignanos habebat sedecim; lochus vero, sexaginta quatuor. septem autem lochi, fiunt quadraginta octo*. Ac mox. Εχει ἕκαστος λόχος πεντηκοστύας τέσσαρας, καὶ γίνονται τῶν ἑπτὰ λόχων πεντηκοστύες εἰκοσιοκτώ. ἔχει δὲ ἑκάστη πεντηκοστὺς ἐνωμοτίας τέσσαρας, καὶ γίνονται τῶν ἑπτὰ λόχων ἐνωμοτίαι ἑκατὸν καὶ δώδεκα. ἔχει ἑκάστη ἐνωμοτία ἄνδρας τριάκοντα δύο. ὡς γίνεσθαι τοῦ παντὸς στρατοῦ, ἄνδρας τρισχιλίους πεντακοσίους ὀγδοηκοντατέσσαρας. *Habet unusquisque lochus pentecostyas quatuor, fiuntque septem lochorum pentecostyes vigintiocto. pentecostys vero quæque habet enomotias quatuor, fiuntque septem lochorum enomotiæ centum duodecim. habent singulæ enomotiæ viros triginta duos. ut exercitus universus habeat viros ter mille quingentos octoginta quatuor*. De perfectione vero universim aciei, ita Xenophon, lib. *De rep. Lacedæm.* Εἰσι μὲν γὰρ ἐν τῇ Λακωνικῇ τάξει οἱ πρωτοστάται ἄρχοντες, καὶ ὁ στίχος ἕκαστος πάντ' ἔχων, ὅσα δεῖ παρέχεσθαι. *Etenim in acie Laconica præfecti loco principe consistunt: & ordo quisque habet omnia, quæ oportet exhiberi*. Etiam peculiarem evolvendæ aciei modum habebant. Suidas. Εξελιγμῶν ἰδέαι διτταί· ἡ μὲν, κατὰ λόχους· ἡ δὲ, κατὰ ζυγά. εἴδη δὲ ἑκατέρου αὐτῶν, τρία. καλεῖται γὰρ ὁ μὲν, Μακεδών. ὁ δὲ, Λάκων· ὁ δὲ, Χόρειος. *Evolutionum duo sunt genera: unum quidem, per manipulos; alterum vero, per juga. & horum utriusque, tres sunt species: quarum una, Macedonica; altera, Laconica; tertia autem, Choria dicitur*. Quæ transscripta esse moneo ex Æliano, *Tact.* cap. XXVI. qui videndus etiam capite insequenti XXVII. Quod exercitus distributionem attinet, agit quoque de ea Cragius, *lib.*IV. *cap.*IV. Et in partem de mora, ac locho, ego multo plura dixi, *Lectionum Atticarum* lib. I. cap. XVI. Ibi docui, inter cætera, λόχον quidem Πιτανάτην, quem dicebant, nullum unquam exstitisse: quibus addo, quod Thucydidis locum attinet, ex quo probo, non fuisse; ac labi memoria Dionem Chrysostomum; qui, respiciens hunc ipsum, ait, eum hæc dixisse de cohorte, quam Σκιρίτην appellabant. Ecce verba, in Orat. XI. quæ est *De non capto Ilio*. Οπότε τὸν Σκιρίτην μὲν λόχον ὀνομάζουσι Λακεδαιμονίων, μηδεπώποτε γενόμενον, ὥς φησι Θουκυδίδης. *Quando & cohortem Sciritem Lacedæmoniorum nominant, qui nunquam fuit, uti auctor est Thucydides*. Multo vero tempore post, cohortem etiam Pitanaten instituit Romæ Antonin. Caracalla. Herodianus, in *ejus rebus*, lib. IV. Από τε Σπάρτης μεταπεμψάμενος νεανίας, Λακωνικὸν, καὶ Πιτανάτην, ἐκάλει λόχον. *Et accitos Sparta juvenes, Laconicam, ac Pitanaten, cohortem vocabat*.

Quin PHALANGEM, ut Macedones, habuerunt: cujus Cragius non meminit. Cornelius Nepos, in *Pelopida*: *In Leuctrica pugna, imperatore Epamonida, hic fuit dux delectæ manus, quæ prima phalangem prostravit Laconum*. Diodorus Siculus, *lib.* XV. Οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις ἐπῆγον, μηνοειδὲς τὸ σχῆμα τῆς φάλαγγος πεποιηκότες. *Lacedæmonii quidem utroque cornu adducebant, phalange in lunæ speciem formata*. Et Antoninus Caracalla, de quo dixi, ut cohortem Pitanaten, quod jam dixi, sic phalangem etiam Laconicam habuit, pariter ac Macedonicam. Herodianus postea dicit, *lib. citato*. Εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου τιμὴν φάλαγγα βούλεσθαι συστήσασθαι, ὥσπερ Μακεδονικὴν, καὶ Σπαρτιάτιν, οὕτω καὶ τοῦ ἥρωος ἐπωνύμου. *Velle affirmans, in honorem Alexandri, ut phalangem Macedonicam, & Spartanam, ita quoque de herois cognomento, constituere*. Illud denique hic addendum: ante pugnam, lege in rem istam lata, in tentorium regis sui convocatos, carmina Tyrtæi prius, illic ipsis recitata, audivisse: quibus ad pugnandum fortiter animi incenderentur. Lycurgus, in Oratione *adversus Leocratem*. Καὶ, περὶ τοὺς ἄλλους ποιητὰς οὐδένα λόγον ἔχοντες (οἱ Λακεδαιμόνιοι, περὶ τούτου (τοῦ Τυρταίου) οὕτω σφόδρα ἐσπουδάκασιν, ὥστε νόμον ἔθεντο, ὅταν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐκστρατευόμενοί εἰσι, καλεῖν ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλέως σκηνὴν, ἀκουσομένους τῶν Τυρταίου ποιημάτων ἅπαντας. νομίζοντες, οὕτως ἂν αὐτοὺς μάλιστα πρὸ τῆς πατρίδος ἐθέλειν ἀποθνήσκειν. *Atque, aliorum quidem poetarum rationem nullam habentes (Lacedæm.) hunc (Tyrtæum) tanti fecerunt, ut legem tulerint, qua eductos in expeditionem milites convenire armatos in tentorium regis jussere, ad audienda Tyrtæi poemata; arbitrati, ita demum hos libentius pro salute patriæ suæ morituros*. Ac mox Elegiam addit, recitari illic solitam: quam

videre, si quis volet, ibi poterit. Meminit etiam Dion Chrysostomus, *Orat.* II. & XXXVI. ac Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. I. cap. XXVI. De Tyrtæo autem, notum est; eum, bello cum Messeniis, missum auxilio ab Atheniensibus, sic carminibus animos militum accendisse, ut, fortissime pugnantes, mox victoriam reportarent. Corruptissimus ea de re est Ampelius, & per hanc occasionem emendandus, ubi de regibus Lacedæmoniorum agit, in *Libro Memoriali*: *Tertiusque Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, pæanum cantu, militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoria consummarent*. Initio scribendum omnino, *Tyrtæusque bello Messenio*. deinde, *per ludibrium missus, poemate suo ita militum a. c.* Et in bellis, cum convivia instituerent, ac pæanas item canerent, versibus Tyrtæi id factum: & victori præmium a polemarcho data caro. Athenæus, *lib.* XIV. Φιλόχορος δέ φησι, κρατήσαντας Λακεδαιμονίους Μεσσηνίων, διὰ τὴν Τυρταίου στρατηγίαν, ἐν ταῖς στρατείαις ἔθος ποιήσασθαι, ἂν δειπνοποιήσωνται, καὶ παιωνίσωσιν, ᾄδειν καθ' ἕνα Τυρταίου· κρίνειν δὲ τὸν πολέμαρχον, καὶ ἆθλον διδόναι τῷ νικῶντι κρέας. *Philochorus autem inquit, Lacedæmonios, cum Messenios devicissent, ductu Tyrtæi, morem hunc constituisse, ut in expeditionibus, quoties convivium aliquod exhiberent, ac pæanas decantarent, ut Tyrtæi carmina unusquisque caneret; judex autem polemarchus, præmium victori daret carnem*. Et observa, id statutum post Messenios debellatos.

PUGNAM vero inde ipsam, ad tibiæ cantum inchoabant: uti Cragius quoque docet, *lib.* III. *tab.* XI. *instit.* X. Istis addo. Ac Thucydidis quidem locum, qui in hanc rem reperitur, *libro quinto*, A Gellius fusius explicat, *libro* I. *cap.* XI. qui videndus. Rem vero sic Polybius quoque tradit, *libro* IV. Οὐδὲ τοὺς παλαιοὺς Κρητῶν, καὶ Λακεδαιμονίων, αὐλὸν, καὶ ῥυθμὸν, εἰς τὸν πόλεμον ἀντὶ σάλπιγγος εἰκῆ νομιστέον εἰσαγαγεῖν. *Neque item existimandum, veteres Cretenses, & Lacedæmonios, loco tubæ tibiam, ac rhythmum, ad bella sine causa usurpasse*. Athenæus, *lib.* XII. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν ἐξορμῶσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. *Et Lacedæmonii cum tibiis impetum in hostem faciunt*. Iterum, *lib.* XIV. Διόπερ καὶ οἱ ἀνδρειότατοι Λακεδαιμόνιοι μετ' αὐλῶν στρατεύονται. *Qua de causa & fortissimi Lacedæmonii cum tibiis in militiam eunt*. Et ex eo Eustathius, *ad Iliad.* ψ'. Λακεδαιμόνιοι δὲ, μετ' αὐλῶν ἐστρατεύοντο. *Lacedæmonii vero, cum tibiis in militiam ibant*. Meminit etiam semel, iterumque, Martianus Capella, *lib.* IX. In acie vero, ut hoc etiam nunc dicam, proxime regem dimicabant, qui victoriam in certamine coronario reportassent. Aliqua de hac re Cragius, *lib.* IV. *cap.* IV. quibus addo & Plutarchi istum locum, *Sympos.* lib. II. quæst. V. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, τοῖς νενικηκόσι στεφανίτας ἀγῶνας, ἐξαίρετος ἦν ἐν ταῖς παρατάξεσι χώρα, περὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα τεταγμένοις μάχεσθαι. *Lacedæmone vero, iis, qui certamine coronario vicissent, eximius erat in acie locus, ut propter regem ipsum constituti pugnarent*. Et de prælio Laconum, ista quidem; duellum, illis Ἀπ' ἄκρας μάχη dicebatur. Hesychius. Ἀπ' ἄκρας μάχη. ἡ ἑνὸς πρὸς ἕνα μάχη, Λάκωνες. *A summa pugna. Unius contra unum pugna, Lacones*.

CAP. III.

Ætates hominis; &, secundum eam, nomina. Πρωτῆρες. Μίτυλλος. Βοῦα. Βουάγορ. Μελλείρην. Εἴρην. *Hesychii locus emendatus. Puerorum curatores,* Ἀμπαίδες. Σφαιρεῖς. *Juvenum curator,* Ἵππαρχος. *Ephori eorum vestem quotidie inspiciebant: corpora, decimo quoque die. Viri, plurimi fiebant, qui pul-*

A *cherrimi: fæminæque, ibi fere formosissimæ nascebantur. idque ut fieret, ars adhibita: ac propositæ uterum ferentibus formæ excellentes. Qui virginem violasset, capite luebat. Pœnæ cælibatus plures: etiam ista, quod in festo quodam cælibes, circum aram a fæminis tracti, colaphis cædebantur: tum viduitas, post exactum matrimonium. Clementis locus illustratus. Tamen vetabantur illi uxorem ducere, filiamve aliis suam elocare, quos Tresantes appellabant. Neque cælibatus tantum pœnam habebat, sed & serum matrimonium, atque malum: tum quod ante eos item, etsi ætate grandiores, considerent juniores, queis uxores, liberique. Nu-*
B *ptias vero contracturi, cum virginibus in obscura quadam domo includebantur; &, quam quisque hic cepisset, indotatam abducebat. Virginum nubentium matres, pro felici filiarum matrimonio, Veneri, cognomento Junoni, sacra faciebant. Seniores, a convivio redeuntes, a junioribus honoris ergo deducebantur.*

HOMINUM vero appellationes illis certæ erant, juxta ætates. Itaque Πρωτῆρες quidam dicebantur. Hesychius. Κατὰ πρωτῆρας. ἡλικίας ὄνομα οἱ πρωτῆρες, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Secundum*
C *proteras. ætatis nomen proteres, apud Lacedæmonios*. Quinam proprie ita dicti, est incertum: tamen, pueros fuisse, constat ex eodem Hesychio, *in* Πρωτεσιλή. ubi ait, Καὶ παιδίον τι οὕτω καλεῖται. *Et puer quidam sic vocatur*. Qui extremam jam infantiam attigisset, Μίτυλλος appellabatur. Hesychius. Μίτυλλον, ἐσχατονήπιον, Λακεδαιμόνιοι. *Mityllum, in extrema infantia constitutum, Lacedæmonii*. Puerorum grandiorum grex, Βοῦα dicebatur. Hesychius. Βοῦ, τὸ μέγα, καὶ πολὺ, δηλοῖ, Λάκωνες. Βοῦα, ἀγέλη παίδων. *Bu, magnum, & multum, significat, Lacones. Bua, grex puerorum*. Ac Βουάγορ, qui illorum primus erat, & præfectus.
D Idem Hesychius. Βουάγορ, ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς· Λάκωνες. *Buagor, gregis dux, gregis princeps puer: Lacones*. Qui ætate inter pueros provectior esset, is Μελλείρην dicebatur; qui biennio pueritiam excessisset, iste Εἴρην. Plutarchus, in *Lycurgi Vita*. Εἴρενας δὲ καλοῦσι, τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. μελλείρενας δὲ, τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. *Irenas vero vocant, qui jam alterum annum e pueris excesserunt: mellirenas autem ætate in pueris majores*. Etymologici Auctor, nimis breviter. Εἴρην, ὄνομα ἡλικίας. *Iren, nomen ætatis*. Nec Hesychius ætatem exponit, verum munus. Ἰρανες, οἱ εἴρενες, οἱ ἄρχοντες ἡλικιώταις. *Iranes, irenes, præfecti*
E *coætaneis*. Ita enim illic scribo: non, ut editur, οἱ εἴρωνες, οἱ ἄρχοντες ἡλικιῶται. Nam iren cæteris imperabat, domi pariter & militiæ. Plutarchus, *loco citato*. Οὗτος οὖν ὁ εἴρην, εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς, ἄρχει τε τῶν ὑποτεταγμένων ἐν ταῖς μάχαις, καὶ κατ' οἶκον ὑπηρέταις χρῆται πρὸς τὸ δεῖπνον. *Hic itaque iren, cum viginti annorum fuerit, imperat sub se constitutis in præliis; domi vero, ministris ad cœnam utitur*. Et quæ plura observare illic licet. Puerorum curatores, præter pædonomos, erant etiam; Ἀμπαίδες dicti. Hesychius. Ἀμπαίδες, οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι, παρὰ Λάκωσι. *Ampædes, puerorum curatores, apud Lacedæmonios*. Qui excesserant ex ephebis, & vi-
F rilem jam ætatem attigissent, ii Σφαιρεῖς appellati. Pausanias, in *Laconicis*. Ἔστι δὲ ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ σφαιρεῖς. Οἱ δέ εἰσιν, οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἐς ἄνδρας ἀρχόμενοι συντελεῖν. *Est ibi signum antiquum Herculis, cui sacra faciunt sphærenses. hi vero sunt, qui, egressi ex ephebis, inter viros accenseri occeperunt*. Juvenum curator, ille erat, qui Ἵππαρχος dicebatur. Hesychius. Ἵππαρχος, ὁ τῶν νέων ἐπιμελητὴς, παρὰ Λάκωσι. *Hipparchus, juvenum curator, apud Lacedæmonios*. Supra hunc tamen, ephori erant: quibus

decimo quoque die sese sistere, habitumque corporis inspiciendum exhibere, cogebantur. Athenæus, ex Agatharchidæ *Europiacorum* vicesimoseptimo, *lib.* XII. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ, διὰ τῆς ἑβδόμης καὶ εἰκοστῆς, οὐ τῆς τυχούσης ἀδοξίας νομίζεσθαι, εἰ ἤ τὸ σχῆμα ἀνανδρότερον ἔχων, ἤ, τὸν ὄγκον τοῦ σώματος, προπετὴς ἐφαίνετο, γυμνῶν κατὰ δέκα ἡμέρας παριστα-μένων τοῖς ἐφόροις τῶν νέων. καθεώρων δὲ οἱ ἔφοροι καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν καὶ τὰ περὶ τὴν ἔνδυσιν, καὶ τὴν στρωμνὴν τῶν νέων. *Idem scribit libro vicesimoseptimo, apud Lacedæmonios insigne probrum fuisse, si cui minus virilis esset forma, aut corporis tumor procidens conspiceretur; cum decimo quoque die nudos se juvenes ephoris conspiciendos sisterent, quin & juvenum vestem stragulam, quamque induerent, ephori quotidie inspiciebant.* Quin & otio indulgentes verberabant. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Οἱ Λακεδαιμόνιοι βαρυτάτην εἶχον ἀγωγὴν, χαλεπῶς ζημιούμενοι, καὶ σωφρονιζόμενοι, ἐν γὰρ Λακεδαίμονι ἔφοροί τινες ἦσαν, οἳ, εἴ τινα ἴδοιεν ἀργοῦντα, τοῦτον ἔτυπτον· λέγοντες, ὅτι ὁ ἀργῶν, καὶ τῶν νόμων πρόδηλος καταφρονεῖν. *Lacedæmonii gravissimam habebant educationem, severe mulctati, ac castigati. nam Lacedæmone erant ephori quidam: qui, si otio indulgentem aliquem viderent, eum verberabant; dicentes, qui otiaretur, eum quoque contemptorem legum fore.* Cum virilem autem ætatem attigissent, plurimi fiebant illi, qui pulcherrimi: ut & fæminæ; quæ pulcherimæ fere illic. Athenæus, ex Heraclide Lembo, *lib.* XIII. Ηρακλείδης δὲ ὁ Λέμβος ἱστορεῖ, ὅτι κατὰ τὴν Σπάρτην θαυμάζεται μᾶλλον ὁ κάλλιστος, καὶ γυνὴ καλλίστη, καλλίστας γεννώσης τῆς Σπάρτης τὰς γυναῖκας. *Heraclides vero Lembus refert, Spartæ magis inter viros admirationi esse, quisquis forma antecellat; & mulierem formosissimam: cum Sparta mulieres admodum formosas proferat.* Ubi observa, etiam pulcherrimas illic fæminas nasci consuevisse. Itaque Lacænas etiam *Pulcras* dicit Claudianus, in fine libri *De bello Getico.*

Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque, puellas
Cœperat, & pulcras jam fastidire Lacænas.

Huc pertinet locus Gregorii Nazianzeni, *contra Julianum*, Orat. I. Ἵππος Θετταλικὴ, καὶ γυνὴ Λακεδαιμονία, καὶ ἄνδρες οἱ τῆς Ἀρεθούσης πίνοντες. οὕτως δὴ λέγω Σικελιώτας, ὡς ὁ περὶ αὐτῶν χρησμὸς, τὸ ἔκκριτον τῶν ὁμογενῶν ἔχουσιν. *Equa Thessalica, & mulier Lacæna, ac viri qui ex Arethusa bibunt, hoc est, Siculi, ut oraculum fert de ipsis, in suo genere excellunt.* Ecce, etiam voce oraculi fæminæ Lacedæmoniæ formosissimæ esse dictæ: ejusque verba ita habent.

Γαίης μὲν πάσης τὸ Πελασγικὸν Ἄργος ἄμεινον,
Ἵπποι Θρηΐκιαι, Λακεδαιμόνιαι δὲ γυναῖκες,
Ἄνδρες δ᾽ οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης.
Terræ universæ Argos Pelasgicum præstat:
Equæ Thraciæ, mulieres vero Lacedæmoniæ;
Viri autem, qui bibunt aquam pulcræ Arethusæ.

Exstat autem id oraculum apud Eusebium, *De Præp. Euang.* lib. V. cap. XXXIX. Theodoretum, *Therap.* lib. X. & Joannem Tzetzen, *Var. Hist.* Chil. IX. cap. CCXCI. ac Chil. X. cap. CCCXXX, Unde & Spartam καλλιγύναικα, *pulcras fæminas habentem*, dicit Homerus, circa finem *Odyss.* ν΄.

Ὄφρ᾽ ἂν ἐγὼν ἔλθω Σπάρτην εἰς καλλιγύναικα.
Dum ego Spartam eam, pulcras fæminas habentem.

Et Coluthus, *De raptu Helenæ.*

Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ἀτρείωνος.
Spartam pulcras fæminas habentem, amicam urbem Atridæ.

Prædicat porro Lacænarum etiam Theognis formam, istis verbis.

Χέρνιβα δ᾽ αἶψα θύραζε φέροι, στεφανώματα δ᾽ εἴσω,
Εὐειδὴς ῥαδιναῖς χερσὶ Λάκαινα κόρη.
Aquam vero statim foras ferat, & coronas intro,
Formosa manibus teneris Lacæna puella.

Et Musæus, *De Herone, ac Leandro.*

Καὶ Σπάρτης ἐπέβην, Λακεδαίμονος ἔδρακον ἄστυ,
Ἧχι μόθος, καὶ ἄεθλον, ἀκούομεν ἀγλαϊάων.
Et Spartam ingressus sum, Lacedæmonis vidi urbem,
Ubi laborem, & certamen, audimus esse formarum.

Josephus Devonius, *De bello Trojano*, lib. IV.

Inclyta cognatos æquat Spartana Lacones,
Vultu, crine, genis: sociæ cunabula stirpis
Par oris testatur honos. ——

Quin, ut pulcram prolem parerent, quosdam, forma excellentes, pictos oculis gravidarum proponebant. Oppianus, *Cyneg.* lib. I.

Ναὶ μὲν ὧδε Λάκωνες ἐπίφρονα μητίσαντο
Αἷσι φίλαις ἀλόχοις, ὅτε γαστέρα κυμαίνουσι.
Γράψαντες πινάκεσσι πέλας θέσαν ἀγλαὰ κάλλη,
Τοὺς πάρος ἀστράψαντας ἐν ἱμερτοῖσιν ἐφήβους,
Νιρέα, καὶ Νάρκισσον, ἐϋμελίην θ᾽ Ὑάκινθον,
Κάστορά τ᾽ εὐκόρυθον, καὶ Ἀμυκοφόνον Πολυδεύκην,
Ἠϊθέους τε νέους, τοί τ᾽ ἐν μακάρεσσιν ἀγητοὶ,
Φοῖβον δαφνοκόμην, καὶ κισσοφόρον Διόνυσον.
Αἱ δ᾽ ἐπιτέρπονται, πολυήρατον εἶδος ἰδοῦσαι,
Τίκτουσίν τε καλοὺς, ἐπὶ κάλλεϊ πεπτηυῖαι.

Certe hoc modo Lacones ingeniosa commenti sunt
In suis charis uxoribus, cnm utero turgent.
Pingentes in tabulis prope constituunt splendidas formas,
Adolescentes, qui olim inter amabiles emicuerunt,
Nireum, & Narcissum, & venustum Hyacinthum,
Castoremque insignem galea, & Amycicidam Pollucem,
Semideosque juvenes, quique inter deos spectabiles sunt,
Phœbum lauricomum, & hederigerum Bacchum.
Illæ vero oblectantur, amabilem formam intuitæ,
Pariunt formosos, forma obstupefactæ.

Ac virginum quidem, ob formam periclitantium, pudicitiæ ita magistratus caverat, ut, qui virginem violasset, capite lueret. Marcellinus, *ad Hermogenem.* Νόμος ἐν Λακεδαίμονι, τὸν βιασάμενον (τὴν κόρην,) θανάτῳ ζημιοῦσθαι. *Lex est Lacedæmone, qui (virginem) violaverit, ut morte mulctetur.* Inter has formas, tam præstantes, non licebat extra matrimonium vivere: pœnaque non una his proposita erat. Vide Cragium, *lib.* III. *tab.* IV. *instit.* I. Adde istam: quod a fœminis, festo quodam, ad aram pertracti, colaphis cædebantur. Clearchus Solensis, libro *De proverbiis:* cujus hoc fragmentum exstat, apud Athenæum, in principio *libri* XIII. Ἐν Λακεδαίμονι τοὺς ἀγάμους αἱ γυναῖκες ἐν ἑορτῇ τινι, περὶ τὸν βωμὸν ἕλκουσαι, ῥαπίζουσιν· ἵνα, τὴν ἐκ τοῦ πράγματος ὕβριν φεύγοντες, φιλοστοργῶσί τε, καὶ ἐν ὥρᾳ προσίωσι τοῖς γάμοις. *Lacedæmone, qui uxorem non duxissent, eos fœminæ, festo quodam die, circum aram trahentes, colaphis cædunt; uti, contumeliam istius rei fugientes, paternum ipsi affectum induerent, & inirent tempestive matrimonium.* Illud quoque instar pœnæ, quod ante eos, etsi ætate grandiores, considerent juniores, qui uxores, liberosque,

haberent. Aulus Gellius, *lib.* II. *cap.* XV. *A convivio quoque, ut scriptum est in Antiquitatibus, seniores a junioribus domum deducebantur: eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est; apud quos, Lycurgi legibus, major omnium rerum honos majori ætati habebatur. Sed, postquam suboles civitati necessaria visa est; & ad prolem populi frequentandam, præmiis, atque invitamentis, usus fuit; tum antelati, quibusdam in rebus, qui uxorem, quique liberos haberent, senioribus neque liberos neque uxores habentibus.* Neque cælibatus tantum pœna erat; sed & seri matrimonii, atque mali. Pollux, *libro* III. *cap.* III. *sect.* V. Ἠσαν δὲ καὶ ἀγαμίου δίκαι πολλαχοῦ· καὶ ὀψιγαμίου, καὶ κακογαμίου, ἐν Λακεδαίμονι. *Erant vero cælibatus actiones multis locis; etiam seri matrimonii, atque mali, Lacedæmone.* Imo neque, post uxorem semel ductam, si hæc vita fungeretur, viduo manere licitum, alteramque eum ducere lex jubebat. Et hoc est, quod Clemens dicit, *Strom.* II. Ὁ τῶν Λακώνων νομοθέτης, οὐκ ἀγαμίου μόνον ἐπιτίμιον ἔστησεν, ἀλλὰ μονογαμίου, καὶ ὀψιγαμίου, καὶ μονοδιαιτησίας. *Laconum legislator, non duntaxat cælibatui pœnam statuit, sed & unici matrimonii, item seri; tum & vitæ solitariæ.* Ubi Μονοδιαιτησίαν, *Vitam solitariam*, non aliam dicit, quam viduitatem viri, post exactum matrimonium. Interdictum vero tamen matrimonio iis erat, quos Tresantes, quod ex acie turpi metu profugissent, appellabant; nec eorum quoque filias capere uxores licitum. Plutarchus, in *Agesilao*, ubi variam eorum pœnam refert. Οὐ γὰρ μόνον ἀρχῆς ἀπείργονται πάσης, ἀλλὰ καὶ δοῦναί τινι τούτων γυναῖκα, καὶ λαβεῖν, ἄδοξόν ἐστι. *Neque enim magistratu tantum omni probibentur, sed & ulli uxorem dare, & accipere ab ullo, ignominiosum erat.* Nuptias autem, hunc in modum contrahebant. Juvenes pariter virginesque, in obscura quadam domo includebantur: &, quam quisque in eadem accepisset, hanc ducebat indotatam. Athenæus, ex Hermippo, *De legumlatoribus, libro* XIII. Ἐν Λακεδαίμονι εἰς οἴκημά τι σκοτεινὸν συνεκλείοντο αἱ κόραι, συγκλειομένων καὶ τῶν ἀγάμων νεανίσκων, καὶ ἕκαστος, ἧς ἐπιλάβοιτο, ταύτην ἀπῆγεν ἄπροικον. *Lacedæmone in obscuram quandam domum virgines concludebantur. & cum illis cælibes etiam adolescentes: ac quam inde unusquisque accepisset, hanc ducebat sine dote.* Matres vero sponsarum, pro felici filiarum matrimonio, Veneri, Junoni cognomento appellatæ, sacrificabant. Pausanias, in *Laconicis*. Ξόανον δὲ ἀρχαῖον καλοῦσιν Ἀφροδίτης Ἥρας. ἐπὶ δὲ θυγατρὶ γαμουμένῃ νενομίκασι τὰς μητέρας τῇ θεῷ θύειν. *Simulacrum ligneum vetustum Veneris Junonis vocant. Ibi vero sacra deæ facere matres, cum filias elocant, solenne habent.* Denique, ut hoc coronidis loco addam, senioribus, inter cætera, quæ jam alii observarunt, is a junioribus honos habebatur, uti domum e convivio repetentibus comites se exhiberent. Aulus Gellius, in *citato* ante *loco*: *A convivio quoque, ut scriptum est in Antiquitatibus, seniores a minoribus domum deducebantur: eumque morem accepisse Romanos a Lacedæmoniis traditum est.*

CAP. IV.

Ephori, a Chilone instituti. ac fuerunt numero quinque: Athenis item constituti, redacta in potestatem Lacedæmoniorum urbe. Quam diu manserint. Senatus, Γερωνία *dictus: ac constabat senatoribus numero viginti & octo. Eorum auctoritas; & quales lecti. Abrogati a Cleomene, qui patronomos substituit. Harmostæ: urbani, aut externi. Urbani, quot numero fuerint; Pindarique Scholiastæ debis locus illustratus. Externi vero, quando initium habuerint, quando finem.* Κρεωδαίτης. Ἄρχοντες, *qui etiam* Τέλη: *item* Πρυτάνεις. *ac de illis opus Charontis Lampsaceni.* Κόροι. Ἱππαγρέται. Ἱππαρμοσταί. Κυθηροδίκης. *Hesychii locus emendatus. Prætoria, bidiæorum, ephororum, nomophylacum; & incertum quoddam quartum,* Ἐμπασίντας *appellatum: de inde etiam, ubi illa ipsa fuerint. Epimenidis monumentum: & de eo asservando oraculum Lacedæmoniis datum.*

De ephoris, senatoribus, & harmostis, legibusque, multa accurate Cragius, uti cætera: ego pauca, seu indicta, seu Auctorum aliorum testimoniis confirmata, hic adjungam.

EPHORI, a rege primum Theopompo instituti: ut a Cragie docetur, *lib.* II. *cap.* IV. Addo ego hunc Dionis Chrysostomi locum, *Orat.* LVI. Σὺ ἄρα οὐκ ἡγῇ βασιλείαν τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν, ἐν Λακεδαίμονι τοσοῦτον βασιλευσάντων χρόνον; Ἐκεῖνοι γὰρ οὐ πάντα ἔπραττον, ὡς αὐτοῖς ἐδόκει. ἀλλὰ περὶ πολλῶν ὑπήκουον τοῖς ἐφόροις. καὶ ὅτε δὴ κατέστη τοῦτο τὸ ἀρχεῖον ἐν Σπάρτῃ, Θεοπόμπου βασιλεύοντος πρὸς ἐνιαυτόν, οὐδὲν ἧττον ἐκράτουν τῶν βασιλέων. *Tu ergo regnum non existimas illud Heraclidarum, qui tot annis Lacedæmone regnaverunt? Isti enim non pro voluntate quidvis faciebant, sed in multis morem ephoris gerebant, ac, cum magistratus ille Spartæ institutus fuit in annum, regnante Theopompo, nihilominus sua in potestate reges habebant.* Qui antiquiores eos esse volunt a Lycurgo institutos esse dicunt. Vide Cragium, *loco citato.* Ego tertium observavi, unum e septem Sapientibus, Chilonem Lacedæmonium. Clare id Diogenes Laertius dicit, in *ejus Vita*, lib. I. Καὶ πρῶτος εἰσηγήσατο ἐφόρους τοῖς βασιλεῦσι παραζεύγνυσθαι. *Ac primus instituit, uti regibus ephori adjungerentur.* Eusebius, *Chron.* lib. II. tradit, primum ephorum institutum fuisse Olympiadis quintæ anno primo. Ita enim illic dicit. Ἐν Λακεδαιμονίᾳ πρῶτος ἔφορος κατεστάθη. Quæ sic vertit Hieronymus. *In Lacedæmone primus ephorus, quod magistratus nomen est, constituitur.* Eos autem numero fuisse quinque, recte Cragius nos docet, ex Aristotele, Suida, & Plutarcho, *lib.* II. *cap.* IV. Addo ego & Pausaniæ istum locum, in *Laconicis*. Τοῖς ἐφόροις, καὶ βιδιαίοις, πέντε ἀριθμὸν ἑκατέροις οὖσι. *Ephoris, & bidiæis, qui utrique numero quinque.* Docet clare etiam Thucydidis hoc Scholiastes, *lib.* I. Ἰστέον, ὅτι ἦσαν τινὲς παρὰ Λακεδαιμονίοις ἄρχοντες, τὸν ἀριθμὸν πέντε, οὓς ἐφόρους ἐκάλουν, διὰ τὸ ἐφορᾷν τὰ τῆς πόλεως πράγματα. *Sciendum, quod erant apud Lacedæmonios quidam magistratus, numero quinque; quos vocabant ephoros, quod negotia civitas inspectarent.* Et apparet ex Polybii quoque loco, *lib.* IV. Οἱ μὲν δύο τῶν ἐφόρων, ἄδηλον εἶχον τὴν γνώμην. οἱ δὲ τρεῖς, ἐκοινώνουν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων. *Duo quidem ephororum, quid, sentirent, ignoratum: tres vero, cum Ætolis faciebant.* Ac totidem Atheniensibus, redacta in potestatem urbe bello Poloponnesiaco, imposuerunt. Observare est apud Lysiam, *Orat.* XI. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ναυμαχία, καὶ ἡ συμφορὰ, τῇ πόλει ἐγένετο, δημοκρατείας ἔτι οὔσης, τῆς στάσεως ἦρξαν, πέντε ἄνδρες ἔφοροι κατέστησαν. *Postquam vero pugna illa navalis, & calamitas urbi accidit, cum adhunc populi status permaneret, unde & tumultuari inceperunt, quinque viri ephori sunt constituti.* Mansit vero, quamquam occisis a Cleomene rege ephoris, magistratus ille ipse, etiam post aliquod tempus. Ac sustulerat quidem eos rex Cleomenes: sed, cum regno is postea dejiceretur, & in Ægyptum profugisset, restituta ab Antigono libertate, ipsi quoque Reip. restituti: &, Cleomene tertio post anno mortuo, denuo reges, potestate vetere recuperata, elege-

runt. Hanc in rem Polybius discertus testis. *libro citato.* Οἵ γε, χωρὶς τῶν ἄλλων, καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πάτρια, σχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ᾽ ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης. ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι, τά τε πλήθη, καὶ τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον. *Hi sane præter alios, cum ipsorum respublica tertium jam fere annum a Cleomenis fuga patriis legibus administraretur, de eligendis Sparte regibus ne quidem unquam cogitarunt: simul vero fama de Cleomenis morte accepissent, statim ad creandos reges processerunt, populus pariter atque ephororum curia.* Et occurrit deinceps item apud illum plurima eorum mentio. Quanquam sane sunt sublati; cum, post reges, Agesipolin, & Lycurgum, a Machanida, Nabideque, qui tyrannidem induxerunt, occupata est respublica: sed, eadem a Romanis, cæso Nabide, libertati restituta, denuo sunt instituti. Ejus rei certum satis argumentum, Jonathæ, pontificis Judæi, *Epistola* nobis præbet; quam is ad Lacedæmonios, cum Romanis hi parerent, tempore Pompeii, & Cæsaris, per legatos suos misit: cujus illa est præscriptio. Ἀρχιερεὺς Ἰωνάθης τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἡ γερουσία, καὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἰουδαίων, Λακεδαιμονίων ἐφόροις, καὶ γερουσίᾳ, καὶ δήμῳ, τοῖς ἀδελφοῖς, χαίρειν. *Jonathas, pontifex gentis Judæorum, & senatus, ac commune Judæorum, Lacedæmoniorum ephoris, ac senatui, populoque, fratribus, salutem dicunt.* Extat autem hæc *Epistola* apud Josephum, *Antiqu. Jud.* lib. XIV. cap. IX. Meminitque eorum & Philostratus, tempore Domitiani, in *Vita Apollonii*, lib. IV. capp. IX. & X. Quin ipsius Apollonii etiam epistolæ extant ad eosdem, inter cæteras illius. Itaque hic etiam certe fallitur Cragius; qui, his a Cleomene rege interfectis, ipsum quoque ephororum magistratum postea plane desiisse arbitratur. Vide eum, *lib. II. extremo capite IV.*

SENATUS, ipsis Γερωνία dicebatur. Hesychius. Γερωνία, γεροντία, παρὰ Λάκωσι. *Geronia, senatus, apud Lacedæmonios.* Constabat autem senatoribus octo & viginti numero: quod testatur cum Plutarchus, cujus testimonium producit Cragius; tum Pausanias, in *Laconicis.* Βασιλεῖ δὲ τῷ Λακεδαιμονίων δικαστήριον ἐκάθιζον οἵ τε ὀνομαζόμενοι γέροντες, ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ὄντες τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἡ τῶν ἐφόρων ἀρχή. *Apud Lacedæm. regi judicium constituebant, cum qui senatores dicti, numero vinginti octo, tum & ephororum magistratus.* Et Herodotus, in *citatis* ante *verbis.* Καὶ παρίζειν βουλεύουσι τοῖς γέρουσι, ἐοῦσι δυῶν δέουσι τριήκοντα. *Et assidere quoque consultantibus senatoribus, qui sunt octo & viginti.* Erat illic summa ut dignitas, sic auctoritas, & ab ea reverentia: nec ex senibus quibuscunque legebantur, verum iis, qui a prima usque ætate vitam egissent temperanter. Æschinis insignis est in hanc rem locus, Orat. *in Timarchum.* Παρελθών τις τῶν γερόντων, οὓς ἐκεῖνοι καὶ αἰσχύνονται, καὶ δεδίασι, καὶ τὴν τῆς ἡλικίας αὐτῶν ἐπωνυμίαν ἀρχὴν μεγίστην εἶναι νομίζουσι. καθιστᾶσι δ᾽ αὐτοὺς ἐκ τῶν ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σωφρόνων. *Senum quidam accedens, quos illi & reverentur, & metuunt; tum ætatis cognomentum summum esse magistratum arbitrantur: ac constituunt eos ipsos, qui a pueris ad senectam temperanter vitam egere.* Mox aboliti a Cleomene, & Patronomi subrogati: uti ex Pausaniæ loco docet Cragius, *lib. II. cap. III.* Pausaniæ vero locum illum verbo tenus descripsit Anonymus, in *Collectaneis Historicis*, quæ inter Eusebiana edidit Josephus Scaliger. Meminit vero horum etiam Philostratus, in *Apollonio*, lib. IV. cap. X. Ubi Apollonio Spartanus juvenis percunctanti, qui majores ejus fuissent, sic respondet. Γυμνασίαρχοι, καὶ ἔφοροι, καὶ πατρονόμοι πάντες. *Gymnasiarchæ,*

A *& ephori, & patronomi omnes.* Et Plutarchus, lib. *An seni sit resp. administranda.* Πάντες οἱ πλεῖστοι τάξιν ἀρχόντων, ἢ τινων πατρονόμων, ἢ παιδαγωγῶν, ἔχοντες. *Omnes tales vicem principum, aut patronomorum, aut pædagogorum, gerentes.*

Quinam vero HARMOSTÆ fuerint, multis Cragius, *lib. II. cap.* XIII. Addo tamen locum Maximi, in Dionysii Areopagitæ *De Hier. Eccles.* cap. III. Ἁρμοστὴν ἔλεγον οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸν καθιστάμενον ὑπ᾽ αὐτῶν ἄρχοντα τῶν ὑποκειμένων αὐτοῖς πόλεων. παρὰ τὸ ἁρμόζειν τοὺς ἀρχομένους ζῆν κατὰ τοὺς νόμους. *Harmosten dicebant Lacedæmonii, qui præfectus ab ipsis erat urbis subditis: quia vitæ juxta leges aptos faceret subjectos.* Etymologici Auctor, dicit, fuisse eos,
B qui Ἐπίσταθμοι aliis erant, seu *præfecti mansionum.* Ἐπίσταθμοι, ἄρχοντές εἰσι, παρὰ τὸ ἐν σταθμοῖς εἶναι ὠνομασμένοι. ἁρμοστὰς δὲ τοὺς τοιούτους Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν. *Epistathmi, sunt magistratus; quod mansionibus præsint, dicti. Lacedæmonii vero tales vocant Harmostas.* Erant autem numero viginti. Scholiastes Pindari, *Olymp.* Od. VI. Ἦσαν δὲ ἁρμοσταὶ Λακεδαιμονίων εἴκοσι. *Erant vero Lacedæmoniorum harmostæ viginti.* Sed hoc de urbanis tantum capiendum: nam externi, totidem erant, quot subjectæ ipsis urbes. Instituti autem ii, cum Lysander, de-
C bellatis ad Ægospotamos Atheniensibus, finem bello Peloponnesiaco imposuisset, ac totius Græciæ Lacedæmonii principatum hac victoria nacti essent; idque factum Olympiadis XCIV. anno I. Diodorus Siculus, in illius anni rebus, *lib.* XIV. Λακεδαιμόνιοι, καταλελυκότες τὸν Πελοποννησιακὸν πόλεμον, ὁμολογουμένην εἶχον τὴν ἡγεμονίαν, καὶ τὴν κατὰ γῆν, καὶ τὴν κατὰ θάλατταν. καταστήσαντες δὲ ναύαρχον Λύσανδρον, τούτῳ προσέταξαν ἐπιπορεύεσθαι τὰς πόλεις, ἐν ἑκάστῃ τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς καλουμένους ἁρμοστὰς καθιστάντα. *Lacedæmonii, cum bellum Peloponnesiacum finiissent, omnium consensu terræ marisque imperium tenebant. Constituto itaque classis præfecto Lysandro, ei mandant, ut urbes accederet, & in singulis harmostas, quos ipsi dicebant, constitueret.* Pausanias, in
D *Bœoticis.* Μείζονα δὲ ἔτι Λακεδαιμονίοις ὀνείδη γενέσθαι παρεσκεύασεν ὁ Λύσανδρος ἐπί τε δεκαδαρχίαις. ἃς κατέστησε ταῖς πόλεσι, καὶ ἐπὶ τοῖς Λάκωσιν ἁρμοσταῖς. *Majorem vero adhuc invidiam Lacedæmoniis concitavit Lysander, quod & decemviratus in urbibus, & harmostas Lacedæmonios, constituit.* Plutarchus in *Lysandro.* Καταλύων δὲ τοὺς δήμους, καὶ τὰς ἄλλας πολιτείας. ἕνα μὲν ἁρμοστὴν ἑκάστῃ Λακεδαιμόνιον κατέλιπε. *Deleto vero passim populi jure, & aliis reipublicæ formis, unicuique urbi harmostam Lacedæmonium unum reliquit.* Uti vero urbibus subjectis aliis, sic Athenis quoque ipsis, uti ephoros, quod jam dixi, ita
E & harmostam suum imposuere. Observare est apud Æschinem, in Orat. *De falsa leg.* Εἰς τοῦτο τὴν πόλιν (τὰς Ἀθήνας) προήγαγεν, ὥστε ἀγαπητῶς τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι, ἀποστάντας πάντων, καὶ τὰ τείχη καθελόντας, καὶ παραδεξαμένους φρουρὰν, καὶ Λακεδαιμόνιον ἁρμοστήν. *Eo urbem (Athenas) perduxit, uti cupide pacem facerent, rebus omnibus cedentes, mœnibus dejectis, recepto præsidio, & harmosta Lacedæmonio.* Durarunt vero externi illi usque ad pugnæ Leuctricæ tempus: quo, everso Lacedæmoniorum principatu, illi quoque sunt ejecti. Docet illud nos Pausanias, in *Bœoticis.* Νικῶσιν αὖθις ἐν Λεύκτροις ἐπιφανεστάτην νίκην, ὁπόσας γενομένας Ἕλλησιν ἴσ-
F μεν κατὰ Ἑλλήνων. καὶ δεκαδαρχίας τε, ἃς Λακεδαιμόνιοι κατέστησαν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἔπαυσαν, καὶ ἁρμοστὰς τοὺς Σπαρτιάτας ἐκβάλλουσιν. *Rursus ad Leuctra omnium, quas de Græcis unquam reportarunt Græci, illustrissimam sunt victoriam adepti: ac decemviratus, quos in urbibus Lacedæmonii constituerant, sustulerunt, & harmostas ejecerunt.* Meminitque ejus rei iterum, sub *Arcadicorum* finem. Illud autem factum fuit Olympiadis CII. anno II. ut videre est apud

Diodorum Siculum, in illius anni rebus, *lib.* XV. A Itaque obtinuerunt annos tantum triginta & quatuor. Urbani vero, ad postrema usque tempora permanserunt: meminitque Laonicus Chalcocondyles, *De rebus Turc.* lib. IX. Λευκάνης γὰρ ἦν ἁρμοστὴς ὁ Λακεδαιμόνιος, ἀπόντος τοῦ Ασάνεω. *Leucanes enim harmostea Lacedæmonius erat, absente Asane.*

Erat etiam inter magistratus quidam, ΚΡΕΩΔΑΙΤΗΣ appellatus, quia carnes distribueret. Pollux, *lib.* VI. *cap.* VII. Εστι δέ τις καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ἀρχὴ, Κρεωδαίτης. *Est vero etiam apud Lacedæmonios magistratus quidam, Creodætes.* Legebatur autem ex primariis viris. Plutarchus, *Sympos.* lib. II. quæst. B x. Λακεδαιμόνιοι δὲ Κρεωδαίτας εἶχον, οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς πρώτους ἄνδρας· ὥστε καὶ Λύσανδρον ὑπ᾽ Αγησιλάου τοῦ βασιλέως ἐν Ασίᾳ κρεωδαίτην ἀποδειχθῆναι. *Lacedæmonii vero Creodætas habuerunt, non e populo quoscunque, verum viros e primariis: ita ut in Asia Lysandro quoque Agesilaus munus illud demandaverit.* Ac, quod munus id Lysandro demandatum ab Agesilao tradit, est videre iterum istud apud eundem, in *Lysandri, & Agesilai, Vita.* Illic videat, quisquis volet.

Quidam etiam, ΑΡΧΟΝΤΕΣ dicti: qui & ΤΕΛΗ appellati, quia lites terminarent, ac deciderent. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Οἱ Λακεδαιμόνιοι C τοὺς ἄρχοντας τέλη ἐκάλουν, διὰ τὸ αὐτοὺς τὰ τέλη τοῖς πράγμασι τιθέναι. *Lacedæmonii archontas vocabant Tele; quia ipsi litibus fines, quæ dicuntur Græcis teles, imponerent.* Iterum, *lib.* IV. Ορκοις μεγίστοις τὰ τῶν Λακεδαιμονίων τέλη καταλαβὼν, ἀντὶ τοῦ, ποιήσας ὀμόσαι τοὺς ἄρχοντας τῶν Λακεδαιμονίων. *Cum maximo juramento Lacedæmoniorum Tele obstrinxisset: id est, cum archontes Lacedæmoniorum ad jusjurandum adegisset.* Philostratus, *De Vita Apoll.* lib. IV. cap. X. Οὐκ ἀηδὲς ἐνόμισε τὸ, τοῖς τέλεσι τῶν Λακεδαιμονίων ξυγγενέσθαι. *Non injucundum censuit, Lacedæmoniorum tele convenire.* De D archontibus, est Plutarchi quoque locus, lib. *An seni administranda sit resp.* Πάντες οἱ τηλικοῦτοι τάξιν ἀρχόντων, ἢ τινων πατρονόμων, ἢ παιδαγωγῶν, ἔχοντες. *Omnes tales vicem archontum, aut pædagogorum, gerentes.* Eo vero nomine appellabantur, ephori, nomophylaces, & bidiæi. Clarum illud ex Pausania, in *Laconicis.* Καὶ τῆς τε γερουσίας βουλευτήριον. καὶ τῶν ἐφόρων, καὶ νομοφυλάκων, καὶ καλουμένων βιδιαίων, ἀρχεῖα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. ἡ μὲν δὴ γερουσία, συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτείας· οἱ λοιποὶ δὲ, εἰσιν ἄρχοντες. *Ac senatus curia, item ephororum, & nomophylacum, & eorum quos appellant bidiæos, sunt prætoria in foro. Et senatus quiE dem, consessus est Lacedæmoniis, penes quem est summum regimen reipublicæ: reliqui vero, sunt archontes.* Sane de ephoris, testis etiam est Thucydidis Scholiastes quem citavi *lib.* I. Ησαν τινὲς παρὰ Λακεδαιμονίοις ἄρχοντες, τὸν ἀριθμὸν πέντε, οὓς ἐφόρους ἐκάλουν. *Erant quidam apud Lacedæmonios archontes, numero quinque, quos archontes appellabant.* Itaque prætoria horum, sive curiæ, etiam peculiari nomine Αρχεῖα dictæ, velut quæ archontum essent: ut apparet ex Pausania, in *citatis* statim *verbis.* Et hi ipsi etiam

ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ dicti. Ac de iis Opus proprium scripsit Charon Lampsacenus: ut videre est apud Suidam, *in* Χάρων Λαμψακηνὸς, ubi sic ait. F Εγραψε Πρυτάνεις, ἢ Αρχοντας, τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. *Scripsit Prytanes, sive Archontes, qui apud Lacedæmonios erant.*

Erant etiam, ΚΟΡΟΙ dicti. Horum meminit Archytas, lib. *De lege, & justitia*: cujus hoc fragmentum exstat apud Stobæum, *Serm.* XLI. Καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι, τοὶ βασιλέες, τᾶς μοναρχίας. τοὶ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ, καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. *Et Lacedæmone, reges, monarchiam; senatores vero, aristocratiam; ephori autem, oligarchiam; at hippagretæ, & cori, democratiam repræsentant.* Et mox iterum. Εν τᾷ εὐνομωτάτᾳ Λακεδαίμονι, τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ ἔφοροι ἀντικάθηνται· τούτοις δ᾽, οἱ γέροντες· μέσοι δ᾽, οἱ κόροι, καὶ ἱππαγρέται. *Lacedæmone, optimis legibus constituta, regibus, opponuntur ephori; istis vero, senatores: medii autem, cori sunt, & hippagretæ.*

Et observa: in utroque illo loco, ΙΠΠΑΓΡΕΤΑΙ etiam commemorantur: qui militibus selectis gravis armaturæ præerant. Hesychius nos illud docet, istis verbis. Ιππαγρέται, ἀρχὴ, ἐπὶ τῶν ἐπιλέκτων ὁπλιτῶν. *Hippagretæ, magistratus, qui selectis gravis armaturæ militibus præerat.* Præerant autem juvenibus, qui ἱππεῖς appellabantur. Eustathius, *ad Iliad.* Θ΄. Νεανίσκος, καὶ νεανίας, ὁ αὐτός. Λάκωνες δὲ, τούτους ἱππεῖς ἐκάλουν· καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, ἱππαρέτας. *Adolescens, & juvenis, idem. Lacedæmonii vero, hos hippeis, sive equites, appellabant; & præfectos eorum, hippagretas.* Meminit eorum Herodotus, ubi honorem, a Spartanis habitum Themistocli, refert, *lib.* VIII. Αἰνέσαντες δὲ πολλὰ, προέπεμψαν ἀπιόντα τριηκόσιοι Σπαρτιητέων λογάδες οὗτοι, οἵπερ ἱππέες καλέονται, μέχρι οὔρων τῶν Τεγεατικῶν. *Laudatumque amplissimis verbis, trecenti Spartanorum selecti, qui equites vocantur, discedentem ad Tegeaticos usque fines deduxerunt.* Ubi observa, numero trecentos dici, uti erant. Thucydides *lib.* V. Ηπερ ὁ βασιλεὺς Αγις ἦν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι, ἱππεῖς καλούμενοι. *Ubi Agis rex erat, ac trecenti circa ipsum, equites dicti.* Ac sic ratio se habebat. Hippagretæ, quos jam dicere institui, numero tres constituti, trecentos sibi e selecta juventute deligebant, scilicet centenos singuli; sicut ipsi ab ephoris eligebantur. Clarus est in hanc rem locus Xenophontis, lib. *De rep. Laced.* Αἱροῦνται τοίνυν αὐτῶν (τῶν ἡβώντων) οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ ἱππαγρέται καλοῦνται. τούτων δὲ ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων, ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. *Eligunt vero ex his (puberibus) ephori tres viros, quibus corpora sunt vegeta; & hi hippagretæ vocantur. Eorum autem centum sibi unusquisque viros deligit, simul declarans, cur hos præferat, illos vero rejiciat.* Et in illis honoratior censebatur, qui ætate præcedebat. Observare istud licet ex ejusdem Xenophontis alio loco, *Hist. Græc.* lib. III. Καὶ τὸν πρεσβύτατον τῶν ἱππαγρετῶν κέλευε σοι ξυμπέμψαι ἓξ ἢ ἑπτὰ, οἳ ἂν τύχωσι παρόντες. *Maximo natu hippagretarum manda, ut tecum mittat sex, aut septem, qui forte aderunt.* Ac mox iterum ejus dignitatis meminit. Οπως ὁ ἱππαγρέτης εἰδείη, οὓς ἂν δέοι πέμπειν. *Ut hippagreta sciret, quosnam mittere oporteret.* Minus recte ἱππαγρέτας, & ἱππεῖς, eosdem censet esse Cragius. Ut equitibus vero hippagretæ præerant, ita tribus his præfectus, & equitibus simul cunctis, ut videtur, unus erat, qui vocatus

ΙΠΠΑΡΜΟΣΤΗΣ. Meminit ejus idem Xenophon, *Hist. Græc.* lib. IV. Πασίμαχος δὲ ὁ ἱππαρμοστὴς, ἔχων ἱππέας οὐ πολλοὺς, ὡς ἑώρα Σικυωνίους πιεζομένους, καταδήσας ἀπὸ δένδρων τοὺς ἵππους, &c. *Pasimachus vero hipparmostes, equites non multos habens, ut premi Sicyonios vidit, religatis ad arbores equis*, &c. Et postea iterum. Τὸν δ᾽ ἱππαρμοστὴν ἐκέλευσε σὺν τῇ τῶν ἱππέων μοίρᾳ μεταδιώκειν. *Hipparmosten vero jussit cum equestri coborte subsequi.*

Erat item, qui, Cytheris quod præesset, ΚΥΘΗΡΟΔΙΚΗΣ dicebatur. Thucydides *lib.* IV. Τὰ δὲ Κύθηρα, νῆσός ἐστιν· ἐπίκειται δὲ τῇ Λακωνικῇ, κατὰ Μαλέαν. Λακεδαιμόνιοι δέ εἰσι τῶν περιοίκων, καὶ Κυθηροδίκης ἀρχὴ ἐκ τῆς Σπάρτης διέβαινεν ἐκεῖσε κατ᾽ ἔτος. *Cythera vero, insula est; Laconicæ objacens, versus*

Maleam. Lacedæmonii autem circumhabitant: ac quotannis magistratus, qui Κυθηροδίκης *dicitur, veluti ad jus dicendum, illuc Sparta commeabat.* Videndus etiam est Hesychius, *in* Κυθηροδίκης. Ita enim ibi scribendum, quod & Cragius animadvertit: non, ut editur, Κυθηροδίκη. Nam dicebant Κυθηροδίκης, ut Ἑλλανοδίκης.

Nunc PRÆTORIA memoremus: quæ in foro, tria numero: ephororum, nomophylacum, & bidiæorum. Pausanias, in *Laconicis*. Καὶ τῶν ἐφόρων, καὶ νομοφυλάκων· καὶ καλουμένων βιδιαίων, ἀρχεῖά ἐστιν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς. *Et ephororum, ac nomophylacum, & eorum quos appellant bidiæos, prætoria in foro exstant.* Ac bidiæorum iterum postea mentionem facit. Τοῦ δὲ τῶν βιδιαίων ἀρχείου πέρας, ἐστὶν Ἀθηνᾶς ἱερόν. *Supra bidiæorum prætorium, est Minervæ fanum.*

Erat item quartum quoddam, sed incertum, quorum fuerit, aut quale, Ἐμπασέντας appellatum. Hesychius. Ἐμπασέντας, ἀρχεῖόν τι ἐν Λακεδαίμονι. *Empasentas, archivum quoddam Lacedæmone.* In foro autem, ac medio urbis, hæc prætoria exstitisse, observare etiam licet apud Isocratem, in Orat. *ad Philippum*, ubi de Lacedæmoniorum post cladem Leuctricam statu agit. Ἠναγκάσθησαν κινδυνεύειν, οὐκ ἐν τῇ χώρᾳ, περὶ τῶν καρπῶν, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει, πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀρχείοις, περὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, τοσοῦτον κίνδυνον. *Non in agro, nec de frugibus, sed in media urbe, ad ipsa prætoria, de liberis, & uxoribus, tantum periculum subire sunt coacti.* In eo vero, quod ephororum erat proprium, Epimenidis visebatur monumentum. Pausanias, in *Laconicis*. Ἔστι δὲ καὶ Ἑρμῆς Ἀγοραῖος, Διόνυσον φέρων παῖδα. καὶ τὰ ἀρχεῖα, καλούμενα ἐφορεῖα. ἐν δὲ αὐτοῖς, Ἐπιμενίδου τοῦ Κρητὸς μνῆμα. *Est vero etiam Mercurius Forensis, Bacchum gestans puerum. etiam prætoria, quæ vocantur Ephorea: in iis vero, monumentum Epimenidis Cretensis.* Sane ejus cadaver a Lacedæmoniis, jussu oraculi, asservari, refert etiam Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ φυλάττουσι Λακεδαιμόνιοι παρ' ἑαυτοῖς, κατά τι λόγιον, ὥς φησι Σωσίβιος ὁ Λάκων. *Et corpus quidem ipsius asservant apud se Lacedæmonii, oraculi cujusdam jussu; ut auctor est Sosibius Lacon.*

CAP. V.

Leges, ad Apollinem auctorem relatæ: atque bis quam diu usi. Ciceronis error ostensus. Nero Spartam quare ingredi noluerit. Quando latæ, inquisitum. Plutarchi locus expensus, & illustratus: sicut etiam Tatiani, & Thucydidis. Pausaniæ error indicatus. Reipublicæ forma qualis. Menander rhetor emendatus.

LEGES Apollini acceptas ferebant. Cicero, *De divin.* lib. I. *Lycurgus quidem, qui Lacedæmoniorum remp. temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. quas cum vellet Lysander commutare, eadem est prohibitus religione.* Valerius Maximus, *lib.* I. *c.* II. *Lycurgus consilio Apollinis gravissimæ Lacedæmoniorum civitati leges compositas ferre se persuasit.* Justinus, de Lycurgi institutis agens, *lib.* III. *Hæc quoniam primo, solutis antea moribus, dura videbat esse, auctorem eorum Delphicum Apollinem fingit: & inde se ea ex præcepto numinis detulisse, ut consuescendi tædium metus religionis vincat.* Nemesius, *De Nat. Hom.* cap XXXIX. Καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐθνῶν θεοὺς ἐπιγράφεται νομοθέτας. ὡς Κρῆτες μὲν τὸν Δία, Λακεδαιμόνιοι δὲ Ἀπόλλωνα. *Pleræque gentium leges suas ad auctorem deum referunt: ut Cretenses quidem, ad Jovem; Lacedæmonii vero, ad Apollinem.* Meminit etiam Augustinus, *De Civitate Dei*, lib. X. cap. XIII. Libanius, *Pro Saltatoribus*, Orat. XIX. & Polyænus, *lib.* I. Atque hinc est quod Lycurgus *Apollinis legislator* dicitur a Luca Tudensi, in *Chronico: Lycurgus, legislator Apollinis, apud Græcos clarus habetur.* Petiit vero has Lycurgus a Cretensibus, & Ægyptis: uti recte Cragius docet, *lib.* III. *cap.* I. Addo ego locum istum, e Thucydidis Scholiaste, *libro* II. Αἰνίττεται τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων (νόμους) οὓς Λυκοῦργος ἔγραψε, μιμησάμενος τοὺς Κρητῶν, καὶ Αἰγυπτίων, νόμους. *Designat Lacedæmoniorum (leges) quas Lycurgus scripsit, Cretensium & Ægyptiorum, leges imitatus.* Usi autem iis legibus per quingentos totos annos, a Lycurgo usque ad Agidem, Archidami filium. Plutarchus, in *Lycurgi Vita*. Τοσοῦτον γὰρ ἐπρώτευσεν ἡ πόλις τῆς Ἑλλάδος εὐνομίᾳ, καὶ δόξῃ, χρόνον ἐτῶν πεντακοσίων τοῖς Λυκούργου χρησαμένη νόμοις· οὓς, δεκατεσσάρων βασιλέων μετ' ἐκεῖνον εἰς Ἆγιν τὸν Ἀρχιδάμου γενομένων, οὐδεὶς ἐκίνησεν. *Adeo vero in ea urbs in Græcia primatum tenuit legum bonitate, & gloria, latis a Lycurgo legibus per quingentos annos usa: quas, cum reges ab hoc ipso ad Agidem, Archidami filium, quatuordecim exstiterint, nemo movit.* Quin & postea, annos alios ducentos, ampliusque: ideoque septingentos dicit Cicero, in Orat. *pro L. Flacco*: *Adsunt Lacedæmonii. cujus civitatis spectata, ac nobilitata, virtus, non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur. qui soli toto orbe terrarum, septingentos jam annos amplius, unis moribus, & nunquam mutatis legibus, vivunt.* Sed quod dicit, *nunquam mutatis legibus*, magis oratorie, quam vere, dixit: nam mutavit Philopœmen; cum, subacta Lacedæmone, & has sustulit, & Achaica instituta introduxit: ut mox infra sum dicturus, ubi statum reipublicæ, & mutationem ejus, pertractabo. Porro autem etiam adhuc sub Nerone servabantur. atque ea causa fuit, cur intrare ille urbem Spartam nollet. Xiphilinus, in *ejus Vita*. Ἠγωνίσατο ἐν πάσῃ ὁμοίως πόλει, ἀγῶνα ἐχούσῃ· πλὴν Ἀθηνῶν, καὶ Λακεδαιμονίων. ταύταις γὰρ μόναις οὐδὲ ἐπεφοίτησε τὴν ἀρχήν. τῇ μὲν, διὰ τοὺς Λυκούργου νόμους, ὡς ἐναντίους τῇ προαιρέσει ὄντας. τῇ δὲ, διὰ τὸν περὶ τῶν Ἐριννύων λόγον. *Certavit in unaquaque pariter urbe, quæ certamen haberet; præter Athenas, & Lacedæmonem: quas ne quidem est ingressus. hanc quidem, quod Lycurgi illic leges, instituto suo adversæ; illas vero, propter ea quæ de Furiis dicebantur.* Etiam Domitiano imperante Apollonius Tyaneus eas salvas ibi invenit. Philostratus, in *ejus Vita*, lib. IV. cap. X. Ὑπερβὰς τὸ Ταΰγετον, εἶδεν ἐνεργὸν Λακεδαίμονα, καὶ τὰ Λυκούργου πάτρια δὲ πράττοντα. *Taygeto superato, vidit cultam Lacedæmonem, & Lycurgi instituta recte servata.* Sed hæ leges, quando a Lycurgo latæ? Inquiramus. Res incerta est: uti antiquitate tam remota haud mirandum. Plutarchus, in *Lycurgi Vita*, tradit, factum, quando regnum Charilaus cum collega Archelao obtineret. Ecce verba: quibus agit de Lycurgi harum legum ferendarum instituto, & oborto propter caussam hanc tumultu. Ἀρχομένης δὲ τῆς ταραχῆς, ὁ βασιλεὺς Χαρίλαος, φοβηθείς. ὡς ἐπ' αὐτὸν ὅλης τῆς πράξεως συνισταμένης, προσέφυγε πρὸς τὴν Χαλκίοικον. *Oborto vero tumultu, rex Charilaus, veritus, ne ista in se pararentur, ad Minervæ Chalciœcæ templum confugit.* Ac mox subdit, de collega Archelao. Ὡς πού λέγεται, συμβασιλεύοντα Ἀρχέλαον αὐτῷ, πρὸς τοὺς ἐγκωμιάζοντας τὸν νεανίσκον εἰπεῖν, &c. *Ut fertur etiam, ejus in regno collegam, Archelaum, ad illos, qui adolescentem laudibus prosequebantur, dixisse*, &c. Et de Archelao quidem, etiam Eusebius tradit: qui, ad annum ajus tricesimum, ita scribit. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτει. Quod Hieronymus sic vertit. *Lycurgus insignis habetur.* Eundem regem Archelaum agnoscit etiam Cyrillus, *adversus Julianum*, libro I. *Regnante apud La-*

Lacedæmonios Archelao, ducentesimo & quinto anno captæ Trojæ, Lycurgus Lacedæmoniis leges dedit. De Charilao, clare Suidas, *in* Λυκοῦργος. Ἦν θεῖος πρὸς πατρὸς Χαριλάου, τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Εὐνόμου ἀδελφός. ἐκράτησε τῶν Σπαρτιατῶν ἔτη τεσσαράκοντα δύο. ὅτε καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, ἐπιτροπεύων τὸν ἀδελφιδοῦν. *Erat patruus Charilai, regis Spartani, Eunomi frater. Spartanos in potestate habuit annos quadraginta duos. quo tempore etiam leges tulit, cum tutelam gereret sui ex fratre nepotis*. Sunt qui dicant, anno Telecli, hujus Archelai filii, tricesimo tertio accidisse. Et Eusebius illic notat. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτει. Hieronymus ita vertit. *Lycurgus Lacedæmoniis jura composuit*. Alii rursum, sub Alcamene, hujus filio, & nepote Archelai, factum volunt. Inter hos Apollodorus: &, ex eo, Eusebius quoque, ad annum illius decimum quintum; istis verbis. *Τὰ Λυκούργου νόμιμα, ὡς Ἀπολλόδωρος*. Hieronymus ibidem. *Lycurgi leges Lacedæmone, juxta sententiam Apollodori, hac ætate sunt susceptæ*. Quæ totidem verbis omnia Marianus Scotus ex Eusebio transcripsit. Sed nunc tempora computemus. Plutarchus, in *citatis* paullo ante *verbis*, ad Agidem regem, Archidami filium, annos statuit quingentos. Videamus. Obiit Agis anno tertio Olympiadis duodecimæ & centesimæ: ut in ejus anni rebus tradit Diodorus Siculus, *lib.* XVII. unde, si rem retro putes, ad tricesimum regis Archelai annum, sub quo leges a Lycurgo constitutas ex Plutarcho jam ostendi, erunt anni quingenti, & quinquaginta item septem. Plutarchus, in *citatis verbis*, de quingentis, numero rotundo tradit simplicissime. Certe de tricesimo anno Archelai capiendus est Eusebius. qui ad istum ita scribit, numero MCXXX. anno III. Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις ἐνομοθέτησε. *Lycurgus Lacedæmoniis leges tulit*. sive ut vertit Hieronymus, *Lycurgus insignis habetur*. Ac respexit sine dubio Tatianus, in Oratione *contra Græcos*, ubi dicit, centum annis ante Olympiades Lycurgum has leges tulisse. Λυκοῦργος δὲ, πολὺ γεννηθεὶς μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν, πρὸ τῶν Ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. *Lycurgus vero, multo post Ilii captivitatem natus, annis centum ante Olympiades Lacedæmoniis leges posuit*. Sunt vero a prima Olympiade, si retro numeres ad annum Archelai tricesimum, anni centum atque octo. Tatianus, quod supererat, quia parum, exprimendum non putavit. Si ad annum Alcamenis regis decimum & quintum referes, habebis annos tantum quadringentos & septuaginta: si ad annum Telecli tricesimum tertium, anni erunt quadringenti atque nonaginta duo. Et hæc de Plutarchi loco: qui præterea illustrandus. Nam, quod tempus computat ad Agidem, Archidami filium, id de Agide secundo, Archidami item secundi filio, intelligendum est. Jam Thucydidem audiamus: qui ad finem belli Peloponnesiaci annos tradit paullo plures quadringentis, *lib.*I. Ἔτη γάρ ἐστι μάλιστα τετρακόσια, καὶ ὀλίγῳ πλείω, ἐς τὴν τελευτὴν τοῦδε τοῦ πολέμου, ἀφ' οὗ Λακεδαιμόνιοι τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ χρῶνται. *Anni sunt maxime quadringenti, & paullo plures, ad finem hujusce belli, ex quo Lacedæmonii eadem reip. administratione utuntur*. Incidit autem iste finis in annum quartum Olympiadis XCIII. ut videre est apud Diodorum Siculum, in illius anni historia, *libro* XIII. unde tempus ubi computaveris ad regis Telecli annum tertium & tricesimum, cui quidam leges has Lycurgi tribuunt, uti dixi, quem respexerit & Thucydides, annos habes quadringentos & octodecim. Sed Pausania quid futurum est? qui longissime progreditur, & has leges a Lycurgo latas dicit sub Agesilao rege, Telecli istius avo, intervallo circiter annorum centum. siquidem ab obitu Agesilai, ad nepotis Telecli tricesimum, & tertium annum, tres & nonaginta anni computantur: uti constat ex Eusebio. Ac Pausaniæ quidem verba, ita habent, in *Laconicis*. Τοὺς δὲ ἐφεξῆς βασιλεύσαντες τῆς οἰκίας ταύτης, Δόρυσσον τὸν Λαβώτα, καὶ Ἀγησίλαον Δορύσσου, δι' ὀλίγου σφᾶς τὸ χρεὼν ἐπέλαβεν ἀμφοτέρους. ἔθηκε δὲ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίοις τοὺς νόμους ἐπὶ τῆς Ἀγησιλάου βασιλείας. *Qui vero deinde ex hac familia regnarunt, Doryssum, Labotæ filium, & Doryssi Agesilaum, mors utrunque brevi oppressit. Posuit vero etiam Lycurgus Lacedæmoniis leges sub Agesilao rege*. Ergo errat; & memoria virum fallit, sicut etiam in istis, quod Doryssum, filiumque Agesilaum, tempore exiguo tantum tenuisse regnum tradit: cum regnaverit Doryssus annos novem & viginti, quadraginta quatuor Agesilaus: uti constat ex Eusebio. Certe rege Agesilao, sicut tradunt, qui hanc illi ætatem tribuunt, juvenis adhuc Lycurgus fuit, & nec dum de ferendis legibus cogitabat. Clemens, *Strom.* lib.I. Ἀπολλόδωρος δὲ, μετὰ ἔτη ἑκατὸν τῆς Ἰωνικῆς ἀποικίας. Ἀγησιλάου, τοῦ Δορύσσου, Λακεδαιμονίων βασιλεύοντος. ὥστε ἐπιβαλεῖν αὐτῷ Λυκοῦργον τὸν νομοθέτην, ἔτι νέον ὄντα. *Apollodorus autem, centum annis post Ionicam coloniam, regnante apud Lacedæmonios Agesilao, Doryssi filio: ita ut ad eam pervenerit Lycurgus legislator, adhuc juvenis existens*. Nimis vero generaliter Athanasius eum leges invenisse nobis prodit, in Orat. *Contra Gentes*. Γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες, καὶ νόμους μὲν Λυκοῦργος ὁ Σπαρτιάτης. *Nam literas quidem, Phœnices invenerunt; leges vero, Lycurgus Spartanus*. Ac de legibus quidem, ista. Sed quæ reip. ejus forma fuit? Non id adeo facile pronuntiatu: ut & Plato ipse testis, *De Leg.* lib.IV. Καὶ μὴν ξυννοῶν γε, ὦ ξένε, τὴν ἐν Λακεδαίμονι πολιτείαν, οὐκ ἔχω σοι φράζειν οὕτως, ἥν τινα προσαγορεύειν αὐτὴν δεῖ. καὶ γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι προσεοικέναι. τὸ γὰρ ἐφόρων, θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε. καίτοι ἐνίοτέ μοι φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένῃ μάλιστα ἐοικέναι· τὸ δ' αὖ μὴ φάναι ἀριστοκρατίαν αὐτὴν εἶναι, παντάπασιν ἄτοπον. καὶ μὲν δὴ βασιλεία γε διὰ βίου τ' ἐστὶν ἐν αὐτῇ, καὶ ἀρχαιοτάτη πασῶν, καὶ πρὸς πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἡμῶν αὐτῶν, λεγομένη. ἐγὼ δὲ, οὕτω νῦν ἐξαίφνης ἐρωτηθεὶς, ὅπερ εἶπον, οὐκ ἔχω διορισάμενος εἰπεῖν, τίς τούτων ἐστὶ τῶν πολιτειῶν. *At ego, hospes, dum Lacedæmoniorum remp. considero, non ita facile dicere queam, quo oporteat eam nomine appellare. etenim tyrannidi mihi esse similis videtur. nam potestas ephororum mirum in modum ibi tyrannica est. interdum autem videtur mihi, præter cæteras civitates, simillima esse democratiæ. negare autem, aristocratiam esse, maxime absurdum fuerit. quin & regnum item in ea est perpetuum; idque omnium antiquissimum. cum ab omnibus hominibus, tum a nobis quoque, dicitur. Ego vero, ita subito nunc rogatus, revera, quod dicebam, haud dicere definire queo, quænam harum rerumpublicarum existat*. Menander Rhetor, ex Platonis isto loco, *cap.* Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Πολιτεῖαι μὲν, ὅτι, τρεῖς· βασιλεῖαι, ἀριστοκρατίαι, δημοκρατίαι. ταύταις δὲ, παρακείμεναί εἰσι κακίαι· βασιλείᾳ μὲν τυραννὶς, ἀριστοκρατίᾳ δὲ ὀλιγαρχία, καὶ πλουτοκρατία λεγομένη, δημοκρατίᾳ δὲ λαοκρατία. παρὰ πάσας δὲ ταύτας, ἡ μικτὴ ἐκ πάντων τούτων· ὁποία ἥ τε Ῥωμαϊκὴ, καὶ ἡ Λακωνικὴ, τὸ παλαιόν. εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν· εἰ μὲν τυραννουμένην, ὡς βασιλευομένην ἐπαινεῖν, ὡς ἐν τοῖς Κοκλείοις ὁ Κράτης πεποίηκεν. εἰ δὲ λαοκρατουμένην, ὡς δημοκρατουμένην, ὡς ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ Ἰσοκράτης, καὶ ἐν τῷ Ἐπιταφίῳ. εἰ δὲ πλουτοκρατουμένην, ὡς ἀριστοκρατουμένην. εἰ δ' ὡς μικτὴν, ὅτι ἐξ ἁπασῶν εἴληφε τὰ κάλλιστα. τοῦτο δὲ ὁ Πλάτων περὶ τῆς Λακωνικῆς πολιτείας ἐν τοῖς Νόμοις εἴρηκεν: *Rerumpublicarum tria sunt genera, regnum, aristocratia, & democratia. His vero adsita vitia: regno*

quidem, tyrannis: aristocratiæ vero, paucorum, aut ditiorum, dominatus; democratiæ autem, plebis principatus. Præter istas universas, mixta est ex omnibus formis: qualis pariter Romana, & Laconica, antiquitus. itaque laudare urbem, quando voles, si quidem ea sub tyranni dominatu est, ceu a rege gubernatam prædicabis, ut in Cocleis Crates fecit: si a plebe gubernatam, ceu a populo commedabis; ut Isocrates in Panathenaico suo, atque Epitaphio, fecit. quod si divites dominentur, regi ab optimatibus dices; aut ut mixtam, quæ ex omnibus optima selegerit quæque, dilaudabis. Atque illud Plato dixit, in libris De Legibus. Sed corruptus ille locus, ac restituendus certe hunc in modum, Εἰ τοίνυν ἐπαινοίης πόλιν, δεῖ μὲν τυραννουμένην, ὡς βασιλευομένην, ἐπαινεῖν. ὡς ἐν τῷ Νικοκλεῖ ὁ Ισοκράτης πεποίηκεν. *Itaque laudare urbem quando voles, oportet eam, quæ tyrannice gubernatur, ceu a rege gubernatam, prædicare: ut in Nicocle Isocrates fecit.* Vide hujus emendationis meæ rationes in Opere *De Cypro*, lib. II. cap. XIII. Elegans in hanc rem est Archytæ locus, in Opere *De lege, & justitia*: cujus id fragmentum exstat perinsigne, apud Stobæum, *Serm.* XLI. Δεῖ δὲ τὸν νόμον τὸν κάῤῥονα, καὶ τὰν πόλιν, ἐκ πασᾶν συνθέτον εἶναι τᾶν ἄλλαν πολιτειᾶν· καὶ ἔχειν τὶ δαμοκρατίας, ἔχειν τὶ ὀλιγαρχίας, ἔχειν τὶ βασιλείας, καὶ ἀριστοκρατίας, ὥσπερ καὶ ἐν τᾷ Λακεδαίμονι. τοὶ μὲν γὰρ βασιλέες, τᾶς μοναρχίας· τοὶ δὲ γέροντες, τᾶς ἀριστοκρατίας· τοὶ δὲ ἔφοροι, τᾶς ὀλιγαρχίας· ἱππαγρέται δὲ, καὶ κόροι, τᾶς δαμοκρατίας. *Oportet sane, uti, cum lex melior quæque, tum respublica, aliis ex rebuspublicis universis sit composita; habeatque aliquid status democratici, aliquid item oligarchici, aliquid regii, aliquid aristocratici: sicut etiam Lacedæmone. Etenim reges, monarchiam; senatores, aristocratiam; ephori, oligarchiam, hippagretæ vero, & cori, democratiam repræsentant.*

CAP. VI.

Helotes, iidem qui Πενέσαι *apud Thessalos. Ammonius correctus. Medii erant inter servos liberosque. Pollucis locus illustratus. Dura servitus eorum: & nonnulli,* Αργεῖοι *dicti; ut* Μονόμοιτοι *præfecti. Hesychii locus emendatus.* Μόθωνες *qui, item* Μόθακες: *ac discrimen inter illos indicatum. Hesychius iterum emendatus. Et mothaces quidem, liberi erant; sed non plena civitate fruebantur. Cum filiis locupletiorum ad gymnasia mittebantur; pariterque disciplina qualicunque imbuebantur: interque istos in principio Callicratidas, Gylippus, & Lysander. Maxima servorum multitudo apud Lacedæmonios. Ancillæ,* Χαλκίδες *dictæ.*

DE Lacedæmoniorum servis, quos Helotas appellabant, itidem multa Cragius tradit: qui videndus, *lib.* I. *cap.* XI. Addo ista: eosdem fuisse, qui Πενέσαι apud Thessalos dicebantur. Ulpianus, in Orationem Demosthenis, *De Repub. ord.* Πενέσαι παρὰ Θετταλοῖς καλοῦνται, οἵπερ παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ Εἵλωτες. *Penestæ apud Thessalos vocantur, qui Helotes apud Lacedæmonios.* Idem est videre apud Harpocrationem, & Suidam, *in* Πενέσται. Ac corrigendus est Ammonius, *De diff. vocab.* Πενεστής. Πενεστὴς δὲ παρὰ Θετταλοῖς, ὁ κατὰ πόλεμον ζωγρηθεὶς, ὡς παρὰ Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες. *Penestes vero apud Thessalos, qui in bello captus, ut apud Lacedæmonios Helotes.* Male hodie vulgatur ὁ κατὰ πόλεμον δωρηθεὶς, *qui in bello donatus.* Erant autem servi sub conditione: uti neque manumittere eos domini, neque vendere extra regionem possent. Strabo, ubi de iis agit, *lib.* VIII. Καὶ κριθῆναι δούλους, ἐπὶ τακτοῖς τισίν· ὥστε τὸν ἔχοντα, μήτ' ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων τούτους. *Et servituti damnatos fuisse, certis quibusdam conditionibus: ut nec hero manumittere licitum foret, neque extra fines vendere.* Inde capiendus Pollux, cum hos medios inter servitutem, & libertatem, esse dicit, *lib.* III. *cap.* VIII. *sect.* VI. Μεταξὺ δὲ ἐλευθέρων, καὶ δούλων, οἱ Λακεδαιμονίων Εἵλωτες. *Medii vero sunt inter liberos, & servos, Lacedæmoniorum Helotes.* Ac, quantumvis ita sese res haberet, constat tamen, duram illos servitutem serviisse: idque Theopompus dicit, *Hellenicorum* lib. VII. Τὸ δὲ τῶν Εἱλώτων ἔθνος, παντάπασιν ὠμῶς διάκειται, καὶ πικρῶς. *Helotum vero gens, omnino crudeliter tractatur, & acerbe.* Exstat id fragmentum ejus apud Athenæum, *lib.* VI. Ac particulatim magis etiam Myron Prienensis, libro *Messeniacorum* secundo; in insigni hoc fragmento, apud eundem Athenæum, *lib.* XIV. Τοῖς δὲ Εἵλωσι πᾶν ὑβριστικὸν ἔργον ἐπιτάττουσι, πρὸς πᾶσαν ἄγον ἀτιμίαν. κυνῆν τε γὰρ ἕκαστον φορεῖν ἐπάναγκες ὥρισαν, καὶ διφθέραν περιβεβλῆσθαι, πληγάς τε τεταγμένας λαμβάνειν κατ' ἐνιαυτὸν, ἀδικήματος χωρὶς, ἵνα μήποτε δουλεύειν ἀπομάθωσι· πρὸς δὲ τούτοις, εἴ τινες ὑπερακμάζοιεν τὴν οἰκετικὴν ἐπιφάνειαν, ἐπέθηκαν ζημίαν θανάτου, καὶ τοῖς κεκτημένοις ἐπιτίμιον, εἰ μὴ ἐκκόπτοιεν τοὺς ἁδρουμένους. καὶ, παραδόντες αὐτοῖς τὴν χώραν, ἔταξαν μοῖραν, ἣν αὐτοῖς ἀνοίσουσιν ἀεί. *Helotibus vero, quicquid est probrosæ operæ, quodque ad omnem ignominiam pertineret, id mandarunt. Galerum e canina pelle gestare, necessarium statuerunt. insuper, vestem e pellibus ferre; ac quotannis, sine delicto, verbera constituta accipere, ne se servos oblivviscerentur esse. Ad hæc, si qui, contra servilem conditionem, bene habito corpore forent, ii morte id luebant: quin indicta dominis mulcta, nisi pingues macerarent. tum &, agrum his tradentes, certum reditum imperabant, quem afferre semper ipsis tenerentur.* Etiam inebriabant, ad ludibrium filiorum; ut exemplo ab ebrietate eos abstinerent: idque ex Plutarcho, Clemente Alexandrino, & Joanne Tzetze, docet Cragius, *lib.* III. *tab.* VII. *cap.* XI. Addo hunc egregium Demetrii Cydonii locum, libro *De contemptu mortis.* Φασὶ καὶ Λακεδαιμονίους τῇ τῶν Εἱλώτων μέθῃ τοῖς παισὶν ἀποδεικνύναι τὸ τῆς νήψεως ἀγαθόν. *Ajunt etiam, Lacedæmonios Helotum ebrietate liberis sobrietatis bonum ostendere.* Neque tamen id promiscue, quovis tempore, faciebant, sed diebus tantum festis. Est id discere ex Plutarcho: qui disertis verbis dicit, in principio *Demetrii.* Οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ Σπαρτιᾶται τοὺς Εἵλωτας ἐν ταῖς ἑορταῖς πολὺν ἀναγκάζοντες πίνειν ἄκρατον, εἰσῆγον εἰς τὰ συμπόσια, τοῖς νέοις, οἷόν ἐστι τὸ μεθύειν, ἐπιδεικνύντες. *Itaque veteres quidem Spartani, Helotas in festis, merum multum bibere cogentes, in convivia introducebant, ut ostenderent juvenibus, quam fœdum esset inebriari.* Quidam horum, quibus maxime fidebant, Αργεῖοι dicti. Hesychius. Αργεῖοι, οἱ Ἕλληνες. καὶ ἐκ τῶν Εἱλώτων οἱ πιστευόμενοι οὕτως ἐλέγοντο. *Argivi, Græci: & ex Helotibus, quibus maxime fidebatur, ita dicebantur.* Habuerunt autem præfectos suos: idque apparet ex Hesychii isto loco, quanquam corrupto. Μονομοίτων, Εἱλώτων ἄρχοντας. Censeo rescribendum, Μονόμοιτον, Εἱλώτων ἄρχοντα. *Monomœtum, Helotum præfectum.* Ac videtur Μονόμοιτος ille dictus, seu qui solus inter eos honoratus haberetur: nam Μοιτὸς, eidem Hesychio Εντιμος exponitur. Erant etiam alii servi, domi nati, sive vernæ, Μόθωνες dicti. Auctor Etymologici. Μόθων, οὕτω καλοῦσι Λακεδαιμόνιοι τὸν οἰκογενῆ δοῦλον. *Mothon, ita vocant Lacedæmonii servum domi natum.* Et hos cum liberis suis educabant. Hesychius. Μόθωνας, τοὺς παρατρεφομένους, τοὺς λεγομένους παιδίσκους, Λάκωνες. *Mothonas, qui una educabantur, servulos dictos, Lacedæmonii.* Plenius vero Scholiastes Aristophanis, *ad Plutum.*

Οἱ δὲ Λάκωνες, τοὺς παρατρεφομένους τοῖς ἐλευθέροις A παῖδας μόθωνας καλοῦσιν. *Lacedæmonii vero, ſervos, cum ingenuis educatos, mothonas vocant.* Et hi filios heriles, in publicum prodeuntes, comitabantur. Suidas. Μόθωνας γὰρ ἐκάλουν τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις παῖδας οἱ Λάκωνες. *Mothonas enim appellabant Lacedæmonii ſervos, qui ingenuos ſequebantur.* Ac videndus idem iterum eſt, *in* Σκίταλοι. Totidemque pene verbis item Scholiaſtes Comici, *ad Equites*. Μόθωνας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λάκωνες τοὺς παρεπομένους τοῖς ἐλευθέροις. *Mothonas enim Lacedæmonii vocabant, qui ingenuos ſequebantur.* Verum alii, ne quis temere confundat, erant Μόθακες, quos dicebant. Heſychius. Μόθακες, οἱ ἅμα B τρεφόμενοι τοῖς υἱοῖς δοῦλοι παῖδες, *Motaces, pueri ſervi, qui una cum filiis educabantur.* Ita ſcribo: non, ut editur, ἀνατρεφόμενοι; vel, ut alius, vir magnus, συντρεφόμενοι. Plutarchus, *Hiſt.* libro viceſimoquinto, apud Athenæum, *lib.* VI. Εἰσὶ δὲ οἱ μόθακες, σύντροφοι τῶν Λακεδαιμονίων. *Sunt vero mothaces, qui cum Lacedæmoniis ſunt educati.* Mittebantur autem una cum ingenuis a parentibus ad gymnaſia, uti ſeſe filii cum illis ipſis exercerent. Diſcimus ex Æliano, ubi de his ipſis loquitur, *Var. Hiſt.* lib. XII. cap. XLIII. Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων παίδων δούλοις, οὓς συνέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες, συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. *Id* C *vero nomen erat locupletum filiorum ſervis, quos cum ipſis mittebant patres, in gymnaſiis concertaturos.* Heſychius, in *citatis verbis*, uti quoque Ælianus, ſervos dicit; non quod eſſent, verum quod fuiſſent tales. nam liberti certe erant: ſic donati libertate, ut non pleno tamen jure civitatis, velut cæteri Lacedæmonii, fruerentur. Hoc eſt, quod dicit Athenæus, *libro citato*. Οἱ δὲ μόθακες, καλούμενοι παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐλεύθεροι μέν εἰσιν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. *Qui vero mothaces apud Lacedæmonios dicuntur, ſunt illi quidem liberi, ſed non tamen Lacedæmonii.* Ac Phylarchus, in fragmento, cujus D partem jam produxi. Εἰσὶν οὖν μόθακες μὲν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης. *Sunt itaque mothaces liberi quidem, ſed non Lacedæmonii: ac diſciplinæ univerſæ, & inſtitutionis, participes fiunt.* Ubi obſerva, diſciplina etiam quacunque imbutos. quo id pertinet, quod cum filiis ingenuis ditiorum in gymnaſiis concertarent, ut ex Æliano docui. Et ex eo genere initio fuerant, Callicratidas, Gylippus, & Lyſander; viri poſtea in Republica Spartanorum excellentes. Ælianus, *loco citato*. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ E Λύσανδρος, ἐν Λακεδαιμονίᾳ μόθακες ἐκαλοῦντο. *Callicratidas autem, & Gylippus, & Lyſander, Lacedæmone mothaces appellabantur.* Ac de Lyſandro, teſtis etiam Phylarchus, in fragmento, ſemel iterumque dicto. Τούτων (τῶν μοθάκων) ἕνα φασὶ γενέσθαι καὶ Λύσανδρον, τὸν καταναυμαχήσαντα τοὺς Ἀθηναίους, πολίτην γενόμενον δι' ἀνδραγαθίαν. *Ex his (mothacibus) unum fuiſſe ajunt Lyſandrum, qui navali prælio Athenienſes ſuperavit, civem factum ob fortitudinem.* Maxima ſervorum autem multitudo apud Lacedæmonios erat. Indicatur a Thucydide, *lib.* VIII. Οἱ οἰκέται, τοῖς Χίοις πολλοὶ ὄντες, καὶ μιᾷ γε F πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων, πλεῖστοι γενόμενοι. *Cum multi Chiis ſervi eſſent, & quot nuſquam in una urbe, præterquam Lacedæmone.* Ad quem locum Scholiaſtes. Πλείονες οἰκέται ἦσαν ἐν Χίῳ, ἤπερ ἐν ἄλλῃ τινὶ πόλει, πλὴν Λακεδαιμονίων. ἡ δὲ Λακεδαίμων, πλείστους εἶχεν οἰκέτας. *Plures ſervi erant Chii, quam in ulla alia urbe, excepta Lacedæmoniorum. Lacedæmon autem, plurimos habebat ſervos.* Sed de ſervis poſtquam dixi, etiam, ancillas hic commemorare, eſt conveniens. Eæ ipſis Χαλκίδες appellabantur. Athenæus, *libro* VI. Πρόξενος δ', ἐν δευτέρῳ Λακωνικῆς πολιτείας, ἐπικαλεῖσθαι φησὶ Χαλκίδας παρὰ Λακεδαιμονίοις A τὰς θεραπαίνας. *Proxenus vero, libro ſecundo De rep. Laconica, ancillas apud Lacedæmonios cognominari Chalcidas dicit.*

CAP. VII.

Liberti, varii, varieque appellati. Ἐπεύνακτοι. Ἀφέται. Ἀδέσποτοι. Ἐρυκτῆρες. Δεσποσιοναῦται. Νεοδαμώδεις. *Ac de his, ſententiæ antiquorum variæ: aliis, eos ex helotis factos eſſe dictitantibus; aliis, diverſos eos ab helotis facientibus. Quare ita appellati.* Δαμώδεις, *qui. De his Heſychius locus reſtitutus.*

B SED liberti, ut nonnulli Μόθακες, ita plures illic erant, aliis nominibus dicti. In his, qui Ἐπεύνακτοι appellabantur. Athenæus, *lib.* VI. Περὶ δὲ τῶν παρὰ Λακεδαιμονίοις Ἐπευνάκτων καλουμένων, (δοῦλοι δ' εἰσὶ καὶ οὗτοι,) σαφῶς ἐκτίθεται Θεόπομπος, διὰ τῆς δευτέρας καὶ τριακοστῆς ἱστορίας. *De iis vero, qui Epeunacti dicebantur, (nam & illi ſervi ſunt,) clare exponit Theopompus, Hiſtoriarum libro triceſimo ſecundo.* Mox fragmentum Operis iſtius ponit, quod ſic habet. Ἀποθανόντων πολλῶν Λακεδαιμονίων, ἐν τῷ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ, οἱ περιλειφθέντες, C εὐλαβηθέντες, μὴ καταφανεῖς γένωνται τοῖς ἐχθροῖς ἐρημωθέντες, ἀνεβίβασαν τῶν εἱλώτων ἐφ' ἑκάστην στιβάδα τῶν τετελευτηκότων τινάς. οὓς καὶ πολίτας ὕστερον ποιήσαντες, προσηγόρευσαν Ἐπευνάκτους. ὅτι κατετάχθησαν ἀντὶ τῶν τετελευτηκότων εἰς τὰς στιβάδας. *Cum multi Lacedæmoniorum, in bello contra Meſſenios, cecidiſſent; qui ſupererant, metuentes, ne ſe huc redactos eſſe, hoſtis forte deprehenderet, quoſdam helotum in interfectorum lectum unumquemque tranſtulerunt; &, donatos poſt id tempus civitate, Epeunactos appellarunt: quod, interfectorum loco, in lectis collocati eſſent.* Meminitque poſtea ſemel, iterumque, ex eodem Theopompo, & Menæchmo D in *Sicyoniacis*, eodem loco Athenæus. Alii præterea erant: quorum hi Ἀφέται dicti, illi Ἀδέσποτοι, iſti Ἐρυκτῆρες, alii Δεσποσιοναῦται, quidam denique Νεοδαμώδεις. Inſigne hac de re fragmentum eſt Myronis Prienenſis, ex *Meſſeniacorum* libro ſecundo. Πολλάκις ἠλευθέρωσαν Λακεδαιμόνιοι δούλους· καὶ οὓς μὲν Ἀφέτας ἐκάλεσαν, οὓς δὲ Ἀδεσπότους, οὓς δὲ Ἐρυκτῆρας, Δεσποσιοναύτας ἄλλους, οὓς εἰς τοὺς στόλους κατέταττον· ἄλλους δὲ Νεοδαμώδεις, ἑτέρους ὄντας τῶν Εἱλώτων. *Sæpe ſervos Lacedæmonii manumiſerunt; & quoſdam Aphetas, nonnullos Adeſpotos, alios Eryctεras, alios dixerunt Deſpoſionautas, quos in claſſibus col-* E *locabant: alios vero Neodamodes, qui diverſi ab Helotis.* Euſtathius, *ad Iliad.* ο'. Παρὰ δὲ Λάκωσιν, οἱ παρὰ τὸ Ἕλος Εἵλωτες, ἐλευθερωθέντες, ἐκαλοῦντο Ἀφέται. τινὲς δὲ, Ἐρυκτῆρες. ἄλλοι, Δεσποσιοναῦται· οὓς εἰς τοὺς στόλους κατέταττον· ἦσαν δὲ καὶ οἱ Νεοδαμώδεις, ἕτεροι τῶν Εἱλώτων. *Apud Lacedæmonios, qui ab Helo dicti Helotæ, poſtquam manumiſſi eſſent, Aphetæ appellabantur; quidam vero, Eryctεres; alii, Deſpoſionautæ, quos in navibus collocabant. Erant vero etiam Neodamodes, qui diverſi ab Helotis.* Id hic autem etiam eſt referendum; eam legem, qua Helotæ ſic damnati ad ſervitutem, ut reſtitui libertati nunquam poſſent, F ſicut ex Strabone oſtendi, in principio capitis ſuperioris, non obtinuiſſe ſemper: cum & poſtea manumitti ipſi cœperint, variiſque tunc nominibus appellari: uti clarum ex Myrone, & Euſtathio, quos citavi: verum tantum excipi Neodamodes, quos Helotas aliqui fuiſſe negarent. Eos tamen etiam fuiſſe Helotas, alii aperte dicunt; hique Auctores nullo modo contemnendi. Pollux, *lib.* III. *cap.* VIII. Τοὺς μέν τοι εἰς ἐλευθερίαν τῶν Εἱλώτων ἀφιεμένους, οἱ Λακεδαιμόνιοι Νεοδαμώδεις καλοῦσιν. *Ex Helotis vero qui donati libertate eſſent, Lacedæmonii Neodamodes eos dicunt.* Et Heſychius. Νεοδαμώδεις, οἱ

κατὰ δόσιν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς εἱλωτείας. *Neodamodes, qui in libertatem dati ex helotica servitute.* Suidas. Νεοδαμώδης, ὁ ἐλεύθερος, παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἤτοι ἐκ τῶν Εἱλώτων. *Neodamodes, liber, apud Lacedæmonios: sive qui ex Helotibus excessit.* Et habemus rei exemplum, apud Thucydidem: ubi ait, hos Helotas, qui cum Brasida militaverant, manumissos. Verba ejus ecce ista, *lib.* V. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐψηφίσαντο, τοὺς μὲν κατὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι, καὶ οἰκεῖν ὅπου ἂν βούλωνται. καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ αὐτοὺς μετὰ τῶν Νεοδαμωδῶν ἐς Λέπρεον κατέστησαν. *Lacedæmonii decreverunt, ut Helotæ, qui cum Brasida pugnaverant, liberi essent, & habitarent ubi vellent. eosque non multo post cum Neodamodibus in Lepreo collocarunt.* Ubi obiter observandum: alios Neodamodes, alios Helotas dici. Ita quoque *lib.* VII. Τῶν δ' ἔξω Σικελίας Ἑλλήνων Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἡγεμόνα Σπαρτιάτην παρεχόμενοι. Νεοδαμώδεις δὲ τοὺς ἄλλους, καὶ Εἵλωτας. δύναται, δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. *Ex Græcis vero, qui extra Siciliam, Lacedæmonii quidem, ducem Spartanum præbuerunt; aliosque, Neodamodes, & Helotas. valet vero neodamodes, idem quod liberum esse.* Ac, diversos eos, quosdam tradidisse, a Myrone, & Eustathio, quos citavi, itidem commemoratur. Quid autem sit Νεοδαμώδης, a Thucydide exponitur, in *citatis* statim *verbis*. Δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες, ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. *Valet vero neodamodes idem, quod, jam liberum esse.* Itaque simpliciter Νεοδαμώδες dicebatur, quivis recens liber factus. Scholiastes ejus, *ad hunc locum*. Νεοδαμώδης, ὁ ἐλεύθερος, παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. *Neodamodes, liber, apud Lacedæmonios.* Meminit eorum etiam Xenophon, *Hist. Græc.* lib. I. Ἐν δὲ τῷ Βυζαντίῳ ἦν Κλέαρχος Λακεδαιμόνιος ἁρμοστὴς, καὶ σὺν αὐτῷ τῶν περιοίκων τινὲς, καὶ τῶν νεοδαμωδῶν οὐ πολλοί. *Erat Byzantii Clearchus Lacedæmonius harmosta, & cum ipso nonnulli ex vicinis, ac neodamodum haud multi.* Et occurit iterum eorum mentio, *lib.* III. Ratio nominis autem ista; quod esset quasi νέος δαμώδης, *novus popularis*, recens populo adscriptus. Etenim cives, qui vectigal persolvebant, Lacedæmoniis Δαμώδεις, appellabantur. Hesychius. δημόται, Δαμώδεις ἢ οἱ ἐντελεῖς, παρὰ Λάκωσι. *Damodes, populares, sive qui vectigal solvunt, apud Lacedæmonios.* Ita enim eum locum emendandum esse arbitror, perperamque hodie Δαμώσεις legi.

CAP. VIII.

Pecunia ferrea. Nummus quidam, Πέλανορ *dictus: tum & quantum is valuerit. Vati pro mercede datus. Hesychii error indicatus. Quem laudatum cupiebant, virum divinum dicebant,* Σεῖορ, *&* Σιὸρ, *dictiones Laconicæ. Aristoteli, Auctori Etymologici, & Plutarcho, vera lectio restituta. Cui male vellent, imprecabantur, ut ædificaret domum, equos aleret; aggeres faceret, & mœchum uxor ut haberet. Imprecationis formula. Quid a diis precarentur: ac precatio eorum,* Εὐφημία *ab oraculo appellata. Supplicia, sumebant noctu. Fures quosnam punierint. Jurabant vero per Dioscuros: quos* τὼ σιὼ *appellabant. Ipsum jurare,* Ἀπαλοῖξαι *dicebant.*

De pecunia illorum ferrea, tradit Cragius, *lib.* III. *tab.* X. *cap.* II. Addo locum Pollucis, *lib.* VII. *cap.* XXIV. *sect.* II. Νόμισμα σιδηροῦν, τὸ Λακεδαιμονίων. *Nummus ferreus, Lacedæmoniorum.* Iterum, *lib.* IX. *cap.* VI. Σιδηρῷ δὲ νομίσματι καὶ Λακεδαιμόνιοι χρῶνται, ἐκ πολλοῦ ὄγκου ὀλίγον δυναμένῳ. *Ferreo nummo etiam Lacedæmonii utuntur, ingenti magnitudine parum valent.* Huc pertinet locus Æschinis Socratici, in *Eryxia*: qui dialogus in Platonis nothis exstat. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι σιδηρῷ σταθμῷ νομίζουσι, καὶ ταῦτα μέντοι τῷ ἀχρείῳ τοῦ σιδήρου· καὶ ὁ πολὺν σταθμὸν σιδήρου τοῦ τοιούτου κεκτημένος, πλούσιος δοκεῖ εἶναι, ἑτέρωθι δ' οὐδενὸς ἄξιον τὸ κτῆμα. *Lacedæmone vero ferreo pondere pro nummo utuntur, & quidem inutilis ferri: quique multum ejusmodi ferri pondus possidet, dives esse putatur, cum alibi nullius pretii possessio hæc sit.* Erat autem nummus quidam, qui Πέλανορ dicebatur, æreos quatuor valens. Hesychius. Πέλανορ, τὸ τετράχαλκον, Λάκωνες. *Pelanor, nummi ærei quatuor, Lacones.* Dicebant autem illi Πέλανορ, quod est aliis Græcis Πέλανος: & est illis usitatum, σ, in fine dictionum, in ρ vertere. Pelani vero nummi meminit Nicander etiam, in *Alexipharmacis*.

> Καὶ τότε κεδρινέης πελάνου βάρος ἔμμορε πίσσης.
> *Ac tum cedrinam picem pelani pondere sumito.*

Ubi πελάνου βάρος Scholiastes interpretatur, oboli pondus. Πελάνου βάρος, ἀντὶ τοῦ, ὀβολοῦ ὁλκήν. οὐ γὰρ μόνον τὸ πέμμα, ἤγουν τὸ ἕψημα, πέλανος λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ὀβολοῦ ὁλκή. *Pelani pondus, pro eo quod est, oboli pondus. nam pelanus non tantum libum dicitur, aut coctile, sed etiam oboli pondus.* Ubi observa, Scholiasten obolum interpretari, qui pendebat æreos octo; uti scimus ex Polluce, *lib.* IX. *cap.* VI. cum Hesychius dicat fuisse τετράχαλκον, *quatuor æreorum*, id est, semiobolum tantum. Suidas dicit, hunc mercedis olim loco vati datum, in *Voce* Πέλανος. Καὶ ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθὸς, ὀβολός. *Et qui vati merces datur, obolus.* Ecce, & ille obolum facit, ut Nicandri Scholiastes. De mercede, vati data, ait idem quoque Hesychius. sed quem puto in mendosum quendam codicem incidisse, in quo male scriptum Πέδανος fuerit nam sic ille. Πέδανος, ταπεινὸς, πεδινός· ἢ ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθός. *Pedanus, humilis, campestris; aut quæ vati datur merces.* Proclivis admodum est lapsus: & facile δ pro λ scribitur. Et hoc obiter.

Quem laudatum cupiebant, hunc *Divinum esse virum* prædicabant. Socrates, apud Platonem, in *Menone*. Καὶ αἵ γε γυναῖκες δήπου, ὦ Μένων, τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, θείους καλοῦσι. καὶ οἱ Λάκωνες, ὅταν ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα, Θεῖος ἀνὴρ, φασὶν, οὗτος. *Et mulieres quidem, Meno, bonos viros, divinos appellant: & Lacedæmonii, si quem velint prædicare bonum virum, Divinus, inquiunt, hic vir est.* Et Æschines Socraticus, in dialogo *De virtute*, an doceri ea possit. Λέγουσι γάρ που καὶ αἱ γυναῖκες, ὅτι, Θεῖος ἀνὴρ οὗτός ἐστι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, ὅταν τινὰ μεγαλοπρεπῶς ἐπαινῶσι, θεῖον ἄνδρα φασὶν εἶναι. *Etenim & mulieres dicunt, Divinus iste vir est. & Lacedæmonii, cum magnifice aliquem laudant, divinum esse virum dicunt.* Verum, suo idiomate, Lacedæmonii dicebant, Σεῖος ἀνήρ. Aristoteles repræsentat, *Ethic. Eudem.* lib. VI. cap. I. Σπάνιον καὶ τὸ, θεῖον ἄνδρα εἶναι, καθάπερ οἱ Λάκωνες εἰώθασι προσαγορεύειν. ὅταν ἀγασθῶσι σφόδρα του, Σεῖος ἀνὴρ, φασίν. *Rarum etiam est istud, virum aliquem divinum esse, qualem appellare solent Lacedæmonii. cum, quem valde admirantur, Divinus vir, ajunt.* Quæ totidem verbis iterum dicit, *Nicomach.* lib. VII. cap. I. Ubi Aspasius. Καὶ οἱ Λάκωνες οὖν, ὅτων ἐθαύμασάν τινα, ὡς ὑπὲρ πάντα ἄνθρωπον ὄντα, ἔλεγον, Οὗτος ὁ ἀνὴρ θεός ἐστιν, ἤτοι θεῖος. *Et Lacedæmonii itaque, cum admirarentur quempiam, velut homines plane omnes supergressum, inquiebant: Hic vir deus est, aut divinus.* Sed Lacedæmonii ipsi, Σεῖορ dicebant, non Σεῖος: quod communi dialecto Plato, Aristotelesque, repræsentant. nam, ut dixi, quæ in σ aliis Græcis desinebant, hi ρ itera terminabant.

Sic pro *θεὸς*, etiam dicebant *σιόρ*: uti nos Hesychius docet. *Σιὸρ, θεός, Λάκωνες. Sior, deus, Lacones.* Quamobrem item apud Auctorem Etymologici, in *Voce Σίσυφος*, sic scribendum, *Τὸ θεὸς οἱ Λάκωνες σιὸρ λέγουσι. Pro θεὸς Lacedæmonii σιὸρ dicunt.* Non recte editur, *σιός*, quod Æolicum potius est, quam Laconicum: quanquam sane ea terminatione etiam utantur alii, qui communiter sic proferunt. Athenæus, *lib.* VIII. *Τοὺς μὲν οὖν θιάσους, ἀπὸ τοῦ θεοῦ προσηγόρευον· καὶ γὰρ αὐτοὺς τοὺς θεοὺς οἱ Λάκωνες σιοὺς φασί. Itaque thiasos quidem, a deo appellabant. etenim ipsos deos Lacones σιοὺς dicunt.* Ac corrigendum itidem Plutarchum censeo; qui Spartanum, Laconica loquentem lingua, sic commemorat, in *Pyrrho*. *Εἷς δὲ (τῶν Σπαρτιατῶν) τῶν παρόντων, ὄνομα Μανδρικίδας, εἶπε, τῇ φωνῇ Λακωνίζων. Αἱ μὲν ἐασι τύγε θεὸς, οὐδὲν μὴ πάθωμεν, οὐ γὰρ ἀδικοῦμεν· αἱ δὲ ἄνθρωπος, ἔσεται καὶ τεῦ καρρῶν ἄλλος. Unus vero (Spartanorum) qui aderant, nomine Mandricidas, Laconice loquens; Tu vero, inquit, siquidem deus es, nihil mali patiemur; neque enim aliquid injusti fecimus: sin autem homo, erit & te fortior alius.* Omnino itidem scribendum, *Αἱ μὲν ἐσσι τύγε σιόρ*. Nam illud, *θεὸς*, certe glossa est: &, pro *σιὸρ* explicationis loco ad oram libri adnotatum, ipsum textum occupavit. In fine, item male editur, *τεῦ καρπῶν*: & legendum est, *τεῦ καρρῶν*, ut exhibeo. Quod cum ita censuissem, vidi postea, ante me venisse in mentem magno viro, Henrico Stephano: cujus merita in Remp. literariam nemo satis prædicaverit. Ut autem *Σιὸρ*, ita *Πέλανορ* dicebant, ut ostendi, pro *Πέλανος*. Et occurrunt multa talia apud eundem, quem citavi jam, Hesychium: ac mox ipse plus ostendam, cum de dictionibus Laconicis agam. Quod autem *σ* in *ρ* mutaverint Lacedæmonii, elegans de ea re est locus etiam apud Boetium, *De Musica*, lib. I. cap. I. *Consultumque de eo factum est. quod quoniam insigne est, Spartiatarum S. literam in R vertentium, ipsum de eo consultum eisdem verbis Græcis apposui.* Quia magni sumptus erat, equos alere; ideo, quibus male vellent, uti equos alerent, imprecabantur. Scholiastes Aristophanis, *ad Nubes*. *Δοκεῖ δαπανηρὸν εἶναι, ἵππους τρέφειν· ὅπερ καὶ τῇ Λακωνικῇ προσέζευκται κατάρᾳ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάρας ἔθεσαν μέρει. Videtur magni sumptus esse, equos alere: quod Laconicæ quoque imprecationi adjunctum. nam sane etiam hoc Lacedæmoni in imprecationis parte collocabant.* Sed hæc pars duntaxat horum imprecationis erat, ut ex verbis his apparet: quin ædificare item, & aggeres facere, imprecari consueverunt. Suidas, *in Ἀμβολάς*. *Τὸ οἰκοδομεῖν, καὶ ἵππους τρέφειν, καὶ ἀμβολὰς ποιεῖν, ἐδόκει τοῖς Λάκωσι δαπανηρὰ εἶναι. Ædificare, & equos alere, aggeres facere, Lacedæmonius sumptuosa videbantur.* Itaque hæc inimicis omnia imprecabantur: item quartum, ut haberet uxor mœchum. Ac formula quidem imprecandi, ista erat. *Οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολά, ὅ, τε ἵππος· καὶ ἁ γυνά τεῦ μοιχὸν ἔχοι. Ædificatio te capiat, te ager, & equus: & uxor tua mœchum habeat.* Exstat apud eundem Suidam, *in Δακνόμενος*. *Καὶ γὰρ δὴ τοῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάρας μέρει ἔθεσαν. ἔστι δὲ αὕτη. Οἰκοδομά σε λάβοι. καὶ ἀμβολά, ὅ, τε ἵππος· καὶ ἁ γυνά τεῦ, μοιχὸν ἔχοι. ὡς τούτων δαπανηρῶν ὄντων, καὶ ἐπιζημίων. Etenim hoc sane Lacedæmonii in imprecationis parte posuerunt. Est autem ista. Ædificatio te capiat, & agger, & equus: & uxor tua, mœchum habeat. Tanquam omnia ista sumptuosa sint, & damnosa.* Quæ totidem verbis iterum apud eundem habens, *in Ἵππος*, & *Οἰκοδομή*.

Et hæc quidem inimicis imprecati: sibi vero quæ a deo, publice juxta ac privatim, sint precati, nunc dicendum. Illud erat: *Uti pulchra bonis adderent.* Nec quid aliud innuebant, quam, se deos hoc

A rogare; *Ut virtutem fortunarent.* Plutarchus docet, in *Laconicis Institutis*. *Εὐχὴ δ' αὐτῶν, Διδόναι τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ πλέον οὐδέν. Precatio vero ipsorum erat; Uti pulchra bonis adderent: neque quicquam præter istum.* Plato, in *Alcibiade* II. *Καὶ Λακεδαιμόνιοι, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἑκάστοτε παραπλησίαν εὐχὴν εὔχονται, Τὰ καλὰ ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοὺς θεοὺς διδόναι κελεύοντες αὖ σφίσιν αὐτοῖς. πλεῖον δὲ οὐδεὶς ἂν ἐκείνων εὐξαμένων ἀκούσειεν. Et Lacedæmonii, cum publice tum privatim, semper, & ubique, simili fere precatione utuntur, orantes deos, Uti pulchra bonis addant. Nec quid aliud præter hoc precantes eos quisquam audiat.* Et hæc præcatio, ab oraculo Ammonis, cum Atheniensium legati illud scitarentur, cur B Lacedæmoniis faveret magis, quam Græcis aliis universis, in responso, *Εὐφημία*, seu *Oratio honesta*, appellatur. Idem Plato, hanc legationem referens, in sequentibus mox verbis. *Τὰ δὲ λέγει Ἄμμων. Φησὶν ἂν, βούλεσθαι αὐτῷ τὴν Λακεδαιμονίων εὐφημίαν εἶναι μᾶλλον, ἢ τὰ σύμπαντα τῶν Ἑλλήνων ἱερά. Hæc ait Ammon. Lacedæmoniorum honestam orationem sibi acceptiorem esse, quam omnia Græcorum sacrificia.* Et addit Plato. *Τὴν γοῦν εὐφημίαν οὐκ ἄλλην μοι δοκεῖ λέγειν ὁ θεὸς, ἢ τὴν εὐχὴν αὐτῶν· ἔστι γὰρ τῷ ὄντι πολὺ διαφέρουσα τῶν ἄλλων. Nec aliam mihi deus eu-* C *phemiam, seu honestam orationem, dicere videtur, quam precationem ipsorum. est enim revera aliis præstantior multo.*

Supplicium cum sumere de quoquam vellent, noctu illud faciebant. Docet Cragius, ex Herodoto, Valerio item Maximo, *lib.* IV. *cap.* X. Addo ego & Plutarchi in *Agesilao* locum, in quo idem observare est. *Τῶν δὲ συστάντων ἐκείνων περὶ πεντεκαίδεκα τινὰς συλλαβὼν, νυκτὸς ἀπέκτεινεν. Ex illis factiosis quindecim quosdam comprehensos, noctu occidit.* Noctu quoque de Agide suplicium sumptum, observare datur apud eundem Plutarchum, in *ejus Vita*. Fures minime puniebant, nisi deprehensi essent. Accurate id docet Cragius, *lib.* III. *tab.* VIII. *instit.* XII. Addo locum Sexti Empirici, *contra Ma-* D *them.* lib. III. cap. XXIV. *Φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ οἱ Λάκωνες τοὺς κλέψαντας ἐκόλαζον, οὐ διὰ τὸ κεκλοφέναι, ἀλλὰ διὰ τὸ πεφωρᾶσθαι. Ajunt vero quidam, etiam Lacedæmonios punire fures, non quod furati. sed quod deprehensi essent.* Cum jurarent, per Dioscuros jurabant: & dicebant, *Ναὶ τὼ σιώ*. Aristophanes, in *Pace*.

—— *κ' εἰ μὲν οἱ Λακωνικοὶ*
Ὑπερβάλοιντο μικρὸν, ἔλεγον ἂν ταδί.
Ναὶ τὼ σιὼ, *νιν Ἀττικίων δώσει δίκαν.*
—— *etenim siquidem Lacedæmonii*
E *Paullum superiores fiant, ista dixerint:*
Per Dioscuros, Atticio pœnas dabit.

Ubi Scholiastes. *Τοὺς Διοσκούρους οἱ Λακεδαιμόνιοι σιοὺς ἔλεγον, ὡς Ἀθηναῖοι θεοὺς Δήμητρα, καὶ Περσεφόνην. Dioscuros Lacedæmonii σιοὺς dicebant, ut Athenienses θεοὺς Cererem, Proserpinamque.* Et mulier Lacæna, apud eundem, in *Lysistrata*.

—— *ναὶ σιὼ,*
Γυμνάδδομαί γε. ——
—— *per Dioscuros,*
Exerceor. ——

F Plutarchus, in *Apophthegmatibus Laconicis*. *Μεγαλυνομένου τινὸς ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἶπέ τις Λάκων· Ἀλλὰ, ναὶ τὼ σιὼ, τέχνης ἄνευ ἀληθείας ἧφθαι οὔτε ἐστὶν, οὔτε μήποτε γένηται. Gloriante quodam propter artem oratoriam, ait Laco quidam; Verum, per Dioscuros, artem sine veritate consequi, neque est, neque erit unquam.* Ipsum autem jurare, *Ἀπαλοῖξαι* dicebant. Hesychius. *Ἀπαλοῖξαι, Ὀμόσαι, Λάκωνες. Lacones jurare, Ἀπαλοῖξαι dicebant.*

CAP. IX.

Antequam inirent pugnam, plenilunium observabant. Quam antiqua lex hæc fuerit. Eurotas sprevit, & contemptum infelici pugna luit. Quando de hac abolenda consultatum. Etiam festa observabant. Arabant, occidente Orione. idque Βοιωτεῖν *dicebant. Literas non discebant, nisi quantum necessarium: multi, ne discebant quidem. Isocratis locus illustratus. Multi etiam, neque numerare norant. Nemini pro concione verba facere licebat, nisi qui esset triginta annorum. Peregrinos urbe arcebant, nisi diebus constitutis. Apsinis locus emendatus. In spectaculis, quenam locum assignaverint. Liberos suos indurabant aqua Taygeti. Vibii Sequestri error. Iique paternas semper artes exercebant, ac vilibus probibebantur: verum tibia canere. omnes dicebant. Aurigandi, proprium habebant modum. Sortiebantur per digitos: idque Helenæ inventum.*

IN bellum non exibant ante plenilunium. Vide Cragium, *lib.* III. *tab.* XII. *cap.* II. Alii quoque illud tradunt: in quibus Pausanias, in *Atticis*. Φασὶν, ὡς πεμφθείη Φιλιππίδης ἐς Λακεδαίμονα ἄγγελος, ἀποβεβηκότων Μήδων ἐς τὴν γῆν· ἐπανήκων δὲ, Λακεδαιμονίους ὑπερβαλέσθαι φάιη τὴν ἔξοδον· εἶναι γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς, μὴ πρότερον μαχουμένους ἐξιέναι, πρὶν ἢ πλήρη τὸν κύκλον τῆς σελήνης γενέσθαι. *Ajunt, missum ad Lacedæmonios Philippiden, nuntiantem, irrupisse in Atticam Medos: ipsum autem revertentem retulisse, minus mature processuros: quippe lege prohiberi, ne in pugnam ante plenilunium progrediantur.* Meminit etiam Scholiastes Aristophanis, *Acharnensibus*. Et huc pertinet proverbium, Λακωνικαὶ σελῆναι, *Laconicæ lunæ*: de quo Diogenianus, *Cent.* VI. *Proverb.* XXX. Fuit autem lex hæc longe vetustissima; tenuitque ante Eurotam, regum antiquissimorum ordine tertium: qui, contemnere eam ausus, crimen illud infelici pugna luit. Observare est apud Plutarchum, *De flum.* ubi de Eurota agit. Λακεδαιμονίων πρὸς Ἀθηναίους πόλεμον ἐχόντων, καὶ τὴν πανσέληνον περιμενόντων, Εὐρώτας, ὁ τῶν προειρημένων στρατηγὸς, καταφρονήσας πάσης δεισιδαιμονίας, συνέβαλε τὴν παράταξιν, καίπερ ὑπὸ ἀστραπῶν τε καὶ κεραυνῶν κωλυόμενος. ἀποβαλὼν δὲ τὸ στράτευμα, καὶ λύπῃ σχεθεὶς ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Ἵμερον, ὃς ἀπ' αὐτοῦ Εὐρώτας μετωνομάσθη. *Cum Lacedæmoniis bellum esset adversus Athenienses, Eurotas, illorum imperator, speta omni superstitione, aciem commisit, etsi fulgura fulminaque probiberent. Sed exercitu amisso, magno animi mœrore correptus, in flumen Himerum se conjecit: qui ab ipso post Eurotas nomine mutato dictus.* Post pugnam Marathoniam, de abolenda ea lege consultarunt. Hermogenes, *De Invent.* lib. II. cap. Περὶ νόμων εἰσφορᾶς. Λακεδαιμόνιοι, μετὰ τὰ ἐν Μαραθῶνι, βουλεύονται λύειν τὸν τῆς πανσελήνου νόμον. *Lacedæmonii, post res ad Marathonem gestas, de abolenda plenilunii lege deliberant.* Sicut autem plenilunia observabant, ita festa. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Αἰνίττεται εἰς τοὺς Λάκωνας, οἵ τινες ἐν ἑορτῇ οὐκ ἐστράτευον. *Obscure hoc dicit in Lacedæmonios, qui die festo in militiam non exibant.* Istuc pertinet, quod Carneo mense toto, quia ille festis plenus, a militia abstinebant. Vide infra, *lib.* III. *cap.* VIII. Arabant, occidente Orione; idque Βοιωτεῖν dicebant. Hesychius. Βοιωτεῖν, ἀροτριᾶν, ὅτε Ὠρίων δύνῃ, Λάκωνες. *Bœotein, arare, cum Orion occidit, Lacedæmonii.*

Literas non discebant, nisi quantum necesse. Vide Cragium, *lib.* III. *tab.* VIII. *cap.* I. Plurimi vero, etiam plane non discebant. Sic Isocratis in *Panathenaico* locum censeo intelligendum, ne iniquiorem justo eum his existimemus. Οὗτοι δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας, καὶ φιλοσοφίας, εἰσὶν, ὥστε οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν. *Hi vero (Lacedæmonii) ita a communi institutione, & philosophia, sunt destituti, ut ne literas quidem discant.*

Sic plerique neque numerare norant. Testis Plato, in *Hippia majore*, ubi de Lacedæmoniis loquitur. Οὐδ' ἀριθμεῖν ἐκείνων γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πολλοὶ ἐπίστανται, *Ne numerare quidem, ut sic dicam, multi illorum norunt.*

Qui trigesimum ætatis annum nec dum implevissent, verba ad populum facere prohibebantur. Anonymus, in *Argumento Libanianæ Declamationis* XXIV. Νόμος ἐν Λακεδαίμονι, τὸν εἴσω τριάκοντα ἐτῶν μὴ δημηγορεῖν. *Lex erat Lacedæmone, ne quis, minor triginta annis, apud populum verba faceret.*

Peregrinos urbe sua prohibebant: uti multis docet Cragius, *lib.* III. *tab.* III. *cap.* III. Adde verba Syriani, Ἀθήνῃσι τὰ τῶν Ἀθηναίων, ἐν Λακεδαίμονι τὰ τῶν Λακεδαιμονίων ἁρμόττει γενέσθαι. οὔτε γὰρ ἐν Ἀθήναις ἐπαινεσόμεθα τὴν ξενηλασίαν, οὔτε ἐν Λακεδαίμονι τὸ τοὺς ξένους ἐν τῇ πόλει διδόναι μετοίκιον. *Athenis, quæ Atheniensium sunt; Lacedæmone, quæ Lacedæmoniorum, fieri convenit. neque enim Athenis, laudabimus peregrinorum ejectionem; neque Lacedæmone, quod in urbe peregrini dent pecuniam, pro inhabitatione solvi ab inquilinis solitam.* Eorum in peregrinos inhumanitatem perstringit etiam Aristophanes: a quo Διειρωνόξενοι dicuntur, in *Pace*.

> Κἂν ἔπειθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν.
> Οἱ δ', ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς, καὶ διειρωνόξενοι,
> Τὴν δ' ἀπορρίψαντες, αἰσχρῶς τὸν πόλεμον ἀνήρπασαν.
> *Et persuasi Lacedæmoniorum maximis pecunia.*
> *Hi vero, ut turpis lucri cupidi, & peregrinorum deceptores,*
> *Hanc rejicientes, turpiter bellum arripuerunt.*

Ad quem locum Scholiastes. Διειρωνόξενοι, ἐξαπατῶντες τοὺς ξένους, καὶ ψευδόμενοι δι' εἰρωνείας, καὶ ὑποκρίσεως. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ἐνταῦθα ἐποίουν. παρ' οἷς καὶ ἡ τῆς ξενηλασίας κεῖται νόμος. *Dieironoxeni, qui peregrinos fallunt, & mentinentes per ironiam, ac simulationem. nec quid miri ea in re faciebant. apud quos & de pellendis peregrinis lex lata erat.* Quæ totidem pene verbis Suidas, *in* Διειρωνόξενοι. Libanius, in *Apologia Archidami*, *Declam.* XXIV. Ἐπῄνουν δὲ τὸν νόμον μετ' ἐμαυτοῦ, ὃς οὐκ ἐᾷ τοὺς ἐξ ἑτέρας τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιμίγνυσθαι πράγμασι. ὅπως μὴ γνοῖεν, οἷς ἐπιμελές ἐστι τὰ τῆς Σπάρτης ἐπιτηρεῖν ἁμαρτήματα. *Laudabam vero apud meipsum legem, quæ non permittit, ut negotiis Lacedæmoniorum peregrini se immisceant: ne cognoscerent, quibus curæ esset Spartæ peccata observare.* Iterum, adversus Aristidem, *pro Saltatoribus*, *Declam.* XIX. Πολλὰ γὰρ ἂν τῶν διαφανῶς παρ' ἄλλοις τιμωμένων, ἐκβεβλῆσθαι τῆς Σπάρτης ὑπὸ τῶν νόμων· οἷον αἱ τῶν ξένων ὑποδοχαὶ, πανταχοῦ καλόν. *Multa enim eorum, quæ palam alibi honorata, Sparta ejecta esse; qualis est peregrinorum exceptio, quæ ubique honesta censetur.* Aristides, *Oratione Platonica* II. Καὶ ξενηλασίαν τοιαύτην τῶν Ἑλλήνων ποιησόμεθα, ὅσην οὐδ' ἐν Λακεδαίμονί πω συμβᾶσαν ἀκούομεν. *Tanta peregrinorum ejectione Græcos persequamur, quanta nunquam Lacedæmone contigisse est audita.* Eleganter ad amorem transtulit Philostratus, in *Epistolarum* quadam. Μὴ Λακώνιζε, ὦ γύναι, μηδὲ μιμοῦ τὸν Λυκοῦργον· ξενηλασίαν ἔρως οὐκ ἔχει. *Ne Laconice agas, mulier, nec Lycurgum imiteris: amor peregrinos non ejicit.* Corrigendus est in hujus mentione Apsines, lib. *De arte Rhet.* cap. Περὶ διηγήσεως. Καὶ πάλιν ὁ Λυκοῦργος, θεὶς τὸν τῆς ξενηλασίας νόμον, κρίνεται. *Ac rursum Lycurgus, quod de peregrinis ejiciendis legem tu-*

lerit, accusatur. Admodum corrupte editur, *πάλιν ὀλιγοῦργος θείς*. Non tamen omnino peregrinos urbe arcebant, verum quibusdam diebus admittebant. Scholiastes Aristophanis, *ad citatum statim locum*. Ἦσαν δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) καὶ περὶ τοὺς ξένους ἀπάνθρωποι. καὶ οὐκ ἐξῆν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις. *Erant vero (Lacedæmonii) etiam in peregrinos inhumani: nec cuiquam peregrino quovis tempore Spartam ingredi licebat, sed diebus constitutis*. Quæ ibidem totidem quoque verbis Suidas. Certe festis, minime prohibebantur: &, spectaculis adhibiti, sub umbra collocabantur: cum Lacedæmonii ipsi locum quemvis, forte oblatum, occuparent. M. Antoninus Imp. *lib.* XI. Λακεδαιμόνιοι τοῖς μὲν ξένοις, ἐν ταῖς θεωρίαις, ὑπὸ τῇ σκιᾷ τὰ βάθρα ἐτίθεσαν. αὐτοὶ δὲ, οὗ ἔτυχεν, ἐκαθέζοντο. *Lacedæmonii, peregrinis quidem, in spectaculis, sub umbra sedem tribuebant; ipsi vero, quovis loco, & quem forte nacti essent, considebant*. Cum vero illic agerent, reip. se negotiis immiscere minime permittebantur. Rem, & causam, exponit Libanius, in *Apologia Archidami, Declam.* XXIV. Ἐπῄνουν δὲ τὸν νόμον κατ' ἐμαυτὸν, ὃς οὐκ ἐᾷ τοὺς ἐξ ἑτέρας τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιμίγνυσθαι πράγμασιν· ὅπως μὴ γνοῖεν, οἷς ἐπιμελές ἐστι τὰ τῆς Σπάρτης ἐπιτηρεῖν ἁμαρτήματα. *Laudabam vero apud meipsum legem, quæ non permittit peregrinis, se negotiis Lacedæmoniorum immiscere: ne cognoscerent, quibus curæ esset observare Spartæ peccata*.

Liberos suos indurabant aqua fluminis Taygeti. Vibius Sequester, *De Flum. Taygeta, Laconices: ubi filios suos moris habent durare frigore aquæ*. Verum errat vehementer: nam Taygeta mons erat, non fluvius. Sed præterfluebat Eurotas: in quo factum id, quod dicit. Silius, *lib.* VI.

—— vellem, hunc, o tristia nobis,
Taygeta, hunc unum non durassetis opacis
Eurotæ ripis. ——

Seneca Rhetor *Suas.* II. *Hanc (Spartam) Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam*.

Iidem paternas semper artes exercebant: ita ut præcone præco, tibicine tibicen, coquo coquus, & sic porro, nasceretur. Herodotus, *lib.* VI. Συμφέρονται δὲ καὶ τάδε Αἰγυπτίοισι Λακεδαιμόνιοι· οἱ κήρυκες αὐτέων, καὶ αὐληταὶ, καὶ μάγειροι, ἐκδέκονται τὰς πατρῴας τέχνας. καὶ αὐλητής τε αὐλητέω γίνεται, καὶ μάγειρος μαγείρου, καὶ κῆρυξ κήρυκος. οὐ κατὰ λαμπροφωνίην ἐπιτιθέμενοι ἄλλοι σφέας παρακληΐουσι, ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια ἐπιτελέουσι. *Congruunt vero etiam in his Lacedæmonii cum Ægyptiis; quod eorum præcones, & tibicines, & coqui, in paterna artificia succedunt: & tibicen e tibicine nascitur, & coquus ex coquo, & præco ex præcone. neque ulli, propter vocis claritatem aliis insidiantes, seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseverant*.

Quæ quantumvis eo modo se haberent, opificium tamen vile, & manuarium, nemo discere sinebatur. Polyænus, in strategemate septimo *Agesilai*, lib. II. Λακεδαιμονίων δὲ οὐδείς. ἀπείρηται γὰρ αὐτοῖς, τέχνην βάναυσον ἐργάζεσθαι. *Lacedæmoniorum vero nullus: siquidem illi artem vilem exercere vetabantur*. Plura de re ista vide apud Cragium, *lib.* III. *tab.* VIII. *cap.* II.

Quod ad tibiam vero attinet, omnes canere hac discebant. Athenæus, *lib.* IV. Χαμαιλέων γοῦν ὁ Ἡρακλεώτης, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Προτρεπτικῷ, Λακεδαιμονίους, φησὶ, καὶ Θηβαίους, πάντας αὐλεῖν μανθάνειν. *Chamæleon itaque Heracleota, in Protreptico, quem inscripsit, Lacedæmonios, ait, & Thebanos, omnes tibia discere*.

A Habebant vero proprium aurigandi modum. Observare est apud Pollucem, *lib.* I. *cap.* X. *sect.* IX. Καλεῖται δέ τις Λιβυκὴ διφρεία· ἡ δὲ, Περσική. ἡ δὲ Λακωνική. *Vocatur vero quidam aurigandi modus, Libycus; quidam vero, Persicus; quidam autem, Laconicus*.

Sortiebantur per digitos, eamque rem prima invenisse Helena dicitur. Ptolemæus Hephæstionis F. *Nov. Hist.* lib. IV. Ἑλένη πρώτη ἐπενόησε τὸν διὰ δακτύλων κλῆρον, καὶ Ἀλεξάνδρῳ λαχοῦσα ἐνίκησε. *Helena prima excogitavit sortitionem per digitos; &, cum Alexandro sortiens, vicit*.

B

CAP. X.

Triplex chorus, per ætates distributus. Viri eruditi error, qui Lycurgum auctorem facit; & Pollucis, qui Tyrtæum. Plutarchi locus restitutus: item Apostolii, Diogeniani, & Zenobii. Chorus puerorum, Ὑαλκάδαι dictus. Σαρσίτειος Χορὸς, ad molam saltans. Laconistarum chori quadrati.

TRIPLEX apud ipsos chorus erat, per ætates distinctus; puerorum, virorum, ac senum: quem Tyrtæum memorant instituisse. Pol-
C lux, *lib.* IV. *cap.* XV. Τριχορίαν δὲ, Τυρταῖος ἔστησε, τρεῖς Λακώνων χοροὺς, καθ' ἡλικίαν, ἑκάστην, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας. *Trichoriam autem, Tyrtæus instituit, tres Laconum choros, juxta ætatem singulos, pueros, viros, senes*. Nam, quod & Lycurgum hic auctorem nominat vir doctus, ex Plutarcho, valde fallitur: neque enim id usquam dicit, ubi rei hujus meminit. Ac primum in *ipsius Vita*, ubi de his tribus choris valde accurate agit, ista ecce ejus verba. Τριῶν χορῶν κατὰ τὰς ἡλικίας συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν γερόντων, ἀρχόμενος, ᾖδεν·

Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

D Ὁ δὲ τῶν ἀκμαζόντων, ἀμειβόμενος, ἔλεγεν·

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λαβέ.

Ὁ δὲ τρίτος, ὁ τῶν παίδων·

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες.

Cum tres chori in festis juxta ætates constituti essent, qui senum erat, incipiens, canebat;

Nos olim eramus bellicosi juvenes.

Juvenum vero chorus, excipiens, dicebat;

E *At nos sumus: si vis, fac periculum.*

Tertius autem, qui e pueris constabat;

Nos vero erimus multo fortiores.

Iterum, in *Institutis Laconicis*. Τριῶν οὖν χορῶν ὄντων, κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας, καὶ συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων, ἀρχόμενος, ᾖδεν· & quæ sequuntur. *Cum tres itaque chori essent, juxta tres ætates, & in festis constituerentur; qui senum erat, incipiens, canebat*, &c. Rursum, in libro, *Quomodo se quis laudare possit citra invidiam*.

F Τῶν ἐν Λακεδαίμονι χορῶν ᾀδουσιν οἱ μὲν τῶν γερόντων·

Ἄμμες ποτ' ἦμεν ἄλκιμοι νεανίαι.

Οἱ δὲ τῶν παίδων.

Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.

Οἱ δὲ τῶν νεανίσκων.

Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδες.

Ex choris, qui Lacedæmone ſunt, ſenes quidem canunt;

Nos olim eramus bellicoſi juvenes.
Pueri vero;
At nos erimus multo fortiores.
Juvenes autem;
Sed nos ſumus: ſi vis, videto.

Ubi librarius feſtinans temere confudit ordinem; & juvenes poſtremo loco collocavit, quos ſecundo debuiſſet; pueros, quos ultimo oportuiſſet, in ſecundo memoravit: ac reſtituendum cenſeo. quippe primus chorus, ſenum; alter, juvenum; tertius demum, ultimuſque, puerorum, juxta honorem ætatis cenſebatur. Et ſic recte eſt apud eundem hunc Plutarchum, in duobus aliis locis, quos produxi. Verum, uti nec Lycurgus horum auctor dici poteſt, qui hos ante ſe invenit in rep. Spartana, ita nec Tyrtæum recte Pollux ſtatuit, qui haud paullo ipſo etiam Lycurgo junior erat. Sed, quod in *Lycurgi Vita*, in verbis chori juvenilis, πεῖραν λάβε, eſt, in duobus his poſtremis locis eſt, αὐγάσδεο: quod omnino, utpote magis Laconicum: cujus gloſſa, eſt, πεῖραν λάβε: & in textum, uti ſæpe uſu venit, poſt irrepſit. Eodem modo factum eſt in Apoſtolio: &, πεῖραν λάβε, pro αὐγάσδεο, textum occupat: etſi non turbato ordine. Vide eum, *Cent.* III. *Proverb.* VI. Nimis corrupte apud Diogenianum exſtat: ubi ſervato αὐγάσδεο, quanquam admodum vitiato, gloſſa inſuper etiam in textum irrepſit. Ecce enim, *Cent.* II. *Proverb.* XXX. Αμμες ποτ' ἦμεν. Λακωνικὴ παραβολή. ἀντὶ τοῦ, Ημεῖς ποτ' ἦμεν. τειῶν γὰρ χορῶν ὄντων, ὁ μὲν τῶν παλαιῶν, τοῦτ' ἔλεγεν· ὁ δὲ τῶν νεωτέρων, καὶ ἀκμαζόντων, Αμμες δέ γ' ἦμεν (αἰ δὲ ὅτι ἐὰν βλέπει τόδε λῆις αὐγάδεο.) ὁ δὲ τῶν νηπίων, καὶ οὔπω ἀκμαζόντων, Αμμες δέ γ' ἐσόμεθα πολλῶν κάῤῥωνες. Reſtituo, ad iſtum modum, Αμμες ποκ' ἦμες. Λακωνικὴ παραβολὴ, ἀντὶ τοῦ, Ημεῖς ποτ' ἦμεν, Et mox. Αμμες δέ γ' εἰμέν. αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο. οἱ δὲ τῶν νηπίων, καὶ οὔπω ἀκμαζόντων, Αμμες δέ γ' ἐσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες. Quæ parentheſi incluſa, ſic emendo; & reſcribo totum locum, Αμμες δέ γ' εἰμέν. αἰ δὲ λῇς, (ὅ ἐστι, ἐὰν θέλῃς,) αὐγάσδεο. (βλέπε τόδε.) Zenobius, non tam corrupte, quam truncate, *Cent.* I. *Proverb.* LXXXII. Αμμες ποτ' ἦμες. Λακωνικὴ ἡ παροιμία. οἱ γὰρ πρεσβύτεροι ἐν Λακεδαίμονι χορεύοντες, τοῦτο ἔλεγον, Αμμες ποτ' ἦμες. ἀντὶ τοῦ, Ημεῖς ποτ' ἦμεν. *Nos quondam fuimus. Laconicum proverbium. Seniores enim, Lacedæmone ſaltantes, hoc dicebant:* Αμμες ποτ' ἦμες, pro, Ημεῖς ποτ' ἦμεν. *Nos olim eramus.* Quanquam tamen etiam legendum ibi eſt, ποκ' ἦμες. nam Lacones, ſicut Dorienſes cæteri, πόκα, pro ποτὲ, dicebant. Ad triplicem hanc ſaltationem reſpexit Libanius, *Pro Saltoribus*, Orat. XIX. Εν Λακεδαίμονι γὰρ, αἱ μὲν ἄλλαι πράξεις ταῖς ἡλικίαις διῄρηντο· τὸ δὲ ὀρχεῖσθαι, διὰ πάντων ἤρχετο. καὶ τοῦτο περιειλήφει γέροντάς τε ὁμοῦ καὶ παῖδας, καὶ τοὺς ἐν μέσῳ. *Lacedæmone enim, aliæ quidem actiones, ætatibus diſtinctæ erant: verum ſaltatio, per omnes ibat: atque comprehendit ſenes, una cum pueris, quique inter iſtos medii.* Puerorum vero chorus, ut hoc quoque nunc hic moneam, Υαλκάδαι dicebatur. Heſychius. Υαλκάδαι, χορὸς παίδων, Λάκωνες. *Hyalcadæ, chorus puerorum, Lacones.* Denique, præter tres iſtos, quidam chorus etiam Σαρσίτιος dictus, choreas ad molam agitans. Idem Heſychius. Σαρσίτειος χορὸς πρὸς μύλον ποιούμενος τὴν χορείαν, Λάκωνες. *Sarſiteus chorus, ad molam faciens choream, Lacones.* Illud denique hic dicendum, quod refertur ab Athenæo, Laconiſtas quadratis choris ceciniſſe. Ecce verba, *libro* IV. Οἱ δὲ λεγόμενοι Λακωνισταὶ, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐν τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον. *Qui vero Laconiſtæ dicebantur, ait Timæus, quadratis choris canebant.*

CAP. XI.

Carmina Laconum qualia. Εμβατήριον *quod &* Μεσσηνιακὸν, *&* Ενόπλιον, *appellatum: conſtans ex anapæſtis, & ſpondeis: Lesbiis,* Αδώνιον *dictum. Quin & tibiæ ad hoc ipſum habitæ peculiares,* Εμβατήριοι αὐλοὶ *inde nominatæ. Aliud,* Βουκολικὸν *dictum, &* Αστραβικὸν: *ejuſque origo.* Λακωνικὸν *denique, quod Alcmani uſitatum.*

CARMINA eorum erant ſic compoſita, uti animos ad virtutem excitarent. Elegans de iis eſt Plutarchi locus, in *Lycurgo*. Η δὲ περὶ τὰς ᾠδὰς, καὶ τὰ μέλη, παίδευσις οὐχ ἧττον ἐσπουδάζετο τῆς ἐν τοῖς λόγοις εὐζηλίας, καὶ καθαριότητος. ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχεν ἐγερτικὸν θυμοῦ, καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους, καὶ πραγματικῆς· καὶ ἡ λέξις ἦν ἀφελὴς, καὶ ἄθρυπτος, ἐπὶ πράγμασι σεμνοῖς, καὶ ἠθοποιοῖς. ἔπαινοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, εὐδαιμονιζομένων, καὶ ψόγοι τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα, βιούντων βίον. ἐπαγγελία τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετὴν, πρέπουσα ταῖς ἡλικίαις. *Porro elegantiam cantilenarum, & carminum, non ſecus atque orationis cultum, & puritatem, affectabant. Sed inerat & carminibus aculeus, qui excitaret animos, atque inflammaret, quaſi impetu fanatico, & alacritate. Dictio erat ſimplex, & minime mollis, de rebus gravibus, & mores informantibus, quippe laudes fere erant eorum, qui pro Sparta obiiſſent, & beati prædicabantur; ac convitia in trepidos, quique metu aciem deſeruiſſent, ceu viventes vitam triſtem, & infauſtam: tum profeſſio, & gloriatio ad virtutem, quæ ætatibus conveniret.* Iterumque, & iiſdem fere verbis in *Laconicis Inſtitutis*. Εσπουδάζετο δὲ καὶ περὶ τὰ μέλη, καὶ τὰς ᾠδὰς, οὐδὲν ἧττον. κέντρον δ' εἶχε ταῦτα, ἐγερτικὸν θυμοῦ, καὶ φρονήματος, καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους, καὶ πρακτικῆς. καὶ ἡ λέξις, ἦν ἀφελὴς, καὶ ἄθρυπτος. οὐδὲν δ' ἕτερον εἶχεν, ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων, καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα, βιούντων βίον. *Modulationibus quoque, & cantilenis, non minus impendebant ſtudii: quæ ſtimulum haberent, ad excitandum animum, & ſapientiam; impetumque, & quaſi inſtinctum quendam divinum, ad agendum ingenerarent. dictio ſimplex erat, & minime mollis. nec quid aliud continebat, quam laudes eorum, qui fortiter vixiſſent, & pro Sparta mortui eſſent, ac beati prædicarentur: tum eorum vituperia, qui in acie trepidaſſent; ceu qui triſtem, & infelicem, vitam degerent.*

Inter cætera prædicatur, quod dicebant EMBATHPION: quo ad pugnam inchoandam accendebantur. Meminit *ibidem* Plutarchus, in ſequentibus ſtatim verbis. Καὶ οἱ ἐμβατήριοι δὲ ῥυθμοὶ, παρορμητικοὶ πρὸς ἀνδρείαν, καὶ θαῤῥαλεότητα, καὶ ὑπερφρόνησιν θανάτου. οἷς ἐχρῶντο ἔν τε χοροῖς, καὶ πρὸς αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις. *Embaterii vero moduli, ad fortitudinem, & audaciam, ac contemptum item mortis, animabant: quibus utebantur cum in choreis, tum ad tibiam ducentes in hoſtes.* Iterum, in *Lycurgi Vita*. Καὶ τοὺς ἐμβατηρίους ῥυθμοὺς ἀναλαβὼν, οἷς ἐχρῶντο πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπάγοντες τοῖς πολεμίοις, οὐ κακῶς ἡγήσατο, καὶ τὸν Τέρπανδρον, καὶ τὸν Πίνδαρον, τὴν ἀνδρείαν τῇ μουσικῇ συνάπτειν. *Ac qui embaterios modulos ceperit, quibus utebantur, cum ad tibiam hoſtes invaderent, non male exiſtimaverit, Terpandrum, & Pindarum, fortitudinem muſicæ conſociare.* Scholiaſtes Thucydidis, *lib.* V. Νόμους πολεμικοὺς λέγει τὰ ᾄσματα, ἅπερ ᾖδον οἱ Λακεδαιμόνιοι, μέλλοντες μάχεσθαι. ἐκάλουν δὲ

ἐμ-

ἐμβατήρια. *Leges bellicas dicit carmina, quæ canebant Lacedæmonii, pugnam inituri. vocabant vero embateria*, Meminit strictim Dion Chrysostomus, *De regno*, Orat. II. Ἔτι δὲ οἶμαι, τὴν παρακλητικὴν, οἷα τῶν Λακωνικῶν ἐμβατηρίων, μάλα πρέπουσαν τῇ Λυκούργου πολιτείᾳ. *Insuper etiam puto, adhortatoriam, ut Laconicor. embateriorum, valde reip. Lycurgi congruentem* Maximus Tyrius, *Dissert.* VII. Καλὸν μὲν Λακεδαιμονίοις τὸ ἐμβατήριον. *Pulcrum quidem Lacedæmoniis est embaterium*. Designat istud, etsi non dicat, Thucydides, *lib.* V. Καὶ μετὰ ταῦτα ἡ ξύνοδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν, καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐντόνως, καὶ ὀργῇ χωροῦντες. Λακεδαιμόνιοι δὲ, βραδέως, καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν, νόμῳ ἐγκαθεστώτων. οὐ θεῖον χάριν, ἀλλ' ἵν' ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις. *Atque post hæc fit concursus. Et Argivi quidem, sociique, vehementer, & irate contendentes; Lacedæmonii vero, lente, & ad cantum tibicinum, qui ex lege multi ipsis interpositi: non divinæ rei gratia, sed ut æquabili gradu cum modulatione incederent; &, ne ordo turbaretur*. Ubi Scholiastes. Νόμους πολεμικοὺς λέγει τὰ ᾄσματα, ἅπερ ᾖδον οἱ Λακεδαιμόνιοι, μέλλοντες μάχεσθαι. ἐκάλουν δὲ ἐμβατήρια. *Modulos bellicos vocat carmina, quæ Lacedæmonii pugnaturi canebant. vocabant autem embateria*.

Constabat autem embaterium istud carmen anapæstis præcedentibus, & sequentibus spondeis: etiam MESSENIACUM dicebatur. Marius Victorinus, *Artis Gramm.* lib. II. *Cujus mensuræ est hoc quoque metrum, quod Messeniacum appellatur: & est, ut supra, trimetrum catalecticum in syllaba. verum eo distat, quod anapæstis præcedentibus, & spondeis sequentibus, habet factas conjugationes, & postremam syllabam brevem. Idem & Embaterium dicitur; quod & proprium carmen Lacedæmoniorum. Id in præliis, ad incentivum virium, per tibias canunt, incedentes ad pedem, ante ipsum pugnæ initium.* De anapæstis, eo in carmine usitatis, etiam testatur Cicero, *Tusculanarum quæstionum* lib. II. *Militiam vero nostram dico, non Spartiatarum: quorum procedit ad modum, ac tibiam; nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio.* Et Valerius Maximus, *lib.* II. *cap.* VI. *Ejusdem civitatis (Spartanæ) exercitus non ante ad dimicandum descendere solebant, quam tibiæ concentu, & anapæsti pedis modulo, cohortationis calorem animo traxissent: vegeto, & crebro, ictus sono strenue hostem invadere admoniti.* Pausanias, de Tyrtæo, hujus carminis auctore, cum ad Lacedæmonios accessisset, missus ab Atheniensibus. Καὶ ἐλεγεῖα, καὶ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀνάπαιστα ᾖδεν. *Et elegias, & anapæstos ipsis versus canebat.*

Hoc ENOPLIUM etiam dictum. Athenæus, *lib.* XIV. Πολεμικοὶ δ' εἰσὶν οἱ Λάκωνες, ὧν καὶ υἱοὶ τὰ ἐμβατήρια μέλη ἀναλαμβάνουσιν, ἅπερ καὶ Ἐνόπλια καλεῖται. *Bellicosi vero sunt Lacedæmonii, quorum etiam filii addiscunt carmina embateria, quæ Enoplia quoque dicuntur.*

Etiam CASTOREUM. Plutarchus, lib. *De Musica*. Οἱ μὲν αὐλοῖς ἐχρῶντο, καθάπερ Λακεδαιμόνιοι, παρ' οἷς τὸ Καστόρειον καλούμενον ηὐλεῖτο μέλος, ὁπότε τοῖς πολεμίοις ἐν κόσμῳ προσῄεσαν μαχεσόμενοι. *Hi quidem tibiis utebantur, ut Lacedæmonii: apud quos pugnaturis, in hostem composito ordine euntibus, Castoreum, quod vocabant, carmen tibia præcinebatur.* Meminitque ejus iterum, in *Lycurgo*, & Julius Pollux, *lib.* I. *cap.* X. *sect.* I. Scholiastes Pindari, *Pyth.* Od. II.

Lesbii, ADONIUM appellaverunt. Hesychius. Ἀδώνιον, τὸ παρὰ τοῖς Λάκωσιν αὐληθὲν ἐμβατήριον, ὅπερ ὕστερον παρὰ Λεσβίοις ὠνομάσθη. *Adonium embaterium, quod Lacones tibia cani solitum, postea a Lesbiis sic nominatum est.* Habitæ autem ad hoc ipsum tibiæ peculiares, Ἐμβατήριοι αὐλοὶ, *Embateriæ tibiæ*,

A appellatæ. Pollux, de variis tibiæ generibus agens, *lib.* IV. *cap.* X. *sect.* III. Ἐνιοι δὲ καὶ ἐμβατηρίους αὐλοὺς ὠνόμαζον, τοὺς ἐπὶ ταῖς προσόδοις. *Nonnulli vero etiam embaterias tibias nominabant, quibus hostem aggressuri utebantur.* Et nimirum sunt hæ ipsæ, quas & incentivum aliquod habuisse existimarunt. Plinius, in *Panegyrico*: *Non tubæ solum, sed etiam Spartanæ tibiæ incentivum aliquid feruntur habuisse.* Unde autem mos ad tibiam inchoandæ pugnæ natus, quæque origo carminis embaterii fuerit, discere est ex Polyæno, *lib.* I. Προκλῆς, καὶ Τήμενος, Ἡρακλεῖδαι,
B Εὐρυσθείδαις, κατέχουσι τὴν Σπάρτην, ἐπολέμουν. Ἡρακλεῖδαι μὲν δὴ ἔθυον τῇ Ἀθηνᾷ τῶν ὀρέων ὑπερβατήρια. Εὐρυσθεῖδαι δὲ, ἄφνω εἰς μάχην προσέπιπτον. μάχην ἤεισαν Ἡρακλεῖδαι, ἀλλὰ τοὺς αὐλητὰς, ὡς εἶχον, ἡγεῖσθαι κελεύουσιν. οἱ μὲν, τοῖς αὐλοῖς ἐμπνέοντες, ἐγένοντο. οἱ δὲ ὁπλῖται, πρὸς τὸ μέλος, καὶ τὸν ῥυθμὸν, ἐμβαίνοντες, ἄρρηκτοι τὴν τάξιν ἐγένοντο, καὶ τοὺς πολεμίους ἐνίκησαν. ἡ πεῖρα ἐδίδαξε τοὺς Λάκωνας, τὸν αὐλὸν ἀεὶ ἔχειν στρατηγὸν ἐν ταῖς μάχαις. αὐλὸς οὖν ἡγεῖται Λακώνων, εἰς πόλεμον ἰόντων, καὶ τὸ ἐμβατήριον αὐλὸς ἐνδίδωσι τοῖς μαχομένοις. *Procles, & Temenus, Heraclidæ, cum Eurysthidis, Spartam tenentibus, bellum gerebant. Heraclidæ quidem, quod transgressi*
C *montes essent, Minervæ sacra faciebant: Eurysthidæ vero, repente in pugnam ruebant. Nihil contendebant Heraclidæ, sed tibicines, uti erant, præcedere jubent: milites vero, ad cantum, & modulum, incedentes, integrum servabant ordinem, & hostem vincebant. Docuit experientia Lacedæmonios, tibiam in pugna semper ducem habere. itaque in bellum euntes Lacedæmonios præit tibia, & pugnantibus tibia embaterium inflat.*

Erat insuper, quod ΒΟΥΚΟΛΙΚΟΝ appellabant, pastorale. De quo, uti & origine, ita Diomedes refert, *lib.* III. *Bucolica dicuntur poemata, secundum carmen pastorale composita. Instituta autem sunt sic-*
D *ut quidam putant, in Laconia; vel, ut alii, in Sicilia: nam inter Lacedæmonios, & Siculos, varia fuit conditio. Sed, quod ad Laconas pertinet, hæc eorum fuit origo. Quo tempore, advenante Xerxe in Græciam, omnes, deserta Laconia, metu Barbarorum perterriti, in diversas partes fugisse creduntur: & cum virgines timore laterent, ex hoc evenisse, ut eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solemne sacrum inveniretur. Tunc itaque pastores ex rure in urbem convenerunt; &, ne ritus sacrorum interrumperetur, pastorali carmine composito, deæ honorem celebraverunt: unde etiam* Βουκο-
E λισμὸς *dictus*. Servius, *in Bucolica Virgilii*. *Bucolica, ut ferunt, dicta a custodia boum, id est,* ἀπὸ τῶν βουκόλων. *Hujus autem carminis origo varia est. Nam alii dicunt, eo tempore, quo Xerxes, Persarum rex, invasit Græciam, cum omnes intra muros laterent, nec possent, more solito, Dianæ sacra persolvi, pervenisse ad montes Laconas rusticos, & in ejus honorem hymnos dixisse. Unde natum carmen Bucolicum ætas posterior elimavit.*

Hoc ipsum quoque ΑΣΤΡΑΒΙΚΟΝ dictum. Valerius Probus, De bucolici carminis ratione. *Bucolicorum omnis origo triplex esse fertur. Primum a Lacedæmoniis. Nam, cum Xerxes Græciam affectaret,*
F *& terribilis esset, relictis civitatibus, omnis Græciæ gens in diversa loca refugerunt. Post, cum apud Marathonem victus recessisset, Lacedæmoniis reversis in Peloponnesum, religiosior fuit cura Dianæ Caryatidis colendæ. Nam forte ipso die reverterunt in patriam victores, quo fieri sacra eidem deæ competebat. Sed, quoniam præsentia virginum deesset, quæ ea celebrare consueverant, ne sacrificium intermitteretur, pastores ex vicinis agris contraxerunt, & per eos sacra expedierunt, adhibitis carminibus etiam rusticis. Ritum autem sacrorum, Bucolicon appellarunt: non quoniam solum boum pastores ipsi fuerint, sed quoniam*

boves pecora præstarent magnitudine. Hoc idem carmen, Astrabicon dictum est; a forma sedilis, quo advecti fuerant, qui illa cantaturi erant. Sunt autem astraba, vehicula: dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι.

Denique, erat & ΛΑΚΩΝΙΚΟΝ quod vocabant, anapæsticum, Alcmani poetæ Laconi usitatum. Demetrius Triclinius, *De metris Sophoclis*. Τὸ δὲ παρὸν μέτρον, ἀναπαιστικόν ἐστι, Λακωνικὸν καλούμενον, διὰ τὸ τὸν Λάκωνα Ἀλκμᾶνα πολλῷ τούτῳ χρήσασθαι. *Hoc vero præsens metrum, anapæsticum est; Laconicum, quod Lacon Alcman eo plurimum uteretur.*

CAP. XII.

Saltationes variæ: inter quas excellit pyrrhicha; quam ab anno ætatis quinto pueri discebant. Hæc a Dioscuris tradita, qui acceperant a Minerva: vel, ut quidam, a Pyrrhicho Lacedæmonio, aut Cretensi. Pollucis locus restitutus. Veterum Auctorum hic dissidium conciliatum. Caryatis; quam & ipsam Dioscuri docuere: Caryis agitari solita, in Dianæ Caryatidis honorem, a virginibus, ac quotannis. Viri docti error geminus indicatus. Sigillum Clearchi. Βίβασις, & ea qualis: Aristophanisque locus illustratus. Leonidas, & Callicratidas.

SALTATIO quoque aliqua eorum fuit: meminitque Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Ἔστι καὶ ὄρχησις Λακωνική, ὡς ἐν τῷ περὶ Μαντινείας εἰρήσεται. *Est etiam saltatio Laconica; ut dicam, cum de Mantinea agam.* Eustathius, *ad Iliad* β'. Ἔστι δὲ καὶ κλεὶς Λακωνική, καινοτέρα τις. καὶ εἶδος δὲ ὑποδήματος, καὶ ὀρχήσεως. *Est vero etiam clavis Laconica, peculiaris quædam. est & genus calcei, ac saltationis.* Philostratus, *lib.* IV. *cap.* VII. Εἰ μὲν γὰρ Λακωνικὴ αὕτη ὄρχησις, εὖ γε οἱ στρατιῶται. *Si enim Laconica quidem hæc saltatio est, recte sane milites.* Quintilianus, *Instit. Orat.* lib. I. cap. XI. *Nam Lacedæmonios quidem etiam saltationem quandam, tanquam ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus.* Intelligit autem pyrrhicham; quam saltare pueri discebant statim ab ætatis anno quinto. Athenæus id nos docet, *lib.* XIV. Παρὰ μόνοις δὲ Λακεδαιμονίοις διαμένει προγύμνασμα οὖσα (ἡ πυῤῥίχη) τοῦ πολέμου. ἐκμανθάνουσί τε πάντες ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀπὸ πέντε ἐτῶν πυῤῥιχίζειν. *Apud solos vero Lacedæmonios manet (pyrrhicha,) ceu quæ sit præexercitamentum belli. omnesque Spartæ, postquam nati annos quinque, pyrrhicham saltare discunt.* Et hanc, non minus quam Cretenses, propriam sibi vendicabant: ac Minervam memorabant Dioscuros docuisse. Observare est apud Scholiasten Pindari *Pyth.* Od. II. Ὁ δὲ Ἐπίχαρμος, τὴν Ἀθηνᾶν φησι τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι. *Epicharmus vero refert, Minervam Dioscuris modulum armatum tibia accinuisse.* Quæ eadem habes apud Athenæum, in ipso fine *libri* IV. Hinc est, quod Aristides dicit, Oratione *in Minervam*. Διόσκουροι δὲ ὑπ' αὐτῇ (τῇ Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι. *Dioscuri vero sub ipsa (Minerva) pyrrhicham saltant.* Eustathius, solum Castorem nominat, *ad Iliad.* π'. Ἰστέον δὲ, ὅτι κατὰ παλαιοὺς τὴν ῥηθεῖσαν Κουρητικὴν, ἢ πυῤῥιχικὴν, ὄρχησιν, οἱ πλείους μὲν, εἰς Κρῆτας ἀνάγουσιν. τινὲς δὲ, Νεοπτολέμῳ ἀνατιθέασι τὴν αὐτῆς εὕρεσιν. ἕτεροι δὲ, Κάστορι. *Sciendum autem, quod secundum veteres, Cureticam, quam dixi, aut pyrrhichicam, saltationem, plerique ad Curetas referunt: quidam vero, Neoptolemo inventionem ejus tribuunt: alii, Castori.* Alii, inventorem tradunt Pyrrhichum quendam Lacedæmonium: alii, Lacedæmonios. Athenæus, *libro citato*. Ἀριστόξενος δὲ φησὶ, τὴν πυῤῥίχην ἀπὸ Πυῤῥίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος, τὴν προσηγορίαν λαβεῖν. Λακωνικὸν δ' εἶναι μέχρι καὶ νῦν ὄνομα τὸν Πύῤῥιχον. ἐμφανίζει δὲ ἡ ὄρχησις, πολεμικὴ οὖσα, ὅτι Λακεδαιμονίων τὸ εὕρημα. *Aristoxenus vero ait, pyrrhicham a Pyrrhicho, genere Lacedæmonio, appellationem suam accepisse: Pyrrhichumque etiam nunc Laconicum nomen esse. Ostendit autem saltatio ipsa, quod, ut bellica, Lacedæmoniorum sit inventum.* Eustathius, *ad Iliad.* ν'. Ἦν δὲ πολεμικὴ ὄρχησις καὶ ἡ πυῤῥίχη, ἣν ἔνοπλοι παῖδες ὠρχοῦντο· κληθεῖσα ἀπὸ Πυῤῥίχου, ἀνδρὸς Λάκωνος. *Erat vero bellica saltatio etiam pyrrhicha, quam pueri armati saltabant: dicta a Pyrrhicho, viro Lacedæmonio.*

Sed, quod Pyrrhichum, ejus inventorem, attinet, ut hoc obiter hic moneam, eum alii Cretensem, non Lacedæmonium, esse prodiderunt: uti pluribus ostendo in *Orchestra*, ubi pyrrhicham plene tracto. Atque emendandus Pollux, cujus locus hactenus corruptus editur, *lib.* IV. *cap.* XIV. Ἐνόπλιοι ὀρχήσεις, πυῤῥίχη τε καὶ τελεσίας, ἐπώνυμοι δύο κριτῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελησίου. *Armatæ saltationes, pyrrhichaque & telesias, dictæ a duobus saltatorum judicibus, Pyrrhichoque, & Telesia.* Plane corrigendum censeo, Ἐπώνυμοι δύο Κρητῶν ὀρχηστῶν, Πυῤῥίχου τε καὶ Τελεσίου, *dictæ a duobus Cretensibus saltatoribus, Pyrrhichoque, & Telesia.* Sed dissidium hoc Auctorum sic concilio. Fuerit Cretensis Pyrrhichus sine dubio natione, sed Lacedæmonius genere. Hoc diserte Athenæus, in *citatis* ante *verbis*. Ἀριστόξενος δὲ φησὶ τὴν πυῤῥίχην, ἀπὸ Πυῤῥίχου, τοῦ Λάκωνος τὸ γένος. τὴν προσηγορίαν λαβεῖν. *Aristoxenus vero ait, pyrrhicham a Pyrrhicho, qui Lacedæmonius genere, appellationem suam accepisse.*

Dioscuri vero, uti pyrrhicham, quod jam dixi, Lacedæmonios docuerunt, ita quoque Caryatidem appellatam ab urbe Caryis, in qua illa docebatur. Lucianus, *De Salt.* Λακεδαιμόνιοι μὲν, ἄριστοι Ἑλλήνων εἶναι δοκοῦντες, παρὰ Πολυδεύκους, καὶ Κάστορος, καρυατίζειν μαθόντες, (ὀρχήσεως δὲ καὶ τοῦτο εἶδος, ἐν Καρύαις τῆς Λακωνικῆς διδασκόμενον,) ἅπαντα μετὰ Μουσῶν ποιοῦσι. *Lacedæmonii quidem, qui Græcorum præstantissimi censebantur, cum a Polluce, & Castore, caryatidem saltare didicissent, (est autem saltationis istud genus, quod Caryis Laconicæ docebatur,) omnia cum carminibus faciunt.* Erat autem ea virginum; quæ Dianæ, cognomento Caryatidis, in honorem annis singulis hanc saltabant. Pausanias, in *Laconicis*. Τὸ γὰρ χωρίον Ἀρτέμιδος, καὶ Νυμφῶν, ἐστὶν αἱ Καρύαι. καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος. χοροὺς δὲ ἐνταῦθα αἱ Λακεδαιμονίων παρθένοι κατ' ἔτος ἱστᾶσι, καὶ ἐπιχώριος αὐταῖς καθέστηκεν ὄρχησις. *Etenim Caryæ, locus est, Dianæ, atque Nymphis, sacer. ac choreas Lacedæmoniorum virgines hic instituunt quotannis, & saltationem peragunt ritu patrio.* Ac Dianæ quidem sacram hanc saltationem esse, etiam nobis Pollux tradit, *lib.* IV. *cap.* XV. Ἦν δέ τινα καὶ Λακωνικὰ ὀρχήματα δειμαλέα. Σειληνοὶ δ' ἦσαν, καὶ ἐπ' αὐτοῖς Σάτυροι, ὑπότροχα ὀρχούμενοι. καὶ ἴθυμβοι, ἐπὶ Διονύσῳ. καὶ Καρυάτιδες, ἐπὶ Ἀρτέμιδι. *Erant vero quædam item Laconicæ saltationes formidabiles. Erant autem Sileni, & post hos Satyri; in circum saltantes. & ithymbi, in honorem Bacchi; & Caryatides, in Dianæ.* Cave autem, aliquam saltationem exstitisse arbitreris, cui nomen Δειμαλέα, ut vir doctus opinatur, ex Pollucis isto loco, non sat bene intellecto. Idem & de hormo errat: quæ Laconica non erat, verum Attica; instituta, cum e labyrintho Theseus rediisset: sicut in *Orchestra mea*, ante hos viginti annos, sat ostendi. Saltationis caryatidis, a virginibus, uti dixi, institutæ, idque in Dianæ honorem, cognomento Caryatidis, meminit etiam Diomedes, *lib.* III. *Ex hoc evenisse, ut eo die, quo solitus erat chorus virginum Dianæ Caryatidi hymnum canere, nemo ad solemne sacrum inveniretur.* Huc pertinet sigillum Clearchi, cui virgines insculptæ Caryatides saltantes. Plutarchus, in *Artoxerxe*. Δακτύλιον φησὶν αὐτῷ τὸν Κλέαρχον

ὁ Κτησίας, ὅπως κτενὸς εὐπορήσειε. τυχόντα δὲ, καὶ τημελήσαντα τὴν κεφαλὴν, ἡσθῆναί τε τῇ χρείᾳ, καὶ τὸν δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς, καὶ οἰκείους· εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν τῇ σφραγίδι, Καρυατίδας ὀρχουμένας. *Tradit Ctesias, se rogatum a Clearcho, uti pectinis copiam faceret. quo accepto, & curasse eum caput, atque usu oblectatum, ac donasse ipsi annulum, tesseram amicitiæ apud cognatos, & familiares, Lacedæmone degentes. sculpturam vero palæ fuisse, Caryatides saltantes.*

Præter vero pyrrhicham, & caryatidem, quas jam dixi, erant aliæ complures: & in istis, quædam Βίβασις: de qua Pollux, *loco* antea *citato*. Καὶ Βίβασις δέ τι ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ τὰ ἆθλα προυτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγάς. καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. *Et vero bibasis aliquod saltationis Laconicæ genus erat: cujus etiam præmia proponebantur, non duntaxat pueris, sed & virginibus. oportebat vero saltare, & pedibus nates contingere. numerabantur autem saltus.* Ac de hac saltatione Lampito intelligenda, mulier Lacæna quædam: ita loquens apud Comicum in *Lysistrata*.

—— μάλα γὰρ οἰῶ, ναὶ σιώ,
Γυμνάδδομαί γε, καὶ κατὰ πυγὰν ἅλλομαι.

Quæ sic pridem eleganter vir insignis, Florens Christianus, vertit.

—— pol me labor
Exercet usque. & podici adsultant pedes.

Erant insuper plures aliæ; Βουλλίχαι, Βρυδάλιχα, Γυμνοπαιδία, Διμοδία, Διπόλια, Ἴθυμβος, Καλαβίς, Ποδίκρα, Σάτυρος, & Σειληνός. De his vide *Orchestram meam*, suis locis. Vide & quæ Cragius docet, *lib.* III. *tab.* IX. *cap.* III. Sed & aliæ in usu, præter istas: a Leonida, & Callicratida, denominatæ. Harum meminit Plutarchus: in citato paullo ante *Artoxerxe*, ubi de Antalcida Lacedæmonio illi sermo. Ορχησάμενος ἐν Πέρσαις τὸν Λεωνίδαν, καὶ Καλλικρατίδαν. *Qui saltasset inter Persas Leonidam, & Callicratidam.*

CAP. XIII.

Certamina varia. Unum ephebórum, in Platanista; in quo partes Herculis, & Lycurgi, nominibus distinguebantur: cujusque finis, cum in aquam altera alteram deturbasset. Aliud, ad Pausaniæ, & Leonidæ, sepulcra. Tertium, Pitanæ: gymnicum, & Πιτανάτης ἀγὼν *dictum. Quartum, thymelicum, Cereri sacrum,* Εἰλήθυια *appellatum. Quintum, virginum, numero undecim, festo Bacchi; unde eæ* Διονυσιάδες *dictæ: ejusquæ rei quæ origo. Cursus virginum,* Ενδεκώνας *nominatus. Sextum, iterum gymnicum,* Εφιππος *dictum. Septimum, in Dianæ honorem,* Καλαοίδια. *Octavum, festo Carneorum: quo Terpander primus vicit. Scholiastes Aristophanis emendatus. Nonum,* Συρμαία: *atque unde ita dictum.* Διαμαστίγωσις. *Lydorum pompa.*

CERTAMINA, illis varia erant: & in istis ephebórum unum memorat Pausanias, in Platanista, loco aqua circumcluso peragi solitum. Verba ejus ita habent, in *Laconicis*. Ες δὲ τὴν ἐπιοῦσαν, ὀλίγον πρὸ μεσούσης ἡμέρας, εἰσίασι κατὰ τὰς γεφύρας εἰς τὸ εἰρημένον χωρίον. τὴν μὲν δὴ ἔσοδον, καθ' ἣν ἐσελθεῖν δεῦρό ἐστιν ἑκατέραν τάξιν, προεδήλωσε κλῆρος σφίσιν ἐν τῇ νυκτί. μάχονται δὲ καὶ ἐν χερσὶ, καὶ ἐμπηδῶντες λὰξ, δάκνουσί τε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσιν. ἀνὴρ μὲν δὴ πρὸς ἄνδρα τὸν εἰρημένον τρόπον μάχεται. ἀθρόοι δὲ ἐμπίπτουσι βιαίως, καὶ ἐς τὸ ὕδωρ ὠθοῦσιν ἀλλήλους. *Postero vero die, paullo ante meridiem transeunt per pontem, in locum quem dixi. Nocte præcedente, qua aditus parte ingredi alterum agmen debeat, inter se sortiti discunt. Pugnant vero cum manibus, tum calcibus in se insultantes: quin & mordent, oculosque hi illis eruunt. ita bini inter se pugnant: ac conferti impetum vi magna faciunt, & in aquam sese mutuo deturbant.* Et hoc ipsum sine dubio est certamen, cujus mentionem facit Cicero *Tuscul. Quæst.* lib. v. *Adolescentum greges Lacedæmone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique: ut exanimarentur prius, quam se victos faterentur.* Finis autem pugnæ erat, cum in aquam victi essent a victoribus deturbati: neque ultra intentare quicquam licitum. Vides in Pausaniæ verbis, quæ produxi: ac testatur Lucianus, *De Gymnasiis*. Μέμνησο, ἤν ποτε καὶ ἐς Λακεδαίμονα ἔλθῃς, μὴ καταγελάσαι μηδὲ ἐκείνων, μηδὲ οἴεσθαι, μάτην πονεῖν αὐτοὺς, ὁπόταν, ἢ σφαίρας πέρι ἐν τῷ θεάτρῳ συμπεσόντες, παίωσιν ἀλλήλους, ἢ, ἐς χωρίον ἐλθόντες, ὕδατι περιγεγραμμένον, ἐς φάλαγγα διαστάντες, τὰ πολεμίων ἀλλήλους ἐργάζωνται, γυμνοὶ καὶ αὐτοὶ, ἄχρις ἂν ἐκβάλωσι τοῦ περιγράμματος τὸ ἕτερον σύνταγμα οἱ ἕτεροι, τοὺς κατὰ Λυκοῦργον οἱ καθ' Ηρακλέα, ἢ ἔμπαλιν; συνωθοῦντες ἐς τὸ ὕδωρ. τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου, εἰρήνη λοιπὸν, καὶ οὐδεὶς ἂν ἔτι παίσειε. *Memineris, si quando Lacedæmona veneris, ne illos irrideas; neque putes, frustra eos laborare, cum de pila in theatro, alter alterum invadentes, feriunt sese; aut, in locum aqua circumseptum ingressi, in phalangem segregati, mutuo se ut hostes tractant, nudi & ipsi: donec partem adversariam pars alterutra loco circumsepto ejiciat; & Lycurgi sectatores Heraclidas, aut e contrario, in aquam impellant. Nam post illud, pax deinceps: nec quis ultra verberaverit.* Ubi illud quoque observa; harum partium unam Herculis, alteram Lycurgi dictam. Aliud quoddam certamen erat, e theatri regione, ad Leonidæ, & Pausaniæ, monumenta: ad quæ non admittebatur, nisi qui Spartanus esset. Pausanias, in *Laconicis*, jam citatis. Τοῦ θεάτρου δὲ ἀπαντικρὺ, Παυσανίου, τοῦ Πλαταιᾶσιν ἡγησαμένου, μνῆμά ἐστι. τὸ δὲ ἕτερον, Λεωνίδου. καὶ λόγους κατ' ἔτος ἕκαστον ἐπ' αὐτοῖς λέγουσι, καὶ τιθέασιν ἀγῶνα, καὶ ᾧ Σπαρτιατῶν ἄλλῳ γε οὐκ ἔστιν ἀγωνίζεσθαι. *Ex adverso autem theatri, Pausaniæ, ejus qui Platæensi prælio dux fuit, monumentum est: alterum vero, Lycurgi. & eorum in honorem quotannis orationem dicunt, ac constituunt certamen: in quo, præterquam Spartanis, nemini certare licet.* Et Pitanæ aliud certamen erat, idque gymnicum: quod ex loco Πιτανάτης ἀγὼν dictum. Hesychius. Πιτανάτῃ ἀγῶνι, γυμνικῷ, ἐν Πιτάνῃ ἀγομένῳ. *Pitanatæ certamini, gymnico, quod Pitanæ agebatur.* Erat quoddam & thymelicum, datum Cereris honori, Εἰλήθυια appellatum. Idem Hesychius. Εἰλήθυια, ἀγὼν θυμελικὸς, ἀγόμενος Δήμητρι, παρὰ Λάκωσιν. *Ilithyia, certamen thymelicum, in honorem Cereris actum, apud Lacedæmonios.* Sed & virginum certamen quoddam erat, festo Bacchi: qui ut Græcis Διόνυσος appellatur, ita illæ Διονυσιάδες dictæ. Hesychius rursum. Διονυσιάδες, ἐν Σπάρτῃ παρθένοι, αἱ ἐν τοῖς Διονυσίοις δρόμον ἀγωνιζόμεναι. *Dionysiades, virgines Spartæ, quæ in Bacchi festo cursu certabant.* Erant autem numero undecim: ac certabant Delphici oraculi jussu. Pausanias, in *Laconicis*. Τὰς γὰρ ἄλλας ἕνδεκα, ἃς καὶ αὐτὰς Διονυσιάδας ὀνομάζουσι, ταύταις δρόμου προτιθέασιν ἀγῶνα. δρᾶν δὲ οὕτω, σφίσιν ἦλθεν ἐκ Δελφῶν. *Aliis vero undecim, quæ & ipsæ Dionysiades appellatæ, cursus certamen proponunt: quod ut faciant, Delphicum oraculum jussit.* Atque ipse virginum cursus, Ενδεκώνας dicebatur. Hesychius. Ενδεκώνας, δρόμος παρθένων, ἐν Λακεδαίμονι. *Endrionas, cursus virginum, Lacedæmone.* Denique & gymnicum aliud, Εφιππος quod dicebatur. Hesychius. Εφιππος, ἀγὼν γυμναστικὸς, παρὰ

Λάκωσιν. *Ephiptus, certamen gymnasticum, apud Lacedæmonios.* Tum ignotum item quoddam, in Dianæ peragi honorem solitum, Καλαοίδα appellatum. Idem rursus Hesychius. Καλαοίδια, ἀγὼν, ἐπιτελούμενος Ἀρτέμιδι, παρὰ Λάκωσι. *Calaœdia, certamen, quod Dianæ peragebatur, apud Lacedæmonios.* Videntur fæminæ certasse, quænam cantu antecelleret. Aliud, festo Carneorum celebratum. Plutarchus, in *Instit.* Τιμοθέου δὲ ἀγωνιζομένου τὰ Κάρνεια, εἷς τῶν ἐφόρων, μάχαιραν λαβὼν, ἠρώτησεν αὐτὸν, ἐκ ποτέρου τῶν μερῶν ἀποτέμοι τὰς πλείονας τῶν ἑπτὰ χορδῶν. *Timotheo autem in festo Carneorum certante, unus ephororum, arrepto cultro, interrogavit, utra ex parte abscindi nervos, qui plures quam septem essent, cuperet.* Apparet fuisse certamen musicum. Emendandus Scholiastes Aristophanis, *ad Aves.* Νικᾷ δὲ καὶ τὸν τῶν Καρνείων ἀγῶνα, τὸν ἐν Λακεδαίμονι. *Vincit vero etiam Carneorum certamen, quod Lacedæmone est.* Primusque in eo vicit Terpander. Athenæus, *lib* XIV. Τὰ Κάρνεια πρῶτος πάντων ὁ Τέρπανδρος νικᾷ, ὡς Ἑλλάνικος ἱστορεῖ. *Carneorum certamine primus omnium vincit Terpander, sicut auctor est Hellanicus.* Erat aliud, quod Συρμαία dicebatur; quia præmium victori edule erat, ex adipe, & melle, factum; quod Συρμαία dicebatur. Hesychius. Συρμαία, ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν. ἔστι δὲ βρωμάτιον, διὰ στέατος, καὶ μέλιτος. *Syrmæa, certamen quoddam Lacedæmone, præmium syrmæam habens. Ea vero est edule, ex adipe, & melle.* Erat denique etiam Διαμαστίγωσις, quam vocabant: de qua vide *Græciam nostram Feriatam.* Huic adjuncta, Lydorum pompade: qua Plutarchus, in *Aristide.* Καὶ τὴν μετὰ ταῦτα Λυδῶν πομπὴν συντελεῖσθαι. *Ac post hæc Lydorum pompam celebrari.*

CAP. XIV.

Marti, hominem immolabant: & , apud se natum esse eum, credi cupiebant. Etiam virginem quandoque, incerto deo, sive deæ, ut a peste liberarentur: idque sacrum quando omiserint, & per quam occasionem. Ephеborum nocturna sacra. Qui ephebis excessissent, Herculi in Dromo sacra faciebant. Sacrificia incerta: Ἀψίαι, *&* Καρυατόα, *sive potius,* Καρυάτια. *Hesychii locus emendatus. Bryseis occulta fæminæ sacra Baccho faciebant.* Ἑκατόμβαια *Soli, in Taygeti vertice. præter alia etiam equi, immolati. Sacra incerta,* Σῆνα, *&* Σιάδες. *Achilli, ephebi, in Platanista certaturi, rem divinam faciebant. Facta etiam Dioscuris; & Dianæ Corythallicæ, in Tithenidiis. Apollini, in Hyacinthiis: idque ab hedera coronatis, & nocturno item tempore. Hyacintho inferiæ missæ. Minervæ Chalciœcæ pompa, ab armata juventute ducta: item sacra, ab ephoris facta. Alia, pro frugibus.* Προλογία. *Sacrum denecale,* Θεοσαλῶπις. *Principium sacrificiorum,* Ἀμφιστερῆ. *Festa varia.*

MARTI hominem, ceu qui bellicosi essent, immolabant: ut propitium sibi facerent belli deum. Porphyrius, ex Apollodoro, *De Abst.* lib. II. Καὶ Λακεδαιμονίους φησὶν ὁ Ἀπολλόδωρος τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. *Et Lacedæmonios ait Apollodorus Marti hominem immolare.* Et ex eo Theodoretus, *Therap.* lib. VII. Καὶ Λακεδαιμονίους δὲ φησὶν (ὁ Πορφύριος) τῷ Ἄρει θύειν ἄνθρωπον. *Et vero Lacedæmonios tradit (Porphyrius) hominem Marti immolare.* Idem refert & Cyrillus, *adversus Julianum*, lib. IV. Quin & civem eum suum, & apud se natum esse, credi volebant. Arnobius, *lib.* IV. *Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? non vos? Quis Spartanum fuisse Martem? nonne Epicharmus, auctor vester?* Ante belli Trojani tempora oraculi jussu, ut a peste liberarentur, virginem nobilem annis singulis immolabant; idque factum, quando desitum, & quomodo etiam finitum fuerit, memoratur a Plutarcho, in *minoribus Parallelis.* Λοιμοῦ κατασχόντος Λακεδαίμονα. ἔχρησεν ὁ θεὸς παύσεσθαι, ἐὰν παρθένον εὐγενῆ κατὰ ἔτος θύσωσιν. Ἑλένης δέ ποτε κληρωθείσης, καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος, καὶ, εἰς τὰ βουκόλια κομίσας, ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν· ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας. *Peste Lacedæmonem infestante, dei oraculo moniti sunt cessaturam, si quot annis virginem nobilem immolarent. Helena vero cum quandoque sorte ducta esset, & ornata produceretur, aquila advolans abripuit gladium, atque in armentum deferens, buculæ imposuit: unde factum, ut deinceps cæde virginis abstinerent.*

Ephebi, nocturna quædam sacra faciebant. Pausanias, in *Laconicis.* Νυκτεριναὶ δὲ καὶ αἱ τῶν Κολοφωνίων θυσίαι, καὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἐφήβων, καθεστήκασιν. *Nocturna vero sacra fiunt a Colophoniis; & Lacedæmone, ab ephebis.* Qui ex ephebis excessissent, & Σφαιρεῖς appellabantur, sacra Herculi in Dromo faciebant. Idem Pausanias, *ibidem* Ἔστι δὲ (ἐν τῷ Δρόμῳ) ἄγαλμα ἀρχαῖον Ἡρακλέους, ᾧ θύουσιν οἱ Σφαιρεῖς. οἱ δέ εἰσιν, οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων ἀρχόμενοι συντελεῖν. *Est vero (in Dromo) Herculis antiquum signum, cui Sphærenses sacra faciunt: ii autem sunt, qui, ex ephebis egressi, viris accenseri cœperunt.*

Quoddam sacrificium, Ἀψίαι dictum. Hesychius. Ἀψίαι, θυσία, Λάκωνες. *Hapsiæ, sacrificium, Lacones.* Etiam, Καρυατόα. Idem Hesychius. Καρυατόα, θυσία, Λάκωνες. *Caryatoa, sacrificium, Lacones.* Sed legendum esse puto, Καρυάτια. *Caryatia*; derivato nomine ab urbe Caryis, a qua & Diana dicta Caryatis, uti supra a me dictum: fueritque sacrificium, quod Dianæ Caryatidi institutum.

Bryseis, quod oppidum Laconiæ erat, Baccho fœminæ sacra occulta faciebant. Pausanias, *Laconicis.* Ἐντεῦθέν ἐστιν ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ Ταϋγέτου χωρίον, ἔνθα πόλις ποτὲ ᾤκεῖτο Βρυσέαι· καὶ Διονύσου ναὸς ἐνταῦθα ἔτι λείπεται, καὶ ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ· τὸ δὲ τῷ ναῷ, μόναις γυναιξὶν ἐστιν ὁρᾷν. γυναῖκες γὰρ δὴ μόναι καὶ τὰ ἐς τὰς θυσίας δρῶσιν ἐν ἀπορρήτῳ. *Inde vero a Taygeto discedentibus locus est, ubi olim urbs Bryseæ incolebatur. Exstat ibi Bacchi templum, & sub dio signa quædam: nam quod intus, solis licet mulieribus intueri. sane & mulieres solæ sacra in arcano faciunt.*

Etiam Ἑκατόμβαια erant, quæ fiebant centum bobus, propter centum ejus regionis urbes. Eustathius, *ad Iliad.* β'. Ἡ Λακωνικὴ τὸ παλαιὸν ἑκατόμπολις ἦν, καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο ἐθύετο ἐκεῖ κατ' ἔτος. *Laconica olim centum urbes habebat, ideoque & quotannis sacra illic hecatombæa fiebant.* Iterum *ad Iliad.* δ'. Ἐκ τοῦ ἑκατόμβη, Δωρικῇ τροπῇ, καὶ προσλήψει τοῦ ἰῶτα τὰ ἑκατόμβαια. *Ex vocabulo* ἑκατόμβη, *Dorica mutatione, & assumptione literæ jota, fit* Ἑκατόμβαια. Item *ad Dionysium Periegeten.* Ἑκατόμπολις δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Λακωνικὴ, καθὰ καὶ ἡ Κρήτη, λέγεται. διὸ καὶ τὰ Ἑκατόμβαια ἐκεῖ ἐθύετο, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν τοσούτων πόλεων. *Olim Laconica, ut & Creta, centum urbes habuisse memoratur: qua de causa etiam sacra illic facta hecatombæa, pro tot urbium salute.* Et multo ante eum Strabo, ubi de Laconica agit, *lib.* VIII. Τὸ δὲ παλαιὸν, ἑκατόμπολιν αὐτὴν φασὶν καλεῖσθαι. καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο θύεσθαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος. *Antiquitus vero, ajunt, eam hecatompolin esse dictam: ideoque singulis annis sacra hecatombæa facta.*

Soli, in Taygeti vertice, quem Taletum appellabant, præter alia, etiam equos immolabant. Pausanias, in *citatis Laconicis.* Ἄκρα δὲ τοῦ Ταϋγέτου Ταλετὸν ὑπὲρ Βρυσεῶν ἀνέχει· ταύτην Ἡλίου καλοῦσιν ἱεράν

ϗ̀ ἄλλα τε αὐτόθι Ηλίῳ θύουσι, ϗ̀ ἵππους. *Summus Taygeti vertex, Taletum, supra Bryseas eminet. hunc sacratum Soli dicunt: ac cum alia illic Soli sacra faciunt, tum & equos illi immolant.* Aliud quoddam sacrificium, sed incertum, Σῆνα dictum. Hesychius. Σῆνα, θυσία, Λάκωνες. *Sena, sacrificium, Lacones.* Aliud rursum, Σιάδες. Idem alibi. Σιάδες, θυσία, παρὰ Λάκωσιν. *Siades, sacrificium, apud Lacedæmonios.*

Achilli, ephebi sacra sua faciebant, in Platanista certaturi. Pausanias, in *Laconicis*. Μετὰ δὲ αὐτὸ, ἱερόν ἐστιν Ἀχιλλέως. ἀνοίγειν δὲ αὐτὸ οὐ νομίζουσιν. ὁπόσοι δ' ἂν ἐκ τῶν ἐφήβων ἀγωνιεῖσθαι μέλλωσιν ἐν τῷ Πλατανιστᾷ, καθέστηκεν αὐτοῖς πρὸ τῆς μάχης θύειν. *Deinde, fanum est Achillis: verum, aperire illud, nefas putant. & ephebis, quotquot sunt in Platanista certaturi, sacra illic prius facere est solemne.* Cultum vero a Lacedæmoniis Achillem, licet quoque observare apud Scholiasten Apollonii, *lib.* IV. Ἀναξαγόρας φησίν· ὅτι ταῖς ἀληθείαις Ἀχιλλέα τιμῶσι, τοῖς περὶ Λακωνικὴν ταῦτα πέπλασται. *Anaxagoras ait, hæc ficta esse ab iis, qui in Laconica Achillem colebant.*

Dioscuris, sacrum populus universus peragebat. Polyænus, in tertio Aristomenis strategemate, *lib.* II. Ἀριστομένης ὁ Μεσσήνιος, Λακεδαιμονίων τοῖς Διοσκούροις πάνδημον θυσίαν ἐπιτελούντων, μετὰ ἑνὸς φίλου, λευκῶν ἵππων ἐπέβησαν ἄμφω. *Aristomenes Messenius, Lacedæmoniis publicum Dioscuris sacrificium peragentibus, cum amico uno, equos albos ambo conscenderunt.*

Dianæ, Corythalliæ cognominatæ, festo Tithenidiorum, pro salute puerorum porcellos lactentes immolabant. Athenæus, ubi de festo eo agit, *lib.* IV. Θύουσι δὲ ϗ̀ (Ἀρτέμιδι τῇ Κορυθαλλίᾳ οἱ Σπαρτιᾶται) τοὺς γαλαθηνοὺς ὀρθραγορίσκους. *Immolant vero etiam (Dianæ Corythalliæ Spartani) porcellos lactentes.*

Apollini, etiam sacra facta festo Hyacinthiorum, illi proprio. Pausanias, in *Laconicis*. Καὶ Ὑακινθίοις, πρὸ τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος θυσίας, ἐς τοῦτον Ὑακίνθῳ τὸν βωμὸν διὰ θύρας χαλκῆς ἐναγίζουσιν. *Et Hyacinthiis, ante quam Apollini sacrificarent, Hyacintho in ara ista per æneum ostium inferias mittunt.* Ubi illud quoque observa, Hyacintho inferias misisse. Et Apollini quidem, sacra coronati hedera peragebant. Macrobius, *Saturn.* lib. I. cap. XVIII. *Apud Lacedæmonios etiam, in sacris, quæ Apollini celebrant, Hyacinthia vocantes, hedera coronantur.* Et quidem noctu. Indicat Hieronymus, *adversus Jovinianum*, lib. I. *Victis Lacedæmoniis, & quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia.*

Minervæ Chalciœcæ sacra ephoris faciebant, pompam ad illius fanum ducente juventute armata. Polybius, *lib.* IV. Κατά τινα θυσίαν πάτριον ἔδει τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων πομπεύειν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου νεών, τοὺς δ' ἐφόρους συντελεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοῦ περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. *Erat moris, per solemne quoddam, a majoribus traditum, ut universa pubes cum armis ad Minervæ Chalciœcæ fanum pompam duceret: ephoris, ad peragenda sacra, circa delubrum remanentibus.*

Denique sacrum etiam quoddam mortuis peragebatur, Θεσσαλῶπις appellatum. Idem Hesychius. Θεσσαλῶπις, ἐναγισμός τις, παρὰ Λάκωσι. *Thessalopis, sacrum quoddam denicale, apud Lacones.*

Ut id autem etiam hoc loco moneam, sacrificiorum initium Ἀμφιστερῆ dicebant. Hesychius rursum. Ἀμφιστερῆ, κατάρχην τῶν θυσιῶν, Λάκωνες. *Amphistere, principium sacrificiorum, Lacedæmonii.*

Sacrificiis, merito adjungerem festa: sed de his abunde mihi in *Græcia Feriata* dictum, suis locis. Vide eam, in Ἀχίλλεια, Διαμαστίγωσις, Διοσκούρεια, Ἐλεύσια, Ἐπικρήνια, Ἐπισκήνια, Ἐργάτια, Εὐρύκλεια, Θεραπνατίδια, Θεσμοφόρια, Ἰνῶα, Κάρνεια, Καρύα, Λακεδαιμονίων ἑορτή, Λεωνίδεια, Λυκούργια, Μενελάεια, Παυσανίεια, Ταινάρια, Τιθηνίδια, Ὑακίνθια.

CAP. XV.

Dionysiades, & Leucippides, sacra Baccho Colonatæ faciebant. Dionysiades, aliæ a superius commemoratis, duæ tantum. Leucippides, & deæ dictæ; & earum sacerdotes, atque templum. Deæ, filiæ Leucippi; & a Dioscuris raptæ, a Messena, aut Aphidna; & in matrimonium ab his acceptæ. Propertii locus restitutus: & ejusdem item error indicatus. Emendatus & Hyginus. Sacerdotes vero earum, sicut ipsæ deæ, duæ. Lyciades, sive Lycaides, virgines, triginta numero: quæ aquam in Lyceum. Venus, sicut dii omnes, atque deæ, armata colebatur: cujus templo aliud quoque superstructum, eidem deæ, Μορφῷ cognomento dictæ, dedicatum. Viri docti error istic indicatus. Ea etiam Julio Cæsari pro sigillo usitata. Dioscuri, ubi sepulti; & quando in deos relati. Sepulcra eorum, Δόκανα dicta.

DIXI supra, virgines Διονυσιάδας cursu in Dromo se exercuisse, ac fuisse numero undecim. Aliæ fuere, duæ: quæ simul cum Leucippidibus, sacra Baccho, cognomento Colonatæ, & heroi, qui hunc Spartam adduxisset, sacra faciebant. Pausanias, in *Laconicis*. Ἀπαντικρὺ δὲ, ἥ τε ὀνομαζομένη Κολώνα, ϗ̀ Διονύσου Κολωνάτα ναός. πρὸς αὐτὸ δὲ, τέμενός ἐστιν ἥρωος, ὃν τῆς ὁδοῦ τῆς εἰς Σπάρτην Διονύσῳ φασὶ γενέσθαι ἡγεμόνα. τῷ δὲ ἥρωι τούτῳ, πρὶν ἢ τῷ θεῷ, θύουσιν αἱ Διονυσιάδες, ϗ̀ αἱ Λευκιππίδες. *Ex adverso, est Colona quæ vocatur, & Bacchi Colonatæ fanum. Juxta illud, lucus est herois ejus, quem fuisse viæ ducem contendenti Spartam Baccho prodiderunt. At vero heroi illi antea, quam ipsi deo, sacra faciunt, quæ Dionysiades, & Leucippides, appellantur.* Ac Leucippides quidem istæ, sacerdotes erant Apollinis filiarum, Phœbes nempe, & Hilairæ: quæ & ipsæ eo nomine dicebantur. Idem Pausanias, in *Laconicis* iisdem, alio loco, mox sequente. Πλησίον δὲ, Ἱλαείρας, ϗ̀ Φοίβης, ἐστὶν ἱερόν. ὁ ποιήσας τὰ ἔπη τὰ Κύπρια, θυγατέρας αὐτὰς Ἀπόλλωνος φησὶν εἶναι. κόραι δὲ ἱερῶνται σφίσι παρθένοι, καλούμεναι, κατὰ ταὐτὰ ταῖς θεαῖς, ϗ̀ αὗται Λευκιππίδες. *In propinquo, Hilairæ, & Phœbes, fanum est. Qui carmina Cypria fecit, filias Apollinis esse ipsas dicit. Sacerdotes earum, virgines sunt: quæ, eodem quo deæ nomine, Leucippides vocantur.* Alii, non Apollinis filias, sed Leucippi, eas faciunt. Apollodorus, *lib.* III. Λευκίππου δὲ, ϗ̀ Φιλοδίκης, τῆς Ἰνάχου, θυγατέρες ἐγένοντο, Ἱλάειρα, ϗ̀ Φοίβη. ταύτας ἁρπάσαντες, ἔγημαν Διόσκουροι. *Leucippi vero, & Philodices, Inachi filiæ, Hilaira, atque Phœbe: quas Dioscuri cum rapuissent, uxores duxerunt.* Ubi illud quoque observa; raptas esse a Dioscuris, & eorum uxores factas: quod mox repetit, atque eas e Messena abductas dicit: ac Polluci nuptam Phœben, Castori vero Hilairam. Ecce verba, *libro citato*. Βουλόμενοι (οἱ Διόσκουροι) γῆμαι, τὰς Λευκίππου θυγατέρας, ἐκ Μεσσήνης ἁρπάσαντες, ἔγημαν. ϗ̀ γίνεται μὲν Πολυδεύκους, ϗ̀ Φοίβης, Μνησίλεως· Κάστορος δὲ, ϗ̀ Ἱλαείρας, Ἀνώγων. *Cupientes vero (Dioscuri) matrimonium contrahere, Leucippi filias, e Messena raptas, uxores duxere. nasciturq; e Polluce quidem, & Phœbe, Mnesileus; at ex Castore, & Hilaira, Anogon.* Eadem refert etiam Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*, Scholiastes Homeri, *ad Iliadem* γ. Pindari, *ad Nem.* Od. X. Joannes Tzetzes

Var. Hist. Chil. II. cap.XLVIII. Stephanus, eas ex Aphidnis raptas innuit, *in* Ἀφίδνα. Ἔστι καὶ πόλις, Ἀφίδναι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν αἱ Λευκιππίδες, Φοίβη, καὶ Ἱλάειρα. *Est etiam urbs, Aphidnæ. Est & in Laconica. unde erant Leucippides, Phœbe, & Hilaira*. Meminit raptarum Theocritus, in Dioscuris, *Idyll.*XII.

Τὼ μὲν ἀναρπάξαντε δύω φερέτην Διὸς υἱὼ
Δοιὰς Λευκίπποιο κόρας. ——
Raptas abducebant duo Jovis filii
Duas Leucippi filias. ——

Propertius, *lib.*I. *eleg.*II.
Non sic Leucippis succendit Castora Phœbe,
Pollucem cultu non Hilaira soror.

Ita enim locum hunc restituendum esse censeo, ex Pausania, Stephano, Apollodoro: quorum verba jam citavi. Male enim hodie editur,
Pollucem cultu non Thilaira soror.
Verum etiam hoc notandum est, quod confundat matrimonia; & Polluci Hilairam, Castori assignet Phœben: cum res contra sese habeat; & uxorem Phœben Pollux, Castor Hilairam habuerit: ut historica nobis fide memorat Apollodorus, illis verbis, quæ citavi. Propertius, poetica licentia, mutat: aut, memoria lapsus, errat. Emendandus autem etiam est Hyginus, *Fab.*LXXX. *Idas, & Lynceus, Apharei filii, ex Messeniis habuerunt sponsas, Phœben, & Hilairam, Leucippi filias. Hæ autem formosissimæ virgines cum essent, & esset Phœbe sacerdos Minervæ, Hilaira Dianæ, Castor, & Pollux, amore incensi, eas rapuerunt*. Hodie truncate editur, *Lairam*, & *Laira*. Porro, quod ad raptum attinet, ejus meminit & Ovidius, in *Epistola Paridis ad Helenam*.
Te rapuit Theseus, geminas Leucippidas illi.
Iterumque, extremo *Fast.* lib.V.

Abstulerant raptas, Phœben, Phœbesque sororem,
Tyndaridæ fratres.

Tatianus, *Contra Græcos*. Καλοὶ δὲ καὶ οἱ ἑτερονήμεροι Διόσκουροι, τῶν Λευκιππίδων οἱ ἁρπασταί. *Egregii vero etiam sunt Dioscuri, alternis diebus viventes, Leucippidum raptores*. Quod uxores fuerint Dioscurorum, etiam Pausanias meminit, in *Laconicis*, quæ citavi. Παρὰ δὲ τὸ Ἑλλήνιον, Ἀρσινόης ἱερὸν, Λευκίππου τε θυγατρὸς, καὶ γυναικῶν τῶν Πολυδεύκους καὶ Κάστορος ἀδελφῶν. *Juxta Hellenium vero, est fanum Arsinoæ, Leucippi filiæ, & uxorum Pollucis ac Castoris fratrum*. Postquam mortem obiere, inter deas sunt relatæ, ut mariti Dioscuri inter deos: atque templum sibi proprium habuere; juxta quod heroum Ulyssis. Plutarchus, in *Quæst. Græc.* Ἐν Λακεδαίμονι παρὰ τὸ τῶν Λευκιππίδων ἱερὸν ἵδρυται τοῦ Ὀδυσσέως ἡρῷον, *Lacedæmone juxta templum Leucippidum positum fuit Ulyssis heroum*. Ut autem deæ ejus nominis duæ erant, ita quoque sacerdotes, nomine earum dictæ. Hesychius *in* Πωλία. Φέρει δὲ ἐπὶ τῶν ὤμων τὰς τῶν Λευκιππίδων πώλους. δύο δὲ εἶναι παρθένους φασί. *Fert vero humeris duos Leucippidum pullos: eosque duas esse virgines dicunt*.

Erant etiam virgines, triginta numero, Λυκαίδος appellatæ, quæ aquam in Lyceum ferebant. Hesychius, Λυκιάδες, κόραι, τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, αἱ τὸ ὕδωρ κομίζουσαι εἰς τὸ Λύκειον, Λακεδαιμόνιοι. *Lyciades, virgines, numero triginta, aquam ferentes in Lyceum, Lacedæmonii*. Eædem sunt, quæ, una litera transposita, Λυκαΐδες, *Lycaides*, memorantur. Idem Hesychius, haud multo ante. Λυκαΐδες, παρθένοι τινές. *Lycaides, virgines quædam*.

Venus illis, sicut dii, deæque omnes, armata colebatur. Vide Cragium, *lib.*III. *tab.*I. *cap.*I. Addo ego Leonidæ in illam carmen, *Anthol.* lib.IV. cap. XII.

Ἄρεος ἔντεα ταῦτα τίνος χάριν, ὦ Κυθέρεια,
Ἐνδέδυσαι, κενεὸν τοῦτο φέρουσα βάρος;
Αὐτὸν Ἄρη γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισας· εἰ δὲ λέλειπται
Καὶ θεὸς, ἀνθρώποις ὅπλα μάτην ἐπάγεις.
Martis arma hæc cujus gratia, Venus,
Induisti, frustra hoc ferens pondus?
Ipsum Martem nuda exarmasti: si vero victus est
Etiam deus, hominibus frustra arma inducis.

Exstant illic etiam plura: quo remittere Lectorem studiosum satis habeo. Ausonius, *Epigramm.*XLI.

Armatam vidit Venerem Lacedæmone Pallas:
Nunc certemus, ait, judice vel Paride.
Cui Venus: Armatam tu me temeraria temnis;
Quæ, quo te vici tempore, nuda fui?

Iterum, *Epigramm.*XLII.

Armatam Pallas Venerem Lacedæmone visens,
Visne, ut judicium sic ineamus? ait.
Cui Venus arridens; Quid me galeata lacessis?
Vincere si possum nuda, quid arma gerens?

Quintilianus, *Instit. Orat.* lib.II. cap. IV. *Solebant præceptores mei, neque inutili, & nobis etiam jucundo, genere exercitationis, præparare nos conjecturalibus causis: cum quærere, atque exequi, juberent, cur armata apud Lacedæmonios Venus*. Lactantius, *lib.*I. *cap.*XX. *Ædem Veneri armatæ, simulacrumque, (Lacedæmonii) posuere*. Erat autem ejus signum in templo, quod in colle quodam: & exstructum supra illud tabulatum, Veneri Μορφοῖ dedicatum. Pausanias, in *Laconicis*. Προελθοῦσι δὲ οὐ πολὺ, λόφος ἐστὶν οὐ μέγας· ἐπὶ δὲ αὐτῷ ναὸς ἀρχαῖος, καὶ Ἀφροδίτης ξόανον ὡπλισμένης. ναῶν δὲ, ὧν οἶδα, μόνῳ τούτῳ καὶ ὑπερῷον ἄλλο ἐπῳκοδόμηται, Μορφοῦς ἱερόν. *Non longe progressis, collis est haud magnus: in eo vero fanum vetus, & Veneris armatæ signum. Unum hoc, ex omnibus, quæ vidi, templis, ædem habet superstructam, velut tabulatum quoddam, Morphus sacrum*. Non recte vir eruditus Venerem Μορφὼ cum armata hic eandem dici tradit. Quare autem Veneri armatæ ædem dedicaverint, pluribus Lactantius dicit, *loco citato*. Et, ab his edoctus certe, Julius Cæsar in sigillo Venerem armatam habuit. Dion Cassius, de eo loquens, *lib.*XLIII. Τό, τε ὅλον τῇ γε Ἀφροδίτῃ πᾶς ἀνέκειτο. καὶ πείθειν πάντας ἤθελεν, ὅτι καὶ ἄνθος τι ὥρας ἀπ' αὐτῆς ἔχοι. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὸ γλύμμα αὐτῆς ἔνοπλον ἐφόρει· καὶ σύνθημα αὐτὴν ἐν τοῖς πλείστοις, καὶ μεγίστοις, ἐποίει. *Omnino autem Venerem colebat totus: & persuadere omnibus volebat, aliquem se formæ florem ab illa habere. ideoque etiam insculptam ipsam annulo armatam gestabat: eaque tessera in rebus plurimis, maximisque, utebatur*.

Dioscuri, ut hic quoque illud dicam, Lacedæmone sepulti memorantur. Cicero, *De Nat. deorum*, lib.II. *Tyndaridas Homerus, qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos esse dicit Lacedæmone*. Arnobius, de illis loquens, lib.IV. *In Spartanis, & Lacedæmoniis, finibus nos dicimus conditos in cunis coalitos fratres*. Post mortem, inter deos sunt relati, post Herculem, & Æsculapium, anno quinquagesimo tertio: quo tempore bellum Trojanum erat: ut docemur a Clemente, *Strom.*I. Ἀπὸ δὲ τῆς Ἡρακλέους ἐν Ἄργει βασιλείας, ἐπὶ τὴν Ἡρακλέους αὐτοῦ, καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀποθέωσιν, ἔτη συνάγονται τριάκοντα ὀκτὼ, κατὰ τὸν χρονογράφον Ἀπολλόδωρον· ἐντεῦθεν δὲ, ἐπὶ τὴν Κάστορος, καὶ Πολυδεύκους, ἀποθέωσιν, ἔτη πεντήκοντα τρία. ἐνταῦθά που καὶ ἡ Ἰλίου κατάληψις.

A regno autem Herculis, quod fuit Argis, usque ad ipsius Herculis, & Æsculapii, inter deos relationem, anni sunt triginta octo, secundum Apollodorum chronographum: inde autem, usque ad Castoris, & Pollucis, in deos relatione, anni tres & quinquaginta. quo circiter tempore capta etiam Troja fuit. Quod sepulti autem fuerint in Laconica, ut statim a me dictum, illud etiam evincit, quod sepulcra quoque eorum Δόκανα appellata fuerint. Vide Suidam, in ea *Voce*: & infra, *lib.* III. *cap.* VI. ubi de eadem ago. Et affirmat Julius Firmicus, *De err. prof. relig. Castores sepelit Sparta, ardet apud Oetam Hercules.*

CAP. XVI.

Antiquissimum Laconiæ nomen, Lelegia. Vindicianus emendatus. Laconica, medicamentorum ferax. Ultimum ejusdem nomen, Τζακωνία: *& Lacones,* Τζάκωνες *dicti. Martianus Capella, & Isaacius Tzetzes, emendantur. Peste antea sæpenumero conflictata, propter æstum a Taygeto monte nimium, sacris monitu Abaridis factis, nunquam postea laboravit. Jamblichi locus restitutus. Seditio, a Terpandro composita. Terræ motu conflictata: & inprimis sub Archidamo, quo urbs tota est eversa. Is qua causa ortus fuerit: & prædictus, ab Anaximandro Physico.* Σεισματίας. *Furor mulierum, a Bacide curatus.*

LACEDÆMONIORUM regio, antiquissima appellatione dicta fuit Lelegia, a primo nempe rege Lelege: uti recte ex Pausania docet Cragius, *lib.* I. *cap.* I. Ac restituendum illud censeo Vindiciano, ubi regiones refert medicamentorum eraces.

Denique repperies istic, quod lucis in ortu,
Indus, Arabs, Seres, Persis, divesque Sabæus,
Vicino sub sole legunt: quod præbet Orontes:
Eximium ignoto Nilus quod mittit ab ortu,
Decerptum foliis, ramo, cute, cortice, virga:
Quodque ab Idumæis vectum Seplasia vendit:
Et quicquid confert medicis Lelegea cataplus.

Male in postremo versu hactenus, *Lalagea* editur. Jam, Laconicam olim medicamentorum feracem fuisse, etiam Theophrastus testatur, *Hist. Plant.* lib. VI. cap. IV. Πολλὰ δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. φαρμακώδεις γὰρ αὗται. *Multa etiam in Arcadia, & Laconica: nam eæ medicamenta multa ferunt.* Iterum, *lib.* IX. *cap.* XV. Ἔτι δὲ ἡ Ἀρκαδία, καὶ ἡ Λακωνική. καὶ γὰρ αὗται φαρμακώδεις ἀμφότεραι. *Item Arcadia, & Laconica. nam ea utraque medicamentorum fertilis est.* Et mox, in fine *ejusdem capitis*, Γίνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ τὰ πολλὰ τούτων. καὶ γὰρ αὕτη πολυφάρμακος. *Nascuntur vero etiam multa in Laconica: nam & ea medicamenta multa profert.* Plinius, *lib.* XXV. *cap.* VIII. *Herbiferum esse & Pelium montem, in Thessalia, & Telethrium in Eubœa, & totam Arcadiam, ac Laconiam, tradunt.*

Uti vero primum ejus nomen dixi, ita ultimum memorabo, quod est, Τζακωνία: ac Lacones, Τζάκωνες sunt appellati. Nicephorus Gregoras, *lib.* IV. Συνῆν δὲ τούτοις καὶ στρατὸς ἐν τοῖς ὅπλοις θαλάττιος, Λάκωνες, ἄρτι προσελθόντες ἐκ Πελοποννήσου τῷ βασιλεῖ· οὓς ἡ κοινὴ παραφθείρασα γλῶσσα Τζάκωνας μετωνόμασε. *Cum his autem erat exercitus navalis, Lacones, qui recens e Peloponneso ad Imperatorem accesserant: quos vulgaris lingua corrupto nomine* Τζάκωνας *vocat.* Et occurrit id eorum nomen bis terve apud Codinum, *De Off. Constantinop.* Vide, si tanti putas, *Glossarium meum*, in voce Τζάκωνες. Commune vero ejus nomen, quod duravit diutissime, nempe *Laconica*, est corruptum apud Martianum

A Capellam, ubi de tertio sinu Europæ illi sermo, *lib.* VI. *Achaja, Messenia, Lycaonia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia.* Nam quid, quæso, loci esse Lycaoniæ illic potest, inter Messeniam, & Argolidem, quæ Peloponnesi provinciæ, cum in Asia minore illa fuerit? Omnino emendandum ajo: *Messenia, Laconia, Argolis.* Neque dubitare aliquis quicquam potest, quin verissima sit correctio. Confirmat Plinius, de eodem sinu scribens, in *Proœmio libri* IV. unde transcripsit Martianus. *Phocis, Locris, Achaja, Messenia, Laconia, Argolis, Megaris, Attica, Bœotia.* Eodem modo corruptus est Isaacius Tzetzes, in *Commentario in Lycophronem*, B ubi de Lacedæmoniorum rege Oebalo agit. Οἰβάλου δὲ τέκνα, τοὺς Λακεδαιμονίους ἔφη. Οἰβάλου γὰρ, κατά τινας, Τυνδάρεως, καὶ λοιποὶ, οἵτινες προεῖχον τῶν Λυκαόνων. *Oebali liberos, Lacedæmonios dixit. Oebali enim, ut quidam tradunt, filius Tyndarus, cæterique, qui præerant Lycaonibus.* Omnino itidem scribendum, οἳ προεῖχον τῶν Λακώνων, *qui præerant Laconibus.*

Nulla autem Lacedæmone exstitisse pestis fertur, ex quo sacra illic Abaris pro averruncandis malis facienda monuisset. Apollonius, *Hist. Mirab.* cap. IV. Λέγεται δὲ, τοῦτον, (τὸν Ἄβαριν) εἰς Λακεδαίμονα παραγενόμενον, εἰρηκέναι τοῖς Λάκωσι, κωλυτήρια C θῦσαι τοῖς θεοῖς. καὶ ἐκ τούτου ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸς οὐκ ἐγένετο. *Fertur vero, hunc, (Abarin,) cum venisset Lacedæmonem, monuisse Lacedæmonios, uti sacra, ad averruncanda mala, diis facerent: nec ex eo pestem unquam Lacedæmone fuisse.* Idem quoque dicit Jamblichus, in *Vita Pythagoræ*, lib. I. cap. XXVIII. Λέγεται δὲ καὶ (ὁ Ἄβαρις) ἐν Λακεδαιμονίοις θῦσαι τὰ κωλυτήρια, καὶ διὰ τοῦτο οὐδένα πώποτε ὕστερον ἐν Λακεδαίμονι λοιμὸν γενέσθαι. *Fertur etiam (Abaris) apud Lacedæmonios sacra pro averruncandis malis fecisse: ideoque nunquam postea pestem ullam Lacedæmone exstitisse.* Antea tamen D obnoxia erat: ut testatur idem Jamblichus, *eodem libro, cap.* XIX. Λακεδαίμονα γοῦν παρειλήφαμεν, μετὰ τὸν ὑπ' ἐκείνου γενόμενον αὐτῆς καθαρμὸν, μηκέτι λοιμῶξαι, πολλάκις πρότερον τούτῳ τῷ παθήματι περιπεσοῦσαν, διὰ τὴν δυστραπελίαν τοῦ τόπου, καθ' ὃν ᾤκισται, τῶν Ταϋγέτων ὀρῶν πνῖγος ἀξιόλογον αὐτῇ παρεχόντων. *Sane Lacedæmonem accepimus, post ejus lustrationem, ab illo factam, nunquam peste laborasse; cum antea sæpe in id malum incideret, ob malignitatem loci, in quo condita est; Taygeto monte æstum insignem exhibente.* Ita corrigo eum locum, hodie corruptum valde. Ac commemoratur etiam pestis quædam, quam Thaletas musica sedaverit: ut refert E Plutarchus, extremo libro *De Musica*. Καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα. ὅν φασι κατά τι Πυθόχρηστον Λακεδαιμονίοις παραγενόμενον διὰ Μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. *Et Thaletam Cretensem: quem ajunt, Pythiæ oraculo quodam accitum, Lacedæmonios curasse Musica; & peste, quæ tunc Spartæ grassabatur, liberasse, sicut auctor est Pratinas.* Meminit Pausanias in *Atticis*. Θαλῆς δὲ, ὁ Λακεδαιμονίοις τὴν νόσον παύσας, οὔτε ἄλλως προσήκων, οὔτε πόλεως τῆς Ἐπιμενίδῃ τῆς αὐτῆς· ἀλλ' ὁ μὲν Κνώσσιος· Θάλητα δὲ εἶναί φησι Γορτύνιον Πολύμναστος Κολοφώνιος, ἔπη Λακεδαιμονίοις ἐς αὐτὸν ποιήσας. *Thales vero, qui Lacedæmoniis pestem* F *sedavit, neque alias generis propinquitate Epimenidem contingebat, neque ex eadem urbe natus erat: verum ille quidem Cnossius: at Gortynium Thaletem Polymnastus Colophonius, qui Lacedæmoniis in eum carmina scripsit, tradit.* Alia item illa fuit, pro qua, ex oraculi jussu, Xerxi sese occidendos obtulere Sparthes, & Butis: ut est videre in fragmento quodam Thesei, apud Stobæum, *Serm.* VII. Herodotum, *lib.* VII. & Plutarchum, in *Apophthegm. Lac.* Alia rursum ista fuit, cui sedandæ missus Trojam

Menelaus; ut ſacra faceret ad ſepulcra Lyci, & Chimærei. Iſaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*. Λύκου τε καὶ Χιμαιρέως. Οὗτοι παῖδες ἦσαν τῆς Ατλαντος θυγατρὸς, Κελενοῦς, καὶ Προμηθέως. ἔκειτο δὲ ἐν τῇ Τροίᾳ. λοιμοῦ δὲ καταχόντος Λακεδαιμονίους, καὶ μαντευομένων αὐτῶν, ἔχρησεν ὁ Απόλλων θεὸς, μὴ παυσθῆναι τὸν λοιμὸν, εἰ μὴ εὐγενὴς Λακεδαιμονίων, ἀπελθὼν ἐν τῇ Τροίᾳ, θύσοι τοῖς τάφοις αὐτῶν. οἱ δὲ ἀπέστειλαν Μενέλαον, ἐκτελέσαι τὰ τοῦ χρησμοῦ. *Lycique, & Chimærei. Hi erant filii Celenus, Atlantis filiæ, & Promethei: ac ſepulti jacebant Trojæ. Cum vero peſtis Lacedæmonios vexaret, iique oraculum conſulerent, reſponſum ab Apolline referunt, minime eam ceſſaturam, niſi nobilis aliquis e Lacedæmoniis, Trojam abiens, eorum ſepulcris ſacra faceret. illi vero Menelaum miſerunt, qui oraculi juſſa perficeret.* Alia denique fuerat etiam iſta, pro qua Helena immolanda erat; ſed, gladio abrepto ab aquila, & in buculam impoſito, ea liberata fuit. Plutarchus, in *Parallelis*. Λοιμοῦ καταχόντος Λακεδαίμονα, ἔχρησεν ὁ θεὸς, παύσασθαι, ἐὰν παρθένον εὐγενῆ κατὰ ἔτος θύσωσιν. Ελένης δέ ποτε κληρωθείσης καὶ προαχθείσης κεκοσμημένης, ἀετὸς καταπτὰς ἥρπασε τὸ ξίφος, καὶ, εἰς τὰ βουκόλια κομίσας, ἐπὶ δάμαλιν κατέθηκεν. ὅθεν ἀπέσχοντο τῆς παρθενοκτονίας. *Cum peſtis Lacedæmonem invaſiſſet, juſſit oraculum, uti virginem quot annis nobilem immolarent. Helena vero aliquando ſorte ducta, cum ornata produceretur, advolans aquila abripuit gladium, &, in armamentum deferens, impoſuit buculæ. quo factum eſt, ut cæde virginis abſtineretur.* Et hinc eſt, quod πόρτιν vocet Lycophron, in *Caſſandra*.

Καὶ τὴν ἄνυμφον πόρτιν ἁρπάσας λύκος.
Et multiviram juvencam rapiens lupus.

Sicut vero peſte civitas aliquoties conflictata eſt, ita ſua etiam Reſpublica peſte, ſcilicet ſeditione, aliquando laboravit: quæ compoſita a Terpandro. Ariſtides, in *Platonica* II. Εμοί γε δοκεῖ, τῆς Τερπάνδρου μᾶλλον ἂν εἶναι μουσικῆς εἰκάσαι, πλήν γ' ὅτι καὶ παρελήλυθεν. ὁ μέν γε, μίαν πόλιν τὴν Λακεδαιμονίων εἰς ταὐτὸν κατήγαγεν. ὁ δὲ τὴν Ελλάδα πᾶσαν ἥρμοσε, καὶ συνέστησε. *Videtur mihi, Terpandri potius muſicæ conferenda, vel etiam præferenda. Nam ille quidem, unam civitatem Spartanam in concordiam reduxit: hic autem, totam Græciam conciliavit, & compoſuit.* Ac poſtea iterum. Καὶ, ὃ μικρῷ πρόσθεν ἔφην, ἐνταῦθα καλῶς ἀναφαίνεται, ὅσῳ τοῦ Τερπάνδρου κρείττων ἀνὴρ τὴν μουσικήν. ὁ μὲν γὰρ, ἐφ' ἑαυτῶν τοὺς Λακεδαιμονίους ὁμονοεῖν ἐποίησεν· ὁ δ', Αθηναίους, καὶ Λακεδαιμονίους, τότε ταὐτὸν ἔπεισε φρονῆσαι, μᾶλλον δ' ἅπαντας τοὺς Ελληνας μιᾶς γενέσθαι γνώμης. οὕτως εὖ καὶ καλῶς τὴν Ελλάδα ἡρμόσατο. *Ac, quod paulo ante dixi, hic recte apparet, quanto præſtantior Terpandro muſicus hic fuerit. nam ille quidem, Lacedæmonios inter ſe concordes fecit; hic vero, Athenienſes, & Lacedæmonios, atque etiam Græcos omnes, in concordiam tum redegit. ita bene, & pulchre, Græciam conciliavit.*

Uti autem peſte olim maxime divexabatur, ita etiam terræmotibus. Hinc Maximus Tyrius, *Diſſert.* XXV. Λιμώττουσιν Αθηναῖοι, σείονται Λακεδαιμόνιοι. *Fame affliguntur Athenienſes, terræ motu Lacedæmonii.* Et mox. Πότε Λακεδαιμονίοις ὑπέσχετο γῆν ἄσειστον. *Quando Lacedæmoniis promiſit terram a motu immunem?* Meminitque rurſum, *Diſſert.* XXX. Euſtathius, exponens, quare Homero Lacedæmon καιετάεσσα appelletur, *ad Iliad.* β'. Οτι εὔσειστος ἡ Λακωνική. *Quod Laconica facile moveatur.* Idque repetit etiam alibi, *ad Odyſſ.* δ'. Ac deſumpſit ex Strabone, *lib.* VIII. cujus verba mox producam. Maximus vero omnium fuit, qui Archidamo rege contigit, anno regni ejus quarto. Plutarchus, in *Cimone*. Αρχιδάμου τοῦ Ζευξιδάμου τέταρτον ἔτος ἐν

A Σπάρτῃ βασιλεύοντος, ὑπὸ σεισμοῦ, μεγίστου δὲ τῶν μνημονευομένων πρότερον, ἥ τε χώρα τῶν Λακεδαιμονίων χάσμασιν ἐνώλισθε πολλοῖς, καὶ τῶν Ταϋγέτων τιναχθέντων κορυφαί τινες ἀπερράγησαν, αὐτὴ δὲ ἡ πόλις ὅλη συνεχύθη, πλὴν οἰκιῶν πέντε. τὰς δ' ἄλλας ἤρειψεν ὁ σεισμός. *Archidamo, Zeuxidami filio, quartum jam annum regnante Spartæ, terræ motu, eorum, qui antea commemorantur, longe maximo, & regio Lacedæmoniorum hiatibus deſedit multis, ac concuſſi vertices Taygeti quidam ſunt abrupti, & urbs ipſa univerſa eſt collapſa, præter quinque ædificia: cætera, terræ motus evertit.* Ubi obſerva, ſolas quinque reliquas fuiſſe domos. Et hoc Polyænus dicit, in Ar-

B chidami ſtrategemate tertio, *lib.* I. Λακεδαιμονίων ἡ πόλις ἐσείσθη· καὶ πέντε μόναι διεσώθησαν οἰκίαι. *Lacedæmoniorum urbs terræ motu concutiebatur: & quinque tantum ædes ſervatæ.* Idem dicit Ælianus, *Variæ Hiſtoriæ* lib. VI. cap. VII. Diodorus Siculus, non habendam harum quinque, ut videtur, rationem arbitratus, totam urbem concidiſſe, & periiſſe hominum ſupra viginti millia refert, *lib.* XI. in rebus geſtis Olymp LXXVII. anno IV. Επὶ δὲ τούτων, μεγάλη τις, καὶ παράδοξος, ἐγένετο συμφορὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. ἐν γὰρ τῇ Σπάρτῃ γενομένων σεισμῶν μεγάλων, συνέβη πεσεῖν τὰς οἰκίας ἐκ θεμελίων, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων πλείους τῶν δισμυρίων φθαρῆναι. *Inter*

C *iſta, magna quædam, & inuſitata, Lacedæmoniis calamitas accidit. Ingens enim terræ motus Spartæ exortus, funditus evertit domos, & Lacedæmoniorum plures viginti millibus peſſum dedit.* Meminitque ejus iterum, *lib.* XV. Ο δὲ ὕστατος ἐγένετο πόλεμος αὐτοῖς, σεισμοῦ μεγάλου γενομένου, καὶ τῆς Σπάρτης ὅλης συγχυθείσης. *Ultimum vero bellum ipſis fuit, quo tempore magnus terræ motus exſtitit, & Sparta pene tota everſa eſt.* Dicæopolis, apud Ariſtophanem in *Acharnenſibus*, quæ comœdia acta fuit Olympiadis quintæ & octogeſimæ anno quarto, ſeu ſecundo & triceſimo poſt hunc ipſum terræmotum, quaſi

D nec dum accidiſſet, Lacedæmoniis imprecatur: & quidem, ut ædes ſimul univerſæ evertantur.

Εγὼ δὲ μισῶ μὲν Λακεδαιμονίους σφόδρα.
Καὐτὸς ὁ Ποσειδῶν, οὑπὶ Ταινάρῳ θεὸς,
Σείσας, ἅπασιν ἐμβάλοι τὰς οἰκίας.
Equidem valde odi Lacedæmonios.
Atque utinam Neptunus, qui deus in Tænaro colitur,
Quatiens terram, omnibus evertat domos.

Ac Pauſanias, domum nullam reliquam fuiſſe tradit: & cauſam addit, quod ſupplices, qui Tæna-

E rum, in Neptuni illic templum, confugerant, interfeciſſent. Vide eum, in *Achaicis*, & *Meſſeniis*: ac Thucydidem, *lib.* I. Sane, ſcelere pollutos, ob hoc ipſum, dicit etiam Scholiaſtes Ariſtophanis, *loco illo*, quem citavi. Idem etiam Ælianus, in *citato* ante *loco*. Ac Taygeti pars montis quædam avulſa. Strabo, *lib.* VIII. Εὔσειστος δ' ἡ Λακωνική. καὶ δὴ τοῦ Ταϋγέτου κορυφήν τινα ἀπορραγῆναι, τινὲς μνημονεύουσιν. *Eſt autem Laconica terræmotibus obnoxia ac ſane Taygeti cacumen quoddam avulſum eſſe, nonnulli tradunt.* Et Anaximander quoque hunc philoſophus prædixerat. Cicero, *De Divin.* lib. I. *Nullam eorum divinationem voco: ne illam quidem,*

F *qua ab Anaximandro phyſico moniti Lacedæmonii ſunt, ut urbem, & tecta, linquerent, armatique in agro excubarent, quod terræmotus inſtaret, tum, cum & urbs tota corruit, & ex monte Taygeto extrema montis quaſi puppis avulſa eſt.* Ubi vides, etiam collapſam urbem Ciceronem totam dicere. Plane atque Diodorus. Idem quoque tradit Plinius: qui prædictum item ab Anaximandro, & Taygeti abruptam partem quandam, inſtar puppis, pariter refert, *lib.* II. *cap.* LXXIX. Strabo, in *citatis verbis*, verti-

cem

cem simpliciter abruptum memorat. In media porticu juvenes aliquot ruina oppressi. qui deinde tumulo communi conditi: isque Σεισματείας dictus, usque ad Plutarchi tempora. Ecce ejus ista verba, in *Cimone*. Τοῖς δ' ἐφήβοις (ἐν τῇ μέσῃ στοᾷ) ὑπολειφθεῖσιν ἐπιπεσεῖν (λέγεται) τὸ γυμνάσιον, καὶ πάντας ὁμοῦ τελευτῆσαι. τὸν δὲ τάφον αὐτῶν, ἔτι νῦν, σεισματίαν προσαγορεύουσιν. *Adolescentes vero, qui (in media porticu) remanserant: gymnasii ruina oppressos, cunctos (ferunt) periisse. Tumulum ipsorum, etiam nunc, Sismatiam appellant.* Causa autem magni hujus terræmotus a Plutarcho memoratur, in ultima *Narratione Amatoria*.

Ad hæc vero duo mala, quæ incubuerunt publice, tertium commemoratur, istud quoque admodum grave: cum uxores, in furorem passim actæ, sic mansere, dum curaret eas Bacis, beneficio Apollinis. Suidas, *in* Βάκις. Θεόπομπος δ', ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, ἄλλα τε πολλὰ περὶ τοῦ Βάκιδος τούτου ἱστορεῖ παράδοξα, καὶ ὅτι ποτὲ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς γυναῖκας μανείσας ἐκάθηρεν, Ἀπόλλωνος τούτοις τοῦτον καθάρτην δόντος. *Theopompus vero, libro nono Philippicorum, de hoc Bacide cum alia multa mirabilia tradit, tum quod olim Lacedæmoniorum uxores, furore correptas, lustraverit, Apolline ipsis lustratorem hunc exhibente.*

CAP. XVII.

Res Laconicæ nonnullæ: & in istis, Nepeta, Resina, Cerussa, Tithymallus, Cosmosandalum, ipsorum inventum: Cicuta: Charisium; ejusque inter fœminas usus, ad virorum mutuum amorem sibi obstringendum. Aristoteles emendatus. Helenium quoque. & Arundo: qua coronabantur in Promachiorum festo. Baculus item, & is incurvus: cum quo etiam prodire in concionem usitatum; donec postea sub Lycurgo is mos desiit, & quamobrem. Claves Laconicæ: quæ occultæ: &, intrinsecus januam aperientes, ac foris claudentes habebant. Januæ quoque bifores.

NUNC res quasdam regionis memorabo, Multa illic erat *Nepeta*. Eustathius, exponens, cur Homero Κητώεσσα appelletur Lacedæmonia, *ad Iliad.* β'. Καλαμινθώδης, φασί. πολὺ γὰρ ἐν Σπάρτῃ τὸ τοιοῦτον φυτόν. *Nepetosa, ajunt. frequens autem in Sparta est hæc planta.*

Resina. Galenus, *De comp. med. sec. loca*, lib. II. Λέγειν αὐτὸν ἡγοῦμαι τήν τε καλουμένην αὐτόῤῥυτον ῥητίνην, ἐν Λακεδαίμονι πλείστην γιγνομένην. *Arbitror, ipsum dicere eam, quæ sponte profluens vocatur resina, quæ Lacedæmone plurima provenit.*

Cerussa. Dioscorides, *lib.* V. *cap.* CIII. Κάλλιστον δὲ (τὸ ψιμμύθιον) ἡγητέον, τὸ ἐν Ῥόδῳ σκευασθὲν, ἢ ἐν Κορίνθῳ, ἢ ἐν Λακεδαίμονι. *Optima vero (cerussa) existimanda est, quæ fit Rhodi, aut Corinthi, aut Lacedæmone.* Oribasius, *Collect. Med.* lib. XIII. *Laudatissimam (cerussam) fieri putant Rhodi, aut Corinthi, aut Lacedæmone.*

Tithymallus. Suidas, *in* Γλάμων. Διαβόητος δὲ ἦν ὁ Λακωνικὸς τιθύμαλλος. ἔστι δὲ εἶδος βοτάνης δριμυτάτης, παρὰ Λάκωσιν εὑρισκόμενον. *Celebratus autem erat tithymallus Laconicus. Est vere herbæ genus acutissimæ, quæ apud Lacones reperitur* Vide iterum eundem, *in* Τιθύμαλλος. Aristophanes, in *Concion.*

Τιθύμαλλον ἐμβαλόντα τὸν Λακωνικόν.
Tithymallum cum injecerit Laconicum.

Ad quem locum Scholiastes etiam videndus.

Cosmosandalum, ipsorum inventum. Athenæus, *lib.* XV. Κλέαρχος δ', ἐν δευτέρῳ Βίων, Ὁρᾶ, φησὶ, τοὺς κοσμοσάνδαλον ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους, οἳ, τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες, ἐξετραχηλίσθησαν. *Clearchus, libro secundo Vitarum, Vide, ait, Lacedæmonios: qui, postquam cosmosandalum invenerunt, antiquissimo reip. administrandæ ornatu conculcato, cervicibus fractis perierunt.*

Cicuta. Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. IX. cap. XV. Τὸ δὲ κώνειον, ἄριστον περὶ Σοῦσαν. καὶ ἐν τοῖς ψυχροτάτοις τόποις. γίγνεται δὲ καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Cicuta vero, optima circa Susam, & in locis frigidissimis. Nascitur autem & in agro Laconico.*

Charisium. Ea herba in Taygeto monte nascebatur: &, ex collo fæminarum vere ineunte appensa, id efficere credebatur, ut amore mutuo uxores viri ardentius complecterentur. Plutarch. l. *De flum.* ubi de Eurota agit, assitoque huic Taygeto. Γεννᾶται δ' ἐν αὐτῷ (τῷ Ταϋγέτῳ) βοτάνη, καλουμένη χαρίσιον· ἣν γυναῖκες, ἔαρος ἀρχομένου, τοῖς τραχήλοις περιάπτουσι, καὶ ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν συμπαθέστερον ἀγαπῶνται. *Nascitur vero in ipso (Taygeto) herba, charisium dicta: quam mulieres, vere ineunte, collo alligant, & ardentius a maritis mutuo adfectu amantur.* Quæ descripsit verbo tenus ex Aristotele, περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων: ubi tamen corrupte legitur τῷ Ηψέτῳ, pro Ταϋγέτῳ; & ἔρωτος, pro ἔαρος. Quod in partem etiam Maussacus vidit, magnum Galliæ suæ decus.

Helenium. Id Helenam sevisse, dictum, ad serpentes occidendos. Hesychius. Ἑλένιον, βοτάνη τίς· ἣν φασὶν Ἑλένην σπεῖραι, πρὸς τοὺς ὄφεις, ὅπως βοσκόμενοι ἀναιρεθῶσιν. *Helenium, herba quædam: quam ajunt sevisse Helenam, adversus serpentes, ut edentes occiderentur.*

Arundo. (Κάλαμος.) Theophrastus, de variis ejus generibus agens, *Hist. Plant.* lib. IV. cap. XII. Ποικίλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. *Varia est enim, quæ Laconica vocatur.* Plinius, de eadem, *lib.* XVI. *cap.* XXXVI. *Varia Laconicis, & ab alia parte densiora.* Optimam Eurotas fluvius exhibebat: unde & ψάλλιδόναξ ille, *pulchram arundinem habens*, dicitur ab Euripide, in *Helena*.

—— ἵν' αἱ ῥοαὶ
Τοῦ καλλιδόνακός εἰσιν Εὐρώτα μόνον;
—— *ubi fluenta*
Sunt Eurotæ, pulcram arundinem habentis, tantum?

Et hac coronari solebant in Promachiorum festo. Athenæus, *lib.* XV. Καὶ γὰρ Λακεδαιμόνιοι καλάμῳ στεφανοῦνται ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ. *Etenim Lacedæmonii arundine coronantur in Promachiorum festo.*

Memoratur & Laconicus *Baculus*, isque incurvus. Theophrastus, in *Charact. Eth.* cap. Περὶ ἀρεσκείας. Καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν, ἐκ Λακεδαίμονος. *Et baculos incurvos, Lacedæmone advectos.* Erantque graves. Scholiastes Aristophanis, *ad Aves*. Ἐφόρουν γὰρ βαρείας βακτηρίας οἱ Λάκωνες. *Graves enim baculos gestabant Lacedæmonii.* Sic Alcander Lacedæmonios, baculo, quem gestabat, Lycurgo respicienti oculum excutiebat. Plutarchus, in *Lycurgi Vita*. Εἷς δέ τις νεανίσκος, ἄλλως μὲν οὐκ ἀφυής, ὀξὺς δὲ, καὶ θυμοειδὴς, Ἄλκανδρος, ἐπικείμενος, καὶ διώκων, ἐπιστραφέντος αὐτοῦ, τῇ βακτηρίᾳ πατάξας, τὸν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψεν. *Unus vero quidam adolescens, non malo alioqui ingenio, verum acer, & iræ præceps, Alcander, inhærens, insequensque, respicientis oculum, percutiens baculo, excussit.* Et ex hoc facto institutum, ne cum baculo deinde in concionem prodirent. Docet idem mox Plutarchus. Τὸ μέντοι φέρειν βακτηρίαν ἐκκλησιάζοντας, οἱ Σπαρτιᾶται, μετὰ τὴν συμφορὰν ἐκείνην, ἀπέμαθον. *Ac cum baculo prodire in concionem, Spartani, post calamitatem istam, destitere*, Meminit Laconici baculi iterum, in *Vita Niciæ*. Τῶν δὲ στρατιωτῶν τινες καταγελῶντες, ἠρώτων,

ci, διὰ παρουσίαν ἑνὸς τρίβωνος, καὶ βακτηρίας Λακωνικῆς, οὕτω ἰσχυρὰ τὰ Συρακουσίων ἐξαίφνης γέγονε. *Militum vero quidem irridentes, interogabant, an, propter præsentiam unius lacernæ, & Laconici item baculi, adeo validæ res Syracuſanorum repente facta eſſent.* Et paulo poſt. Ἐν γὰρ τῇ βακτηρίᾳ, καὶ τῷ τρίβωνι, τὸ σύμβολον, καὶ τὸ ἀξίωμα, τῆς Σπάρτης καθορῶντες συνίσαντο. *Quippe in lacerna, & baculo, inſigne Spartæ, & dignitatem, aſpicientes conſiſtebant.* Ariſtophanes, in *Concion.*

Λακωνικὰς γὰρ ἔχητε, καὶ βακτηρίας.
Laconicos enim (calceos) *habetis, & baculos.*

Etiam *Clavis* memoratur. Suidas. Λακωνικαὶ κλεῖδες. περιβόηται δέ εἰσιν αὗται. *Laconicæ claves. Hæ vero ſunt celebratæ.* Menander, Μισουμένοις.

Λακωνικὴ κλείς ἐστιν, ὡς ἔοικέ μοι.
Laconica clavis eſt, ut mihi videtur.

Erant occultæ, & habebant tres dentes, Ariſtophanes, *Theſmoph.*

—— οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
Αὐτοὶ φοροῦσι κρυπτά, κακοηθέστατα,
Λακωνικ' ἄττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.
—— *viri enim jam claviculas*
ipſi geſtant occultas, maxime malignas,
Laconicas quaſdam, tres habentes dentes.

Ac claudebant iis januas ædium foris, & intus aperiebant. Et clauſiſſe quidem foris, teſtis locuples eſt Plautus, *Moſtellaria.*

—— *Clavem mihi harunce ædium Laconicam*
Jam jube efferri intus: haſce ego ædes occludam hinc foris.

Intus vero aperire conſueviſſe, ex Theone eſt obſervare, in *Commentario ad Aratum.* Οὐ γὰρ, ὡς νῦν, ἐκτὸς ἦσαν αἱ κλεῖδες, ἀλλ' ἔνδον, τὸ παλαιὸν, παρὰ Αἰγυπτίοις, καὶ Λάκωσι. *Non enim, ut nunc, foris olim claves erant, ſed intus, apud Ægyptios, & Lacedæmonios.* Meminit Laconicæ clavis etiam Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Ἔστι δὲ καὶ εἶδος κλειδὸς Λακωνικῆς. *Et autem etiam genus clavis Laconicæ.* Et Euſtathius, *ad Iliad.* β' Ἔστι δὲ καὶ κλεὶς Λακωνικὴ καινοτέρα τις. *Eſt vero etiam clavis Laconica, peculiaris quædam.*

Quin ut clavis his peculiaris erat, ita *Janua*, quæ biforis. Theo, in *citato* ſtatim *Commentario*, ubi de Caſſiopeæ ſtellis agit. Ὧν ὁ βορειότατος, ἐπὶ τῆς καθέδρας ἐστίν. ὁ δὲ νοτιώτατος, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. οἱ δὲ τούτου μεταξὺ δύο, τὸ τῆς Λακωνικῆς δικλίδος σχῆμα ποιοῦντες. *Quarum quæ eſt maxime ſeptentrionalis, in ſede exiſtit; quæ vero maxime meridionalis, in capite: duæ autem, quæ in medio, januæ biforis Laconicæ figuram faciunt.* Et clavem, & januam, deſignat Aratus; in *Phænomenis.*

Οἵην δὲ κληῖδι θύρην ἔντοσθ' ἀραρυῖαν
Δικλίδ' ἐπιπλήσσοντες ἀνακρούουσιν ὀχῆες,
Τοῖόν τοι μουνὰξ ὑποκείμενοι ἰνδάλλονται
Ἀστέρες. ——
Qualem vero clave januam intus munitam
Bifori concurrentes reverberant vectes,
Tales ſingulatim ſubjectæ figurant
Stellæ. ——

CAP. XVIII.

Balneum Laconicum, ſiccum, & duntaxat ad ſudandum inſtitutum: quale Romæ & Agrippa ædificavit. Ferrum: ejuſque temperandi quænam ratio, & ad quas res utile fuerit. Flagella. Marmor. Juvenalis Interpres vetus emendatus. Lapis alius: & lapicidinæ, in Tænaro promontorio Laconiæ; cujus lapis duplex erat. Cotes denique, & ſmaragdi, ex Taygeto monte.

BALNEO quoque, ſibi proprio, utebantur. Ejus meminit Plutarchus, in *Agide, & Cleomene.* Καὶ δεῖπνα, καὶ λουτρὰ, καὶ διαίτας Λακωνικὰς ζητεῖν. *Et cœnas, & balnea, & victum Laconicam quærere.* Erat autem ſiccum & ſudando, non lavando, inſtitutum. Martialis, *lib.* VI. *epigr.* XLII

Ritus ſi placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda Virgine, Martiaque, mergi.

Columella, in Præfatione Operis *De re ruſtica*: *Quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus; &, exacto ſudore, ſitim quærimus.* Celſus, *lib.* II *cap.* XVII. *Siccus calor eſt arenæ calidæ, & Laconici.* Meminit etiam Vitruvius, *lib.* V. *cap.* X. & XI. ac *lib.* VII. *cap.* X. Inſtituebantur autem ex lapidibus ignitis. Strabo, *lib.* III. Ἐνίους δὲ τῶν προσοικούντων τῷ Δουρίᾳ ποταμῷ Λακωνικῶς διάγειν φασὶν, ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς, καὶ πυρίαις ἐκ λίθων διαπύρων. *Quoſdam eorum, qui ad Durium amnem habitant, Laconica ferunt vitæ ratione uti; bis unguento utentes, & ſiccis ſudationibus per lapides ignitos.* Nec aliud balneum intelligit Paulus Ægineta, cum inquit, *lib.* III. *cap.* XLIII. Καὶ πυριᾶσθαι κελεύειν ἐν τοῖσι διαπύροις τοίχοις. *Jubere, ut ſicca ſudatione utantur intra ignitos parietes.* Agrippa tale Romæ ſtruxit, anno Urbis conditæ DCCXXIX. Dio Caſſius, in ejus anni rebus geſtis, *lib.* LIII. Ἀγρίππας δὲ ἐν τούτῳ τὸ ἄστυ τοῖς ἰδίοις τέλεσιν ἐπεκόσμησε. τοῦτο μὲν γὰρ, τὴν τοῦ Ποσειδῶνος ὀνομασμένην, καὶ ἐξῳκοδόμησεν ἐπὶ ταῖς ναυκρατίαις, καὶ τῇ τῶν Ἀργοναυτῶν γραφῇ ἐπελάμπρυνε. τοῦτο δὲ, τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασεν. *Agrippa autem eo tempore urbem ſuis ſumptibus exornavit. nam & porticum Neptuni, ob victorias navales, edificavit, & pictura Argonautarum exornavit: & Laconicum ſudatorium extruxit.* Et id ipſum eſt, quod intelligit Martialis, *lib.* III. *epigr.* XX.

Stertitur? thermis an lavatur Agrippæ?

Laudatur & Laconicum *Ferrum.* Stephanus, *in* Λακεδαίμων. Ἔστι δὲ καὶ τὸ Λακωνικὸν σίδηρον. *Eſt vero etiam Laconicum ferramentum.* Euſtathius, *ad Iliad.* β'. Καὶ μάστιγες Λακωνικαὶ, καὶ σιδήρειον Λακωνικόν. *Et flagella Laconica, & ferramentum Laconicum.* Ac peculiari modo chalybe id temperabant: & fiebant inde limæ, terebræ ferrariæ, cæla, & inſtrumenta lapicidarum. Daimachus, in *Poliorceticis*, lib. XXXV. Στομωμάτων τὸ μὲν Χαλυβδικὸν, τὸ δὲ Σινωπικόν. καὶ Χαλυβδικὸν, εἰς τὰ τεκτονικά, τὸ δὲ Λακωνικὸν, εἰς ῥίνας, καὶ σιδηροτρύπανα, καὶ χαρακτῆρας, καὶ τὰ λιθουργικά. *Ferri quidem temperandi ratio erat quedam Calybdica, alia Sinopenſis, alia Lidia, alia Laconica. Ac Sinopenſis quidem, & Calybdica, ad fabrilia inſtrumenta facienda idonea erat; Laconica vero, ad limas, terebras ferrarias, cæla, & lapicidarum inſtrumenta.* Quæ totidem verbis hinc tranſcripta ab Euſtathii, *loco citato.*

Flagella: Vides in *citatis* Euſtathii *verbis*: Καὶ μάστιγες Λακωνικαὶ, καὶ σιδήριον Λακωνικόν. *Et flagella Laconica, & ferramentum Laconicum.* Stephanus.

loco itidem *citato*. Εἰσὶ δὲ καὶ μάστιγες Λακωνικαί. *Sunt autem etiam flagella Laconica.*

Marmor. Juvenalis, *Sat.* XI.

Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.

Ad quem locum Interpres vetus. *Qui exſpuit ſupre marmor Lacedemonium, quo ſtratum eſt pavimentum, ut ſit læve*. Ita enim hic ſcribendum, non, ut editur, *ut lene ſit*. Lampridius, in *Alexandro Severo*: *Alexandrinum opus marmoris de duobus marmoribus, hoc eſt, porphyretico, & Lacedæmonio, primus inſtituit.*

Alii *Lapidem* ſimpliciter dicunt. Pollux, lib. VII. *cap.* XXIV. Πολλὰ δὲ εἴδη λίθων. Φρυγία, Λάκαινα, Λίβυσσα, Εὐβοΐς, Θετταλή, Αἰγυπτία. *Multa autem lapidum ſunt genera; Phrygius, Laconicus, Libycus, Euboicus, Theſſalicus, Ægyptius.* Euſtathius, *De Am. Iſm.* lib. I. Τὰ κύκλοθεν ἐκόσμει τοῦ φρέατος, λίθος Χῖος, ὁ ἐκ Λακαίνης, καὶ Θετταλὸς ἑτέρωθεν. *Ambitum putei ornabat lapis Chius, & Laconicus, & ab altera parte Theſſalus.* Lucianus, in *Hippia*. Καὶ μέσος οἶκος, ὕψει τε ὑψηλότατος, καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ ὕδατος ἔχων τρεῖς κολυμβήθρας, Λακαίνῃ λίθῳ κεκοσμημένος. *Ac media domus, cum faſtigio excelſiſſima, tum lumine ſplendidiſſima, tres aquæ frigidæ piſcinas habens, Laconico lapide exornata.* Lampridius. in *Antonino Heliogabalo*: *Stravit & ſaxis Lacedæmoniis, & porphyreticis, plateas in palatio, quas Antoninianas vocavit.* Meminit etiam Themiſtius, *Orat.* VI. & Plutarchus, *Symp.* lib. I. cap. II. Ac maximo quidem in pretio habebatur marmor viride. Plinius de marmoribus agens, *lib.* XXXVI. *cap.* VI. *Pretioſiſſimi quidem generis Lacedæmonium viride, cunctiſque hilarius.* Et de eo loquitur Statius, in *Ephithalamo Stellæ, & Violantillæ* lib. I.

Hic Libycus Phygiuſque ſilex, hic dura Laconum
Saxa virent. ——

Celebratur vero etiam illic lapis Tænarius, nigri coloris. Plinius, *lib.* XXXVI *cap.* VIII. *Sunt & nigri lapides, quorum auctoritas venit in marmora, ſicut Tænarius.* Partes ejus, ſi lævigarentur, albas viſas; integrum vero, flavum; tradit Sextus Empiricus, *Pyrrh. Hypotyp.* lib. I. cap. XIV. Καὶ τῆς Ταιναρείας λίθου τὰ μὲν μέρη λευκὰ ὁρᾶται, ὅταν λεανθῇ· σὺν δὲ τῇ ὁλοσχερεῖ, ξανθὰ φαίνεται. *Et Tænarei quidem lapidis partes, ſi levigentur, albæ videntur; cum toto vero, flava apparent.* Ex eo columnas celebrat Propertius, *lib.* III. *eleg.* II.

Quod non Tænariis domus eſt mihi fulta columnis.

Et Tibullus, *lib.* III. *eleg.* III.

Quidve domus prodeſt, Phrygiis innixa columnis,
Tænare ſive tuis, ſive Cariſte tuis?

Facit autem genera ejuſdem duo idem Plinius, quem citavi, *libri ejuſdem* XXXVI. *cap.* XXII. *Tænarium vero lapidem, & Pænicum, & hæmatiten, iis medicamentis prodeſſe tradunt, quæ ex croco componantur: ex alio Tænario, qui niger eſt, & ex Pario lapide, non æque medicis utilem.* Nec e Tænaro tantum lapis Lacedæmoniorum probus, ſed & Croceis, qui Laconicæ vicus quidam. Pauſanias in *Laconicis*. Ἐπὶ θάλασσάν τε ἐς Γύθιον καταβαίνοντι, ἔστι Λακεδαιμονίοις ἡ κώμη καλουμένη Κροκέαι. ἧς ἡ λιθοτομία, μία μὲν πέτρα συνεχὴς, οὐ διήκουσα. λίθοι δὲ ὀρύσσονται, σχῆμα τοῖς ποταμίοις ἐοικότες, ἄλλως μὲν δυσεργεῖς. ἣν δὲ ἐπεργασθῶσιν, ἐπικοσμήσειαν ἂν καὶ θεῶν ἱερά. κολυμβήθραις δὲ, καὶ ὕδασι, συντελοῦσι μάλιστα ἐς κάλλος. θεῶν δὲ αὐτόθι, πρὸ μὲν τῆς κώμης, Διὸς Κροκεάτα λίθου πεποιημένον ἄγαλμα ἕστηκεν. Διόσκουροι δὲ, ἐπί τε λιθοτομίᾳ χαλκοῖ. *Qua vero Gythium ad mare deſcenditur, vicus eſt Lacedæmoniis, cui nomen Croceæ. in eo lapidicinæ, ſaxo perpetuo, ac nuſqum interrupto. Cæduntur inde lapides, fluvialibus ſimiles, alias quidem laboratu difficiles, ſi elaborantur tamen, etiam deorum fana exornaverint. Deorum vero illic, ante vicum quidem, Jovis ſinum eſt, ex lapide Croceate factum: ad lapidicinam vero, Dioſcuri ſtant ex ære.* Iterum, in *Corinthiacis*, Τοῦτο δὲ Εὐρυκλῆς ἐποίησεν, ἀνὴρ Σπαρτιάτης, λίθοις κοσμήσας καὶ ἄλλοις, καὶ ὃν ἐν Κροκέαις, χώρᾳ τῆς Λακωνικῆς, ὀρύσσουσιν. *Hoc autem fecit Eurycles, vir Spartanus, lapidibus ornatum cum aliis, tum & iis, quos effodiunt Croceis, Laconicæ vico.* Quod Tænarium lapidem attinet, de quo dixi, eum Strabo admodum pretioſum memorat, *lib.* VIII. Εἰσὶ δὲ λατομίαι λίθου πολυτελοῦς, τοῦ μὲν Ταιναρίου, ἐν Ταινάρῳ, παλαιαί. *Sunt vero lapicidinæ lapidis pretioſi, Tænarii quidem, in Tænaro, antiquæ.*

Poſt lapides Laconicos, etiam *Cotes* memorantur, maxime ex monte Taygeto. Plinius, *lib.* XXXVI. *cap.* XXII. *Creticæ (cotes) diu maximam laudem habuere: ſecundam Laconicæ, ex Taygeto monte.* Prædicantur & *Smaragdi*. Idem Plinius, de his agens, *lib.* XXXVII. *cap.* V. *Complures vero e proximis Laconicos in Taygeto monte erui, Medicis ſimiles.*

CAP. XIX.

Metallum, in Taygeto monte. Purpura, & ex ea chlamys: in qua & inibant prœlia, &, poſt fortitudinis exempla edita illuſtriſſima, mortui ſepeliebantur; cum cæteris coronis tantum oleaginis ornarentur. Plutarchi error, & confuſio, indicata. Currus, ex ſuberi-quercu, quia ilice carebant. Menſuræ, hic peculiares: & quartarius in his nominatim dictus. Gnomon item illic primus: ab Anaximandro poſitus, aut diſcipulo Anaximene. Cycni quoque inſigniores, maxime in Eurota flumine: & interioribus eorum plumis lecti a Romanis farti.

HABUIT vero Laconica etiam *Metallum* ſuum; idque in Taygeto monte. Strabo, in *deſcriptione*, lib. VIII. Νεωστὶ δὲ καὶ ἐν τῷ Ταϋγέτῳ μέταλλον ἀνέῳξάν τινες εὐμεγέθες, χορηγὸν ἔχοντες τὴν τῶν Ῥωμαίων πολυτέλειαν. *Recens vero etiam in Taygeto metallum aperuerunt quidam ſatis magnum, Romanorum magnificentia ſumptus ſuppeditante.* Martialis, *lib.* VI. *epigr.* LXII.

Illic Taygeti virent metalla.

Memoratur etiam *Purpura*. Plinius, *lib.* XXI. *cap.* VIII. *Nihil gratius adſpectu: trahitur in purpuras Tyrias, dibaphaſque, ac Laconicas.* Videndus idem, *lib.* IX. *cap.* XXXVI. & *lib.* XXXV. *cap.* VI. Pauſanias, in *Laconicis*. Κόχλους δὲ ἐς βαφὴν πορφύρας παρέχεται τὰ ἐπιθαλάσσια τῆς Λακωνικῆς, μετά γε τὴν Φοινίκων θάλασσαν. *Ferunt autem maritima Laconicæ conchylia, ex quibus ad tingendas veſtes purpura fit, nobilitate ſolis iis, quæ in Phœnicum mari capiuntur, inferiora.* Valerius Flaccus, *Argonaut.* lib. I.

Illis Tænaro pariter tremit ignea fuco
Purpura. ——

Horatius, *lib.* II. *Od.* XVIII.

Nec Laconicas mihi
Trahunt honeſtæ purpuras clientæ.

Meminit etiam Ælianus, *Hiſt. Anim.* lib. XV. cap. X. Martialis, *lib.* VIII. *epigr.* XXVIII. & Statius, in *Epithalamio Stellæ, & Violantillæ, Silv.* lib. I. aliique. Inde *Spartana chlamys* apud Juvenalem dicitur, quæ ex purpura Spartana, *Sat.* VIII.

—— Spartana chlamys, conchylia Coa.

Itaque puniceis in bello tunicis utebantur, ut accurate docet Cragius, *lib.* III. *tab.* VI. *cap.* VI. Addo ego Philostrati insignem locum, in quo duas ejus facti causas reddit, in *Epistolarum* quadam. Οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικοβαφεῖς ἐνεδύοντο θώρακας, ἢ ἵνα ἐκπλήττωσι τοὺς πολεμίους τῷ φοβερῷ τῆς χροίας, ἢ ἵνα ἀγνοῶσι τὸ αἷμα τῇ κοινωνίᾳ τῆς βαφῆς. *Lacedæmonii puniceis induebantur thoracibus, ut aut hostibus metum incuterent terribilitate coloris, aut ut sanguinem non agnoscerent tincturæ communione.* Quin & mortui, in puniceo amiculo, & foliis oleaginis, involvebantur, ex Lycurgi instituto. Plutarchus, in *ejus Vita*. Συνθάπτειν οὐδὲν εἴασεν, ἀλλ' ἐν φοινικίδι, καὶ φύλλοις ἐλαίας, θέντες τὸ σῶμα, περιέστελλον. *Nihil consepelire permisit, verum in amiculo puniceo, & foliis oleaginis, cadaver collocantes, involvebant.* Iterum, in *Instit. Laconicis*. Συνθάπτειν δὲ οὐδὲν ἐπέτρεψεν (ὁ Λυκοῦργος) ἀλλ' ἐν φοινικίδι, καὶ φύλλοις ἐλαίας, θέντας τὸ σῶμα, περιστέλλειν κατ' ἴσον ἅπαντας. *Nihil vero permisit (Licurgus) consepelire, sed puniceo in amiculo, foliisque in oleaginis, posito cadavere, omnes æqualiter involvere.* Sed Plutarchus sepulturas hic confundit: nam discrimen in sepeliendo erat, ratioque personarum habebatur. Etenim puniceum amiculum duntaxat his imponebatur, qui perfectæ fortitudinis specimen exhibuissent. Hoc nos docet Ælianus, *Var. hist.* lib. VI. cap. VI. Οὐκ ἐξῆν ἀνδρὶ Λάκωνι οὐδὲ σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον. οἱ δὲ καλῶς ἀγωνισάμενοι, καὶ ἀποθανόντες, θαλλοῖς ἀνεδοῦντο, καὶ κλάδοις ἑτέροις, καὶ δι' ἐπαίνων ἤγοντο· οἱ δὲ τελέως ἀριστεύσαντες, καὶ φοινικίδος αὐτοῖς ἐπιβληθείσης, ἐνδόξως ἐθάπτοντο. *Viro Lacedæmonio ne manubias quidem hosti detrahere licebat. Qui vero se strenuos præstitissent, & occubuissent, ii ramis oleaginis, aliisque, redimiti, cum laudibus deducebantur: at, qui se perfecte fortes præbuissent, punicea injecta veste, gloriose sepeliebantur.*

Parabantur ipsis *currus*, quia ilice carebant, ex phellodry, quasi suberi-quercum dicas. Theophrastus, *Hist. Plant.* lib. III. cap. XVII. Ὃ δὲ καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες φελλόδρυν, τοιάνδε ἔχει τὴν φύσιν. ὡς μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνὰ μέσον πρίνου καὶ δρυός ἐστιν. καὶ ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν, εἶναι θήλειαν πρῖνον. διὸ καὶ, ὅπου μὴ φύεται πρῖνος, τούτῳ χρῶνται πρὸς τὰς ἁμάξας, καὶ τὰ τοιαῦτα· καθάπερ οἱ περὶ Λακεδαίμονα, καὶ Ἠλεῖοι. *Quod vero Arcades phellodryn vocant, ejusmodi naturam habet. ut simpliciter quidem dicam, inter ilicem est, & quercum. nonnulli, fœminam ilicem opinantur. ideoque, ubi ilex non nascitur, ad currus faciendos adhibent, & quæ talia: sicuti Lacedæmonii, & Elei.*

Mensura quoque singulari utebantur: & quartarii mentionem Herodotus facit, *lib.* VI. Καὶ μέδιμνον ἀλφίτου, καὶ οἴνου τετάρτην Λακωνικήν. *Et farinæ medimnum, & quartarium Laconicum.*

Genomonem a philosopho Anaximandro accepere. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. II. Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι. *Genomonem vero etiam primus invenit, statuitque in horologiis Lacedæmone.* Alii, discipulo id ejus tribuunt, Anaximeni. Plinius, *lib.* II. *cap.* LXXVI. *Umbrarum hanc rationem, quam vocant gnomonicen, invenit Anaximenes Milesius, Anaximandri, de quo diximus, discipulus: primusque horologium, quod appellant sciothericon, Lacedæmone ostendit.*

Cycni etiam Laconici ab antiquis celebrati. Martialis, *lib.* VIII. *epigr.* XXVIII.

Spartanus tibi cedet olor, Paphiæque columbæ.

Et maxime in Eurota flumine, quem propterea *Oloriferum* dicit Statius, *Theb.* lib. IV.

Taygetique phalanx, & oloriferi Eurotæ
Dura manus. ——

Ac poetæ, currum Veneris a Laconicis cycnis trahi, fabulati. Idem Statius, in *Epithalamio Stellæ, & Violantillæ*, ubi de Venere agit, lib. I.

—— sic fata, levavit
Sidereos artus, thalamique egressa superbum
Limen, Amyclæos ad frena citavit olores.

Quin Romani, uti mollius cubarent, plurimis horum interioribus lectos suos farciebant. Observare apud Martialem licet, *lib.* XIV. *epigr.* CLXI.

Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cycni quam tibi lana dabit.

JOANNIS MEURSII
MISCELLANEORUM LACONICORUM
LIBER III.

Cap. I.

Canes Laconici, maximopere celebrati: & in illis, sexus quoque differentia prædicata. Masculi, pastoribus grati, & custodiendo pecori usitati: ac veloces, & laboris patientes. Fœminæ, generosæ habitæ; ac præstabant odoratu: itaque ad venationem exhibebantur, ut investigarent feras. Eorum autem tria genera: & hi, e Laconico utroque erant; illi vero, ex Laconico, & Molosso; isti autem, ex cane, & vulpe: & Ἀλωπεκίδες *inde dicebantur; sicut, a Laconicæ loco Cynosuride,* Κυνοσουρίδες. *Hæ veloces quanquam essent, tamen in non magno pretio habebantur. Themistii locus restitutus. Aristides illustratus. Castoriæ, a Castore denominatæ, qui accepit ab Apolline, atque vulpi primus miscuit. Generare incipiebant mense octavo: ac coibant melius cum laborassent. Ferebant uterum duobus plus minus mensibus: & lac accipiebant tricesimo post coitum die. Vivaciores fœminæ, quam mares, erant: ac vivebant, illi quidem, annos decem; hæ, duodecim. Adeo vero æstimati, ut & muneri peregrinis mitterentur: quin inducti & in Samum a Polycrate tyranno.*



CANES ejus regionis maximopere celebrati. Varro, *De Re Rustica* lib. II. cap. IX. *A regionibus (canes) appellantur, Lacones, Epirotici, Sallentini.* Plautus, *Epidico*, Act. II. Sc. II.

PE. Cani quoque etiam ademptum est nomen. EP. qui?
PE. vocant Laconicum.

Anacharsis, in Epistola *ad Solonem*. Εἰ δέ τις σοι κύνα Σπαρτιάτην ἐδωρεῖτο, οὐκ ἂν προσέταττες ἐκείνῳ ἀνδρὶ, κύνα τοῦτον εἰς Σπάρτην ἀνάγοντα δοῦναί σοι; *Quod si tibi canem Spartanum aliquis donasset, an mandares illi viro, uti canem eum Spartam reduceret, atque illic tibi daret?* Gratius, in *Cynegetico*, de canibus loquens.

Ad vestram non vile genus, non patria vulgo:
Sparta suos, & Creta suos promittit alumnos.

Nonnus, *Dionysiac* lib. XVI.

Ἄξομαι ἐκ Σπάρτης ἑτέρους κύνας. ——
Ducam e Sparta alios canes. ——

Et in sexu differentia. Masculi, pastoribus grati, & custodiendo pecori usitati: maximeque æstimati, qui colore fulvo essent. Horatius, *Epodon Ode* VI.

Nam qualis aut Molossus, aut fulvus Lacon,
Amica vis pastoribus.

Virgilius, *Georg.* lib. III.

—— *omnia secum*
Armentarius Afer agit, tectumque, laremque,
Armaque, Amyclæumque canem.

Ac veloces erant cursu. Idem Virgilius, *eodem libro.*

Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum,
Pasce sero pingui. ——

Silius, *lib.* III.

Ceu pernix cum densa vagis latratibus implet
Venator dumeta Lacon, aut exigit Umber,
Nare sagax, e calle feras. ——

Nemesianus, in *Cynegetico*.

Elige tunc cursu facilem, facilemque recursu,
Seu Lacedæmonio natum, seu rure Molosso.

Hinc est illud apud Columellam ubi de nominibus canum, *lib.* VII. *cap.* XII. *Nominibus autem non longissimis appellandi sunt, quo celerius quisque vocatus exaudiat. nec tamen brevioribus, quam quæ duabus syllabis enuntientur: sicut Græcum est,* Σκύλαξ; *Latinum, Ferox; Græcum,* Λάκων; *Latinum, Celer.* Erant & laboriosi. Plinius, *lib.* X. *cap.* LXIII. *Propria in eo genere maribus laboris alacritas.* Loquitur de canibus Laconicis. Fœminæ, generosæ habitæ. Pollux, *lib.* V. *cap.* V. Γενναῖαι κύνες Λακωνικαί. *Generosæ canes Laconicæ.* Et industriæ item magis. Aristoteles. *Hist. Anim.* lib. IX. cap. I. Αἱ Λάκαιναι κύνες αἱ θήλειαι, εὐφυέστεραι τῶν ἀρρένων εἰσί. *Laconicæ canes fœminæ, masculos industria superant.* Ac corpore erant gracili: unde *Tenues* dicuntur Claudiano, *De laud. Stil.* lib. III.

Hirsutæque fremunt Cressæ, tenuesque Lacænæ.

De diversis canibus agit eo loco. Etiam odoratu præstabant. Aristoteles, *De gen. anim.* lib. V. cap. II. Ὅσων οἱ μυκτῆρες μακροὶ, οἷον τῶν Λακωνικῶν κυνιδίων, ὀσφραντικά. *Quæcunque longas nares habent, ut Laconicæ, caniculæ, ea odoratu valent.* Inde Εὔρινον, quasi bonis naribus prædita, sive sagax, Sophocli dicitur, in principio *Ajacis*.

Κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.
Veluti quidam canis Lacænæ sagacis gressus.

Quem locum respexit Manuel Palæologus, *Orat.* VI. Ὥσπερ αἱ τὰ θηρία ῥινηλατοῦσαι Λάκαιναι κύνες. εὐρίνας ἂν ταύτας εἶπε Σοφοκλῆς. *Quemadmodum Laconicæ canes, naribus feras indagantes. Bonis naribus præditas has dixit Sophocles.* Seneca Tragicus, in principio *Hippolyti*, ubi varios canes nominat.

At Spartanos (genus est audax,
Avidumque feræ) nodo cautus
Propiore liga. veniet tempus,
Cum latratu cava saxa sonent;
Nunc demissi nare sagaci
Captent auras lustraque presso
Quærant rostro. ——

Et hinc est Platonis illud in *Parmenide*. Ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες, εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα. *Veluti canes Lacænæ, facile transcurris, & investigas, quæ sunt dicta*. Quæ transcribit Aristænetus, *lib.* I. *epist.* XVIII. Ὥσπερ ἂν αἱ Λάκαιναι κύνες, μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις, ὅπη δ' ἂν αἴσθοιό τινος τῆς σῆς ἀμέλει θήρας ἀξίου. *Sicuti Lacænæ canes, facile transcurris, & investigas, sicubi aliquem dignum, quem veneris, sentias*. Eustathius, *De Am. Ism.* lib. IX. Ἀναπτύξας τὸ γράμμα, κατὰ Λάκαιναν κύνα, καὶ νοῦν, καὶ λέξιν, ἀνώρυττον, καὶ ὅλον κατιχνηλάτουν τὸ ἐπιστόλιον. *Postquam literas resignassem, veluti Lacæna canis, mentem, & verba, effodiebam, & totum epistolium investigabam*. Meminit etiam Nicetas Choniates, lib. I. *De Andronici Comneni Imperio*. Itaque ad venationem adhibebantur, ut investigarent feras. Xenophon, *De Venat.* Πρὸς δὲ τὸν ὗν τὸν ἄγριον, κεκτῆσθαι κύνας Ἰνδικὰς, Κρητικὰς, Λοκρίδας, Λακαίνας. *At in aprum silvestrem, canes comparare Indicas, Cretenses, Locrenses, Laconicas*. Themistocles, *Epist.* X. quæ est *ad Habronychum*. Καὶ διαφευξόμεθα τοὺς τε οἴκοθεν ἐπὶ τὴν θήραν ὑμῶν ὡρμημένους κυνηγέτας, καὶ τοὺς Λακωνικοὺς κύνας. *Et effugiemus domesticos venatores, ad nostram egressos venationem, & canes Laconicos*. Nonnus Monachus, *Collect. Hist.* lib. I. cap. LXXIV. Πᾶσα πόλις, καὶ χώρα, ἔχει τι ἐξαίρετον ἰδίωμα. οἷον ἡ Θετταλῶν χώρα, ἔχε τοὺς ἵππους· ἡ Ἀθηναίων, τὰ μέταλλα τοῦ ἀργύρου· ἡ Ἰνδία, τὴν χρυσῖτιδα ψάμμον· ὁμοίως καὶ ἡ Λακεδαιμονίων, κύνας θηρευτικάς. *Unaquæque urbs, & regio, aliquid excellens habet, sibi proprium. uti Thessalorum regio, equos habebat; Athenienfium, argentifodinas; India, arenam aureolam; sic & Lacedæmoniorum, canes venaticos*. Glossæ veteres Græco-Latinæ. Λάκων, ὁ θηρευτὴς, *Umber, Lacon, venator, Umber*. Ubi hic Glossarii Auctor Silii respexit *locum*, quem citavi paullo ante. Inde quoque Hesychius Presbyter, Ἀντιρρητικῶν *Cent.* I. *cap.* XCVI. Ἡ δὲ (ἕξις,) ὡς φύσις, λοιπὸν κρατεῖ· καὶ ἐν καταστάσει τοιαύτῃ ὁ νοῦς γενόμενος, ζητεῖ τοὺς πολεμίους. ὥσπερ κύων Λακωνικὸς λαγωὸν ἐν λόχμαις. *Hic vero (habitus,) veluti natura, cætera obtinet: & in tali statu collocatus animus, quærit hostes, ut in silvis leporem Laconicus canis*. Meminit Laconicorum quoque canum Oppianus, *Cyneg.* lib. I. Invenio autem genera illorum tria. nam hi, ex Laconico utroque nati, qui & plurimum habebantur; illi vero, ex Laconico, & Molosso: isti rursum, ex cane, & vulpe. De prioribus, nil omnino dicere attinet: de his vero, qui ex Laconico, & Molosso, discimus ex Aristotele; qui & fortes, & laboriosos, dicit, præter cæteros. Verba ejus ecce ista, *Hist. Anim.* lib. IX. cap. I. Διαφέρουσι δὲ οἱ ἐξ ἀμφοῖν ἀνδρίᾳ, καὶ φιλοπονίᾳ, οἵ τε ἐκ τῶν ἔν τε Μολοττίᾳ γιγνομένων κυνῶν, καὶ ἐκ τῶν Λακωνικῶν. *Præstant vero fortitudine, & laboris item studio, qui ex genere utroque, Molossorum, & Laconicorum, procreantur*. De natis ex cane, & vulpe, est ejusdem Aristotelis, in *eodem Opere*, locus, lib. VIII. cap. XXVIII. Καὶ ἐν Κυρήνῃ μίσγονται οἱ λύκοι ταῖς κυσὶ, καὶ γεννῶσι. καὶ ἐξ ἀλώπεκος, καὶ κυνὸς, Λακωνικοί. *In Cyrenaica miscentur lupi canibus, & generant: & ex vulpe, ac cane, sunt Laconici*. Hesychius, *in* Κυναλώπηξ. Τοὺς ἐξ ἀλώπεκος, καὶ κυνὸς, Λακωνικοὺς κύνας φασὶ γίνεσθαι. *Ex vulpe, & cane, Laconicos canes nasci ajunt*. Pollux, *lib.* V. *cap.* V. Λέγουσι δὲ, τὰς μὲν Λακαίνας, ἐξ ἀλωπέκων τὸ ἀρχαῖον, καὶ κυνῶν, γενομένας, κληθῆναι ἀλωπεκίδας. *Ajunt autem, Laconicas quidem canes, ex vulpibus olim, canibusque, generatas, alopecidas appellatas*. Et earum duplex nomen. nam Ἀλωπεκίδες dictæ, quod ex cane, & vulpe, essent procreatæ; Κυνοσουρίδες quod in Cynosuride, Laconicæ loco: ubi potissimm, ut apparet, nascebantur. De alopecidibus, Xenophon, lib. *De Venat.* Αἱ δὲ ἀλωπεκίδες, ἔχουσι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, διότι ἐκ κυνῶν τε καὶ ἀλωπέκων ἐγένοντο. *Alopecides vero, cognomentum istud habent, quod ex canibus, vulpibusque, sint prognatæ*. Videmus etiam in Pollucis *istis verbis*, quæ citavi. Hesychius meminit, sed brevissime. Ἀλωπεκίδες, εἶδος κυνῶν. *Alopecides, genus canum*. Nullam plane nominis rationem reddit. De Cynosuridibus vero, Scholiastes Callimachi, *Hymno in Dianam*. Κυνοσουρίδας, τὰς ὑπὸ κυνῶν, καὶ ἀλωπέκων, τικτομένας κύνας· ἢ τὰς Λακωνικάς. Κυνοσουρὶς γὰρ, τόπος Λακωνικῆς. *Cynosuridas canes, quæ ex canibus, & vulpibus, natæ: sive Laconicas. Cynosuris enim, locus Laconicæ*. Callimachus, *citato Hymno*, gloriam velocitatis illis tribuit.

——ἑπτὰ δ' ἔδωκε
Θάσσονας αὐράων κυνοσουρίδας. αἵ ῥα διῶξαι
Ὤκισται νεβρούς τε, καὶ οὐ μύοντα λαγωὸν,
Καὶ κοίτην ἐλάφοιο, καὶ ὕστριχος ἔνθα καλιαὶ,
Σημῆναι, καὶ ζορκὸς ἐπ' ἴχνιον ἡγήσασθαι.
——*septem autem dedit*
Velociores ventis cynosuridas, quæ ad persequendum
Celerrimæ binnulosque, & non conniventem leporem,
Et cubile cervi, & bystricis ubi nidi,
Ostendendum, & ad damæ ad vestigium perducendum.

Tamen illis pretium non magnum erat. Observare est ex Themistio, *Orat.* I. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς ὁρῶ τόν τε ἵππον ἐξετάζοντας τὸν βινσόμενον, εἰ γαῦρός τε, καὶ ὑψαύχην, καὶ ἐλευθέριος· τήν τε κύνα, ἐξ ἧς μέλετε σκυλακεύεσθαι, εἰ Λάκαινα ὄντως, γενναία, καὶ μὴ πονηρὸν κυνίδιον, ἀλωπεκίς ποθεν, ἢ Μελιταία. *Nam ego vos & equum admissarium video explorare, ferox ne sit, & elata cervice, ac liber: & canem, de qua catulos educere vultis, num Laconica sit revera, generosa, & non mala quæpiam canicula, puta ex cane & vulpe nata, aut Melitæa*. Sed corruptus ille locus & in fine Μολοττία, pro Μελιταία, est legendum. nam Melitæi catelli, in delitiis erant, atque magni item pretii; Themistius vero, canem illic dicere voluit, quem non magni æstimarent, ut Molossicum. ita autem dicit eum, qui Molosso, & Laconico, natus esset. Etenim, cum tria canum Laconicorum genera essent, ut jam dixi, maximum istorum pretium, qui Laconico utroque nati essent, censebatur; qui ex vulpe, aut Molosso, ii, ut non vere Laconici, sicut loquitur Themistius, minoris fiebant. Sine dubio Themistius tria hæc Laconicorum canum genera eo loco nominavit: sed postremum, ut ostendi, est corruptum; &, quod modo indicavi, corrigendum. Videmus itaque, eos canes magni æstimatos fuisse, qui vere Laconici essent; cæteros, non tanti habitos. Ac respexit illud ipsum Aristides; cum non omnes canes Laconicos bonos diceret, *Oratione Platonica* II. Οὐδὲ τοὺς ἵππους τοὺς Θετταλοὺς ἐφεξῆς ἅπαντας ἀρίστους εὑρήσεις, οὐδὲ τὰς κύνας τὰς Λακαίνας. *Nec equos Thessalicos omnes bonos reperies, nec canes Laconicas*. Inter vere Laconicos autem, erant etiam, quæ Castoriæ dicebantur. Xenophon, *libro citato*. Τὰ δὲ γένη τῶν κυνῶν ἐστι διττά. αἱ μὲν, Καστόρειαι· αἱ δὲ, ἀλωπεκίδες. Ἔχουσι δ' αἱ μὲν Καστόρειαι τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην, ὅτι Κάστωρ, ἡσθεὶς τῷ ἔργῳ, μάλιστα αὐτὰς διεφύλαξε. *Canum vero genera, duo sunt: quædam, Castoriæ dictæ; quædam autem, alopecides. Ac Castoriæ, inde cognomentum habent, quod Castor, qui labore venationis gaudebat, maxime illas custodiebat*. Et Themistius, ex hoc Xenophontis loco, *Orat.* XIX. Καὶ ἕτερον μὲν κάλλος Καστορίδων κυνῶν, ἕτερον δὲ ἀλωπεκίδων. καὶ διακρινεῖ σοι, καθ' ἕκαστον γένος, τὴν

εὐμορφίαν ὁ πάντα σοφὸς Ξενοφῶν. *Et alia quidem Castoridum canum pulchritudo est, alia vero alopecidum: ac formæ præstantiam, in suo quoque genere, discernet tibi rerum omnium doctus Xenophon.* Hesychius. Κατόριοι· εἶδός τι κυνῶν. *Castorii: genus quoddam canum.*

Eos canes Castor, a quo nomen habent, ab Apolline dono acceperat. Pollux, *lib. v. cap.* v. Αἱ δὲ Κάστορος θρέμματα, Ἀπόλλωνός τε δῶρον. *Castorides vero, a Castore educatæ, & donatæ ab Apolline.* Nicander Colophonius, easdem alopecides dixit, ac primum vulpi Castorem adhibuisse, uti genus misceretur. Pollux, in sequentibus verbis. Ταύτας δὲ (τὰς Καστορίδας) ὁ αὐτὸς ποιητὴς (Νίκανδρος ὁ Κολοφώνιος) τὰς ἀλωπεκίδας λέγει, μιξαμένυ τὸ γένος ἀλώπεκι Κάστορος. *Has vero (Castoridas) idem poeta (Nicander Colophonius) alopecides dicit, & id genus vulpi miscuisse Castorem.*

In hoc porro differebant Laconici canes, quod, cum cæteri sexto fere mense generent, ipsi octavo demum incipiant. Plinius, *lib. x. cap.* LXIII. *Canum plura genera. Laconicæ octavo mense utrinque generant: cæteræ canes, & semestres coitum patiuntur.* Aristoteles, quem transscripsit, *Hist. Anim.* lib VI. cap. XX. Τῶν δὲ κυνῶν ἔστι μὲν γένη πλείω. ὀχεύει δὲ κύων, ἡ Λακωνικὴ μὲν, ὀκτάμηνος, καὶ ὀχεύεται. *Canum autem genera sunt quidem plura: Laconici vero, mares pariter ac fœminæ, coeunt octavo mense,* Et coibant melius, cum laborassent. Aristoteles, *ibidem.* Ἴδιον δὲ ἐπὶ τῶν Λακωνικῶν συμβαίνει πάθος· πονήσαντες γὰρ μᾶλλον δύνανται ὀχεύειν, ἢ ἀργοῦντες. *Peculiare vero accidit Laconicis, ut, cum laboraverint, plus valeant ad coeundum, quam otium agentes,* Et Antigonus Carystius, ex eo, *cap.* CXII. Τοὺς δὲ Λακωνικοὺς κύνας, πονήσαντας μᾶλλον ὀχεύειν. *Laconicos vero canes, cum laboraverint, magis coire.* Ferebant vero duobus plus minus mensibus. Aristoteles, *ibidem.* Κύει δὲ, ἡ μὲν Λακωνικὴ, ἕκτον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. τοῦτο δέ ἐστιν ἡμέραι ἑξήκοντα· κἂν ἄρα μιᾷ, ἢ δυσὶν, ἢ τρισὶ πλείονας ἡμέρας, ἢ ἐλάττους μιᾷ. *Gerit uterum, Laconica quidem, sextam anni partem: id est, dies sexaginta. quanquam etiam uno alterove die, aut tertio plures, aut uno pauciores.* Plinius, *loco citato: Ferunt (Laconicæ canes) sexaginta diebus, & plurimum tribus.* Lac vero accipiebant, tricesimo post coitum die. Aristoteles. Τὸ δὲ γάλα αἱ κύνες ἴσχουσι πρὸ τοῦ τεκεῖν, ὡς ἐπιτοπολὺ, ἡμέρας πέντε. οὐ μὴν ἀλλ' ἐνίαις καὶ ἑπτὰ γίνεται πρότερον, καὶ τέτταρσι. ἡ δὲ Λακωνικὴ, μετὰ τὴν ὀχείαν τριάκονθ' ἡμέραις ὕστερον. *Canes, antequam pariant, dies quinque lac habent. quanquam quibusdam proveniat & septimo, & quarto, Laconicæ vero, tricesimo die post coitum.* Pariebant catulos octo. Aristoteles. Τίκτει δὲ κύων σκυλάκια δώδεκα, τὰ πλεῖστα. ὡς δ' ἐπιτοπολὺ, πέντε, ἢ ἕξ. ἤδη δὲ καὶ ἓν ἔτεκέ τις. αἱ δὲ Λακωνικαὶ, ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ ὀκτώ. *Parit canis, cum plurimos, catulos duodecim: plerunque vero, quinque, aut sex. jam vero quædam & unum peperit. Laconicæ vero, plerunque octo.* Plinius. *Octonos Laconicæ pariunt.* Vivaciores porro fœminæ maribus erant. Rem, & caussam, tradit Aristoteles. Ἐπὶ μὲν τῶν Λακωνικῶν. διὰ τὸ πονεῖν τοὺς ἄρρενας μᾶλλον μακροβιώτεροι αἱ θήλειαι τῶν ἀρρένων. *In Laconicis quidem canibus, quia plus laborant mares, fœminæ diutius vivunt quam mares.* Ac vivebant, mares quidem, ad annum decimum; fœminæ, ad duodecimum. Aristoteles. Ζῇ δὲ τῶν Λακωνικῶν κυνῶν, ὁ μὲν ἄρρην, ἔτη δέκα. ἡ δὲ θήλεια, περὶ ἔτη δώδεκα. *Inter Laconicos vero canes, vivit mas ad annos decem; fœmina, circiter duodecim.* Plinius. *Vivunt Laconici annis denis, fœminæ duodenis.* Erant vero canes hi in magno pretio extra Laconicam: quam ob caussam quidam eos & amicis dono mittebant, velut singulare munus. Itaque legitur apud Theophrastum, in *Eth. Charact.* cap. Περὶ ἀρεσκείας. Ἀγοράζει αὐτῷ μὲν μηδὲν, ξένοις δὲ, εἰς Βυζάντιον ἀποστάλματα, καὶ Λακωνικὰς κύνας εἰς Κύζικον. *Emit sibi quidem nihil, sed amicis, quæ mittat Byzantium, & canes Laconicas, quas Cyzicum.* Et Polycrates item, Samiorum tyrannus, exornare Samum cupiens, inter cætera, canes etiam Laconicas intulisse memoratur. Athenæus, *lib.* XII. Ἄλεξις δ' ἐν τρίτῳ Σαμίων ὅρων, ἐκ πολλῶν πόλεων φησι κοσμηθῆναι τὴν Σάμον ὑπὸ τοῦ Πολυκράτους. κύνας μὲν Μολοττικὰς, καὶ Λακαίνας, εἰσαγαγόντος· αἶγας δ' ἐκ Σκύρου, καὶ Νάξου· πρόβατα δ' ἐκ Μιλήτου, καὶ Ἀττικῆς. *Alexis vero, libro tertio De finibus Samiis, Samum ait a Polycrate ex multis urbibus ornatam fuisse; inductis canibus Molossicis, & Laconicis; capris autem e Scyro, & Naxo; ovibusque e Mileto, Atticaque.*

CAP. II.

Vitia eorum quædam, & convitia propter ista. Domi leones, Ephesi vulpes. Callidi, contumeliosi, avari: & in eam rem oraculum, quod interitum prædiceret. Pherecydis admonitio. Etiam anguivori dicti; ab oraculo: atque illud qua de caussa. Aristotelis locus quidam restitutus. Quin a Comicis itidem exagitati, integris comœdiis. Eubuli Λάκωνες, ἢ Λήδα. *Platonis quoque Comici* Λάκωνες, *ut Cratini, & Nicocharis. Mulieribus cauponantibus comparati a Theopompo, item Comico: idque ipsum quamobrem. In mulieres etiam, quia libidinosæ erant, tragœdia incerti Auctoris,* Λάκαιναι *inscripta. Proverbia denique quædam item de Laconibus. Eunapii locus illustratus.*

Ut virtutes, vitiaque, fere mixta; ita factum Lacedæmoniis: quorum maximas virtutes, & splendorem ex iisdem, vitia offuscaverunt: quæ Athenienses tamen, suo odio stimulati, etiam auxere in majus. Hinc convitia, uti solet, in hos jacta: inter quæ, Leones domi, Ephesi vulpes fuisse. Arrianus, *in Epitectum*, lib. IV. cap. V. Τοιγαροῦν τὸ περὶ τῶν Λακεδαιμονίων λεγόμενον, Οἴκοι λέοντες, ἐν Ἐφέσῳ δ' ἀλώπεκες, καὶ ἐφ' ἡμῶν ἁρμόσει, Ἐν σχολῇ λέοντες, ἔξω δ' ἀλώπεκες. *Itaque quod in Lacedæmonios olim dictum ferunt, Domi leones, Ephesi vulpes, nobis etiam conveniet, In schola leones, extra eam autem vulpes.* Alciphron, in *Epistola Lamiæ ad Demetrium.* Καὶ μάλιστα οἱ μισητοὶ Λακεδαιμόνιοι, ἵνα δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι, οἱ ἐν Ἐφέσῳ ἀλώπεκες, ἢ παύσονται τοῖς Ταϋγέτοις ὄρεσι, καὶ ταῖς ἐρημίαις ἑαυτῶν, διαβάλλοντες ἡμῶν τὰ δεῖπνα. *Et maxime illi odio digni Lacedæmonii, ut viri esse videantur, qui Ephesi vulpes, in Taygetis montibus, & solitudinibus suis, nostras cœnas traducere non cessabunt.* Dictum id in illos fuit, cum in Asia infeliciter rem gessissent: uti tradit Scholiastes Aristophanis, *ad Plutum.* Certe callidi, & contumeliosi, etiam dicuntur ab Aristide, *Oratione Leuctrica* IV. Οἱ δ' ἄνδρες ὑβρισταὶ, καὶ κρυψίνοι. *Sunt enim viri contumeliosi, & callide mentem occultantes.* Loquitur de Lacedæmoniis. Inde etiam δόλια βουλεύματα, *dolosa consilia*, tribuit Euripides illis, in *Andromacha*, loco quem producam statim. Tanquam perfidos, & perjuros, incessit Aristophanes, in *Acharnensibus*.

ΔΙΚ. Ὠγαθοὶ, τοὺς μὲν Λάκωνας ἐκποδὼν ἐάσατε,
Τῶν δ' ἐμῶν σπονδῶν ἀκούσατ', εἰ καλῶς ἐσπεισάμην.
ΧΟ. Πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν, εἴπερ ἐσπείσω γ' ἅπαξ,
Οἷσιν οὔτε βωμὸς, οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει.
DIC. *O boni, Laconas missos jam facite;*
Et mea fœdera, quæso, audite, an illa recte iniverim.

CH. *Quomodo recte iniisse te dicas, si inieris semel,*
Cum his quibus neque ara, neque fides, neque jusjurandum constat.

Ubi Scholiastes, Ἐπὶ ἀπιστίᾳ γὰρ διεβάλλοντο Λακεδαιμόνιοι. *Nam perfidiæ nomine traducebantur Lacedæmonii.* Et Pythiam ipsis juramenta non servata exprobrasse, refert Plutarchus, in *Quæst. Rom.* Huc pertinet, quod αἱμύλοι dicuntur a Lycophrone.

Ζεὺς Σπαρτιάταις αἱμύλοις κληθήσεται.
Jupiter Spartanis fraudulentis dicetur.

Ubi Isaacius Tzetzes. Αἱμύλους τοὺς Λάκωνας φησὶν, ὡς ψεύστας, καὶ δολίους. *Vocat Lacedæmonios* αἱμύλους, *ceu mendaces, & dolosos.* Plurima illis vitia Euripides tribuit, in *Andromacha.*

Ὦ πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἔχθιστοι βροτῶν,
Σπάρτης ἔνοικοι· δόλια βουλευματα,
Ψευδῶν ἄνακτες, μηχανορράφοι κακῶν.
Ἑλικτὰ, κοὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πάντα πέριξ
Φρονοῦντες· ἀδίκως εὐτυχεῖτ' ἐν Ἑλλάδα.
Τί δ' οὐκ ἐν ὑμῖν ἐστιν; οὐ πλεῖστοι φόνοι;
Οὐκ αἰσχροκερδεῖς; οὐ λέγοντες ἄλλα μὲν
Γλώσσῃ, φρονοῦντες δ' ἄλλ' ἐφευρίσκεσθ' ἀεί;
O omnibus hominibus inimicissimi mortalium,
Spartæ incolæ; dolosi consultores,
Mendaciorum reges, fraudulenti sutores malorum;
Tortuosa, & nil sani, sed omnia insidiose
Sentientes: immerito floretis in Græcia.
Quid enim non est in vobis; nonne plurimæ cædes?
Nonne turpis quæstus cupidi estis? nonne alia quidem dicentes
Lingua, alia vero sentientes, deprehendimini semper?

Ubi observa, inter alia etiam αἰσχροκερδεῖς dici, sive, *turpis quæstus cupidos.* Hoc Isocrates quoque objicit, sicut etiam ignaviam, in *Busiridis Encomio.* Εἰ μὲν γὰρ ἅπαντες μιμησαίμεθα τὴν Λακεδαιμονίων ἀργίαν, εὐθὺς ἂν ἀπολοίμεθα. *Si enim omnes Lacedæmoniorum ignaviam, & avaritiam, imitemur, confestim perierimus.* Et Aristophanes, in *Pace.*

Κἀνέπεισθον τῶν Λακώνων τοὺς μεγίστους χρήμασιν.
Οἱ δ', ἅτ' ὄντες αἰσχροκερδεῖς, καὶ διειρωνόξενοι,
Τήνδ' ἀπορρίψαντες, αἰσχρῶς τὸν πόλεμον ἀνήρπασαν.
Et corruperunt Laconum maximos pecuniis.
Hi vero, ut turpis lucri cupidi, & illudentes peregrinis,
Hac abjecta, turpiter bellum rapuerunt.

Et plura sunt Auctorum loca, huc pertinentia, quæ omitto. Et oraculo prædictum, Spartam avaritia ituram pessum. Cicero, *De Off.* lib. II. *Itaque, quod Apollo Pythius oraculo edidit, Spartam nulla re alia, nisi avaritia, perituram, id videtur non solum Lacedæmoniis, sed & omnibus opulentis populis prædixisse.* Oraculum autem ita habebat.

Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Scholiastes Aristophanis, ad citatum e *Pace* locum. Ὅτι δὲ αἰσχροκερδεῖς, καὶ σμικρολόγοι, οἱ Λάκωνες, δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ.

Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ. ἄλλο δὲ οὐδέν.

Quod turpis lucri cupidi, & sordidi, sint Lacedæmonii, ex oraculo manifestum:

Avaritia Spartam perdet, nec aliud quicquam.

Pausanias, in *Bœoticis*, de Lysandro loquens. Λακεδαιμονίων δὲ χρήματα οὐ νομιζόντων κτᾶσθαι, κατὰ δή τι μάντευμα, ὡς ἡ φιλοχρηματία μόνη γένοιτο ἂν ἀπώλεια τῇ Σπάρτῃ, ὅδε καὶ χρημάτων πόθον σφίσιν ἐνεποίησεν ἰσχυρόν. *Cum Lacedæmonii nullam acquirendæ pecuniæ rationem haberent, quod ex quodam oraculo acceperant, Spartæ solam pecuniæ cupiditatem exitio fore, hic iis vehemens pecuniæ studium excitavit.* Videndus etiam Zenobius, *Cent.* II. *Proverb.* XXIV. & Diogenianus, *Cent.* II. *Proverb.* XXXVI. Itaque non temere Pherecydes eos admonebat, ne aurum, aut argentum, in honore haberent. Diogenes Laertius refert, in *ejus Vita*, lib. I. Καὶ Λακεδαιμονίοις εἰπεῖν, μήτε χρυσὸν τιμᾶν, μήτε ἄργυρον, ὥς φησι Θεόπομπος, ἐν τοῖς Θαυμασίοις. *Et Lacedæmoniis dixisse, ne auro, neve argento, honorem haberent: uti auctor Theopompus, in Mirabilibus.*

Denique ingrati itidem audiebant, uti erant. Aristides, in *Oratione Leuctrica* II. Χάρις δέ ἐστι τίς, ἣν ἀνθρώπων ἴσασί τῳ Λακεδαιμόνιοι ποτε, οἳ τοὐναντίον τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις πεπόνθασιν; Οἱ μὲν γὰρ, κἂν τὰ μέγιστα ἀδικηθῶσι; πρᾳότεροι γίγνονται διὰ τὰς ὕστερον εὐεργεσίας· Λακεδαιμονίοις δὲ, εἴπερ ἄλλο τι ἐπιτετήδευται. καὶ τοῦτ' ἤσκηται, ὅταν τὰ μέγιστα εὖ πάθωσι, τότε ἐπὶ τοὺς ποιήσαντας ἔρχεσθαι. *Quam autem unquam gratiam cuiquam habent Lacedæmonii, qui contra omnium morem faciunt? Cum enim alii, quamvis maximis injuriis affecti, beneficiis subsequutis mitigentur, Lacedæmonii, si quid aliud institutum sibi habent, istud etiam exercent, ut post maxima beneficia in auctores invadant.* Inde & exemplis probat. quæ videre illic licet. Ingratitudinem etiam Isocrates memorat, in *Panathenaica sua.* Joannes Cantacuzenus, *Historiarum* lib. IV. cap. XXVI. *Cum alioquin etiam bene meritis semper male gratiam referre consuevissent, quomodo olim Lacedæmonios fecisse fertur.*

Dicebantur porro & Ὀφιοβόροι, *Anguivori.* Plutarchus, *De Pythiæ oraculis.* Ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς, πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὐτῆς πολίτας, ὀφιοβόρους δὲ τοὺς Σπαρτιάτας. *Pythiam deus desinere jussit, cives suos ignicremos appellantem, & anguivoros Spartanos.* Causa ab Aristotele commemoratur. in *Aud. Mirab.* Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν Λακεδαίμονι μνημονεύεται γενέσθαι τοσοῦτον πλῆθος ὄφεων, ὥστε, διὰ σπανοσιτίαν, καὶ τροφῇ τοὺς Λάκωνας χρῆσθαι αὐτοῖς. ὅθεν καὶ τὴν Πυθίαν φασὶ προσαγορεύεσθαι αὐτοὺς ὀφιοβόρους. *Eodem modo & Lacedæmone memoratur tanta serpentum copia fuisse, ut, frumento deficiente, his pro cibo usi fuerint Lacedæmonii. unde etiam Pythiam ajunt eos anguivoros appellare.* Ita locum eum corrigo, ex Plutarcho: siquidem non recte hodie illic editur, ὀφιοδείρους. Rem, etsi non causam, refert Porphyrius, & accidisse in Heraclidarum reditu, *De Abstin.* lib. I. Ἐν δὲ τῇ καθόδῳ τῶν Ἡρακλειδῶν, οἱ ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα στρατεύοντες, μετ' Εὐρυσθένους, καὶ Προκλέους, ἐν ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων, ὄφεις ἔφαγον. οὓς ἔδωκεν ἡ γῆ τότε τροφὴν τῷ στρατοπέδῳ. *In reditu Heraclidarum, illi qui in Laconicam fecerant expeditionem, cum Eurysthene, & Procle, rerum necessariarum inopia, serpentes ederunt, quos tunc terra exercitui protulit ad alimentum.*

Quin Comœdiis, propter vitia, Comici exagitarunt. Inter hos Eubulus fuit: cujus Λάκωνες memorantur Athenæo, *lib.* III. Ἐστι δὲ καὶ ἰχθῦς τις, ἥπατος καλούμενος· ὅν φησιν αὐτὸς Εὔβουλος, ἐν Λάκωσιν, οὐκ ἔχειν χολήν. *Est etiam piscis quidam, hepatus dictus: quem Eubulus idem, in Laconibus, dicit fel non habere.* Duplex autem insciptio Comœdiæ erat; Λάκωνες, ἢ Λήδα. Idem Athenæus, *lib.* VII. Παραθήσομαί σοι καὶ ἃ Εὔβουλος εἴρηκεν, ἐν Λάκωσιν, ἢ Λήδα. *Apponam tibi etiam quæ Eubulus dixit, in Laconibus, aut Leda.* Et *lib.* IX. Ὁ γὰρ Εὔβουλος, ἐν Λάκωσιν, ἢ Λήδα, ἔφη. *Eubulus enim, in*

Laco-

Laconibus, aut Leda, dixit. Etiam Platonis Comici Λάκωνες citantur, apud eundem Athenæum, *lib.* IX. & in ipso principio *lib.* XV. Etiam Cratini, apud Clementem, *Strom.* lib. VI. Quin Nicocharis quoque comici Λάκωνες commemorantur. Scholiastes Aristophanis, in *Argumento Pluti*. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ, Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ. *Acta est archonte Antipatro, concertante Nicochare Laconibus, Aristomene vero Admeto*. Et Theopompus, sed incertum in qua comœdia, eos perstringit, comparatque mulieribus cauponantibus: quod Plutarchus reprehendit, in *Lysandro*. Ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν, ἀπεικάζων τὰς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν· ὅτι, ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες, ὄξος ἐνέχεαν· *Sed & Theopompus comicus nugari videtur, conferens Lacedæmonios mulieribus cauponariam exercentibus: quod, cum illi potum libertatis suavissimum gustavissent, acetum infuderint*. Quin & in mulieres tragœdia incertis auctoris, cui titulus Λάκαιναι, memoratur Aristoteli, lib. *De poetica*, cap. XXIII. Ac Sophoclis quoque Λάκαιναι memoratur a Polluce, *lib.* X. *cap.* V. & Prisciano, *lib.* XVIII.

Sed convitiis, quibus ipsi se obnoxios fecere, commode proverbia subjungi posse, quibus item occasionem præbuerunt, non omnino præter rem existimavero. In his primum hoc occurrit.

Λακωνίζειν, *Lacones imitari*: pro, Puerorum amoribus addictum esse. Suidas. Λακωνίζειν, παιδικοῖς χρῆσθαι. *Lacones imitari, puerorum amoribus uti*. Hesychius, *in* Κυσολάκων. Τὸ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι, Λακωνίζειν ἔλεγον. *Puerorum amoribus uti*, Lacones imitari *dicebant*. Vide eundem, *in* Λακωνίζειν. Verum Λακωνίζειν etiam dicebantur, qui in aliis item locis, urbibusque, extra Laconicam, vestitu eorum, moribusque, utebantur. Videmus apud Demosthenem, Orat. *in Cononem*. Μεθ' ἡμέραν μὲν ἐσκυθρωπάκασι, καὶ Λακωνίζειν φασί, καὶ τρίβωνας ἔχουσι, καὶ ἁπλᾶς ὑποδέδενται. *Interdiu quidem tetrico incedunt vultu, & Laconum imitatores sese dicunt: tum lacernas gestant, & simplas sub pedibus soleas*. Et hi ipsi Λακωνισταὶ dicebantur. Athenæus, *lib.* IV. Οἱ δὲ λεγόμενοι Λακωνισταί, φησὶν ὁ Τίμαιος, ἐν τετραγώνοις χοροῖς ᾖδον. *Qui vero Laconistæ dicebantur, ait Timæus, in quadratis choris canebant*.

Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν, *Laconico more subigere*. Suidas. Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν, ἤγουν, παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις. ἥκιστα γὰρ τὰς γυναῖκας φυλάσσουσιν οἱ Λάκωνες. *Laconico more subigere. Hoc est, hospitibus copiam sui facere. nam Lacedæmonii uxores suas minime custodiunt*. Vide itidem Hesychium, *in* Λακωνικὸν τρόπον.

Quia vero Lacænæ mulieres facile aliis copiam sui faciebant, nulla maritorum cura, ideo *incestas* eas dicit Prudentius, *contra Symmachum*, lib. I.

— incestas spurcavit labe Lacænas.

Et *Libidinosa* dicitur Lacedæmon, apud Martialem, *lib.* IV. *epigr.* LV.

— aut libidinosæ
Ledæas Lacedæmonis palæstras.

Λακωνικός, *Laconicus*. Id est, Generosus, Fortis, Nobilis. Suidas. Λακωνικός, ὁ στεῤῥός, ἀνδρεῖος. *Laconicus, durus, virilis*. Huc pertinet illud Petronii, in *Satyr*. *Ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi*.

Λακωνικαὶ σελῆναι, *Laconicæ lunæ*. Diogenianus, *Centuria* VI. *Proverbio* XXX. Λακωνικὰς σελή-

A νας. ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλως συνθήκας ποιουμένων. οὗτοι γὰρ, βοήθειαν αἰτούμενοι, ἀνεβάλλοντο, τὴν σελήνην προφασιζόμενοι. *Laconicas lunas. In eos qui ambigue paciscuntur. Hi enim, auxilium rogati, differebant, lunam causati*.

Λακωνικὴ ἀνάγκη, *Laconica necessitas*. Psellus, *De oper. dæm.* Μὴ θέλων δὲ ἐξενεγκεῖν τὸ ἀπόῤῥητον, ὅμως, τὴν Λακωνικὴν πεπονθὼς ἀνάγκην, τ' ἀληθὲς ἐξεῖπεν. *Nolens autem arcanum eliminare, tamen, Laconicam passus necessitatem, verum est confessus*.

Λακωνικαὶ χεῖρες, *Laconicæ manus*. Eunapius, in *Juliano Sopb.* Χερσὶ δὲ βαρείαις, καὶ Λακωνικαῖς, χρησάμενοι, τῶν πεπονθότων περὶ τοῦ σώματος κινδυνευόντων, ὥσπερ ἀδικηθέντες κατηγόρουν. *Gravibus vero, & La-*
B *conicis, usi manibus, cum injuriis affecti in periculum vitæ adducti essent, ceu injuriam passi ipsi, injuria affectos accusabant*.

Λακωνικὴ ἐπιστασία, *Laconicum regimen*. Synesius, *Epist.* CXLIV. Τραφεὶς γὰρ ἐκμελὴς καὶ ἀνάγωγος, φιλόσοφον καὶ Λακωνικὴν ἐπιστασίαν οὐκ ἤνεγκε. *Dissolute, ac citra disciplinam educatus, regimen philosopho dignum, ac Laconicum, ferre non potuit*.

Λακωνικὴ παῤῥησία, *Laconica audacia*. Agathias, *lib.* V. Οἱ δὲ ἀμφὶ Βελισάριον Ῥωμαῖοι, παῤῥησίᾳ μὲν ἐχρῶντο Λακωνικῇ, πάντας δὲ τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο
C ἀνὰ κράτος, καὶ πλείστους ὅσους διεχειρίσαντο. *Qui vero Belisario aderant Romani, audacia quidem usi sunt Laconica, universos autem hostes fortiter fugarunt, ac quamplurimos trucidarunt*.

Λακωνικαὶ μάστιγες, *Laconica flagella*. Nicetas Choniates, in *Alexii Ducæ Imperio*. Καὶ Λακωνικαὶ βαρεῖαι κεκλόμεναι μάστιγες. *Et Laconica flagella, quæ gravia censebantur*. Alludit ad τὴν διαμαστίγωσιν. de qua fuse admodum dixi, *Græciæ Feriatæ* lib. II. in dictione Διαμαστίγωσις.

Σπάρταν ἔλαχες. ταύταν κόσμει, *Spartam nactus es: banc orna*. Plutarchus, *De tranquill. animi*. Οὐδὲ γὰρ δρομεῖς, ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους, ἀθυμοῦσιν. ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται, καὶ χαίρουσι.
D Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει. *Neque enim cursores, quia non auferunt coronas luctatorum, animum despondent; sed suis exultant, & gaudent. Spartam nactus es, banc orna*. Diogenianus, *Cent.* VIII. *Proverb.* XVI. Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει. *Spartam nactus es, illam orna*. Respexit Cicero, *ad Atticum*, lib. I. epist. XX. *Reliqua sic a me aguntur, & agentur, ut non committamus, ut ea, quæ gessimus, fortuito gessisse videamur. Meos bonos viros, illos quos significas, & eam, quam mibi dicis obtigisse, Spartam, non modo nunquam deseram, sed, etiamsi ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia per-*
E *manebo*. Et plene, *ad eundem Atticum*, lib. IV. epist. VI. *Reliqui est*, Σπάρταν ἔλαχες ταύταν κόσμει. *Non mebercule possum; & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit*. Et hanc Spartam intelligit Eunapius, ubi de factione quadam, quæ exorta Athenis erat, componenda illi sermo, in *Sophista Juliano*. Προειστήκει δὲ τῆς ἀτάκτου Σπάρτης Θεμιστοκλῆς τις Ἀθηναῖος, ὃς ἦν καὶ τῶν κακῶν αἴτιος. *Præerat autem Spartæ inordinatæ Temistocles quidam Atheniensis, qui & malorum causa erat*. Plenissime omnium, quod nec temere alibi obvium, Apostolius, *Cent.* XVII. *Proverb.* LI. Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει. τὰς δὲ Μυκήνας, ἡμεῖς ἰδίᾳ. *Spartam nactus es, illam orna. at Mycenas, nos privatim*. Scholiastes Euripidis, a-
F liud proverbium in banc rem addit: Τὸν λίθον ποτὶ τὰν Σπάρταν ἄγε. Ecce verba, *ad Orestem*. Σπάρτη, ἡ προηγουμένη πόλις τῆς Λακεδαιμονίας. ἀφ' οὗ τό· Κόσμει Σπάρταν ἂν ἔλαχες. καὶ Τὸν λίθον ποτὶ τὰν Σπάρταν ἄγε. *Sparta, urbs primaria Lacedæmonia. Unde istud: Orna Spartam, quam es nactus. Et: Lapidem ad Spartam duc*.

Ἐλευθερώτερος Σπάρτης, *Liberior Sparta*. Suidas. Ἐλευθερώτερος Σπάρτης. διὰ τὸ ἀνυπότακτον, καὶ γε-

ναῖον, φρόνημα. διὸ οὐδὲ τείχη περιεβάλλοντο, νόμοις παιδευόμενοι. ἀλλ' οὐδὲ ἐθέλησαν ἐκ μάχης ἡττημένοι ὑποστρέψαι. οὐδ' ἐτυραννήθησαν. Liberior Sparta. Ob invictum, & generosum, animum. quapropter neque muris circumdabantur, legibus instituti; sed nec prælio superati redire volebant, nec tyrannis paruerunt. Meminit etiam Apostolius, *Cent.* VIII. *Proverb.* XII. & Diogenianus, *Cent.* IV. *Proverb.* LXXXVII. Εοίκασι τοῖς ἐν Πύλῳ ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς. *Similes sunt Laconicis in Pylo captis.* Discipulus Socratis, apud Aristophanem, in *Nubibus*.

> Τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν ἐοικέναι;
> *Quid miraris; cui tibi videntur similes?*

Ac respondet Strepsiades:

> Τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι τοῖς Λακωνικοῖς.
> *Lacedæmoniis e Pylo captis.*

Ubi vide explicantem Scholiasten; & Suidam *in* Εοίκασι.

Et particulariter de Lycurgo dicebatur, Φίλος τῷ θεῷ μετὰ Λυκοῦργον. *Amicus deo post Lycurgum.* Occurrit apud Heliodorum, *lib.* II. Εμὲ δὲ ἐμακάριζον, καὶ περιέπειν τε ἐντεῦθεν παντοίως, φίλον ἥκειν με τῷ θεῷ, μετὰ Λυκοῦργόν τινα Σπαρτιάτην, λέγοντες. *Me autem prædicabant beatum, & me inde modis omnibus observabant, dicentes, amicum me venire deo, post Lycurgum quendam Spartanum.*

Sed de ipsis hæc proverbia memorantur; inter ipsos illud usitatum erat, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν, *Post Lesbium cantorem.* Vide Diogenianum, *Cent.* VI. *Proverb.* XXXVI. Zenobium, *Cent.* V. *Proverb.* IX. Apostolium, *Cent.* XII. *Proverb.* LXX. Lucillum Tarrhæum, & Suidam, *in* Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

CAP. III.

Sermo eorum: tum quid illum esse dixerint. Brevis admodum: sed qui rem assequeretur, & mentem feriret: quique, etsi paucis verbis, plurima complecteretur. Pluribus interdum tamen etiam verbis utebantur: atque istud quam ob causam. Chilonium dicendi genus. Epaminondæ in hæc dictum.

SERMONEM definiebant, actionum umbram esse. Isidorus Pelusiota, *lib.* III. *epist.* CCCXXXII. Παρὰ Λακεδαιμονίοις, τοῖς σκιὰς τῶν πράξεων τοὺς λόγους εἶναι εἰκότως ὁρισαμένοις, τῷ αἰσχρῶς βεβιωκότι οὐδὲ γνώμην ἀγαθὴν ἀποφήνασθαι ἐξῆν. *Apud Lacedæmonios, qui sermones actionum umbras esse non immerito definierunt, ei, qui vixisset turpiter, ne bonam quidem sententiam pronuntiare licebat.* Eum vero, brevem esse cupiebant. Symmachus, *lib.* I. *epist.* XIV. *Sed ego, qui sim paupertini ingenii conscius, Laconicæ malo studere brevitati, quam multijugis paginis infantiæ meæ maciem publicare.* Iterum, *epist.* XLV. *Memini brevitatem Spartanam laudi quondam fuisse; sed ego Romanis tecum legibus ago: &, si ita vis, Atticis. quibus tantum decus a facundia fuit, ut mihi videantur Lacones, metu collationis, in diversum studia destinasse.* Procopius, in *epistola quadam.* Οσης με φιλοτιμίας ἐνέπλησας, τὴν μικρὰν ἐξάρας ἐπιστολήν, καὶ τήν, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις, Λακωνικήν; *Quanta me æmulatione implevisti, postquam exiguam sustulisti epistolam, eamque, ut ipse diceres, Laconicam?* Zacharias Scholasticus, *De mundi opificio.* Οὐκοῦν τὸν αὐτὸν αὖθις γυμνάσωμεν λόγον, Λακωνικὴν βραχυλογίαν. *Itaque eundem denuo sermonem exerceamus, Laconicam breviloquentiam.* Meminit Plutarchus, in *Lycurgo*, ac *Lysandro*: & Ennodius, *lib.* VI. *epist.* XXXII. & *lib.* VII. *epist.* XXIX. aliique item plures.

Talis autem erat, uti rem assequeretur, & mentem feriret audientis. Plutarchus, in *Lycurgo*. Εγὼ δὲ καὶ τὸν λόγον ὁρῶ τὸν Λακωνικόν, βραχὺν μὲν εἶναι δοκοῦντα, μάλιστα δὲ τῶν πραγμάτων ἐπιτυγχάνοντα, καὶ τῆς διανοίας ἁπτόμενον τῶν ἀκροωμένων. *Ego vero etiam Laconicam orationem video, quæ videtur quidem brevis, maxime tamen res assequitur, & mentem audientium tangit.*

Paucis verbis multa dicebant. Gregorius Nazianzenus, *epist.* III. Τὸ Λακωνίζειν, οὐ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ οἴει, ὀλίγας συλλαβὰς γράφειν, ἀλλὰ περὶ πλείστων ὀλίγας. *Laconice loqui, non est, quod tu arbitraris, syllabas paucas scribere, sed de pluribus rebus paucas.* Maxime Laconicam breviloquentiam laudat Plato, in *Protagora*.

Neque tamen semper illi sectabantur brevitatem, verum pluribus interdum etiam verbis utebantur, cum res posceret. Sic eorum ad Athenienses legati de se testantur, apud Thucydidem, *lib.* IV. Τοὺς δὲ λόγους μακροτέρους οὐ παρὰ τὸ εἰωθὸς μηκυνοῦμεν. ἀλλ' ἐπιχώριον ὂν ἡμῖν, οὗ μὲν βραχεῖς ἀρκῶσι, μὴ πολλοῖς χρῆσθαι· πλείοσι δέ, ἐν ᾧ ἂν καιρὸς ᾖ, διδάσκοντάς τι τῶν προὔργου λόγοις, τὸ δέον πράσσειν. *Neque vero longiorem, præter consuetudinem, habebimus orationem: sed est nostri instituti, ubi pauca verba sufficiunt, non uti multis; pluribus vero, quoties tempus exigit, ut verbis doceamus, quid imprimis facto sit opus.* Libanius, in *protheoria Apologiæ Archidami*. Εἰ δέ, Σπαρτιάτην πεποιημένος μελέτην, δόξω νόμον ἕτερον κἀγὼ παραβαίνειν Λακωνικόν, μηκύνων τοὺς λόγους, μηδὲ εἷς βασκαινέτω. οὐδὲ γὰρ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν συμπιπτόντων ὀλίγαις κεχρῆσθαι συλλαβαῖς ἐπιτηδεύουσι Λάκωνες, ἀλλὰ συμμετρεῖν τῇ δυνάμει τῶν πραγμάτων ἀεὶ μελετῶσι τὰ ῥήματα. φιλονεικοῦντες τὰ πλείονα φεύγειν, ἐν οἷς βραχυλογεῖν οὐκ ἀδύνατον. *Quod si vero, Spartana declamatione facta, legem Laconicam etiam ipse transgredi videbor, dum prolixis verbis utor, nemo invideat. Nam non id Lacones student, ut in singulis eorum, quæ occurrunt, paucas syllabas adhibeant; verum semper id dant operam, ut virtuti rerum verba accommodent; summo studio contendentes copiam verborum fugere, ubi paucis dicere queant.* Inde Nabis, in Oratione, *ad Quintium*, postquam satis multa dixit, addit: *Pluribus me ipse egisse, quam pro patriæ sermone brevitatis, fateor: & brevi peroratum esse potuit.* Elegans de ea locus exstat apud Sextum Empiricum, *contra Mathem. lib.* II. Exstant autem ea verba apud Livium, *lib.* XXXIV.

Causa vero brevitatis in dicendo, a Demetrio exponitur, quem existimant Phalereum, lib. *De Elocutione.* Διὸ καὶ οἱ Λάκωνες βραχυλόγοι ὑπὸ δεινότητος. καὶ τὸ μὲν ἐπιτάττειν σύντομον, καὶ βραχύ. *Ideo etiam Lacones sunt breviloqui, propter gravitatem. etenim imperare quidem, concisum est, & breve.* Et alio loco, *eodem libro.* Δῆν τοῖς ἄλλοις δὲ φύσει ἐβραχυλόγουν οἱ Λάκωνες. δεινότερον γὰρ τὸ βραχύ, καὶ ἐπιτακτικόν. τὸ μακρηγορεῖν δέ, τῷ ἱκετεύειν πρέπει, καὶ αἰτεῖν. *Et in aliis utique natura breviter loquebantur Lacones. gravius enim est, quod breve, atque imperando aptum. prolixe autem dicere, conveniens est supplicanti & petenti.* Huc pertinet, quod Epaminondas, postquam eos devicisset, imperio illorum everso, sustulisse se ipsorum breviloquentiam diceret. Plutarchus, lib. *De seipso citra invidiam laudando.* Καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, τῶν Θηβαίων κατηγοροῦντας, ὁ Επαμινώνδας. Ημεῖς μέντοι ὑμᾶς βραχυλογοῦντας ἐπαύσαμεν. *Et Lacedæmoniis, Thebanos accusantibus, ait Epaminondas; Nos breviloquentiæ vestræ finem imposuimus.* Erat denique in hac ipsa brevitate modus quidam, qui Chilonius dicebatur, a Chilone Lacedæmonio. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Βραχυλόγος τε ἦν. ὅθεν καὶ Αρισταγόρας ὁ Μιλήσιος τοῦτον τὸν τρόπον Χειλώνειον καλεῖ. *Erat & in loquendo brevis, unde etiam Aristagoras Milesius hunc loquendi modum Chilonium vocat.*

CAP. IV.

Epistolæ, item breves: proverbioque inde dictum, Ἐλάττων ἐπιςολῆς Λακωνικῆς. Minor epistola Laconica. *Sigilla, varia: Helenæ, pan piscis; Clearchi, Caryatides saltantes; Arei regis, aquila, draconem tenens; magistratus, regis Polydori imago. Annuli, ferrei. Epistolarum, duo genera: & quadratæ illæ erant; hæ oblongæ, baculi forma. Scytale: eaque qualis, & quam longa. Joannes Tzetzes reprehensus. Scytale altera, fœneratorum.*

UTI sermo illis brevis, sic *epistolæ*: unde &, cum parvum aliquid dicere vellent, minus esse epistola Laconica id dictitabant. Strabo, *lib.* I. Εἰσί τινες ὑπερβολαὶ ἐπὶ ὑπερβολαῖς· ὡς τὸ, κουφότερον εἶναι φελλοῦ σκιᾶς, δειλότερον δὲ λαγῶ Φρυγὸς ἐλάττω δ᾽ ἔχειν ἀγρὸν ἐπιςολῆς Λακωνικῆς. *Sunt hyperbolæ in hyperbolis: sicut istud, aliquid esse levius umbra suberis; aut, timidiorem quempiam lepore Phrygio; agrum habere minorem epistola Laconica.* Meminit proverbii hujus, ceu ex Comico quodam petiti, Dionysius Longinus, *lib.* Περὶ ὕψους, *cap.* XXXIII. Ac vis aliquot exempla? Ecce tibi, apud Scholiasten Dionis Chrysostomi, *ad Orat.* LXIV. Οὕτω Λάκωνες ἐπέστελλον. ἐπὶ μὲν τῇ τῶν Περσῶν ἥττῃ, τῇ ἐν Πλαταιαῖς, οὕτω γράψαντες πρὸς τὴν Σπάρτην. ΤΟΙ ΠΕΡΣΑΙ ΔΟΥΛΕΥΟΝΤΙ. νικήσαντες δὲ Ἀθηναίους, κατὰ τὰ Πελοποννησιακὰ, καὶ τοῦ ἄστεος γενόμενοι ἐγκρατεῖς, ΕΑΛΩΚΑΝΤΙ ΤΑΙ ΑΘΑΝΑΙ. κατὰ δὲ τοῦ ὑπερηφανευομένου αὐτῶν, ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΝ ΚΟΡΙΝΘΩ. καὶ γὰρ ἐκπεσὼν Διονύσιος Συρακουσῶν, ἐν Κορίνθῳ ἐγραμμάτευεν ἰδιωτεύων. Σωκράτους δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ, τοῖς ἐπιτηδείοις ἐπέστειλον οἱ αὐτοί, ΣΩΚΡΑΗΣ ΚΑΤΕΔΙΚΑΣΘΗ. καὶ Ξενοφῶντος φυγαδευθέντος, ΞΕΝΟΦΩΝ ΕΦΥΓΑΔΕΥΘΗ. καὶ πάλιν, ΦΕΡΕΚΥΔΗΣ ΤΕΘΝΗΚΕ. *Lacones literas sic scribebant. Victis ad Platæas Persis, ita Spartam scribebant: PERSÆ SERVIUNT. Cum Athenienses vero devicissent, bello Peloponnesiaco, & Athenas in potestatem redegissent, CAPTÆ SUNT ATHENÆ. Ad quendam superbe ipsis insultantem, DIONYSIUS CORINTHI. nam ejectus Syracusis Dionysius, literas Corinthi docebat, ad privati hominis sortem redactus. Socrate in carcerem conjecto, amicis scribebant, SOCRATES DAMNATUS EST. Et, ejecto in exilium Xenophonte, XENOPHON RELEGATUS EST. Ac rursum: PHERECYDES OBIIT.* Videndus & Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. V. cap. VI. & Plutarchus, lib. *De garrulitate*, ubi aliquot eorum ad Philippum Macedoniæ regem, epistolas refert. sicut & Archidami unam ad eundem, in *Apophthegm. Laconicis*. Exstat & Hippocratis una, apud Xenophontem, *Historiæ Græc.* lib. I. haud longe a principio.

Sigillum, quo solebant literas obsignare, nulli certum, neque item gentilitium; sed, quo vellet, unusquisque utebatur. Ita Helena, Pane pisce obsignabat. Ptolemæus Hephæstionis, in *Excerptis Nov. Hist.* lib. VII. Τοῦτον δὲ τὸν λίθον εἶχεν Ἑλένη, γλυφὴν ἔχοντα, αὐτὸν τὸν ἰχθῦν Πᾶνα, καὶ ταύτῃ ἐκέχρητο τῇ σφραγῖδι. *Hunc sane lapidem Helena, cui ipse piscis Pan insculptus erat, & sigillo hoc utebatur.* Clearchus, habebat virgines Caryatides saltantes. Plutarchus, in *Artoxerxe*, ubi de Clearcho agit. Καὶ τὸ δακτύλιον αὐτῷ δοῦναι, σύμβολον φιλίας πρὸς τοὺς ἐν Λακεδαίμονι συγγενεῖς, καὶ οἰκείους. εἶναι δὲ γλυφὴν ἐν σφραγῖδι, Καρυατίδας ὀρχουμένας. *Ac donasse ipsi annulum, amicitiæ apud necessarios, & familiares, Lacedæmone degentes, tesseram. sculpturam vero palæ fuisse, Caryatides saltantes.* Rex Areus, aquilam habebat, quæ draconem unguibus teneret. Exstat ejus *epistola ad Oniam*, apud Josephum, *Antiquit. Judaic.* lib. XII. cap. V. In ea autem ita scribit. Τὰ γεγραμμένα, ἐςὶ τετράγωνα. ἡ σφραγίς, ἐςιν ἀετὸς, δράκοντος ἐπειλημμένος. *Literæ, sunt quadrangulæ: sigillum, est aquila, quæ draconem unguibus tenet.* Magistratus, regis Polydori imagine pro sigillo utebatur, in honorem ejus. Pausanias, in *Laconicis*. Παρὰ δὲ τοῦ Ὀρέςου τὸν τάφον, ἔςιν εἰκὼν Πολυδώρου, τοῦ Ἀλκαμένους. ὃν βασιλέων εἰς τοσοῦτο τιμῆς προήκουσιν, ὥςε οἱ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες, ὁπόσα δεῖ σημαίνεσθαι, τοῦ Πολυδώρου σημαίνονται τῇ εἰκόνι· *Prope Orestis sepulcrum, est effigies Polydori, Alcamenis filii: cui, præ cunctis aliis regibus, honorem tantum tribuerunt, uti magistratus omnes, si quid obsignari oporteat, ea obsignent Polydori imagine.*

Annulis vero cuncti ferreis utebantur, etiam ætate Plinii: sicut ipse nobis testis, *lib.* XXXIII. *cap.* I. *Etiam nunc Lacedæmone ferreo (annulo) utuntur.*

Literarum vero forma, duplex erat ac quadrata in nonnullis, in nonnullis autem oblonga. Et quadratis, præter cæteros, ipsi reges utebantur. Itaque videmus in citatis literis Arei regis, apud Josephum. Τὰ γεγραμμένα, ἔςι τετράγωνα. *Literæ, sunt quadratæ.* Oblongæ, erant ephororum: quibus ad reges revocandos, aut mittenda alia mandata quævis, cum ad ipsos, tum ad quosvis belli duces, aut subjectas sibi urbes, quasi pro imperio suo, quod per scytalen, baculi formam referentem, denotabant, utebantur. Dico scytalen baculi fuisse forma. Et Hesychius hoc testatur, istis verbis. Σκυτάλαι, βακτηρίαι. *Scytalæ, baculi.* Etymologici Auctor. Ἡ σκυτάλη παρὰ Λακεδαιμονίοις ἐπὶ βακτηρίας τίθεται. *Scytale apud Lacedæmonios pro baculo ponitur.* Idem quoque alii dicunt. Quædam pridem de hac scytala annotarunt, cum Lambinus, *ad Pausaniam Cornelii Nepotis*, tum & Cragius, *lib.* IV. *cap.* VII. Hæc exscribere, non est animus: addo tantum, quæ Auctores quoque alii tradiderunt. Athenæus breviter dicit, *lib.* X. Λευκῷ ἱμάντι περιειλοῦντες τὴν σκυτάλην οἱ Λάκωνες ἔγραφον ἃ ἠβούλοντο. *Candido loco scytalen circumvolventes, Lacedæmonii, scribebant quæ vellent.* Etymologici Auctor. Ἔθος δὲ Λακεδαιμονίοις, χρῆσθαι σκυτάλῃ ἀντὶ γραμματείων. *Solent vero Lacedæmonii scytala uti pro tabellis.* Eodem modo & Hesychius, qui videndus. Pluribus, & accuratius multo, Suidas. Σκυτάλη, ἐπιςολὴ Λακωνική. ἦν δὲ ἡ σκυτάλη ξύλον ἐξεσμένον, ἐπίμηκες. δύο δὲ παρὰ Λακεδαιμονίοις σκυτάλαι. καὶ τὴν μὲν μίαν, κατεῖχον οἱ ἔφοροι τῶν Λακεδαιμονίων. τὴν δὲ ἑτέραν, τῷ ἐκπεμπομένῳ παρ᾽ αὐτῶν ςρατηγῷ παρεῖχον. καὶ, ὁπότε ἐβούλοντό τι ἐπιςεῖλαι αὐτῷ, φέροντες ἱμάντα λευκὸν, περιείλουν τὴν σκυτάλην, καὶ ἐπὶ τοῦ ἱμάντος ἔγραφον. καὶ ἀνελίττοντες, παρεῖχον τὸν ἱμάντα τῷ ἀποφέροντι. τοῦτο δὲ ἐποίουν, ἵνα μὴ μανθάνωσιν οἱ ἀποφέροντες τὸ δηλούμενον ἐν αὐτῷ· ὁ δὲ ςρατηγὸς, δεχόμενος τὸν ἱμάντα, τῇ ἑαυτοῦ σκυτάλῃ περιείλιττε, καὶ ἐγίνωσκεν οὕτω τὰ γεγραμμένα. *Scytale, epistola Laconica. Scytale vero, erat lignum politum, oblongum. Duas autem scytalas habebant Lacedæmonii. & alteram quidem, ipsi eorum ephori tenebant; alteram vero, duci suo, quem emittebant, dabant. Ac quoties aliquid mandatum ei cupiebant, afferebant lorum, quo scytalen involvebant, & in loro scribebant: lorum autem revolventes, tradebant ablaturo. Ideo autem id faciebant, ne, qui ferrent, scirent, quidnam ipso indicarent. dux vero, postquam lorum accepisset, suæ scytalæ circumvolvens, quæ inscripta, cognoscebat.* Joannes Tzetzes *Var. Hist.* Chil. IX. cap. CCLVIII.

Οἱ Λάκωνες, πρὶν μέλλοντες ἢ ςρατηγοῖς, ἢ ἄλλοις,
Βουλὰς μυςηριάτιδας ἐν γράμμασι σημαίνειν,
Ῥάβδον λαβόντες λώτινον, τῷ μήκει βραχυτάτην,

Καὶ ἐπιμήκει δέρματι πάνυ στενῷ, ὡς ζώνη,
Τὴν ῥάβδου ἐπιφάνειαν πᾶσαν εἱλοῦντες τούτῳ,
Ἔγραφον, ἅπερ ἤθελον, ἑλίξεσι τοῦ δέρους,
Ἃ καὶ ἀνεγινώσκοντο τοῦ δέρους εἱλιγμένου.
Τὸ σύνολον ἀνάγνωσις οὐκ ἦν δὲ τῶν γραμμάτων,
Ἂν ἐκ τῆς ῥάβδου τις αὐτῆς ἀφειλίξῃ τὸ δέρμα.
Πάλιν δ᾽ ἀνεγινώσκοντο τῇ ῥαβδῷ τῇ ῥηθείσῃ,
Εἴπερ εἱλίχθη τὸ αὐτὸ δέρμα, καὶ προσηρμόσθη.
Οὕτως, ὡς ἔφην, γράφοντες, ἀφείλισον τὴν ῥάβδον,
Καὶ μεθ᾽ ἑτέρου ἔστελλον, οἷς ἤθελον, τὸ δέρμα,
Τὴν ῥάβδον μεθ᾽ ἑτέρου δὲ, πλὴν σὺν μεγίστῃ σκέψει.
Εἱλοῦντες δ᾽ ἀνεγίνωσκον, ὡς ἔφημεν καὶ πρώην.
Τοῦτο καλῶς μοι γίνωσκε Λακωνικὴν σκυτάλην,
Δέρος εἰς ῥάβδον ἑλικτὸν, γράφον βουλὰς κρυφίους,
Σφενδόνης οὖσαν δύναμιν τῆς Γύγου πρὸ τοῦ Γύγου.

Lacones olim vel belli ducibus, vel aliis,
Consilia arcana per literas significaturi,
Virgam accipientes quamcunque, longitudine brevissimam,
Et oblongo corio, valde angusto, instar cinguli,
Virgæ superficiem hoc totam involventes,
Scribebant, quæcunque volebant, in plicis corii,
Quæ & legebant, corio convoluto.
Omnino vero legi literæ non poterant;
Si quis ex ipsa virga corium abstulisset.
Contra autem legebantur in virga dicta,
Si complicatum fuisset corium, & accommodatum.
Sic, ut dixi, scribentes, auferebant virgam,
Et per alium mittebant, quibus volebant, corium,
Virgam autem per alium, verum cum maxima consideratione.
Illi autem, accipientes virgam, atque corium,
Complicantes legebant, sicut diximus antea.
Hoc pulchre mihi disce scytalen Laconicam,
Lorum virgæ applicatum, scribens consilia arcana,
Vim existentem palæ Gygis ante Gygem.

Ausonius, *ad Paullinum*, *epist.* XXIII.

Vel Lacedæmoniam scytalen imitare, libelli
Segmina Pergamei, tereti circumdata ligno,
Perpetuo inscribens versu: qui deinde solutus
Non respondentes sparso dedit ordine formas:
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.

Erat autem lignum nigrum. Scholiastes Pindari, *Olymp.* Od. VI. Ἡ δὲ σκυτάλη, τοιοῦτόν ἐστι. Λάκωνες, κήρυκας διαπεμπόμενοι, ξύλον μελαίνοντες, περιειλίσσον λευκῷ ἱμάντι, &c. *Scytale vero, talis est. Lacedæmonii, præcones passim mittentes, ligno, nigro colore tincto, circumvolvebant albo loro.* Et quæ sequuntur: quæ videri, non indignum est. Videndus quoque Demetrius Triclinius, *ad Pindari Olymp.* Od. VI. tum & Scholiastes Comici, *ad Aves*: qui prolixe, & cum cura, omnes eam rem exponunt.

Sed quæ longitudo fuit? Aulus Gellius, simpliciter dicit, *lib.* XVII. *cap.* IX. *Surculi duo erant, teretes, oblongi, pari crassamento, ejusdemque longitudinis.* Scholiastes Aristophanis, *loco indicato*. Ἐποίουν δύο ῥάβδους ἰσομήκεις. *Faciebant duos surculos, æquali longitudine.* Item Thucydides, *lib.* I. Ἡ δὲ σκυτάλη ξύλον στρογγύλον, ἐξεσμένον, ἐπίμηκες. *Erat autem scytale, lignum rotundum, rasum, oblongum.* Sic Plutarchus, in *Lycurgo*; aliique, qui de ea tradidere. Unicus Demetrius Triclinius docet, longitudinem trium, aut quatuor, cubitorum habuisse. Verba ejus ecce ista, *ad Pindari Olymp.* Od. IV. Ὅτε πρός τινα πόλιν οἱ Λάκωνες στρατηγὸν ἔπεμπον, βουλόμενοι δηλῶσαί τι αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων, οὐκ ἐπίστευον χάρτῃ, ἀλλὰ [illegible] ἐποίουν. τορνεύοντες ξύλον στρογγύλον, τριῶν, ἢ τεττάρων, πήχεων, καὶ τέμνοντες εἰς δύο, τὸ μὲν ἓν τῷ ἐκπεμπομένῳ στρατηγῷ ἐδίδουν, θάτερον δὲ αὐτοὶ κατεῖχον. *Quum ab urbem aliquam Lacedæmonii ducem mitterent, aliquid arcani ipsis indicare cupientes, chartæ minime credebant, sed ad istum modum agebant. torno elaborantes lignum rotundum, trium, aut quatuor, cubitorum, & in duo dissecantes, partem unam huic, quem emittebant, dabant, alteram ipsi retinebant.* Itaque non recte Joannes Tzetzes, in *citatis* ante *versibus*, τῷ μήκει βραχυτάτην dicit, *longitudine brevissimam*.

Sed & altera scytale erat, qua inter se fœneratores utebantur. Scholiastes Aristophanis, *ad Aves*. Διοσκουρίδης δ᾽, ἐν τοῖς Περὶ νομίμων, τοὺς δανείζοντας ἐν Σπάρτῃ διαιρεῖν (φησι) σκυτάλην, δύο παρόντων μαρτύρων, καὶ γράφειν τὸ συμβόλαιον ἐν ἑκατέρῳ τμήματι· καὶ τὸ μὲν, ἑνὶ τῶν μαρτύρων διδόναι· τὸ δὲ, δι᾽ ἑαυτοῦ ἔχειν. *Dioscorides vero, in libris De institutis, fœneratores (ait) Spartæ dividere scytalen, duobus testibus præsentibus, & contractum in utraque sectione scribere: & unam quidem, uni testium exhibere; alteram vero, sibi reservare.* Quæ ex eo totidem transcripsit verbis, sicut multa, Suidas, *in* Σκυτάλη.

CAP. V.

Lingua ipsorum, Dorica erat: ejusque specimen, apud Plutarchum; cujus locus restitutus. Ac peculiari sane idiomate, atque eo insuavi, utebantur. Pro θ, *ponebant* σ: *ac pro* σ, *media in dictione, adspirabant. In fine dictionis,* ρ *pro* σ *usurpabant. Inter duas vocales,* β *inserebant. Diphthongum* ει, *mutabant in* η. *Pro* σ, *etiam* τ *ponebant, media in dictione. Literam* ρ, *transponebant.*

LINGUA ipsorum, Dorica erat. Isocrates, in *Archidamo*, ubi eum sic Lacedæmoniis loquentem facit. Πρῶτον μὲν οὖν οἶμαι, δεῖν ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, δι᾽ ὃν τρόπον ἐκτησάμεθα Μεσσήνην, καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας ἐν Πελοποννήσῳ κατοικήσαντες, Δωριεῖς τὸ παλαιὸν ὄντες. *Ac primum commonefaciendos vos puto, quo pacto Messenam in potestatem nostram redegerimus; & quas ob causas in Peloponneso, cum a prima origine Dorienses sitis, consederitis.* Procopius, in *epistola quadam*. Καὶ Σπαρτιάτης αὐτόχρημα γεγένημαι. καί μοι πάντα Λυκοῦργος, ὁ δὲ Σόλων οὐδέν. μικροῦ δεῖν, καὶ Δωρικὴν ἀφῆκα φωνὴν, τῆς Ἀττικῆς ἐκείνης εἰς λήθην ἐλθών. *Et Spartanus plane factus sum: ac Lycurgus mihi omnia, Solon nihil. quin & pene Dorice locutus essem, Atticæ illius linguæ oblitus.* Ac Laconicæ quidem linguæ specimen Plutarchus præbet, in *Vita Pyrrhi*. Εἷς δὲ τῶν παρόντων, ὄνομα Μανδρικίδας, εἶπε, τῇ φωνῇ Λακωνίζων. Αἱ μέν ἐστι τύ γε σιόρ, οὐδὲν μὴ πάθωμεν. οὐ γὰρ ἀδικεῦμεν· αἱ δὲ ἄνθρωπορ, ἔσεται καὶ τοῦ κάρρων ἄλλορ. Ita enim locus ille rescribendus: ut in partem supra etiam admonui, *lib.* II. *cap.* VIII. Et, si aliud quoque cupis, præter istud, vide, sodes, qui loquatur Lampito, Lacæna mulier, & Lacedæmoniorum item præco, atque chorus, apud Comicum, in *Pysistrata*; etiam legatus Lichas ad Argivos, apud Thucydidem, *lib.* V. denique Senatusconsultum Spartanorum, apud Boethium, *De Musica*, lib. I. cap. I.

Quanquam autem lingua uterentur Dorica, tamen idioma sibi peculiare habuerunt. Id Corinthus, libro *De dialectis*, docet. Εἰδέναι δεῖ, ὅτι τῆς Δωρίδος πολλαί εἰσιν ὑποδιαιρέσεις τοπικαί. ἄλλως γὰρ Κρῆτες διαλέγονται, καὶ ἄλλως Ῥόδιοι, καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι, καὶ ἄλλως Λακεδαιμόνιοι. *Sciendum est, Doricæ linguæ multas esse subdivisiones locales. Aliter enim Cretenses loquuntur, & aliter Rhodii, & aliter Argivi, & aliter Lacedæmonii.* Ac rursum postea. Διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν

διάλεκτος, ᾗπερ Κυψέλας ἐχρήσατο· καὶ ἡ Λακώνων, ᾗπερ Αλκμᾶν, καὶ Σώφρων. *Differt autem Cretensium dialectus, qua Cypselas usus est; & Laconum, qua Alcman, ac Sophron.* Quæ totidem quoque verbis Philoponus in *ejusdem tituli libello*.

Erat autem insuavis: ut Pausanias testatur, in *Laconicis*. Τοῦ Σεβρίου δὲ ἐστιν ἐν δεξιᾷ μνῆμα Αλκμᾶνος. ᾧ ποιήσαντι ᾄσματα, οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. *Ad Sebrii dextram est Alcmanis tumulus: cui in canticis faciendis nihil detrivit Laconica lingua, cujus alioquin voces minus auditu suaves existunt.*

Pro ϑ, ponebant σ. Apollonius, *De Syntaxi*, lib. I. Οἱ μὲν ἄλλοι Δωριεῖς, τηροῦσι τὸ ϑ. Λάκωνες δὲ, καὶ εἰς σ μεταβάλλουσι. *Alii quidem Dorienses, ϑ retinent; Lacones vero, etiam in σ mutant.* Ita, quod ante a me dictum, Σιὸρ dicebant, pro ϑεός; & Σεῖορ, pro ϑεῖος: aliaque istiusmodi, uti supra memoravi.

Pro σ autem, in medio dictionis, aspiratione utuntur. Etymologici Auctor. Καὶ Λάκωνες, ἔνδειαν τοῦ σ ποιοῦντες, δασεῖαν χαράττουσι τοῖς ἐπιφερομένοις φωνήεσιν· ὡς ἐπὶ τοῦ ποιῆσαι, πoιῆαι. καὶ βουσόα, βούα. καὶ μουσικὰ, μωικά. *Et Lacones, ejicientes σ, aspiratam imponunt vocalibus, quæ subjunguntur: ut* ποιῆσαι, πόηαι; & Βουσόα, Βόα; & Μουσικὰ, μωικά. Apollonius, quem citavi, *lib.* IV. Οὐ παρεμπίπτει ἡ ἐν τοῖς φωνήεσι δασεῖα, ἐν μέσαις ταῖς λέξεσιν. ἕνεκα τοῦ τοιούτου σεσημειωμένων, ὡς ἀλόγων ὄντων· ἢ ἀπὸ Λακωνικῆς διαλέκτου παρεισδεδυκότων εἰς τὰς ἄλλας διαλέκτους. *In vocales, quæ sunt in mediis dictionibus, asper spiritus non cadit: eamque ob causam notatas, tanquam quæ regulam non servent: vel quod ex Laconica dialecto in alias dialectos surrepserint.*

Ponebant etiam ρ, pro σ, in fine dictionum, ut jam dixi.

Inter duas vocales, β inserebant. Etymologici Auctor. Εβασον, ἀντὶ τοῦ ἔασον, συγχώρησον. οὕτως Συρακούσιοι, καὶ Λάκωνες. γέγονε δὲ πλεονασμῷ τοῦ β. τὸ γὰρ ἔασον, ἔβασόν φασι. καὶ τὸ ἔαται ἔβαται. καὶ τὸ ἔα, ἔβα. Εβασον, pro ἔασον, *permitte. ita Syracusani, & Lacedæmonii. fit autem per redundantiam literæ β. nam, pro* ἔασον, *dicunt* ἔβασον; *&* ἔβαται, *pro* ἔτααι; *&* ἔβα, *pro* ἔα.

Diphthongum ει, mutabant in η. Etymologici Auctor. Κατὰ τροπὴν τῆς ει διφθόγγου εἰς η. ὡς τὸ Ορηος, καὶ Λύκηος, Λακωνικά. *Juxta mutationem ει diphthongi in η: ut* Ορηος, *&* Λύκηος, *quæ sunt Lanica.*

Pro σ, etiam ponebant in media nempe dictione. Etymologici Auctor. Οἱ Λάκωνες τὰ παρὰ μέλλοντα, εἰς τὸ τ οὐ τρέπουσι, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τ εἰς τὸ ἐνιαυτὸς, ἐνιαύσιος, ἐνιαύτιος λέγουσιν. *Lacones, quæ a futuro fiunt, in τ non mutant, sed quæ ex τ vertuntur in σ. ut pro* ἐνιαυσιος, *quod ab* ἐνιαυτὸς *formatur,* ἐνιαύτιος *dicunt.* Sic πλούτιος, pro πλούσιος; πλητίος, pro πλησίος, dicebant: ut videre est ibidem.

Etiam φὶν, pro Σφὶν, dicebant. Idem Auctor Etymologici. Συρακούσιοι δὲ, (τὸ σφὶν) ψὶν λέγουσι· Λάκωνες, φίν. *Syracusani vero (pro* σφὶν*) dicunt* ψίν: *Lacones autem,* φίν.

In dictionibus, transponere solebant. Sic κάρνειος, pro κράνειος, dicebant. Pausanias, in *Laconicis*. Καὶ Απόλλωνα ὀνομάζουσι Κάρνειον, ὑπὲρ τῶν κρανειῶν, μεταθέντες τὸ ρ, κατὰ δή τι ἀρχαῖον. *Et Apollinem nominant Carneum, a craneis, litera r transposita, antiqua quadam consuetudine.* Sic pro Εἱμαρμένη, dicebant item Εμβραμένα, ut mox dicam: & alia plura ad eam formam.

CAP. VI.

Vocabula Laconica peculiaria: ac de iis Aristophanis Grammatici opus proprium, cui titulus, Γλῶσσαι Λακωνικαί. Αγειππος. Αἰδώ. Ανόστεος. Βέσον, *sive* Βέττον. *Hesychii locus emendatus.* Γαστήρ. *sive* Γαστραία. Δεικελισταὶ, *sive* Δεικηλισταὶ, *aut* Δικηλισταί. *Suidas, Plutarchus, Hesychius iterum, & Apollonii Scholiastes, restituti. Sosibii opus,* Περὶ τῶν μιμητῶν ἐν Λακωνικῇ, καὶ δικηλιστῶν. *Suidas iterum restitutus.* Δίκηλον. Λόκανα. Εἰσπνήλης. Εἰσπνεῖν.

UTI autem lingua ipsis propria fuit, sic vocabula item plurima: ac volumen de his scripsit singulare Aristophanes Grammaticus, & inscripsit, Γλῶσσαι Λακωνικαὶ, *Vocabula Laconibus peculiaria.* Meminit Athenæus, *lib.* III. Πάμφιλος καλεῖσθαί φησι Κυδωναῖα ὑπὸ Αχαιῶν. τοῦτο λέγων Αριστοφάνην εἰρηκέναι, ἐν Λακωνικαῖς Γλώσσαις. *Pamphilus vocari ait Cydonæa ab Achivis: tradens, hoc Aristophanem dixisse, in Laconicis Glossis.* Et sunt eæ ipsæ *Glossæ*, quæ citantur ab Hesychio. Αάδα, ἔνδεια, Λάκωνες. οὕτω καὶ Αριστοφάνης, ἐν Γλώσσαις. *Aada, indigentia, Lacones. Ita etiam Aristophanes, in Glossis.* Iterum, *in* Πυρέακος. Ως Αριστοφάνης φησὶν, ἐν ἐξηγήσει Λακωνικῶν. *Sicut Aristophanes ait, in expositione* (vocabulorum) *Laconicorum.* Et ex istis quædam ipsi, passim nobis observata, proponemus.

Αγειππος. *Olea silvestris.* Zenobius, *Cent.* I. *Proverb.* LX. Ακαρπότερος ἀγριππου. ἐπὶ τῶν πάνυ πενομένων εἴρηται. Λάκωνες γὰρ τὴν ἀγρίαν ἐλαίαν, ἄγριππον καλοῦσι. *Infructuosior olea silvestri. De valde pauperibus dictum est. Lacedæmonii enim oleam silvestrem,* ἄγειππον *vocant.* Quæ totidem verbis etiam Suidas.

Αἰδὼ, *Jactus*. Suidas. Αἰδώ. τὸ αἰδοῖον. καὶ ἡ σελήνη, παρὰ Χαλδαίοις· καὶ ῥιπὴ, παρὰ Λάκωσι. *Ædo, pudendum: & luna, apud Chaldæos: & jactus, apud Lacedæmonios.* Ανόστεος, *Polypus*. Moschopulus, *ad Hesiodi* Εργ. β'. Ο ἀνόστεος, ἤγουν ὁ πολύπους, (καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις γὰρ, φασὶν, ἰδίως οὕτως ὠνομάζετο ἀνόστεος,) τὸν ἑαυτοῦ πόδα ἐσθίει. *Exos, sive polypus, (nam apud Lacedæmonios proprie hic vocatur exos,) suum pedem edit.* Et Proclus, *ibidem*. Κλείταρχος δὲ, ἐν Γλώσσαις, τὸν πολύποδα ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἀνόστεον φησὶ καλεῖσθαι. *Clitarchus vero, in Glossis, polypum apud Lacedæmonios exossem vocari dicit.* Utiturque vocabulo Hesiodus ea significatione, *loco citato*.

Ηματι χειμερίῳ, ὅτ' ἀνόστεος ὃν πόδα τένδει.

Die hyberno, cum exos suum pedem edit.

Βέσον, sive Βέττον, *vestis*. Etymologici Auctor. Βέσον, τὸ ἱμάτιον, ὑπὸ Λακώνων· οἱ δὲ, βέττον. *Bestum, vestis, a Laconibus: quidam vero, bettum.* Hesychii locus, corruptissimus. Βεσὸν, ἔθος, καὶ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος. Λάκωνες δὲ, βεστικὸν τὰ ἔσοντ Restituo, Βέσον, ἦθος, καὶ ὁ τῶν ἐθῶν ἔμπειρος. Λάκωνες δὲ, βεσὸν, τὴν ἐσθῆτα. *Bestum, mos aut morum peritus. Lacedæmonii vero, bestum dicunt vestem.*

Γαστὴρ, *Rapum*. Athenæus, *lib.* IX. Γογγυλίδες. Ταύτας Απολλᾶς, ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων, ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι. *Rapa. Hæc Apollas, libro De urbibus Peloponnesi, a Lacedæmoniis gasteras dici tradit.* Et ex eo Eustathius, *ad Odyss.* η'. Οτι δὲ Λάκωνες τὰς γογγυλίδας γαστέρας ἐκάλουν, ἐν τοῖς τοῦ Δειπνοσοφιστοῦ δηλοῦται. *Quod autem rapa Lacedæmonii gasteras vocabant, ex Dipnosophistæ scriptis constat.* Hesychio Γαστραία dicitur. Γαστραία, ἡ γογγυλίς. Λάκωνες. *Gastræa, rapum. Lacones.*

Δεικελισταὶ, sive Δεικηλισταὶ (nam utroque modo scribitur,) *Mimi*, *Imitatores*. Etymologici Auctor, Δεικελισταὶ, μιμηταὶ, παρὰ Λάκωσι. *Dicelistæ, imitatores, apud Lacedæmonios*. Totidem verbis Hesychius. Eustathius, *ad Iliad.* λ'. Δεικηλισταὶ, παρὰ Λάκωσι κωμικοί. *Dicelistæ, apud Lacedæmonios Comici*. Et paulo post. Δεικηλισταὶ οὖν οἱ τοιοῦτοι, ὡς εἴ τις εἴποι σκευοποιοὶ, καὶ μιμηταί. *Dicelistæ itaque tales, velut scenicum apparatum instruentes, atque mimi*. Illud vero observandum, quod hos Comicos appellet: & exponit rem hanc totam Athenæus, *lib.* XIV. Παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις κωμικῆς παιδιᾶς ἦν τις τρόπος παλαιὸς, ὥς φησι Σωσίβιος, οὐκ ἄγαν σπουδαῖος, ἅτε δὴ κἀν τούτοις τὸ λιτὸν τῆς Σπάρτης μεταδιωκούσης, ἐμιμεῖτο γάρ τις ἐν εὐτελεῖ τῇ λέξει κλέπτοντας τινὰς ὀπώραν, ἢ ξενικὸν ἰατρόν. ἐκαλοῦντο δὲ οἱ μετιόντες τὴν τοιαύτην παιδιὰν παρὰ τοῖς Λάκωσι δικηλισταὶ, ὡς ἄν τις σκευοποιοὺς εἴπῃ, ἢ μιμητάς. *Apud Lacedæmonios comici lusus vetus quidam modus fuit, ut ait Sosibius, non admodum gravis: velut in his etiam simplicitatem Sparta suam persequente. Imitabatur vero aliquis tenui dictione quosdam fructuum fures, aut medicum peregrinum. Ac, qui lusum hunc obirent, a Laconibus dicelistæ vocabantur*. Alii per ι scribunt primam syllabam. Suidas. Δικηλιστῶν, καὶ μιμητῶν. εἶδός ἐστι κωμῳδίας, ὥς φησι Σωσίβιος ὁ Λάκων. *Dicelistarum, & mimorum: genus est comœdiæ, ut Sosibius Lacon*. Idem, *in* Σωσίβιος. Ἐν τούτοις δὲ ἱστορεῖ καὶ τοῦτο, ὅτι εἶδος τῆς κωμῳδίας ἐστὶ καλούμενον δικηλιστῶν, καὶ μιμητῶν. *In his vero etiam hoc refert, quod comœdiæ genus sit eorum. qui vocantur dicelistæ*. Ita eum locum emendo: male enim hactenus editur, καλουμένων δικλειστῶν, *eorum, qui vocantur diclistæ*. Nec recte scribitur, δικηλίκτας apud Plutarchum, in *Agesilao*. Ἀλλ' οὐ τύγε ἐσσὶ Καλλιππίδας ὁ δικηλίκτας; Οὕτω δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς μίμους καλοῦσι. *An tu non es Calippidas dicelictas? Ita vero Lacedæmonii mimos vocant*. Eodem modo etiam in *Laconicis Apophthegmatibus*, ubi apophthegmata Agesilai regis tradit. Utrobique rescribendum est, δικηλιστάς. Corrigendus & Hesychius, *in* Δίκηλον. Ὅθεν καὶ μιμολόγος παρὰ Λάκωσι δικελιστάς. *Unde etiam mimologus a Laconibus dicelistas appellatur*. Hodie editur, δικελίτας, *dicelitas*. Eodem modo Scholiastes Apollonii, *lib.* I. Δίκηλον, κυρίως τὸ τῷ Διὶ ἐοικὸς ἄγαλμα. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν ὁμοίωμα, ὡς νῦν. καὶ δικηλίτας δὲ τοὺς ἐν τῷ σκώπτειν ἄλλον τινὰ μιμουμένους. Male etiam illic editur δικηλίτας. rescribendum item istic, δικηλιστάς. Ac peculiare de his Opus scripsit Sosibius Lacon. Suidas. Σωσίβιος, Λάκων, γραμματικὸς, τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων. (ἔγραψε) περὶ τῶν μιμητῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορουμένων παλαιῶν, ἐν τούτοις δὲ ἱστορεῖ καὶ τοῦτο, ὅτι εἶδος τῆς κωμῳδίας ἐστὶ, καλούμενον δικηλιστῶν, καὶ μιμητῶν. *Sosibius, Lacon, grammaticus, unus ex his qui vocati Epilytici. (Scripsit) etiam De mimetis antiquis, qui in Laconica memorati. In his tradit, etiam illud, quod comœdiæ sit genus, dicelistarum vocatum, & mimetarum*. Ita locum hunc restituo, hodie luxatum. Inspiciat, qui volet.

Uti vero Δικηλισταὶ vox Laconica est, ita Δίκηλον. Hesychius. Δίκηλον, ἐκτύπωμα, ὁμοίωμα, εἴδωλον, ἀνδριὰς, ζώδιον, παρὰ Λάκωσι. *Dicelum, imago, effigies, simulacrum, statua, signum cæleste, apud Lacones*.

Δόκανα. *Sepulcra Tyndaridarum*. Suidas. Δόκανα τάφοι τινὲς ἐν Λακεδαιμονίᾳ. παρὰ τὸ δέξασθαι τοὺς Τυνδαρίδας. *Docana, sepulcra quædam in Lacedæmonia: quod Tyndaridas susceperint*. Quæ totidem verbis etiam Auctor Etymologici. Plutarchus, non sepulcra Tyndaridarum dicit, qui iidem Dioscuri, sed eorum simulacra: & describit, qualia fuerint, lib *De fraterno amore*, in ipso principio. Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων, ἀφιδρύματα οἱ Σπαρτιᾶται δόκανα καλοῦσι. ἔστι δὲ δύο ξύλα παράλληλα, δυσὶ πλαγίοις ἐπεζευγμένα. καὶ δοκεῖ τῷ φιλαδέλφῳ τῶν θεῶν οἰκεῖον εἶναι τοῦ ἀναθήματος τὸ κοινὸν, καὶ ἀδιαίρετον. *Vetusta Dioscurorum simulacra Spartani appellant docana. sunt vero duo ligna, inter se composita, duobus aliis transversis conjuncta. ac videtur fraterno deorum amori individua communitas simulacri convenire*. Et ex eo Eustathius, *ad Iliad.* ρ'. Παράγωγον δὲ δοκοῦ καὶ τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς δόκανα, ὧν χρῆσις καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ. ἦσαν δὲ αὐτὰ, Διοσκούρων ἀφιδρύματα. ὡς ἐκεῖνος καὶ ἱστορεῖ, καὶ ἐκφράζει. *A nomine* Δοκὸς, *Trabs, deducuntur & antiquis* Δόκανα *quæ appellata: quorum usus etiam apud Plutarchum. Erant autem ea, Dioscurorum simulacra: sicut & refert ipse, & exponit*.

Εἰσπνήλης. *Amator*. Etymologici Auctor, *in* Ἀΐτης. Καὶ εἰσπνήλας καλοῦσι τοὺς ἐραστὰς παρὰ Λάκωσιν. *Et eispnelas vocant amatores, apud Lacedæmonios*. Apud Theocritum, Εἰσπνίλος scribitur, *Idyll.* XII.

—— ὁ μὲν ἦν εἰσπνίλος, φαίη χ' ὡμυκλαΐσδων.
—— *hic quidem eispnilus, diceret aliquis, Amyclæa lingua loquens*.

Ubi Scholiastes. Ἕτερος μὲν γὰρ ὑπὸ Λακώνων λεγόμενος εἰσπνίλος, τουτέστιν ἐραστής. *Alter enim a Laconibus dictus eispnilus, id est, amator*. Sed Εἰσπνήλης hic scribendum, olim pene puer monui. Eustathius, *ad Odyss.* δ'. Εἰσπνήλαι, παρὰ Λακώνων οἱ ἐρασταί. *Eispnelæ, a Lacedæmoniis dicuntur amatores*. Et videndus iterum est, *ad Odyss.* ε'.

Εἰσπνεῖν, sive Ἐμπνεῖν, dicebant pro *Amare*. Etymologici Auctor. Λακεδαιμόνιοι, γὰρ, Εἰσπνεῖν φασὶ τὸ ἐρᾶν. *Lacedæmonii enim*, Εἰσπνεῖν *dicunt Amare*. Ælianus, *Var. Hist.* lib. III. cap. XII. Αὐτοὶ γοῦν (de Lacedæmoniis loquitur) δέονται τῶν ἐραστῶν, ἐμπνεῖν αὐτοῖς. Λακεδαιμονίων δὲ αὕτη ἐστὶν ἡ φωνὴ, ἐρᾶν δεῖν λέγουσα. *Ipsi itaque amatores rogant, ut* ἐμπνεῖν *sibi velint: id vero Lacædemoniorum voce significat Amare*. Hesychius, nulla Lacedæmoniorum mentione. Ἐμπνεῖ μου, ἐρᾷ μου, ποθεῖ με. Item. Ἐρᾷ, εἰσπνεῖ. Plutarchus, in *Agide, & Cleomene*. Οὗτος δὲ αὐτῷ φίλου Ξενάρχους, ἐραστοῦ γεγονότος, (τοῦτο δὲ ἐμπνεῖσθαι Λακεδαιμόνιοι καλοῦσιν,) ἀπεπειρᾶτο τούτου. *Cum amicum haberet Xenarem, qui amator ejus fuerat, (quod* Ἐμπνεῖσθαι *dicunt Lacedæmonii,) hunc tentavit*.

CAP. VII.

Ἐμβραμένα. Ἐπισκυθίζειν. Εὐλάκα. Εὐλάζειν. Εὔχεσθαι. Ἴουλος. Καιάδαν, *sive* Κεάδας: *& ibidem locus*, Δεκάς. Κεκαδδεῖσθαι. Κάδδος. Κίρρις. Κόος. Κυνάς. Κυρσάνιος. Λυσιλαΐδαι. Μαχαιρίωνες, *posteri Autocratis: qui & ipse* Μαχαιρίων *appellatus*. *Pausaniæ error indicatus*. Μύρκηρος. Μυκηρόβατος. Σέλελος, *sive* Σεσῆλος. Τέλη. Τίτυρος. Τρέσαντες. Φαινίς. Χαός.

EMBPAMENA, pro Εἱμαρμένη, ***Fatum***. Etymologici Auctor. Εμβραμένα, παρὰ Σώφρονι ἡ εἱμαρμένη. καὶ Λάκωνες οὕτω λέγουσιν. *Embramena, apud Sophronem Fatum. Et Lacones ita dicunt*.

Ἐπισκυθίζειν, *Scythice agere*. Dici cœptum, postquam Cleomenes, nimio cum Scythis mero poto, ad insaniam actus esset. Herodotus, *l.* VI. Κλεομένεα δὲ λέγουσι, ἡκόντων τῶν Σκυθέων ἐπὶ ταῦτα, ὁμιλέειν σφι μεζόνως. ὁμιλέοντα δὲ μᾶλλον τοῦ ἱκνεομένου, μαθεῖν τὴν ἀκρατοποσίην παρ' αὐτέων. ἐκ τούτου δὲ μανῆναί μιν νομίζουσι Σπαρτιῆται. ἔκ τε τοῦ, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, ἐπεὰν ζωρότερον βούλωνται πίνειν, Ἐπισκύθισον, λέγουσι. *Cum iis Scythis, qui ad hoc missi sunt, consuetudinem habuisse*

majorem in modum, dicunt: converſantem vero, ultra quam conveniret, meri potum ex his ipſis didiciſſe. atque hinc Spartani illum in furorem actum eſſe arbitrantur. & ex eo, ut ipſis tradunt, cum meracius bibere volunt, Ἐπισκύθισον, *id eſt*, Scythice age, *dicunt*. Et ex eo Euſtathius, *ad Odyſſ. α'.* Λέγεται γὰρ καὶ Κλεομένης, ὁ Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, Σκύθαις ὁμιλήσας, καὶ ἀκρατοπότης γενόμενος, ὡς Ἡρόδοτος ἱστορεῖ, μανῆναι ἐκ μέθης. ἐκ δὲ τοῦ τοιούτου Σκυθικοῦ κακοῦ, τὸ ἀκρατέστερον πίνειν, Ἐπισκυθίζειν φασὶν οἱ Λάκωνες. *Dicitur vero & Cleomenes, rex Lacedæmoniorum, cum Scythis converſatus, atque meri potor factus, ſicut auctor eſt Herodotus, in furorem ex ebrietate actus; & ex eo malo Scythico, meracius bibere, Lacedæmonii* Ἐπισκυθίζειν *dicunt*.

Εὐλάκα, *Vomer*. Thucydides oraculum quoddam Delphicum refert, redditum Lacedæmoniis, *lib.* v. Διὸς υἱοῦ ἡμιθέου τὸ σπέρμα ἐκ τῆς ἀλλοτρίας εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀναφέρειν· εἰ δὲ μὴ, ἀργυρέᾳ εὐλάκᾳ εὐλάξαι. *Jovis filii ſemidei ſemen ex alieno ſolo in ſuum reducere: niſi facerent, aureo vomere araturos*. Ubi Scholiaſtes, Εὐλάκαν δὲ, τὴν ὕνιν Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν. *Eulacam vero, vomerem Lacedæm. dicunt*. Et obſerva, in Thucydidis *iſtis verbis*, etiam Εὐλάζειν dici, pro *Arare*.

Εὔχεσθαι, *Dicere*. Scholiaſtes Pind. *Olymp.* Od. VI. Τῷ εὔχοντο, ἀντὶ τοῦ εἶπον οἱ Λάκωνες χρῶνται. *Verbo* εὔχοντο, *Lacones utuntur pro Dicebant*.

Ἴουλος, *Polypus*. Etymologici Auctor. Κλείταρχος δὲ, ἐν Γλώσσαις, τὸν πολύπουν ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἴουλον καλεῖσθαί φησι. *Clitarchus vero, in Gloſſis, polypum a Lacedæmoniis julum vocari tradit*.

Καιάδας, ſive Κεάδας, nam utroque modo ſcribitur, *Carcer*. Strabo, *lib.* VIII. Καὶ καιάδας τὸ δεσμωτήριον ἐντεῦθεν, τὸ παρὰ Λακεδαιμονίοις, σπήλαιόν τι. *Et cæades carcer inde, qui eſt apud Lacedæmonios, antrum quoddam*. Simplicius, in *Phyſ.* lib. III. cap. IV. Ὡς ὁ παρὰ Λακεδαιμονίοις ἦν ὁ κεάδας, εἰς ὃν τοὺς κατακρίτους ἐνέβαλον. *Qualis apud Lacedæmonios erat ceadas, in quem damnatos conjiciebant*. Nicephorus Blemmydas, in *Epitome Phyſica*, cap. X. Ὡς ὁ λαβύρινθος παρὰ Κρησὶ, καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὁ κεάδας, εἰς ὃν τοὺς κατακρίτους ἐνέβαλον. *Ut apud Cretenſes labyrinthus: & apud Lacedæmonios ceadas, in quem damnatos conjiciebant*. Meminit ejus etiam Baſilius Magnus, *epiſt.* CCCLXXIX. Ὅταν δὲ ποδανδὸν εἴπω, τὸν κεάδαν με οἴου λέγειν τὸν Λακωνικὸν, ἢ εἴ που τῆς οἰκουμένης εἶδες βάραθρον αὐτοφυές. *Cum podandum dico, puta me ceadam Laconicum dicere, aut ſicubi terrarum vidiſti barathrum natura factum*. Ubi obſerva, barathrum fuiſſe. Ita & Suidas, *in* Παυσανίας. Τὸ δὲ σῶμα εἰς τὸν κεάδαν, βάραθρον δέ ἐστι τοῦτο, ἔρριψαν. *Corpus vero in ceadam, quod eſt barathrum, abjecerunt*. Strabo, in *citatis verbis*, antrum dicit. Euſtathius carcerem antriformem, *ad Odyſſ. δ'.* Ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης λέξεως καὶ δεσμωτήριόν τι σπηλαιῶδες παρὰ Λάκωσιν ὁ καιέτας, ἢ διὰ τοῦ α καιάτας. *Ab hac dictione, etiam carcer quidam antriformis apud Lacedæmonios cæetas, aut per a cæatas*. Meminit quoque Dion Chryſoſtomus. *Orat.* LXXX. Τί δὲ ὁ Λακώνων καιάδας, καὶ τὸ παρὰ Πέρσαις οἴκημα, μεστὸν τέφρας; *Quid vero Laconum cæadas; atque illud apud Perſas domicilium, plenum cineris?* Meminere & plures alii. Locus autem in eo erat, Δεκὰς dictus, in quo damnatos ſtrangulabant. Plutarchus, in *Agide, & Cleomene*. Καὶ τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευον ἀπάγειν εἰς τὴν καλουμένην δεκάδα. τοῦτο δέ ἐστιν οἴκημα τῆς εἱρκτῆς, ἐν ᾧ θανατοῦσι τοὺς καταδίκους ἀποπνίγοντες. *Juſſerunt abducere in decadem, quam vocabant. id vero domicilium in carcere erat, in quo damnatos ſtrangulantes occidebant*.

Κεκαδδεῖσθαι, & Κάδδος, quidnam ſit, exponit Plutarchus, in *Lycurgo*, ubi phiditia enarrat. Δοκιμάζεσθαι δὲ, τὸν βουλόμενον τοῦ συσσιτίου μετασχεῖν, οὕτω φασί. λαβὼν τῶν συσσίτων ἕκαστος τὴν ἀπομαγδαλίαν εἰς τὴν χεῖρα, τοῦ διακόνου φέροντος ἀγγεῖον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἔβαλε σιωπῇ, καθάπερ ψῆφον· ὁ μὲν, δοκιμάζων, ἁπλῶς· ὁ δὲ, κρίνων, σφόδρα τῇ χειρὶ πιέσας. ἡ γὰρ πεπιεσμένη, τῆς τετρημένης ἔχει δύναμιν, κἂν μίαν εὕρωσι τοιαύτην, οὐ προσδέχονται τὸν ἐπεισιόντα, βουλόμενοι πάντας ἡδομένους ἀλλήλοις συνιέναι. τὸν δὲ οὕτως ἀποδοκιμασθέντα, κεκαδδεῖσθαι λέγουσι. κάδδος γὰρ καλεῖται τὸ ἀγγεῖον, εἰς ὃ τὰς ἀπομαγδαλίας ἐμβάλλουσι. *Qui admitti ad convivium cupiebat, hoc probari conſueviſſe modo, tradunt. Unuſquiſque convictorum molliorem ex pane pulpam, ad quam manus abſtergebant, manu acceptam, in vas quoddam, quod miniſter capite geſtabat, tacitus, ceu calculum, conjiciebat; qui probaret, is ſimpliciter; qui damnaret, manu valide compreſſam. Etenim, quæ compreſſa erat, perforati inſtar calculi cenſebatur. qualem ſi duntaxat unam inveniſſent, minime advenientem admittebant: cupientes, omnes lætos inter ſeſe convenire. Eum vero, qui rejectus ita eſſet*, κεκαδδεῖσθαι *dicebant*. κάδδος *enim, vas vocantur, in quod pulpam jacebant*.

Κίρρις, *Lychnus*. Etymologici Auctor. Λέγεται παρὰ Κυπρίοις Κίρρις ὁ Ἄδωνις. παρὰ Λάκωσι δὲ, ὁ λύχνος. *Dicitur Adonis apud Cyprios Cirrhis: apud Lacedæmonios vero, lychnus*. Quanquam ſane non a Cypriis ſic Adonin appellari, ſed Lacedemoniis, Heſychius tradit. Uti ſupra memoravi, *lib.* I. *cap.* II. Illud tantum eſt diſcrimen, quod, ρ unico, Κίρις ſcribat.

Κόος, *Magnus*. Idem Etymologici Auctor. Κόον λέγουσι τὸ μέγα οἱ Λάκωνες. *Coum Lacones dicunt, quod magnum eſt*.

Κυνάς. quæ aliis Græcis ἀπομαγδαλία, id eſt, pulpa mollior ex pane, ad tergendas manus adhibita. Athenæus, *lib.* IX. Καὶ εὐώδεσι τὰς χεῖρας κατεχρίοντο, τὰς ἀπομαγδαλίας ἀτιμάσαντες, ἃς Λακεδαιμόνιοι ἐκάλουν κυνάδας. *Manus odoramentis injungebant, apomagdalias, quas cynadas, Lacedæmonii appellant, aſpernati*. Pollux, *lib.* VI. *cap.* XIV. Οἱ δὲ πάλαι, ταῖς καλουμέναις ἀπομαγδαλίαις ἐχρῶντο, αἳ ἦσαν τὸ ἐν τῷ ἄρτῳ μαλακὸν, καὶ σταιτῶδες· εἰς ὃ ἀποψησάμενοι, τοῖς κυσὶν αὐτὸ παρέβαλον· ὅθεν καὶ Λακεδαιμόνιοι κυνάδα τὴν ἀπομαγδαλίαν καλοῦσι. *Veteres apomagdaliis, quas vocabant, utebantur: quæ erant, pars panis mollis, & farinoſa: qua cum manus abſterſiſſent, canibus hanc projiciebat. unde & cynada eam Lacedæmonii dicebant*.

Κυρσάνιος, *Adoleſcens*; &, *Homo vilis*. Suidas. Κυρσανίους δὲ καλοῦσιν οἱ Λάκωνες τὰ μειράκια, καὶ τοὺς εὐτελεῖς ἀνθρώπους. *Lacedæmonii cyrſanios vocant adoleſcentes, & homines viles*.

Λυσιλαΐδαι, *Lupini*. Athenæus, *lib.* II. Πολέμων δὲ φησὶ, τοὺς Λακεδαιμονίους τοὺς θέρμους λυσιλαΐδας καλεῖν. *Polemon vero ait, lupinos a Lacedæmoniis lyſilaidas appellari*.

Μαχαιρίωνες. Ita dicti poſteri Anticratis Lacedæmonii, quod Epaminondam is, in prælio ad Mantineam, machæra ſua occidiſſet. Plutarchus, in *Ageſilao*. Ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις, περὶ τὴν Μαντίνειαν ἐμαχέσαντο. καὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν, ἤδη κρατοῦντα τῶν πρώτων, ἔτι δὲ ἐγκείμενον, καὶ κατασπεύδοντα τὴν δίωξιν, Ἀντικράτης Λάκων ὑποστὰς ἔπαισε, δόρατι μὲν, ὡς Διοσκουρίδης ἱστόρηκε· Λακεδαιμόνιοι δὲ, Μαχαιρίωνας ἔτι νῦν τοὺς ἀπογόνους τοῦ Ἀντικράτους καλοῦσιν, ὡς μαχαίρᾳ πατάξαντος. *Paucis vero poſt diebus, ad Mantineam pugnarunt. & Epaminondam, jam prima acie fuſa, cum inſtaret etiam ultra, ac fugientes perſequeretur, excipiens Anticrates Lacon, ferit lancea, uti quidem traditur a Dioſcoride: Lacedæmonii vero, etiam nunc Machærionas ejus poſteros appellant, velut qui machæra percuſſerit*. Quin Anticratem quoque ipſum eo nomine nuncupatum, ex Pauſania licet diſcere; qui Machærionem eum, non Anticratem, appellat, in *Arcadicis*. Ἐπαμινώνδαν δὲ ἀποθανεῖν Μαντινεῖς μὲν

ὑπὸ Μαχαιρίωνος Μαντινέως φασὶν ἀνδρός. ὡσαύτως δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι Σπαρτιάτην λέγουσιν εἶναι τὸν ἀποκτείναντα Ἐπαμινώνδαν. τίθενται δὲ Μαχαιρίωνα ὄνομα καὶ οὗτοι τῷ ἀνδρί. *Epaminondam vero occisum Mantineenses quidem dicunt a Mantineensi quodam Machærione. Eodem modo Lacedæm. Spartiatam esse dicunt eum, qui Epaminondam interfecit, & Machærionis ei nomen tribuunt.* Postea vero, cum Machærionem nullum Spartæ exstitisse dicit, nec honorem nominis istius ulli aliquem aut Mantineæ, aut Spartæ, habitum, graviter hallucinatur. Ecce verba. Μαχαιρίωνα δὲ λόγῳ μὲν καὶ αὐτοὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι λέγουσιν, ἔργῳ δὲ οὔτε ἐν Σπάρτῃ Μαχαιρίων ἐστὶν οὐδείς, οὐ μὴν οὐδὲ παρὰ Μαντινεῦσιν ὅτῳ γεγόνασιν, ὡς ἀνδρὶ ἀγαθῷ, τιμαί. *Machærionem vero verbo potius noverunt. nam revera, neque Spartæ, nec apud Mantineenses ipsos, cuiquam Machærioni, ut viro forti, ulli habiti honores.* Certe honores, præmiaque, huic Anticrati, quem Machærionem etiam ipsum dictum, satis clarum, decrevisse, & immunitatem posteris, ex Plutarcho nobis constat; qui subjungit, *loco citato*. Οὕτω γὰρ ἐθαύμασαν, καὶ ὑπερηγάπησαν αὐτὸν, φόβῳ τοῦ Ἐπαμινώνδου ζῶντος, ὥστε τιμὰς μὲν ἐκείνῳ, καὶ δωρεὰς, ψηφίσασθαι, τῷ γένει δὲ, ἀτέλειαν. ἣν ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς ἔχει Καλλικράτης, εἷς τῶν Ἀντικράτους ἀπογόνων. *Adeo enim eum suspexere, & amplexi sunt, metu Epaminondæ vivi, ut honores illi, ac præmia, decernerent; & stirpi ejus, immunitatem: quam & nostra hac ætate Callicrates obtinet, unus ex Anticratis posteritate.*

Μύκηρος, *Nux grandior*. Athenæus, *lib.* II. Λάκωνας δὲ Σέλευκος, ἐν Γλώσσαις, φησὶ καλεῖν τὰ μεγάλα κάρυα μυκήρους. *Seleucus, in Glossis, ait, Lacedæmonios magnas nuces appellare myceros.*

Inde etiam Μυκηρόβατος dicebatur instrumentum, quo confringebantur nuces. Idem Athenæus postea, *eodem libro*. Πάμφιλος, ἐν Γλώσσαις, μυκηρόβατον φησὶ καλεῖσθαι τὸν καρυοκατάκτην ὑπὸ τῶν Λακώνων, ἀντὶ τοῦ ἀμυγδαλοκατάκτην. μυκήρους γὰρ Λάκωνες καλοῦσι τὰ ἀμύγδαλα. *Pamphilus, in Glossis, mycerobatum ait appellari nucifrangibulum a Laconibus, pro eo quod est amygdalo frangibulum: nam amygdala Lacedæmonii myceros vocant.*

Σέμελος, *Cochlea*. Athenæus, itidem *lib.* II. Ἀπελλᾶς ὁ Λακεδαιμονίους φησὶ σέμελον τὸν κοχλίαν λέγειν. *Apellas vero ait, Lacedæmonios cochleam appellare semelum.* Apud Hesychium, Σεσῆλος scribitur. Σεσῆλοι, κοχλίαι, Λάκωνες. *Seseli, cocbleæ, Lacones.*

Τέλη. Thucydides, *lib.* I. Καὶ τὰ τέλη τῶν Λακεδαιμονίων ὑπέσχοντο αὐτοῖς. *Et Lacedæmoniorum quæ Tele dicebantur, polliciti sunt.* Iterum, *lib.* IV. Ὅρκοις τε Λακεδαιμονίων καταλαβὼν τὰ τέλη τοῖς μεγίστοις. *Obstrictis maximo juramento Lacedæmoniorum, quæ Tele dicuntur.* Vide quæ notavi supra, *lib.* II. *cap.* IV.

Τίτυρος, *Aries*. dux gregis. Servius, *ad Eclog.* I. *Laconica lingua* Τίτυρος *dicitur aries major, qui gregem anteire consueverit.*

Τρέσαντες, *Trepidantes*. Qui turpi trepidatione ex acie profugerant. Plutarchus, in *Agesilao*. Οὐ μόνον ἐχρῶντο βασιλεῖ, καὶ στρατηγῷ τῶν κατὰ πόλεμον, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτικῶν ἀποριῶν ἰατρῷ, καὶ διαιτητῇ τοῖς ἐν τῇ μάχῃ καταδειλιάσασιν, οὓς αὐτοὶ τρέσαντας ὀνομάζουσι. *Non tantum utebantur velut rege, & duce belli; verum & civilium difficultatum medico, & arbitro eorum, qui in pugna trepidaverant: quos Tresantas ipsi vocant.* Et in *Laconicis Institutis*. Οὐδὲν δ' ἕτερον εἶχον, ἢ ἐπαίνους τῶν γεννικῶς ζησάντων, καὶ ὑπὲρ τῆς Σπάρτης ἀποθανόντων. καὶ εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγους τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν, καὶ κακοδαίμονα βίον βιούντων. *Nihil autem habebat aliud, quam laudes eorum, qui fortiter vixerant, ac pro Sparta occubuerant, & beati prædicabantur: item eorum vituperia, qui se trepide gessissent, ideo Tresantes dicti; ut qui vitam luctuosam, atque infelicem, agerent.* Herodotus, *lib.* VII. Ἀπονοστήσας δὲ ἐς Λακεδαίμονα ὁ Ἀριστόδημος, ὄνειδός τε εἶχε καὶ ἀτιμίην. πάσχων δὲ τοιάδε, ἠτίμωτο. οὔτε οἱ πῦρ οὐδεὶς ἔναυε Σπαρτιητέων, οὔτε διελέγετο. ὄνειδός τε εἶχε, ὁ τρέσας Ἀριστόδημος καλεόμενος· *Reversus vero Lacedæmonem Aristodemus, probro, & ignominia, est notatus: probro quidem, quod nullus ei Spartiata ignem accenderet, aut cum eo loqueretur; ignominia, quod Aristodemus tresas diceretur.* Meminit etiam Suidas, *in* Λυκοῦργος.

Φαινὶς, *Anemone*. Scholiastes Theocriti, *Idyll.* V. Σωσίβιος δὲ, τὰς ἀνεμώνας παρὰ Λάκωσι φαινίδας καλεῖσθαι φησί. *Sosibius vero, anemonas apud Lacedæmonios ait appellari phænidas.*

Χαὸς, *Bonus*. Scholiastes Theocriti, *Idyll.* VII. Χαὸν λέγεται τὸ ἀγαθὸν, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Chaum dicitur Bonum, apud Lacedæmonios.*

CAP. VIII.

Vocabula Laconica varia. Hesychii locus emendatus. Mensium quorundam nomina. Ἀρτεμίσιος, *qui Atheniensibus* Ἐλαφηβολιών. Γεραίστιος. Ἑκατομβεύς: *quo Hyacinthia celebrata; &, ut videtur, Hecatombæa: unde & nomen inditum fuerit.* Καρνεῖος: *qui sacrorum dierum ita plenus, ut militia per hunc totum abstinerent. idem* Μεταγειτνιὼν *Atheniensibus.* Φλιάσιος, *quo maturæ fruges habebantur. Etiam peculiaria ipsi nomina, ut ex his dignoscerentur. Quin & omnes* Ἰκτευκρατεῖς *dicti.*

PRAETER ista, quæ apud Auctores alios passim occurrunt, plurima Hesychius tradit, in *Lexico suo*, quod antiquæ eruditionis penu merito pronuntiamus. Eum vide, in his *Vocibus*: Ἀάδα. Ἀβόλη. Ἄβοσοι. Ἀβρανίδας. Ἀβώ. Ἀβώρ. Ἀγαθοεργοί. Ἀγλευκέρ. Ἀγυησόει. Ἀγρετήματα. Ἀδδαυον. Ἀδελιφήρ. Ἀειπών. Ἀθρόον. Αἰγίς. Αἴκουδα. Ἀκαλακαυσίρ. Ἀκκόρ. Ἀκρινόμος. Ἀκχαλιβάρ. Ἀργείη. Ἀλιοβίλη. Ἀλιρ. Ἀλλανής. Ἀμάκιον. Ἀμβροτίξας. Ἀμέρμερα. Ἀμουχα. Ἀμπαξαι. Ἀμπέσαι. Ἀμπιτίαρ. Ἀμυατος. Ἀμφαρμένη. Sic scribendum, non Ἀφαρμένη, ordo litterarum monet. Ἀμφέμενον. Ἀνάκωνδα. Ἀναποθεῖ. Ἀνέντονον. Ἀνθρωπώ. Ἀνσατήρ. Ἀνσερίσασθαι. Ἀντετοῦς. Ἀντιβολήρ. Ἀντικάρτερα. Ἀπαβοῖδορ. Ἀπαλοῖξαι. Ἀπάρεσον. Ἀπαφηλίστωρ. Ἀπελάζειν. Ἀπεστουτήρ. Ἀπηκολλύξισεν· Ἀπολῖνα. Ἀποπλοκία. Ἄππιρ. Ἀρβύνδα. Ἀρπίδες. Αὖς. Ἀχαία. Ἀχθών. Ἄχροον. Βάβαλον. Βαγαρόν. Βάγος. Βαξόν. Βάρα. Βειέλοπες. Βεικάδες. Βείκατι. Βείκηλα. Βέλα. Βέλλιρ. Βελλούνης. Βερκίοος. Βερνώμεθα. Βεσόν. Βήλημα. Βηρίχαλκον. Βιχόν. Βίωρ. Βλαιτή. Βλαγίς. Βόμβυρ. Βορός. Βοῦ. Βουαγετόν. Βουάκραι. Βοωτεῖν. Βοάγιερ. Βρυδαλίχα. Βυλλίχαι. Βώνημα. Γαβεργός. Γαιαδας. Γαιήοχος. Γάλλαρος. Γαλλιᾶται. Γελαρής. Γεροάκται. Γεώνα. Γόναρ. Γραφᾶσθαι. Γῶνορ. Γωρεῦται. Δαβεῖ. Δάβηλος. Δαδώχωρ. Δαμοῦαι. Δαμπόν. Δαμώσικτον. Δάρειρ. Διμάλετα. Δειρλᾶν. Δενέμορ. Δεραί. Δευτερίναρ. Διαβουλείρ. Διαλλαγαί. Διασάτηρ. Δίζα. Δίκηλον. Δίκτυς. Δίλαξ. Διφοῦρα. Δολομάν. Δράκαυλος. Δύμη. Δυσοίζει. Ἐγγύαν. Ἔγκυλον. Ἐγχαλεῖν. Ἐγχοῦν. Ἐγώνη. Ἐδωλός. Ἐκδάβη. Ἐκλογήν. Ἐκπετριαδεῖν. Ἐκχοίρηξις. Ἐκχώνευ. Ἔλα. Ἐλίνη. Ἔναρ. Ἐνδεκαδίκορ. Ἐνύει. Ἔξει. Ἐξέσας. Ἐξελεμβώρ. Ἐξεχέμεναι. Ἐξηπέτειπται. Ἐξίκορ. Ἐξοβάδια. Ἐπέναρ. Ἐπιγελασάρ. Ἐπιεπιτοῦτο. Ἐπικόκκουρος. Ἐπιπαίζειν. Ἐπίπλατορ. Ἐπίφορον. Ἐπώπιδες. Ἐπισφάσεται. Ἐριφιήματα. Ἔσαμεν. Ἐσίχναι. Ἐσκίδαμαι. Ἐφινίπται. Ἐφώδει. Ἔχει τέλος. Ζουέων. Ἡμιτύγια.

Ηνιοχαράτης. Θικέλιον. Θοραίειν. Θρῶναξ. Ιερόβατον, Ιηγορεῖν. Ιππάκη. Ιππετεῦμαι. Ιππόποεις. Ισφωεις, Καβάσι. Καθολικά. Κακιῶσαι. Κάκκη. Κακοδ(ζ)άβολος. Καλαμοτόπος. Καλαρῖνες. Καλλίαρ. Καμμένειν. Κανάδοκα. Κωνδόχα. Καρυήματα. Καρυσεῖναι. Κασαρνεῖς. Κασελατίσαι. Κασέρ(ι)ωον. Κασις. Κατάβαικα. Κατράγοντες. Καφά. Κεῖσα. Κιρα. Κίρρος. Κίττεορ. Κιττόν. Κλά. Κνασήειον. Κορυρ. Κοττάβινος. Κύαμα. Κραύγαρ. Κυβαΐζοντες. Κώλειρ. Λέκτρα. Λίγαναρ. Λισάνιος. Λογύειον. Λοῖκορ. Μακτρόν. Μακίσηρ. Μάκορ. Μεσοδόμα. Μίναρ. Μιργάβωρ, Μῦρκορ. Μῦρταρ. Μύθαρ. Μυρταλίς. Νέκυρ. Νίκορ. Νόη. Οπίσωρ. Οσερα. Ουδραίνει. Παγύαρ. Παιδικέωρ. Πανδίνωρ. Πάρτασον. Πᾶσον. Πέδδρα. Πέληρ. Πεειαγαγεῖν. Πίσορ. Ποινά. Πόρ. Πύρδαιον. Πυρέακος. Πραῶται. Πτελέα. Πυλτόν. Σαγήνη. Σαλαβάρ. Σαμινά. Σαρίρ. Σατιόραι. Σελίαρ. Σεμίαρ. Σιαλόρ. Σίαρ. Σίγη. Σιρία. Συμβυαδεῖ. Τετραῖον. Τίρ. Τυνή. Τῦτο. Τειάκις. Ψιθωμίαν. Ψοδίαν. Χέρ῾ρ᾽ονα. Plura item alia occurrunt ibi: quæ huic operi, suis locis, inseruimus. Sed & mensibus sua nomina: quorum ista observavi.

Αρτεμίσιος, qui Atheniensibus Ελαφηβολιὼν dicebatur. Thucydides, ubi de fœdere, inter Athenienses & Lacedæmonios inito, *lib.* v. Αρχει δὲ τῆς σπονδῶν ἔφορος Πλειστόλας, Αρτεμισίε μηνὸς τετάρτη φθίνοντος· ἐν δὲ Αθήναις ἄρχων Αλκαῖος, Ελαφηβολιῶνος μηνὸς ἕκτη φθίνοντος. *Sub tempus fœderis præsidebat ephorus Plistolas, Artemisii mensis desinentis die quarto; Athenis vero, archon Alcæus, mensis Elaphebolionis desinentis die sexto.*

Γεραίστιος. Idem Thucydides, *lib.* IV. Ταῦτα ξυνέθεντο Λακεδαιμόνιοι, καὶ ὡμολόγησαν καὶ οἱ ξύμμαχοι Αθηναίοις, καὶ τοῖς ξυμμάχοις, μηνὸς ἐν Λακεδαίμονι Γεραιστίε δωδεκάτῃ. *Hæc pacti sunt Lacedæmonii, & consenserunt socii Atheniensium, ac sociorum, mensis apud Lacedæmonios Geræstii die decimo sexto.*

Εκατομβεὺς. Eo mense Hyacinthia celebrata. Hesychius. Εκατομβεὺς. μὴν παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἐν ᾧ τὰ Υακίνθια. *Hecatombeus, mensis apud Lacedæmonios, in quem Hyacinthia incidebant.* Etiam ut videtur, Hecatombæa, de quibus jam ante dixi: unde & nomen inditum fuerit.

Καρνεῖος. Eo mense, propter multiplicia sacra, quæ fiebant, Lacedæmonii a militia abstinebant. Thucydides, *lib.* v. Καρνεῖος δ᾽ ἦν μήν. *Carneus vero mensis erat.* Et mox. Πρὸ τοῦ Καρνείε μηνός. *Ante mensem Carneum.* Ubi Scholiastes. Τοῦ Καρνείε πολλὰς ἔχοντος ἱερὰς ἡμέρας, ἢ καὶ πάσας ἱερὰς μᾶλλον, οὐκ ἐστρατεύοντο. *Etenim, cum Carneus mensis multos dies sacros habeat, immo fere universos, non militabant.* Meminit illius mensis & Euripides, in *Alceste.*

Σπάρτα κύκλος, ἀνίκα Καρνείε
Περνίσσεται ὥρα
Μηνός. ——
Spartæ orbis, quando Carnei
Circumit hora
Mensis. ——

Plutarchus, in *Nicia.* Ημέρα δ᾽ ἦν τετρὰς φθίνοντος τοῦ Καρνείε μηνός, ὃν Αθηναῖοι Μεταγειτνιῶνα προσαγορεύεσιν. *Erat vero dies quartus desinentis Carnei mensis, quem Athenienses Metagitnionem appellant.* Ubi observa, eundem fuisse cum Atheniensium Metagitnione: sicut Artemisius, quem jam dixi, cum Elaphebolione eorundem.

Φλιάσιος. Is mensis erat, quo jam fruges maturuerant. Stephanus, *in* Φλιοῦς. Λακεδαιμόνιοι δὲ, τῶν μηνῶν ἕνα Φλιάσιον καλοῦσιν. ἐν ᾧ τὰς τῆς γῆς καρπὰς ἀκμάζειν συμβέβηκε. *Lacedæmonii vero, unum e mensibus Phliasium vocant: quæ terræ fructus esse maturos contigit.*

Nec peculiaria vocabula habebant tantum, sed & nomina: ut dignosci inde possent. Discere licet ex Pausaniæ isto loco, in *Achaicis.* Ου Λακεδαιμόνιοι σαφῶς ὄντα ἠπίσαντο, καὶ ὅτῳ κυρᾶς, ἢ ὑποδημάτων, ἕνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ κατ᾽ ὄνομα, προσγένοιτο ὑπόνοια. *Quem Lacedæmonium certo esse scirent, vel ex tonsura, calceamentis, veste, & nomine, suspicarentur.* Et diserte Alcibiadis nomen Laconicum esse, docet Thucydides, *lib.* VIII. Ξυνέπρασσε γὰρ αὐτοῖς καὶ Αλκιβιάδης, Ενδίῳ ἐφορεύοντι πατρικὸς ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν. ὅθεν καὶ τὔνομα Λακωνικὸν ἡ οἰκία αὐτῶν κατὰ ξενίαν ἔσχεν. Ενδιος γάρ, Αλκιβιάδε ἐκαλεῖτο. *Adjuvabat enim eos etiam Alcibiades, qui Endio ephoro arctissimo amicitiæ hospitalis, quæ a patre inceperat, vinculo conjunctus erat. Unde & familia ipsorum, propter hospitium, nomen hoc Laconicum habuit. Endius enim, Alcibiadis filius dicebatur.* Ubi Scholiastes. Αλκιβιάδης, Λακωνικὸν ἦν ὄνομα. *Alcibiades, Laconicum nomen erat.* Denique Lacones ipsi universim, nomine peculiari, Ικτεὐκρατεῖς appellabantur. Hesychius. Ικτεὐκρατεῖς, Λάκωνες. *Icteucratenses, Lacones.*

CAP. IX.

Lacedæmonii, in principio, valde tenues; proditamque regionem occuparunt, cum tres tantum per id tempus ipsi urbes, sive quatuor, ut alii, possiderent, Hinc in partes sex divisam regionem sorte ducunt: unde etiam Λακεδαίμων *ea dicta, quasi* Λαχεδαίμων *quædam. Alia divisio, a diis facta: alia rursum, a Temeno, Cresphonte, & Aristodemi filiis: ac de ea Isocratis locus illustratus. Rursum alia divisio; inter Achæum, & Laconem, Lapathi filios. Quomodo vixerint, usque ad Lycurgi tempora; post quæ tandem principatum Græciæ obtinuerunt; ac pro tribus, quas initio possidebant, urbes centum habuerunt.*

INITIO Lacedæmonii urbes tantum tres tenebant; Bœum, Cytinium, & Erineum: hinc progressi, auctis viribus, Græciæ imperium obtinuerunt. Aristides, de iis loquens, *Orat. Leuctrica* II. Καὶ τὸ παλαιὸν, ἐκ μικρῶν κομιδῇ, καὶ φαύλων, πολισμάτων ὁρμηθέντες, Βοιοῦ, καὶ Κυτινίε. καὶ Ερινεοῦ, καὶ οὐδένων ὄντες σεμνότεροι, ἀλλὰ καὶ ἀγαπητῶς ἐλθόντες εἰς νῦν οἰκοῦσι, δι᾽ ἡμῶν πρῶτον μὲν Πελοποννήσε τὰς δύο μοίρας ἔσχον, Μεσσήνην ἀνελόντες· ἔπειτα πάσης τῆς Ελλάδος ἦρξαν, δυνάμεως κατὰ μικρὸν εὐπορήσαντες. *Et olim, cum ex parvis valde, iisque vilibus, oppidulis, Bœo, Cytinio, & Erineo, erupissent, neque ulla dignitate censerentur, sed & feliciter secum actum putassent, si venissent eum in locum, quem nunc habitabant, primo nostra opera Peloponnesi duas partes, eversa Messena, tenuerunt: hinc, paulatim auctis viribus, totius Græciæ principatum occuparunt.* Inde has urbes τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, *Lacedæmoniorum urbem matrem*, dicit Thucydides, *lib.* I. Φωκέων στρατευσάντων ἐς Δωριέας, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν, καὶ Κυτίνιον, καὶ Ερινεόν. *Cum Phocenses copias duxissent in Dorienses, in urbem Lacedæmoniorum matrem, Bœum, & Cytinium, & Erineum.* Et observa, urbes illas Doriensium fuisse. Marcianus Heracleota, in *sua Periegesi.*

Εξῆς δὲ τύτων Δωριεῖς μικρὰς πόλεις,
Ερινεὸν, Βοιόν τε, καὶ Κυτίνιον,
Αρχαιοτάτας ἔχουσι. ——
Postea Dorienses parvas urbes,
Erineum, Bœumque, & Cytinium,
Antiquissimas tenent. ——

Et, ecce, μικρὰς πόλεις dicit, *parvas urbes*, sicut μικρὰ κομιδῇ πολίσματα, *parva admodum oppidula*, Aristides, in *citatis statim verbis.* Strabo, quartam urbem addit, Pindum nomine, *lib.* IX. Οὗτοι μὲν ἦν (οἱ Δωριεῖς) εἰσιν οἱ τὴν τετράπολιν οἰκήσαντες,

ἣν φασιν εἶναι μητρόπολιν τῶν ἁπάντων Δωριέων· πόλεις δ' ἔχον, Ερινεὸν, Βοιὸν, Πίνδον, Κυτίνον. ὑπέρκειται δ' ἡ Πίνδος τοῦ Ερινεοῦ. *Igitur hi quidem (Dorienses) sunt illi, qui regionem, a quatuor urbibus Tetrapolin dictam, inhabitarunt, quam urbem matrem omnium Doriensium dicunt : urbes autem habebant, Erineum, Bœum, Pindum, Cytinium. Pindus vero, supra Erineum sita est.* Et ut parvas eas urbes, Marcianus, atque Aristides, dicunt ; ita & ipse, in sequentibus mox verbis. Τέως μὲν οὖν ἦσαν ἐν ἀξιώματι αἱ πόλεις, καίπερ οὖσαι μικραὶ, καὶ λυπρόχωροι, ἔπειτ' ὠλιγωρήθησαν. *Aliquandiu itaque eæ urbes in existimatione quadam erant, quamvis parvæ, & incommodo loco sitæ, postea eviluerunt.* Apparet autem, ex Thucydide, Marciano, & Strabone originem a Doriensibus trahere Lacedæmonios: quod & Dionysius Halicarnasseus dicit, *Antiquit. Rom.* lib. III. Μέγιστον, δὲ, καὶ φανερώτατον, τοῦ λόγου τοῦδε παράδειγμα ἡ Σπαρτιατῶν πόλις, οὐ τῶν ἄλλων μόνον ἀξιοῦσα ἄρχειν Ελλήνων, ἀλλὰ καὶ τοῦ Δωρικοῦ γένους, ὅθεν ἀπῳκίσθη. *Maximum vero, & illustrissimum, hujus, quod dico, est exemplum urbs Spartana: quæ non solum in cæteros Græcos, verum etiam Dorienses, a quibus originem ducit, imperium sibi vindicat.* Et huc pertinent ista Pindari *Isthm.* Od. VII.

Η Δωρίδ' ἀποικίαν ἡνίκ' ὀρθῷ
Εστασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων. ——
An Doricam coloniam quando recto.
Constituisti in talo
Lacedæmoniorum. ——

Solius Bœi meminit Pausanias: & plurali numero Bœas, genere feminino dicit, conditas e tribus urbibus, Elide, Aphrodisiade, atque Side. Vide eum, in *Laconicis*. Itaque Laconicum tandem occuparunt, Eurysthenes, & Patrocles, Heraclidæ, hanc prodente ipsis quodam, cui & propterea Amyclas urbem donavere; & acceptam, in sex partes diviserunt: ut videre est apud Strabonem, *lib.* VIII. Ac quod distributionem quidem attinet, ejus meminit etiam Stephanus: & ob illam quoque causam Λακεδαίμονα appellatam esse tradit. Λακεδαίμονα δὲ, οἱ μὲν ἀπὸ Λακεδαίμονος· ἢ, ὅτι, μετὰ τὴν Ηρακλειδῶν κάθοδον, συνθεμένον κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν, τὸν λαχόντα πρώτην ταύτην λαβεῖν, καὶ Λακεδαίμονα κληθῆναι. *Lacedæmonem vero, quidam a Lacedæmone dictam: alii, quod post reditum Heraclidarum, qui inter se sorte eam distribuere constituerant, is qui primus, sorte ducta, accepisset, Lacedæmonem appellasset.* Paulo plenius Eustathius, *ad Iliad.* β΄. Η μὲν Λακεδαίμωνος ὠνώμασαι. ἢ, διότι συνθέμενοι κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν Ηρακλεῖδαι, ἐποίησαν οὕτω· καὶ ὁ λαχὼν πρῶτος, λαβὼν ταύτην, ἐκάλεσεν ἀπὸ τοῦ πράγματος. ὅθεν Λαβεδαίμων, ἢ Λαχεδαίμων, διότι ἀγαθῷ δαίμονι, τουτέστι τύχῃ, ταύτην ἔλαβεν ὁ λαβὼν, ἢ ἔλαχεν ὁ λαχών. καὶ τροπῇ τοῦ β, ἢ τοῦ χ, εἰς κ, Λακεδαίμων. Ecce, dicta Λακεδαίμων, quasi Λαβεδαίμων quædam, aut Λαχεδαίμων, quod accepta sorte esset. Ac postremum, etiam affirmat Auctor Etymologici; & divisionem aliam, a diis ipsis institutam, nobis tradit. Λακεδαίμων, πόλις, Λαχεδαίμων τις οὖσα. ἐν αὐτῇ γὰρ οἱ θεοὶ πρῶτοι ἔλαχον, καὶ ἐκληρώσαντο τὰς πόλεις. *Lacedæmon, urbs, quasi Lachedæmon quædam. nam in ista sortem dii super urbibus miserunt.* Sed diversa est sortitio, quam Apollodorus refert, *lib.* II. ubi de Argolica, Laconicaque, & Messenia, sortem inter se misisse refert, Cresphontem, Temenum, & Aristodemi filios, Eurysthenem, & Proclem, qui Patrocles est Straboni, aliisque. Estque ea distributio illa ipsa, cujus meminit Isocrates, in *Panathenaica sua*, istis verbis. Επεὶ δὲ πρὸς Αργείους, καὶ Μεσσηνίους τὴν χώραν διείλοντο, καθ' αὑτοὺς ἐν Σπάρτῃ κατῴκησαν. *Postquam autem cum Argivis, & Messeniis, regionem divisissent, Spartam ipsi inhabitarunt.* Plene etiam, ac distincte, literis prodit Polyænus, *lib.* I. meminitque item Plato, lib. *De Leg.* III. Isocrates rursus, in *Archidamo*, Pausanias, in *Messenicis*, & Scholiastes Pindari, *ad Isthm.* VII.

Alia rursum est divisio, inter Lapathi filios, Achæum, & Laconem, facta: de qua hæc Cedrenus memorat. Εν τοῖς αὐτοῖς χρόνοις τῶν Κριτῶν, ἐβασίλευσε τῆς Εὐρώπης ὁ Λάπαθος. ἔσχε δὲ δύο υἱοὺς, Αχαιὸν, καὶ Λάκωνα. τελευτήσαντος δὲ τοῦ πατρὸς, εἰς δύο κατεμερίσθη ἡ ἀρχή. ὁ τοίνυν Λάκων, τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν, Λακωνικὴν ἐκάλεσεν. *Illis ipsis Judicum temporibus, regnum Europæ tenuit Lapathus. Habuit vero filios duos. Achæum, & Laconem : inter quos, defuncto patre, distributus principatus, ac Laco quidem, dimidiam regionem nactus, Laconicam dixit.*

Sed, ut ad Heraclidarum distributionem redeam, ii ipsi, sic Laconica potiti, ut jam dixi, cum honeste usque ad Lycurgi tempus hic vixissent, & remp. ei suam ordinandam permisissent, mox ad Græciæ principatum pervenerunt. Strabo, *libro citato*. Οἱ δὲ, κατασχόντες τὴν Λακωνικὴν, κατ' ἀρχὰς μὲν ἐσωφρόνουν, ἐπεὶ δὲ Λυκούργῳ τὴν πολιτείαν ἐπέτρεψαν, τοσοῦτον ὑπερεβάλλοντο τοὺς ἄλλους, ὥστε μόνοι τῶν Ελλήνων καὶ γῆς καὶ θαλάττης ὑπῆρξαν. *Hi vero, cum Laconicam occupassent, recte quidem ipso ab initio agebant vitam, sed, Lycurgo cum rempublicam permisissent, tanto inde alios post se intervallo reliquerunt, ut imperium terra pariter marique soli e Græcis obtinuerint.* Adeo crevere autem, ut pro tribus, quas initio possedisse eos dixi, urbes centum numerarunt, ideoque, pro salute earum, sacra, quæ vocabant Εκατόμβαια, diis facerent. Eustathius, *in Dionysium*. Εκατόμπολις δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Λακωνικὴ, καθὰ καὶ ἡ Κρήτη, λέγεται. διὸ καὶ ἑκατόμβαια ἐκεῖ ἐθύετο, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν τοσούτων πόλεων. *Centum autem olim urbes Laconica habuit, ut & Creta. qua de causa etiam sacra hecatombæa illic facta, sive centum bobus dicas, pro salute totidem urbium.* Itaque sæpe apud Stephanum observare est, ubi urbis alicujus Laconicæ mentionem facit, πόλις Λακωνικὴ, μία τῶν ἑκατόν. *Urbs Laconica, una de centum.* Verum, tempore Strabonis, qui Tiberio imperante adhuc vivebat, vix triginta reliquæ erant. Indicant id ejus verba, *lib.* VIII. Πλὴν τῆς Σπάρτης, αἱ λοιπαὶ πολίχναι τινές εἰσι, περὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. τὸ δὲ παλαιὸν, ἑκατόμπολιν φασιν αὐτὴν καλεῖσθαι. καὶ τὰ ἑκατόμβαια διὰ τοῦτο θύεσθαι παρ' αὐτοῖς κατ' ἔτος. *Præter Spartam, reliqua sunt oppidula quædam, circiter triginta numero. antiquitus vero, a centum urbibus, hecatompolin dictam tradunt : ideoque sacra item hecatombæa centum bobus annis singulis fecisse.* De sacris vero istiusmodi, quia plura supra dixi, *lib.* II. *cap.* XIV. hic nil addam. Quod vero ad Græciæ principatum attinet, est Demosthenis de eo locus iste, in Orat. *De Corona*. Υμεῖς τοίνυν, ὦ ἄνδρες Αθηναῖοι, Λακεδαιμονίων γῆς, καὶ θαλάττης, ἀρχόντων, καὶ τὰ κύκλῳ τῆς Αττικῆς κατεχόντων ἁρμοσταῖς, καὶ φρουραῖς, Εὔβοιαν, Τάναγραν, τὴν Βοιωτίαν ἅπασαν, Μέγαρα, Αἴγιναν, Κλεωνὰς, τὰς ἄλλας νήσους, οὐ ναῦς, οὐ τείχη, τῆς πόλεως τότε κεκτημένης, ἐξήλθετε εἰς Αλίαρτον. *Vos igitur, Athenienses, cum Lacedæmonii terra, marique, principatum obtinerent ; & undique finitima Atticæ loca harmostis, ac præsidiis, Eubœam, Tanagram, Bœotiam totam, Megara, Æginam, Cleonas, cæterasque item insulas, sua in potestate haberent ; & nec naves urbi essent, neque mœnia ; ad Aliartum egressi estis.*

CAP. X.

Principatum quam diu tenuerint. Diodorus, & Isocrates, inter se conciliati. Plutarchi locus restitutus. Ut autem potentes terra longo tempore fuere, ita mari sibi imperium sero admodum paraverunt, de consilio profugi istic Alcibiadis: sed non diu tenuerunt; & exuti a Conone, pugna ad Cnidum navali. Græciæ vero ita domini fuerunt, ut non totam in potestate eam haberent, liberis Athenienfibus: quibus victis, absolutum principatum solum per decennium obtinuere. Isocratis locus illustratus. Post amissum imperium maris, mox & terræ amiserunt. Dionysius Halicarnasseus, & Demosthenes, illustrati.

AC tenuere principatum ad quingentos fere annos; cum, commissa ad Leuctra pugna, infeliciter prœliantes amiserunt, Olymp. CII. anno II. Vide Diodorum Siculum, in illius anni rebus, *libro* XV. Atque tempus principatus, idem Diodorus docet, *libro eodem*, in Olympiadis memoratæ anno primo. Επὶ δὲ τούτων, Λακεδαιμονίων ἔτη σχεδὸν πεντακόσια τῆς Ελλάδος ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν, τὸ θεῖον προεσήμαινεν αὐτοῖς τῆς ἀρχῆς τὴν ἀποβολήν. *Eo tempore, cum quingentis fere annis principatum Græciæ Lacedæmonii tenuissent, fore, ut amitterent illum, deus ipsis præsignificavit.* Et mox iterum, in Olympiadis ejusdem anno quarto. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι πεντακόσια ἔτη τὴν Λακωνικὴν τετηρηκότες ἀπόρθητον, τότε θεωροῦντες δηουμένην ὑπὸ τῶν πολεμίων, οὐκ ἐκαρτέρουν. *Lacedæmonii vero, qui per quingentos annos Laconicam a populatione immunem conservaverant, nunc ab hoste devastatam conspicati, non perferre ultra poterant.* Eadem dicit, in *proœmio* ejusdem libri. Plutarchus, in *Instit. Lac.* Τοῖς μὲν οὖν Λυκούργου χρωμένη νόμοις ἡ πόλις, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμείνασα, ἐπρώτευε τῆς Ελλάδος, εὐνομίᾳ, καὶ δόξῃ, χρόνον ἐτῶν πεντακοσίων. *Itaque, Lycurgi quidem legibus utens urbs, atque jusjurandum servans, princeps Græciæ fuit, bonis legibus, gloriaque quingentorum annorum spatio.* Ab Eurysthenis vero tempore, qui Eurystheus aliis dicitur, & Patroclis, sive Proclis, (nam utroque modo scribitur apud Auctores,) qui Laconicæ primi reges, ex Heraclidarum genere, memorantur, ad cladem Leuctricam, qua convulsus principatus, anni, supra septingentos, triginta & unus computantur: uti observare licet apud Eusebium. Recte itaque Isocrates, in Oratione *De Pace*. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ταύτην τὴν δύναμιν εἰ παρέλαβον, εὐδαίμονας ἂν καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ σφᾶς αὐτοὺς, ἐποίησαν. πολὺ γὰρ θᾶττον ἐν ἐκείνοις ἐδείξατο τὴν φύσιν τὴν αὑτῆς. τὴν γὰρ πολιτείαν, ἣν ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὐδεὶς οἶδεν οὔθ' ἀπὸ κινδύνων, οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν, κινηθεῖσαν, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ σαλευθῆναι, καὶ λυθῆναι, παρὰ μικρὸν ἐποίησεν. *Lacedæmonii vero, si hanc potestatem suscepissent, & alios, & semetipsos, felices reddituri fuissent. Nam, quod suum esset ingenium, in illis celerius multo declaravit. Quam enim rempublicam septingentorum annorum spatio nullus neque bellis, nec calamitatibus aliis, labefactatam esse noverat, eam exiguo tempore sic concussit, ut parum abesset, quin funditus everteretur.* Et in *Archidamo*. Τὴν γὰρ δόξαν, ἣν ἡμῖν οἱ πρόγονοι μετὰ πολλῶν κινδύνων ἐν ἑπτακοσίοις ἔτεσι κατέλιπον, ταύτην ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πείθουσιν ἡμᾶς ἀποβαλεῖν. *Gloriam enim, quam nobis majores nostri multis cum periculis per annos septingentos partam reliquerunt, hanc ut tempore exiguo abjiciamus, persuadere nobis cupiunt.* Plutarchus, sexcentos dicit, in *Agesilai Vita*. Ην μὲν δὴ χρόνος οὐκ ἐλάττων ἐτῶν ἑξακοσίων, ἀφ' οὗ κατῴκουν τὴν Λακεδαίμονα Δωριεῖς. ἐν δὲ τούτῳ ἅπαντι, τότε πρῶτον ὤφθησαν ἐν τῇ χώρᾳ πολέμιοι, πρότερον δὲ οὐδεὶς ἐτόλμησεν. *Erat autem tempus*

A *non minus sexcentorum annorum, ex quo Laconicam Dorienses obtinuerant: quo universo, hostis tum demum in eorum regione est conspectus; neque ante quispiam illud ausus fuerat.* Verum emendandum censeo; & scribendum, ἐτῶν ἑπτακοσίων, *annorum septingentorum*. Temere librarii, ut solent sæpe, numeros X. & Ψ'. inter se confuderunt. Verum de Lacedæmoniorum regno, per occasionem istam, emendandus venit Petrus Damianus, *lib.* VII. *epist.* III. *Assyriorum regnum, & Lacedæmonum, aliarumque gentium, per definita temporum spatia se tenuerunt: nec diutius præfixit diuturnitatis terminum, sicut eorum testantur annales, excedere potue-*
B *runt.* Haud leviter corrupta verba, sic restituo, *nec divinitus præfixæ diuturnitatis terminum.*

Terræ vero principatum, ut ostendi, diutissime tenuerunt; maris autem, sero tandem paraverunt: id suadente Alcibiade. Hoc Isocrates nos docet, in Oratione sua *ad Philippum*. Λακεδαιμονίους δὲ, τοὺς τότε δόξαντας εὐτυχεῖν, εἰς τὰς νῦν ἀτυχίας διὰ Ἀλκιβιάδην καθεστάναι. πεισθέντες γὰρ ὑπ' αὐτοῦ τῆς κατὰ θάλατταν δυνάμεως ἐπιθυμῆσαι, καὶ τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν. *Lacedæmonios vero, qui eo tempore florere videbantur, in hæc mala, cum quibus nunc conflictantur, ab Alcibiade conjectos esse.*
C *cum enim, persuasi ab eo, imperium maris concupissent, etiam terræ principatum amiserunt.* Idque factum, cum ad ipsos profugisset, post navalem ad Oropum cum Athenienfibus pugnam, Olymp. XCII. anno I. uti testis Diodorus Siculus, *lib* XIII. Et ut sero acquisiverant, sic nec diu tenuerunt: & exuti post navalem itidem pugnam, qua ad Cnidum cum Conone decertarunt. Isocrates, *Oratione* jam *citata*, de Conone verba faciens. Ηλπισε, Λακεδαιμονίους καταπολεμήσειν. ἄρχοντας τῶν ἄλλων Ελλήνων καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν· καὶ ταῦτα, πέμπων ὡς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς, ὑπισχνεῖται ποιήσειν. καὶ τί δεῖ πλείω λέγειν; συστάντος γὰρ αὐ-
D τῷ ναυτικοῦ περὶ Κνίδον, νικήσας τῇ ναυμαχίᾳ, Λακεδαιμονίους μὲν ἐξέβαλεν ἐκ τῆς ἀρχῆς, τοὺς δ' ἄλλους Ελληνας ἠλευθέρωσε. *Speravit, se Lacedæmonios bello superaturum, qui cæteris Græcis terra marique imperabant: & hæc, missis ad regis duces literis, se confecturum pollicetur. Ac quid pluribus est opus? coacta circa Cnidum classe, & navali pugna victor, Lacedæmoniis quidem imperium eripuit, cæteros vero Græcorum in libertatem vindicavit.* Æmylius Probus, sive est Cornelius Nepos, in *Conone*: *Conon apud Cnidum (Lacedæmonios) adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Qua victoria non solum Athenæ, sed etiam cuncta Græcia, quæ sub Lacedæmoniorum fuerat imperio, li-*
E *berata est.* Meminere & Demosthenes, Orat. *in Leptinem*, & Aristides, sub finem *Rhodiacæ*. Accidit autem, Olympiadis XCVI. anno II. Diodorus, in illius anni rebus, ubi de hac pugna agit, *lib.* XIV. Καὶ Λακεδαιμόνιοι μὲν ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου τὴν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν ἀπέβαλον. *Ac Lacedæmonii quidem ex hoc tempore maris imperium amiserunt.* Mox tamen, quadriennio post, vendicare iterum instituerunt, Olympiadis insequentis XCVII. anno itidem II. ut in ejus anni rebus idem Diodorus refert, in *libro eodem*. Denique & illud hic est admonendum: quantumvis Græciam Lacedæmonii tenuisse referantur, excipiendos tamen esse Athenienses, qui remp. sibi suam habuerunt: donec tandem, bello Peloponnesiaco ab iis victi, in
F ipsorum potestatem sunt redacti; & in ea per decennium, post quod iterum libertatem vindicaverunt, permansere. ita ut, totius Græciæ principatum annos tantum decem eos tenuisse, vere dicere quisquam possit. Atque sic intelligendus est Isocrates, in *Panathenaica sua*. Μάλιστα μὲν ἐντεῦθεν ἄν τις δυνηθείη κατιδεῖν, ὅσῳ μετριώτερον, καὶ

πρᾳότερον, ἡμεῖς τῶν πραγμάτων ἐπεμελήθημεν· δεύτερον δὲ, ἐκ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος. Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεστάτησαν αὐτῶν, ἡμεῖς δὲ πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ἀρχήν. *Inprimis igitur hinc perspicere quispiam possit, quanto nos moderatius, & clementius, omnia gesserimus: secundo vero, ex eo etiam, quod dicetur. Spartani enim, vix imperium annos decem tenuerunt: nos autem, continuos quinque & sexaginta.* Andocides, jam ante bellum Peloponnesiacum principatum istum tribuit. Ecce verba, in *Orat.* III. Πρῶτον μὲν Λακεδαιμονίοις, οἵτινες, ἀρχόμενοι ὑμῖν, καὶ τοῖς συμμάχοις, πολεμεῖν, ἦρχον καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν. *Primum quidem Lacedæmoniis, qui, cum bellum contra vos, & socios vestros, inceptarent, mari, ac terra, principatum obtinebant.* De eorum principatu, sunt & Vegetii quoque verba, *lib.* III. *cap.* I. *Lacedæmonios ante Macedonas rerum potitos, prisci testantur annales.* Amisso autem imperio maris, mox & terræ amiserunt: nempe clade ad Leuctra accepta, sicut ante memoravi. Itaque Isocrates etiam vere dicit, in Oratione sua *ad Philippum*, in citatis ante verbis, quibus, suasu Alcibiadis, maris eos principatum affectasse nobis refert. Πεισθέντες γὰρ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ὑπ' αὐτοῦ τῆς κατὰ θάλατταν δυνάμεως ἐπιθυμῆσαι, καὶ τὴν κατὰ γῆν ἡγεμονίαν ἀπώλεσαν. *Persuasi enim (Lacedæmonii) ab ipso (Alcibiade) ut imperium maris cuperent, etiam terræ principatum amiserunt.* Et Aristides, Orat. *De Concordia*. Εἶχον δὲ τὴν ἀρχὴν ἑκατέραν ἤδη Λακεδαιμόνιοι. καὶ, χρόνου βραχέος διελθόντος, ἐξέπιπτον μὲν ἐκ τῆς θαλάττης, κατεπατοῦντο δὲ ἐν τῇ γῇ. *Cum deinde utrunque jam imperium Lacedæmonii possiderent, paullo post & mari quidem exciderunt, & in terra conculcati sunt.* Post quam autem imperio maris exciderunt, terra quoque, sicut dixi, principatum haud multo post tenuere, cum ad Leuctra depugnarunt: suntque a belli Peloponnesiaci fine, ad hanc pugnam, anni tantum triginta quatuor. Computentur Olympiades, & invenietur veritas. Firmat Clemens, qui præcise id tempus dicit, *Strom.* I. Ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἔτη τεσσαρακονταοκτώ· καὶ ἐπὶ τὴν κατάλυσιν, καὶ Ἀθηναίων ἧτταν, ἔτη εἰκοσιεπτά καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, ἔτη τριακοντατέσσαρα. *Ad principium belli Peloponnesiaci, anni quadraginta octo: & ad finem, ac Atheniensium cladem, anni viginti septem; & ad pugnam Leuctricam, anni triginta quatuor.* Et hoc erit illud tempus, quod respexit Dionysius Halicarnassensis; cum vix per triginta annos principatum illos tenuisse dicat. Ecce verba, quæ sic habent, *libro* I. Λακεδαιμόνιοι δὲ, Πελοποννήσου καὶ τῆς ἄλλης κρατοῦντες Ἑλλάδος, ἕως Μακεδονίας τὴν ἀρχὴν προβιβάσαντες, ἐπαύθησαν ὑπὸ Θηβαίων, οὔτε ὅλα ἔτη τριάκοντα τὴν ἀρχὴν κατασχόντες. *Lacedæmonii vero, Peloponnesum, ac reliquam Græciam, in potestate habentes, imperium usque ad Macedoniam provexerunt: sed exuti a Thebanis, postquam illud annos non totos triginta tenuissent.* Verum errat, neque calculum satis accurate ponit: nam sunt anni integri triginta quatuor, ut ostendi. Rectius Suidas, *in* Ἀσσυρίων ἀρχή. Λακεδαιμόνιοι δὲ, Πελοποννήσου, καὶ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος, κρατοῦντες ὅλα τριάκοντα ἔτη, ἐπαύθησαν ὑπὸ Θηβαίων. *Lacedæmonii vero, cum Peloponnesi, ceteræque item Græciæ, principatum per triginta totos annos tenuissent, a Thebanis sunt exuti.* Demosthenes tamen, cum Dionysio, annos tantum viginti novem his attribuit, *Philippica* III. Προστάται μὲν ὑμεῖς, ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ τρία τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε· προστάται δὲ, τριάκοντα ἑνὸς δέοντα, Λακεδαιμόνιοι. *Principes vero Græcorum vos fuisse annis septuaginta tribus; principes item fuerunt Lacedæmonii annis novem & viginti.* Sed Demosthenes videtur computare tempus suum usque ad Cadmeam captam a Pelopida: quod ruinæ principatus Lacedæmoniorum initium, ut sequenti capite doceo. Etenim, a Cadmea capta, ad pugnam Leuctricam, anni quinque intercessere, ac jam sextus vertebatur. itaque, si de triginta quatuor annis demas quinque, erunt hi viginti novem, quos Demosthenes constituit: quem secutus Dionysius, haud totos triginta annos, nobis dicit. Atque sic conciliandum hoc dissidium Auctorum maximorum.

CAP. XI.

Principatus, post pugnam Leuctricam amissus: ejusque rei fundamentum, capta Thebanorum arce, a Pelopida pridem jactum. Summa Antigoni humanitas; qui rempublicam, & avitas leges, reddidit. Varia fortuna eorum, a clade Leuctrica, usque ad Nabidis tyrannidem.

ERGO ut dixi, pugna ad Leuctra cum Thebanis, quorum dux Epaminondas, maris pridem amisso imperio, etiam terræ principatum amiserunt, Olymp. CII. anno II. ut jam ante ex Diodoro memoravi. Hoc autem factum prædicat ipse insectanti Meneclidæ, apud Cornelium Nepotem, in *Vita sua*. *Quod me Agamemnonem æmulari putas, falleris. namque ille, cum universa Græcia, vix decem annis unam cepit urbem; ego contra, ex una urbe nostra, dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.* Breviter Strabo, *lib.* VIII. Διετέλεσαν δὲ (οἱ Λακεδαιμόνιοι) ἄρχοντες τῶν Ἑλλήνων, ἕως ἀφείλοντο αὐτοὺς τὴν ἡγεμονίαν Θηβαῖοι, καὶ μετ' ἐκείνους εὐθὺς Μακεδόνες. *Tenuere autem (Lacedæmonii) principatum Græcorum, donec ipsis Thebani eripuerunt, & post illos mox Macedones.* Et Epaminondas quidem ut omnino principatu hos evertit, sic Pelopidas, capta Cadmea, Thebanorum arce, fundamenta ruinæ jecit: uti recte observatum a Cornelio Nepote, in *Pelopida*: *Hi enim non magis adversariorum factioni, quam Spartanis, eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ. quorum imperiosa majestas, neque ita multo post Leuctricam pugnam, ab hoc initio perculsa cecidit.* Plutarchus ad eundem modum, in *Pelopida eodem*. Ἐνδοξοτέραν δὲ ταύτην ἐποίησεν ἡ μεταβολὴ τῶν πραγμάτων. ὁ γὰρ, καταλύσας τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, καὶ παύσας ἄρχοντας αὐτοὺς γῆς τε καὶ θαλάττης, πόλεμος ἐξ ἐκείνης ἐγένετο τῆς νυκτὸς, ἐν ᾗ Πελοπίδας, οὐ φρούριον, οὐ τεῖχος οὐκ ἀκρόπολιν καταλαβὼν, ἀλλ' εἰς οἰκίαν δωδέκατος κατελθὼν, εἰ δεῖ μεταφορᾷ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, ἔλυσε, καὶ διέκοψε, τοὺς δεσμοὺς τῆς Λακεδαιμονίων ἡγεμονίας ἀλύτους, καὶ ἀῤῥήκτους, εἶναι δοκοῦντας. *Illustriorem vero hanc conversio rerum fecit. nam bellum illud, quod dignitatem Spartæ evertit, & imperium terræ, ac maris, excussit, ex ea est enatum nocte, qua Pelopidas, sine præsidio, muris, arce, duodecimus domum regressus, si metaphora veritatem dicere licet, dissolvit, ac diffregit, principatus Lacedæmoniorum vincula, quæ haud solvi, aut frangi, posse censebantur.* Estque id factum Olympiadis centesimæ anno tertio: ut videre est apud Diodorum, in ejus anni rebus gestis, *lib.* XV. Post Thebanos vero, duce Epaminonda, eripuere mox Macedones, duce Antigono. Illud est, quod Strabo dicit, in *citatis* statim *verbis*. Ἀφείλοντο αὐτοὺς Θηβαῖοι, καὶ μετ' ἐκείνους εὐθὺς Μακεδόνες. *Eripuere ipsis principatum Thebani, & post illos mox Macedones.* Ac Macedones quidem mox eripuere; duce, ut dixi, Antigono: qui, Cleomene rege victo, & fugato, urbem cepit, ac restituit libertati. Vide rem prolixe omnem enarrantem Polybium, *lib.* II. & Plutarchum, in *Cleomene*. Et is quidem, quod jam dixi, urbi captæ libertatem suam reddidit. Polybius, *libro citato*: Ἀντίγονος δὲ, ἐγκρατὴς

A γενόμενος ἐξ ἐφόδου τῆς Σπάρτης, τά τε λοιπὰ μεγαλοψύχως, καὶ φιλανθρώπως, ἐχρήσατο τοῖς Λακεδαιμονίοις, τό, τε πολίτευμα τὸ πάτριον αὐτοῖς καταστήσας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἀνέζευξε μετὰ τῶν δυνάμεων ἐκ τῆς πόλεως. *Antigonus, repentina invasione potitus Sparta, tum in cæteris magno animo, & humaniter, erga Lacedæmonios sese gessit, tum avitam reip. formam illis reddidit, & cum copiis urbe paullo post excessit.* Et *lib.* v. Ἀντίγονος, ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο, καὶ τῆς Σπάρτης. αὐτός τε, ὢν κύριος ὅ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὥστ' B ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκίαν ἀπηλλάγη. *Antigonus, post devictum acie Cleomenem, cum Lacedæmoniorum regem compulisset solum vertere, ipsam quoque in potestate Spartam habuit. Erat tunc in ejus manu, tam de urbe, quam urbanis, quicquid vellet, constituere. ille vero, tantum abfuit, uti male victis faceret, ut e contrario patrias leges, atque libertatem, ipsis restituerit; maximaque Lacedæmoniis beneficia, publice pariter ac privatim, contulerit, atque domum sic redierit.* Plutarchus, in *Cleomene*, quem citavi. Ὁ δὲ Ἀντίγονος, ἐξ ἐφόδου παραλαβὼν τὴν πόλιν, C καὶ χρησάμενος τοῖς Λακεδαιμονίοις φιλανθρώπως, καὶ τὸ ἀξίωμα τῆς Σπάρτης οὐ προπηλακίσας, οὐδ' ἐνυβρίσας, ἀλλὰ καὶ νόμους, καὶ πολιτείας, ἀποδοὺς, καὶ τοῖς θεοῖς θύσας,

A ἀνεχώρησεν ἡμέρᾳ τρίτῃ. *Antigonus vero, impressione facta, postquam urbem in potestatem redegisset, habitis humaniter Lacedæmoniis, nec ludibrio Spartæ dignitatem habuit, nec ei insultavit: verum, legibus & republica illis reddita, postquam sacra diis fecisset, die tertio recessit.* Summatim totum eorum statum, ac fortunam, a clade Leuctrica ad tyrannidem usque Nabidis, tradit Polybius, *lib.* IV. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν, ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας καλλίστῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίστην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὐτῆς ἐπὶ τἀναντία τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης, τέλος πλείστων μὲν πόνων, καὶ στάσεων B ἐμφυλίων, πεῖραν εἶχον. πλείστοις δ' ἐπήχθησαν ἀναδασμοῖς, καὶ φυγαῖς. πικροτάτης δὲ δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος. οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοὔνομα δυνηθέντες ἀνασχέσθαι ῥᾳδίως αὐτῆς. *Lacedæmonii itaque, qui post latas a Lycurgo leges pulcherrima reip. forma usi fuerant, maximamque potentiam, ad pugnam usque Leuctricam, obtinuerunt, postquam fortuna ipsis in contrarium verterat, cœpitque eorum resp. indies magis magisque retro sublabi, & in pejus ferri; ad extremum ærumnas plurimas, seditionesque intestinas, sunt experti; repetitis agrorum divisionibus, & exiliis, sæ-* C *pissime sunt agitati: arcebissimam denique servitutem servierunt ad tyrannidem Nabidis usque: qui tamen tyrannidis ne nomen quidem ipsum fere olim poterant.*

JOANNIS MEURSII
MISCELLANEORUM LACONICORUM
LIBER IV.

CAP. I.

Urbes Laconicæ: ac de iis proprium Polemonis Iliensis Opus. Achæa Paracyparissia. Achillis portus. Acriæ: ubi Matris deum fanum; & e marmore simulacrum, totius Peloponnesi antiquissimum. Livius correctus. Ægys: a regibus, Archelao, & Charilao, deleta. Polybii locus emendatus. Inter limitaneas sita, versus Arcadiam: & Carystus, in ejus territorio locus, vino nobilis. Lycophroni lectio antiquissima restituta. Æpea. Æthæa. Alagonia: ubi fana, Bacchi, & Dianæ. Amathus, quæ & Psamathus.



RELIQUUM est, ut urbes dicam: quas fuisse olim centum, supra docui. Proprium de illis Opus, Polemon Iliensis scripsit; uti nobis Suidas tradit, istis verbis. Πολέμων, Εὐηγέτου, Ἰλιεύς· ἔγραψε Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. *Polemon, Euegeti filius, Iliensis: scripsit De urbibus Laconicæ.*

Inter eas, *Achæa Paracyparissia*. Meminit Pausanias; &, ruinas ejus tantum suo tempore exstitisse, nobis tradit.

Achillis portus. Scylax, in *Periplo*. Λακεδαίμων, ἔθνος· καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσὶν αἵδε, Ἀσίνη, Με- D θώνη, Ἀχίλλειος λιμήν. *Lacedæmon, populus: & urbes ejus istæ, Asine, Methone, Achillis portus.*

Acriæ, urbs Eleutherolaconum: ut Pausanias testatur, in *Laconicis*. Erat autem Matris deum illic fanum: & e marmore simulacrum, quo non aliud antiquius in Peloponneso tota censebatur. Pausanias. Ἐπὶ θαλάσσης πόλις ἐστὶν Ἀκριαί. θέας δὲ αὐτόθι ἄξια, μητρὸς θεῶν ναὸς, καὶ ἄγαλμα λίθου. παλαιότατον δὲ φασὶ τοῦτο εἶναι οἱ τὰς Ἀκριὰς ἔχοντες, ὁπόσα τῆς θεοῦ ταύτης Πελοποννησίοις ἱερά ἐστι. *Ad mare sita urbs Acriæ. Illic, quæ spectentur, digna, Matris deum ædes, & e marmore signum. Et hoc quidem* E *operum omnium, quæ apud Peloponnesios exstant, deæ huic dicata, vetustissimum esse, prædicant qui Acrias incolunt.* Emendandus leviter Livius, lib. XXXV. *Tertia parte copiarum ab obsidione Gythei abducta, ad Pleias castra posuit. Imminet is locus & Leucis, & Acris.* Hodie editur, minus recte, *Leucis, & Acris*. Ptolemæo, Ἀκρεία scribitur, *Geogr.* lib. III. Meminere ejus urbis etiam, Polybius, *lib.* V. & Strabo, *lib.* VIII. Non recte vir doctus Polyæno Ἀκρεῖ dici arbitratur, *lib.* III. sine dubio locum respiciens, qui in primo *strategemate Demosthenis* exstat, ubi de Pylo agit. quippe ἄκρα illi *promontorium* vertendum fuerat, & non, *Acra*, tanquam F urbis alicujus nomen proprium.

Ægys. Stephanus. Αἴγυς, πόλις Λακωνική, ὡς Εὐφορίων· οἱ πολῖται, Αἰγῦται, ὡς Παυσανίας. *Ægys, urbs Laconica, ut Euphorion: cives, Ægytæ, ut Pausanias.* Deleta fuit a regibus Archelao, &

Charilao. Pausanias. Αγησιλάυ δὲ παῖς, Αρχέλαος· ἐπὶ τέτε Λακεδαιμόνιοι, πολέμῳ κρατήσαντες πόλιν τῶν περιοικίδων, ἠνδραποδίσαντο Αἴγυν, ὡς οἱ Αἰγῦται φρονῶσι τὰ Αρκάδων. Χαρίλαος δὲ, ὁ τῆς ἑτέρας οἰκίας βασιλεὺς, συνεξεῖλε μὲν καὶ Αρχελάῳ τὴν Αἴγυν. *Agesilai vero filius, Archelaus fuit. Hoc regnante, Lacedæmonii, urbem Ægyn, unam ex limitaneis, bello subactam exiderunt; Ægytas in Arcades propendere suspicati. Charilaus vero, rex alterius familiæ, Archelaum in evertenda Ægy juvit.* Cives, Αἰγῦται, *Ægytæ*, dicebantur: ut diserte Stephanus docet; & Pausanias, in *citatis* statim *verbis*, quæ Stephanus sine dubio respexit. Itaque Αἰγῦτιν χώραν, *Ægytin regionem*, non Αἰγίτιν *Ægitin*, scribi debet apud Polybium, *lib.* II. Præterea, in Pausaniæ *verbis* observandum, inter limitaneas fuisse urbes, & Arcadiam versus sitam. quod cognosci potest etiam ex Stephano, *in* Καρυςὸς, istis verbis. Ἐςι καὶ Καρυςὸς, τόπος τῆς Αἴγυος, πρὸς Αρκαδίαν. *Est & Carystus, locus Ægyis, versum Arcadiam.* Item ex Strabone, *lib.* X. Καρυςὸς δὲ, ἐςι καὶ ἐν τῇ Λακωνικῇ, τόπος τῆς Αἴγυος, πρὸς Αρκαδίαν. *Carystus vero, etiam est in Laconica, locus Ægyis, versus Arcadiam.* Unde illud quoque discas; locum in subjecto ei agro fuisse, quem Carystum appellabant. Civis ejus, non Αἰγύτης est Lycophroni, verum Αἴγυος.

> Καὶ πάντα τλήσεθ' εἵνεκ' Αἰγύας κυνός.
> *Et omnia feret. Ægyæ canis causa.*

Hodie editur, Αργείας κυνὸς, *Argivæ canis*. Sed priorem lectionem ut putemus veram esse, facit Stephanus, qui hanc nobis repæsentat. Vide eum, ubi de hac urbe agit.

Æpea. Stephanus. Αἴπεια, πόλις Λακωνικῆς. *Æpea, urbs Laconicæ.*

Æthæa. una de antiquis centum. Stephanus. Αἰθαία πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν. *Æthæa, urbs Laconicæ, una de centum.* Apud Thucydidem secunda syllaba scribitur sine diphthongo, *lib.* I. Ἐν ᾧ καὶ Εἵλωτές αὐτοῖς, καὶ τῶν περιοίκων Θουριᾶταί τε, καὶ Αἰθεεῖς, ἐς Ἰθώμην ἀπέςησαν. *In quo Helotes, & ex limitaneis Thuriatæ, & Altheenses, Ithomen secesserunt.*

Alagonia. Urbs erat, inter eas, quæ Eleutherolaconum. Pausanias, in catalogo earum. Πρὸς δὲ Αλαγονία τε καὶ Γερήνια. *Insuper vero Alagonia, & Gerenia.* Spectatu digna illic templa, Bacchi, & Dianæ. Pausanias, in ipso *Laconicorum* fine. Τριάκοντα δὲ ἀπέχει ςαδίους Αλαγονία. καὶ τὸ πόλισμα κατηριθμήσαντο ἤδη καὶ τοῦτο ἐν Ἐλευθερολάκωσιν. θέας δὲ αὐτόθι ἄξια, Διονύσου, καὶ Αρτέμιδός, ἐςιν ἱερά. *Triginta vero stadiis abest Alagonia: quod oppidulum etiam ipsum annumeratum est Eleutherolaconum civitatibus. quæ spectatu ibi digna, sunt Bacchi, & Dianæ, templa.*

Amathus. Strabo, *lib.* VIII. Μετὰ δὲ Ταίναρον πλέοντι ἐπὶ τὴν Ονουγνάθον, καὶ Μαλέας, Αμαθοῦς ἐςὶ πόλις. εἶτα Ασίνη, καὶ Γύθιον, τὸ τῆς Σπάρτης ἐπίνειον. *Post Tænarum naviganti versus Onugnathum, & Maleas, urbs Amathus occurrit: inde Asine, & Gythium, Spartæ navale.* Eadem est, quæ Psamathus aliis nuncupatur: sicut Αμαθος, & Ψάμαθος, idem apud Græcos valent. Stephanus. Ψαμαθοῦς. πόλις Λακωνική. *Psamathus, urbs Laconica.* Artemidorus, *Geograph.* lib. II. Μετὰ γὰρ τὸ Ταίναρον, πόλις ἐκδέχεται τὴν Ψαμαθοῦς. *Post Tænarum vero, excipit urbs Psamathus.* Meminerunt etiam Plinius, *lib.* IV. *cap.* V. & Scylax, in *Periplo*, ubi de Lacedæmone agit.

CAP. II.

Amyclæ, conditæ, & appellatæ ab Amycla, regis Lacedæmonis filio. Apollini urbs ea sacra: cujus & habebat fanum, quale fere nullum aliud in Laconica universa. Arborum pulchrarum, fructuumque, multitudine excellebat. Statii locus unus, & alter, illustratus. Spectatu digna illic, statua Æneti quinquertionis; & nonnulli item tripodes, a variis artificibus facti. Pausaniæ locus emendatus. Colebatur ibi e diis, Amyclæus; item Bacchus, cognomento Ψίλας *dictus: & id quare. Amyclæ dei templum,* Αμυκλαῖον *appellatum: & Apollinis in eodem simulacrum.*

AMICLÆ. Una de antiquis centum: condita, & appellata, ab Amycla, regis Lacedæmonis filio. Eustathius, *in Dionysium*. Μία δὲ τῶν ἑκατὸν αἱ Αμύκλαι, ἃς ἔκτισεν υἱὸς Λακεδαίμονος, ὁ Αμύκλας. *Amyclæ, urbs una de centum: quam condidit Amyclas, Lacedæmonis filius.* Stephanus. Αμύκλαι, πόλις Λακωνική, τῶν ἑκατὸν πόλεων. ἣν Αμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς, ἔκτισε. *Amyclæ, urbs Laconica, una de centum urbibus: quam Amyclas, Lacedæmonis filius condidit.* Pausanias. Αμύκλας δὲ, ὁ Λακεδαίμονος, βουλόμενος καταλιπέσθαί τι καὶ αὐτὸς ἐς μνήμην πόλισμα ἔκτισεν ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Amyclas vero, Lacedæmonis filius cupiens & ipse aliquod sui monumentum relinquere, oppidulum condidit in Laconica.* Breviter Servius, *ad Georg.* lib. III. *Amyclæ, civitas est Laconiæ.* Erat autem sacra Apollini. Eustathius, *ad Iliad.* β'. Αμύκλαι δὲ, μία, φασὶ, τῶν ἑκατὸν τῆς Λακωνικῆς πόλεων, Απόλλωνος ἱερὰ, ὡς εἴρηται. ἣν Αμύκλας, ὁ Λακεδαίμονος υἱὸς, ἔκτισε. *Amyclæ vero, una, ut ajunt, de centum Laconicæ urbibus, Apollini, sicut dictum est, sacra: quam Amyclas, Lacedæmonis filius, condidit.* Et habebat Apollinis fanum; quale fere in Laconica universa nullum aliquod: præstantium quoque arborum, & fructuum optimorum copia, excellebat. aberatque stadiis viginti a Sparta, atque ad mare sita erat. Polybius, *lib.* V. Αἱ δ' Αμύκλαι καλούμεναι, τόπος ἐςὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι ςάδια. ὑπάρχει δὲ τὸ τέμενος Απόλλωνος ἐν αὐτῷ, σχεδὸν ἐπιφανέςατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλασσαν κεκλιμένοις μέρεσι. *Quas Amyclas vocant, locus est Laconicæ, viginti circiter stadia distans ab urbe Sparta: præstantium arborum, fructuumque, copia omnes antecellens. habet & Apollinis ædem, omnium templorum fere, quæ in tota sunt Laconica, illustrissimum. Sitæ autem sunt Amyclæ ad eam urbis partem, quæ vergit ad mare.* Ac, propter arborum pulchrarum copiam, Amiclæ Statio *Virides* dicuntur, *Theb.* IX.

> —— *hunc virides non excipietis Amiclæ.*

Herbas commendat Valerius Flaccus, *Argonautic.* lib. I.

> *Vectorem pavidæ Castor dum quæreret Helles,*
> *Passus Amyclæa pinguescere Cyllaron herba.*

De Apollinis vero fano, sunt & hæc Strabonis verba, *lib.* VIII. Υποπέπτωκε δὲ τῷ Ταϋγέτῳ ἡ Σπάρτη ἐν μεσογαίᾳ, καὶ Αμύκλαι· οὗ τὸ τοῦ Απόλλωνος ἱερόν. *Infra Taygetum in mediterraneis jacet Sparta, & Amyclæ: ubi fanum est Apollinis.* Hinc Amyclæ *Apollineæ* Statio dicuntur, *Theb.* IV.

> *Hujus Apollineæ currum comitantur Amiclæ.*

Ubi Lutatius. *Amyclæ, Laconiæ civitas, sacra Apollini.* Spectatu autem illic digna, Æneti quin-

quertionis statua; item lebetes aliquod ænei, variorum artificum. Pausanias. Τὰ δὲ ἐν Ἀμύκλαις θέας ἄξια, ἀνὴρ πένταθλός ἐστιν ἐπὶ στήλης, ὄνομα Αἴνητος. τούτῳ νικήσαντι Ὀλυμπιάσι, καὶ ἔτι ἐστεφανωμένῳ, γενέσθαι τοῦ βίου τὴν τελευτὴν λέγουσι. τούτου τε οὖν ἐστὶν εἰκών, καὶ τρίποδες χαλκοῖ. τοὺς δὲ ἀρχαιοτέρους δέκα, τοῦ πρὸς Μεσσηνίους πολέμου εἶναί φασι. Ὑπὸ μὲν δὴ τῷ πρώτῳ τρίποδι, Ἀφροδίτης ἄγαλμα ἑστήκει. Ἄρτεμις δὲ, ὑπὸ τῷ δευτέρῳ. Γιτιάδα καὶ αὐτοὶ τέχνη, καὶ τὰ ἐπειργασμένα. ὁ τρίτος δὲ, ἐστιν, Αἰγινήτου Κάλλωνος. ὑπὸ τούτῳ δὲ, ἄγαλμα Κόρης τῆς Δήμητρος ἕστηκεν. Ἀρίστανδρος δὲ ὁ Πάριος, καὶ Πολύκλειτος Ἀργεῖος, ὁ μὲν, γυναῖκα ἐποίησεν, ἔχουσαν λύραν, Σπάρτην δῆθεν· Πολύκλειτος δὲ, Ἀφροδίτην, Παρὰ Ἀμυκλαίῳ, καλουμένην. οὗτοι δὲ οἱ τρίποδες, μεγέθει τε ὑπὲρ τοὺς ἄλλους εἰσὶ, καὶ ἀπὸ τῆς νίκης, τῆς ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, ἀνετέθησαν. *Spectatu digna Amyclis sunt, quinquertio Ænetus, columnæ insistens: qui Olympia cum vicisset, accepta corona, statim exspirasse dicitur. Ejus itaque illic est effigies, & ænei tripodes. decem vero antiquiores, e bello cum Messeniis gesto esse, ajunt. Sub eorum primo, stat Veneris simulacrum; sub altero, Dianæ. tripodes autem & ipsi, & quæ in his elaborata, sunt Gitiadæ artificis: tertius vero, est Callonis Æginetæ. sub eo vero, Proserpina insistit, Cereris filia. At Aristander Parius, & Polycletus Argivus, fœminam ille, lyram tenentem, Spartam nempe, fecit; iste vero, Venerem, quæ AD AMYCLÆVM appellatur. Hi vero tripodes, alios omnes magnitudine antecellunt: & de manubiis victoriæ, quæ ad Ægospotamos accidit, sunt dicati.* De decem illis, quos e bello cum Messeniis dedicatos esse tradit, iterum refert in *Messenicis*. Λακεδαιμόνιοι δὲ, πρῶτα μὲν τὴν Ἰθώμην καθεῖλον εἰς ἔδαφος, ἔπειτα καὶ τὰς λοιπὰς πόλεις ἐπιόντες ᾕρουν. ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἀπὸ τῶν λαφύρων τῷ Ἀμυκλαίῳ τρίποδας χαλκοῦς. Ἀφροδίτης ἄγαλμά, ἐστιν ἑστηκὸς ὑπὸ τῷ τρίποδι τῷ πρώτῳ, Ἀρτέμιδος δὲ, ὑπὸ τῷ δευτέρῳ. Κόρης δὲ, ἢ Δήμητρος, ὑπὸ τῷ τρίτῳ. *At Lacedæmonii, primo Ithomen solo æquarunt; inde vero cæteras adorti urbes ceperunt. de manubiis vero, Amyclæo tripodas æneos dedicarunt. sub quorum primo, Veneris stat simulacrum; ut Dianæ, sub secundo; ac sub tertio, Proserpinæ, sive Cereris.* Observa autem; sub tertio an Cereris esset simulacrum, an Proserpinæ, haud fuisse exploratum: itaque supra, eo loco, quem produxi e *Laconicis*, pro, ὑπὸ τούτῳ δὲ, ἄγαλμα Κόρης τῆς Δήμητρος ἕστηκεν, *sub eo vero, Proserpina insistit, Cereris filia*: rescribendum, ἄγαλμα Κόρης, ἢ τῆς Δήμητρος, *simulacrum Proserpinæ, Cererisve*. Et hæc quidem in templo dei Amyclæi spectabantur: cujus thronum, singularem admodum describit nobis itidem Pausanias fuse, in *Laconicis*.

Colebant, sicut Amyclæum istum, ita Bacchum, cognomento Ψίλαν dictum. Pausanias. Θεῶν δὲ σέβουσιν οἱ ταύτῃ τόν τε Ἀμυκλαῖον, καὶ τὸν Διόνυσον, ὀρθότατα, ἐμοὶ δοκεῖν, Ψίλαν ἐπονομάζοντες. Ψίλα γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά. *Venerantur, qui hic habitant, inter deos, cum Amyclæum, tum Bacchum. quem rectissime, mea sententia, Psilam cognomento dicunt. psila enim Dorienses alas vocant. quippe vinum incitat homines, sublevatque, non minus quam aves alæ.* Templum vero Amyclæi, est hoc ipsum, quod dicebant Ἀμυκλαῖον, *Amyclæum*. Vides in Pausaniæ *citatis verbis*. Ἀφροδίτην παρὰ Ἀμυκλαίῳ καλουμένην, *Venerem, quæ ad Amyclæum nuncupatur*. Meminit ejus Thucydides, *lib.* v. Στήλην δὲ ἑκατέρους στῆσαι. τὴν μὲν, ἐν Λακεδαίμονι, παρ' Ἀπόλλωνι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. τὴν δὲ, ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, παρ' Ἀθηνᾷ. *Cippum vero utrique statuerunt: unum quidem, Lacedæmone, juxta Apollinem, in Amyclæo; alterum autem, Athenis, in arce, juxta Minervam.* Et non multo ante. Στήλας δὲ στῆσαι Ὀλυμπιάσι, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ἰσθμῷ, καὶ ἐν Ἀθήναις, ἐν πόλει, καὶ ἐν Λακεδαίμονι, ἐν Ἀμυκλαίῳ. *Cippum vero statuerent in Olympiis, & Pythiis, & in Isthmo, & Athenis, in arce, ac Lacedæmone, in Amyclæo.* Hesychius, *in* Γυμνοπαιδία. Ἔνιοι μὲν ἑορταί φασι Σπαρτιατικὴν, ἐν ᾗ τοὺς ἐφήβους κύκλῳ περιελθεῖν τὸν ἐν Ἀμυκλαίῳ βωμόν. *Nonnulli quidem festum esse Spartanum dicunt, in quo ephebi circa aram, quæ in Amiclæo est currunt.* Quod ad deum Amyclæum attinet, cujus illud templum erat, ejus meminit & Philostratus, *lib.* III. *cap.* III. Τὰ δέ γε ἀρχαιότατα τῶν παρ' Ἕλλησι, τό, τε τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος, καὶ τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Δηλίου, τὸ τοῦ Διονύσου, καὶ τὸ τοῦ Ἀμυκλαίου. *Quæ antiquissima sunt apud Græcos, cum Minervæ Poliadis, tum Apollinis Delii, item Bacchi, & Amyclæi.* Et inter *Orationes* Himerii una erat, inscripta; Εἰς τὴν Λακεδαιμονίων πόλιν, ὅτε, ὀνείρατι πειθόμενος, τῷ Ἀμυκλαίῳ θεῷ ἐφοίτησεν εὔξασθαι. *In urbem Lacedæmoniorum, cum, somnio obsequens, deo Amyclæo vota facturus, accessisset.* Est videre apud Photium, in Elencho Orationum, quem proponit in *Excerptis*. In templo vero, etiam Apollinis fuisse signum, patet ex Thucydidis utroque loco, quem produxi.

CAP. III.

Amyclæi bello potiti a Lacedæmoniis, & subacti; urbsque excisa, & in pagum commutata: idque Teleclo regnante. Eo bello, opem Thebani tulere, duce Timomacho. Amyclæ ab Eurysthene, & Patrocle, cum Laconicam occupassent, Philonomo datæ, ob navatam ipsis operam: isque incolas illuc transtulit, ex Imbro, & Lemno. Silentio periisse dictæ. Hyacinthia illic acta; fœderaque, incisa cippis, in Amyclæo adservata. Calcei, Ἀμυκλαΐδες appellati: & colonia in Italia, ejusdem nominis.

REGNANTE Teleclo, bellum urbi intulere Lacedæmonii, ac vix tandem subegerunt. Accurate hoc Pausanias. Ἀρχελάου δὲ ἦν Τήλεκλος. ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων, πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον, Ἀμύκλας, καὶ Φάριν, καὶ Γερονθράς, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. τούτων Φαρεῖται, καὶ Γερονθρᾶται, τὴν ἔφοδον τῶν Δωριέων καταπλαγέντες, ἀπελθεῖν ἐκ Πελοποννήσου συγχωροῦνται ὑπόσπονδοι. τοὺς δὲ Ἀμυκλαιεῖς, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ἐκβάλλουσιν, ἀλλὰ ἀντισχόντας τε ἐπὶ πολὺ τῷ πολέμῳ, καὶ ἔργα οὐκ ἄδοξα ἐπιδειξαμένους. δηλοῦσι δὲ καὶ οἱ Δωριεῖς, τρόπαιον ἐπὶ τοῖς Ἀμυκλαιεῦσιν ἀναστήσαντες, ὡς ἐν τῷ τότε λόγου μάλιστα ἄξιον ὑπάρξαν σφίσιν. *Archelai vero filius erat Teleclus. Sub hoc Lacedæmonii finitima oppida, Amyclas, Pharin, & Geronthras, quas Achæi adhuc tenebant, bello captas everterunt. Ex his Pharitæ, & Geronthratæ, Doriensium adventu territi, certis conditionibus, ut Peloponneso excedederent, est permissum. Amyclaenses vero, non sunt illi primo quidem impetu ejecti, sed diu sane repugnantes, ac multa fortiter facientes. Id ipsi Dorienses, trophæo de iis erecto, sunt testati; ac si illud eo tempore maxime dignum memoratu se gessisse existimarent.* Ac trophæi quidem ejus, iterum postea meminit: dicitque, id Jovis τοῦ Τροπαίου fanum fuisse. Τοῦ δὲ Τροπαίου Διός τὸ ἱερὸν, ἐποίησαν οἱ Δωριεῖς, πολέμῳ τούς τε ἄλλους Ἀχαιοὺς, οἳ γῆν τὴν Λακωνικὴν τηνικαῦτα εἶχον, καὶ τοὺς Ἀμυκλαιεῖς, κρατήσαντες. *Tropæi vero Jovis ædem fecerunt Dorienses; bello superatis cum aliis Achæis, qui Laconicam tunc tenebant, tum ipsis etiam Amyclaensibus.* Belli vero, & captarum Amyclarum, etiam mentio est apud Pindarum, *Isthm.* Od. VII.

Η Δωρίδ' ἀποικίαν ἡνίκ' ὀρθῷ

Εςασας ἐπὶ σφυρῷ
Λακεδαιμονίων· ἕλον δ' Αμύκλας
Αἰγεῖδαι, σέθεν ἔκγονοι,
Μαντεύμασι Πυθίοις.
An cum Doricam coloniam recto
Conſtituiſti in talo
Lacedæmoniorum; Amyclas vero ceperunt
Ægidæ, ex te geniti,
Oraculis Pythicis?

Ac Lacedæmonios quidem, adjuvere in hoc bello Thebani, duce Timomacho. Scholiaſtes, *illo loco*. Αἰγεῖδαι, φατρία Θηβαίων. ἀφ' ἧς ἦκόν τινες εἰς Σπάρτην, Λακεδαιμονίοις βοηθήσοντες, ἐν τῷ πρὸς Αμυκλαεῖς πολέμῳ, ἡγεμόνι χρησάμενοι Τιμομάχῳ, ὃς πρῶτος μὲν πάντα τὰ πρὸς πόλεμον διέταξε Λακεδαιμονίοις. *Ægidæ, familia Thebanorum. e qua venere quidam Spartam, Lacedæmoniis opem laturi, bello cum Amyclaenſibus, duce uſi Timomacho; qui primus Lacedæmoniis omnia, quæ ad bellum pertinebant, ordinavit*. Meminitque iterum ſtrictim, *ad Pyth*. Od. v. Ετερα δὲ, ἡ σὺν Τιμομάχῳ· ἐν ᾧ πρὸς Αμυκλαεῖς Λακεδαιμονίοις καθειστήκει πόλεμος. *Altera vero, quæ cum Timomacho: quo tempore Lacedæmoniis bellum erat cum Amyclaenſibus*. Deletæ itaque Amyclæ eo bello, & in vicum redactæ. Pauſanias. Αμύκλα δὲ, ἀνάςατος ὑπὸ Δωριέων γενομένη, καὶ ἀπ' ἐκείνου κώμη διαμένουσα. *Amycla autem, a Dorienſibus deleta, ex eo tempore vicus permanet*. Cum Laconicam Euryſthenes, & Patrocles, Heraclidæ, occuparent, opera Philonomi uſi, qui prodebat, illi Amyclas pro mercede donaverunt. Strabo, *lib*. VIII Φησὶ δ' Εφορος, καὶ τὰς καταχόντας τὴν Λακωνικὴν Ηρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Πατροκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πολίσαι τὴν χώραν. μίαν μὲν οὖν τῶν μερίδων, τὰς Αμύκλας, ἐξαίρετον δοῦναι τῷ προδόντι αὐτοῖς τὴν Λακωνικὴν, καὶ πείσαντι τὸν κατέχοντα αὐτὴν, ὑπόσπονδον ἀπελθεῖν μετὰ τῶν Αχαιῶν εἰς τὴν Ιωνίαν. *Ait vero Ephorus, etiam Euryſthenem, & Patroclem, Heraclidas, Laconica potitos, in ſex partes regionem diviſiſſe, atque urbes in eadem condidiſſe: unam vero harum partium, nempe Amyclas, ei, qui Laconicam ipſis prodidiſſet, atque illam obtinenti perſuaſiſſet, uti, fœdere conſtituto, cum Achæis in Ioniam commearet, his exemptam donaviſſe*. Ac Philonomum, qui prodiderat, & Amyclas eam ob cauſam dono acceperat, dictum fuiſſe, idem iſtud Strabo dicit, in ſequentibus mox verbis. Κατὰ καὶ τὴν τῶν Ηρακλειδῶν κάθοδον, Φιλονόμου προδόντος τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μετανέστησαν ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ιώνων, τὴν καὶ νῦν Αχαΐαν καλουμένην. *Sub reditum vero Heraclidarum, cum Philonomus regionem Dorienſibus prodidiſſet, e Laconica in Ionum ditionem, quæ nunc quoque Achaja dicitur, migraverunt*. Ille vero, acceptam urbem incolis frequentavit, ex Lemno, & Imbro, accitis. Conon, *Narrat*. XXXVI. Φιλόνομος ὁ Σπαρτιάτης, προδοὺς Λακεδαίμονα Δωριεῦσι, δῶρον ἔχει Αμύκλας. καὶ συνοικίζει ταύτην ἐξ Ιμβρου, καὶ Λήμνου. τρίτη δὲ γενεᾷ, ςασιάσαντες πρὸς Δωριέας, μετανίςανται Αμυκλῶν. *Philonomus Spartanus, prodita Dorienſibus Laconica, donatur Amyclis: in eamque ex Imbro, & Lemno, incolas cogit. Tertia vero ætate poſt, ſeditione adverſus Dorienſes concitata, Amyclis pelluntur*. Ubi illud quoque obſerva; bellum iſtud, & ſecutam everſionem, tertio poſt id tempus ſeculo incepiſſe: idque verum eſt. quippe Teleclus, ſub quo eveniſſe dixi, e Pauſania, regnum tertio poſt Euryſthenem, & Patroclem, quibus prodita a Philonomo Laconica, ſeculo jam obtinebat. Dicuntur autem, ſilentio ſuo periiſſe. Sidonius, *lib*. VIII. *epiſt*. VI. *Si ſupra dicti confirmor aſſenſu, Athenis loquacior; ſi minus, Amyclis ipſis taciturnior ero*. Quanquam alii de Italiæ hoc Amyclis dictum velint. Vide quæ ex Virgilio, Lucilio Catullo, Silio, Servioque, in rem iſtam obſervavit, immortale Bataviæ decus, Deſiderius Eraſmus, in Proverbio, *Amyclas perdidit ſilentium*. Amyclæ vero celebratæ feſto Hyacinthiorum, quod ibi peragebatur. Lutatius, *ad Statii Theb*. IV. *Amyclæ, Laconiæ civitas, ſacra Apollini: in qua Hyacinthus in agone celebratur*. Vide quæ in hanc rem plura pridem dixi, *Græciæ meæ Feriatæ* libro VI. in Υακίνθια Fœdera etiam ibidem, in Amyclæo illic templo, columnis inſcripta, collocabantur: ſicut obſervare licet apud Thucydidem. Ecce enim, ubi agitur de fœdere, icto cum Athenienſibus, *libro* v. Στήλας δὲ ςῆσαι Ολυμπιάσι, καὶ Πυθοῖ, καὶ Ισθμῷ, καὶ ἐν Αθήναις, ἐν πόλει, καὶ ἐν Λακεδαίμονι, ἐν Αμυκλαίῳ. *Columnas vero conſtituerent, in Olympiis, Pythiis, Iſtmo, tum Athenis quoque, in arce, & Lacedæmone, in Amyclæo*. Et poſtea iterum. Στήλην δὲ ἑκατέρους ςῆσαι. τὴν μὲν, ἐν Λακεδαίμονι, παρ' Απόλλωνι, ἐν Αμυκλαίῳ. τὴν δὲ, ἐν πόλει, παρ' Αθηνᾷ. *Columnam vero utrique conſtituerent; unam quidem, Lacedæmone, juxta Apollinem, in Amyclæo; alteram vero, Athenis, in arce, juxta Minervam*. Quin & calcei illis proprii, qui Αμυκλαΐδες dicti: de quibus ſupra a me actum. Denique colonia etiam in Italia, communi cum hac urbe nomine, Amyclæ vocatæ: uti ſupra memoravi, cum colonias recenſerem: unde &, diſcriminis cauſa, Gratius *Lacedæmonias* has vocavit, in *Cynegetico*.

Et Lacedæmoniæ primum vidiſtis Amyclæ.

CAP. IV.

Anthana, ab Anthe, Neptuni filio, quem Cleomenes interfecit, denominata. Anthea. Solini locus emendatus. Aphidna. Aphrodiſias: alia ab Aphrodiſia, quæ Laconicæ locus erat. Stephanus hic reſtitutus. Aſine, unde dicta. Aſopus. Atæa. Athenæ. Augea. Belbina. Suidas emendatus. Poſtea vicus facta: Heſychius correctus. De ea controverſia, inter Lacedæmonios & Megalopolitanos: quæ deciſa poſtea a Philopœmene. Pauſanias duobus locis reſtitutus. Ptolemæus quoque, & Polybius, item Teles, emendati.

ANTHANA; una de centum: dicta ab Anthe, Neptuni filio: quem Cleomenes, Leonidæ frater, interfectum excoriavit: & in corio oracula ſcripſit. Stephanus. Ανθάνα, πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. κέκληται δὲ, ὡς Φιλοςέφανος, παρὰ τὸν Ανθην, τὸν Ποσειδῶνος. ὃν Κλεομένης, ὁ Λεωνίδου ἀδελφὸς, ἀνελὼν, καὶ ἐκδείρας, ἔγραφεν ἐν τῷ δέρματι τοὺς χρησμούς. *Anthana, urbs Laconica, una e centum. vocata autem eſt, ut Philoſtephanus refert, ab Anthe, Neptuni filio: quem Cleomenes, Leonidæ frater, cum e medio ſuſtuliſſet, & excoriaſſet, oracula in ejus corio perſcribebat*. Meminit ejus etiam Plinius, *lib*. IV. *cap*. V. Characi Anthene dicta. Stephanus, *ibidem*. Χάραξ Ανθήνην αὐτὴν φησιν. *Charax eam Anthenen dicit*. Ita etiam Thucydides. Ex quo illud quoque diſcimus, fuiſſe in territorio Cynurenſi, in ipſis finibus, ſed Laconicæ juriſdictionis. Ecce verba, *lib*. V. Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δὲ ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ανθήνην πόλιν. νέμονται δ' αὐτὴν Λακεδαιμόνιοι. *De terra Cynuria, de qua ſemper controvertunt, quippe quæ in finibus ſita. Continet autem in ſe Thyream, & urbem Anthenen: ac poſſidetur a Lacedæmoniis*.

Anthea. Memoratur a Solino inter oppida Laconica, *cap*. XIII. Sed legendum ibi *Anthena*: nam hæc urbs, cum Thyrea, in agro Cynurio

ſita erat. Vide *locum* Thucydidis paullo ante *citatum*; & infra, *cap.* XVII. Eſt itaque eadem cum Anthana, de qua dixi.

Aphidna. Stephanus, *in* Αφίδνα. Εστι καὶ τῆς Λακωνικῆς· ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκιππίδες, Φοίβη, καὶ Ιλάειρα. *Eſt etiam Laconicæ: unde erant Leucippi filiæ, Phœbe, & Hilaira.*

Aphrodiſias: una de centum. Stephanus, *in* Αφροδισίας. Εβδόμη, πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν. *Septima, urbs Laconicæ una de centum.* Ab Ænea conditam, Pauſanias tradit, in *Laconicis*, & *Arcadicis*. Alia autem, ne confundas, eſt Aphrodiſia, in Laconica eadem. Ejus meminit Thucydides, *lib.* IV. Μία δὲ φρουρὰ, ἥπερ καὶ ἠμύνατο περὶ Κορτύταν, καὶ Αφροδισίαν, τὸν μὲν ὄχλον τῶν ψιλῶν ἐσκεδασμένων ἐφόβησεν ἐπιδρομῇ. *Unum autem præſidium, quod Cortytam, & Aphrodiſiam, tuebatur, facto in palantem levis armaturæ multitudinem impetu, trepidationem injecit.* Ac reſtitui Stephanus debet, quem apparet reſpexiſſe ipſum hunc Thucydidis locum. Αφροδισία, χωρίον Λακωνικῆς· Θουκυδίδης, τετάρτῃ. *Aphrodiſia, locus Laconicæ: Thucydides, libro quarto.* Hodie non recte editur: Αφροδίτια, *Aphroditia*.

Aſine: ab Aſine, filia Lacedæmonis, appellata. Stephanus. Ασίνη, πόλις Λακωνική. ἀπὸ Ασίνης, θυγατρὸς Λακεδαίμονος. *Aſine, urbs Laconica: ab Aſine, filia Lacedæmonis.* Scholiaſtes Thucydidis, *lib.* IV. Ασίνη, πόλις ἐστὶ Λακωνική. *Aſine, urbs eſt Laconica.* Scylax, in *Periplo* Λακεδαίμων, ἔθνος· καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσιν αἵδε· Ασίνη, Μοθώνη. *Lacedæmon, gens: urbeſque in ea ſunt hæ; Aſine, Mothone.* Xenophon *Hiſt. Græc.* lib. VII. Στρατευσάμενοι δὲ καὶ εἰς Ασίνην τῆς Λακωνικῆς, ἐνίκησάν τε τὴν τῶν Λακεδαιμονίων φρουρὰν, καὶ τὸν Γεράνορα, πολέμαρχον Σπαρτιάτην γεγενημένον, ἀπέκτειναν. *Ductis etiam in Aſinen Laconicæ copiis, pariter præſidium Lacedæmoniorum fuderunt, & Geranorem, qui polemarchus Spartanus fuerat, occiderunt.* Meminere itidem ejus, Thucydides, *lib.* IV. & Polybius, *lib.* V.

Aſopus. Strabo, *lib.* VIII. Εστι δὲ καὶ Ασωπὸς πόλις ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Eſt autem & Aſopus urbs in Laconica.* Meminit ejus & Ptolemæus, in catalogo urbium Laconicarum, *Geogr.* lib. III. Erat vero Eleutherolaconum; ut Pauſanias teſtatur, in *Laconicis*: qui &, quæ ſpectatu illic ſuo tempore digna fuerint, refert.

Atæa. Stephanus. Αταία, πόλις Λακωνική. *Atæa, urbs Laconica.*

Athenæ. Stephanus, octo ejus nominis urbes referens, hanc ſecundo loco memorat, *in* Αθῆναι. Δευτέρα, πόλις Λακωνική. *Secunda, urbs Laconica.*

Augea. Stephanus. Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος. ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις. *Augea, urbs Locridis. eſt etiam urbs Laconica.* Meminit ejus & Homerus, *Iliad.* β'.

Aulon: una de centum. Stephanus. Αὐλών, πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. *Aulon, urbs Laconica, una e centum.*

Belbina. Stephanus. Βελβίνα, πόλις Λακωνική. *Belbina, urbs Laconica.* Male Βεμβίνα, *Bembina*, apud Suidam ſcribitur. Βεμβίνα, πόλις Λακεδαιμονίας. *Bembina, urbs Lacedæmoniæ.* Reſcribe, Βελβίνα, *Belbina*. Poſtea vicus factus fuit: uti licet obſervare apud Heſychium. Βελβίνα, κώμη Λακωνική. *Belbina, vicus Laconicus.* Sed mendoſus etiam eſt ille locus, & corrupte hodie editur: Βελαίνα, *Belæna*. Erat de ea controverſia inter Lacedæmonios, & Megalopolitanos Arcades: ſitaque erat in ipſis finibus Laconiæ. Plutarchus, in *Agide*. Εκ τούτου Κλεομένην πρῶτον οἱ ἔφοροι πέμπουσι καταληψόμενον τὸ περὶ τὴν Βελβίναν Αθηνάιον. Εμβολὴ δὲ τῆς Λακωνικῆς τὸ χωρίον ἐστὶ, καὶ τότε πρὸς τοὺς Μεγαλοπολίτας ἐπίδικον. *Hinc Cleomenem primum ephori mittunt, ad Minervæ templum, quod prope Belbinam, occupandum. Is locus agri Laconici aditus erat, & tunc temporis Megalopolitanis controverſus.* Sed Pauſanias Lacedæmoniis adjudicat, in *Arcadicis*. Λέγουσι μὲν δὴ οἱ Αρκάδες, τὴν Βελβίναν, τῆς σφετέρας οὖσαν τὸ ἀρχαῖον, ἀποτεμέσθαι Λακεδαιμονίους. λέγειν δὲ οὐκ εἰκότα ἐφαίνοντό μοι, καὶ ἄλλων εἵνεκα, καὶ μάλιστα, ὅτι μοὶ δοκοῦσι Θηβαῖοι μηδὲ τοῦτο ἐλαασομένους περιιδεῖν τοὺς Αρκάδας, εἰ σφίσιν ἔσεσθαι σὺν τῷ δικαίῳ τὸ ἐπανόρθωμα ἔμελλεν. *Narrant Arcades, Belbinam, ad ſuos olim fines pertinentem, a Lacedæmoniis abſciſſam. ſed non ſatis rationi conſentanea mihi videntur dicere; cum ob alia, tum potiſſimum, quod Thebani hac in parte non videntur Arcadum fuiſſe cauſam neglecturi, ſi hunc agrum jure poſſe vindicari exiſtimaſſent.* Male illic itidem editur, Βλεμμίνα *Beleminam*: ſicut etiam in *Laconicis* ubi locum maxime irriguum tradit, fluvioque Eurota interlui: & habere fontes item copioſos. Apud Polemæum, tranſpoſito λ, & β in μμ commutato, Βελεμίναν, ſcribitur: poniturque inter urbes mediterraneas. Controverſia autem, de qua dixi, poſtea deciſa fuit a victore Philopœmene. Livius, *lib.* XXXVIII. *Ager Belbinatis, quem injuria tyranni Lacedæmoniorum poſſederant, reſtitutus eidem civitati, (Megalopoli,) ex decreto vetere Achæorum.* Refert acta Philopœmenis. Apud Polybium, Βελβινάτις, *Belbinatis*, ſcribendum, *lib.* II. Κατά τε τὴν Αἰγῦτιν, καὶ Βελβινάτιν, χώραν. *Cum in Ægyti, tum in Belbinati, agro.* Perperam editur, καὶ Βελμινάτιν χώραν. Artemidorus, inſulam facit; uti nobis refert Stephanus, *in* Βελβίνα: ut & Teles, *De Exilio*. Exſtat fragmentum, apud Stobæum, *Serm.* XXXVIII. Καὶ ὀνειδίζουσι μὲν, ὅ τε Κύπριος, ὁ Μυκόνιος, ὁ Βελβινήτης. *Et exprobrant quidem: hic eſt Cyprius, iſte Myconius, ille Belbinetes.* Ita ſcribo. Male enim hodie editur, ὁ Βελβινθείτης, *ille Belbinthites*. Colligi vero inde poteſt inſulam eum intelligere, quia cum Cypro, Myconoque, inſulis, jungit.

CAP. V.

Belemina. Bembina. Biandina. Bityla. Bœum: una de tribus, unde orti Lacedæmonii. Etiam Bœa, ſive Bœæ; & Eleutherolaconum. Livii locus emendatus. Braſiæ, & iſtæ Eleutherolaconum: antea Oreatæ dictæ. Bryſeæ. Cæne, ſeu Cænepolis: quæ & ipſa Eleutherolaconum erat. Olim Tænarum dicebatur: Cereriſque ibi fanum, ut & Veneris, cujus quoque erectum ex marmore ſimulacrum viſebatur. Procopii locus emendatus. Cardamyle, urbs mediterranea, in ſaxo ſita: inter eas, quas Achilli Agamemnon promittebat: ab Auguſto Lacedæmoniis donata. Carnium. Chen, Myſonis Sapientis patria. Platonis locus, aliter apud Stephanum citatus.

BELEMINA. Vide Belbina. *Bembina*. Vide Belbina. *Biandina*. Occurrit apud Ptolemæum, *Geogr.* lib. III. *Bitylla*, vide Oetylus. *Blemmina*. Vide Belbina.

Bœum. Una e tribus, unde orti Lacedæmonii: uti fuſe ſupra docui, *lib.* III. *cap.* IX. Bœa dicitur Straboni, *lib.* VIII. ut & Plinio, *lib.* IV. *cap.* V. Plurali numero, Bœæ, dicuntur Polybio, *lib.* V. & Pauſaniæ, in *Laconicis*: uti Boæ Ptolemæo, *lib.* III. Erat autem inter urbes Eleutherolaconum; ut videre eſt apud Pauſaniam, *libro citato*. Corruptum admodum id nomen apud Livium, *lib.* XXXV. *Tertia parte copiarum ab obſidione Gythei abducta, ad Pleias poſuit caſtra. Imminet is locus & Leucis, & Acriis.* Ac mox iterum. *Egreſſus callibus notis, nocte Pleias pervenit.* Pleias nuſquam in Laconica obſervavi, uti neque uſquam alibi: itaque cenſeo utrobique reſcribendum, *Bœas*. Certe Bœas, Leucas, & Acrias, inter ſe vicinas fuiſſe, clare diſcimus e Polybio, *lib.* V. Αφικνεῖτο

δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρειάς, καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν. *Progressus vero populationibus est ad Acrias usque, & Leucas, & Bœarum item agrum*. Licet quoque observare apud Strabonem, *lib.* VIII. Quin Pausanias item Bœas Acriasque vicinas facit, istis verbis. Τὰ δ' ἐπέκεινα Γυθείου πρὸς θαλάσσῃ, Ἀσωπος, Ἀκρειαὶ, Βοιαί. *Ultra Gytheum ad mare, Asopus, Acriæ, Bœæ.*

Brasiæ. Stephanus. Βρασιαὶ, πόλις Λακωνική. *Brasiæ, urbs Laconica*. Erat vero inter urbes Eleutherolaconum: ut est videre apud Pausaniam, in *Laconicis*. Apud Ptolemæum, Πρασία, *Prasia*, scribitur: uti quoque apud Scylacem, in *Periplo*. Etiam Πρασιαὶ, *Prasiæ*, plurali numero, scribitur alibi apud Stephanum: quippe *in* Πρασιαὶ ita dicit. Ἔστι καὶ Λακωνικὸν πολίχνιον. *Est & Laconicum oppidulum*. Neque aliter apud Thucydidem; qui maritimum quoque oppidulum esse dicit, *lib.* II. Ἄραντες δὲ ἀπ' αὐτῶν, ἀφίκοντο ἐς Πρασιάς, τῆς Λακωνικῆς πόλισμα ἐπιθαλάσσιον. *Profecti autem illinc, accesserunt Prasias, oppidulum Laconicæ maritimum*. Meminitque iterum *lib.* VI. & VII. Occurrit quoque apud Polybium, *lib.* IV. Antea urbi nomen Oreatæ fuit; inde in Brasiæ mutatum. Rem, & causam, tum antiquitates ejus, narrat Pausanias, *libro citato*.

Aliæ erant, ne confundas, *Bryseæ*. Pausanias, de hac urbe. Ἐντεῦθέν ἐστιν ἀπιοῦσιν ἐκ τοῦ Ταϋγέτου χωρίον, ἔνθα πόλις τότε ᾠκεῖτο Βρυσέαι. καὶ Διονύσου ναὸς ἐνταῦθα ἔτι λείπεται, καὶ ἀγάλματα ἐν ὑπαίθρῳ. τὸ δὲ ἐντὸς ναῷ, μόναις γυναιξὶν ἐστιν ὁρᾷν· γυναῖκες γὰρ δὴ μόναι καὶ τὰ ἐς τὰς θυσίας δρῶσιν ἐν ἀπορρήτῳ. *Hinc abeuntibus ex Taygeto occurrit locus, ubi olim Bryseæ urbs habitata. Restat etiamnum ibi templum Bacchi, & sub dio signa quædam. nam, quod in templo est, solis mulieribus videre licet: quæ solæ sacra in operto faciunt*. Meminit urbis hujus Homerus, *Iliad.* lib. Β'.

> Βρυσείας τ' ἐνέμοντο. ——
> *Bryseasque habitabant.* ——

Ubi Scholiastes vetus. Βρυσέαι, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Bryseæ, urbs Laconicæ*.

Cæne. Ita Ptolemæo dicitur, *lib.* III. Pausaniæ, *Cænepolis*: & inter Eleutherolaconum urbes ponitur. Olim Tænarum dicebatur: & spectatu illic digna, fanum Cereris: tum, ad mare, ædes Veneris, & e marmore simulacrum. Idem alio quodam loco, in *Laconicis iisdem*. Ταινάρου δὲ τῆς ἄκρας πλοῦν ὅσον τεσσαράκοντα σταδίων, ἐφέστηκε Καινήπολις. ὄνομα δὲ ἦν πάλαι καὶ ταύτῃ Ταίναρον. μέγαρον ἐν αὐτῇ δὲ Δήμητρος. καὶ ἐπὶ θαλάσσῃ ναός ἐστιν Ἀφροδίτης, καὶ ἄγαλμα ὀρθοῦ λίθου. *A Tænaro vero promontorio stadia circiter quadraginta prætervectos, oppidum excipit Cænepolis, Tænarum & ipsum olim appellatum. Est in eo Cereris fanum: &, ad mare, Veneris ædes, erectumque ex marmore signum*. Emendandus est Procopius, *Vandalic.* lib. I. Ταινάρῳ προσέμιξαν, ἣ νῦν Καινήπολις ἐπικαλεῖται. Male hodie editur, ἡ νῦν Καινόπολις ἐπικαλεῖται.

Cardamyle. Herodotus, *lib.* VIII. Καὶ Ἀσίνη, ἡ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ. *Et Asine, quæ ad Cardamylen Laconicam assita est*. Ptolemæus, inter urbes mediterraneas eam ponit, *lib.* III. Strabo, in saxo sitam dicit, *lib.* VIII. Εἶτ' ἐπὶ πέτρας ἐρυμνῆς ἵδρυται Καρδαμύλη. *Inde in saxo munito sita est Cardamyle*. Hesychius, simpliciter dicit: Καρδαμύλη, πόλις. *Cardamyle, urbs*. Homerus recenset inter septem eas urbes, quas Achilli se daturum Agamemnon promittebat, *Iliad.* I. Aliquandiu in potestate Messeniorum illa fuit; & Augustus Imperator, his ademptam, donavit Lacedæmoniis: uti supra memoravi, *lib.* III. *cap.* XIII. Meminit ejus etiam Plinius, *lib.* IV. *cap.* V.

Carnium. Memoratur a Polybio, *lib.* V.

Chen. Stephanus. Χὴν, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Chen. urbs Laconicæ*. Maximus Tyrius, numero plurali dicit, *Chenæ*: & exiguum oppidulum fuisse dicit, *Dissert.* XV. Diogenes Laertius, vicum facit, in *Mysone*, lib. I. Patria autem fuit Mysonis philosophi, qui de septem Sapientibus unus erat. Plato, in *Protagora*, ubi eos enumerat. Τούτων ἦν καὶ Θαλῆς ὁ Μιλήσιος, καὶ Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος, καὶ Βίας ὁ Πριηνεὺς, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Κλεόβουλος ὁ Λίνδιος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεύς· καὶ ἕβδομος ἐν τούτοις ἐλέγετο ὁ Λακεδαιμόνιος Χίλων. *Ex illis erat & Thales Milesius, & Pittacus Mitylenæus, & Bias Prienensis, & Solon noster, & Cleobulus Lindius, & Myson Chenensis: ac septimus inter eos Chilo Lacedæmonius dicebatur*. Quem locum paullo aliter citat Stephanus, ubi Mysoni patriam eandem probat, hoc Platonis testimonio. Χὴν, πόλις τῆς Λακωνικῆς. ὁ πολίτης, Χηνιεύς. οὕτω γὰρ Μύσων, τῶν ἑπτὰ σοφῶν κριθέντων εἷς, Χηνιεὺς ἐχρημάτιζεν. ἀλλὰ καὶ Χηνεὺς, ὡς Πλάτων ἐν Πρωταγόρᾳ. Τούτων γὰρ ἀνδρῶν ἦν Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, καὶ Βίας, καὶ Κλεόβουλος, καὶ Σόλων ὁ ἡμέτερος, καὶ Μύσων ὁ Χηνεὺς, καὶ ἕβδομος ἐξ αὐτῆς τῆς Λακεδαίμονος Χίλων. *Chen, urbs Laconicæ. civis, Cheniensis. Ita enim Myson, unus de septem sapientibus judicatis, Cheniensis dicebatur. Sed etiam, Chenensis: sicut Plato, in Protagora. Ex his viris erat Thales, & Pittacus, & Bias, & Cleobulus, & Solon noster, & Myson Chenensis, & septimus ex ipsa Lacedæmone Chilon*. Chenensem autem fuisse Mysonem, dicit etiam Maximus Tyrius, *loco citato*. Εὗρε δ' ἐν Χηναῖς, σμικρῷ καὶ ἀσθενεῖ πολίσματι, ἄνδρα ἀγαθὸν ὄνομα ἦν αὐτῷ Μύσων. *Invenit autem Chenis, quod exiguum oppidulum, nec munitum, virum bonum: nomen ipsi erat Myson*. Videndus & Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I.

CAP. VI.

Crocea, insignis lapicidina. Cyparissia. Cyphanta. Strabonis locus emendatus. Dyrrhachium, Enope. Epidaurus Limera, unde dicta. Stephani locus emendatus. Gathynia, a Lacone condita. Genese. Gerania. Geranthæ. Gerenia. Gythium: a quibus conditum. Glympes. Halieis. Helæa. Helos: unde Helotæ appellati. Hermione. Hippola: & Minervæ Hippolaitidis illic fanum. Lacedæmon.

CROCEA. Una de centum. Stephanus. Κροκέα, πόλις Λακωνική, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. *Crocea, urbs Laconica, centum urbium una*. Pausaniæ, vicus esse dicitur; & plurali numero, *Croceæ* Erant hic lapicidinæ: de quibus supra a me dictum, *lib.* II. *cap.* XVIII.

Cyparissia. Meminit illius Strabo, *lib.* VIII.

Cyphanta Polybius, *lib.* IV. Καὶ Πολίχναν μὲν, καὶ Πρασιὰς, καὶ Λεύκας, καὶ Κύφαντα, προσπεσὼν ἄφνω, κατέσχε. Γλυμπεῦσι δὲ, καὶ Ζάρακι, προσπεσὼν, ἀπέσπασε. *Polichnam igitur, Prasias, Leucas, & Cyphanta, repentino aggressus, capit: Glympes quoque, & Zaracem, invadens, avulsit*. Plinius, ubi urbes Laconicas recenset, *lib.* IV. *cap.* V. *Oppida, Bœa, Epidaurus, Limera cognomine, Zarax, Cyphanta*. Meminit etiam Ptolemæus, *lib.* III. Pausanias, ruinas tantum extitisse suo ævo tradit, in *Laconicis*. Προελθόντι δὲ ἀπὸ Ζάρακος παρὰ τὴν θάλασσαν ἓξ που στάδια, καὶ ἐπιστρέψαντι αὐτόθι ἐς μεσόγαιαν, καὶ ἐπαναβάντι σταδίους ὡς δέκα, Κυφάντων καλουμένων ἐρείπιά ἐστι. *Procedenti vero a Zarace juxta mare circiter sex stadia, ac reverso in mediterranea stadia plus minus decem, Cyphantorum, quæ vocantur, ruinæ occurrunt*. Nec multo post iterum nominat. Βρασιαὶ δὲ Κυφάντων ἀπέχουσι πλοῦν σταδίων διακοσίων. *Brasiæ vero distant a Cyphantis ducentorum stadiorum*

navigatione. Strabo olim Pindum fuisse tradit, *lib.* IX. Τινὲς δὲ Κύφαντα λέγουσι τὴν Πίνδον. *Quidam vero Cyphanta dicunt Pindum*. Ita locum hunc restituo: male enim hodie editur, Τινὲς δ' Ακύφαντα λέγουσι. *Quidam vero Acyphanta dicunt*.

Dyrrhachium. Una e centum Stephanus. Δυρράχιον, πόλις Ιλλυρική. ἔστι καὶ ἄλλη, Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν. *Dyrrhachium, urbs Illyrica. Est & alia, Laconica, una de centum*.

Enope. Hæc, Messeniorum primo, postea Eleutherolaconum fuit, & Gerenia, Pausaniæ ætate, dicebatur. Vide eum, in *Laconicorum* fine. Memoratur inter urbes, quas Achilli Agamemnon promittebat, apud Homerum, *Iliad. l.* Vide de ea Strabonem, *libro* VIII.

Epidaurus Limera. Inter Eleutherolaconum urbes erat, ut refertur a Pausania. Unam de centum tradit Stephanus: qui Λιμηρὰν, velut Λιμενηρὰν, dictam nomine conciso refert, quod haberet portus multos. Ista enim ejus verba, *in* Επίδαυρος. Τινὲς δὲ, Λιμηρὰν Λακωνικὴν λέγουσι, μίαν τῶν ἑκατὸν, διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. *Quidam vero, Limeram Laconicam dicunt, unam de centum, quia multos habeat portus*. Ita scribo: quippe male hodie editur, Λειμηρὸν Λακωνικήν. Omnes Λιμηρὰν constanter dicunt. Quod Λιμηρὰ, velut Λιμενηρὰ dicta, propter portus, etiam Hesychius tradit. Λιμηρὰ, ἡ Επίδαυρος, διὰ τὸ λιμένας ἔχειν εὐφυεῖς, οἷον Λιμενηρά. *Limera, Epidaurus; quod egregios portus habeat, atque eos bene a natura factos: tanquam Limenera*. Scholiastes Thucydidis, *lib.* IV. Τὴν Λιμηρὰν. Οὐκ ἐκ λιμοῦ οὕτως ὠνόμασαι, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας, ἀντὶ τοῦ Λιμενηρὰν. *Limeram. Non sic dicta est a* Λιμὸς, *Fames; sed quod portus, qui* λιμένες, *multos habeat, pro Limeneram*. Idem quoque Strabo dicit, *lib.* VIII. Meminere hujus urbis etiam Thucydides, *libb.* IV. VI. VII. Plinius, *lib.* IV *cap.* V. & Scylax, in *Periplo*.

Etaenses. Stephanus. Εταεῖς, πόλις Λακωνική. *Etaenses, urbs Laconica*.

Gathynia. A Lacone rege condita, juxta mare: ut Cedrenus nobis tradit. Ο τοίνυν Λάκων, τὴν ἡμίσειαν χώραν λαχὼν. Λακωνικὴν ἐκάλεσεν. ἧς τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας, ἔκτισε πόλιν παράλιον, τὴν Γαθυνίαν. *Lacon itaque, dimidiam regionem sorte consequutus, nomen indidit Laconicæ. in qua cum regnasset annos triginta tres, urbem condidit maritimam, Gathyniam*.

Genese. Stephanus. Γενέση, πόλις Λακωνική. *Genese, urbs Laconica*.

Gerania. Vide mox Gerenia.

Geranthæ. Stephanus. Γεράνθαι, πόλις Λακωνική. *Geranthæ, urbs Laconica*. Apud Pausaniam, bifariam scribitur; *Geranthræ*, & *Geronthræ*.

Gerenia. Inter Eleutherolaconum urbes ponitur a Pausania. Vide eum, in *Laconicorum* fine, & *Messenicorum* principio. Plinio, *Gerania* dicitur, *lib.* IV. *cap.* V.

Gythium. Stephanus. Γύθειον, πόλις Λακωνική. *Gytheum, urbs Laconica*. Scribitur Γύθειον, & Γύθειον, promiscue, apud Auctores. Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes refert; & Apollinem, Herculemque, condidisse. Vide eum, in *Laconicis*: ubi etiam, quæ spectatu illic digna, memorantur. Erat autem navale Lacedæmoniorum, & triginta stadiis a Sparta aberat. Polybius, *lib.* V. Εποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸ ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα, τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. *Iter instituit ad Lacedæmoniorum navale, quod Gythium vocant: habet vero portum tutum, abestque ab urbe stadiis triginta*. Livius, *lib.* XXII. *Certior deinde factus, Gytheum oppidum omnium rerum maritimarum Lacedæmoniis receptaculum esse, nec procul a mari castra Romana abesse, omnibus id copiis aggredi statuit*. Frequens ejus apud Auctores exstat mentio. Puto, eandem esse Gathyniam, urbem itidem maritimam, ut Cedreno nominatur, conditaque a Lacone rege dicitur: sicut paullo ante dixi.

Glympes. Erat oppidum limitaneum, in finibus Lacedæmoniorum, & Argivorum. Mentionem ejus facit Polybius, *libb.* IV. & V.

Halienses. Stephanus. Αλιεῖς, πόλις τῆς Λακωνικῆς, παραθαλασσία. *Halienses, urbs Laconica, maritima*. Vide illic etiam originem nominis: quod nimirum ad mare sita. Scholiastes Thucydidis, Peloponnesi urbem dicit, ad Trœzenem, in Argolica regione, *lib.* I. Αλιαὶ, πόλις Πελοποννήσου, περὶ Τροιζῆνα, τῆς Αργολικῆς μοίρας. *Haliæ, urbs Peloponnesi, juxta Trœzenem, Argolicæ regionis*. Postea Tiryns dicta fuit: uti memorat idem Stephanus, in Τίρυνς. Meminit etiam Strabo, *lib.* VIII.

Helæa. Hinc avectam a Paride Helenam, refert Josephus Devonius, *lib.* III.

—— *ac pollens ore Lacæna,*
Ignotos visura vicos, ad littora gressus
Dirigit, acclivemque freto defertur Helæam.

Et postea.

—— *cœptum juvat urbis Helææ*
Nomen. ——

An intelligit urbem Helos? Ita arbitror: nam ad mare ea sita. Επὶ θαλάσσῃ πόλισμα Ελος ἦν, οὗ δὴ καὶ Ομηρος ἐμνημόνευσεν ἐν καταλόγῳ Λακεδαιμονίων.

Οἵ τ' ἄρ' Αμύκλας εἶχον, Ελος τ' ἔφαλον πτολίεθρον.

Ad mare oppidulum Helos erat: cujus meminit & Homerus, in recensione Lacedæmoniorum:

Quique Amyclas habitabant, & Helos, maritimum oppidulum.

Scholiastes Homeri, ad citatum a Pausania versum Homeri, *Iliad.* β'. Ελος, πόλις τῆς Λακωνικῆς, παραθαλάσσιος. *Helos, urbs Laconicæ maritima*. Stephanus, simpliciter. Ελος, πόλις Λακωνική. *Helos, urbs Laconica*. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Ελος, πόλις τῆς Λακωνικῆς. ἧς οἱ πολῖται ἐκαλοῦντο Εἵλωτες. *Helos, urbs Laconicæ: cujus cives dicebantur Helotes*. Vide plura de hac urbe apud Pausaniam, *loco citato*, Strabonem, *lib.* VIII. & Eustathium, ad citatum Homeri locum, *Iliad.* β'. Inde servi, dicti Helothæ: de quibus supra a me dictum; & a Cragio multo plura.

Hermione. Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Ερμιονίδα, ἀπὸ Ερμιόνης, πόλεως Λακωνικῆς. *Hermionidem, ab Hermiona, urbe Laconicæ*.

Hippola. Stephanus. Ιππολα, πόλις ἀρχαία Λακωνική. *Hippola, urbs antiqua Laconica*. Pausaniæ tempore, ejus rudera tantum exstabant: & in istis, fanum Minervæ Hippolaitidis. Ecce verba, in *Laconicis*. Καὶ πόλεως ἐρείπια Ιππόλας ἐστίν. ἐν δὲ αὐτοῖς, Αθηνᾶς ἱερὸν Ιππολαΐτιδος. *Et Hippolæ urbis rudera sunt: & in istis, Minervæ Hippolaitidis fanum*.

Lacedæmon. Eadem quæ Sparta: de qua infra suo loco.

CAP. VII.

Las, Eleutherolaconum: a Dioscuris, qui Λαπέρσαι inde dicti, & Λαπέρσιοι, devastata. Unde nomen illi datum. Lerne. Leucæ. Leuctra. Solini error indicatus. Bœotorum colonia, & a Pelope condita. Litææ. Maine. Mantinea. Marius. Messa, columbis abundans. quidam, an fuisset ea, dubitarunt. Methana. Methone. Scylacis locus restitutus. Mothone. Nedon. Onugnathus. Lycophronis locus illustratus. Oenoe. Oenus: ubi vinum, quod laudatum.

LAS. Lycophron, in *Alexandra*.

Καὶ Λᾶν περήσεις. ——
Et Lan trajicies. ——

Ad quem locum Isaacius Tzetzes. *Λᾶν, πόλιν Λακεδαίμονος, ἣν Ὅμηρος Λάαν φησί. Lan, urbem Lacedæmonis, quam Homerus Laan dicit.* Locus Homeri, quem respexit, iste est, *Illiad. β'.*

Οἵ τε Λάαν εἶχον. ——
Quique Laan habitabant. ——

Ubi ita Scholiastes. *Λάαν, πόλιν Λακωνικήν. ἣν οἱ Διόσκουροι πορθήσαντες, Λαπέρσαι ἐκλήθησαν. Laan, urbem Laconicæ: quam Dioscuri cum vastassent, Λαπέρσαι sunt appellati.* Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes ponit: posteaque decem stadiis abfuisse a mari dicit. Τὰ δὲ ἐν δεξιᾷ Γυθίου, Λᾶς ἐστι, θαλάσσης μὲν δέκα στάδια, Γυθίου δὲ τεσσαράκοντα ἀπέχουσα. *Ad Gythii dextram, Las est: a mari quidem decem stadia, a Gythio quadraginta distans.* Quod Homeri Scholiastes, Dioscuros hinc Lapersas dictos, tradit, firmat Lycophron, cui Λαπέρσιοι dicuntur.

Τοῖς ἡμιθνήτοις διπτύχοις Λαπερσίοις.
Semimortalibus geminis Lapersiis.

Ubi Tzetzes. *Λαπερσίοις, παρὰ τὸ πέρσαι τὴν Λᾶν, πόλιν Λακωνικῆς. Lapersiis, quod Lan vastassent, urbem Laconicæ.* Sophocles.

Νὴ τὼ Λαπέρσα, νὴ τὸν Εὐρώταν τρίτον.
Per Lapersas, per Eurotam tertium.

Strabo, *lib.* VIII. *Τὴν δὲ Λᾶν οἱ Διόσκουροί ποτε ἐκ πολιορκίας ἑλεῖν ἱστοροῦνται, ἀφ' οὗ δὴ Λαπέρσαι προσηγορεύθησαν. Lan vero olim Dioscuri obsidione cepisse memorantur, unde & Lapersæ dicti.* Vide etiam Stephanum, *in Λᾶ*: & Eustathium, *ad Iliad. β'.* Nomen vero Las accipit, quod in saxo sita esset: cum λᾶς Græcis lapis dicatur. Eustathius, *loco citato*. *Κεῖται δ' ἐπὶ πέτρας ὑψηλῆς, διὸ Λᾶ καλεῖται, ὡς ἀπὸ τοῦ λᾶς, ὁ λίθος. Sita vero est in sublimi saxo: unde & La vocatur, tanquam a λᾶς, lapis.* Totidem verbis Stephanus dicit. Meminit urbis etiam Ptolemæus, *Geogr.* lib. III. Postea vicus tantum fuit: atque ita dicitur Livio, *lib.* XXXVIII. *Lacedæmonii, ut aliquem liberum ad mare haberent aditum, si quando Romam, aliove, quo mitterent legatos, simulque ut emporium, & receptaculum peregrinis mercibus, ad necessarios usus esset, nocte adorti vicum maritimus, nomine Lan, improviso occupavere.* Et paullo post. *Decretumque, eo referente, factum est, cum in fidem Achæorum, tutelamque, T. Quinctius, & Romani, Laconicæ oræ castella, & vicos tradidissent; & cum abstinere his ex fœdere Lacedæmonii deberent, Las vicus oppugnatus esset, cædesque ibi facta, &c.*

Lerne. Inter oppida mediterranea recensetur a Ptolemæo, *lib.* III.

Leucæ. Recenset inter oppida Laconicæ quædam Polybius, *lib.* V.

Leuctra, sive *Leuctrum*. Plutarchus, in *Pelopida*, ad mare fuisse docet. *Καὶ τῆς Λακωνικῆς πολίχνιον πρὸς τῇ θαλάσσῃ, Λεῦκτρον ὀνομάζεται. Etiam Laconicæ oppidulum maritimum, Leuctrum vocatur.* Inter Eleutherolaconum urbes memoratur a Pausania: qui & refert, quæ spectatu illic digna. Nomen illi a Bœotiæ Leuctris datum, quorum & colonia erat, Pelopemque condidisse, refert Strabo, *lib.* VIII. Solinus, ubi de Laconicæ urbibus agit, *cap.* XIII. *Præterea aliquot urbes, inter quas Leuctra: non obscura jam pridem Lacedæmoniorum fœdo exitu.* Ubi vehementer errat, quod celeberrimam pugnam Leuctricam, quæ pugnata ad Bœotiæ Leuctra fuit, tribuit Laconicæ Leuctris.

Litææ. Stephanus. *Λιταῖαι, πόλις Λακωνική. Litææ, urbs Laconica.*

Maine. Olim Tænarum. Vide infra, *cap.* XI.

Mantinea. Laonicus Chalcocondyles, *lib.* IX. *Τοῦ ἑτέρου ἐς τὴν Μαντινείαν τῆς Λακωνικῆς, πρὸς τῇ θαλάττῃ οὖσαν, καταφυγόντος. Cum alter Mantineam Laconicæ, ad mare sitam, confugisset.*

Marius. Inter Eleutherolaconum urbes a Pausania memoratur: qui de ea, ejusque rebus, ita scribit. Μάριος δὲ, ἄλλο Ἐλευθερολακώνων πόλισμα, ὃ ἀπὸ Γερόνθρων στάδια ἑκατὸν ἀφέστηκεν. ἱερόν ἐστιν αὐτόθι ἀρχαῖον, κοινὸν θεῶν ἁπάντων. καὶ περὶ αὐτὸ ἄλσος, παρεχόμενοι πηγάς. εἰσὶ δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἐν ἱερῷ πηγαί. ὕδωρ δὲ ἄφθονον, εἴπερ ἄλλο τι χωρίον, παρέχεται καὶ Μάριος. *Marius vero, aliud est Eleutherolaconum oppidulum, distans Geronthris centum stadia. Fanum ibi est antiquum, diis omnibus commune: juxta lucus, multis fontibus irriguus. Sunt & fontes in Dianio. Aquam vero copiosam, si quis alius locus, etiam Marius præbet.*

Messa. Pausanias, postquam de Hippola verba fecit. Ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω Μέσσα, πόλις, καὶ λιμήν. *Paullo vero ulterius Messa, urbs, & portus.* Ac magna ibi columbarum erat copia: unde & Πολυτρήρωνα, *multas columbas habentem*, dicit Homerus, in recensione urbium Laconicarum, *Iliad. β'.*

Οἳ δ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
Φάριν, τε, Σπάρτην τε, Πολυτρήρωνά τε Μέσσην.
Hi vero habitabant cavam Lacedæmonem immensam,
Pharinque, & Spartam, & columbis abundantem Messam.

Respexit hunc locum Hesychius, cum inquit. *Μέσσην, πόλιν Λακωνικῆς. Messam, urbem Laconicæ.* Mirum est, quod scribit Strabo, quosdam Veterum de hac urbe, an exstaret, disputare; cum Pausaniæ etiam tempore illa fuerit. Verba Strabonis, ecce ista, *lib.* VIII. *Τῶν δὲ ὑφ' Ὁμήρου καταλεγομένων, τὴν μὲν Μέσσην οὐδαμοῦ δείκνυσθαί φασι. Quas autem Homerus recenset (urbes Laconicæ,) ex his Messam nusquam ostendi ajunt.* Sunt qui Messenam hanc putarint, ita dictam per apocopen, ut Grammatici appellant. Strabo, *libro citato*. Ἔνιοι δὲ, κατὰ ἀποκοπὴν δέχονται τὴν Μεσσήνην. εἴρηται γὰρ, ὅτι καὶ αὕτη μέρος ἦν τῆς Λακωνικῆς. *Quidam vero, truncate dictam accipiunt, pro Messena: nam, hanc quoque Laconicæ partem esse jam dictum est.* Et Laconicæ etiam tribuit Scholiastes Pindari, *Pyth.* Od IV. Ἐκ δὲ Μεσσήνης τῆς Λακωνικῆς πόλεως, ὁ Ἀμυθάν παραγίνεται. *Ex Messena vero, urbe Laconicæ, Amythan adest.*

Methana. Scylax, in *descriptione Laconiæ*. Μέθανα, πόλις, καὶ λιμήν. *Methana, urbs, & portus.*

Methone. Idem Scylax. Λακεδαίμων, ἔθνος. καὶ πόλεις ἐν αὐτῇ εἰσιν αἵδε· Ἀσίνη, Μεθώνη, Ἀχίλλειος λιμήν. *Lacedæmon, gens. & urbes in ea istæ: Asine, Methone, Achilleus portus.* Ita rescribo: &

mendose per o scribi in principio existimo, Μαθώνη, *Mothone*. Thucydides, *lib.* II. Καὶ ἐς Μεθώνην τῆς Λακωνικῆς ἀποβάντες, τῷ τείχει προσέβαλον, ὄντι ἀσθενεῖ, καὶ ἀνθρώπων οὐκ ἐνόντων. *Et Methonem Laconicæ adorti, impetum fecere in murum, qui invalidus: tum nec multi homines inerant.* Diodorus Siculus, *lib.* XI. Καταπλεύσας δὲ τῆς Λακωνικῆς εἰς Μεθώνην, τοῦτο μὲν τὸ χωρίον εἷλε. τῶν δὲ Λακεδαιμονίων βοηθησάντων, ἀνέζευξεν. *Ad Methonem vero Laconicæ classe delatus, locum quidem illum cepit; sed, Lacedæmoniis opem ferentibus, retro cessit.* Stephanus, Μεθώνη, πόλις Θράκης, καὶ τῆς Λακωνικῆς. *Methone, urbs Thraciæ, & Laconicæ.* Meminit ejus etiam Procopius, *Vandal.* lib. I. At *Mothone*, Messeniæ erat: & constanter ita scribitur apud Pausaniam, in *Messenicis*, locis pluribus. *Mothone*. Vide in præcedenti, *Methone*.

Onugnathus Strabo, *lib.* VIII. Εἶτα πόλις, ἐπὶ Χεῤῥονήσου ἱδρυμένη, Κυπαρισσία, λιμένα ἔχουσα. εἶτα ὁ Ὀνουγνάθος, λιμένα ἔχουσα. *Deinde est urbs, in peninsula sita, Cyparissia portum habens: inde Onugnathus portum habens.* Scholiastes Euripidis, *in Orestem*, idem cum Malea videtur facere, cum dicit, vulgo Ὄνου καταμάγουλον appellatam. Μαλέα δὲ, ἀκρωτήριόν ἐστι περὶ Λακεδαιμονίαν, λεγόμενον παρά τισιν ἰδιωτικῶς Ὄνου καταμάγουλον. *Malea, promontorium Lacedæmoniæ, vulgo Asini maxilla dictum quibusdam.* Lycophron, Γαμφηλὰς ὄνου, dixit, voce æquipollente.

—— Γαμφηλὰς ὄνου,
Καὶ Λᾶν, περήσεις. ——
—— *Maxillas asini,*
Et Lan, trajicies. ——

Oenoe. Vide in sequenti, *Oenus*. De qua urbe ita Stephanus. Οἶνους, πολίχνιον Λακωνικῆς. *Oenus, oppidulum Laconicæ.* Atque vinum illic erat, quod laudabant. Athenæus, *l.* I. Ἀλκμὰν δέ που, ἄπυρον οἶνον, καὶ ἄνθεος ὄσδοντα, φησὶ τὸν ἐκ πέντε λόφων, ὅς ἐστι τόπος, Σπάρτης ἀπέχων σταδίους ἑπτά. καὶ τὸν ἐκ Δενθιάδων, ἐρύματός τινος. καὶ τὸν ἐξ Οἰνοῦντος. *Alcman vero alibi, non coctum igne vinum, & florem redolens, memorat, e quinque collibus; qui est locus, Sparta distans septem stadiis: tum Denthiadum, qui munitus quidam locus: tum Oenunte.* Fuit & ejusdem ibi nominis fluvius: cujus meminit Polybius, *lib.* II. & Livius *lib.* XXXIV. Urbem vero, eandem puto, quæ Οἰνόη dicitur a Ptolemæo, ponituque in mediterraneis.

CAP. VIII.

Oetylus; ab Oetylo heroe dicta: ac nonnullis item Tylus: idque unde. Plinius, & Ptolemæus, emendantur. Fanum ibi Sarapidis; & Apollinis Carnei simulacrum. Oreatæ: postea Brasiæ. Pallene: quæ Pellana aliis dicitur; Pelanaque, & Pellene. Tyndari, cum pulsus ab Hippocoonte, exularet, habitatio. Scholiastes Euripidis emendatus. Fanum Æsculapii, & fons Pellanis: quidque in eo usu venerit. Pephnum, sive Pephnus. Pharis, postea Pharæ. Plinii locus alter restitutus.

OETYLUS: nomen habens ab Oetylo, heroe quodam. Stephanus. Οἴτυλος, πόλις Λακωνικῆς, ἀπὸ τοῦ Οἰτύλου ἥρωος. *Oetylus, urbs Laconicæ, ab Oetylo heroe.* Pausanias, inter Eleutherolaconum urbes ponit: & de heroe, a quo nomen illi datum, postea dicit. Ἀπὸ τούτου στάδια τοῦ λιμένος πεντήκοντά ἐστι καὶ ἑκατὸν ἐπὶ Οἴτυλον. ὁ δὲ ἥρως, ἀφ' οὗ τῇ πόλει τὸ ὄνομα ἐγένετο, Ἀργεῖος τὸ ἀνέκαθεν, Ἀμφιάνακτος αὐτὸς υἱὸς ὢν, τοῦ Ἀντιμάχου. *Ab hoc portu stadia sunt centum quinquaginta ad Oetylum. Heros vero, a quo nomen inditum est civitati, Argis oriundus fuit, Amphianacte natus, Antimachi filio.* Meminit quoque Eustathius, *ad Iliad.* β'. ubi Homerus, in recensione urbium Laconicarum, ita inquit.

—— ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.
—— *& Oetylum incolebant.*

Scholiastes ejus anonymus. Οἴτυλον. ἔστι δὲ καὶ αὕτη πόλις Λακεδαιμονίας. *Oetylum. Est vero etiam hæc urbs Laconicæ.* Hesychius, simpliciter urbem dicit; nulla loci, ubi sita, mentione. Οἴτυλος, πόλις. *Oetylus, urbs.* Strabo, etiam Tylum dictam esse tradit, *lib.* VIII. Μεταξὺ δ' ἀπὸ τῶν Θυρίδων ἀρξαμένοις, ὁ Τύλος ἐστί. καλεῖται δ' ὑπό τινων Οἴτυλος. *Medio loco, si a Thyridibus incipias, occurrit Tylus, quam nonnulli Oetylum vocant.* Et est emendandus Plinius, *lib* IV. *cap.* V. *Ad meridiem autem Cyparissius sinus, cum urbe Cyparissia, septuaginta duorum millium passuum circuitu. Oppida, Tylos, Methone: locus, Helos.* Male hodie eo loco *Pylos* editur. Origo variati nominis hinc existit, quod nonnulli legerint in Homeri *versu*, quem citavi,

—— ἠδ' οἳ Τύλον ἀμφενέμοντο.
—— *& qui Tylum incolebant.*

Est id ipsum observare apud Stephanum: quem auctorem etiam Eustathius profert, *loco citato*. Apud Ptolemæum, inter urbes mediterraneas collocatur: sed corrupte editur, Βίτυλα, *Bityla*. Digna illic visu erant; fanum Sarapidis, & Apollinis Carnei simulacrum. Pausanias, Θέας δὲ ἄξια ἐν Οἰτύλῳ Σαράπιδός ἐστιν ἱερὸν καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ Καρνείου ξόανον Ἀπόλλωνος. *Sunt Oetyli digna quæ spectentur, Sarapidis templum, & Apollinis Carnei simulacrum in foro.*

Oreatæ. Postea Brasiæ appellatæ. Rem, & caussam, pluribus Pausanias narrat, in *Laconicis*. Illic vide, si est tanti. De Brasiis vero, vide quæ notavi supra.

Pallene. Diodorus Siculus, *lib.* XV. Ἀρκάδες δὲ, Λυκομήδην στρατηγὸν προχειρισάμενοι, καὶ παραδόντες αὐτῷ ἐπιλέκτους ὀνομαζομένους, ὄντας πεντακισχιλίους, ἐστράτευσαν ἐπὶ Πελλήνην τῆς Λακωνικῆς. *Arcades vero, duce creato Lycomede, traditaque ei selectorum, quos vocabant, militum quinque millium manu, adversus Pallenen Laconicæ mittunt.* Ac confugit eo Tyndarus, regno pulsus ab Hippocoonte fratre. Scholiastes Euripidis, *ad Orestem*. Ὕστερον δὲ Ἡρακλῆς, ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Υἱωνοῦ φονεύσας Ἱπποκόωντα, ἅμα τοῖς παισὶ, καὶ καταγαγὼν τὸν Τυνδάρεων ἀπὸ Φρίξης, καὶ Πελλήνης, ἐγχειρίζει αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς Σπάρτης. *Postea vero Hercules, ob cædem Hyioni interfecto Hippocoonte, una cum filiis, reducens Tyndarum a Phrixa, & Pellena, Spartæ illi principatum in manum tradit.* Ita enim hic restituto: male editur, καὶ Πέλλης, *& Pella*. Pausanias. Προϊόντι δὲ ὡς ἐπὶ τὴν Πελλάναν, Χαράκωμά ἐστιν ὀνομαζόμενον. καὶ ἡ μετὰ τοῦτο Πελλάνα, πόλις τὸ ἀρχαῖον. Τυνδάρεων δὲ οἰκῆσαι φασὶν, ὅτε Ἱπποκόωντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἔφευγεν ἐκ Σπάρτης. *Hinc Pellanam versus progredienti, occurrit, quod Characoma dicunt. hinc Pellana est, urbs antiquitus. Tyndarum vero habitasse illic ferunt, cum e Sparta fugeret Hippocoontem, filiosque.* Adita illi vallis erat: idque est discere ex Plutarcho, in *Agesilai Vita*. Τῆς δὲ γῆς ἀναδασθείσης, τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ κατὰ Πελλήνην χαράδρη, πρὸς τὸ Ταΰγετον, καὶ Μαλέαν, καὶ Σελλασίαν, κλήρους γενέσθαι τετρακισχιλίους πεντακοσίους· τὴν δὲ ἔξω, μυρίους πεντακισχιλίους. *Terra vero distributa, quod a Pellenæ valle esset, ad Taygetum, & Maleam, ac Sellasiam, in quater mille quingentas sortes tribueretur; quod ultra foret, in quindecim millia.* Dignum hic, quod spectaretur, erat fanum Æsculapii, & fons Pellanis:

in quem postquam virgo quædam, aquam hauriens, concidisset, capitis ejus velamentum in alio fonte, cui Lancea nomen erat, inventum esse ferebatur. Vide Pausaniam, in sequentibus illic verbis. Apud Strabonem, legitur plurali numero, *Pelana*, & neutro genere, ut Grammatici loquuntur: & eandem urbem dicit, quæ nonnullis Enope vocata fuit; aliis, etiam Gerenia. Ecce verba, *lib.*VIII. Ενόπλω οἱ μὲν τὰ Πέλανα φησὶν, οἱ δὲ τόπον τινὰ περὶ Καρδαμύλω, οἱ δὲ τὴν Γερηνίαν. *Enopen vero quidam esse Pelana dicunt, quidam autem locum quendam circa Cardamylen, quidam denique Gereniam*. Polybio, *Pellene* scribitur, in fine *libri* XVI. ac Plutarcho, & Euripidis Scholiastæ, *locis citatis*. Sed discrimen tantum est in dialecto: nam Πελλήνη, Dorice Πελλάνα scribitur, diciturque, *Pelana*. Vide, *Pellana*. *Pellene*. Vide ibidem.

Pephnum. Stephanus. Πέφνον, πόλις Λακωνική. *Pephnum, urbs Laconica*. Erat vero urbs maritima. Pausanias. Θαλάμων δὲ ἀπέχει σαδίους εἴκοσι Πέφνος ἐπὶ θαλάσσῃ. πρόσκειται δὲ νησὶς, πέτρας τῶν μεγάλων οὐ μείζων· Πέφνος καὶ ταύτῃ τὸ ὄνομα. *Thalamis vero viginti stadiis abest Pephnus, mari adjacens. assitaque est parva insula, haud ingenti saxo major: & huic quoque Pephnus nomen*.

Pharis. Stephanus. Φάρις, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Pharis, urbs Laconicæ*. Homerus, in recensione urbium Laconicarum, *Iliad.* β'.

Οἵ τ' εἶχον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν,
Φάριν τε, Σπάρτην τε. ——
Quique habitabant cavam Lacedæmonem immensam,
Pharinque, & Spartam. ——

Meminit etiam Strabo, *lib.*VIII. & Pausanias, in *Laconicis*. Postea *Pharæ* a Lacedæmoniis, & finitimis, appellata. Pausanias, in *Messenicis*. Ηλθεν ἐπὶ πόλιν τῆς Λακωνικῆς, τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα ἐν Ομήρου καταλόγῳ Φάριν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν, καὶ προσοίκων, καλούμενον Φαράς. *Contendit ad Laconicæ urbem, quæ in Homeri etiam recensione nomine antiquo Pharis, a Lacedæmoniis vero, & finitimis, Pharæ dicitur*. Itaque scribendum *Pharæ* apud Plinium existimo, ubi hactenus *Pheræ* editur, *lib.*IV. *cap.*V. *Dehinc a Tænaro ager Laconicus, liberæ gentis: & sinus circuitu (passuum) ducentorum sex millium; trajectu triginta novem millium. Oppida, Tænarum, Amyclæ, Pharæ, Leuctra, & intus Sparta*. Hodie, ut dixi, *Pheræ* eo loco editur. Cave cum Pheris confundas, quæ Messeniæ, ac Thessaliæ, non Laconicæ.

CAP. IX.

Pitane, ad Eurotam flumen sita: & a filia Eurotæ Pitana nomen consecuta. Aliis, non urbs, sed vicus: aliis, tribus, Menelai regis patria: non item philosophi Arcesilai. Solini error indicatus. Πιτανάτης λόχος. *Prasiæ. Psamathus. Pyrrhichus: inter Eleutherolaconum censita.* Πύῤῥου χάραξ. *Pyrrhi castra. Nomen datum a Pyrrho, Achillis filio. Sellasia, ad Oenuntem sita: ac vastata ab Achivis, post victoriam de Cleomene reportatam. Nonnullis, locus Laconicæ dictus. Diana* Σελασία. *Side: a Danai filia Sida appellata.*

PITANE. Ejus meminere, Plinius, *lib.*IV. *cap.* V. Solinus, *cap.*XIII. Pausanias, in *Laconicis*, Polyænus, *lib.*II. in *Agesilai strategemate* XIV. Ausonius, *Epigr.* XXIII. Sita autem erat ad Eurotam flumen. Pindarus, *Olymp.* Od.VI.

Πρὸς Πιτάναν τὰν παρ' Εὐρώτα πόρον
Δεῖ σάμερον γ' ἐλθεῖν ἐν ὥρᾳ.

Ad Pitanen autem juxta Eurotæ meatum
Oportet hodie venire tempestive.

Ubi Scholiastes. Πιτάναν νῦν τὴν ὁμώνυμον πόλιν λέγει τῇ ἡρωΐδι, ἐπικειμένην ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐρώτα ποταμοῦ. *Pitanam nunc dicit urbem ejusdem cum heroina nominis, sitam in ripa Eurotæ fluvii*. Nomen autem ei inditum a Pitana, Eurotæ filia. Vide *ibidem* Scholiasten, in sequentibus mox verbis. Plutarchus, *De exilio*. Οὐδὲ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες κατοικοῦσι Κολυττὸν, οὐδὲ Κορίνθιοι Κράνειον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες. *Neque enim omnes Athenienses Colyttum inhabitant, neque Craneum Corinthii, neque Pitanen Lacones*. Scholiastes Thucydidis, vicum dicit, *lib.*I. Τὸν Πιτανάτην, ἀπὸ Πιτάνης κώμης. *Pitanaten, a Pitane vico*. Hesychius vero, tribum facit: & ex ea oriundum Menelaum. Πιτανάτης στρατὸς, ὁ τῶν Ἑλλήνων· ἤτοι ἀπὸ μέρους, ἢ διὰ τὸν Μενέλαον, ὅς ἦν Πιτανάτης. οὗ χάριν ἐστράτευσαν. ἔστι δὲ ἡ Πιτάνη φυλή. *Pitanates exercitus, qui Græcorum erat: sive a parte, sive propter Menelaum, qui Pitanates: cujus gratia militabant. Est autem Pitane tribus*. Ac, quod Menelaum attinet, ex Euripide itidem est observare, in *Troadibus*: ubi chorus introducitur, illi imprecans, ne Laconicam in terram, & Pitanen illic patriam, unquam redeat.

—— μηδὲ γαῖαν
Ποτ' ἔλθοι Λάκαιναν,
Πατρῷόν τε θάλαμον ἑστίας,
Μηδὲ πόλιν Πιτάνας,
—— *neque terram*
Unquam veniat Lacænam,
Patriumque thalamum laris,
Nec urbem Pitanes.

Magnus error est Solini, qui Arcesilai quoque patriam hanc esse tradit, in enumeratione urbium Laconicarum, *cap.*XIII. *Therapnæ, unde primum cultus Dianæ: Pitane, quam Arcesilaus philosophus, inde ortus, prudentiæ suæ merito in lucem extulit*. Nam Æolica illi Pitane patria erat, non Laconica. Vide Diogenem Laertium, in *ejus Vita*, lib.IV. Porro ab hac urbe Pitane, etiam Πιτανάτης λόχος dicebatur: de quo supra plura dixi.

Prasiæ. Vide supra, *Brasiæ*.

Psamathus. Vide, *Amathus*.

Pyrrhichus. Inter Eleutherolaconum urbes a Pausania memoratur: qui & pluribus post exponit, unde dicta, & quæ visu digna habuerit. Ac fortasse eadem est, quæ Πύῤῥου χάραξ dicitur Polybio, *lib.* V. Τῇ δ' ἐπιούσῃ, πορθῶν ἅμα τὴν χώραν, εἰς τὸν Πύῤῥου καλούμενον κατέβη χάρακα. *Postero die, dum agrum populatur, ad Pyrrhi, quæ vocant, castra pervenit*. Livius, *Pyrrhi castra* dicit *lib.*XXXV. *Et Nabis, recepto Gytheo, cum expedito exercitu inde profectus, cum præter Lacedæmonem raptim duxisset, Pyrrhi, quæ vocant, castra occupavit*. Certe a Pyrrho inter alia nomen datum, tradit Pausanias, in *Laconicis*: istis verbis. Τοῦ ποταμοῦ δὲ σαδίους τεσσαράκοντα ἀπέχει Πύῤῥιχος, ἐν μεσογαίᾳ. τὸ δὲ ὄνομα τῇ πόλει γενέσθαι φασὶν ἀπὸ Πύῤῥου, τοῦ Ἀχιλλέως. *A fluvio vero distat stadiis quadraginta Pyrrhichus, in mediterranea regione. Nomen vero inditum urbi memorant a Pyrrho, Achillis filio*.

Sellasia. Stephanus. Σελλασία, πόλις Λακωνική. *Sellasia, urbs Laconica*. Paullo ante penultimam per ει diphthongum repræsentat. Σελλάσεια, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Sellasea, urbs Laconicæ*. Ad Oenuntem flumen sitam fuisse, docet Livius, *lib.* XXXIV. *Die altero ad Sellasiam super Oenunta fluvium pervenit*. Idem observare licet apud Polybium, *lib.*II. Meminitque ejus iterum; *lib.* II. ut & Diodorus Siculus, *lib.*XV. Xenophon, non in Laconica eam ponit, verum prope, *Hist. Græc.* lib.II. Επεὶ ἦσαν ἐν Σελλασίᾳ, πλησίον τῆς Λακωνικῆς. *Cum essent Sella-*

siæ, prope Laconicam. Pausanias, tantum rudera superfuisse suo ævo, nobis tradit; & vastatam ab Achivis, post victoriam de Cleomene reportatam. *Ἀναστρέψαντι δὲ, τῷ κατὰ τὴν λεωφόρον ἰόντι, ἐρείπια Σελασίας ἐστί. ταύτην, καθάπερ πρότερον ἔγραψα, ἠνδραποδίσαντο Ἀχαιοὶ, Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν βασιλέα Κλεομένη, τὸν Λεωνίδου, μάχῃ νικήσαντες. Revertenti autem, & via militari eunti, rudera Selasiæ occurrunt. quam Achivi, ut ante scripsi, subegerunt; victis pugna Lacedæmoniis, ac Cleomene item rege, Leonidæ filio*. Idem dixit antea, in *Corinthiacis*: quo respexit, cum ait, *καθάπερ πρότερον ἔγραψα*. ut ante scripsi. Hesychius, Laconicæ esse locum dicit: ac videri hinc Dianam Selasiam appellatam. *Σελασία, Ἄρτεμις. Σελασία, τόπος τῆς Λακωνικῆς. ὅθεν εἰκὸς κληθῆναι τὴν Ἄρτεμιν, Selasia, locus Laconicæ: unde verisimile est vocatam esse Dianam*. Meminit ejus & Plutarchus, in *Agide*.

Side, Scylax, in *descriptione Laconiæ*. *Μετὰ δὲ ταύτην, ἡ προειρημένη ἄκρα Μαλέα. Σίδη, πόλις, καὶ λιμήν. Post hanc, promontorium, de quo dictum est, Malea. Side, urbs, & portus*. Meminit etiam Pausanias, in *Laconicis*: & a Sida, Danai filia, dictam ait.

CAP. X.

Sparta; quæ & Lacedæmon. A Cecrope condita, tempore Mosis: vel a Sparto, Phoronei filio, tempore Jacobi Patriarchæ. Dicta a Sparto, Amyclantis filio: vel a Spartis, qui cum Cadmo: aut a Sparta, Eurotæ filia, Lacedæmonis regis uxore. Postea, Lacedæmon dicta: civibusque frequentata ab Eurysthene, & Patrocle, postquam sorte regionem accepissent. Error eorum, qui a rege Lacedæmone dictam volunt, declaratus. Ejus situs, ac figura; & suburbium, Λίμναι dictum. item arx. ac quæ ea. item magnitudo, civiumque multitudo. Muris primo nullis cincta, & quam diu; inde cincta; & id quando, ac quam diu item, fuerit. Hi destructi, & instaurati: idque a quibus. Ejus effigies Amyclis, mulier cum lyra, Aristandri Parii opus. Civitas, Tyrtæo data, & quo modo: jura autem civitatis universa, Tisameno, & fratri Hegiæ. Herodoti locus illustratus.

POST tot urbes, tandem suo ordine commemoranda nobis etiam venit *Sparta*: quæ & *Lacedæmon* dicta. De qua etsi quædam Cragius *lib.* I. *cap.* II. dicam tamen etiam ipse, quæ sunt mihi observata. Conditam a Cecrope nonnulli tradunt, Mosis tempore. Honorius, *De imagine mundi*, lib. III. *Tempore etiam Mosis Lacedæmon urbs condita a Cecrope*. Alii, conditorem ejus Spartum faciunt, Phoronei filium; connitamque dicunt anno Jacobi Patriarchæ centesimo & quadragesimo. Eusebius, *Chron.* lib. II. PM. ΕΤΟΣ ΙΑΚΩΒ *Σπάρτη ἐκτίσθη ὑπὸ τοῦ Σπάρτου, παιδὸς Φορωνέως*. Quæ sic vertit Hieronymus. *Sparta condita est a Sparto, Phoronei filio*. CENTESIMUS QUADRAGESIMUS ANNUS JACOB. Beda, *De sex ætatibus mundi*: *Jacob, annorum* CXXX. *descendit in Ægyptum in animabus* LXX. *Hujus temporibus Sparta quoque a Sparto, filio Phoronei, regis Argivorum, conditur*. Stephanus, ab Amyclantis filio Sparto dictam tradit. *Λακεδαίμων, πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ· ἡ Σπάρτη πρότερον, ἀπὸ Σπάρτου, τοῦ Ἀμύκλαντος. Lacedæmon, urbs clarissima Peloponnesi: prius Sparta appellata, a Sparto, Amyclantis filio*. Alibi tamen, a Spartis, qui cum Cadmo erant, nomen esse datum tradit. *Σπάρτη, Λακωνικὸν χωρίον, ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου Σπαρτῶν· περὶ ὧν Τιμαγόρας φησὶν, ἐκπεσόντας αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικὴν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι. Sparta locus Laconicæ, a Spartis, qui cum Cadmo erant. de quibus Timagoras ait, in Laconicam ejectos, Spartam a se nominasse*. De Sparto, Amyclantis filio, item Spartis, qui cum Cadmo, refert etiam Eustathius, *ad Iliad. β'.* idque ex Stephano, ut apparet, & Pausania. *Ἕτεροι δὲ φασὶν, ὅτι Λακεδαίμων πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ. ἡ Σπάρτη πρότερον, ἀπὸ Σπάρτου, υἱοῦ Ἀμύκλαντος. ἢ διότι Λέλεγες, οἱ πρῶτοι συνοικήσαντες τὴν πόλιν, διεσπαρμένοι τὸ πρὶν, εἶτα ἐκεῖ συνῆλθον, καὶ ᾤκησαν εἰς ταυτό. οἱ δέ τινες, χωρίον φασὶ τὴν Σπάρτην Λακωνικὸν, κληθὲν ἀπὸ τῶν μετὰ Κάδμου σπαρτῶν· οἳ, ἐκπεσόντες εἰς τὴν Λακωνικὴν, ἀφ' ἑαυτῶν τὴν Σπάρτην ὠνόμασαν, Alii vero dicunt, Lacedæmonem esse urbem, earum, quæ in Peloponneso sunt, clarissimam: quæ Sparta prius appellata, a Sparto, Amyclantis filio; vel quod Leleges, qui inhabitarunt primi eam urbem, antea sparsi, huc convenerint, atque una habitaverint. quidam vero sunt auctores, locum Laconicæ Spartam esse, dictum a Spartis, qui cum Cadmo advenerunt, &, ejecti in Laconicam, a se Spartam nominarunt*. Ac de Spartis, qui cum Cadmo advenerunt, iterum meminit, *ad Odyss. α'*. Alii memorant, conditam a Lacedæmone, quarto rege: qui, uxorem cum duxisset filiam Eurotæ, Spartam, urbi nomen ejus dedit, uti testis est Pausanias, ipso in principio *Laconicorum*.

Postea *Lacedæmon* dicta est. Pausanias. *Ἀπὸ δὲ Θόρνακος προελθόντι, ἔστιν ἡ πόλις, Σπάρτη μὲν ὀνομασθεῖσα ἐξ ἀρχῆς, προσλαβοῦσα δὲ ἀνὰ χρόνον, καὶ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ καλεῖσθαι. τέως δὲ τοὔνομα τοῦτο εἶχε, τῇ γῇ. A Thornace vero descendentibus, urbs occurrit, Sparta quidem a principio, postea etiam Lacedæmon, cum hoc antea regionis nomen esset, appellata*. Strabo, *lib.* X. *Καθάπερ Σπάρτη τε καὶ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ εἴρηται. Sicut Sparta, & Lacedæmon, eadem dicta est*. Atque eo nomine commemoratur apud Thucydidem, Polybium, Livium, Virgilium, Horatium, Ovidium, Apulejum, aliosque item plures.

Civibus autem infrequentior habebatur, donec Heraclidæ eam, Eurysthenes, & Patrocles, reges, occuparunt. Indicat Strabo, *lib.* X. *Τὸν μὲν γὰρ ἱστορεῖσθαι Κισσοῦ παῖδα, τοῦ τὸ Ἄργος κτίσαντος, περὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἡνίκα Πατροκλῆς τὴν Σπάρτην συνῴκιζε. Eum enim in historiis memorari Cissi filium, ejus, qui Argos condidit, eo tempore, quo Spartam Patrocles civibus frequentiorem faciebat*. Quanquam autem unicum Patroclem nominat, dubium non esse tamen ullum potest, quin Eurysthenes operam communicarit. Et respexit huc Thucydides: e quo illud quoque discimus, ad choros id, & sacra, factum. Ecce verba, *lib.* V. *Τοῖς ὁμοίοις χοροῖς, καὶ θυσίαις, καταγαγεῖν, οἷσπερ, τὸ πρῶτον Λακεδαίμονα κτίζοντες, τοὺς βασιλέας καθίσαντο. Eisdem choris, & sacris, reducere, quibus reges constituerant, cum primum Lacedæmonem condidere*. Certe duo illi reges, cum Laconicam, uti supra a me dictum, occupassent, Spartam sibi regiam sedem capientes, civibus frequentiorem effecere: sicut cæteras quoque urbes, in quas item, qui id facerent, dimittebant. Strabo, *lib.* VIII. *Φησὶ δ' Ἔφορος, τοὺς κατασχόντας τὴν Λακωνικὴν Ἡρακλείδας, Εὐρυσθένη τε καὶ Πατροκλῆ, διελεῖν εἰς ἓξ μέρη, καὶ πολίσαι τὴν χώραν. τὴν δὲ Σπάρτην, βασίλειον ἀποφῆναι σφίσιν αὐτοῖς· εἰς δὲ τὰς ἄλλας, πέμψαι βασιλέας, ἐπιτρέψαντας, δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν. At vero Ephorus, potitos Laconica Heraclidas, Eurysthenem, & Patroclem, eam in sex partes divisisse, & urbes ibi condidisse. Ac Spartam quidem, sibi regiam declarasse; in cæteras urbes, misisse reges, quibus in mandatis dederant, uti, hominum penuria, peregrinos, qui id vellent, ad cohabitandum admitterent*.

Et ab his, quæ *Sparta* hactenus, de Eurotæ filia Sparta, appellata, *Lacedæmon* dicta fuit; a forti-

tione illa Heraclidarum, de qua supra a me actum, *lib.* III. *cap.* IX. Stephanus. Λακεδαίμων, πόλις ἐνδοξοτάτη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, ἡ Σπάρτη πρότερον. Λακεδαίμονα δὲ, οἱ μὲν, ἀπὸ Λακεδαίμονος· ἢ ὅτι, μετὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, συνθεμένων, κλήρῳ διανείμασθαι τὴν χώραν, καὶ τὸν λαχόντα ταύτην λαβεῖν, καὶ Λακεδαίμονα κληθῆναι. *Lacedæmon, urbs clarissima earum, quæ in Peloponneso erant, antea Sparta appellata. Lacedæmona vero, quidam appellatam volunt a Lacedæmone. aut, quod post Heraclidarum reditum, qui compacto regionem distribuerant, prima etiam hæc sortito obvenisset, & sit Lacedæmon dicta* Constantinus Porphyrogenneta, *lib.* II. *Them.* VI. Λακεδαιμονία τῆς Λακωνικῆς, ἡ πρὶν Σπάρτη. *Lacedæmonia Laconicæ, quæ antea Sparta.* Errant autem vehementer, qui a rege Lacedæmone dictam esse urbem volunt: cum is regionem totam a suo nomine Lacedæmonem, urbem ab uxore sua Spartam dixerit; uti supra memoravi. *Situs ejus*, & figura, a Polybio traduntur, *lib.* V. Τῆς γὰρ Σπάρτης, τῷ μὲν καθόλου σχήματι περιφεροῦς οὔσης, καὶ κειμένης ἐν τόποις ἐπιπέδοις, κατὰ μέρος δὲ περιεχούσης ἐν αὐτῇ διαφόρους, ἀνωμάλους, καὶ βουνώδεις, τόπους, &c. *Cum enim Sparta, si figuram ejus spectes universim, sit rotunda, positaque in loco plano, sed quæ parte quadam sui locos quosdam inæquales, atque instar tumulorum, complectatur*, &c. Loco plano sitam esse, tumulosque intra se continuisse, etiam Straboni dicitur: qui suburbium quoque refert, cui nomen Λίμναι fuit, *lib.* VIII. Ἐστι μὲν οὖν ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ τὸ τῆς πόλεως (τῆς Σπάρτης) ἔδαφος καίπερ ἀπολαμβάνον ὄρη μεταξύ. ἀλλ' οὐδὲν γε μέρος λιμνάζει. τὸ δὲ παλαιὸν ἐλιμνάζετο τὸ προάστειον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ Λίμνας. *Solum urbis (Spartæ) est in loco aliquantum concaviore, quamvis tamen etiam montes intra se contineat, nulla tamen ejus pars stagnum habet. olim vero suburbium habuit, cui item Limnæ nomen.* Meminit suburbii etiam Scholiastes Thucydidis, *lib.* II. Οἱ Λακεδαιμόνιοι Ἀλκαμένη, ἐν προαστείῳ θεασάμενοι μετεωρίζοντα, κακῶς ἐχρήσαντο. *Lacedæmonii Alcamenem, in suburbio superbe agentem conspicati, male habuerunt.* Quod ad colles, qui in urbe, de his etiam Pausanias: qui hoc addit, arcis loco, quam non aliam habebant, eum habitum fuisse, qui inprimis emineret. Verba ista, in *Laconicis*. Λακεδαιμονίοις δὲ ἡ ἀκρόπολις μὲν, ἐς ὕψος περιφανὲς ἐξέχουσα, οὐκ ἔστι, καθὰ δὴ Θηβαίοις ἡ Καδμεία, καὶ ἡ Λάρισσα Ἀργείοις. ὄντων δὲ ἐν τῇ πόλει λόφων καὶ ἄλλων, τὸ μάλιστα ἐς μετέωρον ἀνῆκον. ὀνομάζουσιν ἀκρόπολιν. *Lacædæmonii arcem, in excelso exstructam loco, non habent, uti Cadmeam Thebani, & Larissam Argivi; sed, cum in urbe multi sint colles, eorum maxime eminentem, arcem appellant.*

Non usque adeo magnam fuisse, nec Athenis magnitudine comparandam, inde constat, quod, cum illæ in ambitu ducenta fere stadia habuerint, sicut doceo in Opere *De Fortuna Attica*, hæc duntaxat quadraginta octo habuerit. Id est discere ex Polybio, *lib.* IX. Εἴπῃ τις, τὴν μὲν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν πεντήκοντα σταδίων ἔχειν τὸν περίβολον, τὴν δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα. *Dicat quispiam, urbem quidem Megalopolitanorum, quinquaginta in circuitu stadia habere; Lacedæmoniorum vero, octo & quadraginta.* Inde est illa comparatio, quam Thucydides instituit, *lib.* I. Λακεδαίμων γὰρ εἰ ἡ πόλις ἐρημωθείη, λειφθείη δὲ τά τε ἱερὰ, καὶ τῆς κατασκευῆς τὰ ἐδάφη, πολλὴν ἂν, οἶμαι, ἀπιστίαν τῆς δυνάμεως, προελθόντος πολλοῦ χρόνου, τοῖς ἔπειτα πρὸς τὸ κλέος αὐτῶν εἶναι. Ἀθηναίων δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο παθόντων, διπλασίαν ἂν τὴν δύναμιν εἰκάζεσθαι ἀπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως, ἢ ἔστιν. *Nam Lacedæmon, si urbs vastaretur, relinquantur vero fana, & ædificiorum areæ, posteri, progressu temporis, vix habere, ut opinor, fidem possent, tantam eorum potentiam fuisse, quanta quidem nunc est gloria. At, Athieniensibus si idem fiat, tamen ex aspectu urbis, qualis ea appareret, duplo majorem potentiam, quam est, conjicere liceret.* Postea videtur tamen in multo majus excrevisse. Unde etiam Titus Quinctius Flamininus, cum de ea obsidenda deliberaret, ita ait, apud Livium, *lib.* XXXIV. *Jam nunc hoc ita proponere vos animis oportet, hybernandum circa Lacedæmonis mœnia esse: quæ mora si laborem tantum, ac periculum, haberet, ut & animis, & corporibus, ad sustinenda ea parati essetis, hortarer vos: nunc impensa quoque magna eget, in opera, in machinationes, & tormenta, quibus* TANTA URBS *oppugnanda est.* Justinus, *lib.* XXVIII. *Antigonus autem, cæsis occidione Spartanis, fortunam* TANTÆ URBIS *miseratus, a direptione milites prohibuit.*

Civium autem, nempe qui gerendis armis apti essent, octo illic millia fuisse tradunt. Certe bello Persico Xerxis sic fuisse, Herodotus docet: apud quem roganti Xerxi sic Demaratus, regno pridem dejectus, atque ad eum profugus, respondet. Ἐστιν ἐν τῇ Λακεδαιμονίῃ Σπάρτη πόλις, ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστα· καὶ οὗτοι πάντες εἰσὶν ὅμοιοι τοῖσδε ἐνθάδε μαχεσαμένοισι. *Est in Laconica urbs Sparta, quæ virorum octo plurimum millia habet: hique omnes similes sunt iis, qui hic pugnaverunt.* Quem locum respexit Eustathius, *ad Iliad.* β'. Ἡρόδοτος δὲ λέγει, ὅτι ἐν Λακεδαίμονι Σπάρτη πόλις, ἀνδρῶν ὀκτακισχιλίων μάλιστα. *Herodotus vero dicit, in Laconica urbem esse Spartam, quæ octo plurimum millia virorum habeat.* Verum postea, uti major multo fuit, quod jam dixi, ita quoque plures cives, incolæque, exstitere. Observare est apud Livium, qui de Nabidis tyranni tempore loquitur, *lib.* XXXIV. *Erat eo tempore valida urbs, &* MULTITUDINE CIVIUM, INCOLARUMQUE, *& omni bellico apparatu, instructa.*

Muros autem non habebat. Xenophon, lib. *De Agesilao*. Αὐτῶν σπαρτιατῶν οὐ μειόνων ἀπολωλότων ἐν τῇ ἐν Λεύκτροις μάχῃ, ἢ λειπομένων, ὅμως διεφύλαξε τὴν πόλιν, καὶ ταῦτα ἀτείχιστον οὖσαν. *Ipsis Spartanis in pugna Leuctrica interfectis non paucioribus, quam superstites remansissent, urbem tamen, quanquam muro haud munitam, est tutatus.* Diogenes Cynicus, in *Epistola ad Aniceridem*, ubi de Lacedæmoniis agit. Ἀτείχιστον δοκοῦντες δι' ἀνδρίαν οἰκεῖν τὴν Σπάρτην, ἀφύλακτον τὴν ψυχὴν τοῖς πάθεσιν ἐκδεδώκασι. *Qui sine muris, fortitudinis causa, Spartam habitare videntur, animam affectibus incustoditam dediderunt.* Cornelius Nepos, in *Agesilao*: *Cum Epaminondas Spartam oppugnaret, essetque sine muris oppidum, talem se imperatorem præbuit, ut eo tempore omnibus apparuerit, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisse.* Procopius Sophista, in *Epistola quadam*. Λυπεῖ δέ με καὶ ἡ πατρὶς, ἐκ μέρους τετειχισμένη, ὅτι δὴ μὴ τῆς ἀτειχίστου Σπάρτης ἐστὶν εἰκών. *Dolet vero mihi etiam patria, muro ex parte communita, quod carentis muro Spartæ simulacrum haud existat.* Videndus etiam Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. IX. cap. CCLXXVI. Ac sic mansit annis fere octingentis. Lycortas in Oratione adversus Lacedæmonios, apud Livium, *lib.* XXXIX. *Cum sine muris per octingentos fere annos liberi, aliquando etiam principes Græciæ, fuissetis, muris, velut compedibus circundatis, vincti, per centum annos servistis.* Bello Persico ingruente, in communi Græciæ totius metu, deliberatum, an includere eam muris oporteret. Aphthonius cap. *De propositi definitione*, Ἐπιόντων Περσῶν, Λακεδαιμόνιοι βουλεύονται τειχίσαι τὴν Σπάρτην. *Invadentibus Persis, Lacedæmonii deliberant de cingenda muro Sparta.* Post muniri in partem cœpta, sub Tyrannis. Idem Livius, *lib.* XXXIV. *Fuerat quondam sine muro Sparta. Tyranni nuper, locis patentibus, atque planis, objecerant murum. altiora loca, & difficiliora aditu, stationibus armatorum, pro munimento*

obje-

objectis,tutabantur. Huc Procopii etiam verba, antea citata, pertinent. Ædificari autem muri primum cœpti, cum Cassander Græciam invaderet. Justinus, *lib.*XIV. *Profectus in Græciam, (Cassander,) multis civitatibus bellum infert: quarum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartani, urbem, quam semper armis, non muris, defenderant. tum, contra responsa fatorum, & veterem majorum gloriam, armis diffisi, murorum præsidio includunt*. Pausanias, factum illud dicit, cum Demetrius eam, ac deinde & Pyrrhus, oppugnaret: omnium autem validissimos fecisse tyrannum Nabidem. Ecce verba, in *Achaicis*. Καὶ τὰ τείχη τῆς Σπάρτης καταβάλλουσιν ἐς ἔδαφος, οἰκοδομηθέντα μὲν καὶ πρότερον ἔτι αὐτοσχεδίως, καὶ ἐπί τε τῆς Δημητρίου, καὶ ὕστερον τῆς Πύῤῥου, καὶ Ηπειρωτῶν, στρατείας. ἐπὶ δὲ τῆς τυραννίδος τῆς Νάβιδος, καὶ ἐς τὸ ἀσφαλέστατον ὀχυρωθέντα. *Et Spartæ muros demoliti sunt; qui, Demetrio, ac deinde etiam Pyrrho, & Epirotis, oppugnantibus, tumultuario opere exstructi fuerant: Nabis vero tyrannus, validissime communivit*. Idem dicit & in *Atticis*. Certe, validam fuisse tempore Nabidis, etiam testatur Livius, ubi de ejus rebus agit, *lib.*XXXIV. *Erat eo tempore VALIDA URBS, & multitudine civium, incolarumque, & omni bellico apparatu, instructa*. Et postea. *Sed Lacedæmonem, VALIDISSIMAM URBEM, viris, armisque, oppugnaturos*. Post dejecit eos Philopœmen: qua de re videndus Livius, *lib.*XXXVIII. Plutarchus, in *Philopœmene*, & *Tito Quinctio Flaminino*, ac Pausanias, in *Achaicis*, & *Arcadicis*. Factum autem illud fuit anno circiter centesimo, postquam primum structi essent. Lycortas, apud Livium, in Oratione adversus Lacedæmonios, in citatis ante verbis, *lib.* XXXIX. *Muris, velut compedibus circundatis, vincti, per centum annos serviistis*. Nec multo tamen post, quam diruti, Appii Claudii mandato, qui legatus ad res Achajæ componendas missus erat, instaurati. Pausanias, in *Achaicis*. Ετειχίσθη δὲ καὶ ἐξ ἀρχῆς αὖθις Σπαρτιάταις ὁ κύκλος τοῦ ἄστεος. *Ac principio rursum urbs Spartanis muro communita est*.

Præter ipsa fere mœnia, Eurotas præterfluebat. Livius, de Sparta agens, *lib.*XXXIV. *Lato satis, & patenti, limite, ad Eurotam amnem, sub ipsis prope fluentem mœnibus, pervenit*. Coluthus, *De raptu Helenæ*.

Σπάρτην καλλιγύναικα, φίλην πόλιν Ατρείωνος,
Κεκλιμένην ἐνόησε παρ' Εὐρώταο ῥεέθροις.
Spartam, formosis fœminis præstantem, amicam urbem Atridæ,
Assitam intellexit Eurotæ fluentis.

Cicero, *De Invent.* lib.II. *Fluvius Eurotas, is qui propter Lacedæmonem fluit, ita magnus, & vehemens, factus est, ut eo traduci victimæ nullæ possent*. Polybius, *lib.*VIII. Ος ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν ταύτην ἀπὸ τοῦ παρὰ Λακεδαίμονα ῥέοντος Εὐρώτα. *Cui inditum est hoc nomen ab Eurota, qui præter Lacedæmonem fluit*. Non recte *circumfluere* dicit Cæstius Pius, apud Senecam Rhetorem, *Suas.*II. *Hanc (Spartam) Eurotas amnis circumfluit, qui pueritiam indurat ad futuræ militiæ patientiam*. Sita autem erat ad eum fluvium latere orientali. Polybius, ubi Spartam describit, *lib.*V. Τοῦ δὲ ποταμοῦ παραῤῥέοντος ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μέρεων, ὃς καλεῖται μὲν Εὐρώτας. γίνεται δὲ τὸν πλείω χρόνον ἄβατος, διὰ τὸ μέγεθος. *Cum a parte ejus orientali fluvius præterlabatur, qui Eurotas appellatur; ac plerumque haud transiri vado possit, propter copiam aquarum*.

Effigies ejus, Amyclis spectabatur; mulier, quæ lyram tenebat, opus Aristandri Parii. Pausanias, ubi commemorat, quæ in ea urbe erant visu digna. Αρίστανδρος δὲ ὁ Πάριος, γυναῖκα ἐποίησεν, ἔχουσαν λύραν, Σπάρτην δῆθεν. *Aristander vero Parius, mulierem fecit, lyram tenentem, Spartam scilicet*.

Ac de urbe, hæc in genere: partes ejus, templa, loca singularia, & spectatu digna alia, a Pausania accurate describuntur: quæ, si voles, illic vide. Tanti autem civitatis suæ jus Spartanis fuit, ut id ipsum nemini communicarint, nisi unico Tisameno, & illius fratri Hegiæ: non facturi, nisi summa huc necessitas, bello Persico imminente, compulisset. Est videre apud Herodotum; qui id narrat, & quam ægre huc adduci ipsi quiverint, *lib.* IX. Ait itaque de illis. Μοῦνοι δὲ δὴ πάντων ἀνθρώπων ἐγένοντο οὗτοι Σπαρτιήτῃσι πολιῆται. *Sane vero soli ex hominibus cunctis hi Spartanis cives sunt facti.* Cragius existimat, haud verum ab Herodoto dici; & exemplis in contrarium contendit. Ac initio, ex Strabone, & Aristotele, quoslibet a regibus admissos scribit, & donatos civitate. Sed in eo valde fallitur. Nam concessa regio inhabitanda peregrinis, ob penuriam incolarum, sed non Sparta. Inde addit, de Terpandro, & Thalete, ac Pherecyde: quod non facile probabit. Memorat Plutarchus, illis habitos honores summos, sed non datam civitatem. Ecce verba, in *Vita Agidis, & Cleomenis*. Τέρπανδρόν τε, καὶ Θάλητα, καὶ Φερεκύδην, ξένους ὄντας, ὅτι τὰ αὐτὰ τῷ Λυκούργῳ διετέλουν ᾄδοντες, καὶ φιλοσοφοῦντες, ἐν Σπάρτῃ τιμηθῆναι διαφερόντως. *Terpandrumque, & Thaletem, ac Pherecydem, quanquam peregrini essent, quia eadem, quæ Lycurgus, semper canerent, studiumque sapientiæ exercerent, summo Spartæ in honore habitos esse*. De Tyrtæo, haud negari quidem potest; & in speciem concessa illi civitas, atque Spartæ habitare, quod omnino peregrino nulli licitum, datum fuit; cum illius, tum & sui honoris caussa, ne quid duce peregrino opus unquam habuisse viderentur: uti clarum ex Pausaniæ apophthegmate.

Sed, ut dederint civitatem, ac in ea mansionem, velut civi, jura tamen civium cuncta non dedere. Neque ulli sane dabant. Hoc Athenienses dicunt, in Oratione sua ad Lacedæmonios, apud Thucydidem, *lib.*I. Αμικτα γὰρ τά τε καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς νόμιμα τοῖς ἄλλοις ἔχετε. *Vestra enim jura cum aliis non communicatis*. Ad quem locum Scholiastes. Οὐδενὶ γὰρ ξένῳ μετεδέδοσαν τῶν παρ' αὐτοῖς νομίμων οἱ Λακεδαιμόνιοι *Nulli enim peregrino Lacedæmonii jura sua participabant*. Itaque Tisamenus expresse illud apud Herodotum, in *citato* ante *libro*, stipulatur. Ως, ἢν μὲν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται, τῶν πάντων μεταδιδόντες, ποιήσει ταῦτα, ἐπ' ἄλλῳ μισθῷ δ' οὔ. *Se, si civem ipsum suum facere vellent, item jura civitatis omnia impertirentur, id facturum, & non alia mercede*. Idem etiam diserte mox pro Hegia fratre petit. Δεῖν ἔτι καὶ τὸν ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ Ηγίην γενέσθαι Σπαρτιήτην, ἐπὶ τοῖσι αὐτοῖσι λόγοισι, τοῖσι καὶ αὐτὸς γίνεται. *Oportere civem Spartanum etiam fieri fratrem Hegiam, iisdem conditionibus, quibus ipse quoque fieret*. Et hæc quidem dicere visum, ut Herodoto fidem adstruerem, quam in dubium vocabat vir doctissimus.

CAP. XI.

Tænarum, a Tænaro denominatum, Jovis filio, aut Icarii; cujus quidam & nepotem eum tradunt. A Tettige Cretensi conditum, qui sepultus item illic. Donarium Arionis, delphino insidentis, idque in Apollinis templo. Servius, Hyginus, Germanici Interpres, & Petrus Comestor, emendati. Neptuni etiam illic templum, τοῦ Ασφαλίου *cognomento, a Tænaro dedicatum; tum Neptuni quoque festum, ibi celebrari solitum. Descensum ibi ad inferos patere, creditum. Lucani locus illustratus. Ejus vertex,* Θυρίδες. *Fons, in quo portus, & naves, conspicerentur: idque qua ex causa cessaverit. Triballorum habitatio, & Tyrrhenorum, Postea Maine dicta.*

TÆNARUS, sive *Tænarum*: nam utroque modo scribitur. Solinus, in Laconicæ descriptione,

cap. XIII. *Est & oppidum Tænarum, nobili vetustate.* Apulejus, *Miles.* lib. VI. *Lacedæmon, Achajæ nobilis civitas, non longe sita est. hujus conterminam, deviis abditam locis, quære Tænarum.* Refert quoque inter oppida Laconicæ Plinius, *lib.* IV. *cap.* V. Apud Ptolemæum, *Tænarium* scribitur, *lib.* III. Eratque in eo oppido natus Euphemus Argonauta, cujus meminit Orpheus, in *Argonauticis*.

Ταιναρίδης δ' Εὔφημος ἔβη, Μαλειάδιτος ἄκρης.
Εκπρολιπὼν αὐλῶνας. ——
Tænariensis vero venit Euphemus, Maleæ promontorii
Relinquens aulonas. ——

Nomen illi datum a Tænaro, Jovis filio; sive ab Icario. Stephanus. Ταίναρος, πόλις, ἀπὸ Ταινάρου, τοῦ Γεραίστου μὲν ἀδελφοῦ, Διὸς δὲ παιδός. ὃς πλέων σὺν Καλάβρῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τόπον τῆς Πελοποννήσου καταλαβών τινα, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρύσατο, ὃ καλεῖται Ταίναρον. Ἔστι καὶ Ταίναρος ὁ Ἰκαρίου υἱός· ἀφ' οὗ καλεῖται ἡ ἄκρα, καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ λιμήν. *Tænarus, urbs: a Tænaro, Geræsti quidem fratre, Jovis vero filio: qui cum fratre Calabro navigans loco quodam Peloponnesi occupato, Neptuni illic fanum condidit, Tænarum dictum. Est etiam Tænarus Icarii filius: a quo nomen promontorio, urbi, & portui.* Apollonii Scholiastes, non a Tænaro, Icarii filio, sed a Tænaro, Elati filio, Icarii nepote, nomen tribuit. Ejus verba ita habent, *lib.* I. Φερεκύδης, ἐν τῇ ἐννάτῃ, φησίν. ὅτι Ἔλατος ὁ Ἰκαρίου γαμεῖ Ἐρυμήδαν τὴν Δαμασίκλου. Τούτου δὲ γίνεται Ταίναρος. ἀφ' οὗ Ταίναρον καλεῖται ἡ πόλις, καὶ ἡ ἄκρα, καὶ ὁ λιμήν. *Pherecydes, libro nono, ait; Elatum, Icarii filium, uxorem duxisse Erimedam, Damasicli filiam: ex eo vero natum Tænarum: a quo Tænarum appellatur urbs, & promontorium, & portus.* Condidit autem, Tettix Cretensis. Hesychius. Τέττιγος ἕδρανον, ἡ Ταίναρος. Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν. *Tettigis sedes, Tænarus. Tettix enim Cretensis Tænarum condidit.* Plutarchus, *De sera num. vind.* Τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος. ἐκεῖ γὰρ, φασὶν, ἐλθόντα μετὰ στόλου Τέττιγα τὸν Κρῆτα, πόλιν κτίσαι. *Is autem locus erat Tænarus. Ibi enim, ajunt, postquam classe appulisset, Tettigem Cretensem urbem condidisse.* Quin sepulcrum quoque ejus illic fuit. Suidas, *in* Ἀρχίλοχος. Καὶ αὐτὸν κελεύει ἐλθεῖν εἰς Ταίναρον, ἔνθα Τέττιξ τέθαπται. *Ac jubet ipsum ire Tænarum, ubi sepultus Tettix.*

Postea *Cænepolis* dicta: uti supra memoravi, cum de ea urbe agerem. Erat vero non urbs tantum, verum etiam promontorium, atque portus: ut videmus in *verbis citatis* Stephani, & Scholiastæ Apollonii. De promontorio, Scholiastes Thucydidis, *lib.* I. Ταίναρον, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἱερὸν Ποσειδῶνος. *Tænarum, promontorium Laconicæ, Neptuno sacrum.* In eo, ex ære, insidens delphino Arion spectabatur. Pausanias. Ἀναθήματα δὲ ἄλλα τέ ἐστιν ἐν Ταινάρῳ, καὶ Ἀρίων ὁ κιθαρῳδὸς χαλκοῦς, ἐπὶ δελφῖνος. *In Tænaro cum alia sunt donaria, tum ex ære Arion citharœdus, delphino insidens.* Solinus, *cap.* XIII. *In Laconia, spiraculum est, Tænaron. & Tænaron est promontorium, adversum Africæ, in quo fanum est Methymnæi Arionis. quem delphine eo advectum, imago testis est, ad effigiem casus, & veri operis, expressa ære.* Herodotus, postquam totam de Arione historiam fuse narravit, addit, *lib.* I. Καὶ Ἀρίονός ἐστι ἀνάθημα χάλκεον οὐ μέγα ἐπὶ Ταινάρῳ, ἐπὶ δελφῖνος ἐπεὼν ἄνθρωπος. *At Arionis donarium ex ære non magnum est in Tænaro, homo insidens delphino.* Et ex eo A. Gellius, *lib.* XVI. *cap.* XIX. *Esse fabulæ argumentum, quod simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur, delphinus vehens, & homo insidens.* Dion Chrysostomus, *Orat.* XXXVII. Ἀρίων, ποιησάμενος μίμημα χαλκοῦν οὐ μέγα, ἀνέθηκεν ἐπὶ Ταινάρου, καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦ εὐεργέτου καθήμενον. *Arion, cum ex ære simulacrum haud magnum fecisset, id in Tænaro dedicavit; & seipsum, delphino, qui bene fecerat, insidentem.* Servius, *ad Eclog.* VIII. *Arion Lesbius citharœdus optimus fuit: qui, cum a Pyranto, rege Corinthiorum, petiisset, uti sibi liceret peragrare alias civitates, permissu ejus per multa oppida collectis beneficio cantilenæ opibus, Corinthum petere cœpit. in cujus necem cum nautæ, servuli, conjurassent, Apollo eum in somnis monuit, citharœdi habitu accepto, cithara canens ut vitaret insidias; auxilium ei non defuturum, promittens. in quem cum conjuratorum manus involasset, petit ab eis Arion, ut sibi cithara canere liceret. quod cum ab illis permissum esset, ad ejus cantilenam convenere delphines. is ubi somnio fidem factam videt, in mare se præcipitavit; &, exceptus ab uno delphine, Athenarum Laconice promontorium provectus est: ibique, ad memoriam casuum suorum, in templo Apollinis delphini signum insidentem se cum cithara posuit.* Sed corruptus varie is locus: & initio corrigendum, *cum a Periandro, rege Corinthiorum, p.* ac deinde, circa finem, *exceptus ab uno delphine, ad Tænarum, Laconicæ promontorium, p. e.* Corruptus item est Petrus Comestor; ex quo discimus, regis Josiæ tempore id accidisse, *Hist. Schol.* in *Regum* lib. IV. cap. XXXVII. *In diebus Josiæ Arion a delphino in Tænarum deportatus est.* Mendosissime hodie editur, *in theatrum deportatus*. Certe ad Tænarum appulisse Arionem, docet etiam Oppianus, *Halieut.* lib. I. & Joannes Tzetzes, *Var. Hist.* Chil. I. cap. XVII. Eusebius, adscribit regni ejus anno septimo vicesimo. Observa autem, in *citatis* Servii *verbis*, Apollinis quoque illic templum, in quo dedicatum hoc donarium ab Arione, exstitisse. Quod vero ad prius mendum attinet, id constanter locis pluribus in Hygino est, *Fab.* CXCIV. ubi semper *Pyranthus* scribitur, pro *Periander*: sicut etiam in obliquis casibus. Neque aliter apud Interpretem Germanici, in *Phænomenis Arateis*: ubi insuper, *Vrion*, & *Orion*, pro *Arion*. Pro Apollinis vero templo, χῶρον ἡελίου, *locum Solis*, dicit Homerus, *Hymno in Apollinem*.

Πὰρ δὲ Λακωνίδα γαῖαν, ἁλιστέφανον πτολίεθρον,
Ἷξον, καὶ χῶρον τερψιμβρότου Ἠελίοιο,
Ταίναρον. ——

Ad Laconicam autem terram & mari coronatam urbem,
Venerunt, & locum oblectantis homines Solis,
Tænarum. ——

Nec Apollinis tantum ibi templum erat, verum etiam Neptuni. Strabo, *lib.* VIII. Τὸ μὲν Ταίναρον, ἀκτή ἐστιν ἐκκειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα Ποσειδῶνος, ἐν ἄλσει ἱδρυμένον. *Tænarum quidem, littus est porrectum, fanum habens Neptuni, in luco situm.* Mela, *lib.* II. *cap.* III. *In Laconico, Githius, & Eurotas: in ipso Tænaro, Neptuni templum.* Dicebatur autem is Neptunus, cognomento Ἀσφάλιος. Suidas. Ταίναρον, ἀκρωτήριον Λακωνικῆς, ἔνθα καὶ Ποσειδῶνος ἱερὸν Ἀσφαλίου. *Tænarum, promontorium Laconicæ ubi templum Neptuni Asphalii.* Meminit itidem Plutarchus, in *Pompejo*, & Mela, *lib.* II. *cap.* III. Thucydides, *lib.* I. Cornelius Nepos, in *Pausania*, ac complures quoque alii. Dedicatum autem a Tænaro: ut videmus in *citatis* Stephani *verbis*. Πλέων (ὁ Ταίναρος) σὺν Καλάβρῳ τῷ ἀδελφῷ, καὶ τόπον τῆς Πελοποννήσου καταλαβών τινα, Ποσειδῶνος ἱερὸν ἱδρύσατο. *Navigans (Tænarus) cum fratre Calabro, loco quodam Peloponnesi occupato, illic fanum condidit.* Sed Neptuno non duntaxat templum ibi dedicatum, sed & festum institutum: cujus meminit Hesychius, in Ταιναρίας.

Denique, fuisse & portum, quod Stephanus dicit, & Scholiastes Apollonii, in *citatis* ante

verbis, etiam ex Thucydide apparet, *lib.* VII. Οὗτοι μὲν ὖν ἐν τοῖς πρώτοις ὁρμήσαντες ἀπὸ τῦ Ταινάρυ τῆς Λακωνικῆς, ἐς τὸ πέλαγος ἀφῆκαν. *Hi quidem igitur, inter primos a Tænaro Laconicæ solventes, in mare vela dederunt*. Etiam ex Statio, ubi de Tænaro loquitur, *Theb.* II.

Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos. ——

Descensum quoque ad inferos fuisse illic, a Veteribus memoratum. Apollodorus, *lib.* II. Παραγενόμενος ἐπὶ Ταίναρον τῆς Λακωνικῆς, ὖ τῆς ᾅδυ καταβάσεως τὸ σόμιόν ἐσι. *Cum accessisset ad Tænarum Laconicæ, ubi descensus ad inferos ostium est*. Scholiastes Pindari, *Pyth.* Od. IV. Ταίναρον δὲ, πόλις Λακωνική. ἐν ᾗ πύλη ἐσιν εἰς ᾅδυ. *Tænarum vero, urbs Laconica: in qua porta est ad inferos*. Virgilius, *Georgicorum* lib. IV.

Tænarias etiam fauces, alta ostia Ditis.

Ubi vide Philargyrium, Servium, & Probum: item Acronem, ac Porphyrionem, *ad Horatii lib.* I. *Od.* XXXIV. Ac se ibi ad inferos etiam descendisse, uxoris repetendæ causa, scribit Orpheus, non longe a principio *Argonauticorum*.

Ἄλλα δέ σοι κατέλεξ', ἅπερ εἴσιδον, ἠδ' ἐνόησα,
Ταινάρυ ἠνίκ' ἔβlw σκοτίlw ὁδὸν, ἄϊδος εἴσω,
Ημετέρῃ πίσυνος κιθάρῃ, δι' ἔρωτ' ἀλόχοιο.
Alia vero tibi recensui, quæ vidi, & intellexi,
Cum tenebrosa Tænari via ingressus sum ad inferos,
Cithara mea fretus, propter amorem conjugis.

Hinc Lucanus capiendus, *lib.* IX.

—— *& apertam Tænaron umbris.*

Describit eleganter Statius, *loco citato*.

Est locus, Inachiæ dixerunt Tænara gentes,
Qua formidatum Maleæ spirantis in auras
It caput, & nullos admittit culmine visus.
Stat sublimis apex, ventosque, imbresque, serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti,
Fulminibusque iter est. medium cava nubila montis
Insumpsere latus: summos nec præpetis alæ
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant.
Ast ubi prona dies longos super æquora fines
Exigit, atque ingens medio natat umbra profundo,
Interiore sinu frangentia littora curvat
Tænarus, expositos non audax scandere fluctus.
Illic Ægæo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos. ——

Porro, ut hoc quoque moneam, ejus vertex Θυρίδες appellabatur. Pausanias. Εντεῦθεν ἀποσχόντι τριάκοντα σαδίυς, Θυρίδες, ἄκρα Ταινάρυ. *Illinc digressis stadia triginta, occurrunt Thyrides, vertex Tænari*. Meminit earum quoque Strabo *lib.* VIII. Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*, duo ait promontoria in Laconica ita dicta. Δύο εἰσὶν ἄκρα ἐν τῇ Λακωνικῇ, Θυρίδες λεγόμενα. *Duo sunt promontoria in Laconica, Thyrides dicta*. Sed nec fons prætermittendus: qui inspectus, olim portus, atque naves, oculis objiciebat. Pausanias. Εσι δὲ ἐπὶ Ταινάρῳ πηγὴ, νῦν μὲν ὐδὲν, ὥςε κ) θαῦμα, παρεχομένη, πρότερον δὲ τοῖς ἐνιδῦσιν ἐς τὸ ὕδωρ, τὺς λιμένας, φασὶ, κ) τὰς ναῦς, θεάσαθαι παρεῖχε. *Est vero & fons in Tænaro, qui nihil jam miraculi præbet: olim autem inspicientibus, portus, & naves, ut ajunt, spectandas præbebat*. Quomodo vero id desierit, mox subjungit.

Τῦτο ἔπαυσε γυνὴ τὸ ὕδωρ, τῦ μὴ τοῦ λοιποῦ τὰ τοιαῦτα ἐπιδείκνυθαι, μεμιασμένlw ἐναποπλύνυσα ἐσθῆτα. *Cessare hanc aquam fecit mulier, ne in posterum talia ostenderentur, cum in eo vestem pollutam abluisset.*

Fuit autem, ut hoc quoque per occasionem dicam, juxta Tænarum, uti & Taygetum montem, Triballorum habitatio. Docet id Laonicus Chalcocondyles, *De reb. Turc.* lib. I. ubi de Triballis agit. Ταῦτα δὲ τὰ γένη, ὡς μέντοι διέσπαρται ἀνὰ τlw Εὐρώπlw, πολλαχῆ ᾤκησαν, ἄλλῃ τε δὴ, κ) ἔν τινι τῆς Πελοποννήσυ χώρᾳ, τῆς τε Λακωνικῆς ἐς τὸ Ταΰγετον ὄρος, κ) ἐς τὸ Ταίναρον. *Hi vero populi, varie dispersi, in pluribus Europæ locis habitarunt, cum alibi, tum in Peloponnesi quadam regione, & ad Taygetum Laconiæ montem, ac Tænarum*. Etiam Tyrrheni illic habitarunt. Vide narrantem Plutarchum, lib. *De Virt. Mul.* Illud denique etiam dicendum hoc loco, postea Mainen dictam: uti observare licet apud Nicephorum Gregoram, *lib.* IV. & Georgium Frantzen, *lib.* I. *cap.* IV.

CAP. XII.

Teuthrone, urbs Eleutherolaconum: condita a Teuthrante. Diana ibi culta Issoria: & fons, Naja. Thalamæ, & ipsæ inter Eleutherolaconum urbes. Thea. Therapne, vicina Spartæ: ubi Diana primum culta. Menelai illic templum, ut & Helenæ, ac sepulcrum. A Therapne, Lelegis filia, nominata. Plinii locus, Stephanique, item Statii, ac Lutatii, emendatus. Etiam Sparta appellata, & mari assita. A nonnullis, locus esse, non urbs, dicta: ac Dioscurorum item illic fanum. Statii locus illustratus. Apollonii sacratus locus.

TEUTHRONE. Inter Eleutherolaconum urbes ponitur a Pausania: qui & mari assitam dicit conditamque a Theuthrante Atheniensi: tum Dianam item Issoriam illic cultam, ac fuisse fontem Najam. Απὸ δὲ Πυῤῥίχυ καταβάντι ἐς θάλασσαν, ἐσι Τεύθρώνη. τὸν δὲ οἰκισlw οἱ ταύτῃ Τεύθραντα Αθlwαῖον ὄντα ἀποφαίνυσι. τιμῶσι δὲ θεῶν μάλισα Ισσωρίαν Αρτεμιν. καὶ πηγὴ σφισιν ἐσι Ναΐα. *A Pyrrhicho ad mare tendenti, Teuthrone occurrit. conditorem tradunt incolæ Teuthrantem Atheniensem. Inter deos vero maxime colunt Dianam Issoram: ac fontem habent Najam*. Meminit Teuthronis etiam Ptolemæus.

Thalamæ. Etiam hæc Eleutherolaconum urbs commemoratur a Pausania. A Ptolemæo inter urbes mediterraneas recensetur, *lib.* III.

Thea. Stephanus. Θέα, πόλις τῆς Λακωνικῆς. *Thea, urbs Laconicæ*. Meminit Theensium, qui hanc urbem incolebant, etiam Thucydides.

Therapnæ, sive *Therapne*; nam utroque modo scribitur. Mela, *lib.* II. *cap.* III. *In Laconide Therapne, Lacedæmon, Amyclæ*. Etymologici Auctor. Θεράπνη, πόλις Λακεδαιμονίας. *Therapne, urbs Laconicæ*. Erat autem non longe a Sparta. Coluthus, *De raptu Helenæ*, postquam de Sparta verba fecit, addit.

Γείτονα παπταίνων ἐρατlw θηεῖτο Θεράπνlw.
Vicinam spectans amabilem Therapnen admirabatur.

Et observare est apud Pausaniam, ubi Spartam describit. Τὸ δὲ Εφηβαῖον ἐσι κ) ἐκ τῆς πόλεως, Θεράπνης ὐ πολὺ ἀφεςηκός. *Ephebæum vero etiam est extra urbem, non longe a Therapne urbe distans*. Illic primum culta Diana. Solinus, *cap.* XIII. *Therapnæ, unde primum cultus Dianæ*. Erat ibidem Menelai templum; uti item, pariter atque Helenæ, sepulcrum. Pausanias. Θεράπνη δὲ ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γέγονεν ἀπὸ τῆς Λέλεγος θυγατρός. Μενελάυ δὲ ἐσιν ἐν αὐτῇ ναός. καὶ

Μενέλαον, ϗ Ἑλένlω, ἐνταῦθα ταφlῦαι λέγουσι. *Therapne vero nomen loco datum fuit a Lelegis filia. Menelai vero ibi templum est: ac Menelaum, Helenamque, ibi referunt sepultos.* Ubi illud quoque observa; a Therapne, Lelegis filia, nomen inditum fuisse. Menelaum vero, ac Helenam, ibi coli consuevisse, supra docui, *lib.* I. *cap.* III. Tryphiodorus, *De Ilii excidio*, Helenam vocat Νύμφlω Θεραπναίlω, *Nympham Therapnæam*, ubi de ea agit, isto versu.

> Τοίη μαρμαίρουσα Θεραπναίη τότε νύμφη.
> *Talis tunc radians Therapnæa nympha.*

Apud Plinium, non recte scribitur, *Theramnæ*, *lib.* IV. *cap.* V. uti neque apud Stephanum, istis verbis. Θεράμναι, πόλις Λακωνικὴ, lὼ τινες Σπάρτlω φασίν. *Theramnæ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam dicunt.* Rescribe, in Plinio, *Therapnæ*; & in Stephano, ϑεράπναι. Ubi illud quoque observa, quod non alibi temere obvium, Spartam item eam urbem appellatam. Aud Statium, pluribus locis recte scribitur *Therapnæ* & *Theranæus*; sed mendose, *Theb.* VII.

> —— *Theramnæi fugerunt carbasa fratres.*

Et apud Lutatium, illo loco. *Thermane, Laconiæ civitas est.* Videtur ad mare sita fuisse; idque nobis Orpheus indicat, in *Argonauticis*, cum inquit;

> —— ἁλικλύστους τε Θεράπνας.
> —— *Therapnæ, quæ mari alluuntur.*

Qnidam, locum potius, quam urbem, dicunt. Pausanias, in *citatis verbis*. Θεράπνη δὲ ὄνομα μὲν τῷ χωρίῳ γέγονεν. *Therapne vero nomen loco datum fuit.* Etiam Suidas. Θεράπναι, τόπος ἐστὶν ἐν τῇ Λακεδαιμονίᾳ. *Therapne, locus est in Lacedæmonia.* Stephanus, urbem, & locum, distinguit; ac, fuisse Dioscurorum illic templum, nobis refert. Θεράπναι, (ita enim jam scribendum esse monui,) πόλις Λακωνικὴ, lὼ τινες Σπάρτlω φασίν. ἔστι καὶ τόπος, ἔχων ναὸν τὸν Διοσκούρων. *Therapnæ, urbs Laconica, quam nonnulli Spartam dicunt. Est & locus, habens fanum Dioscurorum.* Scholiastes Pindari, *Isthm.* Od. I. Ιστέον, ὅτι τῆς Λακωνικῆς ἐν Θεράπναις τὸ ἱερόν ἐστι Διοσκούρων. *Sciendum est, in Laconicæ Therapnis fanum esse Dioscurorum.* Ac respexit eo Statius, in Carmine ad Julium Menecratem, *Silv.* lib. IV.

> *Et vos Tyndaridæ, quos non horenda Lycurgi*
> *Taygeta, umbrosæque magis coluere Therapnæ.*

Ac credebant Lacedæmonii, quo die sub terra agebant, sub Therapne eos agere. Inde Pindarus, de illis loquens, *Nem.* Od. X.

> Μεταμειβόμενοι δ' ἐναλλὰξ ἁμέραν, τὰν μὲν παρὰ πατρὶ φίλῳ
> Διὶ νέμονται, τὰν δ' ὑπὸ κεύθεσι γαίας, ἐν γυάλοις Θεράπνας,
> Πότμον ἀμπιμπλάντες ὁμοῖον. ——
> *Alternantes vero per vices diem, unum quidem apud patrem carum*
> *Jovem degunt, alterum autem sub latebris terræ, in cavitatibus Therapnes,*
> *Fatum explentes simile.* ——

Ubi Scholiastes vetus. Μεταβαλόντες δὲ αὐτοὶ οἱ Διόσκουροι, καὶ ἐκ διαδοχῆς ἐναλλάσσοντες τὰς ἡμέρας, μίαν μὲν διάγουσιν ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς θεοὶ, μίαν δὲ ἐν τοῖς ὑπογείοις τῆς Θεράπνης. *Permutantes vero inter se Dioscuri, ac dies per vices alternantes, unum quidem in cœlo degunt tanquam dii, alterum autem in locis subterraneis Therapnes.* Utramque Veterum sententiam, de urbe, & loco, tradit etiam Scholiastes Apollonii: qui hoc addit, sacrum Apollini fuisse locum, *lib.* I. Θεράπναι, τόπος τῆς Σπάρτης· οἱ δὲ, πόλιν. ὁ δὲ Ἀπολλώνιος, τόπον ἱερὸν Ἀπόλλωνος. *Therapnæ, locus Spartæ: quidam, urbem esse, dicunt. Apollonius vero, locum Apollini sacrum.*

Fuit itidem urbs, *Thestia*. Hanc a Thestio olim rege conditam ad Eurotam flumen, refert Cedrenus, ubi de Laconicæ regibus. Καὶ μετ' αὐτὸν ἄλλοι τινες ἦρξαν, ἕως Θεστίου· ὃς παρὰ τὸν Εὐρώταν ποταμὸν πόλιν ᾠκοδόμει τlὼ Θεστίαν. *Ac post ipsum alii quidam regnavere, usque ad Thestium; qui ad fluvium Eurotam urbem Thestium condebat.*

Thurium. Ptolemæo memoratur inter urbes mediterraneas.

CAP. XIII.

Thyrea, in agro Cynurio, Laconicæ, & Argolicæ, limitaneo; unde nata inter illos controversia, & mox bellum: in quo Orthryadæ virtus emicuit. Lutatii locus restitutus, & Plutarchi. Seneca Rhetor illustratus. Quot in pugna hac pugnarint. item quando. Menander rhetor emendatus. Coronæ, in memoriam victoriæ ejus, Thyreaticæ appellatæ. Solini locus restitutus, ut & Stephani. Trinassus. Tripolis. Tylus, Zarax, sive Zares: a Cleomene deleta.

THYREA. Sita erat in agro Cynurio, Laconicæ, & Argolicæ, limitaneo. Thucydides, *lib.* II. Ἡ δὲ Θυρεᾶτις γῆ, μεθορία τῆς Ἀργείας, καὶ Λακωνικῆς ἐστιν. *Thyreensis vero ager, Argolicam, & Laconicam, dividit.* Docet idem, *lib.* IV. Ἀφικνοῦνται ἐπὶ Θυρέαν. ἥ ἐστι μὲν τῆς Κυνουρίας γῆς καλουμένης, μεθορία δὲ τῆς Ἀργείας, καὶ Λακωνικῆς. νεμόμενοι δὲ αὐτlὼ ἔδοσαν Λακεδαιμόνιοι Αἰγινήταις ἐκπεσοῦσιν ἐνοικεῖν. *In Thyream abeunt. quæ est quidem terræ. quam Cynuriam vocant, inter Argolicam, & Laconicam, limitaneæ: sed possidentes Lacedæmonii, Æginetis, patria ejectis, dederant inhabitandam.* Duas autem ea terra urbes in se continebat, Thyream hanc, de qua ago, & Anthenen: & Lacedæmonii eam possidebant. Ac Lacedæmonios quidem possedisse, vides in Thucydidis *verbis*, jam *citatis*. Et est alius ejus locus, qui & de duabus illis urbibus docet, *lib.* V. Περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται, μεθορίας οὔσης. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ Θυρέαν, καὶ Ἀνθlὼlω πόλιν. νέμονται δ' αὐτlὼ Λακεδαιμόνιοι. *De terra Cynuria, de qua, quod in finibus sita sit, semper inter eos controversia est. Continet vero in se Thyream, & Anthenen urbem; possident vero ipsam Lacedæmonii.* Et adjudicarunt olim Amphictyones: uti docet nos Plutarchus, in *minoribus Parallelis*. Sed de controversia illa, cujus meminit Thucydides, etiam videre licet apud Herodotum, *lib.* I. ac Strabonem, itidem *lib.* I. Et in bellum ea erupit: de quo Theseus, vetus Auctor, in *fragmento* apud Stobæum, *Serm.* VII. Λακεδαιμόνιοι, καὶ Ἀργεῖοι, ἐπὶ χωρίου Θυρέας, ἐν μεθορίῳ κειμένης, μέχρι μέν τινος, ὅλοις τοῖς στρατεύμασι παρετάσσοντο πρὸς ἀλλήλους. τέλος ἔδοξεν αὐτοῖς ἐπιλέξαι παρ' ἑκατέρων τριακοσίους, κἀκείνων μαχεσαμένων, τοῖς κρατήσασι διαφέρειν τὸ χωρίον. οὗπερ γενομένου, Ὀθρυάδης, Λακεδαιμόνιος στρατιώτης, πολλοὺς ἀποκτείνας, καὶ πολλὰ τετρωμένος, ἔκειτο μεταξὺ τῶν ἀνῃρημένων Λακεδαιμονίων, μόνος περιληφθείς· Ἀργείων δὲ δύο, Ἀλκήνορος, καὶ Χρομίου. ὧν ἀπελθόντων εἰς Ἄργος, ἀπαγγεῖλαι τlὼ νίκlω, Ὀθρυάδης, πολλοὺς σκυλεύσας τῶν πολεμίων, τρόπαιον ἔστησε. καὶ, χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι, ἐπέγραψε, Λακεδαιμόνιοι κατ' Ἀργείων. καὶ τοῦτο πράξας, ἀπέθανε. *Lacedæmonii, & Argivi, de agro Thyreo, in confinio sito, aliquandiu totis inter se exercitibus concertabant. tandem vero visum fuit, utrinque eligere trecentos: qui cum pugnassent, penes victores*

A *regiones jus futurum. Quo facto, Othryades, miles Lacedæmonius, cum interfecisset multos, ipse etiam vulneribus multis saucius, jacebat inter occisos Lacedæmonios, solus superstes; cum ex Argivis duo reliqui facti essent, Alcenor, & Chromius. qui cum Argos abiissent, ad victoriam nuntiandam, Othryades, multis hostium spoliatis, tropheum erexit: vulnerumque usus sanguine, inscripsit; LACEDÆMONII DE ARGIVIS. & hoc facto, expiravit.* Meminit Statius, cum inquit, *Theb.* IV.

Et Lacedæmonium Thyree lectura cruorem.

B Ad quem locum sic Lutatius. *Thyree; civitas. Hujus populi duo quondam inter se dissidentes, Lacedæmonii, & Argivi. & Lacedæmoniorum dux Othryades, cum ejus exercitus jam prope victor esset, tamen gravi vulnere jaceret, excepto, antequam totam animam exhalaret, sanguine trophæa jussit attoli: quibus digito, sanguine oblito, hæc scripsit,* καὶ * *aptron e prata* λέιον. Verum in postremis verbis nihil sani est. Sic emendo, *Hæc scripsit*, Διῒ τροπαιούχῳ. Firmat emendationem meam Plutarchus, qui historiam plene narrat, in *citatis Parallelis*, istis verbis. Αργείων, καὶ Λακεδαιμονίων, ὑπὲρ Θυρεάτιδος χώρας πολεμούντων, οἱ Αμφικτύονες ἔκριναν, πολεμῆσαι ἑκατέρους, καὶ τῶν νικησάντων εἶναι τὴν χώραν. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν, Οθρυάδην ἐποίησαν στρατηγὸν. Αργεῖοι δὲ, Θέρσανδρον. Πολεμούντων δὲ, δύο ἐκ τῶν Αργείων περιελείφθησαν, Αγήνωρ, καὶ Χρόμιος. οἵτινες εἰς τὴν πόλιν ἤγγειλαν τὴν νίκην. Ηρεμίας δὲ ὑπαρχούσης, ὁ Οθρυάδης, ἔτι ζήσας, καὶ ἡμικλάστοις δόρασιν ἐπερειδόμενος, τὰς τῶν νεκρῶν ἁρπάζων ἀσπίδας, περιείλετο. καὶ τρόπαιον στήσας, ἐκ τοῦ ἰδίου αἵματος ἐπέγραψεν, Διῒ τροπαιούχῳ. C *Argivis, & Lacedæmoniis, de agro Thyreatico altercantibus, Amphictyones censuerunt, uti bello utrinque inter se certarent, ac victorum fore terram. Itaque Lacedæmonii a sua parte Othryaden fecere ducem, Argivi vero Thersandrum. Cum pugnassent, duo ex Argivis superstites manserunt, Agenor, & Chromius; qui victoriam civibus renuntiarunt. Othryades vero, adhuc vivus, nullo jam infesto ultra, hastilibus semifractis innixus, mortuorum scuta abstulit: ac, trophæo erecto, suo sanguine, inscripsit; Jovi tropæucho.* Verum illic, pro Αγήνωρ, rescribendum est, Αλκήνωρ, ex Herodoto, *lib.* I. Theseo, in *citatis verbis*, Pausania, in *Corinthiacis*, & Suida, *in* Οθρυάδης. qui hanc pugnam fuse etiam illic narrant. Breviter autem Valerius Maximus, *lib.* III. *cap.* II. *Othryadæ quoque pugna pariter, ac morte speciosa, Thyreatium laude, quam spatio, latius solum cernitur. Qui sanguine suo scriptis literis, direptam hostibus victoriam, tantum non post fata sua, in sinum patriæ cruento trophæi titulo retulit.* Eleganter Antonius Atticus, apud Senecam Rhetorem. *Othryades, pene a sepulcro victor, digitis vulnera gessit, ut trophæa Laconum inscriberet. dignum Spartano sacramento virum, cujus ne literæ quidem fuere sine sanguine!* Et Othryadæ quidem virtus, quæ in bello hoc emicuit, etiam commemoratur a Libanio, in *Apologia Archidami, Declam.* XXIV. Ac trecenti in hac pugna cum trecentis concertabant. Indicat Strabo, *lib.* VIII. Περὶ ὧν (Θυρεῶν) Αργείοις, καὶ Λακεδαιμονίοις συνέστη ἀγὼν, τριακοσίοις. ἐνίκων δὲ Λακεδαιμόνιοι, στρατηγοῦντος Οθρυάδα. *De quibus (Thyreis) Argivi, & Lacedæmonii, concertabant, trecenti adversus trecentos, ac vincebant Lacedæmonii, duce Othryade.* Idem dicit etiam Suidas, *loco citato*: ac multo ante utrunque, Herodotus, *lib.* I. & Isocrates, in *Archidamo*. Inde Seneca Rhetor, *Suas.* II. *Ut unum Othryadem citem, annumerare trecentis exempla possum.* Vides item in *citatis* Thesei *verbis*. Ampelius, tantum quinquaginta concertasse utrinque dicit, in *Libro Memoriali*, ubi de regibus Lacedæm. agit. Corruptus est Solini locus, qui id bellum anno Romuli decimo septimo gestum dicit, *cap.* XIII. *Anthea, & Cardamylæ, ubi quondam fuit Thyrra, nunc Locus dicitur: in quo anno* XVII. *regni Romuli, inter Laconas, & Argivos, memorabile fuit bellum.* Rescribendum, *Anthena, & Cardamyle. Ibi quondam fuit Thyrea: nunc Locus dicitur.* Erat certe Thyrea, Solini tempore, non amplius urbs, sed locus tantum. Ita quoque Plinii ævo, quem exscripsit: cujus hæc de ea verba, *lib.* IV. *cap.* V. *Ubi fuere Cardamyle, Pitane, Anthena: locus Thyrrea, Gerania.* Quæ verba etiam evincunt, in Solino itidem scribendum, *Anthena:* uti supra quoque dixi, hujus *libri cap.* VIII. Sicut vero Rege Romanorum Romulo bellum illud gestum fuit, ita quoque Spartanorum Theopompo: uti supra indicavi, cum de eo rege agerem. Sed in numero annorum, item in Solino, mendum; ac scribendum, *anno* XXXII. *regni Romuli.* Nam Olympiadis decimæquintæ annus primus, quo id bellum gestum fuit, incidit in Romuli tricesimum secundum. Hieronymus, in *Chronico Eusebiano*, ad id tempus. *Bellum, quod in Thyrea, inter Lacedæmonios & Argivos, gestum est, hoc tempore fuit.* Meminit vero hujus belli etiam Stephanus, sed mendoso itidem loco. Θυρέα περὶ ἧς Αργεῖοι, καὶ Λακεδαιμόνιοι, ἐπολέμησαν. ἔστι δὲ καὶ τῆς Καιναργίας γῆς, μεθορία δὲ τῆς Αργείας, καὶ Λακεδαιμονίας, *Thyrea, de qua Argivi, & Lacedæmonii, bellum gesserunt. Est autem sita in terra Cœnargia, in confinio agri Argivi, & Laconici.* Omnino rescribi debet, Εστι δὲ καὶ τῆς Κυνουργίας γῆς. *Est autem sita in terra Cynuria.* Quippe in Cynuria sitam, ex Thucydidis *citatis* ante *locis* satis certum. Meminit rei hujus gestæ etiam Menander Rhetor, *cap.* Πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Αὐτῶν δὲ τῶν ὑποθέσεων, αἱ μὲν κοιναὶ, αἱ δὲ ἴδιαι μὲν, ὡς τὸ περὶ Θυρέαν Λακεδαιμονίων ἔργον. *Ex ipsis vero argumentis, alia sunt communia, alia propria quidem, ut res ad Thyream gestæ a Lacedæmoniis.* Ita scribo. D Male per diphthongum scriptum a librario, Θυραίαν, *Thyræam.* Denique illud hic addendum, Lacedæmonios, in victoriæ, quam hoc bello reportarunt, monumentum, quasdam e palma coronas, quas vocabant Thyreaticas, gestasse, in festo gymnopædiarum: easque postea psilinas dictas. Athenæus, *lib.* XV. Θυρεατικοί. οὕτω καλοῦνται στεφανοί τινες παρὰ Λακεδαιμονίοις, ὥς φησι Σωσίβιος, ἐν τοῖς περὶ θυσιῶν. ψιλίνους αὐτοὺς φάσκων νῦν ὀνομάζεσθαι, ὄντας ἐκ φοινίκων. φέρειν δ' αὐτοὺς ὑπόμνημα τῆς ἐν Θυρέᾳ γενομένης νίκης, τοὺς προστάτας τῶν ἀγομένων χορῶν ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ, ὅτε καὶ τὰς γυμνοπαιδιὰς ἐπιτελοῦσι. E *Thyreaticæ. sic vocantur coronæ quædam apud Lacedæmonios, ut ait Sosibius, in Opere de sacrificiis: dicens, psilinas nunc vocari, e palma confectas. gestare autem eas, in victoriæ, ad Thyream reportatæ, monumentum, illos, qui præessent choris, celebratis in hoc festo, & cum gymnopædias agitant.* Meminitque coronarum istiusmodi etiam Hesychius. Θυρεατικοί. στέφανοι τινὲς, παρὰ Λακεδαιμονίοις. *Thyreaticæ. coronæ quædam, apud Lacedæmonios.* Et hæc quidem de Thyrea.

F *Trinassus.* Ptolemæus navale dicit; & inter urbes in Laconico sinu refert, *lib.* III. Καὶ ἐν τῷ Λακωνικῷ κόλπῳ, Ταίναρον, Καίνη, Τεύθρώνη, Λᾶς, Γύθιον, Τρίνασσος ἐπίνειον. *Et in Laconico sinu, Tænarum, Cæna, Teuthrone, Las, Gythium, Trinassus navale.* Pausaniæ ævo, mœnia supererant tantum: isque locum præsidiis munitum potius, quam urbem, fuisse arbitratur. Εν ἀριστερᾷ δὲ Γυθείου, στάδια προελθόντι ὡς τριάκοντα, ἐστὶν ἐν τῇ ἠπείρῳ Τρινάσσου καλουμένης τείχη, φρούριον ποτὲ, ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ οὐ πόλεως. *Ad sinistram vero Gythei, stadia circiter triginta progresso, Trinassi, quæ vocatur, muri sunt in continenti, olim ca-*

ſtelli, ut mihi videtur, & non urbis.

Tripolis. Prope fines Megalopolitanorum Livio commemoratur, *lib.* xxxv. *Ita perculſis hoſtibus, Philopœmen protinus ad depopulandam Tripolin Laconici agri, qui proximus finem Megalopolitarum eſt, duxit.*

Tylus Vide *Oetylus.*

Zarax. Inter Eleutherolaconum urbes ponitur a Polybio, & Pauſania. Meminit Plinius, *lib.* IV. *cap.* V. Polybius, in Argivorum finibus ponit, & exciſam a Cleonymo olim tradit, *lib.* IV. Ἐπιδαύρε δὲ σαδίες ἑκατὸν ἀπέχει Ζάραξ, ἄλλως μὲν εὐλίμενον χωρίον, τῶ δὲ Ἐλευθερολακώνων μάλιστα τοῦτο ἐκτετρύχωται. Ἐπεὶ καὶ Κλεώνυμος Κλεωμένους, τοῦ Ἀγησιπόλιδος, μόνον τοῦτο τῶν Λακωνικῶν πολισμάτων ἐποίησεν ἀνάστατον. *Epidauro vero ſtadiis centum abeſt Zarax, locus portum cæteroquin aptum habens: ſed ex omnibus Eleutherolaconum urbibus hæc afflicta maxime fuit. ſiquidem Cleonymus, Cleomenis filius, Ageſipolidis nepos, unum hoc Laconicum excidit oppidum.* Apud Stephanum, per η ſcribitur, Ζάρηξ, *Zarex.* Ecce verba. Ζάρηξ, πόλις Λακωνική, πρὸς τῇ θαλάσσῃ. *Zarex, urbs Laconica, ad mare ſita.* Eodem modo eſt apud Ptolemæum.

CAP. XIV.

Ægila; ubi Dianæ fanum. Caricus. Caryæ, ſive Carya: ubi Diana Caryatis. Caryſtus, vino nobilis. Colonæ; ubi Bacchi, Colonatæ cognomento dicti, fanum: & Cottinæ ſcorti Domus: quæ & buculum ex ære ibi loci dedicavit. Cortyta. Coryphaſium. Cynoſuris: ubi canes præcellentes. Derrha, ſive Derrhium: ubi Diana Derrhiatis. Stephani locus emendatus. Pauſaniæ, Stephani, & Heſychii, diſſidium. Δύμη. Pratinæ Δυμαῖαι. Athenæus emendatus. Jopis. Iſſaria. Polyæni locus reſtitutus. Meſſapeæ: ubi Jupiter, cognomento Meſſapeenſis. Meſſoa; ſive Meſoa: Alcmanis poetæ patria. Nedon: unde Minerva Neduſia. Onogla: locus vino clarus. Pieria, ubi vicus, Sacus. Sandalium: ubi Helenæ ſandalium excidit, cum perſequeretur Paris. Sciritis. Scolitas: ubi Jupiter Scolitas. Sphageæ. Stathmi: ubi vinum præſtans erat. Tumuli magni, ſepulcra Phrygum, qui ſecuti Pelopem erant.

POSTQUAM urbes memoravimus, loca quædam videamus. In his *Ægila*; ubi fanum Dianæ erat. Pauſanias, in *Meſſen.* Ἐστι δὲ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν ἵδρυται ἅγιον Ἀρτέμιδος. *Eſt & Ægila Laconica, ubi ſacrum Dianæ.* Feſtum ibi a matronis celebratum tradit idem, in ſequentibus mox verbis.

Caricus. Iſaacius Tzetzes, *ad Lycophronem.* Οἵτινες ἦσαν ἀπὸ τῶν Καρικῶν ποτῶν, τουτέστι Λακεδαιμονίας. Καρικὸς γὰρ, ποταμὸς, καὶ τόπος, Λακωνικῆς. *Qui erant a Caricis laticibus, id eſt, Laconia. Caricus enim, fluvius, & locus, Laconicæ.*

Caryæ. Pauſanias. Τὸ χωρίον Ἀρτέμιδος, καὶ Νυμφῶν, ἐστιν αἱ Καρύαι. καὶ ἄγαλμα ἕστηκεν Ἀρτέμιδος ἐν ὑπαίθρῳ Καρυάτιδος. *Locus eſt Dianæ, & Nymphis, ſacer, Cariæ: eſtque ſub dio Dianæ Caryatidis ſimulacrum.* Stephanus, Κάρυα dicit, genere neutro, ut loquuntur Grammatici. Κάρυα, χωρίον τῆς Λακωνικῆς. *Carya, locus Laconicæ.* Meminit quoque Lucianus, libro *De Saltatione.* Olim inter urbes erat: verum exciderunt Græci, quod cum Perſis conſenſiſſet. Vide plene memorantem id Vitruvium, *Architect.* lib. I. cap. I. De Diana Caryatide, quæ ibidem colebatur, ſupra dixi, *lib.* I. *cap.* II.

Caryſtus. Vino nobilis. Vide ſupra, *lib.* I. *cap.* XIV.

Colone. In ipſa urbe Sparta erat: ubi Bacchi quoque fanum, & Cottinæ item domus, meretricis hic famoſæ; quæ & buculæ ex ære ſtatuam ibi dedicaverat. Athenæus, *lib.* XIII. Ἐν δὲ Λακεδαίμονι, ὥς φησι Πολέμων ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων, εἰκών ἐστι διαβοήτου ἑταίρας Κοττίνας. ἣν φησι καὶ βοῦν ἀναθεῖναι χαλκῆν, γράφων οὕτως. Καὶ τὸ Κοττίνας δὲ τῆς ἑταίρας εἰκόνιον, ἧς, διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, οἴκημά τι λέγεται καὶ νῦν ἐγγυτάτω τῆς Κολώνης, ἵνα τὸ Διονύσιόν ἐστιν, ἐπιφανὲς, καὶ πολλοῖς ἐγνωσμένον τοῖς ἐν τῇ πόλει. ἀνάθημα δ' αὐτῆς ἐστιν ὑπὲρ τὸ τῆς Χαλκιοίκου, βοΐδιόν τι χαλκοῦν, τὸ προειρημένον εἰκόνιον. *Lacedæmone vero, ut ait Polemon Periegeta, in Opere, De donariis, quæ ſunt Lacedæmone, imago quædam eſt Cottinæ, celebratæ meretricis: quam ex ære dedicaſſe bovem dicit, ita ſcribens. Ac Cottinæ vero meretricis imaguncula, cujus, quod illuſtris eſſet, domus etiam nunc quædam memoratur proxime Colonen, ubi Bacchi fanum eſt, inſignis, multiſque in civitate nota. Donarium vero ejus exſtat ſupra Chalciœci fanum, bucula ex ære, imaguncula, de qua dictum.* Bacchus vero, cujus ibi fanum extitiſſe dicitur, ut hoc obiter quoque dicam, ab hoc loco Κωλωνάτας cognomento appellatur. Pauſanias, in *Laconicis.* Ἀπαντικρὺ δὲ, ἥ τε ὀνομαζομένη Κολώνα, καὶ Διονύσου Κολωνάτα ναός. *Ex adverſo vero, & Colona eſt, quæ vocatur, & Bacchi Colonatæ fanum.*

Cortyta. Stephanus. Κορτύτα, χωρίον Λακωνικόν. *Cortyta, locus Laconicus.* Meminit ejus & Thucydides, *lib.* IV.

Coryphaſium. Κορυφάσιον, χωρίον Λακωνικόν. *Coryphaſium, locus Laconicæ.* Meminit ejus etiam Thucydides, ſemel, iterumque, *lib.* IV.

Cynoſuris. Scholiaſtes Callimachi, Hymno *in Dianam.* Κυνοσουρὶς, τόπος Λακωνικῆς. *Cynoſuris, locus Laconicæ.* Canes ibi præſtantes erant: uti ſupra memoravi. *lib.* III. *cap.* I.

Derrha. Ibi Diana, *Derrhiatis* cognomento, colebatur. Stephanus. Δέῤῥα, τόπος Λακωνικῆς. ἀφ' οὗ Δερεάτιδος ἱερόν. *Derrha, locus Laconicæ: a quo Dianæ Dereatidis fanum.* Sed ſcribendum, Δεῤῥιάτιδος, *Derrhiatidis.* Eodem modo apud Heſychium, *in* Καλαλαβὶς, ſcribitur. Ἐν τῷ τῆς Δερεάτιδος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ᾀδόμενοι ὕμνοι. *Hymni in Dianæ Dereatidis fano cantati.* Itidem eſt reſcribendum, Δεῤῥιάτιδος, *Derrhiatidis.* Pauſaniæ, in *Laconicis*, locus iſte *Derrhium* dicitur: e quo illud quoque diſcimus, non procul Taygeto abfuiſſe. Τοῦτό τε οὖν τὸ Λαπιθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ. καὶ οὐ πόῤῥω Δέῤῥιον, ἔνθα Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἐν ὑπαίθρῳ Δεῤῥιάτιδος. *Eſt itaque Lapithæum hoc in Taygeto: & non procul inde Derrhium, ubi ſub dio Dianæ Derrhiatidis eſt ſimulacrum.* Nota autem illud etiam; a Pauſania ſimulacrum memorari, cum Heſychius, Stephanuſque, fanum dicant.

Dyme. Heſychius. Δύμη, ἐν Σπάρτῃ φυλὴ, καὶ τόπος. *Dyme, Spartæ tribus, & locus.* Qui inde erat, Δυμαῖος dictus; fuitque in fæminas Δυμαίας comœdia Pratinæ, Δυμαῖαι inſcriptæ. Male legitur apud Athenæum, *lib.* IX. Τρατίνας, ἐν Δυμάναις, pro, Πρ. ἐν Δυμαίαις. Neque recte Caſaubonus vult, Λακαίναις.

Jopis. Stephanus. Ἰωπὶς, Λακωνικὴ χώρα. *Jopis, Laconicæ locus.*

Meſſapeæ. Stephanus. Μεσσαπέαι, χωρίον Λακωνικόν. τὸ ἐθνικὸν Μεσσαπεεύς. οὕτω γὰρ ὁ Ζεὺς ἐκεῖ τιμᾶται. *Meſſapeæ, locus Laconicæ; gentile, Meſſapeeus: eo enim cognomento Jupiter illic colitur.* Ac de Jove quidem, hujus cognomenti, quod illic addit, ſic Pauſanias. Ἐστι δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Διὸς Μεσσαπέως τέμενος. γενέσθαι δέ οἱ τὴν ἐπίκλησιν ἀπὸ ἀνδρὸς λέγουσιν, ἱερωσαμένου τῷ θεῷ. *Eſt autem in campo Jo-*

vis Messapeensis fanum: idque ei inditum cognomen tradunt de sacerdotis nomine.

Issoria. Ubi Diana Issoria culta. Hesychius. Ισσωρία, ἡ Αρτεμις, καὶ ἑορτὴ, καὶ τόπος ἐν Σπάρτῃ. *Issoria, Diana, & festum, & locus Spartæ*. Plutarchus, in *Agesilao*, neutro genere dicit, & fuisse locum munitum. Κατελάβοντο τὸ Ισσώριον, ὃ τὸ τῆς Αρτέμιδος ἱερόν ἐστι, δι᾽ ἐρκῆ καὶ δυσεκβίαστον τόπον. *Occuparunt Issorium, ubi Dianæ fanum est, locum bene septum, ac munitum*. Stephanus, montem dicit. Ισσώριον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ᾽ οὗ ἡ Αρτεμις Ισσωρία. *Issorium, mons Laconicæ, a quo Diana Issoria*. Polyænus, collem tradit, *lib.* II. in *strategemate Agesilai* XIV. Τῶν ὁπλιτῶν οἱ πολλοὶ κατελάβοντο λόφον, ἱερὸν Αρτέμιδος Ισσωρίας, ἐγγὺς Πιτάνης. *Armatorum multi occuparunt collem, Dianæ Issoriæ sacrum, prope Pitanen*. Ita enim locus ille legi debet.

Messoa. Stephanus. Μεσσόα, τόπος τῆς Λακωνικῆς. *Messoa, locus Laconicæ*. Hæc Alcmanis poetæ patria erat. Suidas. Αλκμὰν, Λάκων, ἀπὸ Μεσσόας. *Alcman, Lacon, a Messoa*. Apud Pausaniam, unico *s*, *Mesoa*, scribitur.

Nedon. unde cognomen Minervæ Nedusiæ. Suidas. Νέδων, ποταμὸς, καὶ τόπος Λακωνικῆς. ὅθεν Νεδουσία Αθηνᾶ. *Nedon, fluvius & locus Laconicæ: unde Nedusia Minerva*. Vide etiam Stephanum, *in* Νέδων, & Strabonem, *lib.* VIII.

Onogla. Locus, vino nobilis: exstatque ejus mentio apud Athenæum, *lib.* I. Vide supra, *lib.* I. *cap.* XIV.

Pieria. Ibi vicus, Σάκος, appellatus. Stephanus. Σάκος, κώμη τῆς ἐν Λακεδαίμονι Πιερίας. *Sacus, vicus Pieriæ, quæ est in Laconica*.

Sandalium. Nomen datum, quia Helenæ sandalium, Alexandrum persequentem fugientis, eo loco excidisset. Ptolemæus Hephæstionis, apud Photium, *Nov. Hist.* lib. IV. Εν Λακεδαίμονι τόπος τὸ Σανδάλιον, ἀπὸ τοῦ τῆς Ελένης σανδαλίου ἐκπεσόντος, αὐτῆς ἐν αὐτῷ διωκομένης ὑπ᾽ Αλεξάνδρου, ἔλαχε τὴν κλῆσιν. *Lacedæmone locus quidam est Sandalium appellatus, a sandalio Helenæ; quod ibi excidit, cum eam Alexander persequeretur*.

Sciritis. Thucydides, *lib.* V. Καὶ αὐτοὶ ἐφρούρουν ἐν τῇ Παῤῥασικῇ, κείμενον ἐπὶ τῇ Σκιρίτιδι τῆς Λακωνικῆς. *Et ipsi præsidium agebant in agro Parrhasio, in Sciritide Laconicæ sito*. Meminit etiam Diodorus Siculus, *lib.* XV.

Scolitas. Ibi Jupiter itidem Scolitas cultus. Vide supra, *lib.* I. *cap.* I.

Sphageæ. Xenophon, *Hist. Græc.* lib. VI. Περὶ δὲ τὸν Μνασίππου θάνατον ἐτύγχανεν ὢν τῆς Λακωνικῆς περὶ τὰς Σφαγίας. *Quo quidem Mnasippus occubuit, forte ad Laconicæ Sphageas erat*.

Stathmi. Locus, vino nobilis. Vide supra, *lib.* I. *cap.* XIV.

Denique & tumuli magni ostendebantur, quos sepulcra Phrygum esse, qui secuti Pelopem erant, asserebant. Athenæus, *lib.* XIV. Ιδοις δ᾽ ἂν καὶ τῆς Πελοποννήσου πανταχοῦ, μάλιστα δ᾽ ἐν Λακεδαίμονι, χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσι τάφους τῶν μετὰ Πέλοπος Φρυγῶν. *Visuntur in Peloponneso ubique, maxime vero in Lacedæmone, ingentes tumuli: quos sepulcra esse dicunt Phrygum, qui cum Pelope erant*.

Erant vero etiam plura Laconicæ loca; uti vici, fontes, fluvii, atque montes: quæ quandoquidem a Pausania accurate universa memorantur, equidem hic recensere arbitror supervacaneum. Eum adeat, quisquis forte scire volet.

CAP. XV.

Thornax. Apollinis Pythaei simulacrum; cui dedicando aurum Crœsus dedit. Etiam fanum. Hesychii locus restitutus. Postea Coccygius, aut Coccyx, dictus; quia Jupiter, in cuculum mutatus, Junonem illic vitiasset. Theocriti Scholiastes emendatus. Plataniстas: locus, in quo ephebi certabant. Theocriti locus correctus. Porticus Persica: unde ita appellata. Carnus, sive Carneus, ab Hippota, sive Aleta, interfectus: filius Jovis, & Europæ. Pausaniæ locus mutilus esse indicatur, & suppletur. Achæi Phthiotæ olim Spartam tenuerunt; a Pelope usque ad Heraclidarum reditum. Brasidiæ cenotaphium Spartæ, sepulcrum Amphipoli.

NUNC nonnulla, ad propositum mihi Opus pertinentia, sine ordine, nisi quem Pausanias ponit, in *Laconicis*, ejus illustrandi caussa, explicabo. Ejus verba ista occurrunt. Εν δὲ Θόρνακι, ἐς γὰρ τοῦτο ἀφίξῃ προϊὼν, ἄγαλμά ἐστι Πυθαέως Απόλλωνος. *In Thornace vero, nam progressus huc pervenies, est Apollinis Pythaei simulacrum*. De Apolline Pythaeo, dixi olim, *Lectionum Atticarum* lib. IV. cap. II. Thornax vero, erat mons Laconicæ. Stephanus. Θόρναξ, ὄρος τῆς Λακωνικῆς. *Thornax, mons Laconicæ*. Ad Apollinis vero ejus simulacrum cum habere aurum vellent, quosdam in Lydiam ablegarunt, qui id illic compararent: ac cum Sardes eam ob causam advenissent, Crœsus illis, quod coemerant, universum est largitus. Herodotus, *lib.* I. Πέμψαντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐς Σάρδις, χρυσὸν ὠνέοντο, ἐς ἄγαλμα βουλόμενοι χρήσασθαι τούτῳ, τὸ νῦν τῆς Λακωνικῆς ἐν Θόρνακι ἵδρυται Απόλλωνος. Κροῖσος δέ σφι ὠνεομένοισι ἔδωκε δωτίνην. *Nam cum Lacedæmonii misissent Sardes, aurum emerunt, eo uti cupientes ad hoc signum, quod in Thornace Laconicæ est Apollini dedicatum. Crœsus vero his qui emerant dono dedit*. Pausanias dicit, ad Apollinem, qui Amyclis, exornandum transtulisse. Καὶ τὸν χρυσὸν, ὃν Κροῖσος ὁ Λυδὸς τῷ Απόλλωνι ἔπεμψε τῷ Πυθαεῖ τούτῳ, ἐς κόσμον τοῦ ἐν Αμύκλαις κατεχρήσαντο ἀγάλματος. *Ac quod aurum Crœsus Lydus miserat Apollini huic Pythaeo, ad ornandum simulacrum, quod Amyclis, transtulerunt*. Neque simulacrum tantum, verum etiam fanum erat: & Apollo, uti Pythaeus dictus, sic, a monte, etiam Thornax. Observare illud licet apud Hesychium, isto loco. Θόρναξ, ὑποπόδιον· ἢ ἱερὸν Απόλλωνος, ἐν τῇ Λακωνικῇ. ἀπὸ Θόρνακος, Θόρναξ Απόλλων. *Thornax, suppedaneum: aut fanum Apollinis, in Laconica. A Thornace, Thornax Apollo*. Ita verba ea restituo, male hodie divulsa. In hoc Jovem, cum Junonis pudicitiæ immineret, cuculi induta forma, consedisse fabulantur; & Coccygium inde item, nomine mutato, dictum. Pausanias, in *Corinthiacis*. Εστι δ᾽ οὖν ὁδὸς καὶ ἐς ταύτην τοῦ τε Πρῶνος μέση, καὶ τοῦ Θόρνακος καλουμένου τὸ ἀρχαῖον. ἀπὸ δὲ τῆς Διὸς ἐς κόκκυγα ὄρνιθα ἀλλαγῆς, λεγομένης ἐνταῦθα γενέσθαι, μετονομασθῆναι τὸ ὄρος φασίν. ἱερὰ δὲ καὶ ἐς τόδε ἐπὶ ἄκρων τῶν ὀρῶν, ἐπὶ μὲν τῷ Κοκκυγίῳ Διός, ἐν δὲ τῷ Πρῶνι ἐστὶν Ηρας. *Via est autem, media inter Pronem collem, atque eum qui antiquitus Thornax dictus. sed a Jovis in avem cuculum mutatione, quæ hic accidisse fertur, alio nomine appellatum montem tradunt. quin & fana etiamnum in supremo montium exstant: in Coccygio quidem, Jovi; in Prone vero Iunonis*. Emendandus est Theocriti Scholiastes, *Idyll.* XV. ubi Θρόναξ, male litera transposita, pro Θόρναξ, scribitur: insuper & Coccyx dictus, non Coccygius, memoratur. Ecce verba. Βουλόμενος δὲ (ὁ Ζεὺς) ἀφανὴς γενέσθαι, καὶ μὴ ὀφθῆναι ὑπ᾽ αὐτῆς (τῆς Ηρας) τὴν ὄψιν μεταβάλλει

εἰς κόκκυγα, καὶ καθέζεται εἰς ὄρος, ὃ πρῶτον μὲν Θρόναξ ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ Κόκκυξ. *Cupiens vero (Jupiter) invisibilis fieri, neque conspici ab ipsa (Junone,) formam mutat in cuculum; considetque in monte, qui ante quidem Thronax dicebatur, at nunc Coccyx.* Sed scribendum ibi est, ut monui, Θόναξ. De Coccygis autem nomine, consentit etiam Hesychius, cum inquit. Κόκκυξ, τὸ ζῶον, ἢ τὸ ὄρνεον, καὶ λόφος. *Coccyx, animal, sive cuculus, & collis.*

Erat locus, ubi ephebi exercebantur, Πλατανιστᾶς appellatus. Pausanias. Τοῖς μὲν, (τοῖς Βιδιαίοις,) ἐπὶ τῷ τὰ Πλατάνιστα καλούμενα, καὶ ἄλλους τῶν ἐφήβων ἀγῶνας τιθέναι καθέστηκεν. *Hi quidem, (Bidiæi,) ea quæ Platanista dicuntur, aliaque ephebororum ludicra, curant.* Sed luxatum locum puto, atque sic restituendum, Τὰ ἐπὶ τῷ Πλατανιστᾷ καλουμένῳ. *ea quæ in Platanista, quem vocabant, peragebantur.* Locum autem, & certamen, ipse postea describit. Καὶ χωρίον Πλατανιστάς ἐστιν, ἀπὸ τῶν δένδρων· αἱ δὴ ὑψηλαὶ, καὶ συνεχεῖς, περὶ αὐτὸ αἱ πλάτανοι πεφύκασι. ἔνθα τοῖς ἐφήβοις μάχεσθαι καθέστηκε, κύκλῳ μὲν Εὔριπος περιέχει, κατὰ ταυτὰ ὡς ἐς νῆσον θάλασσα. ἔφοδοι δὲ ἐπὶ γεφυρῶν. γεφυρῶν δὲ ἐφ᾽ ἑκάτερα, τῇ μέν ἐστιν ἄγαλμα Ἡρακλέους, τῇ δὲ εἰκὼν Λυκούργου. *Est & locus Platanistas, nomen habens ab arboribus. nam platani excelsæ, ac densæ, circa eum enatæ sunt. Ubi ephebi autem pugnant, Euripus ambit, plane sicut insulam mare: estque aditus per pontes. & in pontium altera parte, Herculis est simulacrum; in altera, Lycurgi effigies.* Meminit hujus Platanistæ & Theocritus, in Epithalamio Helenæ, quæ Spartana erat, *Idyll.* XVIII.

Πρᾶται τοι στέφανον λωτῶ χαμαὶ αὐξομένοιο
Πλέξασαι, σκιερὸν καταθήσομεν ἐς Πλατανιστᾶν·
Πρᾶται δ᾽ ἀργυρέας ἐξ ὄλπιδος ὑγρὸν ἄλειφαρ
Λαζόμεναι, σταξεῦμες ὑπὸ σκιερὸν Πλατανιστᾶν.

Primæ tibi coronam ex loto humi nascente.
Nectentes, in umbroso deponemus Platanista.
Primæ etiam argentea e pyxide liquidum unguentum
Accipientes, stillabimus sub universo Platanista.

Sic emendo. utrobique σκιερὰν πλατάνιστον non recte editur. Scio equidem, ab Homero ipsam platanum etiam πλατάνιστον dici, *Iliad.* β´. sed, in re, quæ Spartæ geri memoratur, innui hunc Platanistam, plane censeo: si quis tamen aliter sentiat, per me licet.

In foro, nobilissima erat porticus Persica, e manubiis exstructa, quas de Persis, prælio ad Platæas inito, reportarunt. Pausanias, ubi Spartam describit. Ἐπιφανέστατον δὲ τῆς ἀγορᾶς ἐστιν, ἣν στοὰν Περσικὴν ὀνομάζουσιν, ἀπὸ λαφύρων ποιηθεῖσαν τῶν Μηδικῶν. *Nobilissima autem, eorum quæ in foro spectantur, est porticus Persica, quam appellant, quod e Medicis manubiis sit exstructa.* De eadem sic Vitruvius, *lib.* I. *cap.* I. *Lacones, Pausania Cleombroti filio duce, Platæeo prælio, pauca manu infinitum numerum exercitus Persarum cum superavissent, acto cum gloria triumpho, spoliorum, & prædæ, porticum Persicam, ex manubiis, laudis, & virtutis, civium, indicem victoriæ, posteris pro trophæo constituerunt: ibique captivorum simulacra, barbarico vestis ornatu, superbia meritis contumeliis punita, sustinentia tectum collocaverunt: uti & hostes horrescerent, timore eorum fortitudinis affecti; & cives, id exemplum virtutis aspicientes, gloria erecti, ad defendendam libertatem essent parati.*

Ubi de Carneo Apolline verba facit, Carnum dicit interfectum ab Hippota, Phylantis filio. Τοῦτον τὸν Κάρνον ἀποκτείναντος Ἱππότου τοῦ φύλαντος, ἐνέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον τοῖς Δωριεῦσι μήνιμα Ἀπόλλωνος, καὶ Ἱππότης τε ἔφυγεν ἐπὶ τῷ φόνῳ. *Hunc Carnum cum Hippotas occidisset, Philantis filius, ira Apollinis in exercitum Doriensium incidit, & Hippotes cædis causa in eximium est actus.* Idem Apollodorus refert, sed fuisse magnum dicit, & non nominat; at conspectum tantum ipsis; & oracula edidisse. *lib.* II. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς μάντις, χρησμοὺς λέγων, καὶ ἐνθεάζων, ὃν ἐνόμισαν μάγον εἶναι, ἐπὶ λύμῃ τοῦ στρατοῦ πρὸς Πελοποννησίων ἀπεσταλμένον. τοῦτον βαλὼν ἀκοντίῳ Ἱππότης, ὁ Φύλαντος, τοῦ Ἀντιόχου, τοῦ Ἡρακλέους, τυχὼν ἀπέκτεινεν. *Apparuit enim ipsis vates, oracula dicens, & afflatus divinitus, quem existimabat magnum, ac contra Peloponnesios in perniciem exercitus missum. Hunc jaculo percussum Hippotes, Phylantis filius, Antiochi nepos, Herculis pronepos, interfecit.* Et, ejectum in exilium, postea addit. Τὸν μὲν Ἱππότην ἐφυγάδευσαν. *Hippoten quidem solum vertere coegerunt.* Ubi observa, quod apparuisse eum ipsis dicat. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς, *Apparuit enim ipsis.* Inde φάσμα, sive *spectrum*, Conon dicit, in *Narrationum Excerptis*, apud Photium, quæ exstant, *cap.* XXVI. Διέξεισιν, ὡς φάσμα Ἀπόλλωνος, ὄνομα Κάρνος, Δωριεῦσιν ἑπόμενον, Ἱππότης, τὶς τῶν ἀφ᾽ Ἡρακλέος, ἀναιρεῖ, ὅτε κατῄεσαν εἰς Πελοπόννησον Ἡρακλεῖδαι, καὶ, λοιμοῦ τούτοις προσπεσόντος, χρησμὸν λαβόντες, ἤλασαν τὸν Ἱππότην τοῦ στρατοπέδου. *Narrat, quo modo Apollinis spectrum, cui nomen Carno erat, Dorienses sequens, Hippotes, quidam ex Heraclidis, interfecerit, cum in Peloponnesum Heraclidæ redirent, ac, cum peste eapropter laborarent, accepto oraculo, in exilium ejecissent.* Sed Hippotes hic, quem Pausanias, Apollodorus, & Conon, dicunt, Aletes a Callimachi Scholiaste appellatur, *Hymno in Apollinem.* Καρνεῖον. ἀπὸ Κάρνου τοῦ μάντεως, τοῦ ἀναιρεθέντος ὑπὸ τοῦ Ἀλήτου, ὃς ἦν τῶν Ἡρακλειδῶν. *Carneum. a Carno vate: qui occisus ab Aleta, qui ex Heraclidis erat.* At Hippoten, etiam Theocriti Scholiastes dicit. qui videndus, *Idyll.* V. Postea, Carneum Europæ fuisse filium, dicit, ab Apolline, ac Latona, educatum. Πραξίλλῃ μὲν δὴ πεποιημένα ἐστὶν, ὡς Εὐρώπης εἴη Καρνειὸς, καὶ αὐτὸν ἀνεθρέψατο Ἀπόλλων, καὶ Λητώ. *Praxilla quidem versibus prodidit, Europæ filium fuisse Carneum, atque eum educatum ab Apolline, & Latona.* Verum mutilus est locus; exciditque nomen patris, nempe Jovis, itaque restituendum, ὡς Διὸς, καὶ Εὐρώπης, εἴη Καρνειός. *Filium Jovis, & Europæ, fuisse Carneum.* Ac Praxilla, quam hic citat, ita dixerat. Testis mihi est Theocriti Scholiastes, *Idyll.* V. Πράξιλλα μὲν, ἀπὸ Καρνείου φησὶν ὠνομάσθαι, τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης υἱοῦ, ὃς ἦν ἐρώμενος τῷ Ἀπόλλωνι. *Praxilla quidem, a Carneo nomen accepisse, ait, Jovis & Europæ filio, quem Apollo adamavit.* Hesychius. Καρνεῖος, ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. ἴσως ἀπὸ Κάρνου, τοῦ Διὸς, καὶ Εὐρώπης. *Carneus, cognomentum Apollinis: forte a Carno, Jovis & Europæ filio.* Ubi observa, Carnum, & Carneum, indifferenter dici.

Achæos olim Spartam tenuisse, dicit postea. Ἐν τοῦ μάντεως Κριοῦ τιμώμενος, Ἀχαιῶν ἔτι ἐχόντων τὴν Σπάρτην. *In Crii vatis ædibus cultus, cum Achæi adhuc Spartam possiderent.* Ἀρχελάου δὲ ἦν Τήλεκλος. ἐπὶ τούτου πόλεις Λακεδαιμόνιοι τῶν περιοικίδων πολέμῳ κρατήσαντες, ἐξεῖλον Ἀμύκλαν, καὶ Φάριν, καὶ Γεράνθρας, ἐχόντων ἔτι Ἀχαιῶν. *Archelai vero filius fuit Teleclus. Hujus temporibus Lacedæmonii finitimas urbes, Amyclam, & Pharin, & Geranthras, bello captas, everterunt, cum Achæi adhuc tenerent.* Indicat id ipsum Pindarus, ita loquens, *Pythionic.* Od. I.

Ἰφικλέος μὲν παῖς, ὁμόδαμος ἐὼν
Σπαρτῶν γένει,
Τυνδαρίδας δ᾽, ἐν Ἀχαιοῖς
Ὑψίπεδον Θεράπνας οἰκέων ἕδος.

Iphiclis

Iphiclis quidem filius, popularis existens
Spartorum generi,
Tyndarides vero, inter Achæos
Alti soli Therapnæ habitans sedem.

Intelligendi vero Achæi Phthiotæ; qui, cum Pelope in Peloponnesum ingressi, eam totam, cum Laconica quoque ipsa, tenuerunt. Strabo, *lib.*VIII. Ἀχαιοὺς τοὺς Φθιώτας, φασὶ, συγκατελθόντας Πέλοπι εἰς τὴν Πελοπόννησον, οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν. τοσοῦτον δ' ἀρετῇ διενεγκεῖν, ὥστε τὴν Πελοπόννησον, ἐκ πολλῶν ἤδη χρόνων Ἄργος λεγομένην, τότε Ἀχαϊκὸν Ἄργος λεχθῆναι· καὶ οὐ μόνον γε τὴν Πελοπόννησον, ἀλλὰ καὶ ἰδίως τὴν Λακωνικὴν οὕτω προσαγορευθῆναι. *Achæos Phthiotas, ajunt, qui cum Pelope in Peloponnesum advenerunt, Laconicam inhabitasse: ac virtute ita quidem excelluisse, uti tunc Peloponnesus, diu Argos appellata, Achaicum Argos diceretur, nec Peloponnesus tantum, sed peculiariter Laconica ipsa ita fuerit nuncupata.* Postea Heraclidæ eam, cum exercitu Doriensium invadentes, occuparunt. Docet idem illud Strabo, in sequentibus istic verbis. Κατὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, Φιλονόμου προδόντος τὴν χώραν τοῖς Δωριεῦσι, μετανέστησαν (οἱ Ἀχαιοὶ) ἐκ τῆς Λακωνικῆς εἰς τὴν τῶν Ἰώνων, τὴν καὶ νῦν Ἀχαΐαν καλουμένην. *Cum vero Heraclidæ redirent, prodente regionem illam Doriensibus Philonomo, migravere (Achæi) in Ionum ditionem, quæ & hodie Achaja dicitur.* Et hoc est, quod paucis verbis dicit Scholiastes Pindari, *ad citatum ejus locum.* Πρότερον οἱ Ἀχαιοὶ τὴν Σπάρτην ᾤκουν· αὖθις δὲ, τῶν Ἡρακλειδῶν μετὰ Δωριέων ἀφικομένων, Δωριεῖς προσωνομάσθησαν. *Antea Achæi Spartam habitabant: postea vero, ubi eo Heraclidæ cum Doriensibus advenere, Dorienses sunt vocati.* Processere vero ex urbibus obscuris tribus, Bœo, Cytinio, & Erineo: uti supra memoravi, *lib.*III. *cap.*IX.

Brasidæ cenotaphium, honoris ergo, a Spartanis structum erat, in exitu e foro ad occidentem. Pausanias. Ἐκ δὲ τῆς ἀγορᾶς πρὸς ἥλιον ἰόντι δυόμενον, τάφος κενὸς Βρασίδᾳ, τῷ Τέλλιδος, πεποίηται. *E foro exeunti versus solem occidentem, Brasidæ, Tellidis filio, tumulus exstructus est honorarius.* Sepulcrum vero ejus, erat Amphipoli. Memorat Thucydides, *lib.*V Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν Βρασίδαν οἱ ξύμμαχοι πάντες, ξὺν ὅπλοις ἐπισπόμενοι, δημοσίᾳ ἔθαψαν ἐν τῇ πόλει (Ἀμφιπόλει,) πρὸ τῆς νῦν ἀγορᾶς οὔσης. καὶ τὸ λοιπὸν οἱ Ἀμφιπολῖται, περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον, ὡς ἥρωΐ τε ἐντέμνουσι, καὶ τιμὰς δεδώκασιν, ἀγῶνας, καὶ ἐτησίους θυσίας. *Post hæc autem, Brasidam universi socii, cum armis comitati, intra urbem (Amphipolin,) ante forum quod nunc est, publico funere sepelierunt. deinde Amphipolitani, monumento ejus circumsepto, tanquam heroi parentarunt, & honores tribuerunt, certamina, & sacra anniversaria.* Theocriti Scholiastes, *Idyll.*VII. Ὁ Λακεδαιμόνιος δὲ Βρασίδας, οὐ θάπτεται ἐν Κῷ, ἀλλ' ἐν Ἀμφιπόλει. *Brasidas vero Lacedæmonius non sepultus est in Co, sed Amphipoli.*

CAP. XVI.

Leschæ duæ: una, Crotanorum dicta; altera, Varia. Infantes huc deferri soliti; & explorari, an vita digni. Oeonus, Licymnii filius, ab Hippocoontis filiis interfectus. Diodorus Siculus, & Scholiastes Euripidis, emendati. Ejus sepulcrum. Herculis templum. Venus, Μορφὼ *cognomento: a Tyndaro dedicata, sedens, cum calyptra, & compedibus; atque illud qua de causa. Lapithæum, pars Taygeti montis, nomen suum ab indigena Lapitha habens. Stephani locus restitutus. Lapithas iste, quisnam fuerit. Achillis fanum, a Prace conditum: & is qui fuerit. Stephani locus illustratus. Aristonis regis uxor, initio deformis, postea formosa facta, ope Helenæ. Idem accidit Liviæ, Germanici filiæ, Drusi uxori. Aristusa, prius mulier, postea vir, Ariston dicebatur.*

LESCHÆ Spartæ erant duæ: una, Crotanorum dicta; altera, Varia. De priore, sic Pausanias. Κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσὶ, καὶ πλησίον ὀνομαζομένη Λέσχη Κροτανῶν. *In hac urbis parte sepulcra sunt regum Agidarum, ac juxta Lesche Crotanorum appellata.* De altera, postea ita dicit. Ἐν Σπάρτῃ δὲ Λέσχη ἐστὶ, καλουμένη Ποικίλη. *Spartæ est Lesche, Varia dicta.* In harum alteram, aut utramque indifferenter, nam incertum est, soliti deferri infantes, uti corporis habitus exploraretur a tribulium natu maximis: unde, si improbarentur, ad Taygeta mittebantur, in voraginosum locum, cui nomen Ἀποθέται, uti illic, ceu inutiles reipublicæ, morerentur. Explicatur res hæc tota a Plutarcho, in *Lycurgo.* Τὸ δὲ γεννηθὲν οὐκ ἦν κύριος ὁ γεννήσας τρέφειν, ἀλλ' ἔφερε λαβὼν εἰς τόπον τινὰ, Λέσχην καλούμενον· ἐν ᾧ καθήμενοι τῶν φυλετῶν οἱ πρεσβύτατοι, καταμαθόντες τὸ παιδάριον, εἰ μὲν εὐπαγὲς εἴη, καὶ ῥωμαλέον, τρέφειν ἐκέλευον, κλῆρον αὐτῷ τῶν ἐννακισχιλίων προσνείμαντες. εἰ δὲ ἀγεννὲς, καὶ ἄμορφον, ἀπέπεμπον εἰς τὰς λεγομένας Ἀποθέτας, παρὰ Ταΰγετον, τὸν βαραθρώδη τόπον· ὡς οὔτε αὐτῷ ζῆν ἄμεινον, οὔτε τῇ πόλει, τὸ μὴ καλῶς εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς πρὸς εὐεξίαν, καὶ ῥώμην, πεφυκός. *Arbitrium alendi partus, non erat penes parentem; sed acceptum deferebat in locum quendam, Leschen dictum: ubi tribulium natu maximi considentes, cum infantem cognovissent, si compactis, ac robustis, membris esset, eum alere jubebant, atque sortem ex novem millibus assignabant: male natum, & deformem, amandabant in voraginosum locum, ad Taygetum, quem vocabant Apothetas; ceu nec ipsi, neque urbi, vivere eum expediret, qui non statim a principio bono corporis habitu, & robore, esset.*

Oeonus, Licymnii filius, cum Hercule Spartam ingressus, ab Hippocoontis filiis est occisus. Id diserte a Pausania pluribus verbis memoratur. Οἰωνὸς, ἡλικίαν μὲν μειράκιον, ἀνεψιὸς δὲ Ἡρακλεῖ, Λικυμνίου γὰρ παῖς ἦν, τοῦ ἀδελφοῦ τῆς Ἀλκμήνης, ἀφίκετο εἰς Σπάρτην ἅμα Ἡρακλεῖ. περιϊόντι δὲ καὶ θεωμένῳ τὴν πόλιν, ὡς ἐγίνετο κατὰ τοῦ Ἱπποκόωντος τὴν οἰκίαν, ἐνταῦθά οἱ κύων ἐπεφέρετο οἰκουρός. ὁ δὲ τυγχάνει τε ἀφεὶς λίθον Οἰωνὸς, καὶ καταβάλλει τὴν κύνα. ἐπεκθέουσιν οὖν τοῦ Ἱπποκόωντος οἱ παῖδες, καὶ, ῥοπάλοις τύπτοντες, κατεργάζονται τὸν Οἰωνόν. *Oeonus, ætate puer, Herculis vero consobrinus, Licymnii filius, Alcmenæ fratris, cum Hercule Spartam venit. cumque visendæ urbis causa obambularet, & ad ædes Hippocoontis accessisset, eum canis domus custos hic invasit: Oeonus vero, immisso lapide, canem ferit. quam ob causam filii Hippocoontis, incursantes, fustibus Oeonum feriunt, & occidunt.* Eustathius, *ad Iliad.* β'. Οἰωνοῦ δὲ, υἱοῦ Λικυμνίου, προελθόντος ἐπὶ θέαν Λακεδαίμονος, ἀναιροῦσιν αὐτὸν οἱ Ἱπποκοωντίδαι, θανάτου κυνὸς ἕνεκα. *Quum vero Oeonus, Licymnii filius, ad Spartam visendam processisset, filii Hippocoontis, canis interfecti causa, ipsum occidunt.* Eum stadio vicisse, dicit Pindarus, *Olymp.* Od. x.

Στάδιον μὲν ἀρίστευσεν εὐθύτονον,
Ποσσὶ τρέχων, παῖς ὁ Λικυμνίου
Οἰωνός. ——
Stadium quidem vicit rectum,
Pedibus currens, filius Licymnii
Oeonus. ——

Ad quem locum Scholiastes Τὸν δὲ Οἰωνὸν Πίνδαρος, ὡς ἤδη ἠνδρωμένον, νικῆσαί φησι στάδιον, περὶ τὴν πρώτην θέσιν τῶν Ὀλυμπίων. ἔνιοι δὲ, παῖδα ὄντα αὐτὸν, ὑπὸ τῶν Ἱπποκοωντιδῶν διείργεσθαι. *Oeonum vero, dicit Pindarus, veluti jam virum factum, circa primam Olym-*

piorum institutionem victorem fuisse: quidam vero, adhuc puerum, ab Hippocoontis filiis interfectum. Ac constanter ita illic locis quatuor nominatur, sicut quinque apud Pausaniam: itaque male Ὑιωνὸς scribitur, apud Diodorum Siculum, *lib.* IV. Ὑιωνὸν δὲ, τὸν Λικυμνίου, φίλον ὄντα Ἡρακλέους, οἱ υἱοὶ τοῦ Ἱπποκόωντος, εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ὄντες, ἀπέκτειναν. *Hyionum vero, Licymnii filium, qui amicus Herculis erat, filii Hippocoontis, numero viginti, occiderunt*. Et postea. Δυσφορῶν ἐπὶ τῷ τετελευτηκέναι Ὑιωνὸν, τὸν Λικυμνίου. *Ægre ferens, occisum Hyionum, Licymnii filium*. Neque melius apud Euripidis Scholiasten, *ad Oresten*. Ὕστερον δὲ Ἡρακλῆς, ἐπὶ τῷ φόνῳ τοῦ Ὑιωνοῦ, φονεύσας Ἱπποκόωντα, ἅμα τοῖς παισὶ, καὶ καταγαγὼν τὸν Τυνδάρεων ἀπὸ Φρίξης, καὶ Πέλλης, ἐγχειρίζει αὐτῷ τὴν ἀρχὴν τῆς Σπάρτης. *Postea vero Hercules, ob Hyionum interfectum, Hippocoonte una cum filiis occiso, cum Tyndarum a Phrixa, & Pella, reduxisset, Spartæ ei principatum in manus tradit*. Utrobique Oeoni nomen reponendum. Certe Oeonus, non Hyionus, etiam a Plutarcho dicitur, in *Quæstionibus Romanis*. Atque ille, hunc in modum interfectus, juxta templum Herculis sepultus fuit. Pausanias, in sequentibus verbis. Τῷ δὲ μνῆμα τῷ Οἰωνῷ πεποίηται παρὰ τὸ Ἡράκλειον. *Monumentum vero Oeono factum est, juxta Herculis templum*. Ubi observa Herculis quoque templum Spartæ: cujus meminit etiam Cicero, *De Divin.* lib. I. *Lacedæmoniis, paullo ante Leuctricam calamitatem, quæ significatio facta est, cum in Herculis fano arma sonuerunt, Herculisque simulacrum multo sudore manavit?*

Venus, Μορφὼ cognomento, supra mihi memorata, *lib.* II. *cap.* XV. Ejus simulacrum, sedens, cum calyptra, ac compedibus, idque e cedro, Tyndarus fecisse dicitur. Quare vero compedes injectæ ei, duplex causa reddebatur. Pausanias, in *Laconicis*. Ἐπίκλησις μὲν δὴ τῆς Ἀφροδίτης ἐστὶν ἡ Μορφώ. κάθηται δὲ, καλύπτραν τε ἔχουσα, καὶ πέδας περὶ τοῖς ποσί. περιθεῖναι δέ οἱ Τυνδάρεων τὰς πέδας φασὶν, ἀφομοιοῦντα τοῖς δεσμοῖς τὸ ἐς τοὺς συνοικοῦντας τῶν γυναικῶν βέβαιον. τὸν γὰρ δὴ ἕτερον λόγον, ὡς τὴν θεὸν πέδαις ἐτιμωρεῖτο ὁ Τυνδάρεως, γενέσθαι ταῖς θυγατράσιν ἐξ Ἀφροδίτης ἡγούμενος τὰ ὀνείδη, τοῦτον δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσίεμαι. ἦν γὰρ δὴ παντάπασιν εὔηθες, κέδρου ποιησάμενον ζώδιον, καὶ ὄνομα Ἀφροδίτην θέμενον, ἐλπίζειν ἀμύνεσθαι τὴν θεόν. *Cognomen vero Veneris est Morpho. Sedet vero, cum calyptra, & compedibus circum pedes: ac compedes quidem addidisse Tyndarum ajunt, nempe vinculis innuentem, firma erga viros fide fæminas esse oportere. etenim, quod alii ferunt, Tyndarum compedibus ulcisci deam voluisse, probrum filiabus suis a Venere objectum putantem, credere nullo modo possum. nam profecto stolidum omnino foret, facto e cedro simulacro inditoque Veneris nomine, putare se hac ratione deam ulcisci*. Ac fecisse quidem Tyndarum, aut Lacedæmonium legislatorem alium quenquam, nulla compedum mentione, sed posteriorem ob causam, dicit Isaacius Tzetzes, *ad Lycophronem*. Μορφώ. Τοῦτο τὸ ξόανόν φασι πεποιῆσθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ὑπὸ Λακεδαιμονίου τινὸς νομοθέτου, αἰνιξαμένου τὸ μὴ ἀσελγαίνειν τὰς παρθένους, ἢ πείθεσθαι ταύτῃ τῇ θεᾷ· οἱ δὲ, Τυνδάρεών φασι, διὰ τὸ ἁμάρτημα τῆς Ἑλένης. *Morpho. Hoc simulacum ajunt factum esse a Lacedæmonio quodam legislatore, innuere volente, non libidinose agere virgines debere, neque deæ item huic morem gerere. quidam vero, Tyndarum fecisse, dicunt, propter Helenæ delictum*.

Lapithæum, erat mons Laconicæ, pars Taygeti; nomen autem illi datum a Lapitha quodam, viro indigena. Πεντεκαίδεκα δὲ τοῦ Ἐλευσινίου σταδίους ἀφέστηκε Λαπίθαιον, καλούμενον ἀπὸ ἀνδρὸς ἐγχωρίου Λαπίθου. τοῦτό τε οὖν τὸ Λαπίθαιόν ἐστιν ἐν τῷ Ταϋγέτῳ. *Ab Eleusinio stadia quindecim distat Lapithæum, dictum a Lapitha, viro indigena. Estque istud Lapithæum in Taygeto*. Stephanus vero, *in* Λαπίθη, emendandus. Ἔστι καὶ Λαπίθαι ὄνομα ὄρους τῆς Λακωνικῆς. *Est etiam Lapithæ nomen montis Laconicæ*. Rescribe, Ἔστι καὶ Λαπίθαιον ὄνομα ὄρους. *Est etiam Lapithæum nomen montis*. Verbi Λαπίθαιον syllaba ultima cum priore verbi ὄνομα coaluerat: quod sæpissime a librariis festinantibus in Auctoribus describendis factitatum, viri docti observarunt. Lapithas vero, a quo pars Taygeti montis (μέρος) Lapithæum appellatur, ille ipse est censendus, cujus filia Diomeda, ex qua filium Cynortam Amyclas sustulit, memoratur Apollodoro, *lib.* III. Ἀμύκλα δὲ, καὶ Διομήδης, τῆς Λαπίθου, Κυνόρτης. *Amyclæ vero, & Diomedæ, Lapithæ filiæ, Cymortes*.

Erat quoque Achillis fanum, quod a Prace, Pergami, Neoptolemi filii, pronepote, dedicatum affirmabant. Pausanias. Μετὰ δὲ αὐτὸ, ἱερόν ἐστιν Ἀχιλλέως. ποιῆσαι δέ σφισι τὸ ἱερὸν Σπαρτιᾶται λέγουσι Πρᾶκα, ἀπόγονον τρίτον Περγάμου τοῦ Νεοπτολέμου. *Post hoc vero, Achillis fanum est. Exstruxisse autem id Spartani dicunt Pracem, pronepotem Pergami, Neoptolemi filii*. Est vero Prax ille ipse, a quo Praces, Praciæque, appellatæ: uti nobis auctor Stephanus, istis verbis. Πρακίαι, καὶ Πράκες, ἔθνος. ἀπὸ Πρακὸς, τοῦ κατ' Ἠπείρου μὲν ὁρμωμένου, οἰκήσαντος δὲ ἐν τῇ Λακωνικῇ. *Praciæ, & Praces, gens: a Prace, qui ex Epiro quidem oriundus, sed in Laconica habitavit*.

Admirandum autem plane, quod de Aristone rege a Pausania refertur, uxorem eum habuisse formosissimam, quæ deformis maxime, cum virgo esset. Ἀρίστωνι δὲ τῷ Ἀγασικλέους, ἀγαγομένῳ γυναῖκα, οὕτινα παρθένον μὲν, τῶν ἐν Λακεδαίμονι, εἶναί φασιν αἰσχίστην, γυναικῶν δὲ τὸ εἶδος καλλίστην ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι, ἐγένετο υἱὸς Δημάρατος. *Aristoni vero, cum uxorem duxisset, quam inter virgines Lacedæmonias maxime deformem narrant, inter mulieres vero formosissimam ab Helena factam esse, filius natus est Demaratus*. Herodotus, de re eadem, *lib.* VI. Ἀρίστωνι, βασιλεύοντι ἐν Σπάρτῃ, καὶ γήμαντι γυναῖκας δύο, παῖδες οὐκ ἐγίνοντο. καὶ, οὐ γὰρ συνεγινώσκετο αὐτὸς τούτου εἶναι αἴτιος, γαμέει τρίτην γυναῖκα. ὧδε δὴ γαμέει. ἦν οἱ φίλος τῶν Σπαρτιητέων ἀνὴρ, τῷ προσεκέετο τῶν ἀστῶν μάλιστα ὁ Ἀρίστων. τούτῳ τῷ ἀνδρὶ ἐτύγχανε ἐοῦσα γυνὴ καλλίστη μακρῷ τῶν ἐν Σπάρτῃ γυναικῶν· καὶ ταῦτα μέντοι καλλίστη ἐξ αἰσχίστης γενομένη. *Ariston, Spartæ regnum obtinens, cum e duabus uxoribus liberos haberet nullos, neque sibi ejus culpæ conscius esset, tertiam uxorem ducit, hunc in modum. Erat ei amicus quidam e Spartanis, quo inter cives universos præter cæteros utebatur Aristo. Huic viro uxor erat formosissima, ex maxime deformi talis facta*. Atque talis facta illa Helenæ beneficio fuerat; ut apparet ex Pausaniæ istis verbis, quæ citavi: καλλίστην ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι, *formosissimam ab Helena factam esse*. Minus recte eximius Interpres, ὑπὸ Ἑλένης, vertit, *post Helenam*. nam ab ipsa Helena mutata illi forma erat: uti pluribus ab Herodoto enarratur in sequentibus loci memorati verbis; quæ videre, antiquitatis studioso, operæ certe pretium fuerit. Simile est, quod de Livia, Drusi uxore, Germanici filia, refert Tacitus, *Annal.* lib. IV. *Cuncta tentanti, promptissimum visum, ad uxorem ejus (Drusi) Liviam convertere, Germanici filiam: quæ, soror Germanici, formæ initio ætatis indecoræ, mox pulchritudine excellebat*. Magis mirum, sexum, quam formam mutari. Hoc de quibusdam a Plinio dicitur, *lib.* VII. *cap.* IV. *Ex fæminis mutari in mares, non est fabulosum. Licinius. Invenimus in Annalibus, P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino, COSS. Casini puerum factum ex virgine sub parentibus, jussuque aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mutianus prodidit, visum a se Argis Aristontem, cui*

nomen Aristusæ fuisset. Et quæ sequuntur illic alia istiusmodi exempla. Atque Aristusæ quidem, meminit & Joannes Neustrius, Hantvillensis, *Archithrenii* lib. I. cap. XIII.

Nubit Aristuse mulier, modo nubitur illi,
Permutatque thoros. ——

Ac plura exempla proferuntur a Phlegonte, *Mirabilium* capitibus IV. V. VI. VII. VIII. IX. X.

CAP. XVII.

Lacedæmonii scriptis clari. Alcman: qui primus docuit non uti hexametris. Ejus Κολυμβῶσαι, *&* ᾄσματα Παρθένια. *Apulejus illustratus. Velleii error indicatus. Apsines, orator. Areus, poeta: ejusque* Κύκνος. *Aristocrates, ejusque* Λακωνικά. *Callicratidas. Chilon: ejusque* Ελεγεῖα. *Joannes Hantvillensis, Neustrius, emendatus. Cinæthon: ejus* Γενεαλογίαι, *&* Ηρακλεία. *Hieronymus, & Marianus Scotus, restituti. Demetrius, Epicureus. Dicæarchus. Diophantus; ejusque Scripta. Nicocles. Onasimus. Pausanias: & ejus Opera. Sosibius; ejusque Opera. Athenæus emendatus. Spendon: ejusque* ᾄσματα. *Timocrates: ejusque Opus,* Περὶ τῆς σφαιριστικῆς. *Tyrtæus: & quæ scripserit.*

NUNC ingenia, scriptis clara, referamus Inter hoc, occurit

Alcman. Suidas. Αλκμᾶν, Λάκων, ἀπὸ Μεσσόας. *Alcman, Laco, a Messoa*. Eoque pertinet, quod subjungit. Κέχρηται δὲ Δωρίδι διαλέκτῳ, καθάπερ Λακεδαιμόνιος. *Usus vero est Dorica dialecto, veluti Lacedæmonius*. Antipater, in Epigrammate, *Anthologiæ* lib. III. cap. XXV.

Εἰδήσεις Αλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης.
Scies Alcmanem, lyræ pulsatorem Lacænæ.

Primus hic incepit hexametro carmine non uti. Suidas. Πρῶτος δὲ εἰσήγαγε τὸ μὴ ἑξαμέτροις μελῳδεῖν *Primus vero introduxit carmine non hexametro canere*. Vide verba, *in* Τυρταῖος. Quod autem Dorica dialecto, tanquam Lacon, utebatur, etiam Pausanias docet, in *Laconicis*. Τῶ Σεβρίω δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ, μνῆμα Αλκμᾶνος· ᾧ ποιήσαντι ᾄσματα, οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα, ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. *Ad Sebrii dexteram, monumentum est Alcmanis: cui in canticis faciendis, nihil gratiæ detrivit lingua Laconica, quæ pronunciatu nullo modo est suavis*. Choreæ auctorem eum facit Clemens, *Strom.* I. Διθύραμβον δὲ ἐποίησε Λάσος ὁ Ερμιονεὺς, ὕμνον Στησίχορος Ιμεραῖος, χορείαν Αλμᾶν Λακεδαιμόνιος. *Dithyrambum vero fecit Lasus Hermionensis, hymnum Stesichorus Himeræus, choream Alcman Lacedæmonius*. Lacedæmonium certe Alcmanem, etiam Apulejus facit, in *Apologia*. *Fecere tamen & alii talia: &, si vos ignoratis, apud Græcos Tejus quidam, & Lacedæmonius, & Ceus*. Ubi *Lacedæmonius*, est illi Alcman; sicut *Tejus*, Anacreon; *Ceus*, Simonides. Male id Vellejus negat, contra veterum tot Auctorum consensum, extremo *lib.* I. *Alcmana Lacones falso sibi vendicant*. Inter cætera, scripsit etiam Μέλη, *Carmina*, & Κολυμβώσας, *Natantes fœminas*. Suidas. Εγραψε βιβλία ἕξ, Μέλη, καὶ Κολυμβώσας. *Scripsit libros sex, Carmina, & Natantes fœminas*. Hoc Opus ad Titonychi Calcidensis caput inventum fuisse, tradit Ptolemæus Hephæstionis, apud Photium, in *Excerptis Hist. Nov.* lib. V. Τὰς δὲ Κολυμβώσας Αλκμᾶνος πρὸς τῇ κεφαλῇ Τιτωνύχου τοῦ Χαλκίδεως φασὶν εὑρεθῆναι. *Natantes vero fœminas Alcmanis ad caput Titonychi Chalcidensis inventas esse ajunt*. Ejus Παρθένια ᾄσματα, *Virginea Cantica*, citat Stephanus, *in* Ερυσίχη, & Plutarchus, lib. *De musica*.

Apsines. Inter artis oratoriæ professores clari nominis ab Eunapio memoratur, in *Sophista Juliano*. Αψίνης τε ὁ ἐκ Λακεδαίμονος, δόξαν ἔχων τεχνικοῦ τινός. *Et Apsines Lacedæmonius, famam in arte oratoria consecutus*. Fitque ejus ibi mentio locis pluribus

Areus. Ejus Carmen, Κύκνος inscriptum, memoratur ab Antonino Liberali, *Metamorph.* XII. Ιστορεῖ Νίκανδρος, Ετεροιουμένων τρίτῳ· καὶ Αρεὺς ὁ Λάκων, ἐν ᾄσματι Κύκνῳ. *Narrat Nicander, Alteratorum libro tertio; & Areus Lacon, in Carmine, cui titulus Cycnus*.

Aristocrates. Plutarchus citat, incerto Opere, in *Lycurgo*. Οὐδένα, πλὴν Αριστοκράτη τὸν Ιππάρχου, Σπαρτιάτην, εἰρηκότα γινώσκομεν. *Neminem, præter Aristocratem, Hipparchi filium, Spartanum, qui id dixerit, novimus*. Meminitque rursum postea, in *Lycurgi* ejus fine, & *Philopœmene*, ut & Stephanus, *in* Αβαντὶς, Sophoclisque Scholiastes, *ad Trachinias*. Scripsit autem, Λακωνικά. citatque ea Athenæus, *lib.* III. Αριστοκράτης γοῦν, ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν. *Aristocrates itaque, libro quarto Laconicorum*. Et hoc Opus sine dubio respexit Plutarchus, in *citatis* statim *locis*.

Callicratidas, Pythagoreus. Scripsit *De familiarum felicitate*. Exstant fragmenta quædam ejus, apud Stobæum, *Serm.* LXVIII & LXXXIII.

Chilon. Unus de septem Sapientibus, scripsit *Elegias*, ad versus ducentos. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. I. Χείλων, Δαμαγείτου, Λακεδαιμόνιος. οὗτος ἐποίησεν Ελεγεῖα, εἰς ἔπη διακόσια. *Chilon, Damageti filius Lacedæmonius. Hic fecit Elegias, ad versus ducentos*. Ejus nomen, per occasionem hanc, restituendum Joanni Hantvillensi Neustrio, poetæ non ineleganti, nec omnino contemnendo, habita ævi ratione: siquidem vixit ante annos quadringentos, scripsitque Opus varia eruditione plenum, & inscripsit *Archithrenius*. Ibi itaque, in recensione septem Sapientum, male editur, *lib.* VII. *cap.* VII.

—— *Spartæ Philon illuxit, Athenis*
Sol hominum Solon.

Rescribendum, *Spartæ Chilon illuxit*.

Cinæthon. Ejus *Telegonia* memoratur ab Hieronymo, in *Chronico*: *Cinæthon, Lacedæmonius, poeta, qui Telegoniam scripsit, agnoscitur*. Quæ totidem verbis fere transcripsit Marianus Schotus, *lib.* I. *æt.* IV. Sed scribendum apud utrunque, *qui Genealogiam scripsit*. Scripsit enim *Genealogias*, carmine. Testis mihi luculentus est Pausanias, in *Corinthiacis*. Κιναίθων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος, (ἐγενεαλόγησε γὰρ καὶ οὗτος ἔπεσιν,) Μῆδον, καὶ θυγατέρα Εριῶπιν Ιάσονος, εἶπεν ἐκ Μηδείας γενέσθαι. *Cinæthon vero Lacedæmonius, (nam & hic Genealogias versibus scripsit,) Medum, & Eriopin filiam, suscepisse Jasonem ex Medea tradidit*. Iterumque, in *Messenicis*. Πρὸς δὲ αὐτοῖς, ὁπόσα Κιναίθων, καὶ Ασιος, ἐγενεαλόγησε. *Ad hæc quæcunque Cinæthon, & Asius, De Genealogiis scripserunt*. Et est ex eodem Opere, quod in *Corinthiacis citatis* profert, alio loco. Τὸν δὲ Ορέστου νόθον Πενθίλον Κιναίθων ἔγραψεν ἐν τοῖς ἔπεσιν, Ηριγόνην, τὴν Αἰγίσθου, τεκεῖν. *Orestis vero filium nothum Penthilum scripsit Cinæthon, in carminibus, Erigonem ipsi, Ægisthi filiam, peperisse*. Item illud, in *Arcadicis*. Κιναίθων δέ, ἐν τοῖς ἔπεσιν, ἐποίησεν, ὡς Ραδάμανθος μὲν Ηφαίστου, Ηφαιστος δὲ εἴη Τάλω, Τάλων δὲ εἶναι Κρητὸς παῖδα. *Cinæthon autem, in carminibus, prodidit, Rhadaman-*

thum esse Vulcani filium, Vulcanum Tali, Talum vero Cretis. Istud quoque Scholiastæ Homeri, *Iliad.* ί. Κιναίθων δὲ φησί· Νικόστρατος, καὶ Αἰθίολας, Ελένης δύο παῖδες, παρὰ Λακεδαιμονίοις τιμῶνται. *Cinæthon vero ait; Nicostratum, & Æthiolan, duos Helenæ filios, apud Lacedæmonios coli.* Ejusdem alterum Opus fuit, Ηρακλεία cujus meminit Scholiastes Apollonii, *ad extremum lib.* I.

Demetrius. Inter Epicureos insignis. Sextus Empiricus, *contra Mathem.* lib. XI. Δημήτριος δὲ ὁ Λάκων, τῶν κατὰ τὴν Επικούρειον αἵρεσιν ἐπιφανῶν, διαπόλυτον ἔλεγε τὴν τοιαύτην ἔνστασιν. *Demetrius vero Lacon, inter Epicuri sectatores insignis, dicebat, facile solvi posse ejusmodi objectionem.* Quænam scripserit, ignoratur.

Dicæarchus. Suidas. Δικαίαρχος, Λακεδαιμόνιος, γραμματικὸς, ἀκροατὴς Αριστάρχου. *Dicæarchus, Lacedæmonius, grammaticus, auditor Aristarchi.*

Dionysodotus. Ejus Παιᾶνες, *Pæanes*, memorantur ab Athenæo, *lib.* XV. ᾀδόντων Θαλήτα καὶ Αλκμᾶνος ᾄσματα, καὶ Διονυσοδότου τοῦ Λάκωνος Παιᾶνας. *Canentium Thaletæ & Alcmanis carmina, & Dionysodoti Lacedæmonii Pæanas.*

Diophantus. Scripsit Περὶ τῶν ἱερῶν. *De sacris.* Fulgentius, *De prisco serm. Diophantus Lacedæmonius, qui DE SACRIS DEORUM scripsit, ait, apud Messenios Jovi solere sacrificari sacrum, quod* Εκατομφόνια *appellatur.* Hyginus, libros *Antiquitatum* quatuordecim memorat, *Mytholog.* lib. I. *Diophantus, Lacedæmonius auctor, scripsit libros ANTIQUITATUM quatuordecim.* Opus ejus Geographicum, de boreali mundi parte, citat Agatharchides, lib. *De mari rubro.* Et hinc puto desumpta quæ a Stephano citantur, *in* Αβιοι. Idem τὰ πολιτικὰ quoque ejus nominat, *in* Λιβυστῖνοι.

Nicocles. Citat eum, incerto Opere, Athenæus, *lib.* IV. & Etymologici Auctor *in* Σκάλοψ. Meminit quoque Nicoclis cujusdam Rhetoris, Lacedæmonii, Libanius, in Oratione *De Vita sua.*

Onasimus. Hunc alii Cyprium dicunt. Historicus fuit, & Sophista. De eo, scriptisque, vide Suidam, *in* Ονάσιμος.

Pausanias. De eo, ac scriptis, ita Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. Περὶ Ελλησπόντου, Λακωνικὰ, Χρονικὰ, Περὶ Αμφικτυόνων, Περὶ τῶν ἐν Λακωσιν ἑορτῶν. *Pausanias, Lacedæmonius, historicus. De Hellesponto, Laconica, Chronica, De Amphictyonibus, De festis Lacedæmoniorum.*

Sosibius. Suidas. Σωσίβιος, Λάκων, γραμματικὸς, τῶν ἐπιλυτικῶν καλουμένων. *Sosibius, Laco, Grammaticus, ex iis, qui Epilytici vocantur.* Scripsit, Περὶ τῶν μιμηλῶν ἐν Λακωνικῇ ἱστορουμένων παλαιῶν. Citat Suidas, in sequentibus mox verbis. Meminit ejus semel, iterumque, Athenæus *lib.* XIV. & Pindari Scholiastes, *Pyth.* Od. II. Χρόνων ἀναγραφή, citatur a Clemente, *Strom.* I. & in *Protreptico.* Ac corrigendus Athenæus, *lib.* XIV. ubi de festo Carneorum. Ως Σωσίβιος φησὶν, ἐν τῷ Περὶ Χρόνων. Male editur omnino, Ως Σώσιμος φησίν. Περὶ Αλκμᾶνος, memoratur Athenæo, *lib.* III. &, Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι θυσιῶν, *lib.* XV. Citatur etiam, Opere nominato, a Diogene Laertio, in *Epimenide* lib. I. & Theocriti Scholiaste, *Idyll.* V. Hesychio, *in* Ηλακάτια, Πηρφίλα, ac Σάνδυξ.

Spendon. Ejus carmina memorat Plutarchus, in *Lycurgo.* Κελευομένους ᾄδειν τὰ Τερπάνδρου, καὶ Αλκμᾶνος, καὶ Σπένδοντος τοῦ Λάκωνος. *Jussos canere carmina Terpandri, & Alcmanis, & Spendontis Lacedæmonii.*

Timocrates. Ejus, Περὶ τῆς σφαιριστικῆς, citat Athenæus, *lib.* I. Συνέγραψε δὲ Περὶ τῆς σφαιριστικῆς Τιμοκράτης ὁ Λάκων. *Conscripsit vero De lusu pilæ Timocrates Lacon.*

Denique, dicendus etiam post hos omnes est *Tyrtæus*: ille quidem genere Atheniensis, sed donatur civitate. Plato, *De Legibus* lib. I. Προστησώμεθα γοῦν Τυρταῖον, τὸν φύσει μὲν Αθηναῖον, τῶνδε δὲ (τῶν Λακεδαιμονίων) πολίτην γενόμενον. *In medium itaque proponamus Tyrtæum, genere quidem Atheniensem, horum vero (Lacedæmoniorum) civem factum.* Suidas simpliciter Lacedæmonium dicit. Τυρταῖος, Αρχιμβρότου, Λάκων. *Tyrtæus, Archimbroti filius, Lacon.* Ejus scripta, ibidem memorat: præter quæ, & Εὐνομία nominatur Aristoteli, *Politic.* lib. V. cap. VII. & Straboni, *lib.* VIII. Varia fragmenta exstant, apud Stobæum, *Serm.* XLVIII. & XLIX.

CAP. XVIII.

Aliquot Olympionicæ recensentur. Orsippus. Acanthus. Pythagoras, qui Numam adjuvit in constituendo regno. Lampis. Eurybatus. Chionis. De Orsippo, viceritne, an victus fuerit, item tempore, quo certavit, controversia. Scholiastes Homeri emendatus. Quando institutum, ut nudi currerent, cum præcincti antea essent. Eustathii locus restitutus. De Acantho, locus mutilus Pausaniæ indicatus, & suppletus. Sphærus. Arytamas. Hippostbenes. Eutelidas. Sybariades. Atheradas. Cleoptolemus. Thalpius. Callisthenes. Philostratus. Charmis, sive Chionis. Gygis. Euryclides. Olyntheus. Lycotas, Gelo. Chrysomachus. Eurycles. Epitelides. Ladromus. Demosthenes. Alcidas. Nicodemus. Andreas. Hetæmocles, quinquies lucta victor; Hippostbenes, ejus pater, sexies: ideoque statua illi, huic templum dedicatum. Leo, equis venetis victor. Aliquando Olympiis prohibiti Lacedæmonii; idque quando, & quam ob causam: sed, post tertium inde annum, rursum admissi.

POSTQUAM eos, qui ingenii viribus inclaruere, memoravi, ii quoque sunt dicendi, qui in ludis Olympiacis famam sibi viribus corporis paraverunt.

Primus vero, Olympiade XIV. *Orsippus* vicit; ut *Acanthus* XV. insequente: de quibus postea sum dicturus, cum de Olympiade XXXII. agam.

Olymp. XVI. stadio *Pythagoras* vicit. Dionysius Halicarnasseus, *Antiquitatum Romanarum* lib. II. Απέστειλε τοὺς παραληψομένους τὸν ἄνδρα ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ολυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα στάδιον Πυθαγόρας Λάκων. *Misit, qui virum ad regnum capessendum adducerent, anno tertio Olympiadis decimæ sextæ, qua stadio vicit Pythagoras Lacedæmonius.* Hic adjuvit etiam Numam in constituendo regno. Plutarchus, in *ejus Vita.* Πυθαγόραν δὲ (φησὶ) τὸν Σπαρτιάτην, Ολυμπια νενικηκότα στάδιον ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ολυμπιάδος, ἧς ἔτει τρίτῳ Νουμᾶς τὴν βασιλείαν κατέστη, πλανηθέντα περὶ τὴν Ιταλίαν, συγγενέσθαι τῷ Νουμᾷ, καὶ συνδιακοσμῆσαι τὴν βασιλείαν. *Pythagoram vero Spartanum, qui stadio Olympia vicit Olympia decima sexta, cujus anno tertio regnum Numa est adeptus, in Italia errantem, cum Numa congressum esse ajunt, & in regno ordinando ei operam navasse.* Et hinc factum, ut Laconicis quibusdam institutis etiam Romani uterentur. Itaque Plutarchus addit. Οθεν οὐκ ὀλίγα τοῖς Ρωμαϊκοῖς ἐπιτηδεύμασι τῶν Λακωνικῶν ἀναμεμίχθαι, Πυθαγόρου διδάξαντος. *Unde & Laconica instituta haud pauca Romanis admixta esse, docente Pythagora.*

XVIII. *Lampis*, quinquertio; & *Eurybatus*, lucta.

Pauſanias, *Eliac.* lib. I. Επὶ δὲ τῆς ὀγδόης ϰὴ δεκάτης Ολυμπιάδος, πεντάϑλυ, ϰαὶ πάλης, ἀφίκοντο ἐς μνήμlω· ϰὴ τῦ μὲν, Λάμπιδι ὑπῆρξεν· Εὐρυβάτω δὲ, ἡ νίκη τῆς πάλης· Λακεδαιμονίοις ϰαὶ τύτοις. *Olympiade vero decima octava, quinquertii illis, & luctæ, in mentem venit. ac quinquertio quidem, Lampis; lucta vero, Eurybatus, vicit: etiam hi Lacedæmonii.*

XXVIII. *Chionis* vincebat ſtadio. Pauſanias, in *Meſſenicis*. Ετει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε ϰαὶ εἰκοςῆς Ολυμπιάδος, lὼ ἐνίκα Χίονις Λάκων. *Anno primo Olympiadis viceſimæ octavæ, qua vincebat Chionis Lacedæmonius.*

XXIX. Iterum *Chionis*. Pauſanias poſtea, *eodem libro*. Ταῦτα ἐπὶ τῆς Ολυμπιάδος ἐπράχϑη τῆς ἐνάτης ϰαὶ εἰκοστῆς. lὼ Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ δεύτερον. *Hæc geſta ſunt Olympiade viceſima nona, qua Chionis Lacedæmonius iterum vicit.*

XXX. Idem *Chionis* tertium. Pauſanias idem, in *Arcadicis*. Δευτέρῳ ἔτει τῆς τριακοςῆς Ολυμπιάδος, lὼ Χίονις Λάκων ἐνίκα τὸ τρίτον. *Anno ſecundo Olympiadis triceſimæ, qua tertium vincebat Chionis Lacedæmonius.*

XXXII. *Orſippus*: quem nonnulli victum dicunt ob delapſum ſubligaculum, non victorem: quod Pauſanias tamen tradit, ut mox dicam. Sed diverſe etiam tempus ipſum traditur. Ac nonnulli, Olympiade hac, quam dixi, factum volunt: & Homeri inter illos Scholiaſtes, *ad Iliad.* Ψ'. Πρῶτος ἔϑος lὼ τοῖς παλαιοῖς περιζώματα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα, ϰαὶ ὅτως ἀγωνίζεσϑαι. κατὰ δὲ τlὼ τριακοςlὼ ϰὴ δευτέραν Ολυμπιάδα, Ορσίππυ τῦ Λακεδεμονίυ λυϑὲν ἀγωνιζομένυ τὸ περίζωμα, αἴτιον αὐτῷ ἥττης ἐγένετο. ἐξ ὗ νόμος ἐτέϑη, γυμνὺς τρέχειν. *Mos erat antiquis, ut ſubligacula ferrent circa pudenda, atque ita certarent: Olympiade vero triceſima ſecunda, cum Orſippo certanti ſubligaculum decidiſſet, cauſa fuit, cur vinceretur. ex quo tempore lex eſt lata, ut nudi currerent.* Ita enim ibi ſcribendum, non Ορίππυ. Eodem modo Etymologici Auctor refert, *in* Γυμνάσια. Εϑος ἦν τοῖς παλαιοῖς, περιζώματα φορεῖν ἐν τοῖς αἰδοίοις, ϰὴ ὅτως ἀγωνίζεσϑαι. κατὰ δὲ τὴν τριακοςὴν δευτέραν Ολυμπιάδα, Ορσίππυ τῦ Λακεδαιμονίυ ἀγωνιζομένυ, λυϑὲν τὸ περίζωμα, αἴτιον αὐτῷ λύπης ἐγένετο. ἐξ ὗ ϰὴ νόμος ἐτέϑη, γυμνὺς τρέχειν. *Mos erat antiquis, ut ſubligacula circa pudenda ferrent, & ſic certarent: Sed ſecunda ac triceſima Olympiade, cum certaret Orſippus Lacedæmonius, ac decideret ſubligaculum, cauſa illi triſtitiæ fuit. Inde lege conſtitutum eſt, ut nudi currerent.* Alii, Olympiade decima quarta factum memorant. Euſtathius, *ad Iliados* Ψ'. Περὶ δὲ τῦ ζώματος φέρεται ἱςορία, ὅτι κατὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτlω Ολυμπιάδα συνέβη, Ορσιππόν τινα, ἐμποδισϑέντα ὑπὸ τῦ περιζώματος, πεσεῖν, ϰὴ τελευτῆσαι· ἤ, καϑά τινες, νικηϑῆναι. ὅϑεν ἐϑεσπίσϑη, γυμνὺς τὺς τοιύτυς ἀγωνίζεσϑαι. Ita enim ibi ſcribendum: non, ὅτι μετὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτlω O. Nam vult dicere, illud ipſum Olympiade decima quarta, non poſt illam, accidiſſe. Etenim poſt eam, Olimpiade decima quinta inſequente, quia lege cautum erat, ut deinceps nudi currerent, primus curſu nudus certavit Acanthus, etiam ipſe Lacedæmonius, atque vicit. Clare id dicit Dionyſius Halicarnaſſeus, *lib.* VII. O δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδυϑῆναι τὸ σῶμα, ϰαὶ γυμνὸς Ολυμπιάσι δραμὼν, ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ολυμπιάδος, Ακανϑος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν. *Qui vero primus nudare corpus inſtituit, nuduſque Olympiis cucurrit, Olympiade decima quinta; erat Acanthus Lacedæmonius.* Hoc eſt, quod Heſychius dicit, *in* Ζώσατο. Κατὰ τὺς Ομήρυ Χρόνους, ὐδέπω γυμνοὶ ἠγωνίζοντο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ολυμπιάδος. *Homeri temporibus, nondum nudi certabant, ſed a decima quinta Olympiade.* Illud vero etiam hic obſervandum; quod Orſippus a Pauſanias non commemoretur victus, ſed viciſſe. Ecce verba, circa finem *Atticorum*. Κοροίβυ δὲ πλησίον τέϑαπται Ορσιππος, ὃς, περιεζωσμένος ἐν τοῖς ἀγῶσι, κατὰ δὴ παλαιὸν ἔϑος τῶν ἀϑλητῶν, Ολύμπια ἐνίκα ςάδιον, δραμὼν γυμνός. *Prope Corœbum vero ſepultus eſt Orſippus: qui, in certaminibus ſubligaculo cinctus, veteri athletarum more, ſtadio Olympia vicit, cum nudus decurriſſet.* Inde addit; ſe putare, non invito decidiſſe, quia ſciret, expeditiorem ita curſum fore. Ecce verba. Δοκῶ δὲ, οἱ ϰὴ ἐν Ολυμπίᾳ τὸ περίζωμα ἑκοντὶ περιρυῆναι, γνόντι, ὡς ἀνδρὸς περιεζωσμένου δραμεῖν ῥᾴων ἐςὶν ἀνὴρ γυμνός. *Arbitror vero, etiam Olympiæ volenti ipſi ſubligaculum decidiſſe: quia ſciret, quod ad curſum viro cincto expeditior nudus eſſet.* Illud denique etiam hic eſt admonendum, aliquos Orſippum iſtum Megarenſem, non Lacedæmonium, dicere. Scholiaſtes Thucydidis, *lib.* I. Απὸ Ορσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώϑησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. *Poſt Orſippum Megarenſem nudati ſunt in certaminibus.* Ac producit Epigramma iſtud vetus incerti Auctoris.

Ορσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῇ δ' ἀρίδηλον
Μνῆμα ϑέσαν, φάμᾳ Δελφίδι πειϑόμενοι.
Πρῶτος ϑ' Ελλήνων ἐν Ολυμπίᾳ ἐςεφανώϑη
Γυμνὸς, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ ςαδίῳ.

Orſippo Megarenſi magnanimo hic inſigne.
Monumentum poſuerunt, oraculo Delphico parentes.
Primuſque Græcorum Olympiæ coronatus eſt
Nudus, cum antea in ſtadio præcingerentur.

Ecce autem, etiam illic victor dicitur Orſippus, ſicut item a Pauſania, & non victus. Verum de Acantho quoque, qui cucurrit primus nudus, atque vicit, Olympiade decima quinta, illud item adnotandum, quod & iſte fuerit Lacedæmonius: ut diſertis verbis dicit Dionyſius, in *citato ante loco*. Itaque Pauſaniæ reſtituendus mihi locus, qui nunc mutilus, *Eliacorum* lib. I. Ολυμπιάδι δὲ ὕςερον τετάρτῃ ϰὴ δεκάτῃ, προσετέϑη σφίσι δίαυλος. Υπlωος δὲ, ἀνὴρ Πισαῖος, ἀνείλετο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότινον. τῇ δὲ ἑξῆς, Ακανϑος. ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης ϰὴ δεκάτης Ολυμπιάδος, πεντάϑλυ, ϰὴ πάλης, ἀφίκοντο ἐς μνήμlω. ϰὴ τῦ μὲν, Λάμπιδι ὑπῆρξεν· Εὐρυβάτῳ δὲ, ἡ νίκη τῆς πάλης· Λακεδαιμονίοις ϰὴ τύτοις. *Poſtea vero, Olympiade decima quarta, additus eſt duplicati ſtadii curſus: e quo, accepta ex oleaſtro corona, victor diſceſſit Hypenus Piſæus: proxime autem inſecuta, Acanthus. Ac decima octava Olympiade, quinquertii, & luctæ, iis in mentem venit: ac quinquertii quidem Lampidi; luctæ vero Eurybato victoria obtigit; qui & ipſi Lacedæmonii.* Quare enim, quæſo, dicit, etiam Lampidem, & Eurybatum, Lacedæmonios fuiſſe, cum nullius Lacedæmonii antea ſit facta mentio? Scripſerat certe, ſine dubio. Τῇ δὲ ἑξῆς, Ακανϑος ὁ Λακεδαιμόνιος. *Proxime autem inſecuta, Acanthus Lacedæmonius.* Itaque reſtituendum hunc in modum.

Poſt hæc, Olympiade XXXV. ſtadio vincebat Sphærus. Dionyſius Halicarnaſſeus, *lib.* III. Παραλαμβάνει τὴν ἀρχὴν ὁ Μάρκιος ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοςῆς ϰαὶ πέμπτης Ολυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Σφαῖρος ὁ Λακεδαιμόνιος. *Accipit principatum Marcius anno ſecundo Olympiadis triceſimæ quintæ, qua vicit Sphærus Lacedæmonius.*

XXXV. Arytamas, ſtadio. Antigonus Caryſtius, *Hiſt. Mirab.* cap. CXXXIII. Επὶ βασιλέως Επαι-

νέτε, Ολυμπιάδος ἕκτης ϗ τριακοςῆς, ἐν ῇ Αρυτάμας Λάκων νικᾷ ςάδιον. Regnante Epæneto, Olympiade tricesima quinta, qua vicit stadio Arytamas Lacedæmonius.

XXXVII. Hipposthenes, lucta. Pausanias, *Eliacorum* lib. I. *Δρόμε μὲν δὴ, ϗ πάλης, ἐτέθη παισὶν ἆθλα ἐπὶ τῆς ἑβδόμης καὶ τριακοςῆς Ολυμπιάδος· ϗ Ιπποσθένης Λακεδαιμόνιος πάλlω, Πολυνείκης δὲ τὸν δρόμον ἐνίκησεν Ηλεῖος. Cursus quidem, & luctæ, proposita pueris præmia, Olympiade tricesima septima: ac lucta quidem, Hipposthenes Lacedæmonius; cursu vero, Polynices Eleus vicit.*

XXXVIII. Eutelidas puer vicit quinquertio. Pausanias, *ibidem*. *Πένταθλον παίδων ἐπὶ τῆς ὀγδόης Ολυμπιάδος ϗ τριακοςῆς ἐτέθη, ἐπ' αὐτῷ τὸν κότινον Εὐτελίδα Λακεδαιμονίε λαβόντος. Puerorum quinquertium tricesima octava Olympiade est institutum, de quo palmam tulit Eutelidas Lacedæmonius.*

XCIX. Junctis ad currum pullis vicit Sybariades. Pausanias, *libro citato*. *Ενάτῃ δὲ ἤρεσεν Ολυμπιάδι ϗ ἐνενηκοςῇ καὶ πώλων ἅρμασιν ἀγωνίζεσθαι· Λακεδαιμόνιος δὲ Συβαριάδης τὸν ςέφανον τῶ πώλων ἔσχε τῶ ἅρματος. Olympiade vero nonagesima nona placuit junctis ad currum pullis certare: coronam autem eo certamine reportavit Sybariades Lacedæmonius.*

Ac stadio quidem, vicere plurimi. Atheradas, Olymp. XX. Cleoptolemus, XXIV. Thalpius, XXV. Callisthenes, XXVI. qua quinquertio etiam Philombrotus vicit, ut duabus proximis Olympiadibus. Charmis, sive Chionis, XXVIII. XXIX. XXX. Gygis, XXXIII. Euryclides, XXXVII. Olyntheus, XXXVIII. Rhipsolcas, XXXIX. Olyntheus, iterum, XL. Lycotas, XLII. Gelo, XLIV. Chrysomachus, XLVI. Eurycles, XLVII. Epitelides, L. Ladromus, LVII. Demosthenes, CXVI. Alcidas, CXXXIV. Nicodemus. CLXIX. Andreas, CLXXIX. De quibus omnibus est videre in *Historicis Collectaneis*, quæ inter Eusebiana edidit Josephus Scaliger. Quin Hipposthenes, lucta sexies; filiusque Hetœmocles, quinquies vicit: unde & Hetœmoclem statua, Hipposthenem templo, Lacedæmonii honorarunt. De victoriis utriusque, statuaque Hetœmoclis, sic Pausanias, in *Laconicis*. *Τῶ λόφε δὲ κατὰ τὴν εἰς δεξιὰν ὁδὸν, Ετοιμοκλέες ἐςὶν εἰκών. τῷ δὲ Ετοιμοκλεῖ, καὶ αὐτῷ Ιπποσθένει τῷ πατρὶ, πάλης εἰσὶν Ολυμπικαὶ νῖκαι· ϗ συναμφοτέροις μὲν, μία τε ϗ δέκα, τῷ δὲ Ιπποσθένει, μιᾷ νίκῃ τὸν υἱὸν παρελθὼν ὑπῆρξεν. In via quæ a tumulo dextrorsum fert, Hetœmoclis est effigies. is vero, & Hipposthenes, ejus pater, lucta in Olympiis vicerunt; & ambo quidem simul, undecies, pater vero Hipposthenes, una victoria filium est supergressus.* De templo, Hippostheni dedicato, postea dicit. *Πλησίον δέ ἐςὶν Ιπποσθένες ναὸς, ᾧ γεγόνασιν αἱ πολλαὶ νῖκαι πάλης. Prope autem est Hipposthenis templum, qui victorias lucta multas reportavit.*

Leo quidam, incertum quando, equis venetis primus vicit. Scholiastes Euripidis, *in Hippolytum*. *Λέων δὲ πρῶτος Λακεδαιμόνιος ἐνίκησεν ἐνέταις ἵπποις, ὡς Πολέμων ἱςορεῖ. ϗ ἐπέγραψεν ἐν εἰκόνι, Λέων Λακεδαιμόνιος, ἵπποισι νικῶν ἐνέταις, Αντικλείδα πατήρ. Leo vero Lacedæmonius primus vicit equis venetis, ut Polemon tradit: & imagini inscripsit, Leo Lacedæmonius, equis vincens venetis, Anticlidæ pater.*

Aliquando, rege Agide, Archidami filio, Olympiis prohibuere Lacedæmonios Elei; sed, post triennale bellum, iterum admittere illos sunt coacti. Ac, de prohibitione quidem, sic Pausanias, in *Laconicis*, jam sepe citatis. *Επὶ δὲ Αγιδος, τῶ Αρχιδάμε, βασιλεύοντος, Λακεδαιμονίοις ἄλλα τε ἐγένετο ἐς Ηλείους ἐγκλήματα, ϗ τῶ ἀγῶνος τῶ Ολυμπικῶ, ϗ ἱερῶ τῶ Ολυμπιάσιν, ὑπ' αὐτῶν εἰργόμενοι, μάλιςα ἤχθοντο. Agide vero, Archidami filio, regnante, cum alia Eleis Lacedæmonii crimini dabant, tum imprimis iniquissime id ferebant, quod Olympicis ipsos ludis, & Olympico item templo, arcuissent.* Idque factum Olympiadis nonagesimæ quartæ anno tertio. Diodorus id nos docet, in illius anni rebus, *lib.* XIV. *Τέτων δὲ πραττομένων, Λακεδαιμόνιοι ϗ ἄλλα μὲν πλείονα τοῖς Ηλείοις ἐνεκάλεν, μάλιςα δ' ὅτι Παυσανίαν, τὸν βασιλέα αὐτῶν, διεκώλυσαν τῷ θεῷ θῦσαι, ϗ διότι τοῖς Ολυμπίοις Λακεδαιμονίους ἐκ εἴασαν ἀγωνίσασθαι. Hæc autem dum sic geruntur, Lacedæmonii cum alia plura Eleis crimina objiciebant, tum quod Pausaniam, regem suum, sacra deo facere probibuissent; & quod in Olympiis Lacedæmonius certare non permisissent.* Causa erat, quod non persolvissent multam, quam debebant. Hoc ex Xenophonte discimus, *Hist. Græc.* lib. III. *Λακεδαιμόνιοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, πάλαι ὀργιζόμενοι τοῖς Ηλείοις, ϗ ὅτι ἐποιήσαντο ξυμμαχίαν πρὸς Αθηναίους, ϗ Αργείους, ϗ Μαντινέας, ϗ ὅτι, δίκην φάσκοντες καταδεδικάσθαι αὐτῶν, ἐκώλυον ϗ τῶ ἱππικῶ. ϗ τῶ γυμνικῶ, ἀγῶνος. Eo ipso tempore Lacedæmonii, jam dudum Eleis succensebant, quod societatem iniissent cum Athheniensibus, Argivis, & Mantinensibus; tum quod, debere sibi indictam multam dictantes, certamine equestri ipsos, gymnicoque, probiberent.* Verum, bello eam ob causam concitato, tertio id postea anno sic compositum est: ut Lacedæmonii denuo ad certamina Olympica admitterentur, ut Pausanias mox refert, in *Laconicis*, quæ citavi.

CAP. XIX.

Auctores, qui de rebus Lacedæmoniorum scripserunt: & in partibus, De rep. instituta, & Apophthegmata; De donariis, De festis, De sacrificiis; De prytanibus, & archontibus. Res Laconicas; item Urbes, Dialectum, & Vocabula peculiaria: quorum ista exstant nomina. Aristocles. Aristoteles. Critias, Dicæarchus: cujus Opus, ut quotannis in prætorio ephororum coram juventute urbis legeretur, lege constitutum fuit. Dioscorides. Molpis. Pausanias. Persæus. Proxenus. Tyrtæus. Sphærus. Xenophon: quanquam de hoc ipso dubitatum. Plutarchus. Polemon. Sosibius. Charon. Aristocrates. Phæstus: cujus tamen Operis ambiguus titulus restituitur, apud Pindari Scholiasten. Polycrates. Philoxenus, & Aristophanes.

FINIAM propositum Opus; & Auctores, qui Lacedæmoniorum res scripserunt, indicabo: qui si ad nos pervenissent, plurima cognosceremus, quæ nunc ignorare cogimur. Primo autem, DE REPUBLICA tradiderunt numero plures. Inter quos priore loco memorandus hic occurrit.

Aristocles. Athenæus, *lib.* IV. *Καὶ Αριςοκλῆς, ἐν τῷ προτέρῳ ϗ ἔτος τῆς Λακώνων Πολιτείας. Et Aristocles etiam, etiam hic libro primo De Republica Lacedæmoniorum.*

Aristoteles. Harpocration, *in Μόρων*. *Διείλεκται δὲ περὶ τέτων Αριςοτέλης, ἐν τῇ Λακώνων Πολιτείᾳ. Disseruit vero de his Aristoteles, in Republica Lacedæmoniorum.* Scholiastes Pindari, *Isthm.* Od. VII. *Ταῦτα ἱςορεῖ ϗ Αριςοτέλης, ἐν τῇ Λακώνων Πολιτείᾳ. Hæc refert etiam Aristoteles, in Rep. Lacedæmoniorum.*

Critias. Harpocration, *in Λυκιουργεῖς*. *Κριτίας*

φησὶν, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ, *Critias ait, in Lacedæmoniorum Republica*. Ter citatur ab Athenæo, *lib.*XI. Et ex eo Opere est sine dubio, quod Plutarchus in *Lycurgi Vita* profert. Καὶ Κώθων ὁ Λακωνικὸς εὐδοκίμει, μάλιστα πρὸς τὰς στρατείας, ὥς φησι Κριτίας. *Et Cothon Laconicus in commendatione habebatur, maxime ad expeditiones militares, ut auctor est Critias.*

Dicæarchus. Cujus Opus ut quotannis, coram juventute urbana, in prætorio ephororum, legeretur, lege constitutum erat. Suidas, *in* Δικαίαρχος. Ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν. καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι. καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ. *Scripsit Rempublicam Spartanorum. Et Lacedæmone lex est lata, ut quotannis liber iste in prætorio ephororum legeretur, & juventus auscultaret. idque diu obtinuit.*

Dioscorides. Plutarc in *Lycurgi Vita.* Ὧν καὶ Διοσκορίδης ἐστὶν, ὁ συντεταγμένος τὴν Λακωνικὴν πολιτείαν. *Inter quos est etiam Dioscorides, qui De Rep. Lacedæmoniorum scripsit*. Meminitque ejus iterum, ex hoc ipso certe Opere, etiamsi id haud nominet, in *Agesilai Vita*. Athenæus, *lib.* IV. Καὶ Διοσκορίδης, ἐν δευτέρῳ (τῆς Λακωνικῆς) πολιτείας. *Et Dioscorides, libro secundo De Lacedæmoniorum republica.*

Molpis. Idem Athenæus, *libro eodem*. Τίς δέ ἐστιν ἡ Κοπὶς, σαφῶς ἐκτίθεται Μόλπις, ἐν τῇ Λακεδαιμονίων πολιτείᾳ. *Quænam vero sit Copis, luculente exponit Molpis, in Lacedæmoniorum Republica.*

Persæus. Rursum Athenæus, *libro citato*. Ὡς Περσαῖος ἱστορεῖ, ἐν τῇ Λακώνων πολιτείᾳ. *Ut Persæus tradit, in Republica Lacedæmoniorum.*

Proxenus. Idem Athenæus, *lib.* VI. Πρόξενος δ', ἐν δευτέρῳ Λακωνικῆς πολιτείας, ἐπικαλεῖσθαι φησὶ χαλκίδας παρὰ Λακεδαιμονίοις τὰς θεραπαίνας. *Proxenus vero, libro secundo De Rep. Lacedæmonior. ancillas a Lacedæmoniis chalcidas vocari tradit.*

Sphærus. Etiam hunc nobis prodit Athenæus, *libro* toties *citato*. Σφαῖρος δ', ἐν τρίτῳ Λακωνικῆς πολιτείας, γράφει. *Sphærus vero, libro tertio De Rep. Laconica, scribit*. Ex eodem Opere est, sine dubio, quod citatur a Plutarcho, in *Lycurgo*. Ὁ δὲ Σφαῖρος, ἐξ ἀρχῆς φησὶ τοσούτους γενέσθαι τοὺς τῆς γνώμης μετασχόντας, *Sphærus vero, totidem ab initio fuisse ait qui consilio participassent.*

Tyrtæus. Suidas, *in* Τυρταῖος. Ἔγραψε Πολιτείαν Λακεδαιμονίων. *Scripsit Rempublicam Lacedæmoniorum.*

Xenophon. Exstat id Opus, inter cætera, quæ supersunt: quanquam, ejus illud esse, a Demetrio Magnesio negatum fuerit. Diogenes Laertius, in *ejus Vita*, lib. II. Συνέγραψε καὶ Ἀγησίλαόν τε, καὶ Ἀθηναίων, καὶ Λακεδαιμονίων, πολιτείαν. ἣν φησὶν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος ὁ Μάγνης Δημήτριος. *Scripsit & Agesilaum, & Atheniensium, ac Lacedæmoniorum, Rempublicam: quam non esse Xenophontis, Demetrius Magnesius ait.*

INSTITUTA, & APOPHTHEGMATA.

De his sunt *Plutarchi* libri, qui exstant.

DE DONARIIS.

Polemon. Athenæus, *lib.*XIII. Ὡς φησὶ Πολέμων ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων. *Ut ait Polemon Periegeta, & in Opere De donariis quæ sunt Lacedæmone.*

DE FESTIS.

Pausanias. Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. A (ἔγραψε) Περὶ τῶν ἐν Λάκωσιν ἑορτῶν. *Pausanias, Lacedæmonius, historicus. (scripsit) De festis Lacedæmoniorum.*

DE SACRIFICIIS.

Sosibius. Athenæus, *lib.* XV. Καὶ γὰρ καὶ Λακεδαιμόνιοι καλάμῳ στεφανοῦνται, ἐν τῇ τῶν Προμαχίων ἑορτῇ. ὥς φησι Σωσίβιος, ἐν τοῖς Περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι θυσιῶν. *Etenim & Lacedæmonii arundine coronantur, in Promachiorum festo: uti auctor est Sosibius, in libris De sacrificiis Lacedæmoniorum*. Inde est, quod ab Hesychio memoratur. Ἠλακατία, ἀγὼν ἐν Λακεδαιμονίᾳ, ἐπὶ Ἠλακάτῳ, ὃς ἦν ἐρώμενος Ἡρα- B κλέους, ὥς φησι Σωσίβιος. *Elacatia, certamen in Laconica, in honorem Elacati, qui amasius erat Herculis, sicut auctor est Sosibius.*

DE PRYTANIBUS, & ARCHONTIBUS.

Charon, Lampsacenus. Suidas. Χάρων, Λαμψακηνός. ἔγραψε Πρυτάνεις, ἢ Ἄρχοντας, τοὺς τῶν Λακεδαιμονίων. *Charon, Lampsacenus. Scripsit Prytanes, sive Archontes, Lacedæmoniorum*. Et hæc quidem, quæ per partes enarranda Veteres proposuerunt; universim vero alii.

C DE REBUS LACONICIS.

multi perscripserunt. Et in illis,

Aristocrates. Athenæus, *lib.*III. Ἀριστοκράτης, ἐν τετάρτῳ Λακωνικῶν. *Aristocrates, libro quarto De rebus Laconicis*. Ex hoc ipso Opere sunt procul dubio, quæ Plutarchus, in *Lycurgo*, semel iterumque refert; sicut & in *Philopœmene*.

Pausanias. Suidas. Παυσανίας, Λάκων, ἱστορικός. (ἔγραψε) Περὶ Ἑλλησπόντου. Λακωνικά. *Pausanias, Lacon, historicus. (Scripsit) De Hellesponto. De rebus Laconicis.*

Phæstus. Scholiastes Pindari, *Pyth.* Od.IV. Καὶ D γὰρ Φαῖστος, ἐν τοῖς Λακεδαιμονικοῖς, ἐπιβάλλων φησί.

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων, κερατηφόρε, κέκλυθι, μάντι.

Etenim & Phæstus, in Opere De rebus Laconicis, injiciens ait;

Jupiter Libyæ Ammon, corniger, audi, vates.

Verum haud scio, an certa lectio: quippe postea iterum, in re eadem, Μακεδονικῶν titulo citat, eorundem *Pyth.* Od.IX. Ὡς Φαῖστος, ὁ τὰ Μακεδονικὰ συγγράψας,

E Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων, &c.

Ut Phæstus, qui Macedonica conscripsit:

Jupiter Libyæ Ammon, &c.

Sed priorem lectionem esse veriorem censeo; si quidem Ammonem Jovem etiam Lacedæmonii coluerunt, & oraculum quoque ejus maxime consuluisse memorantur: itaque & fanum illi dedicarunt. Pausanias, in *Laconicis*. Προελθόντι δὲ ἐντεῦθεν, ἱερόν ἐστιν Ἄμμωνος· φαίνονται δὲ ἀπ' ἀρχῆς Λακεδαιμόνιοι μάλιστα Ἑλλήνων χρώμενοι τῷ ἐν Λιβύῃ F μαντείῳ. *Inde autem procedenti, fanum occurrit Ammonis, videntur autem a principio Lacedæmonii maxime inter Græcos oraculo, quod est in Libya, usi esse*. Causam vero dedicationis ejus, memorat in sequentibus verbis.

Polycrates. Athenæus, *lib.* IV. Πολυκράτης, ἐν τοῖς Λακωνικοῖς, ἱστορεῖ, ὅτι τὴν τῶν Ὑακινθίων θυσίαν οἱ Λάκωνες ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας συντελοῦσι. *Polycrates, libro De rebus Laconicis, tradit, Lacedæmonios, in Hyacinthiorum festo per tres dies sacra facere*. Quin Auctoris quoque Anonymi,

ACTA LACONICA.

memorantur a Plutarcho, in *Agesilai Vita*. Ημεῖς δὲ εὕρομεν ἐν ταῖς Λακωνικαῖς Αναγραφαῖς ὀνομαζομένην, γυναῖκα μὲν Αγησιλάε, Κλεόραν· θυγατέρας δὲ, Απωλίαν, καὶ Προλύταν. *Nos autem invenimus in Actis Laconicis nominatam, uxorem quidem Agesilai, Cleoram; filias vero, Apoliam, & Prolytam.*

DE URBIBUS.

Polemon, Iliensis. Suidas. Πολέμων, Εὐηγέτε, Ιλιεύς. Εγραψε περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι πόλεων. *Polemon, Euegeti filius, Iliensis. Scripsit De urbibus Laconicis.*

A

DE DIALECTO.

Philoxenus. Suidas. Φιλόξενος, Αλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, ὃς ἐσοφίσευσεν ἐν Ρώμῃ (ἔγραψε) Περὶ τῆς Λακώνων διαλέκτε. *Philoxenus, Grammaticus, qui Romæ docuit. (scripsit) De Lacedæmoniorum dialecto.* Denique, nec

VOCABULA LACONICA.

B sunt prætermissa: ac particulare de his Opus scripsit *Aristophanes* Grammaticus: ut ostendi etiam supra, cum de illis ipsis agerem, *lib.* III. *cap.* VI. Illic vide.

FINIS.



NICOLAI CRAGII
RIPENSIS
DE
REPUBLICA LACEDÆMONIORUM
LIBRI IV.
AD
AMPLISS. DANIÆ CANCELLARIUM.
OPUS
ANTIQUITATUM POLITICARUM, AC PRÆSERTIM GRÆCARUM, STUDIOSIS, LECTU JOCUNDUM, NEC INUTILE FUTURUM.

ILLUSTRI ET AMPLISSIMO

DOMINO,

VIRTUTIS, SAPIENTIÆ ET MERITORUM GLORIA INCLITO,

NICOLAO KAAS,

REIPUBLICÆ DANICÆ GUBERNANDÆ
ILLUSTR. VIRO ET CANCELLARIO MAGNO,

DOMINO ET PATRONO SUMMO STUDIO OBSERVANDO

NICOLAUS CRAGIUS

S. P.



AGNA enimvero, Amplissime Domine, veterum Rerumpub. gloria: magna item legumlatorum, qui eas condiderunt, sapientia. Quis enim dubitet? Sed ex omnibus tamen Rebuspub. quarum scriptores profani prodidere memoriam, Spartana ita prolixe eorum nobilitata est commendatione, ut reliquas una facile laudibus superarit. Nam de ea omnes ita fere prædicant, unoque quasi ore hoc asserunt decus, quod sinceros virtutis alumnos illa eduxerit, aut Respublica nulla. Nec vero quod paucis quibusdam, ut Pausaniæ, Lysandro, Gylippo, Antalcidæ, & aliis, infamis noxæ crimen adhæserit, id ejus minuendæ laudi esse potest. Hos enim ipsa fortunæ magnitudo transversos egisse videtur, quæ solidam virtutem invidit, quum permagnam rerum gestarum gloriam tribuisset. Sicut solet ad ludibrium nostrum res humanas invidia quadam rotare, nec pati quenquam eorum, quos evexit, ex omni parte beatum esse. Quanquam si verum fateamur, mirari magis convenit virtutem, qua res tantas illi ipsi, quos dixi, gesserunt, quam humanam imbecillitatem, qua tam splendidæ fortunæ blanditiis inescati, perditum se ierunt. Non enim cujusvis est sibi moderari, quum felicitas humanæ sortis modum excessit, sed in proclivi lapsus ad deteriora. Ut taceam horum ipsorum dedecus, qui flagitiis tam insignibus inter Lacedæmonios noti, in totam Rempub haud posse redundare. Nam quis hortum ita bene cultum præstat, ut nulla noxia planta succrescat? Quis in formoso corpore, unum aut alterum reperiri nævum, non ignoscat? Et in tot igitur præstantibus virtute Lacedæmoniis, flagitiosum unum atque alterum extitisse, in accusationem totius Reipub. haud quaquam verti debet. Idque vel eo magis, quod paucitas ipsa malorum, quæ nominibus comprehendi facile poterit, multitudinem præstantium hominum arguit. Ut sit igitur hæc permagna Reipublicæ Spartanæ laus, ac tantum non summa, quod tam præstantes genuerit cives; mea tamen sic ratio est, ut quærendum potius existimem, unde, & quibus ex causis illi tam laudabiles evaserint; quam admirandum quod tales extiterint. Quod quum haud dubie in legibus & institutis eorum positum fuerit, necesse est eas tanto rectius fuisse constitutas, quanto Spartani reliquis populis virtute præstiterunt. Sed quæ alia singularia istarum legum fuerint, suo loco ostensum; unum hoc vel maxime eis proprium, nec in postrema earum laude ponendum, hic attingam, puta quod nulla pœnarum sanctione, aut suppliciorum metu, diligentissime semper a civibus observatæ sint. Nec enim veteres Rhetræ, ita dictæ, pœnas ullas in deliquentes statuerunt; sed quæ ipsis additæ inveniuntur, fuere saltim quas Ephori usurparunt. Ac si spectarit hoc maxime Legislator, mentionem uti nullam pœnarum in legibus suis faceret, ne quis earum contemtu legum auctoritatem eluderet. Non enim latuit virum longe sapientissimum, insitam hominibus plerisque natura esse malignitatem, qua procliviores multo feruntur ad legum repagula perrumpenda, quum facile potius defungi se posse norint. Atque ideo in sua constituenda Repub. in primis omnia eo referenda haud dubie existimavit, videlicet, ut potius suos bonos faceret,

quam malos tolleret: magiſque id operam dedit, ut cives recte inſtitutos in virtute exerceret, quam ut improbos factos aboleret. Ad bonorum medicorum exemplum, qui ſemper (quum res ita ſinit) antiquius habent, imminentem antidoto averruncare luem, quam graſſantem jam in corpora profligare. Ad quam tamen rem duo potiſſimum adhibuiſſe magnus hic Legislator nobis videtur. Primo enim rectam inſtitutionis normam eum tradidiſſe apparet, ut ab incunabulis eos legum obedientia imbueret, qui idonei ejus Reipub. cives futuri. Deinde exercitia & ſtudia ea, per totam vitam propoſuit, quæ continua virtutis conſtarent meditatione, nec ſinerent animos ad luxum & voluptates avocari. Nam hiſce rationibus aſſecutum præcipue arbitror Lycurgum, quæ laudabili Reipub. propoſita bona, idque ſine pœnarum metu & coercitione. Qua in re, ut & aliis, ſapientiam Lycurgi magnopere admirari eſt: & eam hoc nomine ſuſpexerunt, quicunque judicio in literis maxime polluerunt. Itaque & apud quoſvis veterum ſcriptorum laudata paſſim ejus inſtituta, & ſententiæ iſtarum legum, undique in eorum ſcriptis interlucent. Ut videre eſt apud Theologos, Philoſophos, Hiſtoricos, Oratores, Poetas, Geographos, Philologos, Scholiaſtas, Lexicographos, & alios, qui omnes ex hiſce fideliis parietes ſuos dealbarunt. Quanquam ea ipſa, quæ apud eos extant, cognitu jocundiſſima & utiliſſima, ingentis illius naufragii laceræ tantum tabulæ: & Veterum, qui integre hanc deſcripſerunt Rempub. ſaltim ſunt reliquiæ. Nam, ex Antiquorum monumentis, qui hoc ſcribendi argumento laudem ſibi quæſivere, nullum temporum, ne dicam injuria, an hominum incuria nobis reliquum fecit, præterquam exiguum quendam Xenophontis libellum, quem tum mendoſum, tum mutilum habemus. Quæ enim Terpander, Ariſtoteles, Dioſcorides, Sphærus, Heraclides, Hellanicus, Saus, Critias, Molpis, Ariſtocles, Perſeus, Proxenus, & alii, de hac Repub. reliquere ingenii monumenta, perinde atque non relicta ſunt, ita prorſus e memoria hominum exoleverunt. Vix enim nomina, ac ne vix quidem nota ſunt. Quod ſane hiſce, cum præſtantiſſimis aliis auctoribus accidiſſe, valde dolendum eſt, magnumque id tum Rei politicæ, tum literariæ detrimentum, qui non deploret, næ is de genere humano haud bene meritum cupit. Quæ gravis tamen veterum iſtorum auctorum jactura aliquanto tolerabilior fieret, ſi ex recentioribus aliquis eam nobis reſarciviſſet. At horum quum pauci etiamnum in hac luce literarum tam felici ſidere nati, ut ad id ſtudii animum adjunxerint, tum Rempub. Lacedæmoniorum nullus deſcriptam dedit. Quod, ſive argumenti hujus ſterilitate, ſive rei ipſius difficultate factum, non diſputo. Id tamen fateri neceſſe eſt; jejunum hoc eſſe ſcribendi genus, & minime capax exquiſitæ iſtius verborum elegantiæ, quam ambitioſe quidam affectant. Deinde nec admodum promptum & in expedito poſitum cenſeo, ut Reſpub. tanto tempore everſa & peſſundata ex libris reſtituatur. Id quod tamen in hac noſtra Spartana eo majoris fuit operæ, quod indigenæ ipſorum ſcripteres nulli, ſed tantum exotici, qui hoc ſolum egerunt, ut levi manu pro ſuo cujuſque inſtituto, hujus Reipub. Antiquitates attingerent. Ut non prætercam vel hinc etiam aliquid difficultatis eſſe, quod Spartani ipſi ſua ignorata omnibus voluerint, & quantum quidem facere poterant, exteros ea celarint. Quæ quum ita habeant, quumque tanta fuerit hujus Reipub. præſtantia: nec tamen aut Veterum quenquam, aut Recentiorum, qui de ea commentatus ſit, extare animadverterem, viſum mihi veterum auctorum veſtigia ſublegenti, quæ paſſim de ea obſervaſſem conſcribendo, bonis literis pro virili hac in parte conſulere. Quid autem hic induſtria aſſecutus ſim, quidve ſtudio meo præſtiterim, judicii eorum facio, quos animi candor, & harum rerum peritia, idoneos eſſe judices ſinit. Ac in primis quidem, Ampliſſime Domine, tuæ graviſſimæ ſententiæ hoc ſcriptum, ſumma cum obſervantia ſubmitto, quam benevolam fore, & ſpero & opto. Etenim ſi T. A. Lycurgo favere placuerit, non dicam ſapienti iſti, cui omnes ſapientes favent; ſed huic noſtro, non eſt forte quod magnopere acriorem aliorum formidem cenſuram. Quamvis mens non ignara malevolentiæ invidorum hominum, ſatis præſagiat non defuturos, qui dentem Theoninum his impingant. Sed plus mihi in tua ſumma æquanimitate fiduciæ, quam ab illorum improbitate metus. Nec dubito, quum huc accommodaveris tuum, quod ſolet eſſe integerrimum & ſinceriſſimum, judicium, quin patrocinium inde adverſus quorumvis obtrectationem mutuari liceat. Cujus ſpem firmam a tua illuſtri virtute præſumens, hunc etiam Commentarium tuo nomini dicare, eumque ſub T. A. protectione in publicum emittere volui. Movit id adeo me ut facerem, in primis Lycurgi laudatiſſima tua imitatio: movit item me magnorum, quibus A. T. obſtrictus ſum, beneficio-

rum obligatio. Nam quum plurima tibi cum ipso Lycurgo sint communia, quem debuit ille in lucem prodiens, potius appellare, quam te? Quumque sapientia & meritis nobis alter Lycurgus sis, ad quem se ille libentius applicaret, quam ad te, sui simillimum? Etenim si ille Prodicum seu Tutorem Regium agens, Spartanam constituit Rempub. legesque tulit, quibus illa maxime floruit: Et tu, dum Illustr. vir Rempub. Danicam eximia æquitate & moderatione administras, ne vis legum periculosissimo tempore exolesceret, veterum auctoritatem interpretatione tua publicata asseruisti, novarumque necessario scribendarum auctor extitisti. Si ille regnum summa prudentia & justitia gubernans, pupillo Charilao id conservavit: & tu constanti fide, incredibilique sedulitate, eo item omnes sapientiæ nervos intendis, ut Sereniss. Regi electo, regnum ipsi a Deo destinatum, in manus tradas. Si ille Reipub. saluti post infinita adita pericula, tandem etiam vitam impendit: Et tibi item nihil antiquius esse indies comperimus, quam ut Reipublicæ nostræ incolumitatem afferas, idque etiam exhauriendo vires tuas, assidua cura magis quam ætate fugientes, & pro communi salute vere huc usque a Deo sustentatas. Quæ omnia tametsi tanta sint, quanta esse possent viri in quavis Repub. summi: unum tamen est, in quo Lycurgi gloria tuæ merito cesserit, puta quod Ecclesiam Christi, sanctissima prudentia & zelo, intaminata sana doctrina, ab omnibus motibus & seditionibus vindicas. Qua in re, ad turbarum & distractionum infamiam declinandam, & cursum inoffensum verbi Dei procurandum, nescio an tuo laudatissimo exemplo quicquam possit esse illustrius. Meo quidem certe judicio nemo tibi de hac summa tuæ pietatis gloria quicquam detrahet, nisi qui rem parum æquo judicii examine librans, patriæ hoc magnum tranquillitatis bonum invideat. Quod nullus, ut arbitror, in animum inducet, qui non salutis suæ prodigus, & erga te extreme ingratus haberi velit. Equidem quum hæc & alia tua merita in universos, in totam nostram Rempub. nec non in ipsam Ecclesiam; imo in singulos, quibus privatim benefaciendo nunquam fatigaris, insignia illa quidem uti maxime, cottidie in oculis haberem, animoque versarem, non potui committere, quin editurus hunc librum, de iis tibi publice, omnium bonorum nomine gratularer. Tametsi & quam in me privatim declarasti haud vulgarem benevolentiam, Amplissime Domine, volui, uti decuit, hac itidem dedicatione, grata memoria apud omnes bonos testatam esse. De qua quum prolixe dicere oporteret, vetat pudor meus apud te dicere. Id paucis tamen nec invitus, grata fatebor mente, me istius tuæ benevolentiæ fructum eum percepisse, ut tuo solius patrocinio salus mea constituta sit. Quo nomine quantum mortali deberi fas est, nisi me tibi debere agnoscam, magnitudinem beneficiorum tuorum haud quaquam assequar. Sed nescio an hic commentarius, vel ullus alius longe forte elegantior & doctior, ad gratam mentem indicandam, ne dum ad meritorum tuorum memoriam conservandam satis idoneus esse possit. Nec enim ita scriptus videtur ut virtuti & meritis tuis, immortalitatem, quæ eis apud omnes bonos est proposita, inde spondere audeam. Veruntamen animum certe meum, Amplissime Domine, hinc agnosce, in quo tibi persuadeas velim, perenne eorum fore monumentum. Quem meum animum si consequi possum, ut hac saltim ratione tibi probem, erit is mihi fructus hujus scriptionis longe uberrimus. Neque enim aliud magis a me spectatum fuit. Testis mihi is, cui æviternum imperium soli regenti, pro tua vita & incolumitate ex animo vota facio, cuique te unice commendo. Vale multum Amplissime Domine, salutatus a Musis unicum decus & præsidium nostrum. Dabantur Hafniæ Calendis Januarii *Anno* cIɔ. Iɔ. xcIII.

C. Barthius ad Claudianum p. 149.

Notavitque jam de Republica Lacedæmoniorum Commentario III. Nicolaus Cragius. Quod opus cur contemnant, qui post eum meliora non invenerunt, nondum nos docuerunt.

INDEX CAPITUM.

Liber Primus.

INDEX CAPITUM.

LIBER SECUNDUS.

CAP. I. *De Magistratibus Lacedæmoniorum. Respublicæ quibus potissimum rebus conserventur, aut evertantur. Magistratus ante omnia in Repub. creandi. Magistratus nomine qui comprehendantur. Magistratus apud Lacedæmonios quot fuerint. Magistratuum apud Lacedæmonios variorum nomina. Prima Lacedæmon. Magistratuum distinctio. Alii perpetui. Alii ad tempus. Temporalium Magistratuum subdistinctio. Alii tempore incerto. Alii annui. Secunda Magistratuum distinctio. Alii Urbani. Alii Provinciales. Tertia Magistratuum distinctio. Alii majores. Alii minores. Magistratus quomodo creari soliti. Regum electio qualis. Ephororum electio qualis. Virtutis habita ratio maxime in electionibus.* Τροφῆς *specialis significatio. Tenuiores non admissi ad Magistratus gerendos.* Δαμώσεις *qui dicti. Ætatis habita ratio.*

II. *Reges antiquissimus Lacedæmoniorum Magistratus.* ἀρχαγέται *dicti Reges Lacedæmoniorum. Regum Lacedæmoniorum sex propria & peculiaria. Regia familia apud Lacedæm. Heraclidarum. Regiæ Lacedæm. familiæ triplex mutatio ante Heraclidas. Primæ familiæ tres Reges. Secundæ quot. Tertia familia. Quarta familia Heraclidarum. Eorumdem regnum proprium & peculiare. Rejectitiorum ex adulterina familia regum exempla. Cleomenes regno exutus. Leotychidas. Heraclidis exteris jungi vetitum. Regum uxores ab Ephoris custodiri solitæ. Heraclidarum duo rami, ex quibus Reges petiti. Procles & Eurysthenes. Eurysthenes quomodo sit primogenitus deprehensus: Eurysthenidæ iidem & deinceps Agidæ. Proclidæ iidem & deinceps Eurytionidæ, sive Eurypontidæ. Regum binorum creatio quid profuerit. Regnum perpetuum Lacedæm. reges habuerunt. Succedendi jus quomodo constitutum. Ætas non obfuit successioni. Exempla in Charilao, & Areo. Penes filios mansit jus successionis, licet capitis supplicio affectis patribus. Exempla adducuntur. Archidamus. Agesipolis. Eurydamidas. Regum educatio qualis. Ad gravitatem & severitatem educabantur. Non fuerunt populares. Charilaus reprehensus. In legibus erudiebantur. Acrotati ad parentes responsum. Agesipolis responsum. Ad omnium legum obedientiam. Corporis constitutionis in Rege eligendo habita ratio. Claudus rex vitabatur. Oraculum de rege claudo vitando. Oraculum de claudo vitando Rege quomodo elusum. Cur claudus Rex vitandus fuerit. Regibus sacra plerunque obeunda. Claudita omnibus Spartanis probrosa. Militis claudi argutum responsum. Proceritas corporis in Regibus requisita. Archidamus parva uxore ducta pecunia est multatus. Agesilaus parvus existens, fuit contemptus. Regum potestas qualis fuerit. Sacramentum a Regibus, singulis mensibus exactum. Ab Ephoris præstitum sacramentum singulis mensibus. Regum potestas aliter domi, aliter militiæ constituta. Reges Sacrorum omnium administri. Regum duo propria sacerdotia. Sacrificia belli causa a solis Regibus offerri solita. Regum potestas per se creare quosdam magistratus. Novas leges condere vel aliquid veteribus derogare. Tresantes qui. Soli de quibusdam causis judicare solebant. Hostium aut amicorum legatos audire & dimittere. Regum potestas in bello. Regibus qui honores præstiti. Alii vivis, alii mortuis præstiti. Honores vivis Regibus habiti. A Rege, aliquid acturi, auspicabantur. Proedria. Regibus assurgebant. Ephori soli Regibus non assurrexerunt. Regibus peculiaris terra & ager assignatus. Regibus datæ domus Regiæ ad habitandum. Regum erat publicum tabernaculum. Regum in cœnis publicis duplex portio. In sacrificiis pars aliqua Regibus honorarii loco data. Scropharum partu singulos porcos Reges capiebant. Regibus mortuis qui honores habiti. Mos Regis nunciabatur certis ritibus. Funus Regis elatum cum immenso ululatu. Regibus in bello mortuis qui honores habiti. Post humationem Regum quid in eorum honorem factitatum. Sepulturæ locus Regum duabus familiis peculiaris & diversus. Eurypontidarum, ac Agidarum sepulturæ locus.*

III. *De Senatu. Is dictus Lacedæmone* γερουσία. *De eo quatuor præcipua capita. 1. Senatus quo auctore institutus. Ejus constitutio ex Oraculo. Senatorum numerus, & ejus numeri quæ causa. Alia causa ex Plutarcho. 2. In Senatorum electione tria potissimum requirebantur. Voluntatem aperire. Ætas sexagenaria. Vita honeste acta. 3. Finis in quem electi Senatores duplex. Aut propter Senes, aut Rempublicam. Propter Senes triplex ratio. 1. Ut virtus in senecta exerceatur. 2. Præmium virtuti Senum propositum. 3. Certamen virtutis inter Senes. Certamen animi præstantius corporis certamine. Rempub. quomodo Senatorum creatio respexerit. Senatus medius inter Reges & populum. Agesilaus ab Ephoris mulctatus. 4. Senatorum quæ fuerit auctoritas. Senatorius ordo quousque duraverit.*

IV. *De Ephoris. quinam sic dicti. De Ephoris observata quatuor capita. 1. A quo, qualesque instituti Ephori. Theopompi Spartanorum Regis apophthegma. Ephori ex quibus legerentur. 2. Ephororum qualis numerus. Eorumdem magistratus annuus tantum. 3. Finem ob quem Ephori creati alii alium faciunt. Ad Regum potentiam inhibendam. 4. Ut essent Regum absentium vicarii. Ephororum quanta potestas fuerit. Sacrorum Palladis administratio illis mandata. Vaticinia somniorum. Cœlum intueri, de Regum imperio Deos quasi consulentes. Festis præesse, ludosque moderari. In politicis Ephororum potestas pene tyrannica. Ephori jus in omnes magistratus habuerunt. Reges Ephoris quomodo parere soliti. Ephori custodes disciplinæ juventutis. In Helotas vires suas exercuere maxime. De controversiis quibusdam civilibus judicabant. Ephoricæ sellæ. Ærarium in potestate habebant. Temporum ratio ab iis pendebat. Annum Lacedæmonii a bruma incoabant.* Επώνυμος *Ephorus cur dictus. & fueritne is semper præcipuus, an per vices. Ephororum potestatis summa. Adversus Ephororum potentiam remedium. Ephororum status quamdiu manserit.*

V. *De Beidiæis. qui & unde sic dicti. A quo instituti. Munus Beidiæorum præcipuum. Platanista certamina quæ fuerint. Beidiæorum aliud munus, jus inter Ephebos dicere. Beidiæi quot fuerint.*

VI. Νομοφύλακες, *alius Lacedæmoniorum magistratus, unde dicti. Eorum officium quale.* Νομοφύλακες *Græcorum in primis magistratus. eorum munus, Legum curam gerere. Easdem interpretari. Rerum gestarum consignatio. Nomophylacum Curia Spartæ.*

VII. *Harmosyni qui & unde dicti. Fœminarum Lacedæmonicarum quanta morum perversitas.*

VIII. *Empelori quis apud Lacedæm. magistratus. Quale munus ipsorum fuerit.*

IX. *Pythii magistratus unde dicti. eorundem munus. Pythius aliquis semper fuit in Senatu. Pythii a quibus creati. quot numero. Oracula ubi petierint Lacedæmonii.* Εὐφημία *Lacedæm. Jovi Ammoni grata.*

X. *Proxeni magistratus unde dicti. Ipsorum munus. A quibus creati. Offic. quale. Proxenorum aliud genus.*

XI. *Prodicus unde dictus. quis fuerit apud Lacedæmonios. Prodici, sive Tutoriæ dignitatis, quanta authoritas. Prodici quale munus. Prodicus unde eligeretur. Lycurgus se nato ex fratre posthumo sponte abdicavit.*

XII. *Pædonomi magistratus publici. Unde ii legebantur. Quot essent.* Βουάγω *apud Laced. quis dictus. Pueri ad Pædonomum quoto an. ducerentur. Itidem una e-*

INDEX CAPITUM.

TABULA QUINTA.

TABULA SEXTA.

TABULA SEPTIMA.

TABULA OCTAVA.

IX. *Mu-*

IX. *Musica quidem exerceatur, sed antiqua non mutanda. Musica Lacedæmoniorum ut plurimum Lesbia. Fidicines apud Lacedæmonios nulli. Musicam simplicem ac veterem mutare non licuit. Terpander mulctatus a Lacedæmoniis. Phrynidis itidem, ob aliquid immutatum in vetere Musica. Timotheus item quidam.*
X. *Carmina ingenuis sua sint, a quibus abstineant servi.*
XI. *Pueros ingenuos quivis amet, idque sine rivalium æmulatione. Pœna in eos qui obscœnitate aliqua suos amores contaminassent. Amor idem inter mulieres & virgines. Amori illi ne osculum quidem interveniebat. Agesilai pulchrum dictum. Amor ille quousque duraverit. Amor ille sine æmulatione vel invidia. Ratio hujus instituti.*
XII. *Quod quivis furto auferre potest impune habeat, deprehensus pœnas det. Furta de quavis re, tum præcipue de Cibariis. Ratio hujus instituti. Alia ratio ex Plutarcho. Cur in furto deprehensi plecterentur. Quæ pœna infligeretur in furto deprehensis.*

TABULA NONA.

INSTIT. I. *Majore corporis mole, quam exercitiis conveniat, nemo præditus sit. Ratio hujus instituti.*
II. *Pueri in primis ad venationem assuefiant. Venationem Lacedæm. male furtum vocari ab Isocrate. Canes ad venationem a Lacedæmoniis alebantur. Canes venatici communes Lacedæmoniis. Venatio quorum animalium fuerit.*
III. *Choreas ingenuas saltent pueri & virgines. Saltatio publica puerorum & virginum nudarum. Saltatio Laconica vulgaris qualis fuerit. Saltationis usus qualis. Saltationum duo genera. Ορμος. Altera species. Saltationum Laconicarum aliæ species. Bibasis species saltationis Laconicæ. Choreas ingenuas non saltabant servi Lacedæmone. Ratio institutæ saltationis.*
IV. *Pueri simul & virgines, cursu, lucta, disco & jaculo concertent. Ratio hujus instituti.*
V. *Ephebi infestis manibus & calcibus inter se concertent. Pugna inter Ephebos quomodo fieri solita. Βουάγορ quis dictus sit. Pugna alia puerilis inter Lacedæmonios.*
VI. *Certamina ludicra non sint, nec in quibus manum levans victum se aliquis fateatur. Pancratium & Cestum vetuerunt Lacedæmonii. Ratio hujus instituti.*
VII. *Viris otium quidem liberale tribuatur, sed adolescentes laboribus occupentur. Otium virorum quale erat. Ambulatio non permissa viris. Laboribus adolescentes exercebantur. Labores juniorum qui fuerint. Ad labores pœnis adacti.*
VIII. *Pueri flagris ad aram Dianæ Orthiæ stato tempore cædantur. Hujus instituti origo ex Pausania. Alia ex Plutarcho. Quando fieret hæc flagellatio. Ratio hujus instituti. Alia ratio ex Seneca.*

TABULA DECIMA.

INSTIT. I. *Aurum & argentum nemo possideat. De Auri possessione severe inquisitum. Oraculum, cupiditate pecuniæ Spartam perituram. Pœna constituta in auri & argenti possessores. Mæandrius Sami tyrannus Sparta pulsus. Quando exoleverit hoc institutum.*
II. *Nisi ferreum numisma, nullum Spartæ cudatur vel usurpetur. Nummus ferreus qualis fuerit. Moneta ferrea quomodo cudi solita. Forma quæ fuerit. Oboli unde dicti. Moneta peregrina apud Magistratus mutari solita.*
III. *Ex corio numisma valeat.*
IV. *Permutatione rerum contractus fiant. Illud Institutum fuisse antiquum.*
V. *Lucrum ex re facere, nemini liceat.*
VI. *Donare aliquid de suo nemini permittatur. Mæandrius Sparta pulsus. Alcamenes dona recusavit a Messeniis. Archidamus a Dionysio. Legatis exterorum dare vel ab iis accipere non licuit.*

TABULA UNDECIMA.

INSTIT. I. *Ante trigesimum annum ætatis nemo ad forum accedat. Justini locus explicatur.*
II. *Majoribus natu probro sit assidue in foro versari. Ratio hujus instituti.*
III. *De corporis habitu Ephori decimo quoque die judicent, Ephebis se nudos ostendentibus.*
IV. *Amator pro amasio puniatur.*
V. *De legibus Juniores non inquirant. Ratio hujus instituti.*
VI. *Quam dicit sententiam homo vitæ improbæ, ea ut obtineat, a viro spectato referatur. Ratio hujus instituti. Exemplum hujus rei.*

TABULA DUODECIMA.

INSTIT. I. *Qui legitimæ ætatis non est, in bellum ne eat, sed domi patriæ custodiæ sit. Militaris ætas, annus trigesimus. Isadas quidam multatus ante ætatem in prælium egressus. Juvenes domi relicti cum senibus ad patriæ custodiam.*
II. *Ante plenilunium cum exercitu non exeundum. Lex de Plenilunio observando.*
III. *Adversus eosdem hostes identidem bellum non gerendum. Ratio hujus instituti. Agesilaus crebro adversus Thebanos pugnans reprehensus.*
IV. *Nautæ nulli sint, nec prælio navali pugnandum. Institutum hoc immutatum.*
V. *Turrium & murorum oppugnatio non fiat. Hujus instituti ratio.*
VI. *In bello liberior sit vivendi ratio. Ratio hujus instituti.*
VII. *Castra sæpe moveantur. Hujus instituti ratio.*
VIII. *Milites quidem in armis quietem capiant: sed sine scutis custodiam agant. Hymnos canere in divos Lacedæmonii soliti.*
IX. *Ante prælium rex Musis sacrificet. Ratio hujus instituti.*
X. *In prælio ad tibiæ concentum progrediendum. Ratio hujus instituti. Alia hujus instituti ratio. Carmen quod tibia canebatur quale fuerit. Tuba receptui cani solitum.*
XI. *Ex acie nemo fugiat, nec ordinem deserat, sed aut vincat, aut occumbat. Ordinis in acie desertor, ignominia notabatur. Lacænarum mulierum fortitudinis exempla, fugitivos ex acie filios interficientium. Fugiendo vicisse Lacadæmones quo modo dicantur.*
XII. *Qui clypeum in pugna amittit, ignominiosus sit. Matrum Lacænarum ἐπίφθεγμα quod filiis ad bellum proficiscentibus dabant. Ratio hujus instituti.*
XIII. *Hostibus fugientibus non instandum. Hujus instituti utilitas. Alia hujus instituti ratio.*
XIV. *Cadavera hostium interfectorum non spolientur, nec spolia suspendantur. Ratio hujus instituti. Alia hujus instituti ratio. Hujus instituti restrictio, vel polius depravatio posteriorum temporum.*
XV. *Qui stratagemate hostem superant, bovem Marti sacrificent: Qui vi aperta, gallum gallinaceum. Ratio hujus instituti. Dispar apud Romanos hæc in re ratio.*
XVI. *Qui major est quadraginta annis a pubertate, militiæ vacationem habeat.*

INDEX CAPITUM.

LIBER QUARTUS.

NICOLAI CRAGII

RIPENSIS

DE

REPUBLICA LACEDÆMONIORUM

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

Regionis Laconicæ descriptio. Libri primi in suas partes distributio. Varia nomina Lacedæmoniorum Reip. 1. *Lelegia, & unde sic dicta. Lelex primus Rex Lacedæmoniorum. Lelegis.* 2. *Oebalia & unde. Oebalidæ fratres qui dicuntur. Oebalii duces qui. Oebalus quis.* 3. *Argos Achaicum.* 4. *Laconica.* 5. *Lacedæmon & unde. Lacedæmon quis fuerit. Lacedæmonis nomine Laconicam cum Messenia intelligi. Laconica quibus regionibus inclusa. Laconicæ amplitudo. Laconicæ partitio vetus. Laconicæ posterior divisio. Laconicæ regionis situs. Natura soli qualis. Montes Laconicæ.*



COMPLECTIMUR hoc Libro primo totam Rempublicam Spartanam, eamque instar corporis alicujus consideramus & describimus. Nam qualis ejus forma & constitutio in universum fuerit initio demonstramus. Deinde Respublica in partes suas distributa, civium diversitatem & potestatem explicamus, ac quo jure vixerint, qui in civium numero non erant, exponimus. Sed quædam initio præmittimus de regione & urbibus, ne in locis prorsus obscuris & incognitis animus A hisce legendis versetur. Existimavimus enim fieri non posse, quin cum loci ignoratione, rei ipsius aliqua obscuritas esset conjuncta. Nam locorum passim in sequentibus necessario nobis facienda est mentio. Deinde etiam in Republica quavis multa pro regionis natura & situ institui solent. Tum existit quoque regio antequam condatur Respublica, ut recte vel idcirco in vestibulo prius de illa dicatur. Quapropter eam indicatis nominibus, limitibus, partibus, situ & natura spectandam hoc capite ob oculos ponere visum est. Fuerunt itaque nomina huic regioni antiquitus complura & diversa.

B Primo enim, & quidem vetustissimo suo nomine, Lelegiam eam dictam fuisse invenio. Hoc inditum ei nomen scribunt auctores a Lelege indigena, qui princeps in hac terra imperavit. Ita enim Pausanias initio *Messenicorum*: Αποθανόντος Λέλεγος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν τῇ Λακωνικῇ, τότε δὲ ἀπ' ἐκείνου Λελεγίας καλουμένης, Μύλης πρεσβύτερος ὢν τῶν παίδων ἔσχε τὴν ἀρχήν. Id est, *Mortuo Lelege, qui in Laconica regnavit, ab eo tum Lelegia dicta, Myles major natu filiorum imperium suscepit.* Ac Lelegem primum Regem fuisse Lacedæmoniorum, in *Laconicis* ipse etiam testatur. Eadem est alias dicta Λελεγὶς forma nominis tantum differente. Nam C apud Hesychium Λελεγχὶς dicitur ἡ Λακεδαίμων πάλαι· *Lelenchis, Lacedæmon olim.* Ubi tamen satis patet legendum Λελεγίς. Quamvis apud Strabo-

nem *lib.*VII. Lelegia antiquo nomine ipsa sit Ionia, vel potius Caria.

Alterum nomen est Oebalia, quod ipsum etiam antiquum. De hoc Serviu^ IV. *Georg. Oebalia*, inquit, *ipsa est Laconia*: *Unde de Castore & Polluce ait Statius*, *Oebalidæ fratres*. Recte, Inde enim Oebalii duces Spartani intelliguntur apud eundem Statium, *Thebaidos* II. exponente Poeta posterius paulo, *Sparta genitos*: & Luctatio interpretante, *Laconicos*. Dicta autem Oebalia, ab Oebalo Cynortæ filio Spartanorum Rege, de quo est etiam apud Pausaniam in *Laconicis*.

Tertio invenio apud Strabonem dictam fuisse hanc regionem Argos Achaicum: sicut & tota Peloponesus eo nomine appellabatur. Scribit enim Geographus *lib.* VIII. Cum Pelope Achæos in Peloponesum ingressos, ita virtute excelluisse, ut Peloponesus, quæ jam ab antiquo Argos dicebatur, tum Argos Achaicum ab iis denominaretur. Posteaque addit: Καὶ ἐ μόνον γε Πελοπόννησον, ἀλλὰ ϰ̀ ἰδίως τὴν Λακωνικὴν ὅτω προσαγορδυθῆναι. Id est, *Neque solum Peloponesum, sed & peculiariter Laconicam ita appellatam*. Atque eo sensu explicanda ait illa Homeri ex *Odyss.*III.

—— πῦ Μενέλαος ἔην;
Ἠ ἐκ Ἄργεος ἦεν Ἀχαϊκῦ;
—— *ubi Menelaus erat?*
Annon Argos ivit Achaicum?

Quamvis auctor *Scholiorum Græcorum*, ad Argos proprie ita dictum referat.

Sed quum illa rariora sunt, tum Laconicæ & Lacedæmonis nomina sunt longe usitatissima. Laconica dicitur etiam Græca forma Laconice, ut est apud Melam, & Laconia, ut sæpius est in Servii *Commentariis*. Lacedæmon a Lacedæmone Rege appellata est, quem Jovis & Taygetæ filium fuisse ferunt: quamvis Stephanus etiam aliam rationem adfert. Sed quum intelligatur Lacedæmonis nomine usitate, & ut plurimum regio, sicut locus illustris Herodoti *lib.* VII. docet, ubi ait: Ἐςι ἐν τῇ Λακεδαιμονίῃ Σπάρτη πόλις, &c. *Est in Lacedæmonia Sparta urbs*. Aliquando tamen urbs Sparta eo etiam intelligenda venit. Ita Scholiastes Homerum usurpare notat: Ποτὲ μὲν (inquit) πόλιν καλεῖ Λακεδαίμονα, ποτὲ δὲ τὴν χώραν. Id est, *Aliquando quidem urbem vocat Lacedæmonem, aliquando vero regionem*. Idem tradit & Pausanias ita scribens: Ἀπὸ δὲ Θόρνακος προελθόντι ἔςιν ἡ πόλις Σπάρτη μὲν ὀνομασθεῖσα ἐξ ἀρχῆς, προσλαβῦσα δὲ ἀνὰ χρόνον ϰ̀ Λακεδαίμων ἡ αὐτὴ καλεῖσθαι. Τέως δὲ τὸ ὄνομα τῦτο ἔκειτο τῇ γῇ. Id est, *A Thornace descendenti urbs ipsa se ostendit, initio Sparta, posteris deinde temporibus etiam Lacedæmon nuncupata; quum antea regionis nomen hoc esset*. Quin & Strabo idem ex Homero cum Scholiaste probat, *lib.*VIII. ita inquiens: Ὅτι δὲ Λακεδαίμων ὁμονύμως λέγεται καὶ ἡ χώρα ϰ̀ ἡ πόλις, δηλοῖ καὶ Ὅμηρος. Id est, *Lacedæmonis voce & urbem notari & regionem, etiam ostendit Homerus*. Postea tamen idem Strabo addit, quod observandum est; Lacedæmonis nomine Laconicam una cum Messenia apud Poetam intelligi. Quo pertinet quod est apud Pausaniam initio *Messen.* ubi scribit Polycaonem Lelegis F. ducta uxore Messene Triopæ filia Argiva primo regionem istam occupasse, & ab uxoris nomine Messenem appellasse, tanquam antea utraque uno Lacedæmonis nomine comprehensa fuerit.

Inclusa autem fuit, & cincta Laconica proprie sic dicta, nobilissimis hisce regionibus, Argia, Arcadia & Messenia. Ab Argivis & Tegeatis in Occidentem & Meridiem vergens Laconica, distinguebatur Hermis in monte Parnone sitis, ut ait Pausanias fine *Corinthiacorum*. A Messenia, quæ in Occidentem sita est, dividebatur Taygeto monte, qui a mari excurrens attingit fere Arcadicorum montium radices, ubi flexum facit, qua parte Messenia Laconicæ est contermina, ut fere Strabo ait, & Chærio saltu, ut Pausanias. Arcadiam autem ad Septentrionem fere habebat, a qua dirimebatur montibus Arcadicis, & Alphæo fluvio. A Meridie mare, atque ante Tænarum promontorium Cythera insula cum aliis quibusdam, quarum quædam viciniores, quædam remotiores, ut Strabo scribit *lib.*VIII. Totius vero regionis amplitudinem, quam referre possimus, definita aliqua & certa mensura expressit nemo. Strabo & Plinius litus legendo etiam per sinus, ambitus stadia accurate enumerant, mediterranea hic nihil, leviter ille attingit. Thucydides autem ait ex quinque Peloponesi partibus Lacedæmonios duas possidere. Quod in hunc sensum accipio, ac si diceret; Divisa Peloponeso in quinque partes, duas fere Laconicæ. Nisi tamen hoc potius ad Laconicam simul & Messeniam referendum, ut vult Scholiastes Historici Græcus. Aristoteles *politico secundo*, scribit eam tanta esse amplitudine, ut sufficere possit alendis mille quingentis equitibus, peditum triginta millibus. Ac plerique consentiunt ex regionibus Peloponesi Laconicam fuisse latissimam. Quo referunt Epitheton, quo eam insignivit Homerus κητώεσσαν *immensam* appellans, ut est apud Strabonem.

Porro vetus partitio Laconicæ quæ fuerit, aliqua in obscuritate est. Ephorus apud Geographum auctor, Erysthenem & Proclem Laconicam in sex partes divisisse, quarum unam, Amyclas scilicet, dederint ei, qui regionem ipsis prodiderat. Reliquarum nomina nusquam inveni. Stephanus quidem Ἀφροδίσια, Κάρυα, Κορυφάσιον, Μεσαπέας & Σπάρτην, ait χωρία seu *regiunculas* & ditiones esse Laconicæ, ut Strabo idem de Amyclis scribit; sed an ad hanc divisionem ea referenda, pro certo affirmare non habeo. Sed posterior divisio, quæ fuit Lycurgi, ea vero satis perspicua. Nam is instituens Rempublicam distribuit cæteram Laconicam in τρισμυρίυς κλήρυς, seu *triginta millia sortium*, ex quibus Spartiatis quem attribuit agrum in novem millia sortium divisit, ut scribit Plutarchus in *Lycurgo*. Quamvis de Spartiatarum sortibus dissensio aliqua est, aliis sex, aliis pauciores statuentibus. Harum sortium quælibet fuit æqualis, uti in aliis quæsita æqualitas, testante etiam Livio, qui ait, uti libertatis, ita & fortunæ æquationem apud Lacedæmonios fuisse. Nec est numerus sortium vel auctus vel diminitus, donec stetit veteri disciplina Respub. sicut de numero ac æqualitate infra dicemus. Quanta autem quælibet fuerit sortium, docet Plutarchus in *Lycurgo*. Sors (inquit) erat cujusque tanta, ut ἀποφορὰν seu *pensionem* ferret, viro cuique septuagenos hordei medimnos, mulieri duodenos, & liquidorum fructuum pro proportione proventum. Tantum enim cibarii ad bonum habitum, & ad valetudinem tuendam satis esse, neque re præterea ulla putaverunt opus. Nec an ulla alia regionis divisio fuerit nobis compertum.

Sitam regionem scribit Xenophon lib.VII. *Hellenicon*, in mediterraneis, eamque ita commendat, ut tametsi mari arceantur Lacedæmonii, possit tamen regio eis honeste alendis sufficere. Ita enim de iis verba facit Procles Phliasius: πρῶτον μὲν γὰρ οἰκῦσιν ἐν μεσογαίᾳ· ὥςε τῆς γῆς κρατῦντες, καὶ εἰ [illegible] λάττης εἴργοιντο, δύναιντ' ἂν καλῶς διαζῆν. Id est, *Nam primo quidem mediterraneam regionem incolui t: ita ut terram potientes, etsi a mari arceantur, possint tamen optime vivere*. Natura soli qualis fuerit, docet ex Euripide Strabo *libro* VIII. ita scribens: Περὶ τῆς φύσεως τῶ τόπων ϰ̀ τύτων, καὶ τῶ Μεσσηνιακῶν, ταῦ-

τα μὲν ἀποδεικτέον, λέγοντες Εὐριπίδη. Τὴν γὰρ Λακωνικὴν φησὶν ἔχειν γῆν πολλὴν μὲν ἄροτον, ἐκπονεῖν δ' οὐ ῥᾴδιον. Κοίλη γὰρ ὄρεσι περίδρομος, τραχεῖά τε, δυσείσβολός τε πολεμίοις. Id est, *De natura locorum, tum Laconicæ, tum Messeniæ, Euripidi credi par est. Is ait Laconicæ soli multum esse ad arandum, sed difficile elaboratu. Esse enim regionem cavam, montibus cinctam, & hostibus aditu difficilem.* Xenophon lib. VI. *Hellenicon* etiam ait Laconicam δυσεμβολωτάτην, seu *ad ingrediendum difficillimam*. Quin & Homerus etiam κοίλην *cavam* vocat *Odyss.* Δ. Ubi annotat Scholiastes ita eam a Poeta appellari, ἐπεὶ ὑψηλοτάτοις ὄρεσι περικέκλεισται, *quoniam altissimis montibus circumcluditur*. Erat præterea Laconicæ ea natura, ut terræmotibus fuerit obnoxia. Et memorant quidam Taygeti verticem hoc modo abruptum. Herodotus dicit Lacedæmonios degere ἐν χώρῃ ἀγαθῇ καὶ πλήθεϊ οὐκ ὀλίγων ἀνδρῶν. Id est, *In bona regione, nec exigua hominum multitudine.* Habuit etiam Laconica λατομίας λίθου πολυτελοῦς, seu *lapicidinas lapidis pretiosi:* ut olim Tænarii marmoris in Tænaro monte. Deinde posterioribus temporibus in Taygeto, quidam metalla aperuerunt justæ magnitudinis, Romanorum magnificentia sumptus suppeditante. Ita uti nec metalla, nec lapides pretiosi ibi defuerint, tametsi in illa prisca frugalitate Lacedæmoniorum e terræ visceribus ea non eruta fuerint. Montes Laconicæ Taygetus, Ilium, Amæ, Cnacadium, Lapersa, Asia, Thornax, Mænalus. Fluvii Eurotas, Scyras, Psellias, Tiasa, Gythius. De quibus omnibus legendi Livius, Strabo, Pausanias, Stephanus, Mela & alii. Nobis eorum descriptio prolixior omittenda visa est, quod non Geographica hic tractemus.

CAP. II.

De urbibus Laconicæ. Eæ centum fuere. Hecatombæ unde dictæ. Laconica redacta ad urbes triginta. Liberi Lacones qui dicti. Sparta princeps urbs Laconicæ. Spartæ quis conditor. Unde Sparta dicta. Etiam dicta Lacedæmon. Spartani qui proprie. Lacedæmonii qui proprie. Spartæ situs & figura. Spartæ muri qui. Partes urbis illustriores.

A REGIONE consequens est ut ad urbes transeamus. Eas autem distribuimus in principem urbem seu Metropolin, quæ erat ipsa Sparta, & ei subjectas alias urbes. Laconica enim per πόλεις seu *urbes* olim habitabatur, sicut Attica per δήμους, ut scribit Isocrates. Fuit autem tota Laconica in universum antiquitus ἑκατόμπολις, seu *centum urbium*, Cretæ exemplum in hoc, uti in aliis compluribus, imitata. Quod docet Strabo *lib.* VIII. Itemque Græcus Scholiastes Dionysii Alexandrini, cujus hæc verba: Ἑκατόμπολις ἡ Λακωνικὴ τὸ παλαιὸν, καθὰ καὶ ἡ Κρήτη λέγεται. Id est, *Centum urbium Laconica olim fuisse perhibetur, ut & Creta.* Quod idem videre est apud Stephanum *de Urbibus*, ubi observare licet has urbes eo numero censeri, quæ sunt: Æthea, Amyclæ, Anthana, Aulon, Crocea. Nam de hac postrema inquit, Κροκέα πόλις Λακωνικὴ, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. *Crocea urbs Laconica, ex centum urbibus una.* Et de reliquis eodem fere modo. Ideo etiam ἑκατόμβαι, seu *sacrificium centum boum*, Homero sæpius celebratum, apud Lacedæmonios immolabatur, tanquam pro salute centum istarum urbium, ut est apud Strabonem, & dictum Scholiasten. Etenim sacrificium hoc proprie Lacedæmoniorum erat. Sed tamen & alia oppida, seu vici extra hunc numerum fuisse videntur; & multa enumerantur apud Stephanum, ubi non additur ex centum illis fuisse. Postea vero sicut frequentia homi-

A num diminuta est Laconica, κρινομένη πρὸς τὴν παλαιὰν εὐανδρίαν, id est, *Si conferatur ad veterem hominum abundantiam*, ut Strabo inquit: Ita & numero urbium multum decessit. Nam tandem ad triginta redactæ sunt, quæ ipsæ, excepta Sparta, πολίχναι τινές εἰσι, id est, *oppidula quædam facta sunt.* Ac prius quidem omnium harum una Respub. cujus sedes Spartæ. Posterioribus vero temporibus, avulsæ quædam a potestate Spartanorum, & sui juris factæ, quales fuerunt initio viginti quatuor, postea factæ octodecim. Harum quæ sequuntur extant nomina apud Pausaniam, Gytheum, Teuthrone, Las, Pyrrichus, Cænepolis, Ætylos, Leuctra, Thalamæ, Alagonia, Gerenia, Asopus, Acriæ, Bœæ, Zarax, Epidaurus, Limera, Brasiæ, Geronthræ, Marios. Qui has inhabitabant, incolæ Ἐλευθερολάκωνες dicti, quasi *liberi Lacones*, a liberatione Augusti Imp. beneficentia impetrata. Cætera oppida in curias descripta erant, quæ Spartana civitate continebantur, ac cum ea censebantur, neque suis legibus utebantur, uti urbes jam enumeratæ.

B

Sparta autem uti semper antea, ita & merito tum etiam omnium princeps urbs mansit, & præ reliquis eminuit. Ejus auctor vel conditor Lacedæmon Rex fuisse perhibetur, qui dictam voluit Spartam ab uxore Sparta Eurotæ Regis filia. Pausanias initio *Laconicorum*. ἔγημε δὲ ὁ Λακεδαίμων θυγατέρα τοῦ Εὐρώτα. τότε δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν πρῶτον μὲν τῇ χώρᾳ καὶ τοῖς ἀνθρώποις μετέθετο ἀφ' ἑαυτοῦ τὰ ὀνόματα· Μετὰ δὲ τοῦτο, ᾤκησε καὶ ὠνόμασεν ἀπὸ τῆς γυναικὸς πόλιν, ἣ Σπάρτη καλεῖται καὶ ἐς ἡμᾶς. Id est, *Lacedæmon uxorem sibi junxit filiam Eurotæ. Tunc vero simulatque ad regnum accessit, primum regionem & incolas nomen eorum mutando a se ipso appellavit. Deinde extruxit urbem, quam ab uxore denominavit, quæ etiamnum ad nostram etiam memoriam Sparta vocatur.* Stephanus tamen a Spartis, qui cum Cadmo in Laconicam venerint, dictam fuisse ex Timagora refert. Alibi autem idem scribit a Sparto Amyclantis filio, Lelegis nepote, Sparti pronepote, appellatam.

C

D

Lacedæmonis autem nomine uti monuimus, etiam Sparta ipsa audit aliquando, atque tum sæpenumero addi solet urbis nomen. Est enim apud Thucydidem *lib.* I. πόλις Λακεδαίμων. Quod & Latini observarunt, ut apud Livium *lib.* XXXVIII. *Urbs Lacedæmon.* Eodemque modo apud auctores alios. Quod quum observetur, recte evitatur omnis nominis ambiguitas. In gentilibus hinc deductis vix invenire est alium usum, quam quod Spartani dicti sint, qui urbem incoluerint: Lacedæmonii autem, qui regionem passim inhabitarint. Hoc modo Herodotus eas discernens, scribit in exercitu Pausaniæ adversus Mardonium, dextrum cornu decem millia Lacedæmoniorum obtinuisse, quorum quinque millia fuerint Spartiatarum. Quin & ita distinguit Xenophon lib. VI. *Hellenicon*, ubi scribit occubuisse ex Lacedæmoniis mille, ex Spartiatis autem quadringentos. Atque etiam ita Diodorus *lib.* XI. Τῶν μὲν οὖν Λακεδαιμονίων ἦσαν χίλιοι, καὶ σὺν αὐτοῖς Σπαρτιάται τριακόσιοι. Id est, *Lacedæmonii quidam erant mille, & cum ipsis Spartiatæ trecenti.*

E

F

Porro situs & figura urbis quæ fuerit, describit accurate & paucis, tum gravissimus auctor Polybius *lib* V. tum etiam alii. Primum Polybius ait eam σχήματι περιφερῆ, id est, *figura rotundam seu circularem fuisse.* Postea addit κειμένην ἐν τόποις ἐπιπέδοις, id est, *sitam in planis locis.* Deinde ait περιέχουσαν κατὰ μέρος διαφόρους ἀνωμάλους καὶ βουνώδεις τόπους. Id est, *comprehendisse aliquibus partibus diversa inæqualia & montosa loca.* Postremo dicit fluvium labi ἐκ τῶν πρὸς ἀνατολὰς αὐτῆς μερῶν, *ad partes Orientales ur-*

bis, qui Eurotas dictus sit; quem Livius scribit sub ipsis fere mœnibus fluere. Idem fere cum Polybio testatur Strabo *lib.* VIII. qui ait Spartam infra Taygetum in Mediterraneis sitam, *καὶ ἐν κοιλοτέρῳ χωρίῳ χωρίῳ τὸ τῆς πόλεως ἔδαφος, καίπερ ἀπολαμβάνον ὄρη μεταξύ*. *Et in loco aliquantum concaviore urbis solum, quamvis etiam montes intra se contineat*. Postea addit nullam jam eis partem stagnare, etsi olim in suburbio stagnum habuerit, *οὐδέν γε μέρος αὐτοῦ λιμνάζει· τὸ δὲ παλαιὸν ἐλιμνάζετο τὸ προάστειον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ Λίμνας* *Nulla tamen ejus pars stagnat; olim vero suburbium stagnabat, & vocabant illud Limnas*.

Muri urbis hujus antiquitus nulli fuerunt, idque ex Lycurgi instituto, de quo infra plura dicemus. Postea vero necessariis locis urbs communita est. Ita enim Livius *lib.* XXXIV. *Fuerat*, inquit, *quondam sine muro Sparta. Tyranni nuper locis patentibus planisque objecerant murum. Primo autem Demetrio & Pyrrho eam oppugnantibus, tumultuario opere extructi muri fuerant. Postea autem Nabis Tyrannus tales faciundos curavit, ut nihil ad firmitatem desideraretur. Quos tamen Achæi dejecerunt, quum Spartam juris Achaici fecerunt. Tandem vero muri a Romanis restaurati*. Quæ omnia habet Pausanias *Achaicis* seu *lib.* VII. Ac meminit etiam Plutarchus in *Pyrrho*. Arx urbis neque ulla fuit. Non enim habebant Spartani aliquam arcem in excelso extructam loco, ut Athenienses Acropolin suam, Thebani Cadmeam, & Argivi Larissam: sed quum in urbe multi essent colles, eorum eminentissimum arcem appellabant, ut auctor est Pausanias.

Partes urbis illustriores multæ fuerunt, uti fora, vici, porticus, templa, Basilicæ, Leschæ & alia, quæ brevitatis causa missa facimus. De iis plura qui scire cupit, consulat Pausaniam in *Laconicis*.

CAP. III.

De populo Lacedæmonio, & Lingua. Habitatores primi Laconicæ. Leleges vetusti. Laconiæ habitatores. Leleges unde dicti. Lacedæmones. Lacones. Laconicæ habitatores mutati vel aucti. Quatuor immigrationes in Laconicam. Prima immigratio Achæorum, qui primi ab exteris Laconicam ingressi. Achæorum origo. Secunda immigratio Spartorum, qui secundi ab exteris Laconicam ingressi. Sparta dicta a Spartis. Tertia immigratio Minyarum in Laconicam. Minyæ pulsi ex Laconica, & astu uxorum elapsi. Quarta immigratio in Laconicam Heraclidarum. Dorum in Laconicam immigratio auspicatissima. Lingua Lacedæmoniorum qualis. Minervæ optiletidos ædes unde dicta. Alcmanis poetæ laus.

DESCRIPTA Regione & urbibus, habitatores introducendi. Eorum autem, si, ut decet, paulo altius repetamus originem, inveniemus longe antiquissimos fuisse.

Nam habitatores, qui primi omnium hic degerint, fuerunt fuisse Leleges, quos ita vetustos ajunt, ut *αὐτόχθονας* seu *Indigenas* extitisse autument, qui & sparsim hinc illinc habitarint. Scribit enim Stephanus, *τοὺς πρώτους συνοικήσαντας τὴν πόλιν διεσπαρμένους*. Id est, *Primos cohabitantes urbem dispersos* fuisse, unde Sparta appellata fuerit. Dicti Leleges a Lelege Rege indigena, vel testibus ipsis Lacedæmoniis, ut scribit Pausanias initio *Laconicorum*. Quod autem ajunt indigenas fuisse, id eo sensu accipio, quod obscuræ originis fuerint, quodque in Græcia nullus populus esset, qui sibi eorum ortum vindicare posset. Alioquin mea fuerit sententia, ex A-

A lia eos in hæc loca demigrasse, & forte a Lelegibus, quos Homerus & alii ibi agnoscunt, tanquam colonos traductos. Cujus rei, si ita forte habet, obscura est memoria.

Deinde iidem augustiore nomine dicti Lacedæmones, vel Lacedæmonii, a Lacedæmone Rege. Nam is quum a Lelege alienus sanguine esset, nihil pensi habuit nomen ejus abolere, & suæ memoriæ prodendæ causa, incolas a se denominare. Qua de re plura Pausanias.

Postremo etiam Lacones dicti, sive hoc a nomi-
B ne Lacedæmonis *κατὰ συγκοπὴν* dicatur, ut vult Apollodorus apud Stephanum *de Urbibus*: sive *πρωτότυπον* & *primigenium* sit: sive ut alii volunt *ὑποκοριστικῶς*, & per diminutionem dicatur. Cujus fœmineo genere derivatum est Lacæna, & Laconicus possessivum. Atque hæ duæ postremæ appellationes semper etiam manserunt, utcunque habitatores vel mutati, vel aversione aliorum aucti. Quod ego observavi quater potissimum contigisse, factis totidem illustribus aliorum exterorum populorum præter Leleges in Laconiam immigrationibus, quas breviter jam hoc loco exponam.

C Itaque qui primi ab exteris Laconicam ingressi sint, atque hic sedes postea habuerint, feruntur fuisse Achæi. Incertum tamen quo tempore, nisi quod una cum Pelope hanc regionem, ut fertur, occupavere. Origo eorum fuit ex Phthiotis. Testis locuples Strabo lib. VIII. *Geograph.* *Ἀχαιοὺς τοὺς φθιώτας φασὶ συγκατελθόντας Πέλοπι εἰς τὴν Πελοπόννησον, οἰκῆσαι τὴν Λακωνικήν*. Id est, *Memoriæ proditum est, Achæos Phthiotas cum Pelope in Peloponesum profectos Laconicam inhabitasse*. Etsi postea hæc fere repetens *eodem libro*, dicit etiam Achæum Xuthi filium homicidio per imprudentiam perpetrato, in Laconicam perfugisse, & effecisse, ut qui
D ibi habitarent Achæi dicerentur: ubi & alia hac de re plura. A quo in aliquibus tamen dissentit Pausanias. Nam scribit *lib.* VII. Achæi filios Archandrum & Architelen, ad Danaum Argivum venisse, qui eis binas filiarum nuptum dederit. Ac quum potentia ipsorum crevisset, obtinuisse usum, ut Lacedæmonii & Argivi simul Achæi dicerentur; sed Argivi etiam peculiariter Danai. Inde autem Achæi, ut scribunt, postea profligati, ad cognatos Ionas contulerunt, in regionem, quæ tum Ægialia seu Ægialos dicebatur, quam postea Achaiam vocarunt. Ubi & gentis hujus non minus nomen clarum, quam potentia fuit illustris,

E Venerunt deinde etiam in Laconicam, uti ferunt, Sparti, quorum Dux Cadmus fuisse dicitur. Ab his Sparris urbem Spartam sunt qui dictam volunt. Timagoras enim apud Stephanum de Spartis loquens inquit: *Ἐκπεσόντας* (vel potius *εἰσπεσόντας*) *αὐτοὺς εἰς τὴν Λακωνικήν, Σπάρτην ἀφ' ἑαυτῶν ὀνομάσαι* Id est, *Adorientes*, seu *incidentes in Laconicam, Spartam a se nuncupasse*. Quo pertinere videtur, quod Pausanias scribit apud comitium varium Spartæ dictum, inter heroica ornamenta, etiam Cadmi Agenoris filii fuisse.

Postea & Minyæ Argonautarum posteri, pulsi Lemno a Pelasgis, & Laconicam navigarunt, ac in consortium honorum & agrorum ibi benigne re-
F cepti sunt. Itaque ii repudiatis uxoribus, quas in Lemno habuerunt, alias ex Lacedæmoniis duxerunt. Qui interjecto tempore superbia elati, quum regnum affectarent, in carcerem ut necarentur conjecti sunt. Unde astu uxorum vestes cum illis commutantium elapsi, ad priores sedes circa Taygetum reverterunt. Sed quum adhuc morte eos afficere conarentur Lacedæmonii, Theres hoc deprecatus est, qui & in coloniam eos duxit, ut in insulam, quæ postea ab ipso Thera dicta est, migrarent. Cujus mi-

grationis historia accurate descripta est ab Herodoto *lib.* IV. itemque a Val. Max *lib.* IV. *cap.* VI. Meminit ejus etiam Pausanias, qui hanc secundam deductam ex tota Græcia coloniam esse scribit, *lib.* VII. A quo Strabo *lib.* VIII. in eo variat, quod pulsos ex Laconica Minyas circa Triphyliam habitasse scribit.

Postremo in Laconicam, sicut & in Argiam, & Messeniam, accesserunt Heraclidæ reducti huc auxiliantibus Doribus, cujus migrationis meminerunt veteres scriptores fere omnes. Ex quibus tamen alii potissimum Heraclidis, alii Doribus eam attribuunt, gravissimi utrinque auctores. Plato lib. V. *de Legibus* dicit fuisse, τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀποικίαν, *Heraclidarum coloniam*, quam & εὐτυχεῖν, *felicem fuisse* asserit. Idem testantur Plutarchus & Pausanias, locis pluribus hoc repetentes. Thucydides *lib.* I. vocat Δωριέων κτίσιν, seu *Doriensium ædificationem*, vel *coloniam*. Qui & tempus ejus notat, videlicet hoc factum inquiens, octoginta annos post bellum Trojanum. Isocrates in *Archidamo*, τὸ παλαιὸν Δωριέας, *antiquitus Dorienses* fuisse dicit. Itemque *Panathenaico* scribit eos, quum Dorienses essent, & parvas ingloriasque civitates tenerent, bellum primariis Peloponesi civitatibus intulisse, atque illas occupasse. Idem & plures dicunt auctores. Sed videtur Heraclidis, tanquam ducibus, potissimum gloria hujus coloniæ tribuenda: tametsi nomen Dorum, utpote longe plurium, vulgatius est. Nam præcipuum Heraclidis jus horum trium regnorum, ab Hercule acquisitum erat. Etenim constat (ut de Laconica jam tantum loquar) ab Hippocoonte regnum sibi jure ætatis vindicante, Tyndareum ejectum, quem Hercules pro Tyndareo oppugnans interfecit, ac regnum ab ipso asseruit. Quod tamen ille recuperatum sibi non servavit, sed Tyndareo quasi fiduciarium tradidit. Unde non injuria hoc repetitum venerunt Heraclidæ. Sed & Dores videntur haud parum juris habuisse in hanc regionem. Quod luculentius patebit, si diligenter advertamus ad ea, quæ sunt apud Platonem lib. III. *de Legibus*. Nam ibi de his Doribus scribit, quod orti illi quidem fuerint ab Achæis, sed deinde reduces ex bello Trojano, patria pulsos ab iis qui domi remanserant. Atque ita a Doriensi quodam collectos, ab eo Dores dictos fuisse. Et ab his, ut inquit, Lacedæmonii initium historiæ suæ capiunt, ibique consistunt. Itaque, si hæc ita habent, Achæi isti Dores dicti consimili fere jure quo Heraclidæ hanc regionem, utpote initio suam, repetere potuerunt. Et forte huc etiam respicit Strabo, quum mentionem facit τῶν Ἡρακλειδῶν τοὺς Δωριέας καταγαγόντων, *tanquam Heraclidæ Dores ad sua reduxerint*. Sed tota historia reditus Heraclidarum & Dorum, tum in Laconicam, tum in Argiam, & Messeniam, quo Duce usi, & qua divisione regiones distribuerint, luculenter describitur apud Apollodorum *lib.* II. circa finem, & passim apud Pausaniam & Stabonem pleraque etiam commemorantur. Quæ omnia hic adferre non attinebat. Hæ igitur sunt quatuor istæ celebres Coloniæ in Laconicam deductæ, ex quibus postrema nomine Dorum fuit auspicatissima. Nam postea obtinuit, ut Lacedæmonii pro Doribus semper haberentur. Apud Herodotum enim est, ubi narrat Crœsum misisse ex oraculi sententia, ut potentissimos Græcorum sibi conciliaret, Lacedæmonios in Dorico genere antecelluisse. Et Brasidas ipse Lacedemonius apud Thucydidem oratione ad milites, quæ est *lib.* V. ait, *Doras contra Jonas pugnaturos*: inteligens Lacedæmonios Doras, & Athenienses Jonas.

Porro fuit Lingua eorum ex eo tempore etiam Dorica, quæ eadem fere est cum Æolica, ut est apud Strabonem initio *lib.* VIII. aut certe mixta

A fuit lingua ex Dorica & Æolica. Huic tantum honoris habitum propter Doras Lacedæmonios, ut omnes Peloponesi civitates viderentur Δωρίζειν διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπικράτειαν, id est, *quodammodo Dorice loqui propter ipsorum potentiam*. Unde Plutarchus in *Lycurgo* de æde Minervæ *Optiletidos* agens, dicit istam ædem ita appellatam a Lycurgi oculo excusso: Eo quod ὀπτίλλους oculos, ejus regionis Dores dicant. Et apud Hesychium aliosque Grammaticos multa observare licet Lacedæmoniorum vocabula, quæ Doricæ formæ sunt. Inter reliquas autem Græciæ Dialectos, Lingua hæc habita rudis & insuavis, ideoque minus exculta,
B vel ad Musas ac carmina pangenda idonea. Itaque Alcman poeta haud exiguam meruit laudem, quod gratiam suis carminibus, insuavitate ejus nihil officiente, conciliarit. Auctor Pausanias *lib.* III. Τοῦ Σεβρίου ἐστὶν ἐν δεξιᾷ μνῆμα Ἀλκμᾶνος, ᾧ ποιήσαντι ᾄσματα οὐδὲν ἐς ἡδονὴν αὐτῶν ἐλυμήνατο τῶν Λακώνων ἡ γλῶσσα ἥκιστα παρεχομένη τὸ εὔφωνον. Id est, *Ad Sebrii a dextra est Alcmanis tumulus, cui in pangendis carminibus nihil impedimento fuit Laconica lingua minus per se suavis, quo minus eis gratiam & venustatem compararit*. Hæc itaque populi origo, talisque ejus Lingua.

C

CAP. IV.

De Forma Reipublicæ apud Lacedæmonios, ejusque duratione. Lacedæmoniorum Reipub. forma diversis temporibus diversa. Prima forma Reipub. Lacedæmoniorum monarchica. Quousque prima illa forma Monarchiæ duraverit. Castor & Pollux instar unius Regis habendi. Secunda Reipub. Lacedæmoniorum forma seu secunda ætas incerta. Tertia ætas seu forma Reipub. sub Lycurgo, quæ Aristocratica esse videtur. Isocratis locus expositus. Oligarchia & Aristocratia idem. Livii locus expositus.
D *Quarta ætas sive forma Reipub. Lacedæmoniorum Democratica. Plutarchi loci cum Arist. & Isocrat. collatio. Quinta ætas seu forma Reipub. Lacedæmoniorum mixta. Variæ sententiæ de hac quinta forma mixta. Alii ex duobus, Aristocratia scil. & Democratia. Alii ex tribus, Monarchia, Oligarchia, Democratia. Alii ex quatuor, Monarchia, Oligarchia, Aristocratia & Democratia. Aristocratia potissimum obtinuit. Reipub. Lacedæmoniorum* παρεκβάσεις. *Graves seditiones & status Ochlocraticus. Oligarchia usurpata. Tyrannis. Laconica suis contenta, mansit, vicina affectans, in varias mutationes incidit.*
E *Duratio Reipub. Lacedæmoniorum septingentorum fere annorum. Imperiorum fatalis periodus.*

INDICAVIMUS qui & unde incolæ; itaque Rempublicam illis jam constituamus, qualisque ea fuerint, declaremus. Quod autem Megillus apud Platonem lib. IV. *de Leg.* profitetur, inquiens, τὴν ἐν Λακεδαίμονι πολιτείαν, οὐκ ἔχω σοὶ φράζειν οὕτως ἥντινα προσαγορεύειν αὐτὴν δεῖ. Id est, *Politiam Lacedæmoniam quomodo appellare conveniat, haud in proclivi est tibi dicere*. Idem mihi confiteri pudor non est, videlicet difficile videri, de forma Reipub.
F Spartanæ recte pronunciare. Dabimus operam tamen ut Lectoribus hujus rei cupidis, aliquali super hac re dissertatione satisfaciamus. Quod ut commodiore via fiat, in primis diversorum temporum rationem habendam existimo. Nec enim ex unius aut alterius seculi consideratione, prorsus de tota Repub. judicium ferri potest, quod quidam confidenter nimis, ut fere omnia, facit: sicut nec qui de ea scripserunt, unum aliquod tempus spectarunt. Itaque fuit Reipublicæ forma diversis temporibus diversa, & quidem alias Simplex, alias Mixta,

A si his, quæ jam adducentur, gravissimorum auctorum sententiis stare libet.

Initio autem, ac in prima quasi Reipub. hujus infantia, haud dubie monarchiam fuisse seu regnum statuendum, & quidem fortean tale, ut Reges essent liberrimæ potestatis. Fuit enim unius summum imperium, idque nullis quod constat legibus adstrictum. Atque hæc durasse videtur Reipub. forma usque ad Heraclidas, Proclem & Eurysthenem Aristodemi filios. Nec obstat quod Castor & Pollux fratres, simul ad gubernacula sederint, quandoquidem Imperii vices inter se summa concordia commutarint, & unius instar Regis fuerint. Sicut Fabula de iis conficta quoque hoc indicare B videtur, qua per vices feruntur mortalitatem invicem commutasse, atque alternatim apud inferos superosque versati. Quamvis Hyginus & alii alio hanc narrationem referant.

Postea altera ætate, id est, ab initio Heraclidarum usque ad Lycurgum, qualis Reipub. forma fuerit, haud facile dictu est. Nam si nomen spectemus, Monarchiam vocare non possumus, quod ea proprie unius imperium dicatur, quum semper duo simul fuerint, qui imperium Lacedæmone gesserint: si rem vero putemus, haud aliud quam re- C gnum appellare licebit. Nam uterque eorum qui summæ rerum præerant, regio nomine simul imperabant. Nec reperire licet ullos magistratus, qui summæ potestatis aliquid sibi præter eos vindicarint. Non negaverim tamen fuisse aliquos magistratus, quorum in Reipub. administratione usus fuerit, sed ab ipsis Regibus creatos, qui & iis idcirco obnoxii erant. Lycurgus enim recens natum Charilaum inter magistratus cœnans accepit, & Regem natum eis exhibens in solio Regio statuit, ut est apud Plutarchum in *Lycurgo*. Sed de hac ætate, ut dixi, difficile est judicare, quod nullus extet satis luculentus auctor rerum, quæ tunc contigerunt.

D Cæterum tertia ætate, videlicet per id temporis, quo Lycurgus ad Rempub. accessit, longe major importata est innovatio, ita ut videatur Regnum, etsi nomine manserit, re tamen prorsus sublatum fuisse. Nam Reges tum in ordinem quasi redacti sunt, debilitata ipsorum potentia, & adjecti ipsis senatores, quibus in negotiis publicis non multo minor quam Regibus fuit auctoritas, & sine quibus Regibus fere publice nihil gerere concessum. Hunc itaque Reipub. statum respicientes, formam quæ tunc extitit, appellandam judicarunt plerique Aristocratiam. Ex quibus est Plato lib. IV. *de Legibus*, ubi sic inquit: *Τὸ δὲ μὴ φάναι ἀριστοκρατίαν αὐ-* E *τὴν εἶναι παντάπασιν ἄτοπον*. Id est, *Negare eam esse optimatum administrationem omnino absurdum*. Et Isocrates scribens *Nicocle* Lacedæmonios *οἴκοι ὀλιγαρχουμένους*, *domi paucorum potestate regi solitos*, hanc laudatam Oligarchiam intelligit, quæ eadem est cum Aristocratia. Nam Veteribus hoc significatu, vocabulum Oligarchiæ etiam acceptum est. Quibus consentit Aristoteles *politico secundo*, nec non Plutarchus VIII. *Symposiacon*, ubi scribit Lycurgum usum in sua Republica geometrica proportione, & formam instituisse Aristocraticam. Quemadmodum Maximus Tyrius quoque *Oratione* F VI. de Rebuspublicis agens, Laconicam inter Aristocraticas cum Cretica, Mantinea & Thessalica recenset. Cujus sententiæ sunt plerique alii, ut & Plutarchus libello *de tribus politiæ generibus*, Aristocratiæ exemplum in Repub. Lacedæmoniorum proponit. Etenim nec consilium Lycurgi fuit, ut popularem aliqua ratione suam Rempub. faceret, sed Aristocraticam, sicut Apophthegmate suo satis docuit. Nam postulanti cuidam, ut populo administrationem Reipub. traderet Lycurgus: *Tu prior*, inquit, *domi tuæ imperium domesticis trade*. Quod autem Nabis apud Livium *lib.* XXXIV. ait, *non voluisse Legislatorem Rempub. in paucorum manu esse*: id intelligendum uti dictum a Tyranno accommodate ad suum propositum.

Deinde quarta ætate, videlicet centum triginta annis post quam instituti Ephori, sunt qui factam Rempub. popularem arbitrantur, ut Aristoteles & Isocrates. Nam tum, ut Aristoteles scribit, *Polit.* II. *Δημοκρατία ἐξ ἀριστοκρατίας συνέβαινε*, *Democratia ex Aristocratia orta est*. Sicut & Isocrates *Areopagitico* ait, *Λακεδαιμονίους διὰ τοῦτο κάλλιστα πολιτευομένους, ὅτι μάλιστα δημοκρατούμενοι τυγχάνουσιν*. Id est, *Lacedæmoniorum ob hoc maxime Rempublicam florere, quod populari statu maxime utuntur*. Quibus tamen minime consentit Plutarchus, qui hoc magistratu creato mansisse Aristocratiam existitimat, ac potius Optimatum auctam & confirmatam potentiam, quam diminutam putat. Ita enim in *Lycurgo* scribit: *Ἡ τῶν Ἐφόρων κατάστασις, οὐκ ἄνεσις ἦν, ἀλλ' ἐπίτασις τῆς πολιτείας, καὶ δοκοῦσα πρὸς τοῦ δήμου γεγονέναι, σφοδροτέραν ἐποίησε τὴν ἀριστοκρατίαν*. Id est, *Ephororum creatio, non remissio Legum, sed contentio fuit, quippe quæ tametsi popularis appareret, Optimatum tamen vim amplificavit*. Quod quidem si initio Eporis creatis ita fuisse fateamur, haud tamen intra eos moderationis cancellos se continuerunt. Nam tandem Optimatibus multum detraxerunt. Quo Aristoteles & Isocrates sine dubio respexerunt.

Itaque ut de his, quæ secuta sunt, agamus temporibus, quibus quinta ætas continetur, post illa videri potest extitisse ea Respub. quam plerique mixtam affirmant, quando videlicet dominantibus Ephoris, magna ex parte tamen remansit Regibus sua potestas, & Senatui adhuc sua constitit auctoritas. Quamvis quomodo ea mixta fuerit, diversæ sint auctorum sententiæ. Nam quidam volunt ex duabus mixtam, ut Isocrates *Panathenaico*, qui ait fuisse *δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην*, seu *quod constiterit ex Democratia mixta Aristocratia*. Quod non carere videtur ratione. Nam si Aristocratia a Lycurgo instituta, ut omnes consentiunt, & postea additus Ephororum magistratus popularis, atque ex iis Reipub. forma mixta, haud alia videtur existere potuisse mixtio, quam ex Aristocratia & Democratia. Sed plures tamen sunt, qui ex tribus mixtam asserunt. Quorum princeps Plato, qui *Legum* lib. III. ubi de Regibus, Senibus & Ephoris locutus, quomodo magistratus quilibet eorum cum aliis remperatus, atque ex tribus istis Rebuspublicis una conflata fuerit, tandem addit: *Κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ἡ βασιλεία παρ' ὑμῖν ἐξ ὧν ἔδει σύμμικτος γενομένη, καὶ μέτρον ἔχουσα, σωθεῖσα αὐτὴ, σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν αἰτία*. Id est, *Ad istum sane modum regnum apud vos ex quibus oportebat mixtum & temperatum, tum seipsum conservavit, tum aliis salutis causa extitit*. Atque ita Aristoteles etiam mixtionem eam clarius expressit *politico secundo*, cap. VI. ubi Rempub. Lacedæmoniorum ait ex Monarchia, Oligarchia & Democratia mixtam, ut Regum fuerit Monarchia, Senum Oligarchia seu Aristocratia, Ephororum vero Democratia, *διὰ τὸ ἐκ τοῦ δήμου εἶναι τοὺς Ἐφόρους*, *quod ex populo Ephori essent*. Sicut Polybius quoque *libro* VI. judicat, hanc fuisse ejus Reipub. constitutionem, Lycurgo eam tribuens. Sic enim de ea ait: *Οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ μονοειδῆ συνεστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας ὁμοῦ συνήθροισε τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν ἀρίστων πολιτευμάτων*. Id est, *Nec simplicem, nec uniformem constituit rempublic. sed omnes simul collegit dotes & proprietates optimarum civitatum*. Quod postea latius declarat. Verum alii mixtionem eam Reipub. Lacedæmoniorum, non

ex

ex tribus tantum, sed ex quatuor conficere non dubitarunt. Ut Archytas Pythagoreus apud Stobæum *Serm.* CXLI. Qui existimat ex quatuor ita compositam Lacedæmoniorum politiam, ut Regum statuat fuisse Monarchiam, Senum Aristocratiam, Oligarchiam Ephororum, Democratiam vero sitam dicat in Hippagretis & juvenibus. Quæ tamen Archytæ sententia parum videtur consentanea: sicut nec reliquæ probari omnes nobis possunt, ut alio loco disputamus.

Atque hujusmodi fuerunt præcipuæ illæ stantis Reipublicæ ætates, quibus imperii seu publicæ gubernationis forma quodammodo mutata. Ex quibus tamen Aristocratia potissimum obtinuit, ut & auctorum plerique eam statuerunt. Nam in vigore suo, cumque florebat maxime Respub. Aristocratica fuit. Quo etiam tota nomothesia comparata, ut & consilium propositumque Legislatori fuit eam saltem formam Reipub. constituere.

Fuerunt tamen hujus Reipub. quamvis optime constitutæ, *παρεκβάσεις* seu *excessus* quidam & labes, vel corruptelæ, ad vitiosas formas vergentes & inclinantes.

Nam primo ante Lycurgum, graves Rempub. exagitarunt seditiones, quibus videtur quodam modo Ochlocraticus quæsitus. Ita enim scribit Thucydides *lib.* I. *Ἡ Λακεδαίμων μετὰ τὴν κτίσιν τῶν νῦν ἐνοικούντων Δωριέων, ἐπὶ πλεῖστον ὧν ἴσμεν χρόνον στασιάσασα.* Id est, *Lacedæmon a conditu Dorum, qui jam eam tenent, perlongo tempore seditionibus agitata fuit.* Sicut & Plutarchus *Lycurgo* idem testatur, qui scribit Regem Eurytionem ambitione & populari aura ductum, nimium dominatum relaxasse. Unde populus ferocire cœperit, & Reges contemnere, ac illi vicissim violentius agendo populum offendere, ut legibus tandem proculcatis confusio Reipub. extiterit, in qua & pater Lycurgi interfectus sit. Quo refero etiam quod Herodotus ait *lib.* I. Ubi de Lacedæmoniis scribit, quod ante Lycurgum, *Κακονομώτατοι ἦσαν σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, κατά τε σφέας αὐτὰς, καὶ ξείνοισι ἀπρόσμικτοι.* Id est, *Pravissimis legibus erant fere præ omnibus Græcis, & inter seipsos, & peregrinis inhospitales.*

Secundo videtur deinde etiam quædam species Oligarchiæ erupisse, quum videlicet potestate sua abutentes Ephori imperium arriperent, premerentque Reges & Senatum, ita ut tandem eos & quosvis suo arbitratu solio deturbare, vel e medio tollere, veriti non sint: Sicut tum alia, tum quæ circa Agidem & Cleomenem contigerunt, manifeste ostendunt.

Ex quibus postremo factum, ut nec a tyrannide libera fuerit hæc laudatissima Respublica, quam invasit primo Machanidas, continuavit deinde Nabis, donec Sparta concilii Achaici facta fuit. Ex quo usque ad Romanorum tempora fluctuare, & imperium Dominosque mutare non destitit, ut videre est apud Polybium, Plutarchum, tum aliis locis, tum etiam in *Vita Pyrrhi*, itemque apud Strabonem & Pausaniam.

Sed tametsi hisce motibus omnibus & mutationibus, ac fortean aliis, obnoxia fuerit Respublica Lacedæmoniorum, sicuti sunt res omnes humanæ instabiles, & variis casibus subjectæ, optime tamen eam constitutam fuisse gravissimi auctores consentiunt. Quod Polybius tamen eatenus verum ait, ut nihil ejus defuerit constitutioni, quantum ad sua tutanda spectarit. Itaque dum iis contenta erat, mansit Respublica etiam immota. Postquam vero vicina affectare cœpit, & paulatim pluribus bellum faciendo imperium in alios quærere, tum vero in eas mutationes incidit, de quibus dictum.

Sed has tamen diu pertulit, ut longo tempore iis non cesserit, sed instar Athletæ, sæpe eluctata ad leges pristinamque disciplinam redierit. Quare donec id factum, nulla tumultuantium protervia, vel inquietorum hominum ambitio, eam labefactare potis erat. Stetit itaque hæc Respublica tot seculis, quot vix ullius imperii fuisse legimus. Sicut Polybius quoque testatur, diutissime Lacedæmonios libertatem suam servasse. Ita enim de Republica a Lycurgo instituta ait: *Οὕτω συστησάμενος πλεῖστον ὧν ἡμεῖς ἴσμεν χρόνον διεφύλαξε τοῖς Λακεδαιμονίοις τὴν ἐλευθερίαν.* Id est, *Quum ita constituisset Remp. quam diutissime conservavit Lacedæmoniis libertatem.* Nam alii annos ei tribuunt octingentos, ut Livius *lib.* XXXIX. ubi ait Spartam disciplinæ Lycurgi per annos octingentos assuevisse. Quod tempus longe fatalem periodum, quæ existimatur esse Imperiorum omnium, excedit. Isocrates Oratione *de Pace*, scribit, *ἑπτακοσίοις ἔτεσιν οὔθ' ὑπὸ κινδύνων, οὔθ' ὑπὸ συμφορῶν κινηθεῖσαν.* Id est, *Septingentis annis neque periculis, neque casibus ullis labefactata.* Quod idem in *Panathenaico* repetit. Sic & Cicero *pro Flacco*, ait Lacedæmonios solos toto orbe terrarum septingentos annos amplius, unis moribus & nunquam mutatis Legibus vixisse. Plutarchus *Lycurgo* ait Spartam *εὐνομίᾳ καὶ δόξῃ*, *legum bonitate & gloria*, Principatum Græciæ tenuisse annis quingentis, dum usa legibus Licurgi, quas ex quatuordecim Regibus, qui eum secuti sunt, usque ad Agin Archidami filium nemo moverit. Quo tempore tametsi Plutarchus videtur finem statuere Reipub. tamen non usque adeo abolita disciplina, & labefactatus publicus status, ut non Leges Lycurgi aliquatenus retinentes sustinuerint usque ad Tyrannos. Quare & nos Reipub. durationem eo continuamus, ita ut septingentorum fere annorum fuerit secundum Isocratem & Ciceronem. Quod & recte convenienterque fieri autumo.

CAP. V.

De Jure civitatis. Civium diversa ratio. Cives nati qui. De Civibus natis judicium quomodo fieri solitum. Primus gradus Civium natorum in infantia. Secundus gradus in pueritia. Tertius in pubertate. Εἴρενες *qui dicti apud Lacedæmonios.* Μελλείρενες *qui dicti sint. Quarta ætas virilis. Sphærei qui dicti apud Lacedæmonios. Cives ex utroque parente Lacedæmonios esse oportuit. Leotychides & Demaratus cur regno exciderint. Parthenii apud Lacedæmonios qui fuerint. De Partheniis alia opinio. Cives donati civitate qui. Tyrtæus Atheniensis ascitus in Lacedæmoniorum civium numerum.* Μόθακες *qui dicti sint apud Lacedæmonios. Lysander civis factus ob virilitatem. Callicratides & Gylippus. Libertini cives facti.* Ἐπεύνακτας *cives quos dixerint Lacedæmonii. Civitatis jus raro a Lacedæmoniis aliis communicatum. Tisamenes vates civis Lacedæm. factus.*

EXSTRUCTA Repub. videamus qui Lacedæmones ejus participes fuerint. Erant autem Reipub. participes quotquot civium numero habebantur. Sed non fuit una eademque civium omnium ratio. Alii enim erant cives nati, alii civitate donati.

Nati cives, qui ex parentibus civibus legitime junctis, procreati erant. Hi quidem simul ac editi, jus civium habuerunt. Sed tamen ad id rursus, quasi per gradus ascendebant, dum justi & legitimi cives fierent, & pro civibus se gererent. Primum enim in his hoc quasi legitimum observabatur, ut judicium penes tribules esset de recens natis, an Infans tollendus esset ut civis fieret, vel non. Id docet Plutarchus *Lycurgo*: Arbitrium par-

tus, inquit, non erat penes parentem, sed portabat eum in locum Leschen dictum, ubi tribulium natu maximi considentes, Infantem spectabant. Qui si membris compactis & robustis esset, tolli jubebant eum, sortemque ei ex novem millibus assignabant: Debilem & distortum amandabant in locum voraginosum propter Taygetum, quas Apothecas nuncupabant: Quasi nec illi ipsi, nec civitati, qui non esset a primordio ad bonum habitum, neque ad robur comparatus, expediret vivere. Postea si parentes eos agnovissent, & ita probati fuissent a tribulibus, septennes facti in ἀγέλας, seu *classes pueriles* distribuebantur, ut docet Plutarchus in *Vita Lycurgi*. Deinde certo modo enutriebantur & educabantur ad pubertatem usque, de qua re alio loco. Tandem vero fuit legitima ætas, quum ex pueris excederent ad Ephebos. Existimo autem fuisse annum ætatis octavum decimum. Nam is annus plenæ pubertatis dicitur etiam jure civili, ut refertur ex libro I. *Differentiarum* Modestini L. XL. *D. de adoptionibus*. Atque illa ætate poterat ex institutione Laconica rigida valde & austera satis confirmata esse natura. Hunc annum qui biennio excesserant εἴρενες dicebantur. Plutarchus *Lycurgo*: Εἴρενας καλοῦσι τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας. Id est, *Irenas, vocant eos qui jam alterum annum e pueris egressi sunt*. Inter pueros ipsos autem Mellirenas dicebant huic ætati proximos. Idem Plutarchus: Μελλείρενας δὲ τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους, id est, *Mellirenas vocant maximos natu inter pueros*. Itaque quod hanc ætatem constituo pubertatis, videor posse colligere, tum ex his quæ jam dicta, tum ex Plutarchi verbis quæ sequuntur. Nam postea addit; *Quum Iren major fuerit viginti annis, tum ducit cohortem suam in prælium*. Quod hoc sensu accipio, tanquam ex pueris excesserint anno ætatis decimo octavo. Deinde Irenes facti fuerint anno vigesimo. Tandem eo anno completo esse ductores suarum cohortium cœperint, id est, puerorum. Postremo fuit & legitima ætas, qua inter viros censebantur, & quæ virorum erant gerere poterant. Hanc censeo fuisse annum ætatis trigesimum. Tot enim annos natis quæ virorum erant gerere licebat, atque eo usque inter Ephebos habebantur. Quare ἔξηβος dicitur ἔξω τῆς ἥβης, τριάκοντα πέντε ἐτῶν, *extra pubertatem, triginta quinque annorum*, Hesychio. Ex Ephebis autem qui inter viros referebantur, & hunc ordinem recens ingressi erant, Sphærei dicebantur apud Lacedæmonios. Ita Pausanias *lib.* III. ubi quum locutus esset de simulacro Herculis, cui sacrificant Sphærei, postea addit statim hæc eos describens: Οἱ δὲ εἰσὶν οἱ ἐκ τῶν ἐφήβων, εἰς ἄνδρας ἀρχόμενοι συντελεῖν. Id est, *Sphærei sunt qui ex Ephebis jam excesserunt, & inter viros censeri cœpti sunt*. Atque huc refero pro argumento, quod apud Plutarchum est in *Lycurgo*: Qui scribit non licuisse in forum procedere ante annum ætatis trigesimum: quod perinde forte est, ac si diceret, publicum nihil ante hanc ætatem attingere potuisse. Nec est inconcinnus hic annorum numerus. Nam a pueritiæ initio ad pubertatem erunt anni duodecim, a pubertate ad virilem ætatem itidem duodecim. Itaque hanc ætatem, quam diximus, qui compleverant, ii legitimi & justi cives erant. Diximus autem oportere cives ex utroque parente esse Lacedæmonios, & legitime natos. Nam alias pro nothis & adulterinis habiti fuerunt. Omitto jam de Leotychide & Demarato Regibus aliisque dicere, qui hujus suspicionis damnati regno exciderunt. In Partheniis illustre ejus exemplum, qui quod non satis legitime procreati fuissent, cives non sunt habiti. Erant enim Parthenii *ex virginibus geniti ante nuptias*, οἱ γενόμενοι παρθένων πρὸ τοῦ γήμασθαι,

A inquit Suidas. Sed quales hi Parthenii fuerint Lacedæmoniorum, de quibus nobis hic sermo, docet Ephorus apud Strabonem luculenta historia, quam integram hic adscribam. *Lacedæmonii*, inquit, *bellum intulerunt Messeniis, quod hi illorum Regem Teleclum Messenam sacrificandi causa profectum occidissent, juramento se invicem obstringentes, non prius se domum reversuros, ni Messeniam cepissent, aut universos ibi occubituros. Itaque ad bellum profecti urbis custodes relinquunt ex civibus natu minimos & natu maximos. Post anno belli decimo uxores Lacedæmoniorum facta coitione, quasdam suarum ad maritos miserunt, quæ eos reprehenderent, ut iniquis erga se conditionibus bellum*

B *Messeniis facientes: Quippe quod aliqui interim liberos procrearent: aliqui relictis uxoribus uti viduis in hostico castra haberent. Itaque periculum ne patria ad extremum viris vacua foret. Tum Lacedæmonii & sui jurisjurandi memores, & uxorum habentes rationem, robustissimos & ætate minimos, ex castris mittunt, quos noverant Sacramenti religione non teneri. Iis præcipiunt ut cum omnibus virginibus omnes rem haberent, ita existimantes copiosiorem sobolem exstituram. Hi autem qui ita geniti erant, παρθενεῖαι seu virginum filii dicti sunt*. Postea addit hos non in eodem honore cum reliquis habitos, utpote non ex conjugio natos, cum Helotis

C conspirasse, & patefacta conspiratione patrio solo ad quærendas novas sedes excessisse, ac Duce Phalantho tandem Tarentum in Italia condidisse. Quam historiam refert quoque Justinus ex Trogo, sed ab hac in aliquibus dissentientem. Ex illis itaque intelligi potest, qui fuerint Parthenii Lacedæmoniorum. Hesychius tamen auctor est, eos Parthenios fuisse, οἱ κατὰ τὸν Μεσσηνιακὸν αὐτοῖς πόλεμον γενόμενοι ἐκ τῶν θεραπαινῶν; *qui bello Messeniaco ipsis nati ex ancillis*; tanquam ii ita dicti, qui in castris ex ancillis nati fuissent. Sed hoc quod ad nostrum institutum nihil interest. Constat enim hinc, qualescunque Parthenii fuerint, extra conjugium geni-

D tos pro civibus haberi non potuisse.

Cæterum qui civitate donabantur cives, initio complures facti sunt. Nam primi Reges (ut est apud Strabonem) permiserunt δέχεσθαι συνοίκους τοὺς βουλομένους τῶν ξένων, διὰ τὴν λειπανδρίαν. Id est, *ut reciperentur in civium numerum, propter hominum penuriam, ex peregrinis quicunque vellent*. Et Aristoteles *Politico* II. scribit, initio multos civitate donatos ad augendum civium numerum. Postea autem peregrinis non nisi singularibus quibusdam & certis de caussis civitatis jus communicatum. De Tyr-

E tæo Atheniensi nota historia, quod in civium numerum ascitus, ut eo belli Duce uterentur, quum ex oraculi sententia jussi essent adversus Messenios ab Atheniensibus Ducem petere. Strabo *lib.* VIII. & Pausanias *lib.* IV. & Polyænus *lib.* I. Ac civem eum factum fuisse, probat etiam Apophthegma illud Pausaniæ, quo indicatur simul quare id ei contigerit. Nam interrogatus Pausanias, quare Tyrtæum Poetam Spartani civitate donassent, respondit: *Ne unquam videremur peregrino Duce usi*, ut est apud Plutarchum in *Apophthegmatis Laconicis*. Itidemque Terpander, Thales, Pherecydes, & alii civitate donati. Nam verum haud existimo, quod Herodotus scribit *lib. ult.* solum Tisamenum & fratrem civi-

F tate donatos, nisi id juvetur interpretatione.

Fuerunt præterea & alii liberi homines, non illi tamen Lacedæmonii; sed qui a pueris educabantur in disciplina Laconica, quos idcirco etiam postea civitate donabant. Hi peculiari nomine Μόθακες dicebantur. Athenæus *Dipnosophisticon* VI. ex historiarum Phylarchi *libro* XXV. Εἰσὶ δὲ οἱ Μόθακες σύντροφοι τῶν Λακεδαιμονίων. ἕκαστος γὰρ τῶν πολιτικῶν παίδων ὡς ἂν καὶ τὰ ἴδια ἐκποιῶσιν, οἱ μὲν ἕνα, οἱ

ἢ δύο, τινὲς δὲ πλείους ποιοῦνται συντρόφους αὐτῶν. εἰσὶν οὖν οἱ Μόθακες ἐλεύθεροι μὲν, οὐ μὴν Λακεδαιμόνιοι. μετέχουσι δὲ τῆς παιδείας πάσης. Id est, *Mothaces erant qui una cum ipsis Lacedæmoniis educabantur. Quilibet enim puerorum ex civibus genitorum habent sibi adjunctos contubernales, hi unum, illi duos, aliqui etiam plures. Sunt itaque Mothaces liberi quidem* (homines) *sed non Lacedæmonii. Participes enim sunt totius institutionis* (Laconicæ.) Qui locus male acceptus ab interprete Veneto. Ita fere etiam Mothaces describuntur ab Æliano *Var. Hist.* lib. XII. cap. XLIII. Ubi & de hoc nomine ait. Ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς συνεισέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες, συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. Id est, *Id vero nomen erat locupletum servis, quos cum ipsis mittebant patres, in gymnasiis concertaturos.* Scholiastes Aristophanis, Hesychius, Suidas, eosdem μόθωνας dicunt, illi tamen παρατρεφομένους, *una educatos*, hic παρεπομένους *asseclas* esse describentes. Ubi in Hesychio mendum irrepsit, & legendum videtur τοῖς ἐλευθέροις παιδίσκοις, *ingenuis puerulis*, quo loco habet, τοὺς λεγομένους παιδίσκους, *servulos dictos*. Ejus generis civem fuisse Lysandrum existimant, τὸν καταναυμαχήσαντα τοὺς Ἀθηναίους πολίτην γενόμενον δι' ἀνδραγαθίαν, id est, *qui Athenienses navali prœlio superavit, civis deinde factus ob virilitatem*, ut ait idem Phylarchus apud Athenæum. Idemque testatur de eo Ælianus, qui tales etiam fuisse Callicratidam & Gylippum scribit, *loco* mox *cit.* Quamvis a Plutarcho genus Lysandri relatum ad Heraclidas, patre Aristoclito, ut videre est in *Vita ipsius*.

Ex Libertinis quinetiam aliquando cives quoque fiebant. Illustre ejus exemplum in Helotis iis, quos bello Messeniaco libertate donatos cives fecerunt, & Epeunactos vocarunt, quasi qui in lectum Dominorum successerint. Auctor apud Athenæum dicto libro *Dipnosoph.* Theopompus, cujus hæc verba referuntur ex XXXII. *Historiarum*. Ἀποθανόντων πολλῶν Λακεδαιμονίων ἐν τῷ πρὸς Μεσσηνίους πολέμῳ, οἱ περιλειφθέντες δ' εὐλαβηθέντες μὴ καταφανεῖς γένωνται τοῖς ἐχθροῖς ἐρημωθέντες, ἀνεβίβασαν τῶν Εἱλώτων ἐφ' ἑκάστην στιβάδα τῶν τετελευτηκότων τινὰς, οὓς καὶ πολίτας ὕστερον ποιήσαντες προσηγόρευσαν Ἐπευνάκτους, ὅτι κατετάχθησαν ἀντὶ τῶν τετελευτηκότων εἰς τὰς στιβάδας. Id est, *Cæsis compluribus Lacedæmoniis bello Messeniaco, qui supererant, ut præcaverent, ne hostibus viderentur ad paucos redacti, in quodlibet stratum seu lectum demortuorum Helotas quosdam restituerunt, quos postea cives factos Epeunactos appellarunt, quod loco mortuorum in lectos subrogati fuissent.* Atque ad eundem modum aliquoties alii Libertini. His itaque ad hunc modum jus civitatis communicatum. Alias vero ægre impetratum ut civitate aliquis donaretur, quod permagna id cum dignitate esset conjunctum. Quo nomine reprehendit, tum Lacedæmonios, tum Athenienses & Thebanos Dionysius Halicarnasseus lib. II. *Archæologias Rom.* ubi hoc ab eis fieri ait ad conservandam generis nobilitatem. Sic enim de his populis scribit; Φυλάττοντες, inquit, τὸ εὐγενὲς, καὶ μηδενὶ μεταδιδόντες, εἰ μὴ σπανίων, τῆς παρ' ἑαυτοῖς πολιτείας. Id est, *Servantes generis nobilitatem, & neminem participem facientes, nisi raro, ipsorum civitatis.* Ac verum hoc de Lacedæmoniis, docemur quoque exemplo Tisameni vatis. De quo Herodotus in ultimo memorat, quod quum ejus indigerent Lacedæmonii, petiisse eum civitatis jus, nec tamen principio hoc obtinuisse. Postmodum vero imminente Persarum exercitu, quum majorem in modum ejus egerent, tum sibi, tum fratri hoc impetrasse. Quod decus rarum fuit, huicque soli datum, ut & sibi & alteri civis jus acquireret. Nam in hunc sensum verba Historici accipio, quorum supra meminimus.

CAP. VI.

Distributio populi Lacedæm. in Tribus. Quot Tribus fuerint. Prima Tribus Heraclidarum. Secunda Tribus Ægidarum. Tertia Tribus Limnatarum. Quarta Tribus Cynosurensium. Quinta Tribus Μεσσόα. *Sexta Tribus Pitanatarum. Tribuum in minores partes distributio.* Ὠβαὶ *quæ dictæ apud Lacedæmonas.* Γεροάκ) *qui dicti apud Lacedæmonios. Moræ in quas distribuebantur Lacedæmonii. Moræ in* λόχους *distributæ. Moris singulis Polemarchi præfuerunt. Distributio alia in Choros tres. Primus Chorus senum. Alter Juvenum. Tertius Puerorum. In Choros distributionis quis auctor. Usus distributionis in Choros. Distinctio populi non confundebatur. Distinctio Lacedæmoniorum ab aliis populis.*

CIVES qui fuerint aperuimus, jam quæ civium inter ipsos ordo & distributio, quantum licet inquiramus.

Constat autem a Lycurgo primo civitatem, quamvis τῶν ὀλιγανθρώπων πόλεων οὖσαν, id est, *perpaucorum hominum esset*. ut ait Xenophon; per φυλὰς seu *tribus* discretam fuisse. Nam Rhetra ab oraculo ei reddita, hoc manifeste exigit, quam refert Plutarchus in *Vita Lycurgi*. Jubetur enim ab oraculo Legislator φυλὰς φυλάξαι, quod Plutarchus interpretatur διέχειν καὶ κατανεῖμαι τὸ πλῆθος εἰς μερίδας; seu *populos dirimere & distribuere in partes*. Ac capite præcedente ostendimus recens natos infantes ad tribules adferri solitos, ac ibi probari: Ut idcirco non dubium esse queat, quum distinctæ fuerint in populo tribus, & diversi in unaquaque earum tribules. Quot vero fuerint tribus, & quibus nominibus appellatæ, nusquam adhuc satis luculenter explicatum inveni. Si tamen locus aliquis esse poterit conjecturæ, sex fuisse dicamus, eamque sententiam retineamus tantisper dum aliud animadvertere licuerit, vel nos alii rectius docere potuerint. Atque hic numerus tribuum nobis videtur consentaneus, quod supra diximus ex Strabone, in sex partes etiam antiquitus regionem divisam fuisse. Quo fortasse referendum etiam quod Plutarchus scribit, asseruisse quosdam, regionem non in novem, sed in sex tantum sortes distributam, tanquam ea populi fuerit divisio, diversa a Regionis distributione. Ut præteream jam, convenire ita cum ea recte exercitus, quæ olim usurpata fuit, distributionem in sex moras, de qua paulo post. Sed hæc tamen omnia fortean non satis certa argumenta. Itaque si quis aliter sentiat, cum eo non magnopere contendamus, tantumque doceri ex scriptoribus aliter, vel aliud rationibus melioribus evinci petamus. Harum vero sex tribuum, ne eas temere statuisse videamur, edamus etiam nomina a nobis reperta.

Prima itaque tribus & præcipua videtur nobis fuisse Heraclidarum, seu eorum qui a Divina Herculis stirpe erant oriundi. Hos enim a reliquis distinctos fuisse certum est, tantumque mixtos cum Doribus. Testatur hoc Plutarchus *Lysandro*, ubi in hunc modum scribit: Τῶν ἀναμιχθέντων Δωριεῦσι Ἡρακλειδῶν, καὶ κατελθόντων εἰς Πελοπόννησον, πολὺ μὲν ἐν Σπάρτῃ καὶ λαμπρὸν ἤνθησε γένος. Id est, *Genus Heraclidarum mixtorum cum Doribus, Spartæ erat magnum & illustre.* Ideo etiam ab hac Heraclidarum gente scribit Plutarchus regni jus abstractum voluisse Lysandrum in medio omnibus statuere. Nam id verius existimo, quam quod alii senserunt, voluisse eum regnum ademptum saltem Ægiadis & Eurytionidis, Heraclidis omnibus

proponere. Nam id forte non obtinuisset Lysander, nec Spartano populo etiam ea ratione aliquid accessisset, ideoque nec id in vulgus gratum futurum.

Secunda tribus statuatur a nobis Ægidarum. Nam Ægidas fuisse peculiaris cujusdam tribus Spartæ, auctor nobis Herodotus. Sic enim *lib.* IV. ait. Οἰλύκου γίνεται Αἰγεὺς, ἀφ᾽ ὃ Αἰγεῖδαι καλέονται, φυλὴ μεγάλη ἐν Σπάρτῃ. Id est, *Ægeus filius fuit Oelyci, a quo Ægidæ dicti, tribus Spartæ permagna*. Sicut & Ægidæ alii Athenis fuerunt.

Tertia tribus videtur nobis Limnatarum. Dicti autem Limnatæ a parte quadam urbis Spartanæ, quod Λιμναῖον vocarunt, quasi *stagnum*, vel *partem stagnantem*, Nam ut Strabo ait, τὸ παλαιὸν ἐλιμνάζετο τὸ προάστειον, καὶ ἐκάλουν αὐτὸ Λίμνας. *Olim stagnabat suburbium, & vocabant illud Limnas*. Postea vero exsiccata ea pars, templumque Bacchi quod in Limnis erat, sicco constitit. Et Pausanias etiam ait, χωρίον ἐπονομαζόμενον Λιμναῖον, seu locum Spartæ ita dictum, qui Dianæ Orthiæ fuerit sacer. Idemque postea commemorans quosdam Λιμνάτας Σπαρτιατῶν, indicat aliquos *Spartiatarum Limnatas* dictos, qui fuerunt hanc urbis partem habitantes.

Quarta tribus nobis observata Cynosurensium est. Tribus ipsa dicta Κυνόσουρα. Ita Hesychius, Κυνόσουρα, φυλὴ Λακωνική. *Cynosura, tribus Laconica*. Hujus tribules dicti Κυνοσουρεῖς, qui cum reliquis conjuncti apud Pausaniam.

Quintam tribum statuamus eam, quæ Μεσσόα dicta. Nam & hanc tribum Spartæ fuisse testis est Stephanus *de Urbibus*, ubi ita scribitur: Μεσσόα, φυλὴ Λακωνική. *Messoa, tribus Laconica*. Dicta hæc etiam ab urbis parte, cujus nomen Messoa. Strabo *lib.* VIII. Μεσσόαν δ᾽ οὐ τῆς χώρας εἶναι μέρος, τῆς Σπάρτης δέ. *Messoam non regionis esse portionem, sed Spartæ*. Ita enim Casaubonus vir doctissimus Geographum eo loco emendat. Apud Suidam vero tantum est, Μεσσόα, τόπος, *Messoa, locus*. Hujus tribules dicti Μεσσοάται. Stephanus, ἐθνικὸν Μεσσοάτης, *gentile Messoata*. Quamvis apud Pausaniam dicuntur οἱ ἐκ Μεσσόας, *qui ex Messoa*.

Sexta tribus fuerit nobis Pitanatarum. Auctor Hesychius: ἡ Πιτάνη φυλή. *Pitane tribus*. Et Apud Pausaniam est, Crotanos fuisse Pitanatarum partem. Videtur autem hæc antiqua satis tribus. Nam Menelaus, ut ait Hesychius, ex Pitanatis fuit. Unde exercitus ejus dictus Pitanates, sive a parte, sive quia Menelaus Pitanates, cujus gratia comparatus erat. Atque hæc habuimus de tribubus. Nam quæ earum jura fuerint, & quales tribuum principes seu Phylarchi, nondum reperi.

Deinde vero fuit ipsarum tribuum iterum aliqua in partes suas minores distributio. Nam oraculum etiam vult Lycurgum ὠβὰς ὠβάξαι, quod Plutarchus interpretatur de aliis quibusdam partibus, in quas populus tributus fuit. Fuerunt autem hæ partes, quæ ὠβαὶ dictæ, triginta. Tot enim ὠβὰς jussus facere Lycurgus. Harum autem partium videntur fuisse quinque cujusque tribus, quæ suis nominibus distinctæ. Nam ita supra retulimus ex Pausania, quod οἱ Κροτανοὶ μοῖρα τῶν Πιτανατῶν, id est, *ex Pitanatis quidam Crotani dicti*. Atque ex his partibus existimare possumus præfuisse eos, qui apud Hesychium Γεροάκται dicuntur, quos ait fuisse δημάρχους παρὰ Λάκωσι. Nam si tribus respondent tribubus, & δῆμοι Athieniensibus partes tribuum, ut Obæ apud Lacedæmonios, erunt Geroactæ qui Obis Lacedæmoniorum præerant. Hæc nobis de tribubus & earum partibus dicta sint. Porro cum hac distinctione (ut diximus) convenit aliquatenus altera, qua domi in moras distribuebantur. Nam & politicas seu urbanas quasdam moras agnoscit Xenophon *de Rep. Lacedæmoniorum*, quibus domi inter se distincti. Erant istæ moræ urbanæ quæmadmodum & tribus, sex numero, atque haud dubie una mora ex qualibet tribu descripta. Nam continere videtur mora eos, quibus ætas esset militaris. Ut idcirco existimare liceat Juniores & Seniores non fuisse in moris. Nam tametsi in tribubus suis censebantur: tamen haudquaquam in moris comprehensi, quod illis nondum per ætatem patuerint moræ, hi jam ex eo numero quasi emeriti dimissi. Unde expresse apud Xenophontem dicuntur educti ad bellum, Seniores & Juniores, quibus militiæ vacatio erat. Et alias apud eundem, domi relicti ad custodiam urbis Seniores & Juniores, tanquam qui legitimi milites non essent. Cæterum quælibet mora iterum in suas partes distributa, sicut tribus in Obas, ita ut habuerit mora unaquæque λόχους seu *turmas*, Pentecostyas, & Enomotias, quæ quales fuerint partes, quotque in qualibet earum, inferius ubi de militia nobis agendum, explicabitur. Nam hæc distributio prorsus militaris, & ad militiæ rationem comparata, sicut in omnibus bene constitutis Rebuspublicis peculiaris quædam domi civium ad militiam distributio usurpari solet. Præfuit cuivis etiam moræ domi Polemarchus, sicut & in bello, cui reliqui suberant, qui itidem ad bella egredientibus imperabant, ut latius suo loco dicemus. Atque hujusmodi fere ista domi per moras divisio fuerit, cujus meminit Xenophon, quæ & recte ad tribus conveniebat.

Cæterum nec omnino dissimilis huic tertia, eaque vulgaris distinctio per choros fuit, etsi in solennibus & ludis quibusdam tantum usitata. Erant autem isti chori tres, unde τριχορία dicitur, videlicet Puerorum, Juvenum & Senum.

Primus chorus erat Senum, qui in sacris exorsus sic canebat:

Ἄμμες πόκ᾽ ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.
Nos quondam eramus fortes juvenes.

Alter chorus erat juvenum, qui sic respondebat:

Ἄμμες δέ γ᾽ εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λαβέ.
Nos ii sumus, fac, si velis, periculum.

Tertius puerorum ita retulit:

Ἄμμες δέ γ᾽ ἐσσόμεσθα πολλῷ κάῤῥονες.
Nos vero erimus multo præstantiores.

Auctor autem hujus distinctionis per choros Lycurgus, ut scribit Plutarchus libro περὶ φιλαυτίας, & *Vita Lycurgi*: Quamvis Pollux eam ad Tyrtæum referat. Sic enim lib. IV. cap. XV. *Onomastici* scribit: Τριχορίαν δὲ Τυρταῖος ἔστησε, τρεῖς Λακώνων χοροὺς, καθ᾽ ἡλικίαν ἑκάστην, παῖδας, ἄνδρας, γέροντας. Id est, *Trichoriam autem Tyrtæus instituit, tres Laconum choros, juxta unamquamque ætatem, pueros, viros, senes*. Sed quicunque tandem auctor, videmus certe hac non tam civium ordines discretos, quam ætates diversas consideratas, quæ certo annorum numero quomodo definienda, ex iis quæ præcedente capite diximus, intelligi poterit. Usum ejus distinctionis ait Plutarchus, ut familiaria & proxima exempla juvenibus per ipsa gesta exponerentur, atque ita animi juniorum ad æmulationem majorum accenderentur. Ac respicit huc etiam haud dubie Plato lib. II. *de Legibus*, quum in sua Repub. condenda tres itidem institui vult choros: Quorum primum παιδικὸν seu *puerilem* facit, ubi pueri collocandi: In secundo vult eos esse, qui sunt triginta annorum: In tertio omnes statuit, qui egressi annum trigesimum ad sexage-

simum usque ætatis annum. Nam hæc distributio non parum utilitatis habet, ut Philosophus eo loci disputat.

Memorabile est hoc de populi distinctione, quod non confundi patiebantur inter se quosvis, nec alios in aliorum transire munus & conditionem. Constat præcones ex præconibus nasci solitos, tibicines ex tibicinibus, coquos ex coquis, & eodem modo de reliquis. Atque hoc ex instituto fiebat Ægyptiorum, ubi legislator id didicerat. Herodotus *libro* VI. *Συμφέρονται καὶ τάδε Αἰγυπτίοισι Λακεδαιμόνιοι· οἱ κήρυκες αὐτέων, καὶ αὐληταὶ, καὶ μάγειροι ἐκδέχονται τὰς πατρώας τέχνας· καὶ αὐλητής τε αὐλήτεω γίνεται, καὶ μάγειρος μαγείρου, καὶ κήρυξ κήρυκος, οὐ κατὰ λαμπροφωνίην ἐπιτιθέμενοι ἄλλοι σφέας παρακλήουσι, ἀλλὰ κατὰ τὰ πάτρια ἐπιτελέουσι.* Id est, *Cum Ægyptiis etiam Lacedæmonii in hoc congruunt; quod eorum præcones, tibicines, & coqui in paterna artificia succedunt; & coquus e coquo, tibicen ex tibicine, præco ex præcone gignitur: Neque ulli propter vocalitatem aliis insidiantes seipsos ingerunt, sed in paterno opere perseverant.* Ad hunc modum quantum nobis animadvertere licuit, inter se discreti Lacedæmonii.

Cæterum ab aliis populis aliter distincti, & præ omnibus hæc peculiaria habuerunt, quibus dignosci poterant, videlicet tonsuram, calceos, vestes, nomen. Pausanias *Achaicis* seu lib. VII. ubi loquitur de Achæis impetum in Spartanos Corinthi facientibus: *Συνήρπαζον δὲ πάντα τινὰ, καὶ ὃν Λακεδαιμόνιον σαφῶς ὄντα ἠπίσαντο, καὶ ὅτῳ κουρᾶς, ἢ ὑποδημάτων εἵνεκα, ἢ ἐπὶ τῇ ἐσθῆτι, ἢ κατ' ὄνομα προσγένοιτο ὑπόνοια.* Id est, *Corripuerunt quemcunque, vel certo intellexerunt eorum Lacedæmonium esse, vel de quibus tonsuræ, aut calceorum causa, sive etiam propter vestem, aut nomen suspicio erat.* Sed hæc qualia fuerint non est hujus loci explicare. Verum in sequentibus prout se occasio obtulerit, passim de iis nobis erit dicendum.

CAP. VII.

De concione seu congregatione populi. Conciones populi quales. Concionum apud Lacedæmonios distinctio. Major concio Lacedæmoniorum quæ dicta sit. Minor concio quæ fuerit. Conciones qui convocare soliti. Concionum celebrandarum locus. Primis temporibus in Campo sub dio. Posterioribus in loco extructo quem Σκιὰς dixerunt. Habitus ad Conciones venientium. Concionum habendarum tempora. Conciones Indictivæ. Conciones Statæ.

OSTENDIMUS quale jus civis fuerit, quod quum in Concionibus potissimum usurpatum sit, non inconveniens fuerit jam de iis disserere. Conciones intelligo, conventus civium frequentiores, magistratus auctoritate in locum legitimum justo tempore convocatorum. Vocabant eas ἐκκλησίας, sicut & Athenienses. Sed Concionum apud Lacedæmonios fuit hoc discrimen: quod alia esset concio major, alia minor seu *μικρὰ ἐκκλησία* dicta. Quam divisionem ideo statuere visum, quia apud Xenophontem lib. III. *Hellenicon* manifeste mentio sit *μικρᾶς ἐκκλησίας*. Major concio, seu ἐκκλησία simpliciter dicta, omnium fuit Lacedæmoniorum, qui videlicet ex omnibus Laconicæ oppidis conveniebant. Hujus erat concionis, ut cum sociis de gravissimis quibusque rebus consultaret, ut si bellum decernendum, vel pax facienda, vel si quid aliud, omnes attingerent. Ideo cum hac ecclesia *σύμμαχοι* seu *socii* plerunque conjunguntur. Xenophon lib. V. *Hellenicon* de legatis Apolloniatarum & Acanthiorum loquens: *Ἀκούσαντες δὲ οἱ Ἔφοροι, ὧν ἕνεκα ἧκον, προσήγαγον αὐ-*
A *τοὺς πρός τε τὴν ἐκκλησίαν καὶ τοὺς συμμάχους.* Id est, *Quum audissent Ephori, cujus rei nomine venissent, adduxerunt eos ad concionem & socios.* Quæ ita accipienda, quod de bello Olynthiis inferendo, non solum Lacedæmonii, sed & socii rogati sententias fuerint. Nam socii hic diversi a concione. Ac ut intelligatur eos ex universis fuisse Lacedæmoniis, qui has frequentabant conciones, vocantur aliquoties *ἔκκλητοι Λακεδαιμονίων*, *evocati Lacedæmoniorum*, apud Xenophontem. Atque itidem opponuntur *συμμάχοις sociis*, uti videre est, tum alibi, tum VI. *Hellenicon*, ubi de legatis Atheniensium loquens dicit eos adductos ad *ἐκκλήτους Λακε-*
B *δαιμονίων καὶ συμμάχους*, *evocatos Lacedæmoniorum & socios*. Minor concio seu *μικρὰ ἐκκλησία* fuisse videtur tantum ipsorum Spartiatarum, qui una cum magistratibus, de rebus incidentibus decernebant. Ac ne quis hanc concionem cum collegio seniorum eandem esse existimet, discernitur a Xenophonte lib. III. *Hellenicon*, ubi de patefacta conspiratione servorum scribens ait, quod Ephori stupefacti, *οὐδὲ τὴν μικρὰν καλουμένην ἐκκλησίαν συλλέξαντες, ἀλλὰ συλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλοθεν ἄλλος ἐβουλεύσαντο.* Id est, *Quod convocare minorem concionem dictam non potuerint, sed collectis seni-*
C *bus hinc inde consultarint.*

Cæterum magistratus qui conciones initio convocabant, Reges & Senatores; postea vero Ephori fere hanc potestatem ad se totam traduxerunt. Eorum enim erat populum convocare, qui & ad populum referre poterant, quod fere Ephori sibi tandem vindicarunt. Itaque Herodotus, Thucydides, Xenophon & alii Historici, ubi de concionibus Lacedæmoniorum mentionem fecerunt, Ephoros ei præficiunt, & ab iis gubernatas fuisse scribunt. Cujus rei crebriora sunt exempla, quam ut huc pro testimonio aliqua adducere necesse sit.

Locus ubi conciones celebrabantur, erat in Cam-
D po sub dio ad amnem Cnacionem, quem postea Oenuntem dixerunt, & juxta pontem Babycam. Qui locus jussu oraculi, cujus antea meminimus, electus erat. Plutarchus *Lycurgo* de Cnacione amne & Babyca ponte ex Aristotele differens: *In medio horum*, inquit, (intelligit autem amnem & pontem jam dictum) *conciones habebant, ubi neque porticus erant, neque ulla alia structura.* Nihil enim ea arbitrabantur ad Εὐβουλίαν seu *consilia recte capienda* interesse, quin citius officere, quo futiles & fluxas inani sensu congredientium mentes efficiant, quum in signa & tabulas, & proscenia theatrorum, & lacunaria fabrefacta, illi
E qui in concionem veniunt, defigunt oculos. Quo pertinet etiam illud Lysandri. Nam quum civis Megarensis in concilio libere cum eo ageret: *Oratio tua*, inquit, *hospes, urbe indiget.* Quod est apud Plutarchum in *Lysandro*. Sed posterioribus temporibus nutante Repub. & ruentibus veteribus legibus, etiam alii loci concionibus attributi. Et quidem locum qui Σκιὰς dictus, in hunc ipsum exstructum tradunt. Pausanias *Laconicis*, seu libro III. *Ἑτέρα δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἐστὶν ἔξοδος, καθ' ἣν πεποίηται σφίσιν ἡ καλουμένη Σκιὰς, ἔνθα καὶ νῦν ἔτι ἐκκλησιάζουσιν.* Id est, *Alter est e foro exitus, circa quem locus ædificatus, qui Scias* (seu umbra-
F culum) *dicitur, in quo hac ipsa etiam ætate conciones habent.* Et forte alias aliis locis conciones habitæ.

Porro videntur antiquitus armati ad conciones venisse, aut salutem baculos gestantes. Nam ex historia Alcandri, qui oculum Lycurgo excussit, tale aliquid colligere licet. Et Plutarchus ait eo facto desiisse Lacedæmonios baculos in concionem deferre. Romani in Campo Martio extra ur-

bem armati comitia celebrants, videntur utrunque a Lacedæmoniis mutuati.

Quod ad tempora attinet, fuerunt aliæ conciones Indictivæ, quum inciderunt negotia, quæ conciones requirebant. Ita enim exponunt hoc quod in oraculo est, *ὥρας ἐξ ὥρας ἀπελλάζειν*, ut sit, *prout temporum articuli requirunt*, conciones habere. Aliæ Statæ seu anniversariæ, ut in magistratuum annuorum lectione, & aliis causis ordinariis. Quæ quantum licet ex iis quæ in sequentibus libris differemus, satis manifesta fient.

CAP. VIII.

Suffragiorum quæ ratio fuerit. Regum & Senatus quæ partes. Populi in suffragiis quæ potestas. Causæ in concionibus tractari solitæ. De Magistratibus. De Legibus. De bellis decernendis. De Pace. De fœderibus. De Judiciis. Suffragiorum ratio simplex. Acclamationes. Acclamationum quæ ratio. Acclamationum judicium obscurum, quomodo discretum. Suffragiorum ratio in Senatu & judiciis.

EXPLANATO concionum modo, consideremus quid in iis, & quo pacto agi solitum. Diximus autem initio penes Reges & Senatum fuisse conciones moderari. Itaque ad populum referre quum voluerunt, iis etiam saltem permissum. Populi autem potestas in disputando sita erat & sanciendo, quæ magistratus jusserat. Auctor Plutarchus *Lycurgo*: *Τοῦ πλήθους ἀθροισθέντος εἰπεῖν μὲν οὐδενὶ γνώμην τῶν ἄλλων ὑφεῖτο, τὴν δὲ ὑπὸ τῶν γερόντων καὶ τῶν βασιλέων προτεθεῖσαν ἐπικρῖναι κύριος ἦν ὁ δῆμος*. Id est, *Populo congregato nemini ex aliis sententiam ferre permisit; sed quæ a Senatu & Regibus promulgata erat, de ea decernere populo jus erat*. Postea autem populus hac ipsa qualicunque potestate abusus est, ita ut vel adjiciendo vel detrahendo perverteret & adulteraret decreta. Itaque Reges Polydorus & Theopompus ad Rhetram veterem de concionibus hoc adscripserunt: *Αἰ δὲ σκολιὰν ὁ δᾶμος ἔροιτο, τοὺς πρεσβυγενέας καὶ ἀρχαγέτας ἀποστατῆρας εἶμεν*. Id est, *Si prave populus rogassit, Senatui Regibusque retractandi jus esto*. Atque hujus Deum auctorem laudarunt testantibus versibus Tyrtæi, qui sunt apud Plutarchum. Sed non erat hoc revera cum populo in concione communicare, quin potius adsciscendi & comprobandi necessitatem submovere. Verum enimvero hujus Rhetræ vis tandem exolevit institutis Ephoris. Nam sub iis populo potestas iterum sua in concionibus restituta.

Porro causæ seu negotia, quæ in concionibus tractari solebant erant maxime quæque ardua, quæ ad hæc genera referri posse puto, videlicet ut ageretur vel de magistratibus, vel de legibus, vel de bellis, vel de pace, vel de fœderibus, vel de judiciis. Magistratus usque adeo concionibus subjecti, ut etiam ipsorum Regum jus a populi Suffragiis dependeret. Neque item reliqui magistratus fere aliter, quam populo consentiente creabantur, ut ex sequentibus patebit. Deinde Leges quæ populum tenere deberent, etiam ad conciones referebantur. Ita Lycurgus Rhetras suas initio in populi concilio promulgavit. Eodemque modo quæ postea Rhetris Leges adscriptæ, plerumque populo consentiente perlatæ sunt. Bella etiam si decernenda prorsus populum rogari conveniebat. Ita Sthenelaidas Ephorus super bello Peloponesiaco, primo ad Lacedæmonios, post etiam ad socios retulit, ut est apud Thucydidem *lib.* I. & passim obvia alia exempla. Pacem facere neque licuit inconsulo populo. Quapropter quum Tithraustes ab Artaxerxe missus in Asiam cum Agesilao ageret, ut remearet domum, misissetque ad eam rem qui pecuniam offerrent, respondit Agesilaus, *Pacis penes civitatem arbitrium esse: se vero malle milites ditare, quam ipsum ditescere: Et haberi alioquin præclarum apud Græcos, non dona, sed manubias referre ab hostibus*. Ut scribit Plutarchus in *Vita Agesilai*. Quia & fœdera comprobare vel improbare populo jus erat, ad quem Ephoros retulisse initio legimus, priusquam fœdera rata essent, ut infra, ubi de fœderibus agemus, copiosius dicendum. Judicia etiam summa ad populum devolvebantur. Nam de Regibus ipsis judicabant, quibus & aliis quamvis etiam pœnam irrogabant, quæ res suo loco clarius patebit.

Cæterum quod ad Suffragiorum rationem attinet, fuit ea simplicissima & fraudibus minime obnoxia, adeoque reliquæ Reipub. constitutioni consentanea. Nam recepto more acclamationibus indicavit populus quid fieri vellet. Thucydides *lib.* I. de Lacedæmoniis loquens: *Κρίνουσι* (inquit) *βοῇ, καὶ οὐ ψήφῳ*, id est, *Clamore decernunt, non vero calculis*. Docet idem Plutarchus quoque in *Lycurgo*, ubi & qualis ordo servatus sit in hac suffragiorum ratione, proposito exemplo de Senatorum lectione, ostendit. Verba ejus Latine reddita ita fere sonant. *Concione*, inquit, *advocata delecti viri includebantur propinqua domo, qui neminem videbant, neque ipsi conspiciebantur, sed tantum clamorem exaudiebant* ἐκκλησιαζόντων seu *concionis. Acclamatione enim tum alia, tum competitores dijudicabant. Nec tamen omnes simul, sed singuli sorte introducebantur, & taciti per concionem transibant. Hoc autem dum fieret, conclusi illi tabulas habebant, in quas de singulis retulerunt plausus magnitudinem, nescii cui facta esset, tantumque scientes primum esse, vel secundum, vel tertium, aut quotusquisque esset introductus. Cui ex illis omnibus plurima & maxima acclamatio facta esset, hunc tandem renunciabant*. Hujusmodi fuit acclamatio illa quæ dicitur a Lycurgo instituta. Atque eandem rationem in reliquis observatam fuisse putandum. Nam quæ sequuntur in Plutarcho de honore habito Senatoribus renunciatis, quomodo videlicet a grege juvenum & mulierum virtutem eorum collaudantium deducti sint, quomodo item cœna a familiaribus honorarentur, & qualiter ii vicissim maximam matronarum necessariarum ornarent, ea, inquam, omnia peculiaria opinor Senatorum. Porro in hac suffragiorum ratione, necesse erat contingere, ut aliquando obscurum esset de plausu & acclamatione judicium, ita uti non discerni potuerit, populus ne juberet an vetaret aliqid, hunc ne vel illum potius probaret. Hoc quum fiebat, id remedii adhibebant, ut in partes secedere suas mandarent, quicunque juberent aliquid, in alias qui vetarent, ut numerari possent suffragia. Cujus est illustre exemplum apud Thucydidem *lib.* I. Nam habita concione ab Archidamo, quum Ephorus Lacedæmonios in suffragia misisset, ut decernerent utrum bellum Atheniensibus facere vellent, an non, quum non plausum satis internoscere posset, jussit in unum locum seorsum concedere, quibus fœdera rupta, & Athenienses injurii videbantur: in diversum vero abire qui aliter sentiebant. Ac tum inito numero, plures multo inventi, qui rescissa fœdera judicabant. Itaque postea ad socios relatum, & communi omnium nomine contra Athenienses bellum decretum. Atque ad hunc modum suffragia in concionibus publicis ferebantur. Cæterum in Senatu & judiciis videntur sententiæ suffragiis atque oratione a quolibet prolatæ, ubi Regibus plerunque inter se diffidentibus, cui eorum plura suffragia consentiebant, is obtinebat, ut infra co-

piosius dicemus. De suffragiis autem in Syssitiis capite sequenti dicetur. Atque hæc de concionibus.

C a p. IX.

De quibusdam aliis populi conventibus, qui solemnes apud Lacedæmonios. Syssitiorum conventus. Quando & a quo instituta Syssitia. Ἀνδρεῖα. Φειδίτια. Φειδῖται qui dicti. Syssitia qui frequentarint. Συσσίτων assumendorum ratio. Κεκαδδεῖσθαι quid sit. Pueri ad συσσίτια admissi. Silentium præscriptum. Syssitia unde sustentarentur. Syssitæ quomodo fuerint distincti. Syssitiorum victus. Jus nigrum. Placentæ. Caro suilla. ἔπαικλα. Receptio Syssitarum domum. Phiditia sive Syssitia desierunt. Cœnæ solemnes aliæ præter Syssitia. Copides cœnæ, & qui ad eas admissi. Quis victus. Æclum cœna quæ fuerit.

Agentibus nobis de concione, non ab re fuerit hoc loco aliqua superioribus adjungere de aliis solemnibus populi congregationibus. Nec tamen quosvis cœtus hoc capite attingere volumus; sed tantum vulgares aliquos epulandi causa institutos. Ex iis præcipuus erat conventus Syssitiorum, seu convictus publici. Fuerunt autem Syssitia instituta primum a Lycurgo exemplo Cretensium, & initio dicta ἀνδρεῖα, sicut & Cretenses sua vocabant ἀνδρεῖα, ut scribit Strabo *lib.* x. sive ἄνδρεια, ut est apud Plutarchum. Postea, ut idem ait Plutarchus, dicta φιδίτια παρὰ τὸ φιλίας, mutata litera media λ in δ, quod ad amicitiam & benevolentiam pertinerent: sive φειδίτια a φειδὼ, quod ad parsimoniam & frugalitatem assuefacerent. Quamvis idem auctor tradit, ex aliorum sententia dicta, quasi ἐδίτια, adjecta aspirata ad frontem dictionis, ab eo convictu, sive ab edendo. Φειδῖται autem appellati, qui Phiditiorum participes erant. Patebant hæc Syssitia, seu phiditia tantum viris, nec mulieribus in his locus erat, uti docet Plato lib. VIII. *Legum*. Neque iis tamen omnibus, sed qui a reliquis probati atque asciti fuerant. Quod fiebat in hunc modum. Quilibet συσσίτων seu *convictorum* frustum pastilli in manus accipiebat, & quum minister vas in capite circumferret, placide illud pro calculo injiciebat, ita ut qui probaret simpliciter, qui reprobaret valide id manu compressum jaceret. Quod compressum erat, calculi perforati vim obtinebat. Et si unum compressum reperissent, non recipiebant advenientem, eo quod vellent omnes lubenti animo inter se convenire. Qui autem repudiabatur, dicebatur, κεκαδδεῖσθαι. Κάδδος enim dictum vas illud, in quod frusta conjiciebant. Neque solum viri, sed & pueri hæc frequentabant, tanquam ad διδασκαλεῖα σωφροσύνης, seu *ludum temperantiæ* ventitantes, ut sermones ibi de Repub. exciperent, doctores conspicerent ingenuos, assuescerent ipsi jocari dicteriaque citra scurrilitatem jacere, & aliorum non ægre ferre cavilla. Atque ut quisque puerorum intrabat, eis natu maximus monstratis foribus ajebat: *Sermo hinc non egrediatur*, ut scribit Plutarchus in *Institutis Laconicis*. Sustentabantur Syssitia, eo quod singuli conferebant secundum capita. Ita enim Aristoteles lib. II. *Politicon* cap x. de his scribens ait: Ἐν μὲν Λακεδαίμονι κατὰ κεφαλὴν ἕκαστος εἰσφέρει τὸ τεταγμένον. Id est, *Lacedæmone quidem unusquisque in caput confert quod constitutum est.* Ubi indicat etiam constitutum fuisse, quantum a quolibet convictorum ad Syssitia præstaretur; quod in mensem erat, farinæ medimnus, vini congii octo, casei libræ quinque, ficuum selibræ quinque, prætereaque ad obsonia parum aliquid pecuniæ, ut scribit Plutarchus. De quibus tamen paulo aliter Athenæus lib. IV. *Dipnosophisticon*. Nam contribui ait ab unoquoque farinæ medimnum Atticum, vini choas undecim aut duodecim, inde libram casei & ficuum, ac præterea ad obsonium decem obulos Ægineticos. Deinde vero etiam qui sacrificavit primitias, & qui venatus fuerat, mittebat portionem prædæ ad convivium. Nam ei qui sacrificasset, aut venatus esset, licuit domi manere, reliquos oportuit adesse.

Distincti autem fuerunt in Syssitiis per quinos denos, nec erant una classe multo plures vel pauciores. Quamvis Dicæarchus apud Athenæum auctor est, cœnam seorsim cuique antiquitus appositam fuisse, quæ nihil cum alio haberet commune. Inter pulmenta præcipuum erat jus nigrum dictum, quod caput cœnæ erat, ac eo seniores ordine distributi vescebantur, carnium ipsi non indigentes, sed junioribus eas permittentes. Attamen placentæ quantum quisque vellet accipiebat, & potus, idque quandocunque animus tulit inter accumbendum. Opsonium omnibus semper fere idem, videlicet caro suilla elixa, ex qua jus fiebat, quod omnibus distribuebatur. Postea dividebantur ἔπαικλα, quæ erant quasi corollaria cœnæ & secundæ mensæ, ut est apud eundem Athenæum. Tandem ubi mediocriter biberunt, sine face receperunt se domum. Atque hæc fere Phiditiorum ratio fuit. Meminit autem hujus convictus & juris nigri Cicero *Tusculana* v. referens historiam de Dionysio tyranno: *Quid*, inquit, *victum Lacedæmoniorum in Phiditiis nonne videmus? Ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Tum is qui illa coxerat, minime mirum, inquit, condimenta enim defuerunt. Quæ tandem inquit ille? Labor in venatu, sudor, cursus in Eurota, fames, sitis. His enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur.* Cui non dissimilis est historia, quæ de Ponti Rege refertur apud Plutarchum. Ac pertinet etim huc, quod Sybarita quidam protulit. *Nam quum in Phiditiis una cœnasset*, inquit: *Merito fortissimi omnium Lacedæmonii. Optandum enim potius decies millies mori, quam hujus tenuis victus participem esse.* Quæ historia est apud Athenæum *lib.* IV. & repetita ab eodem *lib.* XII. paululum mutata oratione. Eodemque spectat Pausaniæ factum Mardonii apparatum & cœnam illudentis, ut est apud Herodotum in IX. quam & repetit Athenæus dicto *lib.* IV. Tandem vero desierunt Lacedæmonii ad Phiditia convenire, neglecto veteri patrio instituto, & lauticias magnificentiamque circa victum adhibuerunt. Cujus rei auctores Areus & Acrotatus, αὐλικὴν ἐξουσίαν ζηλώσαντες, id est, *Aulicam licentiam imitantes*, ut Athenæus scribit. Sed Cleomenes pristinos mores & veterem frugalitatem revocare instituens, frustra id tentavit suo cum exitio, ut præter Athenæum docet luculenter Plutarchus in *Cleomene*. Erant præter Phiditia aliæ item cœnæ solemnes, quarum una κοπὶς, altera αἶκλον dictæ. Ad Copidas admittebantur non solum cives, sed & peregrini & pueri. Fiebant eæ in urbe, & in locis ubi nutriebantur pueri, scenas extruxerunt, ac lectos straverunt, quibus tapetas injecerunt. Singulis accedentibus casei recentis, ventris, & intestini crassi frustum conferebant: ac deinde bellaria, caricas, fabas, & phaselos virides. Ex Molpide refert Athenæus, quod κοπὶς sit δεῖπνον, μάζα, ἄρτος, κρέας, λάχανον ὠμὸν, ζωμὸς, σῦκον, τράγημα, θέρμος. Id est, *Cœna, puls, panis, caro, olus crudum, jusculum, ficus, bellaria, lupinus.* Et totidem verbis copida describit Hesychius. Æclum aliqui cœnam ipsam in Phiditiis vocarunt, sicut Epæclum, quod post æclum dabatur, ut Epicharmus: Alii ad sacra Hyacinthiorum ea referunt, ut Didymus

Grammaticus Polycratem auctorem laudans. Sed Copis & æclum uti apud Lacedæmonios fuerunt rariora, ita & apud auctores ſunt obſcurioris memoriæ. Atque Athenæus ipſe nimis quam confuſe eorum refert hiſtoriam, de quibus idcirco non hoc loco plura addam.

CAP. X.

De Spartanorum Libertate. Diſtinctio Lacedæmoniorum in Liberos & Servos. Liberi Lacedæmonii. Libertas omnibus æqua. Servus nullus ex Lacedæmoniis. Libertatis duo gradus, ὅμοιοι & ὑπομείονες. Ὅμοιοι qui dicti ſint. Ὑπομείονες qui dicti ſint. Libertatem in quibus potiſſimum ſitam Lacedæm. duxerint. Libertas Lacedæmoniorum quam ſtabilis. Liberi Lacones quomodo quidam dicti.

In Republica Lacedæmoniorum non ſolum civium fuerunt inter ſe diverſi ordines: ſed quatenus liberi omnes, multo magis a Servis diſtinguebantur. Quare de hac diſtinctione jam nobis dicendum, qua alii Liberi, Servi alii dicuntur. Et primo quidem de Liberis.

Advertendum autem id in primis, quod apud Plutarchum eſt in *Lycurgo*, ac quaſi proverbio vulgo jactatum erat; Ἐν Λακεδαίμονι τὸν ἐλεύθερον μάλιστα ἐλεύθερον, καὶ τὸν δοῦλον μάλιστα δοῦλον. Id eſt, *In Laconica Liberum maxime Liberum eſſe, & Servum maxime Servum*. Nam revera Lacedæmonii præ omnibus ſe maxime liberos profitebantur, atque inde in primis gloriabantur. Id quod adeo ſibi vendicabant, ὡς μηδὲ τὰς τῶν ἐλευθέρων ἰσηγορίας ἀνασχέσθαι, id eſt, *ut ne alios quidem liberos ſibi exæquari paſſi ſint*, ut ait Iſocrates *Archidamo*. Itaque Laco quidam interrogatus, quid potiſſimum ſciret, Reſpondit: *Liber eſſe*. Fuit autem iſta libertas omnibus æqua, uti patet ex *loco* Livii ſuperius *adducto*. Nam Lycurgus Rempub. inſtituens, ſummum libertatis bonum & ex omnibus maxime optabile, commune eſſe voluit. Æqualitas enim æmulationem non parit, nec idcirco tam facile ſeditio metuenda, ſicut dicitur: τὰ ἴσα πόλεμον οὐ ποιεῖν, *æqualia bellum non facere*. Nec enimvero conveniebat ſortibus ex æquo diſtributis libertatem eſſe inæqualem. Omnes itaque Laconici ſanguinis optima lege liberi erant, ac ex Lacedæmoniis prorſus ſervi nulli. Qua in re cum Indis Lacedæmonios conveniſſe ſcribit Arrianus in *Indicis*, cujus hæc verba: Καὶ τόδε μέγα ἐν τῇ Ἰνδῶν γῇ πάντας Ἰνδοὺς εἶναι ἐλευθέρους, οὐδέ τινα δοῦλον εἶναι Ἰνδόν· τοῦτο μὲν Λακεδαιμονίοις εἰς ταὐτὸ συμβαίνει καὶ Ἰνδοῖσιν. Λακεδαιμονίοις μέν γε οἱ Εἵλωτες δοῦλοι εἰσί, καὶ τὰ δούλων ἐργάζονται. Id eſt, *Hoc memorabile in India, omnes Indos liberos eſſe, nec quenquam ſervum Indum. Qua in re Indis cum Lacedæmoniis convenit. Lacedæmoniis enim Helotes tantum ſervi ſunt, & ſervilia obeunt*. Atque idem tribuitur Cretenſibus a Strabone, unde Legiſlator hoc dubio procul mutuatus eſt.

Sed tametſi par libertas omnium, tamen quaſi hi duo gradus fuiſſe videntur, ut alii ὅμοιοι, alii ὑπομείονες dicerentur, utrique tamen vere liberi.

Exiſtimo autem dictos fuiſſe ὁμοίους, qui pari inter ſe jure gaudebant, quibuſque honores omnes æqualiter patebant. Quales fuerunt qui legibus præſcripta præſtiterant & obſervarant; quique onera publica ferre poterant. Nam qui in eo numero cenſebantur, ii merito æquales quodammodo & pares fuerunt, reliqui deterioris conditionis. Xenophon dilucide hoc docet, libro *de Repub. Lacedæm.* Εἰ δέ τις ἀποδειλιάσειε τοῦ τὰ νόμιμα διαπονεῖσθαι, τοῦτον ἐκεῖ ἀπέδειξε μήτε νομίζεσθαι ἔτι τῶν

A ὁμοίων εἶναι. Id eſt, *Si quis præ ſocordia legibus præſcripta non præſtaret, eum Lacedæmone ſimilium in numero non habendum decrevit*. Itaque non inſtituti diſciplina Laconica, vel minus eam obſervantes, ὅμοιοι non erant, ut Cinadon ille apud Xenophontem lib. III. *Hellenicon*.

At ὑπομείονες, quorum mentio item apud eumdem Xenophontem *loco citato*, ſint ipſi qui ὁμοίοις inferiores erant, ac fortean tum aliis, tum vel eo illis cedebant, quod magiſtratus capere non poterant. Neque enim ii omnibus liberis hominibus promiſcue patebant, ut infra dicemus. Ideo quiB dem in horum ὑπομειόνων numero, mea ſententia, præter eos quos diximus, qui legibus præſcripta obire non poterant, ſint cenſendi præterea pauperiores quique, & Libertini, exque Libertinis geniti. Neque enim illos exiſtimo omnia jura civium participaſſe; ſicut nec apud veteres Romanos libertate donati, vel eorum liberi, ingenuis per omnia exæquabantur.

Porro ſita fuit libertas Lacedæmoniorum potiſſimum in hiſce, in quibus excellere maxime decorum exiſtimabant. Ac primum eam ponebant in ſumma animi conſtantia, mortis contemptu, & C turpitudinis fuga, qua ſe ad indignum aliquid patrandum adigi non patiebantur. Inde eſt quod facturi pacem Lacedæmonii cum Antipatro, ita in eam conſentirent, dum modo nihil turpe imperaret, ut eſt apud Plutarchum libello qui inſcribitur, *De diſcrimine adulatoris & amici*. Indidemque Ariſtocratidæ illud magni animi reſponſum. Nam poſtquam Agis Rex ad Megalopolin fuit ab Antigono pugna ſuperatus, dicenti cuidam, *quid facietis Spartani? an Macedonibus ſervietis?* Reſpondit: *Quid? An impedire poteſt victor, ne pugnantes pro Sparta mortem oppetamus*. Ideo etiam puer ille Spartanus captus & venundatus, necdum D ſervilem animum induere poterat. Nam quum emtori in reliquis facile morem gereret, quæ libero homini convenirent, ſimul ac juſſus matulam afferre, id recuſavit, ſerviturum ſe negans. Ac quum a domino urgeretur, conſcenſo tecto fatus, *Scies quid emeris*, præcipitem ſe inde dedit, ac vita deceſſit. Id enim ſibi potius patiendum eſſe exiſtimavit, quam ut ſervile aliquod munus obiret. Deinde ſita libertas eorum in contemtu rerum caducarum, divitiarum, ſplendoris, magnificentiæ, luxus, & quæ ſunt hujuſmodi. Itaque Buris & Sperthes, qui ad Xerxen ſponte profecti erant, daturi pœnas civitatis nomine ex oraculo, ob præcoE nes Perſarum interfectos, quum abſoluti eſſent a Rege ipſorum virtutem admirante, & rogante ut apud ſe manerent, idque Indarne impenſius hortante, tantum aberat, ut perſuaderentur, ut Indarni reſponderent; *Ignorare eum, quanta res vera libertas, quam qui guſtaſſet, non eam permutaturum Perſarum regno*. Quæ hiſtoria ab Herodoto *lib.* VII. luculentius expoſita, brevius a Plutarcho in *Apophthegmatibus Laconicis*, variante tamen utriuſque narratione, tum in nominibus, tum aliis. Ac pertinet huc etiam hiſtoria contemti conF vivii, magnifico ſumtu & prodigo luxu ad Perſarum morem juſſu Pauſaniæ inſtructi, quum is caſtra deripuiſſet Mardonii, & ſupellectilem cepiſſet, qua de re eſt itidem apud Herodotum *libro ultimo*. Denique hæc Lacedæmoniorum libertas præterea in aliis multis ſe oſtendit, ut in artibus vilibus & ſordidis fugiendis, in otio ingenuo uſurpando, & pluribus, de quibus inferius ſuo loco agimus.

Id vero hic addendum, adeo ſtabilem fuiſſe Lacedæmoniis hanc ſuam libertatem, ut nec eſſet quomodo excidere hoc ſuo jure potuerint. Non enim invenio ullam damnationem ad ſervitutem, nec

nec ex Lacedæmoniis aliquos pœnæ servos factos legimus, quamvis aliæ pœnæ satis graves delictis eorum severissimo magistratuum judicio infligerentur.

Deinde & hoc advertendum, quod quidam posterioribus temporibus Ἐλευθερολάκωνες seu *liberi Lacones* dicti sint, id non eo pertinere, quasi reliqui in servitutem redacti fuerint: sed quod hi sui juris facti, & a potestate Spartanorum exemti fuerint, ut a nobis jam ante disputatum est. Talis itaque Spartæ libertas generosis prorsus animis conveniens, & Reipub. huic consentanea. Itaque ob hoc summum libertatis commune decus nihil servile, ne domi quidem gesserunt, nec artes liberales hominibus indignas attrectarunt: sed summo in otio, quale nulla in Repub. alia, vivebant universi, rebus bellicis tantum studentes.

CAP. XI.

De Lacedæmoniorum servis, Servorum alii δοῦλοι, *alii* οἰκέται *dicti. Servi multi Lacedæmone. Metus Lacedæmoniorum a servis suis. Bis mille servi, segregati a reliquis, quomodo perierint. Cryptiæ ratio quæ apud Lacedæmonios, de servorum multitudine minuenda. Servitutis Laconicæ origo unde profecta. Helotæ servi qui dicti sint. Servitus Helotarum gravis. Quæ etiam in proverbium abiit. Eorundem statum quis instituit. Messenii servi & quanta servitus eorum.* Ἀργεῖοι *servi qui dicebantur. Helotæ servi proprietate singulorum dominorum, usu publici juris fuerunt. Helotarum opera. Agrorum cultura. Usus in bellis.*

QUUM Libertatem illustriorem reddat ei opposita servitus, atque illa magis commendetur istius acerbitate & duritia, faciendum ut jam hanc declaremus, quo libertati majorem splendorem & æstimationem demus. Intelligimus autem servos tam δούλους, seu initio in servitutem redactos, quam οἰκέτας, id est, domi genitos, ac vernas proprie dictos.

Utriusque generis, præcipue tamen vernarum multos fuisse Lacedæmone, ac plures quam in ulla alia Republica passim animadvertere licet. Ideo enim Thucydides Chiis multos tribuens servos, nusquam plures esse scribit, præterquam Lacedæmone. Ubi & Scholiastes addit, quod ἡ Λακεδαίμων πλείστους εἶχεν οἰκέτας, id est, *quod quamplurimos Lacedæmonii vernas haberent*. Quod vel hinc perspicue videri potest ita esse, quod Plutarchus scribit, Ætolos Laconicam incursantes, quiuquaginta millia Helotarum abduxisse. Quare & semper metus Lacedæmoniis a servis suis, quod ii numero superarent liberos homines, & aliquando bella, aliquando clandestinæ adversus Dominos machinationes. Nam & insidiari eos nunquam destitisse, præcipue in casibus adversis, auctor Aristoteles *politico* II. Et Thucydides, *lib.* IV. ait: Ἀεὶ τὰ πολλὰ Λακεδαιμονίοις πρὸς τοὺς Εἵλωτας τῆς φυλακῆς πέρι μάλιστα καθεστήκει. Id est, *Quod Lacedæmoniis plurimum negotii fuerit in custodiendis Helotis*. Ubi addit bis mille servos, qui sibi strenuissimi in bello visi fuerant, segregatos a reliquis tanquam liberandos, quum eorum juventutem & multitudinem formidarent, non multo post ex oculis hominum subtractos, ita ut nemini, quomodo perierint, constiterit. Quam rem attigit & Plutarchus in *Lycurgo*, ut morem sæpius frequentatum adducens, quum non nisi una vice ita factum reperire liceat. Nam quam Cryptiam vocarunt ad servorum minuendam multitudinem inventam, ea huc non pertinet, ut arbitror.

A Sed Cryptiæ istius rationem, si quis requirat, hanc fuisse docet Plutarchus *Lycurgo*. *Magistratus* inquit, *solertissimos ex juventute certis temporum intervallis, per agros nulla certa de causa mittebant, cum pugionibus & necessariis cibariis, nulla re præterea alia. Hi interdiu per latebras dispersi, recondebant se, & quieti dabant, noctu insidentes itinera, Helotas, si qui in ipsos incidissent, perimebant. Ita enim multitudinem servorum exundantem amovere visum est*. Quod institutum quidam Lycurgo perperam faciunt tribuentes, longe ab ipsius humanitate alienum. Atque hoc illud videtur bellum quod E-
B phori recens creati Helotis indicebant, ut est apud eundem Plutarchum.

Sed origo servitutis Laconicæ a duobus præcipue profecta populis, videlicet ab Helotis & Messeniis. Unde duplices quasi servi, veteres seu Helotæ, & recentiores seu Messeniaci. Quam distinctionem agnoscit etiam Pausanias in *Laconicis*, ubi de secessione Helotarum loquens in montem Ithomen, hæc subdit: Ἀπέστησαν δ᾽ οὐχ ἅπαντες οἱ Εἵλωτες, ἀλλὰ τὸ Μεσσηνιακὸν ἀπὸ τῶν ἀρχαίων Εἱλώτων ἀποσχισθέντες. Id est, *Defecerunt autem non omnes Helotæ, sed ex Messeniacis, qui se a ve-*
C *teribus Helotis avulserunt*.

Dicti autem fuerunt Helotæ, Helos civitatem olim incolentes, qui reliquis Lacedæmoniis imperata facere non detrectantibus, quum soli rebellassent, bello subjugati & in servitutem acti sunt. Unde hoc servorum mansit nomen. Harpocration: Εἵλωτες οἱ μὴ γόνῳ δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ᾽ οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων. Id est, *Helotes non qui nati servi Lacedæmoniorum, sed qui primi subacti ex incolentibus urbem Helos*. Hoc bellum dixerunt πρὸς τοὺς Εἵλωτας πόλεμον, seu *adversus Helotas bellum*, ut ait Strabo *Geographiæ* lib. VIII.

D Cujus auctorem Agidem Regem fuisse scribit, eamque servitutis rationem, quam ipse instituit, ad tempora Romanorum continuo in usu fuisse testatur. Id enim Strabo superioribus hæc verba addens docet: Σχεδὸν δέ τι, καὶ τὴν εἱλωτείαν τὴν ὕστερον συμμείνασαν, μέχρι τῆς Ῥωμαίων ἐπικρατείας, οἱ περὶ Ἆγιν εἰσὶν οἱ καταδείξαντες. Id est, *Totum fere Helotarum statum, qui deinceps perduravit, ad id tempus, quo rerum potiti sunt Romani, Agis instituit*. Ac cum inde revera primum Helotæ cœperint, obtinuit tamen usus, ut promiscue Helotarum nomine appellarentur, etiam Messenii, & undecunque orti accesserint servi.

E Pausanias de Helotis, seu Heleos civitatis incolis loquens *loco cit.* Πρῶτοί γε, inquit, ἐγένοντο οὗτοι Λακεδαιμονίων δοῦλοι τοῦ κοινοῦ, καὶ Εἵλωτες ἐκλήθησαν πρῶτοι, καθάπερ γε καὶ ἦσαν, τὸ δὲ οἰκετικὸν τὸ ἐπικτηθὲν ὕστερον Δωριεῦσι, Μεσσηνίους ὄντας ὀνομασθῆναι καὶ τούτους ἐξενίκησεν Εἵλωτας. Id est, *Primum Helotæ facti publice Lacedæmoniorum servi, Helotæque primum dicti, quia & revera erant. Postea evicit consuetudo, qua acquisita deinde a Doribus* (seu Lacedæmoniis) *servitia tametsi ex Messeniis essent, itidem Helotæ ut appellarentur*. Quoniam autem gra-
F vis admodum esset eorum servitus, ideo quasi in proverbium abiit, *graviore servitute premere quam Helotas*. Unde est, quod Isocrates *Panathenaico* de Lacedæmoniis ita loquitur: Οὓς μὲν ἐλευθερώσειν ὡμολόγησαν, κατεδουλώσαντο μᾶλλον, ἢ τοὺς Εἵλωτας. Id est, *Quos se in libertatem asserturos promiserant eos graviore servitute quam Helotas oppresserunt*. Ut non satis capiam quare Pollux Helotas medios inter liberos & servos esse dicat.

Sed Messenii ex omnibus tamen acerbiore servitute afflicti erant, idque ut existimo, ea de causa, quod cum eis bella suscepta essent, non pro gloria

& Imperio, ſed pro vita & ſalute: contenderentque inter ſe, uter populus eſſet, non uter imperaret. Itaque idem Iſocrates *Archidamo* dicit eos, *χαλεπώτερον τῶν ἄλλων δεδουλωκότας*, *Duriorem quam alii ſervitutem ſervientes*. Unde & proverbium extitit δουλότερος Μεσσηνίης, *magis ſervilis quam Meſſena*. De quo magnus ille Eraſmus in *Chiliadibus* ſuis. Verumtamen quum tales eſſent Helotæ, atque ita affligerentur, ut tamen vulgo jactatur, Servum ſervo præſtare, Dominum Domino: Ita dubium non eſt, quin aliqui eorum fuerint, quorum fides & integritas eſſet Dominis probata & commendata. Tales autem qui eſſent peculiariter Argeos vocabant, Heſychius: Ἀργεῖοι, οἱ Ἕλληνες, καὶ ἐκ τῶν Εἱλώτων οἱ πιστευόμενοι οὕτως ἐλέγοντο. Id eſt, *Argei*, vel *Argivi*, *Hellenes dicti*, *itemque ex Helotis fideliores ita vocabantur*. Itaque aliqui horum etiam probi.

Hoc etiam vel in primis de Helotis univerſis memorabile, quod tametſi proprietas in iis ſingulorum Dominorum eſſet, uſu tamen communes fuerint, & publici quaſi juris. Itaque recte Strabo ait, quod *τρόπον τινὰ δημοσίους δούλους εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι τούτους*, id eſt, *quodammodo publicos ſervos hos habuerint Lacedæmonii*. Quod etiam ex loco Pauſaniæ paulo ante adducto patet. Ariſtoteles quinetiam *Politico* II. ſcribit, quod invicem alter alterius ſervis uſi ſint Lacedæmone. Cujus verba ſuper hac re ita habent: Ἐν Λακεδαίμονι τοῖς τε δούλοις χρῶνται τοῖς ἀλλήλων, ὡς εἰπεῖν, ἰδίοις· ἔτι δ᾽ ἵπποις, καὶ κυσὶ, κἂν δεηθῶσιν ἐφοδίων ἐν τοῖς ἀγροῖς κατὰ τὴν χώραν. Id eſt, *Lacedæmone utuntur ſervis invicem uti propriis: Et præterea equis & canibus, & ſi eguerint etiam viaticis, dum in agris verſantur in ſua regione*.

Opera autem Helotarum erant, tum ut omnia ſervilia munera obirent, tum potiſſimum ut agros colerent impoſito tributo. Ita Plutarchus in *Lycurgo*: Οἱ δὲ Εἵλωτες αὐτοῖς εἰργάζοντο τὴν γῆν, ἀποφορὰν τὴν εἰρημένην τελοῦντες. Id eſt, *Helotæ agros eis colunt, dictam penſionem penſitantes*. Unde & Livius vocat Helotas Caſtellanos, ac agreſte genus. Quanta autem eſſet penſio ſupra attigimus, quum de ſortis cujuſque tributo actum eſt. Idem & Ariſtoteles docet quadantenus lib. II. *Politicorum*. Sicut & Joſephus lib. II. *contra Apionem* ſcribit, Lacedæmonios ad omnia vitæ neceſſaria ſervis uti, & victum paratum ab iis accipere. Ita enim de Lacedæmoniis ait: Ἐπὶ τῆς πόλεως διῆγον ἄλλοις ὑπηρέταις πρὸς ἅπαντα τὰ τοῦ βίου χρώμενοι, καὶ τροφὴν ἑτοίμην παρ᾽ ἐκείνων λαμβάνοντες. Id eſt; *In urbe degebant aliis ſervis ad omnia quæ ad vitam utentes, & alimentum paratum ab iis aſſumentes*. Itaque præclare Cleomenes Anaxandridæ filius Homerum Lacedæmoniorum Poetam dicebat, Heſiodum ſervorum ſeu Helotarum. Illum enim percepiſſe, quomodo bellum ſit gerendum: Hunc quomodo agri colendi, ut eſt apud Plutarchum in *Apophthegmatis Laconicis*. Sed & extra regionem eorum miniſterio utebantur, maxime in bellis, ut ſuo loco dicendum erit, ubi aliquoties egregiam præſtiterunt operam, quam & præmio libertatis recompenſari meruerunt. De quo eorum præmiio, nobis ſequenti capite reſtat diſſerendum.

CAP. XII.

De Manumiſſione, & Libertinis. Libertatem Helotæ quo modo conſequerentur. Libertas vel ob bene merita tributa, vel vendita. Prioris exemplum. Poſterioris exemplum. Manumiſſionis ſeu libertatis tribuendæ modus. Corona libertatis & honoris ſignum. Merita quibus libertas tribuebatur quæ fuerint. Libertini pejoris conditionis quam ingenui. Νεοδαμώδεις *diſtincti a ſervis Braſidianis.* Νεοδαμώδεις *qui dicti.*

HELOTARUM etſi dura admodum eſſet ſervitus, ut diximus; non erant tamen uſquequaque a ſpes libertatis excluſi. Patere enim libertatem bene merentibus volebant, ne deſperatio melioris ſtatus extrema audendi fiduciam animis infereret. Obſervabatur autem hoc in primis, ne privatim a ſuis quique Dominis eam conſequerentur, quod & ſervi non eſſent prorſus privatorum, ſed publici quodammodo juris. Itaque videtur Reſpub. libertatis conferendæ jus quaſi proprium ſibi retinuiſſe. De Dominis, initio conſtitutæ ſervitutis, id ſancitum erat, ὥστε μήτ᾽ ἐλευθεροῦν ἐξεῖναι, μήτε πωλεῖν ἔξω τῶν ὅρων. Id eſt, *Ut neque iis manumittere ſervos, ſeu libertate donare liceret, neque extra fines vendere*, ut ſcribit Strabo *lib.* VIII. Atque hæc τακτὰ illa erant ſeu Agidis inſtituta, περὶ εἱλωτείας ſeu *de ſtatu ſervorum*, quæ ad Romanorum tempora uſu frequentata & cuſtodita ſunt. Cæterum populus, cujus ſumma in ſervos poteſtas, ſæpe hoc magnum libertatis bonum per ſe vel per magiſtratus tribuebat: alias etiam, ſi neceſſitas requireret, libertatem vendebat. Prioris illuſtre teſtimonium peti poteſt ex ſervis, qui cum Braſida in prælio fuerant, quos re bene geſta domum reportatos a Clearida, populus liberos eſſe juſſit, ut auctor eſt Thucydides *lib.* V. Poſterioris exemplum ſuppeditat Cleomenes, qui occupata ab Antigono Tegea direptiſque Orchomeno & Mantinea, quum redactus in fines Laconicos eſſet, Helotas qui quinque minas Atticas præſtitiſſent, manumiſit. Qua ratione talenta quingenta coegit, ut eſt apud Plutarchum in *Cleomene*.

Forma autem ſeu modus manumittendi non videtur in exquiſitis aliquibus ſolennibus ſita fuiſſe, in illa fori ſimplicitate, quæ apud eos obtinebat. Id tamen uſurpatum obſervare licet, ut poſt manumiſſionem coronarentur. Nam corona inſigne honoris & libertatis, tum apud Græcos in univerſum, tum apud Lacedæmonios, Deinde etiam ut circa templa ita coronati ducerentur. Quod colligimus ex verbis Thucydidis *lib.* IV. quæ capite præcedente delibavimus. In quibus & hoc eſt, de iſtis bis mille ſervis, quod ἐστεφανώσαντο. καὶ τὰ ἱερὰ περιῆλθον, ὡς ἠλευθερωμένοι, id eſt, *quod coronabantur, & templa circuierunt tanquam manumiſſi*. Ut utrunque horum in ſervis manumittendis obſervatum, dubium non ſit.

Merita autem quibus potiſſimum libertas tribuebatur, fuiſſe animadvertimus vel res bello bene geſtas, vel alias auxilium in periculis præſtitum. Ita iis, qui obſeſſis in Sphaſteria Inſula Lacedæmoniis commeatum advexerunt, libertas fuit præmium. Nec tamen qui ita manumittebantur in libertatem, omnia jura civium participaſſe crediderim. Sed ut Libertini pejoris ubique conditionis, quam ingenui: Ita & Lacedæmone veriſimile eſt inferiores fuiſſe. Idque vel eo ſic ſtatuerim, quo magis ſe aliis hoc nomine anteferebant Lacedæmonii, non paſſuri idcirco ſervitutis nota inſignitos ſibi prorſus exæquari. Hoc tamen eis datum, ut quidam in numerum civium referrentur, aliis potius, ut ubicunque vellent habitandi poteſtas eſſet, conceſſum. Quibuſdam etiam ut in Colonias ducerentur permiſſum. Utrunque hoc poſterius Braſidianis contigit ſervis. Thucydides *lib.* V. Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐψηφίσαντο, τοὺς μὲν μετὰ Βρασίδου Εἵλωτας μαχεσαμένους ἐλευθέρους εἶναι. καὶ οἰκεῖν ὅπου ἂν βούλωνται, καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ αὐτοὺς μετὰ τῶν Νεοδαμώδων εἰς Λέπρεον κατέστησαν. Id eſt, *Lacedæmonii ſervos qui ſub Braſida pugnaverant, liberos eſſe decreverunt, ha-*

bentes ubicumque liberet habitandi potestatem: Eosque non ita multo post in Lepreo cum Neodamodibus collocaverunt. Ubi & hoc observandum in verbis gravissimi Historici νεοδαμώδεις distingui a servis Brasidianis manumissis, sicut & inferius eodem libro distincti sunt. Ita & apud Xenophontem lib. III. *Hellenicon* νεοδαμώδεις alii sunt: alii εἵλωτες, & ὑπομείονες, & περίοικοι. Unde existimare licet hosce dictos νεοδαμώδεις, qui libertatem consecuti Lacedæmone remanserunt, & postea in civium numerum relati fuerunt. Quamvis Pollux *lib.* III. *cap.* VIII. simpliciter libertinos hoc nomine donat, inquiens: Τοὺς μέν τοι εἰς ἐλευθερίαν τῶν Εἱλώτων ἀφιεμένους, οἱ Λακεδαιμόνιοι Νεοδαμώδεις καλοῦσιν. Id est, *Ex Helotis vero qui donati libertate essent, Lacedæmonii Neodamodes eos dicunt*. Cui consentit Hesychius, apud quem νεοδαμώδεις sunt, οἱ κατὰ δόσιν ἐλεύθεροι ἀπὸ τῆς εἱλωτείας, *qui in libertatem dati ex Helotica servitute*. Quorum uterque hoc a Thucydide didicit, qui vim hujus vocis explicans inquit: Δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. Id est, *Valet autem neodamodes idem quod jam liberum esse*. Ubi & Græcus Scholistes addit: Neo-

A δαμώδης, ὁ ἐλεύθερος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. *Neodamodes, liber apud Lacedæmonios*. Sed cives fuisse Νεοδαμώδεις vel inde colligi potest, quod mille tantum eorum, cum quatuor millibus aliorum Peloponnensium, in auxilium civitatum Jonicarum juncti sunt & comparati, haud dubie addituris Lacedæmoniis alios milites, nisi Νεοδαμώδεις cives fuissent, nec Harmosten missuris nisi civibus munitum. Item, quod Agesilaus contentus duobus millibus Neodamodων fuerit, quum tamen sex millia sociorum requireret profecturus in Asiam, haud quaquam Rex quum esset tam paucis confisurus, nisi Lacedæmoniis civibus. Non negarim tamen quosvis etiam Libertinos militasse. Nam & Cleo-

B menes, quos præstitis quinque minis liberaverat, in prælium ducens, adversus Argyraspidas Arcadum opposuit. Quin & Agesilaus centuriavit ipsos Helotas bello contra Thebanos. Sed hæc necessitatis erant, & fidem expertus Agesilaus prorsus servilem, id est, perfidiam summam & transfugia non pauca, ut refert Plutarchus in *Agesilao*. Atque hæc de Libertinis.

NICOLAI CRAGII

RIPENSIS

DE

REPUBLICA LACEDÆMONIORUM

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De Magistratibus Lacedæmoniorum. Respublicæ quibus potissimum rebus conserventur, aut evertantur. Magistratus ante omnia in Repub. creandi. Magistratus nomine qui comprehendantur. Magistratus apud Lacedæmonios quot fuerint. Magistratuum apud Lacedæmonios variorum nomina. Prima Lacedæmon. Magistratuum distinctio. Alii perpetui. Alii ad tempus. Temporalium Magistratuum subdistinctio. Alii tempore incerto. Alii annui. Secunda Magistratuum distinctio. Alii Urbani. Alii Provinciales. Tertia Magistratuum distinctio. Alii majores. Alii minores. Magistratus quomodo creari soliti. Regum electio qualis. Ephororum electio qualis. Virtutis habita ratio maxime in electionibus Τροφῆς *specialis significatio. Tenuiores non admissi ad Magistratus gerendos.* Δαμώσεις *qui dicti. Ætatis habita ratio.*



QUÆ superiore Libro disputavimus, eo pertinent, ut Reipub. Spartanæ corpus cum præcipuis ejus partibus explicarent. Nunc edisserendum est, quibus illæ partes quasi vinculis continebantur. Nam ut in corpore membra inter se nervis, venis, arteriis coarctantur & conjungun-

C tur: Ita quæ jam exposita sunt Reipubl. membra aliqua requirunt, ut inter se nexu quodam convenienti aptentur & copulentur. Ea vero sita in his existimamus, quæ sunt, magistratus, leges, onera publica, actiones & judicia, præmia & pœnæ. Nam hæc potissimum politias tum ornant & conservant, si recte habent: tum parvo momento evertunt, si segnius constituta sunt. De his itaque ordine petractabimus facto initio a magistratibus. Convenit enim ante omnia magistratus aliquos in Repub. creari, quod sine eorum auctoritate, nec leges scribi, nec onera indici, nec judicia reddi, nec præmia & pœnæ decerni possunt.

D Intelligo autem hic magistratuum nomine, non modo eos qui cum imperio publicum munus administrarunt, ut juris consulti proprie vocabulum usurpant: sed generaliter quosvis, qui Reipub. gubernationi aliqua in parte præfuerunt bono publico, vel publicum aliquod munus gesserunt. Atque ad magistratus Spartanos quod attinet, existimamus ita satis perspicuam nostram explicationem de iis fore, si hæc quatuor declaraverimus, ut aperiamus quot & qui fuerint, quæ ipsorum inter se distinctio, quomodo quibusve causis magistratus crearentur, quosque ab illis repellere moris

E fuerit. De quibus omnibus, paucis verba faciamus.

Primo itaque fuisse Lacedæmoniorum magistratus numero non ita multos, pro ejus Reipubl. quæ habebatur dignitate, ex hisce constat, Nam &

A Respub. ipsa nec admodum abundabat hominibus, ut necesse esset plures ad eos regendos adhibere magistratus: ut supra attigimus. Deinde educatio ipsa talis fuit, ut neque opus ad coercendam militiam & mores emendandos multis rectoribus, ut infra patebit. Quare Braiidas quoque apud Thucydidem *lib.* IV. milites ad fortitudinem adhortans, ita loquitur, jubens eos nihil formidare multitudinem hostium. Οἵ γε (inquit) *μηδὲ ἀπὸ πολιτειῶν τοιούτων ἥκετε, ἐν αἷς οὐ πολλοὶ ὀλίγων ἄρχουσι, ἀλλὰ πλειόνων μᾶλλον ἐλάσσους*. Id est, *Quod non venistis ex talibus Rebuspub. ubi non multi paucis imperant, sed potius perpauci multis*. B Et Cleomenes apud Plutarchum Ephoros oppugnans, ait tantum Reges cum Senatu initio Reipub. præfuisse, sine ullis aliis magistratibus. Hæc enim Cleomeni Plutarchus verba tribuit in *Vita ejus*. *Ἔφη ὑπὸ τοῦ Λυκούργου τοῖς βασιλεῦσι συμμιχθῆναι τοὺς γέροντας, καὶ πολὺν χρόνον οὕτω διοικεῖσθαι τὴν πόλιν, οὐδὲν ἑτέρας ἀρχῆς δεομένης*. Id est, *Dixit ab Lycurgo Seniores cum Regibus commisceri, & multo tempore sic administratam urbem, nullo alio magistratu indigentem*. Quod quidem si ita omnino habuit, fuerunt tamen alii magistratus additi postea. Nam observavimus hos in C universum fuisse apud Lacedæmonios magistratus, ut sunt, Reges, Senatus, Ephori, Bediæi, Nomophylaces, Harmosyni, Empelori, Pythii, Proxeni, Prodici, Pædonomi, Harmostæ, Hippagretæ, Polemarchi, Symphorei, Navarchi, Epistolei. Hos enim omnes publica munera Reip. gessisse animadvertimus, quamvis alia alii ratione. De qua diversitate jam dicamus,

Itaque ut ad id, quod secundo loco proposuimus, accedamus, invenitur hæc in magistratibus jam dictis distinctio. Alii enim erant perpetui, quibus non nisi cum vita honos ipse terminabatur, qualis erat Regum & Senatorum dignitas. D Nec enim lege certum aliquod tempus his præfinitum: sed eos magistratus retinere jus erat, donec vita superesset, nisi alicujus sceleris convicti indigni essent judicati. Alii autem magistratus ad tempus creabantur, quales videntur fere reliqui omnes, etsi de aliquibus eorum non ita certo constat. Atque horum qui nec perpetui erant, sed temporales, alii eo usque in magistratu seu officio commisso manserunt, dum Reipubl. usus exigeret, id est, tempore incerto. Alii definito temporis spatio magistratu abibant, ut puta, qui vel annui erant, vel alias certi alicujus temporis. Nam de his intelligendus, ut arbitror, locus Xe- E nophontis lib. VI. *Hellenicon*. ubi ait quosdam, qui domi relicti fuerant ad capessendos magistratus, etiam in militiam scriptos. Ita enim de delectu ab Ephoris habito scribit: *τοὺς ἐς ἀρχὰς δὲ τότε καταλειφθέντας ἀκολουθεῖν ἐκέλευον*, *eos etiam qui relicti ad gerendum magistratum, sequi jubebant*. Deinde fuit & hæc in magistratibus varietas, ut alii essent Urbani seu domestici, quorum potestas Regionis Laconicæ limitibus erat circumscripta: Alii essent provinciales, qui ad provincias seu socias civitates (sic enim provincias suas vocabant F Lacedæmonii) gubernandas, vel in fide retinendas mittebantur, ut Harmostæ: Alii denique militares, ut Polemarchi, Symphorei: Alii mixti, quorum sua, domi item & militiæ, erat potestas & auctoritas, ut suo loco dicetur. Denique & talis aliqua diversitas in magistratibus distinguendis usurpata, ut quidam essent magistratus majores seu maximi. Nam *μεγίστας ἀρχὰς* seu *magistratus maximos* aliquos agnoscit Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*. Quo in numero habendos censeo Reges, Senatum, Ephoros & Harmostas. Quidam vero rursus magistratus essent minores, ut plerique aliorum. Quæ distinctio haud dubie etiam admittenda, quod non sit verisimile ejusdem fuisse dignitatis & potestatis quosvis magistratus.

Verum in quorumvis horum magistratuum creatione, hic observatus modus, ut omnes suffragiis legerent, nec sorti aliquid tribuerent. Itaque Aristoteles *Politico* II. ait: Πάσας (*ἀρχὰς*) *αἱρετὰς καὶ μηδεμίαν κληρωτήν*. *Omnes (magistratus) suffragiis electos, & nullum sortito creatum* fuisse. Et Isocrates *Panathenaico*, *ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλὰ αἱρετὰς*, *ut Magistratus non sortito, sed suffragiis crearentur*, fecisse Lycurgum scribit. Quæ ratio per electionem Reipub. Aristocraticæ maxime etiam conveniebat, sicut sortitio Reipub. Democraticæ propria est. Quamvis electio in Rege non prorsus libera erat. Respiciebatur enim alia causa in Regibus creandis, alia in aliis magistratibus. Nam in Regibus necessario certum genus spectabatur, nec eorum alii creabantur, quam ad quos regnum eo jure pertinebat, de quo tamen populo statuere & judicare fas erat. In Ephoris vero requirebatur, ut populares essent, ac ut quisque maxime visus Regibus & Senatui adversari, ita animo lubentissimo populi Ephorus factus. Cæterum & Senatui & reliquis virtus potius & merita suffragabantur. Nam virtutis præcipue habita fuit ratio, ut in aliis omnibus apud Lacedæmonios; ita etiam in quibusvis magistratibus conferendis. Neque enim aliter Aristocratica Respublica consistere posset, sed paulo momento esset mutatura. Ita judicavit de hac Republica Plato lib. III. *de Legibus*, ubi hæc ejus verba: *Δίκαιον μὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τοῦτό γε τῇ πόλει ὑμῶν ἀποδιδόναι, ὅτι πενίᾳ καὶ πλούτῳ καὶ βασιλείᾳ, καὶ ἰδιωτείᾳ διαφέρουσαν οὐδ' ἡντινοῦν τιμὴν καὶ τροφὴν νέμετε*. Hoc est, *Æquum est, o Lacedæmonii, vestræ hoc tribui civitati, quod ex divitiis vel paupertate, itemque ex regio vel privato statu, nullum singularem honorem aut præmium conferatis*. Nam *τροφὴν* hic pro generali præmii nomine poni existimo. Cujus sententiæ fuit & Xenophon libro *de Repub. Lacedæmoniorum*, ubi de Legislatore eorum ita loquitur: Ἐπέθηκε δὲ καὶ τὴν ἀνυπόστατον ἀνάγκην ἀσκεῖν ἅπασαν πολιτικὴν ἀρετήν. τοῖς μὲν γὰρ τὰ νόμιμα ἐκτελοῦσι ὁμοίως ἅπασι, τὴν πόλιν οἰκείαν ἐποίησε, καὶ οὐδὲν ὑπελογίσατο οὔτε σωμάτων οὔτε χρημάτων ἀσθένειαν. Id est, *Legislator etiam suis irrefragabilem necessitatem omnem civilem virtutem exercendi attulit: Nam iis qui jussa Legum exequerentur universis, Rempub. propriam esse voluit, neque rationem habuit ullius imbecillitatis corporum vel facultatum*. Quod Plato haud immerito magnopere commendat, & divinitus hoc allatum consilium affirmare non dubitat. *Non enim*, inquit, *decet in civitate honores ideo in pretio esse, quod is, qui eos gerat divitiis excellat: Nec quidem quod is, qui illos administrat, aut celer sit, aut formosus, aut robustus, nisi aliqua præter hæc adsit virtus, & ea quidem virtus, a qua temperantia minime absit*. Quod politicum præceptum in quavis Republica servari ex usu esset.

Postremo quanquam virtus in primis circa magistratus legendos semper spectata sit: hoc tamen peculiariter observatum tradit Aristoteles *Politico* II. uti tenuiores ac sumptibus Syssitiorum ferendis impares, Reipub. non essent participes. Ita enim inquit: Ὅρος τῆς *πολιτείας οὗτος ἐστιν αὐτοῖς ὁ πάτριος, τὸν μὴ δυνάμενον τοῦτο τὸ τέλος φέρειν, μὴ μετέχειν αὐτῆς*. Id est, *Hoc quasi limite a majoribus posito Respub. ipsis constituta est, ut qui non possit pendere vectigal hoc* (ad communionem Syssitiorum requisitum) *is ut minime particeps esset ipsius*. Illos autem qui solvendo vectigali erant, quique publicum munus gerere poterant, peculiariter dictos puto *Ἐαμώσεις*, Hesychii verbis adductus. Nam illi dicuntur Δα-

μώσεις, οἱ ἐντελεῖς, Λάκωσι, Damoses, qui vectigali solvendo sunt, Lacedæmoniis. Quibus etiam contrarii quodammodo superius a nobis memorati *ὑπομείονες*. Verum illud institutum fortean tum demum obtinuit, quum Divitiæ honori esse cœperant. Quamvis Aristoteles culpam aliquam in eo agnoscit Legislatoris. Quod nos in medio relinquamus. Deinde neque videntur ad magistraus admissi fuisse, quibus non erat legitima ætas. Nec enim infra virilem ætatem magistratus munia capessere, vel officium publicum gerere licebat. Certe maximi qui dicebantur magistratus, eorum tantum erant, qui ex Ephebis excesserant, atque inter viros censebantur. Ita enim Xenophon scribit *de Repub. Lacedæmeniorum*: *Τοῖς γε μὴν τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν πεπερακόσιν, ἐξ ὧν ἤδη αἱ μέγισαι ἀρχαὶ καθίσωνται.* Id est, *Iis quidem qui puberem ætatem superarint, ex quibus jam maximi magistratus constant*, &c. Quæ tamen ætas, an in Regibus eodem modo requisita, haud facile dixerim: Fuit tamen certus haud dubie ætatis annus, quum ipsi regnum administrare inciperent, prius a Prodico tutorio nomine gubernatum. De quo tamen nihil invenimus, ut & alia. Item quædam, quæ hic dicenda fuerant, auctorum silentio obruta sunt. Quare his de magistratibus expositis contenti simus. Nunc de singulis ordine dicamus.

Cap. II.

Reges antiquissimus Lacedæmoniorum Magistratus. ἀρχαγέται dicti Reges Lacedæmoniorum. Regum Lacedæmoniorum sex propria & peculiaria. Regia familia apud Lacedæm. Heraclidarum. Regiæ Lacedæm. familiæ triplex mutatio ante Heraclidas. Primæ familiæ tres Reges. Secundæ quot. Tertia familia. Quarta familia Heraclidarum. Eorumdem regnum proprium & peculiare. Rejectitiorum ex adulterina familia regum exempla. Cleomenes regno exutus. Leotychidas. Heraclidis exteris jungi vetitum. Regum uxores ab Ephoris custodiri solitæ. Heraclidarum duo rami, ex quibus Reges petiti. Procles & Eurysthenes. Eurysthenes quomodo sit primogenitus deprehensus: Eurysthenidæ iidem & deinceps Agidæ. Proclidæ iidem & deinceps Eurytionidæ, sive Eurypontidæ. Regum binorum creatio quid profuerit. Regnum perpetuum Lacedæm. reges habuerunt. Succedendi jus quomodo constitutum. Ætas non obfuit successioni. Exempla in Charilao, & Areo. Penes filios mansit jus successionis, licet capitis supplicio affectis patribus. Exempla adducuntur. Archidamus. Agesipolis. Eurydamidas. Regum educatio qualis. Ad gravitatem & severitatem educabantur. Non fuerunt populares. Charilaus reprehensus. In legibus erudiebantur. Acrotati ad parentes responsum. Agesipolis responsum. Ad omnium legum obedientiam. Corporis constitutionis in Rege eligendo habita ratio. Claudus rex vitabatur. Oraculum de rege claudo vitando. Oraculum de claudo vitando Rege quomodo elusum. Cur claudus Rex vitandus fuerit. Regibus sacra plerunque obeunda. Claudita somnibus Spartanis probrosa. Militis claudi argutum responsum. Proceritas corporis in Regibus requisita. Archidamus parva uxore ducta pecunia est multatus. Agesilaus parvus existens, fuit contemptus. Regum potestas qualis fuerit. Sacramentum a Regibus, singulis mensibus exactum. Ab Ephoris præstitum sacramentum singulis mensibus. Regum potestas aliter domi, aliter militiæ constituta. Reges Sacrorum omnium administri. Regum duo propria sacerdotia. Sacrificia belli causa a solis Regibus offerri solita. Regum potestas per se creare quosdam magistratus. Novas leges condere vel aliquid veteribus derogare. Tresantes qui. A *Soli de quibusdam causis judicare solebant. Hostium aut amicorum legatos audire & dimittere. Regum potestas in bello. Regibus qui honores præstiti. Alii vivis, alii mortuis præstiti. Honores vivis Regibus habiti. A Rege, aliquid acturi, auspicabantur. Proedria. Regibus assurgebant. Ephori soli Regibus non assurrexerunt. Regibus peculiaris terra & ager assignatus. Regibus datæ domus Regiæ ad habitandum. Regum erat publicum tabernaculum. Regum in cœnis publicis duplex portio. In sacrificiis pars aliqua Regibus honorarii loco data. Scropharum partu singulos porcos Reges capiebant. Regibus mortuis qui honores habiti.* B *Mos Regis nunciabatur certis ritibus. Funus Regis elatum cum immenso ululatu. Regibus in bello mortuis qui honores habiti. Post humationem Regum quid in eorum honorem factitatum. Sepulturæ locus Regum duabus familiis peculiaris & diversus. Eurypontidarum, ac Agidarum sepulturæ locus.*

Sicut apud gentes fere omnes, Regiæ dignitatis fastigium, summo in Repub. semper loco fuit: ita præcipuus, idemque antiquissimus magistratus Lacedæmoniorum erat, cui regium nomen dabatur. Sed ut nomen diversum ab aliis gentibus C usurpabant Lacedæmonii in appellandis suis Regibus, *ἀρχαγέτας* eos vocantes, ut testatur Plutarchus; ita fuere permulta alia, quæ quasi propria & peculiaria circa Reges suos observabant, nec alibi usquiam ita moribus usurpabantur. Ea vero sita potissimum animadverti in hisce sex; in familiæ præeminentia, in successionis jure, in puerili educatione, in corporis externa specie, in imperandi potestate, & honoris exhibitione. Quæ universa quo pacto se habuerint, quam poterit fieri, brevissime hoc capite declarabimus.

Primum itaque familia Regia, post recuperatam a Doribus Peloponesum, non fuit alia quam Hera- D clidarum, seu ex Divina Herculis stirpe oriundorum. Quorum jus unde extiterit, superius a nobis explicatum est. Verum ante eos triplicem mutationem Regiæ Lacedæmoniorum familiæ fuisse, ex Pausania discimus, diligenter a primis initiis eos referente; ut in universum fuerint eorum familiæ quatuor. Primæ familiæ erant tres tantum Reges, quos scribit fuisse Indigenas, suntque Lelex, Myletes & Eurotas. Secundæ familiæ recensentur hi, Lacedæmon. Jovis & Taygetæ Filius, ad quem regnum per uxorem devolutum, quique eum exceperunt ab ipso progeniti, Argalus, Cynortas, Oebalus, Hippocoon, Tyndarus, ac postremo Castor E & Pollux alternatim regnum commutantes fratres. Tertia Pelopidarum dicta familia, ex qua Menelaus, qui Helenam Tyndarei filiam uxorem ducens regnum consecutus est, a quo prognatus Orestes, & ab eo Tisamenus, qui novissime cum Achæis regno pulsus. Quarta demum erat Heraclidarum, quibus regnum fuit diuturnius, & successio prolixior. Nam continuata ea per annos complures, usque dum oppressa Republica tyranni regnum invaderent. Atque de hisce postremis apud veteres scriptores multa mentio, quos & nos plerunque in hac Commentatione nostra intelligi volu- F mus.

Verum enimvero Regum hujus familiæ usque adeo regnum erat proprium & quasi peculiare, ut genuinos & veros prorsus Heraclidas eos esse oporteret, qui ad illud capescendum existimarentur idonei. Alias si tantum essent ab altera parte ejus prosapiæ, vel si spuriæ progeniei, non admittebantur, sed admissi potius removebantur. Cujus non sunt obscura exempla. Ita cum Demaratus Aristonis filius patris temeraria apud magistratus insimulatione generis adulterini suspectus esset, regno tandem

æmulo Cleomene accusante exuitur. Ut est apud Herodotum *lib.* VI. & Pausaniam in *Laconicis*. Eademque ratione Leotychidæ Agidis filio, quod pater inconsiderata garrulitate eum Alcibiade exule genitum effutiisset, Agesilaus, adnitente in id potissimum Lysandro, præfertur. Quæ historia copiose exponitur apud Plutarchum in *Agesilao*, & *Alcibiade*, itemque in *Laconicis* Pausaniæ. Quin nec matre alienigena prognatum Regem sibi esse volebant, ut iccirco etiam Heraclidis exteras jungi vetarent. Quod perspicue docuit nos Plutarchus de Lysandro quodam Ephoro scribens in *Agide* ad hunc modum: *Lysander* (inquit) *adhuc in magistratu positus, instituit Leonidam arcessere lege quadam vetusta, quæ Heraclidam vetat ex muliere alienigena liberos tollere.* Itaque ex hac causa institutum videtur, ut uxores Regum ab Ephoris custodirentur, ne quis videlicet supponeretur, neve Regia familia aliena & adulterina sobole inquinaretur. Auctor Plato *Alcibiade* I. ubi ita scribit: Ἠ ἐκ ᾔσθησαι τοῖς τε Λακεδαιμονίων βασιλεῦσιν ὡς μεγάλα τὰ ὑπάρχοντα· ὧν αἱ γυναῖκες δημοσίᾳ φυλάττονται ὑπὸ τῶν ἐφόρων, ὅπως εἰς δύναμιν μὴ λάθῃ ἐξ ἄλλε γενόμενος ὁ βασιλεὺς ἢ ἐξ Ἡρακλειδῶν. Id est; *Nunquam ne audivisti quantæ sint regum apud Lacedæmonios facultates? quorum uxores ab Ephoris publice custodiantur, uti quantum fieri possit, provideatur ne ex alio genere Rex clam fiat, quam ex Heraclidis.* Cæterum fuere hujus Herculeæ stirpis statim initio duo quasi rami Lacedæmone, ex quorum propagine Reges postea semper petebantur, Aristodemi, inquam, filii, qui Procles & Eurysthenes dicti, & ex utroque horum familia una Regia ab altera prorsus distincta, ita ut semper essent simul duo Reges pari potestate ac dignitate, sicut item exemplo horum duos consules Romæ factos, scribit Dionysius *lib.* IV. Erat enim Regum Lacedæmoniorum semper alter ex Proclidis, alter ex Eurysthenidis. Nam sic eos vocare tum placuit, a primis utriusque hujus familiæ auctoribus. Docet hoc luculenter præter Pausaniam & alios, Probus in *Agesilao*, ita scribens: *Mos est*, inquit, *a majoribus Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent semper Reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Proclis & Eurysthenis, qui principes ex progenie Herculis Spartæ Reges fuerunt. Harum ex altera in alterius locum fieri non licebat, itaque uterque suum retinebat ordinem.* Meminit & Cicero libro II. *de Divinatione*, ubi scribit Procli vitam fuisse breviorem, multo tamen eum fratri rerum gestarum gloria præstitisse. Quod tametsi de Procle Ciceroni credendum est ita habuisse: tamen ex Herodoto nobis constat & primas inter hosce fratres Eurysthenem obtinuisse, eique ut primogenito plus honoris tributum. Verum quomodo monitu oraculi uterque frater Rex creatus sit, ac primogenitus Eurysthenes deprehensus, gravissimus auctor Herodotus historia hac a Lacedæmoniis ipsis accepta prodidit, quam brevitatis causa verbis Interpretis tantum adscribere hic voluimus, *Aristodemi uxorem*, inquit, *nomine Argivam peperisse geminos ferunt. Aristodemum hos intuitum morbo decessisse. Lacedæmonios autem qui tum erant, initio consilio creasse Regem e pueris eum, qui esset Primogenitus, ut Lex jubebat. Sed nescientes utrum puerorum eligerent, quum essent similes & pares, id quum nequirent ipsi discernere, prius fuisse percunctatos genetricem, eaque negante se dignoscere seu dissimulante, quod videlicet (ut credibile est) magnopere cuperet ambos effici Reges; ita de hoc dubitantes Lacedæmonios misisse Delphos, sciscitatum quid in ea re agerent. Et iis Pythiam respondisse; ut utrumque puerorum Regem ducerent, sed primogenitum magis honorarent. Hoc responso a Pythia edito, Lacedæmonios incertos nihilominus quo pacto primogenitum reperirent, admonitos fuisse a quodam Messenio, nomine Panite, ut observarent utrum puerorum mater priorem lavaret cibaretque: quam si deprehenderent eodem semper modo facere, habituros id omne quod quærerent, & inventuros quod vellent: sin illa alternando erraret, palam fore ne ipsam quidem quippiam magis nosse, ut & isti aliam rationem inirent. Ibi Spartiatas ex admonitu Messenii observantes matrem puerorum, ignaram cur observaretur, animadvertentesque illam præferentem alteri primigenium, tum cibando, tum lavando, accepisse puerum, qui magis honorabatur, a matre tanquam primigenium, publiceque alendum curasse, imposito ei nomine Eurysthene; juniori, Procle.* Hactenus Herodotus. Itaque Eurysthenes Herodoto, ut & Ciceroni, itemque Pausaniæ, major natu: Procles minor. Postea manentibus hisce familiis discretis, non ita multo exinde tempore mutata sunt iis nomina. Nam qui Eurysthenidæ prius dicti fuerant, deinceps appellabantur Agidæ, ab Agide ipsius Eurysthenis filio: qui antea Proclidæ vocabantur, Eurytionidæ seu Eurypontidæ, ab Euryponte seu Eurytione (nam in nomine hoc variant auctores) Soi filio, Ploclis nepote denominati. Auctor Pausanias in *Lac.* ubi de prioribus ita scribit: Εὐρυσθένει πρεσβυτέρῳ τῶν Ἀριστοδήμε παίδων οἶτι ἡλικίαν, γενέσθαι λέγεσιν υἱὸν Ἆγιν. ἀπὸ τέτε δὲ τὸ γένος τὸ Εὐρυσθένες καλεσιν Ἀγίδας. Id est, *Eurysthene Aristodemi filio natu grandiore Agin genitum ferunt: a quo omnis Eurysthenis posteritas sunt Agidæ appellati.* De posterioribus hæc ejus verba: Προκλῆς ὁ Ἀριστοδήμε τὸ παιδίον ὄνομα τίθεται Σόον, Εὐρυπῶντα δὲ τὸ Σόε φασὶν ἐς τοσῦτον ἀφικέσθαι δόξης, ὡς καὶ τὴν οἰκίαν ταύτην Εὐρυπωντίδας ὄνομα ἀπ' αὐτῦ λαβεῖν, Προκλείδας ἐς ἐκεῖνον καλεμένες. Id est, *Procles Aristodemi filius habuit filium cui Soo nomen: Soo Eurypon genitus. Hic tantum gloriæ est consecutus, ut tota eorum familia, qui Proclidæ ante sunt appellati, Eurypontidarum ab eo cognomentum acceperit.* Eo vero profuit hæc Regum geminatio, & binorum creatio, ut iis perpetuo animis dissentientibus, quemadmodum tradit Herodotus, esset apud Lacedæmonios imperii consentanea quædam moderatio. Id quod divinum Platonem etiam sensisse animadvertimus, referentem hoc non injuria ad numinis providentiam. Cujus sententia libro III. *de Legibus* his verbis scripta est: Θεὸς οἶμαι κηδόμενος ὑμῶν τὶς, ὃς τὰ μέλλοντα προορῶν, δίδυμον ὑμῖν φυτεύσας τὴν τῶν βασιλέων γένεσιν ἐκ μονογενῦς, εἰς τὸ μέτριον μᾶλλον συνέστειλε. Id est, *Deus, opinor aliquis de vobis curam gerens, & futura providens, geminam vobis Regum progeniem ex una stirpe producens, ad moderationem eorum potestatem retraxit.* Non fuit itaque alia hujus regni ratio, quam secundum genus. Unde & idem Plato apud Laertium quinque regnorum genera constituens, ab hoc exemplum regni a genere petit: Κατὰ γένος δ' ἀρχὴ τοιαύτη τὶς λέγεται, οἷον οἱ βασιλεῖς Λακεδαιμόνιοι ἄρχεσιν. ἀπὸ γὰρ γένες τινὸς ἡ βασιλεία. Id est, *Regnum per genus tale fere, quale Lacedæmoniorum regum existit. rex enim certo quodam ex genere creatur.* Ac duravit ita eis regnum, ut non adimeretur per totam ipsorum vitam, nisi convictis & damnatis alicujus criminis. Unde Polybius ait *l.* VI. Παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ μὲν βασιλεῖς ἀΐδιον ἔχεσι τὴν ἀρχήν. Id est, *Reges perpetuum regnum apud Lacedæmonios habent.* Ad hunc itaque modum familia Regia habuit, atque ita in duas stirpes moderandi imperii causa distributa.

Deinde considerandum est, quomodo succedendi jus constitutum fuerit. De quo non difficile intellectu hoc in genere, quandoquidem secundum genus regnum semper transmissum, uti jam disputavimus, necessario id fuisse hæreditarium. Sed tamen, sicut ex alterutra familia unus tantum semper erat Rex: ita ex pluribus liberis cujusque re-

gis defuncti, unus solummodo in sua familia locum ejus tenuit, reliqui cujuscunque gradus cum civibus aliis pari jure vivebant. Quod ita intelligendum tamen, ut liberos primo fuisse loco sciamus, atque inter eos illum ordine primum, qui maximus natu, postea cæteros pro ætatis ratione. Deficientibus autem liberis, fratres defuncti erant proximi. Qui si & ipsi non extarent, tum qui sanguine propior & successione. Hoc ita obtinuisse ipsa Regum series indicat, apud Herodotum, Plutarchum & Pausaniam: & docet non obscure etiam Æmilius Probus ita scribens. *Primus*, inquit, *in eo regno habebatur, qui maximus natu esset ex liberis ejus, qui regnans decessisset. Sin is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset propinquitate.*

Atque hujus successionis ordini, quem indicavimus, nihil ætas officiebat. Sive enim puberes, sive impuberes, sive etiam posthumi relicti fuissent, regni jure non excludebantur, quamvis ad legitimam eorum ætatem administratio esset penes tutores. Quod accipiendum quoque tam de nepotibus, quam de filiis, ita ut nepotes filii majoris patrum in locum succederent, & patruis præponerentur. Exempla illustria in Charilao, & Areo, ut alia omittamus. Charilaus enim Polydeclæ filius, post obitum patris in lucem editus, Lycurgo patruo volenti, & id agenti, quum mater vitæ ejus insidias strueret, prælatus est, ut copiose scribitur apud Plutarchum in *Lycurgo*. Areus item Acrotati filius, Cleomenis nepos, avo Cleomeni, cum pater prius mortuus esset, in regnum succedit, superato Cleonymo patruo, qui sibi illud proximitatis nomine vendicavit, quippe Cleomenis filius. Sed cedere coactus Cleonymus, quod minor natu esset, & jus Acrotati majoris filii in Areum translatum, sententia lata conservatum, ut est apud Pausaniam. Quin adeo stabile hoc jus succedendi erat, ut idem obtinerent etsi exilio mulctati, vel capitis pœna affecti essent patres & avi, quibus successores quærebantur. Non enim pœnæ personam egrediebantur; sed ad quos regnum devolutum erat, ii jus suum retinebant. Argumento sunt Archidamus, Agesipolis, & Eurydamidas. Archidamus Zeuxidami filius, Leotychidæ nepos, avo Tegeas in exilium profugo, quod pater Zeuxidamus jam in vivis esse desiisset, Rex creatus est. Agesipolis patri Pausaniæ, Plistonachis filio, subrogatur, cui minor frater Cleombrotus deinde succedit, uterque filius patri exulanti substitutus, fraterque vicissim fratri. Denique Eurydamidas Agidis filius patre in carcere ab Ephoris necato ad jus successionis nihilominus admissus. De quibus omnibus Pausanias agit copiosius, & quædam etiam apud Herodotum & Plutarchum invenias. Nec unquam immutatum hoc jus stante Repub. nisi ea de causa, quam supra attigimus, animadvertere licet.

Tertio educatio Regum & ipsa singularis erat, adeoque non solum ab aliarum gentium moribus diversa, sed & liberior multo quam reliquorum Lacedæmoniorum. Nam quum cæteri Lacedæmonii ea vivendi disciplina instituerentur, quæ ἀγωγὴ dicebatur, rigida illa admodum & severa; Quibus regnum debebatur, ab hac educatione lege quadam liberi erant. Itaque Plutarchus agens de educatione Agesilai, qua a puero ille nulla dum regni spe sub rigore & severitate disciplinæ Laconicæ institutus fuerat, hæc de Regiis pueris addit: Ταύτης, inquit, ἀφίησιν ὁ νόμος τῆς ἀνάγκης τοὺς ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένους παῖδας. Id est, *Hac necessitate solvit Lex pueros, qui ad regnum educabantur*. Verum tamen quum victus ratio liberior esset: tamen ad omnem morum honestatem assuefacti fuerunt, & in primis ad gravitatem & severitatem. Inde enim est, quod *eodem* fere *loco* apud Plutarchum scribitur, Agesilaum præter reliquorum Regum consuetudinem se popularem præstitisse ex institutione. Id enim in eum sensum accipio, quod reliqui reges non fuerunt populares, nec Regum educationi fuerit consentaneum, popularem se præstare. Itaque si minus severi Reges, dabatur magno hoc ipsis vitio. Idcirco Charilaus Rex reprehensus, quod adeo miti mansuetoque esset ingenio, ut nec adversus improbos esset austerus. Quo pertinet etiam Cleomenis illud. Nam dicente cive quodam, bonum Regem usquequaque debere esse benevolum: *Sane respondit ille, dum tamen non exponat se contemtui*. Deinde etiam in Legibus erudiebantur, & justitiæ rationem a parentibus potissimum discebant. Ita Acrotatus Rex, quum parentes injusti aliquid ab eo petiissent, fatetur se ab iis ad justitiam honestatemque eruditum, ac facturum idcirco potius, quæ ipsi docuerant quam quæ jam peterent. Et Agesipolis Rex gloriatur de eo præcipue, & sibi juris notitiam ante alios vindicat. Nam provocantibus Atheniensibus de controversia quadam ad Megarensium judicium: Respondens, inquit, *Turpe principibus Græciæ minus esse jus notum quam Megarensibus*: Innuens sibi non minus quod justum esset cognitum, quam ullis aliis. Denique in universum ad obedientiam omnium legum acrius, quam alii erudiebantur, ita ut tametsi aliis modis multa illis indulgerentur: tamen minor illis delinquendi potestas esset, quam cæteris. Quod plane de iis scribens docuit nos disertissimus Orator Isocrate. Nam quum suadet æmulari & imitari Reges Lacedæmoniorum, postea rationem addens ait: Ἐκείνοις γὰρ ἀδικεῖν μὲν ἧττον ἔξεστιν, ἢ τοῖς ἰδιώταις. Id est, *Iis enim* (Regibus) *minus delinquere licet, quam privatis*. Quod utinam omnium gentium Reges sibi imitandum proponerent, tum vero felicius cum Repub. ageretur. Sed jam eo ventum est dementiæ, ut etiam docti & rerum politicarum non imperiti disputent, Regiam potentiam in absoluta & liberrima rerum omnium licentia positam esse, magisque ut Reges dominentur legibus, quam leges ipsis. Quod tamen cordati Reges, & moderati principes haud ipsi probaverint, nec qui Reges boni & legitimi audire voluerunt, usurparunt. Certe juris & justitiæ antistites ita statuere salva Repub. vix poterunt. Sed de ea re alias videbimus, ubi aliarum instituta de regum educatione & institutione referemus.

Quarto loco requirebant in Regibus suis Lacedæmonii multa, quæ ad corporis constitutionem fecerunt. In primis enim necesse erat Regem integris esse membris. Etenim claudum Regem vitandum veteris cujusdam oraculi monitu docti erant. Nam claudum exitio ipsis futurum prædictum erat. Oraculum hoc extat apud Plutarchum in *Agesilao*. *Diopithes*, inquit, *erat Spartæ vir fatidicus, habebaturque in rebus divinis sapiens & doctus. Hic nefas esse ostendit regnare quenquam Lacedæmone claudum, atque oraculum in judicio hoc recitavit*:

Φράζεο δὴ Σπάρτη, καίπερ μεγάλαυχος ἐοῦσα,
Μὴ σέθεν ἀρτίποδος, βλάστῃ χωλὴ βασιλεία.
Δηρὸν γὰρ νοῦσοί σε κατασχήσουσιν ἄελπτοι,
Φθισίβροτόν τ' ἐπὶ κῦμα κυλινδομένου πολέμοιο.

Quos versus Interpres ita vertit:

Tu quamvis animo tumeas, o Sparta, superbo,
Te rectam pedibus prorsus circumspice: Claudum
Ne lædat regnum. Longi te namque labores
Et subiti cingent, Martisque agitaberis undis.

Quod tamen oraculum, quum contra Agesilaum claudum, in contentione de regno inter ipsum & Leotychiden exorta, allegaretur, Lysander Agesilao studens, de eo qui progenie quasi claudicaret,

ut hanc rationem commentus, claudítatem, cujus in oraculo mentio, in ipſum torqueret Leotychiden, ut ſcribitur *eodem loco* apud Plutarchum. Quamvis poſtea quum Epaminondas victor, ſucceſſu elatus Laconicam invaderet, oraculum in mentem recurrerit, atque civitatem ingens perculerit mœſtitia religioque, quaſi Reſpub. ideo afflicta eſſet, quod rectum regno dejeciſſent, claudum vero luxatumque ſublegiſſent. Cæterum hujus inſtituti, ſi quis rationem quærat, fortean ea non abs re ad ſacra referri poterit. Nam cum Regibus ſacra pleraque eſſent obeunda, eaque non niſi a perfectis membrorum numero & conformatione hominibus peragi poſſent, neceſſario integritas corporis in iis deſiderata fuit. Quod conjicere licet ab Ægyptiis ad Lacedæmonios derivatum, illos certe ab Hebræis prius didiciſſe conſentaneum eſt. Ac quod ad claudítatem attinet, videtur ea non ſolum Regibus, ſed in univerſum omnibus Spartanis probroſa fuiſſe, tanquam minus idonei eſſent claudi ad res bellicas, in quibus Lacedæmoniis præcipuum ſtudium. Itaque miles quidam hoc nomine a quibuſdam deriſus argute opprobrium redarguebat: dicens, *In bello non fugientibus, ſed ſtantibus & locum ſuum tuentibus opus eſſe*. Deinde etiam circa Reges in corporis ſtatura proceritatem exigebant, haud dubie illam decorandæ perſonæ Regiæ exiſtimantes. Quare Archidamus Rex ab Ephoris eſt pecunia mulctatus, ſaltem quia uxorem puſillam duxiſſet, addentibus hanc eis rationem: *Quod tali uxore ducta non Reges, ſed Regunculos gigneret*, Quod relatum ex Theophraſto extat apud Plutarchum in *Vita Ageſilai*, itemque libro qui inſcribitur περὶ παίδων ἀγωγῆς, *de liberorum educatione*. Ac enimvero Ageſilaus ipſe hujus Archidami filius, puſillus exiſtens, tum domi, tum in Ægypto ſpecie aſpernanda habitus eſt, & parvitatis nomine ſpretus. Quanquam hilaritas ejus & alacritas, urbanitaſque aliena ab omni vocis vel vultus moroſitate & acerbitate, amabiliorem eum præſtiterit omnibuſque formoſis ad ſenectutem uſque, ut idem Plutarchus auctor eſt in *Ageſilao*. Atque hujuſmodi corporis externa ſpecies eis in Regibus requiſita.

Quinto ſuper poteſtate Regum etiam peculiariter obſervabant, quod Reip. ipſorum erat in primis conſentaneum. Nam Regibus Spartanis non erat παμβασιλεία, ſeu *plena & liberrima omnium rerum poteſtas*, nec quidvis faciendi arbitrium penes ipſos. Hæc enim tyrannicum animum ſæpe Regibus ingenerare, & ſubjectorum magna cum invidia conjuncta eſſe exiſtimarunt. Quorum utrumque Legislator præcavere voluit. Id quod elegantiſſimus auctor Xenophon etiam in eum finem recte monuit a Legislatore obſervatum: Οὐ γὰρ ἐβουλήθη, inquit, οὔτε τοῖς βασιλεῦσι τυραννικὸν φρόνημα παραστῆσαι, οὔτε τοῖς πολίταις φθόνον ἐμποιῆσαι τῆς δυνάμεως. Id eſt, *Non enim voluit*, (Lycurgus) *neque Regibus tyrannicum faſtum aſciſcere: neque civibus invidiam adverſus poteſtatem injicere*. Quare non alia eorum poteſtas, quam quæ legibus initio conſtituta, quarum vinculis quoque prorſus ea erat adſtricta. Ideo recte Ariſtoteles *lib.* III. *cap.* IV. Η ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ δοκεῖ μὲν εἶναι βασιλεία μάλιστα τῶν κατὰ νόμον. Οὐκ ἔστι δὲ κυρία πάντων. Id eſt, *Quod in Laconum Repub. regnum eſt, videtur eſſe maxime legibus adſtrictum. Non ſunt omnia enim arbitri ipſius.* Ac ut ſecuri hujus eſſent Lacedæmonii, ſolemne ſacramentum quot menſibus exigebatur a Regibus, quo jurabant regnum ſe ſecundum leges adminiſtraturos, adigentibus eos in ſua verba Ephoris: ut & ipſi exigebant viciſſim ab Ephoris juramentum, quo promittebant ſe regnum iis hoc facientibus conſervaturos. Auctor Xenophon libro *de Repub. Lacedæmoniorum*: Ορκους δὲ ἀλλήλοις κατὰ μῆνα ποιοῦνται, Εφοροι μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως, βασιλεὺς δ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Ο δὲ ὅρκος ἐστὶ τῷ βασιλεῖ, κατὰ τοὺς τῆς πόλεως κειμένους νόμους βασιλεύσειν. τῇ δὲ πόλει, ἐμπεδορκοῦντος ἐκείνου, ἀστυφέλικτον βασιλείαν παρέξειν, Id eſt, *Singulis menſibus jurejurando ſe invicem aſtringunt, Ephori quidem civitatis nomine, Rex autem ſuo. Juſjurandum vero Regis eſt, ſecundum conditas Reipub. Leges ſe imperaturum: Civitatis autem* (vel Ephororum civitatis nomine) *Rege juſjurandum inviolatum ſervante, regnnm inconcuſſum præſtare*. Meminit & hujus Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum, etſi non quotannis, ſed ante regni initia juramentum ejuſmodi a Rege præſtari ſolitum ſciebat. Quod quum ita ſit, tamen aliter poteſtas Regum conſtituta domi, aliter militiæ; hic liberior & amplior, ibi anguſtior & in arctum quaſi redacta. Ita Herodotus ait, alia fuiſſe ἐμπολέμια, alia εἰρηναῖα, quæ ipſis tributa erant. Præcipue autem fuit hoc poteſtatis Regiæ domi, quod ſacrorum omnium, eorumque quæ ad Deos pertinebant arbiter & moderator eſſet Rex. Ariſtoteles loco ſuperius indicato: ἔτι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἀποδέδοται τοῖς βασιλεῦσιν. Idemque fere Herodotus ait, qui ad Deorum venerationem ſpectantia, Regibus fuiſſe commiſſa ſcribit. Et quidem eodem auctore peculiariter erant Regum duo propria ſacerdotia, videlicet Jovis Lacedæmonii, & Jovis cæleſtis. Nec non ſingulis Neomeniis ſeu Calendis, & ſeptimo quoque die menſis ineuntis, victimam perfectam utrique eorum ex publico dari ſolitam immolandam in Æde Apollinis, cum farinæ medimno, & quartario vini Laconici, apud eundem eſt *lib.* VI. Xenophon addit, quod omnia ſacrificia pro ſalute Reipub. offerenda eis etiam tributa fuerint, tanquam qui Deo oriundi Deos etiam facilius placaturi eſſent. Ut mittam jam ſacrificia belli cauſa a Regibus ſolis offerri ſolita. Præterea jus erat Regibus per ſe quoſdam magiſtratus & ſacerdotes creandi, eos videlicet, qui dicebantur Proxeni & Pythii. Nam Herodotus de hiſce Regibus loquens ſcribit: Προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι προσκεῖσθαι, τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν, καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι, Id eſt, *Iis triburum fuit, ut ex civibus quos vellent Proxenos declararent, & Pythios legerent*. Præterea ſi quid novi ſanciendum, vel ſi veteribus legibus derogandum eſſet, Regi tanquam ſummo magiſtratui tribui ſolebat ea poteſtas. Itaque quum aliquando Treſantes, id eſt, qui metu territi bello profugerant, legitima ignominia pœna afficiendi eſſent, nec id ſine periculo mutationis fieri poſſet, quod ii plures numero forent, Ageſilaum in eam rem Legislatorem ſeu Harmoſten creant. Tum vero judicia quarundam cauſarum ſolummodo ad Reges pertinebant, apud quos iſtarum diſceptatio finiebatur. Quæ qualia fuerint, infra commodiore loco explanabimus. Sed & Legatis ſive hoſtium ſive amicorum auditis, Regibus datum eſt eos cum reſponſis dimittere. Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*: Τὸ μέν τοι πρεσβείας ἀποπέμπεσθαι, καὶ φιλίας καὶ πολεμίας τοῦτ' ἂν βασιλέως, hoc eſt, *Legationes dimittere, tum amicas tum hoſtiles, id vero Regis eſt*. Atque hæc domi Reges potuere. Quantum vero ad bellum attinet, non ſolum in eo incœptando Regis potiſſimum auctoritas interceſſit: ſed & cœptum, ejus conſilio prorſus adminiſtrabatur, nullo alio Imperatore creato, modo is idoneæ eſſet ætatis. Qua de re hic paucioribus, quia ubi de militia agimus, tum vero copioſius ſuper ea re nobis diſſerendum eſt.

Poſtremo ad honores Regibus præſtitos veniamus. In his autem tribuendis ſatis indulgentes Lacedæmonios fuiſſe animadvertimus: Etſi poteſtatem multis modis imminuerint. Verumtamen erga eos mortuos hac in parte benigniores & effuſiores, in

in vivos reſtrictiores, & quidem militiæ quam domi auguſtiores ipſi Reges. Nam quæ domi iis præſtabantur, non longe a privatorum diſcedebant honore. Itaque Xenophon ait: *Αὗται μὲν τιμαὶ αἱ οἴκοι ζῶντι βασιλεῖ δίδονται, ὐδέν τι πολὺ ὑπερφέρυσαι τ̃ ἰδιωτικῶν.* Id eſt, *Honores qui domi Regibus deferuntur, non multum ſuperant privatos.* Quod conveniebat in ea Repub. quam quoad poterat maxime ad æqualitatem reducere voluit Lycurgus. Sed in pleriſque tamen reſpectum ad Regem permagnum habitum, agnoſcendum eſt. In primis quicquid id erat, quod publice agendum, ita demum incipiebant, ut a Rege auſpicarentur. Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*: *Αρχονται μὲν πάντες ὐπὸ βασιλέως, ὅταν βύλονται πρᾶξαί τι.* Id eſt, *Ordiuntur omnes a Rege, quum agere aliquid volunt.* Atque hoc ita fieri neceſſe erat, non ſolum quia Rex ſummus magiſtratus: ſed etiam quia auſpicia ei ſubjecta, ut iccirco quaſi boni ominis eſſet a Rege initium facere. Deinde proedria ſeu ſupremus conſeſſus ſemper Regibus honoris cauſa cedebatur, idque tum in libationibus tum certaminibus. Herodotus *lib.* VI. *Ην θυσίlω τις δημοτελὴς ποιῆνται, πρώτυς ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἵζειν τὺς βασιλῆας.* Id eſt, *Moris in libationibus faciendi primo loco Reges in convivio collocare.* Idemque auctor *ἐν τοῖσι ἀγῶσι πᾶσι προεδρίας ἐξαιρέτυς* eis attribuit. Præterea Regibus etiam omnes aſſurgebant, quocunque in cœtu reverentiam eis, ut par erat, exhibentes. Nam Regi ſoli & Ephoris ex omnibus magiſtratibus aſſurgere moris fuit. Ita enim Heraclides *de Politiis*. *Οὐδενὶ*, inquit, *ἐπανίςανται πλὴν βασιλεῖ ϗ Εφόρῳ*, Id eſt, *Nemini, niſi Regi ac Ephoro, aſſurgunt.* Ab hoc tamen honore Regibus præſtando Ephori erant liberi, ipſorum munere id non ferente. Xenophon *de Rep. Lacedæmoniorum*: *Εδρας πάντες ὑπανίςανται βασιλεῖ, πλὴν ὐκ Εφοροι ἀπὸ τ̃ ἐφορικῶν δίφρων.* Id eſt, *Omnes e ſedibus ſuis Regibus aſſurgunt, exceptis Ephoris, qui e ſellis ſe Ephoricis non levant.* Quod tradit etiam Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum. Quo pertinet apophthegma quod eſt apud Plutarchum. Nam Anaxilas miranti cuidam cur Ephori Regibus non aſſurgerent, quum quidem ab iis conſtituerentur, Reſpondit: *Cauſa*, inquit, *eadem cum ea, ob quam Ephori ſunt.* Quod ita intelligendum, Ephoros conſtitutos, ut quodammodo Regiam potentiam infringerent, non eſſe itaque conſentaneum iis honorem tribuendo concedere. Aſſignata etiam erat Regibus peculiaris terra & ager, ex iis quæ circumjacentium urbium fuerant, unde neceſſaria ipſis ſuppeditari poterant. Nam Legislator, ut Xenophon inquit, *γῆν ἐν πολλαῖς τ̃ περιοίκων πόλεων ἀπέδειξεν ἐξαίρετον τοσαύτlω, ὥςε μήτε δεῖϑαι τ̃ μετρίων, μήτε πλύτῳ ὑπερφέρειν.* Id eſt, *tantam terram ex adjacentium urbium agris ſecretam eis dedit, ut mediocri contenti non indigerent, nec divitiis abundarent.* Erant quoque Regibus, ut apparet, jam inde a primis temporibus ſuæ Regiæ ſeu domus & habitationes, ubi ſemper ad id honoris faſtigium evecti habitarent. Quod indicare voluiſſe videtur Ptutarchus, quum ſcribit Ageſilaum in iis habitaſſe ædibus, quas Ariſtodemus extruxerat. Fuit autem Ageſilaus ille ex Eurypontidis. Et viciſſim Agidarum habitatio fuiſſe videtur in Boonetis. Quæ ita dicta, quod ab uxore Polydori Regis, qui ex Agidis erat, poſt ejus obitum boum permutatione fuerant comparata, ut ſcripſit Pauſanias. Nec ab his diſſentire exiſtimo Xenophontem, qui ad commodiorem habitationem eorum ædibus aquarum ſtagnum ſeu rivum adjectum fuiſſe teſtatur: *Πρὸς τῇ οἰκίᾳ δὲ λίμνη ὕδατος ἀφϑονίαν παρέχει. ὅτι δὲ ϗ τῦτο πρὸς πολλὰ χρήσιμον, οἱ μὴ ἔχοντες αὐτὸ μᾶλλον γι-*

A *γνώσκυσιν.* Id eſt, *Juxta domum vero lacus aquæ copiam præſtat, qui quanto plurimis in rebus uſui ſit, hi qui carent magis intelligunt.* Quod ita eſſe non poterat, niſi in iiſdem ſemper ædibus eorum habitatio fuiſſet. Quin & publicum erat Regum tabernaculum, ubi ſeorſum cum ſuis cibum capiebant. Ita enim Xenophon: *Οπως ϗ οἱ βασιλεῖς ἔξω σκlωοῖεν, σκlωὴν αὐτοῖς δημοσίαν ἀπέδειξε.* Id eſt, *Ut Reges ſeorſum ab aliis vel foris diſcumberent, publicum eis tabernaculum dedit.* Quo facit etiam quod idem Xenophon Pythios ei contubernales adjunctos fuiſſe ſcribit. Etenim in publico eos cœnare ſolitos indicat etiam Herodotus, quum
B ſcribit eis ad cœnam non venientibus, domum mitti, *ἀλφίτων δύο χοίνικας ἑκατέρῳ, ϗ οἴνυ κοτύλlω*, id eſt, *binos farinæ chœnicas utrique, ac vini ſextarium.* Sed & hoc honori Regum dabatur, ut duplo plus acciperent in cœna, quam alii. Quod Xenophon etiam Lycurgo adſcribit, quod is ſcilicet Regem *διμοιρίᾳ ἐπὶ τῷ δείπνῳ ἐτίμησεν*, id eſt, *duplici portione in cœna honoraverit.* Quod nec omiſit Herodotus dicens, *παρεῦσι διπλάσια πάντα δίδοσϑαι*, id eſt, *Regibus præſentibus omnia duplicia dari.* Ubi addit Hiſtoricus contingere iis idem ad privatorum convivia invitatis. Cujus red-
C dit hanc rationem Xenophon, videlicet hoc fieri, *ὐχ ἵνα διπλάσια καταφάγοιεν, ἀλλ' ἵνα ϗ ἀπὸ τοῦ δὲ τιμῆσαι ἔχοιεν εἴτινα βούλοιντο.* Id eſt, *Non quod ipſi duplum vorarent, ſed ut inde aliquem honorarent, ſi ita viſum eſſet.* Qua de re idem auctor meminit in *Vita Ageſilai.* Quin & ex libaminibus, ſeu ſacrificiis, pars aliqua honorarii loco Regis erat. Xenophon: *ἔδωκε δὲ ϗ γέρα ἀπὸ τ̃ θυομένων λαμβάνειν.* Id eſt, *decrevit etiam, ut munera ex his quæ immolarentur acciperet.* Quod Herodotus quodammodo exponens, inquit: *Σπονδαρχίας εἶναι τυτέων, ϗ τ̃ θυθέντων προβάτων τὰ δέρματα.* Id eſt, *Primitias libaminum Regum fuiſſe, & ovium*
D *immolatarum pelles.* Idem Xenophon auctor, permiſiſſe Legislatorem, ut omnium ſcropharum partu ſingulos porcos caperent, ne unquam ſacrifieia Regia impedirentur, ſi qua re cum Diis communicata opus eſſet. Atque hæc Regi vivo præſtabantur.

Cæterum quæ mortuis impendebantur, ea longe majora & quidem auguſtiora, quam quæ homini convenire poſſent, cenſebant. Nam tanquam Heroas, ita Reges poſt obitum honore proſequebantur, Xenophon nobis auctoritate ſua præit: *Αἱ δὲ τελευτήσαντι*, inquit, *τιμαὶ βασιλεῖ δίδονται, τῇ δὲ βύλονται δηλῦν οἱ Λυκύργυ νόμοι, ὅτι ὐχ ὡς ἀν-*
E *θρώπυς, ἀλλ' ὡς ἥρωας τὺς Λακεδαιμονίων βασιλεῖς προτετιμήκασι.* Id eſt, *Honoribus qui mortuo Regi habentur, hoc nimirum indicant Leges Lycurgi, non hominum, ſed Heroum cultum ſe Lacedæmoniorum Regibus tribuere.* Sed horum omnium honorum ſummam, qui qualeſque fuerint, breviter ex Herodoto meis verbis, non longe tamen ab Hiſtorici recedentibus, exponere viſum eſt. Primo mors Regis ita enunciabatur, ut equites per univerſam Laconicam miſſi, Regem diem ſuum obiiſſe vulgarent: Mulieres autem per urbem circumeuntes lebetes pulſitarent. Quumque tale quid fiebat, neceſ-
F ſe erat ex ſingulis domibus liberos homines marem & fœminam luctu fœdari. Quod qui omiſiſſent, gravi afficiebantur pœna. Poſtea ad hanc indicationem conveniebant certo tempore ex tota Lacedæmone permulti numero, funus Regis honoris gratia ducturi, præter ipſos Spartiatas, quos univerſos adfuiſſe veriſimile eſt. Horum itaque ac Helotarum, Spartiatarumque aliquot millibus congregatis, viri mulieribus permiſti frontes ſuas intrepide pungebant, & ululatu immenſo ejulabant. Atque inter ea exclamabant di-

A centes, hunc ultimum Regem jam mortuum omnium fuisse optimum. Quæ omnia barbaro ritu fiebant. Ac ita quidem domi mortuis funus fiebat. Si vero in bello Regem obiisse contigerat, ejus simulacrum conformantes in toro bene strato efferebant. In universum autem quo tempore funus fiebat, decem dierum justicium indicebatur, nec magistratuum ullus consessus habebatur, sed hosce dies ut funestos luctu traducebant. Heraclides *de Politiis* addit, Mortuo Rege tribus diebus nihil vendi, sed forum paleis conspergi. Ejus verba hæc: Ὅταν δὲ τελευτήσῃ βασιλεὺς, τρεῖς ἡμέρας οὐδὲν πωλεῖται, καὶ ἀχύροις ἡ ἀγορὰ καταπάττεται. B Id est, *Quum Regem mori contigerit, triduo nihil venditur, paleis vero forum conspergitur*. Post humationem, ut memoria mortui Regis esset apud omnes cara & veneranda, qui successit hoc ejus honori tribuebat, ut liberaret ære alieno quemvis Spartiatarum, Regi vel Reipub. debito obstrictum. Quod item Persicum est. Atque hæc quidem, quæ fere ex Herodoto retulimus, communia utriusque familiæ Regibus. Sed locus tamen sepulturæ eis peculiaris & diversus, atque alius his, alius illis legitimus. Eurypontidæ enim in Aphetaide sepeliebantur. Pausanias *lib.* III. Ἐπὶ τῷ πέρατι Ἀφεταΐδος ἐγγύτατα ἤδη τοῦ τείχους, Δικτύννης ἐστὶν ἱερὸν, καὶ βασίλειοι τάφοι τῶν καλουμένων Εὐρυπωντιδῶν. Id C est, *In extremo Aphetaidis prope murum, Dictynnæ est ædes, & Regia sepulcra ut vocantur Eurypontidarum*. At vero Agidarum erat in loco quodam, qui Theomelida dicebatur. Idem diligentissimus scriptor paulo post: Καλεῖται δ' ἐν τῇ Σπάρτῃ Θεομηλίδα χωρίον. κατὰ τοῦτο τῆς πόλεως τάφοι τῶν Ἀγιαδῶν βασιλέων εἰσί. Id est, *Locus Spartæ est Theomelida dictus; circa hunc urbis locum sepulcra Regum Agiadarum*. Atque hactenus quæ de Regibus observata nobis ad hunc locum pertinere visa sunt.

CAP. III.

De Senatu. Is dictus Lacedæmone γερουσία. *De eo quatuor præcipua capita.* 1. *Senatus quo auctore institutus. Ejus constitutio ex Oraculo. Senatorum numerus, & ejus numeri quæ causa. Alia causa ex Plutarcho.* 2. *In Senatorum electione tria potissimum requirebantur. Voluntatem aperire. Ætas sexagenaria. Vita honeste acta.* 3. *Finis in quem electi Senatores duplex. Aut propter Senes, aut Rempublicam. Propter Senes triplex ratio.* 1. *Ut virtus in senecta exerceatur.* 2. *Præmium virtuti Senum propositum.* 3. *Certamen virtutis inter Senes. Certamen animi præstantius corporis certamine. Rempub. quomodo Senatorum creatio respexerit. Senatus medius inter Reges & populum. Agesilaus ab Ephoris mulctatus.* 4. *Senatorum quæ fuerit auctoritas. Senatorius ordo quousque duraverit.*

POST Reges proxime Senatus sequi debet, quia & in Repub. ille Regibus adiungebatur. Dicebatur autem Senatus peculiariter Lacedæmone γερουσία, nomine Græcis scriptoribus fere omnibus hac usurpatione celebrato. Testis luculentissimus præ aliis Pausanias *Laconicis*: Ἡ μὲν δὴ, inquit, Γερουσία συνέδριον Λακεδαιμονίοις κυριώτατον τῆς πολιτεί- F ας. Id est, *Gerusia Lacedæmoniis est consessus, penes quem præcipua Reip. auctoritas*, vel *est supremus Reip. consessus*. Apud Hesychium tamen γερωΐα etiam dicitur σύστημα γερόντων. γέροντες autem ipsi *Senatores*. Ratio nominis non obscura, eademque quæ in Latino, ab ætate videlicet senili petita. Ita Æschines *in Timarchum* de Lacedæmoniorum Senibus loquens: Τὴν τῆς ἡλικίας αὐτῶν ἐπωνυμίαν, ἀρχὴν μεγίστην εἶναι νομίζουσιν. Id est, *Summum magistratum denominatione ætatis ipsorum (Senum) cohonestandum existimant*. Ita & Cicero utrunque nomen Latinum & Græcum inter se conferens a reipsa explicat, qui in *de Senectute* ad hunc modum scribit: *Consilium*, inquit, *ratio & sententia nisi esset in Senibus, non summum consilium majores nostri Senatum appellassent*. Apud Lacedæmonios quidem hi, qui amplissimum magistratum gerunt, ut sunt, sic etiam appellantur Senes. Sed quia minus in nomine difficultatis, eo omisso, rem ipsam dispiciamus, quæ satis accurate explicata esse videbitur, declaratis hisce quatuor, videlicet ut consideremus quo auctore Senatus institutus, deinde quid in Senatorum lectione spectatum, tum quo fine fuerit Senatus creatus, denique quanta polluerit is auctoritate.

Ac primo quidem auctorem fuisse instituendi hujus senatus Lycurgum, Reip. ratio quæ ab ipso inchoata scribitur, monstrat. Docuitque idem perspicue Plutarchus, qui hoc tanquam præcipuum & fundamentum reliquorum eum principio aggressum asserit. Ita enim in *Vita ejus* scribit Πλειόνων καινοτομουμένων ὑπὸ τοῦ Λυκούργου, πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ κατάστασις τῶν γερόντων. Id est, *Quum multa innovata sint a Lycurgo, primum ac præcipuum erat Senatorum constitutio*. Verumtamen non temere hinc initium fecit Legislator: sed ut hunc magistratum eo lubentius admitterent cives, Oraculi Rhetram proposuit, qua jubebatur Senatum legere. Verba Oraculi extant item apud Plutarchum in hunc sensum scripta. *Ubi templum extruxeris Jovi Syllanio & Minervæ Syllaniæ populumque distribueris in tribus & obas triginta, Senatum constitues adjunctis Regibus*. Ubi paulo ante idem auctor de Senatorum etiam numero disputat, scribitque Senatores proprie sic dictos, per se fuisse numero duodetriginta: cum Regibus, qui plerunque iis accensebantur, triginta. Sed de hoc numero, cur videlicet tot saltem placuerit initio Senatores esse, variant aliquantum scriptorum sententiæ, ut idem Plutarchus D refert. Aristoteles enim scribit tot numero lectos Senatores quod Lycurgus in constituenda Republica sua habuerit triginta socios. Sed duos ex illis ob ignaviam deficientes destituisse reliquos viginti octo. Atque hanc extitisse totidem creandi Senatores occasionem. Sphærus autem asserit, duodetriginta tantum initio fuisse consilii cum Lycurgo participes, ideoque tot etiam factos Senatores. Utrumvis horum verum sit, manifestum inde est, qui adjutores Lycurgo fuere in Repub. constituenda, eos ipsos & primos factos Senatores. Cæterum quod Plutarchus causam ex numerorum vi aliquam arcessit, puta quod septenarius quater mul- E tiplicatus, & partibus suis paribus plenus, efficax admodum sit, id non multum momenti ad hanc rem attulisse puto, quæcumque tandem causa hujus numeri extiterit. Et quidem de auctore ita habendum.

Secundo videndum quid in Senatorum electione fuerit requisitum. Ac primis quidem Senatoribus, ut diximus, ob præstitam operam in constituenda Repub. id honoris tributum, in reliquis autem postea legendis & voluntas accedere debuit, & legitima ætas, præterque ea vita honeste acta. Voluntas usque adeo aperienda erat, ut necesse esset F hunc honorem palam petere, & postea populo probandi vel repudiandi sui potestatem facere. Nam qui hujus honoris candidatus erat, per concionem transibat, atque ita clamore multitudinis, an placeret vel non, indicabatur. Perinde ut *lib.* 1. quum de suffragiorum ratione egimus ostensum est. Quod institutum Aristoteles *politico* II. fuisse hujus Reipub. declarat, minime tamen id probans. Locum ejus integre adscribere visum est, quia præter hoc

insigne præceptum politicum continet: Ἔτι δὲ, inquit, καὶ τὴν αἵρεσιν ἣν ποιοῦνται τῶν γερόντων κατὰ δὲ τὴν κρίσιν ἐστὶ παιδαριώδης. Καὶ τὸ αὐτὸν αἰτεῖσθαι τὸν ἀξιωθησόμενον τῆς ἀρχῆς, οὐκ ὀρθῶς ἔχει. δεῖ γὰρ καὶ βουλόμενον, καὶ μὴ βουλόμενον ἄρχειν, τὸν ἄξιον τῆς ἀρχῆς. νῦν δὲ (ὅπερ καὶ περὶ τὴν ἄλλην πολιτείαν ὁ νομοθέτης φαίνεται ποιῶν) φιλοτίμους κατασκευάζων τοὺς πολίτας, τούτοις κέχρηται πρὸς τὴν αἵρεσιν τῶν γερόντων. οὐδεὶς γὰρ ἄρχειν αἰτήσαιτο, μὴ φιλότιμος ὤν. καίτοι τῶν γ' ἀδικημάτων ἑκουσίων τὰ πλεῖστα συμβαίνει σχεδὸν διὰ φιλοτιμίαν καὶ διὰ φιλοχρηματίαν τοῖς ἀνθρώποις. Id est, *Præterea delectus quem faciunt Senatorum per judicationem quandam puerilis est. Et ipsum petere qui hoc honore dignus habendus est, non recte habet. Nam & volentem & nolentem modo dignus sit magistratu, ad magistratum admovere oportet. Nunc autem idem quod in reliquis Reipub. partibus videtur legislator facere. Reddens enim cupidos honoris cives, ipsis utitur ad delectum Senatorum. Nullus enim magistratum peteret, qui non honoris cupidus esset. Et tamen maxima pars injustorum factorum, quæ sponte faciunt homines, ferme proficiscitur ex ambitione & avaritia.* Hæc ille. Ætas deinde justa, lege quasi annuaria definita in Senatoribus, fuit annorum sexaginta. Non enim recipiebatur, qui non hunc annum attigerat, vel eo major esset. Plutarchus *Vita Lycurgi*: Τοὺς γέροντας αὐτὸς μὲν (ὡς εἴρηται) κατέστησε τὸ πρῶτον ἐκ μετεχόντων τοῦ βουλεύματος. ὕστερον δὲ, ἀντὶ τοῦ τελευτῶντος ἔταξε καθιστάναι τὸν ἄριστον ἀρετῇ κριθέντα τῶν ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότων. Id est, *Senes ipsi (ut dictum est) primum qui consilii fuerant participes designavit: Deinde in locum demortui suffici jussit eum, virtute qui esset præstantissimus judicatus, sexaginta annis major.* Quæ tamen ætas nobis videri posset fere exoleta, & tantum non ad Reip. negotia inutilis, nisi certum esset Lacedæmoniis animos simul & corpora ad extremum usque vitæ, ex crebris exercitationibus & sobria vivendi ratione, firma & vegeta fuisse.

Cæterum vita honeste acta in Senatoribus præcipue desiderabatur. Nec enim aliis aditus ad hoc honoris fastigium patebat, quam quorum virtus cognita, & populo esset probata. Illustre testimonium in *loco* Plutarchi supra *adscripto*. Docuit etiam hoc Æschines Oratione *in Timarchum* de Senibus hisce loquens: Καθιστᾶσι δ' αὐτοὺς, inquit, ἐκ τῶν ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σωφρόνων. Id est, *Deligunt ipsos* (Senatores) *ex iis, qui a pueritia ad senectutem temperanter seu modeste vixerunt.* Et Scholiastes Græcus Demosthenis scribit, tantum τοὺς καλῶς βιοῦντας *bene viventes* in hunc ordinem cooptari. Sicut Polybius quoque *lib.* VI. de Senibus hisce scribit, quod κατ' ἐκλογὴν ἀριστίνδην κεκριμένοι πάντες ἔμελλον ἀεὶ τῷ δικαίῳ προσνέμειν ἑαυτούς. Id est, *Per delectum ex ratione virtutis judicati omnes semper justitiæ se erant adjuncturi.* Idemque a Platone, Aristotele, & Demosthene traditum. Itaque circa Senatores legendos hæc spectari solita perspicuum est.

Tertio videamus quem in finem amplissimus hic Senatorum ordo fuerit institutus. Ac quidem videtur respexisse Legislator, aut Senes ipsos per se, aut Rempublicam. Quantum ad Senes, tripliciter eorum habita ratio, auctore nobis ad hanc rem Xenophonte. Nam de virtute ipsorum circa finem vitæ judicium fieri jubens, ἐποίησε μηδὲ ἐν τῷ γήρᾳ ἀμελεῖσθαι τὴν καλοκἀγαθίαν. Id est, *effecit ut nec virtutis studium in senecta negligeretur*: sed virtus ad extremum usque exerceretur. Meminit etiam Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum his verbis: Κρίσις δὲ ταῖς γερουσίαις ἐπὶ τῷ τέρματι τοῦ βίου προστίθεται τοῖς τε εὖ ἢ κακῶς ζῶσιν. Id est, *Judicium vero seniorum conventibus in fine vitæ apponitur bene vel male viventibus.* Nam de isto judicio verba hæc intelligenda. Deinde hoc præmium honoris virtuti Senum propositum esse voluit, ut esset ea ratione bonorum senectuti etiam consultum. Nam ut Aristoteles *Politico* II. ait, ἆθλον ἡ ἀρχὴ αὕτη τῆς ἀρετῆς, id est, *hic magistratus præmium virtutis*. Atque hoc modo διέπραξεν ἐντιμότερον εἶναι τὸ γῆρας τῆς τῶν ἀκμαζόντων ῥώμης. Id est, *Effecit honoratior esset senectus, juvenilis ætatis robore.* Postremo voluit hoc quasi certamen Senibus inter ipsos existere, ut haberent ubi animos in virtutis contentione exercerent, quum non essent ad corporis certamina idonei. Quæ certamina corporis ipsius longe utiliora, ut eleganter Xenophon: Ὅσῳ, inquit, κρεῖττον ψυχὴ σώματος, τοσούτῳ καὶ οἱ ἀγῶνες οἱ τῶν ψυχῶν ἢ οἱ τῶν σωμάτων ἀξιοσπουδαστότεροι. Id est, *Quanto præstantior animus corpore, tanto animorum certamina corporum certaminibus pluris æstimanda.* Atque hæc ad Senes ipsos referuntur.

Sed nec minus ipsam Rempub. hujus ordinis creatio respiciebat, quin potius hic verus instituti Senatus finis judicandus. Nam hinc ejus salus & conservatio pendebat. Erat enim Senatus quasi intermedius inter Reges & populum, eos ita utrinque inter se continens, ut sibi Reipub. corpus constaret, nec solveretur. Qua de re eleganter Plato III. *de Legibus* disseruit hisce verbis: Μετὰ τοῦτο ἔτι φύσις τίς ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει, κατιδοῦσα ὑμῶν τὴν ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν, ἔτι μίγνυσι τὴν κατὰ γῆρας σώφρονα δύναμιν τῇ κατὰ γένος αὐθάδει ῥώμῃ. Id est, *Præter hæc natura adhuc humana Divina vi mixta, perspiciens imperium vel regnum vestrum suppuratione tumidum, conjungit adhuc senum moderatam potentiam, cum iis qui insolenter sibi vindicabant potestatem propter genus.* Sed & prudenter Plutarchus observavit hunc ordinem ab una parte oppositum fuisse tyrannidi, ab altera plebis dominationi, ut a neutra Respub. per seditionem concitata opprimeretur. Verba ejus in *Lycurgo* locum Platonis quasi explicantia hæc sunt: Αἰωρουμένη ἡ πολιτεία, καὶ ἀποκλίνουσα νῦν μὲν ὡς τοὺς βασιλεῖς ἐπὶ τυραννίδα, νῦν δὲ ὡς τὸ πλῆθος ἐπὶ δημοκρατίαν, οἷον ἕρμα τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν ἐν μέσῳ θεμένη καὶ ἰσορροπήσασα, τὴν ἀσφαλεστάτην τάξιν ἔσχε καὶ κατάστασιν, ἀεὶ τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων τοῖς μὲν βασιλεῦσι προστιθεμένων, ὅσον ἀντιβῆναι πρὸς δημοκρατίαν· αὖθις δ' ὑπὲρ τοῦ μὴ γενέσθαι τυραννίδα, τὸν δῆμον ἀναρρωννύντων. Quæ verba ita elegantia sunt, ut pari felicitate Latine reddi nequeant, conandum tamen ut aliquo modo interpretata intelligantur. *Quum sublata* (inquit) *quasi in altum penderet Respub. & inclinaret nunc ad Reges ut in tyrannidem evaderet, nunc ad multitudinem, ut plebis dominatio existeret: Senum potestas quasi munimentum in medio interjectum, & æquilibrium utrinque servans, tutissimum* (Reipub.) *statum & constitutionem præstitit, viginti octo Senibus se Regibus jungentibus, quum plebis dominationi necesse erat contravenire: ac vicissim ne tyrannis existeret, populum corroborantibus.* Itaque ex his patet fuisse toti Reipublicæ quasi communes Senes hos, ut nihilo plus Regibus, quam populo eos obnoxios esse voluerint. Qua re & Agesilaum mulctarunt Ephori, quod cuilibet Senum designatorum bovem pro honorario misisset: tanquam communes illos, sibi proprios acquirere conatus esset, illorum captans favorem, & donis eos demulcens, ut est apud Plutarchum in *Vita Agesilai*, & libro περὶ φιλαδελφίας. Talis itaque causa instituti Senatus.

Restat postremo ut de eorum auctoritate agamus, quæ quidem fuit huic Ordini, si uspiam alibi, certe apud Lacedæmonios summa. Nam ante Ephoros institutos Respub. fere tota penes

ipsos, ita ut cum Regibus supremi moderatores & Domini essent, omniaque ex ipsorum sententia administrarentur, ut docet Plurarchus in *Agide & Cleomene*. Quam eorum auctoritatem respiciens Demosthenes eos *κυρίους* & *δεσπότας τῆς πολιτείας*, *auctores & dominos civitatis*, vocat. Nam *adversus Leptinem* de præmiis virtutis apud Lacedæmonios agens ita ait: *Ἐπειδὰν τὶς* (inquit) *εἰς τὴν καλουμένην γερουσίαν ἐγκριθῇ, παρασχὼν ἑαυτὸν οἷον χρὴ, δεσπότης ἐστὶ τῶν πολλῶν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς ἆθλον, τῆς πολιτείας κύριον γενέσθαι μετὰ τῶν ὁμοίων.* Id est, *Simul atque aliquis in Senatum cooptatus est, quod fit quum se quem decet præstiterit, Dominus fit multitudinis. Ibi enim virtutis præmium est, Reipub. Dominum cum æqualibus fieri.* Ac latissime eorum potentiam se initio extendisse auctor locupletissimus Isocrates, ita ut eorum gubernationi & potestati omnia Reipublicæ negotia subjecta fuisse, asseverare non dubitet. Etenim eos cum Areopagitis conferens magna circumspectione & gravissimo consilio creatos asserit. Verba ejus quibus hanc rem disputat, digna memoria sunt. Ait enim, *Τὴν τῶν γερόντων αἵρεσιν τῶν ἐπιστατούντων ἅπασι τοῖς πράγμασι, μετὰ τοσαύτης σπουδῆς ποιεῖσθαι νομοθετήσαντος* (*Λυκούργου*) *μεθ' ὅσησπερ φασὶ καὶ τῶν περὶ τοῦ εἰς Ἄρειον πάγον ἀναβήσεσθαι μελλόντων.* Id est, *Senatorum electionem, qui omnibus negotiis præficiuntur, tanto studio factam, legem super eo ferente* (*Lycurgo*) *quanto apud* (Athenienses) *qui in Areopagum conscendere deberent.* Quin usque adeo potentes Senatores, ut in suffragiis Regibus nihilo essent inferiores. Itaque cum iis Reges conjuncti in Rhetra oraculi. Docuit hoc maximus Philosophus, qui lib. III. *de Legibus* ita scribit: *Τὴν τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα τῇ τῶν βασιλέων δυνάμει.* Id est, *viginti octo Senatorum potestatem, calculis suffragiorum æqualem, in maximis quibusque ipsorum Regum potestati.* Et Polybius *lib.* VI. ait, *Per ipsos & cum ipsis omnia circa civitatem administrari. δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν* inquit. Præterea fuisse quoque liberrimam hanc ipsorum administrationem, & rationi reddendæ minime obnoxiam animadvertimus. Nam Aristoteles auctor est *politico* II. Lacedæmone Senatores *ἀνυπευθύνους*, *immunes*, fuisse. Quod tamen ille, ut alia permulta in Republica hanc gravem reprehensionem mereri judicat. Qua de re cum disputasset, adductis ejus sententiæ causis, deinde addit: *Διόπερ βέλτιον αὐτοὺς μὴ ἀνυπευθύνους εἶναι· νῦν δ' εἰσί.* Id est, *Quare præstaret, minime immunes esse reddendarum rationum. Nunc autem sunt.* Sed hoc tamen ante Ephoros saltem obtinuisse existimo, postea enim ii ab omnibus rationem poscebant. Et merito ita quidem. Nam tametsi non cuivis reddi rationem necesse: tamen magnopere e Repub. est aut eminentiori magistratui, aut collegio Senatorum, singulos de rationibus teneri, nec quenquam qui Rempub. aliqua in parte gubernet, prorsus immunem, ut & Plato sancit, *δικαστὴν ἀνυπεύθυνον οὐδένα δικάζειν*, id est, *Nullum judicem oportere non obnoxium esse reddendi rationem sui judicii.* Quin & hoc multo maxime ad auctoritatem Senatus pertinebat, quod nemo nisi gravis sceleris convictus ab hoc ordine moveretur: sed tota vita ea dignitas maneret in hoc collegium Seniorum semel cooptatum. Itaque Plutarchus hunc honorem dicit, *νικητήριον ἀρετῆς διὰ βίου*, id est, *in certamine virtutis hoc præmium victoriæ per totam vitam manere.* Quod ipsum Aristoteles quoque fatetur, improbans tamen & hoc: *Ἔχει δὲ* (inquit) *καὶ τὰ περὶ τὴν τῶν γερόντων ἀρχὴν οὐ καλῶς αὐτοῖς. Ἐπιεικῶν μὲν γὰρ ὄντων καὶ πεπαιδευμένων ἱκανῶς πρὸς ἀνδραγαθίαν, τάχ' ἂν εἴποι τις συμφέρειν τῇ πόλει· καί τοί γε διὰ βίου κυρίους εἶναι κρίσεων μεγάλων, ἀμφισβητήσιμον. Ἔστι γὰρ ὥσπερ καὶ σώματος καὶ διανοίας γῆρας.* Id est, *Quæ pertinent ad Senatorum magistratum non bene illis constituta sunt. Si enim forent moderati viri, & satis instituti ad excellentem virtutem, fortasse diceret aliquis conducere id civitati. Quamvis eos maximarum rerum judicandarum esse Dominos per totam vitam, an utile sit controversiam habeat. Est enim sua sicut corpori, sic & menti senectus.* Denique causas quasdam Senatus per se audiebat, & vel solus vel cum Regibus suo judicio decernebat. Itaque Aristoteles *loco supra dicto*, vocat eos *κυρίους μεγάλων κρίσεων*. Et in hunc usum curia ipsis erat in foro, quo convenirent, quæ apud Pausaniam dicitur *βουλευτήριον τῆς γερουσίας*, *Curia senatus*. Sed de hac re infra suo loco plura addimus. Duravit autem talis Senatus ordo usque ad Cleomenem, qui eum oppressit & abolevit, institutis quibusdam aliis, quos *Πατρονόμους* appellavit. Pausanias *Corinthiacis* de Cleomene loquens: *Τὸ κράτος τῆς γερουσίας καταλύσας, Πατρονόμους τῷ λόγῳ κατέστησεν ἀντ' αὐτῶν.* Id est, *Auctoritatem Senatus evertens* (Cleomenes) *Patronomos in ejus vicem, quod ad ipsum duntaxat nomen substituit.* Sed hanc Senatus abolitionem, fuga ipsius Cleomenis, & Reipub. interitus, non ita multo post secutus. Nam tametsi Antigonus victor Spartanis Rempub. & patria instituta reliquit: tamen moto semel Senatorum ordine, ægre ad se Respub. vel tantillum temporis rediit, sed statim in tyrannidem conversa est. Qua de re est apud Pausaniam in *Achaicis* & Polybium fine *libri* II. Hic itaque finis veteris Lycurgi Senatus, ubi & nos dicendi de eo finem faciamus.

CAP. IV.

De Ephoris. quinam sic dicti. De Ephoris observata quatuor capita. 1. *A quo, qualesque instituti Ephori. Theopompi Spartanorum Regis apophthegma. Ephori ex quibus legerentur.* 2. *Ephororum qualis numerus. Eorumdem magistratus annuus tantum.* 3. *Finem ob quem Ephori creati alii alium faciunt. Ad Regum potentiam inhibendam.* 4. *Ut essent Regum absentium vicarii. Ephororum quanta potestas fuerit. Sacrorum Palladis administratio illis mandata. Vaticinia somniorum. Cœlum intueri, de Regum imperio Deos quasi consulentes. Festis præesse, ludosque moderari. In politicis Ephororum potestas pene tyrannica. Ephori jus in omnes magistratus habuerunt. Reges Ephoris quomodo parere soliti. Ephori custodes disciplinæ juventutis. In Helotas vires suas exercuere maxime. De controversiis quibusdam civilibus judicabant. Ephoricæ sellæ. Ærarium in potestate habebant. Temporum ratio ab iis pendebat. Annum Lacedæmonii a bruma inchoabant.* Ἐπώνυμος *Ephorus cur dictus. & fueritne is semper præcipuus, an per vices. Ephororum potestatis summa. Adversus Ephororum potentiam remedium. Ephororum status quamdiu manserit.*

EPHORORUM nomen curam Reipub. & inspectionem accuratiorem in hoc magistratu requisitam designat. Nam ut Suidas auctor est, *Ἐφόρους ἐκάλουν διὰ τὸ ἐφορᾷν τὰ τῆς πόλεως πράγματα*, id est, *Ephoros vocarunt, quod Reipublicæ negotia inspicerent.* Unde *ἐφορεύειν, ἐποπτεύειν, ἀπὸ τῶν ἐν Σπάρτῃ ἐφόρων· ἐφορεύειν*, *inspectare, ab Ephoris, vel inspectoribus Spartæ*, inquit Hesychius. Significat enim hoc verbum magistratum Ephororum gerere. *Ἐφορεία* ipsum Ephororum munus. Etsi in genere est quævis *ἐποψία* & *ἐπίσκεψις* Suidæ. Sicut & *ἔφορος, ἐπίσκοπος, ἐπιστάτης, θεατὴς, Θεὸς, ἐφόπτης* generaliter exponitur ab Hesychio. Porro de hoc magistratu, quæ nobis observata sunt, ad

quatuor referemus, ut dicamus a quo Ephori, qualesque instituti: Deinde quot extiterint numero, quantoque tempore muneri præfuerint: Tum in quem finem primum creati: Denique quanta evaserit tandem ipsorum potentia.

Ac initium quidem Ephororum factum a Lycurgo, cui totius Reipub. circa reliqua omnia innovatio debetur, sunt qui existiment, in primisque gravis auctor Herodotus. Nam *libro* I. ubi enumeravit quædam præcipua, quæ Lycurgus in conformanda Repub. sua præstitit, tandem addit; Πρὸς δὲ τούτοισι, τοὺς ἐφόρους καὶ γέροντας ἔστησε Λυκοῦργος, id est, *Ad hæc Ephoros & Senes instituit Lycurgus*. Cujus sententiæ videtur etiam fuisse Xenophon libello *de Repub. Lacedæmoniorum*, ubi quodammodo institutionem eorum Lycurgo & Senatui simul tribuit. Sed aliis tamen magis placet a Regibus primum Ephoros creatos, vel saltem eorum potissimum auctoritate intercedente. Id enim Aristoteles lib. V. *Politicorum* cap. XI. scriptum reliquit. Ac in eandem sententiam disputat Cleomenes apud Plutarchum, & cum Probo in idem consentit etiam Valerius Maximus. Ut omittam doceri etiam posse hoc apophthegmate, quo ratio redditur, cur Ephori Regibus non assurgant, quum tamen ab eis creentur. Est itaque posterior hæc opinio auctorum non aspernandorum, qui & Regem fuisse Theopompum, a quo principes Ephori in Rempub. introducti consentiunt. Super qua re non pigebit historiam referre a Valerio Maximo expositam, libro *dictorum & factorum memorabilium* IV. *Theopompo*, inquit, *Spartanorum Rege moderationis testimonium reddamus. Nam quum primus instituisset, ut Ephori Lacedæmone crearentur, ita futuri Regiæ potestati oppositi, quemadmodum Romæ consulari imperio tribuni plebis sunt objecti: Atque illi uxor dixisset, id egisse illum, ut filiis minorem potestatem relinqueret: Relinquam*, inquit, *sed diuturniorem. Optime quidem. Ea enim demum tuta est potentia, quæ viribus suis modum imponit. Theopompus igitur legitimis regnum vinculis constringendo, quo longius a licentia retraxit, hoc propius ad benevolentiam civium admovit*. Hæc ille. Quæ historia desumpta ex Aristotele, extat etiam apud Plutarchum, libro qui inscribitur, *In principe requiri doctrinam*. Et quidem hic ipse auctor est *in Vita Lycurgi*, post ipsum Lycurgum centum triginta exactis annis demum Ephoros creatos, primumque lectum ad hoc munus quendam Elati nomine dictum Rege Theopompo. Ubi additur etiam historia jam recitata de uxore Theopompi, postea tamen haud dubie a populo creati sunt, etsi non posthabita etiam Regum præiens vel consentiens voluntas. Quod Agidis exemplo satis ostendi potest, quo volente & adnitente Lysander quidam Ephorus factus, ut scribitur apud Plutarchum *Vita Agidis*. Popularis enim prorsus hic magistratus, sicut & ex populo plerunque, ac quidem ex tenuioris fortunæ hominibus aliquando ad hunc magistratum extollebantur. Ita enim Aristoteles *Politico* II. de Ephoris scribens sentit: Γίνονται (inquit) ἐκ δήμου πάντες. ὥστε πολλάκις ἐμπίπτουσιν ἄνθρωποι σφόδρα πένητες εἰς τὸ ἀρχεῖον, οἳ διὰ τὴν ἀπορίαν ὤνιοι ἦσαν. Id est, *E populo omnes creantur* (Ephori.) *Quapropter sæpe incidunt in hanc curiam admodum pauperes, qui propter egestatem venales sunt*. Quod quum ita esset, reprehenditur etiam eo loci hoc ab Aristotele. Et quidem a quo instituti, qualesque Ephori, ex his planum est.

Deinde secundo loco de numero Ephororum videamus. Enimvero fuisse Ephoros semper quinque numero, passim observare licet: sicut & tribuni plebis quinque Romæ creati, Lacedæmoniorum forte imitatione, si vera est sententia Dionysii Halicarnassei & Plutarchi: Nam aliter Asconius ex sententia Ciceronis, Attici, Tuditani, Livii de tribunis Romanorum, ut suo quodam loco disputamus. Hunc numerum in Ephoris agnoscit Aristoteles *politico* II. de Republica Cretensium agens. Nam, inquit, οἱ μὲν Ἔφοροι πέντε τὸν ἀριθμὸν, id est, *Ephori quinque numero sunt*. Et Suidas, Ἔφοροι παρὰ Λακεδαιμονίοις τὸν ἀριθμὸν ε΄. *Ephori apud Lacedæmonios numero quinque*. Quo facit etiam quod apud Plutarchum in *Vita Cleomenis* de Agide narratur: Agesilaum Ephorum sauciatum ab iis quos submiserat Cleomenes, reliquos quatuor interfectos. Nec variatum in numero aliquid invenio. Ut falsus idcirco sit Etymologici Græci Auctor, qui eos novem fuisse autumat. Cæterum duravit hic magistratus tantum in annum. Neque enim consentaneum erat diuturnum hunc esse, ita potentia sua insolescentem, ut etiam in Reges vindicaret sibi potestatem. Docuit hoc Plutarchus *Agesilao*: Τῶν Ἐφόρων ἦν τότε καὶ τῶν γερόντων τὸ μέγιστον ἐν τῇ πολιτείᾳ κράτος, ὧν οἱ μὲν ἐνιαυτὸν ἄρχουσι μόνον, οἱ δὲ γέροντες διὰ βίου ταύτην. Id est, *Ephororum & Senum tunc summa erat in Repub. potentia, quorum hi quidem in annum tantum magistratum gerunt, Senes autem tota vita eo honore fruuntur*. Sed apud Historicos plurima & luculentissima passim hujus rei testimonia. Et quidem adeo finiebatur annuo spatio Ephoria, ut nec videatur exacto anno denuo legitime peti a prioribus potuisse hunc magistratum. Quod hinc colligimus, quia Agesilaus Ephorus quum offendisset omnes, & extimesceret læsos, securitatis suæ causa conatus sit se denuo Ephorum facere, ut narrat de eo Plutarchus *Vita Agidis*: Tanquam invitis aliis per vim magistratum occupaturus. Atque ita de numero Ephororum & Ephoriæ tempore habendum.

Tertio considerandus nobis finis, cur Ephori instituti, quem alii alium fuisse judicant. Nam apud divinum Philosophum invenio eo creatos, ut instar freni potentiam Regum adhuc luxuriantem inhiberent. Verba Platonis lib. III. *De Legibus* ita habent: Ὁ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην τὴν ἀρχὴν ὁρῶν, οἷον ψάλιον ἐνέβαλεν αὐτῇ τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν, ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγαγὼν δυνάμεως. Id est, *Tertius Servator vobis exultare adhuc & ferocire videns vestrum imperium, ei tanquam frenum injecit Ephororum potestatem, adversus hereditariam* (Regum) *potentiam proxime obducens*. Cujus sententiæ fuisse & Plutarchum in *Vita Lycurgi* videmus, ubi hunc Platonis locum fere integrum ad verbum adscribit. Idemque respexit Cicero lib. III. *de Legibus*, quum Ephoros scribit ita Regibus oppositos fuisse, ut consulibus tribuni: ut jam locum Valerii hic non repetam supra a me adductum. At Aristoteli placet, hunc magistratum quasi nervum fuisse Reipublicæ, partes inter se conjungentem, acquiescente videlicet plebe, quod & illa hujus magistratus communicatione particeps esset publici imperii. Nam *libro secundo* de Ephoris disputans ita ait: Συνέχει μὲν τὴν πολιτείαν τὸ ἀρχεῖον τοῦτο· ἡσυχάζει γὰρ ὁ δῆμος, διὰ τὸ μετέχειν μεγίστης ἀρχῆς. Id est, *Continet Rempub. curia hæc: quiescit enim populus quod particeps sit magistratus*. Itaque si hæc Aristotelis opinio vera, populi ratio potissimum habita in hujus magistratus institutione, videlicet ut haberet etiam de suo corpore magistratum, nec exclusus esset a Reipub. muneribus. Sed ab utrisque horum dissentit Cleomenes apud Plutarchum, ita de Ephoris disputans, ut eos dicat constitutos initio, qui essent tanquam Regum absentium vicarii, & justitiam civibus eorum auctoritate administrarent. In hunc enim modum Cleomenes, proscriptis octoginta civibus, ad populum super Epho-

rorum institutione & munere disseruisse scribitur. *Docuit*, inquit Plutarchus de Cleomene loquens, *Regibus a Lycurgo adjunctos fuisse, denique ea ratione procuratam Rempub. magistratu non alio quæsito. Post quia bellum cum Messeniis gerebatur diutinum, districtos expeditionibus Reges delegisse ad judicia reddenda certos amicos, eosque reliquisse civibus vicarios, qui dicti Ephori fuerunt, longo ævo hos primum Regum administros fuisse, deinde sensim summam sibi usurpasse potestatem, atque ita clam peculiarem suum magistratum reddidisse.* Hoc ille disserit initium fuisse Ephororum, sive quod revera res ita habuerit, sive ita accommodate ad suam causam dixerit. Quin idem Cleomenes postea addit, ac confirmans hanc suam sententiam ait: *Qui magistratum hunc princeps illustraverit & amplificaverit, fuisse Asteropum, multis post ætatibus Ephorum.* Ex quibus ejus verbis intelligi datur, ut de prima Ephororum creatione jam nihil dicamus, angustioribus limitibus circumscriptam fuisse antiquitus eorum potestatem, etsi postea in immensum aucta sit.

Qua de re quantaque evaserit tandem omnino Ephororum potestas, donec postmodum sublata sit, jam postremo loco nobis restat dicendum. Nam ille maximus fere extitit in Republ. magistratus, vindicantibus sibi Ephoris, tum sacrorum aliquam administrationem, tum etiam totam aliquatenus civilium negotiorum gubernationem, ut jam ostendemus. Etenim sacris Palladis, quum juvenes armati ad sacrificium annuum ex more patriæ conveniebant, Ephori erant qui sacrificium peragebant. Nam de his sacris scribens Polybius in IV. ait: Τὰς Ἐφόρους συντελεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοῦ περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. Id est, *Perfecisse quæ ad hoc sacrificium pertinebant Ephoros, ibi circa templum* (scilicet Palladis Chalciœcæ) *commorantes.* Vaticinia quædam, ut puta somniorum, etiam ad Ephoros pertinebant. Nam in templo Pasiphaes eo nomine aliquando dormisse solitos, auctor est Cicero I. *de Divinatione*, ita inquiens: *Qui præerant Lacedæmoniis* (Ephori) *non contenti vigilantibus curis, in Pasiphaes fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa incubabant, quia vera quietis oracula ducebant.* Estque illustre exemplum somnii ab Ephoro visi de sublatis sellis Ephoricis apud Plutarchum in *Vita Cleomenis*. Meminit & Tertullianus, libro *de Anima*, Pasiphaes Laconicæ, ubi dicit orbem hoc genus oraculis stipatum fuisse, inter oracula reponens hanc etiam ex somniis divinationem. Quod Plutarchus quoque confirmare videtur, dum scribit auditam ab Ephoro in templo vocem. De templo Pasiphaes plura Plutarchus in *Vita Agidis*. Sed & cœlum intuebantur Ephori, de Regum imperio Deos inde quasi consulentes. Quod qua ratione factum luculenter declarat Plutarchus in *Vita Agidis*, loquens de Lysandro Ephoro & collegis in perniciem Leonidæ cœlum observantibus. *Nono quoque anno* (inquit) *captata Ephori serena nocte & intermestri Luna, consident silentio in cœlum intenti. Quod si aliqua ex parte stella in aliam trajecerit, Reges judicant Deos offendisse: iisque regnum eo usque abrogant, dum fuerit Delphis vel Olympia oraculum allatum, quod damnatos sublevet Reges.* Quin etiam festis quibusvis præerant Ephori, ludosque suo arbitrio moderabantur. Ita enim festum & ludos gymnicos chororum eos curasse, nec passos in publico luctu quicquam eorum, quæ eo pertinebant, mutari, testatur in *Vita Agesilai* Plutarchus. Atque hunc in modum circa hæc sacra versabantur, & fortean plura. Cæterum in politicis multo magis sibi permiserunt, & liberiorem potestatem usurparunt, nemine in Repub. illis se opponente. Unde Plato lib. IV. *de Legibus*, tyrannicam fuisse eorum potentiam ait, ita scribens: Τὸ τῶν Ἐφόρων θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε. Id est, *Ephororum imperium mirum in modum ibi tyrannicum.* Et Aristoteles hanc Rempub. examinans, vocat ipsorum potentiam ἰσοτύραννον, seu *tyrannidi parem*. Quod nec Xenophon neglexit. Qua ex causa Isocrates *Panathenaico* super eis disserens, ita concludere sibi permisit: Ἔξεστι τοῖς Ἐφόροις ἀκρίτως ἀποκτεῖναι τοσούτους, ὅσους ἂν βουληθῶσιν. Id est, *Ephoris licet indicta causa, tot occidere, quot libitum est.* Sed missis iis quæ in opprobrium eorum dicuntur, quæ ipsis Repub. permittente tributa erant, videamus.

Itaque in magistratus omnes Ephoris jus erat ac potestas, ita ut vel officium eis abrogarent, vel in carcerem compingerent, vel in judicium de vita vocarent. Nam hisce tribus modis puniendi Xenophon scribit Ephoros usos adversus quosvis reliquorum magistratuum: Κύριοι (inquit) ἄρχοντας μεταξὺ καὶ καταπαῦσαι, καὶ εἶρξαί γε, καὶ περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι. Id est, *potestatem habent* (Ephori) *magistratus abrogandi, carceribus constringendi, vel in judicium de vita vocandi.* Quorum omnium exempla vel in ipsis Regibus passim apud auctores obvia sunt, quæ non necesse huc adducere. Itaque cedebant etiam iis reliqui magistratus omnes, ipsi autem nemini; idque adeo ut vocantibus aliquos Ephoris non satis haberent adire, nisi etiam cursu ad eos accelerarent. Ita enim Plutarchus *de civili institutione*: *In Spartæ* (inquit) *Ephoris Reges cedebant, & si quis e reliquis civibus publicitus vocabatur, non cessim is neque otiose, sed cursim atque præpropere accedebat per forum, parendi civitati studium præ se ferens, honoreque se in eo affici ratus, quod imperio civitatis parere alacer videretur.* Quamvis moris esset, ut Reges semel atque iterum vocantibus Ephoris obedientiam detrectarent, tertio tandem parerent, ut disserit de iis Cleomenes apud Plutarchum.

Deinde disciplinæ juventutis erant Ephori quoque custodes, itaque necesse habebant Ephebi se eis sistere decimo quoque die, ut de corporis habitu & vitæ ratione ab iis judicium fieret. Quamvis ipsi interim Ephori, si Aristoteli fidem adhibemus, viverent indulgentius & dissolutius, neglecta legitima ista victus ratione. Ita enim Aristoteles *politico* II. Ἔστι δὲ καὶ ἡ δίαιτα τῶν Ἐφόρων οὐχ ὁμολογουμένη τῷ βουλήματι τῆς πόλεως. αὐτὴ μὲν γὰρ ἀνειμένη λίαν ἐστίν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις μᾶλλον ὑπερβάλλει τὸ σκληρόν. Id est, *Est autem vita Ephororum minime congruens civitatis voluntati seu proposito. Ipsa enim remissa valde est: In cæteris superat modum rigore.*

Jam vero & in Helotas præcipue Ephori vires suas exercuere. Nam ut Plutarchus refert ex Aristotele, recens magistratum hunc ingressi, Helotis bellum tantum non internecinum denunciabant. Plutarchus *Lycurgo*: Ἀριστοτέλης δὲ μάλιστα φησὶ, καὶ τοὺς Ἐφόρους, ὅταν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσι, πρῶτον τοῖς Εἵλωσιν καταγγέλλειν πόλεμον, ὅπως εὐαγὲς ᾖ τὸ ἀνελεῖν. Id est, *Aristoteles in primis ait, Ephoros inito magistratu primum Helotis bellum indicere, ne piaculum sit eos interemisse.* Ac hoc quidem bellum certis temporibus per delectos juvenes exequebantur, intervenientes noctu quosvis obvios, ut supra quum Chryptiæ rationem in servorum perniciem inventam explicavimus, a nobis relatum est.

Judicabant etiam Ephori quasdam controversias civiles, ita ut ipsorum saltem muneris esset eas decidere. Qua de re plura suo loco. Itaque habebant in eum usum, ἀρχεῖον, seu ἐφορεῖον, id est, *Curiam*, vel *prætorium in foro*, ut testatur Pausanias. Erantque iis sua δίφρα ἐφορικὰ, seu *sellæ Ephoricæ*, in quibus judicantes consedebant, ut videre est apud Plutarchum *Vita Agi-*

dis, qui locus jam pridem adſcriptus eſt. Nec minus dilucide idem patet ex Æliano lib. II. cap. XV. *Var. Hiſtoriæ*, qui ſellas eas θρόνους vocat, ubi de Clazomeniis hoc refert. *Clazomeniorum*, inquit, *quidam Spartam venientes per petulantiam & faſtum thronos Ephororum, in quibus ſedentes jus dicere, & Reipub. negotia tranſigere conſueverant, fuligine reſperſerunt. Qua re Ephori cognita, non moleſte tulerunt, ſed vocato præcone publico, mandarunt ut publice in civitatem proclamaret hoc mirandum: Liceat Clazomeniis indecore facere*. Quam hiſtoriam paulo aliter deſcribit Plutarchus.

Quin & Ephori ærarium in poteſtate habebant, poſtquam publica pecunia coacervari cœpit, inferente eam perniciem in Rempub. Lyſandro. Nam iis tradebatur pecunia publica, qui & ejus, ſicut reliquorum omnium, rationem exegerunt. Docet Plutarchus in *Lyſandro*, qui a Gylippo traditam Ephoris ſcribit pecuniam Athenis advectam, eos denique apertis ſacculis ſummæ rationes putaſſe.

Præterea temporum quoque ratio ab ipſis Ephoris pendebat. Nam ineuntibus iis magiſtratum annum ſuum inchoabant Lacedæmonii. Id vero fiebat tempore brumæ, quod diſcimus ex Thucydide *lib.* v. Ut quod ſcripſit magnus ille Scaliger, amicus meus, Græcos omnes a bruma annum inchoaſſe, id recte de Lacedæmoniis enunciarit. Quin uſque adeo tempora ad Ephoros relata, ut faſtos ſuos, annorumque ſeriem, eorum nominibus digererent, & a principe Ephoro annum quemque quodammodo denominarent. Qui Ephorus eam ob cauſam ἐπώνυμος dictus eſt: ſicut Athenis Archon Eponymus anno nomen dedit, & Romani per conſules annorum rationem inierunt. Cujus rei meminit Pauſanias *Laconicis*, qui ſcribit Ephoros ex ſe aliquem ἐπώνυμον παρέχεσθαι. Et exempla ſuppetunt creberrima apud hiſtoricos Græcos. Cæterum an ἐπώνυμος, ſeu *qui anno nomen dat*, hic ſemper fuerit princeps Ephorus, an vero per vices alii atque alii huic collegio præfuerint, non ſatis habeo dicere. Videor tamen mihi hoc poſtremum ex verbis Plutarchi colligere poſſe, quibus deſcribit, quæ inter Ageſilaum & Lacratidam τότε προεστῶτα τῶν Ἐφόρων, *tunc præſidem Ephororum*, geſta ſunt, quum inventa eſſet oratio Lyſandri contra Heraclidas ſcripta. Nam quum ſcribit illum tum Ephoris præfuiſſe, indicare videtur alias alios præfuiſſe. Qua de re aliud mihi non obſervatum, ut fere hic mihi non liquere pronunciem.

Denique ut in pauca hæc conferam, præcipua quæque Reipub. Ephororum curæ ſubjecta. Illi concionem populi regebant, bellum ſciſcebant, pacem rogabant, fœdus inibant, exercitum mittebant, commeatum præbebant, præmiis & pœnis dignos afficiebant, καὶ τὰ ἄλλα διοικοῦσι σπουδῆς μάλιστα ἄξια, ait Pauſanias, id eſt, *Omnia administrabant in quibus aliquid momenti ſitum erat*.

Tanta itaque ipſorum quum eſſet potentia, quanta jam a nobis brevibus expoſita, unum tamen inventum remedium contra eos, videlicet mutua eorum inter ſe diſſenſio. Cujus ea vis erat, ut qua parte plures ſe eorum conjunxiſſent, ea prævaleret. Quod hinc animadvertimus, quod Pauſanias Rex ſuffragantibus ipſi tribus ex Ephoris, quum Lyſandro ſucceſſum rerum invideret, exercitum poſt eum adverſus Athenienſes in Piræeo rebellantes eduxit, ut eſt apud Xenophontem lib. II. *Hellenicon*. Itaque haud dubie quantum potuit tribuni interceſſio apud Romanos: tantum valuit Ephororum diſſenſio apud Lacedæmonios.

Cæterorum manſit hic ſtatus Ephororum uſque ad Cleomenem Leonidæ filium Reipub. ſtatum convellentem, qui eos interficiens ſuſtulit. Quod ejus factum ruina Reipub. conſecuta, & non ait

A multo poſt, quæ Rempub. prorſus oppreſſit tyrannis exorta. Itaque ſic expiravit celebris ille Ephoriæ magiſtratus, qui a nobis ad hunc modum deſcriptus ſit.

CAP. V.

De Bidiæis. qui & unde ſic dicti. A quo inſtituti. Munus Beidiæorum præcipuum. Plataniſta certamina quæ fuerint. Beidiæorum aliud munus, jus inter Ephebos dicere. Beidiæi quot fuerint.

B EPHORIS adjungamus Bidiæos, qui fere cum iis conveniunt. Exponitur autem nomen a Grammaticis, quaſi ei inſit gloriæ illuſtris ſignificatio. Inquit enim Suidas, βείδιος, ὁ ἔνδοξος, *celebris*; unde haud dubie Βειδιαῖος. Magiſtratum autem hunc Lacedæmonium fuiſſe teſtatur præter Euſtathium Pauſanias. Inſtitutum vero eum arbitrari poſſumus a Lycurgo, eo quod Pauſanias ſcribit ab eo leges dictas, de Epheborum exercitationibus & pugnis, in quibus Bidiæorum munus præcipue verſabatur. Nam dilucide teſtatum facit nobis Pauſanias, Bidiæorum muneris fuiſſe potiſſimum in regendis Ephebis. Ii enim Plataniſta dicta
C ludicra, & alia Epheborum certamina inſpicientes moderabantur. Nam ſic in *Laconicis* Pauſanias ait: Τοῖς Βειδιαίοις μὲν ἐπὶ τῷ τὰ πλατάνιστα καλούμενα, καὶ ἄλλους τῶν ἐφήβων ἀγῶνας τιθέναι καθέστηκεν. Id eſt, *de Bidiæis conſtitutum erat, ut eis injungeretur cura ludicrorum, quæ Plataniſta dicta, & aliorum certaminum, quibus ſe Ephebi exercebant*. Erant autem Plataniſta certamina, quæ fiebant in campo denſo platanis conſito, qui ob id πλατανιστὰς dictus, Euripo undique circumdatus & pontibus junctus. Pugnabant ita in hoc campo, ut infeſtis manibus & calcibus inſultantes, morſibus etiam corpora fœdantes, & oculos ſibi plerunque
D eruentes certarent. Ac bini quidem ad hunc modum congrediebantur, ſed & totis agminibus impreſſionem faciebant, atque una acies alteram in aquam detrudere omni niſu contendebat. De qua pugna plura libro ſequente. Sed præter hæc videntur & Bidiæi præcipue jus inter Ephebos dixiſſe, ſi quid controverſiæ inter eos incideret. Nam haud dubie eo nomine curiam illam ſuam in foro habebant. Pauſanias enim tum alia, tum καλουμένων Βειδιαίων ἀρχεῖον ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, *Beidiæorum ut vocabantur archivum in foro*, fuiſſe agnoſcit. Fuerunt Bidiæi numero quinque, ſicut & Ephori, quod
E fortean eorum talis fere poteſtas in Ephebos, qualis Ephororum in reliquos, ut idcirco videri etiam poſſit diligentiſſimus auctor utroſque conjunxiſſe. Inquit enim, Τοῖς τε Ἐφόροις καὶ Βειδιαίοις πέντε ἀριθμὸν ἑκατέροις οὖσι, Id eſt, *Cum Ephori & Bidiæi quinque numero utrique eſſent*. Ubi quum hoc circa numerum pariter utriſque tribuiſſet, poſtea officia eorum diſcernit, quæque explicavimus, Bidiæis aſſignat. Nec alia ſuper his obſervare nobis licuit, quam quæ jam ex hujus unius fere auctoris ſcrinio compilavimus.

CAP. VI.

F *Νομοφύλακες, alius Lacedæmoniorum magiſtratus, unde dicti. Eorum officium quale. Νομοφύλακες Græcorum in primis magiſtratus. eorum munus, Legum curam gerere. Eaſdem interpretari. Rerum geſtarum conſignatio. Nomophylacum Curia Spartæ.*

NOMEN Νομοφυλάκων factum eſſe a diligenti legum cuſtodia apparet. Quare eo ipſo muneris quodammodo ratio etiam explicatur.

Fuiſſe autem talem magiſtratum in Rebuſp. veteribus bene inſtitutis, recte ſenſit Columella. Qui libro XII. *de re ruſtica*, cap. III. in fine, ita ſcribit: *In bene moratis civitatibus* (inquit) *ſemper eſt obſervatum, quarum primoribus atque optimatibus, non ſatis viſum eſt bonas leges habere, niſi cuſtodes earum diligentiſſimos cives creaſſent, quos Græci νομοφύλακας appellant*. Horum erat officium, eos qui legibus parerent, laudibus proſequi, nec minus honoribus: Eos autem qui non parerent, pœna multare. Cicero autem Græcorum hunc fuiſſe in primis magiſtratum agnoſcit lib. III. *de Legibus* in hæc verba ſcribens: *Legum cuſtodiam nullam habemus. Itaque hæ Leges ſunt, quas apparitores noſtri volunt: a librariis petimus; publicis literis conſignatam memoriam publicam nullam habemus. Græci hoc diligentius: apud quos νομοφύλακες creantur. Nec hi ſolum literas (nam id quidem etiam apud noſtros majores erat) ſed etiam facta hominum obſervabant, ad legeſque revocabant*. Quum itaque ille bene moratis civitatibus, hic Græcis communiter hunc magiſtratum attribuat, par eſt Lacedæmoniis, qui in utriſque merito cenſentur, nomophylaces etiam ſuos dare. Quod eo magis faciendum, quia & Plato apud Cretenſes eos etiam fuiſſe affirmat, qui Minoem dicit uſum nomophylace Rhadamantho & Talo. Verba ejus, quibus de hac re agit, extant in *Minoe* circa finem. Recte itaque Pauſanias *lib.* III. qui etiam eos inter ἄρχοντας Lacedæmoniorum collocavit. Quamvis non diffiteor nomophylaces Athenienſium ex ſcriptoribus notiores.

Fuit autem nomophylacum munus, ut ex ſuperioribus diſcimus, & ex ipſa re percipimus, potiſſimum ut legum curam gererent, earumque cuſtodiæ ad Reipub. utilitatem præeſſent, nec eas aboleri, mutari aut auferri a quoquam ſinerent. Deinde id operam dabant, ne vis legum exoleſceret, vel memoria obliteraretur: ſed facta quæque civium notantes, & ad legum normam revocantes, magiſtratus adigebant ad eorum crebram obſervationem, & officii ſui executionem, ut eſt apud Harpocrationem & Suidam. ὅτι ὗτοι (inquit) ἐπανάγκαζον τὰς ἀρχὰς τοῖς νόμοις χρῆσθαι. Id eſt, *Quod illi compellerent magiſtratus uti Legibus*. Quin & exiſtimare poſſumus hos ipſos fuiſſe legum quoque interpretes, ſi quid forte ambigue poſitum, minuſve intellectum in diſceptationem veniret. Poſtremo & rerum geſtarum conſignatio ad hos itidem pertinebat, ut extarent monumenta publica, ad quæ recurrere liceret, quum aliqua in re majorum exemplum requireretur. Sed qualecunque tandem horum munus apud Lacedæmonios fuiſſe ſentiamus (neque enim ſatis dilucide hoc traditum reperi) habuerunt certe & ſuam ipſi curiam Spartæ. Nam Pauſanias ut Ephororum, & Bidiæorum ἀρχεῖα in foro Spartæ fuiſſe aſſerit, ita & nomophylacum. Nec aliam obſervavi nomophylacum Lacedæmoniorum mentionem. Quæ apud Ariſtotelem ſunt *lib.* IV. de his & Probulis, ea pertinebant ad complures Reſpublicas, uti ipſe eo loci teſtatur. Quæ apud Platonem libris *de Legibus*, ea ſunt ejus Reipub. quam ipſe inſtituit.

CAP. VII.

Harmoſyni qui & unde dicti. Fœminarum Lacedæmonicarum quanta morum perverſitas.

UNDE factum ſit nomen hujus magiſtratus, qui Αρμοσυνῶν dictus eſt, non obſcurum. Nam ad verbum ἁρμότειν, vel ἁρμόζειν referendum, quod in Gloſſis Græco-Latinis exponitur, *congruere, competere, artare*; quodque alii exponunt *aptare, adaptare, concinnare*. Convenit utraque expoſitio Harmoſynorum muneri, qui moribus ad leges concinnandis & aptandis præfecti erant. Ut ſit idcirco Harmoſynus, ſi Latinum nomen quæras, *morum concinnator* vel *cenſor*. Itaque cenſoris munus videtur hic magiſtratus apud Lacedæmonios geſſiſſe. Etenim in mulierum præcipue vitam & mores horum erat animadvertere: ſicut apud Athenienſes γυναικόκοσμοι in eandem curam incumbebant. Quare Heſychius Lacedæmoniorum ad hunc modum deſcribit: Αρμόσυνοι ἀρχή τις ἐν Λακεδαίμονι, ἐπὶ τῆς εὐκοσμίας τ̃ γυναικῶν. Id eſt, *Harmoſyni magiſtratus Lacedæmone ad mulierum decentem honeſtatem tuendam inſtituti*. Nec fere aliud nobis de hiſce obſervare licuit. Fuiſſe tamen hunc Spartæ magiſtratum non eſt dubium, eumque (ſi divinare nobis in re obſcura docti permittunt) choris, ludis & gymnaſiis etiam muliebribus præfuiſſe, ut omnia decore fierent, exiſtimaverim. Quod magnopere neceſſe, quum virgines nudæ etiam certamina ſua & corporum exercitia habuerint, ut inferius ſuo loco dicemus. Quamvis etiam vita moreſque omnium in univerſum fœminarum, horum etiam curæ ac cenſuræ ſubjecta fuiſſe videntur. Id quod, ſi uſpiam alibi, magnopere Lacedæmone requirebatur, ubi corrupti & depravati admodum mores fuere fœminarum, licentia earum nullis Lycurgi legibus repreſſa. Quam morum perverſitatem in fœminis ſugillans Ariſtoteles lib. II. *Politicorum* cap. IX. ita ait: Ὅλην τὴν πόλιν ὁ νομοθέτης εἶναι βουλόμενος καρτερικήν, κατὰ μὲν τοὺς ἄνδρας φανερός ἐστι τοιοῦτος ὤν, ἐπὶ δὲ τῶν γυναικῶν ἐξημέληκε. Ζῶσι γὰρ ἀκολάστως πρὸς ἅπασαν ἀκολασίαν καὶ τρυφερῶς. Id eſt, *Quum totam civitatem Legiſlator vellet duram & laborum patientem efficere, in viris quidem palam eſt, quod conſecutus ſit. In mulieribus vero negligentior fuit. Vivunt enim diſſolute in quovis intemperantiæ genere, & delicate*. Poſteaque inibi addit, aggreſſum quidem Lycurgum, emendare mores mulierum, verum illis obnitentibus deſtitiſſe. Cui tametſi in eo non conſentit Plutarchus: tamen & Plato lib. I. *de Legibus*, exprobrari poſſe docet Lacedæmoniis τὴν τῶν γυναικῶν ἄνεσιν, *mulierum remiſſionem*. Hæc itaque quum ita eſſent, eo perverſitatis mores abierunt, ut etiam viris dominari fiducia opum ſuarum fretæ mulieres, non veritæ ſint. Nam poſtquam divitiæ honori eſſe cœperunt, eæ, utpote ad quas pleraque tandem patrimonia devolvebantur, ita animos adverſum viros ſumſerunt, ut nec a Repub. abſtinuerint. Quæ item ſunt apud Ariſtotelem, ubi dicuntur eo nomine γυναικοκρατούμενοι, *uxorii*, Lacedæmonii. Qui & tandem addit: καὶ πολλὰ διωκεῖτο ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῶν. Id eſt, *Et omnino multa a fœminis adminiſtrabantur, quum Lacedæmonii rerum potiebantur*. Unde & Gorgo, quum objiciebatur, *ſolas Lacænas viris imperare*, Reſpondit: *& ſolæ viros parimus*. Tanquam non diſſimulans γυναικοκρατείαν, *dominium muliebre*; ſed illud probans & laudi ducens. His itaque moribus, ſi emendator & cenſor Harmoſynus inſtitutus, prorſus id e re communi, & ex utilitate Reipub. fuiſſe apparet.

CAP. VIII.

Empelori quis apud Lacedæm. magiſtratus. Quale munus ipſorum fuerit.

SICUT pauca tradita ſunt de Harmoſynis: ita & quales ii, qui Εμπέλωροι dicti fuerunt, magiſtratus apud Lacedæmonios, nimio quam obſcurum. Videntur tamen, ſicut illi inſpectores

erant

erant morum muliebrium: ita & hi, ne quid in foro indecenter vel inique fieret, advertisse. Etenim circa forum eorum magistratum versatum intelligi potest ex interpretatione Hesychii. Exponitur enim ab eo ἀγορανόμος. Sic enim scribit, ἐμπέλωρος, ἀγορανόμος, Λάκωνες. Ubi indicat omnino hunc Lacedæmoniorum fuisse aliquem magistratum; sicut ἀγορανόμος apud Athenienses, & ædiles apud Romanos. Itaque hujus magistratus munus videtur in eo situm, ne qui in foro versarentur, quibus id per leges non liceret, ut junioribus annis triginta & aliis. Deinde ne quid indecore fieret, dum magistratus juri dicundo vel aliis negotiis publicis vacarent. Postremo rerum venalium in primis videntur inspectionem habuisse, videlicet ne venderentur alia quam fas erat, neve pretia rebus iniqua statuerentur, nec etiam pecunia recepta mutaretur & corrumperetur, ac tandem ut arcerent foro, prohiberentque eos commercii, quibus jus emendi & vendendi publice interdictum. Nam hæc omnia ad officia hujus magistratus apud Lacedæmonios pertinuisse, si vere cum ἀγορανόμοις convenit, existimandum est. Erant itaque hi fere tales, quales in bene constitutis civitatibus, ut Vandalicis, Belgicis & aliis etiamnum hac tempestate creari magistratus solent, qui merces probatas certo pretio æstimant, prout æquum quoque tempore visum. Ac tales magistratus requirit etiam in sua Repub. Plato libro *de Legibus* VI. Ubi quinque eos numero creandos censet. Sed quot tamen fuerint Empelori apud Lacedæmonios non constat, nec item quomodo creari soliti sint. Nec nobis hujus magistratus qui meminerit ullus alius ex veteribus auctor observatus præter Hesychium.

CAP. IX.

Pythii magistratus unde dicti. eorundem munus. Pythius aliquis semper fuit in Senatu. Pythii a quibus creati. quot numero. Oracula ubi petierint Lacedæmonii. Εὐφημία Lacedæm. Jovi Ammoni grata.

QUUM nominis hujus rationem quærimus, & qua ex causa Pythii dicti sint, indagare libet, occurrit facile quo explicari possit. Nam aut a Pythio Apolline, aut a verbo πυνθάνεσθαι id deductum esse dicemus, quod est *sciscitari* & *consulere*: utro modo dicatur, nominis ratio ipsum ostendit magistratus, seu mavis sacerdotii hujus, officium. Nam erat Pythiorum munus, ut ad Deorum oracula consulenda mitterentur, quum Respub. super aliqua re divinum responsum desideraret. Ita enim Herodotus *lib.* VI. de iis scribit: Οἱ δὲ Πύθιοι, εἰσὶ θεοπρόποι εἰς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλέων τὰ δημόσια. Id est, *Pythii sunt Deorum consultores, ad Delphos mitti soliti, qui publice cum Regibus cibum capiunt*. Xenophon vocat etiam eos συσκήνους seu *Regum contubernales*, sicut Cicero lib. I. *de Divinatione*, Pythium *assessorem Regum* vocat, inquiens: *Lacedæmonii Regibus suis Augurem assessorem dederunt*. Nam Auguris nomine Pythius hic intelligendus est. Erat & in Senatu semper Pythius aliquis, ut eodem loco orator testatur. Sic enim addit: *Itemque Senibus* (sic enim consilium publicum appellant) *Augurem interesse voluerunt*. Qui itidem intelligendus Pythius, sicut superior. Herodotus scribit hosce a Regibus ipsis creari solitos. Quod consentaneum, quia vaticinia Regibus commissa. Erant autem Pythii quatuor. Nam Reges scribit, Πυθίους αἱρέεσθαι δύο ἑκάτερον, id est, *utrinque duos eligere Pythios*. Et Xenophon idem scriptum reliquit, inquiens: Ἔδωκε δ' αὖ καὶ συσκήνους δύο ἑκατέρῳ προσελέσθαι, οἳ δὴ καὶ Πύθιοι καλοῦνται. id est, *Legislator utrique Regum permisit duos legere contubernales, qui Pythii vocantur*. Ut idcirco talem aliquam distributionem eorum fuisse conjicere liceat: Affuisse videlicet semper unum aliquem utrique Regi, unum Senatui, quartum fere occupatum circa oracula. Neque enim, quod Herodotus sensisse videtur, Delphos tantum mittebantur Pythii: sed etiam ad Jovem Ammonem, & Dodonæum. Nam hos consuluisse Lacedæmonios eodem loco testis Cicero: *Idemque* (inquit) *de rebus majoribus semper aut Delphis oraculum, aut ab Ammone, aut a Dodona petebant*. Et quidem Jovi Ammoni gratam fuisse Lacedæmoniorum Εὐφημίαν, quam Εὐχὴν seu *precationem* eorum Plato interpretatur, adeo ut hinc felicitas eorum extiterit in bellis, scribit idem *Alcibiade* II. Erat autem ipsorum precatio solemnis talis, qua rogabant Deos, ut honesta bonis addendo cumularent. Qua de re plura ibi Philosophus, & nos aliquid infra dicemus.

CAP. X.

Proxeni magistratus unde dicti. Ipsorum munus. A quibus creati. Officium quale. Proxenorum aliud genus.

PROXENORUM magistratus etiam, sicut reliquorum fere omnium, nomen ab officio manavit. Sunt enim ideo dicti πρόξενοι, quod hospitium curam geretent, qui ξένοι Græci sunt. Quamquam ξένοι Lacedæmoniis hostes essent, ut testatur Herodotus. Quorum imitatione Festus ait, *Hostis veterem significationem apud Latinos fuisse usitatam*. Itaque πρόξενοι tanquam peregrinis & hospitibus præpositi. Hesychius ita eos describit: Πρόξενοι, οἱ προστάται τῆς ξενίας ἐπιμελούμενοι, ἤγουν τοὺς ξένους ὑποδεχόμενοι. Id est, *Proxeni, præsides curam hospitum gerentes, aut hospites excipientes*. Idem fere apud Suidam est. Nam inquit; Προξένους ἐκάλουν τοὺς τεταγμένους εἰς τὸ ὑποδέχεσθαι τοὺς ξένους ἐξ ἄλλων πόλεων ἥκοντας. Id est, *Proxenos vocabant ordinatos ad hospites excipiendos venientes ab aliis urbibus*. Creabantur Proxeni apud Lacedæmonios a Regibus ipsis, legebanturque ad hoc muneris ex civibus quos illi volebant. Nam ita de Regibus scribit Herodotus in VI. Προξείνους ἀποδεικνύναι τούτοισι προσκεῖσθαι τοὺς ἂν ἐθέλωσι τῶν ἀστῶν. Id est, *Iis attributum fuisse ex civibus Proxenos creare quos vellent*. Quod in primis ita fieri conveniebat. Nam quum legatis ad Reges primum accedendum esset, & horum præter aliorum hospitum præcipue cura esset Proxenis commissa, merito Reges sibi eos designabant, quorum opera hac in re uterentur. Erat itaque Proxenorum officium, seu ipsa προξενία, ut quodammodo ex jam dictis intelligi potest, in his sita.

Primum ut hospites publice advenientes exciperent, & de diversoriis prospicerent. Deinde eorum etiam ut curam agerent, dum ibi degerent. Quamvis non dubitem etiam Proxenos Lacedæmoniorum in hoc quoque incubuisse, ut viderent ne quid contagii a peregrinis in Rempub. penetraret, quod mores & disciplinam bene constitutam labefactaret. Id enim mali vix evitari poterit, commeantibus in urbem aliquam frequentibus peregrinis, nisi quibusdam magistratibus peculiariter hæc cura demandetur.

Cæterum fuere præter hujusmodi Proxenos, quales hi erant Lacedæmoniorum, alii item Proxeni dicti; sed an etiam Lacedæmone non satis habeo ut affirmare ausim. Ii tales fere erant. In magnis civitatibus quidam aliis civitatibus publice quasi hospites & procuratores erant, omnium eorum curam gerentes, qui inde venerant, ut honorifice reciperentur: providentes etiam quo pacto ad popu-

lum introducerentur, & ſedes in Theatris conſequerentur. Ita enim fere Pollux, cujus hæc verba: Ὁ μὲν Πρόξενος, ὅταν πόλεως δημοσίᾳ προξενῇ τὶς, ἐν ἄλλῃ πόλει ὢν, ὡς ὑποδοχῆς τῶν ἐκεῖθεν φροντίζειν, καὶ προσόδου τῆς πρὸς τὸν δῆμον, καὶ ἕδρας ἐν τῷ θεάτρῳ. Id eſt, *Proxenus quidem eſt, cum nomine urbis publice aliquis hoſpitio excipit, in alia urbe morans, ut curet receptionem eorum qui ibi ſunt, & admiſſionem ad populum, & ſedem in theatro.*

Talis fuit Polydamas Lacedæmoniis in Theſſalia, ut eſt apud Xenophontem *lib.* VI. Sed tales Proxeni, ut dixi, an aliqui fuerint apud Lacedæmonios non conſtat, etſi fuiſſe veriſimilius eſt. Nam reperio fuiſſe privatim multos, quibus cum Lacedæmoniis jus hoſpitii erat, ſicut Pericli cum Archidamo & aliis. Qua de re non hic dicendi locus.

CAP. XI.

Prodicus unde dictus. quis fuerit apud Lacedæmonios. Prodici, ſive Tutoriæ dignitatis, quanta authoritas. Prodici quale munus. Prodicus unde eligeretur. Lycurgus ſe nato ex fratre poſthumo ſponte abdicavit.

PRODICUS exponitur ab Heſychio συνήγορος, id eſt, *Patronus*. Sonat autem quaſi jus alterius nomine defendens, vel alterius jus uſurpans, eaque ſignificatione vulgo accipitur. Sed Lacedæmonii aliter nomine hoc uti. Nam quum ἐπίτροπος in genere tutor vocetur: apud Lacedæmonios tamen πρόδικος tutor Regi datus dicebatur. Unde Heſychius προδικεῖν etiam exponit ἐπιτροπεύειν. Plutarchus itaque in *Lycurgo* Prodigos Lacedæmoniorum recte deſcribit, inquiens: Τοὺς τῶν ὀρφανῶν βασιλέων ἐπιτρόπους Λακεδαιμόνιοι Προδίκους ὠνόμαζον. Id eſt, *Regum pupillorum tutores Lacedæmonii Prodicos appellabant.* Talis fuit Lycurgus Charilao fratris filio, ut eſt apud Plutarchum in *Lycurgo*. Idemque munus geſſit Pauſanias impubere adhuc Leonida, ut eſt apud Thucydidem in I. Nec non Ariſtodemus item Ageſipolidis pueri tutelæ ita præpoſitus fuit, ut eſt apud Xenophontem lib. IV. *Hellenicon*. Magnam autem fuiſſe hanc tutoriam dignitatem, vel ſolius Pauſaniæ exemplo patet. Qui quod tutorem Regis ageret, etſi leges multis modis tranſgreſſus, inſuperque proditionis ſuſpectus eſſet, pœnas tamen in hoc officio conſtitutus evaſit, nemine audente vel accuſare vel damnare, ut eſt apud Thucydidem. Munus autem ejus magiſtratus in his præcipue verſabatur, ut res pupilli Regis tueretur, & ipſius educationi conſuleret. In primis autem munus Regium Prodicus pupilli ſui nomine adminiſtrabat, ita ut, tum alia, tum etiam bella gereret, quæ pupillo ſi adultæ ætatis foret, injuncta fuiſſent. Ita Pauſanias tutorio nomine bellum Medîcum adverſus Mardonium confecit, potitus memorabili illa victoria ad Platæas, unde ſalus extitit totius Græciæ. Ut nihil dicam de Ariſtodemo, qui adverſus Thebanos eorumque ſocios itidem tutorio nomine rem geſſit. Legebantur autem ad hoc munus Prodici, proximi agnati Regum pupillorum, quibus regnum debebatur morte pupilli, ut quorum eſſet emolumenti ſpes, iiſdem & onus incumberet. Quod exemplis ſuperioribus apparet, in quo hoc vel maxime eſt admirandum, quod quum Prodicus omnia in poteſtate haberet, nullus fere tamen eo munere fungens inventus, qui pupillo ſuo inſidias ſtruxerit, vel jus ſuum ei intervertere conatus ſit. Quod adeo verum, ut Lycurgus, quum jam octo menſes Rex fuiſſet, ſponte ſe abdicarit, nato ex fratre filio poſthumo, cujus regnum erat. Nec paſſus eſt a matre nuptias & regnum offerente, & filio necem parante, nefario ſcelere ſibi id tradi: ſed pupillo ſuperſtiti regnum inſigni juſtitiæ exemplo conſervavit.

CAP. XII.

Pædonomi magiſtratus publici. Unde ii legebantur. Quot eſſent. Βουάγωρ *apud Lacedæm. quis dictus. Pueri ad Pædonomum quoto anno ducerentur. Iidem una educati, non privatim a parentibus ſinguli. Ipſorum inſtitutio rigida & ſevera.*

PÆDONOMI, ſeu pueris inſtituendis & regendis præfecti, etiam publicum officium gerebant. Neque enim Lacedæmonii, ut reliqui Græci mercenarios, vel emtitios ſervos, ad pueros ſuos inſtituendos adhibebant; ſed publici quidam erant horum magiſtri. Itaque Heſychius ait; Παιδονόμος, ἀρχή τις παρὰ Λάκωσι. *Pædonomus, magiſtratus quidam apud Lacones.* Legebantur hi magiſtratus ex optimis quibuſque viris, & quorum eſſent ſpectati mores. Quod Plutarchus *Lycurgo* docuit: Παιδονόμος (inquit) ἐκ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐτάττετο. Id eſt, *Pædonomus ex honeſtis & bonis viris creabatur.* Quin Xenophon ſcribit, Pædonomos fuiſſe ex iis quorum erat maximos magiſtratus gerere. Ita enim ait: Λυκοῦργος ἀντὶ μὲν τοῦ ἰδίᾳ ἑκάστοις παιδαγωγοὺς δούλους ἐφιστάναι, ἄνδρα ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἐξ ὧνπερ αἱ μέγισται ἀρχαὶ καθίστανται, ὃς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. Id eſt, *Lycurgus pro eo, quod alii ſeorſum ſingulis pædagogos ſervos præficiunt, virum eis præeſſe voluit ex eorum numero, unde magiſtratus maximi petuntur, qui vocatur pædonomus.* Conſtat autem magiſtratum maximum ex virtute conferri: itaque eadem ratio pædonomos creandi. Ac talis quidem pædonomus unus ſummus fuit, cui tamen ſuberant ex ipſis pueris provectioribus lecti alii, tanquam inferiores pædonomi, qui tot erant, quot puerorum ἀγέλαι ſeu *claſſes*. Nam cuique claſſi unus præficiebatur, qui viſus callidior & animoſior reliquis. Plutarchus *loco* ſupra *indicato*: Ἄρχοντα αὐτοῖς παρίστατο τῆς ἀγέλης, τὸν τῷ φρονεῖν διαφέροντα καὶ θυμοειδέστατον ἐν τῷ μάχεσθαι. Id eſt, *Horum* (puerorum) *cohorti cuilibet præfectum dedit eum, ingenio qui præcelleret, & in pugnis animoſiſſimus erat.* Xenophon ſcribit, τῆς ἴλης ἑκάστης τὸν τορώτατον τῶν ἀῤῥένων (forte εἰρένων) ἄρχειν, id eſt, *cujuslibet alæ acerrimum quemque eirenum imperare.* Invenio autem apud Heſychium hunc puerum dictum βουάγορα. Ita enim in *Lexico ſuo* ſcribit: Βουάγωρ, ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς, Λάκωνες. Id eſt, *Buagor, gregis dux, gregis primarius puer, Lacones.* Itaque hinc fiebat, ut pueri nunquam ſine præceptore & monitore eſſent. Et quidem ut eo magis hac in parte conſultum eſſet, cuilibet virorum poteſtas erat eos reprehendendi, & monendi, tanquam communes eſſent omnium patres, & liberi communes. Quod uterque ſcriptor jam nominatus etiam teſtatur. Cæterum ad pædonomum ſeptennes pueri ducebantur, ac ſtatim in claſſes diſtributi cum aliis, una cibum capiebant, & colludentes exercebantur. Nam ita legitima pueros educandi ratio exigebat, ut una degerent, nec parentes poterant privatim apud ſe eos alere vel inſtituere. Plutarchus *Lycurgo*: Οὐδὲ ἐξῆν ἑκάστῳ τρέφειν, οὐδὲ παιδεύειν ὡς ἐβούλετο τὸν υἱὸν, ἀλλὰ πάντας εὐθὺς ἑπταετεῖς γενομένους παραλαμβάνων αὐτὸς (ὁ παιδονόμος) εἰς ἀγέλας κατελόχιζε, καὶ συννόμους ποιῶν καὶ συντρόφους, μετ᾽ ἀλλήλων εἴθιζε συμπαίζειν καὶ συσχολάζειν. Id eſt, *Non poterat quiſquam pro arbitrio ſuo alere vel inſtituere filium: ſed omnes ut ſeptimum annum exceſſerunt centuriavit ipſe (pædonomus) in claſſes, parique libertate, unoque contubernio colludere inter ſe, & ſtudiis vacare docuit.* Ac fuit hæc inſtitutio admodum rigida & ſevera, cumque dura caſtigatione conjuncta. Nam Xenophon addit de pædonomo ita inquiens: Τοῦτον κύριον ἐποίησε καὶ ἀθροίζειν τοὺς παῖδας,

καὶ ἐπισκοποῦντα εἴτις ῥᾳδιουργοίη, ἰσχυρῶς κολάζειν. ἔδωκεν αὐτῷ καὶ τῶν ἡβώντων μαστιγοφόρους, ὅπως τιμωροῖεν ὅτε δέοι. Id est, *Penes hunc* (pædonomum) *esse voluit & convocare pueros, & si quem inspexisset negligentius vivere, in eum graviter animadvertere. Eidemque ex Ephebis quosdam qui flagella gestarent adjunxit, ut quum res posceret pœnas iis irrogarent.* Talis itaque pædonomorum magistratus.

CAP XIII.

Harmostæ qui & unde dicti. Eorum duo genera. Harmostes urbanus qui fuerit & cur electus. Harmostæ externi qui. Harmostæ dati a Lacedæmon. sociis civitatibus. Harmostarum annuus magistratus. Harmostæ habuerunt exercitum. Κυθηροδίκης quis dictus.

HARMOSTÆ nomen ab eadem origine est, unde Harmosyni, videlicet a verbo ἁρμόττειν vel ἁρμόζειν, ut supra diximus; etsi officii ratio longe diversa. In Glossis exponitur ἁρμοστὴς, *aptator*: possumus & *moderatorem* dicere. Rationem nominis reddit Ulpianus, Scholiastes Demosthenis *in orationem contra Leptinem*. Ita enim de iis scribens inquit: Ἐκάλουν δὲ αὐτοὺς οὕτω, διὰ τὸ ἁρμόζειν τὰ ἤθη τῶν πολιτῶν τοῖς τῶν Λακεδαιμονίων. Id est, *Harmostas vocabant, quod civium, quibus præerant, mores ad Lacedæmoniorum conformarent*. Quod de Provincialibus Harmostis tamen intelligendum. Nam invenio Harmostarum duo genera, unum urbanum, alterum externum. Urbanum Harmosten confert Halicarnasseus cum Dictatore Romano: *qui tum* (ut ait) *creabatur, quoties Leges aut non satis tuebantur justitiam: aut qui magistratus & curationes Reipub. gerebant, ii opem ferre legibus non poterant: aut quum tempus multa innovans, amplecti cogeret instituta non tam optima, quam ad præsentem rerum statum accommodatissima, non solum improvisis casuum adversitatibus, verum etiam in immodicis prosperitatibus, quæ bonam Reip. constitutionem corrumperent, celeremque ex unius arbitrio correctionem postularent. Tum enim necesse erat Regias & tyrannicas potestates in medium proferre, convelatas honestioribus vocabulis. Tales Thessali ἀρχὰς, Lacedæmonii ἁρμοστὰς vocabant. Verebantur enim Reges & tyrannos nominare.* Ad hunc modum ille. Itaque hic auctor est, hujusmodi Harmostas etiam apud Lacedæmonios fuisse. Ac talis videtur factus Agesilaus, quum perplexa Respub. & consilii anceps ei legum potestatem faceret, ac ut de pœna Tresantum, quæ cum magno periculo publicæ salutis conjuncta erat, ille solus suo arbitrio decerneret, jussit. Atque hanc potestatem affectavit Agis, quum Rempub. ad leges Lycurgi restituere conaretur. Nam quum novas tabulas & alia introducere vellet, eam tyrannidis mercedem appetere ipsum criminabantur. Utrumque horum apud Plutarchum. At Harmostæ externi erant, qui ad provincias regendas mittebantur, aut victis civitatibus cum imperio præficiebantur. Harpocration: Ἁρμοσταὶ οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις ἄρχοντες ἐκπεμπόμενοι. Id est, *Harmostæ sunt qui ad subjectas civitates a Lacedæmoniis mittebantur magistratus*. Eodemque fere modo Suidas. Hesychio dicuntur etiam ἁρμοστῆρες. Regebant autem Lacedæmonii, ut docet Plutarchus in *Lysandro*, & alii multi, ita provincias & civitates, ut eas quidem liberas relinquerent; sed ad politiæ formam tamen adducerent Aristocraticam, instituta decarchia, cui ex suis Harmostem tanquam Ducem præposuerunt. Perinde fere ut Romani in municipiis passim Decuriones crearunt, & provinciis suis proconsules aut proprætores dabant. Sed enimvero & sociæ civitates quandoque Duces a Lacedæmoniis sponte petebant, quos etiam Harmostas seu σωφρονιστὰς vocarunt. Tanta de ipsorum virtute apud omnes excitata opinio. Qua de re præclare Plutarchus in *Vita Lycurgi* circa finem, ubi in hæc fere verba scribit: *Lacedæmonii non obedientiam, sed desiderium infundebant aliis ipsos sequendi & obtemperandi. Nempe postulabant per legatos ab ipsis non classem, non pecuniam, non copias: sed unum Spartiatam ducem. Quem nacti utebantur eo cum honore & metu. Ita Gylippo Siculi usi, Brasida Chalcidenses, Lysandro, Callicratida, Agesilao, omnes qui Asiam incolebant, appellantes illos Harmostas & Sophronistas.* (id est, Rectores & moderatores populorum & magistratuum) *Cæterum semper civitatem Lacedæmoniorum ceu magistram vel præceptricem honestæ vitæ & compositæ Reipub. respiciebant.* Hæc ille. Sed quum priores Harmostæ incerti temporis essent, posteriorum qui provinciales fuerunt, videtur fuisse magistratus in annuum spacium lege constitutus. Id quod docere voluisse existimo Xenophontem *lib.* III. quum scribit, Dercyllidæ, exacto anno, in sequentem prorogatum fuisse imperium. Ac Harmostas habuisse exercitum, præsertim si provinciæ civitatesque in propinquo hostes haberent, Thimbronis, ac dicti Dercyllidæ exemplis, ut alia fere infinita omittam, manifestum est. Porro est peculiariter de Harmostis notandum, quod qui mitteretur ad insulam Lacedæmoniorum Cythera, diceretur proprio suo nomine Κυθηροδίκης. Ita enim Hesychius: Κυθηροδίκης, ἀρχή τις τὰ ξενικὰ διοικοῦσα. Id est, *Cytherodices, magistratus quidam peregrina administrans*. Nam ad jus dicendum, iis qui hanc insulam inhabitabant, magistratus hic quotannis mittebatur. Ea itaque ξενικὰ illa Hesychii.

CAP. XIV.

De officiis quibusdam militaribus, quatenus res urbanas administrarunt. Magistratuum aliorum quorundam domi militiæque nomina. Polemarchi qui. Polemarchorum munus domi. Syssitiis abesse quibus de causis licuerit, Polemarchorum munia publica. Hippagretæ qui & unde sint dicti. quot essent numero. Quibus præfecti. Trecenti viri ab Hippagretis lecti primus honoris gradus Lacedæmone. Pædareti scitum dictum. Ἀγαθοεργοὶ qui dicti sint.

PRÆTER magistratus jam explicatos, erant quidem alii militares dicti, quorum tamen aliqui, non solum belli muneribus vacabant: sed domi creati, inibi etiam officii sui aliquam partem exercebant. Hi erant Hippagretæ, & Polemarchi, de quibus paucis restat nobis dicendum. Et primum quidem de Polemarchis, qui & digniores.

Fuerunt enim Polemarchi Regum per omnia quasi administri & vicarii. Sed eorum, quæ domi egerunt, præcipuum hoc fuisse observavi, ut tum moribus urbanis, tum etiam Syssitiis præessent, atque mitterent absentibus portionem quæ debebatur, si legitima ex causa non præsto essent. Quod tum licebat, si quis venatui operam dedisset, aut sacrificasset. Qui alias temere Syssitiis absfuisset, multabatur. Quæ discimus ex Plutarcho in *Lycurgo*, ubi de Agide hæc refert: *Quum reversus Rex Agis bello, quo Athenienses devicerat, apud uxorem vellet cœnare, portionem postulanti non miserunt Polemarchi; cui, qud postridie solemnia sacra offensus non fecisset, Ephori multam dixere.* Sed & alia multa iis commissa, quæ ad bellum pertinebant, ut arma publica, exercitia bellica, & alia: De quibus tamen nihil fere ab auctoribus traditum. Cæterum Hippagretæ, qui ἱππεῖς etiam dicti, sicut apud Cretenses, quum habeant quidem nomen ab equis colligendis, equis tamen apud Lacedæmonios carebant, ut testatur Strabo. Qua-

re & Hesychius eos a præfectura gravis armaturæ militum definit. Scribit enim sic: Ἱππαγρέται ἀρχὴ ἐπὶ τῶν ἐπιλέκτων ὁπλιτῶν. Id est, *Hippagretæ magistratus delectis armatis præfectus*. Erant autem Hippagretæ numero tres, qui legebantur ab Ephoris ex iis qui virilem & adultam ætatem attigerant. Xenophon; Αἱροῦνται οἱ ἔφοροι ἐκ τῶν ἀκμαζόντων τρεῖς ἄνδρας. οὗτοι δὲ Ἱππαγρέται καλοῦνται. Id est, *Eligunt Ephori tres viros ex illis qui sunt vegeto corpore: hi vero Hippagretæ vocantur*. Præfecti hi fuere trecentis illis, qui in civitate optimi habebantur, quos & hi quidem legebant, alium alii præferentes, addita censuræ suæ ratione. Unde illi λογάδες dicti Herodoto. Quare & Xenophon de iis loquens superioribus hæc adjungit: Τούτων ἕκαστος ἄνδρας ἑκατὸν καταλέγει, διασαφηνίζων ὅτου ἕνεκα τοὺς μὲν προτιμᾷ, τοὺς δὲ ἀποδοκιμάζει. Id est, *Horum*, Hippagretarum) *quilibet centum viros legit, edisserens qua de causa, alios quidem in hoc honore præfert, alios repudiat*. Unde virtutis, ut idem ait, magna æmulatio extitit, quod quilibet in hoc numero censeri cuperet. Nam hic primus honoris gradus in civitate erat, ut scribit in *Apophthegmatis* Plutarchus. De quibus intelligendum illud Pædareti scitum. Nam quum non allectus esset inter trecentos, hilaris ac renidens discessit. Revocatus autem ab Ephoris, quum rogaretur, qua de causa risisset, Respondit: *Congratulor*, inquiens, *civitati, quod habeat trecentos cives me meliores & præstantiores*. Atque hi fortean etiam domi Regi operam dabant, eumque observabant. Nam in bello hos fuisse qui Regem semper stiparunt, infra dicemus. Et qui cum Leonida profecti trecenti ad angustias Thermopylarum contra Persas obstruendas, mihi persuadeo etiam fuisse hujus ordinis. Ab his deductus etiam Sparta honoris causa Themistocles, ut scribit Herodotus *libro* VIII. Sed & quod Herodotus & Hesychius meminere quorundam, qui dicti ἀγαθοεργοὶ quasi *benefactores*, vel re bene gesta emeriti, eos existimo huc etiam pertinere. Quos describit Hesychius, ut jam Herodotum prætermittamus, in hunc modum inquiens: Ἀγαθοεργοὶ οἱ ἐκ τῶν ἱππέων ἐξιόντες πέντε ἑκάστου ἔτους. Id est, *Agathoergi dicti qui ex equitum ordine egressi sunt, quotannis quini*. Nam hunc ordinem, equitum nomine ab eo intelligi existimo, etsi equis carebant, ut supra ex Strabone retulimus. Sed de his aliquid infra. Atque hæc nobis de Magistratibus jam sint dicta.

NICOLAI CRAGII

RIPENSIS

DE

REPUBLICA LACEDÆMONIORUM

LIBER TERTIUS.

CAP. I.

De Legibus seu institutis in genere. Lacedæmonii Leges suas scribi noluerunt. Sine legibus Magistratus nomen inane. Lacedæmoniorum leges in duodecim tabulas distribuuntur. In legibus Lacedæmoniorum quatuor consideranda in genere. Quis auctor. Lycurgus quis fuerit. De Lycurgo Oraculum. Ejusdem νομοθεσία *quando sit facta. Leges Lacedæmoniorum non solus Lycurgus condidit, sed alii alias adjecere. Reges etiam Lacedæmoniis leges sanxere. Item Ephori. Item Harmostæ. Legum Spartanarum quatuor auctores. Unde petitæ Leges Lacedæmoniorum a Lycurgo. 1. A Cretensibus. 2. Ab Ægyptiis. 3. Ab Jonibus. Homerus Lycurgi beneficio conservatus. 4. Ab Afris, Hispanis & Indiis. 5. Ab Oraculo Delphico. Lycurgus Deus habitus. Lycurgidæ, sive Lycurgi dies. Leges Lacedæmoniorum quales. 1. Ab omnibus Rerumpub. legibus diversæ. 2. Non certis tabulis sed animis insculptæ. Legum Lacedæmonicarum varia nomina. Rhetræ cur dictæ sint. Cur Leges Lacedæmoniorum non scriptæ sint. Terpander carminibus leges Lacedæm. complexus. 3. Paucæ fuerunt. 4. Tum alias virtutes, tum maxime fortitudinem & voluptatum contemtum respexerunt. Rhetræ de jure publico tantum latæ. 5. Legum Lacedæmoniorum auctoritas. 1. Quod Oraculo commendatæ. 2. Quod immotæ. Qua ratione Licurgus leges suas immotas statuerit. Lycurgus sibi mortem conscivit. 3. Quod æqua omnibus parendi necessitate imposita, Respub. fuerit diuturna. Civitatis beatæ terminus. Sparta quam diu mansit. 4. Ab omnibus laudatæ, a paucis usurpatæ.*



TERTIUS hic Liber dabitur Legibus Lacedæmoniorum, de quibus eo difficilioris operæ nobis videtur scribere, quod ipsis scribi eas noluerint. Faciundum tamen, quandoquidem magistratus declaravimus, ut eis etiam leges suas tribuamus, quibus Rempub. gubernarint. Nam sine legibus magistratus munus nomen inane erit, nec quæ officii ratio satis intelligi poterit. Sed quum nullum extiterit hucusque corpus istarum legum, nec quisquam eas in tabulas digesserit, & tamen multis multæ earum laudatæ, visum nobis quas sparsim inventas, & hinc inde collectas habuimus, in hunc quasi pandecten conferre, ex auctoritate veterum scriptorum addita earundem brevi explicatione. Quod ut ordine fiat, distribuamus eas in duodecim quasi tabulas, ita ut quælibet Leges inter se quodammodo consentaneas, & eodem pertinentes comprehendat. Sed tabulas singulatim postea promulgabimus, dicturi prius hoc capi-

te de iis, quæ nobis ad universas facere videbuntur.

Existimamus autem quatuor esse, quæ potissimum de iis consideranda sunt, videlicet, a quo datæ & latæ sint istæ leges, ex quibus fontibus petitæ, quales eæ fuerint, & quanta denique earum auctoritas. De quibus ordine videbimus.

Ac primo quidem auctorem harum legum, Lycurgum fuisse Lacedæmonium, Regiæ stirpis virum, Euonomi videlicet Regis filium, nullus non veterum scriptorum, tam sacrorum, quam profanorum, qui hujus meminerunt, agnoscit. Nam & reliqua Reipub. constitutio ei tribuitur: & *νομοθεσία* seu *legum ipsarum latio* in primis illius fuisse perhibetur. Ante eum vero Regum arbitria pro legibus erant. Itaque sæpe motus, sæpe seditiones excitatæ, ut pessime sit administrata Respub. quemadmodum testatur Herodotus. Ac quidem quum in tali statu fluctuarent Lacedæmonii, ex peregrinatione accersitus est Lycurgus, ut Rempub. capesseret, Regibus ipsis minime adversantibus. Acquisierat enim jam permagnam sapientiæ gloriam, ita ut etiam oraculi Delphici testimonio, Deo gratus, Deusque hoc nomine sit declaratus. Cujus oraculi meminere Plutarchus & alii, extatque apud Herodotum *lib.* I. his versibus scriptum:

Ηκεις ὦ Λυκόεργε ἐμὸν ποτὶ πίονα νηὸν
Ζηνὶ φίλος, καὶ πᾶσιν Ολύμπια δώματ' ἔχουσι.
Δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι, ἦε καὶ ἄνδρα,
Αλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον θεὸν ἔλπομαι, ὦ Λυκόεργε.

Quæ ita reddidit Interpres,

Ad mea vidisti præpinguia templa Lycurge,
Grate Jovi & cunctis, qui tecta tuentur Olympi.
Ambigo, vaticiner sis utrum, vir ne, Deus ne:
Sed multo magis esse Deum te credo, Lycurge.

Hoc ornatus elogio, & quasi Lacedæmoniis commendatus domum rediit, & ad Rempub. accessit. Ac primum de consilio constituendi Rempub. privatim cum amicis communicat. Deinde adjunctis sibi civitatis primoribus triginta, forum armatis septum occupat, ratus ad gravem & diuturnum morbum, violento opus remedio. Quumque jam Respub. ei potestatem permisisset, *νομοθεσίαν* suam felici auspicio inchoat. instituto primum Senatu, post redactos in ordinem Reges, deinde reliquis magistratibus. Quæ omnia sunt apud Herodotum, & Plutarchum in *Vita Lycurgi*: & præter eos meminere Plato, Aristoteles, Xenophon, Isocrates & plurimi alii, ut ex multis eorum locis patet, quos partim infra adjecimus, partim superius adscripsimus. Facta est autem hæc Lycurgi *νομοθεσία* annis centum quinquaginta ante Olympiadum initium. Ita enim scribit Clem. Alex. lib. I. *Strom.* Λυκοῦργος δὲ μετὰ πολλὰ τῆς Ιλίου ἁλώσεως γεγονὼς ἔτη, πρὸ τῶν ὀλυμπιάδων ἔτεσιν ἑκατὸν πεντήκοντα νομοθετεῖ Λακεδαιμονίοις. Id est, *Lycurgus natus annis multis post Ilii excidium, ante olympiadum initium annis centum quinquaginta Lacedæmoniis leges tulit.* Quod ille postea *eodem libro* aliquatenus explicans, scribit ex Dieuchida, viguisse Lycurgum circa centesimum nonagesimum annum ab Ilii excidio. Hoc itaque initium legum Spartanarum.

Cæterum non solus Lycurgus omnes, quibus Respub. usa est, leges tulit: sed accessere multæ aliæ. Nam post eum, ut quique ad Rempub. emendandam adierunt, veteribus Rhetris seu legibus suas addiderunt. De Regibus minime hoc dubium. Nam Polydorus & Theopompus, ut scribit Plutarchus *Lycurgo*, hanc sanxerunt legem: *Quæ prave populus rogassit, ea Senatui Regibusque retractandi jus esto.* Locus Græce superius a nobis adscriptus est. Ita Agis, ita Cleomenes novas Rhetras seu leges suas ad populum ferre conati sunt, ut est apud Plutarchum in *eorum Vita*. Sed & Ephori aliquando etiam Rhetras aliquas populo sciscente promulgarunt. Nam Epitadeus-Ephorus legem se sortibus alienandis tulit, cujus infra mentionem facimus. De Harmostis qui instar Dictatorum erant, quod & illi potestatem legum habuerint, ex iis quæ supra de Agesilao retulimus, notum esse opinor. Ac videtur ipse Lycurgus non dissimilis dictatoris fuisse, quum munus Legislatoris obiret. Itaque quatuor revera auctores omnium legum Spartanarum, Lycurgus primus Legislator, Reges, Ephori, & Harmostæ. Præcipuus tamen & princeps Lycurgus, omnium legum ac institutorum fere pater. Nec de aliis quicquam invenio.

Deinceps dicamus, unde leges suas petierit Lycurgus. Ac primum in Cretam eum navigasse, ac ibi leges Minois didicisse scribunt. Herodotus ait hoc ipsos Lacedæmonios fateri, quum inquit: Ως δ' αὐτοὶ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, Λυκοῦργον ἐπιτροπεύσαντα Λεωβώτεω, ἀδελφιδέου ἑαυτοῦ, βασιλεύοντος δὲ Σπαρτιητέων, ἐκ Κρήτης ἀγαγέσθαι ταῦτα. Id est, *Ipsi Lacedæmonii volunt Lycurgum, quum esset tutor & idem patruus Leobotæ Spartiatarum Regis, e Creta hæc attulisse.* Sed quem Leobotum vocat Herodotus Lycurgi pupillum, alii rectius Charilaum dicunt. De Lycurgo idem testatur Plato lib. III. *de Legibus*, ubi & hoc addit, Cretam & Lacedæmonem uti *ἀδελφοῖς νόμοις* seu *fraternis legibus*. Quod tum alibi, tum in *Minoe*, & libris *de Repub.* repetit. Sed copiosius persequitur hanc rem Aristoteles *lib.* II. *cap.* X. Qui demonstrat item in multis, utranque convenire Rempub. Quod Strabo etiam *lib.* X. prolixe facit, ac præterea historiam Lycurgi etiam refert, quæ ex his auctoribus deprompta luculentissime a Plutarcho exponitur in *ejus Vita*. Habuit autem in Creta Lycurgus doctorem Thaletem poetam Lyricum, qui leges condebat, a quo didicit modum legum Rhadamanthi & Minois. Quem etiam ad sedandos Reipub. motus postea Spartam misit, interim dum ille peregrinaretur, ut testantur Strabo & Plutarchus.

Deinde ab Ægyptiis etiam multa habuit Lycurgus. Ibi enim percipiens bellatores a reliquis corporibus diremtos, eum morem postea ad Lacedæmonios transtulit, segregans & abducens eos a sordidis & illiberalibus operis, ut scribit Plutarchus. Isocrates autem *laudatione Busiridis*, multa alia ab Ægyptiis accepta refert. Quem luculentissimum ejus locum integrum huc adjicere visum est. Nam scribens adeo excellere Ægyptiorum Rempub. ut Philosophi qui de hac re disputant, eam cæteris anteponant, postea hæc addit: Καὶ Λακεδαιμονίους, μέρος τι τῶν ἐκεῖθεν μιμουμένους, ἄριστα διοικεῖν τὴν αὐτῶν πόλιν. καὶ γὰρ τὸ μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν, καὶ τὰ συσσίτια, καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἄσκησιν· ἔτι δὲ τὸ μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἀποροῦντας τῶν κοινῶν προσταγμάτων οὐκ ἀμελεῖν, μηδ' ἐπὶ ταῖς ἄλλαις τέχναις διατρίβειν. ἀλλὰ τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς στρατείαις προσέχειν τὸν νοῦν, ἐκεῖθεν ἅπαντα ταῦτα εἰλήφασι. Id est, *Lacedæmonios partem eorum imitatos, optime Rempub. suam administrare. Nam ut militum nemo sine magistratuum venia peregre abeat, & Syssitia, ac corporum exercitationem, prætereaque ne inopia rerum necessariarum coacti publica edicta negligant, aut aliis artibus occupentur, sed omne studium in armis & expeditionibus occupent, ab Ægyptis hæc omnia petita sunt.* Sic Strabo quoque *lib.* X. testatur, Lycurgum in Ægyptum commeasse, & eorum instituta percepisse.

Sed & in Ioniam transiisse fertur Lycurgus, ut Creticam austeritatem & tenuitatem, cum Ionico luxu & affluentia compararet. Ibi autem nactus

Homeri poemata, ut sentit Plutarchus, quæ apud Cleophili posteros servabantur, ea descripsit, ac in Græciam asportata evulgavit, quum antea rara quædam fragmenta eorum extarent. Observavit enim in iis contineri non solum oblectationem: sed civilem in primis prudentiam & eruditionem. Quamvis Strabo auctor est ipsum Lycurgum, voluisse nonnullos, cum vivo Homero in Chio insula congressum, consentiente etiam Cicerone *Tusculana* v. Quod quidem si ita est, potuit ab eo vivo etiam poemata ista obtinuisse, & complura ad institutum suum pertinentia impetrasse. Itaque poemata Homeri sæpe laudata sunt a Lacedæmoniis, quod tamen instituto fiebat Ionico, non Laconico, ut scribit Plato l. III. *de Legibus*. Fuitque beneficium hoc Lycurgi, tum in Spartanam Rempub. tum in omnes literatos permagnum, quod conservarit nobis Homerum.

Præter has peregrinationes, ait Aristocrates Lacedæmonius, Lycurgum etiam Africam & Hispaniam lustrasse, Indiamque emensum, ubi ei usus fuerit cum Gymnosophistis. Sed hæc ait Plutarchus solum tradere Aristocratem, ut de eo subdubitare videatur. Id vero apud omnes in confesso est, Oraculum Delphicum plurimum ad hanc nomothesian contulisse, sive Pythia Lycurgo exposuerit instituta, quæ Spartanis tradidit, ut sensisse quosdam scribit Herodotus in *lib.* I. & Strabo *lib.* X. & Clemens lib. I. *Strom.* Sive etiam constitutio illa, quam mente agitabat, oraculo probata inde confirmabatur & Lacedæmoniis commendabatur, ut vult Plato, Xenophon, Cicero, Plutarchus & alii. Utraque sententia eo pertinet, ut tam insignis Reipub. constitutio, non fuisse humani ingenii, sed divinæ mentis opus existimetur. Ideo enim & Deus agnitus Lycurgus, & divini honores ei habiti, exstructo in ejus memoriam delubro, ubi pro Deo colebatur, ut docet Herodotus, & refert Plutarchus ex Aristotele. Qui addit insuper familiares ejus anniversaria, & conventum instituisse, qui longo tempore permanserit, diesque quibus conventus celebrabatur Lycurgidas, seu Lycurgi dies, dictos fuisse. Hi igitur in universum fontes, unde leges suas Lacedæmonii hauserunt. Jam quales eæ fuerint leges videamus.

In primis itaque tenendum, fuisse hasce Lycurgi leges tales, ut ab omnium Rerumpub. legibus fuerint diversæ. Id quod præ aliis luculentissime testatur Xenophon libro *de Republ. Lacedæmoniorum*: ubi dicit Lycurgum non solum diversa, sed & contraria plurimis sanxisse. Sic enim inquit: Λυκῦργον μέντοι τὸν θέντα αὐτοῖς τοὺς νόμους, οἷς πειθόμενοι ηὐδαιμόνησαν, τοῦτον καὶ θαυμάζω καὶ εἰς τὰ ἔσχατα μάλα σοφὸν ἡγοῦμαι. Ἐκεῖνος γὰρ οὐ μιμησάμενος τὰς ἄλλας πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἐναντία γνοὺς ταῖς πλείσταις, προέχουσαν εὐδαιμονίᾳ τὴν πατρίδα ἀπέδειξεν. Id est, *Lycurgum quidem, qui eis (Lacedæmoniis) leges tulit, quibus obtemperando felices evaserunt, ipsum tum admiror, tum summe sapientem fuisse existimo. Nam is haud quaquam alias civitates imitatus, immo etiam contraria plurimis statuens, ut patria felicitate præstaret, effecit.* Quæ postrema disertissimi scriptoris verba ita intelligenda puto, uti Græcorum civitates nullas sit secutus Lycurgus in nomothesia sua: sed iis contrarias leges tulerit. Idem testatur etiam Plato *de Legibus*, qui ait, Lacedæmonios & Cretenses, leges posuisse ab aliorum moribus prorsus diversas. Et quidem Xenophon, eo quem dixi *libro*, totus in eo est, ut ostendat quomodo Lacedæmoniorum instituta, ab aliorum legibus fuerint diversa. Quod tametsi non per omnia ita sit: in plerisque tamen revera sic habet. Deinde & hoc singulare in hisce legibus, quod non fuerint tabulis certis scriptæ seu comprehen-

A sæ, sed in animis ex institutione hæserint. Unde & instituta dicta seu καθεστῶτα, ut vocat Isocrates: seu καθεστηκότα, ut vocat Demosthenes: vel ἐπιτηδεύματα, ut Plutarchus. Quo nomine utpote latius patente, & ad omnia se extendente, nobis etiam in iis appellandis uti visum est. Nam quod quædam Rhetræ dictæ sint, id ad divinam promulgationem respicit, quamvis postea latius patuit nomen, eoque intelligebantur aliorum etiam leges. Ita enim Plutarchus: Τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα νομοθετήματα Ῥήτρας ὠνόμασεν ὡς παρὰ τοῦ θεοῦ νομιζόμενα, καὶ χρησμοὺς ὄντα. Id est, *Hujusmodi leges Rhetras vocavit, quod a Deo sancitæ fuissent, & quasi oracula essent.* B Ac videtur una Rhetra hæc ipsa fuisse, ne scriberentur Rhethræ. Sic enim accipio verba Plutarchi de non scriptis legibus. Cujus instituti rationem elegantissimis verbis reddit idem Plutarchus, quorum summa ad hæc fere recidit. Quod Legislator præcipua, & quæ maxime faciunt ad civitatis felicitatem & virtutem, moribus putarit, & institutionibus civium inhærere inconcussa. Deinde quod stabilem institutione reddi voluntatem existimarit, atque ita quasi fortissimum vinculum & necessitatem parendi animis ingenerari judicarit. Tum quod ipsa institutio quasi διάθεσιν seu *habitum* ipsius Legislatoris in animum inseruerit, circa quæque C negotia. Postremo quod minuta quæque Legibus comprehendi non potuerint: sed pro tempore accessiones & decessiones accipere permiserit. Itaque summam & caput nomothesiæ suæ ad ipsam retulit institutionem. Atque his de causis, ut ille sentit, Leges scriptæ non sunt. Quo pertinent & apophthegmata quæ sunt apud Plutarchum. Nam interrogatus Lycurgus cur scriptis legibus non esset usus, Respondit: *Quia recte instituti & educati norunt utilitatem temporis.* Item rogatus Zeuxidamus, cur leges non scriptas servarent, neque potius literis conceptas adolescentibus ad legendum D proponerent: *Quia*, inquit, *condocefaciendi sunt, ut facinoribus fortibus potius animum advertant, quam scripturis.*

Verumtamen etsi vulgata, & ab omnibus recepta ea opinio, Lacedæmoniis leges scriptas non fuisse: invenio tamen Terpandrum carminibus eas complexum, modulis & numeris concinnasse. Quod in primis testatur Clemens Alexandrinus I. libro *Stromatum*, ubi in hæc verba scribit: Μέλος τε αὖ πρῶτος περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, καὶ τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Ἀντισσαῖος. Id est, *Modos poematibus primus adjecit, & Lacedæmoniorum leges numerosis versibus reddidit Terpander Antissæus.* E Meminit & Plutarchus, qui & versus ejus quosdam adducit. Ac videtur etiam Tyrtæus, quæ ad res bellicas pertinebant suis versibus inseruisse; ut indicat Plato lib. I. *de Legibus*.

Postea fuit etiam hoc a Legislatore peculiariter in his legibus provisum, ut paucæ eæ essent, ne multitudo ipsa neglectum & confusionem pareret. Quod in nomothesia sapiente & stabili mognopere requiritur: Quandoquidem ita contingit, quam paucissimas etiam esse civium inter se controversias. Itaque & Isocrates Nicoclem instituens, exigit ut leges ponat, quæ paucas lites generent. Atque F hoc instituto Lacedæmoniorum in primis consentaneum, qui semper paucis utebantur verbis. Huc enim apophthegma illud. Nam Charilaus interrogatus, cur paucas leges tulisset Lycurgus, respondit: *Qui verbis non multis uterentur, non multas quærere leges.* Plutarchus in *Lycurgo*, & *Apophthegmatis*.

Denique vero & illud advertendum in hisce legibus, quod ipsis maxime quasi proprium est, videlicet, quod tum ad alias virtutes relatæ sint, tum pleræque ad fortitudinem respexerint, & rerum ina-

nium voluptatumque contemtum. Propositum enim in primis Legislatori, ut ad militiæ studium suos condocefaceret, atque eo omnia referre voluit. Itaque Plato dicit in hac nomothesia partem virtutis tantum spectatam, ut est lib. IV. *de Legibus*. Et *lib.* I. ait, omne studium ad res bellicas in his legibus conversum fuisse. Sic enim ibi Clinias loquitur: *Θαυμάζω γέ μὴν, εἰ τά τε παρ' ἡμῖν νόμιμα, ἔτι τὰ περὶ Λακεδαίμονα μὴ πᾶσαν τὴν σπουδὴν τούτων ἕνεκα πεποίηται*. Id est, *Miror sane, si nostræ & Lacedæmoniorum leges, de hisce non omni cura & studio providerint*. Loquitur autem de rebus bellicis. Ac eandem sententiam posterioribus libris sæpiuscule repetit. Ut & in *Lachete* ait, Lacedæmonios præ omnibus nihil aliud studere, quam quo modo bello reliquos antecellere possint. Idemque Aristoteles lib. VII. *Politicon*, cap. II. sentit, ita enim scribit: *Ἐν Λακεδαίμονι καὶ Κρήτῃ πρὸς τοὺς πολέμους συντέτακται σχεδὸν ἥ τε παιδεία καὶ τὸ τῶν νόμων πλῆθος*, Id est, *Lacedæmone & in Creta, tum disciplina, tum legum multitudo ad rem militare comparata est*. Quod quum controversiam nullam habere videtur: id sane in primis res ipsa ostendit, Rhetras fuisse de publico tantum jure latas. Nam privatum jus in potestate magistratuum, & præcipue Ephororum, qui *αὐτογνώμονες* *sui arbitrii* erant, ut ait Aristoteles. Cæterum an certa forma verborum conceptæ fuerint veteres Rhetræ, non habeo dicere. Quæ Rhetris postea sunt adscripta, ea vero suis quibusdam & solemnibus verbis ad nos relata pervenerunt, ut patet ex paucis iis quæ a nobis alias commemorata sunt.

Postremo de harum legum auctoritate nobis pauca dicenda, quibus majorem, quam ullis aliis tribui palam est. Nam ut mittamus quod ad Deum Apollinem, ut auctorem referantur, sicut leges Cretenses ad Jovem, qua de re jam diximus: id non minus eas commendat, quod Oraculi elogio pronunciatum sit, clarissimam, eandemque felicissimam futuram Rempub. dum hisce uteretur legibus, ut est apud Plutarchum. Quod & verum fuit. Nam quoad disciplina publica viguit, laudatissime est administrata Respub. & principatum Græciæ semper tenuit Sparta. Sicut enim Herculem fingunt pelle & clava orbem terræ peragrasse, ulciscentem passim sceleratos & tyrannos: ita hæc civitas ex una Scytala & Læna dominans in Græciam volentem & lubentem, obtrivit injustas in Rebuspub. potestates & tyrannides, bellorum arbitrium habuit, seditiones compressit, crebro ne uno quidem moto clypeo, uno tantum legato misso, quem illico omnes audiebant. Tanta enim effulsit hujus civitatis disciplina & justitia, eaque opinio virtutis & potentiæ.

Deinde & hoc magnopere harum legum auctoritatem illustrat, quod immotæ fuerint, nec temere iis quicquam derogatum, nec aliunde additum: sed tanquam sacrosancta oracula inviolatæ stante Repub. semper manserint. Quod ita fuisse, & simul quæ ejus rei causa extiterit, Pausaniæ Plistonactis F. apophthegmate ostenditur. Nam is interroganti, cur de antiquo jure nihil Lacedæmone liceret convellere, Respondit, id eo fieri: *Quia legum in viros, non virorum in leges esset auctoritas*. Itaque & Lysander quum statum Regium innovare in animo haberet, nihil prius aggredi tentavit, quam Oraculum consuluisset, ut est apud Plutarchum in *Lysandro*.

Sed hoc, ut ita stabiles essent leges, ipsum Lycurgum, ut & cætera machinatum scribunt, idque hac ratione. Nam postquam præcipua ejus præcepta moribus jam fuerunt expressa, & satis adolevisset Respub. seque tueri per se & servare valuit, accitis in concionem omnibus civibus, demonstravit cæteris partibus Rempub. satis recte ad felicitatem & virtutem comparatam: potissimum vero & antiquissimum caput, priusquam consuluisset Oraculum se iis non editurum. Darent itaque operam, ut præsentibus legibus inhærerent, neque variarent & inflecterent quicquam, dum esset ipse Delphis regressus, recepitque se quod Deus jussisset, acturum. Spondentibus cunctis, ubi jurejurando adegit Reges & Senatum, deinceps reliquos cives, observaturos se, & usurpaturos formam illam Reipubl. dum Lycurgus remeasset, ita demum Delphos contendit. Ubi id ei redditum responsum, cujus antea meminimus.

Postea ne cives sacramento solverentur, statuit nunquam redire: sed sibi ipsi mortem consciscere, quum id ætatis esset, qua neque vivere, neque vitam deponere, pœniteret. Itaque mortem inedia sibi conciliavit, ratus virorum Rempub. tractantium nec mortem otiosam, nec inertem vitæ exitum esse debere, Atque ad hunc fere modum scribit Plutarchus Lycurgum leges ratas & immobiles effecisse. Quæ historia documento est, insigni illum amore patriæ flagrasse, cui vitam & omnia posthabuerit. Fuere autem usque adeo stabiles leges, ut quatuordecim Reges nihil in iis mutarint, ut etiam est apud Plutarchum.

Tertio vero harum legum vim & efficaciam id arguit, quod æqua omnibus parendi necessitate imposita, tanto tempore conservarint Rempub. ut vix ulla fuerit tam diuturna. Nam reliquæ Græciæ Respub. & aliæ, sæpe lapsæ diversas mutationes pertulerunt: Spartana vero longissimo tempore ne tantillum quidem mota. Quare si is terminus beatæ civitatis esse debet, ut eadem semper permaneat, *πέρα δὲ μὴ*, *non ultra autem*, ut ait Plato, disputans hac de re lib. IV. *de Repub.* Non est alia quæ hac in re Spartanæ præferri poterit. Nam prorsus ita comparata in omnibus hujus Reipub. constitutio, ut sibi ipsi constaret. Nec enim amplificandæ potentiæ, sed potius conservandæ salutis auctor Legibus suis Lycurgus esse voluit. Recte itaque videtur Polybius hoc animadvertisse, Legislatorem in sua nomothesia magis eo spectasse, ut Rempub. stabilem & validam potius ad depellendos hostes faceret, quam ut potentem ad subjiciendos sibi alios. Sicut & dum suis contenta fuit, nihil est labefactata. Verum ubi affectare plura & aliena cœpit, contra naturam suam & leges positas, tum demum paulatim nutare cœpit, ut quo longius a legibus pristinis recederet, eo propius ruinæ instaret, donec prorsus corruit. Itaque sæpe ab auctoribus repetitum, violationem tum legis de auro & argento vetito, tum etiam aliarum causam extitisse, ut Respub. hæc conciderit, ac minus adversus hostes valuerit.

Postremo hoc in primis, si quicquam aliud, præstantiam legum Spartanarum indicat, quod tum ab omnibus sanis semper sint laudatæ: tum vero a nulla tamen civitate sint prorsus imitando usurpatæ. Nec enim quisquam fere est, qui eas vituperarit, quod constat, præter Polycratem, quem ait Josephus lib. I. *contra Appionem*, hanc Rempub. sugillasse, ut Theopompum Atheniensium. Ita enim scribit: *Καὶ γὰρ ἐθνῶν τινὲς καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων πόλεων ῥυπαίνειν τὴν εὐγένειαν, καὶ τὰς πολιτείας ἐπεχείρησαν λοιδορεῖν· Θεόπομπος μὲν τὴν Ἀθηναίων, τὴν δὲ Λακεδαιμονίων Πολυκράτης*. Id est, *Quidam etiam gentium, vel gloriosissimarum civitatum fœdare nobilitatem, & politiæ detrahere, tentavere: Theopompus quidem Atheniensium, Polycrates Lacedæmoniorum*. Itaque quum omnibus aliis honori fuerit hæc Respub. quæ leges ejus universas tolerare potuerit inventa est civitas nulla. Quare ut quanque civitatem in potestatem redegerunt Lacedæmonii, mutarunt quidem aliqua

ad ſuam Reipub. conſtitutionem : ſed prorſus ad ejus leges illam conformare nequiverunt. Unde Iſocrates *Panathenaico* de ſubjectis civitatibus ſic ait : Λακεδαιμόνιοι καθέστησαν οὐδ' ὁμοίαν τῇ παρ' αὐτοῖς, οὔτε ταῖς ἄλλοθί που γενομέναις. Id eſt, *Lacedæmonii conſtituerunt Reſpub. neque ſuæ, neque aliorum Rebuſp. ſimiles*. Quod intelligendum non minus de coloniis Lacedæmoniorum, quam aliis civitatibus provincialibus. Quare nec Romani ab Lacedæmcniis leges mutuari voluerunt, quum tamen leges ab Athenienſi- A bus acceptas uſurparint, ſi vera eſt ſententia Auguſtini relata lib. II *De civitate Dei* cap. XVI. Quæ tamen doctis minus probatur, utpote contraria verbis Juſtiniani initio *Inſtitutionum*, & rei veritati parum conſentanea, ſi utriuſque Reipublicæ inſtituatur comparatio. Qua de re plura hic non addam, remittens ſtudioſum lectorem ad Dionyſium Halicarnaſſ. & Hieronymum Magium in *Miſcellaneis* cap. VIII. lib. I. Atque hæc de Legibus in univerſum dicta nobis ſint.

TABULA PRIMA
CONTINENS
LEGES SACRORUM.

INSTIT. I.

Legum inſtitutum. Omnes Dii Deæque colantur armati. Cur a Lacedæmoniis Dii armati colerentur. Venus armata apud Lacedæmonios.



QUEMADMODUM reliqua hujus Reip. inſtituta, ab aliorum legibus & moribus erant diverſa, ut jam diximus: ita circa cultum Deorum idem ſpectatum. Eſt enim antiquitus ab eis obſervatum, ut Dii ipſorum in armis conſpicerentur, ſive hoc ad commonitiones reſpiciebat, ſive ſuperſtitionem eorum ſtabiliebat. Utraque enim de cauſa id receptum fuiſſe exiſtimare licet. Primo enim videntur ideo Deos voluiſſe armatos ob oculos proponi, ut ab iis hanc virtutem petendam indicarent, ac quod veram fortitudinem a Deo dari putarent. Quamvis aliter Charilaus, qui id factum autumat, ne quod in hominibus ignaviæ opprobrium eſſet, ad Deos etiam referri poſſet, ſi inermes eſſent. Ita enim ipſius habet apophthegma, quod extat apud Plutarchum. *Cauſam* (inquit) *ſciſcitanti cuidam a Charilao, cur Spartæ omnia Deorum ſimulacra eſſent armata*, Reſpondit: *Ne quæ opprobria hominibus objiciuntur, ob ignaviam in Deos referamus, ac ne inermes noſtri juvenes Diis vota nuncupent*. Deinde ſi ſuperſtitionis fuit hoc inſtitutum, ut Deos ſuos hac ratione ornarent, conveniebat præ aliis armorum ornatu in Deis ſuis Lacedæmonios uti, quod in armis ſummum decus ponerent. Hæ itaque rationes iſtius legis fuerint. Cæterum uſque adeo Spartani Deos armis indutos eſſe volebant, ut nec ipſa Venus ibi armis careret, alias ubique nuda, vel ſaltem ſine armis culta. Quod qua de cauſa factum, narrat Lactantius lib. I. *Divinarum Inſtitutionum* cap. XX. De qua re eſt etiam apud Pauſaniam *lib.* III. qui ſcribit eam Morphus nomine dictam fuiſſe. Sed & meminit ejus Quintilianus *l.* II. *c.* IV. Ac exſtant Epigrammata Græca lib. IV. *Anthologiæ*, cap. XII. epigr. XXIII. quæ item armatam Venerem celebrant, ex quibus reliquis omiſſis unum hoc adjicere placuit:

Καὶ Κύπρις Σπάρτας οὐκ ἄστεσιν οἷα τ' ἐν ἄλλοις
  Ἵδρυται, μαλακὰς ἑσσαμένα στολίδας.
Ἀλλὰ κατὰ κράτος μὲν ἔχει κόρυν ἀντὶ καλύπτρας,
  Ἀντὶ δὲ χρυσείων ἀκρεμόνων κάμακα.
Οὐ γὰρ χρὴ τευχέων εἶναι δίχα τὰν παράκοιτιν
  Θρῃκὸς Ἐνυαλίου, καὶ Λακεδαιμονίαν.

B *Et Venus Spartæ non urbibus ut in aliis*
  Poſita eſt, molles induta ſtolas:
Sed in capite quidem habet galeam pro mitra,
  Pro aureis autem acubus arundinem.
Non enim oportet ſine armis eſſe conjugem
  Thracii Martis, & Lacedæmoniam.

Plutarchus auctor eſt, non ſolum Venerem armatam, ſed omnes alios Deos, tam mares, quam fœminas haſtatas Spartæ fuiſſe, tanquam omnibus virtutem bellicam habentibus, ut eſt in *Inſtitutis Laconicis*.

C

INSTIT. II.

Sacrificia quam minimo ſumtu fiant. Cur minimo ſumtu Deos colendos exiſtimarint Lacedæmonii. Lycurgi de exiguo cultu Deorum reſponſum.

RELIGIONEM non vult lex eſſe magnificam & ſumtuoſam, ne in externis rebus animorum devotio occupetur. Id intellexiſſe quodammodo Paganorum ſimplicitatem, ideoque damnaſſe eorum opinionem, qui luxum & opes huc adhibuerunt, ex aliis quoque patet. Notum quid a-
D pud Ciceronem lib. II. *Legum*, ſuper hac re ſancitum. Ita enim ſcribit: *Divos adeunto: caſte pietatem adhibento: opes amovento: Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit*. Item poſtea: *Aurum & argentum in urbibus & privatim, & in fanis invidioſa res eſt*. Et præclare Satyricus Perſius *Sat.* II. aurum & argentum a ſacris arcens:

Dicite pontifices in ſacro quid facit aurum?
Nempe hoc quod Veneri donatæ a virgine puppæ.

Nec enim Deus hæc reſpicit: ſed potius animum, ut præclare ſcripſit Plato *Alcibiade* II. ubi hæc ejus verba: Καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυ-
E χὴν ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ, πολλῷ μᾶλλον, οἶμαι, ἢ πρὸς τὰς πολυτελεῖς ταύτας πομπάς τε καὶ θυσίας, ὧν οὐδὲν κωλύει πολλὰ μὲν εἰς θεούς, πολλὰ δ' εἰς ἀνθρώπους ἡμαρτηκότας, καὶ ἰδιώτην καὶ πόλιν ἀν' ἕκαστον ἔτος τελεῖν. Id eſt, *Etenim grave eſſet, ſi Deus ad donaria & ſacrificia reſpiceret potius, quam ad animum, utrum juſtus ſanctuſque ſit: Ad quem equidem arbitror Deum magis attendere, quam ad multi ſumtus pompas & ſacra, quæ nihil prohibent eum qui multa in Deum homineſque peccaverit, ſive privatus ſit, ſive magiſtratus gerat, ſingulis annis perficere*. Itaque & idem Satyricus animum offerre jubet ſincerum & ſceleribus intaminatum, prioribus ſupra *citatis* hæc ſubjiciens:

Quin damus id superis, de magna quod dare lance
Non poterit magni Messalæ lippa propago,
Compositum jus, fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto?
Hoc cedo ut advoveam templis, &, farre litabo.

Pertinebat autem hoc institutum eo tantum apud Lacedæmonios, ut sacrificia offerre cuivis integrum esset, nec tenuioris fortunæ homines paupertate prohiberentur. Id enim respondit super hac re Lycurgus. Nam percontanti de hostiis, quid tam exiguas & viles præscripsisset, Respondit: *ne unquam Deum intermittemus colere*. Plutarchus in *Vita Lycurgi*, item in *Apophthegmatis*.

INSTIT. III.

Votum omnium sit, ut Dii honesta ob bonas actiones dent, nihilque amplius. Εὐφημία Lacedæmoniorum Diis grata. Aliud votum præter εὐφημίαν;

PRÆCIPUUM cultum Dei rectam esse orationem, undecunque edoctus videtur percepisse Legislator, qui hoc institutum tradidit. Plato scribit solemnem quandam precationem fuisse Lacedæmoniorum, eamque ait dictam fuisse Εὐφημίαν, quasi recte & Deo gratis verbis fuerit concepta. Unde & ei acceptam refert felicitatem apud Lacedæmonios, oraculi testimonio id comprobans, atquæ hanc super ea re veterem historiam commemorans. Volo (inquit) *aliud quippiam tibi commemorare, quod aliquando audivi a viris ætate provectis. Quum inter Athenienses & Lacedæmonios dissidia & bella essent, contigit semper nostræ civitati, ut terra marique inferior esset, quoties pugna fieret. Nam nunquam potuit victoriam reportare. Itaque indignantes Athenienses, & anxii ecquam rationem præsentium malorum depellendorum invenirent, re deliberata, rati operæ precium ad Ammonem mittere ipsum consulturos: ac præter hæc, quæsitum etiam quamobrem Dii Lacedæmoniis potius victoriam largirentur, quam sibi, qui omnium Græcorum (ut ajebant) plurimas & pulcherrimas hostias offerimus, & ita donariis ipsorum fana exornamus, uti nulli alii: Pompas insuper sumtuosissimas & augustissimas quotannis celebramus, & impendimus plus pecuniæ, quam cæteri omnes Græci. Lacedæmoniis autem (inquiunt) nihil horum curæ est: sed tam negligentes sunt circa cultum Divinum, ut aliquando mutila offerant, & in reliquis non paulo parcius Deos honorant quam nos, quum tamen a nostra civitate divitiis non superentur. His dictis a Legato, interrogat, Quid facere oporteat, ad inveniendam præsentium malorum depulsionem, cui vates nihil aliud respondit (videlicet quod Deus aliter non sineret) quam ut ad se accersitum renunciare Atheniensibus hoc juberet. Ita Ammon dicit: Lacedæmoniorum* Εὐφημίαν *sibi jucundiorem esse, quam omnia Græcorum sacrificia. Hoc tantum, nec plura Deum respondisse ferunt. Mihi quidem igitur non aliud videtur Deus intellexisse* εὐφημίας *voce, quam precationem illorum. Illa enim multo aliis est præstantior.* Hactenus Plato: cujus verba de jam relato voto seu precatione intelligenda, quæ sola Lacedæmoniis legitima fuit. Quamvis Plutarchus refert adjici solere ad hanc solemnem precationem, ut injurias tolerare possent. Quæ digna prorsus Græcorum humanitate precum appendix, magisque Christianorum conveniens æquanimitati & mansuetudini. Ratio autem hujus instituti peti potest ex iis quæ sunt apud Platonem lib. III. *de Legibus*, ubi inquit: O τι δὴ φημὶ δ'χῇ χρῆσαι σφαλερὸν εἶναι, νῦν μὴ κεκτημένον. Id est, *Ajo periculosum esse ut preces concipiat, qui prudentia non sit præditus.* Cum qua sententia conveniunt quæ disputantur apud Juvenalem *Satyra* X. quam ita concludit, ut tandem in fine doceat, quid solum precari oporteat. Ita enim ait:

Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.
Fortem posse animum, & mortis terrore carentem,
Qui spatium vitæ extremum inter munera ponat
Naturæ, qui ferre queat quoscumque labores,
Nesciat irasci, cupiat nihil, & potiores
Herculis ærumnas credat, sævosque labores
Et Venere, & cœnis, & pluma Sardanapali.

INSTIT. VI.

Virgines & pueri sacra habeant communia. Bonæ Deæ sacra apud Romanos. Cur Sacra communia fuerint apud Lacedæmonios.

GENTILIUM profanitas eo progressa est, ut alios Deos viris propitios, alios fœminis existimaret. Itaque a quorundam Deorum sacris viros, quorundam item fœminas arcebant. Unde eleganter Minucius Felix: *Quædam fana*, inquit, *semel anno adire permittunt, quædam in totum nefas visere est: quædam viro non licet, & nonnulla absque fœminis sacra sunt*. Quod verum est. Nam apud Romanos sacris bonæ Deæ viri prohibebantur, deferentes hunc honorem pudicitiæ Faunæ, qua adeo ea excelluit, ut nullus mas præter virum eam viderit, vel nomen audierit, ut ex Varrone refert Arnob. *lib.* V. & Lactantius *lib.* I. *cap.* XXII, & Macrobius *Saturnalium* lib. I. cap. XII. Et vicissim sacris Herculis non intermiscebantur fœminæ, quod sacerdotes bonæ Deæ ipsi aquam sacris vacantes denegassent, ut ait Macrobius *loco* jam *dicto*. Et Propertius lib. IV. *Elegiarum*. Quod item in sacris Cereris & Vestæ fiebat, ut testatur Lactantius *lib.* III. At Lacedæmonii pueris & virginibus iisdem sacris uti non interdicebant, sed ut exercitia corporum pleraque utrisque erant communia: ita & sacra eadem frequentare eas voluerunt. Nec enim prohibebat pudor, quod Spartæ flagitiis non facile locus pateret. Itaque recte eadem sacra omnibus viris & fœminis, pueris & virginibus, ac eo magis conjugibus, quippe quibus intercedit divini & humani juris communicatio, ut loquitur Modestinus JC. *D. de ritu nuptiarum*. Id quod lege Romuli etiam apud Romanos sancitum, qui jussit marem & fœminam secundum leges junctos, ut fortunas, ita & sacra communia habere, ut scribit Dionysius Halicarnasseus. Cæterum judico respexisse hoc institutum de communione sacrorum inter pueros & virgines, ad conciliandam mutuam amicitiam, quæ religionis vinculo tanquam nodo arctissime constringitur, præsertim a teneris annis notitia intercedente. Unde etiam postea publica concordia stabilitur, & conjugii occasio existere aliquando solet.

INSTIT. V.

In urbe mortuos sepelire fas sit. De sepulturarum loco, qui fuit in urbe. Sepulchrorum locus antiquitus quis fuerit. Cur Lacedæmonii sepulchra in urbibus habere voluerunt.

SEPULCHRA, tumulique variis in locis antiquitus extruebantur. Sancti Patres suos simpliciter in agris condebant, ut docent Sacræ Literæ. Romani itidem extra urbem suos humabant. Id quod lege XII. Tabularum mandatum erat, ut est apud Ciceronem lib. II. *de Legibus*. Etsi contra hanc legem, virtutis causa, Poplicolæ & Tuberto concessum fuit in urbe sepeliri, ut scribit Cicero. Itemque Fabricio & Valerio, ut auctor Plutarchus, si locu

mendo caret. Sicut & ex triumphatoris mortui cadavere os desumtum, in urbe humi defodiebatur, ut tradit idem Plutarchus in *Quæstionibus Romanis*. Nam prætereo jam quæ Imperatores super hac re constituerunt, de quibus videantur *l.* III. *D. de sepul. violat. & l. mortuorum C. de relig. & sumt. fun.* Quod Athenienses, & alii plerique Græcorum usurparunt, quibus solemne fuit suos extra urbem in Demis seu pagis sepelire. Idque ideo consentaneum, quia ibi sacra etiam Atheniensibus sua erant. Spartani a reliquis gentibus plerumque moribus diffidentes in urbe suos sepeliebant. Quod meo quidem judicio ideo fieri voluerunt, ut ob oculos sepulcra habentibus quotidie fortium virorum memoria in animis recurreret. Itemque ut indies inter monumenta defunctorum versantes, mortem minimo sibi exhorrescendam putarent, postquam etiam viris suus constaret in urbe honos. Quibus fere consentiunt, quæ sunt apud Plutarchum in *Lycurgo*, ubi de hoc instituto agit. Et quidem sive his, sive aliis de causis, idem observabant Ægyptii: Saitæ tamen in Regibus suis hoc tantum usurpabant. Christianis visum hac tempestate, aliis quidem in urbe, aliis extra urbem mortuos sepelire.

INSTIT. VI.

Monumenta defunctis juxta templa fiant. Sepulchrorum jus. Monumentorum jus quibus fuerit denegatum.

PLUTARCHUS *Institutis Laconicis* hoc cum superiore conjungit, nos ista dividenda existimavimus. Aliud enim in urbe sepeliri, aliud monumenta ad templa esse. Loca autem monumentorum, quæ apud delubra & templa Deorum Spartæ erant, non dissimilia fuisse multum videntur Christianorum areis circa ædes sacras, & septis illis ædificiis vacuis, quæ κοιμητήρια ipsis dicta, quod eo inferre soleant cadavera mortuorum, mortiferæ quietis ad novissimam resuscitationem capiendæ causa. De quibus alio loco dicetur. Ac verisimile est voluisse Lycurgum sancire Spartanis hac lege jura sepulcrorum, ut ipsa sacra & sancta essent, sicut vicina templa. Qua ratione & templa custodiri, & tuta ab hostium aliorumque sacrilegorum ac petulantium hominum violentia monumenta præstari poterant. Etsi jus sepulcrorum in ipso quodammodo solo est, quod jure omnium fere gentium, tum vero legibus Romanis est munitum. Quare in XII. Tabulis lex est, quæ vetat forum bustumve usucapi, ut ait Cicero II. *de Legibus*; forum vestibulum sepulcri interpretans. Quam etiam legem secundum naturam esse, inibi scribit. Atque itidem jus sepulcrorum defenditur jure civili. Nam *D. de sepulcro violato*, extat edictum prætoris, quo actio datur in sepulcri violatores. Et quidem institutum hoc Spartanum, quod ad omnes se extenderit, quodque omnibus concessum fuerit, monumenta sua ad templa extruere existimo. Maleficii tamen alicujus convictis & damnatis hoc honoris denegatum infra ostendemus.

INSTIT. VII.

Funere nemo polluatur. Funeribus aliæ Gentes præter Lacedæmonios polluebantur. Denicales feriæ apud Romanos quot.

HOC institutum ex duobus præcedentibus quasi consequens. Nam si cadavera in urbe sepeliri fas est, & monumenta ad templa extrui permissum, necesse etiam pollutiones tolli. Neque

A enim funera in urbe procurari, vel sepulcra haberi poterunt, si contaminentur qui hæc contingunt. Apud alias tamen gentes funesta fiebat domus & familia, ubi mortuus aliquis. Itaque solebant lustrationes & purgationes adhiberi, & domus everrebantur, tædæ circumferebantur, homines aqua abluebantur, aliaque plura fiebant, quæ gentilitiæ superstitionis profanitas tulit. Quorum sæpe mentio apud poetas & alios scriptores: & illustris inprimis locus est *Æneid.* VI. Ac eam ob causam Romanis institutæ feriæ Denicales, a numero denario dictæ, quod decimo die fieret purgatio, conditis antea cineribus ipso die nono, ut scribit Festus. Quæ omnia & alia hujusmodi repudiabant a suis moribus Lacedæmonii, nihil admodum atri & horrendi in morte existimantes, quam etiam ovantes & læti oppetebant. Nec enim qui per omnem vitam virtuti dediti fuerunt, eos consentaneum in morte maculam contraxisse. Quales Lacedæmonii plerique.

INSTIT. VIII.

Cum mortuo nihil inhumetur, Sepulcra sine sumptibus fiebant. Sepeliendi mos Lacedæmoniorum.

HERACLIDES *de Politiis* scribit, quod εὐτελεῖς αἱ ταφαὶ, *minime sumptuosæ*, Lacedæmoniis fuerint: Et Plutarchus *Institutis Laconicis* refert statuisse Lycurgum, ne circa cadaver liceret adhibere magnos sumptus, quo ornatius illud conderetur. Quod non immerito ita sanxit. Nam conveniebat eos qui in tota vita ab omni luxu abstinuissent, etiam in morte hanc tenuitatis laudem non aspernari, ubi nullus opulentiæ & ornatus usus. Itaque apud Athenienses quoque aurum addi lege vetitum, ut scribit Cicero II. *de Legibus*. Ex XII. Tabulis, *Rogum ascia polire non licebat*, ut eodem loci tradit Orator. Coronæ tamen Romanis in mortuis ornandis postea usitatæ fuerunt; nec non Græcis plerisque: a quibus tamen abstinuerunt veteres Cristiani, quod beatus his non egeat, miser non gaudeat floribus, ut loquitur Minucius Felix. Antiquitus autem apud utrosque aspersiones fiebant, item uncturæ, quemadmodum apud Ægyptios & Judæos. Sed illæ legibus etiam sublatæ, ut ait Cicero. Lacedæmoniis nihil horum in usu, sed tantum in veste punicea, & oleæ foliis compositum corpus cujusque eodem modo sepeliri voluerunt, ut tradit Plutarchus in *Institutis* & *Vita Lycurgi*. Reliqua ad ornandum non pertinere judicarunt. Quum itaque in tam præstantibus viris simplicitas humandi talis adhibita sit, nonne ex his & aliis hujusmodi institutis emendari mores corruptæ cujusque Reipub. magnopere conveniret?

INSTIT. IX.

Fletus aut ejulatus non audiatur publice.

NON erat fortitudinis Spartanæ ejulare mortuo aliquo necessariorum, ita ut fœmineum in modum lamentatio exaudiretur. Itaque Plutarchus ait, Legislatorem hoc etiam cavisse. Quod adeo moribus eorum invaluerat, ut fœminæ quæ alias lacrymas habent in statione paratas, ut ait Satyricus, neque ipsæ secus ac viri ab iis temperarint. Gyrtias, quum aliquando Acrotatus nepos ipsius ex quadam puerili pugna, in qua multas plagas acceperat, pro mortuo domum relatus esset, domesticis & familiaribus plorantibus, non tacebitis? inquit: ostendit enim quo sanguine ortus esset. Strenui non aliorum vociferatione, sed meditatione opus

habent. Item quum nuncius ex Creta de morte Acrotati venisset, Nonne, inquit, hoc omnino futurum erat, quum ad hostes venisset, ut aut ipse occumberet, aut illos interficeret? Jocundius autem est audire eum seipso, civitateque, majoribusque dignam mortem oppetiisse, quam si per omne vitæ tempus ignave se gereret. Eodem modo mater Brasidæ audiens ipsum præ reliquis Spartanis commendari, tantum abest, ut luxui indulserit, ut potius affirmarit tales Spartæ viros esse. Qualia exempla sunt complura. Fletus igitur & comploratio pro mortuis etsi aliquando factus, publice tamen exaudiri eum non licebat. De Regibus secus constitutum, ut supra retulimus, ubi de honore Regum mortuorum egimus. Idem & XII. Tabulis vetitum. Nam ibi Lex hæc extitit, ut auctor Cicero: *Mulieres genas ne radunto, neve lessum funeris ergo habento*, lessum lugubrem ejulationem ex Lælio interpretans. Quales ejulationes & alias consimiles, detestabilia lugendi genera, vocat Orator *Tusculana sua* III. *Detestabilia* (inquit) *genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, fœminum, capitis percussiones*. Hæc itaque fortes animos prorsus non decent,

INSTIT. X.

Luctus undenis diebus finiatur. Luctus annuus uxoribus præscriptus Romæ mortuis maritis. Annus Romuli δεκάμηνος.

LAMENTARI & ejulare in publico non licebat, ex lege superiore: luctum tamen vel vestibus vel corporis habitu indicare, hac lege permissum. Sed ne animi diutius luctui indulgentes emollescerent, a Legislatore, ut ait Plutarchus, certum tempus est præfinitum, videlicet undecim dierum. Inde enim sacrificium fiebat. Ita Plutarchus in *Institutis*, & in *Lycurgo*, ubi hæc refert: Χρόνον δὲ πένθους ὀλίγον προσώρισεν, ἡμέρας ἕνδεκα· τῇ δὲ δωδεκάτῃ θύσαντας ἔδει Δήμητρι λύειν τὸ πένθος. Id est, *luctum brevi definivit tempore, undecim diebus: duodecimo sacrificare oportebat Cereri, & desinere luctum*. Quæ lex habet, uti decet, aliquid humanitatis. Nam ut non decet virum nimium dolori indulgere: ita Stoicum est, nullo doloris sensu tangi. Utrunque ab homine alienum. Legibus Numæ consimiliter certo temporis spacio luctus definitus erat, sed pro ætatis ratione is aliquantum variabat. Qua de re legatur Plutarchus in *Vita Numæ*. Uxori tamen ob maritum annuus erat indictus luctus, id est, decem mensium. Tantus enim annus ordinatione Romuli, ut scribit Plutarchus, & testatur Ovidius initio *Fastorum*, de anno Romuli agens δεκαμήνῳ.

INSTIT. XI.

De Monumentorum elogiis solis iis qui pro patria occubuerant concessis. Titulus, quo nomen & gesta mortui disticho vel paucis verbis comprehendebantur. Clypeus & alia insignia.

ERANT quidem monumenta licita omnibus, ut ea necessariis suis statuere possent, quicunque vellent: sed titulum inscribere, & honoris elogium addere, in eorum monumentis saltem licebat, qui in bello pro patria mortem oppetierant, ut docet Plutarchus in *Lycurgo*, & *Institutis Laconicis*. Itaque quum funera eodem modo omnibus aliis fierent, ut ex Plutarcho retulimus, & testatur etiam Heraclides: militaribus tamen viris hic honos præ aliis tributus est, ut inscripta monumenta habeant. Erat autem moris monumentis inscribere nomina, additis, ut arbitror, rebus gestis disticho saltem, aut aliis quam paucissimis verbis conceptis. De nomine constat satis ex Plutarcho. Ita enim in *Lycurgo* scribit: Ἐπιγράψαι τοὔνομα θάψαντας οὐκ ἐξῆν τοῦ νεκροῦ, πλὴν ἀνδρὸς ἐν πολέμῳ, καὶ γυναικὸς ἱερῶς ἀποθανόντων. Id est, *Qui suos sepeliebant, nomen mortui inscribere* (monumentis) *non poterant, nisi viri qui in bello, itemque mulieres, si sancte fato concesserat*. Tanquam memoria aliorum non fuerit ad posteritatem conservanda, nisi quorum mors virtute & pietate fuisset commendata. Dignum profecto institutum, quod nobis exemplo præluceat, ne quemvis temere monumentorum elogiis ornari sinamus. De rebus gestis passim sunt versus apud Historicos alios, & apud Plutarchum. Sed præter hæc addi solebant etiam scuta, & alia insignia in monumentis præstantissimorum quorumque. Inducor ut credam iis, quæ sunt in Epigrammate Græco de Leonida Spartano, quod sic habet:

Πηλὺ Λεωνίδεω κατιδὼν δέμας αὐτοδάϊκτον
  Ξέρξης, ἐχλαίνου φάρεϊ πορφυρέῳ.
Κἀκ νεκύων δ᾽ ἤχησεν ὁ τᾶς Σπάρτας μέγας ἥρως.
  Οὐ δέχομαι προδόταις μισθὸν ὀφειλόμενον,
Ἀσπὶς μοι τύμβου κόσμος μέγας. ἔρρε τὰ Περσῶν,
  Ἥξω κ᾽ εἰς ἀΐδην ὡς Λακεδαιμόνιος.

Quod ita vertamus:

Quando Leonideum vidit post fata cadaver
  Xerxes, purpurea hoc induit ipse toga.
At Rex Spartanus ex morte his vocibus infit:
  Non capio infidis præmia digna viris.
Mi scutum tumuli est ornatus, Persica tolle,
  Namque adeo manes ut Lacedæmonius.

Vult sibi scutum Leonides in monumento statui pro sepulcri ornamento, quasi hoc Spartanæ consuetudinis fuerit. Atque inde videri potest profectum, quod viris militaribus honos scuti in monumentis attribuatur. Etsi jam nimis ille honos vulgatus, indignis etiam multis communicatur.

INSTIT. XII.

Cæsorum in prælio varia sepultura. Qui procul a patria ceciderant publica sepultura humabantur. Qui non procul a patria ceciderant, domum ad sepulturam reportabantur.

QUI longe a patria occubuerant in prælio, eos plerumque inibi publica sepultura humare moris erat. Id quod videtur tamen aliquo cum discrimine factum, divisis iis, qui cæsi fuerant, pro dignitatis ratione in diversa sepulcra. Ita enim qui ceciderant Lacedæmonii in pugna adversus Mardonium, tribus sepulcris conditi sunt, Sacerdotes uno, Cives altero, Servi tertio. At qui non longe a patria cæsi fuerant, eos domum ad sepulturam reportare amicis licebat. Quod tamen non aliter fiebat, volentibus ita matribus, quam si laudabiliter se gessissent, & adversa vulnera plura excepissent, quam aversa. Ita enim de hoc scribit Ælianus *lib.* XII. *c.* XXI. cujus verba Latine reddita, huc adjicere placuit. *Lacedæmoniorum matres*, inquit, *quotquot audiverunt filios suos in pugna cecidisse, abire solebant & inspicere vulnera, tam adversis, quam aversis corporibus inflicta. Et si plura ex adverso essent facta, exultantes cum gravi & severo vultu, in patrum sepulcra filios deferebant: sin alio modo vulnera accepissent, pudefactæ inde, & lacrumantes, festinanter & clam discedebant relictis mortuis, ut in communi sepul-*

cro humarentur, aut furtim surreptos in propria sepulcra deportabant. Quod mea opinione ideo in primis factitatum, ut unusquisque sepulcri aviti cupidus, fortius adversus hostes pugnaret, ne fugiendo vulnus averso corpore exciperet. Nam hoc timoris indubitatum indicium, a virtute & fortitudine Spartanorum prorsus alienum, quibus mors potior ullo vel minimo dedecore.

TABULA SECUNDA

CONTINENS

LEGES DE AGRO ET URBE.

INSTIT. I.

Sortium numerus idem semper maneat. Quæ lex posterioribus temporibus labefactata est. Eam Agis studet revocare. Sed re infecta necatur ab Ephoris. Quorsum pertineret lex illa de sortibus servandis.



DIXIMUS initio quomodo Regionem totam tribuerit Lycurgus in certas sortes, videlicet triginta millium, quarum novem millia ipsorum Spartiatarum facta. Hæ sortes ut manerent sanxit Legislator, nec plures earum ad unum aliquem voluit transferri, ne pauciores fierent, ut scribit Plutarchus in *Agide* & alibi. Sed nec licebat per partes secando, ita in plures sortes dividere. Quod docuisse videtur Heraclides *de Politiis*, ubi ait: *νενομίσθαι τῆς ἀρχαίας μοίρας (νενεμῆσθαι), ὐδὲ ἔξεστι*. Id est, *Lege sancitum esse de veteri sorte, quod nec eam (dividi) fas sit*: Ita enim hoc accipio, ut in minores & plures partes tribuere veteres sortes non permissum fuerit. Contigit tamen posterioribus temporibus, ut lex ista labefactaretur, & penes paucos sortes omnes essent. Nam idem Plutarchus, vix ex septingentis, post multa bella reliquis civibus, centum agrum & sortem habuisse. Et Aristoteles ait *lib.* II. sortes redactas ad mille tantum possessores. Deinde etiam multa sortium ad mulieres traducta sunt, unde magna earum in Rep. extitit potentia, ut ait Plutarchus. Aristoteles ait ex quinque partibus totius Regionis duas factas esse mulierum. Ex hac itaque mutatione sortium mala complura in Remp. invecta. Quibus Agis Rex occurrere volens, veterem Lycurgi legem conatus est revocare. Quod ut facilius obtineret, ipse suas facultates in medium contulit, matremque fœminam locupletissimam, ut idem faceret, precibus impulit. Ac extat Rhetra ejus super hac re ad populum lata, apud Plutarchum, cujus hæc capita inter alia sunt: *Obæratis æs alienum remittatur: Ager omnis dividatur: Quod intra Pallenem vallem, Taygetum, Maleam, & Sellasiam in quatuor millia quingentas sortes distribuatur: Quod ultra eos limites in quindecim millia. Atque hæ finitimis qui arma ferre possunt dividantur: Qui intra istos terminos sunt Spartiatis*. Verumtamen hoc non effecit Agis, sed χρεωκοπίᾳ & novis tabulis introductis, ager non est divisus, impediente divisionem Agesilao avunculo, quod ære obrutus, multum tamen agri possideret. Ac tandem ipse Agis quum Rempub. moribus pravis corruptam, & avaritia imbutam perturbasset, odio expositus potentiorum ab Ephoris est necatus, quum factum Sparta dignum suscepisset, inquit Plutarchus. Talis exitus alios etiam mansit, qui idem tentarunt veteri disciplina jam obsolefacta. Pertinet autem hoc institutum Lacedæmoniorum, ut ego arbitror, in primis ad frequentandam urbem civibus. Nam quum sortem eorum quilibet haberet, poterat eo melius subsistere civium numerus. Deinde etiam prohibendo hac ratione sortes plures ad unum devolvi impedire voluit, ne uni alicui divitiæ affluerent, qui posset potentiam sibi aliquam præ aliis acquirere. Quod postea accidit, quum non servaretur sortium numerus, ut ex iis quæ diximus intelligi potest.

INSTIT. II.

Possessiones omnium sint æquales. Quorsum hoc institutum. Æqualitas illa non bene observata.

NON solum erat certus & definitus sortium numerus: sed erant possessiones & agrorum portiones omnibus æquales. Quod in primis conducebat ad Reipub. hujus stabilitatem & tranquillitatem. Sicut Plato ait: *ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται, æqualitas amicitiam parit*. Unde Leon rogatus, quanam in urbe aliquis habitaret tutissime, Respondit: *Ubi æquales omnium civium possessiones essent, plurimumque haberet virium justitia, minimum injustitia*. Itaque æqualitas bonorum instituto Lycurgi potissimum quæsita, ut supra ostendimus. Testatur hoc manifeste Polybius *lib.* VI. *Τῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων πολιτείας ἴδιον εἶναί φασι, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις, ὧν ὐδενὶ μέτεστι πλεῖον, ἀλλὰ πάντας τὰς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς χώρας*. Id est, *Reipublicæ Spartanæ hoc proprium esse ajunt, quod de fundorum possessionibus constitutum, ex quibus nemo altero plus tenet: sed oportet inter omnes cives ex æquo Reipub. regionem divisam esse*. Idem docuit Justinus *lib.* III. ubi ita de Lycurgo ait: *Fundos omnium æqualiter inter omnes divisit, ut æquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent*. Sed tamen hanc æqualitatem non admodum observatam fuisse putat Isocrates, qui in *Panathenaico* scribit, Lacedæmonios non æqualiter agrum divisisse: sed multitudini deterrimam partem attributam fuisse, unde vix magno labore acquireret, quantum ad vitam sustentandam necessarium. Verum minus hoc verisimile, quippe quod avaritiæ immunes prisci illi Lacedæmonii. Et conveniebat maxime hæc lex civitati omnium maxime libertati deditæ, ubi & in omnibus aliis æqualitas quæsita, ut infra dicemus. Nec scio an non Reipub. hujus solius fuerit hæc lex. Extitere quidem in aliis Rebuspub. ut & Romæ, qui possessionibus modum imponere, & quodammodo ad æqualitatem reducere conati sunt: sed ægre obtinuerunt, nec diuturna talis fuit legis observatio, cupiditatibus hominum semper in majus crescentibus.

INSTIT. III.

Emere vel vendere possessiones non liceat. Lex Judæorum de Possessionibus non avellendis a familiis.

HANC legem fuisse Lacedæmoniis scribit Aristoteles *politico.* II. Quod testatur etiam Heraclides *de Politiis*, qui ait: πωλεῖν γῆν Λακεδαιμονίοις αἰσχρὸν, *vendere terram Lacedæmoniis turpe*. Ac necesse fuit talem aliquam poni, quum priores duæ de sortibus alias consistere non potuerint. Unam itaque hanc rationem voluit Legislator esse transferendi sortes agrorum, ut hæreditariæ essent, nec vendendo eas alienare liceret: filiusque patri ut succederet in fundis, si extaret aliquis, quemadmodum scribit Plutarchus. Quod etiam obtinui usque ad Epitadeum quendam, qui Ephorus factus contrariam huic aliam Rhetram obrogavit. Qua de re hæc sunt apud Plutarchum. *Ut Ephorus*, inquit, *fuit vir factiosus quidem, sed præfractis & acerbis moribus, Epitadeus nomine: simultate ei cum filio exorta, Rhetram promulgavit, jus ut cuique esset hæreditatem suam & sortem cuicunque vellet inter vivos donandi, & relinquendi testamento*. Quamvis Aristoteles indicare videtur, veterem legem fuisse, qua testamento relinquere cuivis possessiones liceret. Ac tolerari hæc lex antiquitus facile poterat, quum nec pecuniæ copia esset, nec usus divitiarum: sed omnia quam fieri poterant maxime ad communicationem mutuam referebantur. Porro consentit quodammodo cum hoc instituto Lacedæmoniorum lex Judæorum, quæ vetabat agros assignatos a tribubus & familiis avelli, revocabatque eos ad justos possessores post annos legitimos termino Jubilæi comprehensos. Qua ex causa extra familiam etiam nubere non licebat, ne possessiones ad alios transferrentur, ut in sacris legibus refertur. Aliæ Respub. quæ hujusmodi institutis conformatæ non sunt, talem legem non ferebant. Et lex Judæorum non vetat prorsus alienationem, sed tempus tantum præfinit.

INSTIT. IV.

Qui Institutis se submittit peregrinus, particeps sortis fiat. Sortes agrorum quomodo perceperint peregrini.

QUI jus civitatis consequebantur peregrini, ad sortium participationem etiam vocabantur. Requirebatur tamen hoc, ut disciplinam Reipub. non repudiarent. Id instituisse etiam Lycurgum, auctor est Plutarchus *Institutis Laconicis*, ubi hæc scribit: Ενιοι δὲ ἔφασαν ὅτι καὶ τῶν ξένων, ὃς ἂν ὑπομείνῃ ταύτην τὴν ἄσκησιν τῆς πολιτείας, κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Λυκούργου, μετεῖχε τῆς ἀρχῆθεν διατεταγμένης μοίρας, πωλεῖν δ' οὐκ ἐξῆν. Id est, *Aliqui inquiunt eos quoque peregrinos, qui institutorum Reipub. exercitationem paterentur, ex Lycurgi sententia portionis ab eo constitutæ participes fuisse: sed hanc vendere non licuisse*. Qua autem ratione ad sortes agrorum pervenire potuerint, facile intelligitur, videlicet si vel connubio eas acquirerent, vel amicorum testamento caperent. Nam id licuisse supra dictum. De servis manumissis, quid statui debeat, non patet. Mea sententia est, ad sortes eos non venisse: sed potius alio missos vel in colonias, vel ad opificia, & viliorum artium opera redactos, quibus in servitute assueverant.

INSTIT. V.

Sparta muros non habeat. Quænam hujus instituti ratio.

HUJUS instituti duplex ratio reddi potest. Nam vetando Legislator urbem muris circumdari, in primis virtutem animis accendere voluit. Hac enim potius fidendum censuit, quam muris & fossis. Id indicatur verbis Lycurgi, quibus ait urbem non carere munitione, quæ viris non lateribus cincta esset, ut est apud Plutarchum *Vita Lycurgi*, & in *Apophthegmatis*. Atque huc pertinet etiam, quod apud Senecam *suasoria* II. fingitur dicere declamator nomine Laconis. *Non est Sparta*, inquit, *lapidibus circumdata, Ibi muros habet, ubi muros non habet*. Deinde voluit etiam Legislator hanc legem constituens, ne ex aris & focis Spartani contra hostes dimicarent: sed ut arma potius extra fines suæ regionis efferrent. Quod & semper factitatum a Lacedæmoniis, nemine ante Epaminondam annis fere sexcentis ipsorum agros incursante, ut est apud Plutarchum in *Agesilao*. Quo facit Apophthegma. Nam dicenti cuidam Atheniensi, *Nos quidem vobis a Cephiso pulsis sæpenumero. institimus*. Respondit Antaclidas: *At nos vobis nunquam ab Eurota*. Cui sunt consimilia alia, quæ idem probant. Quin semper Lacedæmonii ut ignavos despiciebant eos, qui muris civitates cinxerunt. Agesilaus monstrante ei quodam urbis alicujus muros valide extructos, & quærente pulchros ne eos judicaret? Respondit: *Ita per Deos*, inquit, *sed non ut viri, verum ut mulieres intus habitent*. Et Panthoedas monstrantibus quibusdam murum probe munitum, eumque commendantibus, Respondit: *pulcbrum esse Gynæceum*. Hæ itaque causæ Spartanis non exstruendi muros, unde illi animis confidentiores. Sicut est consentaneum, patentes urbes habere, id animorum fiduciam in habitatoribus excitare. Meminit hujus instituti Epictetus apud Stobæum, ubi hæc præclara ejus extat sententia: Εἰ θέλεις τὴν οἰκίαν σου οἰκεῖσθαι μιμοῦ τὸν Σπαρτιάτην Λυκοῦργον. Ον γὰρ τρόπον οὗτος οὐ τείχεσι τὴν πόλιν ἔφραξεν, ἀλλ' ἀρετῇ τοὺς ἐνοικοῦντας ὠχύρωσε, καὶ διαπαντὸς ἐτήρησεν ἐλευθέραν τὴν πόλιν· οὕτω καὶ σὺ μὴ μεγάλην αὐλὴν περίβαλλε, καὶ πύργους ὑψηλοὺς ἀνίστα, ἀλλὰ τοὺς ἐνοικοῦντας εὐνοίᾳ, καὶ πίστει, καὶ φιλίᾳ στήριζε, καὶ οὐδὲν εἰς αὐτὴν εἰσελεύσεται βλαβερὸν, οὐδ' ἂν τὸ σύμπαν τῆς κακίας παρατάξηται στῖφος. Id est, *Si domum cupis bene habitari, Lycurgum Spartanum imitare. Sicut enim ille non muris urbem munivit, sed virtute cives instruxit, & urbem perpetuo liberam conservavit: ita & tu quoque non magnum vestibulum circumda, nec turres altas erige: sed potius inhabitatores benevolentia, fide & amicitia confirmes, & nihil noxium domum ingredietur, ne si universa quidem malitiæ turma ingruat*. Apud Tzetzem de eodem hi sunt versus:

Πάλαι μὲν Σπαρτιάται, καὶ γένη τῶν Λακώνων
Κάλλιστα λογιζόμενοι σοφῇ τῇ διανοίᾳ
Ως ἄνδρες φύλακες τειχῶν, οὐ τῶν ἀνδρῶν τὰ τείχη,
Τοῖς ὅπλοις, καὶ τοῖς σώμασι, ταῖς μάχαις ἐπυργοῦντο,
Τὰ τείχη δὲ τῶν πόλεων πολλάκις παρῃροῦντο,
Μὴ πῶς θαῤῥοῦντες ἐπ' αὐτοῖς, ῥᾳστώνην χῶσιν ὅπλων.

Quæ ad verbum ita Interpres reddit:

Olim quidem Spartiatæ, & genera (progenies) Laconum
Optime ratiocinati sapienti cogitatione,
Quod viri custodes murorum, non virorum muri,

Armis atque corporibus, pugnis turres fabricabant,
Mœnia autem urbium sæpe despiciebant:
Ne forte fidentes in ipsis quietem haberent armorum.

Meminit & Claudianus *Panegyri in quartum consulatum Honorii*, his verbis:

——Sic armipotens Lacedæmon
Despexit muros, rigido munita Lycurgo.

Item libro *de Manlii Theodori consulatu* vocat hac de causa Lacedæmona *nudam*, de Lycurgo ita loquens:

Civibus & vetitis ignavo credere muro,
Tutius objecit nudam Lacedæmona bellis.

Sicut & Ovidius lib. x. *Metamorph.* ea de causa *immunitam* Sparten dicit. Sed de hoc etiam aliquid supra diximus.

INSTIT. VI.

Domus non nisi serra & securi extruantur. In iis sumtuosa & exquisita structura prohibetur. Hujus instituti ratio.

VOLUIT Legislator Dominum domui esse ornamento, non domum Domino. Itaque vetuit sumtuosam & exquisitam structurarum magnificentiam & ornatum. Plutarchus ait *Vita Lycurgi* Rhetram unam hanc fuisse, ita scribens: Ἑτέρα δὲ πάλιν κατὰ τῆς πολυτελείας, ὅπως οἰκία πᾶσα τὸν μὲν ὄροφον ἀπὸ πελέκεως εἰργασμένον ἔχῃ, τὰς δὲ θύρας ἀπὸ πρίονος μόνον, καὶ μηδενὸς τῶν ἄλλων ἐργαλείων. Id est, *Altera* (Rhetra) *adversus luxum, ut quævis domus fastigium securi haberet fabricatum, fores serra: nec alio instrumento ullo.* Hujus autem instituti rationem reddidit ipse Lycurgus luculentam satis hoc suo apophthegmate. Nam sciscitantibus quibusdam, cur ad fastigium domus faciendum sola securi, ad januam sola serra uti, nulloque alio instrumento permisisset, respondit: *Ut cives mediocritatem servent in omnibus, quæ in domum inferunt, neque eorum quicquam possideant, quæ ab aliis magni fiunt.* Quam rationem Legislatoris illustrioribus aliis verbis declarat disertissimus & locupletissimus auctor Plutarchus *Vita Lycurgi* ita scribens. *Quod dixisse de mensa sua Epaminondam ajunt, tale prandium non capere proditionem: id primum in mentem venit Lycurgo, talem domum deliciarum & lauticiæ haud esse capacem. Neque tam sit ineptus vel amens ullus, ut in penates humiles & vulgares, lectos argenteis instructos fulcris, stragula purpurea, aurea pocula, & eum qui hæc comitatur inferat splendorem: sed comparandus est & æquandus ædificio lectus, lecto vestis, huic reliquus cultus & apparatus.* Hæc ille. Quare etiam contemtui habuerunt frugi illi veteres Lacedæmonii aliorum quorumcunque ædificiorum splendorem & ornatum. Leotychidas major Corinthi cœnans, quum fastigium ædium magno sumtu structum & laqueatum cerneret, rogasse fertur hospitem, num in ea regione arbores nascerentur quadrangulæ? Unde facile colligitur, ex rudi materia & lignis nihil dolatis, aut fabrefactis domos suas exstruxisse Lacedæmonios. Atque hoc institutum respexisse videtur Epictetus istis sententiis: *Ne tabulis & picturis domum tuam circumda, sed temperantia ipsam depinge. Illud enim alienum & oculorum tantummodo præstigiatio: Hæc vero indelebilis æternusque domui ornatus existit.* Item, *Operam quidem dare, ut domus incrustata gypso, atque albedine sua resplendens, in admirationem spectantes trahat, hominis est imperiti: ingenium vero commoda familiaritate lustrare, honestatis humanitatisque studium testatur.*

TABULA TERTIA
DE
JURE CIVIUM.

INSTIT. I.

Civium numerus fortibus respondeat. Civibus fortes superantibus, in colonias deducebantur. Coloniæ Lacedæmoniorum variis locis.



QUANDOQUIDEM sors una in singula civium capita erat assignata, necesse est convenisse civium & sortium inter se numerum. Initio itaque sub Lycurgo civium novem millia fuere, quot & sortes. Postea aliquando minor erat civium numerus, sicuti & aliquando haud dubie potuit augeri, prout videlicet vel pax fuit vel bellum, quamvis potius minuebatur. Nam Demaratus oratione ad Xerxem ait: Spartam octo fere millium virorum, ut est apud Herodotum *lib.* VII. Quod de civibus intelligendum, Aristoteles mille tantum sortes habuisse scribit. Plutarchus tandem redactos Spartiatas ad septingentos ait, ut *lege* I. *superioris Tabulæ* diximus. Quæ tamen ruentis erant Reipublicæ & tolerabantur contra instituta vetera invitis omnibus bonis. Nam mens Legislatoris fuit, cives ut æquarent numerum fortium. Itaque si contigit civium plures esse, tum vero in colonias deducebantur, quibus quasi exonerabatur Respublica superflua multitudine. Quod ipsum neque rarum fuit. Nam multæ Lacedæmoniorum coloniæ, ex quibus has potissimum nos observavimus. Tarentini in Italia, Plato, Justinus, Pausanias: Cnidii in Lycia, Heracleotæ in Sicilia, Herodotus: Lepreatæ, Melii, Thucydides: Cyrenæi, Isocrates: Lyctii in Creta, Aristoteles, Pausanias: Locri & Crotoniatæ in Italia, Justinus: Magnesia in Asia, Vellejus Paterculus: Selge, Dionysii Scholiastes, & haud dubie aliæ plures. Ex quibus facile videre est, non tulisse eos abundare Spartam numero civium. Sed ut ingenue fateamur, hanc legem tam disertis verbis nusquam expressam invenimus, uti nos posuimus, nihilominus ejusdem sententiæ aliquam fuisse ex iis quæ diximus, constare opinor. Plato certe lib. *de Legibus* certum numerum civium in sua requirit Republica atque hoc minorem, haud dubie exemplum a Lycurgo mutuatus. Sed quatenus aliis admittenda talis lex, suo loco differemus.

INSTIT. II.

Infans an tollendus sit, judicent tribules, atque probato sortem inter cives assignent. Infantes explorandi ratio

EXPOSITIO infantum omnium fere gentium fuit, sed & Græcorum plerorumque, exceptis Thebanis, apud quos lege vetitum infantes exponere. Lacedæmonii disciplina cæteris rigidiores ab hac exponendi consuetudine non abhorruerunt. Nam maximi natu tribules, id est, qui ejusdem erant tribus, allatum ad se infantem, vel probabant si tollendus videretur: vel improbabant, si exponendus. Qui probatus fuerat, ei sors sua assignabatur, atque ita civitatis jus consequebatur. Qua de re plura supra *lib.* I. Rationem autem explorandi infantum habitum atque robur, scribit Plutarchus in *Lycurgo* hanc fuisse: *Infantes*, inquit, *a fœminis abluebantur vino non aqua. Quod ideo fiebat, quia comitiales ferunt & morbidos a mero flaccescere, salubres durescere & firmari habitu*. Sed hæc lex quum videri possit aliis inhumana, Lacedæmoniis certe non fuit ingrata, qui in omnibus ad Rempub. potius, quam ad se respexerunt.

INSTIT. III.

Peregrini Spartæ non commorentur: sive Lex ξενηλασίας. Lacedæmonii invisi propter ξενηλασίαν. Athenienses hospitalitatis laude apud omnes commendati. Festis diebus peregrini non abigebantur urbe. Ξενηλασίας lex tandem neglecta. Lex Licinia & Mucia apud Romanos.

PEREGRINI Spartam temere non adierunt, nec quam diu lubuit, ibi moram trahere potuerunt. Qua de re Proxenis cura erat. Xenophon *de Repub. Lacedæmon.* Plutarchus in *Vita Lycurgi*, & *Institutis Laconicis*, & alii, hujus instituti referunt eam fuisse rationem, ne advenæ ulla utili de causa irrepentes in urbem, alicujus noxæ doctores forent, neve mollitiem, luxuriam, divitiarum cupiditatem ab iis cives discerent. Atque hæc una eaque verissima hujus instituti ratio. Sed Pericles tamen oratione funebri apud Thucydidem *lib.* II. Lacedæmonios perstringens hujus consuetudinis nomine vituperat, tanquam hac expulsione hospites discere vel spectare Spartæ aliquid noluerint. Quod tamen non videtur verisimile, & reprehenditur merito a Plutarcho. Qui & in *Vita Agidis* scribit, Lycurgum vita & institutis hospites potius exegisse, quam peregrinos in civitatibus versantes. Hæc itaque lex illa ξενηλασίας, *de peregrinis expellendis*, cujus nomine male audierunt Lacedæmonii: sicut & Judæus Josephus lib. II. *contra Apionem* in fine, existimat eos culpa eximi non debere propter hoc institutum ἀνεπιμίκτου πολιτείας, *impermixtæ civitatis*. Sed quod tantopere vitio dabatur, id merito an immerito factum, non dixerim. Herodotus *lib.* I. judicare videtur, hanc ipsis consuetudinem fuisse ante Lycurgum. Qua de re jam non disputo. Fuerunt certe prorsus aliis gentibus hac de causa invisi Lacedæmonii, quod essent περὶ τοὺς ξένους ἀπάνθρωποι, id est, *circa hospites inhumani*, ut ait Suidas: sicut econtra Athenienses humanitatis & hospitalitatis laude apud omnes commendabantur. Theophilus *Institutionum* libro I. Δεύτερον παράδειγμα τοῦ πολιτικοῦ νομίμου ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις, ἥτις ἐκέχρητο ξενηλασίᾳ, Λυκούργου τοῦτο νομοθετήσαντος· ἵνα μὴ διὰ τῆς τῶν ξένων ἐπιμιξίας διαφθείροιτο καὶ χεῖρον γένοιτο τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἦθος· ὁ τοιοῦτος νόμος τιμᾶται μὲν παρὰ Λακεδαιμονίοις, Ἀθηναῖοι δὲ τούτου καταφρονοῦσι, τοσοῦτον τῆς ξενηλασίας ἀφεστῶτες, ὥστε καὶ βωμὸς ἐλέου τιμᾶται παρ' αὐτοῖς· οὕτως ἑτοίμως τοὺς εἰς αὐτοὺς φοιτῶντας ὑποδεχόμενοι, ὅτι πολλάκις διὰ φιλανθρωπίας ὑπερβολὴν καὶ πολεμεῖν ὑπὲρ αὐτῶν οὐκ ὤκνησαν. Id est *Alterum exemplum juris civilis præbet nobis Lacedæmoniorum civitas: quæ ex jure, quod Lycurgus illis composuit, peregrinos expellebat, ne immixtis peregrinis mores civium in deterius mutarentur corrumperenturve: Quod jus apud Lacedæmonios magna in veneratione est. At Athenienses pene irrident, qui adeo absunt ab expellendis peregrinis, ut etiam apud eos magno in honore sit ara misericordiæ, & tam officiose eos, qui ad se veniunt, excipiant, ut præ ingenti humanitate pro his sæpe bella gerere non sint veriti*. Idem fere Tzetzes scribit, ponens hac de re tales versus, *Chiliad.* VII. *Hist.* CXXX.

Τοῖς Ἀθηναίοις νόμος ἦν, εἰσδέχεσθαι τοὺς ξένους,
Ὅθεν καὶ ὠνομάζοντο φιλόξενοι τοῖς πᾶσι.
Τοῖς Λάκωσι δὲ νόμος ἦν, τοὺς ξένους ἀπελαύνειν.

Id est,

Atheniensibus lex erat excipere hospites,
Unde & nominabantur amatores hospitum ab omnibus.
Laconibus autem lex erat hospites abigere.

Meminit hujus instituti etiam Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum *Sermone* CXLV. ubi ita ait; ξένοις ἐμβιοῦν οὐκ ἔξεστιν ἐν Σπάρτῃ, *peregrinis vivere non licet Spartæ*. Sed hæc omnia intelligenda, ut tamen certis quibusdam diebus Spartam adire, ibique commorari hospitibus licuerit. Ita enim Suidas scribit: Οὐκ ἐξῆν ξένῳ τινὶ ἀεὶ τῆς Σπάρτης ἐπιβαίνειν, ἀλλ' ὡρισμέναις ἡμέραις. Id est, *Non licebat peregrinis quovis tempore Spartam accedere, sed statis diebus*. Quod & verum puto. In festis certe non abigebantur peregrini. Nam apud Plutarchum in *Agesilao* est, civitatem peregrinis refertam fuisse in ludis gymnicis, quum nuncius cladis Leuctricæ veniret. Et commendatur Lichas apud Xenophontem lib. I. *Memorabilium*, quod hospitibus, qui in gymnopædiis Spartam accesserant, cœnam præberet. Sicut & Plato in sua Repub. certis quibusdam diebus concedit peregrinis ibi morari. Cæterum hanc legem tandem, ut plerasque alias, neglectam & frequentibus exemplis violatam fuisse, scribit idem Xenophon. Et Pericles apud Thucydidem mittendos censet legatos ad Lacedæmonios, petituros inter alias, ne Atheniensibus, sociisque, ac peregrinis aliis sua urbis interdicerent. Verumtamen perdiu mansit Lex, sicut prorsus isti Reipub. necessaria fuit: neque aliter aboleri poterat, quin una cum illa conciderent multæ præterea aliæ, ut ex diligenti collatione intelligi poterit. Romanis non erat multo dissimilis lex Licinia & Mucia, cujus multa mentio, cum alias, tum etiam apud Ciceronem, qui eam scribit minus fuisse humanam.

INSTIT. IV.

Civium peregre, nisi belli causa, eat nemo. Hujus instituti ratio. Hoc institutum virorum militarium proprium. Pausanias Persarum moribus accessit patria diutius emanens.

FRUSTRA præcedens lex lata fuisset, nisi & hæc adjecta. Nam quorsum opus fuit peregrinos arcere, ne mores civium ab eorum convictu inquinarentur, si cives ipsi ad exteros commearent, atque inde luxuriæ & reliquorum vitio-

rum documenta afferrent. Recte itaque & Lex constituta, ne cives temere ad quasvis gentes, uti libitum, commearent. Est autem hujus instituti ratio satis aperta & plana, videlicet ne peregrinitatem morum in urbem inveherent peregrinantes. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Ἀποδημεῖν οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἵνα μὴ ξενικῶν ἐθῶν καὶ βίων ἀπαιδεύτων μετάσχωσι. Id est, *Peregrinari ipsis non licebat, ne aliquos mores peregrinos & inscita vitæ instituta assumerent.* Meminit idem & in *Vita Lycurgi* & *Apophthegmatis*. Ac prorsus Lacedæmonios decuit peregrinitatem nullam asciscere, quod id sine morum corruptela, & legum extrema pernicie fieri non poterat, a quibus solis Reipublicæ salus pendebat. Observandum autem quod Isocrates hoc ad viros militares tantum restringit, scribens μηδένα τῶν μαχίμων ἄνευ τῆς τῶν ἀρχόντων γνώμης ἀποδημεῖν. Id est, *neminem militaris ætatis sine venia Archontum peregre abire*. Ubi ait hoc ab Ægyptiis translatum. Qui locus extat in *Laudatione Busiridis*: Quum Harpocration tamen contra *Lexico x. Rhetorum*, dictione κάθετος, ex Aristotele referat hoc ad quosvis Lacedæmonios pertinuisse: Ὁ Ἀριστοτέλης, inquit, οὐκ ἐξῆναί φησιν ἀποδημεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ὅπως μὴ δὲ ἐθίζονται ἄλλων νόμων εἶναι φίλοι. τοῦ μέντοι Ἰσοκράτους τοὺς μαχίμους λέγοντος κωλύεσθαι ἀποδημεῖν, οἱ περὶ Ἀριστοτέλην, τοὺς πάντας Λακεδαιμονίους φασίν. Id est, *Aristoteles dicit non licere peregrinari Lacedæmoniis, ut ne insuescant esse amici alienis Legibus. Attamen Isocrate illos dicente, qui sunt militaris ætatis, prohiberi peregrinari, Aristoteles dicit omnes Lacedæmonios*. Quam magnorum istorum auctorum dissensionem jam non disceptamus, etsi nobis Aristotelis verior videtur sententia. Meminit hujus instituti etiam Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum, qui ait non licuisse Σπαρτιάταις ξενιτεύειν, *Spartiatis peregrinari*. Cæterum quod de nihilo hoc institutum non fuerit, documento esse poterit Pausanias, qui diutius patria emanens, & cum Persis congrediens, prorsus eorum moribus accessit, ut tandem patriæ & toti Græciæ servitutem inducere cogitaret. Ut taceam jam Leonidam, Lysandrum & totum ejus exercitum Athenis reductum, totumque exercitum Agesilai ex Asia reportatum, quibus multa vitia diutina extra patriam commoratio affricuerat, ut tantum non Reipub. perniciem secum advexerint. Externi itaque mores non admittendi, si salvam velimus Rempub. Notus versus ille nunquam satis laudatus:

Moribus antiquis Res stat Romana virisque.

INSTIT. V.

Si quis ex civibus institutionem puerorum non patitur, jura civitatis non usurpet. Ratio hujus instituti.

NOLUIT Legislator quenquam civium exemtum communi jure, sed omnes potius iisdem legibus subjectos esse. Qui igitur in liberos indulgentior erat, quam ut eos cum reliquis publicæ institutionis disciplina educari pateretur, is civium jure excidebat. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Τῶν πολιτῶν ὃς ἂν μὴ ὑπομείνῃ τὴν τῶν παίδων ἀγωγὴν, οὐ μετεῖχε τῶν τῆς πόλεως δικαίων. Id est, *Quicunque civium non patitur puerorum institutionem, jura civitatis non participet*. Quod non ratione caret. Neque enim videbatur idoneus civis futurus, ac cæteris par, qui non pari cum iis disciplinæ severitate esset educatus. Et in parentibus ipsis habebatur probrum, si ita ignavi abjectique animi essent, ut liberorum amorem patriæ caritati, legumque patriarum observationi anteponerent. Omnes itaque in universum civium liberi publice eodem modo educari debebant, ne exceptis quidem Regiis liberis, si a regni successione alieni erant. ut exemplo Agesilai ex Plutarcho supra retulimus. Nam qui ad regnum educabantur, iis legis hujus venia dabatur. Qua de re etiam ante dictum est.

INSTIT. VI.

Nisi qui civis sit, & quidem optimo jure, nemo publicum munus gerat. Hujus instituti ratio. Peregrinos habuisse jus sententiæ dicendæ. Pauperes a publicis muneribus remoti.

PEREGRINI magistratus non capiebant: in civitatem asciti, ut in reliquis participabant, ita & jus gerendi magistratus consequebantur. Tyrtæus poeta dux Lacedæmoniis fuit adversus Messenios, sed prius civitate donatus. Plutarchus *Apophthegmatis*: *Pausanias quærenti cur Tyrtæum poetam Spartani donassent civitate?* Respondit: *ne unquam videremur peregrino usi Duce*. Eodem modo & alii multi, Terpander, Thales, Pherecydes advenæ, quia eadem ac Lycurgus assidue canebant & tractabant, honores habuerunt Spartæ eximios, ait Plutarchus in *Vita Agidis*. Quod prorsus decuit ita fieri. Nec enim conveniebat libertati Spartanorum, ut ipsis peregrinus dominaretur. Neque item peregrini leges & instituta nosse poterant, secundum quæ imperandum, nisi in Repub. diutius versati, & jus usurpandi civitatem nacti. Sententiæ tamen dicendæ jus peregrinos habuisse existimare licet. Nam Chileus Tegeata Ephoris consilium dans, eos in suam adducit sententiam, ut est apud Herodotum *lib. ultimo*. Nisi tamen & ipse prius civis factus: inter peregrinos autem ab Historico relatus, quod non natus civis, sed Tegeata. Nec satis erat civem esse, qui magistratum vel ducatum caperet: sed oportebat inter cives primarum classium & potioris notæ esse. Nam nimio quantum pauperes a publicis muneribus erant remoti, ut supra ex Aristotele retulimus. Quod etiam in multis aliis Rebuspub. obtinebat, in quibus perquam tenuis fortunæ qui essent, Rempub. non gubernabant.

TABULA

TABULA QUARTA
DE
LEGIBUS CONNUBIALIBUS.

Instit. I.

Spartanorum nemo cœlebs vivat. Pœna in cœlibes quadruplex. Prima pœna in cœlibes. Secunda quænam. Tertia in quo consistebat. Quarta qualis.



Qui vita accepta a natura, alteri vitam tradere recusat, injurius est, & naturæ ingratus. Non enim ei satisfacit, mutuum quod accepit reddens. Hoc videns Legislator sapientissimus, jussit cives suos omnes liberis operam dare. Quod si B qui vero a conjugio abhorrebant, eos proposita pœna exstimulabat. Erat autem hæc pœna in cœlibes quadruplex. Prima, quod media hyeme circumducebantur cœlibes per forum vestibus spoliati. Ita enim Plutarchus in *Lycurgo* de his ait: Τοῦ χειμῶνος οἱ μὲν ἄρχοντες αὐτοὺς ἐκέλευον ἐν κύκλῳ γυμνοὺς περιϊέναι τὴν ἀγοράν. Id est, *Bruma ex magistratuum edicto jubebantur* (cœlibes) *forum vestibus spoliati obire*. Secunda pœna, quod in se probrum ipsi ingerebant, cantilenam de pœna sua concinentes. Plutarchus eodem loci: Οἱ δὲ περιϊόντες, inquit, ᾖδον εἰς αὐτοὺς ᾠδήν τινα πεποιημένην, ὡς δίκαια πάσχοιεν, ὅτι τοῖς νόμοις ἀπειθοῦσι. C Id est, *Qui ita circuibant, accinebant in se cantionem compositam, qua fatebantur se justa pati, quod legibus non parerent*. Tertia pœna quod excluderentur a spectaculis gymnicis, ubi virgines nudæ decertabant. Plutarchus *Apophthegmatis*: Εἶρξας δὲ τοὺς ἀγάμους τῆς ἐν ταῖς γυμνοπαιδείαις θέας, καὶ ἀτιμίαν προσθεὶς, πολλὴν πρόνοιαν ἐποιήσατο τῆς παιδοποιΐας. Id est, *Ludorum nudorum spectaculo interdicens cœlibibus, addensque ignominiam, accurate providit, ut cives liberis procreandis operam darent*. Quod & *Vita Lycurgi* refert. D Quarta pœna erat, quod honore Senibus debito itidem privarentur. Plutarchus *Apophtegmatis* & *Vita Lycurgi*: Τιμῆς καὶ θεραπείας, ἣν νέοι πρεσβυτέροις παρεῖχον, ἐστέροντο. Id est, *Honore & cultu, quem juvenes Senioribus exhibent, privabantur*. Quapropter non est reprehensum, quod juvenis quidam Dercyllidæ accedenti, Duci imprimis inclyto, exprobrans ἀτεκνίαν, *liberorum orbitatem*, de sede sua non cederet: *Neque tu mihi*, inquit, *eum qui cessurus sit, sustulisti*. Talis itaque illa δίκη ἀγαμίου, *actio cœlibatus*, cujus mentio apud Pollucem *lib.* III. E Atque hoc ἐπιτίμιον ἀγαμίου, *mulcta cœlibatus*, de quo est apud Clementem Alex. l. II. *Strom.* & Plutarchum *Lysandro* in fine.

Instit. II.

Matrimonia omnia legitimo tempore contrahantur. Pœnæ ὀψιγαμίου.

Noluit Legislator cives suos cœlibes esse, nec tamen permisit cuivis, quo vellet anno ætatis, uxorem ducere. Annus autem qui fuerit non invenio. Si divinandum est in re obscura, fuerit mea sententia, is paulo ultra illum annum, quo F inter viros referebantur, qui erat ætatis trigesimus. Sicut & apud Platonem is annus præfinitus conjugiis. In fœminis autem minor, nec forte citra vigesimum. Certe leges ad utrosque pertinuisse videntur: & auctores consentiunt, tum matrimonia Lycurgum suis concessisse, quum corpora essent adulta, &

A ætate satis corroborata. Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*: Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀποπαύσας τοῦ ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι, ἔταξεν ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τοὺς γάμους ποιεῖσθαι, καὶ τοῦτο συμφέρον τῇ εὐγενείᾳ νομίζων. Id est, *Potestate adempta ne singuli uxores ducerent, quum ipsis lubitum esset: jussit dum vigerent corpora, matrimonia contraherent, idque ad rectam procreandi rationem conducere putabat*. Cum quo convenit etiam Apophthegma Lycurgi. Nam interrogatus cur tempus ineundi matrimonii utrique sexui constituisset, Respondit: *Ut valida nascerentur ex perfectis corporibus*. Sed uti præfinitus annus B erat, intra quem uxorem ducere non licebat: ita nec ad provectam ætatem proferri poterat conjugium. Quare & δίκη ὀψιγαμίου, *actio seri matrimonii*, erat, cujus etiam meminit Pollux & Plutarchus, itemque Clemens *loco jam citato*.

Instit. III.

Conjuges ut sint quodammodo inter se pares, provideatur. Pœnæ κακογαμίου. Conjugiorum inæqualitas quæ habita fuerit.

C Tam sancta fuere conjugiorum jura, ut lex etiam requireret diligentem circumspectionem in eligenda tori consorte. Nec enim inæqualitatem magnam inter conjuges existere voluit, ne inde dissidia orirentur, neve soboles minus produceretur ab imparibus generosa. Quamobrem erant & κακογαμίου δίκαι, *pravi conjugii actiones*, ut est apud Pollucem & Plutarchum. Etsi Josephus lib. II. *contra Apionem*, Lacedæmonios accusat ὀλιγωρίας περὶ τοὺς γάμους, *negligentiæ circa nuptias*. Antea diximus Agidem multatum ab Ephoris, quod pusillam uxorem duxisset, quæ Regulos non Reges D gigneret. Visum est impar conjugium, quod contrahentes statura essent impares. Quæ exigua quædam inæqualitas. Major autem inæqualitas indolis, morum, virtutis & roboris, quæ forte idcirco magis etiam pœnæ obnoxia. In divitiis certe non est reputata inæqualitas, neque earum ratio in conjugiis habita. Itaque qui fidem dederat Lysandri filiæ, comperta post mortem patris ejus paupertate, quum sponsionem factam irritam facere conaretur, ab Ephoris eo nomine punitus est. Neque enim Laconicæ integritatis existimarunt, vel Græci animi, mortuo amico gratiam non præstare, & pactis fideque divitias potiores habere. Qua de re est apud Plutarchum in E *Lysandro*, & Ælianum, *lib.* VI. *cap.* IV.

Instit. IV.

Qui tres genuerit liberos a custodiæ munere liber sit, qui quatuor ab omnibus oneribus. De præmiis propositis iis qui civitatem prole auxissent.

Sicut pœnæ constitutæ erant in cœlibes, ac sero vel perperam matrimonium contrahentes: ita præmia eis proposita qui civitatem prole auxissent. F Aristoteles *politico* II. hanc Spartiatis legem fuisse asserit a Lycurgo datam, qua exsuscitaret cives ad procreationem sobolis numerosioris: Βουλόμενος ὁ νομοθέτης, inquit, ὡς πλείστους εἶναι τοὺς Σπαρτιάτας, προάγεται τοὺς πολίτας ὅτι πλείστους ποιεῖσθαι παῖδας. ἔστι γὰρ αὐτοῖς νόμος τὸν μὲν γεννήσαντα τρεῖς υἱοὺς ἄφρουρον εἶναι· τὸν δὲ τέτταρας ἀτελῆ πάντων. Id est, *Volens Legislator quamplurimos esse Spartiatas*,

impellit cives ad plurimos liberos procreandos. Est enim ipsis lex, eum qui genuerit tres liberos a custodiæ onere immunem esse, vel præsidii gratiam habere: Eum qui quatuor, ab omnibus oneribus liberum esse. Quæ lex relata est etiam ab Æliano lib. VI. *Variæ Historiæ* cap. VI. Quamvis is aliquantulum variat. Nam quod apud Aristotelem est, quatuor liberorum parentibus tribui immunitatem, eam Ælianus quinque liberis concedi ait. Conveniunt autem cum hac lege quodammodo jura Romanorum.

INSTIT. V.

Virgines sine dote nuptum dentur. Sive de dote non querenda in virginibus. Ratio hujus instituti.

SUPERIORIBUS prorsus est consentanea hæc lex, ne dos in conjugibus respiciatur. Nam si dos spectetur, cœlibatus non vitari poterit, eruntque quædam mala, quædam sera conjugia, ut mittam alia absurda contra leges, quæ vitari non poterant. Verum itaque dotis dationem a Legislatore sublatam fuisse, virtutemque solam, cum generosa indole & bene compositis moribus, pro dote cum esse voluisse. Quamvis apud Aristotelem est, mulieribus amplas fuisse datas dotes. Ælianus *lib.* VI. paucissimis verbis hanc legem concipit, scribens jussisse Lycurgum *γαμεῖν ἀπροίκους, ducere indotatas.* Ratio autem hujus legis reddita ab ipso Lycurgo apud Plutarchum in *Apophthegmatis.* Nam interrogatus cur virgines sine dote nuptum dari jussisset, Respondit: *Ne vel ob inopiam aliquæ manerent innuptæ, vel propter opes expeterentur, sed quivis in mores puellæ intuens, virtutem in delectu sequeretur.* Justinus hujus legis vim& causam in alia collocat. Ita enim scribit *lib.* III. *Virgines sine dote nubere jussit, ut uxores eligerentur, non pecuniæ; severiusque matrimonia sua viri coercerent, quum nullis dotis frenis tenerentur.* Utrumque horum haud dubie respexit Legislator. Certum enim sublatis dotibus virtuti in conjugiis magis locum esse, & insolentiam muliebrem minui, si dote pecuniaria careant. Notum quid hac de re Juvenalis *Satyra* VI. scribat, ubi inter alia mulierum etiam ex dote superbiam perstringit.

INSTIT. VI.

Uxores raptu, non tamen invito, ducantur, & a pronuba adornentur. Ratio hujus instituti. Sponsæ ornatus quis fuerit.

UXORES quidem rapiebantur ex hoc instituto, non tamen prorsus invitæ, neque invitis parentibus: sed jam antea pactæ & sponsæ, ut existimo. Neque enim aliter conveniebat, ne naturæ leges transgrederentur, & multas dissensiones, odia intestina, infinitas cædes concirent rapientes. Quod prorsus contra conjugii finem. Erat nihilominus raptus secundum legem usitatus. Ita enim Plutarchus *Lycurgo*: *Ἐγάμουν δὲ δι' ἁρπαγῆς οὐ μικρὰς οὐδὲ ἀώρους πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἀκμαζούσας καὶ πεπείρους.* Id est, *Uxores ducebant raptu, non pusillas atque immaturas, sed adultas & maturas.* Quæ postrema addit, ut intelligatur non fuisse raptum tantum imbecilliorum, sed etiam adultiorum & robustiorum. Pertinere autem legem eo existimo, ut assuefierent Spartani in hoc, sicuti in reliquis fere omnibus raptui. Deinde conveniebat quodammodo hoc verecundiæ muliebri, ut ad tam familiarem convictum cum viro, non nisi raptæ perducerentur. Ac fortean etiam boni ominis existimabant uxores sibi rapere, sicut Romani Sabinas rapientes. Porro ornatus sponsæ qui fuerit, docet idem Plutarchus *Lycurgo. Raptam*, inquit, *abducebat pronuba, capillos ejus cute tenus circumtondebat, inde tunica virili, & calceamentis induebatur, tum in toro sine lumine sola collocabatur.* Quæ quamvis ridicula videri possunt, habebant tamen peculiarem suam significationem, ut ego opinor. Rasura status quasi mutationem designabat, ut cogitaret sponsa se in aliam domum migrare, dominumque idcirco commutare, aliisque moribus vivendum esse. Vestis virilis, vel bonorum communicationem notabat, vel fortean sumendum animum virilem ad certamen venereum. Quod lumen extingueretur, de verecundia commonefaciebat, quæ sola custos pudicitiæ. Sed de his liberum cuique suum facio judicium. Id sane perquam laudabile, quod non voluerit Legislator sponsam magnifico & exquisito cultu exornari, sed simplici potius & vulgi fere in modum.

INSTIT. VII.

Novus maritus furtim ad sponsam accedat, brevique ad suos redeat. Hujus instituti causæ.

SICUT verecundia muliebris superiore lege sanciebatur: ita & viros circa conjugia ingenuum quendam pudorem gerere hæc lex vult. Non enim facit potestatem sponso, vel novo marito, commeandi ad sponsam seu novam nuptam, quandocunque vellet, aut quamdiu libebat commorandi: sed noctu tantum peracta jam maxima diei parte apud cæteros coætaneos, ad quos statim etiam redeundum erat. Quod tam a novis maritis, quam etiam sponsis ipsis requirebatur, quod & ipsos, ad sponsas suas sobrios clam ingredi oporteret, itidemque egredi. Ita enim scribit de sponsis Plutarchus: *Ὁ δὲ νυμφίος οὐ μεθύων οὐδὲ θρυπτόμενος, ἀλλὰ νήφων, ὥσπερ ἀεὶ δεδειπνηκὼς ἐν τοῖς φειδιτίοις παρεισελθὼν, ἔλυε τὴν ζώνην, καὶ μετήνεγκεν αἰρόμενος ἐπὶ τὴν κλίνην. συνδιατρίψας δὲ χρόνον οὐ πολὺν ἀπῄει κοσμίως, ὅπερ εἰώθει τὸ πρότερον καθευδήσων μετὰ τῶν ἄλλων νέων.* Id est, *Sponsus non vino gravis, nec deliciis confectus, sed sobrius, quum solito more in Phiditiis cœnatus esset, latenter ingressus sponsæ cingulum solvebat, eamque tollens in lecto transferebat. Nec longo tempore ibi commoratus, abibat modeste, dormiturus ubi solitus cum reliquis juvenibus.* In novis maritis id itidem observatum docetur ab eodem. Nam de iis intelligenda, quæ post superiora adjungit: *Καὶ τὸ λοιπὸν οὕτως ἔπραττε, τοῖς μὲν ἡλικιώταις συνδιημερεύων καὶ συναναπαυόμενος, πρὸς δὲ τὴν νύμφην μετ' εὐλαβείας φοιτῶν, αἰσχυνόμενος καὶ δεδοικὼς μή τις αἴσθοιτο τῶν ἔνδον. ἅμα δὲ καὶ τῆς νύμφης ἐπιτεχνωμένης καὶ συνευπορούσης ὅπως ἂν ἐν καιρῷ καὶ λανθάνοντες ἀλλήλοις συμπορεύοιντο. καὶ τοῦτο ἔπραττον οὐκ ὀλίγον χρόνον, ἀλλ' ὥστε καὶ παῖδας γενέσθαι ἐνίοις πρὶν εἰς ἡμέραν θεάσασθαι τὰς αὐτῶν γυναῖκας.* Id est, *Deinceps idem faciebat maritus, ac transigebat cum coætaneis dies & noctes. Ad sponsam presse commeabat cum pudore & metu, ne quis ex familia perciperet, una machinante sponsa, & oportunitatem suppeditante, quo in tempore insciis aliis congrederentur. Neque vero ad modicum temporis ita agebant, sed aliqui etiam liberos prius tulerunt, quam viserent uxores suas interdiu.* Ita Legislator pudorem virilem limitibus hisce circumscribere voluit. Sed præterquam quod pudoris esset hoc institutum, ut intelligi potest ex iis quæ diximus, judicat ipse Lycurgus etiam id ad alia multa conducere, ut explicat hoc apophthegmate. Nam miranti cuidam, cur novo marito concubitu cum sponsa interdixisset, ac jussisset eum majorem diei partem, totamque fere noctem cum æqualibus degere, cum sponsa autem furtim & caute congredi;

Eo, inquit *hæc tendunt, ut validi corporibus maneant, neque ſatietas inceſſat, & amor ſemper ſit recens prolemque edat validam*. Quæ cauſæ etiam adducuntur loco ſuperius adducto ex *Vita Lycurgi*. Meminit hujus inſtituti etiam Xenophon, qui fere eaſdem rationes adfert, ſic ſcribens: Επεί γε μὴν γυνὴ πρὸς ἄνδρα ἔλθοι, ὁρῶν τὰς ἄλλους τὸν πρῶτον τοῦ χρόνου ἀμέτρως ταῖς γυναιξὶ συνόντας, καὶ τούτου τ' ἐναντία ἔγνω. ἔθηκε γὰρ αἰδεῖσθαι μὲν εἰσιόντα ὀφθῆναι, αἰδεῖσθαι δὲ ἐξιόντα. οὕτω δὲ συνόντας, ποθεινοτέρως μὲν ἀνάγκη σφῶν αὐτῶν ἔχειν, ἐῤῥωμενέστερα δὲ γίγνεσθαι εἴ τι βλαστάνοιεν οὕτω μᾶλλον εἰ ἢ διάκοροι ἀλλήλων εἶεν. Id eſt, *Jam ubi ad virum accedit mulier, quod alios videret initio præter modum cum uxoribus conſueſcere, hac etiam in parte quiddam diverſum ſtatuit. Nam ſanxit pudore virum præpediri debere, quo minus ad uxorem vel accedens, vel diſcedens ab aliis conſpiciatur. Hoc modo ſi conſueſcant, majori eos deſiderio teneri neceſſe eſt, & fœtus ſi quos procreent fieri valentiores, quam ſi ſatietas inter eos irreperet*. Erat itaque hoc inſtitutum tum pudoris, tum ſobrietatis & caſtitatis quædam meditatio.

INSTIT. VIII.

Uxor ſenis adoleſcenti a marito dari poterit, qui partum ſibi vindicet. Ratio hujus inſtituti. Uxores Regum ab hac lege excipiebantur.

HÆC lex in alia quacunque Rep. videri poſſet abſona vel abſurda. Nam ipſa uxorum communicatio quaſi quædam proſtitutio, quam bonæ leges alibi pœna afficiunt. Sed Spartani tamen ab hoc probro alieni, facileque id inſtitutum tolerabant, qui tantum ab uxoribus prolem requirebant, non voluptatem. Quapropter etiam Reipub. cauſa non recuſabant uxores, quas ipſi imprægnare vel per ætatem, vel per invaletudinem non poterant, aliis tradere. Quod eo tolerabilius ipſis factu, quod liberos non ſibi ipſis, ſed Reipub. procrearent. Nam huc inſtitutum in primis pertinebat, ut civitas ſobole amplificaretur. Quamvis videri poteſt etiam eo reſpexiſſe Legiſlator, ut cautiores cives ſuos redderet in legendis uxoribus, ne videlicet eas ducerent, quas poſtea aliis tradere neceſſe eſſet. Tribuitur autem hoc inſtitutum Lycurgo a Xenophonte lib. *de Repub. Lacedæmoniorum* ubi ſic ſcribit: Εἴγε μέντοι συμβαίη γεραιῷ νέαν ἔχειν, ὁρῶν τοὺς τηλικούτους φυλάττοντας μάλιστα τὰς γυναῖκας, τ' ἐναντία καὶ τούτου ἐνόμισε. τῷ γὰρ πρεσβύτῃ ἐποίησεν, ὁποίου ἀνδρὸς σῶμά τε καὶ ψυχὴν ἀγασθείη, τοῦτον ἐπαγομένῳ τεκνοποιήσασθαι. Id eſt, *Quod ſi uſu veniret, uti vetulus juvenem uxorem haberet, quia complures eſſe, qui uxores diligentiſſime obſervent, videbat, etiam hac in parte contrarium quiddam ſtatuit. Juſſit enim, ut ſenex cujuſcunque viri animum & corpus admiraretur, eo ad uxorem adducto, ſobolem ſuſciperet*. Plutarchus *Lycurgo* idem tradit verbis non minus elegantibus quam Xenophon: Τοσαύτην, inquit, τοῖς γάμοις ἐπιστήσας αἰδῶ καὶ τάξιν, οὐδὲν ἧττον ἐξέβαλε τὴν κενὴν καὶ γυναικώδη ζηλοτυπίαν, ἐν καλῷ καταστήσας, ὕβριν μὲν καὶ ἀταξίαν πᾶσαν εἴργειν ἀπὸ τοῦ γάμου, παίδων δὲ καὶ τεκνώσεως κοινωνίαν τοῖς ἀξίοις καταγελῶν τῶν ὡς ἄμικτα καὶ ἀκοινώνητα ταῦτα μετιόντων σφαγαῖς καὶ πολέμοις. ἐξῆν μὲν γὰρ ἀνδρὶ πρεσβυτέρῳ νέας γυναικὸς εἰ δή τινα καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀσπάσαιτο νέων καὶ δοκιμάσειεν, εἰσαγαγεῖν παρ αὐτὴν, καὶ πλήσαντα γενναίου σπέρματος ἴδιον αὐτῆς ποιήσασθαι τὸ γεννηθέν. Id eſt, *Poſtquam matrimonio impoſuit verecundiam & temperantiam, vanam illam & muliebrem zelotypiam ſeu æmulationem abegit, honeſtum exiſtimans, petulantiam & confuſionem omnem excludere, liberorum vero & procreationis communicationem concedere, improbans videlicet eos, qui hæc velut ſecluſa & ab communi uſu abſtracta, cædibus & bellis perſequuntur. Nam viro grandiori natu, cui florens ætate erat conjux, ſi quem probum & honeſtum carum haberet probaretque, jus erat eam huic jungere, & quum impleta eſſet egregio ſemine ſibi vindicare partum*. Hæc ille. Sed ab hac lege excipiebantur Reges, quorum uxores ab Ephoris cuſtodiebantur, ut ſupra diximus.

INSTIT. IX.

Uxorem fœcundam a marito petere bono viro liceat. Ratio hujus inſtituti. Adulterium Lacedæmone inauditum. Divortia Lacedæmone inuſitata. Ariſtonis divortium cur toleratum.

ET hæc etiam lex in aliis Rebuſpub. habere non minus abſurditatis videri poterat, quam ſuperior. Ubi enim hoc lex aliqua permiſiſſet, uxorem a marito ut petere liceret? Obtinuit hoc tamen Spartæ, Lycurgo itidem inſtituente, ut teſtantur Xenophon & Plutarchus. Quorum uterque rationem hujus inſtituti aliam reddiderunt. Xenophon enim id eo refert, ut conſuleretur eorum orbitati, qui ab uxoribus abhorrebant. Ejus verba hæc ſunt: Εἰ δέ τις αὖ γυναικὶ μὲν συνοικεῖν μὴ βούλοιτο, τέκνων δὲ ἀξιολόγων ἐπιθυμοίη, καὶ τοῦτο νόμιμον ἐποίησεν, ἥν τινα ἂν εὔτεκνον καὶ γενναίαν ὁρῴη, πείσαντα τὸν ἔχοντα ἐκ ταύτης τεκνοποιεῖσθαι. Id eſt, *Quod ſi quis fœminæ contubernium averſaretur, ac nihilominus egregiæ ſobolis cupidus eſſet, etiam hoc ſanxit, ut quamcunque fœcundam & generoſam videret, ex ea perſuadendo marito, ut liberos liceret ei procreare*. Plutarchus autem judicat magis hoc ad præſtantiam ſobolis pertinuiſſe, ut ex lectiſſima quavis & egregia habita fœmina ſuſciperetur. Ita enim ille ſuper hac re reſcribit: Ἐξῆν δὲ πάλιν ἀνδρὶ χρηστῷ τῶν εὐτέκνων τινὰ καὶ σωφρόνων θαυμάσαντι γυναικῶν ἑτέρῳ γεγαμημένην, πεῖσαι τὸν ἄνδρα συνελθεῖν, ὥσπερ ἐν χώρᾳ καλλικάρπῳ φυτεύοντα καὶ ποιούμενον παῖδας ἀγαθοὺς, ἀγαθῶν ὁμαίμους καὶ συγγενεῖς ἐσομένους. Id eſt, *E diverſo liberum erat bono viro, ſi qua ei caſta mulier, quæ elgantes pueros ederet, cordi eſſet, agere cum viro perſuadendo, ut cum ea congrederetur, atque ita tanquam frugiferum arvum conſerere, & gignere liberos probos, qui proborum futuri conſanguinei & propinqui eſſent*. Quod inſtitutum tamen non ſolum ad cives, ſed etiam ad peregrinos referre videtur Nicolaus *de Moribus gentium* apud Stobæum. Ita enim ille ſcribit: Ταῖς αὐτῶν γυναιξὶ παρακελεύονται, ἐκ τῶν εὐειδεστάτων κύεσθαι καὶ ἀστῶν καὶ ξένων. Id eſt, *Mulieribus ſuis permittunt prolem ſuſcipere ex formoſiſſimis, tum civium tum peregrinorum*. Porro fontem hujus legis ait Plutarchus eum eſſe, quod Legiſlator vellet liberos non eſſe privatos parentum, ſed communes civitatis. Itaque noluit ex turmalibus, ſed ex præſtantiſſimis generari cives. Unde reliquos notavit legiſlatores, ut oppido inſulſos & vanos, qui canes & equos ad optimos admiſſarios agant, idque gratia vel pretio contendant a dominis: conjuges vero incluſas, quas ex ſolis volunt ipſis parere, cuſtodia ſepiant, ſive amentes ſint, ſive decrepiti, ſive valetudinarii, quaſi vero filii, ſi ex pravis editi ſint, non ipſis præcipue, in quorum ſunt poteſtate & auctoribus, ſint pravi: Et contra probi, eam ſi nacti originem fuerint. Atque hæc quum ita inſtituta fuerint, adulterii tamen probro prorſus caruerunt, quod fierent ea omnia, non voluptatis cauſa, ad exſatiandam libidinem: ſed utilitatis, ad procreandam multiplicem & generoſam ſobolem. Adulterium enim Spartæ nullum, neque fere unquam auditum, quod illic adulterii quiſquam damnatus. Memorabile hoc quod de Gerada Spartano narratur. *Nam hoſpite quodam ſciſcitante, quæ eſ-*

set pœna Spartanis in adulteros constituta? Respondit Geradas: adulter, hospes, non invenitur apud nos. Quo subjiciente, quod si inventus sit? Taurum, inquit, luit ingentem, qui capite trajecto Taygetum bibat ex Eurota. Obstupescente illo ac dicente, qui existat bos tantus? Ridens Geradas, qui, inquit, adulter existat Lacedæmone? Quæ historia exstat apud Plutarchum *Vita Lycurgi* & *Apophthegmatis*. Quod si itaque illa ad hunc modum habuerunt, quemadmodum tradunt magni auctores, ut hæc sic usu obtinuerint, nec tamen zelotypia vel adulterii nota secuta, est quod mirari merito possimus sapientiam Legislatoris. Nam instituendo ita animos civium ad uxorum communicationem, jam fere nihil superesse potuit, quod non commune esset. Et quum hæc ultro citroque fierent cum benevolentia, quid jam restabat ex rebus humanis, inter quas omnium carissima uxor esse debet, cujus causa suscipiendæ inimicitiæ & contentiones? Itaque concordiæ etiam fuit hoc institutum. Etenim eo obtinente divortium non necessarium, sicut nec voluntarium divortium Spartæ factum legimus. Qua in re leges Atheniensium, Romanorum, aliorumque minus bene constitutæ. Nam quod apud Herodotum est *lib.*VI. de Aristone, fecisse eum divortium: id forte Regi tributum, ex quo desiderabatur filius regnum suscepturus, in aliis non fuisse toleratum.

INSTIT. X.

Unam tantum uxorem intra legitimos gradus Spartanus ducat. Clementis locus emendatus. Gradus consanguinitatis, intra quos apud Lacedæm. matrimonia constiterunt.

QUOD Spartanis non licuerit nisi unam habere uxorem, ex iis liquet, quæ sunt apud Hero-
A dotum *lib.*V. Nam quum retulisset historicus, quo pacto Anaxandrides priori uxori alteram superinduxisset, ait tandem hoc Spartanum non fuisse. verba ejus hæc sunt: Μετὰ δὲ γυναῖκας ἔχων δύο διττὰς ἑστίας οἴκεε, ποιέων οὐδαμὰ Σπαρτιατικά. Id est, *Postea vero conjuges habens duas duplicem domum inhabitavit, faciens plane non Spartana.* Quod itaque apud Clementem est, fuisse apud Spartanos ἐπιτίμιον μονογαμίου, ejus loco existimo legendum κακογαμίου, ne magno auctori Theologus adversari videatur. Sicut & hæc tria conjunguntur apud Pollucem, ἀγαμίου, κακογαμίου & ὀψιγαμίου. Idque eo magis, quia apud Clementem additur etiam ἐπιτί-
B μιον fuisse μονοδιαιτησίας, qua vetita vita solitaria. Nisi forte illud velimus intelligere, pœnam constitutam ei qui mortua priore uxore alteram duxisset. Sed prior sententia probabilior. Deinde quod certis gradibus consanguinitatis apud Lacedæmonios constiterint matrimonia indubium est. Inter ascendentes & descendentes, ut loquuntur, nulla intercessisse conjugia legimus. Inter collaterales tamen concedebatur ducere sororem uterinam. Ita enim scribit Philo Judæus libro de specialibus legibus, quæ pertinent ad duo præcepta Decalogi, sextum & septimum: Ὁ μὲν οὖν Ἀθηναῖος Σόλων ὁμοπατρίους
C ἐφεὶς ἄγεσθαι, τὰς ὁμομητρίους ἐκώλυσεν· ὁ δὲ Λακεδαιμονίων νομοθέτης ἔμπαλιν, τὸν ἐπὶ ταῖς ὁμογαστρίοις γάμον ἐπιτρέψας, τὸν πρὸς τὰς ὁμοπατρίους ἀπεῖπεν. Id est, *Solon Atheniensis sorores consanguineas seu eodem patre natas concedens ducere, vetuit uterinas: At Lacedæmoniorum legislator uterinarum nuptias admittens, interdixit nuptiis consanguinearum.* Hic itaque proximus erat gradus. Sororis deinde etiam qualiscunque filiam ducere licuit. Nam Anaxandrides, cujus jam fecimus mentionem, sororis filiam uxorem habuit, ut scribit eodem loci Herodotus. De ulterioribus itaque gradibus minus dubitandum.

TABULA V.

DE

VICTUS RATIONE.

INSTIT. I.

Spartanorum cujusvis sortis liberi extra fascias rigide cura nutricum educentur. Nutrices Lacænas exteri requirebant.



VOLUIT Legislator recens in lucem editos infantes, confestim excipere severitatem disciplinæ Laconicæ, ut ab incunabulis assuefierent ad quod nati erant, id est, ad dura quæque & aspera patienda. Itaque sic educabantur sub nutricibus, ut nihil ipsis indulgeretur. Fasciis enim seu involucris non illigabantur: sed soluti & nudi servabantur, & tamen arte quadam membra eorum ad concinnitatem & decus conformabantur. Plutarchus *Lycurgo*: Ἦν δὲ περὶ τὰς τροφοὺς ἐπιμέλειά τις μετὰ τῆς τέχνης, ὥστε ἄνευ σπαργάνων ἐκτρεφούσας τὰ βρέφη, τοῖς μέλεσι καὶ τοῖς εἴδεσι ἐλευθέρια ποιεῖν. Id est, *Erat & de nutricibus cura, ut arte quadam sine fasciis infantes educarent, conformantes eos membris & reliqua specie corporis, ad habitum libero homine dignum.* Addit deinde idem auctor, assuefieri etiam solitos infantes, ad facilem & parabilem vi-
D ctum, itemque ad jejunia, nec non ut intrepidi essent ad tenebras, imperterriti ad solitudinem, & nescii illiberalis morositatis atque vagitus. Heraclides etiam testatur, pueros ita nutriri, ut citra satietatem cibum eis præbendo ad famem assuefacerent: Τρέφουσι, inquit, τὰ τέκνα, ὥστε μηδέποτε πληροῦν, ἵνα ἐθίζωνται δύνασθαι πεινῆν. Id est, *Nutriunt liberos, ita ut nunquam repleant, ut assuescant posse famem tolerare.* Scholiastes Græcus Thucydidæ annotat *lib.*II. recens natos in scuto poni solitos, atque addi hastam, ac deinde adjici vocem usitatam, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν, *aut hunc, aut in hoc.* Ejus hæc verba: Εὐθὺς ὡς ἐτίκτετο τὸ παιδίον, ἐν ἀσπίδι ἐτίθεσαν
E αὐτὸ, καὶ δόρυ πλησίον. καὶ ἐπεβόων, ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τάν. Id est, *Statim ut nascebatur puer, in clypeo collocabant illum, & hastam juxta: & acclamabant, Aut hunc, aut in hoc.* De qua acclamatione infra dicemus. Ex his igitur intelligi poterit, quam rigida fuerit ipsa puerilis educatio, qua & alimentum aliquando negabatur, aliquando in tenebris soli infantes relinquebantur, & tamen hoc patientes vagire & ejulare prohibebantur. Educatio prorsus virilis, & quæ Spartanos in primis decuit. Atque ita quum edoctæ essent nutrices Lacænæ, sæpe eas exteri mercabantur. Illa quæ Alcibiadem Atheniensem educavit,
F Amycla dicta, narratur itidem Lacæna fuisse.

INSTIT. II.

Pauperum & divitum liberi eodem modo alantur.

PRIMO sub nutricibus consimilis erat educatio pauperum & divitum: Deinde etiam sub magistris publicis idem victus. Utrobique severa & rigida vivendi ratio, & durities pro ætatis ratione alia aliam excipiens. Nec indulgebatur plus divitibus quam pauperibus, quippe, ut jam aliquoties diximus, nulla divitiarum habita ratione. Aristoteles *politico* IV. cap. IX. de pueris Lacedæmoniorum loquens: Ὁμοίως (inquit) οἱ τῶν πλουσίων τρέφονται τοῖς τῶν πενήτων, καὶ παιδεύονται τὸν τρόπον τοῦτον, ὃν ἂν δύναιντο καὶ τῶν πενήτων οἱ παῖδες. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἐχομένης ἡλικίας: καὶ ὅταν ἄνδρες γένονται τὸν αὐτὸν τρόπον. οὐδὲν γὰρ ἄδηλος ὁ πλοῦτος καὶ ὁ πένης. Id est, *Similiter aluntur filii divitum & pauperum, & instituuntur modo hoc, quo possint pauperum filii. Quod eadem ratione se habet in ætate, quæ sequitur hanc: Et quando viri facti fuerint eodem modo. Nulla enim re distinguitur dives a paupere.* Thucydides etiam initio *Historiæ* suæ scribit, quod πρὸς τοὺς πολλοὺς οἱ τὰ μείζω κεκτημένοι, ἰσοδίαιτοι μάλιστα καθέστησαν. Id est, *Ad plebem qui ditiores erant, maxime simili vita utentes instituti sunt.* Idem tradit & Justinus *lib.* III. qui ait, neminem epulari opulentius, quam alterum, ne imitatio in luxuriam verteretur.

INSTIT. III.

Adolescentes saltem carnibus vescantur.

ADOLESCENTIBUS quidem inter se iidem erant cibi, sed discreti tamen cibi eorum a cibis adultiorum: illis carnes, his pulmentum seu jus dabatur. De quo paulo post. De carnibus juniorum scribit Plutarchus: Μήτε κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς νεανίσκοις. Id est, *Carne non indigere seniores voluit, sed concedere junioribus.* Item Justinus ait, *puberes sine pulmento degisse.* Solum itaque obsonium Lacedæmoniorum pueris caro, neque ullæ lautitiæ ipsis aliæ. Quare nec piscatores, nec salsamentarii, nec cupedinarii, vel ulli gulæ aut luxuriæ magistri tolerabantur, sed solummodo carnis coqui. Ælianus *lib.* XIV. *cap.* VII. Ἔδει ὀψοποιοὺς ἐν Λακεδαίμονι εἶναι κρέως μόνου. ὁ δὲ παρὰ τοῦτο ἐπιστάμενος ἐξηλαύνετο τῆς Σπάρτης, ὡς τὰ τῶν νοσούντων καθάρσια. Id est, *Lacedæmone coquos non esse alios quam carnis licebat. Qui vero præter hanc artem novisset, ejiciebatur Sparta, perinde atque ægrotantium expiationes.* Extat de expulso coquo illustre exemplum in Mitheco apud Maximum Tyrium *oratione* VII.

INSTIT. IV.

Adolescentes simul turmatim somnum capiant. Lectos ex qua materia sibi pararent adolescentes, hyeme & æstate. Agesilaus somno usus obediente.

ADOLESCENTES simul instituebantur, una comedebant, una quoque dormiebant, prout in classes distincti erant. Quod erat totum quasi militaris vitæ rudimentum. Sed æstate durius, hyeme melius & mollius, quamvis nec tum admodum delicate. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Ἐκάθευδον οἱ νέοι ὁμοῦ κατ' ἴλην καὶ κατ' ἀγέλην, ἐπὶ στιβάδας ἃς αὐτοὶ συνεφόρουν, τοῦ παρὰ τῷ Εὐρώτᾳ πεφυκότος καλάμου, τὰ ἄκρα ταῖς χερσὶν ἄνευ σιδήρου κατακλάσαντες· ἐν δὲ τῷ χειμῶνι τοὺς λεγομένους Λυκόφωνας ὑπεβάλλοντο καὶ κατεμίγνυσαν ταῖς στιβάσι, θερμαντικὸν ἔχειν τι τῆς ὕλης δοκούσης. Id est, *Somnum simul capiebant adolescentes turmatim & gregatim, in toris quos ipsi sibi fecerant, congerentes arundines in Eurota nascentes, quibus summam partem manibus sine ferro defringebant. Sed hyeme quos vocant Lycophonas substernebant, torisque permiscebant, quod aliquam calefaciendi vim illa materia habere videretur.* Non itaque illis alii lecti, quam tori ex arundinibus & Lycophonis. Quin Justinus hos ipsos toros etiam eis adimit. Scribit enim *lib.* III. statuisse Lycurgum, nihil ut somni causa substerneretur. Sicut & Plato lib. I. *de Legibus* tribuit eis ἀστρωσίαν, *instratum lectum*. Voluit itaque Legislator hoc instituto efficere, ut adolescentes paucissimi essent somni, & semper alacres se præstarent ad quævis officia. Ac commendatur eo nomine Agesilaus, quod somno non ut Domino uteretur, sed cum haberet actionibus suis obedientem.

INSTIT. V.

Omnes impransi ad publica Syssitia conveniant. Syssitiorum institutionis ratio.

DIXIMUS quædam *lib.* I. de Syssitiis seu Phiditiis Lacedæmoniorum, quæ hic repetere nihil attinet. Frequentabant ea, ut ibi scripsimus, quicunque virilis sexus erant, legitimæ tamen ætatis. Qui emanserunt multabantur, ut exemplo Regis Agidis docetur. Liberum tamen domi esse ei, qui sacrificasset & venatus esset. Qui sacrificasset, ut devotioni suæ vacaret: Qui venatus fuerat, ut quietem caperet. Convenit autem hoc institutum Syssitiorum quodammodo cum conventibus, qui apud inclytam gentem Helvetiorum celebrantur, *Sumpht* dicunt. Sicut multa alia sunt ipsis inter se similia: Multa Helvetiis meliora, utpote erga exteros longe humanissimi. Cæterum pertinebant hæc Lacedæmoniorum Syssitia eo, ut discumbentes in armis, sicut Helvetii cum gladiis, ad magistratuum jussa exequenda parati essent, ut ne privatim convenientes contra Rempub. aliquid machinarentur. Ita enim Lycurgus ipse de his sentit, ut est in ipsius quodam apophthegmate. Nam interrogatus, *Cur instituisset phiditia ista, civesque ita divisisset, ut pauci armati simul discumberent*, Respondit: *Ut prompte mandata capessant, & si quid rerum novarum moliantur, ad paucos id pertingat.* Quamvis & hæc causa etiam fuit, ut vitaretur ea ratione luxuria, quæ in publico non tolerata fuisset. Ita enim Justinus *libro tertio*: *Convivari*, inquit, *omnes publice jussit, nec cujus divitiæ vel luxuria in occulto essent.* Quæ ratio etiam probatur Plutarcho, qui ita de iis scribit: Ἐπιθέσθαι δὲ τῇ τρυφῇ καὶ τὸν ζῆλον ἀφελέσθαι τοῦ πλούτου διανοηθεὶς, τὰ συσσίτια εἰσηγήσατο. Id est, *Ut luxum inhiberet, & divitiarum studium tolleret, syssitia instituit.* Xenophon addit præterea & hanc causam, ut essent syssitia quasi scholæ, quo convenientes adolescentes audirent a Senioribus præclara facta commemorari. Erat enim moris, gestorum narrationem audientibus adolescentibus ibi fieri. Xenophontis verba hæc sunt: Λυκοῦργος ἐν τῇ Σπάρτῃ ἀνέμιξε παιδεύεσθαι τὰ πολλὰ τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῆς τῶν γεραιτέρων ἐμπειρίας. καὶ γὰρ δὴ ἐπιχώριον ἐν τοῖς Φιδιτίοις λέγεσθαι ὅ, τι ἂν καλῶς τις ἐν τῇ πόλει ποιήσῃ· ὥστ' ἐκεῖ ἥκιστα μὲν ὕβριν, ἥκιστα δὲ παροινίαν, ἥκιστα δὲ αἰσχρουργίαν καὶ αἰσχρολογίαν ἐγγίγνεσθαι. Id est, *Lycurgus Spartæ sic omnia miscuit, ut juniores pleraque discerent a Seniorum experientia. Nam patrio more usitatum erat commemorare in Phiditiis, quicquid in Repub. quisque præclare fecisset. Quo fit ut istbuc minime vel atrox injuria, vel ex vino petulantia, vel factum turpe, vel turpe dictum interveniat.* Itaque hæ quasi virtutis

officinæ, ubi & corpus cibo recrearetur : ita & animus virtutis ſtudio imbueretur. De Silentio, cujus in iis etiam commonefiebant, ſupra diximus. Porro quod impranſi acceſſerint, tradit idem Plutarchus paulo poſt : Παρεφύλαξε δὲ ὥστε μηδὲ οἴκοι προδειπνήσαντας ἐξεῖναι βαδίζειν ἐπὶ τὰ συσσίτια πεπληρωμένους ἑτέρων ἐδεσμάτων ἢ πομάτων. Id eſt, *Præcavit etiam legislator, ne domi prius liceret cœnare, ac ita venirent repleti cibo & potu ad Syſſitia.* Nam hoc prorſus apud eos magnæ erat intemperantiæ, & cum probro conjunctum. Quare etiam non edentem bibentemque ſecum reliqui culpabant ut intemperantem, ac qui ob mollitiem victus eſſet impatiens, ut idem ait.

INSTIT. VI.

Victus omnibus tenuis ſit. Ratio inſtituti hujus de victus tenuitate. Virorum obſonium, jus nigrum. Illud ex quibus conficeretur.

HUJUS inſtituti etiam ſupra facta eſt mentio. Conveniebat id autem obſervari, ut tenuis victus eſſet, alias Syſſitia non frugalitatis & temperantiæ, ſed luxuriæ & gulæ quaſi ſcholæ futura. Sicut videmus jam fere receptum, ut in conventibus publicis luxuriæ magis, quam in privata vita tribuatur. Quod contra fiebat apud Lacedæmonios. Nam cibus eis ut tenuis erat, ita in Syſſitiis certo modo erat definitus, ac quidem omnibus æqua menſura. Ælianus *Var. Hiſt.* lib.III. cap.XXXIV. Ὅτι Λάκωσι καὶ Ῥωμαίοις νόμος ἦν, μὴ ἐξεῖναί τινι ὀψωνεῖν, μήτε ἃ βούλεται, μήτε ὅσα βούλεται. προσέταττον γὰρ διά τε τῶν ἄλλων σωφρονεῖν τοὺς πολίτας, καὶ διὰ τῆς τραπέζης οὐχ ἥκιστα. Id eſt, *Lacedæmoniis juxta ac Romanis lex erat, ne cui licitum eſſet obſonare quicquid vel quantum ipſi liberet. Nam quum per alia cives ad temperantiam revocare voluerunt, tum non minimum per rationem menſæ.* Idem docet Xenophon, rationem ejus addens, dum ita ſcribit : Σῖτόν γε μὴν ἔταξε τοσοῦτον ἔχειν τὸν ἄρρενα, ὡς ὑπὸ πλησμονῆς μὲν μήποτε βαρύνεσθαι, τοῦ δὲ ἐνδεεστέρως διάγειν μὴ ἀπείρως ἔχειν· νομίζων τοὺς οὕτω παιδευομένους, μᾶλλον μὲν ἂν δύνασθαι, εἰ δεήσειεν, ἀσιτήσαντας ἐπιπονῆσαι, μᾶλλον δ᾽ ἄν, εἰ παραγγελθείη, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σίτου πλείω χρόνον ἐπιταθῆναι, ἧττον δ᾽ ἂν ὄψου δεῖσθαι, εὐχερέστερον πρὸς πᾶν ἔχειν βρῶμα, καὶ ὑγιεινοτέρως δ᾽ ἂν διάγειν, καὶ εἰς μῆκος ἂν αὐξάνεσθαι, τὴν ῥαδινὰ τὰ σώματα ποιοῦσαν τροφὴν μᾶλλον συλλαμβάνειν ἡγήσατο, ἢ τὴν διαπλατύνουσαν τῷ σίτῳ. Id eſt, *Cibi tantum maſculo ſumendum cenſuit, ut præ ſagina quidem non gravaretur, & penuriam cibi aliquam tolerandi non ignarus eſſet; exiſtimans illos, qui ſic inſtituerentur, magis, ubi uſus ita poſceret, laborem ſine cibo toleraturos; magiſque futurum, ut ſi eſſet imperatum, ab eodem cibo longius abſtinendo durarent, minus inſuper obſonii requirerent, quamlibet eſcam denique facilius admitterent. Præterea putabat alimentum, quod corpora gracilia potius efficeret, quam cibo dilataret, ad ſalubrius vivendum, & ad incrementum proceritatis adjumenti plus adferre.* Quæ rationes etiam redduntur a Plutarcho *Inſtitutis Laconicis*. Verborum autem utriuſque auctoris ſumma huc recidit, primo quod hæc σιτοδεία, ſeu *victus tenuitas* inſtituta ſit, ut eſſet aſſuefactio ad tolerandam famem, quum ita opus in bellis & alibi, ut nihilominus labores tolerare poſſent. Deinde eum uſum habuit, ut obſonio quam minimo egerent, & eſcam quamvis admitterent. Poſtea profuit etiam ad ſanitatem parco cibo uti. Tum etiam talem victum conducere exiſtimarunt ad proceritatem, ut corpora ad agilitatem potius eſſent expedita, quam pinguedine dilatarentur. Poſtremo putabant hoc etiam venuſtatis eſſe. Sic Ageſilaus ipſe Rex quum eſſet, tenui tamen victu contentus erat, ut ſcribit de eo Plutarchus. Qui rogatus de cauſa tam tenuis victus, Reſpondit : *Se ex tali ſemente vitæ libertatem metere.* Quæ cauſa etſi longius petita, eodem tamen recidit quo priores. Nam qui ita vitam inſtituit, ut tenuis ei victus ſufficiat, is haud facile voluptatibus ſervus fit, nec hoſtibus ſuccumbit. Lyſander etiam eodem inſtituto edoctus Ionicas delicias contemſit, ut eſt apud Ælianum *Var. Hiſt.* libro tertio cap. XX. Quo pertinent quod Thaſiis offerentibus lauticias, eas repudiavit & ſervis diſtribui juſſit Ageſilaus, addens colentes virtutem non admittere tales gulæ delicias. Aliena enim a liberis eſſe, quibus ſervi alliciuntur. Hæ itaque hujus inſtituti cauſæ, de quibus phyſicorum more philoſophatur aliquantum Plutarchus in *Lycurgo*. Cæterum fuit viris ſuum opſonium præcipue in jure nigro ſitum, quod μέλας ζωμὸς dicebatur. Teſtatur hoc Plutarchus *Lycurgo*, & *Inſtitutis Laconicis* : Τῶν δὲ ὄψων εὐδοκίμει μάλιστα παρ᾽ αὐτοῖς μέλας ζωμὸς, ὥστε μήτε κρεαδίου δεῖσθαι τοὺς πρεσβυτέρους, ἀλλὰ παραχωρεῖν τοῖς νεανίσκοις, αὐτοὺς δὲ ζωμοῦ καταχεομένους ἑστιᾶσθαι. Id eſt, *Inter opſonia prima laus erat juri nigro : quare carnibus non indigebant majores natu, ſed eas permittebant junioribus, ipſi decuriati jure veſcebantur.* Nam ut ſupra attigimus, in claſſes ſeu ordines certi numeri diſtributi recumbebant. Conjicio autem jus hoc nigrum confieri ſolitum, ex ſale, aceto, ſanguine & forte fruſtulis carnium. Quod indicare videtur illud quod eſt apud Plutarchum *de tuenda valetudine*, ubi ſcribit Lacedæmonios ſolitos coquo ad parandam cœnam ſal & acetum tradere, reliqua ex victima jubere petere. Quod ſi verum eſt, non diſſimilis paratur apud nos cibus, qui haud dubie apud majores uſitatior, quum nondum exquiſitæ ciborum lautitiæ menſas occupaſſent.

INSTIT. VII.

Niſi ſitis cauſa nihil bibatur. Græcorum luxus in potationibus. Pergræcari unde dictum. Ebrietas Lacedæm. prohibita.

CREDITUM eſt, Græcos reliquos vino deditos fuiſſe: Itaque ob luxum & perpotationes male audierunt. Unde in ipſorum opprobrium Latini verbum finxerunt *pergræcari*; ſicut & Cicero eos ebrietatis nomine notat. Hoc ſi ita eſt, ut de iis qui in magna Græcia vixerunt Sybaritis & aliis, itemque de Græcis Aſiaticis non dubitatur, fuerunt certe ab hoc vitio immunes Lacedæmonii. Nam iis non licebat niſi ſitientibus bibere. Convivia ſane apud eos nulla, ubi compotationibus opera dabatur: ſed in ſyſſitiis ſuis ſicci & ſobrii verſabantur. Plato lib.I. *de Legibus* ſcribit Spartæ legem fuiſſe, qua Ebrietas, & quæ eam ſequuntur, petulantia & laſcivia profligatæ erant, ac compotationes prohibitæ. Ita enim inquit : Οὔτ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἀγρῶν ἴδοις, οὔτ᾽ ἐν ἄστεσιν ὅσων Σπαρτιάταις μέλει, συμπόσια, οὐδ᾽ ὁπόσα τούτοις συνεπόμενα. πάσας ἡδονὰς κινεῖ κατὰ δύναμιν. Id eſt, *Neque enim in agris, neque in oppidis, quæ ſunt Spartanæ ditionis, compotationes animadvertas, aut aliqua eorum quæ illas comitantur : omnes voluptates abigit quantum poteſt.* Idem etiam teſtatur Xen. *de Rep. Lac.* Καὶ μὴν τοῦ πότου ἀποπαύσας τὰς οὐκ ἀναγκαίας πόσεις, αἳ σφάλλουσι μὲν σώματα, σφάλλουσι δὲ γνώμας, ἐφῆκεν ὁπότε διψῴη ἕκαστος πίνειν οὕτω νομίζων ἀβλαβέστερον καὶ ἥδιστον ποτὸν γίγνεσθαι. Id eſt, *Sublatis potationibus non neceſſariis, quæ tum corpora, tum animos labefactant, poteſtatem bibendi tantum fecit, ubi quiſque ſitiret. Nam hac ratione putabat potum minime noxium & longe ſuaviſſimum fore.* Pertinet huc

apophthegma Leotychidæ: Nam interrogatus cur pauco potu uterentur Spartani, Respondit inquiens: *Ne alii de nobis consulent, sed nos pro aliis.* Perinde ac sani consilii ratio eis constare non posset, qui non sobrii semper essent. Quare, & Cicero *Tuscul.* II. ait, *Lacedæmoniorum juventutem exerceri esuriendo & sitiendo.*

INSTIT. VIII.

Sine face domum eundum. De more domum a Syssitiis repetendi. Ratio hujus instituti duplex:

DIXIMUS juniores una cubare solitos: sed adultiores domum quisque suam commeabant. Nec tamen ad lumen incedere licebat quacunque via noctu redeundum esset, vetante hac lege. Cujus rationem Plutarchus ait fuisse, ut assuefierent in tenebris intrepide incedere. Ita enim scribit in *Institutis*: Πιόντες οἱ Λάκωνες ἐν τοῖς συσσιτίοις μετρίως ἀπίασιν δίχα λαμπάδος. οὐ γὰρ ἔξεστι πρὸς φῶς βαδίζειν, οὔτε ταύτην, οὔτε ἄλλην ὁδὸν, ὅπως ἐθίζωνται σκότους καὶ νυκτὸς εὐθαρσῶς καὶ ἀδεῶς ὁδεύειν. Id est, *La-*

A *cones postquam in Syssitiis modice biberint, domum absque face redeunt. Neque enim vel hoc, vel aliud iter, præeunte lumine conficere illis licet: ut in tenebris & noctu audacter & sine ullo metu incedere consuescant.* Quod in *Vita Lycurgi* idem auctor reperit. Xenophon vero potius alias causas fuisse autumat, & in primis hanc, ut ea ratione magis vino abstinerent, ne forte lubrico ex vino incessu ad terram inter eundem prosternerentur, quod fax ipsis non præluceret. Ejus verba hæc sunt; Ἀγαθά γε μὴν ἀπεργάζεται καὶ τάδε ἡ ἔξω σίτησις. περιπατεῖν τε γὰρ ἀναγκάζονται ἐν τῇ οἴκαδε ἀφόδῳ, καὶ μὴν τὸ ὑπὸ οἴνου μὴ σφάλλεσθαι ἐπιμελεῖσθαι, εἰδότας ὅτι οὐκ ἔνθαπερ ἐ-

B δείπνουν καταμενοῦσι, καὶ τῇ ὄρφνῃ ὅσῃ ἡμέρᾳ χρηστέον. οὐδὲ γὰρ ὑπὸ τῆς φρουρᾶς ἔτι ἔμφρουρον ἔξεστι πορεύεσθαι. Quæ verba nos ita exponimus: *Alia præterea bona effecit cœnatio extra domum. Coguntur enim in reditu obambulare. Deinde etiam, quum sciant sibi non manendum ubi cœnarent, tenebrisque in reditu tanquam luce utendum, necesse habent prospicere, ne vino titubent vel collabascant. Tum vero ad excubias militares obeundas condocefiunt, in quibus neque cum luce incedere permissum.*

TABULA SEXTA
DE
HABITU.

INSTIT. I.

Pauperes & divites eodem modo vestiantur. Agesilaus rex veste tenui usus. Lysander missas filiabus pretiosas vestes repudiavit.



SICUT victus consimilis erat pauperibus & divitibus, ita & vestitus. Utriusque ea ratio, quam supra reddidimus ubi de victu egimus. Hoc autem de vestitu ita obtinuisse testatur Aristoteles lib. IV. cap. IX. *Politicorum*, ubi quum de victu locutus esset, de vestitu

D ita ait: Καὶ τὴν ἐσθῆτα οἱ πλούσιοι τοιαύτην, οἵαν ἄν τις παρασκευάσασθαι δύναιτο καὶ τῶν πενήτων ὁστισοῦν. Id est, *Vestem gestant divites ejusmodi, qualem quisque pauperum parare potest.* Meminit & Justinus, qui ait Lycurgi instituto neminem cultius quam alterum incedere. Quare quod Clemens Alexand. *Pædagogi* lib. III. cap. II. scribit Laconicam pudititiam veste, luxu & externa pulchritudine corruptam, id non de Helena tantum, sed de posterioribus etiam temporibus poterit intelligi.

E Verba Theologi hæc sunt: Σωφροσύνην διέφθειρε Λακωνικὴν ἐσθὴς, καὶ χλιδὴ, καὶ κάλλος ὡραῖον. Id est, *Temperantia corrupit Laconicam vestis, & helluatio, & pulchritudo venusta.* Exemplum illustre in Pausania, qui ad reliquos corruptos mores hoc etiam addidit, ut præter consuetudinem Lacedæmoniorum stolam Medicam gestaret. Cæterum quod modica fuerit Lacedæmoniorum vestis, ut facile utrisque potuerit esse similis, docet Thucydides initio *lib.* I. ita scribens: Μετρίᾳ δ' αὖ ἐσθῆτι καὶ ἐς τὸν νῦν τρόπον πρῶτοι Λακεδαιμόνιοι ἐχρήσαντο. Id est, *Modica autem veste & ad hujus ætatis consuetudinem primi usi sunt Lacedæmonii.*

F Idem testatur Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum* inquiens: Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἱματίων γε ἕνεκα χρηματιστέον. οὐ γὰρ ἐσθῆτος πολυτελείᾳ, ἀλλὰ σώματος εὐεξίᾳ

C κοσμοῦνται. Id est, *Nec vestitus causa pecuniam quæri necesse est. Nam illi non pretiosa veste, sed corporis egregia constitutione ornantur.* Vestis itaque omnibus vilis erat, ac tantum quæ extremum frigus depelleret, non quæ corpori ornatum adderet. Ac tali quidem veste Agesilaus ipse Rex inducebatur, quo nomine derisus ab Ægyptiis & aliis. Fuit enim prorsus Lacedæmoniorum frugalitas circa cultum & vestitum omnibus admirationi. Lysander pretiosas vestes a Dionysio Tyranno filiabus ipsius missas repudiavit: timens ne iis indutæ deformiores viderentur, ut scribit Plutarchus in *Apophthegmatis*. Itaque merito Clemens Alex. refert I. *Strom.* neque purpuræ apud eos usum permissum. Poeticum itaque est, quod purpuras Laconicas dicit Horatius *lib.* II. *Oda* XXVIII. nisi de vestibus militaribus intelligatur.

INSTIT. II.

Pueris tunica detur, adolescentes autem unico in annum pallio sint contenti. Tunica prohibita ætatis annum duodecimum egressis. Pallium unum singulis annis cuique dari permissum. Ratio hujus instituti.

NON tantum precium vestibus ademit Legislator: sed & certam formam modumque eis præscripsit, pro ratione ætatis. Nam vestem interiorem seu tunicam, egressis annum ætatis duodecimum vetuit gestare. Supra hanc ætatem pallium cuique dari permisit, idque quotannis unum tantum. Plutarchus *Vita Lycurgi*; Γενόμενοι δὲ δωδεκαετεῖς, ἄνευ χιτῶνος ἤδη διετέλουν, ἓν ἱμάτιον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν λαμβάνοντες. Id est, *Ubi attigerunt annum duodecimum, jam sine tunica agebant, unum accipientes quotannis pallium.* Quæ idem repetit *Institutis Laconicis*. Xenophon de hoc quoque ita ait: Καὶ ἀντί γε τοῦ ἱματίοις διαθρύπτεσθαι, ἐνόμιζεν ἑνὶ ἱματίῳ δι' ἔτους προσεθίζεσθαι, νομίζων οὕτω καὶ πρὸς ψύχη καὶ πρὸς θάλπη, ἄμεινον ἂν παρασκευάσασθαι. Id est, *Pro eo quod in vestibus luxuriarentur, statuit*

ut ad unum vestimentum toto anno sese assuefacerent. Existimans eos hac ratione, tum ad frigora, tum ad calores, rectius instructos fore. Justinus quoque scribit juvenibus non plus una veste uti toto anno permissum. Quod autem hæc ipsa vestis tenuis fuerit, indicat Hesychius, a quo χιτὼν Λακωνικός, *tunica Laconica* exponitur λεπτὴ ἐσθής, *tenuis vestis*. Voluit itaque Legislator hac veste etiam domi suos condocefacere, ut imbres, pluvias, tempestates, nives & frigora tolerare possent, tenui semper uti veste domi assuefacti.

INSTIT. III.

Absque calceis pueri incedant, reliqui, quum opus fuerit, utantur. Hujus instituti ratio. Calcei adultioribus concessi. Calceorum proprium vocabulum Laconicum.

CALCEIS pueri non utebantur, quippe quod non admodum iis necessarii, qui in communibus contuberniis totos fere dies consumebant. Itaque scribit Plutarchus assuefieri Lacedæm. pueros βαδίζειν ἀνυποδήτους, *incedere discalceatos*. Sed & de eo, reddens hujus instituti rationem, ita Xenophon ait: Ἀντί γε μὴν τοῦ ἀπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν, ἔταξεν ἀνυποδησίᾳ κρατύνειν· νομίζων εἰ τοῦτο ἀσκήσειαν, πολὺ μὲν ῥᾷον ἂν ὄρθια τε βαίνειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρανῆ καταβαίνειν, καὶ πηδῆσαι, καὶ ἀνθορεῖν, καὶ δραμεῖν θᾶττον, ἀνυπόδετον εἰ ἠσκηκὼς εἴη τοὺς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένον. Id est, *Pro eo quod alii calceis pedes emollirent, jussit ut discalceati pedes duriores efficerent. Existimabat enim si in eo se exercitarent, futurum ut multo facilius ardua loca conscenderent, per declivia descenderent, exsilirent, prosilirent, currerent discalceati, siquidem pedes assuefecissent, quam calceati.* Atque ita quidem de pueris institutum. Cæterum Ephebos & adultiores puto calceos usurpasse, quum ita necesse esset, quippe quibus quotidie magis pedibus eundum erat, & noctu sine face, aliquando in agros & venationem commeandum. Horum autem calceos invenio dictos proprio Lacedæmoniorum vocabulo ἐννισκόλους. Ita enim Hesychius, ἐννίσκολοι, ὑποδήματα Λακωνικῶν ἐφήβων, *Enneiscoli, calcei Laconicorum ephebορum*. Idemque tradit alios calceos Laconicos fuisse, qui ἀμυκλάδες dicti.

INSTIT. IV.

Pueri cute tenus rasi sint, reliqui comam nutriant. Ratio hujus instituti. Coma fœminarum qualis. Mentum radere aliquando jussi adulti.

PUEROS radi solitos fuisse cutem usque, testatur Plutarchus in *Lycurgo*. Nam quod disciplinam rigidam servaverint Lacedæmonii, pueros ἐν χρῷ κείροντες, *ad cutem usque tondentes*, ibi scribit. Quod videtur necessarium quodammodo, quandoquidem pueri plerumque extra ædes parentum degebant. Reliqui autem adultiores comam nutriebant. Qui tamen ipsi olim erant tonsi, si credimus scribenti hoc Herodoto *lib.* I. ubi refert hoc institutum in Argivorum invidiam æmulatione quadam introductum. Nam quum prælio ad Thyreas inferiores fuissent Argivi, devoverunt se ne prius comam alerent, quam Thyreas recuperassent, quum ante fuissent comati: Ac e contra Lacedæmonii statuerunt, uti comam alerent, quum antea tonsi essent. Itaque Herodoto auctore hæc prima causa Lacedæmoniis alendi comam. Quem tamen Plutarchus in *Lysandro* redarguere in hoc non dubitavit. Videtur tamen confirmari narratio Historici a philosopho in *Phædone*, ubi se juraturum ait Socrates, uti Argivi, non nutriturum comam antequam vicisset simmiam & cubetem. Postea vero servatum vetus institutum in pueris tantum, reliquis comam simul & barbam nutrientibus. Quod quidem quasi laxamentum legum ipsis indultum fuit. Xenophon *de Rep. Laced.* Ἐφῆκε δὲ κομᾶν τοῖς ὑπὲρ τὴν ἡβητικὴν ἡλικίαν, νομίζων οὕτω καὶ μείζους ἂν καὶ ἐλευθεριωτέρους καὶ γοργοτέρους φαίνεσθαι. Id est, *Permisit etiam eis comam alere, qui pubertatis annos excessissent: Existimans eos hoc pacto grandiores, magis ingenuos & terribiliores apparere.* Idem tradit Plutarchus *Lycurgo* & *Apophtheg.* ubi refert Legislatorem existimasse comam formosis pulchritudinem augere, deformes autem reddere terribiliores. De barba idem intelligendum. Nicander quærenti cur comam & barbam alerent Spartani, Respondit: *Quia virum maxime ornat, & minimo sumtu constat proprius ornatus.* Laco quidam alius præclare etiam de barba respondit. Nam interrogatus cur tam prolixam aleret barbam, inquit, *Ut canos videns, nihil iis indignum in me admittam.* Quod quum alias fieret quoties liberet, tamen prælium inituri potissimum id observabant. Ita Plutarchus *Lycurgo*: Μάλιστα περὶ τοὺς κινδύνους ἐθεράπευον τὴν κόμην, λιπαράν τε φαίνεσθαι καὶ διακεκριμένην. Id est, *Potissimum imminente periculo concinnabant comam, ut nitida appareret & discriminata.* Quod testatur etiam Demaratus apud Herodotum *lib.* VII. ubi hujus instituti illustre est exemplum, in iis qui se ad mortem obeundam pro Græcia cum Leonida paraverunt. Fœminarum coma etiam prolixa, sed sparsa in humeros, tantumque nodo religari solita, ut intelligi potest ex Virgilio lib. I. *Æneidos*. Unde & Horatius *lib.* II. *Oda* XI. *Incomtum Lacænæ nodum* vocat. Sed præter superiores quas attulimus ejus instituti causas, & hanc unam fuisse puto, ut ea ratione possent dignosci facile ab aliis etiam mortui Lacedæmonii. Cæterum quod mentum tamen radere aliquando soliti fuerint adulti, Ephoris, quum magistratum ingrederentur, ita jubentibus, testatur Plutarchus in *Agide*, qui scribit hoc eo factum, ut in minimis etiam parere assuescerent.

INSTIT. V.

Squalidi corpore balnea & unctiones non usurpent. Unguentarii Sparta ejecti.

COMAM quidem barbamque pectebant & ornabant Lacedæmonii, squalidi alias & horridi. Non enim balnea & talia, nisi statis temporibus iis usitata. Plutarchus *Lycurgo*: Αὐχμηροὶ τὰ σώματα καὶ λουτρῶν καὶ ἀλειμμάτων ἄπειροι, πλὴν ὀλίγας ἡμέρας τινὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς τοιαύτης φιλανθρωπίας μετεῖχον. Id est, *Squalidi corpore balneorum & unctionum nescii, tantum paucis diebus per annum gustabant eas lautitias.* Etenim lotiones ipsis & balnea nulla præterquam in Eurota. Id enim Scholiastes Thucydidis *lib.* II. de juvenibus Lacedæmoniorum notat: Οἱ δὲ αὐτοὶ οὕτως ἐπιπόνως ἤσκουν, ὡς μηδὲ λουτρῶν ἀνέχεσθαι, ἀλλ᾽ ἀρκεῖσθαι τῷ Εὐρώτᾳ ποταμῷ πρὸς τὸ λούσασθαι. Id est, *Ita moleste & laboriose adolescentes exercebant, ut nec balnea ferrent, sed sufficere illis Eurotam fluvium ad lavandum voluerunt.* Falsum itaque haud dubie, quod apud Josephum est lib. II. *contra Apionem*. ubi dicuntur esse λιπαροὶ, καὶ τὰ σώματα πρὸς κάλλος ἀσκοῦντες, *delibuti, & corpora ad pulchritudinem exercentes*. Idem de unguentis, quod ab iis quoque abstinuerint, testatur Clemens Alexand. I. *Stromatum*, ubi monet vitandum luxum supervacaneum, & delicias exemplo Lacedæmoniorum: Καθάπερ, inquit, τὸ μύρον καὶ τὴν πορφύραν οἱ παλαιοὶ Λακεδαιμόνιοι, δολερὰ μὲν τὰ εἵματα, δολερὰ δὲ τὰ χρίματα ὑπολαμβάνοντες ὀρθῶς καὶ ὀνομάζοντες. Id est, *Ita vitandus luxus superfluus, sicut Lacedæmonii veteres unguentum & purpuram repudiabant, dolosas vestes, & dolosa unguenta recte existimantes & nuncupantes.* Itaque & unguentarii perinde ac alii inutiles quasque artes exercentes Sparta etiam ejiciebantur. Seneca *naturalium quæst.* lib. IV. in fine. *Un-*

Unguentarios, inquit, *Lacedæmonii urbe expulerunt*, A *& propere cedere finibus suis jusserunt, quia oleum disperderent*. Quæ ratio tamen frivola est, potiusque mollitiem & luxum videntur ita urbe ejicere voluisse Lacedæmonii.

INSTIT. VI.

Pugnaturi vestibus induantur purpureis. Ratio hujus instituti. Altera ex Valerio. Alia etiam ratio.

RETULIMUS ex Clemente Alexandrino, vetitam Lacedæmoniis fuisse purpuram, quod B ita accipiendum, ut tamen in bello usurpata sit vestis purpurei coloris: sicut multa ibi alia concedebantur, quæ domi prohibita. Cæterum quod purpuram militarem vestem voluerit Legislator, ejus hanc rationem reddit, quod viris convenientissima, belloque talis vestis aptissima. Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*: Εἴς γε μὴν τὸν ἐν τοῖς ὅπλοις ἀγῶνα τοιάδ' ἐμηχανήσατο. στολὴν μὲν ἔχειν φοινικίδα, καὶ χαλκῆν ἀσπίδα· ταύτην νομίζων ἥκιστα γυναικείᾳ κοινωνεῖν, πολεμικωτάτην δὲ εἶναι. καὶ γὰρ τάχιστα λαμπρύνεται καὶ σχολαιότατα ῥυπαίνεται. C Id est, *Ad Armorum certamina hujusmodi quædam excogitavit. Stolam eos purpuream habere voluit, & scutum æreum. Existimabat enim genus hoc vestis, minime cum muliebri commune quicquam habere. Nam & celerrime splendidum redditur, & sordes tardissime contrahit*. Valerius autem Maximus *lib.* II. *cap.*VI. ad occultandum vulnerum sanguinem hanc vestem adhiberi existimat. Ita enim scribit: *Iidem* (Lacedæmonii) *ad dissimulandum & occultandum vulnerum suorum cruorem, puniceis in bello tunicis utebantur: Non, ne ipsis aspectus ejus terrorem, sed ne hostibus fiduciæ aliquid adferret*. Utriusque causæ meminit & Plutarchus *Institutis Laconicis*: *Puniceis*, inquit, *vestibus in bello utebantur, quod color ille fortes viros deceret, & ob ejus similitudinem cum sanguine, majorem imperitis formidinem* D *afferre videretur. Quin etiam si quis ipsorum vulneratus fuisset, id non facile ab hostibus deprehendi, sed ob coloris similitudinem latere, utile erat*. In eandem fere sententiam scribit Ælianus lib.VI. cap.VI. *Variæ Historiæ*. Hæ a magnis illis auctoribus causæ redditæ. Sed mihi videtur vestis talis pertinuisse etiam ad discernendum Lacedæmonios, ab aliis quibusvis Græcis & Barbaris. Nam supra diximus vestibus etiam dignosci Lacedæmonios. Quod quum ita sit, mirum est, quod ille qui de Leonida fecit E Epigrammata Græcum, fingit eum purpuram repudiare, tanquam non deceret Lacedæmonium.

INSTIT. VII.

Instructa acie quivis corona caput cingat. Καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ *cur ab Homero dicti. Ratio hujus instituti.*

CORONÆ rarius domi usurpatæ, in bello ante prælium ab omnibus sumebantur, ita edicente Rege. Plutarchus *Lycurgo*: Ἤδη δὲ συντεταγμένης ἅμα τῆς φάλαγγος αὐτῶν καὶ τῶν πολεμίων παρόντων, ὁ βασιλεὺς ἅμα τήν τε χίμαιραν ἐσφαγίζετο, F καὶ στεφανοῦσθαι παρήγγελλε πᾶσι. Id est, *Instructa jam acie eorum, quum adesset hostis, Rex simul capellam immolabat, edicebatque ut omnes coronas sumerent*. Idem tradit Xenophon, qui dicit legem fuisse: μηδένα Λακεδαιμονίων ἀστεφάνωτον εἶναι, *neminem Lacedæmoniorum sine corona esse*. Quod vetustum valde videtur. Nam eo existimare licet Homerum respexisse, quum καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς *comatos Achæos* dicit: Lacedæmonios haud dubie in primis intelligens Achæos. Sed quæ hujus instituti ratio fuerit, neuter horum tradit. Equidem existimo voluisse eos fiduciam hac ratione animis pugnantium addere, ut coronam jam tanquam victoria potiti gestantes fortius agerent, ne præmium victoriæ multi perderent. Erat enim Corona apud omnes Græcos victoriæ præmium. Itaque qui illud ante victoriam præsumsissent, eis necessario quodammodo elaborandum fuit, ne per dedecus vicissim amitterent.

INSTIT. VIII.

Annulus in digito tantum ferreus sit. Annuli veterum Romanorum ferrei.

FERRUM fortes decuit. Itaque Lacedæmonii non aureo, sed ferreo utebantur annulo. Auctor Plinius *lib.*XXXIII. *cap.*I. ubi adimens antiquissimis Romanis, tum Regibus videlicet præter Numam & Servium, tum & aliis annulos, miratur Tarquiniorum statuas etiam sine annulis esse, quum ii ex Græcia, unde & annuli, locum adscribere non pigebit. *Hoc* (inquit) *in Tarquiniis maxime miror, quorum e Græcia fuit origo, unde hic annulorum usus venit, quanquam etiam nunc Lacedæmone ferreo utantur*. Hæc ille. Quod quidem non poterat apud Spartanos non esse antiqui instituti, alias corruptis moribus & laxata disciplina civitatis, ad hanc frugalitatem non venturos. Tribuit idem tamen Romanis veteribus etiam ferreos annulos, quos ait bellicæ virtutis insigne fuisse. Unde discere licet, fuisse Lacedæmoniis quoque ferreos annulos pro virtutis & fortitudinis documento, potius quam pro corporis ornamento.

INSTIT. IX.

Virginum vestes citra genua finiantur. Φαινομηρίδες *dictæ cur sint Lacænæ. Ratio hujus instituti.*

UT de virorum habitu sanxit Legislator: ita & mulierum vestitum non præteriit. Eæ itaque instituto veteri vestes supra genua decurtatas ferebant. Unde φαινομηρίδες dictæ sunt ab Ibyco poeta, ut testatur Plutarchus, tanquam *quæ femora nuda* ostenderint. De virginibus id non dubium, docente Clemente Alexand. lib.II. *Pædagog.* c.X. qui in illis aliisque fœminis hunc habitum damnans ait: Οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ γόνυ, καθάπερ τὰς Λακαίνας φασὶ παρθένους, ἐστολίσθαι καλόν. οὐδὲν γὰρ μέρος ὀστέον ἀπογυμνοῦσθαι γυναικὸς εὐπρεπές. Id est, *Neque enim decorum stolas finire citra genua, uti Lacænis virginibus in usu. Nullam enim partem nudam fœminas ostendere convenit*. Quod tamen a moribus Lacedæmoniorum non abhorrebat. Nam voluerunt virgines ludis & certaminibus quibusvis exerceri, sicut juvenes, ad quæ breviore hac veste prorsus erant expeditiores & aptiores. Unde & σχιστοὺς χιτῶνας *tunicas scissas* eis Pollux tribuit. Idemque locus Virgilii supra a nobis allegatus docet.

INSTIT. X.

Aurum & pictas vestes matronæ non gestent, sed tantum meretrices. Ratio hujus instituti. Ephoris cura vestium commissa.

IN aliis Rebusp. multa mulieribus concessa, quoad ornatum & cultum. Spartæ cogebantur simplici & frugi vestitu esse contentæ. Aurum gestare non licebat honestis fœminis; sed gestantibus probro erat, & turpis quæstus indicium: sicut & vestis præter morem preciosa & speciosa. Heraclides *de*

Politiis: Τῶν ἐν Λακεδαίμονι, γυναικῶν κόσμος ἀφῄρηται, οὐδὲ κομᾷν ἔξεστιν, οὐδὲ χρυσοφορεῖν. Id est, *Lacedæmone ornatus omnis mulieribus interdictus, neque eas ornari licet, nec aurum gestare*. Quod institutum prædicat in primis quoque Clemens Alexand. *Pædagog.* lib. II. c. X. Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν· ἣ μόναις ταῖς ἑταίραις ἀνθινὰς ἐσθῆτας, καὶ χρυσοῦν κόσμον ἐπέτρεψε φορεῖν, ἀφαιρουμένη τῶν δοκίμων γυναικῶν τὴν φιλοκοσμίαν, τῷ μόναις ἐφεῖναι καλλωπίζεσθαι ταῖς ἑταιρούσαις. Id est, *Laudo veterem Lacedæmoniorum civitatem, quæ solis meretricibus floridas vestes, aureumque mundum gestare permisit, probis mulieribus ornatus studium interdicens, eo quod solis meretricibus concederet ornari*. ubi ἀνθινὰς *vestes pictas* & *versicolores* interpretor. Et hoc quidem merito ita obtinuit. Voluerunt enim semper Lacedæmonii ornatum muliebrem in bono & firmo corporis habitu, inque pudicitia & modestia, non externo cultu situm. Itaque hujus etiam cura Ephoris, & fortean Harmosynis commissa, qui quotidie de omni vestitu & habitu inquirebant. Ita enim de Ephoris Ælianus scribit, *Var. Hist.* lib. XIV. c. VII. Ἐτίθεντο δὲ καὶ φροντίδα οἱ Ἔφοροι καθ᾽ ἑκάστην πολυπραγμονεῖν τὰ περὶ τὴν στολήν, εἰ ἕκαστα αὐτῆς μὴ ἀπολείπηται τοῦ κόσμου τοῦ δέοντος. Id est, *Curam gerebant Ephori, ut quotidie multum diligenterque considerarent quæ ad vestitum pertinent, num aliquid circa vestes a decenti & debito ornatu deficeret*.

INSTIT. IX.

Virgines detectæ, mulieres velatæ in publicum prodeant. Ratio hujus instituti.

HÆC lex superiori ita respondet, ut prorsus cum ea concordet. Nam quorsum attinebat ornari mulieres, si velatæ faciem in publicum prodeuntes agnosci non poterant? voluerunt itaque Lacedæmonii inornatas mulieres, & simul facie coopertas. Hujus autem instituti Charilaus rationem a nuptiis petit. Nam interrogatus, cur Spartani virgines detectas, mulieres velatas in publicum emitterent, Respondit: *Quia*, inquit, *virginibus quærendi sunt viri, mulieribus opera danda, ut servent maritos*. Sed videtur tamen hoc etiam fuisse modestiæ & castitatis, ne videlicet alii in eas oculos conjicientes, illiciti amoris flammas conciperent. Quod & hodierno die quædam gentes observant, rationem hanc potissimum secutæ.

INSTIT. XII.

In pompis & certaminibus, tum pueri, tum virgines nudæ sint. Hujus instituti ratio.

VIRGINIBUS & pueris quales vestes fuerint, jam explicatum: atque iis quum alias induerentur, in pompis tamen & certaminibus nudi comparebant. Fuit enim hoc Lacedæmoniorum institutum, quippe ab iis primo inventum, ut qui certarent vestes in publico exuentes nudarentur. Thucydides *lib.* I. de vestitu Lacedæmoniorum loquens: Ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο, τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο. Id est, *Primi* (Lacedæmonii) *corpora certaturi nudaverunt propalam se exuentes, oleoque unxerunt, quum olim etiam in Olympiaco certamine Athletæ subligacula circum pudenda habentes pugnarent*. De Athletis autem legatur Scholiastes Græcus, & Clemens Alex. lib. III. *Pædagog.* cap. V. Refert idem institutum & Plutarch. *Lycurgo* his verbis: Ἀφελὼν τὴν θρύψιν, καὶ σκιατροφίαν, καὶ θηλύτητα πᾶσαν, οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πομπεύειν, καὶ πρὸς ἱεροῖς τισὶν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδειν τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων. Id est, *Remotis deliciis, umbratili vita, & mollitia omni fæminea, assuefecit juxta puellas atque adultos nudos in publico versari, certisque solemnibus saltare & cantare, assistentibus atque spectantibus juvenibus*. Rationem autem hujus addit postea idem auctor in hunc modum scribens: Ἡ δὲ γύμνωσις [illegible] παρθένων οὐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν, αἰδοῦς μὲν παρούσης, ἀκρασίας δὲ ἀπούσης· ἀλλ᾽ ἐθισμὸν ἀφελῆ καὶ ζῆλον εὐεξίας ἐνειργάζετο, καὶ φρονήματος τὸ θῆλυ παρέγευεν [illegible], ὡς μηδὲν ἧττον αὐτῷ καὶ ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας μετουσίαν οὖσαν. Id est, *Detectioni virginum nihil inerat obscœni, cum qua conjuncta verecundia erat, aberat libido: sed simplicem assuetudinem & studium boni habitus conciliabat, gustumque fœminæ præbebat spirituum non inertium, quod societate nec ipsæ virtutis & gloriæ excluderentur*. Quo pertinet etiam quod est in Apophthegmat. Lycurgi. Nam reprehendentibus quibusdam virginum in pompis solemnibus nudationem, caussamque ejus requirentibus, *Ait, id a se institutum ut eadem cum viris exercentes studia, neque viribus corporis & sanitate, neque animi contentione & virtute eis cederent, popularemque opinionem de se despicerent*. Hæ itaque caussæ nudationis. De exercitiis autem communibus pueris & virginibus infra dicetur.

TABULA SEPTIMA
DE
DISCIPLINA ET MORIBUS.

INSTIT. I.

Nemini liceat ex suo arbitrio vivere, sed ex legum præscripto similes mores discant. Ratio hujus instituti.



LIBERTAS quidem summa fuit Lacedæmoniis: sed non tamen faciendi, nisi quod legibus & institutis ipsorum consentaneum. Quare sic instituebantur, ut omnes majorum disciplinam eodem modo servarent. Erant enim legibus prorsus mores omnium adstricti, ut consimiles iidemque omnibus essent. Nam ita Lycurgus initio de disciplina sanxit. Testatur Cicero in *Bruto*, ubi scribit disciplinam Lacedæmoniorum a Lycurgo legibus adstrictam. Docet item Plutarchus *Lycurgo*: Οὐδεὶς ἦν ἀφειμένος ὡς ἐβούλετο ζῆν, ἀλλ᾽ οἷον ἐν στρατοπέδῳ τῇ πόλει καὶ δίαιταν ἔχοντες ὡρισμένην, καὶ διατριβὴν περὶ τὰ κοινά. καὶ ὅλως νομίζοντες οὐχ αὑτῶν, ἀλλὰ τῆς πατρίδος εἶναι, διετέλουν. Id est, *Nemini licebat pro suo arbitrio vivere, sed in urbe, sicut in castris lata lex vitæ erat, & in Repub. occupatio: prorsusque in animum induxerant, patriæ se, non sibi ipsis esse natos*. Quod in primis ita conveniebat. Nam quorsum eundem victum, eundemque vestitum præscribere attinebat, si mores dissentirent? Mores diversi & con-

trarii, animos in contraria ducunt. Merito itaque id etiam de moribus sanxit, ut omnes ad easdem leges & majorum disciplinam eos conformarent.

INSTIT. II.

Majorum imperium libenter pati omnes assuefiant. Δαμασίμβροτος cur appellata sit Sparta. Ratio hujus instituti. Obedientia illa debita, non solis magistratibus, sed quibusvis ætate majoribus.

ANTE omnia sic erudiri universos Lacedæmonios voluerunt, ut obedientiam superioribus præstarent. Nam sine ea inanes leges & magistratuum irrita jussa, quomodocunque bene constituta Republica. Hoc itaque si uspiam alibi, Spartæ certe quam maxime operam dabant, ut parendi studium omnium animis insereretur. Unde existimant Spartam a Simonide δαμασίμβροτον appellatam, quod maxime per assuetudinem obtemperantes legibus cives, mansuetosque, sicut equos mox a prima ætate domitos redderet, ut testatur Plutarchus in *Agesilao*. Quare hæc prima institutio, ut imperium pati discerent, tum ut labores tolerarent, deinde etiam ut vincerent vel occumberent, ut ait idem Plutarchus, de quorum posterioribus suo loco agemus. Cæterum intelligendum hic imperium non solum magistratuum, parentum, magistrorum: sed etiam quorumvis ætate majorum. Nam monita quorumvis horum accipere decuit, nec ulli eorum obedientiam detrectare licuit. In obediendo enim judicabant prorsus salutem Reipublicæ sitam potius, quam imperando. Et revera Reipublicæ conducibilius habere cives ad parendum institutos & promtos, quam magistratus ad imperandum idoneos. Nam πειθανάγκη seu *parendi necessitate*, & extorta obedientia qui urgentur, si non frænum sensim ubi convenit laxetur, tandem id rumpunt. Recte itaque Theopompus. Nam dicente quodam, Spartæ salutem inde proficisci, quod Reges ad imperandum haberet idoneos, Respondit: *Eam non esse causam, sed quod cives obedire nossent*: Plutarchus *Apophthegmatis*, & *de civili institutione*, & *Vita Lycurgi*. Quod non solum in hac, sed in omni Republica verum. Nam ut artis equestris est equum placidum & obsequentem reddere: ita superiorum in primis hoc munus, subjectos ad spontaneum parendi studium adducere.

INSTIT. III.

Seniores a junioribus quovis modo honorentur. Senioribus honor a junioribus haberi quot modis soleret.

MAGISTRATIBUS in primis honos habitus, tum parentibus, quos natura jubet revereri: post eos autem prout ætate quisque provectior, ita & honoratior. Nam divitias & potentiam non tam magnifaciebant Lacedæmonii, quam ætatem. Justinus *libro tertio* de legibus Lycurgi loquens: *Maximum*, inquit, *honorem, non divitum & potentium, sed pro gradu ætatis senum esse voluit*. Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum *Ser.* CXLV. Τοὺς γέροντας αἰσχύνονται οὐχ ἧττον τοὺς πατέρας, Id est, *Senes reverentur non minus quam parentes*. Exhibebatur autem honor iste externa reverentia tribus modis, cedendo Senibus de via, consistendo dum transirent, & de loco eis assurgendo. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Καὶ τοὺς νέους δὲ, οὐ μόνον τοὺς ἰδίους αἰδεῖσθαι πατέρας καὶ ὑπηκόους τούτοις εἶναι, ἀλλὰ πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἐντρέπεσθαι, καὶ ὁδῶν ὑποχωροῦντας, καὶ καθέδρας ὑπεξισαμένους, καὶ παριόντων ἡσυχάζοντας. Id est, *Oportebat etiam juniores, non solum suos patres revereri eisque obedire: sed omnes Seniores observantia prosequi, ita ut & de via illis decederent, & de sedibus assurgerent, & quietos se continerent, dum illi transirent.*

INSTIT. IV.

Senibus liberos cujusvis monendi jus sit.

DIXIMUS supra liberorum quasi communionem Spartæ fuisse, ita ut parentes Reipublicæ eos esse potius, quam suos existimarent. Unde facile consequitur hoc, ut cuivis in pueros omnes animadvertere liceret. Quod tamen Senioribus in primis competebat, qui id ita usurpabant, ut paternum animum declararent, ac perinde erga alios affecti erant, uti alios in suos item se gerere vellent. Itaque quilibet provectiorum non suos modo, sed aliorum quoque liberos quocunque loco monere, & erudire poterat, tanquam qui illis præesset ætatis quadam prærogativa. Xenophon *de Republica Lacedæmoniorum*. Ὁ Λυκοῦργος κατασκευάσαι βουλόμενος ὡς ἂν μηδὲν βλάπτοντες ἀπολαύοιεν τι οἱ πολῖται ἀλλήλων ἀγαθὸν, ἐποίησε παίδων ἕκαστον ὁμοίως τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἄρχειν. ὅταν δέ τις εἰδῇ ὅτι πατέρες εἰσὶ τῶν παίδων ὧν αὐτὸς ἄρχει, ἀνάγκη οὕτως ἄρχειν· ὥσπερ ἂν καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἄρχεσθαι βούλοιτο. Id est, *Lycurgus quum efficere vellet, ut cives nullo sibi invicem damno dato, etiam commodis quibusdam opera mutua fruerentur, instituit ut quisque perinde suis ac alienis liberis imperaret. Quod si quis autem sciat, eos pueros, in quos imperium ipse usurpet, parentes habere, necesse est sic illud usurpet, quemadmodum usurpari velit etiam in suos imperium*. Quod ab eo sumtum Plutarchus *Institutis Laconicis* etiam retulit his verbis: Ἦρχον ἕκαστος οὐχ ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τῶν ἑαυτοῦ τέκνων καὶ δούλων καὶ κτημάτων, ἀλλ' ὥσπερ τῶν ἑαυτοῦ, καὶ τῶν τοῦ πλησίον, ὅπως ὅτι μάλιστα κοινωνῶσι καὶ φροντίζωσι, ὡς ἰδίων. Id est. *Præerat unusquisque non ut in aliis urbibus, liberis suis duntaxat & servis, & bonis: sed & iis qui vicini erant, non minus quam suis: ut maxima esset inter eos communio, propter quam alienarum rerum tanquam suarum quisque curam gereret.* Sed quod ille ad rerum communionem & curam mutuam refert, id latius patuisse mihi videtur. Nam haud dubie hæc potestas omnibus concessa, ne ullo in loco monitores & doctores juventutis deessent, ut ii hac ratione quam optimis moribus assuefierent, semper præsto habentes, quorum timerent reprehensionem.

INSTIT. V.

Quicunque senum delinquentem puerum videns non increpat, eadem pœna cum delinquente teneatur. Ratio hujus instituti.

NON solum liberum erat cuivis juniores monere & reprehendere: sed officium hoc sub pœna requirebatur. Nam qui negligens increpando fuisset, puniebatur hoc nomine, perinde atque si ipse culpam commisisset. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Ὁ μὴ ἐπιπλήττων παρόντος αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα, ἔνοχος ἦν τῷ ἴσῳ ἐπιτιμίῳ ὥσπερ καὶ ὁ ἁμαρτάνων. Id est, *Qui se præsente delinquentem non increpat, eidem pœnæ obnoxius erat, cui is qui deliquerat*. Existimabat enim Legislator socordis esse, & parum de Republica soliciti, qui pateretur corruptos mores adolescentum. Efficiebatur etiam hac ratione, ut adolescentes, si qui essent præfractiore animo, moderatius ferrent majorum commonitiones, quum scirent necessitate quadam adigi ad increpandi of-

ficium. Spectat itaque eo hæc lex, ut tollat simul seniorum indulgentiam, & juniorum impatientiam.

INSTIT. VI.

Seniores obviam junioribus facti, quo vadant, rationem exigant. Hujus instituti ratio.

SI deliquissent juniores, a Senioribus increpabantur: sed & ab iisdem reprehendebantur, si aliquo iter facerent, cujus non probabilem redderent causam. Nam ideo quærere volebant Seniores ab iis, quoties in aliquos inciderent, quo pergerent, cujusque negotii causa huc vel illuc commearent. Ac juniores vera respondere rationemque reddere tenebantur. Plutarchus *Institutis Laconicis*: Ἔθος ἦν καὶ τοὺς νεωτέρους ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων ἐρωτᾶσθαι, ποῦ πορεύονται, καὶ ἐπί τι· καὶ τὸν μὴ ἀποκρινόμενον, ἢ προφάσεις πλέκοντα, ἐπιπλήττειν. Id est, *Moris erat, ut juniores a senioribus interrogarentur, quonam, & cujus gratia irent: & eum qui non responderet, vel prætextus comminisceretur, increparent.* Hac enim ratione assuefiebant, ne quo furtim scelerum causa abire auderent, quum timendum semper, ne Seniorum alicui obviam facti, eis reddita ratione itineris minus satisfacere possent. Itaque hoc in primis lege ista spectatum, ne quo abirent adolescentes, ubi delinquendi occasio esset.

INSTIT. VII.

Præsentibus senioribus quum pueros Iren reprehendat, si modum non teneat, ab iis castigetur. Ratio hujus instituti.

QUI Irenes dicti sint supra ostendimus, videlicet, qui duobus annis a pueris excesserant. Hi pueris præfecti, eos delinquentes plectebant coram Senibus, quasi eorum auctoritate utentes, itidemque eirenes ab ipsis Senibus plectebantur, quum, ut non decuit, officium fecissent. Plutarchus *Lycurgo*: Πολλάκις δὲ καὶ πρεσβυτέρων παρόντων καὶ ἀρχόντων, ὁ εἴρην ἐκόλαζε τοὺς παῖδας. ἀπόδειξιν διδοὺς εἰ μετὰ λόγου καὶ ὡς δεῖ κολάζει. καὶ κολάζων μὲν, οὐκ ἐκωλύετο· τῶν δὲ παίδων ἀπελθόντων, εὐθύνας ὑπεῖχεν εἰ τραχύτερον τοῦ δέοντος ἐπετίμησεν, ἢ τοὐναντίον ἐκλελυμένως καὶ ἀτόνως. Id est, *Subinde coram Senioribus & magistratibus eiren corrigebat pueros, ut specimen præberet quam recte & ordine pœnas exigeret. Nec interpellabant multantem, verum digressis pueris plectebatur, si asperius quam oportuisset, aut contra remissius & lenius vindicasset.* Hæc itaque omnia eo pertinuisse apparet, ne quid isti puerorum reprehensores temere committerent, sive per petulantiam aut iracundiam gravius quam par erat pœna eos afficientes: sive per socordiam & imperitiam delicti enormitatem parum æstimantes, lenius. Qua ratione voluerunt a tenera ætate suos assuefieri ad exactissimam & æquissimam justitiæ regulam in exigendis pœnis. Atque hoc adolescentibus quasi tyrocinium magistratus gerendi, & justitiæ administrandæ.

INSTIT. VIII.

Juniores castigationes majorum non ægre ferant. Ratio hujus instituti.

SENIORES libere monebant & puniebant juniores: illi assueti ferre patienter, ut nec moleste pati, nec queri possent. Qui irascebatur objurganti, dedecore hoc luebat, seu ἐν μεγάλῳ ὀνείδει ἦν, inquit Plutarchus. Quin plagis acceptis, quum aliquis puerorum ad parentes hoc quereretur, uti pueris in more est, dabat itidem alteras tantas pœnas patri. Xenophon *de Repub. Lacedæmon.* Ἢν δέ τις παῖς ποτὲ πληγὰς λαβὼν ὑπ᾽ ἄλλου κατείπῃ πρὸς τὸν πατέρα, αἰσχρόν ἐστι μὴ οὐκ ἄλλας πληγὰς ἐμβάλλειν τῷ υἱεῖ. Id est. *Quod si puer aliquando cæsus ab alio, patri suo id annuntiet, turpe est non eidem alias insuper plagas addere.* Idem fere refert Plutarchus *Institutis Laconicis* ita scribens: Παῖς δὲ ὑπό τινος κολασθεὶς, εἰ τῷ πατρὶ ἐξήγγειλεν, αἰσχρὸν ἦν τῷ πατρὶ μὴ προσεντεῖναι ἀκούσαντα πάλιν ἑτέρας. ἐπίστευον γὰρ ἑαυτοῖς ἐκ τῆς πατρίου ἀγωγῆς μηδὲν αἰσχρὸν προστάξαι τοῖς τέκνοις. Id est, *Puer ab aliquo punitus, si id patri renunciasset, turpe huic erat, ubi audivisset, non alia verbera illi infligere. Sibi enim mutuo fidem habebant, ex patria disciplina, nihil turpe liberis suis imperatum fuisse.* Quod institutum ad concordiam parentum, & fidem mutuam inter se pertinebat, ut ait Plutarchus. Quamvis id etiam eo fiebat, ne liberi disciplinam majorum ut refractarii aspernantes, in parentum indulgentia spem consolationis & veniæ collocarent.

INSTIT. IX.

Juniores non nisi in tempore loquantur, nec temere aliquid proferant.

MODESTIÆ erat adolescentum non interpellare Seniores, nec loqui, nisi quum res & tempus sinerent, idque cum argutia aliqua, vel sententiæ gravitate, vel ubi satius foret locutum esse, quam siluisse. Plutarchus *Lycurgo* de pueris loquens: Εἰθίζοντο μηδέποτε χρῆσθαι τῷ λόγῳ παρέργως, μηδὲ ἀφιέναι φωνὴν, ἥτις οὐκ ἁμωσγέπως ἔχει τινὰς θεωρίας ἀξίαν διάνοιαν. Id est, *Assuefiebant* (pueri) *ut non nisi in tempore loquerentur, neque vocem emitterent, quin aliquam utique sententiam complecteretur, notatu dignam.* Sermonem itaque in tempore eos habere voluerunt: silentium in tempore non improbarunt. Huc enim facit illud Archidamidæ. Nam reprehendenti cuidam Hecatæum Sophistam, quod in Syssitium receptus nihil diceret: *Ignorare mihi videre*, dixit, *quod qui dicere novit, tempus etiam dicendi non ignorat. Est enim sapientis, tam scire quando loquendum, quam quid dicendum. Stolidi autem & impudentis velle semper blaterare, nec unquam conticescere posse.* Itaque Demaratus quum interrogaretur in quodam consessu, ob fatuitatem, an potius ob inopiam materiæ dicendi, taceret? *Respondens inquit: Atqui stultus tacere non potest.*

INSTIT. X.

In incessu modeste se juniores gerant, oculos & manus continentes.

COMPOSITOS gestus Juniorum voluerunt Lacedæmonii, & modestiam ex ipso vultu atque oculis elucere. Nam eos nec vacillare & circumvolvi, nec manus tanquam gesticulandi causa ostentare patiebantur. Xenophon *de Repub. Lacedæmoniorum*: Πρὸς δὲ τούτοις τὸ αἰδεῖσθαι ἰσχυρῶς ἐμφυῶσαι βουλόμενος αὐτοῖς, καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς ἐπέταξεν ἐντὸς μὲν τοῦ ἱματίου τὼ χεῖρε ἔχειν, σιγῇ δὲ πορεύεσθαι, περιβλέπειν δὲ μηδαμοῖ, ἀλλ᾽ αὐτὰ τὰ πρὸ τῶν ποδῶν ὁρᾶν. Id est, *Præterea quum pudorem eis innasci vehementer cuperet Lycurgus, mandabat ut in viis manum utranque intra pallium continerent, tacitique incederent, nusquam circumspicerent, ea tantum intuerentur, quæ ante pedes essent.* Hæc itaque discebant etiam ex disciplina Lycurgi, ut videatur nihil omisisse Legislator, quod ad institutionem puerilem pertineret. Ac cautum videtur hoc de gestibus, ne lascivia & petulantia in

A gestibus, gravitatem morum & animi integritatem contaminarent. Oculos enim circumvolvere, aut curiositatis, aut socordiæ, manus jactare, stoliditatis & levitatis.

INSTIT. XI.

Luxuriam & ebrietatem omnes vitent, idque servorum ebriorum exemplo doceantur. Servorum ebriorum exemplo ad sobrietatem & temperantiam juvenes excitabantur. Hujus instituti ratio.

SOBRIETATEM & temperantiam, magnas virtutes, sectari Lacedæmonios in primis oportebat. Id itaque tum re, videlicet tenui victu paucoque potu, tum exemplo pueros doceri voluerunt. Exem- B plum autem majorum non sufficere existimantes, fœdos mores, obscœnos sermones, deformem habitum, inconditos gestus, in servis ebriis ob oculos eis proponi jusserunt. Quam ob causam ipsos servos etiam ultra modum bibere cogebant, ut ita pueris eos ostenderent. Plutarchus *Lycurgo*: Καὶ τ' ἄλλα ᾗ τραχέως προσεφέροντο καὶ σκληρῶς αὐτοῖς· ὥστε καὶ πίνειν ἀναγκάζοντες πολὺν ἄκρατον εἰς τὰ συσσίτια παρεισῆγον, ἐπιδεικνύμενοι τὸ μεθύειν οἷον ἐστὶ τοῖς νέοις. Id est, *Et vero cætera agebant cum servis aspere & sæve, tum multum meri coactos haurire introducebant in convivia, ostendentes juvenibus quam esset fœda res ebrietas*. Quod idem auctor etiam libro *de cohibenda ira-* C *cundia*, itemque in *Institutis Laconicis* repetit. Meminit & Clemens Alexandrinus *Pædagog.* lib. III. his verbis: Τοὺς δὲ Εἵλωτας (οἰκετῶν ὄνομα εἰσὶ οἱ Εἵλωτες) οἱ Λακεδαιμόνιοι μεθύειν ἀναγκάζοντες, ἐδείκνυον σφίσιν αὐτοῖς τῆς μέθης τὰ ἔργα σωφρονοῦσιν, ἐν θεραπείας καὶ διορθώσεως μέρει. παραφυλάττοντες δ' οὖν τὴν ἐκείνων ἀσχημοσύνην, ὡς μὴ περιπέσοιεν αὐτοὶ ταῖς ὁμοίαις καταγνώσεσι, ἐπαιδεύοντο· τὸ ἐπονείδιστον τῶν μεθυόντων εἰς τὸ ἑαυτῶν ἀναμάρτητον ὠφελούμενοι. Id est, *Helotes (servorum nomen sunt Helotes) Lacedæmonii cogentes inebriari sibi ipsis sobriis, ea quæ faciebat ebritas, correctionis & emendationis loco ostendebant. Observantes ergo illorum turpitudinem, ne in idem* D *quod damnabant vitium inciderent, ex ebriorum probro hos fructus consequentes, quod ipsi non peccarent*. Sed & Tzetzes refert hoc institutum *Chil.* III. *Hist.* LXXXXIII.

Οἱ Λάκωνες ἐμέθυσκον τοὺς ἑαυτῶν οἰκέτας,
Καὶ τέκνοις παρεισφέροντες ἐκείνους τοῖς ἰδίοις,
Καταγελάστως ἔχοντας ἀκράτῳ, καὶ τῇ μέθῃ,
Παντὸς ἐκείνους ἀπρεποῦς ἐξέτρεπον, καὶ φαύλου.

Id est,

Lacones inebriant suos servos
Et filiis ostendentes illos propriis
Ridicule se habentes meraco, & ebrietate,
Ab omni illos re indecora avertebant, & mala.

Cujus instituti ratio ex iis quæ attulimus haud obscura. Id addendum censui, voluisse Lacedæmonios servis ebrietatem concedere, ut hoc ipso vitium tam servile & illiberale pueri magis detestarentur: sicut supra diximus, lauticias in cibis eos devitasse, quod eæ essent servorum. Deinde nec hoc omittendum, quod alii Juniorum causa fieri solitum scribunt, id ad omnes Theologum referre.

INSTIT. XII.

Ignavus non toleretur, sed ignominia ab omnibus afficiatur. Ratio hujus instituti.

STUPIDUS, ignavus, institutorumque & exercitiorum impatiens, adeo erat ignominiosus, ut probro omnibus esset, & ubicunque degeret, dedecus ipsum suum consequeretur: ut contra fortium C erat summa gloria. Xenophon *de Repub. Lacedæm.* Ἐν τῇ Λακεδαίμονι πᾶς μὲν ἄν τις αἰσχυνθείη τὸν κακὸν σύσκηνον παραλαβεῖν, πᾶς δ' ἂν ἐν παλαίσμασι συγγυμναστήν. Id est, *Lacedæmone quivis pudendum duxerit, hominem ignavum in idem contubernium admittere, vel in luctis cum eo se exercere*. Nicolaus *de Moribus gentium* apud Stobæum: Αἰσχρὸν δὲ ἐστὶ δειλῶν σύσκηνον ἢ συγγυμναστὴν γενέσθαι. Id est, *Turpe vero est timidis contubernalem aut gymnasii socium se jungere*. In quibus autem sita fuerit præcipue ignavorum ignominia, infra ex Xenophonte referemus. Sed monendum hoc loco voluisse Lacedæmonios severissimo exemplo Ignominiæ in ignavos statuere, quo D omnibus noti essent, & ipsorum consortium declinarent. Nec parum in eo positum. Nam sæpe unius ignavi, & timidi hominis culpa, magnum periculum saluti communi creatum, & res alias feliciter cessura in diversum abiit.

TABULA OCTAVA DE STUDIIS ET ARTIBUS.

INSTIT. I.

Lacedæmonii literas discant quantum necesse, artes autem subtiliores non curent. Lacedæmonii literarum rudes fuere. Isocrates Lacedæmoniis iniquus. Ratio hujus instituti.



QUOD Lacedæmonii ἄμουσοι fuerint, & literarum elegantiorum ac philosophiæ ignari, potiusque armorum quam naturæ arcanorum periti, ipsi non diffitebantur. Id quod F non tam natura, quam instituto quodam ipsorum fiebat, ut ait Plato. Verum tametsi secretiores non attingebant E scientias, tamen haud dubie eatenus literas discebant, ut legere & scribere quantum opus esset, & necessitas exigeret, nossent. Auctor Plutarchus *Institutis Laconicis*: Γράμματα ἕνεκα τῆς χρείας ἐμάνθανον· τῶν δὲ ἄλλων παιδευμάτων ξενηλασίαν ἐποιοῦντο οὐ μᾶλλον ἀνθρώπων ἢ λόγων. Id est, *Literas quantum usus poscebat, discebant: sed quod ad reliquas disciplinas attinet, eas ut peregrinos earum doctores expellebant*. Sed & Ælianus *Var. Hist.* lib. XII. cap. L. testatur literarum rudes Lacedæmonios fuisse, atque aliunde solitos accersere medicos, vel alios quum opus esset. Quod ex Thucydide, exemplo Brasidæ ostendit. Sicut Tertullianus quoque *Apologetico*, F ejectos a Spartiatis philosophos scribit. Quod quum verum sit, videtur Isocrates *Panathenaico* in Lacedæmonios justo iniquior, adeo ipsos inscitiæ nomine sugillans, ut nec literas ipsos novisse scri-

bat. Sic enim de iis ait: Οὗτοι δὲ τοσοῦτον ἀπολελειμμένοι τῆς κοινῆς παιδείας καὶ φιλοσοφίας εἰσὶν, ὥστε οὐδὲ γράμματα μανθάνουσιν. Id est, *Isti a communi institutione & philosophia tam sunt alieni, ut ne quidem literas discant*. Quod tamen elegantius quam verius Orator scripsit, volens scilicet deprimere Lacedæmonios, ut Athenienses suos eo magis extolleret. Quæ enim verior Philosophia, quam virtutis per totam vitam meditatio? Quæ homini convenientior institutio, quam voluptatum abdicatio? Non igitur omnino probrosa hæc artium ignoratio. Pertinebat enim eo, ut potius factis Lacedæmonii virtutem exercerent & ostenderent, quam ut inanibus philosophiæ disputationibus & λογομαχίαις inhærerent. Nec enim rerum quantumvis sublimium scientiam, virtutis sincero studio præferendam judicarunt. Itaque quum a laboribus ac armorum exercitiis vacabant, de præclaris magnorum virorum factis & virtutum officiis, omnis eorum dissertatio, non de subtilibus philosophorum speculationibus. Atque idcirco reliquas literas aspernabantur, tanquam noxias, potius quam huic studio commodantes. Quare non immerito Plistonax protulit hoc, quod apophthegmate quodam ei attribuitur. Nam quum Orator quidam Atheniensis indoctos Lacedæmonios appellaret. *Sane quidem*, inquit, *soli enim Græcorum nihil mali nos a vobis didicimus*. Quod apophthegma item Antalcidæ tribuitur.

INSTIT. II.

Artem sordidam nemo exerceat. Sordidæ artes apud Lacedæmonios mechanicæ & agricultura. Ratio hujus instituti. Unde arma & instrumenta belli apud Lacedæmonios.

NON erant Lacedæmonii studiis elegantioribus dediti, nec tamen artes viles & abjectas tractabant. Id enim Legislator etiam sanxit, ut tradit Plutarchus *Lycurgo* & *Institutis Laconicis*, ubi ita scribit: Τέχνης μὲν ἅψασθαι βαναύσου τοπαράπαν οὐκ ἐφίετο. Id est, *Sordidam artem attingere prorsus non concessit*. Ælianus *Var. Hist.* lib. VI. cap. VI. Βάναυσον εἰδέναι τέχνην ἄνδρα Λακεδαιμόνιον οὐκ ἐξῆν. Id est, *Artem vilem scire nulli viro Lacedæmonio licebat*. Respicit huc etiam Xenophon *Oeconomico* ita scribens: Ἐν ἐνίαις μὲν τῶν πόλεων, μάλιστα δὲ ἐν ταῖς εὐπολέμοις δοκούσαις εἶναι, οὐδ᾽ ἔξεστι τῶν πολιτῶν οὐδενὶ βαναυσικὰς τέχνας ἐργάζεσθαι. Id est, *Etiam nonnullis in urbibus, maxime quæ bellis occupantur, ne quidem licet cuiquam civium sordidas artes exercere*. Quod autem intelligere artes convenit tam mechanicas omnes, quam ipsam agriculturam, docuit nos Isocrates *Panathenaico*, ubi scribit, quod Lacedæmonii rem militarem pulcherrime exercuerint, ut semper in præliis hostes superare possent, ἀμελήσαντες γεωργιῶν καὶ τεχνῶν, id est, *agriculturæ & artium curam omittentes*. Idem de utrisque, videlicet & artibus sordidis & agricultura vetitis, scribit Josephus lib. II. *contra Apionem*, ubi Lacedæmonios cum Judæis comparans, ita de illis ait: Οἱ μέν γε μή τε γῆν ἐργαζόμενοι, μή τε περὶ τέχνας πονοῦντες, ἀλλὰ πάσης ἐργασίας ἄφετοι. Id est, *Lacedæmonii neque terram colunt, neque circa artes exercentur, sed omnis operis immunes sunt*. Meminit & Nicolaus *de Moribus gentium* apud Stobæum ita scribens: Λακεδαιμονίοις τέχνας μανθάνειν ἄλλας, ἢ τὰς εἰς πόλεμον, αἰσχρόν ἐστιν. Id est, *Lacedæmoniis artes addiscere alias, quam bellicas, inhonestum est*. Cæterum rationem hujus instituti petamus ex verbis Xenophontis, quibus disertissimus scriptor de artibus istis judicium suum protulit. Ita enim scribit: Αἵ γε βαναυσικαὶ καλούμεναι ἐπίρρητοί εἰσι, εἰκότως μέντοι πάνυ ἀδοξοῦνται πρὸς τῶν πόλεων. καταλυμαίνονται γὰρ τὰ σώματα τῶν δὲ ἐργαζομένων, καὶ τῶν ἐπιμελουμένων ἀναγκάζουσαι καθῆσθαι καὶ σκιατραφεῖσθαι, ἔνιαι δὲ καὶ πρὸς πῦρ ἡμερεύειν. τῶν δὲ σωμάτων θηλυνομένων καὶ αἱ ψυχαὶ πολὺ ἀρρωστότεραι γίγνονται, καὶ ἀσχολίας δὲ μάλιστα ἔχουσιν ὡς μὴ φίλων καὶ πόλεως συνεπιμελεῖσθαι αἱ βαναυσικαὶ καλούμεναι. ὥστε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσι καὶ κακοὶ τοῖς φίλοις χρῆσθαι, καὶ ταῖς πατρίσιν ἀλεξητῆρες εἶναι. Id est, *Artes viles dictæ quæ & sordidæ sunt, merito in civitatibus non magni fiunt. Etenim corpora eorum qui eas exercent & student, corrumpunt, dum sedere illos cogunt, & in umbra vivere, totosque dies ad ignem esse. Jam si corpora effœminentur, etiam animi longe debiliores redduntur. Deinde occupationes tantas habent, ut de amicis & Rebusp. curam habere non sinant sordidæ artes. Quo fit ut homines hujusmodi, nec amicorum usui commodi sint, nec tueri patriam possint.* Quæ quum ita sint, non immerito artibus sordidis Lacedæmonii civibus suis interdixerunt. Quod si autem quærat aliquis, unde arma & instrumenta belli ferrea, ænea, aliaque necessaria: qua item ratione victus parari potuerit? Huic responsum ad hunc modum volumus. Nam quod ad victum attinet, per Helotas agros suos colebant, & opera omnia rustica exercebant, qui annua inde pensitabant. Qua de re supra dictum est. Verum quod ad arma, illa a sociis comparabant. Ibi enim omnis generis opifices, Spartæ nulli. Id quod ex illustri facto Agesilai intelligi potest. Quod in hanc fere sententiam refert Plutarchus: *Ut intellexit Agesilaus molestum esse sociis, quod in continentibus expeditionibus paucos Lacedæmonios ipsi tanta multitudine sequi cogerentur, ut eorum numerum demonstraret, omnes socios jussit inter sese permixtos sedere, seorsim Lacedæmonios. Tum præconis voce jussit surgere, primum figulos: & postquam hi surrexerunt, fusores: deinde ærarios, tum fabros, post architectos: denique singulorum artificiorum id genus opifices. Ita factum est, ut universi prope socii surgerent, nemo Lacedæmoniorum. His enim per leges non licet tractare sordidam artem. Ridens ergo Agesilaus, videtis*, inquit, *quanto nos plures quam vos milites emittamus*. Hæc ille. Ex quibus intelligi voluit veros milites homines esse liberos, & a sordidis artibus tractandis alienos.

INSTIT. III.

Vanas artes exercentes Spartæ non tolerentur. Quæ vanæ artes rejectæ a Lacedæmoniis. Mercatores. Rhetores. Vates. Circulatores.

SICUT sordidas artes, ita & multo magis vanas Spartani rejiciebant. Vanas autem intelligimus a virtutis exercitatione remotas & alienas, quæque circa curiosum, supervacaneum, minus utile, vel ludicrum aliquod studium occupantur. Quarum quatuor recenset Plutarchus *Vita Lycurgi*, his verbis de inanibus artibus vetitis loquens: Πρὸς τούτοις καὶ ἁπάντων τῶν περιττῶν ξενηλασίαν ἐποιήσατο. διὸ οὔτε ἔμπορος, οὔτε σοφιστὴς, οὔτε μάντις, ἢ ἀγύρτης, οὔτε τῶν κατασκευασμάτων δημιουργὸς εἰσῄει εἰς τὴν Σπάρτην. Id est, *Præterea omnibus supervacaneis rebus Sparta interdixit. Quare nullus mercator, Rhetor, Ariolus, circulator, aut supervacaneæ supellectilis opifex Spartam veniebat*. De mercatoribus ratio non longe petenda. Quid enim ii Spartæ agerent, unde nullæ merces exportari poterant, quo etiam venale nihil asportare licebat, quod pecuniæ, auri & argenti, nullus ibi usus? Sed nec Sophista ibi habebat quod ageret, Discipulos suæ artis non inventurus. Immo a Lacedæmoniis ii derisi & contemti. Cleomenes contemsit Sophistam de fortitudine disserentem, aliique alios. De Cleomene ita Plutarchus *Apophtheg*. *Sophista*, inquit, *quodam de fortitudine disserente, affatim risit*

Cleomenes. dicenti, quid rides Cleomenes audiens de fortitudine disserentem, quum quidem Rex sis? Respondit: Idem hospes fecissem hoc argumentum tractante hirundine: Aquila autem perorante quietissime audivissem. Vates quoque & ipsi ab exteris petiti, quod Spartæ nulli. De Tisameno Eleo nota historia ex *libro ultimo* Herodoti, cujus & supra a nobis mentio facta. De Megistia qui Acarnas erat, apud eundem historicum est, ac referuntur memorabilia quædam ejus vaticinia apud Tzetzem *Chiliad.* x. *Cent.* cccxlviii. Nec magnopere curasse auguria cordatos quosque Lacedæmonios, sed magis plebis B causa eis usos, argumento esse poterit stratagema Agesilai. Is enim *quum animare suos vellet territos periculo ingruente ob hostium multitudinem, manui victoriam inscripsit, sumptoque ab Ariolo Jocinore, id tam diu in manu tenuit, tanquam animi pendens & dubius, donec notæ a Jocinore receptæ & infixæ. Tum sociis scripturam monstravit, inquiens, Deos victoriam polliceri.* Ita Rex cordatissimus illusit arti Ariolorum. Sed ab eodem Rege spretus circulator ille & nugator, qui lusciniam imitabatur voce, quum eum ad audiendum artem invitaret. *Inquit enim Agesilaus, se ipsam lusciniam vivam audivisse.* Quæ omnia sunt apud Plutarchum in *Apophthegmatis*. C De coquis & unguentariis supra diximus, de aliis quibusdam in sequentibus etiam dicemus.

Instit. IV.

Comœdiæ vel Tragœdiæ non exhibeantur vel audiantur. Ratio hujus instituti.

Ludiones seu histriones, comici aut tragici, artis suæ operæpretium Spartæ facere non poterant, nec ibi ferebantur. Ludicra enim non admittebant graves, serii & constantes viri, nec scenas & Theatra erigi patiebantur. Plutarchus *In-* D *stitutis Laconicis*: Κωμῳδίας καὶ τραγῳδίας οὐκ ἠκροῶντο, ὅπως μήτε ἐν σπουδῇ, μήτε ἐν παιδιᾷ ἀκούωσι τῶν ἀντιλεγόντων τοῖς νόμοις. Id est, *Comœdias & tragœdias non audiebant Spartani, ut neque serio neque joco eos qui legibus contradicerent audirent.* Videtur itaque hæc præcipua hujus instituti causa, ne per jocum aliquid in leges publicas contemtius vel contumeliosius diceretur aut fieret, uti solent in hujusmodi ludis multa serio taxari, sub joci specie. Qui usus veteris comœdiæ. Nam tragœdiæ minus improbantur, ut quæ plus habent gravitatis, quas tamen Spartani neque sibi exhiberi voluerunt. Ac videtur mihi Plato retulisse revera verba magistratuum Lacedæmoniorum, quibus respondebant Tragœdis E petentibus spectari & audiri suos ludos & carmina, lib. vii. *de Legibus*, ubi de hisce agit. Itaque Callipiden contemsit Agesilaus fastuose se ei inferentem, quod statim non benigne ab eo exceptus esset, alia tota Græcia celeberrimus & magni nominis. Eum enim δεικελίκταν vocavit, id est, *Mimum*. Plutarchus *Agesilao* & *Apophthegmatis*.

Instit. V.

Poetæ nisi a magistratu probati, in populo non versentur. Archilochus Sparta ejectus. Poetæ a posterioribus Lacedæmoniis recepti fuere. Poetæ Lacedæmoniorum. F

Poetæ ex iis sunt quorum ars in imitatione & fictione magna ex parte consistit, comœdisque & tragœdis eo nomine affines. Itaque Spartæ eidem juri subjecti, atque inde pulsi. Plato videtur hanc legem a Spartanis sumptam in suam νομοθεσίαν retulisse, quos & in multis aliis imitatus, quod prolixe demonstrasse potui, nisi animus esset alio huic rei dicato commentario, id argumenti persequi. Etsi

A Plato ipse suam Rempub. in terris non inveniri asserit. Archilochus itaque poeta Sparta ejectus est. Ita enim de eo Plutarchus *Institutis Laconicis*; *Archilochum poetam, quum Spartam venisset, ea ipsa hora expulerunt: Quod eum in carmine quodam scripsisse intellexissent, satius esse abjicere arma, quam mori*, idque versibus Latine sic redditis:

Nunc aliquis Saiũn parma se jactitat illa,
Quæ jacta in vepres est mihi, labe carens.
Sic mortem effugi. Quid tum si parma peribit?
B *Haud pejorem illa namque parare queo.*

Quod quidem merito Archilocho contigit, tum poeticæ causa, tum magis quia sua confessione vir prorsus improbus. Qua de re legatur Ælianus *lib.* x. *cap.* xiii. Cæterum quod ipsi poetæ contigisse scribit Plutarchus, id saltem ad carmina ejus refert Valerius Maximus, *lib.* vi. *cap.* iii. ubi scribit *libros ejus Sparta exportatos, quod eorum parum pudicam & verecundam lectionem arbitrarentur.* Atque ita affecti in poetas antiqui Lacedæmonii, quamvis Plato in *Minoe* suadet poetas non esse offendendos. Mitiores paulo posteriores, a quibus ali- C quatenus admissa poetica. Ita enim scribit Maximus Tyrius *Oratione* vii. Εῶ λέγειν ὅτι καὶ τὸ ἐν ἀνθρώποις γενῶν οὐ λόγῳ μόνον πλαττόμεναι πόλεις, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ γενόμεναι πολλαὶ, καὶ πολιτευθεῖσαι ὑγιῶς, καὶ ξυνοικισθεῖσαι νομίμως ἀγνοοῦσι τὸν Ὅμηρον. ὀψὲ δὲ ἡ Σπάρτη, ὀψὲ δὲ καὶ ἡ Κρήτη, ὀψὲ δὲ καὶ τὸ Δωρικὸν ἐν Λιβύῃ γένος. Id est, *Mitto dicere reperiri apud hominum genus Respublicas, quas non oratio finxit, sed actio ipsa protulit, ipsæque multæ, ac recte constitutæ & secundum leges habitatæ, quæ ignorant tamen Homerum. Sero enim Sparta poeticen exercuit, sero item Creta, sero id Doricum genus* D *quod degit in Libya.* Itaque quod apud Platonem est tandem consuetudinem inolevisse utendi poetis, id instituto factum Jonico non Laconico, ait ibi Philosophus. Fuerunt autem poetæ Lacedæmoniis hi, Tyrtæus, Terpander, Alcman, qui ex servitute manumissus fuerat, ut testatur Heraclides, item Spendon Lacon, & alii. Ac Lysander Chærilum, Antiochum, Antimachum, Niceratum poetas rerum a se gestarum laudatores habuit, quorum aliquibus etiam ampla præmia largitus est, ut est apud Plutarchum *Vita Lysandri*.

Instit. VI.

E *Oratores nulli sint, sed oratio omnino paucis comprehendatur. Sophistæ spreti apud Lacedæmonios. Laconismus. Oratio Lacedæmoniorum gravis & sententiosa, licet brevis. Cretensium in sermone* πολύνοια, *Cephisophon urbe Lacedæm. cur ejectus. Agesilai de Rhetore judicium.* Βραχυλογίας *Lacedæmoniorum exempla. Breviloquentia Lacedæmoniorum tandem desiit.*

Mirum videri poterit, si Orator vir bonus sit dicendi peritus, (ut vult Cato) quod Sparta Oratores non tulerit, quæ alioqui virorum bonorum semper erat. Sed qui studia Lacedæmoniorum recto æstimat, mirari desinat, considerans F ea sita in agendo, non dicendo. Non itaque fuit ibi politæ, elegantis, & copiosæ orationis usus: sed quales viri, talis etiam oratio, concisa, gravis, sincera, sine fuco & ornatu, ut reliquis moribus ea responderet. Recte itaque Cicero in *Bruto*, Lacedæmoniorum oratorem nullum agnoscit: ubi in hæc verba de oratoria facultate scribit. *Hoc autem studium, inquit, non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argivum oratorem, aut Corinthium, aut Thebanum scit fuisse temporibus istis? Nisi*

quid de Epaminonda, docto homine suspicari licet. Lacedæmoniorum vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem. Hæc ille. Itaque spreti etiam Rhetores, Sophistæ, & qui artem dicendi profitebantur. *Sophistæ cuidam dicenti Orationem omnium rerum esse optimam, Respondit Agis: Proinde*, inquit, *tu quum taces, nullius es precii.* Porro de brevitate orationis, quod ea Lacedæmonii in primis usi, vulgatum adeo est, ut Laconismus in proverbii formam abierit. Fuit tamen oratio eorum sententiosa & gravis, sensu ipso arguto tanquam aculeo penetrans. Ita enim a pueris assuefiebant, ut postea dicemus. Plutarchus *Lycurgo*: Ἐδίδασκον δὲ τοὺς παῖδας καὶ λόγῳ χρῆσθαι πικρίαν ἔχοντι μεμιγμένην χάριτι, καὶ πολλὴν ἀπὸ βραχέως λέξεως ἀναθεώρησιν. Id est, *Imbuebant pueros, ut oratione uterentur, quæ acrimoniam haberet mixtam venustate, & multum sensus paucis verbis comprehenderet.* Etsi Plato I. *de Legibus* hac ex parte potius Cretensium fuisse agnoscit. Nam tribuit Atheniensibus πολυλογίαν, *multiloquium*, Lacedæmoniis βραχυλογίαν, *breviloquentiam*, Cretensibus πολύνοιαν, *sententiosam locutionem*. Idem meminit & Laconismi *lib.* IV. ubi dicit, Λακωνικοῦ τρόπου τὸ τὰ βραχύτερα ἀεὶ προτιμᾷν. Id est, *Laconici moris est, breviora semper præferre.* Quo assuefieri a pueris ait eos Heraclides *de Politiis*: μελετῶσι (inquit) ἐκ παίδων εὐθὺς βραχυλογεῖν, *student statim a pueritia breviter loqui.* Quod quum multi alii auctores testentur, tum & Tzetzes celebravit carmine, *Chiliad.* V. *Hist.* IV. Ex hac itaque lege Cephisophontem, quod se de qualibet re per integrum diem dicere professus esset, urbe ejecerunt. Boni oratoris esse, inquientes, parem rebus orationem habere. Recte quoque Agesilaus: *Nam laudante quodam Rhetorem, quod magna dicendi facultate res parvas exaggeraret: Ne sutorem quidem*, inquit, *probum putem, qui parvo pedi magnum circundat calceum.* Et graviter a Cleomene ad legatos Samios dictum: *Nam legatis a Samo prolixa oratione hortantibus, ut bellum Polycrati tyranno faceret, respondit: Eorum quæ dixistis prima non memini: ideoque ne media quidem intelligo: ultima vero mihi non probantur.* Quod legatis Pernithiorum fere etiam responsum refert Plutarchus in *Apophtheg.* Exempla autem hujus brevitatis illustria ex multis pauca hæc sint. Agesilaus, quum illi Menecrates scripsisset, ac inter alia se Jovem ob medendi felicitatem appellasset, nihil aliud ei respondit, quam hoc: *Agesilaus Menecrati sanam mentem.* Plutarchus *Agesilao* & *Apophtheg.* Epistola etiam quædam Philippo Macedoni eis minitanti scripta fuit, qua nihil continebatur aliud quam hoc: *Dionysius Corinthi.* Alia item qua ipsi scribenti, si exercitum duxero in Laconicos fines, devastabo vos: Respondent tantum unica voce, *εἰ*, *si.* Alia denique scripta ad eundem Philippum, quum quæsivisset an ipsum recepturi essent in civitatem, qua respondent tantum unica item voce, οὔ, *non*, magnis literis in charta scripta. Alia præterea Epistola Archidami, qui audiens Eleos velle Arcadibus auxilium ferre, sic eis scripsit: *Archidamus Eleis: Bonum est quiescere.* Quæ omnia extant apud Plutarchum libro *de garrulitate* & in *Apophthegmatis*. Sed videntur tamen Lacedæmonii aliquatenus ab hac consuetudine breviter dicendi, ut & aliis tandem etiam desiisse. Quo pertinet acerbum illud Epaminondæ. Nam quum Spartani multa & magna crimina Thebanis impingerent, & prolixe ea commemorarent: *Ita*, inquit, *Epaminondas, docuerunt vos Thebani longa oratione uti, & breviloquentiæ finem imponere*, ut scribit Plutarchus περὶ φιλαυτίας.

INSTIT. VII.

Aliorum leges nec commendantur, nec recitentur. Thucydidis locus de Lacedæmoniis reprehenditur.

TAM alienos suos voluit Legislator ab aliorum doctrina, vita & moribus, ut nec leges eorum discere, nec usurpare liceret. Demosthenes *adversus Leptinem*: Οὐκ ἔξεστι ποιεῖν παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἢ τὰ τῶν Ἀθηναίων ἐπαινεῖν νόμιμα, οὐδὲ τὰ τῶν δεῖνων. Id est, *Interdictum apud Lacedæmonios, ne quis Atheniensium jura, aut aliorum quorumcunque laudet.* Nam conveniebat ita ἀμιξίᾳ ipsorum. Nec enim videntur tam stabiles futuræ ipsorum leges, nisi vetitæ fuissent aliorum. Quod tametsi ita fiebat, Plato nihilominus, sicut & Isocrates, tribuunt Lacedæmoniis scientiam politicam. Quod & verum esse eo probat Plato, quia moderationem, & quodammodo medium inter nimiam dominationem & libertatis summæ desiderium, servarunt. Verumenimvero quod apud Thucydidem est, nec voluisse Lacedæmonios sua instituta exteros discere, ei criminationi antea respondimus. Agesilaus certe Xenophontem, quem secum habebat, ac studiose tractabat, hortatus est, ut filios suos Spartam mitteret, ibique educari sineret, ut instituerentur omnium pulcherrima disciplina, imperandi & parendi.

INSTIT. VIII.

Cavillari & argutari omnes assuescant. Quæstiones ab Eirene pueris propositæ, ad quas argute respondendum. Pœna inerti responsori irrogata. Sales & dicteria ferenda vel deprecanda.

ORATIO quidem Lacedæmoniorum fuit brevis & concisa: sed arguta & pungens, ut supra etiam attigimus. Cavillari enim & respondere acute ipsorum proprium, atque item cavillum excipere & pati. Ita enim a pueris instituebantur. Plutarchus *Lycurgo*: Παίζειν εἴθιζον καὶ σκώπτειν ἄνευ βωμολοχίας, καὶ σκωπτόμενοι, μὴ δυσχεραίνειν. Id est, *Assuefiebant pueri jocari, & dicteria citra scurrilitatem jacere, atque aliorum sine offensa excipere cavilla.* Heraclides etiam testatur eos assuefieri, ἐμμελῶς καὶ σκώπτειν, καὶ σκώπτεσθαι, *argute etiam cavillari, & excipere cavilla.* Atque hac de causa, Eiren a cœna solitus pueris quæstionem proponere, ad quam respondendum erat accurate, muniendumque erat responsum ratione & probatione, in concisa verba & compendiosa contracta. Si vero iners esset responsum, pro pœna Eireni mordendum præbebat pollicem, ut idem testatur. Usi autem hisce cavillis & dicteriis præcipue in gymnasiis, & certaminibus. Ibi enim sales in quemque festive jacientes perstringebant peccantes: ac e contra laudes in merentes carminibus compositas recitantes, gloriæ & honestatis desiderio juvenes accendebant. Atque in his omnibus magnum inerat acumen, quibus & permovebantur multi dedecus aliquod timentes. Ita enim Plutarchus: Αἱ δὲ μετὰ παιδιᾶς καὶ σκωμμάτων. Id est, *morsus illi qui per ludum & jocum jaciebantur, nihilo erant obtusiores seriis castigationibus.* Hæc tamen ita tolerare necesse, ut si quis non ferret, deprecari liceret. Plutarchus *Lycurgo*: Σφόδρα ἐδόκει καὶ τοῦτο Λακωνικὸν εἶναι, σκώμματος ἀνέχεσθαι. μὴ φέροντα δὲ ἐξῆν παραιτεῖσθαι, καὶ ὁ σκώπτων ἐπέπαυτο. Id est, *videbatur inprimis Laconicum cavillum sustinere. Impatienti licebat deprecari, & temperabatur facetiis.*

Instit. IX.

Musica quidem exerceatur, sed antiqua non mutanda. Musica Lacedæmoniorum ut plurimum Lesbia. Fidicines apud Lacedæmonios nulli. Musicam simplicem ac veterem mutare non licuit. Terpander multatus a Lacedæmoniis. Phrynidis itidem, ob aliquid immutatum in vetere Musica. Timotheus item quidam.

Tametsi studia humaniora aspernabantur reliqua Lacedæmonii: Artem Musicam tamen non repudiabant. Erat autem Musica eorum præcipue cithara & tibia, utraque modesta & severa, moribusque eorum consentanea, gravitatem cum vetustate repræsentans: non levis aliqua, vel ludicra, aut aures voluptate demulcens. Nam ita gravitas quædam & simplicitas hic etiam commendabatur, ut non aliam Musicam ferrent. Plutarchus *Institutis Laconicis* de Musica eorum loquens: *Μόνα τὰ ἁπλούστερα τῶν μελῶν ἐδοκίμαζον*, id est, *Simpliciores tantum modulationes probabant*. Erat autem Lesbia ipsorum Musica ut plurimum, quod ejusmodi cantiones & modulationes ab oraculo ipsis fuissent commendatæ. Auctor Heraclides *de Politiis*: *Λακεδαιμόνιοι τὸν Λέσβιον ᾠδὸν ἐτίμησαν· τούτου γὰρ ἀκούειν ὁ θεὸς χρησμῳδουμένους ἐκέλευε*. Id est, *Lacedæmonii Lesbium cantorem magni faciebant: hunc enim audire deus oraculum consulentes jussit*. Quæ ratio Musicæ cum gravitate, & simplicitate haud dubie conjuncta. Musica itaque quæ ad voluptatem tantum comparata, nulla eis usitata fuit. Fidicines certe non tolerabant. Demaratus audito fidicine, dixit ipsum nugari. Ab Eudamida dicitur, *ψάλτης* quidam *μέγας κηλητὴς ἐν μικρῷ πράγματι*, id est, *magnus delinitor in re parva*. Atque hanc simplicem veteremque Musicam mutare non licebat, ne pristini etiam mores una labascerent, ut Plato etiam de Musicæ mutatione judicat. Qui autem mutabat, ei non ignoscebatur. Plutarchus *Institutis Laconicis*: *Εἰ δέ τις παραβαίνοι τι τῆς ἀρχαίας Μουσικῆς, οὐκ ἐπέτρεπον*. Id est, *Si quis in veteri Musica transgrederetur aliquid, ei hoc non permittebant*. Quod pluribus exemplis doceri potest etiam in summis artificibus. Terpander alioquin sectator antiquitatis, & artis suæ præstantissimus, heroicorumque gestorum laudator, ab Ephoris multatus est, quod unam chordam ultra receptum numerum variandæ vocis gratia intendisset, qui citharam ei auferentes clave confixerunt. Plutarchus in *Institutis Laconicis*. Phrynidis etiam Musici fides duas de novem Ecrepes Ephorus præscidit ascia, addens ne maleficium Musicæ inferret. Plutarchus *Agide* & *Apophtheg*. Item Timotheus quum artis suæ certamen Carniis instituisset, unus ex Ephoris sumpto cultro iterrogavit: *Utra ex parte chordas abscinderet, quæ septenarium numerum excederent*. Plutarchus *Agide* & *Institutis*. De cithara itaque antiqua jam satis manifestum; De tibia dicetur infra.

Instit. X.

Carmina ingenuis sua sint, a quibus abstineant servi.

Quæ fuerint Lacedæmoniis instrumenta Musica precipua jam diximus: sed præterea artem istam etiam carminibus & choreis exercebant. Ac carminum quidem ratio talis erat, ut in his elegantia quædam, sed gravis, non tam exquisita arte, quam sententia insignis. Plutarchus *Lycurgo* *Ἡ δὲ περὶ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη παίδευσις οὐχ ἧττον ἐσπουδάζετο τῆς ἐν τοῖς λόγοις εὐζηλίας καὶ καθαριότητος· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχον ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πραγματικῆς*. Id est, *Elegantiam cantilenarum & carminum, non secus ac orationis cultum & puritatem affectabant: sed inerat carminibus aculeus, qui excitaret animos atque inflammaret, quasi motu fanatico & alacritate quadam*. Postea idem declarat, qualis stylus horum carminum, quodve potissimum eorum argumentum, inquiens: *Ἡ δὲ λέξις ἦν ἀφελὴς καὶ ἄθρυπτος ἐπὶ πράγμασι σεμνοῖς καὶ ἠθοποιοῖς. ἔπαινοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, ὡς εὐδαιμονιζομένων· καὶ ψόγοι τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν καὶ κακοδαίμονα βιούντων βίον*. Id est, *Dictio simplex erat, & minime mollis, de rebus gravibus, moresque informantibus. Laudes erant fere quibus immortalitati commendabant eos, qui pro Sparta occubuerunt: & probra ignavorum, ut acerbam & infelicem vitam degentium*. Quæ totidem fere verbis idem auctor repetit *Institutis Laconicis*. Atque his carminibus exercebantur saltem homines ingenui, servis autem erant interdicta. Ita enim de servis Plutarchus: *Ὠδὰς ἐκέλευον ᾄδειν, καὶ χορείας χορεύειν ἀγεννεῖς, καὶ καταγελάστους· ἀπέχεσθαι δὲ τῶν ἐλευθέρων*. Id est, *Cantilenas compellebant servos canere, & choreas saltare enerves & ridiculas, abstinere autem ingenuis*. Ingenuæ choreæ graves & severæ, non ridiculæ, ut supra diximus, & paulo post copiosius explicabimus. Atque hinc factum, ut quum in expeditione Thebanorum in Laconicam, Ilotes capti essent, & jussi Terpandri, Alcmanis & Spendontis carmina psallere, excusarint se, dicentes id Dominos prohibere.

Instit. XI.

Pueros ingenuos quivis amet, idque sine rivalium æmulatione. Pœna in eos qui obscœnitate aliqua suos amores contaminassent. Amor idem inter mulieres & virgines. Amori illi ne osculum quidem interveniebat. Agesilai pulchrum dictum. Amor ille quousque duraverit. Amor ille sine æmulatione vel invidia. Ratio hujus instituti.

De amore puerorum ingenuorum multa multis locis apud Platonem, quæ nihil attinet hic adferre. Lacedæmoniis talis amor in primis usitatus, isque honestus item, & turpitudinis omnis expers, quippe qui ipsi probi non corpus, sed indolem egregiam & animi ingenuitatem, pudoris & honoris æmulatione, in deligendis suis amasiis respiciebant. Ita enim Xenophon *de Repub. Lacedæm.* Lycurgi institutum super amore puerorum referens: *Εἰ μέν τις αὐτὸς ὢν, οἷον δεῖ, ἀγαθὸς, ψυχὴν παιδὸς πειρῷτο ἄμεμπτον φίλον, ἀποτελέσασθαι, καὶ συνεῖναι σώματος ὀρεγόμενον φανείη, αἴσχιστον τοῦτο θεὶς, ἐποίησεν ἐν Λακεδαίμονι, μηδὲν ἧττον ἐραστὰς παιδικῶν ἀπέχεσθαι, ἢ γονεῖς παίδων, ἢ καὶ ἀδελφοὶ ἀδελφῶν εἰς ἀφροδίσια ἀπέχονται*. Id est, *Si quis esset vir ejusmodi, qualem esse deceret, animumque pueri admiratus, amicum sibi cuperet inculpatum efficere, ac cum eo versari: Hoc ipsum laudabat, eamque institutionem putabat honestissimam. Quod si quis pueri corpus appetere sit deprehensus, id vero turpissimum statuens perfecit ut Lacedæmone nihilominus amatores ab amasiorum congressu abstinerent, quam parentes a liberis, fratres a fratribus in rebus venereis abstinent*. Ac refert Plutarchus *Institutis Laconicis* pœnam, qua afficiebantur qui obscœnitate aliqua suos amores contaminassent. Ita enim inquit: *Ἐρᾶν τὴν ψυχὴν τῶν σπουδαίων ἐφίετο· τὸ δὲ πλησιάζειν, αἰσχρὸν νενόμιστο, ὡς τοῦ σώματος ἐρῶντας, ἀλλ' οὐ τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ ἐγκληθεὶς ὡς ἐπ' αἰσχύνῃ πλησιάζων, ἄτιμος διὰ τοῦ βίου ἦν*. Id est,

Amare indolem seu animum puerorum ingenuorum permisit: sed congressus cum illis pro re turpi habebatur: tanquam eorum qui non animi, sed corporis amore tenerentur. Quod si quis hujus cum probro conjuncti congressus accusatus esset, infamis per totam vitam erat. Meminit idem auctor hujus etiam in *Lycurgo* & *Agesilao*. Sed & Maximus Tyrius de eo amore disserit *Oratione* x. modum ejus ostendens: Ἐρᾷ, inquit, Σπαρτιάτης ἀνὴρ μειρακίου Λακωνικοῦ, ἀλλ' ἐρᾷ μόνον ὡς ἀγάλματος καλοῦ. Id est, *Amat vir Spartanus adolescentem, sed amat tantum ut pulchram statuam.* Id est, intuendo, admirando, commendando. Ælianus quoque libro III. *Variarum Histor.* cap. XII. eundem Lacedæmoniorum amorem describit, addens pœnam esse constitutam ei, qui turpe aliquid circa hunc designaret, ut aut e Sparta, aut e vita ei migrandum esset. Ac ejuscemodi amor invicem inter mulieres quoque & virgines extitit, ita ut virginum indoles generosa, provectioribus ejusdem sexus, grata esset & dilecta. Plutarchus *Lycurgo*: Οὕτω δὲ τοῦ ἐρᾶν ἐγκεκριμένου παρ' αὐτοῖς, ὥστε καὶ τῶν παρθένων ἐρᾶν τὰς καλὰς καὶ ἀγαθὰς γυναῖκας. Id est, *Mos apud eos tam honestus amandi erat, ut etiam probatæ & egregiæ mulieres amarent virgines.* Nec constabat tamen hic amor ullo dono intercedente vel præmio amoris. Itaque Persæ cuidam, qui continentibus largitionibus amasium Demarati avertit, quum diceret, *Heus Laco, venatus sum tuum amasium*, Respondit Demaratus: *Minime vero*, inquit, *sed emisti*. Quin ne osculum quidem vinculum amoris intervenicbat. Nam & Agesilaus osculum sui amasii declinabat, addens vocem Rege prorsus dignam: *Malle se vincere cupiditates, quam populosissimam hostium repugnantium urbem capere.* Plutarchus *Apophtheg.* Duravit autem iste amor usque in virilem ætatem, adeo ut tum maxime amasius amatoris sui animum amplecteretur & periclitaretur, utens ejus consiliis & monitionibus. Quod manifestum est exemplo Xenaris, ad quem Cleomenes amasius quondam, Rex factus, consilium de restituenda Repub. retulit. Quod quum minus probaret, amasium deseruit. Rogatusque causam, nihil aliud respondit, quam ipsum Cleomenem hoc scire, ut est apud Plutarchum in *Cleomene*. Atque his innixus amor initiis & causis, etsi plures erga eundem ita affecti: tamen quilibet eorum sine æmulatione & invidia amasium complectebantur, potiusque ipsi inter se arctiore vinculo amicitiæ jungebantur, eundem simul virtutis gratia amantes. Plutarchus *Lycurgo*: Τὸ ἀντερᾶν οὐκ ἦν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀρχὴν ἐποιοῦντο φιλίας πρὸς ἀλλήλους οἱ τῶν αὐτῶν ἐρασθέντες, καὶ διετέλουν κοινῇ σπουδάζοντες ὅπως ἄριστον ἀπεργάσαιντο τὸν ἐρώμενον. Id est, *Rivalium æmulatio non erat, sed potius qui eosdem amabant, ex eo auspicabantur mutuam amicitiam, eoque incumbebant communi studio, ut redderent quam præstantissimum eum quem diligebant.* Cujus rationem non inscite reddit Maximus Tyrius *Oratione* jam laudata: Καὶ ἑνὸς πολλοὶ, καὶ εἷς πολλῶν, (ἐρᾷ·) ἡ γὰρ ἐξ ὕβρεως ἡδονὴ, ἀκοινώνητος πρὸς ἀλλήλους· ὁ δὲ ἐξ ὀφθαλμῶν ἔρως κοινωνικὸς μόνον, καὶ ἐπὶ πάσας ἐξικνούμενος φύσεις ἐρωτικάς. τί γὰρ ἂν εἴη ὡραιότερον τοῦ ἡλίου; καὶ ἐρασταῖς πολλοῖς ἀρκέστερον; ἀλλ' ὅμως ἐρῶσιν ἡλίου οἱ πάντων ὀφθαλμοί. Id est, *Multi Spartæ unum, & unus multos diligit. Nam quum ea voluptas quæ a lascivia oritur, communicari invicem non possit: Amor qui aspectu finitur, solus communicabilis est, seque ad universam, quæ amari possit, naturam effundit. Quid enim ipso pulchrius sole? Quid tam amatoribus multis æque par? At hunc tamen universi oculi diligunt.* Hæc ille. Ac talis amor Lacedæmoniorum, de quo eo prolixius egimus, quod scriptoribus omnibus fuerit admiratione quadam virtutis & gravitatis commendatus.

INSTIT. XII.

Quod quivis furto auferre potest impune habeat, deprehensus pœnas det. Furta de quivis re, tum præcipue de Cibariis. Ratio hujus instituti. Alia ratio ex Plutarcho. Cur in furto deprehensi plecterentur. Quæ pœna infligeretur in furto deprensi.

HOC unum est inter absurdissima instituta, quod primo intuitu haberi poterit, nempe quod furari pueros permiserit, atque ipsis impune furtum esse, si non essent deprehensi. Nulli enim alii Reipub. ita impunitas furantibus proposita, uti Spartæ. Quod tum de quovis furto, tum præcipue de Cibariorum accipiendum. Plutarchus *Lycurgo*: Φέρουσι κλέπτοντες, οἱ μὲν ἐπὶ τοὺς κήπους βαδίζοντες, οἱ δὲ εἰς τὰ τῶν ἀνδρῶν συσσίτια παρεισρέοντες εὖ μάλα πανούργως καὶ πεφυλαγμένως· ἂν δ' ἁλῷ, πολλὰς λαμβάνει πληγὰς τῇ μάστιγι, ῥᾳθύμως δοκῶν κλέπτειν καὶ ἀτέχνως. Id est, *Furantes quidvis auferunt, hi quidem in hortos aliorum ingredientes, hi autem in virorum convivia perastute & caute irrepentes. Deprehensus multa verbera flagello accipit, quod solutus in furando & iners videatur.* Idem tribuit Lacedæmoniis Heraclides *de Politiis*, ita de pueris eorum scribens: Ἐθίζουσι, inquit, αὐτοὺς καὶ κλέπτειν, καὶ τὸν ἁλόντα κολάζουσι πληγαῖς. Id est, *Assuefaciunt etiam eos ad furandum, & deprehensum cædunt flagris.* Testatur & Gellius *lib.* XI. *cap.* XVIII. furta omnia apud Lacedæmonios fuisse licita. Sed & Suidas de hoc Lacedæmoniorum furto intelligendus, ubi sic inquit *Dictione* κλέπτης. Τὸ παλαιὸν οὐ διεβέβλητο ἡ κλοπὴ, εἰ μὴ φωραθεὶς ὁ κλέπτων ὑπῆρχεν. Id est, *Antiquitus non traducebatur furtum, nisi deprehensus fur foret.* De furto Cibariorum minus id mirum. Nam hoc præcipue concessum fuisse, auctor gravis Xenophon his verbis scribit: Ὡς δὲ μὴ ὑπὸ λιμοῦ ἄγαν αὖ πιέζοιντο, ἀπραγμόνως μὲν αὐτοῖς οὐκ ἔδωκε λαμβάνειν ὧν ἂν δέωνται, κλέπτειν δὲ ἐφῆκεν ἔστιν ἃ τῷ λιμῷ ἐπικουροῦντας. Id est, *Ut a fame non minimum premerentur, haud permisit eis facile parare, quibus ipsis opus esset: sed hoc concessit, ut ea furto subducerent, quibus subvenire fami possent.* Idem testatur & Plutarchus *Lycurgo*, & *Institutis Laconicis*: ubi ait tenuem cœnam juvenibus proponi, ut suo ipsi Marte inopiam propulsantes, audacia & calliditate uti cogerentur. Ratio autem furandi erat, ut assuefierent ad diripendum & auferendum in hostico, quum ita opus. Xenophon: Ὡς μὲν οὐκ ἀπορῶν, ὅ, τι δοίη, ἐφῆκεν αὐτοῖς γε μηχανᾶσθαι τὴν τροφὴν, οὐδένα οἶμαι τοῦτο ἀγνοεῖν. δῆλον δὲ ὅτι τὸν μέλλοντα κλωπεύειν, καὶ νυκτὸς ἀγρυπνεῖν δεῖ, καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπατᾶν καὶ ἐνεδρεύειν, καὶ κατασκόπους δὲ ἑτοιμάζειν τὸν μέλλοντά τι λήψεσθαι. ταῦτα οὖν δὴ πάντα δηλονότι μηχανωτέρους τῶν ἐπιτηδείων βουλόμενος τοὺς παῖδας ποιεῖν καὶ πολεμικωτέρους, οὕτως ἐπαίδευσεν. Id est, *Quod autem non voluerit eos industria sibi victum parare, tanquam qui non haberet quod daret, ignorare neminem arbitror. Nimirum patet eum qui aliquid furto sit ablaturus, necesse habere ut noctu vigilet, interdiu fallat, insidias locet, atque etiam exploratores paret, siquidem aliquid accepturus sit. Quamobrem pueros ad hæc omnia condocefaciebat, quod eos ad parandum commeatum solertiores adeoque bellicosiores facere vellet.* Quod judicat etiam Heraclides hoc instituto spectatum. Sed & eandem fere sententiam Gellius adducit. *Non pauci*, inquit, *neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum* (Lacedæmoniorum) *memorias condiderunt jus at-*

atque usum fuisse furandi dicant: idque a juventute eorum, non ob turpia lucra, neque ad sumtum libidini præbendum, comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinaque rei militaris factitatum. Quod & furandi solertia & adsuetudo acueret, firmaretque animos adolescentum: & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrependi claritatem. Quæ rationes quum Plutarcho etiam probentur, tum vero hanc etiam addit, ut hoc pacto omnes assuefierent ad diligentem rerum suarum custodiam, ne aliquid furto aliorum amittentes hanc socordiæ & ignaviæ pœnam luerent. Quo pertinet etiam quod est apud Clementem Alexandrinum lib.I. *Strom.* Φασὶ γὰρ αἴτιον εἶναι κλοπῆς τὸ μὴ φυλάξαντα, ἢ τὸ μὴ κωλύσαντα. B Id est, *Ajunt causam esse furti, qui non custodit res suas, vel qui furari non probibet.* Isocrates tamen *Panathenaico* has rationes omnes cavillatur, & in pejus interpretatur. Cæterum quod furti compertus plectebatur, id non tam furti causa fiebat, quam inertiæ & socordiæ, quod non tam astutus, cautus,

A & vigilans fuisset, ut occultare illud noverit. Qua de re eleganter Xenophon: Εἴποι δ' ἂν οὖν τίς· τί δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε, πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλλε τῷ ἁλισκομένῳ; ὅτι, φημὶ ἐγὼ, καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἄνθρωποι διδάσκουσι, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπαιρετοῦντα· κἀκεῖνοι οὖν τοὺς ἁλισκομένους, ὡς κακῶς κλέπτοντας, τιμωροῦνται. Id est, *Dicat fortasse aliquis, cur igitur, siquidem furari bonum esse arbitrabatur, multis eum verberibus castigabat, qui deprebendebatur? Nimirum ideo, mea quidem sententia, quod aliis quoque in rebus, quas bomines docent, non recte peragentem puniant. Illi igitur etiam deprebensos, ut inepte furantes, cruciant.* Erat autem pœna non solum in verberibus sita, sed in multa pecuniaria. Nam Isocrates scribit, τοὺς ληφθέντας ἀργύριον ἀποτίνειν, καὶ πληγὰς λαμβάνειν. Id est, *Eos qui deprebensi erant, mulcta pecuniaria plecti, & verbera accipere.* Ita Spartæ furari non erat flagitium: inscite autem & minus caute id aggredi, id vero cum periculo & damno conjunctum.

TABULA NONA

DE

EXERCITIIS CORPORIS.

Instit. I.

Majore corporis mole, quam exercitiis conveniat, nemo præditus sit. Ratio hujus instituti.



C MULTUM in exercitiis corporis situm judicavit Legislator, idcirco etiam diligenter exerceri voluit. Non itaque permisit sic aliquem corporis mole incrassari, ut minus his esset idoneus. Ælianus *lib.* XIV. *cap.*VII. Λακεδαιμονίοις οὗτος ὁ νόμος, ὁ δὲ νόμος ἐκεῖνα λέγει. D Μηδένα Λακεδαιμονίων ἀνανδρότερον ὁρᾶσθαι τὴν χρόαν, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος ἔχειν ὑπὲρ τὰ γυμνάσια. Id est, *Lacedæmoniis bæc lex, quæ ita concepta est: Nemo Lacedæmoniorum mollitiem aliquam colore præ se ferat, aut corporis molem crassiorem, quam ut exercitiis conveniat, babeat.* Idem tradit Athenæus *lib.*XII. ubi refert Agatharchidem hæc scribere lib.XXVII. *Historiæ suæ*: Οὐ τυχούσης ἀδοξίας νομίζεσθαι, εἰ ἦν τὸ σχῆμα ἄνανδρον ἔχων, ἢ τὸν ὄγκον τοῦ σώματος προπετὴς ἐφαίνετο. Id est, *Non vulgaris dedecoris existimari, si esset aliquis babitu minus virili cultus, aut tumore corporis projectus appareret.* E Ab utroque horum proponitur illustre hujus exemplum in Nauclidæ Polybiadæ filio, quem Ephori nimium corpore pinguescentem e concione abduxerunt spectantibus universis, & exilium minitati sunt, ni vivendi rationem minus laudabilem commutasset. Etenim ejus formam & colorem, dedecus adferre tum Lacedæmoni, tum legibus. Cujus instituti ratio cuivis fere obvia. Qui exercitiis ineptus est, nec bello vel armis tractandis idoneus. Deinde qui corpori saginando incumbunt, fortem animum rebus gerendis vix præstant. Et sane corporis obesitas ac profusum ventris abdomen, minus frugalem, incontinentem, & ignavam vitam F arguunt.

Instit. II.

Pueri in primis ad venationem assuefiant. Venationem Lacedæm. male furtum vocari ab Isocrate. Canes ad venationem a Lacedæmoniis alebantur. Canes venatici communes Lacedæmoniis. Venatio quorum animalium fuerit.

PRIMUM hoc exercitium corporis voluit esse Legislator, ut pueri venationem docerentur. Isocrates *Panathenaico* de Lacedæmoniis loquens: Ἐκεῖνοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, εὐθὺς ἐξ εὐνῆς προπέμπουσι τοὺς παῖδας, μεθ' ὧν ἂν ἕκαστοι βουληθῶσι, λόγῳ μὲν ἐπὶ θήραν. Id est, *Illi quotidie pueros mox a lecto, quibuscum singulis libitum, ablegant ad venationem.* Meminit & Cicero in *Tuscul.* Laconicæ exercitationis in venando. Verum quod Isocrates venationem furtum interpretatur, id revera non est. Nam aliud eorum furtum erat, distinctum ab hac ferarum venatione. In hunc enim usum canes præstantissimi alebantur, quippe Lacedæmoniorum canes in generosissimis numerati, ut ex Polluce patet, itemque Virgilio, & Horatio. Quorum tamen opera in furtis nulla, imo magis noxia, & cum detegendi periculo conjuncta. Erant autem canes isti venatici Lacedæmoniis omnibus communes. Nam id Xenophon Lycurgum etiam instituisse ait; κυνῶν θηρατικῶν συνῆψε κοινωνίαν, id est, *Canum venaticorum instituit communionem.* Ac quod Isocrates ait, socios in venatione adhibuisse pueros, quos ipsis libebat, id Xenophon etiam indicat. *Nam qui canibus egebant* (inquit) *alios ad venandum secum invitabant, quibus si non vacabat, canes tamen lubentes concedebant.* Atque in eum usum etiam equos cujusvis in agris usurpabant. Sicut & cibis paratis fruebantur, si nox reditum antevertisset, relictis ibi ab iis, qui antea a venatione cessarant. Videtur autem hæc venatio terrestrium fuisse animalium, non volatilium, aut aquatilium. Nam & hanc solam Plato permittit in sua Republic. ut videre est in fine libri VII. *de Legibus*. Ac merito quidem Legisla-

tor venationem hanc suis commendabat, qua nulla alia ad militarem disciplinam & studium, convenientior exercitatio. In reliquis enim magis voluptas & oblectatio spectatur. Vide Xenophontem *de Venatione*.

INSTIT. III.

Choreas ingenuas saltent pueri & virgines. Saltatio publica puerorum & virginum nudarum. Saltatio Laconica vulgaris qualis fuerit. Saltationis usus qualis. Saltationum duo genera. Ορμος. *Altera species. Saltationum Laconicarum aliæ species. Bibasis species saltationis Laconicæ. Choreas ingenuas non saltabant servi Lacedæmone. Ratio instituta saltationis.*

ALTERUM corporis exercitium statuit Legislator in Choreis & saltatione. Non enim hæc apud Lacedæmonios lasciviam & obscœnitatem habebant; sed in motu corporis modestiæ & gravitatis pleno decora exercitatio inerat. Itaque non verebantur publice saltare, tum pueri, tum virgines, statis quibusdam diebus & solemnibus, idque nudi. Plutarchus *Lycurgo*: Ἀφελὼν τὴν θρύψιν καὶ σκιατροφίαν, καὶ θηλύτητα πᾶσαν, οὐδὲν ἧττον εἴθισε τῶν κόρων τὰς κόρας γυμνάς τε πολιτεύειν καὶ πρὸς ἱεροῖς τισὶν ὀρχεῖσθαι καὶ ᾄδον τῶν νέων παρόντων καὶ θεωμένων. Id est, *Remotis deliciis, umbratili vita, mollitiaque omni fœminea, assuefecit juxta puellas atque adultos nudos in publico versari, certisque solemnibus saltare & cantare assistentibus atque spectantibus juvenibus.* Qualis autem fuerit vulgaris saltatio Laconica, describit Lucianus *Dialogo* περὶ ὀρχήσεως, cujus sententiam, quam possumus, perspicue hic proponemus. Ait ibi saltationem traditam Lacedæmoniis a Castore & Polluce, quam exercere καρυατίζειν illi vocabant, a Caryis Laconicæ urbe, atque inde omnia cum carminibus agere solitos. Deinde usum ejus tum fuisse ait, quum Ephebi inter se colluctati paulum jam quievissent. Nam in saltationem certamen finiebant, tanquam ita inimicitias & æmulationem ex certamine ortam deposituri. In medio autem locatus erat, qui tibiam incinebat, & pedibus plodebat. Pueri & virgines omnigenas figuras corporis agilitate exprimebant, ad Rhythmum seu numerum ingredientes. Erant autem duo quasi genera saltationum (fortean in una chorea) quorum unumquodque suas habebat cantilenas, quas tibiis accinebant. Unum quod magis militare & lentius erat, habens σχήματα πολεμικὰ, quæ lenta & cauta erant. Is erat ὅρμος dictus, quasi *segmentum*. Constabat enim hormus ex adolescentibus & virginibus alternatim in chorea incedentibus, tanquam ita inter se sectis & divisis. Adolescens chorum duxit juveniliter saltans, uti postea in prælio facturus erat. Sequebatur puella modeste & decenter, quæ fœmineam saltationem docta erat. Perinde ac si conjuncta foret in hormo fortitudo juvenum cum modestia muliebri. Atque erat his ita saltantibus sua cantilena. Altera species erat, quæ post exercebatur & saltabatur, habens σχήματα φορδωτικὰ, quæ interpretor celeriora & magis saltatoria, quod in hac quasi posteriore parte motus incitatior, ut ex carmine patet. Nam habebat hæc saltatio carmen quasi præceptum saltandi: Πόῤῥω γὰρ φάσιν, ὦ παῖδες, πόδα μετάβατε, καὶ κωμάσατε βέλτιον, τουτέστιν ἄμεινον ὀρχήσασθε. Id est, *Procul ajunt, o pueri, promovete pedem, & saltate melius*. Dicebatur hæc cantilena Veneris & cupidinum, tanquam ii una cum ipsis saltarent. Erant enim hæc φορδωτικὰ σχήματα Dionyso & Veneri grata. Non dissimilis videtur his chorea apud nos usitata, quæ ab Harsalis nomen habet. Recitat Pollux & alias quasdam

A saltationes Laconicas, ut διποδίαν, δειμαλέαν, βίβασιν. Quarum postremam ita describit: Βίβασις ἦν εἶδος Λακωνικῆς ὀρχήσεως, ἧς καὶ ἆθλα προυτίθετο, οὐ τοῖς παισὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς κόραις. ἔδει δὲ ἅλλεσθαι, καὶ ψαύειν τοῖς ποσὶ πρὸς τὰς πυγὰς καὶ ἀνηριθμεῖτο τὰ πηδήματα. Id est, *Bibasis erat species saltationis Laconicæ, cujus erant, & proposita præmia, neque solum pueris, sed & virginibus. Necesse autem erat in hac saltatione exilire, & nates pedibus contingere. Atque ita numerabantur saltus.* Cujusmodi fere saltatio est in choreis Polonicis. Strabo etiam *libro decimo* Cretenses quasdam dictas saltationes, Rhythmos, & Pæanas apud Lacedæmonios B fuisse auctor est. Sed priores illas & quascunque alias choreas ingenuas apud Lacedæmonios non saltabant servi: sed ipsi suas quasdam enerves & ridiculas habebant, qualis fortean βίβασις fuit, sicut & cantilenas, ut testatur Plutarchus in *Lycurgo*, & nos supra attigimus. Spectavit autem saltatio Lacedæmoniorum ad exercitationis militaris usum, quod testatur Quinctilianus libro primo capite decimo octavo *Institut. Oratoriarum*: *Lacedæmonios quidem* (inquit) *etiam saltationem quandam tanquam ad bella quoque utilem babuisse inter exercitationes accepimus.* C

INSTIT. IV.

Pueri simul & virgines, cursu, lucta, disco & jaculo concertent. Ratio hujus instituti.

HOC aliud corporum exercitium, quod etiam utrique sexui commune esse jussit Legislator. Itaque tum pueri tum virgines etiam ludis exercebantur, & certaminibus cursus, luctæ, disci & jaculi. Plutarchus *Lycurgo*: Τὰ μέντοι σώματα τῶν παρθένων δρόμοις, καὶ πάλαις, καὶ βολαῖς δίσκων καὶ ἀκοντίων διεπόνησεν. Id est, *Corpora virginum cursu, lucta, discorum, & telorum jactu exercuit.* D Xenophon *de Republica Lacedæmoniorum*. Σωμασκεῖν ἔταξεν οὐδὲν ἧττον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος φύλου. ἔπειτα δὲ δρόμου καὶ ἰσχύος ὥσπερ καὶ τοῖς ἀνδράσιν, οὕτω καὶ ταῖς θηλείαις ἀγῶνας πρὸς ἀλλήλας ἐποίησε. Id est, *Primum non minus fœmineum genus babere corporis exercitia jussit, quam masculum. Itaque sicut viris cursus & roboris certamina instituit: sic etiam fœminis.* Ubi sub roboris certaminibus, luctam, disci & teli jactum intelligit. Idem tradit Cicero *Tuscul. II. Illi*, inquit, *qui Græciæ formam Rerumpublicarum dederunt, corpora juvenum firmari robore* E *voluerunt: Quod Spartiatæ etiam in fœminas transtulerunt, quæ cæteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem voluerunt nihil horum simile esse apud Lacænas virgines, quibus magis palæstra, Eurotas, sol, pulvis, militia in studio est, quam fertilitas barbara. Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit nonnunquam. Impelluntur, feruntur, abjiciuntur, cadunt, & ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori.* Hæc ille. Sed describit etiam hæc exercitia & certamina virginum Propertius libro tertio *Elegiarum*, ubi sic ait:

F

Multa tuæ, Sparte, miramur jura palestræ,
Sed mage virginei tot bona gymnasii.
Quod non infames exercet corpore laudes,
Inter luctantes nuda puella viros.
Quum pila veloces fallit per brachia jactus,
Increpat & versi clavis adunca trochi.
Pulverulentaque ad extremas stat fœmina metas,
Et patitur duro vulnera pancratio.
Nunc ligat ad cestum gaudentia brachia loris,
Missile nunc disci pondus in orbe rotat.

Meminerunt & alii scriptores plures, qui causam hujus instituti eandem omnes reddunt, judi-

cantes videlicet hoc ad corporis robur potissimum conferre. Quod de viris quidem non est dubium. Sed eandem tamen & in fœminis rationem se spectasse, Lycurgus ipse ostendit quodam apophth. Nam percunctanti cur corpora virginum, cursu, lucta, disci & teli jactu, exerceri voluisset, Respondit: *Ut in valido corpore fœtus validas agens radices pulchre adolescat: ipsæque deinde mulieres robore in partu fretæ, dolores facile sustineant atque superent: Utque, si ita necessitas postulet, pro se suisque liberis & patria possent pugnare.* Quo respexit etiam Claudianus lib. *de Manlii Theodori consulatu*, ubi de hoc instituto ita loquitur:

Spartanis potuit robur præstare Lycurgus
Matribus, & sexum leges vicere severæ.

INSTIT. V.

Ephebi infestis manibus & calcibus inter se concertent. Pugna inter Ephebos quomodo fieri solita. Βυάγορ quis dictus sit. Pugna alia puerilis inter Lacedæmonios,

REFERAMUS & hoc certamen ad exercitia corporis, quo Ephebi soliti inter se manibus & pedibus depugnare. De quo leges posuisse Lycurgum testatur Pausanias *Laconicis*, ita scribens: Νόμους ἔς τε τὴν ἄλλην πολιτείαν καὶ ἐς τὴν μάχην τῶν ἐφήβων ἔθηκεν ὁ Λυκοῦργος. Id est, *Leges Lycurgus tulit, quum ad universam Rempub. pertinentes, tum etiam ad Epheborum pugnas.* Hæc autem pugna ad hunc modum peragebatur, ut docuit nos Pausanias, quamvis non tacuerunt etiam alii. Primum Ephebi in duas classes tanquam adversa agmina distribuebantur, quarum utraque μοῖρα vel τάξις, ut Pausanias, vel ἀγέλη, ut Plutarchus, dicta. Cuilibet harum suus erat dux ex puerorum numero. Isque haud dubie fuit, qui apud Hesychium dicitur βυάγορ. Ita enim scribit, βυάγορ, ἀγελάρχης, ὁ τῆς ἀγέλης ἄρχων παῖς, *Buagor, gregis dux, gregis primarius puer.* Classes ita divisæ noctu convenerunt in Ephebeum, quod extra urbem erat, non procul a Therapne, ubi ab utrisque catulus caninus sacrificabatur Marti, fortissimo Deorum animal ex cicurum genere fortissimum & pugnacissimum. Committebantur ibi apri duo ex utraque classe unus, cicures, ac ex apro victore, de classe victrice augurabantur. Usu veniebat enim plerunque ut cujus aper arte vicerat, ea item classis palmam auferret. Postero die ingrediebantur campum, qui πλατανιστᾶς dicebatur, quod densis & proceris platanis consitus esset. Is campus Euripo circumquaque non aliter, quam insula mari cingebatur, ut idcirco in eum per pontes transeundum esset. Ab una parte pontis Herculis signum, ab altera Lycurgi. Verum sorti permittebatur, qua parte aditus quodlibet agmen puerorum ingrederetur. Pugnam primum utrinque unus incipiebat, postea totis agminibus impetum facientes concurrebant. Tantus autem ardor animorum, ut etiam copora mirum in modum lacerarent, & si possint mutilarent; Μάχονται, inquit Pausanias, καὶ ἐν χερσὶ καὶ ἐμπηδῶντες λὰξ, δάκνουσί τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀντορύσσουσιν. Id est, *Pugnant manibus, & calcibus insultant, tum quoque morsibus corpora fœdant, & oculos invicem eruunt.* Quin & impressionem facientes, una acies alteram in aquam detrudere omni nisu contendebat. Talis Epheborum pugna & exercitatio, sicut testatur etiam Cicero, cujus verba infra adducemus. Cæterum an arma adhibuerint præter manus, calces, & dentes non invenio, quamvis Lucianus tribuat eis ὁπλομαχίαν. Præter hanc solemnem autem pugnam, meminit Xe-

A nophon alterius cujusdam pugnæ puerilis, quæ non stato tempore fiebat, sed quoties sibi invicem obviabant. Nam ex æmulatione semper ipsis pugna & concertatio, quam cujusvis erat dirimere. Ita enim scribit: Πυκτεύουσι διὰ τὴν ἔριν ὅπου ἂν συμβάλωσι. διαλύειν μέντοι τοὺς μαχομένους πᾶς ὁ παραγινόμενος κύριος. ἢν δέ τις ἀπειθῇ τῷ διαλύοντι, ἄγει αὐτὸν ὁ παιδονόμος ἐπὶ τοὺς Ἐφόρους· οἱ δὲ ζημιοῦσι μεγαλείως, καθιστάναι βουλόμενοι εἰς τὸ μήποτε ὀργὴν τοῦ μὴ πείθεσθαι τοῖς νόμοις κρατῆσαι. Id est, *Pugilatu inter se ex æmulatione contendunt. Dirimere autem pugnantes cujusvis est in potestate, qui intervenit. Quod si quis dirimenti non obtemperet, eum pædonomus ad Ephoros adducit; a quibus ille multatur graviter, B quod velint prorsus, ne quis ab ira superatus præpediatur, quo minus legibus pareat.*

INSTIT. VI.

Certamina ludicra non sint, nec in quibus manum levans victum se aliquis fateatur. Pancratium & Cestum vetuerunt Lacedæmonii. Ratio hujus instituti.

C VOLUERUNT Lacedæmonii in certaminibus & exercitationibus serio rem agi, ut omnino intrepidis & præsentibus animis esse semper assuescerent, etiam quum extrema pericula imminerent. Itaque non patiebantur adolescentes defunctorie & histrionum more certamina sua obire: sed voluerunt eos durare, & plagas excipientes ad vitam usque victoriæ instare, nec eam adversario cedere. Talia enim tantum erant ipsorum certamina, nec alia permissa, quæ animi gratia fiebant. Seneca lib. v. *de Beneficiis* nominatim exprimit Pancratium & Cestum, quæ apud eos vetita fuerint. *Lacedæmonii*, inquit, *vetant suos Pancratio & Cestu decernere, ubi inferiorem ostendit victi confessio.* Et Plutarchus *Lycurgo* ait certaminum hæc tantum eum D civibus suis concessisse: ἐν οἷς χεὶρ οὐκ ἀνατείνεται, *in quibus manus non attollitur.* Quod itidem Seneca testatur *loco jam dicto*, ita scribens: *Quum invictos* (inquit), *esse Lacedæmonii cives suos magno æstimarent, ab his certaminibus removerunt, in quibus victorem facit non judex, non per se exitus, sed vox cedentis & tradere jubentis. Nec enim voluit ullis plagis vel verberibus ipsis extorqueri confessionem victoriæ, vel etiam periculo mortis.* Cicero quoque ait, exanimari eos potius in certaminibus, quam se victos fateantur, idque seipsum vidisse affirmat *Tuscul.* v. Ejus verba hic adscribere placuit: *Adolescentum*, inquit, *greges Lacedæmone vidimus ipsi incredibili contentione E certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, ut exanimarentur priusquam se victos faterentur.* Cæterum ratio hujus instituti quæ fuerit, redditur apophtheg. Lycurgi. Nam quærenti cur ea duntaxat civibus suis permisisset certamina, in quibus nemo manum intendens victum se profiteretur, Respondit: *Ne quis eorum inter laborandum seu inter periclitandum despondere animum adsuescat.*

INSTIT. VII.

Viris otium quidem liberale tribuatur, sed adolescentes laboribus occupentur. Otium virorum quale erat. Ambulatio non permissa viris. Laboribus adolescentes exercebantur. Labores juniorum qui fuerint. Ad labores pœnis adacti.

F

QUUM vacabant a certaminibus, festis, pompis & aliis solemnibus ac publicis functionibus, tum vero labor aliquis propositus adolescentibus, quo exercebantur, non autem viris, quibus quantum fieri poterat otium parabatur. Ita

enim de his Plutarchus *Lycurgo:* Εν τι τῦτο τῶν καλῶν καὶ μακαρίων ἃ παρέσκευε τοῖς ἑαυτῦ πολίταις ὁ Λυκῦργος, ἀφθονίαν χολῆς. Id est, *Inter cætera bona & reliquam felicitatem, quam civibus suis paravit Lycurgus, unum fuit copia otii.* Quod idem auctor repetit *Institutis Laconicis.* Hinc est quod Herondas quidam Lacedæmonius, quum Athenis esset, audiens quendam otii damnatum, ostendi eum sibi petiit, qui tam liberalis criminis esset convictus. Verum hoc tamen otium non erat ignavum, sed vacatio tantum a sordidis artibus, & inanibus laboribus, ut colloquiis de Republica & virtutum officiis operam dare possent. Neque enim tempus temere consumebant, & otium suum in res quasvis contulerunt. Recte itaque Nicander. Nam Atheniensi cuidam dicenti, *Nimium o Spartani otio estis dediti: Vera,* inquit, *dicis: At non ut vos, in quascunque res operam impendimus.* Hæc vero ambulatio permissa ad fallendum tempus. Itaque Ephori non patiebantur eos, qui Deceleam tenebant, deambulationibus uti pomeridianis, sed ad illos ita scripserunt: Μὴ περιπατεῖτε, *Ne deambuletis.* Tanquam deambulatio fuerit τρυφώντων μᾶλλον. ἢ σῶμα ἐκπονούντων, Id est, *eorum qui voluptatem sectarentur potius, quam corpus exercerent,* ut scribit Ælianus libro secundo *Variæ Hist.* capite quinto. Tale itaque adultiorum otium. At adolescentes laboribus exercebantur, & ministeria obibant necessaria. Nec enim eos prorsus vacare unquam voluerunt otiosos. Quod ita esse, quaque id potissimum causa fieri solitum, docet eleganter Xenophon de hac exercitatione adolescentum a Lycurgo instituta ita scribens: Καταμαθὼν τοῖς τηλικούτοις μέγιστον μὲν φρόνημα ἐμφυόμενον, μάλιστα δὲ ὕβριν ἐπιπολάζουσαν, ἰσχυροτάτας δὲ ἐπιθυμίας τῶν ἡδονῶν παρισταμένας, τηνικαῦτα πλείστους μὲν πόνους αὐτοῖς ἐπέβαλε, πλείστην δὲ ἀσχολίαν ἐμηχανήσατο. Id est, *Lycurgus quum animadverteret in adolescentibus maximos spiritus a natura esse, maximamque petulantiam redundare, denique cupiditates voluptatum vehementissimas esse: idcirco pluribus laboribus eos subdidit, atque plurimum ut occupati essent, perfecit.* Idem est etiam apud Thucydidem *lib.* II. ubi de Lacedæmoniis ita ait Pericles: Εν ταῖς παιδείαις οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει εὐθὺς νέοι ὄντες τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται. Id est, *Apud quosdam ab ineunte statim ætate juvenes ad virorum morem laboriosa exercitatione accedunt.*

Cæterum qui labor fuerit ostendit Justinus, qui *lib.* III. sic ait de Lycurgo. *Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere & laboribus agerent.* Plutarchus *Lycurgo* scribit: *Eirenas uti adolescentum ministerio ad cœnam, majoribus ligna, minoribus olera afferre jussis:* Tanquam hoc fuerit ipsorum in agris opus, ut hæc asportarent. Nam rustica opera certe non obibant. Atque ad hos labores metu pœnæ adigebantur, carituri alias honoribus in civitate. Qua de re etiam Xenophon superioribus hæc adjungens: Επιθεὶς δὲ καὶ εἴ τις ταῦτα φύγοι, μηδενὸς ἔτι τῶν καλῶν τυγχάνειν, ἐποίησε μὴ μόνον τοὺς ἐκ δημοσίου, ἀλλὰ καὶ τοὺς κηδομένους ἑκάστων ἐπιμελεῖσθαι, ὡς μὴ ἀποδειλιάσαντες ἀδόκιμοι παντάπασιν ἐν τῇ πόλει γένοιντο. Id est, *Addidit etiam Lycurgus hoc, ut si quis fugeret labores, expers deinde omnium bonorum seu honestarum rerum esset. Qua ratione effecit, ut non solum qui publice constituti pædagogi seu magistratus, sed illi etiam qui privatim curam singulorum habebant, operam darent, ne a laboribus præ socordia deterriti, existimationem omnino in Repub. amitterent.*

INSTIT. VIII.

Pueri flagris ad aram Dianæ Orthiæ stato tempore cæduntur. Hujus instituti origo ex Pausania. Alia ex Plutarcho. Quando fieret hæc flagellatio. Ratio hujus instituti. Alia ratio ex Seneca.

HOC quidem crudele videtur corporis exercitium, uti & revera est, quo ad patientiam discendam flagris assuefiebant. Nam potius pœna hæc & supplicium, quam exercitium. Sicut & Xenophon indicare videtur, fuisse hoc quodammodo supplicium in eos, qui rapientes caseum ab ara Dianæ Orthiæ deprehensi essent. Quamvis haud dubie flagellatio hæc, quam διαμαστίγωσιν notissimo apud omnes auctores nomine dixerunt, in quibusvis pueris adhibita sit. Hujus instituti quæ fuerit prima origo indicat Pausanias *lib.* III. longissime eam repetens. Scribit enim Orthiæ Dianæ signum e Taurica allatum, qui quum Lymnatæ, Cynosurenses, & qui ex Mesoa ac Pitane erant, olim sacrum facerent, tum eos ad jurgia & rixas venisse, & mox ad cædes conversos. Itaque postquam multi ad ipsam aram occubuissent, reliquos subitam morbi vim absumsisse. Inde oraculum acceptum esse, aram eam sanguine humano aspergi oportere. Quare quum antea forte duceretur immolandus, sacri ritum ad puberum plagas transtulisse Lycurgum. Quo factum ut hoc ritu nihilo fere minus sanguine humano ara imbueretur. Hæc itaque sacri hujus origo. Plutarchus tamen *Vita Aristidæ*, aliam etiam ejus refert originem. Ait enim Pausania extra aciem bello Medico sacris operante, & pacem Deorum exposcente, Lydos aliquos inferentes sese repente, eripuisse atque dissipavisse sacra. Eum itaque ac comites quibus arma ad manum non erant, virgis & flagellis eos cecidisse. Unde cœperit celebrari illius incursus simulacrum Spartæ, plagis circa aras adolescentium & Lydorum inde pompa. Sed utra horum fuerit vera origo: id certe in eis mirandum, & tantum non incredibile, quod circa Deæ signum fieri solitum idem Pausanias scribit. Ait enim fœminam quæ sacris præerat, dum cæduntur pueri, signum vel idolum Dianæ Orthiæ ferre. *Quod quam alioqui propter parvitatem esset levissimum, si tamen ii, quibus cædendi negotium datum, cum quopiam eorum qui cædebantur Epheborum, vel ob speciem, vel ob natalium claritatem agerent parcius, tum eousque ajebant signum grave fieri, ut sacerdos illud sustinere nequiret. Quod ubi animadverteret, in cædentes scilicet causam conferebat, seque eorum culpa querebatur onere opprimi. Adeo id signum e Taurica Translatitium, hominum sanguine lætabatur.* Hæc ille.

Fiebat autem hæc flagellatio semel in anno, idque per totum diem, certantibus inter se pueris qui flagellabantur, verberum tolerantia. Ita enim Plutarchus *Institutis Laconicis:* Οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ Ορθίας Αρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν, ἱλαροὶ καὶ γαῦροι, ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπὶ πλέον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος. καὶ ὁ περιγενόμενος, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι. καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαστίγωσις. γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος. Id est, *Pueri apud ipsos per totum diem ad Orthiæ Dianæ aram flagellis cæsi, sæpenumero ad mortem usque hilares & gestientes verbera tolerant, de victoria inter se certantes, quis ex ipsis longiore & majore in verberibus tolerantia utatur. Et qui cæteros ea superavit, maximam inde gloriam consequitur. Vocatur autem hoc certamen flagellatio, & quotannis celebratur.* Quod idem auctor etiam in *Lycurgo* ait se suo tempore conspexisse.

Musonius apud Stobæum *Sermone* XCII. ubi hujus etiam meminit, dicit etiam pueros lætari hac flagellatione. Ita enim de verberibus eorum loquitur: *Ὡς δὲ οὔτε αἰσχρὸν, οὐδὲ ὑβριστικὸν οὐδὲν ἔχουσιν αἱ πληγαὶ, δηλοῦν Λακεδαιμονίων παῖδας δημοσίᾳ μαστιγουμένους, ϗ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ ἀγαλλομένους.* Id est, *Quod verbera nihil grave & injuriosum habeant, ostendunt Lacedæmoniorum pueri, qui publicitus flagellis cæduntur, & id ipsum gaudent.* Meminit & Lucianus *Icaro Menippo*, ubi Menippus aliorum studia apud inferos enarrans, Lacedæmonios ait ibi occupatos in flagellandis pueris. Scholiastes Thucydidæ ait, etiam fortiores haberi, qui optime perdurarent in his verberibus. Sic enim de Lacedæmoniis scribit: *Ἀμέλει ϗ διαμαστιγώσεις ἐγίνοντο κατά τινα καιρὸν, ἐν αἷς οἱ πλείονας ἐνεγκόντες, ἀνδρειότεροι ἐνομίζοντο.* Id est, *Scilicet etiam flagellationes fiebant certo tempore, in quibus, qui plurimas tulerant, magis viriles judicabantur.* Describit hanc flagellationem, & puerorum tolerantiam etiam Cicero *Tusculana* II. *Spartæ* (inquit) *pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat: nonnunquam etiam, ut quum ibi essem audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem.* Idem testatur & *Tusculana* v. *Pueri*, inquit, *Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati.* Respexit huc etiam Plautus *Captivis*, Act. III. Sc. I. ubi parasitos, Laconas *plagipatidas* vocat. Ita enim ibi Ergasilus de contemtu parasitorum apud juvenes ait.

Nihil morantur jam Laconas imi subsellii viros,
Plagipatidas, quibus sunt verba sine penu & pecunia.

Hanc puerorum patientiam intellexit etiam Horatius lib. I. *Carminum* oda VII. Quum ipsi Lacedæ-

A mon dicitur patiens. Sed nec præteriit hujus mentionem ex veteribus Theologis eruditissimus Tertullianus. Ita enim libro *ad Martyres* scribit: *Nam quod hodie apud Lacedæmonios solemnitas maxima est διαμαστίγωσις*, id est, *flagellatio*, *non latet. In quo sacro ante aram nobiles quique adolescentes flagellis affliguntur astantibus parentibus & propinquis, & uti perseverent adhortantibus.* Idem *Apologetico adversus Gentes*, ait propinquos adstare adhortantes, atque hæc flagella acerbata, tantum honorem tolerantiæ domui conferre, quantum sanguinis fuderint. Porro rationem hujus instituti reddit Xenophon paucis quidem verbis, sed longe elegantissimis,

B ita scribens: *Τοῦτο δὲ δηλῶσαι ϗ ἐν τούτῳ βουλόμενος, ὅτι ἔστι ὀλίγον χρόνον ἀλγήσαντα, πολὺν χρόνον εὐδοκιμοῦντα εὐφραίνεσθαι.* Id est, *Voluit Legislator ostendere hoc instituto, quod qui brevi tempore dolores patitur, longo deinde tempore laudatus lætatur.* Seneca tamen videtur hoc ad indolis experimentum referre. Ita enim scribit libello, quo disputat quare bonis viris mala accidant, quum sit providentia: *Nunquid*, inquit, *tu invisos esse Lacedæmoniis liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis? Ipsi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac*

C *semianimos rogant, perseverent vulnera præbere vulneribus.* Apud alios tamen hoc institutum calumniis obnoxium. Alcibiades dicebat nihil mirum si Lacedæmonii in bellis intrepidi. Defugere enim hoc modo cruciatus & legum severitatem. Auctor Ælianus *lib.* XIII. Sicut & Sybarita quidam, ut ex Serino refert Stobæus, quum Lacedæmonem venisset, perspectis eorum moribus & patientia, qua statim a pueris educabantur: *Nibil*, inquit, *mirum ii præstant, quod mortem obeant in bello, ne ita vivere cogantur.*

TABULA DECIMA

DE

LEGIBUS NUMMARIIS ET CONTRACTUUM.

INSTIT. I.

Aurum & argentum nemo possideat. De Auri possessione severe inquisitum. Oraculum, cupiditate pecuniæ Spartam perituram. Pœna constituta in auri & argenti possessores. Mæandrius Sami tyrannus Sparta pulsus. Quando exoleverit hoc institutum.



MULTA ex hoc instituto sequebantur in Repub. laudabilia. Quid enim sublatis opibus & demto divitiarum studio, Lacedæmoniis supererat, quod magnopere quærerent, & affectarent, præter virtutem? Hanc igitur volens Legislator a suis civibus omnibus aliis rebus anteponi, aurum & argentum e Republ. exulare jussit. Quod adeo severe etiam interdictum a Legislatore scribunt, ut inquireretur de auri possessione, tanquam de gravi admisso scelere, ac qui contra leges aliquid habere deprehendebatur, eo nomine pœnas dabat. Ita enim scribit Xenophon *de Republ. Lacedæmon.* *Χρυσίον γεμὴν ϗ ἀργύριον ἐρευνᾶται, ϗ ἄν τι που φανῇ ὁ ἔχων ζη-*

D *μιοῦται.* Id est, *Aurum & argentum Spartæ indagari solet, & sicubi aliquid compareat, possessor multatur.* Athenæus lib. VI. *Deipnosoph.* Πλάτων δὲ ὁ θεῖος, ϗ Λυκοῦργος ὁ Λάκων, οὐδ' εἴων ἐνεπιδημεῖν ταῖς ἰδίαις πολιτείαις, οὔτε τῶν ἄλλων πολυτελῶν οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν ἄργυρον, οὐδὲ τὸν χρυσὸν, τῶν μεταλλευομένων τὸν σίδηρον, καὶ τὸν χαλκὸν ἀρκεῖσθαι νομίζοντες. Id est, *Divinus Plato, & Lycurgus Spartanus non permiserunt in suis Rebuspub. versari & existere pretiosum aliquid, neque aurum & argentum: sed ex metallis solum ferrum & æs sufficere existimabant.* Justinus de Lycurgo loquens: *Auri*, inquit, *& argenti usum velut omnium scelerum materiam sustulit.* Atque hoc eo

E severius observabatur, quod oraculo moniti fuerant, cupiditatem pecuniæ Spartam aliquando perdituram. Quod oraculum redditum olim fuerat Theopompo & Alcameni, hoc versu:

Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ.

Id est:

Amor divitiarum Spartam perdet.

ut scribit Plutarchus *Institutis Laconicis*. Vel ut alias scribitur,

Α φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο δὲ οὐδέν.

Id est,

Avaritia Spartam perdet, nec aliud quicquam.

Athenæus quoque ex Posidonio refert, a Diis prohibitos Lacedæmonios aurum & argentum possidere. Ita enim locum emendat doctissimus Victorius, pro ἐθῶν legens θεῶν. Et recte quidem mea sententia. Quæ autem pœna fuerit in auri & argenti possessores, indicat Plutarchus *Institutis Laconicis*. Nam capitis supplicium propositum eis fuisse ibi scribit. Sicut & Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum testatur, qui sic scribit: Ἐὰν δὲ παρά τινι εὑρεθῆ χρυσὸς καὶ ἄργυρος, θανάτῳ ζημιοῦται. Id est, *Si deprehendatur aurum vel argentum apud aliquem, morte punitur*. Quo facit, quod idem auctor in *Vita Lysandri* narrat de quodam, qui Thorax dictus fuit. Is enim tametsi collega & amicus Lysandri ab Ephoris nihilominus necatus est, quod compertum fuisset argentum eum domi habere. Ac nota historia ex Herodoti *libro* III. & Plutarchi *Apophthegmatis Laconicis*, de Mæandrio Sami Tyranno, qui Sparta pulsus ab Ephoris, quod civibus vasa aurea & argentea elargitus esset. Spartæ itaque revera hæc lex usitata, quam Plato libro V. *de Legibus* in sua Repub. instituit, nec fortean in mundo ad eum modum alibi uspiam. Sed hoc tamen tam præclarum institutum exolevit, invecta pecunia a Lysandro post captas Athenas, ut testatur in *Vita Lysandri*, & pluribus aliis locis Plutarchus: atque auctor etiam Ælianus libro XIV. cap. XXIX. *Variæ Historiæ*. De quo & nos plura Libro sequenti.

INSTIT. II.

Nisi ferreum numisma, nullum Spartæ cudatur vel usurpetur. Nummus ferreus qualis fuerit. Moneta ferrea quomodo cudi solita. Forma quæ fuerit. Oboli unde dicti. Moneta peregrina apud Magistratus mutari solita.

SUBLATO auro & argento jam vel cuicunque materiæ pretium statuere facile erat. Ferreum itaque voluit Legislator suis pro nummis esse, antiquata omni moneta aurea & argentea. Plutarchus *Lycurgo*: Πρῶτον μὲν ἀκυρώσας πᾶν νόμισμα χρυσοῦν καὶ ἀργυροῦν μόνῳ χρῆσθαι τῷ σιδηρῷ προσέταξεν. Id est, *Primum abrogans omne numisma aureum & argentum, solo ferreo uti permisit*. Erat autem ferreus hic nummus gravis pondere, & mole sua non exiguus. Itaque, ut ait Xenophon, si tantum in ædes reciperetur quantum minas decem æquaret, fieri non poterat, ut id vel Dominis vel servis clam esset. Etenim & amplo id collocari spatio, & plaustro necesse erat vehi. Idem testatur etiam Plutarchus *Lycurgo*, qui ait ad vehendum tantum nummorum ferreorum, quantum valet decem minas, requiri plaustrum duorum boum. Qualis autem fuerit moneta, & quomodo cudi solita, docet idem in *Lycurgo*, & dilucidius in *Vita Lysandri*. Ibi enim scribit patrium Lacedæmoniorum numisma fuisse σιδηροῦν, πρῶτον μὲν ὄξει μεταβαπτόμενον ἐκ πυρὸς, ὅπως μὴ καταχαλκεύοιτο, ἀλλὰ διὰ τὴν βαφὴν ἄστομον καὶ ἀδρανὲς γένοιτο. Id est, *Ferreum numisma solitum aceto tingi simul ac igne exemtum, ne posset procudi, sed ut ob tincturam minus duceretur vel malleo esset tractabile*. Sicut & Polybius *libro* VI. docet, etiam fuisse olim ferreum nummum apud Lacedæmonios, postea vero scribit eos usos communi numismate. Forma quæ fuerit ostendit Plutarchus eodem loci, ubi dicit Veterum numisma omne fuisse obeliscos, atque inde obolos dictos pecuniolæ aliquam copiam. Quod quidem si de ferreis Lacedæmoniorum nummis ita habet, erant obelisci illi non multo dissimiles aureis & argenteis obeliscis, qui vulgo fiunt, nobis dicti *Guld oc Sylff Tiene*. Sed an obelisci illi signati publica nota, haud dixerim, quum etiam æs rude olim apud Romanos in usu fuerit, ut testatur Plinius *libro trigesimo tertio capite tertio*. Ac conjicio quod apud Platonem est libro quinto *de Legibus*, cives ab exteris domum reversos, commutare debere peregrinam monetam apud magistratus, id ex Lacedæmoniorum consuetudine illum traxisse. Nam ita haud dubie apud eos antiquitus fiebat, ut exportari posset peregrina pecunia extra Laconicæ fines, alias periculo mortis possessuri auream vel argenteam monetam, si deprehensi essent.

INSTIT. III.

Ex corio numisma valeat.

CORIUM usum nummorum habuisse apud Lacedæmonios testis Seneca libro quinto, *de beneficiis* capite decimo quarto ubi ita scribit: *Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium publica forma percussum: quale apud Lacedæmonios fuit, quod usum numeratæ pecuniæ præstat*. Idem refert Stobæus *Sermone* CXLV. ex Nicolao *de moribus gentium*, ubi ait inter alia instituta Lacedæmoniorum, hoc etiam unum fuisse. Ita enim scribit: νομίσματι δὲ χρῶνται σκυτίνῳ, id est, *numismate autem utuntur scorteo*. Sed hoc videtur aut vetustissimæ consuetudinis, aut extremæ necessitatis fuisse.

INSTIT. IV.

Permutatione rerum contractus fiant. Illud institutum fuisse antiquum.

NATURALIS illa, & prisco seculo usitata ratio transferendi & comparandi res per commutationem, longo tempore Lacedæmoniis recepta fuit. Quod Justinus quidem Lycurgo tribuit. Ita enim de eo scribit. *Emi*, inquit, *singula non pecunia, sed compensatione mercium jussit*. Sed videtur tamen eo esse longe antiquius institutum hoc, quippe omnibus gentibus initio usitatum, sicut docent JCti. Hinc est quod Spartæ Regia Polydori dicta fuerit βοώνητα quia bobus emta: Pausanias *Lacon*. Λακεδαιμονίοις δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην ἐστὶν τὰ ὀνομαζόμενα Βοώνητα, Πολυδώρου ποτὲ οἰκία τοῦ βασιλέως· ἀποθανόντος δὲ παρὰ τοῦ Πολυδώρου τῆς γυναικὸς ἐπρίαντο ἀντιδιδόντες βοῦς. ἀργύρου γὰρ οὐκ ἦν τότε οὐδὲ χρυσοῦ νόμισμα. κατὰ τρόπον δὲ ἔτι τὸν ἀρχαῖον, ἀντεδίδοσαν βοῦς, καὶ ἀνδράποδα, καὶ ἀργὸν τὸν ἄργυρον καὶ χρυσόν. Id est, *Lacedæmoniis juxta hanc viam sunt, quæ Booneta dicuntur, ubi olim Regia Polydori. Quo mortuo ab ejus uxore domum compararunt dato boum pretio. Nondum enim erat nummus auro argentoque signatus: sed adhuc secundum veterem consuetudinem ultro citroque res permutabant, bobus, mancipiis, rudique auro & argento*. Hæc itaque ipsis contrahendi ratio, quæ eo melius servari poterat, quod quam paucissimis egerent, & nummus ibi non esset, qui apud exteros pretium haberet.

INSTIT. V.

Lucrum ex re facere, nemini liceat.

QUÆSTUI habere facultates Lacedæmoniis non permissum fuit, quod nec ipsis magnopere necesse, qui divitias nullo in honore habebant. Lucrum enim & augmentum rei familiaris putabant cum multis injuriis conjunctum. Itaque Timandridas, quum peregre abiens filio procurationem familiæ delegasset, ac reversus rem multis par-

partibus auctiorem, quam antea, reperisset, dixit a filio multos Deos, familiares, & hospites injuriis affectos, ut scribit Ælianus. Neque enim circumscriptio in emendo & vendendo Lacedæmone impunita, quum alibi nulla fraudibus hujusmodi pœna sit constituta. Hoc enim Xenophon vetuisse Legislatorem ait: Τό γε μὴν ἐξ ἀδίκων χρηματίζεσθαι, καὶ ἐν τοῖς τοιούτοις διεκώλυσε. Id est, *Lycurgus ex injustis opes parare prorsus probibuit*. Idem scribit apud Stobæum Nicolaus *de moribus gentium*, ubi ita ait: χρηματίζεσθαι δ' αἰσχρὸν Σπαρτιάτῃ, *quæstum facere Spartano indecorum*. Itemque Plutarchus ait, in Leschis Lacedæmonios versari solitos, sine mentione compendii faciendi, & forensium negotio- B rum tractandorum: Εἰς ταύτας (inquit) συνιόντες ἐπιεικῶς μετ' ἀλλήλων, οὐδενὸς μεμνημένοι τῶν πρὸς χρηματισμὸν ἢ χρείαν ἀγοραῖον συντελούντων. Id est, *In illas convenientes familiariter inter se, nullius eorum mentionem facientes quæ faciunt ad lucrum, vel usum forensem*. Cujus etiam rationem addit hanc: Χρηματισμοῦ δὲ σπουδὴν ἔχοντος ἐργώδη καὶ πραγματείαν, οὐδ' ὁτιοῦν ἔδει, διὰ τὸ κομιδῇ τὸν πλοῦτον ἄζηλον γεγονέναι καὶ ἄτιμον. Id est, *Pecuniam cum lucro quærere, quæ habet multum laboris & molestiæ, operæ non erat, quod jacerent prorsus sordescerentque divitiæ*. Et Ælianus lib. XIV. *Var. Hist.* cap. XLIV. ait C quendam multatum ab Ephoris, qui fundum exiguo nimis pretio comparasset. Ubi postea addit morem fuisse, ut adversus pecuniæ studium pugnarent tanquam contra hostem. Sic enim inquit: Ἦν δὲ Λακεδαιμονίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο, μὴ πρὸς μόνους πολεμίους παρατετάχθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον. Id est, *Erat autem Lacedæmoniorum, si quod aliud, virile boc* institutum, *non solum adversus bostes in acie pugnare, verum etiam contra argentum*. Præ-A clare itaque Alcamenes. Nam interrogatus quo pacto quis optime regnum conservaret, Respondit: *si lucrum posthaberet*. Ex quo consequitur, si lucrum omne posthabitum, nec fœnus fuisse Spartæ concessum. Sicut & Plato in suis legibus fœnus exerceri vetat, haud dubie hinc sumto exemplo.

INSTIT. VI.


Donare aliquid de suo nemini permittatur. Mæandrius Sparta pulsus. Alcamenes dona recusavit a Messeniis. Archidamus a Dionysio. Legatis exterorum dare vel ab iis accipere non licuit.

DE sortibus & possessionibus supra diximus, quod videlicet eas dono in alios transferre non licebat. Hoc & de aliis rebus intelligendum, quarum in universum non erat donatio. Quorsum enim donare attinebat in benevola ista rerum omnium communicatione? Etenim dona dare, corruptelæ & injustitiæ imputatur; accipere, sordes & habendi cupiditatem arguit. Neutrum Lacedæmoniis probatum. Recte itaque dona dari non permiserunt, ut ex multis patet. De Mæandrio jam dictum est, quod vasa aurea civibus elargiri ipsi non licuit. Alcamenes dona a Messeniis oblata recusavit, quod diceret, se iis acceptis pacem cum legibus servare non posse. Archidamus pretiosas vestes a Dionysio Siculo filiabus missas repudiavit, quod vereri se diceret, ne iis indutæ deformes viderentur. Sicut & Lysander, & alii multi alia dona recusarunt. Atque adeo hoc obtinuit, ut nec Legati exterorum munera a Lacedæmoniis acciperent, sicut neque suos Legatos ab aliis dona sumere voluerunt.

TABULA UNDECIMA
DE
LEGIBUS FORENSIBUS.

INSTIT. I.

Ante trigesimum annum ætatis nemo ad forum accedat. Justini locus explicatur.



VIROS factos virilia tractare Lacedæmonii voluerunt, junioribus ea attingere prohibentes. Itaque in forum venire, & forensia negotia tractare, quod virorum erat, ante legitimam ætatem non permiserunt. Plutarchus *Lycurgo*: Οἱ μέν γε νεώτεροι τριάκοντα ἐτῶν τὸ παράπαν οὐ κατέβαινον εἰς ἀγοραν, ἀλλὰ διὰ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἐραστῶν ἐποιοῦντο τὰς ἀναγκαίας οἰκονομίας, Id est, *Inferiores quidem triginta annis baudquaquam procedebant in forum, verum explicabant ea, quæ pertinebant ad negotia necessaria, per propinquos & amatores*. Quem annum virilis ætatis initium fuisse vel hinc colligere licet. Quo pertinet etiam, quod Justinus de Lycurgi constitutionibus ait: *pueros puberes*, inquit, *non in forum sed in agrum deduci præcepit, ut primos annos non in luxuria, sed in opere & laboribus agerent*. Quod quidem ipsorum puerorum institutioni ita conveniebat, ut ex iis quæ a nobis dicta sunt intelligi potest. Verumtamen quod Justinus ait, labore rustico in agris D adolescentes exerceri solitos, id non usquequaque convenit cum iis quæ superius dicta sunt, nisi juvetur interpretatione, atque in sensum accipiatur, ut ligna ex agris adferrent, & olera ad cœnas, exercitio fere militari parandi commeatus. Qua de re etiam supra egimus.

INSTIT. II.

Majoribus natu probro sit assidue in foro versari. Ratio hujus instituti.

E IN gravibus & seriis studiis non duxit Legislator habenda negotia forensia. Eis itaque suos cives deditos esse vetuit. Quapropter non licuit in foro versari, nisi quum necessitas postularet. Nam assiduum ibi spectatorem esse, & aliorum lites & controversias auscultare, id vero vel curiosi vel otiosi. A quibus vitiis, consuetudine forum frequentandi interdicta, suos revocavit, sanciens id minus civibus Spartanis honestum fore. Plutarchus *Lycurgo*. Τοῖς πρεσβυτέροις αἰσχρὸν ἦν συνεχῶς ὁρᾶσθαι περὶ ταῦτα διατρίβουσιν, ἀλλὰ τὸ μὴ πλεῖστον τῆς ἡμέρας περὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὰς καλουμένας λέσχας ἀναστρέφεσθαι, Id est, *Majoribus natu probrosum erat assidue in foro conspici, ac non partem diei maximam in Gymnasiis & leschis, quas vocant, versari*. Itaque in foro versari, nulla postulante necessitate, cum dedecore conjunctum: in gymnasiis & leschis honestum. Et merito. Nam

in foro quid agitur, auditur & tractatur præter A fraudes, perjuria, injurias, maleficia? In leschis autem & gymnasiis corpus exercebatur ad labores, animus recreabatur colloquiis & disputationibus, de virtute & de præclare factis.

INSTIT. III.

De corporis habitu. Ephori decimo quoque die judicent, Ephebis se nudos ostendentibus.

HAC lege instituta videtur quodammodo executio aliquot præcedentium. Nam Ephoros vult B corpora adolescentum inspicere, ut consideretur in iis, an aliquid arte comparatum, fucatum, sive otio luxuriave corruptum. In quibus omnibus & aliis, si quid contra leges peccatum, arguebantur rei. Ælianus lib. XIV. *Var. Hist.* cap. VII. dicit hoc legi, de corporis nimia mole prohibita, adscriptum. Ita enim inquit; Προσεγέγραπτο δὲ καὶ τῷ νόμῳ, καὶ διὰ δέκα ἡμερῶν πάντως τοῖς Ἐφόροις τοὺς ἐφήβους παρίστασθαι γυμνοὺς δημοσίᾳ· καὶ εἰ μὲν ἦσαν εὐπαγεῖς καὶ ἐρρωμένοι, καὶ ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφθέντες, καὶ διατορνευθέντες, ἐπῃνοῦντο· εἰ δέ τι χαῦνον ἦν αὐτοῖς τῶν μελῶν, ἢ ὑγρότερον, ὑποιδούσης καὶ ὑπαναφυομένης διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν πιμελῆς, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν ἐπαίοντο καὶ C ἐδικαιοῦντο. Id est, *Adscriptum etiam hoc erat in lege, ut decimo quoque die Ephebi ad unum omnes se coram Ephoris nudos publice sisterent: Ac si essent solida corporis habitudine, validique & quasi sculpti ex certaminibus & tornati, commendabantur: sin aliquod membrum illis esset turgidum vel molle, ob suppositam & subcrescentem ex ocio pinquedinem, verberabantur & multabantur.* Meminit & Athenæus lib. XII. *Dipnosoph.* ex Agatharchide. Ac pertinet huc factum Agesilai. Nam quum circa Hellespontum bellum gereret, corpora mancipiorum captorum nuda suis Lacedæmoniis videnda exhibuit, quæ quum essent tenera, flaccida & enervata, jussit suos inde animos sumere, quod adversus talia corpora esset pugnandum, D ut refert idem Athenæus, & Plutarchus *Apophtheg.* paulo aliter.

INSTIT. IV.

Amator pro amasio puniatur.

QUI pueros ingenuos amabant, necesse habebant, ita exemplo ad virtutem eis præire, ut nulla in re delinquerent. Nam alias non videbatur satis sincerus amor, nisi ad virtutis studium amasius duceretur. Peccante itaque amasio, luebat pœnam amator. E Ælianus *lib.* III. *cap.* X. Λακωνικὸς καὶ οὗτος νόμος· ὅταν ἁμάρτῃ μειράκιον, τῇ μὲν ἀφελείᾳ τοῦ τρόπου, καὶ τῷ νεαρῷ τῆς ἡλικίας συγγινώσκουσι, τὸν δὲ ἐραστὴν ὑπὲρ αὐτοῦ κολάζουσιν, ἐπιγνώμονας αὐτοὺς καὶ ἐξεταστὰς ὧν ἐκεῖνοι πράττουσι κελεύοντες εἶναι. Id est, *Lex est hæc Spartana: si puer delinquat, veniam dant imprudentiæ & ætati juvenili. At amatorem ejus loco puniunt, volentes amatores arbitros & indagatores esse eorum quæ faciunt.* Plutarchus ait, utrinque mutuam esse existimationem, amatoris ab amasio, & vicissim amasii ab amatore. Nam prout hic vel ille bene ob virtutem audiebat, ita de altero opinio. F Ita enim ait: Ἐκοινώνουν δὲ οἱ ἐρασταὶ τοῖς παισὶ τῆς δόξης ἐπ' ἀμφότερα. Id est, *Communicabant vero amatores cum pueris existimationem in utrumque.* Ubi addit de punito amatore pro amasio exemplum. Nam quidam puer (inquit) quum aliquando vocem in certando emisisset parum generosam, indicta a magistratibus ejus amatori multa fuit.

INSTIT. V.

De legibus Juniores non inquirant. Ratio hujus instituti.

DIXIMUS supra ex Demosthene non licuisse Lacedæmoniis leges aliarum Rerumpub. discere: sed nec de propriis inquirere licebat recte ne an secus positæ essent. Nam hac ratione legum auctoritatem in dubium vocari necesse erat, ex quo sequutura obedientiæ detrectatio. Auctor nobis locupletissimus Plato lib. I. *de Legibus*. Ita enim ibi hospes Atheniensis Cretensem & Spartanum collocutores affatur: Ὑμῖν μὲν γὰρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασται τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίστων ἂν εἴη νόμων, μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδένα ἐᾶν, ποῖα καλῶς αὐτῶν, εἰ μὴ καλῶς ἔχει. Id est, *Vestræ leges utut commode alioquin sunt constitutæ, hæc una tamen inter cæteras præstantissima: Ne juvenum cuiquam fas sit in leges inquirere, quæ scilicet bene constitutæ sint, quæ minus bene.* Cujus gravem & memorabilem addit postea Philosophus rationem, *Nam omnes*, inquit, *una voce unoque ore consentiunt, quod quæcunque a Diis leges latæ sunt, recte sunt positæ. Ac si quis aliter dixerit, minime ab audientibus feratur.*

INSTIT. VI.

Quam dicit sententiam homo vitæ improbæ, ea ut obtineat, a viro spectato referatur. Ratio hujus instituti. Exemplum hujus rei.

QUI vita & moribus minus erat commendatus, is in consiliis & judiciis sententiæ dictionem non habebat. Nam tametsi recte consuleret, tamen locum non habuit prolata ab eo sententia: sed eam jusserunt esse viri gravitate morum & virtute conspicui. Plutarchus *de auditione*: Οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι ἄρχοντες, ἀνδρὸς οὐκ εὖ βεβιωκότος γνώμην δοκιμάζοντες, ἑτέρῳ προσέταξαν εἰπεῖν εὐδοκιμοῦντι περὶ τὸν βίον καὶ τὸ ἦθος. Id est, *Spartanorum magistratus, quum sententiam hominis parum laudatæ vitæ approbarent, alteri spectatæ vitæ & morum, eam premunciandam mandaverunt.* Cujus idem statim rationem reddit hanc, quod ita recte & civiliter populum assuefacerent, moribus potius quam verbis consulentium duci. Exemplum refertur oratione Æschinæ *in Timarchum*, ubi ait sententiam improbi viri a quodam Senatorum traditam alteri honorato viro pronunciandam. *Quum quidam*, inquit, *apud Lacedæmonios concionem habuisset, vir ut vitæ flagitiosæ, ita summæ eloquentiæ, atque illi in ejus sententiam ituri essent, senum quidam prodiit, quos illi & verentur & metuunt, qui acriter objurgavit Lacedæmonios, ac tale quoddam maledictum in eos jecit: non diu Spartam fore ab hostili violentia incolumem, si talibus in concione suasoribus uterentur. Eademque opera accersivisse alium quendam Lacedæmonium, virum haud sane disertum, sed rebus bello gestis illustrem, justitiaque & continentia præstantem: Ac jussisse ut easdem sententias, quas prior ille orator dixisset, pro sua virili utcunque repeteret. Sic, inquit, Lacedæmonii de viri boni sententia decernant: Ignavorum autem atque improborum hominum, ne vocem quidem auribus admittant.* Hæc ille. Cujus verba Latine reddita, referuntur etiam a Gellio *Noctium Atticarum* lib. XVII. cap. III. Plutarchus in *Præceptis Politicis* nominat quendam Demosthenem, cui Spartæ hoc contigerit, sed sententiam ejus ait ab Ephoro quodam alteri commissam. *Lacedæmone*, inquit, *quidam Demosthenes homo impurus auctor fuit sententiæ & rei de qua agebatur idoneæ. Ad quam repudiandam pro indignitate aucto is populus visus est propensior. Proinde Ephori alium ex Senatoribus forte legere, cui negotium ejusdem sententiæ dicendæ demandaverunt: tanquam ex vase obsoleto &*

ſordido in purum transfundentes, ut multitudini acceptior fieret. οὕτω μεγάλην ἔχει ῥοπὴν ἐν πολιτείᾳ πίστις A ἤθους καὶ τοὐναντίον. Id eſt, *Tantum momenti in Repub. probitatis opinio habet, & e contra*, ut idem ait.

TABULA DUODECIMA
DE
LEGIBUS MILITARIBUS.

Instit. I.

Qui legitimæ ætatis non eſt, in bellum ne eat, ſed domi patriæ cuſtodiæ ſit. Militaris ætas, annus trigeſimus. Iſadas quidam multatus ante ætatem in prælium egreſſus. Juvenes domi relicti cum ſenibus ad patriæ cuſtodiam.



QUOD fuerit certa quædam & definita ætas militaris legibus Lacedæmoniorum, mihi quidem haud dubium eſt. Nam bellicoſis gentibus omnibus ea lex obſervata. Videtur autem apud Lacedæmonios is fuiſſe ætatis militaris annus, C qui & virilis ætatis, quo ex Ephebis egrediebantur, videlicet annus XXX. Ante hunc qui in prælium deſcendere auſus, multabatur. Apud Ælianum libro VI. cap. III. *Var. Hiſt.* narratio eſt de Iſada quodam, quem quum lex adhuc ad pugnam non vocaret, quod exiliens gymnaſio ſe ſtrenuum præſtitiſſet, corona donatus eſt: ſed quia tamen ætate non poſtulante, nec armis in patria uſitatis rem geſſiſſet, pœna affectus. Id quod uſque adeo ſervabatur, ut in extrema neceſſitate, quum omnes armis per ætatem ferendis idonei educerentur, juvenes tamen cum ſenibus domi relinquerentur, ut patriæ cuſtodiam agerent, ex D reliquis vix aliis, quam qui ad capiendos magiſtratus neceſſarii eſſent, remanentibus. Ita Thucydides ait lib. V. Spartani exercitus, qui ad Tegeam ducebatur, partem domum remiſſam, ἐνῷ, inquit, τὸ πρεσβύτερόν τε καὶ τὸ νεώτερον ἦν, ὥστε τὰ οἴκοι φρουρεῖν, id eſt, *ubi erant ſenes & juvenes, ut domi patriæ præſidio forent.* Et Xenophon quodam in loco ait, præter juvenes & ſenes, paucos tantum relictos, ut obirent publica munia.

Instit. II.

Ante plenilunium cum exercitu non exeundum. Lex de Plenilunio obſervando. E

LUNAM Græci omnes obſervabant, tempora ei accommodantes, & in his præcipue Lacedæmonii. Nam illi uſque adeo eam reſpexerunt, ut ſuperſtitione quadam nec publice aliquid agerent, tum quoque exercitum, antequam pleno eſſet orbe nequaquam educerent. Qua de re legem eos habuiſſe teſtatur Herodotus *lib.* VI. Nam quum Athenienſes bello Perſico Darii, poſt direptam Eretriam, miſiſſent ad Lacedæmonios petitum auxilia, decreverunt quidem illis ſubvenire Lacedæmonii: Ἀδύνατα δέ σφι (inquit) ἦν τὸ παραυτίκα ποιέειν ταῦτα, οὐ βουλομένοισι λύειν τὸν νόμον. Id eſt, *Impoſſibile illis erat* F *ſtatim hoc facere, nolentibus rumpere legem.* Nam nonus erat dies menſis inſtantis, quo negabant ſe progreſſuros, nec niſi orbe lunari impleto. Idem quoque tradit Lucianus lib. *de Aſtrologia* ita ſcribens: Λακεδαιμονίοις Λυκοῦργος τὴν πολιτείην πᾶσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διετάξατο, καὶ νόμον σφίσιν ἐποιήσατο, μηB δαμοῦ μηδὲ ἐς πόλεμον προχωρέειν πρὶν τὴν σελήνην πλήρεα γενέσθαι. Id eſt, *Lycurgus tum Lacedæmoniis omnem Reipub. conſtitutionem ex cœlo ordinavit: Tum legem eis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium.* Non enim exiſtimabat, inquit, eandem eſſe civitatis adminiſtrationem creſcente Luna & evaneſcente, propterea quod omnia ab illa regerentur.

Instit. III.

Adverſus eoſdem hoſtes identidem bellum non gerendum. Ratio hujus inſtituti. Ageſilaus crebro adverſus Thebanos pugnans reprehenſus.

HANC tertiam Rhetram fuiſſe Lycurgi teſtatur aliquoties Plutarchus. In *Lycurgo* ita ſcribit: Τρίτην δὲ ῥήτραν διαμνημονεύουσι τοῦ Λυκούργου, τὴν κωλύουσαν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς πολεμίους στρατεύειν, ἵνα μὴ πολλάκις ἀμύνεσθαι συνεθιζόμενοι, πολεμικοὶ γένωνται. Id eſt, *Tertiam hanc Rhetram commemorant Lycurgi, quæ probibet adverſus eoſdem hoſtes bellum repetere: ut ne ſæpius exercitati armis, bellicoſi reddantur.* Eandem legem alia forma conceptam tribuit etiam Polyænus Lycurgo lib. I. *Strategematum.* Itaque vitio datum Ageſilao, quod contra hanc legem adverſus Thebanos crebras ſuſciperet expeditiones, qui nunquam bellicoſiores extiterunt, quam quum ſæpius a Lacedæmoniis bello affligerentur. Quod & Antalcidas Ageſilao exprobravit. Nam quum quadam in pugna contra Thebanos vulnus accepiſſet, fertur Antalcidas ad eum dixiſſe: *Pulchram a Thebanis mercedem reportas, quos invitos & neſcientes pugnare docuiſti.* Plutarc. *Lycurgo, Ageſil.* & *Apophtheg.*

Instit. IV.

Nautæ nulli ſint, nec prælio navali pugnandum. Inſtitutum hoc immutatum.

LEX fuit hæc Lacedæmoniis antiqua, ne nautæ aliqui eſſent, neve ad bella maritima aſſuefierent. Ita enim Plutarchus *Inſtitutis Laconicis*: Ἀπείρητο δὲ αὐτοῖς ναύταις εἶναι, καὶ ναυμαχεῖν. Id eſt, *Interdictum ipſis nautis eſſe, & prælio navali pugnare.* Quare Iſocrates ait initio ipſos parum valuiſſe bellis maritimis, ſed tantum opinione quadam traxiſſe ad ſe alios. Ita enim in *Plataico* ſcribit: Τίς οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ Λακεδαιμόνιοι τὴν δύναμιν τὴν ὑμετέραν ἀνυπόστατον δοκοῦσαν εἶναι κατέλυσαν, μικρὰς μὲν ἀφορμὰς εἰς τὸν πόλεμον τὸν κατὰ θάλατταν τὸ πρῶτον ἔχοντες, διὰ δὲ τὴν δόξαν ταύτην προσαγαγόμενοι τοὺς Ἕλληνας. Id eſt, *Quis ignorat, quod Lacedæmonii veſtram potentiam, cui nemo reſiſtere poſſe videbatur, everterunt, quum initio exigua adjumenta haberent ad bellum navale. Sed tamen opinione hac Græcos ad ſe pellicientes*: Sed de his tamen ſecus poſtea factum, quum incurſaretur regio ipſorum ab Athenienſibus & aliis. Tum enim coacti claſſem pararunt, qua inſignem illam victoriam de Athenienſibus obtinuit Lyſander, ac maris principatum ab Athenienſibus ad Lacedæmonios traduxit. Quem quum amiſſum non recu-

perare facile erat, ac videntes corruptelam morum a nautis induci, studium rerum maritimarum intermiserunt. Quod tamen denuo repetere coacti sunt, ut ait Plutarchus. Qua de re infra plura.

INSTIT. V.

Turrium & murorum oppugnatio non fiat. Hujus instituti ratio.

QUOD τειχομαχία, seu *murorum & turrium oppugnatio* Lacedæmoniis non fuerit usitata, nihil mirum, quippe quod ipsi muros & turres B non habebant. Nec putabant magnopere de munitionibus & propugnaculis laborandum, modo acie hostes vincere possent. Itaque hujus rei erant reliquis Græcis imperitiores, alias fortissimi omnium bellatores. Ita Herodotus scribit *lib.* IX. Persas fugientes in ligneos muros evasisse, & turres muniisse, quos expugnare Lacedæmonii non poterant: Προσελθόντων, inquit, *Λακεδαιμονίων, κατεστήκεέ σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη. ἕως μὲν γὰρ ἀπῆσαν Ἀθηναῖοι, οἱ δ' ἠμύνοντο, καὶ πολλῷ πλέον εἶχον τῶν Λακεδαιμονίων, ὥστε οὐκ ἐπισταμένων τειχομαχέειν.* Id est, *Subeuntibus Lacedæmoniis, acrior extitit muri oppugnatio. Nam quod Athenienses abfuere, non modo barbari se de-* C *fensabant, sed etiam Lacedæmoniis antecellebant, utpote ignaris murorum oppugnandorum.* Hoc autem institutum fuisse Lycurgi testatur Plutarchus, referens ipsius quoddam apophthegma, quo legis hujus rationem reddit. Nam quærente quodam cur turrium ac murorum oppugnatione suis interdixisset, Respondit: *Ne a muliere, aut puero, aut eorum simili, præstantiores interficiantur.* Quod sæpe quidem accidisse haud dubium.

INSTIT. VI.

In bello liberior sit vivendi ratio. Ratio hujus instituti. D

DOMI severiorem disciplinam servarunt circa victum, amictum, exercitia & alia: in bello autem laxius, & hoc quasi vinculo soluti, degebant. Plutarchus *Lycurgo*: Εχρῶντο δὲ γυμνασίοις *μαλακωτέροις παρὰ τὰς στρατείας, καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν οὐχ οὕτω κεκολασμένην, οὐδ' ὑπεύθυνον τοῖς νέοις παρεῖχον, ὥστε μόνοις ἀνθρώπων ἐκείνοις τῆς εἰς τὸν πόλεμον ἀσκήσεως, ἀνάπαυσιν εἶναι τὸν πόλεμον.* Id est, *Exercitationibus utebantur per bella mollioribus, & reliquam quoque vitam minus adstrictam & obnoxiam dabant juventuti. Ita solis inter mortales respiratio exer-* E *citationis bellicæ, erat ipsum bellum.* Quod tamen ita intelligendum, non quod laxata fuerit prorsus militaris disciplina: sed quod in victu, & amictu, & exercitiis, multum eis indultum fuerit, quod domi non licuerit. Quod ita fieri consentaneum, ut alacrius bellum capesserent, & plus damni etiam hostibus inferrent. Quo pertinere videtur, quod apud Herodotum est, *lib.* IX. de Lacedæmoniis. Nam quum essent eorum vices manendi extra castra in statione, eques Xerxis speculatum missus invenit eos ludis gymnasticis, & comæ ornandæ tantum operam dare. Quod Xerxes in primis admiratus.

INSTIT. VII.

F

Castra sæpe moveantur. Hujus instituti ratio.

NON patiebantur Lacedæmonii moram nectere exercitum uno in loco diuturniorem, nec hostem ad se attrahere; sed potius duxerunt castra sæpe movere, & in hostico omnia experiri, atque undique populari. Castra itaque sæpe jubebantur lege Lycurgi in diversa loca transferre. Xeno- A phon *de Repub. Lacedæmon.* Μεταστρατοπεδεύονταί γε *μὴν πυκνά, καὶ τοῦ σίνεσθαι τοὺς πολεμίους ἕνεκα, καὶ τοῦ ὠφελεῖν τοὺς φίλους.* Id est, *Castra sæpius mutant, partim ut hostibus detrimentum afferant, partim ut amicis prosint.* Ex quibus Xenophontis verbis etiam quæ ratio hujus instituti indicatur. De damnis hostium idem traditur Lycurgi apophthegma. Nam sciscitanti cur crebro jussisset castra movere, Respondit: *Ut pluribus hostes damnis afficiamus.*

INSTIT. VIII.

Milites quidem in armis quietem capiant: sed sine scutis custodiam agant. Hymnos canere in divos Lacedæmonii soliti.

QUAMVIS liberius aliquantum in quibusdam rebus militiæ degebant Lacedæmonii: tamen noctu in armis somnum capere jubebantur, ut expediti essent, & vigilantes, ingruentibus nocturnis periculis. Itaque cœna peracta, postquam hymnos cecinissent, tum vero ad somnum se componentes, arma non exuerunt. Nam id de hymnis etiam ante somnum fieri solitum, testatur Xenoph. Μετά γε μὴν ταῦτα δειπνοποιεῖσθαι κηρύττεται, καὶ ἐπειδὰν ᾄσωσι εἰς τοὺς θεοὺς οἷς ἂν κεκαλλιερηκότες ὦσιν, C ἐπὶ τῶν ὅπλων ἀναπαύεσθαι. Id est, *Post vespertina exercitia denunciatur sumendam esse cœnam: & postquam hymnos in Divos cecinerunt, quibus est facta res sacra, in armis quietem capiunt.* Quod autem sine scutis custodiam agerent, testatur Tzetzes *Chil.* IX. *Hist.* CCLXXVI. de Duce quodam Lacedæmonio ita scribens:

Ποτὲ καί τις τῶν στρατηγῶν μᾶλλον φρονούντων, πάντας
Γυμνοὺς ἀσπίδων ἀνέθετο τοὺς φύλακας, ἐῶσιν
Ὅπως ἐπαγρυπνότεροι τὴν φυλακὴν ποιῶνται,
Καὶ μὴ θαρρήσαντες αὐταῖς, εἰς ὕπνον ἐκτραπῶσιν.

Id est,

D *Olim aliquis Ducum magis prudentiorum, omnes*
Nudos sine scutis custodes sinebant,
Ut vigilantiorem custodiam agerent,
Et ne fidentes ipsis, ad sommum se verterent.

INSTIT. IX.

Ante prælium rex Musis sacrificet. Ratio hujus instituti.

LACEDÆMONII ἄμουσοι, & a Musis alieni, iis tamen rem divinam facere voluerunt. Quod in primis mirum, quandoquidem non consen- E taneum iis cultum impendere, quarum numen & dona contemnuntur. At nihilominus suum eis sacrificium apud Lacedæmonios, quod Rex quidem ipse peragebat instante jam prælio. Ita enim Plutarchus *Lycurgo*: Εν ταῖς μάχαις προεθύετο ταῖς Μούσαις ὁ βασιλεὺς ἀναμιμνήσκων (ὡς ἔοικε) τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ἵνα ὡς πρόχειροι παρὰ τὰ δεινὰ, καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων. Id est, *Ante pugnam Rex Musis sacrificabat, admonens, (ut videtur) disciplinæ & judiciorum: ut in periculis offerrent se, & successum ad res memoria & oratione dignas præstarent.* Cujus meminit instituti F etiam libro περὶ ἀοργησίας; ubi tamen refert ejus causam, ad sistendam iracundiam, & animi impetum in præliis, Musis rationem in suo statu commoderantibus. Eudamidas autem apophthegmate suo ad priorem causam respexit. Nam interrogatus cur ante pugnam Musis litaretur, Respondit: *Ut actionibus bona obvenirent præconia.* Ita Lacedæmonii quamvis Musis haud dediti, tamen res suas gestas oratione celebrari expetebant. Atque hoc sacrificium fuisse capellæ mactationem postea dicemus.

Instit. X.

In prælio ad tibiæ concentum progrediendum. Ratio hujus instituti. Alia hujus instituti ratio. Carmen quod tibia canebatur quale fuerit. Tuba receptui cani solitum.

ALIÆ gentes animos ad bella accedunt vocaliore & sonantiore Musica, ut tubis, tympanis & talibus: Lacedæmonii autem sedatiore Musica utentes tibias adhibuerunt. Nam apud eos passim sparsi erant tibicines per exercitum, qui inter pugnandum incinerent. Cujus quidem quicunque reddendam rationem censuerunt gravissimi auctores, in eamdem fere consentiunt. Sed meminere ejus sine addita ratione alii. Thucydides *lib.* v. testatur ad secandos gradus, & continendum exercitum, id fieri ab eis solitum. Ejus verba de bello Lacedæmoniorum & Argivorum scribentis, hæc sunt: Μετὰ ταῦτα ἡ ξυνόδος ἦν. Ἀργεῖοι μὲν καὶ οἱ ξύμμαχοι, ἐντόνως καὶ ὀργῇ χωροῦντες, Λακεδαιμόνιοι δὲ βραδέως καὶ ὑπὸ αὐλητῶν πολλῶν νόμῳ ἐγκαθεστώτων, οὐ τοῦ θείου χάριν, ἀλλ' ἵνα ὁμαλῶς μετὰ ῥυθμοῦ βαίνοντες προσέλθοιεν, καὶ μὴ διασπασθείη αὐτοῖς ἡ τάξις. Id est, *Post hæc concursum est: Argivis & sociis vehementer & irate tendentibus: Lacedæmoniis autem cunctantes, & ad cantum tibicinum, qui inter ipsos multi ex lege interpositi erant, non rei Divinæ gratia, sed ut æquabiliter ad numerum progredientes incederent, & ne ordo divelleretur.* Plutarchus ait eos ita incedentes horribiliores hostibus videri, ipsos autem ordinem servantes minus turbari, quod neque timor, neque ira eis ingeneretur. Ita enim scribit, tibiarum concentu eos affectos incedere, ὥστε σεμνὴν καὶ καταπληκτικὴν τὴν ὄψιν εἶναι, *ut conspectus esset gravis & percellens.* Nec multo dissimilibus verbis Latinis idem retulit Valerius Maximus *lib.* II. *cap.* VI. ubi judicat hoc ad calorem cohortationis animo trahendum, & ad strenue invadendum hostem vegeto & crebro ictus sono, pertinere. Agesilaus autem, ut est in ejus apophthegmate, ad demonstrandam timiditatem & fortitudinem hæc pertinere existimat. Nam interrogatus Agesilaus cur ad tibiæ cantum Spartani pugnarent, Respondit: *Ut ipsis ad numerum incedentibus, appareat qui timidi, qui fortes.* Quod ita intelligendum, ac si timidi numerum incedendo servare non possint. Cujus apophthegmatis sensum nescio an perceperit Interpres. Præter hos meminere ejus alii. Xenophon appropinquantibus hostibus, post mactatam capellam, tibias incini. Sic enim scribit. Ὅταν γὰρ ὁρώντων ἤδη τῶν πολεμίων χίμαιρα σφαγίζηται, αὐλεῖν δὲ πάντας τοὺς παρόντας αὐλητὰς νόμος, &c. Id est, *Quum jam conspectis hostibus capella mactatur, Lex jubet ut omnes quotquot adsunt tibicines, tibia canent.* Cicero ait tibiis per anapæstos cani solitum, *Tusculana* II. ita scribens: *Militiam vero nostram dico, non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhibetur ulla sine anapæstis pedibus hortatio.* Lucianus *de Saltatione* huic Musicæ omnem eorum victoriam attribuit, inquiens: Ἅπαντα μετὰ μουσῶν ποιοῦσιν. ἄχρι τοῦ πολεμεῖν πρὸς αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν, καὶ εὔτακτον ἔμβασιν τοῦ ποδός· καὶ τὸ πρῶτον σύνθημα Λακεδαιμονίοις πρὸς τὴν μάχην ὁ αὐλὸς ἐνδίδωσι. τοιγαροῦν καὶ ἐκράτουν ἁπάντων, μουσικῆς αὐτοῖς καὶ εὐρυθμίας ἡγουμένης. Id est, *Omnia cum carminibus Lacedæmonii facere soliti sunt, adeo ut ad tibiarum quoque numerum, & moderatum pedum ingressum, prælinm committant. Ac primum quidem signum ad pugnam tibia dare solet, proinde de omnibus reportarunt victoriam, Musica & modulorum concinnitate ipsos ducente.* Cum quo consentit Maximus Tyrius *Oratione* XXI. ubi crebram victoriam Lacedæmoniorum etiam acceptam refert tibiæ concentui. Sed & Clemens Alexandrinus *Pædagog.* libro secundo capite quarto bellicam Musicam variarum gentium enu-

A merans, Lacedæmoniis tibiam tribuit. Meminit & Quintilianus *libro primo capite decimo sexto.* Et Nicolaus *de moribus gentium* apud Stobæum. Carmen autem ipsum, quod tibia canebatur, primum dicebatur Castoris, deinde alterum embaterium, ut scribit Plutarchus. Quorum posterius in ipsa impressione canebatur, unde & nomen factum. Cujus vim & efficaciam commendat etiam maximus Tyrius *Oratione septima.* Ad hunc itaque modum pugna concentu tibiæ inchoabatur. Verum quod receptui canebatur non tibia, sed tuba, quæ σάλπιγξ exponitur Græcorum, id ex unico Polybii loco didici. Ita enim scri-
B bit is fine *libri secundi* de Cleomene. Ἀνακληθέντων δὲ τῶν παρ' ἑτέροις εὐζώνων ἐκ τοῦ μεταξὺ τόπου διὰ τῆς σάλπιγγος, &c. ubi manifeste indicat *tuba expeditos* seu *levis armaturæ milites revocatos ex medio loco* ad latus.

Instit. XI.

Ex acie nemo fugiat, nec ordinem deserat, sed aut vincat, aut occumbat. Ordinis in acie desertor, ignominia notabatur. Lacænarum mulierum fortitudinis exempla, fugitivos ex acie filios interficientium. Fugiendo vicisse Lacedæmones quo modo di-
C *cantur.*

DIXIMUS ex Thucydide ad servandum ordinem conduxisse tibiæ concentum. Hoc autem inprimis requirebatur, quod ad victoriam ordinis observatio maximi esset momenti. Itaque vel a pueris sic instituebantur, ne fugerent vel loco cederent. Utrumque enim lex vetabat, ut disserit Demaratus apud Herodotum *libro septimo.* Ibi enim quum dixisset legem dominam esse Lacedæmoniis, hæc addit: Ποιεῦσι γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ. ἀνώγει δὲ τοῦτο ἀεὶ, οὐκ ἐῶν φεύγειν οὐδὲν πλῆθος ἀνδρῶν ἐκ μάχης. ἀλλὰ μένοντας ἐν τῇ τάξει, ἐπικρατέειν, ἢ ἀπόλλυσθαι. Id est, *Faciunt quæcunque lex jubet. Jubet autem id*
D *semper vetans ex acie fugere, quantumvis magnam multitudinem: sed manentes in ordine, aut vincere, aut occumbere.* Meminit etiam idem auctor *lib.* IX. Itaque ignominia, qui ordinem deseruerat, notabatur, ut scribit Isocrates *de Pace.* De Damatria quæ filium & timidum, & seipsa indignum, bello reversum interfecit, supra diximus. Alia quædam Lacæna, quum filium fuga ex hostibus evasisse intellexisset, hæc ad eum scripsit: *Mala de te fama sparsa est, aut hanc elue, aut ne amplius esto.* Alia, quum filii, qui e prælio fugerant, ad ipsam essent reversi. *Quo*, inquit, *fugitivi venitis mala mancipia? An huc unde egressi estis ingressuri?* Quæ dum diceret, ven-
E trem sublata veste illis ostendebat. Quædam alia adventantem filium conspicata, interrogavit, *Quo in statu res patriæ essent?* Quum autem is respondisset, *omnes interierunt*, sublatam tegulam in eum projecit & interfecit, dicens: *Itane ergo te malorum nuncium miserunt?* Alia filium qui ordines deseruerat, tanquam patria indignum interfecit: inquiens, *Non meum est hoc germen.* De qua tale est Epigramma:

> Ἔρῤε κακὸν φύτευμα διὰ σκότος, οὗ διὰ μῖσος
> Εὐρώτας δειλαῖς μηδ' ἐλάφοισι ῥέοι.
> Ἀχρεῖον σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς, ἔῤῥε ποθ' ᾅδαν,
> Ἔῤῥε, τὸ μὴ Σπάρτας ἄξιον, οὐδ' ἔτεκον.

F Id est,

> *Peri mala planta per tenebras, propter cujus odium*
> *Eurotas nec timidis cervis fluat.*
> *Inutilis catule, mala portio, peri ad orcum,*
> *Peri, minime Sparta digne, nec te genui.*

Cui non dissimilia sunt, quæ extant libro primo. *Anthologiæ* titulo εἰς ἀνδρείαν. Prius Palladæ sic habet:

Φεῦγε Λάκων ποτὲ δηϊοτῆτ' · ὑπαντιάσασα δὲ μήτηρ
Εἶπε, κατὰ στέρνοιο ἄορ ἀναχομένη·
Ζώων μὲν σέο ματρὶ διαμπερὲς αἶσχος ἀνάπτεις,
Καὶ κρατερᾶς Σπάρτας πάτρια θέσμα λύεις·
Ην δὲ θάνῃς παλάμῃσιν ἐμαῖς, μάτηρ μὲν ἀκούω
Δύσμορος, ἀλλ' ἐν ἐμῇ πατρίδι σωζομένα.

Id est.

Fugiebat Lacon aliquando pugnam: occurrens autem mater
Dixit, per pectus ensem transadigens:
Vivens quidem tuæ matri utrinque trajectum dedecus alligas,
Et fortis Spartæ patrias leges solvis.
Si vero moriaris manibus meis, mater quidem audio
Infelix, sed in mea patria servata.

Alterum Juliani tale est:

Μήτηρ υἱα λιπόντα μάχην μετὰ πότμον ἑταίρων
Εκτανεν, ὠδίνων μνῆστιν ἀνηναμένη.
Καὶ γὰρ γνήσιον αἷμα διακρίνει Λακεδαίμων,
Αλκῇ μαρναμένων, ἐ γενεῇ βρεφέων.

Id est:

Mater filium, qui deseruerat pugnam post mortem commilitonum,
Interfecit, dolorum partus memoriam renuens.
Etenim genuinum sanguinem dijudicat Lacedæmon,
Virtute pugnantium, non generatione puerorum.

Quod quum ita sit, Plato tamen *Lachete* scribit, Lacedæmonios ad Platæas fugiendo vicisse. Quod qua ratione factum, videatur apud Herodotum.

INSTIT. XII.

Qui clypeum in pugna amittit, ignominiosus fit. Matrum Lacænarum ἐπίφθεγμα, *quod filiis ad bellum proficiscentibus dabant. Ratio hujus instituti.*

SICUT fugere, vel ordinem deserere non licebat: ita nec clypeum abjicere, quod qui hoc fecisset, is ægre fugam evitare poterat. Clypeum itaque abjicere non minus ignominiosum, quam vel fugam capessere, vel locum in acie deserere. Quapropter solebant matres filiis ad bellum proficiscentibus hoc ἐπίφθεγμα, seu documentum postremum dare, tradendo ipsis scutum seu ἀσπίδα, dicentes: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, id est, *aut hoc reporta, aut super hoc morere*. Quod Valerius Maximus *lib.*II. *cap.* VII. paulo aliter exponit. *Id a Duce*, inquit, *præcipi non mirabantur, maternarum blanditiarum memores, quæ exituros eos ad præliandum monebant, ut aut vivi cum armis in conspectum earum venirent, aut mortui in armis referrentur. Hoc intra domesticos parietes accepto signo Spartanæ acies dimicabant*. Seneca *suasoria* II. de Lacedæmoniis agens: *Referam*, inquit, *præcepta matrum, aut in his, aut cum his*. Scholiastes Thucydidis ait recens natis infantibus in scuto collocatis appolita hasta hoc dici solitum: ut etiam supra attigimus. Sed Plutarchus in *Apophtheg.* ita hoc narrat, ac si non publici instituti fuerit, sed unius cujusdam generosæ Lacænæ vox. Causam autem instituti retulit Demaratus suo quodam apophthegmate. Nam interrogatus a quodam Demaratus, cur ignominia notarentur, qui clypeum amisissent, non item qui galeam aut thoracem, Respondit: *Quia hoc sui ipsorum causa gestant: Clypeum autem propter communem ordinem*. Generosa itaque mater, quæ filium nudum & sine armis ex bello revertentem gladio transfegit. De qua hoc extat Epigramma *Anthol.* lib. I. cap. V.

Γυμνὸν ἰδοῦσα Λάκαινα παλίντροπον ἐκ πολέμοιο
Παῖδ' ἐὸν ἐς πάτρην ὠκὺν ἱέντα πόδα·
Αντίη αἴξασα, δι' ἥπατος ἤλασε λόγχην.
Αῤῥενα ῥηξαμένη φθόγγον ἐπὶ κταμένῳ.
Αλλότριον Σπάρτας (εἶπεν) γένος, ἔῤῥε ποθ' ἅδαν,
Ερρ' ἐπεὶ ἐψεύσω πατρίδα καὶ γενέταν.

Id est:

Nudum cum vidisset Lacæna revertentem ex bello
Suum filium in patriam celerem mittentem pedem.
Ex adverso impellens per hepar trajecit hastam,
Virile rumpens verbum super interfecto.
Alienum a Sparta, dixit, genus, male peri ad orcum,
Peri, quoniam mentitus es patriam & ortum.

INSTIT. XII.

Hostibus fugientibus non instandum. Hujus instituti utilitas. Alia hujus instituti ratio.

QUI dixit hosti fugienti aureum sternendum pontem, is prorsus cum Lacedæmoniis sensit. Nam tantum aberat, ut ii hostes a fuga prohiberent, ut etiam fugientes non insequerentur. Quod a Lycurgo in leges relatum, ab eoque Lacedæmoniis præceptum servatumque, ut plurimum fuisse scribunt gravissimi auctores. Thucydides *lib.* V. Οἱ Λακεδαιμόνιοι μέχρι μὲν τοῦ τρέψαι, χρονίους τὰς μάχας καὶ βεβαίους τῷ μένειν ποιοῦνται· τρέψαντες δὲ, βραχεῖα καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ τὰς διώξεις. Id est, *Lacedæmonii quidem diu atque acriter manendo pugnant, dum hostem in fugam vertant. Fugatum vero neque diu, neque procul persequuntur*. Idem tradit & Plutarchus *Lycurgo*, ubi insignem hujus adfert utilitatem, ita scribens: Τρεψάμενοι δὲ καὶ νικήσαντες ἐδίωκον, ὅσον ἐμβεβαιώσασθαι τὸ νίκημα τῇ φυγῇ τῶν πολεμίων· εἶτα εὐθὺς ἀνεχώρουν, οὔτε γενναῖον, οὔτε Ελληνικὸν ἡγούμενοι κόπτειν καὶ φονεύειν ἀπολεγομένους καὶ παρακεχωρηκότας. ἦν δὲ οὐ μόνον καλὸν τοῦτο καὶ μεγαλόψυχον, ἀλλὰ καὶ χρήσιμον· εἰδότες γὰρ οἱ μαχόμενοι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι τοὺς ὑφισταμένους ἀναιροῦσι, φείδονται τῶν ἐνδιδόντων, τοῦ μένειν τὸ φεύγειν ἡγοῦντο λυσιτελέστερον. Id est, *Fusos fugatosque hostes hactenus consectabantur, dum fuga eorum confirmassent victoriam, mox receptui canebant: cædere & contrucidare fractos & manus dantes, neque generosum rati, neque Græcis dignum. Quod erat per se non solum honestum, atque animi excelsi, sed etiam conducibile. Nam certi qui manus cum iis conserebant, occidere eos subsistentes & manentes, terga vertentibus parcere: fugam capessere, quam in acie manere ducebant commodius*. Quæ totidem fere verbis idem auctor in *Apophthegmatis* repetit, facta hujus quoque mentione libro περὶ ἀοργησίας. Pausanias autem de hoc instituto loquens, existimat id pertinuisse etiam ad ordinem servandum. Ita enim in *Messenicis* scribit: Τοὺς Λακεδαιμονίους ἅμα εἶργε, μὴ πρόσω τοῖς ἀποχωροῦσιν ἐπακολουθεῖν, οὐχ ἥκιστα καὶ ἡ ἀπειρία τῶν τόπων· ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ ἄλλως πάτριον σχολαιτέρας τὰς διώξεις ποιεῖσθαι, μὴ διαλῦσαι τὴν τάξιν πλείονα ἔχοντας πρόνοιαν, ἤ τινα ἀποκτεῖναι φεύγοντα. Id est, *Ipsos Lacedæmonios quo minus hostem fugientem insequerentur, plurimum quidem locorum ignoratio deterruit. Erat tamen eis patrium institutum, ut minus cupide hostes consectarentur, magis curam habentes, ne ordinem turbarent, quam ut fugientem occiderent*. Sed & Polyænus *lib.* I. hanc legem Lycurgi fuisse commemorat. Atque hinc est, quod apud Herodotum scribitur, vetuisse Lacedæmonios, ne Mantinei Medos, qui cum Teribazo in Thessaliam fugerant, persequerentur.

INSTIT. XIV.

Cadavera hostium interfectorum non spolientur, nec spolia suspendantur. Ratio hujus instituti. Alia hujus instituti ratio. Hujus instituti restrictio, vel potius depravatio posteriorum temporum.

HÆC lex consentanea multis superiorum, ut pleræque aliæ inter se consentiunt. Nam si hostes spoliare licuisset, jam & opes & peregrina supellex, arma, aliaque luxuriæ instrumenta Spar-

tam advecta fuissent. Deinde & ordinem relinquere, atque excedere loco necesse fuisset eis, qui spolia affectabant. Quæ omnia corrumpendæ erant disciplinæ Reipub. & amittendæ victoriæ. Recte itaque & hæc lex a Lycurgo reliquis addita. Ita Ælianus *lib.* VI. *cap.* VI. scribit: *Ὅτι οὐκ ἐξῆν ἀνδρὶ Λάκωνι οὐδὲ σκυλεῦσαι τὸν πολέμιον*. Id est, *Quod non licebat viro Lacedæmonio hosti manubias detrahere*. Sed & causam aliam reddit Lycurgus apophthegmate quodam, quam nos hic attigimus. Nam interrogatus a quodam cur ex hostibus capta spolia Diis dicata non suspenderunt, Respondit: *Quia a timidis capta sunt. Talia autem neque cerni ab adolescentibus, neque Diis dicari convenit*. Sed hæc ita intelligenda, ne inter præliandum privatim spoliare liceret. Nam post pugnam satis constat spolia capta. Pausanias enim victo Mardonio præda potitus ingenti, unde ipsi decima pars data, reliqua divisa inter cæteros, prout quisque meritus erat. Deinde etiam arma ab hostibus capta, Diis non suspendebantur, sed tantum ex iis trophæum statuebatur. Donaria vero ex spoliis sacrata Diis fuisse non ambigitur. Sicut a Pausania ex præda Persica Apollini Delphico tripos, Jovi Olympio statua ærea septem cubitorum dicata, ut scribit Herodotus *lib.* IX. Quemadmodum postea ex Argivorum & Mantineorum cadaveribus tum arma ad trophæum, tum reliquus ornatus detractus, ut testatur Thucydides *lib.* V. Quæ tamen si quis contra leges posterioribus temporibus facta existimet, non refragabor.

INSTIT. XV.

Qui strategemate hostem superant, bovem Marti sacrificent: Qui vi aperta, gallum gallinaceum. Ratio hujus instituti. Dispar apud Romanos hac in re ratio.

HOC vetus institutum, quo sancitur honos victori, ut liceat ipsi sacrificium offerre. Quod fere potissimum eorum, quæ antiquis legibus de honore invenio. Plutarchus *Institutis Laconicis* *Ὅταν στρατηγήματι τοὺς πολεμίους νικήσωσι, βοῦν τῷ Ἄρει θύουσιν· ὅταν δ᾽ ἐκ τοῦ φανεροῦ, ἀλεκτρυόνα*. Id est, *Quum strategemate hostem superassent, bovem Marti*

A *sacrificabant: Quum vi aperta, gallum*. Cujus postea addit idem rationem hanc: *Quod ita vellent assuefacere Duces, ut non modo bellicosi essent, sed etiam calliditate, quæ in Imperatoribus requiritur ad strategemata, pollerent*. Cæterum idem Plutarchus in *Marcello* scribit, contrarium hac in re fieri atque a Romanis solet. Nam triumphabat apud Romanos, qui aperta vi: ovans tantum urbem ingrediebatur, qui astu sine sanguine, hostes superasset. At contra sacrificium majus & honoratius, videlicet bovem apud Lacedæmonios, qui strategemate: minus autem, utpote gallum sacrificabant, qui cruento Marte victoriam obtinuisset. Laudabilius igitur existi-
B marunt Lacedæmonii astu & consilio integrum, quam sanguine fuso lacerum & afflictum exercitum domum reducere.

INSTIT. XVI.

Qui major est quadraginta annis a pubertate, militiæ vacationem habeat.

SICUT erat lex annaria de ætate, qua in militiam scribebantur Lacedæmonii: ita & de vacationis anno etiam constitutum erat. Dabatur autem militiæ vacatio, seu missio honoraria, post annum supra pubertatem quadragesimum, Ita enim
C Xenophon lib. V. *Hellenicon*: *Ἀγησίλαος μὲν, λέγων ὅτι ὑπὲρ τετταράκοντα ἔτη ἀφ᾽ ἥβης εἴη, καὶ ὥσπερ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἡλικιώταις οὐκέτι ἀνάγκη εἴη τῆς ἑαυτῶν ἔξω στρατεύεσθαι, οὕτω δὴ καὶ βασιλεῦσι τὸν αὐτὸν νόμον ὄντα ἀπεδείκνυε, κἀκεῖνος μὲν δὴ λέγων ταῦτα οὐκ ἐστρατεύετο*. Id est, *Agesilaus quum diceret annis jam quadraginta se pubertatem excessisse, ac demonstraret itidem ut alios, tam grandi ætate necesse non esset extra patriæ limites militatum ire, sic & Reges eodem jure uti: hæc igitur quum diceret, ea se expeditione liberabit*. Quod etiam retulit Plutarchus in *Vita Agesilai*. Qui autem annus finem pubertati attulerit, supra dictum est. Ac talis quidem mili-
D tiæ finis, ubi & hujus libri finis nobis *de Institutis* seu *Legibus*. In quibus si quæ desiderentur, ea dartim ex superioribus, partim ex iis quæ restant dicenda, petantur. Nam quædam leges & instituta passim alibi explicata sunt.

NICOLAI CRAGII
RIPENSIS
DE
REPUBLICA LACEDÆMONIORUM
LIBER QUARTUS.

CAP. I.

Quarti liri summarium. Publica onera apud Lacedæmonios, alia patrimonialia, alia personalia. Patrimonialia, tributa. Personalia, militia. De tributis Lacedæmoniorum difficilis indagatio. Tributa quæ antiquitus apud Lacedæmonios usitata. Vectigalium item quæ ratio. Tributorum quæ ratio posterioribus temporibus Reipub. Tributa tum civibus tum sociis indicta. Tributa vel ad sortes vel ad facultates alias comparata. Tributa sortium qualia fuerint. Tributa & onera pro facultatum æstimatione descripta. Tributa a sociis quomodo &
E *quæ exigerentur. Qua distinctione vel millites vel pecuniam sociis Lacedæmonii imperarint.*



HAC postrema Parte de pluribus bus simul differimus, quæ quidem tribuenda fuerant in libros plures. Nam singulatim de oneribus publicis, de actionibus & judiciis, de præmiis & pœnis dicere oportuerat.
F Sed quia partim scriptorum inopia, partim re ita ferente, pauca de iis suppetunt, non fuit consilium ea distrahere, & ita plura volumina

ſecare. Itaque hoc Libro quarto ſimul de cunctis ictis pertractabimus. Initium autem faciemus a publicis oneribus ſeu muneribus, quorum quæ patrimonialia ſunt, tributa tantum fuiſſe invenimus: Quæ perſonalia, militiam. Nam alia onera apud Lacedæmonios uſitata, nulla dum reperire licuit. Ac de tributis quidem hoc capite agamus, deinceps quæ de militia habemus, explicabimus. Quomodo autem ordinata Lacedæmone fuerint tributa, nemo veterum auctorum diſerte vel perſpicue ſatis declaravit: itaque non poſſumus niſi obſcuris quibuſdam veſtigiis de ea re indagare. Dabimus operam tamen, quod rei conveniens, & reliquis inſtitutis conſentaneum fuerit, eruere.

In primis autem hoc monitum volumus, non videri antiquitus uſitata fuiſſe ulla tributa, quibus pecunias, vel alia, ex re familiari in commune conferrent. Nam opum tum minime avidis, atque idcirco non bene iis inſtructis, præſtare Reipublicæ tributa difficile erat. Unde Archidamus apud Thucydidem dicit, difficulter Lacedæmonios ex privatis contribuere. Ita enim de pecuniæ inopia ait: οὔτε ἐν κοινῷ ἔχομεν, οὔτε ἑτοίμως ἐκ τῶν ἰδίων φέρομεν. Id eſt, *Nequc in communi habemus, neque prompte ex propriis afferimus*. Quod Scholiaſtes refert ad paupertatem, πένητες γάρ, *pauperes enim*, inquit. Nos autem de diſſuetudine quoque dictum accipimus, tamquam ægre obtineri potuerit ut tributa conferrent, qui eorum ſemper fuerant immunes. Ita enim ἑτοίμως intelligo. Quod item de vectigalibus ſentiendum puto, eorumque bonorum oneribus, quæ importari vel exportari apud alios ſolent. Nam quomodo vectigalia exigi poterant, quandoquidem merces nullæ in Laconicam allatæ diſtrahebantur, nullæ item ibi coemtæ afferebantur. Id enim ita obtinuiſſe auctor Plutarchus *Lycurgo*, ubi ſcribens numiſma Laconicum apud exteros nullius eſſe pretii, inde ait factum, ut nihil emeretur vel venderetur: Ὥστε (inquit) οὐδὲ πρίασθαί τι τῶν ξενικῶν καὶ ῥωπικῶν ὑπῆρχε, οὐδὲ εἰσέπλει φόρτος ἐμπορικὸς εἰς τοὺς λιμένας. Id eſt, *Nulla itaque facultas mercandi apud Lacedæmonios aliquid exoticarum & exquiſitarum rerum; neque in portus naves appellebant mercibus onuſtæ*. Atque ita quidem prioribus temporibus.

Poſtea tamen ea ratio præter morem veterem obtinuit, ut requirente Repub. tributa exigerentur. Nam quum crebra ipſis per ſe gerenda bella, ſæpe etiam ſubſidia ſociis mittenda, non veriſimile Rempub. hos ſumtus ferendo fuiſſe, ſine privatorum collationibus. Itaque tributa omnino tum civibus, tum ſociis indicta, quum neceſſitas poſtularet.

Sed ut de iis quæ civium erant priore loco agamus, illa neceſſe aut ad ſortes ſeu fundos cujuſque comparata fuiſſe, aut ad reliquas facultates.

Quæ ſortium erant, donec eæ ſuo numero manſerunt atque omnibus fuerunt æquales, etiam quæ conferebantur ſecundum eas, tributa & alia onera haud dubie erant æqualia. Sed hoc tamen ita intelligendum, ut ſitam tantum fuiſſe putemus hanc æqualitatem in voluntate cujusque. Non enim accurate invicem inquirebant in tributorum collationem, quemadmodum Ariſtoteles dicit *politico* II. ita de Lacedæmoniis ſcribens: οὐκ ἐξετάζουσιν ἀλλήλων τὰς εἰσφοράς, *non examinant alii aliorum collationes*. Quod neque admodum neceſſe in iſta benigna rerum omnium communicatione. Si itaque ad ſortes & fundos cujuſque tributa tum deſcripta, atque eæ æquales, qui poterant ea apud Lacedæmonios juſta cenſeri niſi æqualia? Ut non dicam conſiſtere ægre quiviſſe concordiam, niſi in his ſervaſſent invicem, ut in aliis aliquam æqualitatem. Quemadmodum quæ ad Syſſitia conferebantur ſecundum capita, æqua & definita omnibus impenſa conſtabant, ut teſtatur Ariſtoteles *lib.* II. *cap.* x. & nos ſupra attigimus.

Sed quæ ad reliquarum facultatum æſtimationem deſcripta tributa & onera, ea inæqualia, ac prout creverunt cuique privatæ opes, ita illa etiam augebantur. Itaque quum invectæ eſſent divitiæ exoticæ, ſortes plures ad unum devolutæ, quæſtuſque ex induſtria & ſtudio factus, diverſa ſecundum ea tributa. Nam fieri non poterat, quin onera iis incumberent, qui eſſent ferendo, id eſt, locupletioribus & opulentioribus. Atque ita quidem poſtremis temporibus tributa alia aliis graviora imponebantur, quibus quum tandem accideret, ut ditiores inique opprimerent egenos, oneraque in eos inclinarent, factum hoc quod Plutarchus ait, ut turba inops & abjecta, quæ cum divitibus in urbe reſidebat, bella foris illata ſegniter propelleret, atque ſemper expectaret oportunitatem mutationis & rerum novarum. Cæterum an tum cenſus aliquis bonorum, ſicut capitum initus ſit, moduſque ſtatutus divitiarum, difficile dictu. Hoc tamen animadvertimus, non ſtatim initio invectis opibus, omnem circa eas veterem diſciplinam abolitam & abruptam, ſed potius in publicum uſum laxatam quodammodo fuiſſe, ut capite ſequente latius explicabimus. Nam repentina mutatio periculoſa Reipub. futura. Itaque ſicut Plato lib. v. *de Legibus*, cenſus modum in ſua Repub. definit, ut infimus ſit ſortis, deinceps duplum ſortis, tum triplum, poſtea quadruplum, in quo ſupremus cenſus: ita vel hoc, vel tale aliquid introductum Spartæ ſimul cum opibus opinari licet. Nam liberimam privatim diteſcendi facultatem non conceſſam fuiſſe autumo. De quo tamen nihil ab iis, qui extant auctoribus, literis proditum, niſi quod apud Plutarchum eſt in *Agide*, etiam auctis privatis opibus ſortes ſervatas ad Epitadeum, ut diximus. Atque hoc ordine & æqualitate utcumque permanente, civitatem ex aliis allevatam peccatis. Quo indicare videtur prorſus ordinem aliquem, & qualemcunque ſervatam æqualitatem etiam poſt advectas Spartam divitias, quamvis qualis ordo fuerit, neque is aperit, neque alius, ut nec nobis ulterius eam declarare licet. Hæc de civium tributis.

Verum circa provinciales, quos συμμάχους ſeu *ſocios* habebant & appellabant Lacedæmonii, propter αὐτονομίαν & libertatem quam ipſis relinquebant, onera non aliter ſe habebant, quam ut eadem cum ipſis civibus ferrent. Nam & illi initio immunes, cujus rei teſtis locupletiſſimus Thucydides *lib.* I. ubi ſcribit: Οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι οὐχ ὑποτελεῖς ἔχοντες φόρου τοὺς ξυμμάχους ἡγοῦντο, id eſt, *Lacedæmonii ita imperabant, ut ſocios non haberent tributarios*. Itaque ſi illi liberi a tributis, verum & hoc quod diximus, cives ipſos Spartanos liberos olim fuiſſe. Nec enim conſentaneum pejore jure eſſe cives, quam ſint provinciales. Poſtea tamen hi, ſicut & illi, tributa quoque pendebant. Non ſolum enim milites Lacedæmoniis in auxilium, ſed etiam pecuniam ſocii miſerunt. Cujus permulta paſſim apud Hiſtoricos exempla: Et docetur id perſpicue lib. v. *Hellenicon* Xenophontis, ubi commendatur Phliaſiorum Reſpublica ab Ageſipolide Rege, quod magnam ipſi pecuniam & celeriter ad expeditionem ſuppeditaſſet. Quo pertinet etiam quod eſt apophthegmate quodam Laconico. Nam ſocii quum bello Peloponeſiaco quærerent, quantum pecuniæ ſufficeret, & tributum ſibi definiri poſtularent, Reſpondit Archidamus: *Bellum determinato ſumtu non ali*. Ac teſtatur etiam Polybius *lib.* VI. ubi ait Lacedæmonios tandem coactos in bellis longinquis φόρους τοῖς νησιώταις ἐπιτάττειν, ἀργυρολογεῖν δὲ πάντας τοὺς Ἕλληνας.

Id

Id est, *Tributa insulanis imponere, argentumque exigere ab omnibus Græcis.* Itaque de tributis sociorum perspicuum est. Qua autem distinctione vel milites a sociis petierint, vel pecuniam imperarint, videor mihi ex Xenophonte observasse. Nam indicare videtur in longinguas expeditiones vel maritimas, quibus minus assueti socii, pecuniam suppeditatam: alias milites potius missos. Ita enim scribit lib. VI. *Hellenicon.* Τῶν πόλεων αἱ πολλαὶ ἀργύϱιον ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν αὐτῷ ἔπεμπον, ἅτε καὶ διαποντίου τῆς στρατείας οὔσης. Id est, *Pleræque urbium militum loco pecuniam mittebant, quippe quod hæc expeditio transmarina esset.* Quod utrisque etiam utilissimum. Atque hæc de tributis, tum civium, tum sociorum habuimus.

CAP. II.

De ærario & pecunia publica. Ærarium ab initio Spartæ nullum fuit. Unde sumptus bellorum sine ærario suppeterent. Pecunia publica olim a Lacedæmoniis servata. Apud finitimos. Vel in templis. Prædas egisse Lacedæmonios, & ex iis opera publica. Porticus Persica cur dicta Spartæ. Pecunia in ærarium Spartæ quando recepta. Opes Lacedæmoniorum quantæ. Ærarium sub Ephororum cura. Gylippi fraus in surripiendis nummis, servi indicio detecta. Pecunia publica Ephoris commissa ab iisdem depromebatur.

QUANDOQUIDEM egimus de tributis, ordo requirere videtur, ut ærarii & publicæ pecuniæ rationem explicemus, in quod tributa inferri solent. Nam alterum ab altero fere dependet. Quod adeo verum in Repub. Lacedæmoniorum, ut fere una cum tributis, ærarium etiam extiterit. Neque enim ab initio ærarium fuit, vel pecunia ulla publica, ut ferunt, sicut nec fuere tributa. Quod ex loco Thucydidæ jam adducto intelligi potest, ubi ait Lacedæmonios in communi seu publico pecuniam non habere. Ubi Græcus Scholiastes exponit, ἐν κοινῷ, pro ἐν κοινῷ ταμείῳ, & recte. Testatur idem quoque Aristoteles *Politico* II. ubi hoc tamen reprehendit. Ejus verba ita habent: Φαύλως δὲ ἔχει καὶ περὶ τὰ κοινὰ χρήματα τοῖς Σπαρτιάταις. οὔτε γὰρ ἐν τῷ κοινῷ τῆς πόλεως ἐστὶ οὐδέν. Id est, *Male se habent, quæ ad pecuniam publicam pertinent apud Spartiatas. Neque enim in communi ærario civitatis est aliquid.* Probatur idem etiam apophthegmate, quo ratio ejus est aliqualis reddita. Nam Anaxander Eurycratis filius quærenti cur pecuniam in ærarium non colligerent Spartani, Respondit: *Ne custodes ei præfecti corrumpantur.* Quod itaque ærarium initio nullum ex his manifestum.

Si quærat itaque aliquis, unde olim sumtus bellorum tam frequentium ipsis suppetebant. Neque enim fere a bellis unquam ab initio conquieverunt, quæ haud parva adminicula a pecuniis habent, imo iis fere constant. Huic quæstioni si ex Aristotele respondeamus, nihil erit aliud quod dicamus, nisi quod ex privatis bonis Lacedæmonii contulerunt, ad belli sumtus, idque perperam & difficulter. Ita enim ille scribit *Politico* II. Sicut idem Archidamus quoque apud Thucydidem testatur. Verum amplius aliquando nobis respondendum. Itaque quod apud Athenæum, *lib.* VI. invenimus tale est, quod plenius huic negotio satisfaciat. Ibi enim ex Posidonio refert duobus modis servatam olim a Lacedæmoniis fuisse publicam pecuniam, etsi Spartam non asportabatur, nec in erarium referebatur. Primo enim, ut ait, παρακατετίθετο τοῖς ὁμόροις Ἀρκάσιν, id est, *Deponebatur apud finitimos Arcadas.* Unde factum ut eos sæpe hostes pro amicis haberent. Quod idem docet ita scribens; Εἶτα πολεμίους αὐτοὺς ἔσχον ἀντὶ φίλων, ὅπως ἀνυπεύθυνον τὸ ἄπιστον διὰ τὴν ἔχθραν γένηται. Id est, *Deinde hostes eos habuerunt pro amicis, ut quia non credebant, etiam dominio eorum eriperentur sub titulo inimicitiæ.* Deinde in templis etiam sæpe reponi aurum solebat, tanquam in Deorum custodia. Ita idem Posidonius aurum & argentum quod prius Lacedæmone fuerat, Apollini Delphico commissum ait. Sic enim scribit: Τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι τὸν πρότερον ἐν τῇ Λακεδαίμονι χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἱστοροῦσιν ἀνατεθῆναι. Id est, *Apollini, qui Delphis est, memoriæ prodiderunt aurum & argentum, quod antea fuerat Lacedæmone, consecratum.* Quod ego quidem non minus custodiæ causa, quam venerationis & cultus factum a Lacedæmoniis existimo, ne quis id huc tantum referat. Etenim alibi etiam aurum atque argentum in templis condebatur. Sicut in Brasidæ & Acanthiorum thesauro, reposuisse fertur Lysander triremem ex auro & ebore, itemque alia, ut scribit Plutarchus in *Lysandro.* Nam ornatus & cultus causa, ut nullum aurum publice in templis Spartæ extabat: ita vix eam ob causam alibi statuerunt. Neque item prædas, quas olim fecerunt ex Persicis & aliis bellis ingentes, contemsisse & posthabuisse credendum, quum constet etiam in opera publica ex iis impensas factas. Unde porticus Persica, quæ ex Persarum manubiis extructa, de qua Pausanias *Laconicis.* Hæc antiquitus in eum modum fiebant, quibus videtur quodammodo fraus facta legi Lycurgi.

Verum postea nihil tale necesse. Nam tandem pecunia publice in civitatem recepta, sciscente hoc populo. Quam perniciem omnes acceptam referunt Lysandro, qui post captas Athenas inde ingentem vim pecuniæ, auri & argenti advexit. Quamvis ægre initio admissa & tolerata, horrescentibus vim auri & denunciantibus testato prudentissimis quibusque ipsis Ephoris, illud repudiandum. Qui rem idcirco ad concilium retulerunt. In quo sententiam quidam dixit, sive Schiraphidas seu is Philogidas fuit, non recipiendam in urbem monetam auream & argenteam. Quæ tamen sententia non obtinuit, intercedentibus & instantibus necessariis Lysandri, ut pecunia retineretur. Itaque decretum factum, ut in usum quidem publicum admitterent nummos aureos & argenteos: si quis autem possidere compertus esset privatim, id ei ut capitale esset. Quamvis hoc decretum postea privatis cupiditatibus labefactatum, ut fieri consentaneum. Nam quum publice æstimationem & dignitatem consecuta esset, non solum in ærarium pecunia ingens cumulata: sed privati opes suspiciebant, aurique & argenti copiam amplissimam quærebant. Unde opes eorum Plato *Alcibiade* scribit tantas fuisse, ut longe superarint Athenienses & quosvis, agris, mancipiis, equis & aliis pecoribus. Ac deinde tantum etiam auri & argenti eis tribuit, quantum vix in tota Græcia. Qua de re ejus verba ita habent: Χρυσίον καὶ ἀργύριον οὐκ ἔστιν ἐν πᾶσιν Ἕλλησιν ὅσον ἐν Λακεδαίμονι ἰδίᾳ. Πολλὰς γὰρ γενεὰς εἰσέρχεται μὲν αὐτὸς ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων, πολλάκις δὲ καὶ βαρβάρων· ἐξέρχεται δὲ οὐδαμόσε. Id est, *Auri & Argenti tantum non est in tota Græcia, quantum privatim Lacedæmone. Nam a multis jam seculis importatur ex omnibus Græcorum regionibus, atque sæpe etiam Barbarorum: exportatur vero nusquam.* Unde & scite gravissimus Philosophus huc accommodat fabulam Æsopicam *de Leone & Vulpe*, quod auri vestigia appareant Spartam versus ducentia & spectantia, non autem conspicua sint vestigia ejus, inde egredientis & exeuntis. Quæ fabula eleganter etiam descripta ab Horatio. Quod necesse fuisse ita evenire, admisso semel in publicum auro & argento disputat eleganter

Plutarchus *Lysandro*. Ad hunc ergo modum pecunia publica primum cœpit condi & coacervari Lacedæmone.

Fuit autem ærarium sub Ephororum cura, sive quod ii Rempub. in sua haberent potestate, sive quod ad eorum manus pervenit initio pecunia Athenis missa. Iis itaque reddebatur ratio pecuniæ in publicum inferendæ. Unde Gylippus sacculos nummorum a Lysandro Spartam missorum Ephoris exhibet. Qui tamen prius futuris in fundo apertis, aliquam vim auri & argenti ex unoquoque surripuit, & sacculos denuo consuit, nescius libellum in singulis additum. Tum sacculos tradens Ephoris ostendit signatos. Illi autem initio numero secundum indices, invenientes discrepare summam, suspensi & dubii, moniti sunt a servo Gylippi, tanquam per ænigma, sub Ceramico multas cubare noctuas. Quo intellexerunt sub tegulis domus pecunias absconditas. κεραμικὸς enim non solum via Athenis; sed κεραμὸς *tectum* seu *tegula*. Et nummi Atheniensium id temporis noctua fere signati. Quam ob fraudem atque furtum Gylippus, quondam ex Sicilia dux rebus gestis insignis, exilio multatus est. Si itaque pecuniæ ab Ephoris in publicum illatæ, haud dubie per eosdem depromebantur. Itaque legimus Ducibus ad mercenarios conducendos, & alios usus, pecuniam ab Ephoris traditam, ut & alias ducibus apud exteros versantibus ab Ephoris missa pecunia. utriusque passim suppetunt testimonia, apud Thucydidem, Xenophontem & alios. Atque hactenus de ærario.

CAP. III.

De bello Lacedæmoniorum in genere. Lacedæmoniorum rei militaris peritia. Principatus eis ob belli peritiam inter Græcos delatus. Lacedæmonii aliorum imperii impatientes. Athenienses rei navalis peritia reliquis Græcis insigniores. Inter Lacedæmonios & Athenienses perpetua pro principatu contentio. Quando finita contentio. Quot annos principatum maris Lacedæmonii tenuerint. Milites Lacedæmoniorum qui fuerint. Lacedæmonii milites plerumque pauci numero. Numerus militum Spartanorum ignorabatur. Milites Lacedæmonii propriis sumptibus militabant. Non dimittebantur nisi ab Imperatore domum essent reducti. Socii Lacedæmoniorum, quos βοηθοὺς dicebant, qui fuerint. Quibus sumptibus militarint, & quomodo dimissi. Mercenarii milites a Lacedæmoniis conducti. Stipendia unde ipsis allata. Alii qui Lacedæmoniis militarunt. Helotes & servi quomodo cum Lacedæmoniis militarint. Quibus armis Spartani usi. Ea sunt hasta, gladius, galea & clypeus. Gladii Lacedæmoniorum quales fuerint. Causa cur tales gladios Lacedæmonii habuerint. Hasta Lacedæmoniorum. Galea. Clypei Lacedæm. ex ære. Tesseræ in clypeis inscriptæ. Et insignia addebantur. Machinæ bellicæ Spartanis inusitatæ. Causæ ob quas bella susceperunt Lacedæmonii. Ad imperia injusta, & tyrannos evertendos. Ad ulciscendas injurias sibi vel sociis illatas. Pœnæ modus adhibitus. Licet aliquando gravior vindicta quam offensa. Ad ferendum oppressis auxilium. Lysandri mala fides. Lacedæmoniorum infidi, sæpe puniti. Ex æmulatione.

OSTENDIMUS aliquatenus quale publicum onus tributorum fuerit: jam de altero, videlicet militiæ onere, paucis agemus. Ac prius hoc capite in genere de bello disputandum: Postea vero, quia bellum duplex, aliud videlicet terrestre, aliud maritimum, seorsum de utroque eorum differemus.

Excelluisse autem Lacedæmonios præ omnibus gentibus, rei militaris peritia, ea vero constans omnium gentium ac scriptorum fuit sententia. Itaque Reges etiam barbari, aliique potentissimi populi, ab eis suppetias adversus hostes sæpe flagitarunt: ut Crœsus Lydorum rex, Ægypti reges complures, Cyrus minor & alii. Item populi multi, Siculi, Cyrenæi, Thraces, Carthaginenses, & plures. Ut mittam jam inter Græcos quamplurimos, qui plerumque ut bellis affligebantur, ad Lacedæmonios auxilii causa confugiebant. Neque hoc solum, sed inter ipsos Græcos tanta de Lacedæmoniis existimatio, ut communibus totius Græciæ bellis, principatus semper penes eos esset, & summum eis imperium deferretur. Quare a Xenophonte initio lib. III. *Hellenicon*, dicuntur πάσης τῆς Ἑλλάδος προστάται, *totius Græciæ patroni*. Sicut etiam a Demosthene eodem elogio ornantur. Ita bello Medico Xerxis Lacedæmonii duces Græcorum omnium extitere, terra quidem Pausanias, mari Eurybiades. Qua de re sic scribit Thucydides *libro* I. Οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο, δυνάμει προύχοντες. Id est, *Lacedæmonii sociorum Græcorum duces fuerant, potentia quippe eminentes*. Atque hanc gloriam sibi contra summos quoque Reges vindicarunt, recusantes aliorum imperium pati: vel quum maxime auxilii egerent. Uti quum ad Gelonem Siciliæ tyrannum missi essent, qui petituri adversus barbarum auxilium, quando is ea conditione promittebat, si bello eum præficerent, recusarunt hoc Lacedæmonii, cariturі potius ipsius ope, quam ut ei subesse sustinerent, ut scribit Herodotus *libro septimo*. Sicut nec tulerunt subdi Alexandro Philippi filio, quum is a reliquis Græcis declaratus esset Imperator adversus Darium. Unde & ipse vicissim in trophæis nominatim Lacedæmonios exclusit, quum ita in eis scriberet, *Alexander & Græci præter Lacedæmonios*, ut videre est apud Plutarchum *Vita Alexandri*, & Arrianum lib. I. *de gestis Alexandri*. Unde facile apparet in gratiam Atheniensium Isocratem *Panegyrico* magis scripsisse, quam quod revera ita haberet, quod dicit Lacedæmoniorum ψευδῆ λόγον, ὡς ἔστιν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι πάτριον, *falsum sermonem esse, quasi illis patrium esset fungi ducatu*. Nam indubitatum hoc, eos semper præfuisse, utpote præcellentiores omnibus gentibus rebus bellicis. Sicut testatus pluribus in locis Plato, nec tacuit ipse Isocrates. Ideo enim Archidamus de Lacedæmoniorum in re militari peritia, ita loquens ab eo introducitur, ut suis tribuere ausit sine contradictione præ aliis hanc laudem. Verba ejus hæc sunt, ubi hac de re agens in *Archidamo* ait: Οὐδεὶς τολμήσειεν ἀντειπεῖν, ὡς οὐ τὴν μὲν ἐμπειρίαν μᾶλλον ἢ τῶν ἄλλων ἔχομεν. Id est, *Nemo audeat contradicere, nos non censeri majore experientia quam alii*. Atque idem etiam oratione περὶ ζεύγους, ita eos ait excellere in re militari, ut eam artem alios docere possint. Sed hoc tamen potissimum de bellis terrestribus accipiendum. Nam rei navalis peritia Atheniensibus magis tribuenda, consentiente omnium judicio. Ideoque maris principatus etiam iis, quam Lacedæmoniis convenientior. Qua de re prolixa est disputatio apud Isocratem in *Panegyrico*, ubi inter alia ait ita Athenas excellere maritimis bellis, ut nulla gens in terrestribus ei possit exæquari. Verba ejus initio disputationis, in qua fere tota oratio consumitur, hæc sunt: Οὐδεὶς ἂν ἑτέραν πόλιν ἐπιδείξειε τοσοῦτον ἐν τῷ πολέμῳ τῷ κατὰ γῆν ὑπερέχουσαν, ὅσον τὴν ἡμετέραν ἐν τοῖς κινδύνοις τοῖς κατὰ θάλατταν διαφέρουσαν. Id est, *Nemo urbem ullam ostendet, quæ terrestri bello tantum valeat, quantum nostra civitas navalibus pugnis excellit*. Ac de eodem elegantissima est Proclis Phliasii oratio apud Xenophontem lib. VII. *Hellenicon*. Ubi inter alia ait *decretum Athenis*

Senatu factum, ut maris principatus Atheniensibus, terræ Lacedæmoniis attribueretur. Cujus verba hæc inibi referuntur: Τῇ μὲν ὖν βυλῇ προβεβύλευται, ὑμετέραν μὲν εἶναι τὴν κατὰ θάλατταν, Λακεδαιμονίων δὲ τὴν κατὰ γῆν, scilicet ἡγεμονίαν. Ubi postea redduntur rationes utriusque sufficientes, inter quas & hæc, quod feliciores terra Lacedæmonii, mari Athenienses. Quibus consentit & Diodorus Siculus *lib.* XI. ubi scribit Lacedæmonios πρὸς τὺς ἐν ταῖς ναυσὶν ἀγῶνας ἀφυεστάτυς, *circa pugnas in navibus ineptissimos fuisse*, tanquam natura fuerint minus comparati ad res maritimas. Unde inversa & immutata fortuna ait factum Thucydides *lib.* IV. ut contraria de utrisque esset opinio. Nam de Atheniensibus ait, quum maritimi essent ἠπειρώτας factos esse, καὶ τὰ πεζὰ κρατίστυς, *Continentis incolas, copiis pedestribus fortissimos*. De Lacedæmoniis quum mediterranei essent, redditos θαλασσίους καὶ ταῖς ναυσὶ πλεῖστον προέχειν, *maritimos, & navibus plurimum excellere*. Sic enim locum exponit Græcus Scholiastes. Atque ita eum intelligendum esse, docet & Diodorus Siculus *lib.* XII. de hac ipsa re elegantissimis verbis scribens. Hoc itaque quum ita haberet, ut imperium terrestre Lacedæmonii, maritimum sibi Athenienses vindicarent, nunquam destitit esse inter utrosque æmulatio, & pro principatu contentio. Quod Isocrates *Panegyrico* perspicue & aperte testatur, ubi de principatu agit ita inquiens: Αεὶ μὲν ὖν οἵθ' ἡμετέροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι, φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλυς εἶχον. Id est, *Semper majores nostri & Lacedæmonii æmuli invicem gloriæ extiterunt*. Qua de re idem περὶ ἀντιδόσεως plura. Nec cessavit hæc æmulatio, antequam victi Athenienses cederent Lacedæmoniis omnem terra & mari principatum. Quod ita esse docet Xenophon lib. VI. *Anabaseos Cyri*, ex sua persona hæc verba faciens: Ορῶ ὅτι καὶ τῇ πατρίδι μυ ὐ πρόσθεν ἐπαύσαντο πολεμῦντες, πρὶν ἐποίησαν πᾶσαν τὴν πόλιν ὁμολογεῖν, Λακεδαιμονίυς καὶ αὐτῶν ἡγεμόνας εἶναι. ἐπεὶ δὲ τοῦτο ὡμολόγησαν εὐθὺς ἐπαύσαντο πολεμῦντες, καὶ ὐκέτι πέρα ἐπολιόρκησαν τὴν πόλιν. Id est, *Video prius ipsos non fecisse finem gerendi adversus patriam meam bellum, quam urbem nostram profiteri coegissent, Lacedæmonios ipsorum etiam principes seu duces. Quod posteaquam nostri fassi sunt, mox bello finem imposuerunt, nec deinceps amplius patriam nostram oppugnarunt*. Hoc autem factum, quum victi a Lysandro triremes omnes exceptis duodecim amisissent, ut scribit post Xenophontem Plutarchus *Lysandro*. Sed tamen hunc maris principatum vix paucis annis tenuerunt Lacedæmonii. Nam Demosthenes annorum XXIX. tantum imperium eorum fuisse asserit, orat. III. *in Philippum* Alii XII. numerant. Isocrates autem *Panathenaico* vix decem annos statuit. Quos annos quomodocunque numeremus, sane iis magno suo cum detrimento Lacedæmonii imperarunt. Nam tum patria instituta moverunt & convulserunt, ut eodem loci Demosthenes docet, & nos supra declaravimus. Postea vero maris principatus eis a Conone victoria navali ad Gnidum parta ademptus est, adjuvante Pharnabazo & Evagora Cypri Rege, ut est apud Isocratem in *Evagora*, item oratione *adversus Philippum, & Panathenaico*, nec non apud Xenophontem lib. IV. *Hellenicon*, & Plutarchum in *Artaxerxe*. Atque ex eo tempore pariter antecelluerunt ex omnibus Græcis imperium obtinentes, terra Lacedæmonii, mari Athenienses, concedentibus hoc sibi invicem utrisque, nec ullum pro hoc bellum ulterius susceptum. Sed hactenus de principatu, jam de militibus eorum in universum, quales ii fuerint differemus.

Primo ita exercitum Lacedæmoniorum antiquitus quidem constitisse ex solis Lacedæmoniis existimo. Nam quum nulli adhuc socii essent, & opibus etiam destituerentur, quibus mercenarios conducerent, ut per se omnia bella obirent, necesse erat. Postea vero exercitus varie comparatus, & quatuor quidem diversis, quum ita opus erat, ad summum conflari solitus est hominum generibus. Nam & Spartani Lacedæmoniique, & socii, & mercenarii, & libertini ipsi militabant. Præter quos adjuncti hisce, qui Dominos comitabantur, servi custodes, aliique σκευοφόροι, cum impedimentis. Et Lacedæmonii quidem ipsi, quorum dicitur πολιτικὸν στράτευμα apud Xenophontem lib. V. *Hellenicon*, & alibi, plerumque pauci numero fuerunt; sicut consentaneum in illa civium paucitate. Unde molestum aliquando sociis, quod illi magna multitudine Lacedæmonios paucos sequi cogerentur. Quod quum sub Agesilao Rege etiam accidisset, demonstravit ipse non in multitudine, sed in militum præstantia maximum momentum situm esse. Quod quomodo fecerit, supra diximus. Atque ob hanc eorum paucitatem existimare licet, ignorari eos voluisse vulgo ut plurimum militum numerum. Quamvis Thucydides id referat ad ipsorum patrium silentii institutum; quum ita *lib.* V. scribit: Τὸ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίων πλῆθος, διὰ τῆς πολιτείας τὸ κρυπτὸν ἠγνοεῖτο. Id est, *Nam multitudo quidem Lacedæmoniorum, propter arcanam Reipublicæ administrationem ignorabatur*. Qua de causa etiam eluserunt quærentes de numero Spartanorum. Ita Aristo quærente quodam quot essent Spartani, Respondit; *Tot esse quot arcendis hostibus sufficere possent*. Et Agis item roganti cuidam de Spartanorum numero, Respondit: *Tot esse, ut sufficerent ad profligandos malos*, ut est apud Plutarchum in *Apophtheg*. Horum autem Spartanorum quotquot fuerunt, nulla Reipub. impensa, sed propriis sumptibus militabant, nisi quod posterioribus temporibus ex publico commeatum accipiebant. Quod indicare videtur Plutarchus *Vita Cleomenis*, ubi ait, Antigonum eum degravasse, quum anguste & difficulter sufficeret civibus commeatum præbere. Præterea hi quoque non dimittebantur, priusquam domum reducti essent ab Imperatore. Ita enim historici Thucydides, Xenophon, & alii sæpe scribunt exercitum urbanum domum reductum.

Socii autem qui συμμαχίδων πόλεων erant, ac σύμμαχοι seu βοηθοὶ a Xenophonte dicuntur, plures erant ipsis Lacedæmoniis; sicut ex supra dictis intelligitur, & aperte aliquot locis ostendit Thucydides, quum socios in bello Peloponesiaco enumerat, & Xenophon lib. IV. *Hellenicon* socios belli Thebani recensens. Hi militabant sumtus suppeditante ipsa Repub. ex qua venerant, ac dimittebantur finita expeditione, nec ab imperatore reducebantur. Quod patet exemplo eorum, quos Agesilaus adversus Thebanos duxerat, qui dimissi per se domum abierunt, ut est apud Xenophontem lib. V. *Hellenicon*, & alibi sæpissime. Id tamen haud dubie cautum, ut ex longinquis expeditionibus, in tuto eos Imperator sisteret, quo incolumes ad suos reverterentur. Sicut Agesilaus ex Asia, Brasidas ex Thracia, & Gylippus ex Sicilia, milites suos patriæ restituerunt.

Porro mercenarii, quos ξενικὺς vel ξενικὰς στρατιὰς cum Xenophonte vocamus, tandem etiam a Lacedæmoniis conducti, quum bella vel longinqua vel transmarina gerenda. Atque ad horum stipendium domo pecunia asportabatur. Itaque apud Xenophontem lib. V. *Hellenicon* scribitur, Cleombrotum pecunias quas domo secum attulerat Sphodriæ tradidisse τὺς ξενικὺς προσμισθῦσθαι, id est, *ad conducendos mercenarios*. Et aliquando pecunias socii ob hanc causam conferebant.

Poſtremo quod *νεοδαμώδεις*, ſeu libertini, etiam militarint, ſupra oſtendimus, quum de iis *lib.* I. egimus. Idemque de ſpuriis qui *νοθοὶ Σπαρτιατῶν*, & hoſpitibus qui *ξένοι τρόφιμοι* dicti, teſtatur Xenophon lib. V. *Hellenicon*, ubi eos ſponte ait ſecutos Ageſipolidem adverſus Olynthios. Atque ex hiſce legitimis militibus conſtabant exercitus.

Helotes autem & ſervi, qui ſequebantur, partim Dominorum in ipſa acie cuſtodes erant, partim in impedimentis ſarcinas militares ſervabant. Nam prælio adverſus Mardonium ſcribit Herodotus *lib.* IX. ſeptem ſervos circa quemlibet Spartiatarum in acie collocatos fuiſſe ad corporis cuſtodiam. Quorum quum eſſent quinque millia, fuiſſe ait ſervos ad triginta quinque millia. Quod etiam teſtatur Plutarchus *Ariſtide*. Qui tamen numerus ſervorum an perpetuus fuerit, non conſtat. Servos certe longe plurimos ſemper exercitum comitatos non dubium. Atque hæc in univerſum de exercitu, ſed quæ præterea ad Lacedæmonios peculiariter pertinent, in ſequentibus videbimus.

Cæterum arma, quibus Spartani uſi tam multa præclara geſſerunt, qualia fuerint conſideratione noſtra non indignum eſt, ut eo magis virtus ipſorum eluceſcat. Nam armis in primis Sparta commendata, tanquam iis potiſſimum excelluerit. Seneca *ſuaſoria* II. *Omnibus ſua decora ſunt: Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Sparta armis*. Atque eadem de cauſa, Claudiano dicitur armipotens Lacedæmon. Invenio autem præcipue uſitata eis fuiſſe hæc arma, quæ ſunt, gladius, haſta, galea & clypeus. Quorum gladius, haſta & galea uſque adeo propria Lacedæmoniorum, ut ab eis hæc inventa eſſe affirmare non dubitarit Plinius *Naturalis Hiſtoriæ* lib. VII. cap. LVI. & Xenophon lib. III. *Memorabilium*, ita eos clypeis & haſtis præſtare ait, ut nec bellicoſiſſimi Thraces adverſus eos hiſce armis inſtructos, pugnare auſint.

Ac gladii quidem Lacedæmoniorum, qui *ξυίναι* dicti, ut ſcribit Pollux, vel *ξυήλαι*, ut Xenophon, tum incurvi, tum & breves fuere, præter reliquorum Græcorum conſuetudinem. Cujus cauſam hanc reddidit Antalcidas. Nam quærenti cur in bello gladiis brevibus uterentur Spartani, Reſpondit: *Quod cominus in hoſtem pugnarent*, ut ait Plutarchus *Apophtheg.* Quare etiam quum quidam gladios eorum derideret, ac diceret circulatores in theatris facile eos devoraturos, Reſpondit Agis Rex: *Atqui hiſce*, inquit, *nos gladiolis bene attingimus hoſtes*, ut Auctor Plutarchus *Lycurgo* & *Apophthegmatis*.

Haſta autem fuiſſe videtur juſtæ longitudinis, & in ea non parum fiduciæ. Itaque Ageſilaus interrogatus, quo uſque fines Laconicæ pertingerent: haſtam vibrans inquit, *quouſque hæc pervenerit*. Item Archidamus rogatus quantum regionis Spartani poſſiderent, Ait, *Quo uſque haſta pertingimus*. Plutarchus *Apophtheg.*

Galea deinde ipſis erat, quam proprii corporis cauſa quilibet geſtabat. Quare illam amittere ſine ignominia erat, quum clypei amiſſio cum ignominia eſſet conjuncta, ut eſt in apophtheg. Demarati apud Plutarchum.

Scuta autem ſeu clypeos, quos propter communem ordinem ferebant, ex ære fabricatos habebant. Nam Xenophon *de Repub. Lacedæm.* *ϛολὴν φοινικίδα, καὶ χαλκῆν ἀσπίδα, tunicam purpuream, & æneum ſcutum*, eis tribuit. In hiſce inſcripta Symbola ſeu teſſeræ, quibus agnoſci invicem milites poterant; prima videlicet gentis cujuſque litera. Ita Lacedæmonii Λ, Argivi Α, Sicyonii Σ, ut indicare videtur Xenophon lib. IV. *Hellen.* agens de Sicyoniis. Præterea etiam in clypeis inſignia addebantur. Itaque quidam muſca clypeum inſigniens, quæ non excedebat vivæ muſcæ quantitatem, quum deridere tur a nonnullis, dicentibus latendi cauſa hoc factum, Reſpondit: *Imo*, inquit, *ut agnoſcar. Tam prope enim ad hoſtes accedo, ut cernere poſſint inſignis mei quantitatem*. Et hæc quidem præcipua ipſorum arma.

Machinæ autem bellicæ, & tormenta murorum, aliaque hujuſmodi illis inuſitata, utpote ignaris murorum oppugnandorum. Quare quum tormentum Catapultæ videret Archidamus, tum primum ex Sicilia allatum, exclamavit: *Hercules periit viri virtus*. Atque hæc de armis.

Poſtremo vero quibus de cauſis bella gerere ſoliti Lacedæmonii, quæ ipſis fuerunt frequentiſſima, non difficulter ex bellorum hiſtoriis colligi poterit.

Ac primum quidem bellis ſuis id conabantur, ut imperia injuſta everterent, ac tyrannos dejicerent. Nam ſicut ipſorum Reſpub. inde uſque ab initio a tyrannis libera: ita & ipſis non placuit tyrannos ulli Reipub. dominari. Quare Thucydides *lib.* I. ſcribit *ἀτυράννευτον* fuiſſe Lacedæmona, & tyrannos Athenienſium & alios ait ab eis pulſos: *Οἵ τε* (inquit) *Ἀθηναίων τύραννοι, καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐπιπολὺ καὶ πρὶν τυραννευθείσης, οἱ πλεῖϛοι καὶ τελευταῖοι, πλὴν τῶν ἐν Σικελίᾳ, ὑπὸ Λακεδαιμονίων κατελύθησαν*. Id eſt, *Athenienſium tyranni, & reliquæ fere Græciæ, quæ quam maxime & antea quidem tyrannide oppreſſa erat, plurimi & poſtremi, exceptis iis qui in Sicilia dominabantur, a Lacedæmoniis dejecti ſunt*.

Deinde complura ab ipſis bella ſuſcepta, ad ulciſcendum injurias ſibi vel ſociis illatas. Quæ cauſa late patebat. Nam hoc nomine vindicabatur fœderatorum perfidia, & exules in patriam reſtituebantur, res ablatæ repetebantur, damnum illatum reſarciri petebatur, & alia multa quærebantur. Ac in his plerumque non ultra injuriæ modum proceſſit pœna: ſed poſt ſumptum de fontibus ſupplicium, ſervati plerunque innoxii. Ita Polydorus potitus victoria de Argivis, ea contentus urbem in ſervitutem redigere recuſavit. Et Cleomenes ſuadentibus aliquibus, ut Argos deleret, non conſenſit tam gravi vindictæ, ſed reſpondit: *Nequaquam eam urbem delendam, quæ juvenes ipſorum exerceret*, ut refert Plutarchus in eorum *Apophtheg.* Poſtea in his tamen bellis vindicta aliquando videtur gravior, quam offenſa. Nam Meſſene everſa eſt, gravi nimis in fraternam & cognatam gentem animadverſione. Muri Athenienſium diruti, populuſque oppreſſus, quorum merita tum in Lacedæmonios, tum in univerſam Græciam fuerunt æterna memoria digniſſima. Eodemque modo alias factum.

Tertio nec raro pugnarunt, invitati ad ferendum oppreſſis auxilium. Nam quantum in ipſis erat, ſupplices vix repudiarunt, ſed voluerunt omnes Reſpub. liberas. Ita bellum Aſiaticum pro Græcis a ſervitute Perſica liberandis ſuſceptum, aliaque pro aliis multis. Etſi hac in parte non ſatis ſincera & integra eorum fides poſterioribus temporibus. Qua in re peccavit præ aliis fœde Lyſander, homo fortunatus, ſed fluxæ fidei, qui non veritus dicere, *pueros talis, viros juramentis decipiendos: Et ubi non ſufficeret leonina Herculis, de vulpina eſſe aſſuendum*. Unde & Comicus Theopompus Lacedæmonios cauponibus comparat, quod poſtquam potum ſuaviſſimum guſtandum præbuiſſent libertatis, acetum mox infunderent. Atque hanc ob cauſam ſæpe infeliciter pugnarunt, vindicantibus ſacramenti temere violati religionem Diis. Quod & exprobratum iis a Pythia, ut teſtatur Plutarchus in *Quæſtionibus Romanis*. Ita quum Cadmeis contra jurisjurandi fidem retenta eſſet, ſuſcitatum eſt bellum Thebanum, quo hujus perfidiæ & aliorum delictorum graves pœnas dederunt Lacædæmonii: ut vi.

tia Lacedæmoniorum etiam non prorsus prætereamus.

Postremo nec pauca bella ex æmulatione suscepta, etsi quæsito aliunde prætextu, ut contra Messenios, Argivos, Arcadas, Athenienses, Thebanos, Achæos & alios. Sed prolixum esset omnes bellorum causas inquirere, nec de his idem potest esse omnium judicium: sicut neque auctoribus semper de veris caulis constitit, qui historias ipsorum scriptis prodiderunt.

CAP. IV.

De bellis terrestribus. In iis Lacedæmoniorum gloria præcipua. Quatuor in bellorum administratione observata a Lacedæmoniis. 1. Unus in bello dux, & is, aut Rex, aut Prodicus. Aut dux plerunque ex Heraclidis. Βάγος *nomen ejus qui præerat exercitui. Regibus aut Ducibus euntibus ad bella qui attribui solerent, alias plures, alias pauciores. Regum in bellis alii comites. Item alii comites. Regum in bello imperium quam late patuerit. Regum in bellis quæ potestas. Alii exercitus terrestris præfecti. 2. In quas partes distribui soleret exercitus. Mora quid Lacedæm. fuerit. Moræ quot fuerint. Polemarchus unus cuilibet moræ præfuit.* Συμφορεὺς *Polemarcho additus.* Λόγος *quæ fuerit Lacedæm. exercitus pars.* Πεντηκοστὺς *quæ pars exercitus fuerit.* Ενωμοτία *quæ pars Lacedæm. exercitus fuerit.* Ενωμοτία *unde dicta. Exercitus ratio mutata posterioribus temporibus, apud Lacedæmonios. Socii Lacedæmoniorum ipsorum disciplinæ militari parebant. Equitatus Lacedæmoniorum qualis. Equites Lacedæmoniorum ex Sciritis præcipue. Sciritæ sinistrum cornu in exercitu tenebant. Equitum Lacedæmoniorum distributio.* Οὐλαμὸς *quid. 3. Ratio ducendi exercitus, & ad pugnam instituendi. Rex domi sacrum Jovi* ἀγήτορι *faciebat. Ingrediebatur cum exercitu &* πυρφόρῳ. *Ignis ex ara Jovis Agetoris tolli solitus, & inextinctus servari. Rex progrediente exercitu fuit ipse dux. Tarditas Lacedæmoniis exprobrata. Qualiter castra metarentur. Servi a castris exclusi. Exercitia in castris. Hymni Diis a cœna canebantur. Nocturna excubatio in armis. Polemarchorum officium. Rex medium locum in exercitu tenuit quum fuit pugnandum. In acie qui steterint. Tertium sacrificium a Rege fieri solitum. Tibia canebatur, & coronæ sumebantur, instante conflictu. 4. Exercitum reportandi consuetudo. Rex aut Imperator exercitum reducebat. Rex in reditu agmen claudebat. Reversus cum copiis denuo sacrificabat. Sacrificium quale fuerit. Spolia in publicum efferebantur, ex quibus donaria Diis offerebantur, & præmia bene meritis præstabantur.*

QUANDOQUIDEM gloria militaris Lacedæmoniorum potissimum in bellis quæ terra gerebantur, sita erat, ut diximus, convenit ut de iis paulo luculentius pertractemus. Quod tametsi non caret difficultate, tamen operam dabimus, ut hæc quatuor, quam fieri poterit, planissime declaremus, videlicet qui præfuerint & gubernarint in exercitu, quomodo distribui solitus exercitus, qua ratione ducebatur & ad pugnam instruebatur, ac quo pacto tandem domum reduci consueverit.

Primum itaque hoc constat, placuisse semper Lacedæmoniis in bello unum præesse, qui si totus educeretur exercitus, Rex erat, aut Prodicus seu tutor Regius, quum Rex ipse minor ætate: Aut si pars quædam, vel exercitus minor aliquo mitteretur, alius quidam dux, sed & is unus ac plerumque ex Heraclidis. Nam Monarchiam in bellis semper eos usurpasse, sicut & Carthaginenses, testis præter alios Isocrates *Nicocle*, ubi ita ait: Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους τοὺς ἄριστα τῶν Ελλήνων πολιτευομένους, οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους. Id est, *Carthaginenses & Lacedæmonios qui optime inter Græcos rempublicam administrant, domi quidem paucorum potestate regi, in bello autem regio imperio parere.* Quare etiam aliquando Lex lata, ne uterque Rex cum exercitu exiret, ne videlicet duo essent diversi Imperatores, qui vindicarent sibi summam potestatem. Quod non poterat sine Reipub. pernicie abire. Quæ lex tum primum lata, quum Demaratus simul exercitum eduxisset, & Cleomenes. Ita enim scribit Herodotus *lib.v.* Επέθη νόμος ἐν Σπάρτῃ, μὴ ἐξεῖναι ἕπεσθαι ἀμφοτέρους τοὺς βασιλῆας, ἐξιούσης τῆς στρατιῆς. Id est, *Lex Spartæ lata prodeunte exercitu, non licere utrumque Regem comitari.* Sed contra legem hanc tamen fiebat, quum res postularet, & requireret ita necessitas. Sicut Plistonax, quum bellum Agis gereret adversus Argivos & Mantinenses, duxit & ipse copias ex senioribus & junioribus conscriptas, ut testatur Thucydides *lib.v.* Porro qui ita præerat exercitui Imperator βάγος dicebatur, proprio Lacedæmoniorum vocabulo, ut ait Hesychius: etsi etiam Dux quivis is intelligendus est. Sed quod Rex ut plurimum Imperator, id vero omnes fere historiæ Græcorum ostendunt, & lege hoc constitutum a Lycurgo scribit Xenophon *de Republica Lacedæmoniorum*. Rarius autem Prodicus hoc tam augustum munus gerebat. Ex Prodicis tamen fuit Lycurgus, ut ait Plutarchus, qui quum tutor Charilai esset, munere Imperatorio functus est. Sicut & Pausanias tutor Plistarchi erat, quum contra Persas pugnaret, ut testantur Herodotus, Thucydides, Plutarchus, Æmilius Probus, & alii. Et Aristodemus Agesipolidis tutor, Imperator fuit, ut scribit Xenophon *Hellenicon* lib.IV.

Adjungebantur autem Regi Imperatori, tum ex Ephoris quidam, tum aliquando consiliarii, præterea & alii custodiæ causa. Ac duos Ephoros ex more Regibus attribui solitos ad bella euntibus, docet Xenophon lib.II. *Hellenicon*: Ωσπερ νομίζεται (inquit) ξὺν βασιλεῖ δύο τῶν Εφόρων συστρατεύεσθαι. καὶ πότε παρῆν οὗτός τε καὶ ἄλλος. Id est, *Sicuti positum in more est, ut duo Ephori cum Rege in expeditionibus sint: ita tum aderat hic* (Nauclidas) *& alius.* Itemque consiliarii etiam adjuncti Regi, præter eos qui officia militaria gerebant. Ita Agidi ex lege decem numero attributi. Quæ lex tamen antiqua non erat, quippe tum lata, quum Agis imprudenter judicatus est inducias cum Argivis pepigisse, habens opportunitatem summam rei bene gerendæ. Nam ea de causa decem ipsi adjuncti consiliarii, sine quibus non licebat educere exercitum. Sed ea Lex an postea semper eodem modo obtinuerit, non reperio. Consiliarios tamen semper Regibus adhibitos, exinde verisimile est. Etsi aliis Regibus, bellis quibusdam periculosioribus & longinquioribus, plures adjunctos legimus. Nam Agesilaus obtinuit sciscente populo triginta consiliarios, quum in Asiam exercitum duceret, ut scribit Xenophon, & Plutarchus in *Agesilao*. Atque ad eundem modum postea etiam additi Agesipolidi consiliarii triginta, sicut antea Agesilao, ut idem Xenophon ait *Hellen.* lib.v. Quod ob juvenilem ejus ætatem factum satis apparet. Præter hos ante Regem collocabatur in acie, qui victor coronam in sacris certaminibus meruerat. Nam eum comitem belli semper Rex habebat. Plutarchus *Lycurgo*: Εχώρει ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ στεφανίτην ἀγῶνα νενικηκότα. Id est, *Ibat Rex in hostem comitem trahens victorem coronati certaminis.* Unde est, quod de quodam victore commemoratur. Nam Lacedæmonius quidam quum offerretur ei Olympiis grandis pecunia, non acce-

pit eam : sed ut magno labore superavit adversarium lucta, & quispiam ei diceret, *Quo tibi hæc Lacon victoria?* Occurrit ei subridens: *Ante Regem in acie consistens cum hostibus decertabo.*

Deinde stipabant Regem perpetui comites trecenti illi, qui equites dicti, sicut celeres Romulum semper circumstabant, ut ait Dionysius. Id quod docet Thucydides *lib.* v. narrans de impressione in Argivos, quam scribit factam præcipue *ab ea parte, ubi Rex Agis erat, & trecenti circa ipsum, qui equites dicti*; ἧπερ (inquit) ὁ βασιλεὺς Ἄγις ἦν, καὶ περὶ αὐτὸν οἱ τριακόσιοι ἱππῆς καλούμενοι.

Cæterum Regum illud in bello imperium, non latius se extendit, quam ad unum exercitum, idque potissimum terrestrem. Raro enim classi Rex præficiebatur, idque quum fiebat, ei soli imperabat, non exercitui terrestri. Nam uni ex omnibus Agesilao, imperium terrestre & maritimum simul delatum. Ita enim Plutarchus de Agesilao in *ejus Vita* scribit: Καθ' ὁδὸν ὢν Σκυτάλην δέχεται παρὰ τῶν οἴκοι τελῶν, κελεύουσαν αὐτὸν ἄρχειν ἅμα καὶ τοῦ ναυτικοῦ. τοῦτο μόνον πάντων ὑπῆρξεν Ἀγησιλάῳ. Id est, *In itinere quum esset, accepit a magistratibus urbanis Scytalam, qua jubebatur classis imperium suscipere. Quod uni omnium Agesilao delatum.* Fuit autem summa & absoluta Regis in bello potestas, quum domi esset adstricta & obnoxia. Itaque de Leotychide ait Herodotus *lib.* VI. quod illi imperatorem agenti adversus Thessalos, licuerit omnia agere: παρεὸν δέ οἱ (inquit) ὑποχείρια πάντα ποιήσασθαι. Et Thucydides *lib.* v. lege indicat ita sancitum fuisse, ut ab Rege omnibus imperaretur. Ita enim de Agide exercitum turbatum restituente scribit: Εὐθὺς ὑπὸ σπουδῆς καθίσταντο ἐς κόσμον τὸν ἑαυτῶν, Ἄγιδος τοῦ βασιλέως ἕκαστα ἐξηγουμένου κατὰ τὸν νόμον. βασιλέως γὰρ ἄγοντος ὑπ' ἐκείνου πάντα ἄρχεται. Id est, *Statim accelerando in suo quisque loco constiterunt, Agide omnia ducis munera obeunte, ut lex jubet. Quum enim Rex est Dux exercitus, cuncta ejus imperio subsunt.* Itaque patet Regi Imperatori subjectos reliquos fuisse omnes, quicunque vel peditibus vel equitibus aliqua cum potestate præerant. Inter quos ipsos tamen certus ordo, ita ut semper aliqui inferiores superioribus parerent. Nam σχεδὸν ἅπαν τὸ τῶν Λακεδαιμονίων στρατόπεδον, ἄρχοντες ἀρχόντων εἰσί. Id est, *Nam fere universus Lacedæmoniorum exercitus constabat ex ducum ducibus*, ait Thucydides. Ita ut totus exercitus nihil aliud videretur, quam superiorum quorundam in inferiores imperium, & militantes fere omnes duces ducum.

Erant autem post Regem hi exercitus terrestris præfecti, videlicet Polemarchi, Lochagogi, Pentecosteres, Enomotarchæ. Quos eadem serie enumeratos Thucydides scribit Regi ita obsequentes, ut per Polemarchos ad Lochagogos, per hos ad Pentecosteras, ab iis ad Enomotarchas, atque ita per eos ad singulos in Enomotia constitutos, quid juberet &, fieri vellet, enunciaret. Sed quæ muneris ratio, & quot militibus singuli præfuerint, tum rectius intelligi poterit, quum de exercitus terrestris divisione egerimus. Itaque ad hanc jam declarandam accedamus.

Reperio autem in has potissimum partes tributum fuisse exercitum, quæ sunt Mora, Lochos, Pentecostys & Enomotia. Μόρα autem, quod vocabulum *Glossarii* Auctor interpretari Latine non novit, sed tantum *Moram* vertit, quod ipsorum Lacedæmoniorum proprie fuerit, docet Pollux *lib.* I. & Hesychius *Onomastico*, ita scribens: παρὰ γὰρ Λακεδαιμονίοις οἱ πάτριοι λόχοι μόρα αὖθις ὀνομασθέντες. Id est, *Apud Lacedæmonios enim patriæ cohortes mora deinceps dictæ.* Ita enim legendum censeo. Eodemque modo Harpocration *Lexico decem Rhetorum*, ubi de Moris ait: quod συντάγματά τινα Λακωνικὰ οὕτω καλεῖται, *ordines quidam Laconici sic dicuntur:* Qui & postea ex Aristotele addit, ὡς εἰσὶ μοῖραι ὠνομασμέναι, καὶ διῄρηνται εἰς τὰς μόρας Λακεδαιμόνιοι πάντες. Id est, *quod moræ sint certæ quædam partes, & quod in moras omnes Lacedæmonii distribuebantur.* Unde μόραι opponuntur συμμάχοις apud Xenophontem initio VI. *Hellenicon*. Quot autem exercitus cujusque μόραι fuerint, nemo tradit, nec puto fuisse semper eundem numerum, sed prout exercitus urbanus major vel minor; ita haud dubie μόραι plures vel pauciores. Nam quod apud Xenophontem scribitur *de Repub. Lacedæmoniorum* sex esse μόρας, quum ait, οὕτω γε μὴν κατεσκευασμένων, μόρας μὲν διεῖλεν ἓξ καὶ ἱππέων καὶ ὁπλιτῶν. Id est, *Quibus certe ita instructis, equites quidem & pedites in sex moras distribuit:* id ego referendum puto ad eam distinctionem, qua domi distributi erant ad militiam per moras seu tribus. Quæ etiam sex numero erant, ut supra retulimus. Alioquin Xenophon ipse docet fuisse aliquando in exercitu pauciores μόρας, ut quum scribit VI. *Hellenicon*, Cleombrotum missum auxilio Phocensibus adversus Thebanos cum quatuor moris. Quod alias sæpe factum. Quot autem fuerint milites in unaquaque mora, inter auctores non convenit. De qua dissensione ita scribit Plutarchus in *Pelopida*: Τὴν μόραν Ἔφορος μὲν ἄνδρας εἶναι πεντακοσίους φησίν, Καλλισθένης δὲ ἑπτακοσίους, ἄλλοι δέ τινες ἐννεακοσίους, ὧν Πολύβιος ἐστίν. Id est, *Ephorus moram ait esse quingentorum virorum, Callisthenes septingentorum, alii quidem nongentorum, ex quibus est Polybius.* Quorum ego Ephori sententiæ accedo, utpote maxime concinnæ. Ac sic mora fuerit initio peditum quadringentorum, quibus additi postea equites centum. Quod tamen haud potuit esse perpetuum aucto vel diminuto civium numero, ut idcirco diversæ istæ auctorum sententiæ simul veræ esse possint, de diversis intellectæ temporibus. Præerat autem cuilibet moræ Polemarchus unus. Ita enim Xenophon *de Republ. Lacedæmoniorum*. Ἑκάστη τῶν πολιτικῶν τούτων τῶν μορῶν ἔχει Πολέμαρχον ἕνα. Id est, *Quælibet urbana mora habet unum Polemarchum.* Quod etiam de moris militaribus intelligendum. Nam idem haud dubie in bellis Polemarchi, qui & domi. Atque hic in Regis locum succedebat, si eum occumbere contingeret, ut patet ex lib. II. III. & VI. *Hellenicon* Xenophontis, & aliis. Ducebantque aliquando ipsi Polemarchi moras sine alio Imperatore, & sociis cum præsidio aderant. Quorum creberrima exempla. Additus autem Polemarcho tanquam ejus legatus, qui dicebatur συμφορεύς. Nam ita peculiariter quosdam vocatos docet nos Xenophon VI. *Hellen.* ubi ita scribit, καὶ οἱ συμφορεῖς πολεμάρχου καλούμενοι, *& collatores* (id est, adjutores) *polemarchi appellati.*

Λόχος autem, quod Gloss. interpretatur *Turmam*, quarta moræ pars est. Erant enim cujusque moræ quatuor λόχοι, quamvis alii statuant quinque. Hesychius: Λόχοι Λακεδαιμονίων φησὶ Ἀριστοφάνης τέτταρες. πέντε γὰρ εἰσίν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης. Id est, *Cohortes Lacedæmoniorum juxta Aristophanem quatuor: quinque enim sunt, ut dicit Aristoteles.* Sed verius est, quatuor antiquitus fuisse. Nam totidem λοχαγοὺς seu *Turmarum præfectos* ait Xenophon esse. Hoc itaque si est, erit λόχος quilibet centum peditum. Quod sequentibus recte consentit.

Πεντηκοστὺς autem λόχου seu turmæ pars dimidia. Erant enim octo Pentecostyes cujusque moræ. Unde patet Pentecostyn quamlibet fuisse quinquagenorum militum, quum Lochos erat centum. Quod nomen ipsum etiam indicat. Qui præfecti erant huic numero militum, dicebatur πεντηκοντατῆρες, ut Thucydides, vel πεντηκοστῆρες, ut Xenophon scribit. Ac πεντηκοστῆρας tales octo ait Xenophon fuisse in qualibet mora.

Ενωμοτία quod etiam est ipsorum Lacedæmoniorum, ut ait Pollux *lib.* I. Pentecostyos pars itidem dimidia. Nam fuere Enomotiæ in unaquaque mora sedecim. Facile igitur colligitur comprehendisse Enomotiam vicenos quinos viros, quum Pentecostys erat quinquagenum. Dicta *ἐνωμοτία* a sacramento inter se mutuo, vel simul magistratui præstito. Hesychius, *ἐνωμοτία, τάξις τὶς διὰ σφαγίων ἐνώμοτος*. Id est, *Conjuratio, ordo quidam per sacrificia jurejurando astrictus*. Qui præerant Enomotiis dicebantur *ἐνωμοτάρχαι* vel *ἐνωμόταρχοι*. Quorum sedecim fuisse ait Xenophon cujusque moræ. Sed hæc vetustissima haud dubie divisio, quæ non nisi in peditibus initio locum habuit, & solis Lacedæmoniis competebat. Postea hæc ratio mutata, manentibus iisdem nominibus, sicut & legio Romana ejusque partes auctæ sub iisdem nominibus. Nam equites additi, & auxiliarii etiam centuriati, totiusque exercitus alia usurpata ratio. Quo pertinet haud dubie auctorum de mora dissensio, cujus jam meminimus. Quod vel unico Thucydidæ loco manifestum fieri potest. Nam ubi Historicus *lib.* V. de distributione exercitus Lacedæmoniorum agit, primum moras præterit, quo indicat se non de solis Lacedæmoniis loqui. Deinde *λόχους* seu *Turmas* exercitus septem fuisse ait, quibus & postea præfectos dat Polemarchos, eis suos *λόχους* attribuens, ita ut *λόχοι* tum pro moris, & Polemarchi pro Lochagogis fuerint. Postea ait cujuslibet *λόχου* seu *turmæ* fuisse Pentecostyas quatuor, & Pentecostyos cujusque Enomotias itidem quatuor. Enomotian autem in fronte quatuor in latere octo habuisse. Unde recte colligit Scholiastes Græcus, Enomotian tum fuisse virorum triginta duorum, Pentecostyn autem comprehendisse viros centum viginti octo, Lochon in universum quingentis & duodecim constitisse viris. Ex qua divisione & enumeratione facile de numero totius exercitus judicatus. Atque hæc tum in bello exercitus distributio, sicut & alias alia. Nam ut prior Xenophontis ad solos Lacedæmonios pertinebat, idque potissimum quando pedites erant, ut diximus: ita hæc posterior & aliæ hujusmodi ad socios etiam referendæ, qui postea accesserunt. Quorum quum non esse posset idem semper numerus, nec eodem modo distribuere exercitum licebat. Sed de sociis supra aliquid diximus, qui quum adjuncti Lacedæmoniis ipsorum disciplinæ militari parebant, ab iisque discebant, quomodo se gererent. Separati autem, suum quemdam ordinem servabant, qui ejus Reipublicæ erat, unde venerant. Qua de re hic non est differendi locus, sed hæc ut dixi ad pedites fere referenda.

Cæterum de equitibus Lacedæmoniorum, ut pauca seorsim addamus, hoc in primis notandum, parvum & exiguum fuisse Lacedæmoniis initio equitatum, quod potissimum robur militiæ in peditibus situm existimarent. Sicut Diodorus Siculus *lib.* XI. testatur, scribens eos, *περὶ τὰς πεζικὰς δυνάμεις δὲ κατεσκευασμένους*, *circa pedestres copias probe instructos*. Nam (ut ex Pausaniæ *libro quarto* intelligi potest) ad bellum Messenicum usque raro equitatu usi sunt, tum reliqui Peloponesii, tum Lacedæmonii. Quod eo factum existimare licet, quia Messenia magis alendis equis idonea, ut ex Platonis verbis supra relatis indicatur: Quum Laconica magis esset montosa & aspera. Devicta itaque Messenia, quum ad bella extra Peloponesum gerenda adducerentur, equis magis opus esse didicerunt. Atque ab eo tempore equos alere haud parvæ curæ fuit. Unde & Archidamus apud Isocratem gloriatur de præstantibus equis Lacedæmoniorum. Ac videntur demum Lacedæmonii ejus artis peritos magistros publicos habuisse, qui juvenes equitare docerent, dictos *ἡνιοχαράτας*. Nam apud Hesychium ita scribitur, *ἡνιοχαράτης διδάσκαλος ἱππικῆς τῶν νέων, Λάκωνες*. Id est, *Heniocharates, fræni moderator, magister equitationis juvenum, Lacones*. Quo indicat hoc fuisse Lacedæmoniorum vocabulum, quo tales magistros designabant. Nec etiam a fœminis hoc studium neglectum, quarum quædam Cynisca dicta, Archidami Regis filia, prima fœminarum omnium *ἱπποτρόφησεν*, id est, *Equos alere instituit*, ut ait Pausanias, quæ & in Olympiis prima quadrigis vicit. Erant autem equites Lacedæmoniorum præcipue ex Sciritis, qui partem quamdam Laconicæ tenebant, quique ab aliis Lacedæmoniis hoc nomine distincti erant. Sciritis enim sic usi, quemadmodum Assyrii Hyrcanis. Xenophon libro quarto *Cyropædiæ*, ubi scribens Hyrcanos nationem esse rei equestri deditam, postea hæc addit: *Διὸ καὶ ἐχρῶντο αὐτοῖς οἱ Ἀσσύριοι, ὥσπερ οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῖς Σκιρίταις*. Id est, *Idcirco etiam utebantur iis* (Hircanis) *Assyrii, sicut Lacedæmonii Sciritis*. Fuit autem horum Sciritarum id peculiare, ut semper sinistrum cornu in exercitu tenerent. Cujus auctor Thucydides *libro quinto* in hæc verba scribens: *Τότε δὲ, κέρας μὲν εὐώνυμον Σκιρῖται αὐτοῖς καθίσαντο ἀεὶ ταύτην τὴν τάξιν μόνοι Λακεδαιμονίων ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἔχοντες*. Id est, *Tunc in sinistro cornu Sciritæ constiterunt, quod hunc locum soli ex Lacedæmoniis sibi vendicent*. Distributi autem equites, qui Lacedæmoniis fuerunt, inde usque ab initio in partes quasdam, quas *οὐλαμοὺς* dixerunt. Quod institutum scribitur fuisse ipsius Lycurgi. Quod si verum, fuerunt ipsis etiam tum equi, etsi forte pauciores. *οὐλαμὸν* autem scribit Plutarchus *Vita Lycurgi*, ex Philostephano, fuisse quinquagenum equitum quadrata acie instructam turmam. Cujus meminit & Hesychius. Atque haud dubie equitum tum erat magna gloria, qui ex præcipuis lecti rem utilem Reipublicæ præstiterunt. Postea tamen corrupta & hac in parte Reipublicæ constitutio. Nam equos quidem ditiores aluerunt, sed alios equites præbuerunt. Ita Xenophon libro sexto *Hellenicon*, ait bello Thebano alios equites a ditioribus datos, ad eorum vicem obeundam, qui & rei equestri minus essent idonei, nec gloriæ cupiditate admodum ducerentur. Unde contigit equitatu Lacedæmonios eo bello superari, sicut & alias. Atque hunc in modum tributus exercitus tum equestris tum pedestris.

Tertio in ducendo exercitum hæc ratio potissimum Lacedæmoniis usurpata, quam descripsit ita fere nobis Xenophon libro de *Republica Lacedæmoniorum*. Ante omnia Rex domi antequam exercitus progrederetur, præsentibus Polemarchis, Lochagogis, Pentecontateribus, Enomotarchis & aliis, sicut semper in sacrificiis fieri solebat, sacra Jovi *ἀγήτορι*, seu *ductori* faciebat. Tum si litatum, pergebat domo cum exercitu, & *πυρφόρος* seu *gestator ignis* ferens ignem ex ara sumtum, ad fines regionis comitabatur. Postea quum eo ventum, ibi alterum sacrificium a Rege Minervæ fiebat, atque ut hic etiam litatum, tum demum transibat exercitus Regionis limites, præcedente igni ex his sacrificiis sublato, & omnis generis hostiis. Quem ignem, scribit Nicolaus *de moribus gentium*, sublatum ex ara Jovis Agetoris ferri solitum ab eo qui *πυρφόρος* dicebatur, atque inextinctum servari. Deinde progrediente exercitu dux fuit ipse Rex, quem nemo antecedebat præter Sciritas, & equites exploratores, nisi se hostis ostenderet. Alias enim in primo agmine semper incedebat. Unde est quod Herodotus scribit *libro quarto* *Στρατευομένων πρώτους ἰέναι τοὺς βασιλέας*, Id est, *In expeditionibus ut primi essent Re-*

ges. Atque sic ut lente se paraverant, ita & tarde procedebant, videlicet ne exercitus fatigaretur. Quamvis id etiam eo pertinebat, ut in hostico tanto plus damni dare possent. Unde tarditatem exprobrari solitam Lacedæmoniis apparet ex *lib.* I. Thucydidæ & aliis. Itaque & Isocrates *Panegyrico*, hoc tanquam præcipuæ laudi tribuit Lacedæmoniis, quod bello Medico non cunctati Atheniensibus auxilium ferre; ac si id insolens fuerit ipsorum moribus. Etsi alias etiam, quum ita necesse, hac consuetudine non sint retardati. A

Cæterum sicut Regis erat exercitum ducere: ita in ejus potestate erat quiescere, & castra metari, ubi & quando visum. Solebant autem castra Lacedæmoniis plerumque disponi in orbem, nisi mons, aut fluvius tutos præstaret, quod usum in eis angulorum nullum existimarent; atque semper a castris excludebantur servi. Interdiu autem omnes cum hastis incedebant, ad quævis imperia parati. Habuit etiam in castris unaquæque mora sua exercitia, intra spacium cuique definitum, ne quis ab armis longius abesset. Quod si qui ad commeatum parandum exibant, neque a se invicem, neque ab exercitu longius progrediebantur, quam ut tuti essent. Sumta autem cœna Diis hymnum canebant, atque ita noctu etiam in armis obdormierunt. Excubias autem agebant diurnas quidem interius versus castra: Nocturnas vero exterius equites obibant, olim quidem Sciritæ, postea mercenarii. Atque ii hostes ex locis altioribus, quam poterant longissime observarunt. Polemarchis autem cura incubuit, ut hæc & alia omnia recte, & secundum leges fierent. B C

Porro si pugnandum videbatur, cum vero Rex ἄγημα seu *turmam* primæ moræ, quam existimo esse trecentorum istorum, qui semper Regi ad custodiam corporis præsto fuerunt, ducens convertebat se, donec inter duos Polemarchos, & duas moras consisteret. Nam Regis erat medium locum in exercitu tenere, quum esset pugnandum, unde ad omnes facile emanare & evulgari poterant, quæ mandaret. Ita Agidem scribit Thucydides *lib.* v. medium exercitus tenuisse, quum Argivi in eum & trecentos istos impressionem facerent. Deinde post Regem & hos custodes, statuebantur in acie securitatis causa, qui eodem utebantur contubernio cum iis, quos ὁμοίους dicebant, qui erant vates, medici, tibicines, ut testatur etiam Nicolaus apud Stobæum *de moribus gentium*, itemque copiarum præfecti, & spontanei quique militantes. Tum vero Rex iterum in hostium conspectu sacrificium faciebat capellam mactans. Quod existimo fuisse victimam, Musis immolari solitam. Nam Musis ait Plutarchus a Rege sacrificium fieri instante prælio; sicut Xenophon tum fieri ait hanc capellæ mactationem. Hoc itaque ubi factum, incinebatur frequens tibia, omnesque coronas sumebant, atque ita ad conflictum veniebatur. Non deferunt tum mutuæ cohortationes, præcipue Enomotarcharum, qui tamen exaudiri non poterant, nisi a sua qualibet enomotia: Atque hoc pacto duci, & ad pugnam instrui exercitus solebat. D E

Postremo videndum jam quomodo confecto bello exercitum reportare moris fuerit. Et quidem Regem seu Imperatorem oportebat, sicut exercitum eduxerat, ita & domum reducere. Neque enim eos, qui ex Lacedæmoniis erant, alios licebat dimittere vel exauctorare. Reliquos autem socios, & mercenarios, suis ducibus reportandos commisit. Ac tum quidem agmen clausit Rex cum sua cohorte. Nam ut in exitu inter primos: ita in reditu inter postremos. Itaque & Herodotus de Regibus ait eos ὑστάτους ἀπιέναι. Quod facile apparet, eo fieri ne hostes novissimum agmen caperent, a tergo ingruentes. Domum reversus cum suis copiis Rex denuo sacrificabat, haud dubie Jovi servatori gratias agens. Quale autem fuerit hoc sacrificium docet Plutarchus in *Marcello*, ubi scribit Lacedæmone ducem deposito imperio, si actu vel blande rem susceptam confecisset, immolasse bovem: sin acie, gallum gallinaceum. Itaque quod idem auctor refert in *Institutis Laconicis* sacrificium fieri ab eo qui strategemate hostem superasset, id de hoc bovis sacrificio accipio. Tandem post hæc ταμίαι, seu *quæstores*, σκυλοφόρων ἄρχοντες, seu *sarcinatorum præfecti*, & λαφυροπῶλαι *in publicum extulerunt spolia asservata*, atque item quæ ex manubiis redacta erant. Unde tum Diis donaria assignabantur, tum præmia benemeritis præstabantur. Reliqua vero deponebantur, vel in publicos usus erogabantur, aut etiam, ut postea factum, in ærarium condebantur. Ex quibus omnibus patet verum esse, quod Xenophon ait, Regem in exercitu, qua Diis ministrabat Sacerdotem, qua homines gubernabat, Imperatorem egisse. Atque hæc de bellis terrestribus Lacedæmoniorum nobis dicta sint. F

CAP. V.

De bellis maritimis. Ea serius a Lacedæmoniis gesta. Classis antiquissima Græciæ quæ fuerit. Cur antiquitus nullam classem haberent Lacedæmonii. Ratio duplex. Nautæ Sparta tandem abdicati. Classis Lacedæmniorum tum ex propriis, tum ex sociorum navibus constabat. Classis Duces semper fuerunt Lacedæmonii. Agesilao classis & terrestris exercitus imperium quomodo delatum. Ναύαρχος *classis præfectus dicebatur.* Επιστολεὺς *quis fuerit. De Navarcho Lex Lacedæmoniorum. Navarchi officium quale. Classiarii milites qui fuerint. Socii pecunias potius quam milites suppeditabant: Nautæ unde sumerentur. Nautæ dicti* ἀντερέται, *& cur. Nautarum alia nomina. Navale oppidum Lacedæmoniorum Gytheum.*

QUOD bella maritima serius a Lacedæmoniis gesta sint, eo factum ut & minus horum gloria excelluerint, & ab auctoribus pauciora de iis prodita sint. Nec enim ante Persarum in Græciam adventum legimus ullam justam classem ab iis ad bellum comparatam. Et hæc ipsa, quæ bellis Medicis ipsorum Lacedæmoniorum erat, non ita numerosa. Nam antiqua illa, quæ ad Trojam navigavit, totius Græciæ impendio & apparatu constitit, ac minor longe exstitit posterioribus. Extenuata itaque merito a Thucydide, qui scribit Poetas omnia in majus extollere. Classis autem totius Græciæ antiquissima fertur Corinthiorum & Corcyrensium, ac postea Atheniensium. Ac Corinthios auctor idem Thucydides, primo naves, quales postea in usu fuere, struxisse. Postea res ipsa docuit Lacedæmonios etiam classe opus esse, quum translata ab ipsis bella extra Peloponesum gererentur adversus Athenienses, Thebanos, Persas, Thraces, & alios insulas maris inhabitantes, qui classibus haud parum valebant. Itaque ne invaderetur ab iis Laconica, una parte mari exposita, hostem classe propulsare necesse fuit. Quod tamen initio infeliciter ne an imperitius dicam factum. Quare autem classis ad bella maritima nulla ipsis antiquitus fuerit, non est obscurum. Primo enim incolebant Lacedæmonii regionem μεσόγειον seu *mediterraneam*, ut est apud Xenophontem, ita ut urbs sedes præcipua Reipub. a mari haud parum distaret, ideoque mi-

minus bellis mari gerendis & administrandis oportuna. Deinde vetitum erat legibus Lycurgi, ne nautæ ipsis essent, neve navalibus præliis pugnarent, ut supra diximus. Etsi hanc legem necessitate impulsi mutarunt, usque dum maris imperium obtinerent. Tum vero usu edocti, mores & disciplinam Reipub. nautarum commercio corrumpi, veterem legem Lycurgi abdicatis navibus revocarunt. Neque enim consistere illa laudatissima politia potuisset, nisi profligati pudoris, & perditos homines facessere e Repub. jussissent. Cujusmodi vulgus nautarum esse vel proverbium vetus indicat, quo maritimi mores pro corruptis & perversis intelliguntur. Quod magno suo malo experiri videmus in dies quosvis, qui maritima accolunt. Sed nihilominus Lacedæmonii hoc animadverso, contra legem denuo classem compararunt, ut ait Plutarchus, & nos supra attigimus. Porro constabat classis Lacedæmoniorum tum ex iis, quas ipsi confecerant navibus proprio impendio, tum magis ex sociis. Nam hos semper naves suppeditasse, & quidem plerunque plures ipsis Lacedæmoniis, multis veterum scriptorum locis ostendi potest. Quod ne de aliis majoribus classibus dubium cuiquam sit, de parva aliqua ex Xenophonte convincam. Scribit itaque VI. *Hell.* Historicus, facta pace inter Laced. & Athenienses, quum Timotheus exules Zacynthios in insulam exposuisset, questos de ipsius injuria Insulanos apud Laced. Qui læsos se ab Atheniensibus existimantes, classem denuo comparabant. Ac tametsi hæc classis tantum ex LX. constabat navibus, tamen plures civitates ad eam contulisse commemorat, ut sunt hæ, videl. Lacedæmon ipsa, Corinthus, Leucas, Ambracia, Elis, Zacynthus, Achaja, Epidaurus, Troezen, Hermione, Halienses. Cujus non dissimile exemplum est apud Thucyd. *lib.* VIII. in classe centum navium. Hoc itaque si in tam exigua factum classe paranda, quis secius in reliquis fieri potuisse existimarit? Erant tamen Lacedæmonii semper Duces totius classis, etsi sociorum navibus ii præerant Trierarchi, quos Respub. eorum præfecerat. Ut in aliis expeditionibus alii, Mnasippus autem Lacedæmonius, hac quam jam commemoravimus classe. Atque (ut diximus supra) raro Reges classis imperium tenuere, forte quod ii minus maritimorum bellorum periti, aut felices habiti, multo minus ut & terra & mari imperarint. Itaque quod Agesilao soli simul classis & terrestris exercitus imp. delatum, ut retulimus ex Plut. id magis honori ejus datum, quam quod ita conveniret. Idcirco nec id ipse usurpavit, sed Pisandrum sua vice fungi voluit. Quo nomine tamen in reprehensionem incurrit; quod qui alias semper ad Reipub. utilitatem respexisset, hic propinquitatem prætulerit, quippe uxori se venditans, cujus frater erat Pisander. Quod Agesilai delictum utinam non plures imitarentur, minus idoneos modo ex suis provehendo. Cæterum dicebatur qui classi præerat *ναύαρχος*, quem *classis præfectum* interpretari licet, & *ναυαρχία* ipsa præfectura. Nam tametsi unius etiam navis navarchus est, qui usitatius dicitur *τριήραρχος*, ut Brasidas apud Thucydidem dicitur Trierarchus *lib.* IV. tamen & classis totius dicitur navarchus. Itaque apud Hesychium & Suidam exponitur *ναύαρχος ὁ τῶν νηῶν ἄρχων*, id est, *navium præfectus*, non unius navis. Et *στολάρχης* item apud Hesychium idem est cum *ναυάρχῳ*, atque hoc nomine exponitur. Επιστολεὺς autem erat navarcho quasi legatus, sicut Polemarchi Regis in bellis terrestribus, qui & *ἐπιστολιαφόρος* dicitur apud Xenophontem. Nam *ἐπιστολεὺς* est, ut Pollux *lib.* I. scribit, *ὁ ἐπὶ τοῦ στόλου διάδοχος τοῦ ναυάρχου*, *qui in classe est successor navium Præfecti*. Unde etiam patet quod de navarchi significatione diximus. Ita II. *Hellenicon* Xenophontis Aratus dicitur Navarchus, Lysander Epistoleus vel ipsius legatus. Nam tum Lysandro per legem præfecto esse non licuit, ut jam diximus. Quamvis nomine tantum Lysander Epistoleus, re navarchus erat, ut scribit Plutarch. *Lysandro.* Item VI. *Hellenicon*, Mnasippo navarcho Hypermenes est Epistoliaphorus. Quod autem de Navarcho seu classis præfecto subindicavimus legem Lacedæmoniis fuisse, ea vero hæc est. Quod bis eundem classis præfectum creari non liceret. Ita enim scribit Plutarchus *Lysandro*, *Νόμος ἦν οὐκ ἐῶν δὶς τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν*. Id est, *Lex erat vetans eundem bis esse classis præfectum*. Itaque Xenophon initio II. *Hellenicon* scribit; *ὁ νόμος αὐτοῖς δὶς τὸν αὐτὸν ναυαρχεῖν*, *non est fas apud ipsos bis eundem Præfectum classis esse.* Unde sæpe navarchos mutare necesse. Quod nec ipsis Lacedæmoniis omnibus probabatur. Itaque quum Callicratidas missus esset successor Lysandro anno imperii ejus elapso, vulgatum ab ipsis Lacedæmoniis passim per civitates; *Ὅτι Λακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπίπτοιεν ἐν τῷ διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους, πολλάκις ἀνεπιτηδείων γιγνομένων, καὶ ἄρτι ξυνιέντων τὰ ναυτικὰ, καὶ ἀνθρώποις ὡς χρηστέον οὐ γινωσκόντων*. Id est, *Quod graviter impingerent Lacedæmonii mutando toties navarchos: quorum aliqui sæpe essent minus idonei & rerum nauticarum imperiti, aliqui quo pacto tractandi homines ignari.* Quibus verbis Historicus non male in quibus officium Navarchi situm ostendit, videlicet in peritia rei nauticæ & scientia tractandi homines. Itaque nec immerito reprehensa hæc eorum lex ab Aristotele, etsi alia de causa. Is enim lib. II. *Politicon* ita ejus meminit: *Τῷ περὶ τοὺς ναυάρχους νόμῳ, καὶ ἕτεροί τινες ἐπιτετιμήκασιν, ὀρθῶς ἐπιτιμῶντες· στάσεως γὰρ γίνεται αἴτιος. ἐπὶ γὰρ τοῖς βασιλεῦσιν, οὖσι στρατηγοῖς ἀϊδίοις, ἡ ναυαρχία σχεδὸν ἑτέρα βασιλεία καθέστηκε*. Id est, *Legem de classis præfectis alii quoque reprehenderunt, recte vituperantes. Est enim causa seditionis. In Reges namque, qui sunt perpetui duces exercituum, præfectura classis, quasi alterum regnum constituta est.* Quæ verba recte animadversa, probant etiam quod supra retulimus, raro Regem classis præfectum fuisse. Cæterum classiarii milites fuerunt & ex Lacedæmoniis & ex sociis, sed plerumque maxima ex parte ex mercenariis constabant. Nam in maritimis expeditionibus non admodum exercitati Lacedæmonii, nec disciplina, qua a pueris instituebantur, huc multum conferebat. Et socii utplurimum potius pecunias suppeditabant, quam milites dabant. Sic de Agide scribitur apud Thucydid. quod *τὰ τῶν ξυμμάχων ἠργυρολόγησεν ἐς τὸ ναυτικὸν*, *quod a sociis pecunias collegit ad nauticam expeditionem*. Quod ego de militibus conducendis intelligo. Nam de classis apparatu postea agit Historicus. Itaque etiam quum Mnasippus in Corcyram navigaret, urbes sociæ pecuniam miserunt, quod maritima esset expeditio. Qua de re ita Xenophon scribit lib. VI. *Hellenicon*: *Τῶν πόλεων αἱ πολλαὶ ἀργύριον ἀντὶ τῶν ἀνδρῶν αὐτῷ ἔπεμπον, ἅτε καὶ διαποντίου τῆς στρατίας οὔσης*. Id est, *Civitatum plurimæ argentum pro hominibus ipsi mittebant, quippe transmarina militia.* His itaque stipendium numerandum, quod per menses ipsis constitutum fuisse, indicat eodem loci Historicus. Sicut & hac tempestate usitatum. Atque idem de nautis puto sentiendum. Neque enim suppetere Lacedæmoniis poterat eorum copia habitantibus urbem mediterraneam. Aliquos tamen eos aluisse, ex iis quæ jam diximus patet. Vocabantur autem nautæ, ut annotat Pollux ex Thucydide, *ἀντερέται*, id est, *Remiges*, sicut & revera plerique remiges erant. Nam *τὸ ναύτας ὀνομάζειν τραγικώτερον*, *nautas nominare superbius & tragœdiæ convenientius*, ait esse. Distincti nautæ seu Remiges haud dubie Lacedæmoniorum, sicut aliorum Græcorum. Nam quod apud Hesychium & Pollucem; alii dicuntur *θαλάμιοι* qui infimi & ultimi erant; Alii *ζύγιοι* qui medii, alii *θρανῖται* qui supremi, ea nomina Græcis communia fuisse puto. Navale autem Lacedæmonior. erat oppidum Gytheum dictum vel Gythium. Ita Diodorus *lib.* XI. *Γύθιον ἐπίνειον τῶν Λακεδαιμονίων*,

Gythium navale Lacedæmoniorum. Et Strabo *lib.* VIII. ait, Γύθιον Σπάρτης ἐπίνειον, *Gythium Spartæ navale.* Ac Pausanias scribit ibi νεώρια Lacedæmoniorum. Sicut & Livius *lib.* XXXIV. ait, Gytheum opidum, omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis fuisse receptaculum.

Atque hæc de bellis Lacedæmoniorum, totaque militiæ ratione nobis dicta sint. Reliqua quæ habuimus, relata sunt in legibus militaribus. Quibus si minus satisfactum fuerit avido harum rerum lectori, imputandum hoc vel inopiæ documentorum, vel scriptorum negligentiæ, qui non fortassis existimarint hæc digna, ut posterorum memoriæ proderentur. Jam pergamus ad alia.

CAP. VI.

De Pace & fœderibus. Fœderis & amicitiæ Lacedæmoniorum cum aliis civitatibus duo modi. Σπονδαὶ *quæ dictæ sint Lacedæmoniis, quomodo fierent. Restitutio pars erat pacis, sine qua pax non constaret. Restitutio sortitione fieri solita.* Εἰρήνη *&* συμμαχία *opponuntur.* Συμμαχία *plus erat quam* εἰρήνη. Συμμαχίας *&* ἐπιμαχίας *distinctio. Juramentum in fœderibus usitatum. Juramentum cuique licitum proprium & domesticum. Fœdera quum essent rata in columnis lapideis incidebantur. Fœdera quotannis renovabantur. Fœdera vel pax non fiebant a Regibus aut Ducibus nisi auctoritate Magistratus. Induciæ a Ducibus dabantur. Legatorum interventu nonnunquam pax facta. Legati mitti a Lacedæmoniis soliti qui inter se dissiderent. Legati tres mittebantur plerunque, & aliquando unus. Legati commissa negotia Laconico more exequebantur. Samiorum legati a Cleomene quomodo excepti.* Κατάσκοποι *qui dicti sint apud Lacedæmon.* Κήρυκες *in legatorum numero sunt a quibusdam positi.* Κήρυκες *e gente Talthybiadarum. Talthybiadarum origo. Legati Persarum a Lacedæmoniis quomodo excepti. Fœdera Lacedæmoniorum cum quibusdam gentibus. Odia Lacedæmoniorum adversus quasdam gentes.*

BELLICIS expositis non omittendum nobis visum est, quæ ad pacem faciendam, & fœdera sancienda pertinent. Itaque de his jam dicendum, quod soleant illa bellis quæri, vel ea saltem consequi.

Erant autem duo modi, quibus fœdus & amicitia cum Lacedæmoniis civitatibus aliis intercedebat, quorum alterum σπονδὰς, alterum συμμαχίαν vocarunt. Σπονδαὶ pacem in primis continebant, ac ne qua pars alteram deinceps læderet, vel socios alterutrius, utque bello ablata restituerentur, de quibus convenerat. Et alia plura. Neque enim semper eodem modo fœdus concipiebatur. Ac quod ad restitutionem attinet, non aliter pax constabat, neque vero ea dicenda pax, nisi reddita essent quæ promissa, & reliqua præstita. Quare Thucydides *lib.* V. ait: Οὐκ εἰκὸς εἰρήνην αὐτὴν κεκλῆσθαι, ἐν ᾗ οὔτ' ἀπέδοσαν πάντα, οὔτ' ἀπεδέξαντο ἃ ξυνέθεντο. Id est, *Non consentaneum eam judicari pacem, in qua neque tradita, neque recepta omnia, de quibus convenerat.* Fiebat autem sortitio de restitutione, utra parte prius incipiendum esset, in qua multum ad finem promissorum situm. Itaque de Lacedæmoniis reddentibus captivos Atheniensibus & sociis ait Thucydides ἔλαχον πρότεροι ἀποδιδόναι ἃ εἶχον, *sortiebantur primi reddere quæ habebant.* Ac quia σπονδαὶ tantum pacis erant, ideo vocabant scriptores etiam εἰρήνην. Nam εἰρήνη opponitur τῇ συμμαχίᾳ apud Xenophontem: sicut & ξυνθῆκαι apud Thucydidem.

Sed in συμμαχίᾳ multo plus inerat. Nam non solum pacem, sed & mutuum auxilium complectebatur. Ac ut iidem hostes utriusque essent, atque ab sociis utrique injuriam abstinerent. Nam ita Suidas συμμαχίαν describit, distinguens eam ab ἐπιμαχίᾳ. Συμμαχία (inquit) ἐπιμαχίας διαφέρει. συμμαχία γὰρ ἐστιν ὅταν τις τὸν αὐτὸν ἔχῃ τῷ συμμαχομένῳ, ἐχθρὸν καὶ φίλον. ἐπιμαχία δὲ ὅταν τις μόνῳ τῷ συμμαχομένῳ βοηθῇ, οὐ μέν τοι καὶ ἀδικοῦντι συμπράττῃ. Id est, *Societas armorum differt ab auxilio. Nam societas armorum est, quando quis eundem illi, cui socius est, habet hostem & amicum. Auxilium vero, cum quis soli illi cui socius est, injuria affecto opitulatur, non tamen adsit injuriam afferenti.* Ex quibus patet ratio, quare etiam plerunque post σπονδὰς ad tale fœdus συμμαχίας veniebatur, ut videre est ex *lib.* V. & VI. Thucydidæ, aliisque multis historicorum locis. Erat autem in utrisque hisce fœderibus usitatum, ut tum ii quorum res præcipue agebatur, tum socii etiam jurarent. Neque enim æquum visum, eos pace excludere, quos periculi societas conjunxerat. Quamvis si sociis aliter visum, ut si fœdus minus æquum, aut forte ignominiosum, nec in fœdere adjungebantur, nec juramentum præstabant. Sed fuit juramentum licitum utrique parti proprium & domesticum, quod oportebat tamen maximum esse, quod eis usitatum. Ac clausula in fœderibus addenda semper juramento hæc, ut docet Thucydid. Ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις, καὶ ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε δικαίως καὶ ἀδόλως. Id est, *Stabo his pactionibus & fœderibus juste & sincere.* Cæterum videtur fuisse Lacedæmonior. hoc usitatissimum juramentum, (nam de aliis alibi) ut per Castores jurarent in hanc formam; ναὶ τὼ Σιὼ Ἀγεῖοι, *per Deos Ductores.* Ita enim est apud Xenoph. *lib.* IV. & in *Apophth.* apud Plutarch.

Quum vero rata jam fœdera erant, tum in στήλαις seu *columnis* lapideis vel pilis incidebantur ad perpetuam memoriam, eæque in aliquo loco sacro statuebantur. Nam sic fœdera firmiora futura putabant. Ostendi hoc potest ex Isocratis *Panegyrico*, ubi de fœdere cum Persis loquitur. Et manifeste id declarat fœdus cum Atheniensibus factum, cujus jam meminimus. Nam simulatque incisum pilis, statuebantur eæ partim in Olympiis, partim in Pythiis, partim in Isthmo. Atque Athenis intra urbem, Lacedæmone in Amyclæo, ut est in Thucydide. Ac renovare fœdus quotannis plerumque moris erat, missis utrinque legatis, quod & fœdere exprimebatur. Eaque fœderis annua repetitio & renovatio, in sacris etiam ut plurimum fiebat, fortassis ex Cippis recitato fœdere. Sicut ad id fœdus, quod jam diximus, legatis Atheniensium ad Hyacinthia Lacedæmonem veniendum erat, Legatis Lacedæmoniorum ad Dionysia Athenas.

In universum autem Lacedæmoniis hoc observatum, ne pax cum ullis fieret, vel ab ipsis Regibus Imperatoribus, vel ab aliis ducibus, nisi auctoritate magistratus, ut Senatus & Ephororum. Sed ab ipsis ducibus induciæ tamen dabantur, dum magistratus consuli & rogari posset. Nam quod Agesilaus apud Xenophontem indignatur Phliasios ad magistratus contendere pro pace, id non eo pertinet, quod penes ipsum jus pacis faciendæ fuerit: sed quod is præteritus sit, neque dignus ab eis habitus, quo intercessore & auctore uterentur. Sic Lysandrum, supra diximus, pacem petentes ad magistratus remisisse. Et Xenophon eo loci, ubi illa de Agesilao scribit, statim addit a Polybiade Harmoste Olynthios pacem petentes ad magistratus rejectos. Sicut & Agesilaus ipse respondit, Tithrausti pacem pecunia redimere volenti, penes civitatem, non penes se ejus faciendæ jus esse, ut est apud Plutarchum *Agesilao*. Quamvis haud raro magistratus iterum hanc curam Imperatoribus delegebant, utpote qui in rem præsentem venerant, ideoque rectius de pacis æquitate statuere poterant.

Alias tamen legati mittebantur, quorum interventu pax fiebat, & fœdera sanciebantur. In his vero id quasi solemne Lacedæmoniis erat, ut inimicitiæ invicem iis intercederent, qui legationis munus obirent. Docet id Aristoteles, ita scribens *politico* II. de æmulatione, quæ inter Reges & alios Spartæ erat; Διόπερ (inquit) ἐξέπεμπον συμπρεσβευτὰς τοὺς ἐχθροὺς, καὶ σωτηρίαν ἐνόμιζον τῇ πόλει εἶναι τὸ στασιάζειν τοὺς βασιλεῖς. Id est, *Propterea mittebant collegas Legationis inimicos,*

& salutare putabant urbi fore si dissiderent reges. Unde A existimare licet Legatos plerumque tres missos, ut tertius quasi inter utrosque medius, ipsis dissidentibus æquiori & utilius Reipub. consulenti accederet. Quamvis ita φιλοπάτειδες Lacedæmonii, ut non dubium sit eos patriæ semper inimicitias condonasse. Sicut & inimicitias illas æmulationis potius fuisse, quam vindictæ existimare licet.. Quam æmulationem fortassis inter Legatos existere non sine gravi ratione voluerunt Lacedæmonii, videlicet ut alter altero magis in utilitatem Reipubl. eniteretur. Ita tres Legati missi Athenas ad societatem ineundam contra Thebanos, qui erant, ut scribit Xenophon, Etymocles, Aristolochus & Ocellus, & alias sæpius eodem modo. Verumtamen hoc non B fuisse perpetuum satis apparet. Nam & longe plures aliquando missi, ut fœdere illo sanciendo, quod jam adduximus, & aliis multis, præcipue quum majoris momenti esset negotium. Alioquin si res non magna, vel si non erat ipsis suspiciendus, aut si eum minus timere venerarive videri voluerunt, ad quem legati mittendi, unus tantum ibat. Itaque miranti Philippo Macedoni, ac quærenti, *quare unus legatus tantum ad eum venisset*, Respondit ipse legatus: *Etenim unus ad unum*, ut est apud Plutarchum in *Apophtheg.* & libro *de Garrulitate*.

Expediebant autem qui mittebantur Legati commissa negotia Laconico more, id est, tum brevi, conci- C sa, & arguta oratione, tum animo erga Rempubl. sincero & constanti, ut tamen jam prætereamus Antalcidam. Ita Polycratidas missus legatus ad Regis præfectos cum aliis interrogatus, *privatim ne adesset, an publico nomine*? Respondit intrepidus: *Si consequimur quod volumus, publice: sin repulsam patimur, privatim.* Quod tamen postea secus fiebat. Nam tandem aliquando prolixius & ii dicere cœperunt. Unde Epaminondas exprobravit Legato Lacedæmonio, quod Thebani eos docuissent a brachylogia abstinentes prolixa oratione uti. Cæterum uti suos, ita & aliorum Legatos, itidem paucis voluerunt Lacedæmonii apud se a- D gere. Quare legatis Samiis prolixa oratione hortantibus Cleomenem, ut bellum Polycrati faceret, Respondit: *Eorum quæ dixistis prima non memini, ideoque nec media quidem intelligo: ultima vero mihi non probantur.* Et Agis Abderitarum Legato quærenti postquam prolixam ad eum habuisset orationem, *quid referret suis?* Respondit inquiens: *Hoc referes, quam diu tibi visum fuit loqui, tamdiu me tacitum audivisse*. Quæ & alia sunt apud Plutarchum in *Apophtheg.*.

Fuerunt autem præter hujusmodi legatos quidam, qui peculiariter dicti κατασκόποι. Nam sic eos vocat Thucyd. *lib.* VIII. Hi mittebantur ad res provinciarum inspiciendas, ac qua ratione Harmostæ se gererent E inquirebant, atque ordinabant alia in provinciis necessaria. Tales fuisse Aracum, Navatem & Antisthenem a magistratibus ad Dercyllidam missos, scribit Xenophon. Atque hæc communiter in hisce legatis recepta.

Postremo quidam in legatorum numero κήρυκας seu *caduceatores* dictos etiam ponunt, qui erant legati bellici seu bellum denunciantes. Nam ut Suidas ait, κῆρυξ ἐν πολέμῳ, πρέσβυς ἐν εἰρήνῃ, *præco in bello, legatus in pace*. Hi apud Lacedæmonios peculiariter erant ex gente illa, quæ Talthybiadarum appellata. Quorum originem referunt Herodot. *lib.* VII. & Pausanias *Laconicis*, ad Talthybidium Agamemnonis caducea- F torem, seu præconem, cui Divinos honores Lacedæmonii exhibuerunt constructo templo, & tributa ejus gentilibus gratia & præeminentia, ut κέρυκες semper essent. Quos & idcirco sacrosanctos Lacedæmonii futuros existimarunt, quod a Deo essent oriundi; sicut & legati alii jure omnium gentium communi, inviolati sunt. Etsi Lacedæmonii Persarum legatos terram & aquam petentes, non admodum sanctos habuerunt, quum in puteum conjectos, jusserunt ibi terram & aquam sumere. Sed hi, uti dixi, caduceatores tantum erant, non justi legati. Ad hunc itaque fere modum se habuerunt legati, atque hæc eorum diversitas. Fuerunt autem quædam gentes quibus cum fœdus intercedebat, etsi nunquam bellum fuisset. Nam cum Judæis fœdus initum, ob utriusque gentis inter se cognationem, ut existimabant Lacedæmonii, ad quod invitati fuerant Epistola ad Oniam Sacerdotem missa, quæ tribuitur Areo Regi Lacedæmoniorum; ut videre est *Machabæorum* lib. I. cap. XII. & apud Josephum lib. XII. *Antiquit.* cap. V. Ac e contra quibusdam nunquam fuerunt sinceri amici, ut Messeniis, cum quibus ad internecionem pugnarunt, sicut nec Thebanis, ut testis est Isocrates oratione *adversus Philippum*. Aliquos vero tum socios habuerunt, tum aliquando oppugnarunt, ut *eodem loco* scribit Isocrates.

Cap. VII.

De Litibus & Actionibus. Actiones simplices apud Lacedæmonios, seu causæ simpliciter actæ. Patroni causarum vel oratores non fuerunt apud Lacedæmonios. Potentiores aliquando reis profuisse. Actiones apud Lacedæmonios tum privatæ, tum publicæ fuerunt. Actionem qualemcunque præcedebat in jus vocatio. Per quos fieret hæc in jus vocatio. Scytala quid, & ejus usus ex Gellio. Probationum modi apud Lacedæmonios. Servorum indicia non facile admissa. Κλήσεις *quid sint, & quis usus.*

Dicturus jam de Actionibus præmonitum volo lectorem, si pragmaticus sit, vel forensium rerum peritus, qui hæc in manus sumat, ne requirere a nobis velit in hujus Reipub. descriptione, talem actionum varietatem & copiam, qualis apud Athenienses vel Romanos usitata fuit. Nam in his Lacedæm. ab iis vel maxime diffidebant, & sui similes erant, ita ut institutis suis convenienter sine curiosa actionum distinctione & electione simpliciter causas agerent. Neque item formulæ ipsis ullæ erant, quibus astringebantur. Sed causa nude sine verborum lenocinio & ambagibus, consueta brevitate, uti habebat, agebatur. Sicut nec patronos habuerunt causarum vel oratores; sed quilibet pro se causam suam agebat, ac ipse se defendebat, ut ex iis quæ superius a nobis dicta sunt intelligi potest. Quamvis non negaverim potentiores reis sæpe profuisse, quum eis favorem accommodarent, præsertim si eorum extiterant præclara aliqua in Rempub. merita. Sicut Agesilaus Sphodriam vitæ periculo sua commendatione exemit, in gratiam filii Archidami, qui amabat filium Sphodriæ Cleonymum, quum Sphodrias tamen adversæ factionis esset. Sicut & illi, quibus per ætatem forum adire non licebat, per amicos tanquam per procuratores, negotia sua forensia expediebant, ut supra diximus.

Erant alioquin actiones apud Lacedæmonios, sicut apud alios, tum privatæ, tum publicæ in usu. Quarum iis privatas res persequebantur, & privatis quibusque competebant: his publica delicta vindicabant, & quorumvis erant, vel magistratuum ipsorum. Ut Ephori Sphodriam accusarunt, quum adversus fœdus Piræum occupare instituisset, ut scribit Xenophon v. *Hellenicon*. Et Plutarchus ait, quum ab Atheniensibus accusatores missi essent adversus Sphodriam, comperisse eos, quod magistratus jam occuparant eum accusare. Sicut & Pausanias ab Ephoris accusatus, & alii multi. Nam penes eos, ait Xenophon esse περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι, *de vita in discrimine statuere*. Quo pertinet quod Aristoteles ait, videri magistratum Ephororum πάσας εὐθύνειν τὰς ἀρχὰς, id est, *ab omnibus magistratibus rationem exigere*.

Deinde fuit & usitata eis, qualiscunque tandem erat actio, præcedens semper in jus vocatio, uti consentaneum erat, reo diem dici, quo judicio se siste-

ret. Id vero alias testato fiebat ab actore, si præsens reus, ut existimamus: Alias a magistratibus per servos publicos, seu per Scytalem, si reus absens esset. Nam ὑπηρέτας seu *servos* ac ministros attribuit Ephoris Plutarchus agens de supplicio Agidis. De Scytale scribit Thucydides *lib.*I. Pausaniam ea domum a magistratibus revocatum. Quæ historici verba exposuit in *Vita Pausaniæ* Æmilius Probus. Nam quum insolentiam ejus, & alia contra Rempub. delicta commemorasset, postea ita addit: Id, inquit, postquam Lacedæmonii resciverunt, Legatos ad eum cum Scytale miserunt, in qua more illorum erat scriptum, nisi domum revertatur, se capitis eum damnaturos. Ex quibus verbis intelligi potest morem fuisse ad causam dicendam, etiam Scytale revocari reos, cum denunciatione pœnæ, si non parerent. Sicut in accusatione Regis Pausaniæ inter alia hoc crimini etiam datum, *quod non stitisset se judicio, ideoque etiam capitis damnatus sit.* καὶ πρὸς τούτοις, οὐ παρόντος ἐν τῇ δίκῃ, θάνατος αὐτοῦ κατεγνώσθη inquit Xenophon III. *Hellenicon* in fine. Cæterum ut ratio & usus Scytalæ hoc loco semel explicetur, quæ de ea apud Gellium leguntur huc referre visum est. Ejus itaque verba *lib.* XVII. *cap.*IX. ita habent. *Lacedæmonii veteres*, inquit, *quum dissimulare & occultare literas publice ad Imperatores suos missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas id genus factas mittebant. Surculi duo erant teretes oblongi pari crassamento, ejusdemque longitudinis, derasi atque ornati consimiliter. Unus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi magistratus cum jure atque cum signo habebant. Quando usus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant, volumine rotundo & simplici. Ita uti oræ adjunctæ undique & cohærentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loco per transversas juncturarum oras versibus a summo ad imum proficiscentibus inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis revolutum ex surculo, Imperatori commenti illius conscio, mittebant. Resolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat: membraque earum & apices in partes diversissimas spargebat. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam conjectari ex eo loro quibat. Sed ubi ille ad quem erat missum acceperat, surculo compari, quem habebat, capto, ad finem perinde uti fieri debere sciebat, circumplicabat. Atque ita literæ per ambitum eundem surculi coalescentes rursum coibant, integramque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Laced. σκυτάλην appellant.* Hæc ille. Quæ ipsius verba ideo duximus adscribenda, quod crebra hujus Scytalæ mentio apud auctores, & quod Plutarc. *Lysandro*, Scholiastes Græcus Thucyd. Clemens Alexandr. II. *Stromateon*, & alii multi, dignam hanc rem existimarint, quam oratione sua illustrarent. Postremo erant & probationum modi Lacedæm. ii qui ab aliis etiam usurpantur, videlicet ut vel testibus, vel tabulis fidem facerent. In quibus tamen hoc observatum, ut non facile admitterentur indicia servorum, præsertim adversus Reges, vel honoratos viros, nec damnarentur aliqui nisi præcedente gravi & diuturna deliberatione, ac evidentibus testimoniis convicti. Itaque & de Pausania Duce, cujus modo mentionem fecimus, servis non facile creditum. Qua de re ita Thucydides scribit *Historiæ suæ* lib. I. Ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδὲ τῶν εἱλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες ἠξίωσαν νεώτερόν τι ποιεῖν εἰς αὐτὸν, χρώμενοι τῷ τρόπῳ, ᾧπερ εἰώθησαν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου, ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον. Id est, *Verum ne sic quidem nec ex servorum indiciis fas esse ducebant novi quicquam in eum statuere, utentes quo consueverunt more erga se ipsos, ne celeres esse ad aliquid gravius de viro Spartiata, quod inemendabile sit, sine indubitatis indiciis decernendum.* Sicut & de Lysandro non facile creditum est Pharnabazo inimico, qui literas ipsi perferendas tradidit, in quibus ipsius accusatio & criminatio conscripta, ut est apud Plutar. *Vita Lysandri.* Quæ ipsorum cunctatio & circumspectio magnam laudem meretur. In privatis autem negotiis etiam tabulæ conficiebantur, quibus quid actum esset probari poterat. Vocabant autem eas κλάρια suo idiotismo. Ita enim scribit Plutarc. *Vita Agidis*, ubi de novis tabulis ab eo introductis verba facit: Καὶ παρὰ τῶν χρεωστῶν γραμματεῖα συνεισενέγκαντες εἰς ἀγορὰν, ἃ κλάρια καλοῦσι, καὶ πάντα συνθέντες εἰς ἓν, συνέφλεξαν. Id est, *Congestas in forum debitorum syngraphas, quas claria appellant, omnes coacervatas concremaverunt.* De quo igne Agesilaus Ephorus pronunciavit, nunquam se lucidiorem flammam, vel clarius lumen vidisse. Quod ipse merito aiebat, quippe gravi ære alieno demersus, ita ab eo liberabatur. Quibus autem judiciis & apud quos judices quælibet causa agenda, capite sequenti dicemus. Atque hæc de Actionibus.

CAP. VIII.

De Judiciis. Judicia causarum privatarum initio pene nulla. Ratio. Causarum aliæ atque aliæ apud varios judices. De quibus causis apud Reges disceptaretur. 1. De virginibus. Ἐπίκληρος *quæ dicta sit. 2. Adoptiones seu arrogationes. 3. Viarum publicarum judicia. Quæ causæ a Senatu judicarentur. Causæ capitales. Causa judiciorum capitalium in dies complures proferebatur. Accusatus in reatu manebat, etsi non convictus. Ratio hujus instituti. Causarum privatarum judices Ephori. Reges judiciis subjecti: & quæ de iis judicandis solemnitas. Provocatio ad populum in judicio de Regibus. Judicia de Regibus suffragiis fiebant. Ephori judiciorum potestatem sibi vindicarunt. Certamina Regum & Senatus contra Ephoros de judiciorum usurpatione. Judiciorum privatorum alia forma per electos arbitros.*

JUDICIA Actionibus consentanea fuisse necesse est. Itaque quod de actionibus monuimus, de his etiam intelligi volumus. Erant enim consimiliter tum judicia pauca, tum etiam simpliciter exercebantur.

Et causarum quidem privatarum fere initio nulla judicia: sicut nec pecunia ulla. Itaque Plutarch. *Lycurgo* ait: Δίκαι, ὡς εἰκὸς, ἐξέλιπον ἅμα τῷ νομίσματι, Id est, *Lites, ut probabile erat, defecerunt cum pecunia.* Neque enim controversiis & litibus opus, ubi nihil quasi proprium. Sicut initio Lacedæmone ex institutione Lycurgi obtinebat. Sed tamen postea & judicia invecta, atque ea ita invicem distincta, ut aliæ causæ apud alios atque alios judices agerentur. Nam quarundam causarum judices soli Reges, de quibusdam coram Senatu disceptabatur, alias ipsi Ephori judicabant. Nec erant alii in aliis controversiis legitimi judices.

Ac primo quidem apud Reges disceptabatur de virginibus, quæ ἐπίκληροι Atheniensib. dictæ, quas & πατρούχους vocat Herodot. Erat autem πατροῦχος seu ἐπίκληρος, ἡ ἐπὶ παντὶ τῷ κλήρῳ μόνη τρεφομένη, ut scribit Pollux lib. III. Id est, *virgo quæ hæres erat sola omnium paternorum bonorum.* Talem aliquam virginem non desponsam a patre, quum plures ex lege uxorem post obitum ejus peterent, peragebatur judicium hoc apud Regem. Herodot. *lib.* VI. Δικάζειν δὲ μούνους τοὺς βασιλέας τοσάδε μοῦνα· πατρούχου τε παρθένου πέρι, ἐς τὸν ἱκνέεται ἔχειν, ἢν μήπερ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυήσῃ. Id est, *Soli Reges de his judicium ferunt, de virgine ad quam tota hæreditas pervenit, cui conveniat eam uxorem habere, si pater nondum eam desponderat.* Deinde adoptiones seu arrogationes apud Regem etiam fiebant. Nam ei haud dubie causæ erant probandæ adoptionum, quas temere fieri non volebant. Herodot. *eod. loc.* ἢν τις θετὸν παῖδα ποιέεσθαι ἐθέλῃ, βασιλήων ἐναντίον ποιέεσθαι. Id est, *Si quis sibi filium adoptivum facere vellet, ut id coram Rege faceret.* Hæ igitur, quas legis actiones vocant, apud Regem peragebantur. Addit deinde & Herodotus, & viarum publicarum judicia ad Regem pertinuisse;

quod ita intelligendum videtur, ac si ipsius Regis fuerit decernere, a quibus essent viæ reparandæ, quum conveniri de iis non poterat. Quod fortassis, qui agros vicinos haberent, vias etiam publicas, quæ ipsorum usibus præcipue serviebant, reficere oporteret. Hæc itaque soli Reges per se dijudicabant.

Ad Senatus vero officium spectabat, ut de causis capitalibus judicaret. Itaque Xenophon ait: *τὰς γέροντας κυρίους τοῦ περὶ τῆς ψυχῆς ἀγῶνος, senes arbitros certaminis de vita.* In his autem judiciis hoc peculiare, ut causa semper in dies complures ampliaretur & proferretur, nec statim judicium absolveretur, ut ex Thucydidæ verbis præcedente capite adductis intelligi potest. Quo respexit & Plato *Apologia Socratis*, ubi ait quibusdam legem esse, *περὶ θανάτου μὴ μίαν μόνον ἡμέραν κρίνειν, ἀλλὰ πολλάς, de morte non unam modo diem judicare, sed multos.* Deinde ut in reatu, nihilominus qui accusatus erat, maneret, etsi accusator minus probarat, quod intenderat. Cujus causæ redduntur apophthegmate quodam Anaxandridæ. Nam interrogatus is, quum de vita anquiritur judicio, cur causa a Senioribus per complures dies disceptetur, & si contingit aliquem judicium evadere, nihilominus reus maneat? Respondit: plures dies judicio impendi, quod in mortis sententia error admissus, non posset emendari. Interim tamen reum legibus teneri, quod ea lege permissum rectius aliquid de eo decernere. Quibus verbis quod ait errorem admissum non potuisse emendari, id eo pertinet, quia Lacedæmonii quæ semel decreverant tuebantur, sicut ait Plutarchus. Itaque & merito differebatur judicium in causa capitali, juxta præclaram illam Satyrici sententiam.

Nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est.

Porro judices privatarum controversiarum erant Ephori ipsi. Quę & una causa videtur, cur instituti initio Ephori, ut supra disseruimus. Huc facit quod est apophth. Eurycr. apud Plut. Nam interrogatus Eurycrat. *cur de contractib. Ephori quotidie jus dicerent*, Respondit: *ut etiam in hostico nobis invicem credamus.* Ad hunc itaque modum antiquitus, ut videtur, distincta judicia.

Cæterum si de Regibus judicandum esset (nam & ii legibus judiciisque subjecti) requirebatur solemnitas major, & judices erant legitimi omnes hi quos commemoravimus. Nam Rex ex altera familia prędidebat, & senatus eo quoque conveniebat, atque Ephoris simul suus locus in hoc judicio erat. Ita enim Pausanias *Lac.* *Βασιλεῖ τῷ Λακεδαιμονίων δικαστήριον ἐκάθιζον, οἵ τε ὀνομαζόμενοι γέροντες ὀκτὼ καὶ εἴκοσι ὄντες ἀριθμόν, καὶ ἡ τῶν ἐφόρων ἀρχή. σὺν δὲ τοῖς αὐτοῖς καὶ ὁ τῆς οἰκίας βασιλεὺς τῆς ἑτέρας.* Id est, *De Rege Laced. judicium ita constituebatur, ut considerent qui seniores appellantur, duo triginta numero: Atque una Ephororum magistratus cumq; ipsis Rex alterius familiæ.* Ac ita in Pausaniæ Regis accusatione comparatum fuisse judicium, testatur qui jam a nobis nominatus est auctor, quum Agis alterius familiæ Rex erat. Ac nisi hoc modo de Rege judicium factum esset, non erat id ordinarium vel legitimum. Itaque a tali judicio, ut puta si vel minus legitimi fuissent judices, vel non satis æquum ab ipsis esset decretum, videtur ad populum fuisse provocatio volenti. Nam sic in causa Agidis factum, quum Ephori eum sua auctoritate per vim in carcerem indemnatum abriperent ad supplicium. *Παρῆσαν* (inquit Plut.) *ἥ τε μήτηρ ἡ τοῦ Ἄγιδος, καὶ ἡ μάμμη, βοῶσαι καὶ δεόμεναι, τὸν βασιλέα τῶν Σπαρτιατῶν λόγου καὶ κρίσεως τυχεῖν ἐν τοῖς πολίταις.* Id est, *Aderant Agidis & mater & avia clamantes & precantes, ut Rex Lacedem. ad populum audiretur, & causam ageret.* Itaque aliter juste ac legitime damnari non potuisse videtur, nisi auditus ad populum, quum postulasset.

Fiebant autem judicia suffragiis, uti patet ex judicio Pausanię, quo judices in duas partes divisi, quorum una pars, quæ erat quatuordecim Senior. cum Rege alterius familiæ, Pausaniam Regem condemnarat: Altera pars, ubi item quatuordecim Seniores & quinque Ephori, eum absolverat. Quare & tum liberatus Pausanias. Atque ita de aliis negotiis etiam in Senatu per suffragia semper statuere moris erat. Quod docet nos Plutarchus, ubi de Rhetra Agidis agit, quam scribit initio a Senatu rejectam, quum uno suffragio qui eam abrogarent, superarent. Ac talis quidem antiquitus judiciorum ratio.

Non stetere tamen hoc modo judicia, sed corrupta postea & perversa, vindicantibus sibi Ephoris omnem eorum atque aliorum in Repub. potestatem. Itaque Arist. ait quod Ephori *κρίσεων εἰσι μεγάλων κύριοι ὄντες οἱ τυχόντες, quod dominarentur in summis judiciis quum essent homines vulgares.* Quare & improbat hoc, quod essent *αὐτογνώμονες*, ac quod suo arbitratu sententiam proferrent, consultiusque ac utilius fore existimat, si secundum scriptas leges judicassent. Quod haud dubie verum, sicut & initio *Rhetoricorum* idem auctor disserit. Atque hac de causa fuerunt multa certamina Regibus & Senatui contra Ephoros, propter istam judiciorum perversionem & mutationem, ut & Reges vitæ periculum adirent, & Ephori etiam necati sint. Quorum hoc factum esse Agide Rege, illud Cleomene imperante, scribit Plutarchus in *eorum Vita.* Quod & in multis aliis Rebuspub. contigit. Cujus ne longa exempla petamus, Respub. Romana satis nobis documento esse poterit. Et hujusmodi ordinaria judicia.

Postea autem & usitatum reperio, ut arbitrio bonorum virorum multæ controversiæ disceptarentur, quum inter se amici judiciorum aleam periclitari nolentes, virum bonum eligerent, cujus fidei causam communem committerent. In quibus judiciis videtur moris, ut in templis arbitrium perageretur, & sacramento adigerentur, quorum erat controversia, staturos se judicio. Nam ita scribit Plutarchus *Apophtheg.* Archidamum arbitrum a duobus sumtum, quum adductis iis in templum Minervæ Chalciœci, sacramento utrunque obstrinxisset, staturos ejus sententiæ, pronunciasse ipsos non prius templo excessuros, quam quæ ipsis intercederent, dimisissent. Hæc in universum de Judiciis.

CAP. IX.

De præmiis seu honoribus. Præmia Lacedæmoniis usitata, ut plurimum honores. In honoribus diversitas, vivorum aut mortuorum. Publicus honos, viventibus factus. 1. Divini viri titulus. 2. Allectio in numerum trecentorum. Ratio hujus honoris. Λογάδες *qui dicti. Ex eodem numero honorifica dimissio.* Ἀγαθοεργοὶ *qui dicti. 3. Assurrectio & loci cessio in conventibus. Senis cujusdam in Olympico certamine a Spartanis honorati, apopthegma. 4. Proedria in conventibus publicis. Decelenses apud Lacedæmonios honore proedriæ cohonestati. 5. Lori vel cinguli donatio.* Βειλόπτες *quid sint. 6. Coronæ oleaginæ donatio. Mortui quibus honoribus afficerentur. 1. Iis statuæ in publico positæ. 2. Monumenta splendida etiam allatis e longinquo reliquiis vel ossibus. 3. Templa erecta. 4. Festi dies consecrati. 5. Orationes annuæ & ludi. Peregrinis etiam habiti honores.*

EXPLICATIS judiciis, sequuntur præmia & pœnæ. Itaque de iis jam tandem dicendum. Nam hæc potissimum in judiciis spectantur, idque in primis agitur, ut benemeriti præmiis, mali suppliciis afficiantur. Sed de præmiis prius agamus, quod ea locum mereantur priorem, utpote digniora, & Reipub. optabiliora.

Fuerunt autem præmia Lacedæmoniis usitata, ut plurimum in tribuendis honoribus sita, quos ita conferebant in quosvis (nam de Regum & magistratuum honoribus suis locis a nobis dictum) ut nulli merenti sint denegata, sine respectu generis & fortunarum. Etsi non admodum hic benigni & prodigi fuerint, si ad alias gentes comparentur, sed multo iis restrictiores. Nam quod Theopompus Pyliis scripsit; *mediocres ho-*

A *nores tempore augeri, nimios aboleri*, ea vero quasi publica videtur fuisse vox Lacedæmoniorum, atque ex eorum institutis & moribus prolata.

Fuit autem in honoribus hæc diversitas, ut aliter cives sive in vivis essent, sive jam mortui ornarentur: aliter exteri, ut jam ordine explanabimus, facto initio ab iis honoribus qui viventibus habiti sunt.

In primis itaque is quasi publicus honos erat, ut quum aliquem ab insigni virtute commendarent, virum Divinum vocarent. Sic enim Plato in *Menone*: *Οἱ Λάκωνες ὅταν τινα ἐγκωμιάζωσιν ἀγαθὸν ἄνδρα,* B *θεῖος ἀνήρ, φασιν, οὗτος.* Id est, *Lacedæmonii quum laudibus efferre volunt bonum virum, Divinus, inquiunt, hic vir est.* Quem honorem ita tamen tribuerunt, ut nec idcirco inter deos facile quenquam retulerint. Notum enim quod Alexandri magni legato responderit Damis, quum peteret inter Deos referri: Ait enim, *Concedimus Alexandro, ut si velit Deus esse, vocetur Deus.* Itaq; hic honos rarus erat, utpote quod Spartæ multi præstantes essent viri, nec facile unus reliquos antecelluerit. Sicut mater Brasidæ Argileonis Thracibus eum commendantibus, nullumque alium talem esse ferentibus, Resp. *Erratis*, inquit, *hospites: Vir egregius fuit Brasidas, sed multos eo præstantiores habet Sparta.* C Heroas tamen multos ex antiqua memoria celebrabant, quorum non paucos commemorat Pausanias.

Deinde & magnus is honos, quum quis in numerum trecentorum, qui dicti sunt, allegeretur; sicut & præclarum inde honorifice dimitti. Itaque Plutarc. *Lycurgo* & *Apophthegm.* de hujus ordinis ingressu ait: *ταύτην ἐν τῇ πόλει πρωτεύουσα τιμὴ τῇ τάξει ἦν*, id est, *hic primus ordo honorum erat in civitate.* Quod non immerito ita habebat, siquidem in hunc ordinem cooptari, perinde erat, quasi publico judicio inter viros, qui boni & strenui haberentur, censeri. Qui generosis animis & veræ laudis cupidis non exiguus honos. Sicuti Phæbidas, D quum quidam diceret pugnam Leustricam manifestaturam, qui vir bonus esset. *Magni*, inquit, *æstimanda talis dies.* Ac fuit is honos tanquam gradus ad declarandum Reip. studium & virtutem. Quare nec istum ordinem nisi optimi quique petebant, ex quibus electio fiebat: unde *λογάδες* dicti ab Herodot. ut narratio illa indicat, cujus antea meminimus. Ac ex eodem ordine denuo dimitti (ut dixi) itidem magni honoris loco erat, sicut & nomen ostendit, quo emeriti afficiebantur. Dicti enim sunt *ἀγαθοεργοὶ* quasi *benemeriti* & *benefici*. Quo nomine quinos quotannis, qui provectioris ætatis ex eorum numero egressi fuerant, appellare moris erat. Herod. *lib.* 1. *Οἱ Ἀγαθοεργοί εἰσι τῶν ἀστῶν ἐξιόντες* E *ἐκ τῶν ἱππέων αἰεὶ οἱ πρεσβύτατοι, πέντε ἔτεος ἑκάστου.* Id est, *Benefici sunt inter cives egressi ex equitibus semper natu maximi, v. quolibet anno.* Quod ex hoc loco sumtum refert etiam Hesychius, cujus verba alias adduximus.

III. Et is insignis honos, quo ipsam ætatem senilem, & Senes quosvis etiam publice in conventibus prosequebantur, assurgendo iis, & loco cedendo, sicut supra indicavimus: ut recte ille dixerit, qui aiebat pulcherrimum Spartæ consenescere. Qui quidem honos usque adeo Lacedæm. usitatus, ut eum nec apud exteros negligerent. Itaque quum Senex quidam Olympię certamen spectare cupiens, sedem non inveniret, ac multa loca obiret, a nemine autem admissus, contumeliis insuper dicteriisque exagitaretur: Tum eo ad Laced. veF niente, omnes pueri assurrexerunt, multique viri loco cesserunt. Quod factum Gręcis universis plausu approbantibus, summisque laudibus evehentibus, Senex iste, *Proh*, inquit, *Calamitatem! Norunt omnes Græci quod sit honestum, sed eo utuntur soli Spartani.* Cujus non dissimile est, quod ajunt Athenis contigisse in Panathenæis: ut scribit Plutarch. & testatur etiam Valer. Max.

IV. Proedria, seu primus consessus in conventibus publicis, præclari honoris loco etiam ponebatur. Nam tametsi locum viro, non virum loco cohonestari verum sit: tamen in Choro certantium non usquequaque honorificum apud eos erat, ultimo loco statui, sicut ex apophthegmate Damonidæ patet, quamvis is nihil sibi eo decedere judicavit. Nam quum ultimo loco in Choro constitueretur, ab eo qui chorum instituebat, ut ignominiam eam elueret, *Laudo te*, inquit, *Chorage, qui rationem inveneris, qua hunc quoque locum alioqui ignominiosum, cohonestares.* Atque hic quidem honos Proedriæ. Præ exteris omnibus apud Lacedæmonios, Decelensibus est habitus, ut præterquam quod immunitate gauderent, etiam digniore loco apud eos sederent, sicut Herodotus scribit *lib. ult.* Qui ostendit hoc eis tributum, quod Tyndaridas Helenam quærentes ad Aphidnas deduxissent, quas eis Titacus quidam indigena prodiderit. Quo nomine beneficii memores Lacedæmonii, tum hoc Decelensibus habuerunt honoris, tum vero Deceleæ pepercerunt, quum postea Atticam popularentur.

V. Loro vel cingulo donari & religari, etiam videtur præmium quoddam fuisse victoriarum in certaminibus. Vocabantur autem Lacedæm. hæc lora Βειέλοπες, Ita enim Hesychius: *ἱμάντες, οἷς ἀναδοῦσι Λακεδαιμόνιοι τοὺς νικηφόρους.* *Beielopes sunt lora, quibus Lacedæmonii victores religant*, seu *ornant*. Apud Suid. autem simpliciter exponuntur Βειέλοπες *οἱ λῶροι*.

VI. fuerunt & coronæ insignia præmia rerum bene gestarum, ut & apud alias gentes. Atque hæ quidem apud Lacedæm. quæ summæ dignationis erant, Oleaginæ fiebant. Tali corona donatum Eurybiadem a Lacedæm. scribit Herodot. *lib.* VIII. & Plutarch. *Themistocle*, tanquam primas rei bene gestæ ei tribuentibus, *ἀριστήια*, inquit, *μὲν ἔδοσαν* Εὐρυβιάδῃ *ἐλαίης στέφανον*, *præmia virtutis quidem dederunt Eurybiadæ oleæ coronam.* Qui honos coronarum & exteris communicatus, ut eodem loci scribit Herodotus de Themistocle, qui itidem corona oleagina ab Laced. donatus. Atque hos reperio vivis civibus honores habitos.

Mortuos autem, iis quæ sequuntur fere rationibus ornabant.

I. Statuas & effigies quibusdam in publico ponebant ad perpetuam meritorum memoriam. Ita Polydorum Regem, tum aliis honoribus, tum effigie apud Orestis sepulcrum posita honorarunt. Et ad aram Chalciœci duæ erant imagines Pausaniæ, qui Persas ad Platæas vicit, statuæ videlicet æreæ, ut scribit Thucydides *lib.* 1. Atque ad eundem modum Olympionicarum illustrium etiam Icones posteris reliquerunt, ut Hetæmoclis & Euryleonidis fœminæ quæ bigis in Olympicis vicit, & aliorum. Quin & ita etiam vates honorabant, ut Agian qui de victoria ad Ægos potamos Lysandro vaticinatus fuerat.

II. Sepulcra & monumenta splendidiora aliis etiam quibusdam statuebant, allatis quandoque reliquiis, vel ossibus ex locis longinquis: uti Orestis ossa Tegea sunt allata ex Oraculo, & Leonidæ ossa Spartam deportata sunt quadraginta annis post pugnam ad Thermopylas. Atque hujusmodi sepulcra permulta fuere Spartæ, quorum quæ *ἡρῷα* dicta seu *Heroum monumenta*, permulta enumerat Pausanias, ut Lelegis, Cynortę, Castorum, Pleuronis & aliorum. De Regum sepulcris quæ etiam discreta diversis vicis, ad memoriam exstabant, supra diximus. Huc pertinent Cenotaphia, seu honorarii tumuli alibi sepultis erecti, ut Brasid. & aliorum. Atque huc refero etiam Cippos, quibus nomina & res gestę incidebantur: ut Pila in qua incisa nomina cum paternis nominibus eorum, qui Persarum impetum ad Thermopylas sustinuerunt, ut est apud Pauf. De aliis autem inscriptionibus sepulcrorum suo loco diximus.

III. Templa quoque in quorundam honorem erigebant, præsertim eorum quos supra hominum sortem evehere volebant. Ita enim Lycurgo templum consecratum, ut supra diximus ex Plutarcho, quod retulit etiam Pausanias. Qui & celebrat aliud templum Maronis & Alphei, quorum virtus in prælio ad Thermopyl. post Leonidam maxime enituit. Sicut Hippósthenis cujusdam templum idem auctor commemorat, qui multas de lucta palmas tulit, quod Oraculi monitu di-

catum ſcribit, quemadmodum etiam Talthybii & alia.

Præter hos, exhibiti ſunt aliquibus novi & inſoliti quidam honores, ut feſti dies quidam Lycurgo conſecrati. Item Orationes quæ quotannis in laudem Leonidæ & Pauſaniæ ad ſepulcra eorum habebantur, ac ludi in quibus ſolis certandi locus Lacedæmoniis. Sed hæc paucorum erant, ut dixi, nec aliorum quam jam commemoravi.

Porro extraneis quibuſdam & peregrinis, etſi iis parum ex inſtituto veteri benigni, tamen honores etiam præſtiterunt eximios, eoſque partim auguſtiores, partim cum civibus æquos. Nam Philaſiis, quod in fide conſtanter permanſiſſent, quum Spartam venerant, bovem hoſpitalis muneris loco miſerunt, ut ſcribit Xen. lib. VII. *Hell.* Et Themiſtocles ita honoratus, ut curru omnium qui Spartæ erant ſplendidiſſimo donatum, trecenti qui equites dicti honoris ergo, ad fines Tegeaticos in Arcadiam deducerent. Qui honos huic ſoli contigit, ut teſtatur Herodotus *lib.* VIII. & Plutarchus *Themiſtocle*: neque ullis aliis, nedum civibus tributus. Sed ſtatuæ & monumenta utriſque civibus & exteris, communia. Nam & exteros iis ornarunt admiratione virtutis, & meritis magnis impulſi. Erant enim ſtatuæ Lacedæmone plurium Ducum Perſarum, tum & Mardonii Gobryæ filii ex candido lapide: itemque Artemiſiæ Cariæ Reginæ, & alia. Sicut & monumenta quorundam exterorum, & tumulos honorarios apud ſe extare voluerunt, ut Theſei patris & Hippolyti filii Athenienſium, nec non Aulonis patris & Tleſimenis filii Arcadum, item Epimenidæ Cretenſis, Jamidarum Eleorum & aliorum. Atque hæc fere ſunt, quæ de præmiis ſeu honoribus habuimus.

CAP. X.

De Pœnis. Earum genera ſex recepta apud Lacedæmonios. 1. Damnum. Ephori cur αὐτογνώμονες *ab Ariſtotele dicti. Multæ non ſatisfacienti reſtabat exilium. Ζημία quid proprie. Ad damnum pertinet, Magiſtratus abdicatio. Ad damnum etiam pertinuit ademtum jus emendi & vendendi. 2. Genus pœnarum, Vincula. Carcer. qui Lacedæmoniis dictus* καιάδας. *3. Genus pœnarum, Verbera. quorum ſpecies; Simplex verberatio. Morſus pollicis. Flagellatio.* Κέντησις *ſeu ſtimulatio. 4. Genus pœnarum, Ignominia. Quænam præcipua. Aliæ ignominiæ ſpecies. 5. Exilium. Exilii pœna diverſa. 6. Mors. Mortis genus ſtrangulatio. Locus in quo tale ſupplicium ſumebatur. Tempus ſupplicii.*

QUÆ in Repub. finem rebus omnibus imponere ſolent, pœnæ & ſupplicia, ea nobis etiam Librum hunc claudent. Nam quia hæc extrema remedia quæ tentantur, nec ulterius aliquid rebus judicatis quæri poſſit, quam ut pœnis exigendis eorum fiat executio, recte ad calcem rejecta harum explicatione, in ea nobis conquieſcendum.

Erant itaque Lacedæmoniis, quamvis ii in pœnis præ aliis ſeveriores & rigidiores eſſent, non alia exquiſita pœnarum genera recepta, quam quæ paſſim in uſu, videlicet hæc ſex, Damnum, Vincula, Verbera, Ignominia, Exilium & Mors. Nam de talione nihil apud eos ſtatutum, ſicut & ſervitus nulli Spartano irrogabatur; ſed tantum jure gentium victis ſupplicium erat. De illis ſex igitur paucis ſeparatim verba faciamus, quamvis eorum alia aliis adjuncta.

Primo autem quantum ad Damna attinet, ſub eorum nomine accipienda multa pecuniaria. Quæ eo minus initio uſitata, quod non eſſent opes & pecuniæ, unde eam luerent. Poſtea tamen & hæc pœna in quibuſdam delictis vindicandis adhibita, ſed arbitraria tamen pro ipſius delicti ratione, non ſtata aliqua & le- A gitima. Ephori enim multam pecuniariam ſtatuebant, prout enormitas ſceleris exigeret, & damni compenſatio requireret, unde αὐτογνώμονες Ariſtoteli dicti, ut ſupra meminimus. Atque hac quidem leviſſima pœna defungebantur damnati. Ita multatum Archidamum ob exiguam uxorem ductam, ſcribit Plutarch. *Ageſilao*, ut & multi alii. Huic vero multæ ſi non eſſet ſatisfactum, reſtabat exilium. Sic enim Timbro damnatus ab Ephoris, accuſantibus eum ſociis, quod militibus ſpoliandi licentiam conceſſiſſet, *quum multam ſolvere non poſſet, in exilium a-* B *biit*. Nam ita accipio quod apud Xenoph. lib. III. *Hellenicon* de eo ſcribitur, ζημιωθεὶς ἔφυγε. Ζημία enim proprie de multa pecuniaria intelligenda, etſi, ut Pollux annotat, aliquando ad corporalem pœnam refertur. Deinde ad damna pertinet etiam illa pœna, qua magiſtratus munus quibuſdam abrogatum, quibus & vetitum exinde alium ullum gerere. Sicut puniti qui capti fuerant in inſula Sphacteria, quod arma tradidiſſent, quamvis poſtea reſtituti, ut ſcribit Thucydides *lib.* V. Nec diſſimilis pœna Regni abjudicatio, quæ Regibus quibuſdam irrogata, propter ea quæ in Rempub. viſi ſunt delinquere. Qua ratione Leonidam, quod adverſatus fuiſſet Rhetræ Agidis, & liberos ex alieni- C gena ſuſcepiſſet, judicio quo obſervando ex cœlo in Reges ſtatui ſolet, Ephori damnarunt. De qua hiſtoria legatur Plutarchus *Agide*. Sed huc & pœna ea, quæ jus emendi & vendendi quibuſdam ademtum, videtur referri poſſe. Quamvis Thucydides tum hanc, tum alteram de abrogatione magiſtratus ad ἀτιμίαν ſeu *ignominiam* refert. Sed quandoquidem ea in omnibus pœnis quodammodo ineſt, atque hæc de qua jam diximus plus continet, diſtinguere eas ita nobis viſum eſt.

In ſecundo genere pœnarum ſunt Vincula, ad quæ & carcerem refero. Invenio autem tum collum, tum manus vinculis circumdari ſolitas, nec dubito quin & D pedes. Xenophon κλοιῷ Cinadonem & ſocios conjurationis convictos & confeſſos, circa collum & manus religatos fuiſſe narrat. Ita enim ſcribit lib. III. *Hell.* δεδεμένος (inquit) καὶ τὼ χεῖρε καὶ τὸν τράχηλον ἐν κλοιῷ, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. Exponitur autem κλοιὸς ab Heſychio, περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι μανιάκης. Latine autem ab auctore Gloſſ. redditur *Boia* & *Eculeum*. Carcer qui Spartanis fuerit unum tantum obſervavi, cujus crebra apud ſcriptores mentio. Dicebatur is proprio apud Lacedæmonios nomine καιάδας. De quo ſcribit Thucyd. *lib.* I. ſolere maleficos eo detrudi. Ita enim de Pauſania ait, Αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν καιάδαν, ὅπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεσαν. E Ad quem locum Thucydidæ Scholiaſtes Græcus Cæadam deſcribens annotat; Τόπος ὁ καιάδας ὀρωρυγμένος ἐν Λακωνικῇ, ὅπου τοὺς κακούργους εἰώθασι ῥίπτειν. Idem cum Thucydide teſtatur Pauſanias *Meſſenicis* ita ſcribens: ἐμβάλλουσι δὲ ἐνταῦθα, οὓς ἂν ἐπὶ μεγίστοις τιμωρῶνται. Et luculentius adhuc Strabo *lib.* VIII. ubi & nominis rationem reddit his verbis: Οἱ ἀπὸ τῶν σεισμῶν ῥωχμοὶ καιέτοι λέγονται, καὶ καιάδας δεσμωτήριον ἐντεῦθεν, τὸ παρὰ Λακεδαιμονίοις σπήλαιόν τι. Ac multi alii hujus meminerunt.

Tertio loco in pœnis Verbera ſtatuimus, quibus comprehenduntur quæcunque corpori infligebantur, F modo citra mortis ſupplicium conſiſterent. Et quidem ſimpliciter verberatos invenio, qui corporis mole craſſiora erant, quam conveniebat, qua de re ſupra ex Æliano aliquid diximus. Deinde erat & morſus pollicis uſitatus, quæ erat pœna inertis & ignavi reſponſi redditi a pueris. Quam pœnam Iren ſumebat de iis qui commeruerant, ut ſcribit Plutarchus *Lycurgo*. Tum & μαστίγωσις ſeu *flagellatio* quædam apud Lacedæmonios erat, quæ videtur uſitata fuiſſe agendo damnatos per urbem. Ut ex loco ſequente Xenophontis demonſtrabo. Sed & κέντησις *punctio* ſeu *ſtimulatio* quædam apud ipſos recepta fuit, qua etiam ſicut fla-


gellatione, qui per urbem agebantur, ſtimulati ſunt. Ut de Cinadone ſcribit Xenophon l. III. *Hell.* ita inquiens: Μαςιγέμενος καὶ κεντέμενος αὐτός τε καὶ οἱ μετ' αὐτῶ κατὰ τὴν πόλιν περιήγοντο. Sed referri & huc poſſe videntur tormenta, quibus Lacedæm. ad extorquendam rei veritatem, ſicut alii uſi ſunt. In quibus tamen magna ipſis, ut in omnibus, propoſiti conſtantia, ſicut teſtatur apophthegma illud Ageſilai. Nam malefico quodam conſtanter tormenta perpetiente, quum id audiſſet Ageſilaus, *Quam valde*, ait, *malus hic homo eſt, in res malas ac turpes tolerantiam ac perſeverantiam impendens*.


Quarto ignominiam uſurpant etiam pro pœna, ac quidem omnium graviſſima, quod generoſis ipſorum animis nihil aſperius, quam cum dedecore vivere. Id quod teſtatur Archidamus apud Iſocratem, qui ait, hoc in primis ad Rempub. facere; Μηδὲν ἔτω δεινὸν νομίζειν, ὡς τὸ κακῶς ἀκέειν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Id eſt, *Ut nihil magis metuatur, quam male audire apud cives*. Quam notam Lacedæmonios præ omnibus maxime ait reformidaſſe. Ac fuerunt plerumque cum ignominia aliæ pœnæ adjunctæ, quibus ea adaugebatur. Præcipua tamen ignominiæ pœna fuit ea, qua quidam nudi cogebantur circa Brumam forum obire, ac circulantes cantilenam in ſe compoſitam concinere, teſtificantes merito ſe puniri, quod non paruiſſent legibus. Qui & arcebantur ſpectaculis publicis virginum nudarum certantium, honoriſque inſuper & obſervantiæ expertes erant, quæ Senibus præſtabatur. Qua pœna afficiebantur cœlibes, ut ſupra retulimus ex Plutarcho. Quamvis idem in *Inſtitutis Laconicis* auctor eſt, eandem cantilenam adoleſcentes in ſe ceciniſſe aram circumeuntes, quum in delicto quopiam eſſent deprehenſi. Altera ignominia erat hac nihilo inferior, quæ in his ſita, ut omnibus honoribus arcerentur, uxorem alicui ſuam collocare, aut ab alio aliquam accipere non liceret, ac præterea pulſandi eos cuivis obvio jus eſſet, illique id tolerarent ſqualidi & demiſſi commeantes in lænis pannoſis, haberentque barbam partim raſam, partim promiſſam. Atque hac ignominia notati, qui τρέσαντες ipſis dicti, quaſi *trepidantes* vel *bello fugientes*, ut ſcribit Plutarchus *Ageſilao*. Tertia non multo huic diſſimilis ignominia, εἰς τὲς κακὲς ſeu *pravos & ignavos*, qui ita Spartæ contemti & ſpreti erant ut nemos eos in contubernium admitteret, vel cum eis ſe exerceret. Ac in pilæ ludo ad neutram partem aſſumerentur, itidem in choris ut ad abjecta loca rejicerentur. Sed & quod in via junioribus cedendum ipſis fuit iiſque aſſurgendum. Quodque maximum erat, virgines domi alere neceſſe habebant, a quibus in jus fortitudinis nomine vocarentur, nec liceret domum ſine virginibus eſſe abſque multa, neque item ut ἀνέγκλητες, id eſt, *integræ famæ homines* imitari liceret. De qua re Xenophon *de Repub. Laced.* Poſtremo nec levis ea ignominia, quum jubebantur aliqui a magiſtratibus otioſi cum ſcuto in publico ſtare. Quæ pœna legitima erat in ordinis deſertores. Xenophon lib. III. *Hell.* ubi de Dercyllida retulit, quod accuſante Pharnabazo juſſus fuiſſet a Lyſandro cum ſcuto ſtare, poſtea addit: ὃ δοκεῖ κηλὶς εἶναι τοῖς σπεδαίοις τῶν Λακεδαιμονίων. ἀταξίας γὰρ ζημίωμα ἐςί. Hæc igitur ſunt quæ graviſſimam continebant ignominiam. Nam de aliis ut de prohibitis commerciis ſeu jure emendi & vendendi. Item de circumductione per urbem cum boia circa collum, ſupra diximus, locis ut exiſtimamus commodioribus.

Quinto numeravimus inter pœnas Exilium, quod verius tamen Spartæ quaſi pœnæ effugium, quam pœna. Nam id plerumque voluntarium fuit, & qui ſolvere multam non potuerunt, aut qui ignominiam vel mortem declinare voluerunt, ſæpe ſponte exulatum abierunt, cujus crebra exempla. Erat alioquin hæc etiam pœna legitima in quoſvis delinquentes Reges & alios, quorum pauci reſtituti, multo plures in exilio uſque ad mortem degebant. Quorum tamen ea æquanimitas, ut non idcirco in exilio degentes, hoſtili in patriam animo eſſent, ſed legibus hoc tribuentes earum vim & poteſtatem revererentur. Sicut Demaratus etiam ſui exilii cauſam reddidit. Nam quærenti, *cur Rex quum eſſet, Sparta exularet*, Reſpondit: *Quia majore vi ſunt leges civitatis, ſcilicet quam Reges*. Et Pauſanias quum Tegeæ exul Laced. commendaret, & quidam diceret, *cur ergo non manſiſti Spartæ, ſed ſolum vertiſti?* Reſpondit: *Quia ne medici quidem apud ſanos, ſed apud ægrotos ſolent verſari*. Erat autem exilii pœna aliquatenus diverſa, aliaſque mitior, alias gravior. Nam aliqui Laconica tantum excedere jubebantur, quibus apud ſocios degere & commorari jus erat: aliis majus ſupplicium commeritis, ne apud eos quidem degere fas, quos idcirco perſequebantur dedi petentes, donec Græcia relicta longius ad hoſtes commearent. Cæterum in exilii pœna hoc peculiare animadverto, ut ea vindicaretur cædes involuntaria. Sic Dracontium ſcribit Xenophon lib. IV. *Anabaſeos Cyri*, puerum etiamnum in exilium actum, quod cædem involuntariam patraſſet. Quamvis Thucydides *lib.* V. auctor, Ariſtoclem & Hipponoidam Polemarchos ea quoque pœna damnatos, δόξαντας μαλακισθῆναι, *quod timidi & molles viſi*.

Porro ultimo inter pœnarum genera mors nobis collocata. Quæ merito extremum ac ſummum ſupplicium, quamvis Lacedæmoniis ex omnibus pœnis ea minus fuerit formidabilis, ſicut teſtatus Thectamenes Spartanus. Is enim quum Ephororum judicio addictus fuiſſet morti, ſubridens abibat. Quodam itaque eorum, qui una aderant, rogante, *an ne Spartæ leges contemneret*: *Nequaquam*, reſpondit, *ſed lætor hanc mihi irrogatam eſſe multam, ad quam ſolvendam neque mutuo, neque fœnore aliquid ſumere neceſſe*. Cicero *Tuſcul.* I. & Plut. *Apoph.* Erat autem mortis genus unicum hoc uſitatum, quod nos obſervavimus, videlicet ſtrangulatio, qua collo in laqueum inſerto, anima damnati elidebatur, ut patet ex ſupplicio Agidis, quem ſcribit Plut. in *ipſius Vita* & *Apoph.* *ſponte laqueo collum præbuiſſe*, παρέδωκε τῷ βρόχῳ τὸν τράχηλον ἑκεσίως, inquit. Sumebatur tale mortis ſupplicium apud Lacedæmonios non publice in foro, vel extra urbem, ſed loco quodam in carcere, qui ipſorum idiotiſmo dictus eſt δεκάς. Ita enim Plutarchus *Agide* δεκας οἴκημα τῆς εἱρκτῆς, ἐν ᾧ θανατῦσι τὲς καταδίκες ἀποπνίγοντες. Id eſt, *Decas locus in carcere, ubi morte afficiunt damnatos ſtrangulantes*, ſeu *ſuffocantes*. Fieri autem ſolebat noctu, non interdiu, ut mortis ſupplicium exequerentur. Quod exempla ſatis oſtendunt, & diſerte teſtatum reliquit Herodotus *lib.* IV. ad hunc modum ſcribens: Κτείνεσι τὲς ἂν κτείνωσι Λακεδαιμόνιοι νυκτός. μεθ' ἡμέρην δὲ ἐδένα. Id eſt, *Quicunque plectendi ſunt morte, eos noctu plectunt; interdiu neminem*. Quod Valerius Maximus *lib.* IV. *c.* VI. etiam veteris inſtituti fuiſſe apud Lacedæmonios teſtatur. Tandem cadavera carcere efferre etiam moris erat, ut ſepulturæ mandarentur. Nam tria illa cadavera Agidis, Archidamiæ aviæ, & Ageſiſtratæ matris, ſcribit Plutarchus poſt ſtrangulationem carcere exportata in magno publico metu, indignantibus tamen civibus. Et Pauſanias templo extractus quum expiraſſet, humi conditus eſt, idque loco quodam prope Cæadan, quod Scholiaſtes Græcus annotat: ut exiſtimari poſſit, ſupplicio affectos, ſolitos ibi humari, loco minus honorato & a reliquorum ſepultura diverſo.

FINIS.




SPECIAL 82-B
OVERSIZE 1304
N
5610
G87
V.5
GETTY CENTER LIBRARY

